BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XX
F
13
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# D. JOHANNIS BRUNNEMANNI, JURISCONSULTI COMMENTARIUS IN PANDECTAS.

Duobus Tomis Diviſus.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANNIS
# BRUNNEMANNI,
JURISCONSULTI
# COMMENTARIUS
IN
QUINQUAGINTA LIBROS
# PANDECTARUM
Opus Theoretico-Practicum, ab ipſo Autore recognitum.

LEGUM PLURIMARUM, IN PRIORI EDITIONE OMISSARUM, interpretatione adauctum, inſerto hinc inde quid de Jure communi noviſſimo, Saxonico, & Marchico, aliiſque provincialibus Juribus, obtineat, & Autore vivis erepto, ejus mandato publici juris factum.

A

## SAMUELE STRYKIO, JC.

*ACCESSIT*

EX EJUSDEM AUTORIS COMMENTARIO AD CODICEM, notabilium, quæ circa leges affines inibi commentatus eſt, continua allegatio, ut &

*INDEX RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS,*

EDITIO NOVISSIMA.




LVGDVNI
Apud JOHANNEM THENET.
M. DCCXIV.

*SERENISSIMO atq; POTENTISSIMO*
*PRINCIPI ac DOMINO,*

# FRIDERICO GUILIELMO,

MARCHIONI BRANDENBURGENSI,
SACRI ROMANI IMPERII ARCHICAMERARIO & ELECTORI,

SUPREMO BORUSSIÆ PRINCIPI, MAGDEBURGI, IULIÆ,
CLIVIÆ, MONTIUM, STETINI POMERANORUM, CASSUBIORUM, VANDALORUM, IN SILESIA CROSNÆ ET CARNOVIÆ

DUCI

BURGGRAVIO NORIBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII,
MINDÆ & CAMINI, COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,

DOMINO RAVENSTEINII ET DITIONUM LAUWENBURG & BUTOW ETC. ETC.

*PRINCIPI PIO, FELICI, AUGUSTO, PACIFICO,*

Felicitatem perennaturam!

*SERENISSIME ET POTENTISSIME PRINCEPS*

## ELECTOR,

DOMINE CLEMENTISSIME.

DEvolvitur denuo ad pedes Tuos, POTENTISSIME ELECTOR, præſens hic Liber, ſed lugubri veſte demiſſoque vultu. Luget quippe Autorem ſuum juſto citius ſibi ereptum. Et quamvis pinguiore in publicum prodeat dote, poſthuma tamen illa eſt, nec tanta, quantam ipſi deſtinarat Autor, ſed quantam per fata valebat erogare. Ad Te ergo, PRINCEPS AUGUSTE, tanquam Tutelare Numen revertitur, ut Gratia Tua Electorali munitus lucem videre poſſit, demiſſè contendens. Non indignè feres hoc deſiderium, qui ut prima hujus Libri editio ſub Potentiſſimi Nominis Tui Clypeo prodiret, clementiſſimè indulſiſti. Quaptopter ſuſcipe ſereno vultu hunc orbum Autore librum, quem orbi Parente Liberi, paternum teſtaturi obſequium, me interprete, devota mente offerunt. In Tua id ſitum poteſtate eſt, SERENISSIME ELECTOR, ut neutri eorum orbitas obſit. Non deerit Libro Autor, ſi Tua fretus Auctoritate prodierit. Nec deerit liberis Pater, ſi Tu, PATRIÆ PATER, clementiſſimè eosdem ſuſceperis. Illa ſanè per Orbem univerſum fama Tua eſt, quod propenſiſſimo erga ſubditos ſis adfectu, externum hoſtem ab illorum finibus, quod Magnanimi Herois eſt, propellendo fortiter; ac domi, quod benigniſſimi Patris eſt, in ſinu eosdem fovendo. Haud permittes ergo, ut in Libris Liberiſque BRUNNEMANNIANIS clementiſſimè ſuſcipiendis fovendiſque fama tanta patiatur deliquium. DEUS Te ſervet, PRINCEPS OPTIME, ac annorum ſeriem in immenſum extendat. Servet Te Imperio, Eccleſiæ, Subditis, ac invidenda auctoritatis incrementa DOMUI BRANDENBURGIGÆ concedat porro.

T. SERENIT: ELECTORAL:

*Subjectiſſimus*
*Servus*
SAMUEL STRYKE. D.

# PRÆFATIO AVTHORIS
## AD LECTOREM.

PROLIXIUS quidem Propoſiti ratio tibi, Benevole Lector, quæ ad Commentarium hunc edendum me commoverit, foret exponenda: ſed cum eadem hic, quæ in Commentario Codicis publicando, me inſtigarit, prolixiori præfatione operæ pretium facere haud duco. In Academiis vitam hactenus tranſegi, ubi Cupidæ Legum Juventutis utilitati omnino mihi vacandum fuit. Variis quidem qua publicis, qua privatis Lectionibus, quantum DEUS virium conceſſit, præſtiti, quod mihi incumbebat, & ut Jurisprudentiam Dnn. Studioſis modo hac, modo illa via familiarem redderem, allaboravi. Inter alia vero, ne a Jure Juſtinianeo abſtraherem eoſdem, operam quam maximè dedi. Quamvis enim ad Praxin potiſſimum collimet Jurisprudentia noſtra, nunquam tamen conſultum exiſtimavi Praxin ſine Lege oſtendere, ſed ex Legibus potius Praxin derivare. Ex hac occaſione Anno 1656. Collegium Pandectarum Textuale Juris Studioſis proponere cepi, non ut omnes enuclearem Leges, ſed ut potiſſimis ſaltem verum ac genuinum ſenſum, & ſimul uſum Practicum Legis demonſtrarem. Hac opera abſoluta, ſed breviter tamen, Variis JCtis eandem haud diſplicuiſſe non ex uno loco recivi; mox Amicorum admonitiones, ut has notas reviſas & locupletatas publici juris facerem, acceſſere. Hæc tamen intentio; nunquam hactenus mente mecum concepta, eò difficilius mihi exequenda videbatur, quò magis multorum, omnia palato ſuo non anidentia carpentium ſiniſtra judicia ſuſpicarer. Poſtea tamen, cum Commentario in Codicem publicato modeſtius aliorum judicium adverterem, ſtimulum tandem variorum literæ addidere, quo manum operi admoverem iterum, ac Collectanea illa manuſcripta, horis ſubciſivis augerem. Quod Opus, ut eò gratius exiſteret, Tibi, Candide Lector, id operam dedi, ut recentiorum pariter ac veterum JCtorum ſcripta ſibi jungerem, & ita genuinum Legis uſum inde deducerem. Potiſſimum vero ex variis Conſiliis ac Deciſionibus hoc opus collegi, in his enim uſum Legis Practicum quam maxime tractari, experientia teſtatur. Controverſias illas vulgatas, in omnium libris conſpicuas vel plane neglexi, vel verbo tetigi; Nec enim hæc mea intentio fuit, ſed hanc operam aliis relinquo. Verba Legis quoque non ubivis explicavi, præſertim ſi illa inſigne dubium non continerent. Miſſis enim talibus, ſtatim, quid ex Lege quavis colligant Doctores, ſubjeci. Brevitati ubivis operam dedi, ne in immenſum creſceret Tractatus. Hinc Leges quoque plures huc referri potuiſſe, facile fateor. Sed tempori inſerviendum mihi fuit; & contentus ſum, ſi leges præcipuas, uſum habituras, tetigero; cætera ſubtilitatem redolentia, utut non omnino negligenda, hic tamen ſtudio neglexi. De eo vero interpellandus adhuc es, Benevole Lector. Uſum Pandectarum ex Variis Doctorum Tractatibus collectum eſſe, prout quiſque hanc vel illam Legem ſubſtratæ materiæ convenire exiſtimaverit. Ergo ſi forte oſtenderis quædam, quæ contrarietatem ſapere videbantur, ne me ſtatim contradictionis incuſes rogo. Nec enim per temporis brevitatem licuit, omnia Doctorum aſſerta ad amuſſim revocare, hoc enim multas adhuc paginas requiſiviſſet, ſed ſuffecerit mihi, quorum hic vel ille Doctor hanc Legem trahat, tibi fideliter demonſtraſſe; Tu ipſe judicium adhibebis facile, & cui opinioni ſubſcribas, advertes levi opera. Non continuo huic operi incumbere licuit, ſed hac ſeptimana aliquid adjeci, altera nihil; unde factum, ut & rem unam ſub variis textibus tractatam conſpicere liceat, quod evitare commodè non potui. Tu tamen pro Candore Tuo hoc interpretaberis, Benevole Lector, & me aliis negotiis occupatiſſimum, tibimet excuſabis. Modeſtè tractavi omnia, ergo modeſtè de me Te ſenſurum, ſi bonus es, non dubito. Verborum elegantiam ac connexionis rationem neglexi, dum ſolam utilitatem penſi habui. Si errantem me deprehenderis, amicè mone; Certe faciliorem me in emendando, ac Te in monendo deprehendes. Odi enim tenaces ſuarum opinionum, qui erroribus propagandis, ac corrumpendæ Jurisprudentiæ nati videntur. Bene vale, ac nobis noſtriſque laboribus ulterius fave.

---

# BENEVOLO LECTORI
## S. D.
## SAMVEL STRYKIVS, D. PANDECTAR: PROF. PVBL.

*SEXCENNIUM fere elapſum eſt integrum, ex quo primum hic Commentarius lucem adſpexit. Quæ tunc temporis Authorem commoverint rationes, ut publico uſui hoc exponeret opus, ipſe præfando Lectori ſatis explicuit. Editio vero eadem, haud difficulter advertit ipſe, multa huic operi deeſſe, ut abſoluti Commentarii nomen mereretur; Leges enim haud paucæ vel leviter tactæ, vel penitus neglectæ. Inde crebris amicorum literis flagitabatur, ut manum operi admoveret iterum, ac neceſſariis ſupplementis adauctum denuo typis committeret. Suſcepit hoc negotium, ac quantum per otium dejectaſque corporis vires licebat, ſupplere quæ neceſſaria exiſtimabat, inſtituit. Rem ab ovo ordiebatur, ſingulas Leges antea omiſſas ſuis locis inſerendo, quamvis quotidie mortis memor, ſe id operis abſoluturum deſperaret. Factum tamen eſt, ut DEO adjuvante undecim Libros abſolveret feliciter. Sed cum ultimam manum Titulo de Religioſis & Sumptibus funerum impoſuiſſet, jamque ſequentem de Mortuo inferendo inſtaret explicandum, ipſe, inopinata morte præventus, magno Jurisprudentiæ damno, Mortuus inferendus fuit. Adeo non ſine omine fuit ipſi ille titulus: Hinc nec ſine Nigro admittenda nobis fuit illa Rubrica. Ibi enim exſolvimus ipſi, quod pietas mandabat, ac Memoria Tanti Viri exigebat. Autore hac ratione vivis erepto, mihi quidem Genero ipſius, tela cepta fuiſſet continuanda: Vivus enim aliquoties hoc à me deſideravit. Eo inſuper mortuo Patronorum præcipui, ut id oneris ſubirem, ſemel atque iterum me ſerio monuerunt, nec juſtiſſimam ab ingenii mei modulo, quo metiri memet didici, deſumtam excuſationem huic negotio declinando ſufficere exiſtimarunt. Verum cum urgeret Bibliopola novam Editionem, ad illam vero perficiendam aliis occupationibus diſtricto, nec annua bima trima dies fuiſſet ſuffectura, placuit tandem conſilium, ut cum ſolis ab ipſo B. Autore conſcriptis ſupplementis in publicum prodiret, quo eodem Volumine idem ejuſdem Autoris labor exhiberetur, quod & præſens hac Editione factum. Ego quidem nec adhuc dum unum certam Supplementorum continuationem polliceri; Si tamen Deus mihi vitam, vireſque animi ac corporis conceſſerit, aliaque B. Autoris ſcripta poſthuma publici Iuris facta fuerint, tentabo quid huc in parte valeant humeri, quid ferre recuſent. Ne tamen idem verendum Tibi, benevole Lector, quod præſenti Editioni contigit, ſcilicet ut Tertia editio iterum novis additionibus adaucta ſit proditura, ſanctam hic interpono fidem, me curaturum, ut ſi forte, Deo juvante, novi quicquam ad ſupplendum hunc Commentarium natum fuerit, hoc ſeparatim typis exſcribatur, quo pro libitu Tuo comparari poſſit. Interim ut præſentem hanc Editionem æqui bonique conſulas, eſt quod obnixe peto. Quod ſi forte in novis hiſce ſupplementis quid occurrerit, quod palato diſpliceat, veniam dabis facile B. Autori, qui morte præventus limam illis addere non valuit. Nec deerunt forte ſphalmata Typographica, quibus, cum in diſſitis locis prælo commiſſus ſit hic Commentarius, mederi integrum mihi non fuit. Quicquid vero tandem in hoc Opere deſiderare poſſis, dubium non eſt, quin adfectu Tuo ſincero, LECTOR BENEVOLE, ſuppleri poſſit abunde. Bene Vale, ac ſtudia noſtra ulteriori Tuo favore non dedignare. Dabam Francofurti d. XVIII. Martii A. O. R. M. DC. LXXIV.*

*SUMMO*

*SVMMO VIRO,*

# DN. JOHANNI BRUNNEMANNO,

ICto Celeberrimo, Sereniſſimi Electoris Brandenburg. Conſiliario Magnifico; ac in Academ. Viadrina Anteceſſori Primario, Præceptori olim. optimè merito,

*Nunc Amico honoratiſſimo,*

## WILHELMUS LEISERUS, J. D.

& in Academ. Witteberg. Cod. P.P.

*S. D.*

CVm hiſce diebus offerretur mihi Tuus, Vir Conſultiſſime, in Pandectas Iuſtinianæas Commentarius, fortè in mentem veniebant, quæ Iurisprudentiæ noſtræ hodiernæ vitio dari ſolent. Nempe nimiam eſſe Legum multitudinem, quas non communes ſaltem Germania complures; ſed & quælibet ejus Provincia particulares habeat: quibus ſi addas localia ſtatuta, & Doctorum atque Interpretum opiniones, quæ & ipſæ in caſibus ſingularibus jus faciunt, vix hominis, quantumvis longævi, ætas illis omnibus addiſcendis ſuffecerit, nedum ut aliis rebus dediti, juxta quam normam ſibi vivendum ſit, bene noſſe poſſint. Hinc porro fieri, ut varium ac incertum jus pene omne videatur, aliis aliam Legem propoſito caſui applicantibus: aut, ſi de Lege conveniant, aliter tamen eam interpretantibus. Augeri denique difficultatem ex eo, quod de rebus obſoletis, & ab uſu noſtro alienis loquantur Leges iſtæ, Romanæ cumprimis: quarum ſententiam ſi quis addiſcere velit, prius mores iſtos antiquos, multo ac de cætero inutili labore, illum addiſcere oporteat. Iſtas & hujus generis querelas alias, quas habet celeberrimus Auctor in ſua Epicriſi Legum Germanicarum, vanas penitus eſſe, ego non dixerim. Dudum certè commoverunt homines eruditos, & juſtitiæ pariter ac patriæ amantes, ut ſeculis noſtris redivivum Iuſtinianum, qui jura Germaniæ ambigua explicaret, incerta firmaret, collapſa reſtitueret, ſuperflua reſecaret, ac omnia in luculentam conſonantiam erigeret, votis expeterent. At, quod id vulgo ICtis imputari ſolet, quaſi per ea ſtet, quo minus planiori jure utatur Germania noſtra, in eo injuriam noſtro Ordini fieri ego non dubito. Qui enim Legum miniſter & Interpres Leges emendaret, quod ad ejus, qui ſupra Leges eſt, h. e. Legumlatoris officium pertinere dignoſcitur? Quanquam nec hujus in manu omne illud poſitum eſſe videatur, aut Imperatori protinus imputandum, quod ſqualidam Iuris noſtri ſylvam non repurget. Iuſtinianus emendando Iure ac Legibus ſi quis fieri velit, forte auctoritate etiam ac Imperio Iuſtinianus ſit oportet: quod omnibus non datum. Quare eò tandem deveniendum, ut, quæ nunc eſt, Iurisprudentiæ noſtræ rationem, non ſine ejus, quod omnia regit, ſummi nempe Numinis conſilio talem eſſe, nec ſine eo aliquam circa hanc mutationem ſperandam metuendamve eſſe concludamus. Quæ cum ita ſe habeant, non poſſum non valde probare inſtitutum Tuum, BRVNNEMANNE Excellentiſſime, quo Iurisprudentiam noſtram pro hodierna ejus ratione ornare pergis, ea potiſſimum parte, quæ cæterarum fundamentum eſt, & à plurimis hodie negligitur. Eſt enim illa Tibi laus propria, quod ad ſingulas leges ſcripſeris, id quod ante Te in his oris aut pauci, aut nemo: Scripſeris vero ita, ut & Legis vim ac ſententiam brevibus exponeres, uſum vero ejus hodiernum, & quomodo a verſantibus in foro induci poſſit, diligenter commonſtrares. Quare ob hanc rem & Tibi, SENEX venerande, & Germaniæ noſtræ, & Iuriſprudentiæ hodiernæ univerſæ plurimum gratulor, DEVMQVE ex animo precor, ut Te in ſenili iſthac ætate Iurisprudentiæ noſtræ bono quàm diutiſſimè ſoſpitet. B.V. Dab. è Muſæo 17. Cal. Iun. cIↄ Iↄc LXX.

# VIRO
# TITVLOS SVPERGRESSO,
# JOHANNI BRUNNEMANNO,
## SERENISSIMO AC POTENTISSIMO, ELECTORI BRANDENBVRGICO &c. à CONSILIIS.

## *IVRISCONSVLTORVM IN GERMANIA FACILE PRINCIPI,*

***In alma Francofurtana ad Oderam anteceſſori, & Collegii Iuridici ordinario, juxtimque ſeniori, Patrono & Fautori ſuo colendiſſimo:***

S. P. D.

NEſcio eheu! qua fati infelicitate Jus Romanum hodie laborare incipiat, olim Piſanis, una cum tota Italia cœlitus delapſum munus meritiſſimo ſuo creditum; quod deinde Rerum Domini per Germaniam, & pedetentim Europam exoſculati, in Aulis & Academiis ſuis, tanquam RATIONEM JVRIS GENTIVM, ſuſcepere. Profecto illud in definitione Juris Prudentiæ Romanæ promiſſum in progreſſu Operis reapſe præſtitit CÆSAR literis ad miraculum uſque imbutus, dum Divinas juxtimque Humanas res, cum ſatietate quadam ſuæ Reipublicæ, eminenter tractavit. Si legere ſatageres Divina illa, quæ juridicæ Profeſſionis ſunt, ac publica, ſiſterem facili negotio omnia, ex quibus MAJESTAS coaleſcere poteſt; ſcilicet JVRA, Religionis, *T. T. C. de SS. Trinit. & SS. Eccleſiis. l. 43. D. de Religioſ.* proque Ea Cæſaris proprio Nomine & non Papæ, Conciliorum indicendorum: *d. T. C. de SS. Trinit. & T. T. C. de Hæreticis.* Domini Eminentis etiam in Clericos, atque Horum bona. *T. T. C. de Epiſcopis.* Belli: *T. T. D. de Re Militari l. 12. D. de Captiv.* Fœderum *l. 5. D. Pactis.* Legum Figendarum, *T. T. C. de Legibus & Conſtit. Princip.* Fiſci T. T. D. Fiſci. T. T. D. *de Iure Fiſci* Magiſtratuum creandorum. *T. T. D. de Origin. Iur. ad Municipalem, & Decurionibus.* Legationum *T. T. D. de Legationib.* & Academiarum fundandarum, harumque Privilegia *T. T. D. de Munerib. & Extraordin. Cognition.* aliaque. Ne vero hæc mihi oſtentationis cauſa finxiſſe [ſi, quæ Juris profeſſi ſunt, fingi convenit] videri poſſem, teſtes meos facio *JOHANNEM à FELDEN*, in Elementis Juris Vniverſi, & in ſpecie Publici Iuſtinianei: itemque *GVILIELMVM GROTIVM*, in Enchiridio Principiorum Juris Naturalis, qui hujus Natales partem maximam ex Romano Jure quam feliciter oſtendit. De humanis vero rebus ſilere præſtat quam ſcribere, cum ipſius Romani Iuris Maſtiges locupletes habeam teſtes. Tam boni igitur Juris iniquum fatum, (quod utinam tantum metueremus, & non vires ſumere tentaret!) unde quæſo? Sunt, qui nimium Juris Moralis ſtudium hic cauſſantur. Quorum equidem veſtigia indiſcriminatim legere erubui; cum illud Jus Munus ſit DEI atque Naturæ Humanæ innatum, quod excoluiſſe fideliter, nunquam ſatis eſſe poteſt; nemoque eſt, qui non illius certam ex Scholis peritiam adferat, quam primum Juri ſeſe conſecrat Romano, ut ut quorundam libri proſtent, ac legi ſint digni, qui Doctrinæ Moralium Ariſtotelis, aliorumque Antiquorum facile aliquid ſuperaddere potis fuerunt. Subodorari igitur aliam cauſam cogitur, cui hæc res curæ cordique eſt; forte an hanc, quod Jus Quiritium non, cum rationibus, ſed pro imperio tantum diſponat, proque ſelpſo tuendo affaniæ ſint ex Fontibus Juris Moralis cum labore quodam ducta argumenta. Sed abſint injuriæ! rem aliter ſeſe habere, provoco ad puriſſimos Fontes, unde Jus illud dimanavit, quodque JVSTINIANVS ex Æquo Bonoque exſculpſit totum: non pertinax labor foret, oſtendiſſe, cum *ANTONIO FERDINANDO à MOVRE*, præeunte aliquam partem, in Examine Theologiæ Moralis, juxta Præcepta Decalogi, & *MARTINO SCHOOCKIO*, Diatribis de Jure Naturali, juxta Partes Philoſophiæ Practicæ, Jus Morale ex ſolo Jure Romano hauſtum, apte digeri poſſe. Nunc votum concipio: Faxit DEVS Sator & Stator omnis Juſtitiæ, ut Jus Romanum, cum Monarchia noſtra Quarta & extima, ad finem ſeculi perennet! & quidni perennabat? cum tot ſint Germaniæ, & ferme totius Europæ Principes ac Reſpublicæ, qui illius Gentium nunc facti Juris Mecœnates egregii appellari volunt, & ſunt. Nec JCti deſunt, qui pro Autoritate Juriſprudentiæ noſtræ, tanquam pro aris & focis, ſuo modo, dimicant: Inter quos emines, JOH. BRVNNEMANNE, Vir in Divino Humanoque Jure verſatiſſime: Qui lucubrationibus tuis Jus Pandectarum excellenter illuſtraſti, & tantam Eidem noviter conciliaſti gratiam, quanta, ob maleferiatos, quibus capita ad novam Juris Artem pruriunt, ſed fruſtra, opus erat maxime. Vos legum Romanorum Cupidi legite & relegite hæc BRVNNEMANNI [VIRI ſtudioſam pubem ad FONTES limpidiſſimos Juris Artis recta ducentis, nec eoſdem turbantis] Scholia, ut majori amore erga Illas incaleſcatis, nec Earundem, cum intertrimento Reipublicæ, oſores evadatis. Tu vero, JCTORVM SUMME, & PATRONORUM OPTIME, in rem Juris Romani vivas, opto, quam diutiſſime. Scribebam Wittenbergæ d. XVIII. Maji. Anno M. DC. LXX.

IOACHIMVS *Nerger*, D. & Prof. Pandect. Publ.

# RUBRICÆ PANDECTARUM

*juxta ſeriem alphabeticam.*

Numerus Romanus ſeu major librum; Barbarus ſeu minor titulum ſignat.


A

DE Abigeis XLVII. 14
De Acceptilatione XLVI. 4
De Aecuſationibus & inſctiptionibus XLIIX. 2
De Acquirenda vel omittenda hæreditate XXIX. 2
De Acquirenda vel amittenda poſſeſſione XLI. 2
De Acquirendo rerum dominio XLI. 1
De Actione rerum amotarum XXV. 2
De Actionibus emti & venditi XIX. 1
De Ademtione libertatis XL. 6
Ad exhibendum X. 4
De Adimendis vel transferendis legatis vel fideicommiſſis XXXIV. 4
Ad Legem Aquiliam IX. 2
Ad Legem Corneliam de falſis, & de SCto Liboniano XLIIX. 10
Ad Legem Corneliam de ſicariis XLIIX. 8
Ad Legem Fabiam de plagiariis XLIIX. 15
Ad Legem Falcidiam XXXV. 2
Ad Legem Juliam de adulteriis coercendis XLIIX. 5
Ad Legem Juliam de ambitu XLIIX. 14
Ad Legem Juliam de annona XLVIII. 12
Ad Legem Juliam de vi privata XLVIII. 7
Ad Legem Juliam de vi publica XLVIII. 6
Ad Legem Juliam majeſtatis XLVIII. 4
Ad Legem Juliam peculatus, & de ſacrilegiis & reſiduis XLVIII. 13
Ad Legem Juliam repetundarum XLVIII. 11
Ad Legem Pompejam de parricidiis XLVIII. 9
Ad Legem Rhodiam de jactu XIV. 2
De Adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum XXVI. 7
De Adminiſtratione rerum ad civitatem pertinentium L. 8
Ad municipalem & de incolis L. 1
De Adoptionibus & emancipationibus, aliiſque modis, quibus poteſtas ſolvitur I. 7
Ad Senatus conſultum Macedonianum XIV. 6
Ad Senatus conſultum Syllanianum & Claudianum, quorum teſtamenta ne aperiantur XXIX. 5
Ad Senatus conſultum Tertullianum & Orphitianum XXXVIII. 17
Ad Senatus conſultum Trebellianum XXXVI. 1
Ad Senatus conſultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum XLVIII. 16
Ad Senatus conſultum Vellejanum XVI. 1
De Adſignandis libertis XXXVIII. 4
De Ædilitio edicto, & redhibitione, & quanti minoris XXI. 1
De Æſtimatoria actione XIX. 3
De Agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis XXV. 3
De Albo ſcribendo L. 3
De Aleatoribus XI. 5
De Alienatione judicii mutandi cauſa facta IV. 7
De Alimentis & cibariis legatis XXXIV. 1
De Annuis legatis & fideicommiſſis XXXIII. 1
An per alium cauſæ appellationum reddi poſſint XLIX. 9
De Appellationibus & relationibus XLIX. 1
De Appellationibus recipiendis, vel non XLIX. 5
Apud eum, à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum XLIX. 12
De Aqua & Aquæ pluviæ arcendæ XXXIX. 3
De Aqua quotidiana & æſtiva XLIII. 20
A quibus appellare non licet XLIX. 2
De Arboribus cædendis XLIII. 27
Arborum furtim cæſarum XLVII. 7
De Auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, veſte vel veſtimentis, & ſtatuis legatis XXXIV. 2
De Autoritate & conſenſu tutorum & curatorum XXVI. 8

B

De Bonis damnatorum XLIIX. 20
De Bonis autoritate Judicis poſſidendis XLII. 5
De Bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciverunt, vel accuſatorem corruperunt XLIIX. 21
De Bonis libertorum XXXIIX. 2
De Bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis XXXVII. 13
De Bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cœco competente XXXVII. 3
De Bonorum poſſeſſionibus XXXVII. 1
De Bonorum poſſeſſionibus contra tabulas XXXVII. 4
De Bonorum poſſeſſionibus ſecundum tabulas XXXVII. 11

C.

De Cadaveribus punitorum XLIIX. 24
De Calumniatoribus III. 6
De Capite minutis IV. 5
De Captivis, & poſtliminio, & redemtis ab hoſtibus XLIX. 15
De Carboniano edicto. XXXII. 10
De Caſtrenſi peculio XLIX. 17
De Cenſibus L. 15
De Ceſſione bonorum XLII. 3
De Cloacis XLIII. 23
De Codicill. XXXIX. 7
De Collatione bonorum XXXVII. 6
De Collatione dotis XXXVII. 7
De Collegiis & corporibus XLVII. 22
De Colluſione detegenda XL. 16
Commodati, vel contra XIII. 6
Communia prædiorum, tam urbanorum, quam ruſticorum IIX. 4
Communi dividundo X. 3
De Compenſationibus XVI. 2
De Concubinis XXV. 7
De Concuſſione XLVII. 13
De Condictione cauſa data, cauſa non ſecuta XII. 4
De Condictione ex lege XIII. 2
De Condictione furtiva XIII. 1
De Condictione indebiti XII. 6
De Condictione ob turpem vel injuſtam cauſam XII. 5
De Condictione ſine cauſa XII. 7
De Condictione Triticiaria XIII. 3
De Conditionibus & demonſtrationibus, & cauſis & modis eorum, quæ in teſtamentis ſcribuntur XXXV. 1
De Conditionibus inſtitutionum XXIIX. 7
De Confeſſis XLII. 2
De Confirmando tutore vel curatore XXVI. 3
De Conjungendis cum emancipato liberis ejus XXXVII. 8
De Conſtituta pecunia XIII. 5
De Conſtitutionibus Principum I. 4
De Contrahenda emtione XIIX. 1
De Contraria & utili actione tutelæ XXVII. 4
De Curatore bonis dando XLII. 7
De Curatoribus furioſo, & aliis, extra minores, dandis XXVII. 10
De Cuſtodia & exhibitione reorum XLVIII. 3

D.

De Damno infecto, & de ſuggrundis & protectionibus XXXIX. 2


De

# Rubricæ Pandectarum.


De Decretis ab ordine faciendis L. 9
De Decurionibus & filiis eorum L. 2
Depoſiti vel contra XVI. 3
De Diſtractione pignorum & hypothecarum XX. 5
De Diverſis Regulis Juris antiqui L. 17
De Diverſis temporalibus præſcriptionibus & acceſſionibus poſſeſſionum XLIV. 3
De Diviſione rerum & qualitate I. 8
De Divortiis & repudiis XXIV. 2
De Doli mali & metus exceptione XLIV. 4
De Dolo malo IV. 3
De Donationibus XXXIX. 5
De Donationibus inter virum & uxorem XXIV. 1
De Donatione mortis cauſa XXXIX. 6
De Dote prælegata XXXIII. 4
De Duobus reis conſtituendis. XLV. 2

E.

De Edendo II. 13
De Effractoribus & expilatoribus XLVII. 18
De Eo, per quem factum erit, qoo mious quis in judicio ſiſtat II. 10
De Eo, qui pro tutore vel coratore negotia geſſit XXVII. 5
De Eo, qnod certo loco dari oportet XIII. 4
De eo, quod qniſque juris in alterum ſtatuerit, nt ipſe eodem jure utatur II. 2
De Evictionibus & duplæ ſtipulatione XXI. 2
Eum qui appellaverit in provincia defendi XLIX. 11
De Exceptiooe rei jndicatæ XLIV. 2
De Exceptione rei venditæ & traditæ XXI. 3
De Exceptiooibus, præſcriptionibus, & præjudiciis XLIV. 1
De Excuſationibus XXVII. 1
De Exercitoria actione XIV. 1
Expilatæ hæreditatis XLVII. 19
Ex quibus cauſis majores XXV. anois io integrum reſtituuntur IV. 6
De Extraordinariis cognitionibus, & ſi judex litem ſuam feciſſe diceretur L. 13
De Extraordioariis crimioibus XLVII. 11

F.

Familiæ herciſcundæ X. 1
De Feriis, dilationibus, & diverſis temporibus II. 12
De Fideicommiſſaris hæreditatis petitione V. 6
De Fideicommiſſariis libertatibus XL. 5
De Fide ioſtrumentorum, & amiſſione eorum XXII. 4
De Fidejuſſoribus & mandatoribos XLVI. 1
De Fidejuſſoribus & nominatoribus, & hæredibus tutorum & curatorum XXVII. 7
Fioium regundorum X. 1
De Fluminibus, ne quid in flumioe publico ripave ejus fiat, quo pejus navigetur XLIII. 12
De Fonte XLIII. 22
De Fugitivis XI. 4
De Fundo dotali XXIII. 5
De Funeribus balneariis XLVII. 17
Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios XLVII. 5
De Furtis XLVII. 2

G.

De Glande legenda XLIII. 28
De Gradibus, & affinibus, & nominibus eorum XXXVIII. 10

H.

De Hæredibns inſtitnendis XXVIII. 5
De Hæreditate vel actione vendita XVIII. 4
De Hæreditatis petitiooe V. 3
De His, quæ in teſtamento delentur, inducuntur, inſcribuntur XXVIII. 4
De His, quæ pœnæ cauſa relinquuntur XXXIV. 6
De His, quæ pro non ſcriptis habentur XXXIV. 8
De His, quæ ut iodigois auferuntur XXXIV 9
De His, qui effuderint, vel dejecerint IX. 3
De His, qui notantur infamia III. 2
De His, qui ſui vel alieni juris ſunt I. 6

I.

De Impenſis in res dotales factis XXV. 1
De Iocendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata XLVII. 9
In diem addictione XIIX. 2
De Injuriis & famoſis libellis XLVII. 10
De Injuſto, rupto, irrito facto teſtamento XXIIX. 3
De in Jus vocando II. 4
In Jus vocati ut eant, aut ſatis vel cautum dent II. 6
De In litem jurando XII. 3
De Inofficioſo teſtamento V. 2
In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahatur XX. 2
De In rem verſo XV. 3
De Inſpiciendo ventre cuſtodiendoque partu XXV. 4
De Inſtitoria actione XIV. 3
De Inſtructo vel Inſtrumento legato XXXIII. 7
De Interdictis, & relegatis & deportatis XLIIX. 22
De Interdictis, ſive extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt XLIII. 1
De Interrogationibus in jure faciendis, & interrogatoriis actionibus XI. 1
De Itinere actuque privato XLIII. 19
Judicatum ſolvi XLVI. 7
De Judiciis, & ubi quis agere vel cooveniri debet
De Jure aureorum annulorum XL. 10
De Jure Codicillorum XXIX. 7
De Jure deliberandi XXIIX. 8
De Jure dotium XXIII. 3
De Jure Fiſci XLIX. 14
De Jure immunitatis L. 6
De Jurejurando XII. 2
De Jure patronatus XXXVII. 14
De Juriſdictione II. 1
De Juris & facti ignorantia XXII. 6
De Juſtitia & Jure I. 1

L.

De Legationibus L. 7
De Legatis & Fideicommiſſis 1. XXX. 1
De Legatis & Fideicommiſſis 2. XXXI. 1
De Legatis & Fideicommiſſis 3. XXXII. 1
De Legatis præſtandis, contra tabulas bonorum poſſeſſione petita XXXVII. 5
De Lege Commiſſoria XIIX. 3
De Lege Cornelia de Falſis, & de Sc̃to Liboniano XLIIX. 10
De Lege Julia Repetundarum XLIIX. 11
De Lege Julia de Annona XLIIX. 12
De Lege Pompeja de Parricidiis. XLIIX. 10
De aliis Legibus Jul. vide Lit. A.
De Lege Rhodia de jactu XIV. 2
De Legibus, Senatus conſultis & longa conſuetudine I. 3
De Legitimis tutoribus XXVI. 4
De Libellis dimiſſoriis, qui apoſtoli dicuntur XLIX. 6
De Liberali cauſa XL. 12
De Liberatione legata XXXIV. 3
De Liberis & Poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis XXIIX. 2
De Liberis exhibendis, item ducendis XLIII. 30
De Libero homine exhibendo XLIII. 29
De Libertis univerſitatum XXXIIX. 3
De Litigioſis XLIV. 6
Locati conducti XIX. 2
De Locis & Itineribus publicis XLIII. 7
De Loco publico fruendo XLIII. 9

M.

De Magiſtratibos conveniendis XXVII. 8
Mandati vel contra XVII. 1
De Manomiſſionibus XL. 1
De Manumiſſionibus, quæ ſervis ad univerſitatem pertinentibus imponuntur XL. 3
De Manumiſſis Teſtamento XL. 4
De Manumiſſis vindicta XL. 2
De Migraodo XLIII. 32


De

# Rubricæ Pandectarum.


De Minoribus 25. annis IV. 4
De Mortis cauſa donationibus & capionibus XXXIX.6
De Mortuo inferendo & ſepolchro ædificando XI. 8
De Muneribus & honoribus L. 4

N.

De Natalibus reſtituendis XL. 11
Nautæ, caupones, ſtabularii ut recepta reſtituant IV.9
De Nautico fœnore XXII. 2
Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur XL. 15
De Negotiis geſtis III. 5
Ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priori æſtate fluxit XLIII. 13
Ne quid in loco publico vel itinere fiat XLIII. 8
Ne quid in loco ſacro fiat XLIII 6
Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat II. 7
Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt XLIII.4
Nihil innovari appellatione interpoſita XLIX. 7
De Novationibus & delegationibus XLVI. 2
De Noxalibus actionibus IX. 4
De Nundinis L. 11

O.

De Obligationibus & actionibus XLIV. 7
De Obſequiis parentibus & patronis præſtandis XXXVII. 15
De Officio aſſeſſorum I. 22
De Officio conſulis I. 10
De Officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio I. 21
De Officio Juridici I.20
De Officio Præfecti Auguſtalis I. 17
De Officio Præfecti prætorio I. 11
De Officio Præfecti vigilum I. 15
De Officio Præfecti urbi I. 12
De Officio Præſidis I. 18
De Officio Prætorum I. 14
De Officio Proconſulis & Legati I.16
De Officio Procuratoris Cæſaris, vel Rationalis I. 19
De Officio Quæſtoris I. 13
De Operibus publicis L. 10
De Operis libertorum XXXIIX.1
De Operis novi nunciatione XXXIX.1
De Operis ſervorum VII. 7
De Optione vel electione legata XXXIII. 5
De Origine Juris & omnium magiſtratuum, & ſucceſſione prudentum I. 2

P.

De Pactis II.14
De Pactis dotalibus XXIII. 4
De Peculio XV. 1
De Peculio legato XXXIII.8
De Pecunia conſtituta XIII. 5
De Penu legata XXXIII.9
De Periculo & commodo rei venditæ XVIII. 6
De Petitione hæreditatis V. 3
De Pignoratitia actione, & contra XIII. 7
De Pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahuntur, & de pactis eorum XX. 1
De Pœnis XLIIX.19
De Pollicitationibus L. 12
De Popularibus actionibus XLVII.23
De Poſſeſſoria hæreditatis petitione V. 5
De Poſtulando III. 1
De Præſcriptis verbis & in factum actionibus XIX. 5
De Prætoriis ſtipulationibus XLVI.5
De Prævaricatione XLVII. 15
De Precario XLIII. 26
De Privatis delictis XLVII.1
De Privilegiis creditorum XLII. 5
De Probationibus & præſumtionibus XXII.3
De Procuratoribus & Defenſoribus III. 3
Pro derelicto XLI. 7
Pro donato XLI. 5
Pro dote XLI.9
Pro emtore XLI. 4
Pro hærede vel poſſeſſore XLI. 5
Pro legato XLI. 3
Pro ſocio XVII. 2
Pro ſoluto XLI. 3
Pro ſuo XLI.10
De Proxeneticis L.14
De Publicanis, vectigalibus & commiſſis XXXIX. 4
De Publiciana in rem actione VI.2
De Publicis judiciis XLIIX 1

Q.

Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur XLII.8
Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſint XX 3
Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur XLIX.8
De Quæſtionibus XLIIX.18
Quando actio de peculio annalis eſt XV. 2
Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora XLIX.4
Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat XXXVI.2
Quando dies uſus fructus legati cedat VII.3
Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri poſſint XXVI.9
Quarum rerum actio non datur, & de exceptione jurisjurandi XLIV.5
Quemadmodum ſervitutes amittantur IIX 6
Quemadmodum teſtamenta aperiantur, deſcribantur & inſpiciantur XXIX 3
Quibus ad libertatem proclamare non licet XL. 13
Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur XLII. 4
Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur XX. 6
Quibus modis uſusfructus vel uſus amittitur VII. 4
Quibus non competit bonorum poſſeſſio XXXIIX. 13
De Quibus rebus ad eundem judicem eatur XI.2
Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiant, & ad L. Æliam Sentiam XL. 9
Qui petant tutores vel curatores & ubi petantur XXVI. 6
Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. XX. 4
Qui ſatisdare cogantur, vel jurato promittant, vel promiſſioni ſuæ committantur II.8
Quis & à quo appellatur XLIX.3
Qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniant XL.8
Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſervetur XXXIIX.15
Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant. XXIIX.1
Quod cujuſcunque univerſitatis nomine vel contra eam agatur III.4
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur XIV.5
Quod falſo tutore autore geſtum eſſe dicatur XXVII 6
Quod juſſu XV. 4
Quod legatorum XLIII. 3
Quod metus cauſa geſtum eſt IV. 2
Quod quiſque juris in alium ſtatuerit ut ipſe eodem jure utatur II. 2
Quod vi aut clam XLIII. 24
Quorum bonorum XLIII. 2

R.

De Rebus autoritate judicis poſſidendis, vel vendendis XLII. 5
De Rebus creditis, ſi certum petatur XII.1
De Rebus dubiis XXXIV.5
De Rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis vel ſupponendis XXVII. 9
De Receptatoribus XLVII.16
De Receptis arbitris, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant IV. 8
De Regula Catoniana XXXIV. 7
De Regulis juris L. 17


De

# Rubricæ Pandectarum.


| | |
|---|---|
| De Re judicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus | XLII.1 |
| De Rei vindicatione | VI.1 |
| De Religioſis & ſumtibus funerum, & ut funus ducere liceat | XI.7 |
| De Re militari | XLIX.16 |
| De Remiſſionibus | XLIII.25 |
| Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore | XLVI.6 |
| Rem ratam haberi, & de ratihabitione | XLVI.8 |
| De Requirendis reis, abſentibus damnandis | XLIIX.17 |
| De Rerum diviſione & qualitate | I.8 |
| De Rerum permutatione | XIX.4 |
| De Reſcindenda venditione | XIIX.5 |
| De Ripa munienda | XLIII.15 |
| De Ritu nuptiarum | XXIII.2 |
| De Rivis | XLIII.21 |
| **S.** | |
| De Salviano interdicto | XLIII.33 |
| De Senatoribus | I.9 |
| De Senatus conſulto Macedoniano | XIV.6 |
| De Senatus conſulto Syllaniano & Claudiano, quorum teſtamenta ne aperiantur | XXIX.5 |
| De aliis Senatus conſultis vide Literam A. | |
| De Sententiam paſſis & reſtitutis | XLIIX.23 |
| De Separationibus | XLII.6 |
| De Sepulchro violato | XLVII.12 |
| De Servis exportandis vel ſi mancipium ita venierit, ut manumittatur, vel contra | XIIX.7 |
| De Servis fugitivis | XI.4 |
| De Servitute legata | XXXIII.3 |
| De Servitutibus | IIX.1 |
| De Servitutibus ruſticorum prædiorum | IIX.3 |
| De Servitutibus urbanorum prædiorum | IIX.2 |
| De Servo corrupto | XI.3 |
| Si ager vectigalis, i. e. emphyteuticarius, petatur | VI.3 |
| Si à parente quis manumiſſus ſit | XXXVII.12 |
| Si cui plus, quam per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur | XXXV.3 |
| Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caveatur | II.9 |
| Si familia furtum feciſſe dicetur | XLVII.6 |
| Si ingenuus eſſe dicetur | XL.14 |
| Si is, qui teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem Domini ante aditam hæreditatem ſubripuiſſe aut corrupiſſe quid dicetur | XLVII.4 |
| Si menſor falſum modium dixerit | XI.6 |
| Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicetur | XXV.6 |
| Si pars hæreditatis petatur | V.4 |
| Si pendente appellatione mors intervenerit | XLIX.13 |
| Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur | IX.1 |
| Si quid in fraudem patroni factum ſit | XXXIIX.5 |
| Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit | XXIX.6 |
| Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperavit | II.11 |
| Si quis in jus vocatus non ierit, ſive quis eum vocaverit | II.11 |
| Si quis in jus vocatus non ierit, ſive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit | II.5 |
| Si quis jus dicenti non obtemperavit | II.3 |
| Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato vel alio modo poſſideat hæreditatem | XXIX.4 |
| Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur | IIX.5 |
| Si tabulæ teſtamenti extabunt | XXXVII.2 |
| Si tabulę teſtamenti nullę extabunt, unde liberi | XXXIIX.6 |
| Si tutor vel curator vel magiſtratus creatus appellaverit | XLIX.10 |
| Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium translata eſſe dicetur. | XXV.5 |
| Si uſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur | VII.6 |
| De Solutionibus & liberationibus | XLVI.3 |
| Soluto matrimonio, dos quemadmodum petatur | XXIV.3 |
| De Sponſalibus | XXIII.1 |
| De Statu hominum | I.5 |
| De Statu liberis | XL.7 |
| Stellionatus | XLVII.20 |
| De Stipulatione ſervorum | XLV.3 |
| De Stipulationibus prætoriis | XLVI.5 |
| De Succeſſorio edicto | XXXIIX.9 |
| De Suis & legitimis hæredibus | XXXIIX.16 |
| De Suppellectile legata | XXXIII.10 |
| De Superficiebus | XLIII.18 |
| De Suſpectis tutoribus & curatoribus | XXVI.10 |
| **T.** | |
| De Tabulis exhibendis | XLIII.5 |
| De Termino moto | XLVII.21 |
| De Teſtamentaria tutela | XXVI.2 |
| De Teſtamentis | XXIIX.1 |
| Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur & deſcribantur | XXIX.3 |
| De Teſtamento militis | XXIX.1 |
| De Teſtibus | XXII.5 |
| De Tigno juncto | XLVII.3 |
| De Tranſactionibus | II.15 |
| De Tributoria actione | XIV.4 |
| De Tritico, vino, vel oleo legato | XXXIII.6 |
| De Tutelæ & rationibus diſtrahendis, & utili curationis cauſa actione | XXVII.3 |
| De Tutelis | XXVI.1 |
| De Tutoribus & curatoribus datis ab his, qui jus dandi habent, & qui & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt | XXVI.5 |
| **V.** | |
| De Vacatione & excuſatione munerum. | L.5 |
| Ubi pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis ei præſtandis. | XXVII.2 |
| De Ventre in poſſeſſionem mittendo, & de curatore ejus | XXXVII.9 |
| De Ventre inſpiciendo cuſtodiendoque partu | XXV.4 |
| De Verborum obligationibus | XLV.1 |
| De Verborum ſignificatione | L.16 |
| De Veteranorum & militum ſucceſſione | XXXIIX.12 |
| De Veteranorum privilegiis | XLIX.18 |
| De Via publica & itinere publico reficiendo | XLIII.11 |
| De Via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur | XLIII.10 |
| De Vi bonorum raptorum, & de turba | XLVII.8 |
| De Vi & vi armata | XLIII.16 |
| Unde cognati | XXXIIX.8 |
| Unde legitimi | XXXII.7 |
| Unde vir & uxor | XXXIIX.11 |
| De Uſu & habitatione | VII.8 |
| De Uſu, & uſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fideicommiſſum datis | XXXIII.2 |
| De Uſufructu accreſcendo | VII.2 |
| Uſufructuarius quemadmodum caveat | VII.9 |
| De Uſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur, vel minuuntur | VII.5 |
| De Uſufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur. | VII.1 |
| De Uſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora | XXII.1 |
| De Uſurpationibus & uſucapionibus | XLI.3 |
| Ut ex legibus ſenatusve conſultis bonorum poſſeſſio detur | XXXIIX.4 |
| Ut in flumine publico navigare liceat | XLIII.14 |
| Ut in poſſeſſionem legatorum vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſa eſſe liceat | XXXVI.4 |
| Uti poſſidetis | XLIII.17 |
| Ut legatorum ſeu fideicommiſſorum cauſa caveatur | XXXVI.3 |
| Utrubi | XLIII.31 |
| De Vulgari & pupillari ſubſtitutione | XXIIX.6 |

*I. N. D. N. J. C.*

# JOHANNIS BRUNNEMANNI
## JURISCONSULTI
# COMMENTARIUS
## *IN*
# PANDECTAS,
## LIBRI PRIMI.

### TITULUS I.

*De Iuſtitia & Iure.*

Ad Leg. Juri operam. 1. pr. §. 1. & Leg. Juſtitia. 10.

*SUMMARIA.*

*Finis Juriſprudentiæ. n.* 1.
*Definitionis juſtitiæ explicatio.* 2.
*Particularis juſtitia quotuplex?* 3.
*Jus quomodo ars æqui & boni?* 4.
*Jus vel publ. vel priv.* 5.
*An Principi poteſtas circa ſacra competat?* 6.
*Jus privatum circa quid verſetur?* 8.
*Jus naturale quotuplex?* 9.
*Quotuplex jus gentium?* 10.
*Jus in genere quomodo diſtinguatur?* 11.

1 AGITUR in hoc titulo de pro-
ximo in fine Juriſprudentiæ, quia
ſolent practicæ diſciplinæ metho-
2 do reſolutiva à fine incipere. Ju-
ſtitia autem definitur à Juſtinia-
no, *in L. 10. h. t.* quod ſit conſtans
ac perpetua volontas, id eſt, ha-
bitus moralis, ſuum cuique tribuendi; Suum inquam,
Deo; ſuum ſibi; Suum aliis hominibus; imò ſuum
ſuo modo etiam aliis animatis creaturis. Et ſic intel-
ligitur Juſtitia univerſalis, in eo à Virtute diſcrimi-
nata; quod Virtus abſolutum quid ſit, Juſtitia vero
Univerſalis relationem quandam implicet. Sed ſi ver-
ba (ſuum cuique tribuendi) de aliis hominibus præ-
3 ciſè intelligas, non repugnarim, hanc definitionem
juſtitiæ particolari propriè competere. Particularis
juſtitia vulgo in diſtributivam & Commutativam di-
viditur. Illa circa res communes tribuendo; Hæc
circa res ſingulares verſatur: Illa res cum perſona; Hæc
res inter ſe confert: Illam in præmiis non tantum, ſed
& pœnis obſervandum puto; ita tamen ut in pœnis
interdum Arithmetica proportio, ut in homicidio &
aliis; interdum in Contractibus, v. gr. Societate &
ſimil. etiam Geometrica proportio obtineat. In re-
ſtitutione damni Juſtitiam Commutativam lubens
agnoſco. Jus vero hic definitur, quod ſit ars boni
& æqui, ſeu eſt ars docens, quid juſtitiæ conforme,
& quid in ſingulis caſibus, etiam ſpecialiter non de-
4 ciſis, rectè reſponderi debeat, conſiderata partim Reip.
utilitate. *Conf. Cujac. Tom. 2. p. 91. Zaſius Tom. 1.
p. 101. Bachov. in Comm. ad h. Leg. p. m. 71. Fortun.
Garc. Tom. 1. Repet. Jur. Civ. p. 239. Marius Salomo-
nius p. 37.*

*Ad* §. 2. In *hoc* §. Jus dividitur in publicum &
privatum. Illud verſatur circa ſtatum & gubernatio-
nem Imperii. Et conſiſtit in Sacris, Sacerdotibus &
5 Magiſtratibus. Sacra ad jus publicum pertinere, no-
ſtris videtur eſſe certum: quod tamen nonnulli ne-
gatum volunt, & Principi nullam conſtituendi quid
6 circa ſacra, nullam cognoſcendi ſuper decretis Syno-
dorum poteſtatem relinquunt; inter quos *D. Jaco-
bus Revius in libello contra Videlium edito.* Ait enim,
Moſem, Davidem quidem conſtituiſſe quid circa
Sacra, ſed ut Prophetas, non ut Reges. At quid de
aliis Regibus Iſraelitarum? Quid de Ducibus popu-
li Judaici dicet? Omnes fuerunt Prophetæ? Quid de
Conſtantino, Theodoſio, Martiano, Juſtiniano? Hi
annon conſtitutiones ſacras edidere? Reſpondet: Ju-
ſtinianum tantùm edidiſſe Sacra, quæ jam ante à
Conciliis decreta. Sed gratis hæc dicit, & nunquam
probabitur. Abjectè nimis de Magiſtratu ſentiunt,
qui officium ejus ad temporalia & prophana reſtrin-
7 gunt. Et imperium contra imperium erigunt, qui
poteſtatem conſtituendi quid circa Sacra Synodis &
Claſſibus in ſolidum tribuunt. Nemo quidem facilè
erit ex Criſtianis Theologis, aut Juriſconſultis, aut
Politicis, qui curam ſacrarum rerum ab officio Prin-
cipis planè ſegregare velit. Interim dicunt tamen
quidam, objectivè tantùm verſari, non verò forma-
liter. At verò & formaliter Sacra ordinare, litigia Ec-
8 cleſiaſtica, quantùm fieri poteſt, ſopire poteſt & de-
bet Magiſtratus. Hoc, Jus ſcilicet privatum, cir-
ca cauſas negotiorum privatorum decidendas occu-

patum eſt: licèt & hoc Jus in publici Juris quæ-
ſtionibus aliquo modo locum habeat, in terminis ha-
bilibus.

*Ad* §. 3. & 4. Quod Jus dividatur in Naturale,
9 Gentium & Civile, notum eſt. Jus naturale non qua
jus, ſed qua inclinationem naturalem, eſt cum bru-
tis commune. Jus Gentium eſt hominum proprium.
Sed cùm quædam Juris Naturalis dicantur, quæ non
ſunt brutis communia, hinc orta diſtinctio Docto-
rum, quod aliud Jus Naturale ſit primarium cum
brutis commune, materialiter ſcilicet, ſicut hoc Dd.
explicant, non ſo maliter *Covarruv. in c. Peccatum.
de R. J. in 6. P. 2 §. 11. nu. 4.* Vid. *Hugo. Grot. de J. B.
& P. l. 1. c. 1. nu.* 11. Aliud ſecundarium, hominum
proprium, ut: cultum Deo exhibendum, parentes
eſſe honorandos, & ſimilia. Quod verò Jus Gentium
10 in primarium & ſecundarium diſtinguant Dd. in cau-
ſa fuit, quod Jura promiſcuè utantur voce Juris Na-
turalis & Gentium §. *ſingulorum.* 11. *Inſt. de Rer. Div.*
Jus Gentium primarium intelligunt id ipſum Jus Na-
turale, homini proprium, & vocant Jus rationis, id
eſt, rationi connatum, ſine diſcurſu cognitum. Jus
Gentium Secundarium, ſeu ratiocinationis eſt, quod
gentes per diſcurſum æquitati & utilitati, & ut ita
loquar, correſpondentiæ Gentium utile judicarunt,
ut: contractus, legationum jura &c. De quibus di-
11 ſtinctionibus diſputare vanum eſt. Soleo aliàs di-
ſtinguere inter Jus Divinum & humanum. Illud vel
naturale, quod eſt ſimpliciter in theſi immutabile;
vel poſitivum, v. gr. de circumciſione in V. T. & de
Baptiſmo in Novo. Jus humanum eſt, vel à gentibus,
quæ aliquid humani ingenii habent, conſtitutum; vel
à Republica ordinatum, quod eſt Jus Civile.

## ad L. Veluti. 2.

### *SUMMARIA.*

*Religio erga Deum, & obſervantia erga Parentes & Patriam, quomodo ad Jus G. ſpectent? n.* 1.
*Patria quando præferenda Parentibus?* 2.

1

IN hac Lege ad Jus gentium refertur Religio erga
DEUM, & obſervantia erga parentes & patriam.
Sed poterat objici, naturâ notum eſſe, Numen eſſe, id-
que colendum, & naturâ notum eſſe, parentibus deberi
obedientiam ſeu obſervantiam. Deinde poterat objici,
Religionem ad Jus publicum referri. Ad 1. reſpon-
deo, Jus gentium duplex dici (1.) Jus gentium in-
ſitum rationi & (2.) quod per diſcurſum collectum
eſt: de illo hic agitur. Ad 2. reſpondeo, quod aliud
ſit Religio ipſa, quæ Juris privati, aliud verò Jus con-
ſtituendi ea, quæ ad cultum DEI pertinent, & hoc
eſt Juris publici. Notetur hîc obiter, parentes hîc
patriæ præponi; licèt aliàs, ſi patria & parentes con-
2 traria imperent, patria præferenda ſit *per l. 19. §. 7.
ff. de Captivis & poſtlim. reverſ. L. Minime 35. ff. de
Religioſ.*

## Ad L. Ut Vim. 3.

### *SUMMARIA.*

*Defenſio alia naturalis, alia juridica. n.* 1.
*Defenſio qualem invaſionem requirat?* 2.
*Defenſio ſit neceſſaria: & an fugere oporteat?* 3.
*An inter nobiles & ignobiles diſtinguendum?* 4.
*An in conſcientia tutus, qui non fugit?* 5.
*An aggreſſorem fugientem liceat perſequi?* 6.
*Quid ſi aggreſſor ab alio detineatur?* 7.
*Defenſio ſit moderata.* 8.
*Paritas armorum quomodo ſit neceſſaria?* 9.
*An per moderamen occidens in conſcientia tutus ſit?* 10.
*An invaſus, ſi alterum occidens ſe liberare noluerit, ſed ipſe occidatur, peccet?* 11.
*Pœna exceſſus moderaminis.* 12.
*Jus reſiſtendi quale, & quando licitum?* 13. *ſeqq.*

QUodquiſque ob tutelam corporis ſui fecit, jure
feciſſe exiſtimandus eſt, Dn. Autor *in C. tit. ad
L. Cornel. de Sicar. ad L. 2. n.* 1. Duplex eſt Defenſio,
1 altera naturalis, de qua hîc: Altera juridica, qua
vel corpus, vel famam, vel patrimonium noſtrum,
vel omnia ſimul defendimus. De illa hoc loco. Hæc
ipſa vox defenſionis infert, prærequiri & præſuppo-
ni aliquam invaſionem, ſeu oppugnationem. Ergo ut
2 Defenſio ſit, oporter aliquem eſſe injuſtè invaſum,
ita ut damnum immineat vel injuria realis irretracta-
bilis v. g. ſtuprum violentum. *Georg. Obrecht. in tr.
de Defenſ. nec. c. 2. n.* 8. Nam ſi juſtè invadatur, man-
datu Superiorum, neceſſe eſt, injuſtam eſſe defenſio-
nem. Et quidem talem offenſionem & invaſionem
eſſe oportet, ut probabiliter corporis incolumitati ac
vitæ vel pudori irretractabile imminere periculum vi-
deatur, ſaltem per conſequentiam. Ipſa verò defenſio
debet eſſe 1. neceſſaria. 2. moderata. Neceſſaria non
eſt, ubi quis aliter incolumitati ſuæ conſulere poteſt.
Sic, ſi quis ſine periculo fugere potuit, conſentaneum
3 eſt legibus, jubet Chriſtiana Religio, ut fugiat. Il-
lud, quia leges eum demum abſolvunt, qui, cùm ali-
ter periculum effugere non poſſet, ſervum alienum
occidit. *l. ſcientiam. 45. §. pen ff. Ad L. Aquil. § injuria.
Inſt. eod. tit.* Dn. Autor. *in C. tit. ad Legem Cornel. de
Sic. ad L. 2. n. 5 6 & 7.* Hoc, quia Doctrina Chriſtia-
na præcipit, alteri parcere, ſicut ſibi ipſi, & alterum
4 diligere, ſicut ſe ipſum. Rectiſſimè hæc *Ant Matth.
L. 47. ff. tit. 5. c. 3. n.* 7. Nec hîc puto diſtinguendum
eſſe inter perſonas Nobiles & ignobiles. Nam ne-
que nobili dedecoroſum furentem fugere. Et nobi-
lis Viri eſt, opinionem hominum ſanguini humano
poſtponere. Generoſi Viri eſt, ſtultas vulgi opinio-
5 nes contemnere. Sanè in conſcientia vix unquam
tutum eum exiſtimo, quia fugâ potuit ſe eripere peri-
culo, & ſanguini humano parcere, & voluit tamen,
amore reputationis ſictitiæ, ſanguinem humanum
6 fundere. Sic nec illa neceſſaria defenſio, ubi aggreſ-
ſor in fuga eſt, ſi eum perſequaris. Defenſio enim eſt
inſtantis imminentiſque offenſionis propulſatio.
Quamdiu igitur urget aggreſſor, propulſationi in-
ſiſtere convenit; ubi verò cœperit pedem referre, aut
fugere, mox repellendi ceſſat neceſſitas; niſi pedem
referat animo redintegrandæ pugnæ, & vires recolli-
gendi aut arma. *Marius Salomonius in repet. hujus Le-
gis n.* 2. Itaque ſi cedentem fugientemve inſequimur,
non propulſare, ſed vim ſeu vindictam incutere & fa-
7 cere dicimur. Neceſſitas etiam abeſſe videtur, ſi Ag-
greſſor ab alio jam ſit apprehenſus & ita conſtrictus,
ut nocere mihi amplius non poſſit; ut ut enim extri-
care ſe manibus poſſit, non tamen inſtans periculum
eſt, nec abſolutè defenſio, ſi aggreſſorem ab alio
8 conſtrictum gladio ferias. Moderata defenſio eſſe de-
bet, ſcilicet ad offenſionem proportionata, quod
pluribus explicat. *Carpz. in pract. crim. q. 8. num.* 23.
Sanè paritatem armorum non requiri, receptiſſima
eſt Doctorum ſententia Dn. Autor. *in C. tit. ad L.
9 Corn. de Sicar. ad. L. 2. n. 9. &* 10. Nam aliàs in pote-
ſtate Aggreſſoris eſſet, quibus telis ſe defendere debeat
invaſus, & ſi vacua manu me aggrederetur, telum ab-
jicere tenerer. Et ſi Hiſpanus me pugiunculo invadat,
& ego enſem ſtringam, imparia forent arma. Illa qui-
dem ad Theologos ſpectat quæſtio, an qui alium, in-
vaſorem, obſervato moderamine occidit, in conſcien-
10 tia tutus ſit? quod affirmant Theologi, adeo ut nec
clericus irreligioſus fiat. *Vid. Steph. Fagundez. Jeſuita
ad quintum præceptum c. 3. n.* 1. Et ex Juriſconſultis *Be-
ſoldus ad hanc l. 3. §. 2. & Farin. qu. 125. nu.* 20. Sed

poteſt

Digitized by Google

poteſt peccatum intervenire, ſi pravus & vindictæ
cupidus concurrat affectus; vel ſi ex morte invaſo-
ris magna perturbatio in Republica Chriſtiana oriri
poſſit, ut potiùs præſtaret mortem appetere, quàm
Rempubl. pretioſo membro privare, poſt *Suarezium
& Leſſium, Fagundez. d.l.nu.8.* Rex eſt, *inquit Seneca
l. 2. de ira c. 30. quem citat. Ant. Matth. d.l. num.6.* ſi
nocentem punit, cede juſtitiæ; ſi innocentem, cede
fortunæ, imò mallem dicere, Ordinationi divinæ. Ex
adverſa parte quæritur, numquis, cùm poſſet alterius
morte expedire ſuam ſalutem, mallet tamen mori,
peccet? Affirmant hoc Dd. quod intelligo cum *Be-*
11 *ſoldo*, ſi affectatione mortis hoc faciat, ſecus abhor-
rens à fundendo ſanguine, medium ſalutis ſuæ ex-
pediendæ negligat. Si ſaluti animæ proximi conſule-
re velit ne ea in extremas tenebras deducatur; ſi ſa-
lutem temporalem ſuam ſaluti æternæ proximi poſt-
ponat. Videantur hujus Legis repetitiones in *vol. 1.
Repetitionum, ut Fortuni Garcia vol.1. p.42. Mariæ Sa-
lomonis pag. 45. Claudii de Seyſſelio p. 49. Item Franciſci*
12 *Curtii p. 54.* De pœna eorum, qui moderamen incul-
patæ tutelæ excedunt, hîc non eſt agendi locus, ſed
vid. *Farin. q.125. Carpz. in pr. crim. q. 28. Berlich. l.4.
concluſ.12. Tiraq. de Legibus Connub. p.7. gl.1. n.17. Decius
conſ. 459. & conſ. 469. 676. & 678. Craveta conſ. 119. &*
13 *aliis.* Ab hac verò defenſione diverſum eſt jus reſiſten-
di; Sic injuſtæ executioni poteſt reſiſti, & ea poteſt
impediri, ſed ſine illatione violentiæ aut mortis. *Dn.*
14 *Mevius p. 5. dec. 369.* Sic etiam ſequeſtrare volenti, re-
ſiſti poteſt, quatenus quis in terminis tuitionis & re-
ſiſtentiæ manet. *Dn. Mevius p. 5. dec. 308.* Autor *in C.
tit. de Executorib. n.14. & ſeqq. Et ad L. unic. nu.4. &
ſeqq. C. de prohibita Sequeſtrat.* Sunt quædam etiam
remedia, quibus jura noſtra defendimus propriis fa-
ctis & autoritate propria. Sic quod alter in meo fun-
15 do exſtruxit, propria autoritate deſtruere poſſum, de
quo in *l. 29. ff. ad Legem Aquil.* ubi plura hac de re.
Huc pertinent pignorationes, quibus libertatem præ-
diorum noſtrorum tuemur. Ubi tamen certus modus
conſtitutus eſt, ſc. ut pignorentur tantùm perſonæ aut
res nocentes; ut non plus pignoretur, quàm quod pro
16 tuendo jure noſtro ſufficiat; ut res pignoratæ ſerventur
illæſæ &c. *Dn. Mev p.1. dec.134.*

## ad L. Manumiſſiones. 4.

### *SUMMARIA.*

*Jure Gent. & Civ. quomodo liberi fiant? n. 1.
Quid Juris in propriis hominibus? 2.*

Sicut Servitus eſt ex jure Gentium, dum in bello vi-
1 cti & capti fiebant ſervi, ita etiam jure gentium
fiebant liberi per manumiſſionem. Natura omnes li-
beri nati, ſed jure gentium quidam fiunt ſervi, ſed eo-
dem jure iterum fiunt liberi per manumiſſionem; jure
civili per rem judicatam. Licèt & manumiſſioni Gen-
tium Jure inductæ determinationem ſuam adjecerit
Jus Romanum. Qua in re parum hodie utilitatis;
2 Quamvis enim proprii noſtri homines manumitti ſo-
leant, nulla tamen hîc ſolennitate opus eſt, ſed ſi de
voluntate Domini manumittentis vel per teſtes, vel
ex legitimo inſtrumento conſtiterit, ſufficit. Autor *in
C. tit. de Vindicta Libertate n. 2.* Tutius tamen ruſticis
eſt, ſi non niſi coram Magiſtratu negotium expedia-
tur. Ne verò uſpiam in Imperio opponi natalium poſ-
ſit vitium, Comitibus Palatinis manumittendi poteſtas
ab Imp. ſolet indulgeri.

## ad L. Ex hoc jure. 5.

### *SUMMARIA.*

*Subditos alterius arreſtare non licet. nu. 1.
Commerciorum libertas non reſtringenda 3. & 7.
Quod limitatur. 4. 5.
Quo remedio ea defendenda? 6.
An qui in* Collegio opificum *non eſt, res tamen ſuas
manufactas vendere poſſit? 8.*

1 Ex Jure Gentium fluit diſtinctio dominiorum &
territoriorum; & ideo Juris Gentium eſt, ne quiſ-
quam alterius ſubditos citet, arreſtet &c. vel eorum
bona detineat. Et ſi hoc fiat, arreſtati magiſtratus juſtè
2 interveniet. *Dn. Mev. p.5. dec.113.* Ad hoc jus pertinent
bella, & belli jura. Non enim omnia belligerantibus
licita, nam & bella juſta ex cauſa, & juſtè gerenda.
3 Ad hoc cætera, quæ ſequuntur, referenda, ut commer-
ciorum libertas juri Gentium conformis; & hanc non
reſtringi omnium intereſt. *Dn. Mevius p. 2. dec. 279.*
4 Sed declarari debet, ut tamen (1.) Ordinaria charitas
incipiat à ſe ipſa, ſic evectio frumenti prohiberi po-
teſt ob indigentiam propriam. *Mev. p.2. dec.316. nu.3.*
Autor *in C. tit. Quæ res venire non poſſ. ad L. 3. & ult. Et
5 tit. de Navicular. ad L. 1. nu 3.* (2.) Lucrum vicino-
rum retineri poteſt. v. gr. in Pomerania eſt conſuetu-
do, ne hordeum evehatur, ſed polenta ex eo facta,
vel cereviſia ex eo cocta. *Mev. d.l.* Sic utile fortè fo-
ret noſtro Electoratui, ſi primò conſcriberentur mul-
ti pannifices, & datis privilegiis invitarentur: poſtea
prohiberetur evectio lanæ, cujus emtio ſolis pannifi-
cibus concederetur, & nulli extranei panni hîc ven-
derentur; evectio autem panni permitteretur. Et hanc
reſtrictionem commerciorum ex certis cauſis fieri poſ-
ſe, v.gr. in frumento, tradunt illi Dd. quos citat *Mar-
quardus de commerc. l.1.c.3. nu. 27. Stracha de Merca-
turis p 4. n.44. & hunc referens Dn. Mev. p.3. dec.268.*
6 *num.4.* Nam ſi civitas vel alius tranſvectionem mer-
cium vellet prohibere, ſolent mandata ſine clauſula
decerni, quaſi me via communi voluiſſet prohibere.
*Dn. Mev. d. l.* Et defendenda eſt mercaturæ libertas,
quamdiu juſta limitationis cauſa non apparet. *Dn.*
7 *Mev. p. 4. dec.386.* Et ſtatuta libertati contraria jure
impugnantur *Mev. p. 4. dec. 387.* Neque is, qui pro ſe
habet libertatem commerciorum, lite pendente atten-
tat, qui ſe in uſurpatione libertatis commerciorum
8 fundat *Mev. p.5. dec.102.* Hoc etiam *ex hac lege* pro-
batur, cuivis licitum eſſe, Jure Gentium mercaturam
exercere, niſi certo jure prohibeatur *Dn. Mev. p.5. dec.
169.* Autor *ad L. 2. n.1.2. C. de Commerc. & Mercator.*
Et quando Collegium privilegium habet, ne alius
vendere queat eas merces, non videtur tamen prohi-
bitum, quò minùs alius ſua manu factas res vendat
*Mev. p.5. dec.256.* Sic non puto, pellioni interdictum,
ſi mitras à ſe confectas velit vendere, licèt certum
collegium habeat privilegium, quod excludat alios,
qui non ſunt in collegio.

## ad L. Jus Civile. 6.

### *SUMMARIA.*

*Ad obſervationem juris naturalis non ſemper cogimur.
num. 1.
Addendo aliquid ad jus naturale fit jus civile. 2.
Princeps poteſt privatis adimere jus quæſitum 3.
Non verò præſumitur hoc facere ſemper ex juſta cau-
ſa. 4.*

1 Jus Civile neque in totum à Jure naturali recedit,
nec per omnia ei ſervit. Nam ad Juris naturalis
obſervantiam, propter certas cauſas, ut propter utili-
tatem publicam, aut propter concurſum alterius regu-
læ Juris Naturalis nos non ſemper cogit. *Hillig. in Do-
nell. Lib.1. cap.12. lit.E. Marcus Anton. Natta in repeti-
tione legis, Hac conſultiſſima §. ex imperfecto n.12. Cod.
de Teſtam.* Colligunt ex hac lege; Id quod additur ju-
2 ri naturali, facere Jus Civile *Fern. Vaſq. p.1. qu.ill. c.51.
n. 54.* & additione novæ qualitatis, novam ſpeciem

induci *Rimiualdus jun conſ.32. n.15. Menoch. remed. 6. recup.poſſ. n.8. & ſeq. Tiraq. de retract. conſang. §.20. gl.1. n.6. Hippol. de Marſil. ſing.520.* Si modo illa qualitas ſit
3 ſubſtantialis. *Cravetta conſ.223. n.6. vol.2.* Porro colligunt, Jus Civile ex cauſa poſſe recedere à jure naturali & gentium, & illi aliquo modo derogare, ſed non in totum. Ex qua cauſa Lex animata, Princeps, propter publicam neceſſitatem & utilitatem poteſt adimere jus privatis jure gentium quæſitum. Et ex eo principio Jus Civile præſcriptionem introduxit. *Balbus*
4 *de præſcript. p.1. q. 4.* An autem juſta cauſa præſumenda ſit in Principe, qui aliquem ſuo privat, quæritur. Et videtur quod non, ſi nec audito domino procedat. *vid. Menoch. remed. 8. recup. poſſ. num. 62. & ſeqq.*

## ad L. Jus autem. 7.

### SUMMARIA.

*Jus Civile in quibus conſiſtat? n.1.*
*Differt à Jure Prætorio ſive Honorario. 2.*

1 IN hac Lege proponitur diviſio juris Romani ſcripti (nam conſuetudo hic non nominatur) quod ſit civile & hoc vel Lex i.e. ſanctio à toto populo lata; vel plebiſcitum i. e. plebis ejuſque Tribunorum placitum; vel Senatuſconſultum; vel Principis decretum; vel Conſtitutio; vel communis opinio à Juriſconſul-
2 tis recepta, ac à Compil. toribus approbata. Civili oppoſitum jus eſt Prætorium, quod Prætores introduxerunt adjuvandi vel ſupplendi vel corrigendi juris civilis gratiâ, quod & honorarium dicitur, quamvis honorarium jus etiam illud dicatur, quod ab Ædilibus conſtitutum, ſed hoc rarius eſt. Prætor autem adjuvat civile v.gr. dum defert bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas; ſupplet, dum aliquid addit; corrigit, dum contrarium diſponit. *Vid. Cujac. ad tit. hunc tomo 2.*

## ad L. Nam & ipſum. 8.

### SUMMARIA.

*Jus Prat. quomodo dicatur viva vox Juris Civ.? num. 1.*
*An contineatur ſub jure Civ.? 2.*

1 JUs Prætorium eſt quaſi viva vox Juris Civilis, id eſt, quod Jus Civile in ſcriptis jubet, id Prætor viva voce conſtituit, & pariter obligat. Et ſic Jus Prætorium largo modo loquendi continetur ſub Jure Civili, quatenus hoc adæquatè juri naturali & Gentium opponitur.

## ad L. Omnes populi. 9.

### SUMMARIA.

*Magiſtratus alii ſubjectas condit ſtatuta non contra, ſed præter jus civile. n.1.*
*Qualia ſtatuta condere non valeat? 2.*
*Sta utum præſumitur eſſe in obſervantia. 3.*
*Hodie Magiſtratus ſine confirmatione ſtatuta condit. num. 4.*

1 OMnes populi reguntur partim ſuo proprio, partim communi jure. Proprium jus eſt ſtatutarium, vel Civile. Hoc eſt, quod ſupremus in populo inſtar legis jubet; Statutarium, quod Civitas vel Magiſtratus, qui aliî ſubeſt, ſtatuit per modum con-
2 ventionis. Et poteſt hoc fieri à Magiſtratu habente juriſdictionem; non contra, ſed præter jus civile commune. Nam licèt hæc lex, ex doctrina Doctorum, det ſubditis facultatem ſtatuendi, hoc tamen ſemper intelligendum, modò nihil ſtatuant contra jus & præeminentiam ſuperioris. *Ral. à Valla vol. 1. conſ.29. n. 7. ubi plures citat.* Niſi hoc eſſet ei populo vel civitati ſpecialiter conceſſum *Ramus conſ. 33. nu. 14. & ſ. l.2.* Inferiores autem tale ſtatutum condere non poſſunt, ut in cauſis jure communi appellabilibus prohibeant appellationem, ut *Dd. hic & Gail. L.1. obſ. 115. num.12. Dn. Mev. p.1. dec.222. Franc. de Clapperus p. 2. dec. cauſa 79.* Colligere autem ſolent ex hac lege Doctores hic & Practici, quod ſtatutum in obſer-
3 vantia eſſe præſumatur, nec alleganti imponenda ſit probatio. *Cacheranus dec.141. num.1. Herculanus de negat. Probat. n.26. illat.28. Maſcardus de probat. concl. 1333. num.5.* Sed ei, qui abolitum ſtatutum eſſe dicit, non ſufficit allegare, quod obſervatum non ſit, ſed
4 quod contrarii actus uſurpati. *Maſc. d. l. n.8.* niſi non uſus haberet implicitum actum affirmativum. Quamvis hæc & alia de ſtatutis paulò alieniori loco proponantur, cùm de populo libero hæc lex loquatur; ſed verum tamen eſt, hodie poſſe illos, qui omnimodam Juriſdictionem habent, ſtatuta concedere, etiam ſine confirmatione ſuperioris, modò non contra Jus ſuperioris ſtatuant. *Conf. P. Heig. p. 1. q. 23. numer. 30. ſeqq. Autor. in C. tit. de Summa Trinit. ad L. 1. nu. 3. & ſeqq.* Commune autem ſimpliciter eſt Jus Gentium, quo omnes populi tenentur, & Principes, ſi homines ſe dicere velint. Videantur *in hanc L. Jaſon. Zaſius & alii* prolixè de ſtatutis hic agentes.

## ad L. Juſtitia. 10.

### SUMMARIA.

*Juſtitia definitio cadit in hominem n.1.*
*De Præceptis juris remiſſivè. 2.*
*Quomodo differat Theologia à Juriſprudentia? 3.*
*Theologia quare Juriſconſulto neceſſaria? 4.*

1 HIc proponitur juſtitiæ definitio, quod ſit conſtans & perpetua voluntas ſuum cuique tribuendi. Fruſtra autem hic triatur *Accurſius*, dum Juſtitiam Divinam vult hîc definiri, ut putat, hanc definitionem non convenire homini. Sanè furibus non competit, ſed omnes boni viri habent hanc perpetuam & conſtantem voluntatem, imò omnes veri Chriſtiani. Licèt enim homo errare poſſit in eo; quod juſtum eſt; voluntas tamen juſtè agendi, ſi ſciat, quid juſtum ſit, manet. Juris præcepta hîc tria, ut alibi, re-
2 cenſentur. Scil. honeſtè vivere, quod ipſos nos reſpicit. Secundùm, neminem lædere. Tertium, ſuum cuique tribuere, quæ alios reſpiciunt. Quæ præcepta à Commentatoribus Inſtitutionum prolixè explicantur, & contrariis ibidem reſpondetur: ideoque hic quædam addere ſupervacuum duxi. Conferri tamen poteſt *Hill. in Donell. l. 2. c. 1. l. f.* Demum ſubjicitur
3 Juriſprudentiæ definitio in textu. Quamvis autem illa definitio Theologiæ tribui poſſit, quod etiam illa demonſtret quid juſtum, quid injuſtum ſit: Ea tamen verſatur circa Jus Divinum tantùm, non circa humanum Jus, niſi in genere. Jubet enim parere ordinationibus humanis, ſed ipſum jus à ſuperioribus conſtitutum docet Juriſprudentia. Neceſſaria tamen
4 eſt Juriſconſulto Theologia & aſſidua Scripturæ ſacræ lectio, ut ſciat, quid Juri Divino congruat, quod omnibus ordinationibus humanis contrariis derogat: nam & judex conſcientiæ ſuæ & partium rationem habere debet, de quo dixi in proceſſu.

## ad L. Jus pluribus. pen. & L. Nonnunquam. ult.

### SUMMARIA.

*Quomodò Prætor dicatur jus dicere, licèt iniquè judicet? num. 1.*
*Judex decretum faciens, ex quo prætulari lis poſſit, jus dicit. 2.*
*Jus capitur etiam pro vinculo ſanguinis. 3.*

L pen.

1 L pen. varias Juris ſignificationes tradit, & ſolet
ex ea notari & allegari, quod Judex ſeu prætor
dicatur jus dicere, licèt iniquè judicet aut decernat,
reſpectu habito non ejus, quod fit, ſed quod fieri
debet. Sic ex hoc infert *Dn. Mev. p. 5. dec. 105* Si
2 Judex decretum faciat, ex quo protelatio litis timetur, non poſſe partem de denegata & protracta juſtitia conqueri; quia Judex decrevit & jus dixit, ſed
3 opus eſſe appellatione. *In l. ult.* dicitur jus accipi interdum pro vinculo ſanguinis, quod planum eſt.

---

## TITULUS II.

### *De Origine Iuris, & omnium Magiſtratuum & ſucceſſione prudentum.*

### ad L. Facturus. I.

### *SUMMARIUM.*

*Cauſa recenſentur hujus Tituli præmiſſi.*

HÆC lex continet tantùm rationem, cur, priuſquam ipſum jus traditur, hiſtoria & origo juris prius tractetur, Autor *ad L. 3. nu. 2. C. Ad Sanct. Maced.* 1. ut eò perfectior ſit cognitio juris, 2. ut principium juriſprudentiæ eò accuratiùs tradatur. Nam principium eſt potiſſima rei pars. Et ideo principium cujuſque rei eſt ſpectandum, & vix bono peraguntur exitu, quæ malu ſunt inchoata principio. *Vid. Barb. libr. 14. cap. 80. axiom. 5.* 3. Advocati cauſas forenſes peroraturi ſolent exordium præmittere, in quo vel benevolentiam judicis captant, vel ſolent narrare rem ab ovo, ut negotii cognitionem pleniorem Judex habeat. 4. ut quaſi lux aliqua ſequentibus materiis accendatur &c.

### ad L. neceſſarium. 2.

### *SUMMARIA.*

*Quibus juribus P. R. vario tempore uſus ſit? n. 1.*
*Quinam fuerint Prudentes, quæque ipſorum reſponſa? 2.*
*Manu regia, quid ſignificet? 4.*
*Quomodo abſoluta fuerit olim, & hodiernum ſit Principum poteſtas? 5.*
*An præciſè ex legibus ſit judicandum, an verò ex judicio naturali? 7.*
*Leges varias ob cauſas mutari poſſe, 8. exemplo declaratur 9. Viceſima & quindena hæreditatis quid? num. 10.*

1 PRimò ſub Regibus ferebantur Leges, quæ Regibus exactis in deſuetudinem abiere & ſucceſſere
Leges XII. tabularum & Diſputationes fori: poſtea
formæ certæ actionum, Sancta, Plebiſcita, quæ conſentiente Senatu legis vim nacta, Prætorum & Ædilium Edicta, & demum, feſſa Reſpublica cum in poteſtatem unius receſſiſſet, Principum conſtitutiones.
De Magiſtratibus Romanis Hiſtorici agunt. Pruden-
2 tes erant Juriſconſulti, quibus ab Auguſto facultas data de jure reſpondendi, à quorum ſententia Judici non licebat recedere. *L. 2. §. fin. h. t.* quid hodie juris in Reſponſis Collegiorum Juridicorum ſit, alibi explicant, & de eo aliquid dixi in proceſſu Juris Civilis.
3 Totus titulus eſt Hiſtoricus magis quàm Juridicus;
hoc tamen notandum duxi.
4 *Ad* §. 1. Quando, dicitur Manu Regia, i. e. ab-
ſoluta poteſtate populi vel Regis, ita ut ſolemnis ju-
5 diciorum ordo non fuerit obſervatus. Hinc abſoluta
fuit Regum poteſtas, niſi fortè certis Conventionibus & conditionibus Regnum acceperit: nam bis obligatus & conſtrictus magis quàm privati; ſicuti
DEUS præ hominibus conventionibus & promiſſis ſuis obligatur, quia ipſa VERITAS de quo alibi, & materia hæc quotidiana eſt.
6 *Ad* §. 2. Notat *Zaſius*, per filium in jure notari
etiam nepotem, quod ex Hiſtoriis probat. *Conf. Menoch. conſ. 310. n. 28. & conſ. 347. n. 48.* & nomine filiæ etiam neptis continetur. *Gabrielius Romanus lib. 6. tit. de Verb. ſignif. Concl. 1. n. 1. 5. & 43.*
*Ad* §. 3. Notat *Zaſius n. 11.* legibus fundari civita-
7 tes, quod hodie adeo verum eſt, ut etiam peſſimi
homines v. gr. Sacculari vivant ſuis legibus. Nam nullum Collegium conſiſtere poteſt ſine ſuis legibus; ut adeo periculoſa adſertio ſit nonnullorum Politicorum; non eſſe præciſè ex Legibus judicandum, ſed ex Judicio naturali hominis politici; quæ opinio Regnis & Civitatibus interitum minitatur.
8 *Ad* §. 4. Obſervo, Leges interdum corrigendas
eſſe, quando abſurditas vel iniquitas ſubſit, vel quando lites per leges fiunt immortales, vel præſenti ſtatui non conveniunt. Prudenter itaque faciunt Principes, quando leges pro ſtatu ſui Regni corrigunt.
9 Exemplo id declaro. Eſt apud nos & in vicinis pro-
vinciis Conſuetudo, & ſtatutum, ut Conjux ſuccedat in dimidia bonorum. Pone aliquem opibus potentem, qui fortè habeat 10000. in bonis, duxiſſe juvenculam dote deſtitutam; ex qua ſuſcepit 4. vel quinque liberos. Horum legitima erit dimidia bonorum; omnia enim ſunt parentis, ſcilic 5. millia. Uxor etiam petit ſuam ſtatutariam portionem, ſcil. 5000. Hîc abſurda duo emergunt. 1. hunc Maritum ne quidem ad pias cauſas; neque uxori dilectæ, neque liberis, neque extraneis bene meritis quicquam poſſe legare; ſed hoc caſu eſt inteſtabilis. 2. uxori fortè aſperiori, ingratæ &c. dimidiam partem tenetur relinquere. Et licèt quis fortè dicere poſſit, liberis conſtituendam eſſe legitimam in dimidiæ partis bonorum dimidia. Sed ita nodus non diſſolvitur, nam præſumeret communionem bonorum, quam tamen neque jus civile, neque jus Marchicum approbat. Ideoque ex his & aliis cauſis alibi exponendis ſtatutum illud temperandum eſſe putarem: ita ut marito uſque ad tertiam bonorum liceret diminuere portionem ſtatutariam.
*Ad* §. 5. Notatur, ſi quid ſit extraordinarium,
10 hoc ſub incerto & indeterminato nomine relinqui,
& innominatum vocari, quod *Zaſius nu. 9 & ſeqq.* declarat exemplis innominati contractus, innominatæ ſervitutis, anomalæ ſucceſſionis, anomalæ & maternæ tutelæ, anomalæ juriſdictionis.
*Ad* §. 7. Ob exitum criminis ſalutarem remitti pœnam delicti poſſe. *Tiraquell. cauſ. 52. de pœnis temp. Farin. qu. 98. num. 174. Anth. Matth. de crim. tit. 18. num. 12.*
*Et ad hunc §. agit Zaſ.* de Scribæ & Cancellarii dignitate.
*Ad* §. 9. Notandum, vocem MOX non accipiendam pro confeſtim, ſed deinde; ut notat *Zaſius* hic & conf. *Dn. Richter de Adv. Sign. in verb. MOX.*
12 *Ad* §. 11. Quia hæc eodem tempore facta non eſſe
conſtat, ut probat *Zaſius d. l.* ideoque videtur ſubandiri vox *circiter* vel *præter propter.* Unde probat hîc *Zaſius nu. 2.* non eſſe teſtes condemnandos tanquam falſos, quamvis in tempore non exactè conveniant, vel in hora diſſentiant. *Conf. Farin. quaeſt. 64. num. 84. & quaeſt. 65. num. 34. & qu. 66. num. 36. Maſcardus de probat. Concluſ. 368. nu. 7.*
13 *Ad* §. 12. Notat *Zaſius*, ſi quis ex ſtatuto compro-
miſſarios conſtituat, & juret, ſe ſervaturum; ſi non ſervet non videri perjurium, quia ex neceſſitate videtur facere; ſed id meum non facio.
14 *Ad* §. 14. Saltem hoc notat *Zaſius*, *numero* 2.
quod partic. A, hîc ſignificet poſt; A Regibus i. e. poſt. Quod in explicandis aliis legibus locum habere poteſt.

15 *Ad* §. 16. Deſcribit *Zaſius* Officium Cenſorum, quorum magna fuit in Romana Civitate utilitas. Et de horum officio videatur *Klock. de Ærario l.2.c.*80. *nu.* 40. *& ſeq.* & de cenſoribus clandeſtinis *idem c.*135. quod uſurpari in celebri civitate audivi.

16 *Ad* §. 44. Inter autores mentio fit etiam viceſimæ hæreditatis. De qua etiam *in L. ult. C. de Adr. Edicto tollendo.* In cujus locum ſucceſſit decima translaturis hæreditatem ex Conſuetudine impoſita, & ſtatuto; apud nos quindena *Vid. Zepperus de jure Detract. Corpz. p.*3. *Juriſpr. for. C.*38 *d.*19 *Ranchb. p.*1.*q.*15. *Mev. p.*3. *deciſ.* 142. Autor *in C. t. de Edicto Adriano toll. num.* 24. Ubi docet, per ſtatuta id etiam liberis hæreditatem translaturis incumbere, licèt aliàs, ubi hoc non ſpecialiter convenit, contrarium placuerit. In Marchia Brandenburgica ſolvitur etiam quindena à Liberis: Exceptis Clericis, Profeſſoribus &c. *ut obſervavit Scheplitz. collector, conſuet. March. p.*3. *tit.*8. §.1. *num.*5. *Ubi toto illo titulo plura de quindena.* Relinquo cætera omnia hiſtorica. Si quis ea ſcire cupiat, adeat textum per ſe clarum & adjungat *Zaſium Bachov. ad p.* 1. *Digeſt. Petr Fabrum, Cagnolum*, & cæteros. Paragraphi ferè omnes facilè intelligi poſſunt, quibus lucem majorem addiderunt dicti Dd. & plures alii. Cæterùm, quomodo in Germania pedetentim invaluerit Jus Juſtinianeum, & quomodo ex Italia in Germaniam translatum, id ſpeciali & eleganti tractatu enucleavit *Dn. Hermann. Conring. de Origine Juris Germanici.*

## TITULUS III.

### *De Legibus, Sanctis & longa Conſuetudine.*

### Ad L. Lex I. & l. Nam & Demoſthenes 2.

*SUMMARIA.*

*Etiam delicta per ignorantiam commiſſa legibus coercentur. num.*1.
*Exemplum de paſtore ignorante oves ſuas.* 2.
*Exemplum ſecundum, in commendante perſonam ignotam.* 3.
*An mulier conſuetudinem introducere poſſit?* 4.

1 COntinet lex prima definitionem Legis quod ſit commune præceptum, ſcilicet quod omnes obligat, & communis Reipublicæ ſponſio, dum Conſul proponebat legem, populus approbabat; & nihil
2 *in hac lege* difficile aut valdè notabile, niſi quod Lex coerceat etiam delicta per ignorantiam commiſſa. Nam & culpa coercetur, & ignorantia quædam punibilis. Præter exempla à Gloſſa allegata, habemus exemplum *in c. pen. X. de Reg. Jur.* Non eſt juſta paſtoris excuſatio, ſi Lupus oves comedat; & paſtor neſciat. Nam regula, quod ignorantia facti alieni excuſetur *in L.*21. *de probat.* locum non habet, ubi quis tenetur inveſtigare. *L.* 9 *ff. de juris & facti ignorantia L.*3. §.4. *de in rem verſ. Barboſa locupl. L.* 9. *c.*3. *axiom.* 12. *Covar. optime ad c. Alma Mater p.* 1. *c.* 10. *num.* 17. quod potiſſimum locum habet in paſtore animarum cui nulla ovis, ne minima quidem debet eſſe incognita. Sed ô quàm rari, in civitatibus præſertim, qui ſuas oves norint & eorum ſciant converſationem; & tamen omnes admittunt ad Sacramentum. Sic in eo, qui eligit aliquem ad officium præſertim Eccleſiaſticum, injuſta & culpabilis eſt ignorantia qualita-
3 tum perſonæ, *c. innotuit.* 20. *X. de Elect.* Et culpabilis eſt commendatio perſonæ ignotæ *arg. L.*12. §.12. *ff. Mandati.* Injuſta ignorantia Legum, ignorantia etiam ſtatutorum, ſi quis diu ibi verſatus. Alia exempla culpabilis ignorantiæ habet *gloſſa hic.* Sed de hoc alibi fuſiùs. *Vid. de hac. L.*1. *Marius Salomonius to.* 1. *repet. pag. mihi* 167.

4 De Mulieribus hîc quæritur à Zaſio, an mulieres conſuetudinem introducere poſſint? Autor *in C. tit. Quæ ſit longa conſuet. ad L.*1. *n.*8 quod negat *Romanus ſing.* 43. Ego ſanè hanc & ſimiles quæſtiones de origine conſuetudinis non parum ineptas judico. A quocunque enim primus actus ſit factus, ſive is mas, ſive fœmina fuerit, non id attenditur; ſed quod multi actus celebrati longo tempore à viris & mulieribus in judicio & extra judicium. Hinc nuper reſpondimus cuidam quærenti; An Senatus poſſit obſervantiam & conſuetudinem introducere, ut uxor ſua bona teneatur conferre, licèt maritus ſit obæratus? Et affirmavimus, ſi per 31. annos (nam erat locus Saxonico jure utens) talis conſuetudo fuerit uſurpata, & actus multi exerciti, nec ullus actus contrarius celebratus. Nec attendendum eſſe, quis primùm introduxerit, ſed quid longævo uſu introductum ſit. Hinc non malè hic *Zaſius n.* 5. quia actus plures exercentur à viris, quàm à mulieribus, frequentioris uſus gratiâ tantùm virorum in lege 1. & 2. fieri mentionem: quæ autem frequentioris uſus gratiâ exprimuntur, non reſtringunt diſpoſitionem. *Zaſius d. l. & Barboſa ad L.* 1. *C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt. in fine Tiraq. de Retractu Conſanguin.* §.20. *gloſſ. ur. nu.* 6. *Menoch. conſ* 106. *num.*148. *& ſeqq.* Sanè mulierem jus concedere poſſe, ſi juriſdictionem habeat, dubium non eſt.

### ad L. Jura conſtitui. 3. & quatuor LL. ſeqq.

*SUMMARIA.*

*Leges feruntur regulariter de iis, quæ frequenter contingunt. n.* 1. *&* 4.
*Jura non ſolent ad caſum rarò contingentem adaptari.* 2.
*Lex non præſumit vitam* 100. *annorum.* 3.
*Ea quæ dicuntur frequentioris uſus gratiâ, non reſtringunt diſpoſitionem.* 5.

1 JUra loquuntur de his, quæ frequenter fiunt, non rarò, quod limitant, niſi ubi res in priſtinum ſtatum facilè redigi non poſſet, quo referunt *L.*3. *ff. ſi pars hæredit. pet. l. ult. C. de Conſul l.*7. §. *inſula. ff. de Adquir. rerum domin. l. ſi. major. C. de Legit. hæred. vid. Donell. L.*1.*c.*15. *& ibi Hill. lit. H. Pac. cent.*1. *enant. qu.*10. *Ant. Matth. ad Lib.* 48. *ff. tit.*2. *c.*3 *nu.*3. *Bachov. ad h. t. ad l.* 3.4.5.6. *&c. Barboſa locupl. lib.*16.*c.*3. *axiomate primo*, qui diſtinguit inter caſus rarò contingentes per ſe vel ratione legis generalis conſideratos. *Conf. & Dn.*
2 *Richter. de ſignif. adverb. verbo Rarò.* Jura itaque non ſolent ad caſum, qui rarò contingit adaptari, hic & *l.*64. *de R. J.* quod regulariter verum eſt, quamvis re-
3 periantur Exceptiones. Hinc meritò impugnatur eorum ſententia, qui ſtatuunt, legem præſumere vitam 100. annorum. *Menoch. L.*6. *præſ.* 49. *n.*5. de quo infra *ad L.*56. *de Uſufructu.* Sunt tamen exempla Legum, quæ de rariùs contingentibus loquuntur, licèt plerum-
4 que id non fiat. Autor. *in C. tit. de Conſul. n.* 5.6. Notes autem, interdum legem includere expreſſè caſum frequenter contingentem, ut tamen non excludat caſum rariùs contingentem, ubi omiſſus hic caſus, non ex-
5 cludendi animo, ſed quia rarò contingit. Unde regula: ea quæ dicuntur gratiâ frequentioris uſus, non reſtringunt diſpoſitionem. *Vid. Tiraq. de Retract. Conſang* §.10. *gl. un. per tot. Menoch. remed.* 8. *recup. poſſ. num.* 98. *Sanchez de Matrimonio l.* 9. *diſp.* 14. *num* 16. *& Barboſ. ad L.*1. *C. de his qui ad Eccleſ. n.* 8. *Finckelth. obſ.* 116. *num.* 8.

### ad L. Legis virtus. 7.

*SUMMARIA.*

*Opera Legis quænam ſint? num.* 1.
*An ad ea, quæ permittuntur, opus ſit lege?* 2.

Opera

Digitized by Google

1 OPera legum hic recenſentur, ut: (1.) imperare. (2.) Vetare. (3.) Punire. (4.) permittere ſc. adiaphora. Ubi tantum Lex determinat, id eſt, certos ponit limites ob publicum bonum *Bachov. ad l.2.n.7.* vel etiam vetita interdum permittit. *Conf. Zaſius hic.*
2 Et miror *Bodinum de Republ. l.3 c.5. in principio* dicere ad ea, quæ permittuntur, non opus eſſe lege. Imò opus eſt, ſi id lege antiqua vel jure gentium fuerit prohibitum, & quod permittit Lex, prohibet ne prohibeatur, nec puniatur. Autor *ad L. 7. n. 5. C. de Religioſ. & ſumt. fun.*

## ad L. Jura. 8.

### *SUMMARIUM.*

*An omnes LL. in Corpore Juris ſint generales?*

LEges in Corpore juris contentæ procul dubio ſunt generales, & ad omnes pertinent, licèt uni perſonæ inſcriptæ. Sed obſtare videtur, quod leges ſingulares reperiantur in Codice, ut in *l. quoniam 23. C. de Epiſc. & Cler. l. neque 61. C. de Decur.* Reſp. *Pacius lib. 1. Enant. qu.* 11. has propriè non leges, ſed privilegia vocari. Sed poteſt dici, has eſſe exceptiones regulæ, vel dicendum eſt in favorem v. gr. non perſonæ Fabiani, ſed Religionis legem illam latam eſſe, ut omnes Fabiani & Concilii ſententiam ſequantur.

## ad L. Non ambigitur. 9.

### *SUMMARIA.*

*An Senatus jus facere potuerit & quando? num. 1.*
*Parlamenta Gallica an habeant facultatem jus faciendi? 2.*

1 SEnatus jus facere poteſt. Sed videtur hoc pertinere ad illa tempora, quibus poſt ejectos Reges, & Decemviros poteſtas ſumma ad Senatum pertinebat; nam tempore Juſtiniani omnis poteſtas penes Principem fuit. *Joh. Igneus vol.3. in rep. l. neceſſarios §. non aliàs parte 2. num. 81. ff. de Sancto Silan.* Atque ideo jus faciendi facultatem denegat. *Igneus ibidem num.* 80.
2 Parlamentis Gallicis. *Menoch. l. 2. arb qq. caſu* 68. *num.* 32. & 33. Conferri poteſt *Bodinus de Rep. lib. 1. cap.* 10. *pag. mihi* 237.

## Ad L. neque Leges. 10. & ſeqq. tres.

### *SUMMARIA.*

*Regula ſine Exceptione in jure formari nequit. num. 1.*
*Princeps quando conſulendus à judice vel non? 2.*
*In Correctoriis & pœnalibus non facilè procedendum ad ſimilia 3.*

1 SEntentia *legis* 10. videtur hæc eſſe, quod non poſſit talis regula in jure formari, quæ nullam exceptionem habeat; nam variæ ſunt factorum circumſtantiæ, quæ rationem legis variant. Ideoque ſufficit,
2 ſi regula plerumque procedat. Quare ſi novus caſus emergat, ad quem Lex acommodari ob ſuam rationem vix poteſt, Princeps ſtatuet de caſu novo. Interdum verò non opus eſt, ut Princeps conſulatur; ſed judex poterit rationem legis reſtringere, vel extendere, prout materia vel odioſa, vel favorabilis eſt. V. g. contingit caſus, ubi meretrix juvenem rapuit libidinis causâ, an Conſtitutio de Raptu virginum huc extendi poteſt à judice? Quod affirmo, ſed hic caſus contingat difficulter: ubi ratio non eſt eadem, poterit cauſa ad Principem referri. Sanè in correctoriis & pœnalibus, præſertim ubi pœna afflictiva corporis eſt, non facilè locum habere *Legem. non poſſunt* 12. *h. t.* poſt alios notat *Gail. l.2. obſ.* 38. *nu.* 8. *& ſeqq.* quod tamen univerſale non eſt, ut ex dicto exemplo apparet. Conferri poteſt *Cornens lib. 1. conſ. 256. n. 4. & Belognetus de LL. jure & æquit. c. 29. n. 10.*

## Ad L. Quod vero. 14.

### *SUMMARIA.*

*Statutum contra jus commune non debet in conſequentiam trahi. 1.*
*Statutum in Civitate de jure retractus, non extenditur* auf die Freyhäuſer.
*Sub ſtatuto, ne Nobiles emerint prædia ruſticorum, etiam Monaſteria comprehenduntur 3.*
*In odioſis etiam admittitur extenſio, & quando? 4.*
*Declaratur exemplo ſtatuti, excludentis matrem, & admittentis tantùm fratrem. 5.*
*Exemplum ubi non admittitur extenſio. 6.*
*Adhuc unum exemplum 7.*
*Limitationes 14. ubi contra Jus commune ſtatutum in conſequentiam trahitur. 8.*

1 QUod contra Jus commune per privilegium, vel ſtatutum, vel conſuetudinem eſt introductum, non debet extendi, vel ad conſequentiam trahi: Autor *ad L. 2. n.3. & ſeqq. C. de Noxal. Action.* exemplum *in L. aſſiduus 12. C. qui pot. in pign. hab.* item in ſtatuto, ut uxor pro Marito teneatur; quod ad pœnalia extendendum non eſt; quæ contra jus ſunt, extenſionem
2 facilè non patiuntur. *Alex. lib. 6. conſ.* 207. *num.* 22. *Ex hac lege* videtur ille caſus decidi poſſe; ſi ſtatutum vel conſuetudo ſit in Civitate de jure Retractus & cauſa viciniatatis, an illud etiam ad ædes exemtas
3 auf die Freyhäuſer extendendum, quod negat *Dn.*
4 *Mevius part. 2. dec.* 30. Et ſtatutum laicorum non extenditur ad Clericos *Gail. lib. 2. obſ.* 32. Quæſitum eſt aliquando de ſtatuto, quo Nobiles prohibentur emere prædia ruſticorum, ne hæc ſubtraherentur oneribus publicis; an hoc ad Monaſteria extendendum. Poterat dubitari *ex hac lege*; nam prohibitio emptionis eſt contra libertatem naturalem. Sed quia ratio eadem militat, & iſta utilitatem publicam concernit, fuit à Collegio Menſe Majo, Anno 1667. reſponſum, eandem militare rationem. *Hinc ex Baldo hic notat regulam Zaſius*, cum ſtatutum reſpicit certam qualita-
5 tem, quæ utrobique poteſt intelligi, in odioſis etiam dari extenſionem, ſecus ſi non eſſet. v.gr. Statutum eſt, ut Frater excludat Matrem, ut Soror dotata non ſuccedat patri: utrobique eſt qualitas, & ratio, ut conſerventur opes ſexus Maſculini, & bona in familia maneant; ergo in primo ſtatuto licèt aliter Mater, aliter Avia ſignificetur, & neptis propriè filia non dicatur, utroque tamen caſu propter paritatem rationis, imò majoritatem, ſtatutum ad Aviam & neptem extenderetur, vel potius de iis loqueretur. *Zaſ. hic n.8. & de majori ratione nu.* 3.
6 Hinc ſi alicubi ſtatutum, ut uxor pro marito ſolvere teneatur: non eſt trahendum ad eum caſum, ubi Maritus concurſum excitavit, & ita mariti fama ſalvari non poteſt, qui eſt finis ſtatuti. *Carpz. p. 3. C. 20. d. 11. Kibl de Conſil. March. q.7 n.17.* & ita à noſtra
7 Facultate reſponſum Anno 1647. menſe Januar. & an. 1664. menſe Septembr. Sic alicubi habetur ſtatutum, ne fidejuſſor excutiatur, licèt renunciaverit beneficio excuſſionis, ſi debitor principalis bona habeat, quæ vendi poſſunt: hoc inquam non eſſet trahendum ad caſum, ubi fidejuſſoris in bonis creditor jam pignus judiciale quæſivit, vel ſe ut principalem obligavit, vel jurato &c. ſicut ab aliqua Facultate reſponſum vidi.
8 Sed limitatur regula multis modis. (1.) Quando publica utilitas extenſionem ſuadet, (2.) quando fit ob cauſam favorabilem æquè vel magis, ut quæ ſpecialiter de libertate, & de dote conſtituta extenduntur ad pias cauſas, & privilegia fiſci trahuntur ad Eccleſiam, ut ſuo loco demonſtrabitur. (3.) quando agitur de interpretatione actus vel ſtatuti alicujus ex vicinitate. *Kloek. conſ. 20. nu* 232. *& conſ. 28. num.* 410. (4.) Quando fit extenſio ad acceſſoria. (5.) quando quædam habent neceſſariam conſequentiam (6.) quando

diſpoſitio exorbitans non baberet aliàs effectum *(7.)* ut non habeat locum in correlativis. *(8.)* quando caſus continetur in verbis ſtatuti ex lata ſignificatione vocabuli. (9.) quando extenſio fit per communem uſum loquendi. (10.) quando duo æquiparantur à Lege antiqua. (11.) quando agitur de excludendis fraudibus. *(12.)* Si extenſio non fiat, ſequatur abſurditas. (13.) quando unum ſurrogatur in locum alterius. (14.) quando unus locupletaretur cum alterius damno. Sicut has limitationes ſummatim proponit & exemplis declarat *Pet. Peck. ad c. 28. de R. J. Lib.6. per totum.* Conferri poteſt *Contardus ad L. diffamari. c.4. num.33.*

## Ad L. In his. 15.

*SUMMARIA.*

*Exceptio declarat Regulam num. 1. & 2.*
*Firmat eam, in caſibus non exceptis. 3.*

1 EXceptio derogat regulæ, imò & declarat regulam
ultra id, quod acceptum eſt, v. gr. ſi teſtator le-
get omnem penum, præter vinum, quod Romæ eſt.
Hæc limitatio facit, ut penus Romana tantùm intel-
2 ligatur. *L.4. fin. de penu. leg.* Unde hîc Regulam con-
ſtituit *Zaſius*, ſi præcedat generalis oratio, & ſequa-
tur caſus cum certa qualitate, iſtam qualitatem de-
3 clarare generalitatem. Sed aliâ habetur regula, quod
exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis: quod
intelligendum, niſi caſus non exceptus aliàs ſub re-
gula non contineatur, ut habemus exemplum in *L.*
*32. §. 2. de uſufr. Leg.* quam regulam quia per limita-
tiones explicat *Barboſa lib. 5. c. 23. axiomate 24.* plura
non addo.

## ad L. Jus ſingulare. 16.

*SUMMARIA.*

*Jus ſingulare, quodnam? num. 1.*
*Item latius patet quàm privilegium. 2.*
*Clauſulam continere ſolet non obſtantibus. LL. 3.*

1 JUs ſingulare eſt, quod contra jus commune ob
utilitatem publicam à Principe conſtitutum eſt. Et
ita perpetuitate juris deflectit. *Don. l. 1. c. 18. lit. F.*
2 Tale jus ſingulare eſt in privilegiis. Sed jus ſingulare
latius patet, quàm privilegium. Ut notat *Bach. ad Tr.*
*vol. 1. d. 1. th. 6. lit. E. in verbis, quaſi lex ſingularis.*
3 Solet autem in jure ſingulari adhiberi clauſula non
obſtantibus legibus aut ſtatutis de qua clauſula latè
*Bartolus ad Extravag. Ad Reprimendum. in §. non*
*obſtantibus.*

## ad L. Scire leges. 17.

*SUMMARIA.*

*Quid ſit ſcire leges? num. 1.*
*Vis legalis in quo conſiſtat? 2.*

1 SCire Leges non eſt earum verba tenere, ſed vim
ac poteſtatem; nam & ratio & mens Legis potius
conſideranda, quàm verba. *L.13. §. 2. de Excuſ. Tut.*
*Tiraq. in L. ſi unquam verbo libertis. num. 47. C. de Re-*
*voc. donat. & quos refert. Finckelib. obſ.67. num.8.* Au-
tor. *ad L. 1. numer. 4. C. de Interd.* Et ubi verba ac
intellectus diſcrepant, hic potius ſequendus *Donell.*
2 *lib. 1. cap. 13.* Vis enim Legalis diſciplinæ conſiſtit
in juris applicatione. *Gratus Lib. 2. conſ.117. numer.*
*2. idem conſ. conſ. 144. num. 2. Lib. 2.* Et ratio Legis
eſt anima ejus.

## ad L. Benignius. 18.

*SUMMARIUM.*

*Semper potior æquitatis, quàm ſtricti juris habenda ratio.*

COnvenit hæc lex cum *l. placuit. 8. C. de judic.* quod in omnibus rebus potior habenda ſit ratio æquitatis, quàm ſtricti juris. Ubi vide notata DNI. Autoris *ad L.8. C. de Jud. num. 6.* idque maximè obſervandum eſſe in Legibus, quæ aliquid humaniter pro commodis hominum ſtatuunt, tradit *Bach. in proœ. ad h. t. p.138.* ubi tradit exempla in *l. non eò minus 14. C. de procur. l. plures 129. C. de fide inſtr. l. 3. §. 5. ff. de Carb. Edicto l. 4. §. 1. ff. de Leg. Commiſſ. lib.6. §. ult. ff. de in int. reſt.*

## ad L. In ambigua. 19.

*Lex in dubio ita interpretanda, ut evitetur abſurdum.*

QUando ſententia legis ambigua eſt, ut poſſit utroque ſenſu explicari, ſemper ita interpretanda, ut non ſequatur aliquod incommodum & abſurdum, quia hoc voluiſſe Legislator non videtur. Multa hanc in rem habentur conſonantia jura v.g. *l. ſemper in dubiis ff. de Reg. Jur. C. eſtote X. de R. J. &c.* Autor *ad L. 13. n.7. ſi C. ſ. cert. pet.*

## ad L. Non omnium 20. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Non impoſſibile, ſed difficile eſt rationes legum inveſtigare. num.1.*
*In merè poſitivis legibus interdum nulla ratio aſſignari poteſt. 2.*
*Lex ſæpe rationem habet eo ipſo, quod non repugnat rationi. 3.*

1 NOn negatur hîc, quamlibet legem vel ſtatutum
rationem habere, ſed quod ſit difficile eam red-
dere. *Lancellottus Politus ad L. filium quem habentem*
*24. C. fam. herc. n.90. vol.7. repetit.* Ubi prolixè hanc
2 materiam tradit. Sed hoc potiſſimum locum habet in
iis, quæ merè poſitiva & arbitraria ſunt, quorum ratio
vera ac ſolida inveſtigari non poteſt. v. gr. Cur mo-
bilia triennio præſcribantur? cur legitima ſit tertia
bonorum? *Donell. & ibi Hill. lib. 1. c.13. Lit. H.* Autor
3 *ad L.8. nu.8.9. C. de Judic.* & ſic conſtitutio, imò etiam
conſuetudo eo ipſo rationabilis eſt, quod non repu-
gnat juri naturali, licèt ejus ratio demonſtrari non
poſſit. *Bald. rubr. X. de conſtit. n.12. Tiraq. de Retract.*
*conſang. in præfat. num.76 conf. Albertus. Bolognetus in tr.*
*de LL. & Æquitate c.9. num.14. Menoch. libr.2. A. qu.*
*caſu 82. num. 14.* Nam ubi lex repugnat rationi natu-
rali, hanc ſequimur. *Bach. ad Legem 17. & ſeqq. nu.7.*
*& 9. Conf. Zaſius t. 1. repet. p. 170.* Notat ergo *ex hac*
*lege & ſeq. Zaſius*, non eſſe ad ſuperſtitionem uſque
inquirendum in rationem eorum, quæ conſtituta
ſunt: nam hac in re facilè errari & falſa ratio ſub-
ſtitui poteſt.

## ad L. Cum Lex. 22.

*SUMMARIA.*

*Indulgentia de tempore præterito includit prohibitionem de futuro. n. 1.*
*Quia aliàs daret facultatem delinquendi. 2.*

1 INdulgentia reſtricta ad tempus præteritum inclu-
dit tacitam prohibitionem in futurum. *Caſus in L.*
*2. C. de generali abol. Hillig. in Don. Lib. 1. cap. 14.*
*Lit. D. Tholoſ. in Synt. Lib. 23. cap. 32. num. 13. Bach. ad*
2 *L.17. & ſeqq. h. t. num. 8.* Sic ſi propter rem proſperè
geſtam omnes captivi dimittantur, hoc non prodeſt
poſt hanc abolitionem delinquentibus. *Zaſ. hic nu.6.*
Et habet hæc regula locum, quando indulgentia, ſi
ad futura pertineat, daret facultatem delinquendi; ſe-
cus ſi hanc non daret, tunc enim verba poſſunt ad
futura accommodari.

Ad L.

## Ad L. Minimè. 23.

*SUMMARIA.*

*A Sententia communi, niſi ratio repugnet; non recedendum nu.2.*
*Novellis Aſſeſſoribus in Dicaſteriis commendantur Anteceſſorum placita. 3.*
*Cuinam ſtudio, Theoreticone, an Practico magis inhærendum? 4.*
*Non tamen reperiunt hic aſylum ſententiæ abſurda 5.*

1 NOn ſunt mutanda ea, quæ rectam interpretatio-
nem ſemper habuerunt, *v.gr. L.ſi quando* 19. *C.*
*de Teſt. ibique* Dn. Autor ſemper ita intellexit, ut te-
ſtes etiam abſente parte examinarentur: *ſic L.Des à pa-*
*tre* 4. *C.ſolut. matrim.* de caſu, quo liberi non extant,
2 intellecta. Et hinc defendunt communes opiniones;
nam à ſententia communi, niſi ei ſit contrarius tex-
tus & evidens ratio, non facilè diſcedendum. *Zaſius*
*hic*, & opiniones communes plerumque in praxi re-
ceptæ, *Confer. L.* 29. *h. t. c.* 1. *ne innitaris X. de con-*
*ſtitut. Tiraq. de Retract. conſang.* §. 9.*n.*52. *Carol. Molin.*
*de Conſuet. Pariſ.* §. 31. *num.* 11. Et hoc notandum eſſe
dicit *Bach.ad L.*17.*& ſeqq. h.t.num.*6. contra impuden-
tes Fabros, receptiſſima quæque convellere laborantes.
3 Deplorandum eſt, inquit *Carpzov.p.*2. *dec.*127.*in fine.*
quod novelli in Dicaſteriis Aſſeſſores rectius ſibi ſa-
pere videantur; vel ſaltem deciſa Anteceſſorum ad
Theoriam & diſputata Academica revocent, ambi-
guaque reddant: uſque dum errorem ſuum agnoſcen-
tes ad placita Anteceſſorum redeant, à quibus devia-
4 re ſemper piaculum fuit. Hæc *Carpzov.* Sanè in no-
ſtra Facultate per ſtatuta jubemur ad praxin intentum
habere oculum. Et quæ in Academiis interdum au-
diverunt juvenes, in judiciis & in foro ea dediſcere
oportet, niſi riſui ſe velint exponere. Et ſanè quæ eſ-
ſet certitudo, ſi quiſque in concipiendis ſententiis pri-
vatam ſuam ſententiam vellet ſequi. Practica eſt Fa-
cultas noſtra, & ideo ad Practicam etiam in Acade-
5 miis deducenda juventus. Sed abſurdæ, perverſæ &
juri naturali atque æquitati contrariæ opiniones hîc
nullum reperiunt aſylum. *Menoch. conſ.*3.44. *in fine*
limitat h. L. ſi id faciat, qui interpretati & conſue-
tudinem introducere poteſt: ſed in conſuetudine ori-
go ignorari ſolet.

## ad L. incivile. 24.

*SUMMARIA.*

*Judicare debet Judex, tota lege perſpecta n.* 1.
*Quia priora ſæpè dant intellectum poſterioribus.* 2.

1 INcivile eſt, niſi tota lege perſpecta judicare, vel
reſpondere velle: *Donell.lib.*1.*c.*43. *lit. B.* quod ad
inſtrumenta extendunt, quæ tota ſaltem in ſubſtantia-
libus legi debent. *Franc. Niconitius in rep. tit. de operis*
*novi nunt.n.*273.*Weſenb.conſ.*94.*n.*14. *Bach.ad L.* 17. *&*
2 *ſeqq. h. t. n.*4. Nam ſæpè priora dant ſequentibus in-
tellectum *L.*8. §. *fin.de juris & facti ignor. L.*6. §. 6. *de*
*Edendo* & proœmia interdum rationem finalem legis
aperiunt. *L.f.ff. de hæred. inſt.* Exemplum minus plenæ
lectionis habet *Gilkenius de Præſcript. p.*1.*membr.*1. *c* 7.
*n.*16. *Bach.in pratis p.*138. adducit *l.*138.§.1.*ff V.O.l.qui fi-*
*liabus* 17.*pr.de Leg.*1.*l.quæſitum* 12.§.*antepen. ff.de inſtr.*
*leg. l. ult. ff. de hæred. inſt.*

## ad L. Nulla Juris. 25.

*SUMMARIA.*

*Favorabilia non ſunt in odium trahenda. n.* 1.
*Actus nullus favore meo poteſt à me confirmari.* 2.
*Reg. patitur ſex limitationes, ſi cum favore concurrat delictum.* 3.
*Item, ſi neceſſaria juris ratio aliud ſuadeat.* 4.
*Item, ſi cum favore alterum non admittatur.* 5.
*Item, ſi ratio æqualitatem gravet.* 6.
*Item. ſi acceptando unum favorabile, alteri renuncietur.* 7.
*Item, ſi connexa ſint.* 8.
*Regula etiam inverſa vera eſt.* 9.

1 QUæ ſunt favoris, non ſunt retorquenda in odium;
caſus *in l.*14. *C.de Procur. L.*19. *C.de fide inſtr. L.*
7.*de jure fiſci. & in L.*3.§. 5. *ff. de Carbon. Edict. Peregr.*
*de jure fiſci lib.*7.*c.*2. *n.*3. *Mantica de tac. & amb. con-*
*vent.lib.*2. *tit* 12. *num* 27. *Dn. Tabor in axiom. Barboſ.*
*lib.*6.*cap.*11. *axiom.*3. Dn. Autor *in C.h.t. ad l.*6.*num.* 1.
*ſeqq.* Obſt. *l.*6. *de periculo & commodo. Reſp. Pacius*
*c.* 1. *q.*12. hanc legem 25. in dubio intelligi &c. Exem-
2 pla alia habet gloſſa. Sic ubicunque actus eſt nullus
favore meo, ille per ſolam meam ratificationem poteſt
3 confirmari. *Gail.l.* 1. *Obſ.* 47. Sed limitari poteſt re-
gula, niſi cum favore ex parte petentis concurrat de-
lictum, vel aliqua iniquitas; nam ſic qui moratorium
impetravit, à ſuis debitoribus non poteſt impetrare
ſolutionem. Sed hoc apud nos non obſervatur in pri-
vatis moratoriis? quin imò moratoria eo fine dan-
tur, ut interim tantam ſummam pecuniæ conquirere
à debitoribus ſuis vel aliundè poſſit. Sic dignitas per-
ſonæ reddit delictum gravius *l. quædam delicta* 14. *de*
*pœnis l. presbyteros C. de Epiſc. Gail. l.* 2. *obſerv* 110.
4 *num.* 42. *Farin.qu.*98. *num.* 113. (2.) Limitari poteſt, ſi
non ob favorem, ſed ob neceſſariam juris rationem
damnum ſequatur, ut hæreditas defertur tibi ex fa-
vore, ſed ſimul obligaris æri alieno, hoc facit juris ra-
5 tio. (3) Si favor cauſa ſit, cur hoc vel illud illi digni-
tati non conveniat, ut, ſi Mercator nobilis ſit, à Mer-
catura abſtinere jubetur. Dn. Autor *in C.tit.de Comm.*
*& Mercator. ad l.*3. *nu.* 1. *&* 2. *& in tit. C. de dignitat.*
6 *num.*56. (4.) Si ratio æqualitatis gravet te, ut *in l.*13.
*C.de Judæis l.ſi vina* 6.*ff.de periculo & commodo rei ven-*
7 *dita.* (5.) Si acceptans favorabile, renunciare alii fa-
vorii præſumatur, ut, in *l.* 2. *C. de jure aur. ann. l.ul.C.*
8 *qui bonis cedere poſſ.* (6). In individuis & connexis
non valet, per *l.* 6. *C.de quæſt. Zaſius hic n.*19. quamvis
hoc ad quartam limitationem etiam poſſit referri. Imò
quantumcunque aliquid eſt favorabile, ſi annexum
aliquid eſt incommodum, hoc à favore ſeparari ne-
9 quit. *Zaſ. num.*26. Valet & hæc regula in contrarium;
quod odio tuo introductum, in tuum favorem non
eſt detorquendum.

## ad L. Non eſt novum. 26.

*SUMMARIA.*

*A generalitate legis poſterioris, lex prior ſpecialis excepta videtur. num.* 1.
*Beneficium ſpeciale in aliqua Provincia ſecundum Rec. Imperii interpretandum.* 2.

1 PRiores leges ad poſteriores trahuntur, i. e. gene-
ralis Lex poſterior Legem ſpecialem priorem non
tollit, ſed ea potius excepta videtur, & una lex per
aliam ſupplenda & explicanda *l.antepen.infra hic l.*32.
§.*ult.C.de Apell. Donell. l.* 1. *c.* 13. *lit L. Carpzov. P.*3.
*cap.*29. *def.*6. *in fin. Fachin. lib.* 3. *cap.* 94. *Cacheranus*
*dec.*167. *num.*17. *Bach ad l.*17. *h. t. num.*8. Autor *in C.*
2 *tit.de Juſtin. Cod.confirm. num.*10. Et ſic, ſi in aliqua
Provincia aliquod ſpeciale beneficium habetur, quod
non eſt contrarium beneficio communi, *in Rec. Imp.*
*de anno* 1654. contento, tunc unum ex alio interpre-
tandum. *Mevius p.*3. *d.* 256. Et in dubio juxta Receſ-
3 ſum Imperii omnium ſtatuum communi conſenſu
initum pronunciandum, ſi ſpecialis conſtitutio con-
traria non reperiatur: nec obſtat, ſi à Circuli Du-
ce ad obſervantiam conſtitutio miſſa non ſit. *Mevius*
*p.* 4. *dec.*77.

Ad L.

Digitized by Google

### ad L. Ideo. 27.

*SUMMARIA.*

*Antiquiores LL. extenduntur etiam ad perſonas & res ſimiles. num.1.*
*Exemplum in SC. Macedon. 2.*

1 PRior lex per exemplum declaratur. Antiquiores leges declarantur, & ſupplentur non tantum per
2 poſteriores leges, ſed etiam extenduntur ad perſonas, & res ſimiles. v. gr. Senatuſconſultum Macedonium de filiis loquens extenditur etiam ad nepotes: & licèt loquatur de pecunia: extenditur tamen ad alias res, ſi in fraudem legis mutuo datæ. *l. 7. §. 3. ff. de Sancto Macedon.* Conſ. tamen ſi lubet. *Bach. ad h. t. & l. 17. h. t. &c. nu. 8. pag. mihi 139. & ſeq.*

### ad L. Sed & Poſteriores. 28.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo Lex poſterior explicetur per priorem, exemplo declaratur.*

LEx poſterior explicatur etiam per legem priorem diſtinguentem, limitantem, aut determinantem, v. gr. in *Auth. Offeratur. C. de Litis Cont.* dicitur, ſimpliciter ſatiſdandum eſſe de judicio ſiſti, ſed hoc recipit limitationem ex *l. 15. ff. qui ſatiſdare*, niſi reus poſſideat immobilia, quod exemplum hîc adducit *Gl.* & probat. *Bach. d. l.*

### ad L. contra Legem 29. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Quomodo fraus legi fieri poſſit? num.1.*
*Si donaturus dicis cauſa vendat. 2.*
*Si minor ſervum alteri manumittendum dederit. 3.*

1 ALiud eſt contra verba legis facere, & aliud in fraudem legis. Fraudem legi facit, qui non quidem verba, ſed mentem offendit, v. gr. ſi filio familias frumentum mutuo dem, ut vendat, & mutui titulo habeat pretium *l. 3. §. pen. ff. de SC. Macedon.*
2 item, ſi donaturus vendit dicis cauſa, *l. 5. §. 5. ff de Donat. inter vir. & uxor.* aliud exemplum *in c. ad noſtram X. de Emt. & Vendit. Hill. libr. 1 c. 14. lit. E. Gedd: ad l. 6. n. 11. de V.S.* Dn. Autor *in C. h. tit. ad L. 5. n. 1. &*
3 *ſeqq.* Si fraudem legi faceret minor, qui non ipſe manumitteret, ſed daret ſervum alteri, ut manumitteretur. *Donell. ad l. ſi minor. 66. numer. 3. ff. de verb. oblig.* Aliud in *l. 8. §. 20. ff. de Tranſact. L. ult. §. 4. ad munic.* & alia, quæ adducit *Bach. ad l. 17. h. t.*

### ad L. Princeps. 31.

*SUMMARIA.*

*An Princeps legibus humanis poſitivis ſolutus ſit? n. 1.*
*Vivit laudabiliter ſecundum eas. 2.*
*An ſolutus ſit iis, iis ſi ſeſe obſtrinxerit? 3. & 4.*
*Nemo magis poſt Deum obligatur ex promiſſione, quàm Princeps 5. & 6.*
*An privilegia per modum contractus collata, poſſint revocari? 7.*
*Quando dicantur per modum contractus collata? 8.*
*An etiam ex Prædeceſſoris contractu teneatur? 9.*
*An Princeps ſine cauſa privato ſuum auferre poſſit? 10.*
*Quod negatur, niſi illud jus tantùm præſumtione nitatur. 11.*
*Aut, ſi tantùm jus differat. 12.*
*Aut jus privato non fuerit perfectè quæſitum. 13.*
*Aut ob publicam utilitatem. 14.*
*Princeps ſua privilegia etiam Auguſtæ communicat. 15.*

1 DEcantatum hîc habetur axioma, quod Princeps legibus ſit ſolutus: ubi leges humanas poſitivas intelligi, nec de Divino, naturali, aut gentium jure ſermonem eſſe, & titulus, & hæc ipſa lex oſtendit.
2 Autor *ad L. un. n. 7. C. Ne fiſc. rem, quam vend.* Sed licèt Princeps non ſit obſtrictus legibus, vivit tamen ut bonus Princeps legibus, *l. digna vox. 4. C. h. t. ibique* Dn. Aut. *& in C. tit. Qui teſtam. fac. poſſ. ad L. 6. & 7. n. 1. & ſeqq.* præſertim his, quæ certam formam actui
3 præſcribunt, *per l. ex imperfecto 23. de leg. 3.* Sed & poſitivo jure poterit conſtringi, ſi ſe ad obſervantiam legis obligavit, etiam ſine juramento, & multò magis cum juramento, nam tunc non tam ex Lege, quàm ex promiſſione obligatur *Conf. Fern. Vaſq. lib. 1. contr. ill. c. 2. & 3 & c. 26. n. 16. Idem de progreſſu Succeſſ. in præfat. n. 87. & ſeq. & n. 112. Auguſt. Barb. in collect. ad d. l. digna vox. C. h. t. Bach. in Treutl. vol. 1. diſp. 1. th. 6. lit. A. & B. & ad hanc legem in Digeſtis.* Et nemo dixerit, principem ex contractu non obligari, nec ex conventione. Autor *in C. h. t. ad L. 4. n. 4. & 5. Et ad L. 1. nu 5. 6. C. de Libert. & eor. lib. Vid. Zaſius in §. eodem tempore ff. de Origine Juris nu. 21.* ubi ait: Deum ſubjeciſſe Principi Leges, ſed non quæ contrariæ juri gentium.
5 Dixerim cum veteribus, neminem magis ex conventione & promiſſione obligari, quàm Deum, quia ipſa Veritas eſt & fides, & Deus veritatis; & poſt Deum neminem inter mortales arctiùs obligari quàm Principem. Quò major perſonæ fides, eò arctiùs obligationis vinculum. Et quando dicunt Dd. fidem Nobilis obligatam eſſe quaſi juramentum; Ergo Nobilis ar-
7 ctiùs obligatur quàm Ruſticus. Ex quo colligitur, privilegia à Principe ſive ſubditis, ſive non ſubditis per modum contractus, vel ob bene merita data, re-
8 vocari à Principe non poſſe, cùm Princeps ex contractu obligetur. *Gail. l. 2. obſ. 55. Caraz. p. 1. dec. 87.* Tunc autem videtur per modum contractus dari privilegium, & non per modum ſimplicis liberalitatis, quando concurrit aliqua reciproca obligatio vel compenſatio. *Tiraq. ad l ſi unquam verb Donatione largitus nu. 14. C. de Rev. donat. Enenkel. Baro de privil. 3. cap 8. num. 1.* Autor *ad L. 1. num 4. 5. 6. C. de Libert. & eorum*
9 *lib.* Sed & Succeſſor ex contractu defuncti tenetur, quando ratione dignitatis ſuæ contraxit. *Carpz. part. 2. conſt. 45. def. 7. Klock. conſ. 4. nu. 74. vol 2.* Dn. Autor *in C. tit. de decurion. nu. 135.* Sic tenetur ſtare locationi prædeceſſoris. *Covarr. p. 2. reſol c. 14. num. 6.* Et impoſſibile & abſurdum eſt, dari privilegium, licere pacta violare altero invito. Quod etiam de privilegiis à prædeceſſore datis affirmat *Carpz. pag. 1. deciſ. 88.*
10 Occaſione hujus regulæ quæri ſolet: an Princeps privato rem ſuam auferre poſſit, ſine præſuppoſito delicto aut contractu? Quod rectiùs negatur, ſive jure civili, ſive jure gentium ſit illa res quæſita. Autor *in C. tit. de in jus voc. ad L. 2. nu. 5. 6. Et de Emancip liber.*
11 *ad L. 4. nu. 5. & ſeqq.* Sed limito (1) Niſi aliquid quæſitum Jure Civili, quod nititur præſumptione, quam in hypotheſi falſam reperit Princeps; ideoque rem judicatam poteſt retractare, ſi iniquitatem deprehenderit, quia præſumtio, quæ pro re judicata pugnat, & ob quam Judex ab ea recedere non poteſt, hîc ceſſat. Ergo malè abſolutum condemnare, & malè condemnatum abſolvere poteſt. Nec ipſa ſententia injuſta obligat, nec excuſat in conſcientia; nam comperta veritate ceſſat præſumtio, & nulla lex obligat in conſcientia, quæ eſt in præſumptione fundata; & com-
12 perta Veritas præſumtioni præferenda. Vid. *Menoch.*
13 *conſ. 37. nu. 54.* (2.) Declaratur, ſi non auferat, ſed tantùm differat, ut in indulto moratorio. (3.) Si Jus illud non ſit perfectè quæſitum: nam ſi ſpurium exi-
14 ſtente prole legitima, poteſt legitimare. (4.) Ob publicam utilitatem interdum, ut in tit. *in quibus cauſis ſervus libertat.* aut ſi res naturâ ſua ſit revocabilis, &c. de *qua materia hic Dd. & alibi paſſim.* Princeps autem ſua privilegia vel potius Jura, Auguſtæ communicat, non tamen omnia *hac l. noſtra Panus cent. 1*
15 *qu. 13. conſ. Paris de Puteo de Syndicatu L. 1. c. 3. nu. 7. &*

Nic.

*Nic. Mylerus ab* Ehrenbach *in Gamologia illuſtrium. c.7. n.1. & tribus ſeqq. Conf. repetitiones hujus Legis in vol.1. Zaſii p.171. Salomonti pag.172.*

## ad L. De quibus. 32.

### *SUMMARIA.*

*Quid deficiente lege attendendum ſit? n.1.*
*Conſuetudine deficiente, quid in ſimilibus caſibus lege diſpoſitum eſt. n.2.*
*Tandem quo jure utatur Roma? 3.*
*An non ex vicinia conſuetudo dubia interpretationem capiat? 4.*
*Intellectus l.2.C. quæ ſit. longa conſuet.? 5.*

1 SI deficit in aliquo caſu lex ſcripta, vel ubi extat
quidem lex, ſed uſu deſtituta, attendenda eſt con-
ſuetudo, & quomodo hactenus obſervatum: adeò ut
ſententia contra conſuetudinem lata ipſo jure ſit nulla;
& nemine appellante corrigenda. *Mevius part.5.D.150.*
2 Si nec hæc appareat, tunc id quod proximum eſt, i.e.
quod in ſimilibus rationi decidendi convenientibus
caſibus fuit lege diſpoſitum vel conſuetudine obten-
tum. Unde probatur, in conſuetudine nos procede-
3 re à ſimili ad ſimile, *Zaſius hic num.*8. Si nec hoc qui-
dem appareat, attendendum eſt, quo Jure Roma
utatur, *hic & §. fin. Inſt. de Satisdat.* modò mores Ro-
mani nihil vitii aut abſurdi habeant. *L.12. ff. de off. præſ.*
Sed quod in una provincia receptum, non propterea
in alia ipſi unita receptum eſſe præſupponendum eſt,
4 per tradita *Dn. Mevii p. 2. deciſ.* 185. licèt ex vicinia
declarationem dubiæ conſuetudinis ſumi poſſe rectè
5 tradat *Dn. Mev. p.2. dec.251. numer.* 11. Licèt autem *in
L. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo*, dicatur conſuetudi-
nem legem vincere non poſſe, id de conſuetudine
particulari, inſcio ſuperiori introducta, præſertim de
ea, quæ per legem prohibita, intelligendum vide-
tur (quamvis variæ ſint hac de re ſententiæ. Et *Bach.
ad titul. de conſuetudine num.* 6. hanc legem ad tem-
pora antiqua, *d. l.* 2. ad moderna referat.) Nam po-
teſt Lex conſuetudinem tollere, aut impedire. *Ant. Ga-
briel. l.5. de com. Concl. concl.* 11. *num.*27. *Dn. Mevius
p.5. deciſion.* 111. Deſuetudo ſola, ſi contraria conſue-
tudo non probata, Legem tollere nequit. *Burſat. conſ.*
339. *num.* 16. *Dn. Taber. de altero tanto. p.2. articul.3.
num.* 6. *Bach. ad hanc Legem*: Autor *in C. titul. Quæ
ſit longa conſuet. ad L.* 2. *Alter Pacius cent.1. quæſt.14.
vid. Zaſius ad hanc legem tom.* 1. *repetition.* & ſic vo-
cem (deſuetudinem) in hac lege de deſuetudine cum
contraria obſervantia conjuncta intelligo. Si tamen
lex nova ſit, facilior eſt probatio, quod non ſit in ob-
ſervantia. *Dn. Mevius p.2. dec.74.*

## ad L. Diurna. 33.

### *SUMMARIA.*

*Conſuetudo quantum tempus requirat, arbitrio judicis committitur. n.1.*
*Differt à præſcriptione & quomodo? 2.*

1 COnſuetudinem eſſe diuturnam, ut ea pro jure
habeatur in his, quæ non ſunt certo jure definita.
Sed quantum tempus requiratur inter Dd. controver-
ſum. Alii immemoriale requirunt ex *l. hoc jure* §. 4.
*de Aqua quotid.* Alii tempus decennii. Sed illi & hi à
diverſis concludunt, communiùs id arbitrio judicis
2 committunt. Et ideò fruſtra quærunt Dd. ſi quis per
decem Annos frumentum ſuum ad meum molendinum
traxerit, an exinde conſuetudo oriatur? quod rectè
negant, ſed requirunt diuturnitatem temporis à die
coactionis, ſi te prohibuiſſem alio uti molendino. Ut
*Angelus in §. ex non ſcripto num.18. inſt. de jure natur.
gent. & civ.* Sed confunditur ita præſcriptio cum con-
ſuetudine, qui ſolennis veterum error eſt. Autor *in
C. titul. Quæ ſit longa conſuet. ad L. ult. num.3.* Præſcrip-
tio jus facit tantùm præſcribenti, conſuetudo omni-
bus. *Hilliger. in Donell. libr.1.c.10. lit.G.*

## ad L. Cum de Conſuetudine. 34.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo probetur conſuetudo, & an de neceſſitate, ut ſit obtenta in judicio contradictorio? num.1.*
*An judex ex officio de conſuetudine inquirere valeat? num.2.*
*Interpretatio legum eſt vel expreſſa, vel tacita. 3.*
*An Magiſtratui teſtanti de conſuetudine credatur. 4.*
*Quomodo per teſtes probetur, & an per præjudicia? num. 5.*
*Reſponſum facultatis Juridicæ. 6.*

1 OPtimè probatur conſuetudo, ſi ea in Contra-
dictorio Judicio ſit probata; licèt hoc de ne-
ceſſitate ſimplici non ſit. *Donell. & Hilliger. l.1. c.10.*
2 *lit.H. Bach. ad l.32. h. t.* Autor *ad L.1. num.3. C. h.t.* An
ex officio de Conſuetudine Judex inquirere poſſit?
quæritur; Et licèt *Rulandus à Valle Klockio vol.3. conſ.*
101. *num.* 241. allegatus neget, teſtatus tamen id affir-
mat *Klockius d.l. num.*242, & *Dn. Mev.* in caſu intro-
ductæ Appellationis, *p. 2. deciſ.* 277. Etſi allegetur
conſuetudo vel ſtatutum, ſtatim ſine prolixitate etiam
ante litem conteſtatam probatio ejus injungenda.
*Mev. p.3. dec. 313. de l.35. cum 3. ſeqq. ut & de Lege* 40.
*& ſeqq.* videri poteſt *Bach. ad ff. h.t* Certè conſue-
tudo eſt optima legum interpres, *juxta l. 37. h. t.*
3 Nam duplex eſt interpretatio Legum Authentica;
Expreſſa, à Principe, vel Majeſtate *L. 1. C. de legi-
bus* facienda; Autor *in C. h. t. ad L.* 11. *numero* 1.
Tacita verò etiam à populo connivente ſuperiore.
4 *Pacius cent.* 1. *q.* 15. Sed quæritur; an Magiſtratui
de conſuetudine teſtanti credatur? quod affirmatur,
ſi de curiæ ſtylo teſtetur, niſi alleget ſtylum pro co-
lorando facto ſuo. Nam tunc in propria cauſa non
ſemper ei credendum, niſi actus alleget, & conſuetu-
dinis requiſita, ut deciſum refert Dn. Vice-Præſes.
*Mevius p.4. dec* 2. melius autem probatur per teſtes
de actibus deponentes; nam unus non ſufficit. *Dn Me-
vius p.4. d.3. conf. Maſcard. de prob. concl.*324. *& ſeqq.*
Præjudicia tamen ſtatim non probant, ſi reperian-
tur contraria; præſertim ſi contra legem introducta
conſuetudo, gravior ejus probatio requiritur. *Dn.
Mev. p.5. dec.* 283. Et per actus difformes non proba-
tur. *Craveita conſ 96. num.15. Menoch. lib.4. præſumpt.
31. num.7. & quos refert Berlich p.1. deciſ.74. num 2 & 6.*
Sic cùm Civitati privilegium eſſet datum, ut ſartores
ruri laborantes Collegii legibus obſtringerentur, &
nobilibus contrarium probandum eſſet, pro privilegio
6 fuit reſponſum menſe Martio Anno 1668. Lucem
his addere poteſt aliqua ſententia, cujus tenorem
omiſſo proœmio referam: Das zwar E. E. Rath
der Stadt N. ein ſolch ſtatutum, daß eine Wittib
das ihrige conferiren, auch für dem Manne zahlen
müſſe / als welches juri communi zuwider läufft/
ohne S. Churfl. Durch. unſers gnädigſten Herrn
conſens, nicht einführen können. Dafern aber vor
31. Jahr eine ſolche obſervanz oder Gewohnheit ein-
geführet worden wäre / frequentia Actuum, und daß
kein Actus contrarius vorhanden / erwieſen werden
möchte / würde ſolche Gewohnheit zu Recht beſtän-
dig ſeyn / wie den ſolche Gewohnheit kan angefüh-
ret werden / und in vielen Handel-Städten einge-
führet worden iſt: Durch E. E. Raths Atteſtatum
aber iſt ſolche conſuetudo nicht erwieſen / weil in ſol-
chem Fall adſertionis Judicis nicht zu glauben / auch
dieſes Zeugnüß ad ſalvandam ſententiam à qua, Ju-
dice à quo ertheilet / die Gewohnheit auch durch
eidlicher Zeugen Kundſchafft müſte erwieſen wer-
den / und zwar alſo / daß die Zeugen auſſagetē/
daß

daß vor 31. Jahren ein ſolcher Actus vorgegangen/ und nachmahl vielfältig es alſo gehalten und geſprochen worden/ daß eine Wittib nothwendig ihre illata conferiren, und alſo ihres Ehe Mannes Creditoren davon contentiren müſte/ auch niemals anders gehalten worden wäre/ welches aber in dieſem caſu nimmer ſtatt finden kan/ in dem ein Urtheil den 21. Septembris Anno 1665. von der Churfl. Neuen Märckiſchen Regierung publiciret, welche auch in rem judicatam ergangen ſub n.7. darinn Senatus Atteſtatum verworffen und wider die prætendirende Gewohnheit geſprochen worden/ dahero ſolche Gewohnheit/ nicht allein durch obiges Atteſtatum nicht erwieſen iſt/ ſondern auch geſtalten Sachen nach immer kan erwieſen werden. Von Rechtswegen.

## ad L. Sed & ea. 35. & ſeq.

*S U M M A R I U M.*

*Conſuetudo in ſcripturam memoria causâ, non per modum ſanctionis redacta, non deſinit eſſe conſuetudo.*

IN hac lege parificantur Lex & conſuetudo, de quo ſupra, & notanter hic dicitur, plures annos requiri & *in l. ſeq.* dicitur, non fuiſſe neceſſe, ut ſcripto comprehenderetur conſuetudo. Ex quo tamen non ſequitur, quod Conſuetudo in ſcripturam memoriæ causâ redacta deſinat eſſe conſuetudo, & fiat jus ſcriptum, niſi is, qui jus condendæ legis habet, per modum ſanctionis in ſcripturam redigat, de quo alii.

## ad L. Si de interpretatione. 37. & ſeq.

*S U M M A R I A.*

*Conſuetudo quando vim legis habeat? n.1.*
*Quomodo legem interpretetur? 2.*

1 LEgis optima interpres eſt Conſuetudo, quia hæc habet vim legis per *l.38. h.* Autor *in C. h. ad l. 11. h. t. & ad L. 3. C. tit. quæ ſit longa conſuet.* Sed oportet perpetuò ita eſſe judicatum, per *d.l.38.* id eſt ſine interruptione, *l. 24. ff. Ad SCt. Trebell.* nam ſi interdum contrarium pronunciatum fuerit, aut obſervatum, id pro conſuetudine habendum non eſt, ſed ibi locum habet *l. 13. C. de Sentent.* Confer notata DNI Autoris ad *l. minimè ſupra h. t. & quæ habet*
2 *Bach. ad l. 11 h. t.* Aliter autem interpretatur princeps & judex, aliter Conſuetudo. Ille & iſte expreſsè, hæc tacitè. *Acc. hic & Pacius cent.1.q.15.*

## ad L. Quod non ratione. 39.

*S U M M A R I A.*

*Conſuetudo errore juris orta quando valeat? n. 1.*
*Et an ad alios caſus, licèt ſimiles, extendi poſſit? 2.*

1 COnſuetudo debet eſſe rationabilis. Sed quid ſi ex errore & fortè ignorantia juris aliquid diu obſervatum? Reſp. tum valet conſuetudo. Si 1. conſuetudo non ſit contra jus naturale, nec nutriat peccatum. 2. ſi populus comperto errore perſeveret in
2 obſervantia. Sed illa conſuetudo non debet ad alios caſus licèt ſimiles extendi. v. gr. ponamus: ex errore apud nonnullos introductum eſſe, ut uxor teneatur pro marito, fortè quia exiſtimarunt in matrimonio eſſe veram communionem bonorum. Hæc conſuetudo non eſſet extendenda ad eum caſum, quando maritus concurſum bonorum patitur. Alia exempla habet *Gloſſa* in hac lege.

## ad L. Ergo omne jus. pen.

OMne jus civile per conſenſum expreſſum populi vel Senatus conſtitutum, vel à Principe præſcriptum per modum præcepti, aut tacitis moribus introductum.

## ad L. Totum autem. fin.

*S U M M A R I U M.*

*Jus in quo conſiſtat?*

OMne jus conſiſtit vel in adquirendo, vel in retinendo ſeu conſervando, vel in amittendo. Sed hoc non de ſolo dominio aut poſſeſſione eſt intelligendum: ſed etiam de omni jure perſonali, quomodo obligatio v.gr. adquiratur, quomodo retineatur, & quomodo finiatur.

---

# T I T U L U S IV.

*De Conſtitutionibus Principum.*

## ad L. Quod principi. 1. pr.

*S U M M A R I A.*

*Principis placitum habet vim legis. n.1.*
*Niſi hoc placitum contrarietur juri gentium, aut naturali. 2.*
*Quid Judici faciendum, ſi Princeps reſcribat ad preces falſas? 3. & 4.*
*Quid ſi Judex ſit dubius, vera ne preces an falſa fuerint? 5.*
*Interlocutio Principis jus facit. 6.*
*Conciliatur. l.5. C. de leg. 7.*
*Privilegia quibusnam competant? 8.*
*An, & quibus in caſibus Privilegium in R. Imperii deo pauperatis debitoribus conceſſum, fidejuſſoribus proſit? 9.*

1 QUod Principi placuit, legis habet vigorem. Scilicet quod ita placuit, ut juſtum ei videatur in ejuſmodi theſi ſemper, & ſi juri gentium aut naturali
2 non ſit contrarium. Nam poſitivis Legibus ſuperior eſt, ſed naturali juri æque eſt obſtrictus quàm privatus, aut fortè magis, ut inquit *Hippol. Riminald.*
3 *vol. .. conſ.45. num.84.* Sed de voluntate Principis ſolet eſſe controverſia. Nam in omni v.gr. Reſcripto, ſubintelligitur clauſula, Rebus ſic ſtantibus *c. 2. X. de Reſcript. vid. notata à me ad Legem fin. Cod. de diverſis Reſcript. num. 1. & ſeqq.* Quando igitur ex ſupplicato per quod reſcriptum eſt elicitum, apparet, falſas fuiſſe preces, judex inſuper habebit reſcriptum, poterit & debebit in veritatem inquirere, & ſuper exceptione ſubreptionis pronunciare *L. 5. C. ſi contra jus.* ubi ſupplicanti injungenda probatio, ſi falſum narravit, vel adverſario, ſi dicatur verum tacuiſſe. *vid. not.* DNI
4 Autoris *d. l. num. 2. & 3.* Quod ſi de narratis falſis non appareat, ſed de virtute & ſenſu reſcripti, tunc ſi publicæ utilitati aut juſtitiæ ſit contrarium, ejus ratio non habenda. Autor *ad l. 6. in C. tit. Si contra jus. n. 1.*
5 Si in dubio verſatur Judex, res ad Principem referenda, & de interpretatione reſcripta conſulendus, aut ſi hoc nolit facere Judex, ſed juxta reſcriptum procedere velit, in caſu, ubi juſtitia eſt dubia, poterit pars appellare. *Dn Mev. p. 2. dec. 97.*
6 *Ad §. Quodcunque 1.* Dicitur hic, quod Princeps interlocutus eſt, id jus facere. Sed ei opponi videtur *L. 3. C. de legibus*, quas leges ita conciliant: quod
7 interlocutoria Principis jus regulariter non faciat, niſi Princeps eo animo interloquatur, ut jus novum conſtituat, quod ex verbis colligi poteſt. *Pac. cent. 1. qu. 17. licet Zaſ. aliter ad hunc tit. nu. 7. Bachov. in Dig. ubi multa de poteſtate Principis.*

*Ad §. fin.* Conſtitutiones perſonales, ſeu privilegia perſonalia non competunt aliis, niſi perſonis nominatis, non hæredibus regulariter, nec fidejuſſoribus

ſcribus &c. Autor *ad L.2.num.5.C. Quod cum eo, qui in*
8 *pot.* Sed quæritur de privilegio de paupertatis de-
bitoribus in Receſſ. Imp. de anno 1654. dato, quod
9 duplex eſt (1) de caſſandis val'caſſit s uſuris uſque
ad quartam partem, & (2.) de admittenda particu-
lari ſolutione reliqui, prius putat eſſe reale. *Du. Me-
vius p.4. decif.245. per verb.* gäntzlich caſſiret und auffe-
gehoben. Sed poſterius eſſe perſonale, quod ſoli de-
bitori competeret, ſi non bona in ſolidum deduſſet,
ſed fidejuſſori non.

## ad L. In rebus novis. 2.

*S U M M A R I U M.*

*Qualis evidens utilitas in novis legibus ferendis eſſe debeat.*

SI Lex nova ferenda, evidens debet eſſe utilitas & cauſa gravis. Si v. gr. leges veteres pugnent cum naturali æquitate, ſi nimis ſubtiles, & ſcrupuloſæ, ſi utilitati publicæ contrariæ, ſi nimis rigidæ, &c. Magna diſpunctione indiget magna moles noſtræ Juriſprudentiæ. *Vid. Bach. hic* Autor *in C. titul. de Emend. Cod.n.13.*

## ad L. Beneficium. 3.

*S U M M A R I A.*

*Privilegia Principis quomodo interpretanda? n.1.*
*Quæ Princeps in ſui præjudicium largitur, propriè ſunt beneficia, & latiſſimè interpretanda. 2.3.4.& 5.*
*Regalia à Principe conceſſa ſunt ſtrictiſſimè interpretanda. 6.*
*Si accedat ad beneficium longævus uſus, quomodo interpretatio facienda? 7.*
*Privilegia in præjudicium Tertii accipiuntur ſtrictiſſimè.8.*
*Collegiis conceſſa privilegia quomodo explicanda? 9.*
*Latiſſimè privilegium interpretandum, ſi modo præſtetur, quod præſtandum eſt ab accipiente illud.n.10.*
*Tituli Imperatorum perſtringuntur. 10.*

1 BEneficia & privilegia Principum pleniſſimè inter-
pretanda i. e. extendenda; *ut in l.57. de re judic.
l.38 ex quibus cauſ. majores &c. l. princeps 21. de V. S.
Evenkel. Baro in tract. de Privil. Libr.2.c.4.n.4.* præſertim
quando favorabilia ſunt, extenſionem admittunt. Autor
2 *ad titul. C. de Palatin. Sacrar. numer. 26.* Et hæc, quæ
in ſui præjudicium largitur Princeps, beneficia pro-
priè ſunt & non privilegia. *Surdus conſ 140. numer.50.
volum.1.* Et ideò beneficia latè, privilegia, quæ qua-
litercumque alios vel in minimo lædunt, ſtrictè ſunt
interpretanda. Autor *ad L.2. num.3.4.ſ.C.de bon. va-
cant.* Hinc donatio Principis latiſſimè interpretanda,
ita etiam, condonatario altero mortuo, ejus pars ad
ſuperſtitem Coodonatarium pertineat: *per l.un. C.
ſi Liberalitas Imper. Socinus &c.* ubi *in notatis n.9.*di-
3 ximus, hoc etiam ad feuda pertinere. Nec veram
illorum opinionem puto, qui ad ſupremum Princi-
pem hoc reſtringunt. Nam de noſtris Germanici
Imperii Principibus hoc intelligendum eſſe, probat
præjudicium *Carpzovii*, quod habet *p.2. deciſ.134.
in fine.* ubi de Electore Saxonico, pro qua ſenten-
tia etiam nuper reſponſum eſt in Facultate noſtra.
4 Huc pertinet, quod beneficia Principum etiam in his,
quæ præter jus, ſint latiſſimè interpretanda. *Vult.
conſ. Marp.16. num.63. vol.1. & Carpz.d.dec.134. n.20.*
Autor *in C. tit. de Servitut. ad L.12. n.fin.* Et benefi-
5 cium Principis in dubio pro perpetuo potius, quàm
pro perſonali aut temporario habendum eſſe, patet *ex
c.decet.16.de Reg. Iur. lib.6. & ibi not.* In iis tamen, quæ
6 ſpecialiter ad Principem pertinent jure Regalium,
*verbi gratiâ*, in venationibus, quæ hodie ad Re-
galia pertinent, quicquid contra diſputetur; ibi bene-
ficia ſtrictè intelligenda, ne ſucceſſori præjudicetur,
Autor *ad Authent. In quæſtione num.7.8.C.de Sent paſſ.*
verbi gratiâ conceſſa venatione majorum ferarum, non
eſt conceſſa venatio per bumbardas, ſed tantùm per
7 canes & retia. *Carpz. p.3. deciſ.287.* Si beneficium
cedat quidem in præjudicium tertii, ſed accedat ta-
men longævus uſus, tunc conſtitutio etiam ex con-
ſuetudine & uſu eſt interpretanda. *Franc. de Clapperiis
Cauſa 23.qu.3.* Verùm alioquin per interpretationem
legis regulariter aliis non fiat injuria. *l.4. C. de eman-
cip. liber. l. 40. ff. de admin. tut. l.2 §.10.& 16.ff. Ne quid
in loco publico. Schraderus de Feud. p.4.c p.tit.31. Don.
lib.1.cap.15. lit. F.* & intelligenda ſunt privilegia, ſalvo
8 jure tertii. *Gail. lib.2. obſ.1. num 14.* Nam in præjudi-
cium Principis accipiuntur latiſſimè, non verò in præ-
judicium alterius tertii, quem minimè lædere voluiſſe
præſumitur Princeps, *vid. declarationes hujus regulæ apud
Iaſonem hic præſertim n 19.24.& 33. & quæ habet Barboſa
locupl.l.2.c.5.axiom.17.* ubi pleniùs hæc tractantur. *Carpz.
9 in Iuriſpr. Eccl.l.1.def.218.* Huc etiam pertinent jura
Collegiorum, quæ per modum privilegii Collegiis
data: nam ea plerumque privativè conceſſa præſu-
muntur, ita ut etiam præſumantur excluſi Magiſtri
Principis, ut de privilegio braxandi cereviſiam cer-
to Collegio dato, judicatum dicit *Mev. p.2. deciſ.*
10 187. Licèt autem beneficia latiſſimè intelligenda,
non tamen ad eos extendenda, qui præſtanda ex
Conſtitutione non præſtant, ut ſi debitor uſurus be-
neficio Receſſus de An. 1654. §. nach dem auch in den
Frieden-Schluß/ &c. non obtulerit creditoribus of-
ferenda, ad eum beneficii fructus non eſt extenden-
11 dus, ſed is in ſolidum condemnandus, ut tradit *Me-
vius p.3 deciſ.265.* Titulos divinos, cœleſtes, æternos,
&c. quos ſibi Impp. tribuunt paſſim in LL. hîc perſtrin-
pit Bachov. conferri etiam poteſt *Pontanus conſ.76. n.9.
& Surdus vol.1 conſ 140.n.50.confer. ad hanc legem repetit.
Petri de Bellapertica.tit.1.repet.p.286.*

## ad L. Αἱ μεταγενέστεραι fin.

*S U M M A R I A.*

*Poſteriores leges derogare prioribus, quomodo accipiendum? n.1.*
*Requiritur autem certa voluntas Principis mutandi priora. 2.*
*Aliàs poſterius videtur ſubreptitium. 3.*

1 REſcripta poſteriora ſunt potiora prioribus quod
de iis, quæ proprio motu emanant, verum eſt,
Autor *in C. tit. de Juſtin. Cod. confirm. n.5.* ſecus in reſ-
criptis à partibus impetratis: niſi in poſteriori prioris
2 fiat mentio, & hoc abrogetur vel declaretur. Nam ut
prius per poſterius tollatur, præſupponenda eſt certa
& veriſimilis Principis & diſponentis voluntas mu-
tandi priora. *Menoch. l.6. præſumpt. 38. & 40. Du. Mev.
3 p.2. deciſ.182.* Ex quo probat, ſi poſterius prioris men-
tionem non faciat, præſumi poſterius ſubreptitium,
quia præſumitur falſis ſuggeſtionibus circumventus,
qui mutat ſententiam: nec præſumitur velle Princeps
priori juri præjudicare. *Mev. d l.*

---

# TITULUS V.

## *De Statu Hominum.*

## ad L. Omne jus. 1.

*S U M M A R I U M.*

*Obligationes an ad res vel actiones referendæ?*

OMne jus pertinet ad perſonas, vel res, vel actiones. Per actiones intelligo proceſſum, non verò jura obligationum. Ideo fruſtra hic quæritur, an per res etiam jura & obligationes intelli-



Digitized by Google

intelligantur? v. gr. dono tibi omnes res meas, Reſp. hîc *Bart.* quod non, quod io donatione quidem concedo, ſed in aliis exemplis non admitterem. v.gr. ſi omnes res alicujus confiſcatentur, ſi puella omnes res ſuas in dotem daret &c.

## ad L. Cùm igitur. 2.

### *SUMMARIUM.*

*Edicta Prætorum antea annua, poſtea ſunt facta perpetua.*

CUm hominum cauſâ omnia jura conſtituta ſint, de perſonarum jure ſe dicit prius acturum. Mentio hîc fit perpetui Edicti, cùm enim Edicta prætorum eſſent annua, juſſu Adriani Imperatoris Salvius Julianus Edictum perpetuum fecit & explicavit, *de quo Alciatus lib.2. diſpunct. c.27. Franzkius ad titul. de Orig. juris num.38. & alii multi.*

## ad L. Summa itaque. 3.

### *SUMMARIUM.*

*Ad liberos vel ſervos quinam referri poſſint?*

OMnes homines ratione ſtatus in liberos & ſervos dividuntur. Ad illos referendi etiam Adſcriptii & homines proprii, licèt in quibuſdam de ſervili ſtatu aliquid participent. Quo & Monachos refert hîc rectè *Bart.* Ad hos verò ſtatu liberos. Sed de Adſcriptiis conf. diſtinctio *Bachovii ad Tr. v. prim. th. 2. lit. D.*

## ad L. Libertas. 4.

### *SUMMARIA.*

*Definitio Libertatis n.1.*
*In bello inter Chriſtianos capti hodie non fiunt ſervi. 2.*
*Secus ſi bellum inter Chriſtianos & Turcas geratur n.3.*
*An Dominus injuriam ſervo inferre poſſit?*

1 COntinet hæc Lex definitionem vulgarem Liber-
tatis, quod ſit naturalis facultas ejus, quod
cuique facere libet, niſi quis vi aut jure prohibeatur.
Servitus verò contra, ut in textu, ubi etiam deriva-
tio vulgata vocis ſervi & mancipii, quæ in Inſtitutis
2 fuſiùs ſolent declarari. Notari autem hîc poteſt, quod
capti in bello inter Chriſtianos hodie non fiant ſer-
vi, quod hæc bella pluſquam ſint civilia. *Capolla
de ſervit. urb. præd. cap. 1. n. fin.* Unde tamen non in-
ferendum, in Orbe Chriſtiano non repetiri ſervos,
3 nam licèt capti in his bellis non fiant ſervi; quin ta-
men Turcæ & Barbari capti in bello fiant ſervi, non
videtur dubium. *Bach. in Tr. v. 1. d. 2. th. 2. lit. E.* Sed au-
4 divi dubitatum, an in ſervum cadat injuria? Seu an
Dominus injuriam ſervo inferre poſſit? quod apud
me dubium non eſt, licèt ſervus injuriarum age-
re non poſſit. Nam Dominus jure naturali ad non-
nulla obligatus eſt præſtanda ſervo ut homini, v.gr.
alimenta, informationem in fide, ut non caſtiget
ſine cauſa & culpa &c. *vid. Bach. d. d. 2. th. 2. d. lit. E.*

## ad L. Et ſervorum. 5.

### *SUMMARIA.*

*Servorum unam eſſe conditionem quo reſpectu dicatur n.1.*
*Modi juris civilis tum novi, tum antiqui (quoad hoc remiſſivè num.5.) quibus quis ſervus fit, recenſentur num.2. & ſeqq.*
*Quomodo jure Gentium ſervus conſtituatur. 6.*
*Ingenuus ex Matre libera natus tripliciter dici poteſt n.7.*

SErvorum una eſt conditio; ſcilicet ratione ſta-
tus, licèt non ratione qualitatum & ex voluntate
Dominorum, quod alii ſint primarii, alii vicarii, alii
2 digniores, alii peritiores &c. In §. 1. agitur de modo
juris civilis, quo quis ſervus fit; ſcil. quando quis
major 20. annis ad participandum pretium ſe veni-
re paſſus eſt, Autor *in pr. h. t. d. L. 21.* quod Lex conſtituit
in pœnam facti improbi, ex *Ant. Fabro Hillin Donell. l.
2. c. 9. lit. L.* Parentes tamen poſſunt impugnare hunc
contractum & vindicare, quia filius non ſe poteſt
ſubtrahere paternæ poteſtati; & poſſet emtor cum
filio colludere, & filiumfamilias alterius à ſe emptum
ſtatim manumittere. Sed Leo Imp. in ſua *Nov. 59.*
3 hunc modum ſuſtulit. Eſt & alius jure civili modus
redigendi in ſervitutem; ſcilic. ſiquis ad metallum
condemnetur, quod quidem quoad ingenuos mu-
tatum, manſit tamen quoad Libertinos, per *Nov.
22. cap 8. & ſeq. Don. l. 2. c. 9. lit. O.* quibus poſſunt con-
ferri in perpetuum condemnati ad triremes. Eſt &
4 alius modus ſcilicet Revocatio Libertini ingrati in
ſervitutem, per *l. 6. §. 1. ff. de Agnoſc. lib. & l. 21. pr. ff.
quod metus cauſa*, de quo *Hilliger. in Don. l. 2. c. 17. lit. L.
Bach. d. d. 2. th. 3. lit. D.* Quomodo olim ſervi facti
5 ſint jure civili antiquo, lubens prætereo, de eo ali-
quid agitur in *l. 6. §. 5. ff. de Injuſt. rupto &c. & in tit.
Inſt. de ſucceſſ. ſublat. &c. & in l. 4. §. 10. ff. de Re militari.*
Sed jure gentium ſervus conſtituitur per captivita-
6 tem in bello, vel per nativitatem ex ancilla, quia
partus ventrem ſequitur. Et hæc *in §. 1. hujus legis.* In
§. 2. agitur de ingenuis, qui definiuntur; quod ex Matre
7 libera nati ſint, quod ampliatur hic 1. ut ſufficiat, ma-
trem fuiſſe liberam tempore conceptionis, licèt ancilla
pepererit, vel ſufficiat tempore partus fuiſſe liberam,
licèt ancilla, conceperit. 2. ampliatur, licèt extra ſign-
tam matrimonii conceperit, quia calamitas matris non
debet nocere filio ſcilicet ratione ſtatus, qua ratio deci-
ſionis eſt etiam in *l. ſi quis rogatus 53. ff. de fideicomm.
libert.* 3. ampliatur, licèt mater ancilla fuerit utroque
tempore ſcilicet conceptionis & nativitatis, fortè
propter ingratitudinem in ſervitutem redacta, vel in
metallum damnata, & ſic civitate expulſa, modò me-
dio tempore fuerit libera.

## ad L. Libertini. 6.

### *SUMMARIA.*

*Libertinus quinam? n.1.*
*Quomodo differat à Liberto? 2.*

1 LIbertini ſunt, qui ex juſta i.e. vera, non putativa
ſervitute manumiſſi ſunt. Nam ingenuitati non
officit manumiſſio, ſed ſervitus præcedens. *Donell.
l. 2. capite undecimo in fine.* Differt autem Libertinus
à Liberto, quod hæc vox ſit relativa, illa abſoluta
& ſtatum denotet, de quo pluribus *Hill. ad d. capite
2 undecimo.* Sicut Mater, pater, filius, ſunt verba re-
lativa, ſed verba paterfamilias, materfamilias & filiusfamilias
ſunt abſoluta ſtatum denotantia. *Ant. Auguſt.
libr. ſing. emendat. p. 232. & ſeqq.* quomodo autem fiat
manumiſſio, de eo alibi.

## ad L. Qui in utero. 7. & pen.

### *SUMMARIUM.*

*Ille qui in utero eſt, non habetur pro nato, ſi tempus nativitatis ipſi utilius ſit.*

PArtus in utero quoad privilegia libertatis & ingenuitatis, ut ita loquar, legitimitatis habetur pro jam nato; ſed ſi utilius tempus nativitatis, hoc attenditur, *L. 5. §. 2. h. t.* v. gr. ſi tempore conceptionis matrimonium contrahi non potuit, bene tamen tempore nativitatis, hoc ſufficit. *Molin. d. I. & I. diſp. 171. num. 2. Sanchez. de Matrim. l. 8. diſp. 7. n. 191. Spino de Teſtam. gl. 15. princ. n. 118.* Idem vice verſa, *Covarr. d. §. 2. num. 18 Fachin. libr. 3. c. 50. Covarr. de Matrim.*

p. 2.

*p.2.c.8. §.2. numero 2.* Autor *ad L.5.num.7.C.de Natur. liber.* Aliud exemplum *l.1.C.poſtlim reverſ.l.2 §:ff.de donr.* alium caſum *l.7.habemus in Fuſar. tr. de Subſt. qu.* 318. *num.*10. Si ſcilicet quis ad fideicommiſſum filios meos vocavit, nam tunc etiam ille, qui vivo teſtatore conceptus, veniet *Vid. Petr. ad Grevo ad hanc Legem 7. exercit. 1. & Paulus Buſius ad hanc Legem. Bach. ad has Leges, ubi reſpondet ad l. ult. ff. de collat.* ubi nulla neceſſitas eſt, ut nondum natum habeamus pro nato. Varias quæſtiones *ex hac l.* deciſas reperies apud *Tiraquell. de Retract. Conſanguin. §. 1. gl.9. n.77. & ſeqq. Vid. Socinus conſ. 35. num.18. vol.2. & Cujac.ad l.pen. tom. 1. p. 228. Zuchardus in rep. legis. Poſthumo. C.de Bonorum poſſ. contra tabb.*

## ad L. Imperator. 8.

*S U M M A R I A.*

*Error in inſtrumento natalium commiſſus non nocet ingenuitati.n.1.*
*An Notarius errorem in inſtrumento commiſſum corrigere poſſit? 2.*
*In dubio potius error, quàm falſitas præſumenda.3.*

1 SEntentia legis plana, errorem in inſtrumento Natalium commiſſum non nocere ingenuitati vel ſtatui, ſed errorem ſemper corrigi poſſe. Nam ſicut amiſſio inſtrumenti natalium non obeſt *l: ſtatum. 6. C. de fide inſtrum.* Ita nec error. Autor *in C. tit.de Inſtit. Cod.conſ. numero* 14. Tractat hic *Bart.* quæſtionem,
2 an Notarius errorem in inſtrumento commiſſum corrigere poſſit? quod affirmat, ſi in continenti id fiat, ex intervallo autem, cum autoritate Judicis id fiat, vel error poſſit probari per teſtes, qui interfuerunt. Et in dubio potius error, quàm falſitas præſumenda. Conf. *Magonius dec. 65.Franc. Marci*
3 *dec.743.* & quos refert *Riccius coll. deciſ.*1195.conf.notat. ad *l.ſi librarius. 92. ff. de reg. jur.*

## ad L. In multis. 9.

*S U M M A R I U M.*

*Quando conditio mulierum deterior, & quando melior ſit, quàm virorum?*

COnditio mulierum in multis deterior eſt, quàm maſculorum, v.gr. in muneribus, fideicommiſſis familiæ conſervandæ cauſâ relictis, in feudis, in Teſtamentis. Autor *in C. tit. quando & quib. quarta pars debetur. ad L.2. num.* 17. E contrario interdum melior eſt conditio, quando infirmitas ſexus miſerationem ſuaſit, in juris ignorantia excuſanda, in incarceratione, fidejuſſione & pœnis, vid. DD. & præcipuè *Decius. in l.2.ff. de R.I. Riccius coll.332.Prukmannus in tr.de differentia utriuſque ſexus,part.1.Carpz. in tr.de jure fœminarum paſſim. Matthesilanus ſing.* 110. *n.*78.

## ad L. Quæritur. 10.

*S U M M A R I A.*

*Hermaphroditi ſecundum illum ſexum cenſentur, qui prævalet.n.1.*
*Reg. DD Omne mixtum judicandum ex eo, quod prævalet, illuſtratur. 2.*

1 DE Hermaphroditis hîc agitur, quod attendendus ſit ille ſexus, qui prævalet. Unde regulam colligunt Doctores; quod omne mixtum judicandum
2 ſit ex eo, quod prævalet, & actus mixtus à potentiore nomen ſumat, ut de ſententia mixta *Cravetta conſ.*273 *num.* 2. de conſtitutione correctoria & limitatoria. *Menoch. rem. 4 adipiſc. poſſ. numero* 27.& 29. Sic quando duæ Mercaturæ ſunt incompatibiles, principale ſequimur, aliud ſi compatibiles. *Decius in l. rogaſti.*11. *nu.*6.*& ſeq.de Reg. juris. Beneven.Stracha de Mercat.p.1.n.*58. Item ſi univerſitas ſit mixta ex clericis & laicis, ſi hi plures, coram laico conveniuntur Judice. Licèt aliàs clericus laicum ad ſuum forum trahat. *Socinus conſ.*12. *num.*17.*l.1. Ant. de Burgos in rep. c. cum dilecti n.*14.*X.de Emt.& Vendit. &c.*

## ad L. Paulus. 11.

*S U M M A R I A.*

*Matrimonium ab initio nullum non validatur per jus ſuperveniens.num.1.*
*Conſenſus parentum defectus hodie nuptias filiorum non reddit inutiles.2.*
*Parentes in liberos habent tantùm imperium rationabile. 3.*

1 MAtrimonium ab initio illicitum, v.gr. ob defectum conſenſus parentum, non validatur per jus ſuperveniens v.gr.conſenſum Parentum ſequentem; ſed valet matrimonium à tempore juris ſubſecuti; & ita ratihabitio hîc non retrahitur, Autor *ad L. ult. numer.1 ff C. Ad SC. Macedon.* adeoque filius interim conceptus non eſt legitimus. Unde colligit *Carpz.l.1. Iuriſpr. Eccleſ. def.*41. Sponſalia ſine Parentum conſenſu contracta per ſubſequentem eorum rati-
2 habitionem; nonniſi ex tempore ratihabitionis convaleſcere. Autor *in C.tit.de Nupt. ad L.2.n.1.* Sed rigorem hujus Legis non obſervari exiſtimo, præſertim ob celeberrimum *cap. Tanta. X.qui filii ſint legitimi.* ubi dicitur, illegitimè natos ex ſubſecutis nuptiis legitimis legitimari. Ideoque in hac materia Jus canonicum magis, tanquam æquitati conveniens, & legitimationi liberorum favens, quàm ſubtile & rigoroſum Jus Civile amplectendum cenſeo. Aliter Autor *ad d. L. 2.num.1 ſeqq.C.de Nuptiis. Et ad L.5.n.1.ff.C. d. t.*
3 Præſertim cùm Parentes non habeant abſolutum imperium in nuptiis liberorum, ſed rationabile: quin & parentes ſine cauſa denegantes conſenſum, ſaltem ob divitias &c. ſi perſonæ non ſint adeo diſſimiles, graviter peccant, & adſunt tragica ejus rei exempla.

## ad L. Septimo menſe. 12.

*S U M M A R I A.*

*Septimus menſis quomodo computandus? n.1.*
*Quid de partu ſemeſtri ſit judicandum.2.*
*Quid de decimeſtri? 3.*
*Medicorum aſſertioni ſtandum eſt. 4.*
*Quia tamen ipſi Medici de tempore legitimi partus diſſentiunt, in dubio: utra ſententia amplectenda? 5.*

1 QUi ſeptimo menſe poſt conceptionem naſcitur, pro legitima ſobole habetur, ſeu initio menſis, ſeu die 182. *L. 3. §.fin. ff. de ſuis & legit. hæred.* ſive ſub finem menſis ſeptimi, hoc eſt die 210. vel in medio menſis. *Maſcardus concl.*1151. *Mynſ.cent.6.obſ.*40. de partu decimeſtri vel undecimeſtri *Nov 39.c.2. Menoch lib.2. A.Q.caſu* 89 *num.*41.*Zachias lib.1.Qu Medico leg. t.2.qu.6.* Octimeſtris partus vitalis non eſt. *Affl. ct dec.* 236. *num* 4. ubi tamen, quod ex illo probat, eſt valdè dubium & lubricum, nam ſufficit filium momento vixiſſe ad id, ut pater ei ſuccedat. *l.3.C.de poſth. her.inſt. Maſc.concl.*1089 *n.9.Sande.l.4.t.8.def.8.conf. Boer. dec.* 220. *& Wurmſ.pr.obſ.lib.1.tit.de Teſtam.obſ* 12.Sed infra
2 6.menſem natus, & vitalis, non eſt legitimus *Berons l.1.conſ.32.num* 34.Ad ſucceſſionem tamen eum admittunt Dd. *Carpz.p.3.c.17.defin.*18.Sanè duodecimo men-
3 ſe natum ob notam matris pudicitiam legitimum pronunciatum eſſe, teſtatur.*Sande l.4.tit.8.def.ult. & Groenwegen ad hanc legem. Zachias p 1.tit.2.qu.6.Menoch.l.2. A. Q. caſu* 89. *num.* 49. de undecimo affirmant. *vid. Matth. Steph. ad Novell.* 39. *num.*35. *& ſeq.confer.Petr.*

*de Greve ad h. l.* Ex hac L. etiam probant, Medico-
4 rum probatorum aſſertioni ſtandum eſſe. *Clarus §. homicidium. num.43. Menoch. l. 2. A. Q. caſu 275. num. 11.& Matth.Steph.ad art.147.conſt.Carol.* Quamvis de tempore legitimi partus Dn. Medici valdè in-
5 ter ſe diſſentiant. Facilè intervenire poſſunt cauſæ, cur partus ante conſuetum tempus excludatur, vel cur partus ultra tempus conſuetum in utero commoretur. Non facilè hîc aſſerendum, partum eſſe illegitimum? & experimenta varia regulas illas ſæpe eludunt. *Conf. Mynſ.c.6.obſ.40.*

## ad L. Servus. 13.

### SUMMARIA.

*Servus criminis accuſatus à Domino poteſt defendi.n.1.*
*Quid ſi non defendatur,an abſolutus fiat liber? 2.*
*Animus pro derelicto habendi non præſumitur.3.*

1 SErvus criminis alicujus fortè capitalis accuſatus, poteſt à Domino defendi; quia ejus intereſt, ſervum non damnari innocentem per *l.2. C. de Accuſat.*
2 Sed pone Dominum non defendere ſervum, hic ſeipſum allegationibus ſuis defendit, & abſolutus eſt, an non fiet liber? Vid. quod ſic, quia Dominus eum non defendendo, & ita deſerendo, videtur pro derelicto habere. Sed negatur, quia præſumitur Dominus ipſum pro nocente habuiſſe & ideo non
3 defendiſſe. Animus pro derelicto habendi non præſumitur.

## ad L. Non ſunt Liberi. 14.

### SUMMARIA.

*Partus monſtroſi non habentur pro legitimis. n.1.*
*Olim ſuffocabantur, ſed malè. 2.*

1 PArtus monſtroſi atquè prodigioſi, qui contra formam humani generis procreati, non habentur pro legitimis, Autor *in C.tit.de poſthum here.ad L.1.n.3. & 13.* Aliud verò, ſi præter ordinem naturæ aliquid deſit vel ſuperſit. *l. 10. §. 1. ff. de Æd l. Edict. Dn. Struv.*
2 *ad h. t. th.* 4. Hos autem ſuffocari ſolere juxta antiquam Romuli Legem, ex Goddæo *in l.38. num.16. de de V.S.refert Grœnvvegen ad hanc legem.* Quod tamen non laudo per tradita *Baldi & alterum ad L.quod dicitur. 12. ff. de Liberis & poſthumis.*

## ad L. Areſcuſa. 15. & ſeq.

### SUMMARIA.

*Caſus L. 15. & 16. refertur. n 1.*
*In gemellis ſufficit prioritas unius momenti. 2.*
*Quid juris,ſi neſciatur quis primus exierit? 3.*
*Quid ſi exſecto ventre liberi nati ſint? 4.*

1 AReſcuſam vel Arethuſam Teſtator liberam eſſe juſſit, ſi tres pepererit; Ea primo unum, poſtea tres peperit uno partu. Et procul dubio ipſo momento, quo tertium enixa eſt, libera fuit. Et ſic quartus liber erit, utpote à libera natus: idem eſt, ſi duobus partubus ſingulis binos ediderit. Collige, in ge-
2 mellis ratione libertatis, primogenituræ & ſimilium, etiam prioritatem unius momenti ſufficere. *Menoch.l.2. A.Q.caſu 47.num.8.Tiraq.de primogen.q.2.* Sed quid ſi neſciatur. quis primus exiverit? *conſul. Tiraq.all.q.17.*
3 Nam opinio prima ab eo allegata ſorti rem committit altera gratificationi locum facit, tertia ſorti tum committit, quando ſunt pares, quarta utrumque admittit: per tradita *Accurſii ex l.14. C. de fideicomm. libert.* quem refutat hic *Bachovius*, quinta alternationis remedium amplectitur, quo multæ lites hodie ſopiuntur,
4 ſexta utrumque repellit, &c. placet prima. Sed quid ſi ancilla non peperit, ſed exſecto ventre liberi nati ſint? Reſp. idem eſſe: & rectè inanis captationis verborum hîc à *Bachovio* arguitur *Bartolus*.

## ad L. In Orbe. 17.

### SUMMARIUM.

*Quomodo Antonius omnes ingenuos fecerit Civ. Rom.?*

ANtonius Imperator conſtituit, ut omnes ingenui eſſent Cives Rom, i.e. ut nullum impediret natalis ſoli conditio. *de quo vid. Panellus de bonis mat. rubr. p.2. num.11. & ſeqq.* Sed Juſtinianus *in Novell. 78.* conſtituit, ut etiam Libertini eſſent cives Romani. *Cuj. c. l. 4. obſ. 5. Don. l. 2. c.16. & ibi Hilliger. conf. tamen Bach. ad h. l. & Alciatus l. 2. Diſpunct. n. 1. Ioh. Igneus in rep. Legis, Neceſſarios, §. non alias ff. ad Silan. p. 3. n. 273. & ſeq.*

## ad L. Imperator. 18.

### SUMMARIA.

*An prægnans torqueri, relegari &c. poſſit? n.1.*
*An gravidis juramentum teſtium remittendum? n.2.*

1 PRægnanti ſupplicium differendum. *Carpz. prim. crim. quæſt. 137. num.21.* & interim ingenuum parit *l.5. §. 2. h. t.* Calamitas enim Matris non debet ei nocere, qui in utero eſt. Autor *C. t. L. 5. §. 2. in f. h. t. L. 3. ff. de pœnis.* Ideò prægnans non torquenda. *Farin. qu.41. num.78. & ſeqq.* nec fuſtiganda. *Dn. Richter. dec. 7. Bachov. ad l.17. & 18. h.t.* imò ſi ventri ex relegatione
2 periculum immineat, relegatio differenda. *Habnius ad Weſend. h. t. Richt. dec. 1. num.35.* Sed an gravidis juramentum teſtium remittendum? id quidem à Commiſſariis ita obſervari ſcio, ſed fundamentis ea opinio deſtituitur; ut rectè *Mev. p.5. dec. 81.* ubi tamen monet: gravidæ qualitatem eſſe attendendam, an domi examinanda ſit, an verò differendum examen.

## ad L. Cum Legitimæ. 19.

### SUMMARIA.

*Filius in dignitate ſequitur patrem. n.1.*
*Sicut etiam filii propriorum hominum. 2.*

1 IN ſtatu ſervitutis Filius Matrem ſequitur, in dignitate, Patrem, Autor. *ad L. 7. num.1 C. de R. I.* & hinc colligimus, proprios noſtros homines ſequi conditionem Patris. *Guido Papa, dec. 312. n. 2. Balthaſ.*
2 *t. 4. reſolut. Bavar. 5. num.1.* Comitum & Baronum liberos naturales pro nobilibus haberi, ex aliis notat huc *Grœnwegen*.

## ad L. Qui furere. 20.

### SUMMARIA.

*Actus irritatur; ſi in eum ſtatum deveniat, à quo incipere nequit. n.1.*
*Niſi actus planè perfectus ſit. 2.*

1 QUi furere cœpit, ſtatum & dignitatem retinet ratio dubitandi in regula vulgari, quod actus irritatur, ubi venit in eum caſum, à quo incipere non poteſt. Sed Reſp. Quod regula illa locum habeat ſi actus nondum perfectus & ſuperveniens ipſam ſub-
2 ſtantiam actus inficiat. *Bach. ad h. L.* Ex eo apparet, qui ſemel feudum adquiſivit, eum ex ſequente calamitate furoris non amittere feudum. *Carpzov. Iuriſpr. for. p.3. Conſt. 28. def.8. Roſenth. de feudis c.7, concl.28. n.1. & ſeqq.*

## ad L. Homo. liber. 21.

### SUMMARIUM.

*Homo liber qui ſe venundari paſſus eſt, an fiat manumiſſoris libertus?*

Homo

HOmo liber, qui ſe ipſum vendidit, id eſt, ſe vendi paſſus eſt ad pretium participandum. Autor *in w. h.t. ad L.5. num.2.* [ nam nemo ſeipſum vendere poteſt ] ſi poſtea manumittatur, non redit ad ingenuitatem, quam antea habuit, ſed fit manumiſſoris libertus: quod fortè limitandum, ſi pretium reddiderit *per l.2. ff. ſi ingenuus eſſe dicatur.*

## ad L. Herennius. 22.

### SUMMARIUM.

*Partus ex ancilla ſub hoc modo, ut manumitteretur, donata, poſt moram commiſſam natus eſt ingenuus.*

DOnata eſt mihi ancilla, ut manumitterem. Moram feci in manumittendo, interim peperit ancilla. Quæritur an partus ſit liber? Videtur quod non, quia ex ancilla natus. Sed affirm. imò partum eſſe non tantùm liberum ſed & ingenuum, quia hoc caſu favore ſuo ipſo jure repræſentatur libertas, & citra manumiſſionem poſt moram factam ancilla libera eſt, & ſic ingenuum parit, *hic & l. 3. C. ſi mancipium ita fuerit alienatum.* quin & ex quo petita fuit libertas ex fideicommiſſo debita & ita mora facta, ingenuus partus naſceretur. *l. cum vero. 26. § 1. & l. ſi quis 55. de fideic. lib. Bach. ad hunc tit. ſub Rubr. ſubdiviſio perſonarum. n.3.*

## ad L. Vulgo concepti. 23.

### SUMMARIUM.

*Differentia inter ſpurios, nothos & naturales quanam?*

DIfferentia videtur eſſe inter ſpurios & nothos & naturales liberos. Nam illi ſunt, qui ex proſtibulo nati, qui patrem nominare non poſſunt, vel qui habent patrem certum, ſed eum, quem honeſtè nominare non poſſunt, nec audent; Autor *C. tit. de Inoffic. teſtam. ad L.17. num. 4. & 5.* ut ſi pater inceſtum commiſerit, quales fuerunt Lothi nepotes ex filiabus; Iſti ſunt ex concubitu cum ancilla vel vidua nati extra matrimonium; hi verò ex concubina, quamvis naturales liberi etiam priores dicantur, de quo *Bach. ad tit. 6. hujus libri ſub rubr. de Liberis legit. & illegit. n.4. & ſeq. Palaotus in tr. de Nothis & Spuriis. c. 40. & paſſim.* conferri poteſt *Heig. p.1. q.21.*

## ad L. Lex naturæ. 24.

### SUMMARIUM.

*Nati extra matrimonium in quibus, & quare ſequantur matrem?*

NAti extra matrimonium non ſequuntur patrem ſed matrem; non tantùm ratione libertatis aut ſervitutis; ſed & ſi quid juris aut lucri petere poſſint, id non aliunde quàm à Matre expectare habeant: quia pluribus temporibus mater liberis prodeſſe poteſt, cùm pater unico tantùm tempore ſcil. conceptionis prodeſſe queat. Additur exceptio, niſi lex ſpecialis aliud juſſerit, cujus rei exemplum ex *l. ult. C. Murilegulis* refert *Bach. ad l.1. Pandect. Tit. de Subdiv. perſon. num.3.*

## ad L. Ingenuum. 25.

### SUMMARIA.

*Sententia pro ingenuo lata, inter omnes jus facit num.1.*
*Quinque cauſæ in quibus per ſententiam Tertio præjudicaretur. 2.*
*Ut tamen ſententia ſit lata contra legitimum contradictorem. 3.*
*Et quis ille ſit? 4.*
*Sextus etiam caſus refertur, ubi Tertio præjudicatur. 5.*
*Si quis ut heres in minima ſumma condemnetur, an hæc ſententia quoad omnes jus faciat? 6.*

1 SI aliquis dicat me eſſe libertum ſuum, & ego obtineam, me eſſe ingenuum, ſententia hæc jus facit inter omnes. *Pinell. ad l.1. C. de Bonis Matern. p.3. n. 50. Tiraq. in tract. res inter alios limit. 18. Carpz. p.1. Juriſpr. Forenſ. Conſt. 26. def. 16.* Dn. Autor. *in C. tit. Inter
2 alios Acta, vel judic. ad L.1. n. 2.3.4.* Quinque autem ſunt Cauſarum genera, in quibus per ſententiam etiam Tertiu præjudicatur, & jus inter omnes conſtituitur. Eſt ſecundum *Donell. L.27. c.1.* (1.) Popularis actio *L.3. §. pen. de hom. Lib. exhib.* (2.) Accuſatio *L.7 §.2. de Accuſ.* (3.) Sententia contra Teſtamentum *L. 8 §. pen. ff. de inoff. Teſtam.* (4.) Qua quis Filius pronunciatur *L.1 § ult. & L.5. de Agnoſ. Lib.* & 5. Sententia ſuper ingenuitate, & omni de ſtatu. Nam in hac ſententia omnibus aliis præjudicatur. *Donellus lib.28. cap.8. lit. F. & l.21.
3 cap.5. poſt lit. X. Carpzov. p. 3. deciſ. 254. num. 12.* Sed neceſſe eſt, ut talis ſententia de ſtatu ſit lata contra legitimum contradictorem, & cum quidem præſentem & non ex contumacia abſentem *per l. 17. §. 1. ff. de inoff. Teſtam.* Legitimus autem Contradictor eſt pater vel Dominus *Covarr. pr. quæſt. 13. num. 5. vide aut.
4 DNI Autoris ad L. 14. ff. de Appellat. infra. numero 2. Conf. etiam Aſinius in pract. paragrapho ſept. capit. 5. limit. 26. num. 3. & limit. 39. num. 2.* [6.] Exemplum
5 eſſe poteſt, ſi ſententia lata contra pupillum hæredem Titii, qui tamen reſtituitur in integrum, & abſtinet; nam tunc ſententia contra pupillum lata etiam ſubſtituto nocet. *L.44. de Rejudic.* Hic quæri poteſt, ſi condemnaret ad ſummam ſolvendam ut hæres, licèt minima illa
6 ſumma ſit, an hæc ſententia quoad omnes Jus faciat, ita ut ego teneat omnibus ſatisfacere, & ideo ob minimam rem mihi dari debeat Appellatio? Id quidem videtur affirmare ob hanc rationem, quod hæc quæſtio ſtatum hominis concernat, *Dn. Mevius p.2. deciſ. 165.* Sed mihi dubia hæc viſa ſententia eſt; nec puto cæteros, inter quos non eſt actum fundamentum in hac ſententia collocare: poſſe & quamvis dici poſſit ſolvendo eum actum hæreditarium commiſiſſe; regeri tamen poſſet, non ſponte, ſed coactum ſe ſolviſſe per Judicem. Nam facilè fieri poteſt, ut aliquis lapſu termini, vel alia ex negligentia ſuccumbat, quod non videtur aliis prodeſſe debere. *Conf. Covarr. pr. q.13. num.5. ubi prolixè, & ut ſolet, accuratè materiam hujus nobiliſſimæ legis tractat.*

## ad L. Eum, qui. ult.

### SUMMARIUM.

*An adoptio Libertini à Patrono facta reddat ingenuum?*

L. *Pen.* ſupra conjunximus cum *l.7.* In *ult.* quæritur, ſi patronus libertinum ſuum adoptet, an reddat eum ingenuum? Vid. quod ſic, quia ſolius patroni intereſt: Ergo ille ſuum intereſſe remittere poteſt. Verùm negatur, quia ſtatus hominis non ab alterius arbitrio dependet. Verùm cùm hodie ex *Nov.* 78. omnes Libertini habeant jus ingenuitatis, ſalvo tantùm in cæteris jure patroni; utique ſi patronus remittat jus ſuum, quod fiet adoptando: ſequetur, libertinum talem ex aſſe pro ingenuo habendum, & ſic hæc lex per dictam Novellam ſublata videtur. *Bach. ad tit. 4. h. libri in fine.*

---

## TITULUS VI.

### *His, qui ſui, vel alieni Iuris, ſunt.*

## Ad L. De jure perſon. 1.

### SUMMARIA.

*Jus vitæ & necis olim domino in ſervum competere abolitum. num. 1.*

*Effectus herilis poteſtatis quinam*: 2.
*Servus ſi crudeliter tractetur præter meritum, officium judicis implorare poteſt.* 3.

1 PErſona vel ſui, vel alieni juris eſt. Alieni juris eſt ſervus, ſcilicet poteſtati domini ſubjectus, qui olim habebat poteſtatem vitæ & necis: quod hodie ſecus. Autor *in C. titul. de Emend. ſervor. ad L. un. nu-*
2 *mero* 1. *& ſeqq.* Ut *hic & in l*... Effectus autem herilis poteſtatis eſt, quod ſervus domino adquirat dominium & poſſeſſionem, ſcilicet quod juſtè adquirit ſervus. *l. quod ſervus* 24. *ff. de Adquir. poſſ.* Ex *hac lege*
3 colligitur etiam ſervo competere aliquod jus contra dominum, ſi crudeliter tractetur præter meritum. Nam tunc officium judicis implorare poteſt. Ergo Dominus nec ſervum quidem lædere, ſed ei ſuum quoque tribuere debet.

## ad L. Si Dominus. 2.

### SUMMARIA.

*Domino non licet ſevire in ſervum.n.*1.
*Marito ob ſævitiam uſus matrimonii interdicitur.*2.
*Per gradus tamen procedendum.*3.

1 HOdie neque Domino licet ſævire in Servos; Autor *in C. d. l.* nam cogitur vendere ob ſævitiam. H.. & *§. fin. Inſt. de his qui ſui, vel alieni Jur.* Sic & ſævitia immodica cauſa eſt, cur Colonus expelli poſſit. *Dn. Mevius p.*2. *deciſ.*85. Ob ſævitiam immodicam aliquis Juriſdictione privari poteſt. *Gail. L.*1. *Obſ.*
2 17.*num.*2. *Mynſ.cent.*5.*obſ.*8. *Roſenthal.de feudis c.*10.*concl.* 33.*n.*7. *& Dn. Mevius ad l. Klock.v.*1. *conſ.*12.*num.*44. Ob eandem cauſam etiam Maritus uſu conjugis ob ſævi-
3 tiam ad tempus privari poteſt per ſeparationem à thoro & menſa. *De quo alibi.* Sed in ſuperioribus aliiſque exemplis ſimilibus per gradus procedendum eſſe, monet *Dn. Manzius in deciſ. ſuis q.*20. *num.*13. *& ſeq.* Ita ut v. gr. Nobili ad certum tempus interdicatur uſus Juriſdictionis, & ita judicatum refert. Ita ſi quis abutatur jure aliàs licito venationis, ad tempus primò interdici poteſt. Et hoc ad abuſum poteſtatis extenditur.

## ad L. Item in poteſtate. 3.

### SUMMARIA.

*Poteſtas Patria ratione effectuum nonnullorum eſt propria Roman.n.*1.
*An hi effectus apud nos adhuc uſitati?* 2.
*Quid apud alias gentes obtineat?* 3.
*Effectus illi interdum inhiberi poſſunt.* 4.

1 HIc patria poteſtas, in qua nati ex nuptiis juſtis ſunt liberi, propria Juris Rom. eſſe dicitur, ſcilicet ratione effectuum peculiarium. *Conf. Pinellus in Rubr. de Bon. Matern. p.*2.*num.*9. verbi gratiâ; quod pater adquirat per filium contemplatione patris data, quod pater jus adquirat adminiſtrandi & uſumfructum in bonis filii adventitiis; quod pater filio impuberi teſtamentum facere poſſit, quod filiusfami-
2 lias non poſſit teſtari. Hi & alii effectus utique apud nos locum etiamnum habent, & licet Dd. à *Grœnwegen allegati ad §.*2. *Inſt. de patr. pot. & Petr. de Greve ad hanc legem,* teſtentur, in Belgio eos effectus locum non habere, in Friſia tamen id adhuc obtinere
3 ait *dictus Grev. & Joh. a Sande lib.*2. *titul.*7.*def.*7. & ſine dubio apud nos. *Conf. P. Buſius ad hanc l.* ubi de moribus Gallorum & Belgarum pluribus agit. Sed non-
4 nulli effectus inhiberi poſſunt, ut ſi quis donet, vel leget filiofamilias ea lege, ne adminiſtratio ejus ad patrem perveniat, quo ipſo tamen non negatur uſusfruct. *vid. Auth. excipitur, C. de bonis, quæ liberis, & ibi not.* DNI. Autoris *n.*4. Niſi aliunde id appareat. *Sand. d. l.* Filiusfam. etiam diſpenſante Principe poteſt, teſtari, &c.

## ad L. Nam civium. 4.

### SUMMARIA.

*Paterfamil. Filiusfamilias quinam? n.*1.
*Nepotes cur hodie non amplius ſint in poteſtate Avi?* 2.

1 HIc de patrefamilias agitur & matrefamilias, & filiufamilias, nec non filiafamilias. Nam qui ſui juris eſt, etiam impubes vocatur paterfamilias. Nam paterfamilias non æſtimatur ex familia, quam quis actu habet, ſed ex jure habendæ familiæ. *Hill. in Don.*
2 *l.* 2. *cap.* 20. *litt. B.* Et qui in patris poteſtate eſt, dicitur filiusfamilias. Quod autem dicitur hîc, quod etiam nepotes ex filio, & pronepotes ſint in poteſtate Avi & proavi; illud hodie ſecus ſe habet cùm filius nuptias contrahens, & ſeparatam familiam inſtituens ſui juris fiat, de quo alibi. *Dn. Autor. in C. tit. de patria poteſt. ad L.*1.*n.*4. *&* 5.

## ad L. Nepotes. 5.

### SUMMARIUM.

*Modi acquirendæ p. poteſtatis recenſentur.*

PRimus modus acquirendæ poteſtatis eſt matrimonium contractum ab eo, qui ſui juris eſt. Secundus modus, de quo hîc, eſt ſi is, qui hactenus filiusfamilias fuit, liberos habeat, morte ſui patris fiat ſui juris, nam tunc liberi ejus in ipſius poteſtatem recidunt. Sed hoc ex dictis *ad l. præcedentem* declarationem recipit. Idem in Adoptione, ſi pater te adoptavit in locum nepotis quaſi ex filio natum, nam mortuo adoptante recidit in filii poteſtatem, ſi eo conſentiente, ut nepos adoptatus ſit *l.*11. *tit. ſeq.*

## ad L. Filium. 6.

### SUMMARIA.

*Filius legitimus is præſumitur, qui conſtante matrimonio natus eſt. n.*1.
*Idem obtinet in legitimato per ſubſeq. matrimon.*2.
*An filius ille ſit legitimus, cujus Parentes cohabitaverunt ante benedictionem Sacerdotalem?* 3.

1 FIlius præſumitur, qui ex viro & uxore ad matrimonium contrahendum & generandum habilibus ſimul cohabitantibus, conſtante matrimonio, naſcitur, *Menoch. lib.*2. *A. Q. caſ.*399. *& l.* 6. *præſ.*53. *Gail. lib.* 2. *obſ.*79. *& Maſcard. concluſ.* 789. Quod extendunt licèt mater adulterii convicta. *Covarr. de Matrim. p.*2.
2 *c.*8.*§.*3.*num.*8. *Buſius ad hanc Leg.* Sed hodie poſtquam legitimatio per ſubſequens matrimonium introducta, legitimatus pro legitimo habetur in omnibus, licèt extra matrimonium natus, & excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine liberis. *Riminaldus verſ.*5. *conſ.*540. *n.*47. *Vincent. Fuſar. de Subſt. q.*408 *Marcus Ant. in rep. L. hac conſultiſſ. §. ex imperfecto. n.*99. *&* 100. *vol.*8. *conſ. Gozadinus conſ.*13.*n.*46. *Gratus conſ.*10.*n.*10.*l.*2. Autor *in C. tit. de Natural. liber. ad L.*5. *&* 10.*n.*7. *Paulus Pariſ. conſ.*19. *n.*94. *&* 112. ubi limitationem textus adducit, in marito infirmo & impotente ad generandum. *Berous vol.*2. *conſ.* 162. *n.* 6. *ubi de filiationis probatione ex hac Lege agit.* Legitimati per matrimonium veniunt ſub voce **vollbürtige Brüder.** *Mevius p.*3. *deciſ.* 87. Autor *in C. tit. de ſuis & legitim. ad L. un. num.* 35 Legitimatus ergo per matrimonium ſubſequens eſt verè Legitimus. Sed quid
3 ſi animum habuerint contrahendi matrimonium, ſed benedictio Sacerdotalis non ſequatur ob alterius mortem, vel aliam cauſam, an partus redditur legitimus? Quod affirmo: nam nuptias conſenſus facit *L.* 30. *de R. J.* nec Benedictio Sacerdotalis eſt de ſubſtantia Matrimo-

Digitized by Google

Matrimonii. *Ioh. à Sande lib. 2. tit. def.1. Hartm. Piſtor. obſ. 83. num. 8. & alii, quos laudat Dn. Mev. p.2.dec.81.* Et hic etiam, qui ſponſam cognoſcit ante benedictionem ſacerdotalem, ſi moriatur, ſobolem relinquit omni jure legitimam.

### ad L. Si qua pœna. 7.

*SUMMARIA.*

*Filio ob delictum deportato, nepos ex eo ab Avo vel inſtituendus, vel exhæredandus. nn. 1.*

*An nepos dicto caſu Avo ſuccedens conferre teneatur? num. 2.*

1 QUando aliquis habet filium familias, & ex eo nepotem, tunc ſi filius ob delictum deportatur, nepos procul dubio in locum filii ſuccedit, ita ut Avus eum inſtituere hæredem, vel exhæredare teneatur. Sed eſſet quæſtionis; an nepos hoc caſu avo ſuccedens
2 conferre teneatur? quod affirmandum videtur, ſi Avo ſuccedat cum patruis. Juxta diſtinctionem *Carpz. p. 3. Iuriſpr. For. Conſt. tt. def. 34.*

### ad L. Patre furioſo. 8.

*SUMMARIA.*

*An Pater furioſus retineat Patriam poteſtatem? nn. 1.*

*Reg. Facilius aliquid retinetur in ſuo eſſe, quàm ſi de novo deducatur. 2.*

*Limitatur. 3.*

*Etiam moribus noſtris Pater furioſus retinet uſumfr. num. 4.*

CIrca medium hîc dicitur, furioſum retinere poſſe matrimonium & poteſtatem patriam. Autor *in*
1 *C. tit. de Nuptiis ad L. 25. num. 1. in f.* Nam multa quidèm prohibentur ab initio fieri, quæ tamen facta non reſcinduntur. *Caſtr. in l. ſi convenerit. 56. numer. 4. ff. de pactis. Panorm. in c. ſignificaverunt. 36. num. 11. de Teſtibus. Marcus Mantua ſing. 70. Harpr. in §. 3. Inſt. de Excuſ. tut. Axiom. Taboris aucta lib. 14. cap. 59. ax. 7.*
2 Item, quod facilius aliquid conſervetur in ſuo eſſe, quàm ſi de novo deducatur. *Fr. Ni. ontius in rep Rubr. ff ſol. matr. num. 11. Tiraq. in tract. res inter alios acta. lim. 23.* Quod de actu conſummato intelligendum eſſe,
3 res ipſa docet. *Ioh. Hannibal. in repet. Legis, Nemo poteſt. num. 556. vol. 4* & facilius quid retinetur, quàm de novo adquiritur. *Pruckm. v. 1. conſ. 44. numer. 9. conſ. Socin. jun. conſ. 1. num. 57. lib. 1. & conſ. 31. numer. 56. lib. 2. Rimin. conſ 110. numer. 17. Tiraq. ad L. boves. §. hoc verba. limit. 1. numer. 39.* Licèt Lex naturæ vinculum tollere non poſſit, poſtquam eſt in actum deductum, poteſt tamen ante ejus effectum impedire. *Peckius in c. qua contra Jus fiunt. 63. libr. 6. numer. 7.*
4 Quod verò *Grœnvvegen* ad hanc legem ait: patrem furioſum hodie non retinere patriam poteſtatem, id intelligo de Jure Belgarum, non verò noſtro; quo ſi contingeret talis caſus, curator furioſi patris uſumfructum liberorum haberet, donec liberi emanciparentur.

### ad L. Filiusfamilias. 9.

*SUMMARIA.*

*Filiusfam. quoad publica munera habetur pro patrefamilias. num. 1.*

*In publicis judiciis accuſare poteſt ſine conſenſu Patris. num. 2.*

1 IN cauſis publicis, ſive autoritate tantùm tales ſint, ut Tutelæ, ſive etiam utilitate, ut munera Reip. Filios familias pro Patre familias habetur. *Weſembec. in ff. num. 5.* Autor *in C. tit. de Patr. Pot. ad L. 3. nn. 7.*
2 Et ſic Filius familias etiam in publicis Judiciis accuſare poteſt ſine conſenſu patris *Clarus paragrapho fin. qu. 14. numer. quint. Farin. qu. 50. numer. 20.* Autor. *in C. tit. de Bonis, quæ liber. ad L. ult. numer. quarto.* Sed de eo dubitat Ant. Matth. *in tr. ſuo crim. tit. 13. cap. primo numer. quint.* eò quod in crimine Adulterii ſpecialiter id ei videatur permiſſum. *L 37. ff. de Adult.* ſed *ex Lege* 7. hoc firmiter non probatur ideoque in communi ſubſiſtendum.

### ad L. Si judex. pen.

*SUMMARIA.*

*Species facti refertur. nn. 1.*

*Sententia proviſionalis non præjudicat principali cauſæ. 2.*

1 FIlii nomine petit mater alimenta à te, probavit filium eſſe ſemiplene, & judex per proviſionalem ſententiam, vel ſententiam interimiſticam decernit alimenta, quæritur: an pater poſſit præjudiciali actione agere contra Matrem vel filium? Et affirmatur hoc modo, ſi dicat, licèt ſis in poſſeſſione filiationis;
2 contrarium tamen probabo: & ſic colige, ſententiam proviſionalem non præjudicare principali cauſæ. *Vid hujus legis Repetitio Petri de Bella pertica to. 1. repet. p. 187. Vid. etiam diſputatio inauguralis Dn. D. Friderici Stryku de decreto interimiſtico habita Francofurti anno 1670.*

### ad L. Inviti. ult.

*SUMMARIA.*

*Filius emancipatus invitus in poteſtatem non redigitur. numer. 1.*

*Legitimatio per ſubſeq. matrim. contingit, etiam filio vel patre invito. 2.*

*Quid ſi legitimatus nollet ſubeſſe patriæ poteſtati, an poſſit compelli? 3.*

FIlium naturalem pater vult legitimare per reſcriptum, filius non vult legitimari, quæritur, an
1 invitus legitimetur? Item Pater te emancipavit, poſtea te vult in poteſtatem patriam redigere invitum; quæritur an poſſit? Videtur quod ſic, quia utilis eſt patria poteſtas filio ratione ſucceſſionis. Sed negatur, quia invito beneficium non datur, & patriæ poteſtati ſubeſſe, onus etiam eſt. Et poteſt interdum eſſe filio noxia. Sed in legitimatione per ſubſequens ma-
2 trimonium non requiritur filii conſenſus. Ob intereſſe enim publicum & favorem matrimonii legitimatio per ſubſequens matrimonium etiam contingit liberis naturalibus invitis, invito etiam patre. *Covarr. in tr. de matrim. p. ſecund. cap. octav. paragraph. ſecun. numer. decimo quinto Zœſ. in t. Decret. Qui filii ſint legitimi. numer. duodecimo Buſius hic.* Autor *in C. tit. de Natural. libr. ad L. 5. numer. ſept.* Quod maximè verum, quoad vitium natalium, & quia honor non tantùm filium, ſed & Patrem, & Matrem contingit.
3 Sed quid ſi Pater filium naturalem legitimet, & ante legitimationem filius inſtitutus ſit hæres ab alio; filius autem nolit eſſe filiusfam. ſui patris naturalis, ne is uſumfr. habeat? Putarem legitimum eum eſſe, ſed ut ſubſit patriæ poteſtati, compelli eum non poſſe ob hanc legem, & ita ſeparatem legitimitatem à poteſtate patria.

---

## TITULUS VII.

*De Adoptionibus & Emancipationibus, aliiſque modis, quibus poteſtas ſolvitur.*

### ad Rubricam.

*SUMMARIUM.*

*Adoptiones hodie quidem ſunt raræ, non tamen abolitæ.*

TOtum hunc titulum deſuetudine abolitum eſſe nec adoptatos nobis eſſe liberos neceſſariò inſtituendos, ſed alumnos, ex aliis *ad h. tit. Inſt.* tradit *Grænvvegen*, de quo meritò dubito: licèt enim rariſſimæ ſint veræ adoptiones, non tamen abolitæ penitus. Autor *in C. h. t. ad L. ult. num.* 2. *in f.* Taceo alias utilitates, præſertim quod ab Adoptione ad legitimationem non infrequens ſit argumentum *Ruinus conſ.* 71. *num.* 3. *vol.* 3. *Boerius dec.* 122.

## ad L. Filiosfamil. 1.

### *SVMMARIVM.*

*Filiusfamil. efficitur etiam per adoptionem, non tamen quamcunque.*

FIlius familias efficitur non tantùm per nuptias, ſed etiam per Adoptionem, licèt jure novo, ut jam dicetur. Adoptati non ſint ſemper in poteſtate patria adoptantis. Eſt autem Adoptio duplex. Alia ſimplex adoptio, qua pater filium ſuum alteri in adoptionem dat. Alia Arrogatio, qua quis, qui ſui juris eſt, ſeipſum alteri adoptandum dat. Autor *in C. h. t. ad L.* 1. *numer.* 1. *&* 2. In ſimplici Adoptione tunc adoptatus tranſit in poteſtatem adoptantis, quando pater ſuum filium dat in adoptionem Aſcendenti ut Avo &c. ſecus ſi dat extraneo per *l. pen. C. h. t.*

## ad L. Generalis. 2.

### *SVMMARIA.*

*Arrogatio & Adoptio cujus autoritate fiant? nu.* 1.
*Ob valetudinem generandi facultate deſtituti poſſunt adoptare, non item caſtrati.* 2.
*Arrogatus tranſit cum liberis in poteſtatem patris adoptivi.* 3.

HÆc diviſionem Adoptionis in lege prima pro-
1 poſitam latius perſequitur. Nam arrogatio requirit autoritatem Principis; Autor *in C. h. t. ad L.* 2. *numer.* 2. ſimplex verò Adoptio tantùm autoritatem Magiſtratus inferioris. Autor *in C. h. t. ad C.* 1. *num.* 2. Nam plus eſt, ſi quis ſui juris tranſeat in poteſtatem alterius, quàm ſi filiusfamilias ex una poteſtate in
2 aliam tranſeat. In §. 1. dicitur, quod ii, qui ob valetudinem generare non poſſunt, poſſint tamen adoptare, quod tamen de Caſtratis negatur §. 9. *l.* 1. *h. t.* de qua differentia videatur *Donell. l.* 2. *c.* 22. *& ibi Hill. lit.* C. Quando autem quis ſui juris exiſtens ſe arrogandum
3 dat, ipſe non tantùm, ſed & liberi poteſtati patris adoptivi ſubjiciuntur, §. 2. *h. l.*

## ad L. Si Conſul. 3. & ſeq.

### *SVMMARIA.*

*In voluntaria Juriſdictione poteſt idem ſuſtinere privatam, & publicam perſonam. nu.* 1.
*An ergo Nobilis hypothecam conſtituere poſſit in ſuis bonis coram ſuo judicio?* 2.
*An donationem exceſſivam quis apud ſe actis inſinuari facere poſſit.* 3.
*Lim. Reg. niſi cauſa cognitio deſideretur.* 4.

1 IN voluntaria juriſdictione idem poteſt ſuſtinere perſonam publicam, & privatam. Hoc exemplo Notarii, Comitis Palatini hic exemplificat *Bald.* idem etiam in judiciali hypotheca, quod Magiſtratus Creditor, conſentiente debitore ſibi ipſi poſſit conſtituere hypothecam judicialem & publ. *Rauchbar. p.* 1. *qu.* 24. *Carpz. par.* 3. *cap.* 3. *dict.* 14. *Hartman. Piſtor. p.* 3. *qu.* 9. Sic nobilis Juriſdictionem habens coram Actis ſui Judicii validè teſtari poteſt. *Hartm. Piſt. p.* 3. *qu.* 9. *num.* 7. *Carpz. par.* 3. *conſt.* 3. *def.* 14. ubi tamen monet, tutiùs
2 adhibere Scultetum & Scabinos. Sic & nobilem hypothecam quidem conſtituere poſſe in bonis ſuis allodialibus, ſi ſcilicet coram judicio ſuo id fiat, vel à ſuperiori confirmari curet, tradit *Berlich. p.* 2. *dec.* 187. Licèt de ea dubitem. Nam conſtitutio hypothecæ, quam cognitionem cauſæ requirit? R. *Berlich. num.* 11. ne una re pluribus obligata creditor decipiatur. Sed quæ cauſæ cognitio? Ea res jam antea obligata non cognitionis eſt, ſed viſu percipi & in publico libro
3 legi poteſt. Puto dicendum de donatione, neminem ſuam donationem exceſſivam apud ſe inſinuare poſſe, licèt juriſdictionem habeat: quia licèt hæc confirmatio donationis ſit voluntariæ Juriſdictionis, cognitionem tamen cauſæ & forum competens requirit, de quo alibi, licèt aliter *Berlich. d. l. numer.* 18. *Conf. hac de materia Rauchbarus p.* 1. *qu.* 24. *Ant. Gabrielius l.* 3. *com. concl. tit. de Donat. concl.* 1. *Hartm. Piſtor. p.*
4 3. *qu.* 9. *Carpz. p.* 3. *conſt.* 3. *def.* 14. Limitatur ergo ſuperior regula, niſi actus cauſæ cognitionem deſideret. *l. un.* §. *fin. ff. de offic. conſul.* Et ſic ex hac lege probatur, in actu ſolenni, quod plures perſonæ requiruntur, unam duarum vicem ſuſtinere poſſe, quòd hîc limitat *Baſius*, niſi aliquid abſurdi inde ſequatur, & diſerto id jure prohibeatur.

## ad L. In adoptionibus. 5. & L. Nam ita. 39.

### *SUMMARIA.*

*In adoptionibus requiritur conſenſus Patris, non fratrum num.* 1.
*Quoties ex actu aliquis lædi poteſt; toties citandi omnes, quorum intereſt.* 2.
*An filius tacendo in adoptionem conſentire poſſit?* 3.

1 IPſius adoptandi conſenſus tantùm requiritur, ſi ſui ſit Juris; ſi autem in patris ſit poteſtate, etiam patris requiritur, ſed non fratrum *L.* 6. *h. t. & l.* 2. *ff. de Natal. reſtit. l.* 7. *h. t.* Sed ſi aliquem quis quaſi ex filio nepotem adoptet, filii etiam cônſenſus requiritur §. 7. *h. t.* ratio *in L. Nam ita.* 39. *h. t.* ex qua hanc
2 regulam colligunt Dd. Quoties ex actu aliquis lædi poſſet, toties ille citandus eſt, cujus principaliter intereſt. *Marant. in tit. de Citation p.* 6. *num.* 6. *Umm. ad Proceſſ. diſp.* 5. *numer.* 40. Quod ad actum Juriſdictionis reſtringit *Roll. à Valle v.* 1. *conſ.* 2. *numer.* 176. & hinc fluit citatio generalis, & edictalis omnium, quorum intereſt. *Oadus in tr. de Reſtit. qu.* 34. *Hell. in Do-*
3 *nell. lib.* 23. *c.* 2. *lit. F.* Circa d. l. 5. quæritur, & quidem circa finem, annon tacitus filii conſenſus, ſi taceat quando ſcit, ſe in adoptionem dari vel legitimari, ſufficiat? *Quod ex fine d. L.* 5. affirmat *Romanus Sing.* 594. *& ibi Addition. & Petr. Barboſa ad l. qua dotis. num.* 164. *ff. ſoluto matrim.*

## ad L. Cum nepos. 6.

### *SUMMARIA.*

*Adoptio extranei in locum nepotis an requirat conſenſum filii? num.* 1.
*Quid ſi avus nepotem ex filio velit in adoptionem dare numer.* 2.

1 SI quis extraneum in locum nepotis vult adoptare, quaſi eſſet ex filio natus, ad id neceſſarius eſt conſenſus filii, ſcilicet ſi nepos mortuo adoptivo avo debeat in poteſtatem filii recidere, & filio ut ſuus hæres agnaſcatur & ſuccedat: nam invito filio
2 agnaſci non poteſt. Sed ſi avus nepotem ex filio velit in adoptionem dare, filii conſenſus non requiritur, per §. 7. *Inſt. h. t.* qua in re deſidero æquitatem, quod filius ſine ſuo facto amittat jus, quod habet eo eventu, ſi pater moriatur, quod tunc nepos recidat in poteſtatem patris; quod eo caſu non contingit, quando nepos in adoptionem datus præſertim adſcendenti, jure novo.

## ad L. Cum adoptio. 7.

### SUMMARIA.

*In adoptionibus non requiri.ur conſenſus Agnatorum. num. 1.*
*Argumentum ab adoptione ad legitimationem valet. numer. 2.*

1 AGnatorum conſenſus ad adoptionem non re-
quiritur, quia Pater eos poterat excludere à
ſucceſſione per inſtitutionem alterius hæredis. Unde
colligunt Dd. ad legitimationem non requiri con-
2 ſenſum cognatorum, quia valet argumentum ductum
ab Adoptione vel Arrogatione ad Legitimationem.
Et pater naturalis poterat cognatos omnes teſtando vel
contrahendo à ſucceſſione repellere. *Franc. de Clapperus in dec. cap. 17. qu. 2. numer. 8. & Cauſa 74. quaſt. 1. & 2.*

## ad L. Quod ne. 8.

### SUMMARIUM.

*Cur ad minoris adrogationem requiratur curatoris autoritas?*

CUratoris àutoritas requiritur ad minoris adrogationem *hic & l. fin. C. de Auth. tut. ibique* Dn. Autor *num.* 4. quia arrogatio poſſet eſſe minori damnoſa, ideoque curator hoc conſiderare debet.

## ad L. Etiam cœcus. 9.

### SUMMARIA.

*Cœco adoptare licet. num. 1.*
*Poteſt etiam eſſe judex, item teſtari. 2.*

QUæritur an cœcus adoptare poſſit? Videtur
1 quod non, quia adoptio fieri debet ex certo ju-
dicio, cùm autem perſona adoptandi ſit incognita
cœco, captioſa videtur adoptio. Sed affirmatur, quia
adoptantur homines non ob pulchritudinem in ocu-
los incurrentem, ſed ob dotes animi, ob amorem,
ob vinculum ſanguinis &c. quæ citra viſum deprehen-
duntur ex fama & ſermonibus &c. Sicut etiam cœcus
judex eſſe poteſt. *l. 6. ff. de judic.* & cœcus teſtari po-
2 teſt, *l. 8. C. qui teſtam. facere poſſunt. ibique* Dn. Autor
*numer. 1. & ſeqq.*

## ad L. Si quis nepotem. 10. & L. ſi is, qui. 11.

### SUMMARIA.

*Adoptatus in locum nepotis non fit ſuus hæres avi unà cum filio. num. 1.*
*Niſi filius non conſenſerit in adoptionem. 2.*

AD *l. 6.* dictum eſt, poſſe aliquem in locum ne-
1 potis adoptari quaſi ex filio natum, quæritur,
ſi avus moriatur, an unà cum filio nepos ſit ſuus hæ-
res avi? Videtur quod ſic, quia hîc videtur finis
Adoptionis, præſertim jure veteri ante *legem pen. C.
h. t.* Sed negatur, quia nepos patre vivente non fit
Avi hæres ſuus; nam pater præcedit. Sed hoc limi-
2 tatur in *leg. ſeq.* niſi filius non conſenſerit in adoptio-
nem nepotis juxta *legem 6.*

## ad L. Qui liberatus. 12.

### SUMMARIA.

*Emancipatio ſemel facta; citra delictum, licèt conſenſus emancipantis & emancipati interveniat, reſcindi nequit. nu. 1.*
*Quod tamen ad alia extendi non poſſe declaratur exemplis. 2.*

FIlius emancipatus an poſſit redire in poteſtatem
1 patriam, ita ut Emancipatio reſcindatur? Videtur
quòd ſic, ſi utriuſque conſenſus interveniat. Sed reſ-
pondetur, ob delictum id quidem fieri poſſe ſcilicet
ob ingratitudinem etiam invito filio ingrato; Dn.
Autor *in C. tit. de Ingrat. liber. ad L. unic. num. primo.*
ſed citra delictum non: quia certi modi ſunt, qui-
bus quis ſub patria poteſtate conſtituitur, inter quos
non reperitur reſciſſio emancipationis. Sed hoc non
2 poteſt extendi ad alia; Nam v. g. Matrimonium per
ſeparationem diſſolutum poteſt redintegrari re adhuc
exiſtente integra. Sed vidua, quæ per nuptias exierat
è poteſtate patris, non revertitur in patris poteſtatem
mortuo marito, de qua materia agit *Ceph. conſ. 432. num. 16. & num. ſeq. & 42.*

## ad L. In omni. 13.

### SUMMARIA.

*Patria poteſtate per emancipationem filii naturalis finita, non ceſſat omnis effectus filiationis. num. 1.*
*Secus ſi adoptivus filius emancipetur. 2.*
*Filia tamen vel neptis adoptiva, licèt emancipata, in uxorem duci nequit. 3.*
*Ceſſante cauſa finali, non impulſiva, ceſſat effectus numer. 4.*

1 PAtria poteſtate per Nuptias acquiſita & per
emancipationem finita, non finitur omnis effe-
ctus filiationis ratione dignitatis paternæ, item ratio-
ne ſucceſſionis, ſed quid, ſi quis ſit Adoptivus filius
2 & emancipetur, an deſinant omnes effectus? quòd
affirmatur; Nam adoptio eſt vinculum juris civilis,
quod per aliud remedium juris civilis ex alie poteſt
3 tolli. Sed alibi excipitur filia vel neptis adoptiva, quæ
licèt emancipata ſit, in uxorem duci non poteſt ob
pudorem naturalem *l. 55. ff. de Ritu nupt.* Notat hîc
4 *Gl.* diſcrimen inter cauſam finalem & impulſivam,
quòd illa ceſſante ceſſet effectus, aliud verò in hac,
de quo vide *L. 25. C. de jure dot um & Everh. in loc. top. 80. & Barb. l. cupl. Ib que* Autor *in C. d. tit. de jure dot. ad L. 25. numer. tertio & quarto Et ad SCtum Vellej. C. ad L. ult. num. quinto.* Aliàs, ceſſante cauſa, non
ſemper ceſſat effectus, Autor *in C. tit. ad SCtum. Tertull. ad L. 7. numer. 8.*

## ad L. Sed etiam. 14.

### SUMMARIUM.

*Filio adoptivo emancipato, an nepos in familia avi adoptivi conceptus, & natus retineat ejus dignitatem & alia jura?*

ADoptavit quis Titium, hic cum conſenſu patris nuptias contrahit, & progenerat in familia adoptivi parentis Cajum. Hic Cajus eſt nepos Avi adoptivi. Sed pone Titium fuiſſe emancipatum, an nepos retineat dignitatem, & alia jura avi Adoptivi? Videtur quòd ſic, quia hic conceptus & natus eſt in familia Avi, ergo hîc aliquale vinculum naturale videtur concurrere. Sed negatur: nam hic Cajus nullum jus habet in juribus Avi, niſi per vinculum civile, ſcilicet patris adoptione, ergo hoc ſoluto ceſſat effectus in nepote.

## ad L. Si paterfamilias. 15.

### SUMMARIA.

*Effectus arrogationis ratione adoptivi parentis. nu. 1.*
*Caſus regula: Quodquis non poteſt facere tanquam ipſe, id poteſt facere tanquam alius. 2.*
*Ejuſque limitatio. 3.*
*Arrogatio requirit cauſa cognitionem & qualem. 4.*
*Matrimonium quare favorabilius adoptione? 5.*

Secunda

*Secundæ nuptiæ certo reſpectu ſunt odioſæ & favorabiles. 6.*
*An quis plures arrogare poſſit, & an alienum libertum? 7.*
*Pater adoptivus debet eſſe ætate major adoptando? & cur? 8.*

1 IN *principio* agitur de Arrogando. Si quis ſui juris
velit adrogari; tunc non tantùm ipſe tranſit in po-
teſtatem adoptivi parentis vel Arrogatoris; ſed etiam
liberi ejus, quos in poteſtate ſua habet, & qui fortè
in bello capti poſtliminio redeunt, & qui adhuc in
utero ſunt, & omnia ejus bona adquiruntur Arroga-
tori. Unde etiam teſtamentum ejus fit irritum. *l.* 11. §.
2 *ult. ff. de Bon. poſſ. ſec. tab.* In §. 1. habetur hæc ſpecies
facti: Habebam duos filios, & ex ſecundo nepotem,
volo hunc nepotem adoptare quaſi ex primo filio
natum, quæritur, an poſſim? Videtur quod repugnet
naturæ. Sed affirm. ſi eum priùs emancipem, & po-
ſteà adoptem quaſi ex primo filio natum. Quia hoc
non facerem ut avus, ſed ut quivis extraneus; unde
ſolent probare hanc regulam: quod quis non poteſt
facere tanquam ipſe, id poteſt facere tanquam alius,
quam regulam hic limitat *Bartolus*, niſi veniat contra
fidem datam in Contractum vel ex conjunctione per-
3 ſonæ. In §. 2. requiritur in arrogatione cauſæ cogni-
tio in ſpecie ſuper ætate, an ſit major 60. annis:
4 Nam minor 60. annis potius generationi prolis in-
cumbere debet, niſi morbus aut valetudo impediat,
aut perſona arroganda ſit conjuncta. Autor *in C. h. t.
ad L. ſecund. numer. tertio & ad L. tertia numer. prim.*
5 Unde colligitur matrimonium eſſe favorabilius ado-
ptione, utpote per quod Reſpublica multiplicatur
incolis. Ideoque ſecundæ nuptiæ, licèt ratione libe-
rorum prioris matrimonii, ſi qui ſint, odioſæ ſint, in
6 ſe tamen & ob utilitatem Reip. favorabiles ſunt.
Ideoque homines potius alliciendi ſunt ad ſecundas
nuptias in Domino contrahendas, quàm deterrendi.
7 In §. 3. prohibetur quis plures arrogare, ne ſpes
adoptivorum liberorum deminuatur, niſi juſta cauſa
v. g. opes, vel plures ſint cognati pauperes vel con-
ſilii indigi; Nec 2. aliquis alienum libertum arrogare
8 poteſt, ne patrono ejus præiudicetur. *l. 1. paragrapho
2. ff. ſi quis à parente manumiſſus.* Pater adoptivus etiam
debet eſſe ætate major adoptando, cujus ratio eſt *in l.
ſeq.* quia Adoptio naturam imitatur. Et ſanè ridiculum
eſſet, ſi juvenis à ſene pater vocaretur. Autor *C. h. t.
ad L. 3. numer.* 1.

## ad L. Adoptio. 16.

### *SUMMARIUM.*

*Qui adoptare poſſit, & qui non?*

QUi non poſſunt generare, non etiam poſſunt
adoptare, ut Eunuchus, minor adoptando ado-
ptans, Fœminæ *paragrapho 4. J. h. t. & paragrapho* 10.
*J. Eodem.* Autor *in C. h. t. ad lib. 5. numer. 1. & ſeqq.*
Et quibus potentia generandi in perpetuum adempta.
Collige, Legem naturam imitari. *Dn. Tabor in axiom.
Barb. l. 10. c. 10. ax. 21. conf. Franc. Pont. conſ. 53. num.
29. & Leonis conſt. 26.*

## ad L. Nec ei permittitur. 17.

### *SUMMARIA.*

*Requiſita circa arrogationem attendenda. nu. 1.*
*Alienæ hereditatis ſpes in jure non eſt probabilis. nu. 2.*

HIc habentur ea, quæ in arrogatione impuberis
1 attendi debent (1) Cauſæ cognitio, an cauſa ar-
rogationis ſit probabilis, nec ſiniſtra ſit ſuſpicio mali-
tiæ, Autor *in C h. t. ad L. 2. numer. 3. & ſ.* v. gr. Tutor
nondum redditis rationibus minorem adhuc adul-
tum adrogare nequit, quia poſſet ideo fieri, ut ſob-
trahat ſe rationum redditioni, quæ eadem cauſa in
nuptiis militat. Hîc poſſet eſſe cauſa turpis, ſi quis
puellam vellet adrogare, ut fortè ejus copiam habeat
turpem. Sed prius declaratur §. 1. niſi Tutor eſſet pro-
ximus ſanguine junctus & quaſi patris loco, nam
vinculum ſanguinis & ætas adoptantis ſiniſtram opi-
nionem excludunt. Attendi debent (2) facultates arro-
gantis & arrogari, an expediat arrogando arrogatio,
an fortè inhiet adoptans bonis adoptandi, vel ſe li-
beret à redditione rationum, vel an fortè ideò, ut
evertat Teſtamentum patris pupilli, in quo pupillari-
ter aliquis pupillo ſubſtitutus eſt, quia ita tertio præju-
dicaretur; nam pupillus, cui aliquis ſubſtitutus, hæ-
redem habere ex Teſtamento nequit, ſi ſit arrogatus.
Nam Teſtamentum, in quo ſubſtitutio pupillaris,
eſt pupilli Teſtamentum interpretatione juris. Quòd
tamen non eſt præſumendum in Cognato vel tali vi-
ro, cujus innocentia perſpecta eſt, per §. 4. *h. t.* De-
mum §. *ult.* agit de ſatisdatione, de qua *lege ſequente.*
(3) Ætas, annon expediat potius liberis generandis
operam dare. (4) An liberos jam habeat, quorum ſpes
facilè diminuenda non eſt. Unde probatur, licèt ſpes
2 alienæ hæreditatis non ſit probabilis, vel in jure con-
ſiderabilis, ſecus in hæreditate paterna, ubi liberi
habent ſpem conſiderabilem. *Bald. in l. is poteſt. ff. de
Adquir. heredit. & ibi Jaſon. & Tiraq. de primogen. qu.
40. numer. 96.*

## ad L. Non aliter. 18. & L. His verbis. 19. & L. Hæc autem. 20.

### *SUMMARIA.*

*Arrogator impuberis debet ſatisdare de bonis reſtituendis, ſi arrogatus impubes deceſſerit, non ſi pubes, & quare? num. 1.*
*Quid ſi arrogator ſimpliciter ſine ſatisdatione, vel planè non promiſerit? 2.*

1 ARrogator impuberis debet ſatisdato promitte-
re, ſi arrogatus impubes deceſſerit, quòd bona
ejus velit reſtituere proximis cognatis, vel his, ad
quos ea res pertinet. v. gr. ſubſtitutis pupillo, vel le-
gatariis, vel, ſi cui libertas relicta, poſt mortem pu-
pillis. *l. 10. h. t.* Nam per Adrogationem evaneſcit Te-
ſtamentum pupilli factum à patre: Ideoque etiam,
quæ in Teſtamento relicta, evaneſcunt, Sed per ſatiſ-
dationem relicta confirmantur & conſervantur. Sed
cur non poſt pubertatem, nam & tunc decedens im-
pubes ad arrogatorem transfert? R. tunc potius facto
pupilli amittunt ſucceſſionis jura, cùm pubes potue-
rit emancipationem petere cauſa cognita. *L. nonnun-
quam. 37. h. t.* Si autem ſatisdatio fuerit omiſſa, &
2 non præſtita, fingitur hæc in favorem pupilli, & inde
datur actio utilis, *per l. 19. h. t.* quod intelligunt
nonnulli, ſi ſimpliciter promiſerit ſine fidejuſſore.
Vid. *Alphanus collect. 518. Caraſ. in rep. l. 1. ff. de ſtipul.
Prat. 119. vol. 6. rep. juris.* Sed meliùs generaliter in-
telligitur, ſive arrogator hoc ſimpliciter promiſerit
ſine ſatisdatione, ſive promiſſio ea planè non facta.
Ergo ſie tacita hîc ſtipulatio, in favorem non tantùm
eorum, ad quos ea res pertinet, ſed ipſius etiam pu-
pilli, ne ejus vita inſidiis exponatur, ſi, ad ſe, ſcitet,
ejus bona ex aſſe perventura, Arrogator.

## ad L. Nam & fœminæ. 21.

### *SUMMARIUM.*

*Cur fœminæ arrogari poſſint?*

QUæritur hîc: an fœminæ arrogari poſſint? Ubi
ratio dubitandi vel ea eſt, quòd olim in Comitiis
fieret adoptio, quorum communionem non habebant
fœminæ. *Hill. in Don. lib. 2. ca. 23. lit. G.* vel quòd finis
adoptionis

adoptionis eſſet propagatio familiæ, quæ per fœminas non fit. Sed ratio decidendi, quia poteſt eſſe favorabilis & utilis fœminæ adrogatio. Dn. Autor *in C. h. t. ad L. 5. numer. 2.*

## ad L. Si Arrogator. 22.

### *SUMMARIA.*

*Etiam heredes arrogatoris debent bona reſtituere arrogati impuberis defuncti heredibus. nu. 1.*
*Lucrum, quod defertur non ut hereditas, tranſmittitur etiam ſine agnitione. 2.*
*An præter quartam poſſit Arrogator ſubſtituere arrogato? 3.*
*Quarta hæc quomodo computanda? 4. & 5.*

1 ET licèt poſt mortem arrogatoris mox decedat impubes arrogatus, hæredes tamen arrogatoris tenentur reſtituere bona arrogati, & quartam, ubi præſupponendum eſt, impuberem fuiſſe exhæredatum, vel in minima parte inſtitutum. *Vid. Bach. ad tit. prac.*
2 *num. 17.* Unde colligunt, lucrum quod alicui defertur non ut hæreditas, etiam ſine agnitione tranſmitti. *Gail. lib. 2, obſ. 110. in f. & 131. in fin.* Præterea arrogator non poteſt ſubſtituere arrogato pupillariter præter
3 quartam, quam ab arrogatore expectat; ultra verò non ne quidem per fideicommiſſum; & ſic appellatione liberorum non ſemper veniunt adoptati. *L. ſi ita quis. 51. §. 1. de legat. 2. conf. notata* DNI Autoris *infra ad l. 10. §. 6. de Vulg. & pupill. Subſt. num. 8. Gail. lib. 2. obſ. 136. num. 13. Fuſar. tr. de ſubſt. q. 316.* Hæc quarta eſt arrogati legitima, ſi arrogator aliquando ipſum ſine
4 cauſa emancipet, aut exhæredet, & eſt quarta legitimæ, quæ aliàs ipſi deberetur, non verò quarta omnium bonorum arrogatoris, ne melioris conditionis ſint adoptivi, quàm naturales liberi. Et ſi contingeret,
5 ut quis habens 4. liberos naturales cauſâ cognitâ ob vinculum ſanguinis adoptet duos, quomodo hi quartam omnium bonorum habere poſſent ſine injuria naturalium? Nec obſtat, quod hæc dicatur quarta bonorum; nam regulariter non adoptant, niſi orbi; & legitima liberorum etiam aliàs quarta bonorum dicitur. *l. 6. de inoff. Teſt. vid. Bach. in Treutler. d. 2. th. 9. lit. C. Zoeſius ad h. t. num. 11.*

## ad L. Qui adoptionem. 23.

### *SUMMARIA.*

*Arrogatio vel adoptio plena tribuit jus agnationis non cognationis. nu. 1.*
*Nuptiæ inter fratrem adoptatum, & filiam naturalem: quare prohibitæ? 2.*

1 QUæritur, an Adoptio tribuat jus agnationis & cognationis? Reſp. affirmando de illa, non de hac: Nam cognatio eſt vinculum juris naturalis, ſeu eſt vinculum ſanguinis, & per nativitatem conſtituitur. Sed jus Agnationis eſt vinculum juris civilis, quod tribuit adoptio, ſi ſit arrogatio, vel ſi in ſpecie ſit Adoptio, & fiat ab Aſcendente juxta diſtinctionem
2 *leg. pen. C. h. t.* Unde adoptatus non fit cognatus uxori, vel Matri adoptantis, ſed quia filia adoptantis in familia eadem eſt, adoptatus fit agnatus, ita ut etiam inter fratrem adoptatum, & filiam naturalem nuptiæ ſint prohibitæ.

## ad L. Neque abſens. 24.

### *SUMMARIUM.*

*An & cujus conſenſus requiratur in arrogatione?*

COnſenſus Arrogantis & arrogati ad arrogationem neceſſarius eſt; & diſſentiens arrogari non poteſt, ſicut etiam in arrogatione impuberis tutoris conſenſus neceſſarius. *l. ult. C. de Autor. tut. ibique* Dn. Autor *n. 4.*

## ad L. Poſt mortem. 25.

### *SUMMARIA.*

*Regula: Nemo poteſt factum ſuum impugnare, declaratur exemplo. 1.*
*Niſi factum favore tertii prohibitum. 2.*
*Eadem limit. Quænam vera ratio decidendi in hac lege? 4.*
*Præſumtio fraudis eſt, ſi quis litem differat, & cum heredibus ignaris litiget. 5.*
*Agnatus in feudi oppignorationem conſentiens tenetur, quamvis Domini conſenſus non ſequatur. nu. 6.*
*Ex eo, quodquis improbavit, an intentionem ſuam probare poſſit? 7.*
*Cur per alium adoptare, vel arrogare non liceat? 8.*

1 PAter contra emancipationem à ſe factam & diuturnitate temporis roboratam venire non poteſt, præſertim ſi factum non ſit prohibitum; nam emancipare ſine ſolennitate non eſt prohibitum. Unde nata regula: Nemo poteſt ſuum factum ipſe impugnare. *Tiraquel. in l. ſi unquam. verbo revertatur. num. 406. Ang. Barb. lib. 6. c. 3. nu. 24. ubi plurimi citantur.* Autor *ad L. 6. num. 1. 2. C. Qu. prov. non eſt nec. Et ad*
2 *L. 4. numer. 4. C. de Vocandis donationib.* ſed potiſſima limitatio eſt, niſi factum favore tertii prohibitum; nam tunc reperiuntur textus, quod quis factum proprium impugnare poſſit. *Panorm. in c. 6. X. de rebus Eccl. non alien. numer. 4 & 12. Tuſchus concl. 509. lit. P. Fuſar. de*
3 *Subſt. q. 717. num. 2. conf. Petr. de Bella pertica repet. ad h. l.* Et multò magis quis proprium factum impugnare poteſt, quando prohibitio alienationis ad publicam utilitatem facta. *Pet. Peckius in c. quæ contra. 69.*
4 *de R. J. l. 6. num. 9.* Sed in hac Lege ſpecialior videtur ratio decidendi. Licèt pater poſſit vivente filia emancipationem impugnare. *L. 2. C. ſi adverſus rem judic.* ſecus tamen eſt mortua filia: nam videtur malitiosè diſtuliſſe litem poſt mortem filiæ, ut objiceret ejus hæ-
5 redibus de facto ita non informatis. Et hunc ſenſum commendat *Petr. Barboſa in l. 55 num. 19. ff. ſoluto matr.* Unde hæc Lex notabilis eſt, quod ſit præſumtio fraudis, quando aliquis litem differt poſt mortem alicujus, ut eum hæredibus litigaret ignaris; quæ malitia hodie ſæpe apparet, ſed non ſemper attenditur; deberet actor rationem dilationis exprimere. Et hunc ſenſum ſvadent verba initialia legis: *poſt mortem.* Ergo duplex ratio decidendi. (1) Quod ipſe emancipavit; & (2) querelam poſt mortem filiæ diſtulerit. Ex hoc textu probabi-
6 lis redditur ſententia *Ranchbari p. 1. q. 45.* Quod agnatus conſentiens in feudi oppignorationem teneatur, licèt conſenſus Domini non ſequatur; nam Agnatus, ſi feudum ipſi obveniat, contra ſuum factum venire nequit, & accedit *c. Titius. & ibi Dd. a de feudo defuncti,* & exceptio defectus dominici conſenſus eſſet exceptio juris tertii. Domini conſenſus & Agnatorum conſenſus ad diverſa tendunt, ille obligat directum dominium & feudi ſubſtantiam, hic fructus ſolùm, ſi ſibi aperitur feudum. Ex quibus rationibus facilè corruunt
7 contraria argumenta *Carpzovii p. 2. c. 46. def. 9. & L. 4. Reſp. 68. & p. 2. dec. 176.* Poteſt etiam quis ex eo ſuam intentionem probare, quod improbavit, ſi id faciat per modum exceptionis, & ita deſtruendo. *Petr. Pe-*
8 *ckius ad cap. trigeſimo octavo de R. J. l. ſexto numer. quinto Dd. hic.* Subjicitur hic, quod nemo per alium poſſit adoptare vel arrogare, quia actus legitimus & ſolennis eſt.

## ad L. Quem Filius. 26.

### *SUMMARIUM.*

*Nepos à filio emancipato adoptatus non fit avi agnatus,*



Digitized by Google

Filius meus emancipatus adoptat te, an tu ſis nepos meus? Negatur; quia filius meus non amplius eſt in familia mea, ergo per eum nemo fieri poteſt mihi agnatus per *l. 2. 3. h. t.*

### ad L. Ex adoptivo. 27.

*SUMMARIUM.*

*Nepos ex filio adoptato poſt adoptionem, non ante natus, eſt in poteſtate avi adoptivi.*

DE eo, qui ex filio adoptato naſcitur, quæritur; an ſit in poteſtate avi adoptivi, & pro nepote habendus ſit? quod affirmatur, ſi natus ſit poſt adoptionem; nam qui natus eſt ante adoptionem in familia patris naturalis potuit ab avo naturali retineri, dato in adoptionem filio.

### ad L. Liberum arbitrium. 28.

*SUMMARIUM.*

*Filius poteſt in adoptionem dari, ut & emancipari, retento in poteſtate nepote, & contra.*

AGit hæc lex de emancipatione liberorum: nam dictum *in lege præcedenti*, quod poſſit avus naturalis filium in adoptionem dare retento in familia nepote. Ergo hîc quæritur, an poſſit pater emancipare filium retento in poteſtate nepote, vel contra? Et videtur quod non; quia non debet ſeparari pater & filius, quod hîc fieret. Sed utrumque affirmatur, quia avus hoc ſuo jure facere poteſt.

### ad L. Si pater. 29.

*SUMMARIA.*

*Pater vel nutu in adoptionem filii conſentire poteſt. n. 1.*
*Ubi conſenſus pro ſolennitate requiritur, ſufficit nutus ejus qui fari non poteſt. 2.*

1 PAter conſenſum ad filium in adoptionem dandum etiam tacitè præſtare poteſt nutu & ſignis, ſi loqui non poſſit. Ex quo *Tiraquel. ad LL. Connub. gl. 7. numer. 16.* deducit, etiam Tutorem autoritatem interponere poſſe nutu, ſi fari non poſſit; idem in matrimonio contrahendo, idem etiam in juramento
2 præſtando, *Tiraq. d. l. numer. 18. & 19.* & in genere, ubi conſenſus pro ſolennitate requiritur, ſufficit nutus ejus, qui fari non poteſt. Imò etiam per nutum quidam fidejubere poteſt. Autor *ad L. 12. numer. 7. C. de Fidej.*

### ad L. Et qui uxores. 30.

*SUMMARIUM.*

*Uxorem non habens quare poſſit adoptare filium?*

QUæritur: an, qui uxorem non habet, poſſit adoptare filium? Videtur quod non, quia adoptio naturam imitatur, ſed ſine uxore nemini naſcitur filius. Sed affirmatur, quia ſufficit, quod habere poſſit uxorem. Nam Lex ſupplet naturam, quæ non eſt in actu, non autem eam; quæ non poteſt eſſe, ut ex *l. 2. §. 1.* loquitur hîc *Ant. Faber in ration.*

### ad L. Non poteſt Filius. 31.

*SUMMARIA.*

*Pater quando cogi poſſit, ut liberos emancipet. nu. 1.*
*Hodie liberantur liberi à pot. Patr. per ſeparatam œconomiam 2. & nuptias 3.*
*Soluto matrimonio non reviviſcit Patria poteſtas. 4.*

1 PAter non poteſt compelli, ut filium vel filiam emancipet; niſi (1) peccandi neceſſitatem liberis imponat. *L. 10. C. de Epiſc. Audient.* aut (2) pejus tractet contra officium paternum *L. ult. ff. ſi à patre quis manum.* Dn. Autor *in C. tit. de Emancip. liber. ad L. 4. numer. 1. 2. & 3.* [3] aut legatum ſub conditione hac (ſi emanciper) relictum acceperit. *L. 92. ff. de Cond. & demonſtr. P. Buſius hic. Farin. qu. 144. numer. 53.*
2 Sanè moribus noſtris liberi liberantur à patria poteſtate per ſeparatam Oeconomiam. *Dn. Struvius ad tit. de Adopt. th. 68. Stehard. ad Rubr. Cod. qui admitti, numer. ſeptimo. Colerus dec. 41. num. octav. Joh. à Sande. l. 2. tit. ſeptimo. def. ſexto. & quos refert Dn. Mevius ad Jus Lubec. l. primo tit. tertio, numer. vigeſimo quarto. Zepperus de Codicill. capit. quinto numer. 31.* Autor *ad L. nono. numer. tertio. C. Quod cum eo, qui in al. pot.* Et Autor *in C. tit. Ad SCt. Macedon. ad L. 6. num. quinto.*
3 Similiter & nuptiæ diſſolvunt patriam poteſtatem de conſuetudine, de qua teſtatur *Hering de fidej. c. ſeptim. numer. 611. & alii relati à Dn. Mevio d. l. num. 25.* Autor *in C. tit. de Patria Poteſt. ad L. 1. numer. quarto & quinto* quatenus ſcilicèt hæc emancipatis liberis utilis; nam ſi eſſet inutilis, haberentur pro ſuis, quia tranſmittunt hæreditatem paternam, præteriti dicunt Teſtam. nul-
4 lum. *Joh. à Sande d. t. 7. def. 5.* Semel etiam diſſoluto matrimonio diſſoluta patria poteſtas non reviviſcit. *Tiraq. de LL. Connub. gl. 3. num. 1. Dn. Mev. d. l. n. 26. Joh. à Sande d. d. 5.*

### ad L. Nonnunquam. 32. & L. & ſi pubes. 33.

*SUMMARIA.*

*Filius arrogatus impubes auditur, ſi probaverit pubes factus, ſibi inutilem eſſe arrogationem. nu. 1.*
*An vitricus privigni tutor eſſe poſſit? 2.*

1 SI impubes arrogatus, pubes factus probaverit, ſibi inutilem eſſe adoptionem, poteſt liberari à patria poteſtate. Imò ſi minor arrogatus poſtea læſionem probet, reſtituendus eſt. *l. 3. paragrapho 6. ff. de Minor.* Eſt alia cauſa extorquendæ emancipationis, ſcilicèt, ſi quis agnovit legatum ea conditione ſibi relictum, ut liberos emanciparet. *C. 92. ff. de condit. & dem.* licèt abſolutè hoc imponi non poſſit. *l. 114. paragrapho 8. de leg. 1.*

2 *Ad paragrapho Imperator* 1. Vitricus privigni tutor non quidem facilè dandus, interdum tamen cauſâ cognitâ id permittitur. *Finckelth. obſerv. 53. per totam.* Dn. Autor *in C. tit. de Contrar. judic. tut. ad L. ult. numer. 4.*

### ad L. Quæſitum. 34.

*SUMMARIA.*

*Si quis filium ſuum adoptandum dederit Titio ſub conditione, ut eundem mihi, poſt triennium denuo adoptandum det, an ex hoc pacto detur actio? nu. 1.*
*Jus filiationis & adoptionis à Salvatore noſtro non ad tempus, ſed in perpetuum nobis quæſitum. 2.*

1 DEdit quis filium ſuum adoptandum Titio, ſub hac conditione, ut eundem filium adoptivum mihi poſt triennium denuò adoptandum det, quæritur an vel mihi, vel adoptivo filio, vel patri detur ex hoc pacto actio? Videtur quod ſic; quia pacta ſervanda ſunt; ſed negatur, quia adoptio eſt actus legitimus, qui diem vel conditionem non admittit *l. actus legitimus. 77. de Reg. jur.* nec igitur ad tempus filius conſti-
2 tui poteſt. Dum hæc ſcribo tempore quadrageſimali, incidit mihi ſummum beneficium à Salvatore noſtro nobis præſtitum, dum titulo operoſiſſimo morte ſua acerbiſſima jus filiationis & adoptionis nobis peperit, non ut ad triennium; nec in hoc ſolùm ſeculo, ſed ut in æternitate hoc jure frueremur, modò dignos adoptione nos exhibeamus. Hæc de tempore monui, Lector boni conſulat!

ad L.

Digitized by Google

## ad L. Per adoptionem. 35.

*SUMMARIA.*

*ADoptio auget dignitatem, non minuit. n. 1.*
*Doctor, qui eſt Notarius publicus, poteſt inſtrumenta publica conficere. 2.*
*Nobilis adoptans ignobilem, non facit nobilem 3.*

1 ADoptio non minuit dignitatem, ſed auget. Hinc colligitur, majorem dignitatem ſupervenientem non tollere jura perſonæ priſtina. Dn. Autor *C. h. t. ad. L. 7. num. 2. & 3.* Hinc Notarium
2 publicum poſtea Doctorem creatum poſſe adhuc inſtrumenta publica conficere, deciſum refert *Berlich. p. 1. deciſ.* 27. Dn. Autor. *in C. tit. de Tabular. Scribis*
3 *logogr. ad L. 2. nn. 4. 5. & 6.* Sic Nobilis ſanguine, ſi à plebeio adoptetur, non ob id nobilitatem ſanguinis amittit; & à non nobili genitus, non tamen fit nobilis natu. *Cujac. ad l. 13. h. t. & Dn. Struv. hic th. 65.*

## ad. L. Emancipari. 36.

*SUMMARIUM.*

*UBi actus voluntariæ juriſdictionis exerceri debeat?*

ACtus Juriſdictionis voluntariæ quovis loco, idoneo tamen & honeſto, imò loco judicii, licèt ratione perſonarum incompetentis, exerceri poſſunt, imò etiam extra territorium. *l. 2. ff. de off. Proconſ. Don. l. 2. c. 26. lit. H. Covarr lib. 3. Reſol. c. 20. nu. 8. Matth. Steph. de Juriſd. lib. 1. l. 13. n. 5. Cujac. ad l. 18. Iulii Pauli. tomo. 1.* Autor *in C. tit. de Emanc. Liber. ad L. ult. n. 1. & 2.*

## ad L. Adoptare. 37. §. 1.

*SUMMARIA.*

*IN locum nepotis an adoptare liceat, & ſi quis filium non habeat, & quæ hujus adoptionis utilitas? n. 1.*
*An Filium adoptatum emancipatum readoptare liceat? 2.*

1 QUæritur 1. an te poſſim adoptare in locum nepotis, ſi filium non haberem? Et videtur quod non, quia Adoptio naturam imitatur, quæ non patitur, ut quis nepotem habeat ſine filio. Sed affirm. quia ſufficit, quod filium habere poſſit. Sed quæ utilitas hujus adoptionis, quod non in filium, ſed nepotem adoptavit? Reſp. id fortè poterit placere, ſi filium habuit. Adoptatum filium emancipatum readop-
2 ptere non licet, diſplicuit enim nimia inconſtantia & variatio adoptantis. Secus in naturali patre emancipante & adoptante, quia tunc redditus videtur. *per l. 41. h. t. Bach. ad tit. prac. nu. 7.*

## ad L. Adoptio. 38.

*SUMMARIA.*

*ADoptio non ritè facta a Principe confirmari poteſt, citatis illis, quorum intereſt. n. 1.*
*Quomodo Princeps ſupplere poſſit ſolennitates? 2.*

1 QUando adoptio non ritè eſt facta, tunc à Principe confirmari poteſt, ſi citentur illi, quorum intereſt, ut in *l. ſeqq.* dicitur; nam Princeps poteſt
2 ſupplere ſolennitates modò ſubſtantialia negotii, quod in conſenſu conſiſtit, adſint.

## ad L. Nam ita. 39.

*SUMMARIA.*

*RE inter alios acta citari debet is, cujus intereſt. n. 1.*
*Quod duobus modis limitatur. 2.*
*Brunneman in Pandect.*

1 LIcèt inter alios negotium geratur, omnis tamen, qui habet intereſſe & ex actu eo lædi poſſet, citandus eſt *Maranta p. 6. tit. de citat. n. 2. & quos refert Hillig. ad Don. lib. 23. c. 2. lit. B.* Autor *in C. t. Quib. res jud. non noc. ad L. 2. n. 2. & ſeqq.* v. gr. quando arrogatio confirmanda, citandi ſunt agnati, quorum intereſt, alii non: cum inſtrumentum antiquum
2 reficiendum, vel copia fide digna deſcribenda. Niſi primò, id principaliter eum non tangit, ſed per conſequentiam *Dd. refert. Hill. d. l.* Deinde limitatur iſta regula in hoc textu, ſi abſens, etiam ſi præſens eſſet, actum tamen impedire ſua contradictione non poſſet, licet maximè proteſtaretur. *Gail l. 2. obſ. 142. n. 2. plures citans. Rol. a. Valle lib. 1. conſ. 2. n. 177.*

## ad L. Adrogato. 40.

*SUMMARIA.*

*AN qui adoptatur, cum ſua prole tranſeat in poteſtatem adoptantis? n. 1.*
*Quot annis adoptans debeat eſſe ſenior adoptando? n. 2.*
*Spado an arrogare poſſit? 3.*

1 IN *princ.* agitur de ea quæſtione, an qui adoptatur, cum ſua prole etiam tranſeat in poteſtatem Adoptantis? Et diſtinguunt inter arrogatum in ſpecie, & inter adoptatum in ſpecie. Si quis ſui juris ſe det arrogandum, tranſit cum ſua prole in poteſtatem Arrogantis. Sed ſi pater ſuum filium adoptandum det mihi, poteſt nepotes ex eo filio natos in ſua poteſtate retinere, quod planum eſt. *In §. 1.* agitur de ætate
2 arrogandi. Dictum ſupra, quod Adoptans debeat eſſe ætate major adoptando. Sed hic quæritur: quot annis debeat eſſe ſenior? Et videntur 14. anni ſufficere, quia id tempus ad generandum aptum eſt: ſed reſpondetur, 18. annos, qui plenam conficiunt pubertatem, requiri, quia in generatione natura requiritur & judicium. Sed in adoptione ſolum judicium, ideoque plus temporis requiritur ex *Ant. Fabro Hill. ad Donel. l. 2. c. 22. lit. E. In §. 2.* agitur de Spadone, quod ar-
3 rogare poſſit non obſtante impedimento corporis, quia hoc vitium arte tolli poteſt & tempore mutari. *Donell. d. c. 22.* ſufficit enim qualiſcunque potentia, quæ quandoque in actum deduci poſſit. *Hill. d. c. 22. lit. C.* nam & Spado uxorem ducere poteſt *l. 39. §. ult. ff. de jure dotium.*

## ad L. Si pater. 41.

*SUMMARIA.*

*SI Avus filium emancipatum vel in adoptionem datum, retento in poteſtate nepote, iterum adoptet, an nepos deſinat eſſe agnatus? n. 1.*
*Quid ſi Avus moriatur, an nepos prædicto caſu recidat in poteſtatem ſui parentis? 2. & 3.*

1 EMancipavi filium, retento in poteſtate mea nepote ex eo filio, poſtea verò filium adopto, quod pater naturalis facere poteſt (ſecus in adoptivo *l. 37. h. t.*) vel do filium meum in adoptionem tibi, retento nepote, poſtea eum filium mihi reddis in adoptionem, utroque caſu nepos deſiit eſſe agnatus jure veteri, ſed
2 poſt *l. pen. C. t.* tantùm in primo caſu. Quæritur autem: an quaſi reviviſcat hoc jus, ut ſi moriar, filius meus in familiam ac poteſtatem ſui parentis ac mei filii reverſi recidet, quod factum fuiſſet, ſi filius in poteſtate mea manſiſſet. Quod videtur dicendum, quia filius reverſus videtur omnia jura filii priſtina recuperare. Sed negatur, quia filius adoptatus eſt ut extraneus, & nepos ſemel conſecutus eſt per emancipationem patris, ut in ejus poteſtatem non recidat. Nec obſtat *l. 23. ff. de liberis & poſth.* quia redditus videtur filius, ſed citra præjudicium alterius. Aliud verò ho-
3 die dicendum videretur, ſi filius extraneo daretur



Digitized by Google

adoptandus per *d. l. pen.* item ſi quis ob dignitatem liberetur à patria poteſtate *Novell.* 81. c. 2.

## ad L. Etiam infantem. 42.

### *SUMMARIUM.*

*Infans poteſt dari in adoptionem, aliud in arrogationem.*

INfans an poſſit dari in adoptionem? Vid. quod non, quia ipſios nullus eſt conſenſus. Sed affirmatur quia autoritas patris, cujus optimum conſilium præſumitur, ſupplet conſenſum infantis. Sed aliud in Arrogatione videtur. *Martins in Dig. t. 1. tit. adoptiv. c.* 4.

## ad L. adoptiones. 43.

TAntùm dicit, quod in locum nepotis poſſit aliquis adoptari, de quo ſupra & quidem quaſi ex filio etiam ſpurio.

## ad L Si is, qui. 44.

### *SUMMARIUM.*

*An nepos, quem ovus filium naturalem habens adoptavit, cum ejus filii liberis jus fraternitatis & agnationis conſequatur?*

QUæritur: ſi aliquis habens filium naturalem, in locum nepotis aliquem adoptaverit, an habeat cum ejus filii liberis jus fraternitatis & agnationis? Et diſtinguitur, utrum ille ſimpliciter fuerit adoptatus in locum nepotis, non in ſpecie ex illo filio. Illo caſu poteſt fieri adoptio. quaſi ex filio, quem habere poſſunt in futurum vel ex filio incerto per *l. præced.* & eo caſu neganda eſt quæſtio, ſed hoc caſu affirmanda.

## ad L. Onera. pen.

### *SUMMARIUM.*

*An propter officium ab arrogato vel adoptato geſtum vel aliam adminiſtrationem negotiorum pater teneatur?*

QUi arrogatus vel adoptatus eſt, ſuſtinuit quædam onera, v. gr. ex contractu, vel officio geſto, vel ex alia adminiſtratione negotiorum, an ea onera pertineant ad Patrem adoptivum? Quod affirmat hîc & *l. 42. ff de peculio* licèt diverſæ ſint de hac *l.* 42. ſententiæ. Et ſic pater tenetur ſatisfacere pro filio adoptivo, aut miſſionem pati in bona filii adoptivi illata. De quo *Bach in protis ad tit. 6. Rubr. de Effect. nu. 6. p. 227. & ſeqq.*

## ad L. In ſervitute. ult.

### *SUMMARIA.*

*Filius in ſervitute conceptus & natus, & poſtea manumiſſa poteſt à patre itidem manumiſſo arrogari, arrogatus tamen non cenſetur ingenuus. n. 1.*
*Unio prolium quid ſit? 2.*

1 QUidam ſervus genuit ex contubernio filium, poſtea uterque manomittitur; quæritur 1. an pater poſſit filium in ſervitute conceptum & natum arrogare? 2. an arrogatus videatur ingenuus, quaſi à libero genitus, prius affirmatur, quia id lege nulla prohibitum. Poſterius negatur, quia non verè ex libero natus. Cognata Adoptioni eſt Unio prolium, Autor *in C. h. t. ad L. ult. n. 3.* quæ eſt liberorum hinc inde facta Adſumtio. qua liberi prioris matrimonii (ſive
2 mariti & uxoris, ſive alterutrios) & poſterioris. quaſi ex iiſdem parentibus omnes nati eſſent, cauſa cognita coram Magiſtratu ordinatio præſentibus Tutoribus, Curatoribus & Cognatis liberorum de commodo liberorum teſtantibus exæquantur, de qua materia *Dn. Keppen. l. 1. obſ. 55.* & in peculiari tractatu *Jac. Riccius & alii.*

---

## TITULUS VIII.

### *De Diviſione Rerum & Qualitate.*

## ad L. Summa. 1.

### *SUMMARIA.*

*Apud Hollandos Eccleſia non ſunt divini juris. ſecus apud nos. nu. 1.*
*Res hæreditaria ratione poſſeſſionis ſunt in nullius bonis. 2.*
*Quid ſint res communes, publica, univerſitatis. 3.*

1 COntinetur hîc diſtinctio rerum, quod aliæ ſint Divini Juris, aliæ humani; Autor *in c. tit. de SS. Eccleſ. ad L.* 22. *nu.* 2. ſed obiter notetur, *quod Grœnwegen ad. §. nullius. Inſt. h. t. notet,* apud Hollandos, Seelandos, Eccleſias non eſſe divini juris, nec ſacras, ſed humani. Ego id in medio relinquo; apud nos certè adhuc divini juris ſunt. Conſecrantur mandato Principis à Conſiſtoriis vel Superintendentibus, & cauſæ circa ædificia Eccleſiaſtica ſunt conſiſtoriales; quia ad curam Epiſcopi pertinent. *c. quidam.* 10. *c* 18.
2 *qu. 1. & can. Eccleſ. 8. de Conſecrat. diſt. 1. Carpz. in Juriſpr. conſiſt. l. 2. def.* 334. Deinde dicitur, res hæreditarias nullius in bonis eſſe; quod intelligo ratione poſſeſſionis, non dominii aut juris. Nam ſic in bonis ejus, qui hæres eſt, eſſe intelliguntur, modò poſtmodum adita ſit hæreditas. *l. ult. ff. Exp. hæred. Menoch. rem. 13. recap. poſſ. nu.* 39. Deinde dividuntur humanæ
3 res pluribus communes in communes, publicas & univerſitatis: illæ omnibus gentibus ratione uſus ſunt communes; iſtæ omnibus provincialibus, hæ omnibus univerſitatis membris ſunt commones. Et quod commune eſt, meum propriè non eſt, refert Autor *ad L. 1. nu. 2. C. de Commun. rer. alien.*

## ad L. Quædam. naturali. 2.

### *SUMMARIA.*

*Mare refertur inter res communes. n. 1.*
*Quomodo mare commune ſit ratione uſus, & tamen in juriſdictione Principis. 2.*

MAre hic inter communia refertur, cui hodie opponitur, quod Principes ſibi in certos di-
1 ſtrictus juriſdictionem arrogent. Sed aliud eſt, uſu eſſe commune; & aliud in juriſdictione eſſe. Certè littorum uſus communis eſt, & tamen procul dubio juriſdictio eſt Imperii vel Principis. Dn. Autor *in C. tit. de Claſſic. ad L. un. n. 4. 5. & 6.* Quod autem rectè ſibi tribuant juriſdictionem Principes, ex eo patet, quia cùm magna ſcelera patrentur in mari, utique juriſ-
2 dictionem alicui competere neceſſe eſt, ne in mari ea ſint permiſſa, quæ in terra prohibita. *Zœſ. h. t. n.* 8. *vid. l. Inſulam Italia. 9. infra de Iudic. & ibi notata.* DNL. Autoris. *a. un.*

## an L. Item lapilli. 3.

### *SUMMARIA.*

*Res communes dupliciter dicantur. n. 1.*
*Occupatio rerum, quæ nullius ſunt, interdum prohibita. 2.*

1 ALiæ res communes ſunt, ita ut non poſſint eſſe alicujus propriæ, ſed eorum uſus manere debet communis. Aliæ verò ita, ut occupanti cedant, qualia ſunt, quæ nullius fuerunt, ſed alicujus eſſe poſ-
2 ſunt, ut Lapilli, gemmæ, Electrum & alia in littore inventa. Jus tamen ſtatutarium interdum arcet

privato

privatos ab occupatione rerum, quæ nullius ſunt. Ut
de Electro in Boruſſia reperto conſtat, cujus aucupa-
tio & occupatio à ſupremo Magiſtratu interdicta.

### ad L. Nemo igitur. 4.

*SUMMARIA.*

*An in mari cuivis liceat piſcari? n. 1.*
*Ædificia in littore exſtructa num uſu omnibus commu-
nia? 2.*
*Quid juris in flumine? 3.*

1 PIſces maris ſunt communes; ergo occupanti ce-
dunt; ergo nemo prohibendus eſt littus accede-
re & piſcari, niſi ſcilicet ſuperioris Lex vel Statutum
ex probabili cauſa hoc prohibeat. Unde quæritur hîc,
2 an etiam ædificia in littore exſtructa ſint communia
uſu omnibus? Quod negatur, quia locus, cui ali-
quid inædificatum eſt, ceſſit occupanti. Sed flumi-
3 na pene omnia ſcilicet perennia & à natura facta ſunt
publica, imò & portus. Nam licèt aqua profluens
ſit communis & cedat occupanti, aliud tamen eſt in
ipſo flumine.

### ad L. Riparum uſus. 5.

*SUMMARIA.*

*Dantur res communes uſu, ſed quoad proprietatem in
alicujus bonis. n. 1.*
*Caſam in littore maris ponere licet etiam ſine decreto
principis. 2.*

1 NOnnulla ſunt communia uſu, ſed proprietate
ſunt in alicujus bonis, ut Ripa, quæ eſt in pro-
prietate & dominio eorum, qui vicina prædia ha-
bent, & ideo arbores in ripa poſitæ eorum eſſe præ-
ſumuntur; ſed uſus eſt communis ut fluminis. Nam
qui in flumine navigant navem appellere, ligare, re-
tia ſiccare, & onus in ripa reponere &c. poſſunt.
2 In §. 1. ex eo, quod in Mari omnibus piſcari liceat,
deducitur, quod etiam iis caſam in littore ponere li-
ceat, in quam ſe noctu vel in tempeſtate recipere poſ-
ſint, per regulam in *l. 2. ff. de juriſdictione*, adeo ut
hîc non ſit opus decreto prætoris vel principis, quod
ad ædificium ponendum aliàs requiritur in *l. 50. ff.
de Adquir. rerum dominio.*

### ad L. In tantum. 6. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Ædificium in littore eſt in dominio ædificantis. num. 1.*
*Res univerſitatis non ſunt ſingulorum. 2.*
*An Cives teſtes eſſe poſſint in cauſa univerſitatis. num. 3.*
*Prata univerſitatis, an ſimul illius ſint, qui ibi habet
juriſdictionem. 4.*
*Res ſacra quænam dicatur? 5.*
*Ædificio ſacro diruto, an locus maneat ſacer? 6.*
*An hodie in loco ſuo quis locum religioſum facere poſſit. 7.*
*Mortuum invitis cæteris inferre poſſe in commune ſepul-
crum, interdum fallit. 8.*
*Cadavere in locum alienum purum illato, an locus fiat
religioſus? 9.*

1 IN *principio* dicitur, quod, qui in littore ædificant,
ſint domini fundi, ſed lapſo ædificio locus in pri-
ſtinam libertatem quaſi revertitur, & cedit illi, qui
2 denuò ædificat. Quæ ſunt univerſitatis, non ſunt
ſingulorum. Aliud enim eſt civitas, & aliud cives ſin-
guli. *Rol. à Valle vol. 3. conſ. 53. num. 6. Joh. God. l. 2.
Conſil. Marpurg. 38. n. 31.* quod commune eſt, meum
non eſt, *Gail. de pigneras, obſ. 20. num. 7.* Dn. Au-
3 tor. *in C. tit. de Commun. rer. alien. ad ad L. 1. num.
2.* Et ſic ſervus civitatis pro civibus ſingulis teſtis
eſſe poteſt, vel contra eos; Sic etiam contra ſingulos
vel pro iis torqueri. *Gail. d. l.* Sic Cives poſſunt eſſe te-
ſtes in cauſa univerſitatis, quæ non ad ſingulorum
utilitatem principaliter pertinet, *Weſembec. in ff. de
teſt. n. 3.* Dn. Autor *in C. tit. de Teſtib. ad L. 10. n. 6.*
Nec civis capiendus pro debito civitatis. *Berlich. p. 1.
concluſ. 76. Coler. de Proceſſ. p. 2. c. 3. n. 334.* Ex hac Le-
ge etiam colligo, quia agri & prata alicujus pagi com-
munia ſunt univerſitatis; utique non ſunt etiam illius,
4 qui ibi Juriſdictionem habet. Et ita in paſcuis univerſi-
tatis non poteſt Nobilis plura pecora paſcere, quàm
ſubditus, quia hæc prata ſunt communitatis. *Covarr.
pr. qq. c. 37. Card. Tuſchus concl. 112. nu. 4. lit. P. Cuſſ.
Manzius Cent. deciſ. q. 14. Berlich. p. 2. concl. 49. n. 15.*
Autor *in C. tit. de Paſc. public. ad L. 1. nu. 15. In* §. 2.
5 dicitur quod res ſacræ & religioſæ & ſanctæ in nullius
ſint bonis. Autor *in C. tit. de SS. Eccleſ. ad L. 21. nu. 2.
& in* §. 3. dicitur, rem ſacram eſſe, quæ publicè ad cul-
tum Divinum conſecrata. nemo enim ſibi privatim
aliquid ſacrum facere poteſt. Id tamen de publica con-
ſecratione dictum intelligo, ſi etiam ab Univerſitate
aliqua, à cœtu, in nave res aliqua ſacra conſtituatur.
6 Quamvis autem diruto ædificio privato in littore res
redeat ad priſtinam libertatem, aliud tamen eſt in
ædificio ſacro diruto, nam locus ſenatea, ut pars ædi-
ficii, ſacer manet, quod declarandum eſt, niſi hoſtes,
qui eam Religionem non colunt, prophanaverint,
*l. 36. ff. de Religioſis.* Sed hoſtibus recedentibus redeunt
7 ad ſuam qualitatem ſacram. In §. 4. agitur de loco Re-
ligioſo, quod eum quilibet ſibi in loco ſuo aliàs pro-
phano facere poſſit inferendo mortuum cadaver: Sed
id jure can. mutatum, quo non niſi in loco publico
8 Religioſo ſepultura facienda, *c. 3. X. de Sepulturis.* De-
inde dicitur, poſſe aliquem ſuum mortuum invitis cæ-
teris inferre in commune ſepulcrum, quia locus ad
9 id deſtinatus, & ſic non eſt potior conditio prohiben-
tis. Quod tamen declarandum, niſi juſta cauſa prohi-
bitionis, v. gr. ſi cadaver peſte emortuum. Demum re-
ligioſus locus fit, ſi quis in locum alienum purum intu-
lerit cadaver, conſentiente domino, licèt poſtea pœ-
niteretit dominum conceſſionis, quia ſufficit, cum ſe-
mel conſenſiſſe; vel ſi affirmativa lectio ſuſtinenda,
habebitur hic ſenſus, quod poſſit quis facere locum
religioſum etiam in fundo alieno, licèt domino non
conſentiente, ſi modò ex poſt facto ratum id habeat,
quia ratihabitio mandato æquiparatur. *c. ratihabitio,
10 de Reg. Jur. in 6.* Autor *in C. t. ad SCt. Macedon,
ad L. ult. n. 1. 3. & 4.*

### ad L. Sed Divi. 7.

*SUMMARIUM.*

*Cenotaphium an faciat locum religioſum?*

IN §. *ult. leges præcedentis* quæritur de Cenotaphio,
id eſt, monumento vacuo, an faciat locum religio-
ſum? Quod videtur affirmandum autoritate Virgilii.
Sed negatur in *l. 7. & l. 6. in fine. ff. de Relig.* Aliud
eſt enim religioſum eſſe, aliud deſtinatum ad id, ut
fiat religioſus. Sola illatio mortui humani corporis fa-
cit locum religioſum.

### ad L. Sanctum. eſt. 8.

*SUMMARIA.*

*Quid ſit ſancta res? n. 1.*
*Ob turbationem ſacrorum pœna capitis irrogatur. 2.*

1 SAnctum eſt, quod ab Injuriis hominum exi-
mitur & defenditur, ut muri Civitatis, & portæ,
etiam in Municipiis, quamvis in his violatis pœna le-
vior. *Boër. dec. 232. Menoch l. 2. A. q. caſu 483. Schnei-
dewin. ad §. 10. Inſt. h. t.* Referri poſſunt etiam loca ſacra,
in quibus ſi quis peccet, gravius puniendus eſt, quàm ſi
alio loco peccaret. *Decianus in tract. Crim. l. 6. c. 24. n.*
2 8. Nam interdum turbatio ſacrorum etiam pœnam
capitis meretur Jure Civili *L. 10. C. de Epiſc. Ro-*



Digitized by Google

*land. à Valle l. 2. conſ.* 24. *num.* 1. *Berlich. p.* 4. *concl.* 20. *n.* 28. Dn. Autor *in C. d. t. de Epiſc. ad L.* 10. *num.* 1. & 13. *in Auth. Sed novo jure d. t. C. nu.* 2. 3. & 4. *Finckelth. obſerv.* 72. ubi jure Saxonico mitiorem pœnam obtinere dicit.

## ad L. Sacra loca. 9.

### *SUMMARIA.*

*Res ſacra quomodo fiat? n.* 1.
*Locus ſacer & ſacrarium differunt.* 2.
*Evocatio ſacrorum in ſacrario cur neceſſaria fuerit? ratio deſideratur.* 3.
*Res ſanctæ unde dicantur?* 4.
*An ad refectionem murorum municipalium requiratur conſenſus ſuperioris?* 5.
*Quænam res non recipiant æſtimationem?* 6.

1 PRimò habetur definitio rerum ſacrarum, ſcilicet, quod ſint DEO publicè, id eſt, publica autoritate dedicatæ, & conſecratæ, ſive id in Civitate ſive ruri vel in agro id factum; nam conſecratio facit locum ſacrum. Unde apparet, prædia Eccleſiaſtica ad res ſacras non pertinere. Illud verbum (*publicè*) quod in *pr.* habetur, declaratur *in* §. 1. quod dedicatio fieri debeat à Principe, vel ex ipſius ſpeciali mandato ab alio, quia ſupremum jus in ſacris tem-
2 porale eſt penes Principem. In §. 2. proponitur diſtinctio inter locum ſacrum & ſacrarium. Nam ſacrarium non eſt locus DEO conſecratus, ſed in quo ſa-
3 cra inſtrumenta reponuntur; quorſum autem evocatio ſacrorum neceſſaria fuerit in ſacrario, non apparet; nam ablatis rebus ſacris res deſinit vocari ſacrarium, ſola repoſitio facit ſacrarium, ſola abla-
4 tio facit, ut non ampliùs ſit ſacrarium. In §. 3. agitur de rebus ſanctis, cur ita vocentur, ſcilicet à ſanctione
5 pœnæ, ſicut leges ſanctæ dicuntur. Et quod de muris urbium municipalium dictum in *Lege* 8. id hîc repetitur, & exinde quæritur; an reficere muros municipales liceat, vel aliquid cum eis conjungere vel ſuperponere ſine Principis vel præſidis autoritate? Quod hîc negatur, Autor *ad L.* 3. *n.* 2. *C. de diverſ. præd.* fortè ex hac ratione, quia videri poſſunt municipales aliquid monſtri alere, & rebellionem moliri; nam munitio urbis interdum fit ſub titulo refectionis. Unde patet multò minùs ſine conſenſu ſuperiorum licere municipibus muros de novo exſtruere. Ut putat ſic *Bart.* Sanè hodie non puto, conſenſum ſuperiorum ad
6 refectionem requiri noſtris moribus. In §. *ult.* dicitur rem ſacram non recipere æſtimationem, quia extra commercium eſt. Idem dicitur de Libertate in *l. libertas.* 106. *de Reg. Jur.* & patria poteſtate *l.* 114. § 8. *de Leg.* 1. Unde etiam jus patronatus, quod licèt per ſe ſacrum non ſit, ſacræ rei tamen annexum non poteſt taxari. Si tamen res ſacræ ob neceſſitatem famis aut redemptionis captivorum vendantur, tunc fiunt æſtimables, ut aliæ res non ſacræ. Autor *in C. tit. de SS. Eccl. ad L.* 21. *n.* 6.

## ad L. Ariſto. pen.

### *SUMMARIUM.*

*Locus à mari occupatus licèt in privati dominio fuerit, fit communis.*

QVem locum occupat mare, ita ut non facilè receſſurum videatur, is locus fit communis; licèt antea in privati alicujus dominio fuerit, ſicut è contrario locus communis, cui inædificatur, fit privatus. Publicum autem hîc pro communi ſumitur.

## ad L. Si quis violaverit. fin.

### *SUMMARIA.*

*Muros tranſcendere, quando capitale? n.* 1.
*An idem juris in civitatibus municipalibus?* 2.
*An hic Voluntas pro facto puniatur?* 3.

1 SIquis muros Civitatis Imperatoriæ, vel Imperialis, tranſcendat, animo hoſtili, & tempore belli, reus eſt capitis; nam ita reſtringitur hæc Lex ad has civitates & tempus belli *Vid. Boer. dec.* 232. *Bartol. de Capua*
2 *ſing.* 5. *Lud. Rom. ſing* 743. An verò ad Municipales hoc extendatur, diſputant *Menoch. lib.* 2. *A. Q. caſ.* 483. *Gœdd. ad l.* 5. *n.* 17. *ff. de V. S.* Arbitraria hodie pœna videtur. *Farin. q.* 20. *nu.* 151. *Chriſtin. vol.* 4. *dec.* 149. *in f. Grœnwegen ad hanc l. P. Buſius hic. Berlich. dec.* 70. & *Petrus de Greve hic.* Voluntatem pro facto
3 puniri, colligunt ex fine L. contra *l. cogitationis.* 18. *ff. de pœnis.* Sed verba tranſcendere volnit, ſic interpretantur hic *Bart.* & *Hill. in Don. lib.* 4. *c.* 1. *lit. Z.* quod ſit idem, quod volens & ſponte tranſcenderit, & ſine neceſſitate expediendæ ſalutis.

---

# TITULUS IX.

## *De* Senatoribus.

## ad L. Conſulari fœminæ. I.

### *SUMMARIA.*

*Vir conſularis, vel præfectorius cur præferatur fœminæ conſulari? n.* 1.
*Quænam utilitas hujus quæſtionis, quis dignior ſit* 2.
*An parentes conſequantur dignitatem per filium?* 3.

1 COnſularis vir præfertur in honore fœminæ conſulari, id eſt, uxori viri conſularis. Ratio eſt in præſtantia ſexus, & quia fœmina per alium conſecuta eſt hanc dignitatem, ſcilicet à marito. Sed vir conſularis propria virtute. Idem dicitur in viro præfectorio, id eſt, qui eſt præfectus prætorio, vel urbi, vel vigilum, quod tales etiam præferantur fœminæ conſulari. De quo hiſtoricè cum *Fabro* hîc agit *Bach. ad pr*-
2 *oa.* Sed quæritur de utilitate hujus quæſtionis, quis dignior ſit, *Accurſius* tradit in iis exemplis conſiſtere utilitatem, in quibus dignitatis habetur reſpectus, v. g. in danda dilatione debitori, per *l. majorem.* 8. *ff. de pactis* & in depoſitione documentorum *l. fin. C. de fide*
3 *inſtrum.* Mater autem viri conſularis non habet præferentiam: unde apparet, parentes non conſequi dignitatem à filio & per filium. Exceptio habetur *in l. fin. princ. C. de Metatis l.* 12.

## ad L. caſſius. 2.

### *SUMMARIA.*

*Ob turpe factum ſenatu motus, teſtis vel judicis officio fungi nequit. n.* 1.
*An infamia facti à teſtimonio & judicio repellat?* 2.
*Princeps contra infamiam reſtituere poteſt.* 3.

1 QUi ob turpe factum, quod infamiam importat, ſenatu movetur, quæritur, an teſtimonium dicere in judicio, vel judicis officio fungi poſſit. Vid. quod ſic, quia multi extra Senatum ſunt judices. Sed reſp. cauſa remotionis attendenda, quæ eſt turpis, & Lex Julia hoc prohibet. *hic* & *l.* 6. §. 1. *ff. de Crim.*
2 *Repet.* Unde quæritur, an infamia facti à Teſtimonio & judicio repellat, quod hîc affirmat *Accurſ.* ſed ne-
3 gat hîc *Bach.* Sed additur in textu limitatio, niſi reſtitutus ſit à Principe, qui contra infamiam reſtituere poteſt. Quod non tantùm de Principe ſummo, ſed etiam aliis Principibus Germaniæ intelligo, licèt id neget *Beſoldus p.* 3. *conſ.* 117. Cujus etiam ſententia, quod reſtitutus à Cæſare non poſſit ad munera publica promoveri, meritò mihi diſplicet.

ad

## ad L. Senatorem remotum. 3.

*S U M M A R I A.*

*Senatu motus capite non deminuitur. n. 1.*
*An idem Romæ morari poſſit, quare? 2.*
*Inter infamiam facti & juris an hic diſtinguendum? n.3.*

1 SEnatu qui movetur, nec libertatem, nec civitatem,
nec familiam amittit; ergo capite non deminuitur;
2 ſed quæritur, an Romæ morari poſſit? Videtur quod
non, quia miles ob cauſam ignominioſam miſſus non
poterat Romæ, aut, ubi princeps erat, morari, *l.2. §.4.*
*ff.de his qui not. infam. l.8. §.9. de Excuſ. tut.* fortè quod
Imperatores milites, à quibus compellabantur, ſolíti
fuerint commilitones dicere, ut hic *Bach.* Sed affirm.
quia infamia neminem repellit ab urbe, nulla fortè ci-
3 vitas ab infamibus libera. Nec reſtingenda hæc lex ad
infamiam facti, ut hic *Accurſ.* facit.

## ad L. Qui indignus. 4.

*S U M M A R I A.*

*Ab ordine & dignitate inferiore ob delictum publicum excluſus, ad ſuperiorem non admittitur. n. 1.*
*Quid ſi ob defectum qualitatis ab ordine inferiore excludatur? 2.*

1 QUæritur: an, qui excluſus eſt ab ordine & digni-
tate inferiore ad ſuperiorem admitti poſſit? Vid.
quod non, quia pœnæ reſtringendæ ſunt. Sed aff. quia
ſc. delictum publicum, ob quod quis excluditur, repel-
lit ab omni dignitate, & multò magis à majore quam
minore. v.g. qui non erat dignus recipi in ordinem e-
queſtrem, minus erat dignus, ut reciperetur in Senato-
2 rium. Alias poteſt quis ab ordine inferiore excludi ob
defectum qualitatis, qui defectus tamen non repellit a
majore dignitate. v.g. qui triennium in Academia non
contrivit, repellitur à Canonicatu: Sed quod in Epiſ-
copum eligi vel poſtulari poſſit, non dubito, cæteris pa-
ribus. Unde ſus via hîc eſt *Accurſ.* qui objicit, Principem
excludi à præſidis officio, & tamen non a dignitate ſu-
prema.

## ad L. Senatoris 5.

*S U M M A R I A.*

*In majoratibus an præferatur filius ante dignitatem Patris natus, poſt eam nato? n.1.*
*Conciliatio l. 11. C. de dignit. 2.*
*An hæc lex hodie in totum abrogata? 3.*
*An filia Senatoris potuerit nubere liberto? 4.*
*Ab extraneo adoptatus an dignitatem patris adoptivi conſequatur? 5.*

1 IS etiam Senatoris filius eſt, qui ante adeptam digni-
tatem natus eſt; unde probant, natum ante adeptam
dignitatem, ut in majoratibus, in Feudis regalibus, &
præcipuè Electoralibus, præferri Nato poſt dignitatem
adeptam. *Tiraq. de Primogen. q.31. n.12. Andreas Knichen*
*de Sax. non provoc. Jure. c.3. n.51. & ſeqq.* Dn. Autor *in*
*C.tit.de dignitat. ad L.1. n.14.15. Et t. C. de Advoc. diverſ.*
2 *jud.2. ad L.2. n.2.* Sed valde obſtare videtur *Lex 11. C. de*
*dignit.* Omiſſis autem aliorum reſponſionibus, lubens
adquieſco in ſententia *Carpzovii p.3. conſt.10. def. ult. &*
*lib.6. Reſp.98. n.13. & Duar. diſp. anniverſ.29.* Scilicet
quod poſterior pars priorem corrigat; hoc ſenſu, ſi Se-
natoris filii ante dignitatem adeptam editi privati eſ-
ſent, ut fortè tum aliqui voluerunt, idem etiam de filia-
bus dicendum foret: ſed æquiùs viſum Imperatori pa-
tris dignitatem indiſtinctè prodeſſe. Quamvis dici e-
tiam poſſit particulam *Si*, initio *dictæ legis* 11. deeſſe,
librariorum culpâ omiſſam. *Franck. ad hunc tit. n.17.*
Et Legis hujus deciſionem ad opifices, Meiſters Sohne/ 3
etiam extendit *Carpz.* ſed videtur *Grœnwegen*, qui ſe
refert *ad not. l.11. C. de Dignit.* hanc legem de Senatori-
bus abrogatam dicere; quod fateor, quatenus de Sena-
toribus Romanis loquitur, ſed quandocunque aliquis
ſplendor ex Lege vel ſtatuto ad liberos deſcendit à Pa-
rentibus, meritò hæc lex omnino adhuc alleganda eſt
juxta *Carpz. d.l.* Senatoris filia non poterat nubere li- 4
bertino, ſed ſi de facto faciat, matrimonium eſt nullum,
*per l. humilem. C. de inceſt. nupt. ibique* Dn. Autor *n. 1.*
Sed pone, patrem Senatu motum eſſe, quæritur, an
jam valeat matrimonium? Vid. quod ſic, quia jam non
videtur filia Senatoris. Sed neg. valere. Sicut enim ca-
lamitas patris non nocet filiæ, ita ei prodeſſe non de-
bet. Quod autem dicit, nihil intereſſe à quo adoptetur. 5
id fortè diverſis dignitatis gradibus vel etiam de hono-
rariis Senatoribus. Fortè etiam hoc additum a Tribo-
niano, ut putat hic *Bachov.* ita ut ab extraneo adopta-
tus, licèt non tranſeat in familiam; dignitatem tamen
Patris adoptivi conſequatur. Verbum (*qualiter*) poteſt
ad diverſas ſpecies adoptionis referri.

## ad L. Senatoris filius. 6.

*S U M M A R I A.*

*Filius adoptivus Dignitatem Senatoriam per adoptionem quæſitam amittit per emancipationem. n. 1.*
*Non item filius naturalis, uti nec per adoptionem. 2.*

DIgnitas Senatoria, quam conſequitur per adoptio- 1
nem filius adoptivus, non diutius durat, quàm
durat adoptio. Nam ſi emancipetur, ceſſat etiam effe-
ctus adoptionis, ſcilicet Dignitas illa per adoptionem
tributa *per hanc l. & l.13. ſupr. de Adopt.* Firmius jus eſt 2
filii naturalis, nam hic non amittit dignitatem per eman-
cipationem *per l.13. ff. de adoption.* nec per adoptionem, ſi
v. gr. Senator det filium ſuum in adoptionem Viro infe-
rioris Ordinis, quia Adoptio auget dignitatem, non mi-
nuit *l.35. de adopt. Et.* Dn. Autor *in C.d.t. ad L.7. n.2. & 3.*

## ad L. Emancipatum. 7. §. 1. 2. & 3.

*S U M M A R I A.*

*Senatoris filius emancipatus an adhuc pro tali habeatur? num. 1.*
*Si Senator Pater ex ordine motus ſit, filius tamen ejus gaudet privilegiis. 2.*
*Idem obtinet, ſi Pater ex collegio ejectus ſit. 3.*
*Filius Senatori ob crimen Senatu moto natus, an fruatur privilegiis Senatorum filiis competentibus? 4.*
*Nepoti ex filio Senatu moto ante conceptionem illius, an avi Senatoris dignitas proſit, nec obſit patris calamitas? 5.*
*Conciliatur l.11. C. de Quæſtion. 6.*
*Patre ex culpa amittente feudum, an hoc nepos retineat ex perſona Avi? 7.*

SEnator filium ex uxore genitum emancipat, an pro 1
Senatoris filio habendus? Reſp. affirm. quia eman-
cipatio non aufert ea, quæ à natura ab ortu compe-
tunt. Si Senator moveatur ordine, & eo tempore filius 2
conceptus ſit vel natus, pœna patris non nocet filio, ſed
filius habetur pro Senatoris filio. Autor *in C. tit. de*
*Dignitatibus. n.16.* Hoc omnino notandum pro libe-
ris degradatorum, depoſitorum, vel quibus Nobilitas
adempta, vel qui ex collegio ob delictum ejecti, id fu-
turis liberis ſed non natis, imò neque conceptis no-
cere. Ideoque cùm Pater eſſet ejectus ex Collegio 3
propter delictum, filium tamen gaudere beneficiis,
quæ opificum filiis per ſtatutum data, rectiſſimè
decidit *Carpz. p. 3. dec. 298. Ad §. ſi quis 2.* Senator 4

movetur Senatu ob crimen, poſtea naſcitur ei filius,
quæritur, an hîc fruatur privilegiis, quæ aliàs Senato-
rum filiis tributa in jure communi vel ſtatutario? Et
quidem quæritur de eo caſu, quando conceptus ſuit
patre adhuc in dignitate ſedente; nam ſi poſt amiſſam
dignitatem conceptus ſit, res caret dubio. Sed ſi con-
ceptus ſit ante amiſſam dignitatem, videtur etiam ami-
ſiſſe filius dignitatem. Autor *in C. tit. de Dignitatibus n.*
17. Sed negatur hoc, ratio *in l. qui utero. 7. ſupra de ſtatu*
*hom.* conceptus quoad commodum ſuum habetur pro
5 nato. *In §. Sed ſi pater 3.* quæritur, ſi quis Senator ha-
beat filium & hunc ipſum Senatorem, & ex hoc filio
nepotem, filius à Senatu moveatur, antequam conci-
piatur nepos, an obſit nepoti calamitas patris. Vid. quod
ſic, quia pater non potuit tranſmittere honorem, quem
tempore conceptionis non habuit. Sed Neg. quia Lex
Julia complectitur filium & nepotem per *l. 44. ff. de*
*Ritu nupt.* ibi: *qui Senator eſt quive filius nepoſve &c.*
Ergo ex L. Julia Nepos etiam habet privilegium, non
ex patris, ſed ex Avi perſona. Ergo ex verbis Legis ca-
lamitas patris non poteſt nocere nepoti, ſed potius ei
6 prodeſt avi dignitas. *Bach. hic.* Sed obſtare creditur *l.*
*11. C. de Quaſt.* Variè reſpondet *Accurſius* & *Bart.* ſed
non adeo ſufficienter, hîc de nepote poſt ademtam dig-
nitatem nato. Neque ſatisfacit reſponſio *Bachovii*, quod
hoc ex verbis Legis Juliæ veniat. Nam cur non idem
Lex in tortura conſtituit, ut filius nepoſve Senatoris
eſſet à quæſtionibus immunis. Fortè dici poſſit, tortu-
ram ad eruendam veritatem & publica crimina punien-
da eſſe inventam, Autor *in C. tit. de Quaſtionib. ad L. 3.*
*n. 3.* & ideo immunitatem non fuiſſe extendendam.
7 Colligit hîc *Acc. & Bart.* quod ſi pater ex culpa amittat
feudum, quod hoc retineat ex perſona Avi nepos. Sed
id dubium ob *c. un. lib. 2. feud. tit. 31.* niſi intelligant de
filio culpam committente antequam feudum ſit adeptus.

## ad L. Fœmina. 8.

### *SUMMARIA.*

*Fœmina ſequitur conditionem mariti. n. 1.*
*Liberi ſuſcepti à Patre nobili, matre ignobili nobiles naſ-cuntur. 2.*
*Vidua impudicè vivens an perdat dignitatem mariti? 3.*
*Nobilitas eſt vel congenita vel adſcititia. 4.*
*Quando adſcriptitius ducit adſcriptitiam, Domino vindi-cante maritum, uxor ſequi tenetur. 5.*
*Quando adſcriptitius ducit uxorem liberam, ignorantem conditionem mariti, quis juris? 6.*

1 FOemina ſequitur conditionem mariti, Autor *in C. tit.*
*de Nuptiis ad L. 10. & L. 28. n. 4. & 5. Et in tit. C. de*
*Dignit. ad L. 1. n. 3. & 6. & 9. Et ad L. 10. n. 9. & 10. C. de*
*Re Militari.* & ita etiam nobilis cenſetur ex Mariti no-
bilitate, licèt ipſa ignobilis nata ſit. *Sixtin. L. 2. conſ.*
*Marpurg. 9. n. 36. Carpz. Juriſpr. Eccleſ. l. 2. def. 270. n. 7.*
2 Et ideo liberi ex tali matrimonio nati, ſunt verè nobi-
les, & in feudis Imperii & Electoratus ſuccedunt, te-
ſte *Carpz. L. 2. Juriſpr. Eccl. d. 11. & d. 56. n. 12. Rein-*
*kink. de Regim. Eccl. &c. L. 1. claſſ. 5. c. 11. n. 23.* & ſic
etiam in aliis provinciis Imperii Romani. Et hanc dig-
nitatem retinet, etiam ſoluto matrimonio, donec Viro
ignobili nupſerit, vel donec inhoneſtè vivere incipiat.
*Tiraq. de Nobil. q. 18. nu. 13. Menoch. l. 2. Arb. q. caſu*
*288. n. 26. Guido Papa Dec. 3. 79.* Autor *in C. tit. de Dig-*
*nit. ad L. 1. n. 3. & ſeqq. Et ad L. 10. n. 1. ſeqq. Et ad L. 28.*
*n. 4. C. de Nuptiis.* idque etiam de immunitate à tortura
in criminibus non exceptis ſtatuit *Dn. Tab. de Tortura*
3 *c. 5. n. 36.* Et licèt vidua impudicè vivens non poſſit do-
rem perdere, per tradita *Carpz. in pract. Crim. q. 65. n.*
*49. & ſeqq & p. 2. dec. 181. n. 7.* non tamen ob id retinebit
dignitatem mariti. Et ideo non poteſt privilegio mariti
frui, ut vult *Carp. d. dec 181.* quippe dos eſt patrimo-
nium proprium viduæ. Dignitas mariti eſt adſcititia
dignitas. Probant Dd. citati ſuam opinionem *ex l. his*
*ſolis. C. de Revoc. don. & nov. 9. c. 2. conf. Covar. pr. qq. c. 7.*
*n. 1.* Duplex ergo Nobilitas, alia congenita, alia adſci- 4
titia; quarum illa hac eſt præſtantior cæteris paribus,
quod hæc facilius amittatur, ut *ex hac lege* probat *Ti-*
*raq. d. l. n. 12. Ex hac etiam Lege* probatur, ſi ex noſtris 5
hominibus propriis aut adſcriptitiis ducat alibi uxorem,
quod ſi vindicetur, maritus, uxorem teneri ſequi mari-
tum, ita tamen, ut Dominus uxoris accipiat certam
æſtimationem ancillæ, & viduæ renuptæ, quod quo-
modo faciendum, vid. *Mevius p. 2. dec. 231.* Sanè ſi ho- 6
mo proprius alibi duxerit viduam habentem prædia &
immobilia, hæcque illi bona fide vinculi ignara nupſe-
rit, difficilis erit vindicatio: ſed hoc caſu æquiùs eſt,
favore matrimonii, dominum, qui adſcriptitium vindi-
cat, accipere mariti æſtimationem, ut factum ſcio. Quid
juris aliàs in noſtris Adſcriptitiis quod matrimonium.
Vide Autorem *ad L. 3. n. 9. C. Soluto Matrim.*

## ad L. Filiam. 9.

### *SUMMARIA.*

*Matrimonium inter filiam Senatoris & libertinum an ſit probibitum? n. 1. & 3.*
*An tale matrimonium ex eo tempore quo pater Senatu motus, reddatur validum? 2.*

FIlia Senatoris nubit Libertino, ſed illud matrimo- 1
nium eſt jure invalidum. Sed quid ſi pater Senator
Senatu moveatur, an tunc ex eo tempore validum red- 2
datur matrimonium? Videtur quod ſic, quia ceſſare vi-
detur impedimentum. Sed negatur quia, ſecuta macu- 3
la patris dignitatem filiæ antea natæ non tollit. Sed ju-
re novo hoc matrimonium, ſi haberemus libertinos, non
eſſet prohibitum. *Auth. ſed novo. C. de Nupt. ibique* Dn.
Autor *n. 3. & 4.*

## ad L. Liberos. 10.

### *SUMMARIUM.*

*Quinam dicantur liberi Senatorum?*

PEr libero Senatorum non tantùm liberi primi gradus, ſed etiam ex his nati, & qui ex adoptivis liberis Senatoris naſcuntur, vocantur liberi Senatorum. Autor *ad L. 1. n. 59. C. de Decur.* Sed aliud in nato ex filia, qui ſequitur conditionem non Matris, ſed Patris.

## ad L. Senatores. 11.

### *SUMMARIUM.*

*Quoad Juriſdictionem & munerum delationem ratio habetur domicilii accidentalis, non originis.*

SEnator creatus non admittit prius domicilium, ſed adquirit novum. Sed jure novo domicilium accidentale non tantùm in Juriſdictione, ſed munerum delatione attendi, non verò prius originis domicilium, rectè tradunt *Paurm. l. 2 de Juriſd. c. 8. n. 37. Zang. de Exc. p. 2. c. 1. n. 28. & hos allegans Hilliger. in Donell. l. 17. c. 12. lit. B. & conſ. Grænwegen. ad l. 3. C. de Municip. & orig.*

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*Fæmina nobilis inferioris conditionis marito nubens amittit privilegia. n. 1.*
*Quod limitatur. 2.*
*Inter Senatores Roman. an & illuſtres referendi? 3.*
*Nobiles an torqueri poſſint? 4.*

Fœmina

1 FOemina nobilis, ſive talis ſit à natalibus, ſive à con-
jugio mariti oobilis, inferioris conditionis marito
nubens, amittit privilegia, Autor *in C. tit. de Dignit. n.4.*
& in ſpecie, ſi ex ſtatuto pœna mitior nobili indicatur.
2 vid. *Tiraq. de Nobilit. q.18. per totam.* Sed limitatur hîc,
niſi Imperator nobilitatem conſervet fœminæ extra no-
bilitatem nubenti. §. 1. à Triboniano interpolatum eſſe
putant *Cujac. ad l.1. C. de Dignit. & Bach. hic p.303.*, parti-
culam (*uſque*) autem incluſivè accipiendam eſſe puto.
Autor *in C. t. de Prærurat. ad L. 25. n.2.* De illuſtribus
3 & ſuperilluſtribus circa hanc legem aliquid proponit
*Hier. Cagnolus in repet. l.2. ff. de Orig. jur. n.96.* Viri illu-
4 ſtres & Nobiles coram quo conveniri & an torqueri
poſſint docet Autor *ad L.3. n.1. & 2. C. Ubi Senatores.*
*Et ad tit. Cod. de Decurionib. n.145.*

---

## TITULUS X.

### *De Officio Conſulis.*

*SUMMARIA.*

*Conſulis officium ſpectat potiſſimum ea, quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis. n. 1.*
*Voluntaria juriſdictio interdum cognitionem cauſæ requirit. 2.*
*An coram eodem Magiſtratu, qui cauſam cognoſcit, & ipſum negotium expediendum? 3.*
*Manumiſſio an coram uno Conſule fieri potuerit & quare? 4.*

1 COnſulis officium continet potiſſimum ea, quæ ſunt
voluntariæ Juriſdictionis, licèt in liberalibus cau-
ſis, *per l.27. ff. de lib. cauſ. l.4. ff. ſi ingenuus eſſe dicatur* &
aliis fortè, etiam contentioſam Juriſdictionem habue-
rint. *Dn. Struvius ad hunc tit. th.10.* Sed notabile eſt *ex*
§.2. quod ſi Conſul fortè minor ſit 20. annis, non po-
teſt apud ſe manumittere, niſi causâ manumiſſionis apud
Collegam probatâ. Atque ſic non obſtat *L.18. §.1.20. §.*
*fin. ff. de Manum. vind.* quiâ hîc apud Collegam tantùm
cauſa cognoſcitur. *Vid. Hill. & quos hic allegat in Don.*
2 *l.2. c.15. lit. C. & Petr. de Greve hic.* Obiter nota, volun-
tariam Juriſdictionem interdum requirere cognitionem
cauſæ, & ad hanc alterius Magiſtratus autoritate opus
eſſe. Sic non valeret inſinuatio donationis quingentos
ſolidos excedentis, ſi ipſi donatario donatio inſinuare-
tur, cùm inſinuatio cognitionem cauſæ requirat, & ju-
dicem competentem. *l.32. C. de Donation.* Autor *in C. d.*
3 *t. ad L.27. n.1. & ſ.* Sed ſi cognitio cauſæ requiratur, non
poteſt hæc ab ipſa negotii expeditione ſeparari, ſed co-
ram eodem Magiſtratu, qui cauſam cognoſcit, etiam
ipſum negotium, propter quod cognitio ſit, expedien-
dum eſt, niſi neceſſitas compellat, ut coram alio expe-
4 diatur §.1. *hujus legis.* Colligitur ex hac lege, non fuiſſe
neceſſe, ut manumiſſio fieret coram ambobus Conſuli-
bus, ſed poterat coram uno fieri, coram quo ſcilicet no-
mina manumittendorum profeſſa erant *Bach. hic.* Nam
publica pleraque graviora collegialiter geſta probabile
eſt.

---

## TITULUS XI.

### *De Officio Præfecti Prætorio.*

ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*Præfectus Prætorio quis? n. 1.*
*Cur à Præfecto Prætorio appellari non potuerit. n. 2.*
*Per ejus ſententiam condemnatus non poteſt reſtitui ab alio judice. 3.*

PRæfectus prætorio prætorianorum militum & aulæ 1
præfectus, cui univerſalis juriſdictio & merum Im-
perium univerſè commiſſum, non pro parte. Et ejus
duo hic recenſentur privilegia. (1) Quod ab eo appella- 2
ri non poſſit, Autor *ad L.19. n.1. C. de Appellat.* quia cre-
didit Princeps, eos, qui ob ſingularem induſtriam, ex-
plorata eorum fide & gravitate, ad ejus officii magni-
tudinem adhibentur, non aliter judicaturos eſſe pro ſa-
pientia à luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret judicatu-
rus. Autor *in C. tit. de offic. Rector. Prov. ad L.3. n.1.* (2)
Quod qui per ejus ſententiam condemnatus, reſtitui ob 3
ætatem ab alio judice non poſſit. *conf. Guido Papæ ſing.*
*661.* Et hoc locum habere poteſt in omnibus Magiſtra-
tibus ſupremis, Principi proximis *Capyc. dec.130. n.45.*
judicat etiam ſecundùm conſcientiam. *Guido Papæ dec.*
*29. n. 1.* Nec tamen poteſt condere legem derogantem
Juri communi. *Rom. conſ. 218. n.6. & 12. Riminaldus*
*conſ.193. n.9. & conſ.373. n.8.* Autor *in C. h. t. ad L.2. n.3*

---

## TITULUS XII.

### *De Officio Præfecti Urbi.*

ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Ad Officium Præfecti urbi quænam ſpectabant? n. 1.*
*Res & perſonæ præſumuntur eſſe ejus, in cujus territorio ſitæ ſunt. n. 2.*
*Prælatus petens decimas in aliena parochia, debet allegare titulum. 3.*
*Idem in oppido agente contra dominum territorii. 4.*
*Omnes in civitate onera ſubeant, niſi exemptionem probent. 5.*
*Juriſdictio ſupremi Tribunalis per totam provinciam eſt fundata. 6.*
*Res intra limites feudi reperta præſumitur feudalis. n. 7.*
*Jus venandi inter Regalia refertur. 8.*
*Cuinam præſumatur jus Patronatus competere? 9.*
*Quiſnam cenſeatur loci in medio ſiti dominus eſſe? 10.*
*Quando præſumptio hæc locum habeat? 11.*
*An Domino ſervum adulterium cum hera committentem occidere liceat? 12.*
*Ad officium Præfecti urbi pertinet etiam cognitio civilium quorundam negotiorum. 13.*
*De tutore ſuſpecto quis cognoſcat, quis pœnam dictet? 14.*
*Prælatus ob delictum gravius non tantùm deponi, ſed etiam ad judicem Criminalem ad ulteriorem pœnam remitti poteſt. 15.*
*Quodnam remedium ſervi, ſi crudeliter tractetur? n. 16.*
*In Nummularios cui juriſdictio competebat? 17.*
*Quæ pœna liberti patronum criminis alicujus accuſantis vel cum inimicis Patronis conſpirantis? n. 18.*
*Vaſallus feloniam committit, ſi cum inimicis domini amicitiam contraxerit. 19.*
*Ob publicam utilitatem Magiſtratus ſubditos compellere poteſt ad vendendum. 20.*
*An Civitati municipali permiſſum ſit, pretium grani ſtatuere. 21.*
*Ad quietem populi tuendam quænam obſervare habeat Præfectus urbi? 22.*
*Stationarii milites ad quem finem requirebantur? n.23.*
*Occulti denunciatores & exploratores à Magiſtratu conſtituti quam utilitatem præſtent? 24.*
*Præfectus urbi poteſt etiam ex tota Italia relegare. n. 25.*
*An Magiſtratus hodie ultra ſuam provinciam aliquem relegare poſſit. 26.*
*Præfectus urbi potuit alicui interdicere certam regionem urbis. 27.*
*Magiſtratus hodie quoque ad rumores ſcandaloſos ſopiendos perſonam ſuſpectam jubere poteſt, ut aliorſum ſe conferat. 28.*



Digitized by Google

*Quod exempla declaratur. 29.*
*Præfectus urbi aliquem negotiatione vel profeſſione certæ artis &c. etiam in perpetuum prohibere poterat. 30.*
*Non obſtat l. fin. de pœn. n.31.*

1 PRæfecto urbi cuſtodia urbis erat commiſſa &
animadverſio criminum in urbe non tantùm, &
in ſuburbiis, ſed etiam in Italia intra centeſimum la-
pidem commiſſorum. Sed in ſpecie ei commiſſa erat
cura nonnullorum negotiorum, in ſpecie coercitio
ſervorum, & defenſio eorum contra Domini crude-
litatem vel obſcœnitatem, de quo *in* §. 8. *h. l.* item ſi
ſervus Domino dederit ſui pretium, ut manumitte-
retur; item ſi ſervus pecuniam alteri dederit, ut ema-
tur & tum manumittatur §.1. *h. l.* juncta *l.* 53. *in fine.
de judic.* Sed & libertinorum cura ipſi commendata,
ut ſcilicet liberti ſuis patronis alimenta præſtent. *l.
fin. ff. de Lib. agnoſc.* & honorem præſtent. §. 2. *h. l.*
Et habebant poteſtatem relegandi & deportandi in in-
ſulam certam, quam Princeps adſignaverit. §. 3. *h. l.*
In §. 4. dicitur, quicquid intra urbem admittitur, vel
intra centeſimum milliare, ad præfectum urbi pertine-
2 re: unde colligere ſolent Dd. quod res & perſonæ in
territorio alicujus ſitæ ejus eſſe præſumantur quoad Ju-
riſdictionem, cujus eſt Territorium, niſi exemptio pro-
betur. *Meiſchnerus tomo* 3. *decis.* 23. *n* 10. *Klock. conſ.*
10. *n.*1. *vol.*1. *Dn. Mevius*, *p.* 2. *dec.* 313. *n.*4. *& dec.*
314. *n.*8. *Dn. Richter. vol* 2. *conſ.*1. *n.* 13. Autor *in C.
tit. de Nautis. Tyber. ad L.un. n.*3. *& tit. ubi cauſa fiſ-
cal. ad L.* 8. *n.* 5. & incola in dubio eſt ſub juriſdictio-
ne Senatus, niſi aliud actum. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 309.
& cujus eſt bonorum univerſitas, fundatam intentio-
nem habet quoad omnes res, quas comprehendit.
*Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 27. Sic hoc ſæpe allegatur in jure
3 Dan. v. g. Prælatus allegans, ſe præſcripſiſſe decimas
in aliena parochia, debet allegare titulum in hac ſpe-
cie, quia decimæ ad eum pertinere videntur, cujus
eſt parochia. *Covar. in C. poſſeſſores. p.* 2. §. 5. *n.* 2. *&
lib.*1. *reſol. c.* 17. *n.*7. *Joh. Gutierrez. l.* 2. *can. q. c.* 21.
*n.*67. *Joh. Balthaſ. tit.*9. *reſol. Bavar. reſ.*8. *n.* 19. Sic
4 oppidum agens contra Dominum Territorialem Ju-
riſdictionem habentem in puncto retinendæ poſſeſſio-
nis, (niſi antiqua ſit poſſeſſio) præter actus poſſeſſo-
rios, debet etiam titulum probare; quia præſumptio
pro eo eſt, cujus eſt Territorium. *Menoch. remed.* 3.
*retin. poſſ. n.*590. *& ſeqq.* & oppidum vel alia perſona à
Principe ſpoliata & exuta juriſdictione, non poteſt re-
ſtitui, niſi titulum docuerit, quia præſumptio eſt pro
Domino, cujus eſt Territorium. *Matth. Steph. de Juriſd.*
5 *lib.*2. *p.*1. *c.*7. *n.* 78. *& ſeqq. & n.* 110. Sic quoad one-
ra & munera Civitatis, Magiſtratus fundatam inten-
tionem habet adverſus omnes, qui ſub illa degunt &
bona poſſident. *Dn. Mevius p.* 3. *dec.*155. adeo ut licèt
aliqui ea aliquandiu non dependerint, tamen ſubire
debeant, niſi poſſeſſio immunitatis fuerit longiſſimi
temporis, vel brevioris quidem, ſed titulata. *Dn. Mev.
p.* 4. *dec.* 210. Sic quando cauſa ob aliquam probabi-
lem rationem in inferiori judicio cognoſci non poteſt,
ſupremum Tribunal in prima inſtantia adire licet. Nam
6 hujus Juriſdictio in tota provincia eſt fundata, & de-
fectus aliarum ſupplet. *Dn. Mev. p.* 1. *dec.* 238. Sic
7 etiam quando de qualitate hujus, vel illius rei quæ-
ritur, an ſit feudalis, præſumitur ea ſi intra limites
feudi à Domino conceſſi reperiatur, donec contra-
rium probetur. *Afflictus dec.* 129. *&* 255. *& quos refert.
Franc. de Clapperiis p.* 2. *Cauſ.* 50. *q.* 2. *n.* 2. *& p.* 2.
8 *Cauſ.* 61. *q. un. & cauſa.* 74. *q.* 1. Sic quia jus venandi
præſertim majores feras penes Principem, ejuſque re-
galia. *Meiſchnerus t.* 3. *dec.* 33. *n.*87. *Knichen de pactis
inveſtit. p.* 2. *c.* 2. *n.*38. *Wehnerus in voce* Forſtrecht;
Dn. Autor *in C. tit. de Venat. ferar. ad L. un. nu.* 4.
Ideo non debet aliquis defendi in poſſeſſione ejus Ju-
ris, quod ſoli Principi conceditur. *Covar. in pract.
qu. c.* 17. *n.*6. *Menoch. Rem. ult. ret. poſſeſſ. n.* 24. Et
ita reſponſum à noſtra Facultate menſe Martio Anno
1661. Et à Lipſienſibus etiam ita reſponſum eſſe me-
mini. De Jure patronatus dubito, an idem dicen- 9
dum; cùm hoc Jus non pertineat ad jura Epiſcopalia
vel Regalia, ſed Jure communi competat ex ædifica-
tione & reparatione. Huc ſpectat, quod Juriſdictio 10
alicujus loci in medio ſiti, cenſeatur ejus eſſe, qui
circumjacentium locorum Juriſdictionem habet. *Hier.
de Monte in tr. de finibus. c.* 83. *pr. Pruckm. v.* 1. *conſ.*
27. *n.*4. *Cravetta p.*4. *conſ.*615. *n.*1. Quæ præſumptio 11
tamen potius in petitorio quàm poſſeſſorio locum ha-
bet *Klock. pr. conſ.* 95. *n.* 3. *In* §. 5. agitur de ſervo 12
adultero, qui heræ ſuæ ſtuprum intulit; hunc olim
licebat domino occidere; hodie verò non putarim
etiam jure Juſtinianeo licere, niſi in Adulterio depre-
henderit eum dominus. Igitur præfectus Urbi in hunc
ſervum animadvertet. Sed & in civilibus nonnullis 13
negotiis cognoſcere poteſt, maximè de violentia, ut
dicitur *in* §. 6. Quod tutores ſuſpectos attinet, ejus 14
rei cognitio ad prætorem pertinet, ſed ſi ingens do-
lus tutoris appareat, quod hic *in* §.7. exemplis in textu
planis declaratur, tunc prætores, qui non habebant
criminalem juriſdictionem, ſolebant tutorem punien-
dum remittere ad præfectum urbi, cujus rei ſæpe fit in
materia tutelari mentio. Autor *in C. tit. de offic. Prætor.
ad L.*1. *n.*4. Ex quo hic *Bartolus* concludit, Prælatum 15
ob delictum gravius non tantùm deponi, ſed etiam ad
judicem criminalem ad ulteriorem pœnam remitti
poſſe. Quamvis autem ſervus nec convenire Dominum 16
nec accuſare poſſit, niſi in quibuſdam caſibus, de
quibus *in l.* 53. *ff. de jud.* per modum tamen querelæ
ad præfectum Urbi recurrere poteſt, & queri, ſe cru-
deliter vel obſcœnè tractari, ſibi alimenta denegari,
& præfectus Urbi ſervo debet ſua autoritate ſuccurre-
re. §.8. In Nummularios id eſt collybiſtas, & qui per- 17
mutandis pecuniis operam dabant, & Argentariis infe-
riores erant, juriſdictio præfecto urbi quoque compe-
tebat, qui ad fraudes erant adſueti quorum fraudibus
obviandum, §. 9. De liberto in patronum contumelio- 18
ſo cognoſcit præfectus urbi, adeo ut ſi probetur, ſer-
vum patronum criminis alicujus detuliſſe, vel accuſaſſe,
vel cum inimicis patroni conſpiraſſe, etiam damna-
tionem in metallum tali liberto imponere poſſit per
§. 10. Unde hîc *Gloſſa* colligit, feloniam committere 19
vaſallum, ſi cum inimicis Domini amicitiam contra-
xerit, & ſolenne eſt argumentum a liberto ad vaſallum.
De qua cauſa agitur. *lib.* 2. *feud. tit.* 57. Quamvis au-
tem nemo ad venditionem rei ſuæ ſit compellendus.
*L.*11. *C. de contrah. Emt. ibique.* Dn. Autor *n.*1. *& ſeqq.
& in tit. C. ult. nemini lic. in empt. ad L. un. n.*2. *Et tit. de
Contract. Jud. ad L. un. n.* 3. nec quis compelli poſſit,
ut certo pretio vendat. *L. nemo.* 9. *C. de Judæis.* Ad
utrumque tamen ob publicam utilitatem præfectus 20
Urbi, & hodie omnis Magiſtratus ſuperior ſubditos
compellere poteſt ad vendendum, ubi de victualibus
ſermo. § *cura carn.* 11. *h. L. Fabianus de Monte in tract.
de empt. q.* 3. *n.*33. *Covarr. lib.*3. *reſol. c.*14. *n.*1. *Gomez.
t.*2. *reſol. c.*2. *n.*52. *Surdus de alimentis t.* 1. *q.*77. Au-
tor *ad L.* 11. *n.*2. *C. de Contrah. empt. Et ad L.*16. *n.*5.
*C. de Jure deliber. Et ad l.*1. *n.*7. *C. de condit. in publ.
n.*22. *Et ad L.* 1. *nu.*6. *C. de frum. urbis Conſtant.* Sed 21
ordini Civitatis & decurionibus permiſſum non eſt,
pretium grani, quod invehitur, ſtatuere. *L.* 3. §. 1. *ff.
Ad L. jul. de annona*; ſed hoc moribus non obſervari,
tradit *Petr. de Greve hic*, *& Paulus Buſius.* Quod non
admitto generaliter, niſi civitas haberet juriſdictio-
nem in vicinos pagos & ruſticos, quia ne ſic quidem
is regulariter poſſet ſubditorum grana pro lubitu taxa-
re, *vide not.* DNI Autoris *n un. ad d. l.*3. §.1. Sed id
de frumento intelligo. Sed ſecundùm proportionem
pretii frumenti, aliarum rerum pretia à Magiſtratu
taxari poſſe, receptum, de quo *Klock. de Ærario l.* 2.
*c.*112. Pertinet quoque ad curam Præfecti Urbi quies 22
populi, ad quem finem cavebit 1. ne in ſpectaculis pu-
blica

blica quies turbetur. 2. ut ſtationarios milites diſpoſi-
tos habeat per quos publicam quietem tueatur. 3. ut
habeat ſuos emiſſarios & exploratores, à quibus quid
23 agatur diſcere & reſciſcere poſſit in §. 12. *h. l.* Et puro
diſpoſitionem ſtationariorum militum non tantùm ad
ſpectacula eſſe reſtringendam. Nam turbæ licèt fre-
quenter in ſpectaculis à factioſa plebe excitati ſolitæ
fuerint: experientia tamen docet, quod turbæ etiam
24 alia occaſione cieri poſſint. Colligo *ex hoc* §. quod
non ſit iniquum, ſi Magiſtratus habeat occultos de-
nunciatores & exploratores, per quos reſcire poſſit,
quid ubique agatur, quod in Gedanenſium celebra-
tiſſima Republ. fieri accepi. Nam ita multa ſcelera im-
pediri poſſunt, & commiſſa explorati, & explora-
ta puniri, ne Deus ulciſcatur. Multæ factiones &
25 conſpirationes deteguntur &c. Præfectus Urbi poteſt
ex urbe relegare & ex tota Italia, per §. 13. *h. l.* Au-
tor *ad L.* 8. *n.* 5. *C. Ubi cauſa fiſcal.* quamvis aliàs de
iis tantùm, quæ intra centeſimum milliarium admiſſa
26 ſunt, cognoſcere poſſit. Ex quo infert *M. Steph. ad
Nov.* 53. *n.* 4. interdum poſſe Magiſtratum relegare
aliquem ultra provinciam ſuam, quod hodie ſolet
fieri, ubi quis vice Principis judicat. *vid. not.* DNI
27 Autoris *ad l.* 7. §. 10. *ff. de interdictis & releg. nu.* 2.
Porro dicitur hîc, Præfectum Urbi poſſe interdice-
re alicui certam regionem urbis, ſiquidem Romano-
28 rum Urbs in 14. Regiones erat diviſa. Unde conſul-
tum eſſe hac occaſione judico, ut ſi perſona ſuſpecta
alicubi moretur, & ſiniſtri ſermones ſpargantur ſine
certo Autore, Magiſtratus præmiſſa informatione ju-
beat perſonam ſuſpectam, ut in alium ſe conferat lo-
cum, eo tantùm fine, ut tales rumores ſcandaloſi ſo-
piantur. Magiſtratus enim nihil imputat perſonæ illi,
29 ſed materiam rumoris plebi ſubtrahit. Quod exemplo
declaro. Utitur juvenis aliquis alicujus civis ædificio
& menſa, ſparguntur rumores de nimia iſtius juvenis
cum Hoſpita familiaritate. Auditis ſuſurris Magiſtra-
tus poteſt & debet injungere juveni, ut de alio ſibi
proſpiciat diverſorio, ut materia rumoris adimatur
30 plebi & ſcandalum evitetur. Poterit etiam præfectus
urbi negotiatione, vel profeſſione certæ artis, vel Ad-
vocatura aliquem prohibere ad tempus vel in perpe-
31 tuum, vel etiam ſpectaculorum uſu. Sed ei, quod de
perpetua interdictione profeſſionis dicitur, opponi ſo-
let *l. fin. ff. de pœnis.* Sed *d. l. ult.* agit de præſide, *no-
ſter* §. de præfecto urbi, licèt aliter *ad hunc* §. reſpon-
deat *Bachov.*

## ad L. Pen.

### *SUMMARIUM.*

*Cura præfecti urbi circa Argentarios non tantùm in criminalibus, ſed etiam pecuniariis cauſis occupata.*

UT circa Nummularios occupata eſt cura præfecti urbi, ita & circa argentarios, non tantùm in criminalibus; nam hoc genus hominum multa per fraudem egiſſe fertur; ſed etiam in pecuniariis cauſis.

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*Præfectus urbi poteſt etiam extra territorium judicem dare. n.* 1.
*Idem fortè poteſt Rector Academiæ.* 2.

1 PRæfectus urbi, licèt extra Territorium ſuum non
poſſit coercere facinoroſos, poteſt tamen extra
territorium conſtitutus judicem aliquem dare, qui in
2 territorio jus dicat. *Cum Coraſio Dn. Struvius, ad hunc
tit. in fine.* Unde colligi fortè poſſit, Rectorem Aca-
demiæ non poſſe quidem extra Acad. cognoſcere cau-
ſas, ſed tamen aliis delegare poſſe cauſas, qui in loco
Academiæ judicarent. Et qui in alterius territorio vel
Juriſdictione Juriſdictionem exercet, videtur injuriam
illi inferre. *arg. L. hujus & l. fin. ff. de injuriis.* Unde
qui puerum in alieno diſtrictu ceperat, eundem reſti-
tuere non tantùm juſſus, ſed etiam actione injuriarum
tenetur, imò etiam de vi publica, & de ambitu, ſi
accedant arma. *Guido Papa dec.* 413. *n.* 2. *Gail. lib.* 1. *de
pace publ. c.* 16. *n.* 27. *& ſ. Menoch. rem. 3. retin. poſſ.
num.* 606. *Weſenbec. conſ.* 43. *n.* 44. *Franciſc. Marci
dec.* 427. ita in Facultate noſtra reſponſum, die 13.
Aug. anno 1653. Et ſic etiam dantur mandata ſine
clauſula. *Dn. Mev. p.* 4. *dec.* 175.

---

## TITULUS XIII.

### *De Officio Quæſtoris.*

## Ad L. Un.

### *SUMMARIA.*

*Quæſturæ nomen unde petitum? n.* 1.
*Titulus Quæſtoris & Cancellario tributus, ut & Judici.* 2.
*Quinam ad officium Quæſtoris eligebantur?* 3.
*Opinio communis ſequenda eſt, niſi ſit abſurda.* 4.

1 QUæſtura nomen accepit à quærenda pecunia
blica & curanda & eroganda. Autor *in C. h. t. ad
2 L.* 3. *num.* 3. *&* 4. Poſtea etiam is titulus Cancellario
tributus, quod fortè ex eo ortum habeat, quod *in hac
lege* §. 1. de Candiatis Principis ſolis libris principali-
bus in Senatu legendis vacantibus habetur. Judices &
criminales quæſtores vocati. Sed prima acceptio hu-
jus loci eſt. Erant a. Quæſtores in urbe & provinciis,
3 Et tam plebeji, quàm patricii ad hoc officium elige-
bantur, cùm fuerit primordium honorum. *Ex pr.
hujus legis verſ. Sanè crebrior*, colligere ſolent Dd. in
judicando communem opinionem, ſi ea non abſur-
da, ſequendam eſſe. *Cavallos in præfatione ſui ſpecu-
4 li, num.* 30. *ſeqq.* quæ materia ubique repetitur. So-
lemus hîc communem opinionem ſequi, quia ea præ-
ſumitur in foro recepta, niſi contrarium apparet, niſi
opinio communis ſit notoriè contra æquitatem. *de
quo alibi.* Do. Autor *in C. tit. de Vet. jur. enuc. ad L.* 1.
*num.* 12.

---

## TITULUS XIV.

### *De Officio prætorum.*

## ad L. Apud filiumfamilias. 1.

### *SUMMARIUM.*

*In juriſdictione voluntaria, non contentioſa, filius prætor patri jus dicere poteſt.*

IN juriſdictione voluntaria, v. gr. in autoriſanda manumiſſione filius prætor etiam patri jus dicere poteſt; nam filiusfam. officio publico fungens pro patrefamilias habetur, *l. 9. de his qui ſunt ſui juris,* & hîc non eſt metus, quod aliquis fraudetur. Licèt aliud in contentioſa juriſdictione *l.* 10. *ff. de juriſdict.*

## ad L. Sed etiam. 2.

### *SUMMARIUM.*

*Unum duorum vicem in juriſdictione voluntaria obtinere poſſe, declaratur exemplo.*

HIc etiam filiusfamilias prætor à patre ſuo apud ſe, id eſt, ipſius filii autoritate emancipari poteſt, vel in adoptionem dari poteſt, & ita unus duorum vicem obtinet; quod in juriſdictione voluntaria receptum, ſed in contentioſa non procedit per *l. 9. pr. ff. de*

*ff. de pactis l.* 13. §. 4. *ff. Ad SCt. Trebell.* unus autem
tum duorum vicem obtinet, quando adſunt diverſi
reſpectus, de quo *Menoch. conſ.* 902. *n.* 71.

## ad L. Barbarius Philippus. 3.

### SUMMARIA.

*Sententia legis. n.* 1.
*An inſtrumentum confectum ab eo, qui, cùm non eſſet Notarius publicus, pro tali tamen habeatur, ſit publicum inſtrumentum?* 2.
*Quid juris, ſi in perſona Notarii vitium ſit, creatus tamen ab eo ſit, qui poteſtatem creandi habebat?* 3.
*Quid ſi quis Notariatum exerceat, ſciente Principe? num.* 4.
*Variæ quæſtiones hic tractari ſolent, remiſſivè.* 5.
*Error non quidem ut cauſa, occaſionaliter tamen ſæpe jus facit;* 6.
*An Princeps inidoneum promovendo, videatur de inhabilitate ejus diſpenſare?* 7.
*Ob intereſſe Tertii interdum communis error jus facit.* 8.

1 Loquitur hæc Lex de aliquo ſervo, qui aufugarat,
& pro ingenuo habitus ob inſignes animi dotes
Prætor creatus erat, cùm neſciret populus eum eſſe ſervum:
propter favorem publicum placuit, ut omnia,
quæ ab eo in officio geſta, eſſent valida, quia populus,
ſi ſciviſſet ſervum, potuiſſet eum liberum efficere;
& creando eum Prætorem, ipſum idoneum ju-
2 dicavit. Hìc tractari ſolet quæſtio à Dd. an inſtrumentum
confectum ab eo, qui non erat Notarius, ſed
habebatur pro Notario, publicum inſtrumentum dici
poſſit, & videtur *Bart.* ſibi ipſi non conſtare; nam *in
explic. hujus legis* affirmat, in repetitione negat, ſi
modò repetitio illa ejus ſit. Quia autem ratio decidendi
non tantùm in utilitate partium ſita, ſed & in eo,
quia populus potuerit ſervo decernere hanc poteſtatem,
ideoque tutior videtur ſententia negans, quam amplectitur
*Pacianus l.* 2. *c.* 21. *& Farinac. qu.* 155. *parte quinta,
per totam.* & faciunt huc rationes, quibus in
hac quæſtione utitur *Tiraqu. in tr. de LL. Connub. gl.*
8. *num.* 154. Dn. Autor *in C. tit. de Sent. & interlocut.
omn. ad L.* 2. *nu.* 3. nam qui ſe pro Notario gerit, cùm
non ſit, falſum committere videtur, & puniendus eſt.
*L. eos.* §. *fin. ff. de crim. falſi.* Autor *in C. tit. de Fide
inſtr. ad L.* 2. *n.* 1. *& ſeq.* quomodo ergo jus inſtrumentis
credetur? *Marcus Mantua ſing.* 140. ſolus Princeps
etiam confert tabellionatum, non uſus privatorum
&c. Sed ſi ponamus hos terminos, quod aliquis
ſit creatus ab eo, qui habet poteſtatem creandi, ſed
3 in perſona Notarii eſt vitium, tunc poſſet habere locum
hìc caſus *noſtræ legis*, ut ex *Turzano & Paciano
Farin. d. l. num.* 91. ſi ſcilicet creans ſit Princeps, vel
alius, qui poſſit hoc impedimentum tollere, & contra
illud diſpenſare, ſi ſciret. Fortè & ille caſus appli-
4 cari poteſt, quando quis Notariatum exercet, ſciente
& patiente ſuperiore, habente poteſtatem creandi
Notarios. *per Jaſ. in hac L. n.* 52. *& Pacian. d. l. n.* 33.
*Farin. n.* 96. Quamvis autem plures *in hac Lege* quæſtiones
proponi poſſint: v. gr. an locum habeat in ju-
5 dice delegato? an in Spiritualibus? an in tutoribus?
item an error publicus poſſit jus facere? an Princeps
alicui jus ſuum adimere poſſit? nolumus tamen hìc diffluere,
inſtituti noſtri memores. Addo tantùm hoc,
6 licèt regulam *ex hoc textu* collectam nonnulli refutent,
negandum tamen non eſt, occaſionaliter errorem
interdum jus facere, non per modum cauſæ. Autor
*in C. tit. de Teſtam. & quemadm. teſtam. ad L.* 4.
*num.* 1. Cæterùm *Zœſius ad hunc tit.* ex profeſſo *hanc
legem* interpretatur, cujus unam hypotheſin allegabi-
7 mus; nam dicit *nu.* 9. Principem inidoneum vel inhabilem
promovendo, videri de inhabilitate diſpenſare,
ſi modò Princeps ſciat; Autor *ad L.* 2. *num.* 1.
*& ſeqq. C. ſi Servus vel libert. ad Decurion.* quod admitto,
ſi defectus talis ſit, in quo à Principe diſpenſari
poſſet. Sed quod Scientia Principis requiratur,
*hic textus* non convenit: nam populus non ſciebat
8 inhabilitatem Barbatii Philippi. Declaratur etiam
hæc lex, quod error communis ob intereſſe tertii ſuſtineatur,
non verò in favorem ipſius, qui ſtatum
ſuum novit atque inhabilitatem. *Wammeſ. vol.* 1. *conſ.*
578. *num.* 16. & reſtringi ſolet hæc lex ad officia autoritate
& utilitate publica. *Salgado in Labyr. cred. p.* 2.
*cap.* 9. *num.* 144. *& p.* 2. *c.* 22. *num.* 6. Hanc Legem
& regulam, quod error communis jus quaſi faciat,
etiam ad monetæ varia genera accommodat. *Dn. Mev.
p.* 3. *deciſ.* 267. *cætera videantur in Dd. allegatis aliiſque
Conſ. Paul. Buſ. Petrus de Greve ad h. t. & Bach. ad
h. t. & hanc l.*

## ad L. Fin.

### SUMMARIA.

*Cur Prætor ſeipſum tutorem conſtituere nequeat? n.* 1.
*Quare ſeipſum judicem dare non poſſit?* 2.

1 Quæritur 1. an Prætor ſeipſum tutorem conſtituere
poſſit? 2. an ſeipſum dare poſſit judicem?
Prius videtur affirmandum, quia poteſt Prætor circa
ſeipſum juriſdictionem voluntariam exercere. Sed negatur,
quia in conſtitutione tutoris aliqua cognitio
2 neceſſaria eſt, an ſit idoneus, an expediat pupillo,
quod circa ſeipſum expedire Prætor nequit. Secunda
quæſtio etiam videtur affirmanda, quia Prætor
ipſe, ſi voluit, olim potuit cauſam cognoſcere. Sed
negatur, nam quamvis ipſe potuerit cognoſcere, id tamen
fieri non potuit invitis partibus. Poſtquam ea introducta
fuit procedendi ratio ordinaria, partibus judicem
petentibus ſeipſum obtrudere & ingerere non
potuit, ne ſe redderet ſuſpectum: & à judice dato appellabatur
ad Prætorem. *Bach. ad h. l. ult.*

---

## TITULUS XV.

## *De Officio Præfecti Vigilum.*

## ad L. Apud vetuſtiores 1. & l. pluribus. 2. & l. Nam ſalutem. 3.

### SUMMARIA.

*Excubiæ urbis cui olim committebantur? n.* 1.
*A capite dependet ſalus totius Imperii.* 2.
*Roma in quatuordecim regiones erat diviſa.* 3.
*Officium Præfecti vigilum quodnam? num.* 4. *&* 11. *ſeqq.*
*Quæ pœna incendii culpa commiſſi?* 5.
*Incendium præſumitur factum culpa inhabitantium. num.* 6.
*Conciliatio L.* 11. *ff. de periculo & com. rei vend.* 7.
*De leviſſima culpa nemo tenetur.* 8.
*Qui allegat inhabitatorum culpam, eam probare debet.* 9.
*Quid operetur præſumtio contra inhabitatores? numer.* 10.
*Præfecto vigilum competit merum imperium.* 12.
*Securitatis publicæ & privatæ maxima habenda ratio.* 13.
*Præfectum vigilum oberraſſe calceatum cum hamis & dolabris quomodo intelligendum?* 14.
*An unus ſaltem Præfectus, an plures ſimul fuerint?* 15.

1 IN his textibus hiſtoricè explicatur, cui urbis excubiæ
olim commiſſæ fuerint, ſcilicet 1. Triumviris
nocturnis, interdum etiam Ædilibus & Tribunis plebis.
2. poſtea Auguſtus. 7. cohortes opportunis locis
diſpoſuit, ubi binas regiones urbis quælibet cohors
tueretur, præpoſito ei Tribuno, & omnibus cohortibus
præpoſito præfecto vigilum: huic enim commiſſæ
excubiæ & vigilum cohortes, ne quid per noctem in

urbe

urbe delinquatur, neve incendium oriatur in urbe, à
2 qua Salus Reip. dependet. Unde colligitur politicè, à
capite dependere ſalutem totius corporis & imperii, &
3 periculo urbis periclitari Remp. Et hiſtoricè colligitur,
Romam fuiſſe in quatuordecim regiones diviſam. Autor *in pr. tit. de officio Præf. Urbi, ad L. 1. n. 27. In §.
cognoſce. 1. legis tertiæ* deſcribitur officium præfecti vi-
4 gilum. Quod cognoſcat de incendiariis, effractoribus,
furibus, raptoribus, receptatoribus, quos omnino ut
officialis mero imperio gaudens caſtigare potuit: Sed
ſi atrocius factum & perſona famoſior, potuit eum ca-
ſtigandum remittere ad præfectum urbi. Dn. Autor
*in C. h. t. ad L. un. num.* 1 *&* 2. Nam imperium merum
habuit ſuos gradus. Licèt aliàs remiſſiones illæ fieri
ſoleant ab eo, qui non habeat merum imperium, ut
5 prætor. Sed ſi culpa commiſſum incendium ob ignem
negligentius habitum, poteſt fuſtigatione vel alia pœ-
na ſevera iſtam negligentiam punire. Dn. Autor *in C.
6 tit. de his, qui accuſ. non poſſ. ad L.* 11. *n.* 1. Subjicit ICtus
quod incendium præſumatur factum culpâ inhabitan-
7 tium; ſed huic non obſtat *L.* 11. *ff. de peric. & com-
modo rei vend.* nam d. L. 11. dicitur, quod incendium
non præſumatur culpa patris familias ortum, quæ non
7 ſunt contraria. Nam poteſt incendium oriri culpâ in-
habitantia citra culpam patrisfamilias: ideoque magna
circumſpectione hîc opus eſt, an caſu, an ex cauſa ex-
trinſeca, an verò culpâ exortum videatur incendium.
*Menoch. Lib. 2. A. Q. caſ. 390. & Libr. 6. præſ. 61. nu.
31. Carpz. pr. crim. qu. 309. nu. 28. Bach. vol. 1. diſp. 18.
th. 8. lit. C. Gail. L. 2. obſ. 21. Joh. Aloyſ. Ricc. dec.
181. Afflictus dec. 57. Petr. de Greve ad hunc textum &
Paulus Buſius ad d. l.* 11. Sed ſi unus paterfamilias ſit,
tunc ex culpa ſua vel familiæ ſuæ tenebitur præſumtivè,
niſi de diligentia ſua docuerit. *Sande L. 8. t. 6. d. 9.
8 Carpzovius d. l.* Sanè de leviſſima culpa in omittendo
nemo tenetur, niſi ex natura contractus ad eam præ-
9 ſtandam obligetur. *Maſc. concl.* 893. *n.* 9. Et qui cul-
pam habitatorum pro fundamento ſuæ intentionis po-
nit, certi hominis culpam probare tenetur. *Maſc. d.
concl. n. 17. Finckelth. obſ.* 89. Sed poſſet quis objicere,
præſumtionis hujus, quæ in hoc loco habetur, nullum
10 fore effectum. R. Omnino, nam Judex ex hac præ-
ſumtione contra inhabitatores inquirere poteſt, eoſ-
que urgere, ut autorem incendii nominent. *Farin. q.
110. c. 2. n. 96. Menoch. L. 2. A. Q. caſu 390. n.* 6.
Deinde operatur præſumtio contra eum, qui ſolus in
domo fuit. *Menoch. d. l. num. 5. Finckelth. d. obſ.
89. num.* 29. Sanè creditor immiſſus tantùm de du-
lo & lata culpa tenetur. *L. 9. §. ff. de rebus autor. jud.
11 poſſ. & ibi n. t. num.* 8. Si inſulæ id eſt domus, vel
horrea, id eſt loca in quibus non frumenta, ſed
res pretioſæ reconditæ, fuerint effracta, vel alia
talia repoſitoria; juriſdictio erit præfecti vigilum,
qui non tantùm contra effractores inquiret, ſed
etiam de ſervis cuſtodibus horreorum quæſtionem
habebit, & torturæ eos ſubjiciet, licèt in illis ſer-
12 vis portionem habeat Imperator. Ex quo apparet,
Præfecto vigilum competere merum imperium. Et
13 præcipuè habendam eſſe rationem ſecuritatis publicæ
& privatæ, nec Principis ex parte ſervos eximi tor-
14 mentis, hæc in §. 2. Hoc autem à præfecto vigi-
lum exigitur, ut per totam noctem vigilet & per
plateas coerret, id eſt, hinc inde ambulet calcea-
tus cum hamis & dolabris, per quæ intelligenda
ſunt vel inſtrumenta diruendis ædibus incendio pro-
ximis apta, vel vaſa ad hauriendam aquam ac-
15 commodata; de quo hîc *Bach.* Exiſtimo ſanè plu-
res fuiſſe præfectos vigilum; nam uni omnium no-
16 ctium excubias fuiſſe puto impoſſibiles. Habuit
etiam jus imperandi civibus & inquilinis, ut dili-
genter ignem cuſtodiant, & aquam in cœnaculo,
id eſt, ſuperiori parte ædium, in qua cœnari ſole-
17 bat, habeant reſtinguendo igni neceſſariam §. 4. Et
demum adverſus Capſarios, id eſt cuſtodes veſtium in
balneis publicis jus quoque dicit Præfectus vigilum,
de quibus *Cujac. l. 5. obſ.* 8.

### ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*Quis animadvertat in incendiarium culpoſum, quis in
dolosum? n.* 1.
*Quæ pœna latam culpam committentis in igne cuſtodi-
endo?* 2.

1 HIc diſtinguitur inter incendium culpoſum ob
ignem negligenter habitum, & incendium do-
loſum. Illius convictos poteſt Præfectus vigilum fuſti-
bus cædere vel flagellis: ſed eos, qui doloſè incen-
dium fecerant, ad Præfectum urbi capitaliter ab eo
puniendos remitti debebant; & cùm ſervi fugitivi no-
ctu aufugere ſoleant, hos etiam conquirere & ſuis do-
minis reſtituere debet Præfectus vigilum. Colligi-
2 tur ex *hac l. & l. 3. §. 1.* quod quando lata culpa com-
miſſa in cuſtodiendo igne, tunc etiam pœna afflictiva
corporis v. g. fuſtigatio vel relegatio locum inveniat.
*Rauchb. pr. q. 10. n.* 10. & quos refert *Carpz. in pract.
crim. q. 39. n. 36.* Autor *in C. tit. de his, qui accuſ. non
poſſ. ad L. 11. n. 1. & ſeqq.*

---

## TITULUS XVI.

*De Officio Proconſulis & Legati.*

### ad L. Proconſul. 1.

*SUMMARIA.*

*Proconſul quis? n.* 1.
*Quando inſignibus proconſularibus uti, & juriſdictionem
contentioſam exequi valuerit?* 2.
*Rector Academiæ extra locum Academiæ inſignibus Recto-
ralibus uti quidem, ſed juriſdictionem exercere non
poteſt?* 3.

1 HActenus de officiis Magiſtratuum urbanorum.
Jam incipitur tractatio de Magiſtratibus provin-
cialibus. Inter quos antiquior erat Proconſul, qui cum
conſulari Imperio in provincias à Senatu mittebatur.
2 De hoc in *l.* 1. dicitur, quod ſtatim cum urbe egreſſus,
poſſit uti inſignibus proconſularibus, ſed juriſdictio-
nem (contentioſam ſcilicet per *l. ſeq.*) exequi ne-
3 queat. Ex hac *l.* 1. putarem probari poſſe, Rectorem
Academiæ inſignibus Rectoralibus uti poſſe, licèt ju-
riſdictionem exercere nequeat.

### ad L. Omnes Proconſules. 2.

*SUMMARIA.*

*Proconſul poteſt extra ſuam Provinciam exercere juris-
dictionem voluntariam, ſed non contentioſam. n.* 1.
*Epiſcopus poteſt conferre beneficium extra parochiam
ſuam.* 2.
*Teſtamentum poteſt inſinuari apud acta incompetentis
Judicis.* 3.
*Notarius non poteſt inſtrumenta conficere extra territo-
rium Regis, à quo eſt creatus.* 4.

1 PRoconſul aliusve Magiſtratus extra Provinciam
ſuam poteſt exercere Juriſdictionem volunta-
riam, ſed non contentioſam, hîc *& L. 36. §. 1. ſupra
de Adopt. Covarr. L. 3. Reſol. cap. 20. num. 8. & quos al-
legat. Hillig. in Donellum Lib. 17. cap. 9. lit. F.* Sic Epiſ-
2 copus extra parochiam ſeu Territorium ſuum poteſt
beneficium ad ſuam parochiam pertinens conferre.
*Paulus Buſius ad hanc Legem.* qui §. 1. *hujus legis*, quo
dicitur, apud Legatum proconſulis manumitti non
poſſe, rectè de eo caſu intelligit, quando provinciam
non eſt ingreſſus Legatus, cum *Gloſſa & Franzkio ad
h. t. n.* 20. Conf. *hic Bachov.* Sanè inter Legatum Pro-
conſulis

Digitized by Google

conſulis & alium delegatum judicem magnum eſſe diſcrimen tradit hîc multis *Bach.* Sed Vicarius Epiſcopi, cui data eſt poteſtas conferendi beneficia, poteſt conferre extra ſuam diœceſin &c. *Boer. dec.* 30. *Lud. Rom. ſing.* 49. Sic deputatus parochialis poteſt confeſſiones audire extra parochiam, licèt contrarius videatur *Ripa*
3 *de peſte c.* 8 *num.* 51. *Ex hoc textu* probari poteſt, teſtamentum judiciale apud acta incompetentis Judicis inſinuari poſſe. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 293. *n* 17. *& ſeq.* Sed
4 *in c. ſtatutum. in fine. de præbend. in* 6. datur exceptio, niſi aliquid tribuatur jure ſpeciali; Sic etiam volunt, Notarium creatum à Rege non poſſe extra regnum conficere inſtrumenta, licèt ſit juriſdictionis voluntariæ. *Ripa d. l. num.* 52. quod intelligo ita, ut in judicio illius Regni id fidem mereatur. Quod aliàs de Notariis ſeu tabulariis dicendum, & obſervandum conſ. Autor *ad l. C. de Tabular. & ſcrib.*

## ad L. Nec adoptare. 3.

*SUMMARIUM.*

*Legatus Proconſulis an adoptare poſſit?*

IN *l.* 2. §. 1. dictum, apud Legatum Proconſulis manumitti non poſſe, quod cum aliis intellexi de eo tempore, quo nondum ingreſſus eſt provinciam: hîc dicitur, quod nec adoptio ejus autoritate fieri poſſit, cùm apud eum non ſit Legis actio, quem textum *Gloſſa* de eo caſu explicat, quando nondum eſt ingreſſus provinciam ſuam, licèt aliter hîc *Bach.* ſed illi rei immorandum non eſt.

## ad L. Obſervare. 4.

*SUMMARIA.*

*Quænam præcepta Proconſul obſervare habebat? num.* 1. *&* 6.

*Rectores provinciarum melius faciunt, ſi abſque uxoribus proficiſcantur.* 2.

*Muliebris ſexus eſt ſævus, ambitioſus, poteſtatis avidus.* 3.

*In culpa eſt Maritus ſecum ducens uxorem perniciosam provincialibus.* 4.

*Maritus tenetur exhibere familiam ſuam, ſi malè geſſiſſe officium dicatur.* 5.

*Peregrinantes ſolitâ viâ uti debent & quare? & an tempore belli?* 7.

*Qui ratificat actum tempore incongruo factum, non diſponit in præteritum, ſed in futurum?* 8.

1 LEx hæc continet certa præcepta pro Proconſule, v. g. ne oneret provinciam hoſpitiis præbendis, ſcilicet pro comitibus ſuis: deinde ne habeat ſuos ſtatores, ſed ad illud miniſterium utatur militibus, qui aliàs provincialium ſumptibus ſuſtentandi, ne nimis graventur provinciales, ſi nimis multos habeat Proconſul in miniſterio ſuo. Ita *Bach. hic* poſt *Ravardum* citatum. *In* §. 2. agitur de Proconſulum Uxori-
2 bus. Rectores & Magiſtratus Provinciarum melius faciunt, ſi abſque uxoribus in provincias proficiſcantur: ſed ſi ſecum ſumant, ſi ea ex re damnum oriatur, id reſarcire tenentur, atque ſic hoc caſu maritus pro uxore tenetur, contra regulam *in tit. Cod. Ne uxor pro marito. Buſius ad hanc leg. Peckius ad c. non debet.* 22.
3 *de R. J. in* 6. *n.* 6. *ratione dub.* 9. Cauſa autem *Legis* poteſt eſſe, quod, ex Severi Cecinnæ apud Tacitum judicio, muliebris ſexus, ſi licentia adſit, ſævus, ambitioſus, atque poteſtatis avidus ſit. *Tiraq. ad L.* 2. *connub. num.* 1. Et in culpa videtur eſſe maritus, qui
4 perniciosam provincialibus ſecum duxit uxorem, ut pro ea culpâ teneatur non ſecus, quàm caupo, nauta, ſtabularius, qui utitur operâ malorum hominum. Tenetur autem Magiſtratus peculiariter. *Petr. Gregor. l.*
5 47. *tit.* 32. *n.* 29. Colligit hîc etiam Baldus, teneri Magiſtratum exhibere familiam ſuam, ſi malè geſſiſſe
6 officium dicatur. *Berlich. p.* 1. *deciſ.* 54. *n.* 5. Priuſquàm ingrediatur provinciam, debet Proconſul edictum de adventu ſuo mittere & de ſui commendatione, nec debet admittere, ut ab Amicis extra fines provinciæ ipſi occurratur, & honor exhibeatur: ſed debet quilibet in ſua patria vel habitatione Proconſulem excipere. §. 3. *h. l.* Significare etiam debet prædeceſſori ſuo per literas, qua ingreſſurus ſit provinciam, additur *in* §. 4. ratio per ſe clara. Ingreſſurus etiam ſolitâ viâ utatur, & per civitates metropolitanas incedet, in Aſia tamen etiam per mare proficiſci tenebantur Proconſules. Ratio *in* §. 5. Et ſanè novas & inſolitas vias quærere, vel inſolita facere, ſolet eſſe inſolentis & novi-
7 tatis cupidi animi. Huc poſſet referri, quemlibet peregrinantem debere ſolitâ viâ uti, ut ipſius ſecuritati à ſuperiori proſpiciatur, *l.* 2. *&* 5. *C. de curſ. publ. ibique* Dn. Autor *n.* 17. *Roſenthal. de feudis c.* 5. *concl.* 22. *Cœlerus de proceſſ. Execut. p.* 1. *c.* 2. *num.* 197. quod tamen
8 in bello ceſſare ſolet, ſed de hoc aliàs. Legato non poteſt mandare Proconſul nondum ingreſſus, ſed ſi antea mandaverit, poteſt id revocare, §. *fin. h. l. videatur hic Baldus de Ratificatione*, & talem regulam, *ex lege* eruit: Ratificans actum ſuum tempore incongruo factum, non diſponit in præteritum, ſed in futurum. Nam ratificatio actus nullius non eſt, niſi novi actus celebratio. *Menoch. conſ.* 88 *nu* 66. *Barb. locupl. lib.* 16. *c.* 4. *axiom.* 14. *verſ. & in actis valido &c.*

## ad L. Aliquando. 5.

*SUMMARIUM.*

*Tempore neceſſitatis Proconſul mandare poteſt juriſdictionem, antequam provinciam ingrediatur.*

QUod *in* §. *ult. legis* 4. dictum, Proconſulem, antequam ingrediatur provinciam, non poſſe mandare juriſdictionem, hîc id limitatur, niſi neceſſitas exigat: nam poſſet Proconſul in itinere ob morbum, vel aliam cauſam diu detineri, quo caſu neceſſitas ſuadet, ut mandare juriſdictionem inter has moras poſſit.

## ad L. Solent. 6. princ.

*SUMMARIA.*

*Judex merum Imperium habens, non poteſt illud alteri demandare. n.* 1.

*Quo temperamento adhibito, merum Imperium mandare poſſit?* 2.

*Proconſul ſemel mandatam alii juriſdictionem iterum auferre inconſulto Principe nequit, & cur?* 3.

Antonii Fabri *conjectura infirmatur.* 4.

*Annon potuerit Proconſul munera oblata acceptare, & quare?* 5.

*Id quod in noſtris judicibus ſecus eſt.* 6.

*Interdum divinationibus locus eſt relinquendus.* 7.

*An Judici à partibus aliquid accipere liceat.* 8.

*Xeniola a Provincialibus Proconſuli offerri ſolita non erant neceſſitatis* 9.

1 JVdex habens merum Imperium non poteſt id aliis mandare, Dn. Autor *in C. h. t, ad L. un. n.* 2. *&* 3. quod hîc declaratur, quod Proconſul hoc Legato
2 extraordinariè mandare poſſit, cum hoc tamen temperamento, ut reos in vincula conjiciat, interroget, & ſi innoxios repererit, ipſe ſententiâ ſuâ dimittat: ſi autem res animadverſionem requirat, Legatus ad Proconſulem cuſtodias debet mittere, & ſic ergo Judex delegatus hîc abſolvere poteſt; non condemnare, hîc *& L. ult.* §. 1. *C. ubi Senatores. ibique* Autor *in C. n.* 5. *Longovall. in rep. L. imperium ff. de juriſdictione n.* 8. *Niger. in rep. l.* 1. *ff. de officio ejus, cui mandata juriſd. n.* 118. *Menoch. lib.* 1. *Arb. jud. qu.* 43. *n.* 13. *& q.* 54. *n.* 4. *idem conſ.* 715. *n.* 3. Dn. Autor *in C. h. t. ad L. un. n.* 4. *&* 5.



Digitized by Google

*Dd. in L. ſolent. 37. de R. Jur. ubi Decins. P. Faber. In*
*§. ſicut autem* 1. dicitur, liberum eſſe Proconſuli man-
3 dare juriſdictionem alii, vel non mandare, ſed adi-
mere mandatam juriſdictionem eum non poſſe niſi
conſulto Principe. Nec obſtat, quod Legatus ei à
Senatu adjunctus; nam hic de ſingulatum cauſatum
expeditione agitur, quod poſſit ſibi reſervare hanc vel
illam cauſam, aliam verò & aliam legato committe-
re. Sed ſi ſemel commiſſa, non debet ſine præſcitu
Principis revocare iſtud mandatum. Nam hoc ſine
injuria Legati vix fieret, ergo graves cauſæ Principi
4 probandæ. Conjectura *Ant. Fabri* hic, quaſi Lega-
tus ob intereſſe Principis obſervandum adjunctus fue-
rit, non eſſet de nihilo, niſi obſtare videretur §. *ſe-
quens* 2. ubi Legatus prohibetur conſulere Principem,
ſed Proconſulem & hunc conſulentem Legatum de-
bere informare in jure. Conſultatio & Appellatio ad
immediatè ſuperiorem fieri debet, ſicuti judices da-
ri præſides ſuos conſulunt. *l. 79. §. 1. ff. de judic. Bach.*
5 *hic. In §. Non verò in totum. fin.* dicitur quod Procon-
ſul non debet omnia recuſare Xenia; quæ erant mu-
nera, quæ Rectoribus Provincialibus à Principe
miſſis pro felici adventu mittebantur, cùm Rector
nemo eſſe potuerit patriæ. *L. ult. C. de Crimine Sa-
cril.* poterantque inter paucos dies conſumi. vid. *Ant.
Matth. ad l. 48. tit. 8. n. 9.* & ideò hanc legem in
6 noſtris judicibus, qui apud lares domeſticos officia
ſua exercent, locum non habere, tradit hic. *Grœnwe-
gen. conſ. l. 18 & ibi not. de Officio Præſidis* Ex prover-
bio: Neque omnia &c. colligit *Delrio in rep. Legis,
tranſigere. n. 112.* nimis moroſum fore, nunquam di-
7 vinationibus locum præbere, rurſus ſemper illas &
ubique & omnino admittere, ridiculum & pericu-
8 loſum. Si autem judicium inter partes conſtitutum ſit,
nihil à partibus accipere debebit judex, *l. 1. C. de pœ-
nis jud. Bach. h.* Quod dicitur in fine, Xenia non eſſe
9 producenda munerum qualitatem, id habet hunc ſen-
ſum, ſi quæ Xeniola à ſubditis afferantur, ea non ita
eſſe accipienda, ut trahantur in neceſſitatem, quaſi ad
ea præſtanda. Autor *in C. e. ad L. Jul. Repet. ad L. ult.
num. 7. & 8.* & imprimis ſucceſſori quoque ſint ob-
ſtricti provinciales, & ab his jure quudam debita exi-
gi poſſint. *Bach. hic.*

## ad L. ſi in aliam quàm. 7.

### *S U M M A R I A.*

*Quænam Proconſuli obſervanda in celebrem civitatem adventanti? n. 1.*

*Qualem juriſdictionem habeat in Provinciis? 2.*

PRæcepta hîc traduntur Proconſuli in celebrem
1 civitatem adventanti (1) ut libenter & patien-
ter audiat recommendationes civium [2] ut fe-
rias in adventu novi Proconſulis dari ſolitas det at-
que ordinet. (3) Ædes ſacras & publicas circumi-
re, an ſartæ tectæ ſint, an ad perfectionem deductæ,
an verò perfectione opus habeant, quo caſu curato-
res operum adhortari & adjuvare debet etiam datis
ex militia miniſtris & adjutoribus. Imò Proconſules
2 habent juriſdictionem in provinciis, qualem habent
in urbe Magiſtratus & qui extra ordinem jus dicunt,
ut prætores. Imò habent juriſdictionem civilem &
criminalem. Autor *ad L. un. C. h. t. n. 4.*

## ad L. & ideò majus. 8.

SUpremum in provincia imperium poſt Principem habet Proconſul, & nemo eſt in provincia, qui imperium ibi habeat. Idem dicitur de præſide qui à Principe conſtituebatur. *l. 4. infra de offic. præſidis.*

## ad L. Nec quicquam. 9.

### *S U M M A R I A.*

*Proconſul cauſas fiſcales non poterat expedire, tenebatur tamen Procuratori fiſci aſſiſtere. n. 1.*

*Ubi decretum eſt neceſſarium, libellus non ſufficiens eſt. 2.*

*Quænam ſint illa, quæ decretum requirunt. 3.*

*Cognoſcere de plano, & expedire quid per libellum differunt. 4.*

*An ea, quæ plenam cauſæ cognitionem requirunt, poſſint delegari? 5.*

*Judex patienter audire debet Advocatum etiam eadem repetentem, & quare? 6.*

*Advocati, qui ſunt concinnatores cauſarum & litium, coercendi. 7.*

*Poſtulare prohibiti ad patrocinium præbendum non admittendi. 8.*

*Recenſentur quædam, quæ Proconſul de plano expedire potuit. 9.*

*Dantur delicta, quæ verbis caſtigari ſufficit. 10.*

*Ob dignitatem Principalium, aut Advocatorum impudentiam vel importunitatem, cæterorum poſtulata non negligenda. 11.*

*An Proconſul etiam petentibus Advocatos dare debeat; & quando. 12.*

*Quid ſi pars conqueratur, ob potentiam adverſarii ſe nullum Advocatum conſequi poſſe? 13.*

1 NIhil in provincia eſt expediendum, niſi per ip-
ſum: ſed excipiuntur cauſæ fiſcales, quæ tractan-
tur per procuratorem Principis ſ. fiſci: quæ enim
in ſpecie alicui commiſſa, videntur de adminiſtratio-
ne generali excepta. Non a. dubium eſt, quin Pro-
conſul potuerit & debuerit procuratori fiſci aſſiſtere
& executionem pecuniarum fiſcalium promovere. Et
2 hæc in *princ. legis. In* § 1. habetur regula. Ubi decre-
tum neceſſarium eſt, non poteſt expedire per libellum
i. e. ſupplicationem & ſubſcriptionem, vel potiùs per
3 reſcriptum; ſed neceſſaria eſt cauſæ cognitio. Autor
*in C. t. de dilat. ad l. 4. num. 5.* Vel quæcunque cauſæ
cognitionem requirunt, in iis judex contradictorem
admittet, nec indicta cauſa libello ſupplicatorio ſub-
ſcribet. v. gr. ſi petatur conſenſus Magiſtratus in alie-
nationem prædii minoris, quæ per audientiam, non
verò per ſubſcriptionem expedienda, quod bene Ma-
giſtratibus notandum. Caſus formari poteſt ex *We-
ſemb. in ff. t. de rebus eor. nn. 3. 4. Oddo de Reſtit. qu.*
4 *34. art. 5. Petr. Stella in rep. hujus Legis.* Non mul-
tùm abeſt ab expeditione de plano: nam hæc opponi-
tur expeditioni pro tribunali, quod erat locus edition;
non tamen eadem ſunt cognoſcere de plano ſella in
tellure polita & expedire quid per libellum, ut rectè
5 *Bach. ad h. t.* contra *Ant. Fabrum.* Non nulli *ex hoc §.*
hanc regulam colligunt, omnia quæ plenam cauſæ co-
gnitionem requirunt, non poſſe delegari; ſed ea re-
gula non colligitur ex textu, ut rectè *Marius Salo-
monius in repet. h. §. n. 1. & 2. Longovall. ad d. l. Im-
perium. n. 158. Conf. Repetitiones in hanc legem, ut Petr.
Stella tom. 1. repet. p. 192. Salomonii p. 194. & Marci*
6 *Mantuæ ſeorſim edit. Lugduni anno 1548. in octavo.* Cir-
ca Advocatos tria injunguntur Proconſuli *in § 2. Pri-
mum.* ut patiens ſit, id eſt, libenter & cum patientia
audiat advocatos, v. gr. ne interrumpat eorum
verba, ne tacere jubeat &c. ſicuti impatientes judices
paſſim reperiuntur, qui impatienter audiunt, quoties
eadem ab Advocatis repetuntur, cùm tamen in re-
petitione aliqua circumſtantia ad rem pertinens re-
ferri poſſit. Igitur patienter judex debet audire Ad-
7 vocatum etiam eadem repetentem. *Alterum eſt*, ut
coerceantur Advocati mali, qui ſunt concinnatores
cauſarum & litium, qui ſc. in hoc toti ſunt, ut lites ſe-
rant, ut inde ipſi caput uoctius referant, ut loquitur
hîc *Bach.* Deinde Redemptores litium acriter caſti-
gabit, de quibus agitur *in l. 5. C. de poſtulando & quæ
ibi notata. num. 1. & 2. & ad l. 6. d. t. Tertium eſt*, ne
8 admittat ad patrocinium præbendum, qui poſtulare
ſunt prohibiti. *In* §. 3. recenſentur nonnulla, quæ de
9 plano, id eſt, ſummariè humi poſita ſella; non pro

Tribunali poteſt expedite Proconſul, ſi liberos & li-
bertos honorem exhiberi curet parentibus, patronis
& horum liberis, vel ſi de inobedientia filii cogno-
ſcat, quem acriter objurgare poteſt. Val ſi libertus
10 ingratus probetur, poteſt fuſtibus eum caſtigare. Ex
quo notetur, quædam delicta eſſe talia, quæ verbis
caſtigari, & ita citra pœnam homines emendari poſ-
ſint. ut hîc *Bach* notat. Hoc etiam curare debet Pro-
11 conſul, ut omnium deſideria audiantur, nec digni-
tati ipſorum principalium aut Advocatorum, vel im-
prudentiæ, aut importunitati quicquam tribuatur, nec
cæterorum, qui fortè vel nullos vel non adeò exercita-
tos aut importunos Advocatos adhibuerunt, poſtula-
ta negligantur, quod proponitur *in* §. 4. Autor *in C.
tit. de offic. Aſſ. ſſ. ad L.* 2. *nu.* 6. Proconſul aliquando
12 etiam non petentibus Advocatos dare debet ob ſexum
debiliorem, ob ætatem, ob morbum, ob tenuitatem rei
13 familiaris. Multò magis dabit Advocatum, ſi qua
pars conqueratur, ob potentiam Adverſarii ſe nul-
lum Advocatum conſequi poſſe. Ubi monetur Pro-
conſul, ne patiatur aliquem potentiâ adverſarii oppri-
mi, & ne quem ita ſinat quaſi dominari in provincia,
ut omnes adverſus eum cauſas defendere vereantur,
ut ait *Bach. hic.* Si nemo impunè vim inferat, & alios
opprimat, non eſſet, qui ab omnibus timeretur. Et hoc
habetur. *in paragraf*. 5. Sed *in paragraf*. 6. ſeu ulti-
mo ea quæ de Proconſulibus dicta ad præſides à Prin-
cipe in provincias miſſos extenduntur. Et ab urba-
nis Magiſtratibus hæc obſervanda eſſe (in paribus
terminis) puta: hîc *Bach.*

## ad L. Meminiſſe. 10.

### *SUMMARIA.*

*An Proconſul finito anno ulteriùs juriſdictionalia exer-
cere poſſit, ſucceſſore adventum ob impedimenta re-
tardante? n.* 1.

*Rectoris Magnifici hujus Academiæ adminiſtratio tam-
diu durat, donec de aſſumendo Rectoratu ſucceſſor ſuum
declaraverit conſenſum.* 2.

*Legati officium non citiùs exſpirat officio Proconſulis &
quare?* 3.

*Epiſcopo ſuum munus in manus ſuperioris reſignante, an
interim, donec ſucceſſor detur, ab ipſo geſta valeant
& fructus faciant ſuos?* 4.

*Proconſul ſaltem juriſdictionem, nunquam merum impe-
rium Legato mandavit.* 5.

*Juriſdictionis appellatione non venit merum imperium. n.
6.*

1 PRoconſulis officium fuit annuum: quæritur ergo,
ſi finito eo anno nondum venerit ſucceſſor, for-
tè morbo aut alio impedimento ſontico retractus, an
interim finito annuo Proconſulis officio, qui hacte-
nus fuit, Juriſdictionalia exercere poſſit? Videtur quod
non, quia tempore finito pro privato eſt habendus.
Sed affirmatur quæſtio, quia interim provincia ſine
Magiſtratu eſſe non debet, & interregna ſunt Reip.
pernicioſa; ideoque utilitas provincialium hoc exi-
git, & eſt quaſi unus Proconſulatus, & qui in per-
ſonis ſibi invicem ſubrogatis eſt perpetuus, ut quaſi
2 unus eſſe videatur. In Statutis locorum hac de re
ſolet provideri. In Statutis Academicis habemus ſta-
tutum, quod antiqui Rectoris adminiſtratio tamdiu
duret, nec ejus officium ſolo lapſu temporis exſpiret,
donec novus Rector præſens de aſſumendo Recto-
ratu ſuum declaraverit conſenſum. Sed quæritur, in
3 §. 1. an Proconſul, antequam ex provincia recedat,
Legatum ſuum demittere & remittere queat. Quod
videtur affirmandum maximè finito anno: ſed negatur,
quia Legati officium tamdiu durat, quamdiu durat
officium Proconſulis, & quando hoc extenditur poſt
annum ob abſentiam novi Proconſulis, etiam illud
extendi probabile eſt. Et fortè eo fine additi à Se-
natu Legati, ut Proconſulum actiones ſpecularentur.
Et uterque depoſito officio per 50. dies in provincia
commorari tenebatur *l. un C. ut omnes judices tam civi-
4 les quàm militares &c.* Ex hac lege voluerunt nonnulli
probare, quando Epiſcopus ſuum munus reſignat in
manus ſuperioris v. gr. Archi-Epiſcopi, quod tunc per
eum interim, donec ſucceſſor detur, geſta valeant, &
fructus faciat ſuos. Sed benè reſpondet *P. Barboſa ad L.
divort. pr. p.* 2. *num.* 51. hanc legem loqui de officio
ſuâ naturâ temporali & de reſignatione neceſſaria.
5 Unde illud, quod de ſpontanea reſignatione Epiſco-
pi dicitur, rectiùs negatur. Proconſul merum Impe-
rium habet cum juriſdictione, & hanc mandat Le-
gato; non illud, ideoque ſi Legatus cauſam aliquam
audiat, quæ delictum concernat, & animadverſionem
mereatur, ſi delictum probetur, debet cauſam ad Pro-
conſulem ipſum remittere, quia Legatus coercendi &
atrociter verberandi poteſtatem non habet. Sed huic
obſtare videtur. *l. un. C. h. t.* ubi dicitur, quod Lega-
ti audire cauſas criminales poſſint, & poſtquàm ſen-
tentiam ferendam providerint, eam cauſam remit-
tant. Nam probabile eſt, Proconſules interdum nu-
dam cognitionem ſuper crimine mandaſſe Legato.
6 Hinc inferri tradit hîc *Bachovius*, merum imperium
non venire juriſdictionis appellatione.

## ad L. Legatus. 12.

### *SUMMARIUM.*

*Legatus Proconſulis cur judicem dare potuerit?*

DE legato Proconſulis quæritur, an judicem da-
re poſſit? Videtur quod non, ob *l.* 5. *C. de judic.*
Sed hîc affirmatur, & in *l.* 12. §. 1. *de judic.* Nam hîc
Legatus non eſt ſimplex Mandatarius, ſed pene habet
juriſdictionem ordinariam, dum à Senatu conſtitue-
batur, & Proconſul non ex arbitrio, ſed officii ratio-
ne tenetur mandare juriſdictionem.

## ad L. Legati. 13.

### *SUMMARIUM.*

*An Legatus Proconſulis propriam habeat juriſdictio-
nem?*

EX lege præcedenti colligi poterat, Legatum Pro-
conſulis propriam habere juriſdictionem, cùm
judicem dare poſſit. Sed hoc negatur in hac lege.
Nam mandata juriſdictione utitur, & antequam man-
detur juriſdictio, nihil poteſt agere. Ergo Legatus
propriam juriſdictionem non habet, antequam ipſi
mandetur juriſdictio, ſed poſtquàm mandata eſt, ha-
bet quædam peculiaria, quæ aliis, qui mandatam ju-
riſdictionem habent, non competunt. ut *in l.* 12 *& par
h. t.* Autor *in C. tit. de offic. ejus qui vicem alic. ad
L.* 1. *num.* 7. Vnde Proconſul propriam juriſdictio-
nem dicitur dare Legatis *in l.* 4. *pr. ff. de offic. ejus cui
mandata.*

## ad L. Proconſules. 14.

### *SUMMARIUM.*

*Cur Proconſuli tantùm 6. faſces præferebantur?*

FAſces fuiſſe Conſulibus prælatos notiſſimum eſt,
& quidem 12. ut ex Hiſtoricis hîc probat *Bachovius.*
Sed cur Proconſuli tantùm 6. faſces prælati, ut hîc?
Reſp. fortè ut eſſet notabile diſcrimen inter Magi-
ſtratum Urbanum & provincialem.

## ad L. Pen.

### *SUMMARIUM.*

*Mandatam juriſdictionem exercens tutorem dare nequit,
excepto Legato Proconſulis.*

Pro-

PRoconſul non tantùm ſed & Legatus ejus tutorem dare poteſt *hic & l. 1. §. 1. ff. de Tutor. & Curator. datis.* Sed hanc facultatem, qui aliàs mandatam juriſdictionem exercet, non habet.

ad L. ult.

*SUMMARIA.*

*Proconſul quando & quandiu utebatur inſignibus proconſularibus? nu. 1.*
*An in reditu potuerit juriſdictionem voluntariam exercere? 2.*

1 PRoconſul ſimul ac urbe egreſſus in provinciam
iturus utitur faſcibus & inſignibus proconſolaribus;
depoſito etiam officio rediens Romam tamdiu
in itinere inſignibus utitur, donec portam urbis ingreſſus
ſit, & ita tamdiu retinet imperium, quo demum
deponit ingreſſus urbem. Ideoque probabile
2 eſt, Proconſulem in reditu potuiſſe juriſdictionem
voluntariam exercere, quod poſt *Accurſium* probat *Cujac. lib. 20. Obſerv. cap. 37. & Bach. hic* ſecus in præſide *l. 17. ff. de offic. præſid. ibique* Dn. Autor. *in tr. ad L. 17. nu. 1. & 2.*

TITULUS XVII.

*De Officio Præfecti Auguſtalis.*

ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*Præfectus Auguſtalis quando amittat ſuam juriſdictionem, & quomodo differat à Præſide. num. 1.*
*Apprehenſæ videntur omnes urbes, poſſeſſione civitatis metropolitanæ. 2.*

1 PRæfectus Augoſtalis Ægypti non amittit ſuam
juriſdictionem, priuſquàm ſucceſſor Alexandriam
ceu Metropolin intraverit, & confertur cum Proconſule
ſecundùm quid, quod officium præfecti Auguſtalis
non finiatur ſucceſſoris ingreſſu in provinciam,
ſicut nec Proconſulis; cùm præſidis officium finiatur
ſtatim, quando ſucceſſor intravit provinciam, *l. 17.
tit. ſeq.* Unde colligunt, poſſeſſione templi cathedralis
2 vel caſtri, vel Metropolitanæ civitatis, apprehenſam
videri totam Eccleſiam; & quæ caſtro annexa, & cæteras
urbes apprehenſas, ſi cætera fuerint vacantia.
*Vid. Natta conſ. 446. nu. 3. & conſ. 562. num. 13. Purpuratus conſ. 499. num. 3. Socinus lib. 1. conſ. 74. nu. 3. & Marant à in tr. de Remed. poſſ. nu. 244. Autor in C. tit. de Bonis vacant. ad L. 2. n. 7.*

TITULUS XVIII.

*De Officio Præſidis.*

ad L. Præſidis nomen. 1.

*SUMMARIUM.*

*Præſidis nomen ad quos extendatur?*

PRæſidis nomen generale eſt, ut ad omnes Rectores provinciarum extendatur, licèt Senatores ſint, quæ ampliatio valde obſcura, ut adeò nonnulli negativè hæc verba legant ut hîc *Bach.* Sed hanc difficultatem ad Hiſtoricos remitto. Sed appellatio Proconſulis eſt ſpecialior. Sic ergo ea, quæ de præſidibus in *h. t.* habentur, etiam ad Proconſules pertinent, niſi de his aliud in ſpecie conſtitutum.

ad L. Præſes. 2.

*SUMMARIUM.*

*Præſes Provinciæ vel alius Magiſtratus an actus voluntaria Juriſdictionis apud ſe expedire poſſint?*

*Brunneman in Pandect.*

PRæſes provinciæ ſuum ſervum ſua autoritate apud ſe manumittere poteſt, poteſt etiam apud ſe adoptare, vel filium ſuum emancipare. & ſic duarum perſonarum vicem ſuſtinet, judicis & patris, quia ſcilicet hi actus ad voluntariam juriſdictionem pertinent. Et hoc aliis Magiſtratibus commune eſt. *l. 1. & 2. ſupra de Officio prætorum l. 3. & 4. de Ad pt. l. un. §. 2. ſupra de Conſulibus.*

ad L. Præſes Provinciæ. 3.

*SUMMARIA.*

*Præſes debet curare, ut Provincia purgetur malis hominibus. n. 1.*
*An facinoroſus extra locum delicti puniri poſſit? 2.*
*Quid ſi delictum commiſſum contra jus gentium? 3.*
*Quiſnam locus delicti in injuriis ſit? 4.*

1 CUrandum Præſidi, ut Provincia malis hominibus
purgetur, & ideò facinoroſi ubicunque conquirendi.
*Donell. lib. 17. c. 16. Carpz. pr. Crim. qu. 110.
nu. 13.* Dn. Autor *in C. tit. ubi cauſa fiſcal. ad l. 8. n. 4. &*
2 *5.* Et exinde *ut & ex l. 1. C. ubi Senatores vel clariſſimi.*
probatur, facinoroſos extra locum domicilii &
etiam extra locum delicti poſſe puniri, ubi repertiuntur;
quod communiter reſtringitur ad eum caſum,
quando is, qui deliquit alibi, hîc incertis ſedibus vagatur,
ut *Farin. qu. 7. n. 13. Clarus §. fin. q. 39. n. 7. Decianus tom. 1. lib. 4. c. 13. n. 5.* Sed ab his à ſe citatis recedit
*Ant. Matt. ad L. 48. ff. tit. 13. c. 5. n. 4. & Joh. à Sande
tit. 1. def. 6. & Carpz. p. 2. dec. 191. nu. 4.* cum leges
ita non diſtinguant. Et ſanè nimis ſcrupuloſa videtur
3 communis concluſio. Nam ea ſtante, Judex poſtquàm
cognovit magum, homicidam, in ſuo territorio moratum,
debet prius cognoſcere, an eſſet vagabundus? an
non; interim is facilè elabi poſſet? Sanè qui delictum
alibi commiſit contra jus gentium, non civitatem
ſuam tantùm, non ſolum provinciam ſuam,
ſed totum hominum genus offendiſſe videtur. *Conf.*
4 *Petr. de Greve ad l. 13. h. t.* Sed locus delicti eſt principalis
forum, ubi reus puniendus, & citandus, licèt
abſens ſit. *Carpz. pract. crim. q. 10. n. 47.* Dn. Autor
*in C. tit. ubi de Criminib. agi oport. ad L. 1. n. 2. & 11.
20. & 21.* Sed in injuriis quæritur, quis ſit locus delicti?
v. g. miſit quis ex Sileſia literas injurioſas ad me,
vel ad judicium, quæritur, an in loco ſcriptionis, an
alibi poſſit conveniri, & annon in loco receptionis
literarum? Et poſterius placuit *Baldo conſ. 294. & Berlich. p. 2. dec. 81.* Hinc cùm quis injurioſum ſcriptum
Cameræ inſinuari curaſſet, fuit ſuper injuriis punitus
in Camera. *Rulandus de Commiſſ. p. 4. L. 7. c. 6. n.
11. quem refert. Berlichius d. l.* & idem confirmat alicubi
*Dn. Mev.* præjudiciis Tribonalis ſummi *Wiſmar.* & ita etiam judicatum à Facultate noſtra *menſe
Febr. Anno* 1668. cum Titius agens in Sileſia judicium
B. conviciis proſcidiſſet. *Vid. not. ad L. de Accuſ. n.*

ad L. Præſes. 4.

PRæſes poſt Principem ſummam poteſtatem habet, ut & ſupra dictum in *l. 8. ff. de offic. proconſul.*

ad L. Præſes. 5.

*SUMMARIUM.*

*Præſes ſeipſum tutorem aut judicem dare nequit & cur non?*

QUæritur, an præſes ſeipſum tutorem pupillo conſtituere poſſit, aut ſeipſum judicem dare, quod utrumque negatur. Ratio dubitandi & decidendi ſupra propoſita in *l. fin. de officio prætorum*, quia ſunt eædem rationes.

## ad L. Illicitas. 6.

### *SUMMARIA.*

*In iis, quæ per metum extorta, debet Præſes impedire executionem. num. 1.*
*An judex ſecund. acta an conſcientiam judicare teneatur? 2.*
*Diſt. inter judicem ſupremum & inferiorem. 3.*
*Præſidis eſt, impedire ne à potentioribus inferiores opprimantur. 4.*
*Præſes prohibere debet, ne privati executionibus militaribus ſe adjungant. 5.*
*An idem in Bello Germanico obſervatum? 6.*
*An & quando quis à licita negotiatione arceri poſſit? 7.*
*Innocentibus pœna non inferenda. 8.*
*Pilati peccatum huc trahitur 9.*
*Pauperes hoſpitatione militum non gravandi. 10.*
*Quod quis propria neceſſitati impendere debet, non tenetur eum aliis communicare. 11.*
*Quæ milites privati commodi cauſâ, non in utilitatem militiæ faciunt, cœrcenda. 12.*
*Imperitia, non caſus, medico imputari debet, 13.*
*Præſes cur non habeat jus deportandi? 14.*
*Mulcta ex cauſa paupertatis an remitti poſſit? 15.*
*Pœna & mulcta an æquè minui poſſit? 16.*
*An minuenda mulcta ſi ea inhibitioni multorum actuum addita & in nonnullis inhibitus paruerit, in nonnullis non? 17.*

1 SI quando per metum vel impreſſionem aliqois adigatur ad confeſſionem falſam, debet impedire Præſes & prohibere executionem. Exinde colligitur, omnia illicitè extorta poſſe recuperari per Judicem, & ita in civilibus poteſt Præſes ſe interponere, & prohibere fraudes ac violentias. Ideò *Bald.* hanc notab legem dicit. Si contra renunciationem exceptionis non numeratæ pecuniæ poſſet intervenire Judex. *Bald. hic.*

2 *Ad §. Veritas.* 1. Ex *hoc textu* probare ſolent, Judicem non ſecundùm conſcientiam, ſed ſecundùm acta & probata judicare debere. Sed cùm abſurdum videatur, Judicem ſequi debere fidem teſtium, quos perjuros aut errare ſcit, & inſtrumentorum, quæ falſa eſſe novit, ideò alii rectiùs negant hunc ſenſum eſſe. *vid Coraſ. Miſcel. Lib. 4. c. 20. & Grænwegen ad hunc tex. Zœſ. n. 33. Struvius Diſp. 4. th. 33. Petr. de Grev. h. t. plures alii innumeri.* Communiter diſtin-3 guitur inter ſupremum & inferiorem Judicem, illum ex conſcientia judicare poſſe, ex *Guidone Papa dec. 29. Grænwegen hic*; imo ſecundùm veritatem teneri judicem judicare. Autor *ad L. 14. num. C. de Judic.* Sed hunc ad ſuperiorem rem deferre debere. *Vid. Covarr. Lib. 1. reſol. c. 1.* ubi conſentire videtur cum ſententia ea, quod vulgi traditio ex textu non probetur. *Vid. Vaſq. Lib. 1. ill. q. c. 14. Cujac. l. 12. obſ. 19. Soto de Juſt. & Jure L. 5. c. 4. art. 2. & Dd. quod alleg. Hill. in Don. L. 26. c. 3. lit. B.* Sanè non dubito, cordatum Judicem poſſe deprehendere teſtes in mendacio, exemplo Danielis. In hiſtoria de Suſanna *verſ. 53. 58. & 61.*

4 *Ad §. Ne potentiores.* 2. Præſidis officium eſt, impedire ne inferiores à potentioribus opprimantur, idemque in ſervis conquerentibus juſtum & æquum eſt. *per L. 1. §. 8. ff. de offic. Præfecti Urb.* Autor *ad l.* 5 *25. num. 10. C. de Agricol.* Hinc probat & refert, etiam lite inter dominum & ſubditos pendente, mandata ſine clauſula ob nova ſervitia impoſita decerni poſſe, *Dn. Mevius qu. 2. dec. 80.* Hinc etiam mandata de non offendendo promanarunt. *Gail. lib. 1. de P. P. c. 2. num. 1.* *Ad §. illicita.* 3. Hîc prohibere jubetur Præſes, ne ſe executionibus militaribus alii privati adjungant, quaſi milites adjuturi, nam milites de omni inſolentia rationem reddere tenentur. Sed quis 6 tales adjuvantes & fortè ex fæce homines ad examen pertrahet, quiſque quod ſuum eſt agat. Sed in bello Germanico ſæpe milites tribulatum miſſi alios in ſocietatem tribulationis admiſerunt; ut eò plus vini vel cereviſiæ exhauriretur. In §. *neque licita.* 4. tantùm dicitur, 7 neminem arceri debere à licita negotiatione, ſcilicet niſi delictum commiſerit, ob quod arceri poſſet, vel niſi certus ordo aut numerus ſit negotiantium &c. Nec quando ob delictum certa negotiatio interdicta eſt, 8 is facilè admittendus eſt, nec innocentibus pœna irroganda, imò potius parci poteſt nocentibus, ne noceatur innocentibus, *l. abſentem. 5. ff. de pœn.* Hæc ſunt 9 generalia. Peccavit autem graviſſimè Præſes Judæorum Pilatus, qui innocentiſſimum JESUM primò cædi flagellis, poſtea crucifigi juſſit, occulto tamen DEI conſilio toti mundo ſalutari. In §. *ne tenuis vi-*10 *ta.* 5. Jubetur præſes præcavere; ne cùm officiales vel milites adveniunt, graventur hoſpitatione tenuiſſimæ vitæ homines, fortè qui vel unum limen (nam ita legendum videtur *Zoannetto*, quem refert hîc *Bach.*) id eſt, unam parvam caſam habent, nam limen pro domo ſumi certum eſt, per tradita *Tiraq. de LL. connub. gl. 1. par. 10. num. 28.* vel qui parvam ſuppellectilem habent, ne hi caſam aliis habitandam & ſuppellectilem ſimplicem ſibi neceſſariam aliis utendam dare cogantur. Sed quomodo hoc apud nos uſurpa-11 tum fuerit, experientia docuit. Ex hoc tamen colligo quod quis propriæ neceſſitati impendere debet, & quibus ipſe ad vitam ſuſtentandam opus habet, non 12 debere cum aliis id communicari. Et quia milites multa faciunt, non in utilitatem militiæ ſed ſui privati commodi cauſâ, hoc ne fiat, vel ut hæc cœrceatur pleonexia, jubetur præſes §. *ne quid* 8.

13 *Ad §. Sicuti.* 7. Caſus humanæ fragilitatis medico non imputatur, ſed imperitia. Nam eſt magna culpa, ſi medicinæ ignarus medicamenta ægrotis ſuppeditet. *Cothman. libr. 1. conſ. 1. n. 318.* in qualibet enim arte imperitia culpæ annumeranda. *A. Barboſa Locupl. l. 9. cap. 16. ax. 1.* Conf. *Heig. p. 2. qu. 26. Speckhahn. cent. 1. qu. 24. Menoch. l. 2. A. Q. caſu 531.* In 14 §. *qui univerſas.* 8. agitur de mero imperio præſidis, quod jus gladii habeat & in metallum damnandi. Sed cur non habet jus deportandi *per L. 6. §. 1. de Interdict. & releg. & l. 1. §. 3. de leg. 3.* Reſp. quia in deportatione certa inſula ei aſſignabatur, quæ non niſi à Principe aſſignari poterat. per *d. l. 1. §. 3.*

*Ad §. Præſes ult.* Mulcta ex cauſa paupertatis & 15 neceſſitatis remitti poteſt; ſed *Grænwegen* hîc diſtinguit inter mulctam irrogatam ex delicto, & cauſa civili; ut hæc, non illa remitti poſſit; ſed potius mulcta in pœnam corporalem mutanda. Sed de pœnis lege definitis *hic* §. non videtur intelligendus. *Conf. Ant. Matth. ad l. 47. tit. 3. n. 6. & Peregr. de Jure fiſci l. 4. tit. 8. n. 19.* Dn. Autor *in C. tit. de Modo mulctar.* 16 *ad L. fin. n. 13. 14. 15.* Verùm *Tiraq. de pœnis temp. cauſa. 32.* ita diſtinguit, quod mulcta etiam, quando impoſita eſt, poteſt minui ob paupertatem; pœna autem, antequam imponatur. *Conf. Speckhahn. cent. 1. qu. 37. nu. 24.* ubi alia etiam privilegia paupert. *de quibus Benincaſius Menoch. lib. 2. A. Q. caſu 182 Seb. Medic. de caſ. fortuitis. p. 1. q. 6.* Sed an mulcta minus de-17 beat, ſi ea inhibitioni multorum actuum addita, & inhibitus in nonnullis paruit, in nonnullis non? Hîc mulctam minuendam putamus, ob obedientiam in nonnullis præſtitam cum *Carpz. p. 3. dec. 299.*

## ad L. Præſes Provinciæ. 7.

### *SUMMARIA.*

*Refectio ædium à Præſide injungi poteſt poſſeſſoribus & quare? n. 1.*
*Quid ſi unus ex ſociis ædificaverit, expenſa verò intra 4. menſes non reſtituantur? 2.*

PRæſes urbium ſubjectarum curam habere debet, ne ruinis ædificiorum deformentur hinc refectio-

ræfectionem ædium injungere poteſt poſſeſſoribus *l. 8. C. de Ædific. privatis.* Dn. Autor *in C. tit. de Prædiis & omnib. reb. navic. ad L. 2. num.* 12. adeò ut ſi
2 unus ex ſociis ædificaverit, nec intra 4. menſes reſtituantur expenſæ, is ſolidum conſequi poſſit, *l. 4. C. de Ædific. priv. ibique* Dn. Autor *n.* 24.

## ad L. Sæpe audivi. 8. & L. Generaliter. 9.

### *SUMMARIA.*

*Si Princeps cauſam ad judicem remittat, an is præciſè per ſe teneatur judicare? n. 1. & 2.*
*Princeps in dubio non videtur velle diminuere officium ordinarii judicis. 3.*

1 PRinceps, ſi cauſam remittat ad Judicem inferiorem, vel primæ inſtantiæ; non videtur arctate velle judicem, & præciſè jubere, ut per ſe cognoſcat, ſed poteſt per alium judicare, vel teſtes examinare, prout ipſi placuerit. *Fortunius Garcia in repet. Legis Gallus. 29. ff. de liberis & poſth. nu.* 84. Remiſſâ autem cauſâ à Principe ad ordinarium Judicem, quæritur, an propterea Judex delegare cauſam prohibeatur, & ipſe cauſam cognoſcere teneatur? Reſp.
2 quod non, unde probat hic *Bald.* quod Princeps in dubio non velle diminuere videatur officium ordinarii, nec derogare ejus poteſtati. Et ſic per mandatum, quo mandatur id, quod aliàs poterat facere de jure communi, non creatur nova poteſtas in ordinario. *Conf. c. Licèt in corrigendis. &c. Grave. de Offic. ordin.* ideoque per mandatum in dubio non concludetur delegata juriſdictio, ſed tantùm ordina-
3 ria juriſdictio exercitata *per tradita Franc. de Clapperiie c. 8. qu. 1. & 2. Menoch. lib. 1. de Arb. Judic. quæſt. qu. 54. num. 15.*

## ad L. Ex omnibus. 10.

### *SUMMARIA.*

*An Præſes omnia, quæ Magiſtratus urbani, facere poſſit? nu. 1.*
*Per Correctores quinam intelligantur? 2.*

1 QUicquid poſſunt Magiſtratus Urbani, id etiam poteſt facere Præſes. Quod tamen univerſale non eſſe ex jam dictis patet, cùm deportare non poſſit. Dn Autor *in tr. h. t. ad L. 6. n.* 14. Per Correctores in-
2 telligunt præſides, quibus pars aliqua provinciæ regenda data eſt.

## ad L. Sed licet. 12.

### *SUMMARIA.*

*Non videndum, quid Romæ fiat, ſed quid debeat? n. 1.*
*An in omnibus quæſtionibus præjudicia ſequenda? 2.*

1 HIc habetur vulgata regula, quod non attendendum, quid Romæ fiat, ſed quid fieri debeat. *Vid. not.* DNI. Autoris *ad l. nemo. 13 C. de Sent. & interloc. n. 1. & ſeqq.* Non ſtatim id, quod Romæ obſervatur, jus generale facit. Quod illis cogitandum, qui in omnibus quæſtionibus præjudicia tantùm ſequuntur. Præjudicia interdum fallunt, quia circumſtantia vel unica deciſionem alterat. Sæpe in Tribu-
2 nali ſententiam aliquam receptam videmus, quæ ſucceſſu temporis abrogatur, quando perſonæ judicum mutantur.

## ad L. Congruit bono. 13.

### *SUMMARIA.*

*Facinoroſi ubinam forum ſortiantur? n. 1.*
*Quid de remiſſionibus hodie obſervetur? 2.*
*Quid ſit inquiſitio generalis, quid generaliſſima? 3.*

1 MAgiſtratus ex officio facinoroſos conquirere, & in ſcelera inquirere tenetur, *de quo Weſenb. in ff. de accuſat. n. 3. Carpz. qu. 113. n. 18. & Farin. qu. 1.* Autor *in C. tit. de Offic. Rector. Prov. ad L. 2. n. 4.* Colliguntur etiam, facinoroſos ubique forum ſortiri, de quo *ad Legem tertiam.* Quamvis enim *Marcus Mantua ſingulari 603. nu. 5.* hanc legem de inquiſitione facti ad informandam Curiam intelligat, ipſe tamen fatetur, remiſſionem in deſvetudinem abiiſſe. Et
2 ſanè ingratam rem facere ſolent, qui facinoroſum Domino ejus remittunt non petenti, niſi delinquenti locupleti mulcta injici poſſit. Autor *in C. tit. ubi de crimin. agi oport. ad L. 1. num. 9.* Hic de generali inqui-
3 ſitione agunt Dd. præſertim *Bald.* Alia eſt generalis, alia generaliſſima. Illa quando ſuper certo delicto inquirit; hæc quando veretur, ne flagitia ſerpant. Illa, cùm Autor incertus, uti ſolemus; generaliſſima verò nobis in uſu non eſt, niſi inveteratis delictis pœnalia proclamata, ac edicta oppoſita, & Magiſtratus dubitet, an omnes pariturі ſint, hinc enim talis generaliſſima inquiſitio locum habet. Sed de hoc plura non addo, cùm eam materiam inquiſitionis *alibi* tractaverim.

## ad L. Divus. 14.

### *SUMMARIA.*

*Furioſus delinquens quomodo puniendus ſit? n. 1.*
*An is, qui ante furorem deliquit, in furore puniri poſſit? 2.*

1 IN delictis à furioſo perpetratis diſtinguitur, an in furore deliquerit, & ſatis ipſo furore punitur; an verò tempore dilucidi intervalli, & tunc pœnam merebitur. *vid. Carpzov. pr. Crim. qu. 145. Petr. Heig. p. 2. qu. 35. Cæſar. p. 1. conſ. Illuſtr. 57.* nec obſtat, quod ob homicidium brutum occidatur; nam, reſpondet *Bach. hic,* id fieri memoriæ delendæ cauſâ, aliud in homine, qui ad ſanam mentem redire poteſt, & quia homo eſt. Colligunt ex hac lege, afflicto non addendam afflictionem, *Jaſon ad L. ex facto. nu. 30. ff. de vul. & pupill. ſubſtit. Dn. Tab. r. in axiom. Barb. l. 1. c. 46 axiom. 2.* Autor *in C. tit. de fert. ad L. 18 nume.*
2 *3. & 6.* Sed quæritur, ſi quis delinquat, & poſtea in furorem incidat, an dum in furore conſtitutus puniri poſſit? quod Dd. ex dicta regula negant. *Vid. Clarus §. fin. qu. 60. num. 13. Ant. Matth. de Crim. in prolegom. c. 2. n. 7. & Bach. hic.* & furioſo ut abſenti *L. 124. §. 1. de R. J.* ſententia à judice ferri nequit, *L. 9. ff. de re judic. conſ. Carpz. qu. crim. 145. Petr. Heig. d. l.*

## ad L. Illud obſervandum. 15.

### *SUMMARIUM.*

*An Præſes injuſſu Principis provincia exire poſſit?*

PRæſidi non licet injuſſu principis provincia exire; Autor *in C. tit. de offic. Rectoris provinc. ad L. 9. nu. 2.* niſi ſolvendi voti cauſâ, ut tamen hoc caſu abnoctare non poſſit. Hanc legem inter abrogatas cenſet *Grœnwegen,* ſed putarim id in militia adhuc obſervari, ſi cui cuſtodia Civitatis commiſſa, & ſi Præſide abſente in provincia rebellio vel tumultus contingat, nec hodie eam abſentiam impunitam fore. 1

## ad L. Senatus conſulto. 16.

### *SUMMARIA.*

*Si Præſes habeat contra aliquem actionem, an durante officio illam intentare poſſit? n. 1.*
*De ablata re conventus, rem deponere debet. 2.*

SI Præſes habeat actionem contra aliquem, vel ejus Comites, non debet actio dari durante officio, ſed demum depoſito. Si autem tempore excluſa actio,

teſt-tuatur, quia impedito agere non currit præſcriptio. Sed ſi criminalem vel pœnalem actionem habeat, poteſt procedi ad litis conteſtationem, quia periculum eſt, ne lite non conteſtata pereat actio pœnalis privata, ideò ad litis conteſt. ſaltem procedendum, ne actio pereat *Maurit. de Reſt. in integrum c.* 392. *Hill. in Don. lib.* 17. c. 5. *lit.* G. In fine dicitur, ſi quis de ablata re conveniatur, debere rem auferri; ex quo colligit Autor *conſil. crim. tom.* 2. *conſ.* 104. quod ſi quis furti vel de rapina conveniatur, & offerat fidejuſſionem, non tamen res debeat relinqui penes reum, ſed deponi.

## ad L. Si forte. 17.

### SUMMARIA.

*Præſes Provinciæ certioratus de ſucceſſoris, adventu, an adhuc actus juriſdictionales exercere valeat? n.* 1.
*Quid ſi ignoret adventum, an actus interim geſti ſint rati?* 2.
*Collatio beneficii facta per vicarium Epiſcopi neſcium alius vicarii creati valet.* 3.

1 PReſes Provinciæ cognovit, ſucceſſorem in Provinciam adveniſſe, non poteſt actus juriſdictionales exercere, nec qui ad voluntariam nec qui ad contentioſam juriſdictionem pertinent, v. gr. non poteſt manumiſſioni adeſſe ſua autoritate nec tutorem da-
2 re. Sed ſi neſciat adveniſſe ſucceſſorem, licèt advenerit, actus hi rati ſunt. Ex hac lege differentiam inter Proconſulem & Præſidem ſupra notavi. Unde colli-
3 gunt, collationem beneficii factam per Vicarium Epiſcopi ignorantem alium Vicarium fuiſſe creatum valere. Vid. *Romanus ſingulari* 58. Et locum habet hæc lex in privilegiis. *Gloſſa in l. tribunus pr. ff. de Teſtam. mil.* quam mirabilem vocat *Rom. ſin.* 572.

## ad L. Plebiſcito. 18.

### SUMMARIA.

*Magiſtratui Romano in urbem advenienti licitum erat Xenia acceptare. n.* 1.
*An verò noſtris judicibus hoc idem liceat?*

1 REgulariter Præſidibus, Magiſtratibus & judicibus munerum receptio prohibita eſt, ſed Xenia, id eſt, eſculenta & poculenta quæ intra dies proximos prodiguntur, & quæ hoſpiti extraneo advenienti in gratiam & teſtificationem lætiadventu dari ſolent, ipſis liberum erat accipere. *hic & l.* 6. *§ ult. de officio Proconſ. & ibi Grœnw gen. Farin. qu.* 111. *n.* 245. *Ant. Matth. ad lib.* 48 *ff. tit.* 8. *cap.* 1. *nn.* 9. Autor *ad L.* 4. *num.* 2. *C. ad Ad L. Jul. repetund.* Et de his Xeniis intelligit *Ant. Matth Legem.* 6. *§. fin. ff. de crimine rep.* Sed quia
2 in minimis ſæpe cadit affectio, ideoque hoc noſtris judicibus, qui non ex longinquo mittuntur, ſed apud lares domeſticos plerumque officia ſua adminiſtrant, non convenire, putat *Grœnw gen de arb. LL. d. l. conſ. Capz. pr. crim q.* 93. *n.* 61. *in fin & Alexander l.* 2. *Conſ.* 206. *n.* 9. *& ſeq.* Sed quæritur, an depoſito officio Præſes accipere poſſit munera? quod negat *Petrus de Grew ad. h. l. per l.* 4. *ff. & l. ult. C. ad. l. Jul. repet.*

## ad L. Obſervandum. 19.

### SUMMARIA.

*Ornamenta Magiſtratus ſc. Benevolentia & Autoritas quomodo paranda? n.* 1.
*Iudex premere debet affectus.* 2.

1 DUo ſunt, quæ ornant Præſidem, omnemque Magiſtratum, 1. Benevolentia, quam facilitate in adeundo tibi conciliabis. Autor *in C. tit. de Offic. Civ. judic. ad L.* 2. *n.* 1. 2. Autoritas, quam parabit; ſi paucos in familiaritatem, neminem autem in nimiam familiaritatem admittat: ſi aliter fecerit, naſcetur contemptus; ſi nimis aſperum ſe præbeat & difficilem, incurret in odium, ut ait hic *Bach. in* §. 1. jubetur premere affectus, ne iram præ ſe ferat, & illa-
2 crymando compaſſionem, & additur ſententia, non eſſe conſtantis & recti judicis, cujus animi motum vultus deregit. Peccant utique, qui iram in judiciis præ ſe ferunt. Bona debent eſſe judicis verba, ſed ſtrenua facta & pœnæ competentes. Excuſatiùs peccant judices compatiendo. Bonæ mentis judicium eſt collacrymari miſeris. Quod de Magno Principe ante 60. annos mortuo mihi relatum eſt.

## ad L. Legatus Cæſaris. 20.

### SUMMARIUM.

*Abdicatio officii cui fieri debeat?*

PRæſes ſe abdicare officio non poteſt, niſi in manus ejus, à quo accepit. Idem in Epiſcopo; idem ad donationem Conſtantini hîc applicant Dd.

## ad L. Ult.

### SUMMARIUM.

*Recenſentur nonnulla in ſervum & ancillam commiſſa ad Præſidis officium ſpectantia.*

PReſes debet ſtuprum ancillæ illatum vel corruptionem ſervi, & nefandum ſtuprum ſervo illatum ſeveriſſimè caſtigare, præſertim ſi ſervus injuriam paſſus ſit actor, cui dominus ſummam rerum ſuarum commiſit, quaſi hæc injuria ad totius domus everſionem pertinere poſſet. Quia ſervi ita propudioſè tractati procul dubio mœrore conficientur, aut animum deſpondebunt, & quæ alia peſſima conſequentia oriri poſſunt.

---

# TITULUS XIX.

## *De Officio Procuratoris Cæſaris vel Rationalis.*

## ad L. Quæ acta. 1. & L. Quod ſi. 2.

### SUMMARIA.

*Officium Procuratoris Cæſaris quodnam? n.* 1.
*An juſſu Procuratoris Cæſaris ſervus nomine Cæſaris poſſit adire hæreditatem?* 2.

PRocurator Cæſaris vel Rationalis judicat de bonis fiſco delatis & cauſis fiſcalibus, quibus Præſides ſe non facilè immiſcebant. Autor *in C. tit. de Pe-*
1 *dan judicibus ad L.* 1. *num.* 1. Hi quicquid gerebant, ita ratum erat, ac ſi ipſe Princeps mandaſſet geri, quia ſunt adminiſtratores generales cum libera. Sed adduntur hîc duæ declarationes. 1. Si non ſuo nomine quid gerat vel vendat, ſed fiſci nomine. 2. Si in utilitatem Principis ac fiſci contraxerit: nam ſi in diſpendium fiſci quid alienaverit vel tranſegerit, nullum id eſt, quia ab eo geſta ob conſenſum Principis expreſſum vel tacitum valent, qui non præſumitur in
2 negotio Principi noxio. Et quæritur in §. 2. an juſſu Procuratoris Cæſaris ſervus nomine Cæſaris poſſit adire hæreditatem? Videtur quod non, quia per Curatorem non poteſt adiri hæreditas, *l.* 90. *ff. de Adquir. hær.* Sed affirmatur ex ſpeciali privilegio hujus Procuratoris & ſervi Cæſaris *hic & l.* 25. §. 2. *ff. de Adquir. hær.* ſi modò hæreditas opima. Nam ſi hæc non ſolvendo

ſit,

fit, aditio nulla, ratio jam dicta, idque traditur in *l. 2. h. t.* ubi in hæreditate oneroſa requiritur expreſſa voluntas Principis.

ad L. curatores. 3.

*SUMMARIA.*

*Procurator Cæſaris an jus pœnæ irrogandæ habeat? n. 1.*
*An reditum concedere poſſit deportatis & relegatis? 2.*
*An & quo caſu Magiſtratus poſſit aliquem prohibere, ne ad certum locum, accedat? 3.*

1 PRocurator ſeu Curator Cæſaris non habet jus pœ-
næ irrogandæ; nam particula (*hujus*) videtur
irrepſiſſe per incuriam; & ideo non poteſt deportare.
Sed additur quædam declaratio in §. 1. quia cura pa-
trimonii Principis ipſi demandata; Ideoque colonos
Principis defendere debet, & tumultuoſos homines
poteſt prohibere, ne accedant ad colonias Principis,
2 nec colonos turbent. In §. 2. dicitur, procuratorem
non poſſe reditum concedere deportatis & relegatis,
quod ferè dubitandi ratione caret, cùm reditum con-
3 cedere ad Principis jura propria pertineat. Ex §. 1.
*hujus legis* id tantùm obſervavi, licitum eſſe alicui
Magiſtratui, prohibere alicui, ne ad certum accedat
locum, ſcandali vitandi causâ. *Curtius ad l. un. nu. 19.*
*C. de prohibita ſequeſtr.* Ideo aulis Principum aliqui
ſolent prohiberi, wann ihnen der Hof verboten
wird. Id quod fit non propter ſcandalum, ſed ut
ſignificetur ipſis ira Principis. Poteſt & judex jubere,
ut aliquis abſtineat ab alicujus fœminæ ædibus, quan-
do ſuſpectus eſt, idque faciendum eſſe putarem ſæpius,
quando juſtæ ſuſpicionis cauſæ. Utile eſſet hodie,
prohibere juvenibus tabernas præſertim ſuſpectas.

TITULUS XX.

*De Officio Juridici.*

ad L. Adoptare. 1.

& L. juridico. 2.

*SUMMARIUM.*

*Juridici officium quòuſque ſe extendat?*

JUridici, qui ſolebat provinciis Italicis dari, officium etiam ad voluntariam juriſdictionem ſe extendit, ut adeo coram eo adoptio fieri poſſit, per *l. 1.* Et habet legis actionem ſcilicet actus legitimos. In ſpecie Alexandrinus juridicus poteſt etiam tutorem pupillis dare per *l. 2.* non ex vi juriſdictionis, ſed ex ſpeciali conceſſione legis ſeu conſtitutionis. Sed hæc parum faciunt ad noſtra judicia.

TITULUS XXI.

*De Officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio.*

Ad Rubric.

*Vid. Repetitio Pauli Oriani, Jacobi Nigri, Sebaſt. Sapia vol. 1. repet.*

ad L. Quæcunque. 1.

*SUMMARIA.*

*An ea, quæ ſpecialiter lege tribuuntur, mandata juriſdictione ſimul transferantur? n. 1.*
*An merum Imperium poſſit aliis mandari? 2.*
*Annon propter infirmitatem aliis mandari poſſit? 3.*
*Quid hoc paſſu obtineat ex conſtitut. Crimin. Caroli V? 4.*
*Delegatus Judex qualem juriſdictionem exerceat, propriam an alienam? 5.*
*Quid prorogata juriſdictio? 6.*

1 QUæ ſpecialiter, id eſt, expreſſè & nominatim,
Lege, vel Senatusconſulto, vel conſtitutione
Principis tribuuntur, mandata juriſdictione non trans-
feruntur: Quæ verò ſpecialiter non tribuuntur, ſed
jure Magiſtratus competunt, hoc eſt jure officii ordi-
narii, poſſunt delegari, & ſic juriſdictio poteſt de-
legari. Sic quando ſuper alimentis futuris tranſigitur,
requiritur nominatim cauſæ cognitio à Prætore facien-
da. *L. 8. princ. de Tranſact.* Ergo non poteſt hæc cog-
nitio delegari. Item quando prædia minorum alie-
nanda; requiritur cognitio Prætoris ſpecialiter; ergò
hæc cognitio non poteſt delegari. Aliud exemplum in
*L. 1. C. ne liceat potentioribus. & in L. placet. 2. verſ.*
*quod non ita C. de pedan. Judic. conf. Joh. Longovallius*
*in repet. L. imperium. n. 158. & ſeq. ff. de Juriſdict.* ubi
hanc legem pluribus exponit; & ideo meri imperii
2 cauſæ non poſſunt aliis mandari. Excipitur hîc cau-
ſa abſentiæ neceſſariæ, ubi tamen *Hilliger. in Donell.*
*lib. 17. c. 8. lit. Ddd.* ſolam cognitionem mandari putat,
ſed non ipſum imperium merum, Autor *ad L. 2. num.*
3 *11. & 15. C. de Pedan. Jud. Et ad L. 10. num. 3. C. de*
*Sent. & int.* quod in medio relinquo. Sanè quia infir-
mitas corporis cum abſentia neceſſaria eandem vide-
tur habere rationem. *L. 8. §. ult. cum L. ſeq. ff. de pro-*
*curat. L. 18. pr. de judic.* ideo etiam infirmitatis causâ
imperium merum mandari poſſe, tradunt *Dd quos al-*
*legat. Hillig. in Donell. d. lit. Ddd.* licèt ipſe recedat.
4 Sed cùm Carolus V. cauſam infirmitatis certo modo ad-
mittat in articulo 2. *Conſt. Crim.* de eo nobis in noſtro
imperio nullum eſt dubium, præſertim cùm hodie
Magiſtratus ſint perpetui, non temporarii, de qui-
bus hîc agitur. *Annibal. in repet. l. nemo. de Legatis 1.*
*num. 78. tom. 4.* Non tamen hîc dicitur, omnem Ma-
giſtratum etiam municipalem poſſe demandare, quæ
ſuor juriſdictionis. *Bart. Socinus in Repet. l. 1. ff. quis &*
*à quo appelletur, numer. 37. vol. 6.* Sat è conſenſus ſu-
perioris in demandando imperio ſummo requiritur à
*Car. V. Auguſtiſſimo Imperatore*, quod moribus non
convenit. Conf. *Paulus Buſius ad hanc legem.* Obiter
notetur vox modeſtiæ plena (videntur errare) ut ob-
ſervavit. *Joh. Annibal. in rep. L. naturaliter. num. 151.*
*ff. de Uſucap.* Notetur etiam argumentum à contrario
ſenſu in verbis; *hujus rei fortiſſimum argumentum. & c.*
*vid. Mantica decemect. ult. vol. l. 3. t. 15. n. 8.*
5 *Ad §. Qui mandatam.* 1. Delegatus non habet Ju-
riſdictionem propriam, ſed exercitium Juriſdictionis
alienæ; & ſi aliàs etiam Imperium haberet, non tamen
pro ſuo imperio ageret, ſed delegantis juriſdictione
uteretur. *L. & ſi Prætor. 3. h. t.* & delegata poteſtas re-
gulatur à Poteſtate delegantis. *c. 11. & 29. X. de offic.*
*jud. de leg. vid. Hill. in Don. lib. 17. c. 8. lit. LLL.* Et
delegatus Principis major eſt quolibet ordinario judice
*c. 7. X. de effic. jud. de leg. c. ſane 11. d. t.* Autor *in C. t.*
6 *de Judic. ad L. 5. num. 4. & 5.* Sed aliud videtur in
prorogata juriſdictione dicendum, cùm juriſdictio
prorogata ejuſdem ſit naturæ, cujus eſt principalis.
*L. 8 C. de Epiſc. audient. Lud. Rom. ſing. 11.* Ad *L. 1.*
*h. t. vid. Repetitiones vol. 1. repet. Pauli Oriani, Jacobi*
*Nigri, Sebaſt. Sapiæ, Marii Salomonii.*

ad L. Mandata juriſdictione. 2.

*SUMMARIA.*

*Quid fuerit olim, conſilium exercere? 1.*
*An is, cui mandata Juriſdictio, poſſit cognoſcere de cauſa alienandi prædia Minorum? 2.*

1 PRæſes ſi mandavit Juriſdictionem, non poteſt
delegatus Judex conſilium exercere, id eſt con-
vocare equites &c. *Vid. Hill. in Donell. L. 17. c. 8. lit.*
*G. & Joh. Juvenalis in repetit. L. imperium. num. 23 &*
*in d. l. Joh. Longovallius n. 40. ff. de juriſdictione & Ain-*
*gelus in Inſtit. tit. de Except. in princ. n. 7.* Quæritur

 autem

Digitized by Google

2 autem in §. 1. an is, cui mandata eſt juriſdictio, poſſit cognoſcere, an minorum vel pupillorum prædia ſint vendenda ob æs alienum, vel quia plus oneris, quàm commodi adſcrunt? Videtur quod ſic, quia hæc ad juriſdictionem præſertim hodie pertinent. Sed negatur, quia hæc cognitio Magiſtratibus ſpecialiter demandata per Conſtitutionem Severi Imperatoris. Sed hodie putarem, poſſe talem cognitionem mandati, quia mutata hodie juriſdictionis forma, & videtur hæc cognitio jure Magiſtratus competere. Et cognitio iſta requirit ſæpè, ut in rem præſentem eatur pedibus & ædes inſpiciantur, nec non fundi, quod commodiùs per Mandatarium expeditur.

## ad L. Et ſi prætor. 3.

*SUMMARIA.*

*Si Princeps mandet magiſtratui, quod jam ſui officii eſt, an juriſdictionem hoc caſu mandatam exerceat magiſtratus? n. 1.*
*Qualem juriſdictionem exerceat Camera, ſi Imperator aliquid mandet? 2.*

1 DElegatus judex, licèt aliàs ſit ordinarius, in ea tamen cauſa delegantis vice fungitur, ſc. ſi inferior aliàs de cauſa cognoſcere non poſſit. Nam ſi mandet v. gr. Princeps Magiſtratui, quod jam ante illius eſt officii, non mandata juriſdictio, ſed quam habet, excitata & diligentiùs injuncta cenſetur, & ita eo caſu non Princeps, ſed proximus ſuperior ap-
2 pellabitur. *c. 12. de offic. Ord.* & Camera, ſi qua cauſa ei delegata ab Imper. Ordinariam tum juriſdictionem exercet, per tradita & allegata *Hill. l. 17. c. 8. lit. Ggg.* Sed quando aliàs cauſa ad ordinariam juriſdictionem non pertinebat, vel fuerat appellatum, & cauſæ particula tantum delegata, ordinaria juriſdictio ceſſat in his, quæ ex delegatione tantùm ejus facta fuere. *Dn. Mev. p. 5. dec. 309.*

## ad L. Cognitio. 4.

*SUMMARIUM.*

*Recenſentur nonnulla quæ mandari poſſunt.*

IN hac lege enumerantur quædam; de quibus dubitari poterat, an mandari poſſint, ut 1. cognitio de ſuſpecto tutore: Nam hæc pro tribunali tantùm examinanda & à ſolo Præſide decidenda. *l. 1. §. 11. ad SCt. Turpill.* Sed affirmatur hîc, mandari poſſe, & quidem ob utilitatem pupillorum, quorum intereſt ſuſpectos tutores quamprimùm removeri. Et *d. §. 11.* opponendus non mandatario. Sed Magiſtratui municipali. 2. De bonorum poſſeſſione ſeu admiſſione ad hæreditatem prætoria. 3. In miſſione in bona, quæ petitur in ruinoſas ædes, ob non præſtitam cautionem de indemnitate. 4. Si vidua ſe gravidam dicens miſſionem petat. 5. Si Legatarius petat immiſſionem in bona, legatorum ſervandorum cauſâ. Et de his omnibus affirmatur, quod mandari poſſint, quia nullibi dicitur, quod ex ſpeciali Lege dentur. Et licèt prætor de his cognoſcat, non tamen negatur, quod ea delegare poſſit.

## ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*Quænam ſit poteſtas judicis delegati, n. 1.*
*An ſubdelegare poſſit? 2.*

1 IMperium mixtum Juriſdictioni ſemper adhæret, hîc *& l. 1. §. 1. h. t.* Poteſt tamen per præſcriptionem adquiri ſine Juriſdictione. *Alex. ad l. 2. ff. de juriſdict. n. 4.* & delegari juriſdictio poteſt ſine coercitione *per c. Paſtoralis. 28. X. de Off. Jud. delegati.* Et delegatus non poteſt regulariter ducere in jus. *Alex. d. l.* Et ideo explicant hanc legem, quod facilè ſine coercitione expediri non poſſit. *Longovall. ad d. l. imperium. n. 91.* Ed delegatus Judex non poteſt ſubdelegare. *hic & l. 5. ff. de Juriſd*, niſi ſit delegatus Principis
2 *c. 27. §. ſi vero X. de Offic. Jud. deleg. Gail. lib. 1. obſ. 97 num. 8. Hill. lib. 17. c. 8. lit. A1. Molina de Juſt. & Iure. tr. 5. d. l. 5.* aut niſi univerſitas cauſatum ſit delegata. *Covarr. lib. 3. Reſol. c. ult. n. 11. Sanchez. de matrim. lib. 3. diſp. 31. num. 2. Vid. infra notata ad L. 5. ff. de juriſd.*

---

# TITULUS XXII.

*Offic. Aſſeſſorum.*

## Ad Rubric.

VIde *Repetit. Jacobi Nigri & Sebaſt. Supin vol. 1. repetit.*

## ad L. Omne Officium. 1.

*SUMMARIA.*

*In quibusnam conſiſtat officium Aſſeſſorum? n. 1.*
*Quid judex circa libellum obſervare debeat? 2.*

1 HIc agitur de officio Aſſeſſoris, quod conſiſtat in cognitione cauſarum, in poſtulationibus, ne admittatur ignominioſus, Autor *in C. h. t. ad L. 1. n. 7.* in libellis conventionalibus, an ſine rectè concepti libelli, aliàs reſpuendi, in Edictis generalibus &c. *in hanc L. vid. repetitio Antonii de Nigris tom. 1. repetit. p. 243.* Hîc *Jaſon & alii* agunt de officio aſſeſſorum circa judicarios actus, & ſolent hîc notare præcipuè ad libellum debere reſpicere judicem, ut hîc
2 aptè concludat; Autor *in C. h. t. ad L. 2. nu. 6.* Et ſi ineptus ſit notoriè, debere eum rejici. *Carpzov. de proc. titul. 6. art. 1. num. 29. & ſeqq. & l. 2. Reſp. 53. Dn. Mev. p. 5. deciſ. 92.* Decretum bis verbis concepit *Carpz. d. art. 1. num. 31.* Würde Kläger eine Förmlichere und ſchließlichere Klage anſtellen / und Beklagten darzu citiren laſſen / ſo iſt Beklagter mit ſeiner Nothdurfft ſich einzulaſſen ſchuldig.

## ad L. Liberti. 2.

*SUMMARIUM.*

*An infamis poſſit eſſe judex?*

ASſeſſorea eſſe non poſſunt, qui ſunt infames. *L. 2. C. de dignit.* quòd extendunt, ad infamiam facti, & qui alienâ infamiâ laborant. *Mynſ. cent. 4. obſ. 31. Don. & ibi Hill. lib. 18. c. 2. lit. K.* Dn. Autor *in C. h. t. ad L. 8. nu. 7.* Arbiter tamen ignominioſus eſſe poteſt *L. 7. pr. ff. de Arbitr. conf. Repetitio c. de Nigris vol. 1. rep. p. 245.*

## ad L. Si eadem. 3.

*SUMMARIUM.*

*Quare nemo in patria ſua potuerit eſſe Aſſeſſor?*

NEmo poteſt eſſe Aſſeſſor in patria ſua, Autor *in C. h. t. ad L. 10. n. 1. & 2.* quod optima ratione ſtatutum, ne jus violet ex amore &c. Sed ſi una provincia in duas dividatur, poteſt aliquis ex una provincia eſſe Aſſeſſor in alia. *vid. Jac. de Nigris in rep. hujus L. t. 1. p. 245.* qui ſuperiorem rationem refellit, ſed aliam non reddit. Aliàs patriæ arctiùs obligamur, quàm aliis. *Klock. vol. 1. conſ. 37. n. 388.*

## ad L. Diem functo. 4.

*SUMMARIA.*

*An Aſſeſſori debeatur ſalarium ſi abſque culpa ſua abſit? num. 1.*

Quid

*Quid in Gallia obtineat?* 2.
*Quod ſi Advocatus conductus ſit, & reſervata utrinque reſignatio?* 3.
*Quomodo ſalarium petendum, ſi illud in quadrimeſtria ſpatia dividatur?* 4.
*An totum peti poſſit, non elapſo anno, ſi habeat certam determinationem operarum?* 5.
*Quomodo jure Sax. Paſtor. Eccleſ. tranſmittat ſalarium?* 6.

1 ASſeſſori ſalarium debetur, licèt abſque culpa ſua in officio ceſſet, v. gr. ob mortem Legati Cæſaris; aliud verò, ſi alius Legato ante tempus ſurrogatus, *d. l. 4. h. t.* quia forte propter delictum avocatus, cujus particeps eſt Aſſeſſor. *Donell. d. c. 2. lit. FF. & ibi Hillig.* Et hinc fluxit, quod ſalaria integri anni Aſſeſſorum hæredibus debeantur. *Dd. hic Ranchbar. pag. 1. quæſt. 2. Gail. lib. 1. obſerv 44. num. 12. Carpz. p. 2.
2 c. 5. def.* 11. *& in Juriſpr. Eccleſ. lib. 1. d.* 171. Dn. Autor *in C. tit. de Condict. ob cauſam dat. ad L. ult. n. 5. &* 6. Sed in Galliæ Regno & Belgicis provinciis, pro tempore non præſtiti officii ſalarium perſolvi non ſolere, tradit *Chriſtin. volum. 5. decif* 118. *num. 14. & ſeqq. & Grœnwegen ad l. 15. §. 1. C. de Advoc. diverſ. Judicio-
3 rum.* Sic etiam ſi Advocatus conductus, & reſervata utrique reſignatio die Loßkündigung / ſi cliens initio anni renunciet, totius tamen anni ſalarium debetur Advocato, Autor *in C. tit. de Suffrag. ad L. un. nu.* 7. ut tamen ejus anni operas præſtet ſuas, ſi cliens velit. *Dn. Mev. p. 3. dec.* 144. ſi autem negotium, ob quod promiſſum fuit ſalarium, planè non ſortiatur effectum, non poteſt peti ſalarium totum v. gr. ſi procurator ad appellationis inſtantiam conſtituatur, & Appellationis proceſſus denegetur. *Dn. Mev. p. 3. dec* 227.
4 Notandum autem hîc, ubi ſalaria in quadrimeſtria ſpatia dividuntur, daß die Salaria alle virtel Jahr außgezahlet werden / ſi aliquis poſt duodecimam noctis horam, primo die ſemeſtris inchoati, v. gr. feſti Johannis moriatur, tunc totius quadrantis ſalarium hæredes habent Jure Comm. *Ex h. l. vel. argum. ejus.* Et præterea jure ſingulari annum gratiæ, qui non à die Johannis ſed à feſto Michaelis inchoandus, & ſic in Profeſſoribus hujus Academiæ obſervatur. *Confer. etiam Not.* DNI Autoris *ad L. 19. §. 9. & ſeq. ff. Locati. n. 14. Confer. Cothman. Reſponſ. Academ. 46 Hanc legem prolixè repetit Hieron. Cagnolus in ſuo tractat. & Joh. Bapt. Caccialupus. in repet. vol. 1. pag. 246. Iac. de Nigr. p. 253. Sebaſt. Sapia p. 259. & Cagnolus p* 261. Autor *in C. h. t. ad L. 7. n. 4. &* 6. Hanc *l. 4.* etiam de procuratoribus ſummorum tribunalium intelligunt, ut *Dn. Mevius p. 4. dec.* 200. quia officium honorabi-
5 le. *Gail. l. 1. obſ. 43. n. 7.* Sed ceſſat diſpoſitio legis de ſalario totius anni ſolvendo, etſi minima ejus parte quis ſerviverit, in ea ſpecie, ubi ſalaria habent expreſſam determinationem & conditionem operarum *Dn. Mevius d. l. nu.* 3. Ex quo id etiam patet, ubi profeſſio vel liberale exercitium ex Lege vel pacto non habet certum annuum ſalarium, ibi id tantùm petendum, quod labori reſpondet. *Dn. Mevius d. l. n.* 7. Colli-
6 gitur etiam *ex hac lege*, quod Advocatus vel alius operarum locator, non poſſit totius anni ſalarium petere, ſi interim aliis præſtitit operam. *Carpzov. de dec.
7 136. in fin.* Si autem per ſtatuta ſit receſſum ab hac diſpoſitione Juris civilis, v. gr. ſicut Jure Saxon. El. &. paſtor Eccleſiæ tranſmittit ſalarium pro ratione temporis deſerviti, licèt habeat vidua cum liberis dimidium annum gratiæ; in caſibus dubiis tamen non eſt omnino recedendum ab hujus legis diſpoſitione, per tradita *Carpz. Iuriſpr. Eccleſ. lib. 1. def.* 200. *n. 9.*

## ad L. Conſiliario. 5.

### *SUMMARIUM.*

*An Aſſeſſor Magiſtratus Advocati munere in eo judicio, cui aſſidet, fungi poſſit?*

ASſeſſor Magiſtratus, qui hîc vocatur Conſiliarius, non poteſt Advocati munere fungi in eo judicio, cui aſſidet, Autor *in C. h. t. ad L. fin. n. 1. 2. & 7.* ſed in alio poteſt. Quod intelligendum eſt, ſine ſpeciali commiſſione judicis. Nam poteſt fieri, quod pars ob ætatem, ſimplicitatem &c. ſua deſideria judici exponere non poſſit, & Advocati ibidem non reperiantur ordinarii, quo caſu putarem, judicem uni Aſſeſſorum injungere poſſe, ut partis deſideria exponat & ipſum defendat. Quod olim factum eſſe referunt, nec abſurdum eſt, ſi hodie fiat.

## ad L. fin.

### *SUMMARIUM.*

*An quis in ſua patria aſſidere poſſit Curatori Reipubl. & quare?*

OBſcurior hæc lex. Sed videtur hic eſſe ſenſus. Cum in *l. 3.* dicatur, neminem in ſua patria Aſſeſſorem eſſe poſſe, ne gratioſus aut factioſus ſit inter ſuos populares: Quæritur ergo, an quis in ſua patria aſſidere poſſit Curatori Reipubl. id eſt, qui bona Reip. curat? Et videtur quod non, ob eandem rationem, Sed affirmatur, quia non habet ex publico Salarium, id eſt, difficulter Extraneus ſine publico Salario operam ſuam alteri Reip. navaturus eſt, ergo permitti debuit, ut civis poſſet Accedit, quod minùs ſit periculi ab Aſſeſſoribus Curatorum Reip. qui erant inferiores Magiſtratus, nec magna poteſtate inſtructi, cùm nec jus mulctandi quidam haberent, *l. 3. C. de Modo Mulct. ita Bach. ad h. l. ibique* Autor *num. 1. & 5.*

# LIBRI SECUNDI
## TITULUS I.
## De Juriſdictione.

### Ad L. Jus dicentis. 1.
*SUMMARIA.*

*Quomodo differant, officium jus dicentis judicis nobilis, ejus, qui habet imperium, & ejus, qui habet juriſdictionem? n. 1.*
*Quid in Marchia ad deſignandam juriſdictionem offeratur? 2.*

1 Officium jus dicentis, per quem omnem Magiſtratum intelligo cum *Matt. Steph. de juriſdict. L. 1. c. 1. n. 18.* latius patere videtur, & multa ad id pertinere, quæ jurisdictionis per ſe non ſunt. *L. 6. §. ult. L. 7. ff. de offic. proconſ.* Nam quæ ſunt mixti imperii, pertinent ad officium Judicis, & tamen non ſunt Juriſdictionis, imò quædam ſunt nec juriſdictionis nec Imperii, & tamen pertinent ad officium Judicis, ut tutorem dare. Imò officium Judicis nobile, quod non inſervit actionibus, non eſt Juriſdictionis. *Monach. ad L. 1. conferatur Sebaſtianus Sapia in repet. hujus Legis tom. 1. p. 270. col. 2. & Hill. ad Donell. Lib. 3. c. 7. lit. D.* Et jus dicens interdum ſua, interdum adventitia utitur poteſtate. *Zaſ. ad hunc tit. num. 23. & quos hic citat. Conf. Zaſius t. 1. p. 175. Duarenus Lib. 1. Diſput. c. 55. Coraſ. L. 3. miſc. c. 18. num. 13.*
2 *& Cujac. ad omnes LL. hujus tit. tom. 11. pag. 163. & ſeqq.* Notandum obiter, in noſtra Marchia gallinas à ſubditis offerri, ad deſignandam juriſdictionem & imperium. *vid. Scheplitz. de conſu. Marchic. p. 2. tom. 3. num. 6. & Beſolds. Theſaurus in voce* Rauchhüner.

### ad L. Cui juriſdictio. 2.
*SUMMARIA.*

*Conceſſa juriſdictione, quid ſimul conceſſum intelligatur? num. 1.*
*Prohibito uno, omnia prohibentur, per quæ ad illud pervenitur? 2.*
*An Princeps videatur habilitare delegatum, ſi ei inidoneo quippiam mandaverit?*

1 Conceſſa Jurisdictione, etiam ea conceſſa præſumuntur, ſine quibus exerceri non poteſt *Hillig. in Don. lib. 17. c. 8. lit. LLL.* ut ſupra dictum de mixto imperio. *Fachin. lib. 9. c. 98. Gail. lib. 1. obſ. 35. nu. 9. Rulandus de Commiſſ. p. 1. lib. 3. c. 3.* Autor *ad π. tit. de offic. ejus, cui mandat. ad L. fin. n. 1.* Item jus citandi, in contumaciam procedendi; licèt edictalis citatio delegato judici extra concurſum creditorum non competat. *Scacc. lib. 1. de juriſd. c. 34. n. 3. Hill. in Don. lib. 43. c. 2. lit. H.* Generalior autem hujus legis eſt uſus, quod conceſſo uno, videantur & illa conceſſa, quæ in conſequentiam veniunt. *Hartm. Piſtor. p. 1. q. 15. num. 57.* Autor *in C. t. de Procur. ad L. 5. n. 5.* Quæ regula toto
2 die *ex hac L. 2.* probari ſolet; ut & ſimilis, prohibito uno omnia ea prohibita videri, per quæ ad illud pervenitur *per L. 16. ff. de Sponſal. Zaſ. hic n. 5. & qui referuntur à Barb. l. 14. c. 93. axiom. 18. Videatur repetitio hujus legis inter Rep. Juris tr. 1. p. 273. quæ eſt Sebaſt. Sa-*
3 *pia.* Autor *ad L. 1. n. 8. C. de Navicular:* Colligitur *ex hac lege*, quando Princeps inepto delegat juriſdictionem, an videatur habilitare? Quod affirm. *Monachius de Juriſdict. in hac Leg. n. 11.* Autor *ad L. 57. n. 3. π. de R. J. Et Bolognetus hic nu. 7.* quod tamen intelligo, ſi Princeps ſciat, & defectus ſit Juris civilis, non verò naturalis. Collige etiam delegatum Judicem ad petitorium poſſe cognoſcere in poſſeſſorio. *Monach. hic n. 12. per c. 1. de cauſa poſſ. & propriet.* Et quamvis *Lex hac* loquatur de neceſſariis, ſine quibus omnino non poteſt exerceri juriſdictio, ſunt tamen qui putent, ea etiam contineri, ſine quibus commodè expediri non poteſt juriſdictio. *Monach. d. l. in fin. conf. Zaſ. t. 1. p. 177.*

### ad L. Imperium. 3.
*SUMMARIA.*

*Quid ſit Imperium merum, quid mixtum? n. 1.*
*Quot & quinam ſint gradus meri imperii? 2.*
*Veteres confundunt merum imperium cum regalibus. 3.*
*Moderna juriſdictio non ex legibus Rom. cenſenda. 4.*
*Exempla mixti imperii. 5.*

1 Contrioer diviſionem Imperii in merum & mixtum; illud in textu definitur, quod ſit poteſtas gladii ad animadvertendum in facinoroſos, ubi per metonymiam cæteræ pœnæ ac gradus continentur. *Buſius hic n. 2.* Huc autem eſt jus modicè coercendi, juriſdictioni cohærens. *Matth. Steph. lib. 1. de Juriſdict. c. 12.* Si ſcilicet Juriſdictio jure Magiſtratus aut delegationis titulo conveniat; nam Collegiis probatis licèt Juriſdictio competat, non tamen videtur imperium mixtum, ſcil. pignorum capiendorum facultas compete-
2 re. *Dn. Mevius. p. 5. dec. 255.* Illius tres gradus 1. Poteſtas adimendi vitam naturalem. 2. Caput civile, libertatem & civitatem, ut Deportatio. 3. jus irrogandi
3 cæteras pœnas. *Matth. Steph. d. lib. 1. c. 8.* Collige, malè à veteribus merum imperium cum regalibus confundi, quod poſt alios *hic num. 3.* rectè notat *Buſius* nec illud noſtris moribus convenit, quod *P. Gudelinus de jure Noviſſ. L. 5. c. 13. in fin. & Grœnwegen ad hanc L.* poteſtatem Gladii ordinariæ juriſdictionis partem eſſe putant. Quorum dictum verum eſſe puto ſi omnimoda juriſdictio conceſſa, item ſi juriſdictio generaliter in feudum detur, & feudo adhæreat etiam criminalis juriſdictio, vel ſi vicinis eodem verbo juris-
4 dictionis generaliter hæc conceſſa. *Dn. Mev. p. 4. dec. 290.* ubi *num. 7.* monet, eos pernicioſos JCtos eſſe, qui de moderna juriſdictionis forma ex Legibus Romanis cenſent & diſputant. Sanè multi juriſdictio-
5 nem ſine imperio habent. Collige mixti Imperii exempla in danda bonorum poſſeſſione, in mulctæ dictione, pignoris captione, corporis retentione, Advocationis interdictione, translatione poſſeſſionis in Adverſarium, etiam manu militari. *Petrus Greve ad h. L. Aliquot hujus legis Repetitiones videre licet in volumine repetitionum juris, ut Joh. Bapt. Caccialupus, Caſpar. Valaſcus, Sapia, Joh. Juvenalis, Urſinus Longovallus tr. 1.* Solent aliàs mixti imperii duos gradus facere, de quibus *Menoch. lib. 1. A. Q. 74. n. 10. Kuchen de Sax. non provoc. jure verbo, Ducum Saxon. c. 5. n. 51. Monach. de juriſd. c. 3. & 4. Zaſius t. 1. p. 178.*

### an L. Jubere caveri. 4.
*SUMMARIUM.*

*An Magiſtratus municipalis poſſit jubere caveri, vel mittere in bonor. poſſeſſ. n. 1.*

*Hodie Magiſtratui municipali competit mixtum imperium.* 2.

1 MAgiſtratus municipalis non poteſt jubere caveri, vel mittere in bonorum poſſeſſionem, Autor *in C. tit. de Magiſtr. municip. ad L.* 2. *n.* 1. quia mixti imperii eſt, quod Municipali Magiſtratui non competebat. *Menoch. rem.* 4. *adip. poſſ. nn.*417. *& ſeqq.* ubi tradit, nec ex ſecundo decreto à Magiſtratu municipali mitti poſſe actorem, niſi ob damnum infectum. *L.*1. *&* 4. *ff. de damno infecto*, quia hæc res celeritatem requirit. *Monach. in h. L. & Caccialupus & Sapia in repet. hujus Legis. Zaſius p.* 182. Vocabulum *Magis* comparativè, non excluſivè intelligendum, monet *Monach, hic.*
a Sed hodie Magiſtratui municipali plus juris, & ſic etiam mixtum imperium competit, ſæpe etiam merum.

## ad L. More majorum. 5.

### *SUMMARIUM.*

*Quibusnam caſibus delegatus poſſit ſubdelegare?*

ORdinarius judex poteſt delegare, non verò delegatus, ſed hoc limitatur. (1.) in delegato Principis, Autor *in C. t. de Judic. ad L.* 3. *n* 4. *&* 5. vel cujuſcunque ſuperioris, quamvis hujus rei exemplum non facilè extare putem in his provinciis, præſertim cum induſtria perſonæ ſoleat attendi. (2.) Niſi vel expreſſe facultatem ſubdelegandi ordinarius committat, vel ſaltem tacitè, ſi geſta à ſubdelegato approbet. (3.) niſi actus aliquis particularis delegetur, ut recipere juramentum, & ſim. (4.) Niſi univerſitas cauſarum alicui mandata ſit. *L.* 1 *ff. quis & à quo appelletur. vid. Zaſius in ſuis operibus tom.* 1. *p.* 193. *& tomus* 1. *repet. jures p.* 330. *Joh. Bapt. Severinus d. t.* 1. *repet. fol.* 332. *& Petrus de Bella pertica. p.* 336. *& Monach. in h. l. Menoch. L.* 1. *A. Q.* 68.

## ad L. Et quia. 6.

### *SUMMARIUM.*

*Quando morte mandantis finiatur juriſdictio delegati?*

SEntentia plana eſt, Morte mandantis finitur Juriſdictio, ſi res ſit integra, & nondum cœptum judicium à delegato. Ratio eſt, quia in omni mandato id contingit, ut mandatum morte mandantis finiatur, Autor *in C. tit. de oblig. & Action. ad L.* 8. *n.* 7. cujus regulæ exceptiones ex aliis refert *Chriſtin. vol.* 3 *dec.* 49. *n.* 7. per citationem autem res deſinit eſſe integra. *Conf. Socinus reg.* 254. modò citatio ſit legitima, & citatus exinde ſe ſatis informare potuerit, & citatio ritè ſinuata. *Conf. Romanus ſing.* 812. ſed de hac materia paſſim agitur ex *c. gratum. X. de offic. jud. del.* Et ex hac ratione apparet, etiam morte mandatarii extingui mandatum, quia perſonæ induſtria electa. *Zaſius tom.* 1. *operum ſuorum. p.* 183. *Monach. ad h. L.*

## ad L. Si quis. 7.

### *SUMMARIA.*

*Pœna corrumpentis edictum publicum* 50. *florenorum, an hodie num uſitata? n.* 1.

*An in pœnalibus ſexus maſculinus ſemper ſub ſe comprehendat fœmininum?* 2.

*An ſemper ruſticitas excuſet?* 3.

*Qui in ære non habet, an ſemper in corpore luere debeat?* 4.

1 QVi edicta publica perpetuæ Juriſdictionis causâ affixa doloſè corrumpit, tollit vel mandat, ſolvere tenetur Fiſco 50. florenos: nam præferenda vulgata lectio. *Donell. lib.* 15. *cap.* 24. *lit. R. Schneidw. ad §.* 12. *n.* 25. *J. de action. Olendorp. Claſſ* 1. *ax.* 3. *n.* 6. *Camill. Borell. tom.* 1. *deciſ. t.* 46. *n.* 60. Sed hanc legem moribus abolitam eſſe ex *Autumno* refert *hic Grænwegen*; nam ſolet hodie talis pervicacia arbitrariè puniri: ſicuti etiam punitur arbitrariè, ſi id Edictum corrumpatur, quod in privatorum cauſis publicè proponitur;
a & uterque ſexus hic punitur. Unde colligunt, in pœnalibus maſculinum ſexum etiam fœmininum comprehendere, cùm utrinque militet eadem ratio. *Galeanla in repet. L. Gallus. ff. de lib. & poſth. n.* 33. *Tiraq. de Retr. conſang.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 214. *Ritterſhuſ in Novell. p.* 4. *c.* 2. *num.* 22. *Monach. in L.* §. 1. *Gœdd. ad l. t. n.* 53. *ff. V. S* Autor *ad L.* 6. *num.*12. *C. de Inceſt. & inutil. nupt.* Sanè ſi mulier non ob aliquid neglectum punienda ſit, non videtur ſemper eadem eſſe ratio, v. g. citantur omnes creditores: Mulier aliqua fortè neſciens citationem, ſuum creditum non liquidum reddit, quæritur an mulier non admittenda poſt excluſivam ſententiam? putarem eam admittendam, ſaltem per beneficium reſtitutionis, non tantùm in foro Saxonico, *de quo Berlich. pr. dec.*208. ſed etiam in communi, ubi moribus noſtris mulieres curatorem habere ſolent in judiciis, & ſic exemplo minorum ipſis ſuccurri poteſt. Eadem pœna locum habet, qui dum proponitur corrumpit, §. 2. de quo vix dubitandum, cum major ſit audacia. Et ex quo Edicto punitur etiam is, qui tollit, licèt non corrumpat, vel qui per alium id facit. §. 5. *h. l.* licèt mandatarius expers doli ſit. Et ſi plures corruperint, omnes tenentur. §. *fin. h. l.* A dolo autem ruſticitas excuſat *h. L.* §. 4.
3 Autor *in C. tit. de defenſ. Civit. ad L.* 3. *n.* 6. Sed perpetuum id in juris civilis prohibitionibus non eſt *L.* 1. *C. de interd. matrim. inter pupill Menoch. l.* 2. *A. Q. c.* 194. *n.* 34 *Barboſ. locuplet L.* 16. *c.* 66. *axiom.* 1 Nam ſi quid occultè fiat vel contra jus naturale, ruſticitas non excuſat. *Menoch. in* §. 4. *h. t.* Autor *ad C. t. de Interd. Matrim. n.* 3. 4. Et qui non habet in ære, luat in corpore, quæ regula in delictis, non contractibus, obtinet. *h. L.* 7. §. 3 *& L fin. ff. de in jus voc. Menoch. Lib.* 2. *A. Q. caſ.* 247. *Schneidew. d. l. n.* 47. *&* 57. *Borellus l.* 1. *tit.* 46. *num.* 60. *Riccius coll. dec.* 661.
4 Autor *ad L.* 4. *num.* 14. *C. de ſervis fugitiv.* ſed hanc regulam limitat *Jaſon. in* §. *pœnales. nu.* 50. *Inſt. de actionibus*, niſi eſſet levior tranſgreſſio, & perſona ſine culpa ſua pauper; nam non ſtatim debet in corpore luere, quod laudat etiam *Tiraq. in tract. de judicio in rebus minimis. concl.* 7. Plures limitationes habet *Jaſon. d.* §. *numer.* 43. *& ſeqq. Conf. Zaſius in ſuis operibus Pag.* 187.

## ad L. Adeo. 8.

### *SUMMARIA.*

*Si plures album corruperint, & unus pœnam totam perſolverit, an cæteri ab eadem liberentur? n.* 1.

*In actionibus pœnalibus delinquentes ſinguli tenentur in ſolidum, nec ſolutione pœnæ ab uno facta cæteri liberantur.* 2.

*Secus in actionibus ex delicto rei perſecutoriis.* 3.

1 IN *fine legis præcedentis* dictum, ſi plures corruperint, omnes teneri, & quidem tenentur ad pœnam in ſolidum, hic quæritur, ſi unus inter plures pœnam totam perſolverit, an per hanc ſolutionem cæteri ab eadem pœna liberentur? Videtur quod ſic per *l.* 1. §.
a *ſi plures.* 4. *ff. de eo, per quem factum erit quò minus &c.* Sed negatur, quia regulare eſt in actionibus pœnalibus, ut plures delinquentes teneantur in ſolidum, nec ſolutio pœnæ ab uno facta cæteros liberet *l.* 1. *C de Cond. furt. l.* 1. §. *fin. ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe juſſus erit.* Autor *ad d. L.* 1. *n.* 1. 2. *de Cond. furt.* Quoniam quiſ-
3 que ſui delicti pœnam perſolvit. Sed aliud in actionibus ex delicto rei perſecutoriis, in quibus venit, quod intereſt actoris, quod ſi ab uno accipiat, à cæteris petere nequit. Et de hoc caſu loquitur *d.* §. *ſi plures.* ubi pœna vocatur reſpectu rei *Bach. ad h. l.* 8.

## ad L. Si familia. 9.

### *SUMMARIUM.*

*An Dominus, cujus ſervi album corruperunt, abſolvatur,*

*vatur, ſolvendo ſemel 50. aureos? n. 1. & 2.*

1 QUando ſervi alicujus furtum faciunt, tum Do-
minus non niſi ſemel pœnam dupli vel quadru-
pli ſolvere tenetur; ſed in albo corrupto quot ſervi,
toties 50. floreni ſolvendi, ob contemtum Magiſtra-
tus. In L. Aquil. licèt etiam plura ſint facta, unius ta-
2 men pœnæ ſufficit ſolutio *L. illud 32. ad L. Aquil.* Aliud
in injuriis *L. 34. ff. de injur.* Sed hæc parum hodie uti-
litatis habent, ubi & ſervi & noxales actiones deſie-
runt. *Conf. Bach. ad hanc L. 9. & Ziſius ad h. L. tom.
5. p. 61.* Illud verò mirum, quod hîc dicitur, idem eſſe
in L. Aquila, in verbis (*damnum dederunt*) Reſp. alii,
hoc ultimum, quod de damno dicitur, in ſequentibus
corrigi, vel eſſe comparationem non deciſionis, ſed
rationis decidendi. Vel quod in Lege Aquilia etiam
ſint plura facta, & ſic ſummo jure idem dicendum,
ſed evenitſe, quod illa æquitas extenſa ſit ad damnum
L. Aquiliæ ob fortiorem rationem. *Vid. Dn. Tabor. ad
tit. Furti adverſus Nautas, th. 21. Cujac. l. 8. obſerv. 20.
& Bach. ad h. l.*

## ad L. Qui Juriſdictioni. 10.

### *SUMMARIA.*

*Annon quiſpiam in propria cauſa judex eſſe poſſit? n. 1.*
*Annon vero judex juriſdictionem ſuam tueri debeat? 2.*
*Si judex afficiatur atrociori injuria, quid ipſi faciendum? 3.*
*An Principes ipſi judicent in crimine majeſtatis, moribus Europæis? 4.*
*Quando is, qui juriſdictionem habet, judex in propria cauſa eſſe nequeat? 5.*
*Sunt caſus, in quibus quis in propria cauſa judex valeat. 6.*
*Nobiles in Marchia coram officiali ſuo conveniunt ſubditos ſuos. 7.*

1 NEmo ſibi aut ſuis jus dicere poteſt, hîc & *L.
unic. C. Ne quis in ſua cauſa.* Autor *in C. tit. de
LL. ad L. 4. n. 7. & ad d. L. un. C. Ne quis. 2. n. 2. 3.
4. & 20.* Quod de contentioſa Juriſdictione intelli-
gendum *Non obſtat L. 77. de judic.* videantur ibi no-
tata DNI. Autoris *n. 1.* Hinc quando cauſa inter Ma-
giſtratum & Civem ventilatur, ille Judex competens
2 non eſt. Nec obſtat, quod juriſdictionem ſuam tueri
debeat ex *l. un. ff. Si quis jus dic. non obtemp.* nam id ad
tuitionem judicii pertinet, non alias cauſas. Et quam-
vis injuria judici ratione dignitatis illata, eum ipſum
cauſam cognoſcere poſſe putent, cùm non tam ſua,
quàm officii cauſa ſit. *Gail. lib. 1. obſ. 39. n. 2. Farin.
qu. 17. n. 46. Dn. Mevius p. 5. dec. 324. Vivius dec. 278.*
Autor *in C. d. t. Ne quis in ſua cauſ. jud. ad L. un. n. 4.
& ſeqq.* Id tamen periculoſum videtur. Cùm enim
pœna injuriarum jure communi in arbitrio judicis
conſiſtat, verendum, ne nimis æſtimet injuriam Ju-
3 dex. *Panorm. in c. 1. X. de Maledicis.* Quod ſi igitur
injuria atrox, ſuaderem, ut Judex conſilium requi-
reret Juriſperitorum, & directioni judicii præficeret
virum, qui ſuſpicione vacet. Aliàs ſuſpicionibus ja-
nua aperietur; ne affectibus ſuis quid dediſſe videatur.
4 Unde in tota Europa moribus obtinuiſſe hîc notat. *P.
Buſius*, ut Principes de Crimine Majeſtatis contra ſe
commiſſo, non ipſi, ſed per alios judicent. Unde ad-
5 paret, Locatorem, ut ut Juriſdictionem habeat in pa-
go & ſibi eandem reſervaverit, non tamen poſſe eſſe
Judicem in controverſia, quæ circa locationem inter
eum & locatorem exiſtit, ſed alius debet quæri Judex.
Sed in aliis cauſis, quæ contractum non concernunt,
ſed ob quas etiam in extraneum juriſdictionem exerce-
re poſſet, omnino habet juriſdictionem. *Vid. Dn. Me-
6 vius p. 4. dec. 246.* Cæterùm alios caſus exceptos, in
quibus quis propria autoritate quid facere poteſt, vide
*remiſſivè tractatos in notat.* Autoris *ad L. 29. §. 1. ad
Legem Aquil. n. 3. & 4.* Nobiles etiam ſubditos ſuos
coram officiali ſuo convenire poſſe, præjudiciis fir-
mat *Berlich. dec. 109.* & Autores refert plures *n. 6.* Sic
7 conſuetudo eſt in Marchia, ut Domini ſubditos ſuos
ob non præſtitas operas & alia caſtigare poſſint: Ita de-
ciſum in Camera Brand. in Cauſa Ottho Craman und
Hans Robeln Anno 1600. Mittwochs nach Miſeri-
cordias Domini his verbis: Wann der Krüger die
Pachte zu rechter Zeit nicht abgiebt / mag ihm der
von Robel / wie diſſfalls der Landes-Gebrauch mit-
bring / ſelbſt gebürlich verhelffen.

## ad L. Si idem. 11.

### *SUMMARIA.*

*Si quis poteſt plures actiones cumulare, an excludatur cognitio judicis habentis reſtrict. in juriſdictionem? n. 1.*
*An in mulcta minima appellatio locum habeat? 2.*
*In Camera quid hoc paſſu obtineat? 3.*
*An ſi cauſa ſit infamans, ſtatim ad Cameram appellare poſſis? 4.*
*Quomodo juriſdictionis termini ſervandi inter Locatorem & Conductorem? 9.*
*In quibus caſibus in Camera ſumma appellabilis non attendatur? 10.*

1 QUidam Judices habent juriſdictionem ad cer-
tam ſummam reſtrictam, ut defenſores Civi-
tatis. per *Novell. 15.* Autor *in C. tit. de defenſoribus Ci-
vit. ad L. 1.* Quando igitur quis plures actiones con-
tra unum poteſt cumulare, per eam cumulationem non
excluditur juriſdictio judicis habentis reſtrictam ju-
riſdictionem, & ſic cumulatio plurium actionum, Au-
tor *ad L. 8. n. 5. C. Famil. erciſc.* imò & ſortis & uſu-
rarum, poteſt fundare juriſdictionem Cameræ. *Gail.
Libr. 1. obſ. 123. n. 3. Mynſ. cent. 5. obſ. 83. n. 4.* Et at-
tenditur hîc, quantùm in judicium deductum ſit, non
quantùm debeatur. Hinc cum ſumma 300. thal. petita
à duobus correis, poſtquàm unus ſuam partem ſolvit,
exceptionem non devolutæ appellationis fuiſſe reje-
2 ctam, refert *Dn. Mev. p. 3. dec. 359.* Interdum licèt per
ſententiam dictetur mulcta minima, quæ non conti-
neat talem quantitatem, in qua appellatio locum ha-
bere poſſit, poteſt tamen appellatio admitti, quate-
nus gravatum ſe ſenſit in ipſa mulctæ dictione, dum per
mulctam etiam minimam irrogari poteſt præjudicium,
quaſi hoc vel illud contra jura fecerit, ubi omnino ob
præjudicium datur appellatio. *Dn. Mev. p. 5. dec. 254.*
3 In Camera de jure novo *per decretum de anno* 1603.
receptum, ut attendatur non libellus, ſed gravamen,
in qua ſumma per ſententiam læſus eſt. Bluhm *de Pro-
ceſſ. Cam. tit. 46. n. 9.* ubi id declarat exemplis *n. 10.*
ſic licèt reconventio ſit majoris ſummæ, quæ aliàs non
caderet in forum hoc, in eodem tamen judicio ven-
tilanda ex natura reconventionis. *Molingn. de de Re-
4 conven. q. 57.* Licèt ergo regula ſit, de quibus cauſis
Judex per conventionem cognoſcere non poteſt, de
iis nec per reconventionem, &c. *Specul. de Reconvent.
§. 1. n. 9. Mind. proc lib. 3. cap. 6. n. 17.* tamen ea regula
locum non habet, ſi diſparitas ſit in quantitate tantùm,
per *§. 1. h. L. Maranta p. 4. diſt. num. 331. Ummius de
Proceſſ. diſp. 10. num. 12. Wamneſ. vol. 1. conſil. juris
5 Pontif. conſ. 71. n. 2.* Sic à rejecta reconventione appel-
lari poteſt, licèt quantitas, ſuper qua reconventio,
inſtituitur, per ſe non appellabilis. *Dn. Mev. p. 3.
dec. 131.* quod limitatur in actionibus duplicibus. *in §.
fin.* quia tota res ibi æſtimanda, quæ tota in judicium
venit, & vel uni adjudicari poteſt, *Zaſ. ad h. t. n. 38.
Buſius hic n. 6. Licèt diſſentiat Gotofredus ad h. l. lit. lit.
6 E. Conf. notat. ad L. 10. §. 1. ff. de Appell. n. 9.* Notan-
da autem eſt limitatio ejus regulæ, quod ubi Judicis
juriſdictio ad certam ſummam adſtricta, infra il-
lam quantitatem nec per modum ſimplicis que-
relæ, nec per appellationem adiri poſſit Judex,
ſcil. niſi cauſa ſit infamans, & ſententia infamet;
nam

Digitized by Google

niam tunc etiam in minima ſumma ad Cameram appellatur, ut de praxi Cameræ Spir. & Tribunalis Wiſmar. aliisque judiciis teſtatur *Dn. Mev. p. quart. deciſ.*
7 *quadrageſima ſexta. numer. prim.* Sed ideò non extendendum eſt, ſi per conſequentias reus velit famæ jacturam allegare, ut ſi res vindicetur, & reus per conſe-
8 quentiam diceret, famam ſuam periclitari. Nec hoc extendendum ad eum caſum, ubi injurioſum quodpiam incurrit in proceſſum; nam eo caſu injuria ad reconventionem finita lite remittenda, per *L. ſiquidem.*
9 *C. de injuriis. Mevius d. l.* Interdum ſolet etiam Juriſdictio reſtringi ad certos caſus ac terminos, ita Locatores prædiorum, quibus materialiter vel ſubjectivè ineſt juriſdictio, ſolent concedere juriſdictionem ad certum uſum & fructum prædii, den Dienſt-Zwang. *Dn. Mev. p. quart. dec. 246.* Interdum etiam datur facultas, ut conductor delinquentes poſſit in ipſo ſcelere comprehendere & carceri mancipare, cognitione ſalva locatori &c. In conductionibus ſolet accuratè cognoſci, an juriſdictio conceſſa conductori & quatenus. Nam ſi ſimpliciter, non in ſpecie, in conductorem ſibi Locator reſervaſſet juriſdictionem, Conductor illi ſe ſubmiſiſſe non præſumitur; ſi autem ſe etiam ſubmiſit, ſemper excipienda cauſa domini propria, quando cum conductore litem habet, ut hæc pluribus explicat *Mevius d. l.* In ſequentibus caſibus etiam non attendi-
10 tur ſumma appellabilis in Camera, ut in injuriis, in Juriſdictione, aliiſque juribus non æſtimabilibus, ut Jure patronatus, in annuis reditibus irreluitivis, in quibus ſumma appellabilis eſt 16. Imperialium, ſecus in reluitivis, licèt per accidens reluitiva fiant, item in cauſis eorum, qui ultra 2000. in bonis non habent, & in 300. flor. per ſententiam læſi ſunt. *Blubm. de Jure Camer. d. c. 46. nu. 42. & ſeq.*

## ad L. Magiſtratibus. 12.

### *SUMMARIUM.*

*Magiſtratus Municipalis an habeat merum imperium?*

MAgiſtratus municipalis non habet imperium merum, ne quidem in ſervos. Sed particula aliqua meri imperii ipſis municipalis Magiſtratibus conceſſa ob vilitatem perſonæ. quod poſſint ſervum caſtigare ob delictum. Sed hodie pleraque municipia, quæ immediatè Principi ſubjecta, ſolent habere merum imperium. Quod ex privilegiis civitatum ſumendum.

## ad L. Eum, qui. 13.

### *SUMMARIA.*

*Quinam Magiſtratus poſſit jubere judicare? nu. 1.*
*An Proconſul judici à ſe dato mandare poſſit, ut cauſam cognoſcat poſt adventum ſuccedentis Proconſulis? 2.*
*Paria ſunt aliquid tempore prohibito facere, & in tempus prohibitum actum conferre. 3.*

1 MAgiſtratus, id eſt non municipalis, ſed major, qui eſt cum poteſtate, poteſt jubere judicare & ita poteſt Judicem dare, quorum hoc fruſtra fieret, niſi poſſet cogere, ut judicaret. *In §. 1.* proponitur hic
2 caſus. Proconſul dat me Judicem, ut hanc vel illam cauſam cognoſcam, & quidem ita, ut cauſam audirem & cognoſcerem poſt adventum ſucceſſoris, per quem Proconſulis officium finitur, quæritur an valeat mandatum? Videtur, quod ſic, quia mandatum datum eſt
3 durante adhuc poteſtate. Sed negatur, quia paria ſunt aliquid tempore prohibito facere, & in tempus prohibitum actum conferre, ſiquidem omnis diſpoſitio cenſetur eo tempore facta, in quod confertur, *l. 12. ff. de jure dot. l. quarta C. de Donat. ante nupt. Barboſa locupl. libr. 18. ca. octav. axiom. 30. Klock. vol. ſecund. conſ. 35 num. octav. & ſeq.* Et ſi depoſito officio nollet Judex judicare, non poſſet à dante compelli *Bach. hic.*

## ad L. Eſt receptum. 14.

### *SUMMARIA.*

*An major ſe alterius juriſdictioni ſubmittere poſſit? numer. 1.*
*An in tali judicio etiam admittatur reconventio? 2.*
*Quid ſit jus Auſtregarum? 3.*

1 JUdex major, aut æqualis ſe alterius Juriſdictioni poteſt ſubjicere, quod ad ipſum Imperatorem Dd. extendunt *per c. quint. Aur. Bulla. Matth. Ste. h. l. ſecund. de Juriſdict. p. prim. c. prim. numer. quinquageſimo quarto & Hill. in Donell. l. decim. ſeptim. c. ſecund. lit. B.* Et hoc caſu non habet locum pœnitentia *ut in l. 18.* dicitur. *Zaſius ibidem numer. 36.* Et Princeps licèt poſſit de jure cognoſcere, tamen ex honeſtate in propria cauſa prorogare juriſdictionem vel compromittere in arbitrum ſolet. *Paurmeiſt. l. 2. de juriſdict. cap. quint. numer. 81. Knichen. de Jure Territor. c. prim. numer. 382. Hill d. l.* Autor *in C. tit. Ne quis in ſua cauſ. jud. ad L. un. nu. 10.*
2 Et quando ſuperior inferiori ſe ſubmiſit tacitè vel expreſſè, coram eo etiam datur reconventio, per hanc legem. *Zaſius hic in fine. Molignatus de Reconvent. qu.* 26. Huc totum jus Auſtregarum pertinet, quo imme-
3 diati Imperii ſtatus, ſi conveniantur, poſſunt eligere certas perſonas, coram quibus conveniantur, de quo *in part. 2. Ord. Cam. tit. 4. & 6 agitur.* Hujus finis eſt, ut & immediati ſtatus habeant primæ inſtantiæ beneficium, nec cogantur in Camera ſtatim comparere. Hinc patet in favorem ſtatuum immediatorum hoc privilegium conceſſum, quicquid dicat *Blubm. in jure Cam. c. 27. numer. 48.*

## ad L. Si per errorem. 15.

### *SUMMARIA.*

*Quando poſſit prorogari juriſdictio? nu. 1.*
*An hodie juriſdictio prorogari poſſit extra conſenſum ordinarii? 2.*

1 PRorogari quidem poteſt Juriſdictio alicujus ſi aliquam habeat, modò non erretur in perſona, vel in cauſa vel in qualitate Juriſdictionis, ſive uterque erret, ſive alteruter. *L. 2. ff. de judic. Hill. in Donell. lib. 17. c. 10. lit. L. Coraſ. miſc. l. 4. c. 11.* Nil enim tam contrarium conſenſui, quàm error. *Axiom. Barboſ. lib. quint. c. 14. ax. 11.* Autor *in C. t. de Errore Calc. ad L. un. nu. 3. & ad L. 10. numer. ſecund. C. de Legat.* Exemplum *in L. 23. C. Locati. ibique* Dn. Autor *in Not. Num. 1.* Sic licèt conductione finita, quæſtio dominii referri locatori non poſſit. *L. 25. C. Locati. ibique* Autor *in Not. numer. 1. & 2.* ſecus tamen eſt, quando quis ignorans rem ſuam eſſe, vel jus ſuum, conduxit. poteſt dominii quæſtionem referre ob errorem. *Dn. Mev. p. ſecund. dec. 163.* Cur alienam à ſuis moribus hanc legem dicat *Grœnwegen*, non apparet, niſi omnis prorogatio juriſdictionis ibidem abolita ſit, vel ſuperior intercedat. Cæterùm de prorogata juriſdictione videatur *Monachius ad L. 13. h. t.* ubi per 4. capita hanc materiam tractat. *Donell. l. 17. c. 10. Berlich. p. ſecund. concluſ. quint. Chriſtin. vol. 2. dec. 160. Vaſquius l. ſecund. illuſtr. quæſt. cap. 14. Decianus in Tr. Crim. l. 4. ca. 23.* & alii, quos magno numero recenſet *Monach. d. l. de prorogat. c. 4. num. 5.* Sanè quando intereſſe peculiare ſuperioris eſt, poteſt ſuperior inter-
2 cedere. *Klock. vol. prim. conſ. ſecund. numer. 53.* Et hodie prorogari non poſſe juriſdictionem, citra ordinarii aut competentis Judicis conſenſum, putant Dd. quos recenſet *Pruckman. vol. 2. conſ. 20. num. 135. & Grevaeus ad obſ. Gailii. l. 1. concl. 40. nu. 1.* Et juriſdictio Judicis delegati prorogari nequit. *c. 40. X de Offic. jud. deleg. Pruck. d. conſ. 20. nu. 133.* & in dubio præſumitur potius error, quàm voluntas prorogandi. *Pruckm. d. l. nu. 132.*

## Ad L. Solet Prætor. 16.

### *SUMMARIA.*

*Delegatio Univerſalis, Generalis & ſpecialis quomodo differant? nu. 1.*
*Delegatus an particulam cauſæ ſubdelegare poſſit? nu. 2.*

1 Diſtinguitur delegatio juriſdictionis, in univerſalem ad univerſitatem cauſarum; & generalem ad omnes cauſas, quas Cajus & Titius inter ſe habent; & ſpecialem ad certam cauſam. *Zaſ. hic Matth. Steph. lib.*
2 *1. de Iurisdict. c. 20.* Delegatum autem Judicem aliis articulum cauſæ ſubdelegare non poſſe, niſi à Principe ſit delegatus, dicitur *leg. 5. C. de judic.*

## ad L. Prætor. 17.

### *SUMMARIA.*

*An Advocatus in eadem cauſa judex delegatus eſſe poſſit? nu. 1.*
*Judex à reo condemnato hæres inſtitutus, an appellationem proſequi poſſit? 2.*

1 Lex hæc plana; ſed unum illud notabile, quod qui Advocatus fuit alicujus cauſæ; poſtea in eadem cauſa Judex delegatus eſſe non poſſit, Autor *in C. tit. de Aſſeſſor. ad L. fin. num. 9. Et tit. de poſtulando. C. ad L. 6. numer. 3.* imò nec teſtis, ex majore ratione. *l. fin. de Teſtibus c. fin. Extra. eodem*, quod ex hac lege hîc colligit *Zaſius numer. 15. pag. 199. & Monachius hic*
2 *numer. 7. ubi plures allegat.* Ex hac lege colligitur, ſi Judex contumaciam ſententiam tulit, ſi à reo hæres inſtituatur, honeſtè eum facturum, ſi à proſecutione appellationis abſtinuerit. *Pileus dec. 96. Et ſimilem habes dec. 124. de Epiſcopo Bononenſi: qui poſtea factus Archiepiſcopus Ravenna &c.*

## ad L. Si convenerit. 18.

### *SUMMARIA.*

*Quouſque in juriſdictione prorogata locum habeat pœnitentia? num. 1.*
*Quæ cauſæ non admittant prorogationem? 2.*
*Quid hodie circa prorogationem obtineat? 3.*
*An diffamator teneatur ſe ſiſtere, provocatus ad judicium extraneum. 4.*

1 In Juriſdictione prorogata locum habet pœnitentia, quouſque Judex adeatur, & lis fuerit conteſtata. Autor *in C. h. t. ad L. 1. numer. 7.* Nec obſtat *L. pen. C. de Pact.* quæ de non utendo privilegio adverſus forum aliàs competens, loquitur. *Hill. in Donell. Lib. 17. c. 10. Lit. E. Zaſius ad h. l. num. 31. & quos allegat. Bach. ad l. 2. Pand. tit. de prorogata juriſdict. num. 11.* Autor *in C. tit. de Pact. ad d. L. pen. numer. 9. c. 10.* Alium ſenſum huic Legi tribuit *Coraſius L. 4. c. 5. conſ. Alciatus Lib. 2. paradox. c. 17.* Limitatur autem hæc lex, niſi prorogatio facta ſit in Judicem præſentem & acceptantem. Sed etſi lis non ſit conteſtata, ſed allegatæ exceptiones dilatoriæ; tamen poſtea pœnitentia non habet locum *per L. 42. pr. ff. de judic. Baſius ad h. l.* nam non præciſè requiri litis conteſtationem, cum *Vult. ad l. 1. C. h. t. nu. 152.* ſtatuit *Bach. d. l. nu. 12.* Sed ſufficit, ſi partes adierint Judicem & alter non ſtatim proteſtatus ſit, ſed aliam exceptionem dilatoriam opponat, per quam non declinat judicium. Sanè ſi ſemper in primo termino lis conteſtaretur eventualiter, ut ex *Receſſu Noviſſimo de Anno* 1654.
2 fieri debebat, non opus eſſet hac quæſtione. Clericus ſanè non poteſt prorogare juriſdictionem ſecularis Judicis. *c. ſi diligenti. X. de foro comp. ubi ratio. Baſius hic num. 4.* nec cauſæ ſpirituales, in ſpecie matrimoniales, nec feudales prorogationem admittunt, nec ſi per ſtipulationem conventum, nec ſi jurato, nec ſi ipſo facto conſentiat contrahendo & delinquendo. *Zaſius hic.* Sed cùm Juriſdictio hodie ſit facta patrimonialis; &
3 mulctæ ſint fructus Juriſdictionis, receptum eſt, poſſe ordinarium Judicem avocare cauſam. *M. Steph. de Juriſdict. lib. 1. c. 25. numer. 50. Vult. ad l. 1. C. h. t. numer. 168. & ex iis Hill. ad Donell. l. 17. c. 10. Lit. N.* Quamvis alii diſſentiant. Vide *Dn. Maazium dec. 97.* Dixerim, prorogationem adhuc hodie locum habere, licèt ordinarius re integra avocet, quod facere poteſt ex conſuetudine. Unde hodie rarò contingunt prorogationes, niſi inter peregrinos, quod vocatur das Gaſtrecht. Subſiſtere autem puto conventionem, ſi quis promitteret, ſe conveniri velle, quocunque loco reperiatur. *Ludov. Gozadinus in rep. Legis, ſi in conſcribendo. C. de pact. num. 6. tom. 7.* Et hoc caſu non haberet locum pœnitentia.
4 *Zaſ. num. 36.* Sed quæritur, ſi diffamatus provocet ad judicium extraneum incompetens, an diffamator coram eo ſe ſiſtere debeat, ac actionem diffamatam proponere? Videtur quod non, quia eſt incompetens, dum non eſt competens diffamati judex. Sed aff. prius, negatur poſterius. Illius ratio eſt, quia licuit diffamato prorogare juriſdictionem & propterea non præjudicatur diffamatori, ſed is, licèt comparare teneatur, non tamen eo loco actionem intendere tenetur, ſed eam alio loco intendere poteſt, licèt is Judex eſſet competens, ut alibi id probatur. Nam Judex judicii diffamatorii pronunciat de termino, intra quem agere debet diffamator.

## ad L. Pen.

### *SUMMARIA.*

*An mutatione fori juriſdictio judicis poſt ſententiam impediatur? nu. 1.*
*Fœmina ſequitur forum mariti. 2.*
*In fundanda Cameræ juriſdictione creditur ſupplicanti, donec contrarium probetur. 3.*
*In ſolvenda Lata, in regno Galliæ uſitata, an ad petitionem, an verò ad ſententiam reſpectus habeatur? 4.*

1 Mutatio fori poſt ſententiam, imò etiam litem conteſtatam, prioris Judicis juriſdictionem non impedit, & ſi perſona illa ſub prioris Judicis territorio habitet, in eo fiet executio; ſin minùs, ad Judicem novum ſcribit, pro executione ſententiæ, quæ literæ vocantur mutui compaſſus vel ſubſidiales, *de quibus Berlich. p. 1. concluſ. 79. numer. 12. Vinn. diſp. ult. num. ſexto. Zaſ. hic numer. 19.* Atque ſic hîc agitur de præventione de qua hic *Monach. in hoc textu, & quos c. tertio prolixè allegat & Zang. de Except. p. ſecund. c. tertio. Chriſtinæus L. 2. deciſ. 31. & ſeq. Marta tom. 1. tit. prævention. Donell.*
2 *L. 17. c. 18.* Nota etiam hîc fœminam ſequi forum mariti, *Dd. hic.* & ſepulturam mariti. *Zaſ. hic numer. tertio. Autor in C. tit. de Incolis ad L. ult. numer. prim. & ſeqq.* Et ex §. 1. notatur, quando juriſdictio ad certam ſummam reſtricta, quantum petitum, non quantum debeatur, in prima inſtantia attendi debere *Gail. lib. 1. Obſ. 113. numer. 1. Mynſ. cent. 3. obſerv. 38. numer. 3.* Collige
3 ad fundandam juriſdictionem Cameræ, ſtandum eſſe narratis ſupplicantis tantiſper, donec contrarium probetur, & quod ſufficiat in libello, allegare qualitatem tribuentem juriſdictionem. *Gail. l. 1. obſerv. 31. num. 1. Mynſ. C. 2. obſ. 9.* Ex *d.* §. 1. ſequitur, ſi ſtatutum ſit alicubi, ut in Gallia, quod condemnatus in judicio, ſi non negaverit debitum reus, debeat partem litis decimam quintam ſolvere fiſco, quæ vocatur LATA; Si autem
4 reus neget & convincatur, triplam ſolvere teneatur LATAM: certum eſt, ad ſententiam habendum eſſe reſpectum, non ad petitionem. Sed in eadem provincia SCtum eſt, ut ſi lis ultra annum duret, quòd tunc ſingulæ partes, LATÆ mediam partem interim ſolvere teneantur, ubi neceſſariò ad petitionem debet haberi reſpectus. *Conf. hac de re tradita à Franc. de Clapperiis p. 2. dec. cauſ. 93. q. un.*

ad L.

## ad L. Ult.

### *S U M M A R I A.*

*Quomodo Judex poſſit excedere juriſdictionem ſuam? numer.* 1.

*Quid judici loci faciendum, ſi civis alibi delictum commiſerit?* 2.

*An judex loci delicti poſſit reum ex intervallo capere? numer.* 4.

*Quando hodie remiſſio neceſſaria?* 5.

*Ampliationes hujus legis.* 6.

*Quando juriſdictio extra territorium exerceri poſſit? nu.* 7. 8. 9. *&* 10.

1 VAriè poteſt fieri, ut Judex excedat Juriſdictionem ſuam, ut in cauſa, quantitate, loco, tempore, forma & perſona, quod hîc explicat *Monachius.* Igitur Judici extra ſuum territorium, vel ſupra modum ſuæ Juriſdictionis jubenti impunè non paretur. Exemplificatur hæc regula in citationibus extranei, non per ſubſidium factis, quæ ſunt ipſo jure nullæ, quando conſtat, Judicem eſſe incompetentem. *Dn. Mev. p.* 3. *deciſ.* 305. ubi docet, quomodo Judex parti citanti injungere debeat, ut citationem convenienter extrahat, 2 & decenter inſinuari curet. Sic licèt Judex domicilii, de delicto civis alibi commiſſo, inquirere poſſit; non tamen ita, ut inquiſitionem extendat ad locum, ubi commiſſum eſt delictum, & ibi juriſdictionem exerceat. Quod autem de delicto alibi commiſſo cognoſcere poſſit, eſt hæc ratio; quia forum domicilii concurrit cum aliis judicii locis ſpecialibus, & remiſſo 3 rei abiit in deſuetudinem, *Vid. Dn. Mev. p. quarto dec.* 176. Sæpe memini, citatum eſſe reum alterius territorii à Judice loci delicti, ſed fruſtra. Id certum, poſſe Judicem loci delinquentem, in loco delicti deprehenſum, ſcilicet in ipſo flagrante crimine, punire, etiam nobilem, ſed non deprehenſum citare nequit, ut ſæpe judicatum. Sed an Judex loci delicti reum, 4 ibi ex intervallo deprehenſum, poſſit capere & inſtituere proceſſum, id verò dubium eſt: ſed puto id affirmandum, ſi Judex domicilii non inſtituit jam proceſſum &c. incurrit pœnam. Autor *ad L. un. num.* 4. *C. de Stratoribus.* Et ſi Judex incompetens inſtituerit proceſſum criminalem contra certam perſonam, Judex ordinarius poteſt intervenire, & ſi rejecta eſt interventio ac ſpreta, tunc datur appellatio. *Dn. Mev. p.* 4. *dec.* 274. Hodie etiam remiſſio neceſſaria videtur, 5 quando inquiſitio contra præſentem formata, & is aufugerit poſt ſententiam, *Carpzov. pr. crimin. quæſt.* 110. *numer.* 63. *Richt. deciſ. decima quinta numer. ſexto* Sed & ante ſententiam, ſi formata ſit ſpecialis inquiſitio, putarim, neceſſariam eſſe remiſſionem, cùm inquiſitus jam non poſſit ſe judicio liberare, & ſe alii ſubjicere judicio jam formato, & jure Judici quæſito per 6 litis pendentiam. Sed regula *hujus legis* [1] ampliatur, ut nec in territorio liget, ſi locus exemtus. *Roland. à Valle vol. tertio conſ. trigeſimo tertio numer. vigeſimo ſeptimo* [2] Ampliatur, ut locum etiam habeat in Principe. *Matth. Stephan. de Juriſdict. lib. ſecund. part. terti. capit. ſeptimo. numer.* 196. (3) Ut ſi excedat quantitatem Judex, nec ſententia valeat in ea quantitate, ſuper qua aliâs cognoſcere poſſet. *L. vigeſima ſeptima fam. herciſ.* [4] Ut etiam locum habeat in executivis. *Colerus de proc. exec. p. ſecund. capit. prim. numer. ſeptimo. Dn. Mevius p. prima. dec.* 242. ut etiam locum habeat in caſu, ubi Præfectus Nobilium ſibi ſubjectorum ſubditos vellet citare. *Berlich. p. prima. deci. quinquageſim. non.* Et 7 creditur hactenus narrationi in libello. Sed limitanda regula in juriſdictione voluntaria, quæ extra territorium inter ſubditos exerceri poteſt. *L. emancipati, paragrapho primo ff. de Adopt. l. ſecund. de Offic. Proconſ. Berojus vol. tertio conſ. quinquageſimo nono. numer. vigeſimo ſexto.* inter ſubditos inquam, nam legitimatio ejus, qui danti comitivam non eſt ſubjectus, non valet. *Vid. Decius conſ.* 150. *numero ſecundo.* Et non eſt novum, ut geſta per unum Judicem ratione ſubjectionis perſonæ extendant effectum ad res alterius fori *C. quint. para-* 8 *grapho duodecimo ff. de rebus eorum.* (2) Si Judex domicilii puniat ſubditum, de delicto alibi commiſſo; licèt hæc ſit potius declaratio. *Menoch. hic. numer.* 16. *ubi* 9 *plures citat.* (3) Datio curatoris, vel prohibitio alienationis, afficit res alibi ſitas. *L.* 1. *C. de Emanc. Marcus de Mantua ſing.* 671. *conſ. Joh. Guttierez. de Tutelis p.* 1. *c. ſexto Berojus ver. tertio conſ.* 102. *numer. vigeſimo* Autor *ad L.* 1. *C numer.* per Areſtum etiam Judex de 10 non ſubdito cognoſcit. Colligunt, (1) Judicem pronunciare poſſe, ſe eſſe competentem. *Monach. hic num.* 23. (2) Judicem teneri alterius Judicis ſententiam exequi *Monach numer. vigeſimo ſexto Carpz. in proc ſtit. vigeſimo quint. art. prim. numer. vigeſimo ſexto. Berlich. p.* 1. *concl. ſeptuageſimo nono. numer. duodecimo. Ex hac lege* probatur, ineptè peti literas requiſitorias ad Judicem alium non ſubjectum, ad quem ſolum cauſæ cognitio ſpectat, ſed interceſſionales dari poſſunt. *Dn. Mev. pag.* 3. *dec.* 145.

---

## TITULUS II.

### *Quod quiſque Iuris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem Iure utatur.*

## ad Rubric.

ÆQuitati maximæ conſentanea eſt Regula, quæ in Rubrica & L. habetur. Nemo enim petere debet id, cujus contrarium in caſu converſo non eſſet poſtulaturus. *Hartm. Piſt. p.* 1. *q.* 24. *numer.* 8. Et quod de uno litigatorum dictum regulariter, de altero etiam, intelligendum *Menoch. conſ.* 16. *num.* 6. Autor *ad L.* 12. *nu.* 15. *C. de Proximis Sacror.*

## Ad L. 1. & 2.

### *S U M M A R I A.*

*Verbum* ſtatuerit *quomodo accipiatur? nu.* 1.

*Cur imperitia Aſſeſſoris magiſtratum excuſet, nequaquam verò Aſſeſſorem ipſum?* 3.

1 VErbum STATUERIT, cum effectu accipiendum, ſc. ſi eventum rea habuit, unde colligunt, Verba ſemper cum effectu intelligenda eſſe. *Zaſ. hic. numer.* 7. *& Tuſch. concl.* 90. *lit. U. & Barb. lib.* 19. *ax.* 8. *num.* 22. & affectum non puniri, niſi ſequatur effectus. *Riccius coll. deciſ.* 126. Sed notetur hîc diſcrimen inter novum jus ſtatutum à Judice, & impetratum à parte. Ad illud requiritur effectus, ad hoc non; Sed ſufficit tantùm impetratio; Ratio fortè cùm Magiſtratus non exequendo jus novum videatur pœnitentiâ ductus. Sed privatus impetrando conſummavit delictum & uti voluiſſet, ſi potuiſſet, licèt aliter *Franzkius ad h. t.* 2 *numer.* 8. Et in illo dolus manifeſtus ipſius Magiſtratus requiritur, nam Aſſeſſoris culpa magiſtratui non præjudicat. *L.* 2. *h. t.* JCtos hodie, ſi perperam & doloſè conſulant, ex hoc Edicto utiliter teneri, notat hîc *Buſius & Bach. poſt. Zaſ. & Iaſonem hic.* Cæterùm conatum pro delicto non puniri, ex *h. L.* 1. §. 1. Autor *in Cod. ad L. Cornel. de Sicar. ad L.* 7. *num.* 2. probatur, de quo alibi. Quod de pœna cogitationis hîc habent remotiùs videtur. In Eccleſia limitant regulam, quod poſſit legem vel inſtrumentum pro ſe allegare, & contra ſe tamen admittere non teneatur. *Panorm. ad c. novit nu.* 28. *X. de Iudiciis. & ad c. cùm Venerabilis.* 6. *nu* 53. *X. de except.* Nota ex L. 2. imperitiam Aſſeſſoris excuſare Magiſtratum, non verò 3 ipſum Aſſeſſorem, qui peritiam Juris profitetur. Nam in Aſſeſſore peritia requiritur, non verò talis in judice neceſſaria eſt. *Vid. Decius ad L.* 2. *h. t.* Autor *in C. tit. de Aſſeſſor. ad L.* 3. *num.* 3. Et ſic conſilium dans Advocatus de imperitia tenetur, non ergo Magiſtratus punietur,

ſi ipſi nulla culpa poſſit imputari, cur elegerit imperitum. *Dec. d. l. nu.* 13. Et ita intelligo *Menochium conſ.* 1159. *per totum.*

## ad L. Si quis. 13.

### *SUMMARIA.*

*Jus retorſionis quibus caſibus locum habeat? nu.* 1.
*Quare exceptio, non etiam actio, contra hæredem detur?* 2.
*Jus retorſionis generale ubi locum habeat?* 5.
*Jus Albinagii in Gallia quid?* 6.
*Jus retorſ. habet locum in repreſſaliis.* 7.
*An poſſit exerceri ab inferioribus magiſtratibus?* 9.

1 JUs retorſionis non habet locum, niſi is, contra quem illo uti volumus, Jus novum impetravit, ac tunc non tantùm Creditor ille, contra quem impetravit, ſed etiam impetrantis alii debitores contra ipſum utuntur. *pr. h. l.* nam aliàs inter impetrantem & eum, contra quem impetratum, nulla eſſet actio, impetrans impunè hoc ferret; & nocet non tantùm in actionibus jam quæſitis, ſed etiam quærendis *paragrapho pen. h. l.* ſic tenetur etiam Fidejuſſor hoc edicto, v. gr. ſi mihi fidejuſſorem dediſti, ſed impetras Reſcriptum, ne tui debitores contra te ulla exceptione utantur, utique & ego poſſum agere contra te, ut tu non tantùm, ſed etiam fidejuſſor tuus nulla contra me exceptione utatur, nam ſi tuus fidejuſſor poſſet uti exceptione, dolus tuus foret impunitus. *Zaſ. ad h. t. nu. quarto.* Sed procuratori non nocet, ſi in alienam utilitatem jus novum impetravit. *paragrapho primo h. l.* nec injuſtitia filii nocet patri *paragrapho quarto h. l.* Cæterùm *ex paragrapho quinto hujus legis* concludunt, quod
2 exceptio (non etiam actio) ex hoc Edicto detur contra hæredem; ex quo porro quotidie generale hoc theorema paſſim Dd. allegant: quod licèt actio ex delicto contra hæredem non poſſit intendi, exceptio tamen ex delicto contra hæredem detur. *Zaſ. hic numer. nono Farin. qu.* 10. *num* 76. *Limit.* 14. *Vaſqu. libr. tertio illuſtr. qu. cap.* 96. *numer.* 23. *Patr. Barboſa ad l. ſecund. pr. numer.* 132. *ff. ſol. matr. & notata. ad lib. fin. C. ad L. Jul. de adulter.* Do. Autor *in C. tit. Ex delictis defunct. ad L. un. numer. tertio, quarto, quinto, ſexto & undecimo.* Quia (1) non eſt imputandum ei, qui litem non eſt conteſtatus, cùm non ſit in poteſtate ejus, quando actor agat. *L. pure. paragrapho fin. ff. de Doli except.* (2) Quia faciliùs exceptiones in hæredem tranſeunt, quàm actiones, cùm etiam interdum in ſingularem ſucceſſorem deſcendant. *L. etiam octavo ff. de jurejur. Conf. Carpz. p. prim. cap. octavo defin.* 18. *& Pract. Crim. p.* 2. *quaſt.* 92. *numer. vigeſimo ſeptimo & trigeſimotertio. Vinnius deciſ.* 304. Et puto hanc exceptionem, quod ſcilicet pater damna intulerit, poſſe inſtrumento etiam liquido
3 opponi, per tradita *Farin. d. quaſt.* 10. *numer.* 60. *&* 64. Nam licèt exceptio, quæ opponitur inſtrumento liquido, ſi per documenta liquida probari non poſſit, poſſit ex ſtatuto differri in reconventionem: hoc tamen caſu fruſtraneum foret, quia reſervatio eſſet fruſtranea, & non poſſet dari reconventio quia ex lege Aquilia non agitur contra hæredem, ſed tantùm excipitur. *Bald. in L. fin. C. de compenſat. numer. undecimo. Panorm. in cap. ſecund. X. depoſiti. numer.* 10. *Tyndarus de compenſation. art octavo numer. trigeſimo octavo & Trentacinq. l. terti. de Compenſ. reſol. prim. numer. vigeſimo tertio.* & ex debito naturali etiam oritur compenſatio. *L. 6. de compenſ.* Et ſic à Facultate noſtra reſponſum *die* 8. *Dec. ann.* 1651.
4 Sed de moribus uxoris non habet exceptionem hæres mariti. *L. quinquageſim. paragrapho primo ff. ſolut. matr.* Poteſt etiam *ex h. paragrapho* ſtatuminari ſententia eorum, qui volunt, maritum uxoris hæredi objicere poſſe exceptionem adulterii, quando hic dotem mulieris repetit. *Farin. quaſt.* 142. *numer.* 59. *& ſeq. & quaſt.* 10. *numer.* 17. *& Ant. Matth. in criminal. lib.* 48. *tit.* 3.
5 *cap. tertio num. octavo.* Datur etiam generale jus retorſionis, quo civitas una vel Provincia contra aliam & ejus cives utitur, juſſu ſcilicet ſuperioris. v. gr. Quoniam in Archiepiſcopatu Magdeburgico creditoribus Marchicis non ſolvuntur Chirographaria debita ex feudis Magdeburgicis, idem jus uſurpari poteſt, quando Magdeburgenſes petunt ſua debita ex feudis Marchicis, licèt hæc aliàs in debitis ante annum 1554. contractis, æri alieno ſubjaceant. Sic ſi Reges Galliæ
6 Albinagii jure (ſeu, ut alii rectiùs dici putant, Advenatii Jure, quod Advenarum hæreditatem concernat. *Franciſc. Barry de Succeſſ. lib. prim. Tit. ſeptim. numer. vigeſimo primo Gregor. Toloſ. lib. quadrageſimo ſecundo c. octavo numer. vigeſimo quarto.*] Germanorum in Gallia peregrinantium, & ibi denatorum bona occupent, meritò idem Juris adverſus Gallos in Germania decedentes obſervari poſſet autoritate ſuperiorum. *Vid. quæ notavi in comment. Cod. ad Auth. omnes Peregrini. C. Commun. de Succeſſ. numer.* 9. *&* 10. Item ſi vicini utun-
7 tur jure repreſſaliarum, idem jus contra vicinos impetrare poſſumus à ſuperiore. Sic ubi ex loco Romano-Catholicorum decimæ non ſolvuntur Miniſterio Evangelico, Jure retorſionis nec viciſſim ex locis Evangelicis, Romano-Catholicis præbendæ decimæ, juxta *Carpzov. L.* 1. *Juriſpr. Eccleſ. deciſ* 137. quod verum puto, ſi iis denegentur decimæ, qui noſtris priùs dene-
8 gatont, nam alieno odio nemo prægravari poteſt. Sed quæritur, an contra Hamburgenſem, ubi nulla eſt diſtinctio utenſilium rerum & expeditoriarum, poſſint Lipſienſes exercere jus retorſionis? Sed quia deferunt Hamburgenſes extraneis omnia bona, licèt non ut utenſilia, ſed hæreditaria, id ut jus retorſionis locum non habet, per tradita *Carpzovii deciſ.* 23. Sic Friſii uſurpant jura Areſtorum contra alios, ubi areſtandi jus receptum. *Joh. à Sande lib. prim. Tit. decimo ſexto defin* 3. Sic qui nobis Marchicis debita ex feudis in ſubſidium noſtris non ſolvunt, conſulto Sereniſſimo, nec illis ſolvimus, ut antea dictum in hypotheſi. *Verb. h. jam eitandus.* Et ſic in facultate reſponſum *menſe Majo anno*
9 1643. Hoc jus retorſionis quidem à Statibus Imperii exerceri poſſe, non nego, quia à Repreſſaliis diſtat, cum *Dn. Mevio part. ſecund. deciſ.* 59. ſed inferioribus Magiſtratibus non tribuo. Notandum tamen, per uſum hujus Edicti non liberari debitorem à naturali obligatione, & ſic non operari condictionem, quaſi indebiti ſoluti, *per paragraph. ult. hujus Legis terti. & ibi Bart.* Collige *ex hoc textu,* neminem petere debere id, quod in caſu converſo non erat poſtulaturus. *Hartm. Piſt. l. prim. quaſt. vigeſima quarta numer.* 82. Sed de hoc Jure Retorſionis fuſiùs alii, de quo *Moller. Carpz. Berlich. ad conſt. Sax. trigeſimo octavo p. terti. & Carpzov. l.* 4. *Reſp. trigeſim. ſeptim. & deciſ.* 316. *Pruckm. conſ. trigeſimo primo numer.* 86. *& ſeq. vol. primo. Toming. deciſ.* 26. *Matth. Col. dec.* 55. *Virgil. Pingizer. qu.* 33.

## ad L. Ult.

### *SUMMARIA.*

*An impetranti jus novum contra utentem jure retorſionis, idem Jus concedatur? nu.* 1.
*Qui lege permittente quod facit, non meretur pœnam. numer.* 2.

1 IMpetraſti contra me jus novum, ego jure retorſionis utor, quæritur, an tu viciſſim eo jure contra me uti poſſis, quaſi ego jure iniquo uſus ſim? Quod negatur, quia jure iniquo uſus ſum lege permittente, ergo pœnam non mereor. Et retorſio retorſionis non datur, ideo nec Magiſtratus ex hoc Edicto jus dicens punietur. Autor *ad L. ult. num.* 16. *C. Qui militare poſſ.* Note-
2 tur, eum pœnam non mereri, qui facit aliquid Lege permittente, *L.* 5. *C. de LL.* quam regulam *ex hac lege* colligit *Bach. hic.*

TITULUS

## TITULUS III.

*Si quis Ius dicenti non obtemperaverit.*

### ad L. Un.

### SUMMARIA.

*Quomodo magiſtratus ſuam Juriſdictionem contra inobedientes tueri poſſit?* nu. 1. 2. 3.
*An Conſiſtoria jus mulctandi habeant?* 4.
*An mulcta ad fiſcum pertineant?* 5.
*An procuratori mulcta injungi poſſit?* 6.
*An Tutor, condemnatus ad reſtitutionem expenſarum faciendam adverſario, pupillo eas imputare poſſit?* 7.
*Reus areſtum violans an ſit audiendus?* 8.
*Modi procedendi contra contumaces remiſſivè.* 9.
*An & quomodo ob ſportulas Judicio non ſolutas contumacia partis poſſit puniri?* 10.
*Ex contumacia defuncti an hæres ſit condemnandus?* *numer.* 11.

1 MAgiſtratus majores poſſunt Jurisdictionem ſuam tueri, & contra inobedientes procedere incarcerationibus, immiſſionibus, de quibus hîc *Zaſ. & Weſenb. in ff. & Mevius ad Jus Lubec. Libr. 1. §. 1. art. 2. Donell. Libr. 15. cap. 24. Lit. S. T. V. Bach Diſp. quart. in Treutl. th. 9. lit. D. & E.* Sed idem de omnibus Magiſtratibus etiam Municipalibus noſtri temporis affirmat *Speculator p. tertio tit. de Sentent. paragrapho ſecundo numer.* 12. licèt de ſcripto jure neget. *Joh. Juvenalis in rep. L. Imperium. tit. prac. numer.* 22. Et Judex ſuperior, ſi inferior contra inhibitionem quid attentaverit, licèt appellans non eadem revocari petat, licèt etiam appellationi renunciet expreſſè, vel tacitè, deſerendo appellationem, poteſt attentata, ſi præſertim in contemtum judicis fiant, revocare, vindicare & coercere. *Dn. Mevius p. 4. deciſ. 221. & 222. Manzius*
2 *in cent. dec. quaſtion. 20. numer. primo.* Quæſtio hic vulgaris, an hîc de mulcta applicanda fiſco agatur, & verba quanti ea res eſt de contemtu judicis æſtimando, & ea æſtimatione ob contemtum Magiſtratus fiſco applicanda, accipiunt. *Zaſius Libr. 1. intell. ſing. c. ſecundo Donell. d. l. 15. cap. 24. Oldendorp. Claſſ. 1. act. 1. cap. 4. quem laudat Franzkius ad h. t. numer. 9. Bach. d. l. Licèt diſſentire videatur Menoch. rem. 1. ret. poſſ. nu. 82. & ſeqq. & alii.* Autor *in C. t. de Modo Mulct. ad L. 5. numer. 1.*
3 Melius autem *Menoch. L. 2. A. Q. caſu* 153. per extremum procul dubio executio ſententiæ vel decreti intelligenda. *Donell. Bach. Oldend d. l. & Franzkius ad h. t.* Quid verò ſibi velit *Dn. Grœnwegen*, quod de hac lege abrogata dicit, ignoro; Nam *L. 53. ff. de re judic.* procul dubio hoc non vult, quod contumax ob contumaciam cadat cauſâ, hoc enim eſſet contra *L. 13. C. de judic.* Sed quod contumax non appellet, ut ſuo loco dicetur, &
4 non capio, quomodo una lex Pandectarum aliam abroget. Ex *hac Lege* de mulcta intellecta meritò colligit *Dn. Mevius p. 3. deciſ.* 158. Conſiſtorio jus mulctandi omnino competere in cauſis conſiſtorialibus. Sed id argumentum tantùm concluderet in mulcta pro contumacia coercendo impoſita. Nam aliæ ſunt mulctæ ob coercendam contumaciam, quæ omnibus judicibus competunt per hanc legem, aliæ verò ſunt mulctæ criminum, de quibus *in tit. Cod. de modo mulctarum.* Vide *notata à me ad d. t. legem quintam. numer. primo & ſeqq.*
5 Sed quæritur, an ad jura Fiſci hæ mulctæ pertineant? Quod affirm. *per tit. feud. quæ ſint Regalia.* Autor *in C. tit. de modo mulct. ad L. 2. & quint. num. primo & ſeqq.* Sed negari nequit, ut plurimùm eos judices, qui criminalia tractant, jus mulctandi habere, licèt non omnes in ſuas utilitates vertant. Nam aliud exigere, aliud capere mulctam. *Dn. Mev. p. 4. dec.* 363. Sed moribus plerumque ſunt compendia judicii criminalis; nam juriſdictio criminalis aliâs valde moleſta, & nemo facilè eam expeteret, niſi hæc compendia mulctarum multiplices curas, moleſtias & expenſas compenſarent. *Ex hac* etiam *lege* privilegia per implorationem officii judicis defendi poſſe, tradit *Ruland. de Commiſſ. p. 3.*
6 *l. tertio cap. ſexto in fin.* Quod hic in §. 2. de procuratore ipſo ob contumaciam mulctando dicitur, ei non adverſatur, quod procuratoris negligentia Domino obſit, per *L. 10. C. de procur.* Autor *in C. t. de Procurat. ad L. terti. numer. quinto. Et ad C. t. de Excoſt. & transl. numer. quarto & quinto.* Nam illa *Lex.* 10. de proceſſu loquitur, *hæc* verò *lex & ejus* §. 2. de propria & merè perſonali contumaciæ pœna. *Petr. de Greve ad h. l.* Ex
7 quo aliquando Tutor, condemnatus ad reſtitutionem expenſarum faciendam adverſario, quas voluit pupillo imputare, repulſus menſe Januario anno 1656. *Conf. Guttierez. de Tut. p. 2. cap. quarto numer. decimo tertio Menoch. conſ. 145. numer. ſexto.* & quia Tutor præſumitur, ſi ſuccumbat, temerè litigaſſe. *Covarr. pr. quaſt. 27. numer. tertio*, ideo ſolent conſilium prudentum re-
8 quirere litem moturi. Ob Areſti violationem reus non eſt audiendus, niſi ſecuritatem judicio de ſe ſiſtendo præſtiterit *Dn. Mevius. p. 4. dec.* 71. De aliis modis
9 procedendi contra contumaces. *Vid. Gail. de Areſtis cap. 10. Clarus §. fin. qu. 44. Menoch. l. 2. A. Q. caſu* 153. A contumaciæ pœna non niſi juſta cauſa excuſat. *Marcus*
10 *Mantua ſing.* 41. Ob ſportulas judicio non ſolutas, contumaciam partis puniri poſſe, ita ut ei audientia tam in aliis, quàm in hac cauſa denegetur, decretum eſſe refert *Dn. Mev. p. 3. dec. ult.* Demum ex fine notetur, ex contumacia defuncti non eſſe condemnandum hæredem, quia contumacia crimen eſt. *Carpz. in proc. tit.*
11 *24. art. 1. numer. 9. Ziegl. ad Lancell. l. 3. tit. 6. §. 1. verſ. contumacia crim.* Sed id de mulcta, non de intereſſe partis adverſæ intellexerim.

---

## TITULUS IV.

*De in Ius vocando.*

### Ad L. In jus vocare. 1.

### SUMMARIUM.

*In jus vocare quid ſit?*

IN jus vocare eſt juris experiundi cauſâ vocari, id eſt, citari curare partem, ut quod petimus, conſequamur. Nam Magiſtratus ex variis cauſis aliquem ad ſe vocare poteſt, ideo loco differentiæ eſt, quod hæc vocatio fiat experiundi juris cauſâ. Licèt enim jus in theſi certum, ad factum tamen applicatum ob varias circumſtantias ſit incertum. Ideo experitur Actor, an quod ſibi deberi putat, conſequi poſſit.

### ad L. in Jus 2. & l. vel qui cadaver. 3.

### SUMMARIA.

*An Magiſtratus temporalis, & in quibus caſibus poſſit in jus vocari?* nu. 1.
*Quid moribus noſtris?* 2.
*Quinam in jus vocari nequeant?* 3.

1 PErſonæ quædam in Jus vocari planè non debent, vel ob officium temporale, vel ob Religionem, vel ob utilitatem publicam. Collige ergo Regulam; Magiſtratum temporalem in jus vocandum non eſſe, quamdiu in poteſtate eſt. Quæ regula limitatur, niſi (1.) in officio gravius quid deliquerit *L. 4. C. ad l. Jul. repetund. ibique* Dn. Autor *num. 5. & 6. Novell.* 8 *c. 10. Nov. 86. c. 4. Bach. in Tr. d. d. 4. th. 6. lit. B.* (2.) Lim. niſi aliàs dies exitura ſit, *l. 16. de Offic. Præſid. Joh. Mauritius de reſtit.*

*in integrum. cap.* 39. (2.) Niſi citetur ac diem officii finiti. *Zaſ. hic. num.* 3. *Cacheranus dec.* 130. *num.* 12. aut (4.) tantum ad cautionem præſtandam citetur *l.* 12. *pr. de accuſ. l.* 38. §. *al. ff. de Adulter.* niſi in loco domici-
2 lii, ubi non gerit Magiſtratum, conveniatur. *Boer. dec.* 21. *numer.* 2. Sanè hodie Magiſtratum durante officio poſſe conveniri, teſtantur *Buſius ad hanc l. numer.* 13. *Grœnwegen ad h. l. P. de Greve ad. h. l.* Autor *in C. t. ad*
3 *L. Jul. repetund. ad L.* 4. *nu.* 3. & *ſeqq.* & teſtatur idem uſus. Pontifex etiam ſeu Epiſcopus, dum ſacra facit, in jus vocari non poteſt, nec qui ſe ob religionem movere ex eo loco non poſſunt citra mandatum præpoſiti, ut Monachi, vel qui ad Aſylum confugerunt, nec qui in curſu publico tranſvehitur in cauſa utilitatis publicæ, item qui uxorem ducit aut quæ nubit, quod favor matrimonii introduxit; unde etiam novelli conjuges à bello excuſationem habent, nec judex, dum cauſam ſibi commiſſam cognoſcit, in jus vocari debet, quia prius mandatum de cauſa cognoſcenda priùs exequendum eſt, antequam novæ citationi pareatur, ſi hoc illi impedimento ſit. Item is, qui apud prætorem cauſam agit, fortè cauſam extraordinariam, de qua ipſe Prætor ſolebat cognoſcere. Demum is non poteſt duci, qui funus curat & ducit familiare, id eſt, alicui ex familia ſua, quæ omnia ſunt liquida, & per ſe clara. In *L.* 3. adducitur ii, qui funus vel cadaver proſequuntur. Poteſt fortè hæc lex ad ſolam deductionem funeris reſtringi, cura verò funeris per novendium fiebat, & ſic tamdiu durabit excuſatio, ut ita in *l.* 3. non ſit neceſſe cum *Accurſio* ad funus familiare eam *l.* 3. reſtringere.

## ad L. Quicunque. 4. & l. quia ſemper. 5.

*SUMMARIUM.*

*An Parentes, mutato procedendi ordine, ſine venia & quomodo in jus vocari poſſint?*

PRincipium tractat adhuc de iis, qui planè in jus vocari, non poſſunt, ut qui alicubi judicii cauſâ ſubſiſtere compelluntur, quia duobus locis eſſe nequeunt. Sic vocari non poſſunt furioſi & infantes, quod certum eſt. Sed in §. 1. agere incipit Imp. de iis, qui vocari quidem poſſunt, ſed non ſine venia, ut ſunt patroni & parentes. Et hi quidem in infinitum, utriuſque ſexus, Autor *in C. h. t. ad L.* 1. *numer.* 1. etiam qui extra matrimonium genuere liberos, etiam in ſervitute. Et ſic mater, quæ ſemper certa eſt; in jus vocari nequit. Quamvis autem mos, aliquem propria autoritate trahendi ad judicium, noſtris moribus non amplius obtineat; in eo tamen hujus, & ſequentium legum autoritas adhuc obtinebit, ut v. g. Libertus vel filius non diſſimulare debeat, ſe eſſe libertum vel filium, & debeat ſupplicem libellum ita formare, ut verbis temperet, nec quid exprimat, quod reverentiæ debitæ obviare videatur, per tradita *Bach. in Treutl. d. d.* 4. *th.* 6. *lit. C. Hillig. in Don. lib.* 23. *c.* 3. *lit. Z. Grœnwegen ad l.* 6. *h. t.*

## ad L. Parentes. 6.

*SUMMARIUM.*

*An liberi ex concubinatu geniti poſſint parentem in jus vocare?*

DIctum jam in *l.* 4. & 5. matrem non poſſe vocari in jus à filio ſpurio ſeu vulgo concepto, ſed quid de liberis naturalibus, id eſt, ex concubinatu genitis, quæritur, an & hi prohibeantur parentem naturalem in jus vocare? Et cùm in Concubinatu pater ſit certus ex ratione *legis præcedentis*, ideo neganda quæſtio. Autor *in C. h. t. ad L.* 3. *nu.* 10.

## ad L. Patris adoptivi. 7.

*SUMMARIA.*

*An quis à filio adoptivo filii emancipati poſſit in jus vocari? nu.* 1.
*Quid hodie in adoptato à filio familias?* 2.

1 FIlius meus emancipatus (nam de eo intelligunt hanc legem, non de filio familias) adoptat te, quæritur, an tu me ſine venia poſſis in jus vocare? Videtur quod non, Autor *in C. h. t. ad L.* 3. *numer.* 6. quia Avus tuus videor factus per adoptionem. Ergo non poteris avum in jus vocare; ſed affirmatur, quia filii emancipati adoptivus filius non eſt meus nepos, nec me agnatione attingit. Imò hodie per *l. pen. C. de*
2 *Adopt.* non fieret nepos meus, ſi filiusfamilias meus eum adoptaret, quia non tranſiret in poteſtatem filii mei ut adoptivi parentis extranei, ergo nec in meam.

## ad L. Adoptivum. 8.

*SUMMARIA.*

*An adoptatus parentem adoptivum in jus vocare valeat? numer.* 1.
*An Pater naturalis à filio in adoptionem dato poſſit in jus vocari?* 2.
*Quinam pro patronis habeantur?* 3.
*An omnis manumiſſor privilegio de non in jus vocando ſine venia gaudeat, & quando id amittat?* 4.

1 QUæritur de adoptato filio, an parentem adoptivum in jus vocare poſſit? Videtur quod ſic, quod naturale vinculum hîc videtur conſiderari, ſed negatur, imò ne quidem petitâ veniâ poteſt vocari pater adoptivus in jus, non ex Edicto prætoris, ſed ex ratione alia, quod inter patrem & liberos nulla eſſe poſſit lis, Autor *in C. t. de Patria Poteſt ad L.* 4. *nu.* 2. niſi filius habeat caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe peculium, & ratione hujus peculii conveniat patrem; nam in tali peculio habetur pro patrefamilias, ita tamen ut
2 venia hoc caſu petenda ſit. Sed quæritur, ſi filium tuum mihi dederis adoptandum, an poſſis tu à meo adoptivo filio in jus vocari? Videtur affirmandum, præſertim jure veteri, quo ſolvitur poteſtas patris naturalis. Sed negatur hîc, quia manſit reverentia patri naturali præſtanda & à natura injuncta. Autor *in C h. t. ad L.* 3. *numer.* 3. 4. & 5. Sed quæritur *in paragrapho primo* cùm *ſupra* dictum *in l.* 4. *paragrapho primo* patronum à Liberto non poſſe ſine venia in jus vocari, quinam hîc habeantur pro patronis. Reſp. propriè
3 Patroni ſunt, qui ex juſta ſervitute aliquem manumiſerunt. Sed hîc latiùs ſe extendit hoc nomen; nam cùm liberti honores aucuparentur, ſolebant clam agere cum patronis, ut de ingenuitate ſua ageretur, & per colluſionem patroni Libertus pro ingenuo pronunciaretur. Quia ergo credebantur honores ita pollui, ideo qui colluſionem detegebat, nanciſcebatur jus patronatus in illum Libertum, *l.* 1. *ff. de Colluſ. deteg.* Sed huic videtur derogatum per *Novell.* 78. qua omnes liberti jura ingenuorum conſecuti ſunt. Et cùm ſententia quæ in rem judicatam tranſiit, pro veritate habeatur, ideo is, qui in judicio, in quo ſe patronum eſſe obtinuit, patronus pronunciatus, pro patrono habendus, & cùm juramentum vim rei judicatæ habeat, habebitur is quoque pro patrono, qui deferente liberto juravit ſe eſſe patronum. Sed an omnis manumiſſor habebit
4 hoc privilegium de non in jus vocando ſine venia? Reſp. ita, niſi ſe indignum reddiderit patronus, quod exemplo hîc declaratur, ſi libertum vel libertam ad jurandum de non ducenda uxore, de non nubendo adegerit & compulerit: nam talis per Legem Æliam Sentiam jure patronatus privabatur, niſi ob favorem liberorum impuberum, vel quia ad nuptias aut liberos

gene-

generandos inidoneus; libertus vel liberta per *l. 3. §. 5. ff. de ſuis & legit. hæred. l. 6. §. 2 de jure patron. l. pen. ff. qui & à quibus manumiſſi &c.* Sed hoc *in fine hujus legis* temperatur, ut patet, qui adegit, privetur quidem ſucceſſione aliiſque privilegiis, præſertim de non in jus vocando ſine venia; ſed vivente parte etiam filius delicti haud conſors, ſed innocens jure patronatus & hoc privilegio ſiuatur.

## ad L. Is quoque. 9.

### *SUMMARIA.*

*Hæres ex fideicommiſſo manumittens ſervum an poſt à liberto ſine venia in jus vocari poſſit? n. 1.*

*Fruſtra quis implorat beneficium, qui à ſua parte præſtanda nondum præſtitit. 2.*

1 DEbebam ex fideicommiſſo ut hæres fortè manumittere ſervum, quod etiam feci & manumiſi, quæritur, an libertus ille me ſine venia in jus vocare poſſit? Videtur quod ſic, quia non ex liberalitate, ſed ex debito manumiſi, & talis non habetur pro patrono quoad omnia *l. 29. ff. de bonis libert l. 13. §. 1. ff. de Operis libert.* Sed negatur quæſtio, quia verba Edicti generalia; Quod declaratur hîc, ſi manumiſerim ex fideicommiſſo. Nam ſi nondum manumiſerim, poteſt ſervus, ſine petita venia officium nobile judicia implo-
2 rare, ut manumittatur *l. 9. C. de Condict. cauſa data.* quia nondum id præſtiti, ob quod mihi hoc privilegium competit: fruſtra quis implorat beneficium, qui nondum præſtitit id, quod à ſua parte faciendum erat.

## ad L. Sed ſi hac lege. 10.

### *SUMMARIA.*

*Emens hac lege, ut manumitteret, an ſi moras nectat, à ſervo hoc caſu ipſo jure libero ſine venia in jus vocari poſſit? n. 1.*

*Emtore contra legem venditionis ancillam proſtituente, an venditor conſequatur hoc privilegium de non in jus voc. ſine venia? 2.*

*Quid, ſi patronus ſe det arrogandum, an prædictum jus retineat?*

*Quid ſi libertus arrogatus fuerit? 4.*

*Reſtitutio natalium ſervo tollit reverentiam patrono ex hoc titul. competentem, non item jus aureorum annulorum. 5.*

*Libertus ſine præfatione honoris Patronum non poteſt in jus vocare. 6.*

*An libertus civitatis decuriones in jus vocare poſſit? 7.*

*An dictum privilegium patronus deportatus retineat? 8.*

*An & adoptivi parentes patroni ſine venia in jus vocentur? 9.*

*An liberi patroni ab ipſo in adoptionem dati? 10.*

*Quid ſi filius patroni emancipatus? 11.*

*Quid ſi liberi patroni ſint naturales? 12.*

*An liberta à patrono impregnata poſſit filium inde natum vel hic illam in jus vocare? 13.*

*Quid ſi liberi patroni capitis accuſaverint libertum, vel in ſervitutem petierint? 14.*

*An liberto detur actio famoſa contra patronum? 15.*

*An patronus nomine alieno conveniendus ſine venia in jus vocari poſſit? 16.*

*Item an Tutor, ſi pupillus ſit patronus? 17.*

1 EGo hac lege emi Pamphilum, ut manumitterem, ſed moras nexui, & ſic ſit liber ipſo jure ſine meo facto ex Conſtitutione Marci Imperatoris, quæritur, an me ſine venia in jus vocare poſſit? Vid. quod ſic, quia non præſtiti libertatem. Sed neg. quia mora mea ipſi non nocuit, pervenit ad libertatem, imò mora quodammodo occaſionaliter influxit in ipſius libertatem, & Imperator emtorem moroſum, quia occaſionem libertati præbuit, jure patronatus privare noluit: quod hîc limitatur, niſi ſuis, id eſt, ſervi nummis emerim, ut manumitterem, & fidem fregi. Hîc enim duplex quaſi perfidia & ſic dignus beneficio hoc non
2 eſſem. In §. habetur hæc ſpecies: Ancillam quis
vendidit hac lege, ne proſtitueretur, & ſi contra fiat,
libera efficeretur. Emtor eam proſtituit, & hoc caſu
fit libera, & venditor conſequitur jus patronatus, &
in jus ſine venia vocari non poteſt. Sed quid ſi venditor manus injectionem tantùm ſibi reſervaverit in caſum proſtitutionis, nemo fit patronus, manet ancilla. Si in primo caſu & venditor conſentiat ex poſtfacto in proſtitutionem, ancilla fit libera. *titul. Cod. ſi mancipium ita fuerit alienatum, ne proſt. ibique*
3 Autor *l. 1. ff. de his qui ſine manumiſſ. ad lib.* Sed venditor jure patronatus ſe reddit indignum. In §. 2. quæritur, an Arrogatio patroni facta, id eſt, ſi patronus ſe det arrogandum, tollat hoc privilegium. Videtur, quod ſic, quia multa alia jura familiæ amittunt, ut operarum obligationes, ſed hoc jus reſer-
4 vatum fuit. Sed quid ſi libertus arrogatus fuerit?
Equidem hic cum effectu arrogari non debuit in præjudicium patroni, ſi tamen per abreptionem, id eſt per mendacium facta ſit arrogatio, jus patrono ſalvum manet. In §. 3. conſtituitur differentia inter
5 jus aureorum annulorum & reſtitutionem natalium,
& per illud jus non amittit patronus reverentiam, quæ ex hoc titulo ipſi competit, ſed bene per poſterius, quia per hoc plenam ingenuitatem conſequitur Libertus. Sed cùm libertus Patrono reveren-
6 tiam debeat, & ſic ſine venia, hodie ſine expreſſione illius relationis, & ſine præfatione honoris, eum vocare in jus non poſſit, ſub pœna 50. aureorum. *L. pen. h. t.* Autor *in C. h. t. ad L. 2. numero* 1. Quæritur, an libertus civitatis ſingulos Decuriones poſ-
7 ſit ſine venia in jus vocare, quod affirm. § 4. quia
libertus civitatis non eſt ſingulorum civium libertus, & ſic eos in jus vocare poteſt. *Conf. not. ad l. 7. §. 1. infra quodcunque univerſitatis nomine. numero* 3. Porrò Liberi & parentes patroni aut patronæ hoc
8 privilegio fruuntur utriuſque ſexus *§. 6. h. l.* Sed quid
ſi patronus deportetur, retinet ne hoc jus? Videtur, quod ſic; quia hoc jus ex reverentia naturali ortum habet, ſed negatur §. 6. quia amittit omnia jura civilia quale etiam hoc eſt. Sed ſi reſtituatur, reſtituitur etiam ei hoc jus *§. 6 h. l.* licèt ad id, ut bona & dignitates reſtituantur, ſpeciali indulgentia opus ſit.
9 *l. 2. & 3. C. de ſent. paſſ. & reſtitut.* Quod de parentibus patroni dictum §. 5. id in §. 7. extenditur ad adoptivos etiam parentes patroni, ut nec ii ſine venia in jus vocentur, ſcilicet quamdiu Adoptio durat. Nec obſtat *l. 7. h. t.* quæ non loquitur de libertis, ſed de liberis, quorum diverſa ratio eſt. Liberi autem patroni non poſſunt in jus vocari, non tantùm qui ſunt
10 in poteſtate, ſed etiam in adoptionem dati & nepotes
patroni in familia adoptiva ſuſcepti. §. 8. Cujus argumento rectè ſtatuitur, etiam emancipatos filios
11 patroni hoc privilegio frui; nam excipitur nepos,
quem emancipatus adoptavit. Liberi autem patroni intelliguntur, cuiuſcumque ſint gradus, etiam ultra trinepotem. *§. 9. h. t.* In §. 10. extenditur ad liberos pa-
12 troni naturales, quod nec illi in jus vocari poſſint
ſine venia, quod mirum. Ideòque quæritur, ſi liberta à patrono impregnata te peperit, an mater tua te, vel tu matrem in jus vocare poſſis? Utrum-
13 que *in d.* §. 10. negatur, non mater te vocat, quia
filius patroni es, nec tu matrem, quia tua mater eſt. Quæ autem de liberis patroni hactenus dicta, ea li-
14 mitantur in §. 11. niſi liberi patroni capitis accuſave-
rint libertum vel in ſervitutem petierint. *l. 9. ff. de Bonis libert.* Illud autem, ſi hæc concurrant 1. ſi accuſator ſit maior 25. annis. 2. ut accuſet de crimine capitali, cuius pœna ad minimum ſit exilium. 3. ut

accuſationem ad exitum perduxerit & qu.dem per ca-
lumniam *l. 10 ff. de jure patron. l 14. ff. de bonis Libert.*
15 Sed an prætor indiſtinctè actionem dat Liberto con-
tra patronum? Reſp. *in* §.12. quod non, quid ſi enim
actionem inſtituerit famoſam aot per quam ad mini-
mum fama patroni ſuggilletur. Niſi patronus atro-
cem injuriam Liberto intulerit; nam eo caſu daret
prætor famoſam actionem. Autor *ad L.6.C. de injur.*
Honor autem iſte non tantùm debetur patrono, ſi no-
16 mine proprio conveniatur. ſed ſi etiam alieno, ut tu-
tor, curator, Actor, id eſt, qui ab Univerſitate vel à
Tutore ad defendendum conſtituitur, imò etiam ut
defenſor ex quo apparet, etiam hoc privilegiom va-
lere in officio voluntario. E contrariu ſi patronus pu-
17 pillus ſit, tutor ſine venia in jus vocari poteſt §. *ult. h. l.*
quod meritò miror.

## ad L. Quamvis non. 11.

### *SUMMARIUM.*

*Quibus caſibus pœna 50 aur. ſine venia vocantis Patronum in jus, ceſſet?*

TRes caſus recenſentur, qnibus pœna 50. aureorum remittitur. 1. Ob pœnitentiam, quia illa pœnitentia, quæ rem deducit ad priſtinum ſtatum, pœnam abolet. *l. 8. §. pen. ff. de Alien. Judicis mutandi cauſa facta*, & per pœnitentiam liberatur patronus à moleſtiis judicii. *P. Barboſ. ad l. alia. 15. §. eleganter. n. 4. ff. ſol. matrim.* (2.) caſus, quando Patronus noluit venire. (3.) ſi Patronus non invitus comparuit; unde colligitur, præſentiam patris citatæ haberi loco novæ citationis, & purgare vitiom citationis *l. 1. §. 1. de Feriis. Gail. lib. 1. obſ. 58. Mynſ. cap. 2. obſ. 18. Vantius de nullitat. titul. ultim. num. 116.* Deinde colligunt privilegio ob reverentiam conceſſo tacitè renunciari poſſe, licèt non expreſsè. *Barboſ. d. l. num 2. Covarr. in c quamvis de Pact. l. b. 6. pr. num. 27. conf. Campegius de Dote. p. 2. q. 244.*

## ad L. Si libertus. 12.

### *SUMMARIUM.*

*Abſente patre ipſe filius agit propter injuriam ſibi illatam.*

QUando abſente patrono ipſius filius in jus vocatur ſine venia, ipſe filius poteſt agere propter injuriam ſibi illatam, ſic ergo præſente patre non aget filius, ſed bene abſente. Quod etiam in actione injuriarum receptum eſt. *l. 17. §. 10. de Injur. l. 18. §. 1. ff. de judic.*

## ad L. Generaliter. 13.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo accipienda ſit Lex de non vocando Patrono ſine venia in jus? n. 1.*
*An hoc edictum etiam ad Vaſallum pertineat? 2.*

1 QUibus perſonis reverentia debetur peculiari ex
ratione, illas ſine venia vocare non oportet.
Sed hæc lex nec generaliter nimis, de quibuſvis ho-
noratioribus, nec nimis ſtrictè de tali reverentia quæ
juris neceſſitate debetur, ſed de tali, quæ ſimilis eſt
reverentiæ parentibus debitæ, intelligenda. *Hillig.
in Donell. lib. 23. cap. 2. lit. T. Petr. de Greve ad h. l.* Autor
*in C h. t ad L. 3 num. 11.* Et ideò verius eſt, ad Vaſal-
lum hoc edictum non pertinere, cùm non perpetua
hujus cum liberto comparatio, & inter Dominum ac
2 vaſallum mutua obligatio. *Gail de pignorat. obſ. 15. nu. 4.
Mynſ. cap 4. obſ. 91. Roſenthal. de feudis c. 10. concl. 13.
nu. 19 Hillig. in Don. libro vigeſimo tertio, capite ſecundo, lit. T. & alii.* Si tamen irreverenter loquatur de
Domino, ubi res non exigit, impunè id non
feret.

## ad L. Libertus. 14.

### *SUMMARIUM.*

*An & quomodo liberto contra patronum accuſantem ſe defendere liceat?*

SI Libertus à patrono accuſetur, & Libertus frequenter adeat judicem, ut lis citò terminetur, non videtur contra hoc Edictum agere, nequidem ſi reconveniat patronum, aut de calumnia puniri petat. Nam aliud eſt in jus vocare, aliud ſe defendere, non hoc, ſed illud eſt prohibitum; ideoque ſi crimen patrono objiciat ad ſui defenſionem, impunè hoc faciet.

## ad L. Libertus. 15.

### *SUMMARIUM.*

*An libertus libellum Principi afferens contra Patronum incidat in pœnam edicti?*

OFfert Libertus libellum ſupplicem conſultorium Principi contra patronum, etiam ut alii malunt, petit, judicem ſibi dari in lite cum patrono; quæritur, an incidat in pœnam hujus Edicti? Reſp. ſi non diſſimulaverit ſeſe Libertum, & Imperator reſcripſerit, videtur remiſſa pœna. Ex quo videtur ſequi, quod ipſo jure incurrat pœnam, Autor *in C. titul. Quando libell. Princ. ad L. primo numer. quinto.* ideoque *Bach.* mavult legere admiſſa vel commiſſa. Quod in medio relinquo.

## ad L. Quæſitum eſt. 16.

### *SUMMARIUM.*

*Sæpe perſona ex diverſis reſpectibus diverſo quoque jure cenſetur.*

LIbertus alieno nomine, ſc. pupilli, poteſt in jus vocare patronum. Unde probant, perſonam unam eandemque diverſis reſpectibus & qualitatibus cenſeri poſſe. *hic & L. 21. ff. de his quibus ut indig. nu. Receſſ. Imper. de anno 1548. §. 71. Gaill. l. de Areſt. Imp. cap. 6 num. 14. & ſeqq. Tiraq. de Nobilitat. cap. 28. nu. 9.* Sic aliquando Comes conſideratur ut immediatus Imperii ſtatus, interdum ut ſubjectus ſtatui. *Moſi hnerus tom. 2. deciſione ſexta, numero quinquageſimo tertio. Dn. Richter. volum. ſecund. conſilio primo. numero quarto, & ſequent. & quos refert. Carpz. p. 2. deciſione centeſima nonageſima quartâ numero 15.* (quid autem exinde inferat, de eo vide not. *ad l. 3. de Colleg.*) & vide quos refert *Barboſa locupl. l. 14. c. 30. axiom. 2.*

## ad L. Eum pro quo. 17.

### *SUMMARIA.*

*Cavens de reo judicio ſiſtendo, ſi non exhibeat ſiſtendum, ad quid teneatur? n. 1.*
*Fugitiva leges quænam dicantur? 2.*
*Verus ſenſus ſuppeditatur hujus legis. 3.*

1 SEntentia hujus legis eſt, quod qui cavit de reo
judicio ſiſtendo, ſive ea cautio poſita fuerit coram
Judice datu teneatur exhibere ſiſtendum, alioquin
condemnatus ad id, quod Actoris intereſſe pronun-
ciaverit Judex. Sed quid hoc ad Rubricam? Fu-
2 gitivam ideò hanc legem quidam dixerunt; Nam
*fugitivæ leges* ſunt, quæ per errorem in titulum aliquem
relatæ, ad quem non pertinent. Fortè dicere voluerunt
3 Compilatores, ſi libertus pro patrono caverit ſiſten-
do, ſine venia poſſe peti exhibitionem, ſed hîc nihil
certi decido.

Ad

### ad L. Plerique. 18.

*S U M M A R I A.*

*Nemo in ædibus ſuis inveſtigandus eſt. n.1.*
*An idem obtineat in Criminalibus?2.*
*Quibus porro caſibus quis inveſtigari poſſit? 3. & 4.*
Die Hauß-Suchung *quando locum habeat? 5.*

1 DOmus ſua tutiſſimum cuique refugium, ideoque in ædibus ſuis ſi quis latitat, inveſtigandus non eſt, quod ad navem etiam extendit *Stracha de Nautis p.2. num.5.* ſed conſuetis remediis, ſc. miſſione in poſſeſſionem, vel citatione edictali, contra latitantem procedendum eſt. *Zaſ. hic & Bach. in Treutl. volum.1. diſp.4.th.1.lit.B.* Ad criminalia hoc non extendendum
2 eſſe, ſed poſſe prævio decreto delinquentem ex ædibus extrahi, poſt *Chriſt. ad Stat. Mechl. n.titul.1.art.31.* *notat hic Grœnwegen. Gail. lib.1. obſ. 48. num. 14. Myuſ. cap.4.obſ.69. num. 3.* nec hoc habet locum in debitore de fuga ſuſpecto *Myuſ. d. l. num.10.* Autor *ad L. 8. d.15. 16. & 17. C. Quomodo & qu. Judex ſent.* Alias limita-
3 tiones vide apud *Joh. à Sande ad L. nemo de domo. 103. de R. J. Hyppol. de Marſil. ſing.* 189. imò eo caſu, quo præſentia partis neceſſaria videtur, per *L. ult. C. de*
4 *procurat.* ego etiam inveſtigationem reſtitui poſſe putem, *arg. l. conſeneanenm 8. ibi : ad eum cogendum &c. C. quomodo & quando Judex ibique* Autor *numer.* 16. & 17. juxta communem intellectum. Sed eo caſu non putarem eſſe eum inveſtigandum in propriis ædibus, ſed poſſe apprehendi in platea ab officialibus, ſi autem è manibus officialis ſe extricarit, tunc officialis eum inſequi & in propriis ædibus inveſtigare poteſt, quia initium facti reſpiciendum *arg. l.23. §. fin. ff. de adult.* & hoc ad Eccleſiam accommodat *Hyppol. de Marſil. ſin. 225. num.4.* Quam tamen extenſionem meam non facio. Inveſtigationem etiam rerum furto amiſſarum in domibus, præſertim in pagis, fieri poſſe, experientia probat, per tradita *Koppen*
5 *obſ.8.* Et hanc inveſtigationem Hauſſuchung. ad juriſdictionem civilem & mixtum imperium pertinere tradit *Berlich.p.1.dec.20.*

### ad L. Satiſque pœnæ. 19.

*S U M M A R I A.*

*Domi latitans quomodo coerceri poſſit, ut veniat? num.1.*
*Quibus caſibus de domo ſua quis in jus vocari poſſit? 2.*
*Citatio prima ad domum fieri non debet? 3.*

1 HIc redditur ratio, cur nemo ex ſuis ædibus extrahendus & ſimul rationi dubitandi reſpondetur. Nam poterat quis opponere. Ergo per *l.18.* fiet, ut aliquis impunè juriſdictionem judicis eludere poſſit, ſi domi maneat. Reſp. poſſe ipſum coercere, ut veniat, per immiſſionem in bona ex primo decreto, quod ipſum ſatis pœnæ ratione habet. Autor *in C. t. Quomodo & quando Judex ad L.5. num.20. & 21.* Sed ad ſecundum decretum & venditionem bonorum non perveniri poterit, niſi probetur, eum fraudulenter domi latitare. *l. Fulcinius.7. §.2.ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur.*
2 Sed adduntur hic duplex caſus, in quo regula *legis* 18. limitatur. 1. ſi ultro aditum ad ſe permittat habitator, ut poſſit vocari. 2. ſi ſe conſpiciendum præbuerit, qui inſignis effectus eſt proſpectionis, ut proſpiciens vocari in jus poſſit, ſi proſpiciat & propeaſſe videatur.
3 Unde obiter notandum, citationem primam ad domum fieri non debere; nam aliàs proſpectus non requiretur.

### ad L. Sed etiam. 20.

*S U M M A R I A.*

*An quis in locis publicis citari poſſit? num. 1.*
*Quo caſu ædes privatæ plus juris habeant publicis?*

1 IN locis publicis poteſt quis citari & vocari in jus v. gr. in theatro, balneo, & ſimil. ut in locis ſubur-
2 bania, vinea v. gr. Unde probatur, plus juris hac in parte ædes privatas habere, quàm publicas; licèt regulariter ſecus: quod pro (*vinea*) (janua) legendum eſſe putat *Cujac. l.21. obſ. cap. 38.* id ſuo loco relinquimus.

### Ad L. Sed & ſi is. 21.

*S U M M A R I A.*

*An quis in caſibus in l.19. propoſitis violenter extrahi ex ſua domo poſſit? n.1.*
*Si quis in ædibus ſuis verbis citetur, ſed nolit comparere, quid operetur citatio? 2.*

1 PRæſuppoſito quod in duobus illis caſibus, qui *in l. precedenti* propoſiti, aliquis in ædibus ſuis, verbis citari poſſit, quæritur, an iis caſibus etiam, invitus violenter extrahi ex ſua domo debeat? Quod negatur, ergo illa limitatio *legis pleriſque* 18. *h. t.* eſt particularis: realiter citari non poteſt, qui in ſua domo eſt, licèt interdum, ſi ſe conſpiciendum præbeat vel aditum ultro concedat, verbis citari poſſit.
2 Sed cui bono erit illa citatio verbalis? Reſp. ut in contumaciam procedi poſſit per immiſſionem in bona ut antea dictum. *in L. h. t.*

### ad L. Neque impuberes. 22.

*S U M M A R I A.*

*An puellæ ſui juris in jus vocari poſſint? n.1.*
*Quando quis in jus venire non teneatur? 2.*

1 LEx quò brevior in principio, eò obſcurior. Puto præferendam eſſe lectionem vulgatam: *Neque impuberes, neque puellas &c.* Nam cur hoc diceretur de impuberibus puellis quaſi puberes puellæ duci poſſent. Sed adhuc quis quærat, quare JCtus de puellis alieno juri ſubjectis loquatur, quaſi verò puellæ, quæ ſui juris ſunt in jus vocari poſſint; fortè reſponderi poteſt, illas vocari poſſe, ut cum curatore compareant. *In* §.1. duo caſus proponuntur, quibus
2 quis in jus venire non tenetur. 1. ſi defenſorem habeat, à quo defendatur. 2. ſi cum actore tranſegit, res eſt plana.

### ad L. Communis. 23.

*SUMMARIUM.*

*Quare libertus communis patronum aliquem in jus vocare non poſſit, bene autem libertus univerſitatis?*

HIc iterum agitur de patrono ſine venia non in jus vocando, ut meritò methodi rationem quis deſideret. Quæritur de liberto pluribus communi, an patronum aliquem in jus vocare poſſit. Quod affirmandum videtur *ex l.10.§.4.h.t.* ſed negatur, quia Domini ſinguli in ſervo communi partes habent, non ita ſinguli in ſervo univerſitatis *Bach.hic.*

### ad L. In eum. pen.

*S U M M A R I A.*

*Quæ pœna liberti patronum ſine venia in jus vocantis, & an adhuc obtineat? n.1.*
*Quid ſi libertus hanc pœnam ob inopiam ſolvere nequeat? 2*
*Qui non habet in ære, luat in corpore. 3.*

1 POena liberti & ſimilium patronum ſine venia in jus vocantium eſt 50. aureorum, Autor *in C. h. t. ad L. 2. numer. 1.* quæ nec in hæredem datur, nec

Hæredi,

Digitized by Google

hæredi, quia tendit tantùm ad vindictam, ut actio
injuriarum, nec ultra annum datur hæc actio, quia
2 eſt pœnalis prætoria. Sed hanc pœnam 50. flor. exo-
leviſſe, non malè hic tradit *Grœnweg.* Si libertus voca-
verit ſine venia patronum, & ob inopiam pœnam
illam ſolvere non poſſit, caſtigatur in corpore. Unde
3 nata regula, quando quis non habet in ære, luat in cor-
pore, *l.7. §.3. ſupra de juriſd. n.3. l.35. ff de injur. l.4. C.
de ſerv. fugit. ibique* Autor *ad C. d. L.4. num.14.* Vide
ea quæ de hac regula dicta ſunt *ad l.7. de juriſdict. n.3.*

---

## TITULUS V.

### *Si quis in jus vocatus non ierit, ſive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit.*

### ad L. I.

#### *SUMMARIA.*

*An fidejuſſor idoneus ſemper privilegio fori renunciare debeat? n.1.*

*Fidejuſſor ſuis privilegiis ſpecialiter debet renunciare. num.2.*

1 NOn videtur fidejuſſorem dediſſe, qui ignoran-
ti actori dedit eum, qui fori privilegio tutus
eſt, niſi privilegio renunciaverit. Poteſt autem hæc
lex dupliciter accipi. 1. de eo, qui aliàs ſubjectus, ſed
à Principe exemptus eſt. 2. de eo, qui communi jure
non eſt ſubjectus, & ſic vox privilegii impropriè ac-
ciperetur. Ergo privilegiatus vel exemtus juriſdictioni
fidejuſſor non eſt idoneus, niſi privilegio fori renun-
ciet. Sed hoc ad fidejuſſorem de judicio ſiſti reſtringit
*Gomez. tom.2. reſol. cap.13. num. 8.* Sed alius fidejuſſor
2 licet ſit alterius Juriſdictionis, non poteſt tamen repel-
li, niſi fidejuſſor oblatus eſſet alterius domicilii re-
motioris, tunc enim ſine magna difficultate conve-
niri non poſſet. *Bachov. in Treutl. volum.1. d.28. th.2.
lit.L.* Notandum etiam, fidejuſſorem ſuis privilegiis
ſpecialiter debere renunciare. *Caſtrenſ. in l. ſi quis in
conſcribendo. num.3. C de Epiſc. & Cler.* licèt aliter *Ba-
chov. d. diſp.28. th.5. lit. C. & D. de quo alibi.*

### ad L. Ex quacunque cauſa. 2.

#### *SUMMARIA.*

*An, ſi dubium ſit, num citans habeat juriſdictionem, citatus impunè emanere valeat? n.1.*

*Quomodo accipiendum, quod dicitur: cauſa injuſta excuſat à contumacia? 2.*

*Cautela pro citatis, coram judice incompetente comparentibus 3.*

*An coram alio judice poſſit incompetentia allegari. 4.*

*An judici competat facultas mulctandi citatum non comparentem, & quando 5.*

*An ruſticitas libertum ſine venia patronum in jus vocantem excuſet? 6.*

*Omnis ille, qui vult agere, debet habere aliquod intereſſe. 7.*

*Firmatur præjudiciis. 8.*

*Fidejuſſor datus de judicio ſiſtendo an ob rei fugam præſtare pœnam teneatur? 9.*

1 QUando conſtat, citantem vel in perſona vel in
hac cauſa non habere juriſdictionem, impunè
non paretur. *L. ult. de Juriſdict.* Sed ſi dubium ſit, an
ei competat, & citans habeat præſumptionem pro ſe,
& ſit in quaſi poſſeſſione Juriſdictionis, citatus verò
ſe exemtum dicat, hoc caſu debet comparere, &
ſuam exceptionem allegare. *L. 2. & 5. ff. de Judic.
Don. l.23. cap.10. & ibi Hill. lit E. Gail. L. 1. obſ. 48. n.9.
Mynſ. cent. 6. obſ. 7. num. 6. Tiraq. ad L. ſi unquam,
verbo: revertatur. num.432. Klock. conſ.14. num.128. vol.
1. Chriſtin. vol 1. deciſion. 53. numero 8. & ſeqq. Fr. de
Salgado in Labyr. cred. Lib.1. cap.7. numer. 71. P.
Barb. in l. ſi quis ex aliena, ff. de Judic. Dn. Struv.
Exerc.5. th.14. Grœnwegen. ad titul. Cod. ſi a non comp.
jud.* Autor *in C. t. de judic. ad L.16. num.4* Et ſic ju-
dex debet cognoſcere, an ſua ſit Juriſdictio, & in
quæſtione incompetentiæ eſt competens Judex. *Gail.
2 lib.1. obſ.34. Carpzov. p.1. Juriſpr. C. 3. def. 11.* Nec ob-
ſtat quod cauſa injuſta etiam excuſet à contumacia &
dolo, nam hoc verum eſt, ſi cauſa ſit dubia. At ubi
dubia eſt Juriſdictio, non dubia eſt paritio. *Conf.
3 Marcus Mantua ſing. 41. Cantiuncula conſ. 445. numer.
ſeptim. & ſequent.* Et hoc ſine Practici habent caute-
lam, ut reus comparens in judicio proteſtetur, ſe
non aliter in hoc judicium conſentire, quàm quate-
nus de jure teneatur; ne ſcilicet per comparitionem
videatur prorogare Juriſdictionem. *Speckhahm. cent.2.
quæſt. Claſſ. 4. quæſt. 1. Franckius ad hunc & ſeq. tit. n. 4.*
4 Ex *hac L.* probatur, eum, qui incompetentiam alle-
gat, non poſſe eam allegare in alio judicio, ſed à
quo citatus eſt, ut præjudicium allegat *Dn. Mev. p.
5 4. deciſ. 327.* Prætor autem vel in jus vocatum non pa-
rentem mulctare poteſt, & hæc facultas mulctandi
omni Judici competit, ſcilicet ob contumaciam in
non veniendo. *Aut. in C. t. de Jud. ad L 15. num.9.* Sed
habetur hîc duplex exceptio. 1. ſi ex ruſticitate, non ex
contemtu emaneat. 2. Si adverſarii non interſit, ite-
6 tum emanſiſſe. Sanè ruſticitas in eo, qui ſine venia
patronum in jus vocat, non excuſat *l.2. C. de in jus
7 voc. ibique* Autor *num.7.* Ex eo quod dicitur, præto-
rem remittere pœnam, quoties nihil intereſt acto-
ris, quod in eo termino non venerit, colligendum
eſt, omnem actorem quando ob non ſervatam fidem
agere vult, debere aliquod intereſſe, vel damni, vel lu-
cri interverſi. *Hic & L. qui inſulam. 95. de Verb. oblig.*
8 Ex eo porro ſequitur deciſio caſus; ſi decretum, emto-
rem venditoris famulo locum in prædio concedere de-
bere, quo venditoris debita à ſubditis ſolvantur, em-
tor verò dicat, ſe velle illa debita exigere & venditori
præſtare, hunc audiendum eſſe, judicatum refert *Dn.
Mevius p. 4. d. 209.* ſic cum vidua, non marito, nec
liberis, nec parentibus, ſed tertio cuidam promiſiſſet
ſub pœna, ſe nunquam nupturam, actionem tamen
tertio dari negavimus in *Facultate noſtra menſe Oct.
9 Anno 1667.* Porro ex verbis finalibus colligitur, fide-
juſſorem datum de judicio ſiſtendo pœnam non præ-
ſtare ob rei fugam, ſi fiſci non interſit ex carcere abi-
iſſe. *Cravetta conſ. 66. num. 22. p.3 Lud. Rom. conſ.
139.* quos refert *Hering. de fidejuſſ. c. 24. numer. 200.*
Autor *in C. tit. de Fidejuſſor. ad L. 7. numer. 6.* Ex quo
reſpondi aliquando, fidejuſſorem, qui 300. thal. judicio
promiſerat, ſi inquiſitum non ſiſteret, non teneri ad
eam pœnam perſolvendam, ſi ex actis probaverit,
nullam pœnam & nec torturam quidem inquiſito ex
iſtis indiciis dictari poſſe, & ſic fiſci non inte-
reſſe.

### Ad L. Fin.

#### *SUMMARIA.*

*Si fidejuſſor reum non ſtiterit, quomodo teneatur? n.1.*

*Ad quid teneatur fidejuſſor, ſi nulla certa pœna adjecta? nu.2.*

1 SI fidejuſſor reum non ſiſterit, tenetur ad intereſ-
ſe; Quod intereſſe melius eſt, ut ſpecificetur cer-
ta ſumma, in criminalibus præſertim. Sed quæſi-
tum memini, an ſi reus criminis poſtulatus non ve-
nerit, & talis pœna ſit dictanda, quæ abſenti etiam
irrogari poteſt, ut relegatio, an tunc fidejuſſor te-
neatur? Concluſum fuit, non teneri, niſi ratione ex-
penſarum, cùm judicis vel partis non interſit ampliùs.
Colligunt ex hac lege Doctores, fidejuſſorem de
judicio

judicio ſiſti, ſi non ſtitit principalem, teneri ad intereſſe, niſi certa pœna ſit appoſita. *Matth. de Afflict. dec. 234. num. 1.* Ideoque aut de certa pœna convenit, & tunc nihil debetur ultra pœnam? aut non eſt certa pœna; & tunc tenetur ad intereſſe ſolvendum judici, ſi ex officio inquirat; aut parti, ſi accuſet, aut imploraverit reſtitutionem rerum. *Conf. prolixè diſſerentem hac de re Farinac. quæſtione 34. & Carpz. pr. crim. quæſtione 112. num. 109. Clarum §. fin. quæſt. 46. n. 17. Ant. Matth. ad l. 48. tit. 14 cap. 2. num. 13. Aut. in C. tit. de Fidejuſſor. ad L. 26. n. 3. & ſeqq.*

---

## TITULUS VI.

### *In jus vocati, ut eant, aut ſatis, vel cautum dent.*

### Ad L. Edicto. 1. & l. Quoniam 3.

*SUMMARIA.*

*Qualiſnam ſatiſdatio à parentibus, uxore &c. requiratur? n. 1.*
*Verus intellectus legis. 2.*
*Quænam requirantur ad idoneum fidejuſſorem? 3.*

1 QUando lis cum parentibus, patronis, uxore, aliiſque perſonis neceſſariis eſt, tum quidem tales perſonæ à ſatisdatione immunes non ſunt, per *h. L. & L. 2. §. 2. ff. qui ſatiſd. Carpz. p. 2. C. 5. d. 22.* Sed qualitercunque tamen cavent, & ne quidem Juramentum requiritur, cùm turpe ſit, illis perſonis non credere niſi juratis. *Conaſ. in Miſc. lib. 4. cap. 10. per totum.* ubi *numero tertio*, aliorum interpretum ſententiam rejicit, qui textus accipiunt de caſu, quo lis cum extraneo, & debeat dare fidejuſſorem, ubi ſufficere putant, admittendum eſſe minus idoneum fidejuſſorem, ſi neceſſarium det. *Donell. & ibi Hillger. libro vigeſimo tertio, capite nono. lit. H.* Quos etiam refutat *Herlng. de fidejuſſ. cap. 8. numer. 90.* nam de actore & reo conjunctis ſermo eſt. *Vid. Francus de Fidejuſſ. c. 4. n. 27.* Autor *ad L. num. 12. C. de Propoſit. agent. in reb.* Et *Bachovius ad l. 2. h. t.* cui meritò abſurdum videtur, ut quis pro vocato ſibi planè extraneo cogatur accipere fidejuſſores non idoneos, modò ſint ex neceſſariis vo-
2 cati. Sed non malè notat *Zaſ. ad tit. 8. num. 12.* textum hunc de facultatibus, non de conveniendi facultate eſſe intelligendum, v. gr. ſi conjunctus vellet peregrinum dare fidejuſſorem. Nam ut fidejuſſor ido-
3 neus ſit, tria requiruntur. (1) Idoneæ opes. *(2)* conveniendi facilitas. *(3)* perſonæ integritas *Roffredus de libell. p. 3. Rubr. 5. pag. 116. num. 2.* v. gr. conveniendi facilitas non eſt in Cavillatore, vel qui præſcriptione fori tutus. *l. 3. de Fidejuſſ. l. 4. §. 1. qui ſatisdare.* Ergo civiliter hoc accipiendum, hoc ſenſu, ut non ſit accuratè inquirendum in facultates fidejuſſoris. Si autem aliquis perſpicuè inops ſit, aut fœmina, quæ fideiubere non poteſt, abſurdum eſt, ut quis tales admittere cogatur, cùm ea fideiuſſio planè nulla ſit futura. Ita *Bach. d. ad l. 2. h. t.*

### ad L. Item pro patrona. 2.

*SUMMARIUM.*

*Pro quibus perſonis qualiſcunque fidejuſſor accipiendus?*

PErſonæ neceſſariæ quibus ſcrupuloſa diſquiſitio, an fideiuſſor idoneus? hîc recenſentur, ut patronus vel patrona, liberi, uxor, nurus, & ſtatuitur pœna 50. aureorum.

### ad L. fin.

*SUMMARIUM.*

*Fidejubens de duobus ſiſtendis, ſi unum tantùm ſiſtat, an teneatur ad totam pœnam promiſſam?*

QUi de duobus ſiſtendis fideiuſſit, ſi unum tantùm ſiſtat, alterum non; quæritur an in ſolidum teneatur ad totam pœnam promiſſam? Videtur quod non, quia pœnà loco intereſse promittitur; intereſse autem recipit diviſionem. Sed affirm. quia hæc natura pœnæ eſt, ut tota & in ſolidum debeatur, ſi ſolidum non præſtetur *l. 4 §. ult. ff. de verb. obl.* Sed hanc legem de iure ſtricto accipiunt Dd. cum *Accurſ.* Aliud dicendum ex æquitate, ſi dolus abſit; nam tunc exceptione doli contra exactionem totius pœnæ promiſsor defenditur per *l. 9. §. 1. ff. ſi quis cautionibus*, niſi fortè ille, cui facta promiſſio, poſſit oſtendere, ſua nihilominus, licet uno exhibito, in ſolidum intereſse, de quo caſu *hanc l.* accipi poſse hîc tradit *Bachov.* Sed non abſurdum eſt, unam legem de ſtricto ac ſummo iure, aliam de æquitate loqui.

---

## TITULUS VII.

### *Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat.*

### ad L. Hoc Edictum. 1.

*SUMMARIA.*

*Quid ſi in jus vocatus ire quidem paratus, ſed ab alio vi eximatur? n. 1.*
*Quid ſi ſervus exemerit. 2.*
*Quando pœna ſtatuta in eximentem locum habeat. 3.*
*An hodie ex hoc edicto actio detur. 4.*

SI quis in ius vocatus non ierit, à Judice mul-
1 ctatur, ſed qui ſi ire paratus ab alio vi eximatur; Reſp. dari pœnalem actionem vocanti contra eximentem. Et ſi ſervus exemerit conſentiente Do-
2 mino aut non impediente, cùm poſſet, datur actio pœnalis contra Dominum, ſi verò ſine Domini expreſſo vel tacito conſenſu id fecerit ſervus, Dominus dedendo noxæ ſervum à pœnali iudicio ſe liberare poteſt. Sed pœnam eximentis aliquis, non
3 incurrit, qui eum eximit, qui incarcerari non debuit; unde colligitur regula: ubi citatio non ſubſiſtit, ibi nec pœna citationis ſpretæ locum habet; *L. 3. pr. h. t. Vid. Clarus. §. fin. qu. 29. num. 4. Car. Ruinus in repet. L. hoc Edicto, ff. de novi operis nunt. n. 185. vol. 5.* & ſic opus eſt, ut perſona citata & vi exemta talis ſit perſona, quæ potuerit in ius vocari. *Roffredus de libell. p. 3. Rubr. 6. num. 1. & 2.* ut iudex habuerit facultatem in ius vocandi, nam ſi quis à pedaneo iudice vocatus vi eximatur, non tenetur ex hoc edicto eximens; cuius ratio, quia pedaneus Judex vocare non poteſt in Jus, & ita vitioſè vocat. *Longovallus in repet. Legis, imperium. de Juriſd. n. 31. vol. 1.* Et ſic ex *L. 3. §. 1.* non poteſt probari, infimos Magiſtratus non habere ius mulctandi & coercendi contemtores ſuæ iuriſdictionis, *Cagnolus ad l. un. ff. ſi quis Jus dicenti. num. 52.* ubi tamen malè calumnianti tribuit facultatem iurandi in litem, de quo mox dicetur. Sed poterat dubitari, an ex hoc edicto actio
4 hodie detur; quia per citationem perpetuatur actio ad 30. an. Et ſic, qui hodie non cum effectu convenitur, poſt annos aliquot poteſt conveniri. Quem ſcrupulum movet *Gomeſius ad §. pœnales. numero 47. Inſt. de act.* Sed reſp. hunc tit. ut & 10. poſse habere utilitatem

utilitatem in actionibus, quæ breviori tempore includuntur, & deinde ratione alia poteſt intereſſe actoris, nec violentia & dolus debeat eſſe impunitus.

### ad L. Nam cum. 2.

*SUMMARIUM.*

*Quibus caſibus eximens actione pœnali non tenetur?*

IN hac lege recenſentur 3. caſus in quibus vi eximens actione pœnali non tenetur, 1. ſi perſona ea vocata, quæ ob reverentiam vocari non debuit ſine venia: quo caſu integra videtur patrono competere actio ex Edicto de in jus vocando, licèt patronus vi exemptus fuerit. Alter caſus eſt, ſi quis vocetur ad judicem incompetentem, quando is notoriè eſt incompetens? nam tunc eximens non tenetur actione pœnali ob rationem, quæ habetur in *l. 1. ſi d liquit qui vocat, non deliquit qui eximit*, quæ tamen ratio procedit quoad intereſſe partis, non quoad intereſſe publicum. Tertius caſus eſt, ſi ad judicem competentem quidem quis vocetur, ſed habeat privilegium, ne coram eo ſtare compellatur vel ratione privilegii perſonæ vel cauſæ. Sed videbatur hoc caſu dicendum, quod omnino eximens teneatur, quia is comparere & privilegium allegare tenetur. *l. ſupra, ſi quis in jus vocatus non ierit* Sed reſ. *Bach. ad h. l.* hoc ſolus Magiſtratus reverentiâ eſſe conſtitutum, ut vocatus apud eum privilegium allegare debeat, quod minimè excuſat vocantem & non ignorantem privilegium. & ideò qui peccavit vocando, non habebit actionem pœnalem privatam.

### ad L. Quod ſi ſervum. 3.

*SUMMARIA.*

*An ſervum eximens de exemto teneatur? num. 1.*
*Quid ſi eius vocatum ad pedaneum judicem exemerit? 2.*
*An vi eximens ſine dolo tamen teneatur hac actione? 3.*

1 TRia hic quæruntur 1. an etiam is de exemto teneatur, qui ſervum exemit? Et quidem aut de civili judicio agitur aut criminali. Si illud, non poteſt in jus vocari ſervus, quia non habet perſonam ſtandi in judicio; Ergo pœnalis actio locum non habet. Si hoc, tunc quidem citari & abduci poteſt, ſed non propriè in jus vocari: & eo caſu parata eſt actio contra poſſeſſionem ſervi, ut eum exhibeat, quo contra eum accuſatio inſtitui poſſit.
2 2. an ille, qui ad pedaneum judicem vocatum eximit, hac pœnali actione teneatur? quod negatur *paragrapho primo*, quia non erat moris, ut quis vocaretur ad judicem pedaneum, ſed partes conſtituto apud Prætorem judicio ultrò ſe ſiſtere co-
3 ram pedaneo judice tenebantur. 3. an poſſit quis vi eximere ſine dolo, ut tamen teneatur hac actione? quod affirmatur v. g. Si quis eximat eum, qui non debebat vocari, ſed ſi errat in facto & ea perſona exemta non ſit talis, quæ vocari non debuit. datur hæc actio, nec tamen adeſt dolus. Ita *Bach. ad h. l. 3.*

### ad L. Sed eximendi. 4.

*SUMMARIA.*

*Quis eximere, quis eripere dicatur? num. 1.*
*An eximens vocatum per calumniam in pœnam Edicti incidat? 2.*
*Quid ſi juſta cauſa eximendi, an ſola vis abſente dolo pœna locum faciat? 3.*

1 VOcabulum eximendi hîc explicatur, quod ſit generalius ſit voce (Eripere): nam eximere dicitur etiam ille, qui moram injecit, ut tamen aliqua adhibita eo fine, ut interim dicta actionia v. gr. redhibitoriæ, quæ breviſſimo tempore durat, exeat. Item is quoque dicitur eximere, qui detinet iturum in jus. Eripere autem tantùm dicitur,
2 qui jam eundem auffert. Sed quæritur in *paragrapho primo* ſi quis per calumniam vocatus ſit, ubi vocans nullam habet contra vocatum actionem, an ſi eum eximam, videar in hanc pœnam incidiſſe. Videtur quod non, quia eximens eum, qui non debet vocari non incidit in hoc Edictum. *lege prima & ſecunda*. Atqui qui per calumniam vocatus eſt, non debuit vocari. Reſp. omnino me incidere in Edictum. Nam aliud eſt, loqui de perſona, quæ in jus vocari non debuit. Illo caſu quis non incidit in Edictum, ſed hoc caſu quia an perſona debeat an non; an calumniosè in jus vocetur? cognitio judicis eſt, non privati. *In paragrapho ſecundo.* quæritur, ſi quis faciat, ut ab alio eximeretur, an dolus requiratur? Videtur quod non; quia vis ſine dolo ſufficit *le-*
3 *ge tertia. paragrapho ſecundo. h. t.* Sed affirmatur, quia ſi juſta cauſa eximendi, ſola via abſente dolo huic Edicto locum non facit. Vid. *Bach. hic.*

### ad L. per alium. 5.

*SUMMARIA.*

*Quinam teneatur hoc Edicto? n. 1.*
*Ad quid teneatur, qui aliquem vi eximit? 2.*
*Jura maximo odio viam facti deteſtantur. 4.*
*Explicatio l. 1. §. fin. h. t. 5.*
*Qui citatum eximit, & parti ad intereſſe, & judici ad pœnam tenetur. 6.*
*Qui debitorem fiſci detinet, fiſco ſatisfacere debet. num. 7.*
*Quando negativa facti proba dat 8.*
*Actio ex hoc Edicto eſt pœnalis prætoria. 9.*
*An detur heredi & quando? 10.*

1 HOc Edicto tenetur non tantùm, qui ipſe exemit, ſed qui dolo fecit, ut per alium eximeretur. Sed quæritur, ad quid teneatur, qui in ci-
2 vili cauſa reum vi eximit, & ita eum ſubtrahit Judicio? R. Quanti ea res æſtimata eſt ab actore, id eſt, quanta ſumma eſt petita. *Vid. Zaſ. ad h. t. numero primo. Struvius in Ex. ad h. t. th. 17.* ideo-
3 que malè nonnulli hîc generaliter æſtimationem juratam requirunt, ut *Joffredus ad Rubr. 6. numero quarto. Cagnolus d. l. & Rol. à Valle volum. 4. conſ. 87. num. 18.* quos refutat, *Hilliger. in Don. lib. 15. cap 27. lit D. Duar. ad L. h.* Quomodo enim calumniatori dari poſſet poteſtas jurandi, & tamen hæc actio etiam calumniatori datur, ob odium violentiæ *per h. L. §. 1.* Deinde ſinguli in ſolidum eam æſtimationem ſolvere tenentur, nec unius ſolutio aliis prodeſt. *h. l. 5. § 3.*
4 Ratio *in l. fin.* quia quilibet ſuam pœnam ſolvit. Horum ratio, quia jus noſtrum odio magno deteſtatur violentiam & viam facti, præſertim ſi etiam cum Magiſtratus contemtu conjuncta, ut ferè communiter fit. Ideò ſemper exiſtimavi, contumaciam & violentiam graviter ſemper eſſe caſtigandam, ut juſtitiæ ſuus conſtet vigor. Nec ſuperiori expoſitioni obſtat *L. §. fin.* nam ibi de perſona agitur, cui reveren-
5 tia debetur, hîc de perſona, quæ potuit citari, licèt calumnioſè citetur, ut ita calumniator nihil agat contra Edictum. Sed nihilominus durum eſt, quod calumnianti ſit reſtituendum intereſſe, quód non poteſt habere, quia calumniator eſt. Ideo *l. 4. §. item ſi quis.* qui §. de calumniatore loquitur, poteſt intelli-
6 gi de pœna judici debita. Nam qui v. gr. aliquem realiter

realiter citatum è manibus judicis vel ſatellitum exe-
merit, is tenetur parti ad intereſſe, ſi id probaverit
vel juramento aſſeruerit. Et ſic de vero intereſſe ejus
qui non eſt calumniator. Secundò tenetur Judici ad
pœnam, quem maximè læſit. Et ſic eximentem & ju-
dici & parti teneri, evincit *Menoch. conſ.* 250. *num.*82.
7 *& ſ. conſ. Eugenius conſ* 31. *num* 38. *& ſeqq.* Adfine eſt
huic, quod is, qui debitorem fiſci detinet, fiſco ſatiſ-
facere teneatur. *L.* 3 *C. de Exactor. tribut.* & judica-
tum ita referunt *Chriſtin. V.* 1. *dec.* 179. *Guido Pape.dec.*
579. *num.*1. quos refert *Grænwegen ad d. l.* 3. Confe-
rantur ea, quæ à me *ad d. L.* 3. *in Comment. Cod.* no-
tata.

Ad §. 2. Probari autem debet ab actore, quod per
hanc eaemtionem factum, ut non in judicium dedu-
ceretur reus. *conf. Cephal.* 604. *num.* 3. *&* 35. ex quo
*Bart.* & alii probare volunt, negativam facti ab eo,
8 quia in ea fundamentum ſuum ponit, eſſe probandam,
per multa allegata *Paeiari de Prob. p.* 1. *c.* 51.*num.*28.
Quia autem hæc actio, quæ contra eaimentem datur,
9 pœnalis eſt, ideò nec eaemtus liberatur, nec ſi plures
exemerint, & unus pœnam ſolverit, cæteri liberantur,
ſed quiſque pœnam ſui delicti perſolvit per §. 2. *h. l.*
nec obſtat *l.* 1. §. 4.*fin.de eo per quem fact. &c.* quia ibi
intereſſe venit, hîc pœna violentiæ. Et ex eadem cauſa
fuit, quod in §. *fin.* dicitur, non dari in hæredem. Et cùm
10 ſit prætoria pœnalis, non datur poſt annum. Hære-
di autem datur, ſi ejus interſit. Nam licèt intereſſe
hîc non vindicetur, ſed pœna petatur, in perſona
tamen hæredis intereſſe conſideratur.

## ad L. Fin.

### SUMMARIA.

*Pœna ob exemtum debitorem in jus vocatum ſoluta non liberat ipſum debitorem. n.* 1.
*Actio ex hoc Edicto cui & ad quid detur?* 2.

1 SI quis ob exemtum debitorem in jus vocatum
pœnam perſolverit, non liberat ipſum debitorem,
quia pœnam ſui delicti perſolvit: Debitor manet obli-
2 gatus. Datur hæc actio ei, cujus intereſt, ſed non ad
intereſt, ſed non ad intereſſe, ſed ad pœnam violen-
tiæ.

---

## TITULUS VIII.

### *Qui ſatiſdare cogantur vel jurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur.*

## Ad Rubric.

### SUMMARIA.

*De quanam re Actor ex L. diffamari ſatiſdare debeat? num.* 1.
*Abuſus hodiernus circa exceptionem ſatiſdationis. n.* 2.

1 IN h. t. agitur de ſatiſdatione, quam reus præſta-
bat de ſe judicio ſiſtendo. §. 2. 9. *de Satiſd.* Sed
hodie Actor, etiam provocatus ex L. diffamari. *Carp.*
*p.* 1. *c.* 5. *def.*28. *Dn. Mevius p.* 3. *dec.* 277. ſatiſdare de-
bet de lite proſequenda, & expenſis vel etiam de Re-
conventione. Et hæc Exceptio ante litem conteſta-
tam opponenda, quia eſt dilatoria. Autor *ad L.* 12.
*num.* 1. *ff. C. de Except.* Unde ſequitur, in Appellatio-
nis inſtantia opponi non poſſe, cùm hæc reducat cau-
ſam ad tempus litis conteſtatæ *Dn. Mevius p.* 1. *dec.*
2 137. Quamvis hodie ea exceptio ſatiſdationis vel
cautionis in abuſum rapiatur, & ea malitioſorum li-
tigantium & procuratorum communis cautela ſit, qua
juſtam intentionem actoris ſolent ad tempus eludere.
Sicut enim ſecuritati litigantium providendum eſt,
ne litibus frivolis vexentur; ita cavendum, ne per
exceptiones frivolas intentio juſta ſuſpendatur. Ideo-
que ubi in omnem eventum juſta litigandi cauſa ju-
dici apparet, non debebat Judex malitiæ rei indulge-
re, & fruſtratoriam cautionem actori imponere, ut re-
ctiſſimè judicat. *Dn. Mevius p.* 2. *dec.* 26. *conf. Proceſſ.*
*meus civ. c.* 8. *num.* 12. *& ſeqq.* Autor *in C. tit. de Epiſc.*
*& Cleric. ad Auth. Generaliter. n.* 17.

## ad L. Satiſdatio. 1.

### SUMMARIA.

*Quæ ex cauſa Prætor in ſtipulationibus fidejuſſores deſideraverit? nu.* 1.
*De quo fidejuſſores cavere debeant hodie?* 2.
*Cautio in prima inſtantia præſtita, etiam in Appellationis inſtantia durat.* 3.
*Quibus caſibus certa quantitas exprimenda ſit?* 4.
*Quotuplex ſit cautio?* 5. *& an cautio de judicio ſiſti planè exoleverit?* 6.
*Hodie ſatiſdatio per pignora fieri poteſt.* 7.

1 SAtiſdatio eſt cautio fidejuſſoribus facta *hic & L.*
7. *ff. de prætor. ſtipul.* Cur autem in his prætoriis
ſtipulationibus prætor fidejuſſores deſideraverit, ra-
tio eſt, quia hæc cautio ob rem incertam, futurum
ſcilicet eventum litis, interponebatur, quo caſu non
certa poterat dari æſtimatio, ergo nec cautio per pi-
gnora, quæ habent certam æſtimationem. *Conf. Fran-*
*zkius ad h. t. num.* 12. *Struv. ad h. t. th.* 21. Licet in
quibuſdam caſibus ſpecialibus, ubi certa eſt rei æſti-
matio, ut in Legato, quò pertinet *l.* 1. *pr. ff. ut ſerv.*
*legator. conf. hic Bachovius.* Sed hodie receptum, ut
2 fidejuſſores caventes de judicio ſiſti, vel pro reconven-
tione & expenſis, non indefinitè ſpondeant, ſed pro
certa quantitate; in qua tamen convenire partes non
ſolent, ſed hoc à judice determinandum, pro natu-
ra actionis, ut nec reus lædatur. *Dn. Mev. p.* 3.*dec.*253.
3 Autor *ad L. un. nu.* 15. *C. de Principib. agent.* Sanè
memini, cùm in actione furti actori cautio fidejuſſo-
ria injungeretur, vel depoſitio pecuniæ ad 300. thal.
& reus appellaſſet, & majorem cautionem petiiſſet,
appellationem non fuiſſe admiſſam. Et cautio ſemel in
prima inſtantia præſtita etiam in Appell. inſtantia du-
rat. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 369. Sed quæritur, an certa
quantitas exprimenda? Reſp. in cautione de judicio
ſiſti, ſi cauſa civilis, non eſt opus, ut exprimatur
certa quantitas, niſi ita viſum fuerit judici. Sed ſe-
cus in criminalibus. *Vid. Dn. Mev. p.* 4. *qu.* 37. Eſt
5 ergo cautio quadruplex. (1) Prætoria per ſatiſdatio-
nem (2) Pignoratitia. (3) Juratoria. (4) Nuda repro-
miſſio, per *L.* 3. *C. de V.* S. Satiſdationem de judicio
6 ſiſti, hodie exoleviſſe, multis allegatis Doctoribus
affirmat *Grænwegen ad.* §. 2. *Inſt. de Satiſdat.* Sed
quamvis concedam, eam non adeò frequentari, ve-
rum tamen manet in foro communi & Saxonico eam
peti poſſe, quando reus de fuga ſuſpectus, aut non
poſſeſſionatus. *Zanger. de Except. p.* 2. *c.* 21. *n.* 48. *Carpz.*
*Lib.* 2. *Reſp.* 79. *& de proc. tit.* 9. *art.* 5. *nu.* 15. Autor
*in C. t. de Satiſdando ad L. un. n.* 9. *&* 10. Eſt & illud
7 notandum, ſatiſdationem prætoriam hodie de conſue-
tudine per pignora fieri poſſe, ut ex *Menoch. de A.Q.*
*caſu* 42. *num.* 3. *Gailio de Areſt. c.* 3. *n.* 4. probat *Dn.*
*Hahn. ad ff. Weſ. h. t. nu.* 4. *P. de Grev. ad h. L.* 1. *in*
*fin. P. Buſius n.* 4. *Weſenb. ad h. t. n.* 7. *Carpz. Pr. crim.*
*q.* 112. *n.* 99. Autor *ad L.* 3. *n.* 3. *C. de omni agro deſert.*
Et hæc ſatiſdatio de expenſis ſaltem à reconveniente
præſtanda. *Carpz. pag.* 1. *c.* 5. *def.* 24.

## ad L. Fidejuſſor. 2.

### SUMMARIA.

*Inidoneus fidejuſſor dicitur etiam ob conveniendi difficultatem. n.* 1.
*Iudex in cautione oblata debet priùs voluntatem partis requirere.* 2.

*Inter quos cautio de judicio ſiſti locum habeat? 3.*
*An parentes etiam vel liberi fidejuſſorem dare debeant? 4.*
*Qualis fidejuſſor hic acceptandus? 5.*
*An filius, licèt ſit in alterius poteſtate, fidejuſſor eſſe poſſit pro patre? 6.*
*Fidejuſſor de judicio ſiſti, tenetur aut ad intereſſe aut ad pœnam. 7.*
*Tenetur etiam in veram quantitatem. 8.*
*An etiam teneatur de judicato ſolvendo? 9.*
*An toties quoties præſentare debeat? 10.*
*An fidej. de jud. ſolv. habeat beneficium excuſſionis? 11.*
*An ratio habeatur actionis, quod vel in ſimplum, vel in duplum, vel in triplum ſit? 12.*

1 NOtetur verò *in pr.* Fidejuſſorem idoneum dici,
non tantùm ex facultatibus, ſed ex conveniendi
Facultate, ideoque rejici poſſe potentem, rixoſum, ca-
villatorem. *Gail. L. 2. obſ. 27. num. 25. Hering. de Fi-*
2 *dejuſſ. c. 7. num.* 590. Sic igitur non ſemper injurioſum
eſt, non admittere fidejuſſorem, ſi recuſatio fiat ob
potentiam. Et *ex hac & præcedente lege* apparet, judi-
cem non acceptare debere cautionem oblatam, niſi
priùs partis voluntatem requiſiverit. *Dn. Mevius p. 3.*
*dec.* 511 & qui certo loco fidejuſſorem dare promiſit,
3 non liberatur, ſi alio loco dare velit. *Dn. Mevius p.*
*5. dec.* 336. Inter eos verò tantùm locum habet cautio
de judicio ſiſti, inter quos judicium conſiſtere po-
teſt: nam fruſtra ei fieret, qui agere non poterit, fru-
ſtra præſtaretur ab eo, qui perſonam ſtandi non habet.
Exemplum habet *Accurſius* in ſervo, poteſt etiam da-
ri aliud in pupillo. Parentes ſi liberos, vel Liberi pa-
4 rentes; ſcil. In caſibus ubi inter eos lis eſſe poteſt, &
petitâ veniâ, vel ſi maritus etiam uxorem, &c. conve-
niant, non ſunt immunes à cautione præſtanda, tum
5 ne fruſtraneum ſit judicium tum quia non arguit hæc
exceptio calumniam. *Vid. Carpz. p. 1. C. 5 def.* 22. Sed
tamen qualiſcunque fidejuſſor acceptandus eſt, per §.
2. *de quo ſupra ad L. 2. ff. in jus vocati ut eant &c.* Quod
*in* §. 3. extenditur ad liberos etiam ex fœmineo ſexu
deſcendentes, & ſi parens à filio conventus ipſi ſit in
alterius poteſtate, extenditur etiam ad Nurum & pro-
nurum. In quibus caſibus qualiſcunque fidejuſſor ac-
ceptandus eſt. Sed obſervetur 1. terminos habiles eſſe
ponendos, ſcilicet quando lis inter parentes & libe-
ros eſſe poteſt, v. gr. ſuper peculio caſtrenſi, ſuper ſpon-
ſalibus &c. 2. de fidejuſſore hoc accipiendum eſſe qui
aliàs fidejubere poteſt, ſed ob inopiam ſatis idoneus
non eſt, quod ſubjicitur in §. 4. Nam fœminam ne-
6 mo tenetur accipere niſi juratam. Subjungitur etiam *in*
*hoc paragraf.* quod filius pro patre fidejuſſor eſſe
poſſit, licèt ſit in alterius poteſtate, quamvis hoc caſu
executio contra conventum filium eluſoria videri poſ-
ſit juxta *Bach. hoc loco.* Fidejuſſor quando reum non
ſiſtit, ad quid tenetur? Reſp. *in* § *fin.* ad intereſſe, aut
7 ad pœnam conventam, & ſi reus plus debeat, quàm
erat illa pœna conventa, ad pœnam tantùm tenetur.
Sic ſi minùs debeat, pœna tamen conventa debetur.
*Pet. de Greve ad h.* §. Ex quo, ni fallor, ſequitur, fi-
dejuſſorem, qui de Judicio ſiſti promiſit, ſi non ſte-
terit, & de certa quantitate in pœnam ſolvenda non
convenerit, in veram quantitatem teneri, ſcil. quæ
ab actore petita eſt, ſed poſſe fidejuſſorem rei partes
defendendas ſuſcipere. *Conf. Weſenbecius h. t. nu.* 9. &
miror *Bachovium in notis ad d. num.* 9. de cautione de
judicato ſolvendo id intellexiſſe. Unde lucem acci-
pere poteſt, id quod tradit *Carpzovius lib. 2. Reſp.* 83.
quod ſcilicet fidejuſſor de judicio ſiſti datus, non te-
9 neatur de judicato ſolvendo, quod verum eſt. Nam
non tenetur, quod ob negationem, vel moram, aut
contumaciam rei accidit; ſed ad debitum tamen te-
netur, & hæc fortè fuit ſententia *Mod. Piſt. par. 3.*
*qu.* 115. Quæritur autem, an ſæpius, toties quoties
præſentare teneatur? Et Reſp. *Caſtr.* hîc diſtinguen-
10 do, an ſemel ſe ſtiterit & tunc ſatiſdatio præſtetur,
an verò de eo ſatiſdatio præſtita, qui nondum ſe
ſtitit. Illo caſu uſque ad ſententiam ſæpius præſen-
tari debet, non hoc; & *Caſtrenſem* ſequitur *Ham-*
*meſ. conſ.* 7. *numer.* 8. *cent.* 4. Videndum tamen, quid
actum. Plerumque promittitur repræſentatio toties
quoties, præſertim ea die, qua ſententia publican-
da. *conf. Farin. qu.* 34. *num.* 153. *& ſeqq.* Sanè tempus
ſemeſtre, quod fidejuſſoribus datur *in l. ſancim. C. de*
*fidejus.* hodie in uſu eſſe non videtur iis, quos refert
*Farin. de qu.* 34. *num.* 149. & *Groenwegen ad d. l. ſan-*
*cimus.* ſed id generaliter non dixerim. Sed an fide-
11 juſſor pro judicato ſolvendo datus habeat beneficium
excuſſionis, ut priùs conveniatur principalis? Ne-
gant hoc communiter. *Vid. Coler. de Proceſſ. execut. p.*
*1. c. 10. num.* 352. *Hering. de fidejus. c. 27. p. 1. num.*
31?. *Dn. Mev. p. 2. dec.* 370. *num. 7. ubi ita judicatum*
*refert.* Subjicitur autem *in l. ſeq.* ſive in duplum ſit
12 actio, ut furti nec manifeſti; ſive in triplum, veluti
concepti, oblati; ſive in quadruplum, ut furti ma-
nifeſti, in tantùm teneri ſponſorem: quoniam actio,
ſuper qua reus principalis conveniebatur, ad id origi-
naliter competebat, alioquin ad augmentum, prove-
niens ex mora vel culpa debitoris principalis, non
tenetur. *Coraſius in Miſcel. hæc totidem verbis notans*
*lib. 2. cap. 12. n. 12.*

## ad L. Sive in duplum. 8.

### SUMMARIUM.

*Fidejuſſor in certam quantitatem ſe non obligans, ad quid teneatur in actionibus civilibus & pœnalibus?*

NIſi in certam quantitatem fidejuſſor ſe obliga-
verit, tenetur fidejuſſor in id, quanti revera in-
tereſt Actoris; idque in civilibus indubium eſt: ſed
quid in pœnalibus actionibus v. gr. actione furti, quæ
ad duplum vel quadruplum datur? fortè ibidem tan-
tùm ad ſimplum tenebitur fidejuſſor, quia ulterius do-
mini non videtur intereſſe. Sed reſpondetur, fide-
juſſorem etiam ad duplum vel quadruplum teneri vel
triplum, quia jam tanti actoris intereſt.

## ad L. Si deceſſerit. 4.

### SUMMARIA.

*Fidejuſſor cavens de reo ſiſtendo liberatur ejus interitu. n. 1.*
*Quid ſi fidejuſſor ſit in mora? 2.*
*An ſi perſona exhibenda ante moram mortua, ipſo jure non competat actio? 3.*
*An morte rei extinguatur cautio non tantùm pro reo, ſed & pro hæredibus ejus præſtita? 4.*

SIcut qui certam ſpeciem promiſit, interitu ejus
1 non culpoſo ſed caſuali liberatur, ita fidejuſſor
qui ſpopondit ſe ſtiturum reum, liberatur perſonæ
ſiſtendæ interitu. *hic & l. 66. ff. d. verb. obl.* Autor *ad L.*
*26. n. 12. C. de Fidej.* Sive ergo ante præceptum Judi-
cis vel poſt illud, ſed ante diem, qua ſiſti debuit, de-
ceſſerit, liberatur fidejuſſor. Sed ſi poſt diem, qua ex-
2 hibendus eſt reus, moriatur reus, tunc propter moram
continuatur obligatio. Sicut enim promiſſor ſpeciei
ob moram tenetur, licèt res interierit poſt moram
ſcilicet contractam; ita etiam idem eſt in perſona ex-
hibenda. An autem ipſo jure non competat actio, ſi
3 perſona exhibenda ante moram mortua, an verò per
exceptionem elidatur, de eo ad *h. l.* agit *Bach.* Sed quid
4 ſi fidejuſſor pro reo non tantùm, ſed pro hæredibus
ejus cautionem de ſiſtendis præſtet? Hoc caſu morte
rei non extingui cautionem, non eſt incerti juris.

## ad L. Si verò 5.

### SUMMARIA.

*Quæ differentia inter fidejuſſionem de judicio ſiſti & de judicato ſolvendo? n. 1.*

*Ane*

*An, ſi fidejuſſor idoneus offeratur, nec admittatur, ſemper detur actio injuriarum ? 2.*

IN *principio* proponitur differentia inter fidejuſſio-
1 nem de judicio ſiſti, & de judicato ſolvendo. Ab
illa liberatur fidejuſſor, ſi reus ante moram factam
moriatur, ut dictum *in l. 4.* ſed hæc non finitur, li-
cèt ante moram condemnatus moriatur, aut civitatem
amittat: quia non promiſit ſe ſtaturum perſonam, ſed
pœnam ſoluturum, quod mortuo condemnato face-
2 re poteſt. Si autem fidejuſſor idoneus ſit oblatus, & ta-
men non admiſſus, nec reus liberatus, utique da-
tur injuriarum actio. §. 1. *h. l. Harpr. in t. J. de injur.*
*§. 2. n. 15. Hering. de fidejuſſ. c. 25. n. 146.* & Judex tene-
tur de Syndicatu. *Francus de fidej. c. 3. nu 265. Hering.*
*d. l. n. 147.* Sed prius verum eſt, niſi ob potentiam re-
cuſetur, ut *dixi ad l. 2.* nam potentes, licèt probi, me-
tum reverentialem incutere poſſunt.

## ad L. Quoties. 6.

### SUMMARIA.

*Vitiosè cautum vel ſatiſdatum non videtur cautum n. 1.*
*Quando vitioſe cautum dicatur ? 2.*
*Paria eſſe, omnino non fieri, & fieri quidem, non tamen legitimè. 3.*

QUando vitioſè cautum vel ſatiſdatum eſt, non
1 videtur cautum, & cautio habenda eſt pro nul-
la. Tunc autem vitioſè cavetur, quando illæ perſonæ
2 ſpoponderunt, quæ cum effectu fidejubere non poſſunt:
ut milites, minorennes &c. *l. 8. § 1. & 2. h. t. & l. 5. de*
*fidejuſſ.* Regula hinc probatur; Paria ſunt, non fieri &
3 minus legitimè. *Harpr. §. 2. J. de Uſufr. n. 185. Vid. Bar-*
*boſ. Lib. 14. cap. 3. ax. 19.* Autor *in C. tit. de Procurat.*
*ad L. 4. numer. 8. & 9.* Hujus Legis exempla varia. v.
gr. Repetitio teſtium facienda ob nullitatem examinis.
*Dn. Mev. p. 4 dec. 250.* ut ſi interrugatoria omiſſa,
ſine culpa ejus, ad quem ea res ſpectat *Dn. Mev. d. p.*
*4. dec. 251.*

## ad L. Si Fidejuſſor. 7.

### SUMMARIA.

*Forenſis non idoneus fidejuſſor eſt, niſi renunciet ſuo foro num. 1.*
*Idoneus fidej. ubi domicilium habere debeat ? 2.*
*Neceſſaria cautio poteſt alibi fieri, non voluntaria. n. 3.*
*Exemplum cautionis voluntariæ. 4.*
*Poſſeſſor rei mobilis debet eam ſequeſtrare, donec ſatisdederit. 5. & 7.*
*Si ſuſpectus de fuga ſit. 6.*
*An arreſtatus, cautione oblata, poſſit impunè ex arreſto recedere ? 8.*
*Quibus Caſibus hoc ipſi non liceat ? 9.*

FOrenſis, & qui forum habet privilegiatum, non
1 habendus pro idoneo fidejuſſore, niſi privilegio
fori renunciet; unde colligit *Hering. c. 14. n. 16.* Foren-
ſem hoc in loco fidejubentem, ſuo foro tacitè non re-
nunciare. Nam ſi tacitè renunciaſſet, eo ipſo quod fi-
dejuſſit, non foret opus expreſſa renunciatione. Ita à
2 nobis pronunciatum *die. 3. Jan. 1668.* Et ideò hodie fi-
dejuſſor non videtur idoneus, niſi Juriſdictioni judi-
cis illius ſubjectus ſit, coram quo cauſa pendet, adeo-
que non in eadem provincia tantùm, ſed & in eadem
civitate domicilium habeat. *P. Peckius de jure ſiſtendi.*
*c. 45. num. 14. Carpz. proc. tit. 9. art. 5. n. 19. & Chri-*
*ſtin. ad ſtat. Mechlin. 3. art. 7. numer. 7. & tit. 7.*
*art. 11. numer. 4.* & quos refert *Grœnwegen ad h. L.*
& ita pronunciatum a nobis *die 2. Jan. anno 1668.*
Sed *ſupra* dixi, aliud fore, ſi in eadem civitate, li-
cèt ſub diverſa juriſdictione, conſtituti ſint, *ex Bach.*
3 *vol. 2. dec. 28. th. 2. Lit. E.* Si quis neceſſariò debuit
ſatiſdare, remittendus eſt, ut alibi cautionem præſtet:
ſed ſi voluntariò, tunc non remittitur; quia ipſe ſe in
eam neceſſitatem conjecit; unde probant, neceſſita-
tem, quam quis ſuâ culpâ attraxit, non relevare. *Ahaſv.*
*Fritſchius de præſidio Neceſſitat. Sect. 4. th. 5.* Author *ad*
*L. 1. num. 35. C. de reb. credit.* Colligitur etiam *ex hoc*
§. quandocunque actori incumbat neceſſitas cautionis,
tunc immobilium poſſeſſionem, licèt ea in alio diſtri-
ctu ſita, ſub eodem Principe tamen, loco cautionis
eſſe. *Carpz. p. 3. Juriſpr. Conſt. 5. def. 3.* Autor. *in C. t.*
4 *de Principib. Agent ad L. un. num. 16.* Exempla volun-
tariæ ſatiſdationis recenſet hîc *Gloſſa v. gr.* ſi ex con-
tractu ſponte quis ſatiſdaturum ſe promiſerit, vel tu-
tor contutori obtulerit ſatiſdationem, &c. *Pariſius vol.*
5 *1. conſ. 110. num. 8. & 98.* Poſſeſſor rei mobilis conven-
tus, poteſt juberi, ut interim, donec ſatiſdet, rem in
judicio deponat; §. *fin. h. l.* unde probatur, Reum non
tantùm de judicio ſiſti, ſed etiam de re non alienanda,
& in caſum victoriæ ſolvenda, cavere, *Speculator de*
*ſatiſd. §. 2. pr. Valaſc. lib. 1. conſult. 66. num. 14.* Quod
6 tamen intelligendum videtur, ſi reus de fuga ſit ſuſ-
pectus. *Menoch. lib. 2. A. Q. caſu 87. numer. 10. Vin-*
*nius ad Proceſſ. diſp. 9. nume. 15. Gail. lib. 1. obſ. 148*
*numer. 2. Mynſ. c. 5. obſ. 35. num. 4. Camil. Borell. t.*
*2. deciſ. tit. 37. num. 29. Conf. Salgado in Labyr. cred.*
7 *p. 1. c. fin. numer. 255.* Alia exempla, in quibus ſeque-
ſtratio, jure communi regulariter prohibita, permiſſa
eſt, recenſet ad *h. L. in Exerc. 2. Petr. de Grevo. ſc. L.*
*16. de offic. Præſ. L. 5. ff. fam. herc. l. 5. §. 1. ut Legatorum*
*nom. l. 21. §. fin. de Appell.* Videre poſſunt notata mea
*ad tit. Cod. de ſequeſtratione prohibita. num. 5. & ſeqq.*
8 Sed quid ſi Areſtatus in perſona vel re offerat ſufficien-
tem cautionem, an poteſt impunè ex Areſto ſine li-
centia recedere? Affirmat *per h. §. Dn. Mev. p. 3. dec.*
*275.* Areſtatum autem oblata cautione de judicio ſi-
ſti, relaxationem impetrare debere regulariter, tradit
idem *Dn. Mev. p. 4. deciſ. 36. & p. 2. dec. 299.* Non
6 ſemper tamen Areſtum per cautionem tollitur, v. gr.
ſi ad illud pro ſecuritate exactionis ſe adſtrinxit de-
bitor. *Dn. Mev. p. 1. dec. 240.* vel ſi promiſit debitor,
quodvis judicium ſe agniturum, & foro renunciavit,
per notata *ad L. 47. §. 2. ff. de Admin. tut.* vel ſi ex con-
ſuetudine inſtrumentum habet paratam executionem,
tunc enim ſive opponi poſſit exceptio in continenti
liquidabilis ſive non, quivis Judex cognoſcit de cau-
ſa: nam ſi exceptio liquida, abſolvitur reus, ſi illiqui-
da, ad reconventionem ea remittenda. *Dn. Mev. p. 1.*
*dec. 243.* Sed ſi alibi bona habeat areſtatus, ſolet apud
nos remitti cauſa ad judicem ordinarium.

## ad L. de Die Ponenda. 8. pr. & §. 1.

### SUMMARIA.

*Die non expreſſa à partibus, cujus ſit electio ? n. 1.*
*Quando Actoris partes potiores ſint, & quando rei ? 2.*
*Incertitudo diei non vitiat ſtipulationem. 3.*
*Quænam perſonæ ad fidejuſſionem adhiberi nequeant, & quæ detur limitatio ? 4.*
*Caſus, ubi uxor pro marito poſſit fidejubere. 5.*
*Si ſervus datus fuerit fidejuſſor, comperto errore denuo cavendum. 6.*
*Secus ſi perſona ſubleſtæ fidei aut non ſatis idoneæ num. 7.*
*Exceptio in minore aut muliere, ſi his per minus idoneum caveatur. 8.*
*Confuſio facit ceſſare ſatiſdationem. 9.*
*Neceſſaria ſatiſdatio quænam ? & in quibus caſibus obtineant ? 10.*
*Item ubi præſtari poſſit ? 11.*
*Species facti ad §. 4. proponitur. 12.*
*Ob alterius cautionem nemo tenetur decedere de jure ſuo. 13.*
*In neceſſaria ſatiſdatione ſi cavens alibi quàm ubi petitur,*

*præſtare velit cautionem, an & quomodo jurare debeat ? 14.*
*Quibus hoc juramentum remittatur ? 15.*
*Quando juramentum deferri nequeat & quomodo forma ejus conſipienda ? 16.*
*Remiſſionem petens ad ſuum municipium, ubi antea noluit præſtare cautionem, non auditur. 17.*

PRoponitur caſus, quando actor & reus de die con-
1 venire non poſſunt, vel non expreſſerunt certum
diem, quo tùc actoris ſeu ſtipulatoris ſit electio. Unde
2 colligit hic *Gl. & Dd.* quod in judiciorum præparatoriis,
in judicio ordinando potiores ſint partes actoris, quàm
rei. Sic in ambigua oratione, id quod utilius eſt actori,
accipimus. *L. 66. de jud. l. 172. § 1. ff. de R. J.* Sed in exi-
tu judicii & lite decidenda, favorabiliores ſunt partes
rei. *L. 125. ff. de R. J. Petr. de Greve ad hunc textum.*
Collige etiam, incertitudinem circa diem hoc caſu
non variare ſtipulationem. *Marianus Socinus in repet.*
3 *Legis, ita ſtipulatus. num. 95. & nu. 137. vol. 6.* Perſonæ
quædam fidejuſſionem adhiberi non poſſunt, ut mu-
4 lieres, ob SCtum Vellejanum, nec milites ob privile-
gium in lite, nec minor 25. annis, quia non habet li-
beram adminiſtrationem bonorum & habet beneficium
reſtitutionis in integrum. Autor *in C. t. Quod cùm eo, qui in alien. ad L. 5. n. 3.* Sed additur *in* §. 1. limitatio,
niſi talis perſonæ in rem ſuam, & in utilitatem ſuam
ſpondeant & fidejubeant v. gr. ſi maritus convenia-
tur ſuper fundo dotali & cavere jubeatur, uxor ob in-
tereſſe ſuum poteſt fidejubere validè pro marito. Sed
obſtat *l. 15 §. 3. h. t.* ubi dicitur maritum & uxorem
ambos poſſidere fundum dotalem & ſic neutrum te-
neri ad cavendum. Rect. id intelligendum, ſi de alia re
conveniatur maritus, poſſeſſio fundi dotalis liberat
eum à cautione, per *d.* §. 3. Aliud ſi ſuper ipſo fundo
dotali conveniatur, ut poſt alios reſpondet *Bach. ad l. 6. h. t.* Notetur autem *ex d.* §. 1. quod mulier, agen-
5 te etiam marito in rem ſuam, id eſt, mulieris, poſ-
ſit fidejubere pro marito non obſtante SC. Vellejano.
*P. Baſius ad h. §.* quia hîc ad utilitatem ſuam fidejubet.
*Herang. de fidejuſſ. c. 7. n. 413.* Idem de minore cura-
torem habente. Sic textus etiam de milite verus eſt.
*per d. Ludov. Rom. ſingul. 122.* Aliàs miles juſtè reproba-
tur *Sande l. 5. tit. 10. ref. 1.* Si ſervus datus fuerit fide-
6 juſſor, comperto errore poterit Actor petere, ut de-
nuo caveatur. Sed poſſet quæri, ſi aliàs perſona ſubleſtę
7 fidei aut non ſatis idonea ad fidejubendum adhibeatur,
an ſuccurrendum etiam hoc caſu Actori vel illi, cui
cautio præſtanda ? quod negatur; Quia ſemel appro-
bavit. Debuiſſe inquirere in conditionem ejus. Nam
aliud eſt, fidejuſſorem eſſe non poſſe, & aliud eſt eſſe
poſſe, licèt non ſit adeò idoneus. Sed hoc caſu mino-
8 ri aut mulieri, ſi illis cautio pręſtita & minùs idoneus
datus fidejuſſor, ſuccurrendum erit ob imperitiam ju-
9 ris. *In* §. 3. proponitur modus, quo cautio fidejuſſoria
expirat, ſcilicet confuſio, quando ſc. is, qui pro judica-
to ſolvendo fidejuſſit, auctori ſeu ſtipulatori ſucceſſit;
tunc enim novam cautionem petere poteſt; nam cau-
tiones prætoriæ repetuntur, quando ſine culpa credi-
toris deſiit eſſe cautum *L. 4. de prætor. ſtip.* culpa au-
tem non eſt adire hæreditatem ſibi delatam. *Bach. hic.*
10 *In* §. 4. proponitur diſtinctio inter neceſſariam & vo-
luntariam ſatiſdationem, illa eſt, quæ à Lege vel
Edicto alicui actui annexa eſt; ſicut qui tutor eſt, te-
netur cavere rem pupilli ſalvam fore. Uſufructuarius
de utendo juxta arbitrium boni viri & reſtituendo, &
hæres tenetur cavere iis, quibus legata ex die vel con-
ditionatè relicta ſunt, hîc Legatarius petens legatum
ab herede, cui controverſia movetur de hæreditate,
tenetur cavere in eventum *l. fin. C. de petit. hered. ibi-que* Autor *n. 2.* hîc etiam Legatarius cavere tenetur,
ſi ob latens æs alienum dubium ſit, annon ultra do-
11 drantem ſit legatum *l. 1. ff. ſi cui plus quàm per L. falc. &c.* In his neceſſariis ſatiſdationibus non tenetur
quis cavere præcisè in loco, in quo convenitur, ſed
12 auditur, ſi eam alibi, vel in alia civitate ejus provinciæ
præſtare velit. Sed pone hunc caſum, hæres noluit ca-
vere fideicommiſſario de fideicommiſſo eveniente con-
ditione ſolvendo, ideoque fideicommiſſarius immiſ-
ſus; hæres jam vult præſtare cautionem in provincia,
quæritur, an audiendus ? Reſp. *in* §. 4. *verb. planè ſi.*
quod non, quia ob contumaciam ſuam paſſus eſt im-
miſſionem, ſecus eſt, ſi ſine culpa ſua paſſus eſſet. Ge-
13 neraliùs autem Dd. videntur *hunc* §. intelligere, quan-
do ex eo inferunt, ob alterius cautionem neminem te-
neri decedere de certo jure ſuo. Sic cùm locator age-
ret contra conductorem ad eum expellendum, & ob-
tinuiſſet ſententiam, à qua appellatum, & locator obla-
ta cautione, petiiſſet emiſſionem conductoris, rejec-
tam fuiſſe hanc petitionem, refert *Dn. Mev. part. 2. d. 33.* quia quamdiu res eſt dubia, nemo privandus
14 poſſeſſione ſua *L. 5. C. qui admitti ad bon. poſſ.* Dictum
antea in neceſſaria ſatiſdatione remittendum eſſe ca-
ventem, ut, ſi velit, alibi præſtet cautionem, ſed te-
netur is jurare, ſed Romæ ubi ab eo petitur cautio,
eam præſtare non poſſe, in municipio vel alia civita-
te poſſe, nec calumnię causâ petere ſe remiſſionem:
non verò tenetur jurare, ſe alibi non poſſe præſtare
cautionem, quàm in municipio, quia ſic ad perju-
15 rium via panderetur ſed hoc tantùm jurabit, ſe Romæ
16 non poſſe præſtare. Quod juramentum parentibus &
patronis remittitur Hoc *in* §. 5. colligitur, non eſſe ju-
17 ramentum deferendum, ubi anceps eſt perjurium. *L. 4. pr. ff. de in litem jurando.* Nec juramenti forma ita
conjicienda, ut poſſit perjurio occaſio præberi. *In* §.
*fin. legis octavæ* proponitur caſus, ubi is, qui tenetur
cavere, non poteſt remiſſionem petere ad ſuum fortè
municipium, ſi ſcilicet ibi petita cautio, ſed noluit
ibidem pręſtare; nam ille poſtea non auditur, ſi eò
ſe remitti Romæ poſtularet. Variatio odioſa.

## ad L. Arbitrio. 9.

### SUMMARIA.

*Arbitri juris quid ſint ? n. 1.*
*Ab arbitro compromiſſario appellari non poteſt, bene tamen ab arbitro juris. 2.*

OB controverſias incidentes ſolebant judices alios
1 dare judices, quos arbitros vocabant, qui v. gr.
de idoneitate fidejuſſoris cognoſcebant, & ab horum
ſententiis admittebatur appellatio, quia arbitri juris
erant, qui ex Jure & facto quæſtionem decidebant;
nam quia hi arbitri à judice dabantur, ab iis poterat
appellari. *Petr. de Greve ad h. L. conf. Scaccia de Appellat. quæſt. 17. Limit. 13. nu. 5.* Autor *in C. t. de Recept. Arbitr. ad L. 1. nu. 8. & 9.* Collige, plus indulgeri,
quando quis compellitur ad actum, quàm, quando
ſponte aliquid facit. Nam in contractu eligens arbi-
2 trum, appellare non poteſt, ſed quando à judice da-
tur. Sic quando ſtipulantes diſſentiunt, nulla eſt ſti-
pulatio extra judicium. Sed in judicio, non rei aſſer-
tioni, qui ſemper diceret, ſe de alio ſenſiſſe ſed acto-
ris aſſertioni, creditur. *L. inter Stipulatorem. 85. §. 1. de V. S. Marcus Mantua ad c. dilectus. de Arbitris n. 13.*

## ad L. Si ab Arbitro. 10.

### SUMMARIA.

*Semel approbata cautio poſtea rejici non poteſt. n. 1.*
*Quando fidejuſſor non eſt ſolvendo, quibus caſibus alius dari debeat ? 2. & 3.*
*Judex à quo, ſi appellans bonis labatur, cautionem exigere poteſt ? 4.*

IN *principio hujus legis* dicitur, quod qui ſemel ap-
1 probavit cautionem, & recepit, poſtea pœnitere
vel

Digitized by Google

vel aliam poſcere, & incarceratum tamdiu detinere
2 non debeat. *Mev. p. 3. d. 210.* Sed in §. 1. dicitur, quod,
ſi fidejuſſor ob calamitatem ſolvendo non fiat, alius
poſtea dandus ſit; ſcilicet ubi ex officio Prætoris jube-
mur ſatiſdare, ſecus ubi ex promiſſione ſpontanea, *Vid.
Hering. d. tr. c. 13. n. 8. Carpz. p. 1 conſt. 5. def. 11. Wiſſenb.
vol. 2. d. 27. th. 12.* Sic ergo exceptio ſatiſdationis
3 poſt litem conteſtatam opponi poſſet ei, qui vel cu-
jus fidejuſſor ſub ingreſſu litis fuit locuples, lite pen-
dente tamen poſſeſſionem vendidit, aut alio modo fa-
cultatibus lapſus fuerit, *Carpz. d. def. 11.* vel ſi ita in
bonis verſetur, ut futuræ paupertatis metus, ex argu-
mentis non dubiis oriatur, nam tunc etiam ad cautio-
nem de judicato ſolvendo præſtandam agi poteſt. *Dn.
Mev. p. 3. dec. 75.* cautum enim non eſt, quod cautum
non durat *L. 4. ff. de prætor. ſtipul. Mev. p. 4. d. 16.* Sic
4 licèt in ſtatutis non fortè teneatur cautionem præſta-
re judici à quo, ſi tamen labatur bonis appellans, &
ſuſpicio fugæ adſit, ac periculum in mora, poteſt ju-
dex à quo cautionem exigere, hac ex cauſa tamen
editionem Actorum denegare nequit. *Dn. Mev. p. 4.
5 d. 364.* Cautio autem non fit ex quovis caſu, ſed tali,
qui priorem cautionem perimat, vel inutilem reddat.
*Mevius part. 5. decis. 8. Hering. de Fidejuſſ. c. 13. n. 19.
conf. not. ad L. 4. ff. ut in poſſeſſ. leg. & L. 4. de præ-
tor ſtipul.* Dni. Autoris *nu.* 1. 2. Sed ſi in perſona ipſius
debitoris lapſus facultatum contingat, nova cautio non
petitur. *Dn. Mevius p. 5. dec. 8.*

## ad L. Julianus. 11.

### *SUMMARIUM.*

*An, ſi procurator actoris poſt exactam cautionem à reo mandatum acceperit, ſatiſdatio ob ratihabitionem ſit valida?*

TItius falſus procurator meo nomine acturus ob fundum exigit cautionem à reo; poſtea illi mandatum do, & interim ab eo geſta rata habeo, quæritur, an ſatiſdatio ſit valida? quod affirm. quia ratihabitio mandato æquiparatur. Autor *in C. tit. ad Sct. Maced. ad L. ult. num. 3.* Nec obſtat. *l. 7. in fine ff. judicatum ſolvi.* nam reſpondet hîc *Bach.* quod ibi non proponatur procurator; ſed defenſor, qui ſine ullo mandato intervenit, qui ſuo nomine ſatiſdat & in eum executio fit. Ergo ſi poſtea tanquam procurator rei aut ut hæres permittente Actore in judicio conſiſtat, & ita alio nomine, fidejuſſores liberantur.

## ad L. Inter omnes. 12.

### *SUMMARIA.*

*An ſatiſdatio fideicommiſſario ſemper præſtetur ab hærede? n. 1.*
*Quomodo hæres apprehendere poſſeſſionem poſſit, ſub conditione inſtitutus? 2.*

PRo debito ſub conditione ex ultima voluntate,
indiſtinctè cavetur, aliàs non ſine cauſa cognita.
1 Exinde probatur, ſatiſdationem vel cautionem ab
hærede, fideicommiſſario vel ſubſtituto ſemper præ-
ſtandam, quamvis nulla ſuſpicionis cauſa contra exiſtat
hæredem. *Poſt Peregrinum de fideic. art. 40. n. 20. Carpz.
L. 1. Juriſpr. Eccleſ. def. 91. in fine.* Sed quomodo hic
2 hæres poſſit apprehendere poſſeſſionem hæreditatis,
cùm tamen ſub conditione eſſet inſtitutus, hæres ſub
conditione non eſt verus hæres. Gloſſa reſpondet, petiiſſe
eum bonorum poſſeſſionem *ex L. 2. §. 1. de bon. poſſ. ſe-
cundum tab.* Alii putant, poſſe ſine vitio ab hærede
ſub conditione inſtituto adiri hæreditatem. *Nevizanus
conſ. 82. nu. 24. ubi citat Bolognettum & alios.* Sed
id ambiguum *videtur Menoch. rem. 9. retup. poſſ. n. 235.*
quia hîc non agitur, quomodo fideicommiſſarius vene-
rit in poſſeſſionem. Ergo termini habiles ponendi, v. g.
ſi venerit in poſſeſſionem autoritate judicis, quia fortè

creditores urgent, quo caſu prætor det bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas ſub cautione de reſtituendo, ſi quid diminuerit. vid. *notata* Dn. Autor. *ad l. 8. ff. de Prætor. ſtip. n. 2.* aut voluntate ac diſpoſitione Teſtatoris.

## ad L. Sed & ſi plures. 13.

### *SUMMARIUM.*

*Hæres ſub conditione inſtitutus quando & cui cavere teneatur?*

HÆres ſub conditione inſtitutus poteſt admitti ad bonorum poſſeſſionem cum cautione de reſtituendo, ſi quid diminuerit, per *leg. 12. præced. & l. 8. ff. de Prætor. ſtipul.* eaque cautio præſtanda eſt vel hæredi ab inteſtato vel ſubſtituto, & ſi plures ſint ſubſtituti, ſingulis præſtanda eſt cautio, per *hanc legem.*

## ad L. Filius familias. 14.

### *SUMMARIA.*

*Defenſor qui ſit, & quomodo caveat? n. 1.*
*An perſona conjuncta teneatur cavere de judicato ſolvendo? n. 2.*

DEfenſor eſt qui ſine mandato abſentem defendit;
1 ſed is tenetur præſtare ſatiſdationem vel cautio-
nem de judicato ſolvendo. Sed quæritur hîc, an per-
2 ſona conjuncta defendens perſonam conjunctam. v. g.
pater defendens filium, vel filius defendens patrem,
teneatur præſtare hanc cautionem de judicato ſolven-
do? quod hic affirmatur. Autor. *ad L. 13. nu. 1. C. de Ad-
min. Tut.*

## ad L. Sciendum. 15.

### *SUMMARIA.*

*Reus immobilia poſſidens an & quando ſatiſdare non teneatur? n. 1.*
*An uſusfructus & anni reditus liberent à ſatiſdatione? 2. & 3.*
*An Taberna poſſeſſio? 4. 5. 6. 7.*
*An prædium controverſum? 8.*
*Quid ſi prædium ſine dubio ad actorem pertineat? n. 9.*
*Quid hodie obtineat? 10.*
*Quonam reſpectu creditor poſſeſſor dici poſſit? 11.*
*Quodnam tempus in exigenda ſatiſdatione inſpici debeat? 12.*
*Quæ ratio differentiæ ſit, quod fidejuſſorem caſus inopinatus reddat idoneum, non verò proprium factum ſi v. gr. alienaverit prædium? 13.*

1 POſſeſſio rerum ſoli (immobilium) liberat aliquem
à ſatiſdatione. Autor *in C. h. t. ad L. un. nu.* 10. Scilicet
de judicio ſiſti, de qua hîc propriè agitur, ne obſtet *l. 1.
§. 1. ff. ut leg. nom. cav. l. 51. & ſeq. de procur. l. 7. de præ-
tor. ſtip. Bach. hîc.* poſt alios: Sed extendunt Dd. etiam
ad alias cautiones. Et ſufficit poſſeſſio, ſi non titulo do-
minii directi, ſed tantùm utilis poſſideat, ut emphyteu-
ta, vaſallus. *Carpz. p. 1. c. 5. d. 20.* licèt etiam obæratus
2 ſit; Sed uſus fructus non liberat, niſi in foro Saxonico,
poſtquàm ſemen caſtro ſubactum. *Carpz. d. c. 5. def. 21.*
3 Exinde colligunt etiam, poſſeſſorem annuorum redi-
tuum non teneri ad præſtandam cautionem. *Gail. l. 2.
obſ. 10. n. 6. Joh. Koppen. dec. 24. n. 4. Myn. c. 3. obſ. 6 num. 7.
Carpz. p. 1. c. 5. def. 16.* Annui enim reditus ad immobilia
referuntur. Autor *ad Authent. ſed ſi aurum. n. 4. C. de Se-
cund. Nupt.* Et quia *in* §. 4. dicitur, eum, qui habet ac-
tionem perſonalem ad fundum, non tamen relevari à
ſatiſdatione, ideoque *definitio 17. Carpz.* de actione reali
intelligenda ne obſtet *d. §. 4.* Sic non obſtrictus eſt cre-
ditor ſatiſdare pecuniæ hæreditariæ, cujus dies nondum
4 ceſſit. *Carpz. d. l. d. 8.* Et debet intelligi de poſſeſſio-
ne indubitata, ne obſtet *§. 5. h. L.* Extendunt regulam
*h. L.* ad poſſeſſionem tabernæ, ex qua merces non tam
facilè poſſunt amoveri, modò ea taberna non ſit vi-
lior. *Berlich. part. 2. deciſ. 292. conf. Dn. Stru-
5 vius in Exercit. ad h. t. th. 25.* Nec putant neceſſarium ut
poſſeſſor ſua bona obliget, quia in lege non habetur



Digitized by Google

*Carpz. p.1. Juriſpr. c. 5. d. 4. Weſ. in ff. h. t. numer. 11.*
*Dn. Struv. th. 24. Buſius hic. num. 5.* Aut. *ad L. 12. n.*
6 *16. C. de Proximis Sacror.* Si tamen poſſeſſio immo-
bilium vix videatur ſufficere, adjungi poteſt juratu-
ria cautio. *Dn. Mev. p. 2. dec. 257.* Autor. *ad L. un. n.*
*17. C. de Princip. agent.* Non autem neceſſe eſt, ut in
eadem civitate, ſed ſufficit, ſi in eadem Provincia quis
immobilia bona habeat, licèt non ſub eodem tribuna-
li. *Carpz. in proceſſ. tit. 9. art. 5. n. 70.* quod exemplo
7 Epiſcopatuum Miſniæ declarat *Carpz. p. 3. dec. 226.*
Sed quæritur, ſi de prædio cum alio ſit controverſia?
*R. Jaſ. hic & Carpz. p. 1. c. 5. def. 15.* liberari poſſeſſo-
8 rem, niſi de ipſo fundo ſit controverſia cum reo, tunc
ſatiſdationem requiri, ſi ob fructus etiam conveniatur,
& non ſolum fundum, tradit *Hilliger. in Donell. l. 23.*
*c. 9. lit. C. qui in toto eo capite plura habet. conf. Valaſ-*
9 *cus lib. 1. conſult. 66. n. 8. & ſeq.* Quando autem ab
actore petitur ſatiſdatio, & dominium rei petitæ ſine
dubio pertinet ad actorem, v. gr. Agnatum, reus ve-
rò Jus retentionis prætendit, ac ſatiſdationem exi-
git, meritò hæc exceptio rejecta, quia actor jus in re
habet. *Dn. Mev. p. 4. deciſ. 30.* Hodie, ſi cujus per-
10 ſona vel res arrebantur, putat poſſeſſorem immobilium
teneri ad cautionem fidejuſſoriam, vel hypotheca-
riam *Chriſt. ad Stat. Mechlin. tit. 3. art. 7. n. 8. Groen-*
11 *wegen hic.* Quod in his terris non obtinet. In § 2. ne-
gatur, creditorem poſſeſſorem eſſe, ſed in *L. 35. ff. de*
*pign. act.* affirmatur. Poteſt dici, ratione uſucapionis,
& reſpectu ſatiſdationis præſtandæ pro poſſeſſore eum
non haberi, benè tamen ratione ipſius poſſeſſionis,
aliiſque ejus effectus. *Neguz. de pign. p. 3. m. 1. n. 29.*
*Fulv. ad pr. nu. 12. tit. Inſt. de interdictis.* Unde etiam
12 poſſeſſoria remedia Creditori tribuenda, tradit *Dn.*
*Mev. p. 5. dec. 94. Menoch. remed. 9. recup. poſſ. qu.*
*26. n. 197.* An autem quis cavere debeat, tempus cau-
tionis præſtandæ attendendum per § *ult.* Et ut ſi ido-
neus fuit reus tempore præſtandæ aliàs cautionis, &
poſtea fundum vendit, non tenetur poſtea ad ſatiſ-
dationem; ita ſi ſatiſdationem præſtiterit, & poſtea
fundum adquirat, non propterea relevatur à ſatiſda-
tione. Sed quæro, cur in *l. 10. h. t.* ſi caſus inopinatus
fidejuſſorem reddat inidoneum, de novo cavendum ſit;
hîc verò ipſe debitor vendendo fundum, & ſic ſuo fa-
cto in incertum caſum & periculum vocare poſſit ad-
verſarium. Meritò id abſurdum videtur *Jaſoni hic &*
*Vinnio D. 9. th. fin. & num. fin.* niſi dicamus, præſup-
ponere hîc JCtum, immobilem rem fuiſſe obligatam,
& ſic cum onere tranſire, quod tamen pleriſque diſ-
plicet. Hoc mihi videtur, ſi adverſarius unam vel
aliam rem immobilem poſſideat, & metus ſit, ne ven-
dat, poſſe jure peti, ut bona obligentur, ut certò &
indubitatè onus cum re tranſeat.

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*Quando locus ſit juratoriæ cautioni? n. 1.*
*An perſonæ leves ad eam admittantur? 2.*
*An perjurus ſit, qui, cùm de in locum ſiſti caviſſet, poſtea ex*
*cauſa non comparet? 3. & 4.*

QUi non poteſt cautionem præſtare de judicio ſi-
ſti, debet jurato cavere. Quod locum habet
1 in perſonis illuſtribus. *L. 17. C. de Dignit.* & Nobilib.
*Tiraq. Nobilitat. c. 20. n. 189.* Sed hodie ex penuria
cautionis admittuntur paſſim ad juratoriam cautio-
nem, qua jurant, ſe credere, quod non poſſint inveni-
re fidejuſſorem, de qua forma teſtatur. *Weſ. ff. h. t. n.*
10. & quos refert *Hilig. ad Don. L. 23. c. 9. lit. I. Dn.*
Autor. *in C. tit. de Epiſcop. & Cler. ad Author. Genera-*
2 *liter. num. 6.* Excipiunt verò perſonas leves, & perver-
ſorum morum, quod de reo non poſſeſſionato conce-
do; ſed de Actore non concedo, niſi actionem injurio-
ſam intendat. Quis enim æquis auribus audiet reum
petentem, ut actor, qui civiliter ſine ulla nota famæ
egit, incarcerandus ſit, ut dixi in *proceſſ. civ. c. 8. n. 14.*
3 *& ſeq.* Qui ergo jurato cavit de judicio ſiſti, ſi poſtea
ex probabili cauſa nova, vel ex juſſu ſuperioris non ſe
ſiſtit an perjurus ſit, hîc quæritur. Quod neg. quia in
juramento videtur excepta autoritas Legis vel ſuperio-
ris. Conf. notata Dn. Autoris *d. L. fin. ff. ad Municipa-*
*lem. n. 1.* Conditiones tacitè inſunt juramentis. Hinc
cùm aliquando quis cautionem juratam præſtitiſſet,
poſtea verò inaudiſſet, ſe carceri mancipandum eſſe,
fugam arripuiſſet, quærebatur, an eſſet perjurus. Reſ-
pondebam, videndum eſſe, an non vana illa fama fue-
4 rit; ſi non vana, perjurum non eſſe. Nam judex accep-
tando juratam cautionem, videtur promittere ſecuri-
tatem à carcere, quam cùm violat judex, etiam reus,
ſi recedat à ſua jurata fide, pro perjuro non eſt haben-
dus, quia omne juramentum intelligitur rebus ſic
ſtantibus, &c.

---

## TITULUS IX.

### *Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caveatur.*

## ad L. Si quis eum. 1.

### *SUMMARIA.*

*Cur ſervus in eadem cauſa exhibendus, donec judicium*
*accipiatur? nn. 1.*
*Quid ſit in eadem cauſa ſiſtere? 2.*

1 SI agatur contra ipſum ſervum criminaliter vel ex
delicto ſervi contra Dominum noxaliter, domi-
nus quidem noxæ dedendo liberatur, ſed ſervus in
eadem cauſa exhibendus, donec judicium accipiatur.
Fortè quia omnis cautio de judicio ſiſti civili jure li-
te conteſtata expirabat (apud nos ſecus) vel quia ju-
dicio accepto ſervus fiebat litigioſus, cujus conditio-
2 nem Dominus mutare non poterat, *Bach. hic* obſer-
vavit. Sed quid eſt in eadem cauſa ſiſtere? Reſp. hoc
explicavi §. 1. *hujus legis* ſcilicet, quando jura Actoris
non eſt factum deterius. Hoc verò exemplis declara-
tur, ſcil. ſi ſervus manumiſſus, vel actio lapſu tempo-
ris expirat ob moram in exhibendo ſervo, qui inju-
riam intulit, commiſſam ſi in potentiorem tranſlatus
ſervus &c.

## ad L. Sed alio jure. 2.

### *SUMMARIA.*

*Non liberatur debitor, quando impoſſibilitati cauſam de-*
*dit. n. 1.*
*Dominus præſens conventus actione noxali, quid præſta-*
*re debeat? 2.*
*Quid ſi domino abſente ſervus præſens ſit? 3.*

1 NOn liberatur Dominus ſi caverit nomine ſervi, &
vendiderit eum, vel ex poſteriori noxa noxæ de-
derit. Nam cum cauſa, ſuper qua cautum eſt, antiquior
fuit delicto & actione, qua conventus Dominus ſer-
vum noxæ dedidit, non videtur ex delicto poſt ſecu-
to & à ſervo commiſſo deterior fieri poſſe aut debere
conditio ejus, cui ſemel cautum eſt *Bach. hic.* ſed ejus,
qui prior ſententiam meruit, potior eſt conditio *l. 14.*
*ff. de nox. act.* Nam ex cautione præſtita in ſolidum te-
netur. *Cujac. t. 1. p. 879.* Colligi hinc videtur, non
liberari debitorem, qui fecit, ut præſtari non poſſit
res debita, quando impoſſibilitas profecta eſt ex facto
debitoris. *Alex. l. 7. conſ. 12. in princip. per. hanc l.*
*& Card. Tuſchus tom. 4. lib. 1. concl. 54. n. 11. Dn. Mev.*
*p. 3. d. 368. n. 4.* Si dominus ſit præſens, & noxaliter con-
2 veniatur ex delicto ſervi abſentis, ſi non neget, eum eſſe
ſervum ſuum, vel debet promittere, ſiſti ſervum; vel
3 judicium noxale ſuſcipere, vel cavere de ſervo noxæ
dedendo. Si verò domino abſente, præſens ſer-
vus à nemine defendatur, à judice ex primo decre-
to datur actori poſſeſſio, qualis ex primo dari ſolet. &
poſtea ex ſecundo decreto noxæ datur ſervus. Do-
mino autem poſtea conquerente, noxæ deditio
reſcinditur,

reſcinditur, & agenti actio noxalis reſtituitur. §. 1. *h. l.* Sed aliter hunc § explicat *Lud. Bolegnetus in repet. Legis, ſi finita. §. Julianus. 16. ff. de damno infecto vol. 5.* Sed huic materiæ non immoror.

ad L. Si cum uſufructuario. 3.

*SUMMARIUM.*

*Uſumfructum habens in ſervo, an teneatur ſervum defendere?*

SI is qui habet uſumfructum in ſervo, ſervum nolit defendere, denegatur ipſi uſusfructus perſecutio, quamvis enim uſufructuarius ſervum noxæ dedere non poſſit, in quo eſt ratio dubitandi, poteſt tamen ſervum defendere. *l. 26. §. fin. ff. de Nox. act.*

ad L. Si cum uno. 4.

*SUMMARIUM.*

*Unus ex dominis ex noxali cauſa conventus ſervum communem in ſolidum defendere debet.*

SI cum uno ex Dominis ſervi communis ex noxali cauſa agatur, ex cautione de judicato ſolvendo in ſolidum is defendere ſervum tenetur. quia res eſt individua *P. Buſius ad h. L. Pacius c. 1. q. 73. Molinæus in tract. de. Dividuo & Individuo. p. 2. n. 422. & ſeqq.* Autor *ad L. 2. n. 5. C. de Conſortib. ejusd. lit.* Sed ante acceptum judicium noxale poteſt Dominus ſuam partem cedendo ſe liberare. *l. 8. ff. de Nox. act.*

ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*An qui ſervum ſiſtendum exhibuerit, in eadem cauſa eum ſtitiſſe cenſendus? n. 1.*

*An in pœnis criminum irrogandis reſpiciatur ad ſententiæ tempus? 2.*

1 QUæritur hic, ſi his qui ſervum ſiſtere debebat, liberum eum exhibeat, an in eadem cauſa ſtiterit? Diſtinguitur, an ob noxalem actionem ſiſtendus fuerit, an verò ob corporis coercitionem. Illo caſu videtur in eadem cauſa ſiſti, quia quæ antea noxalis erat, in
2 ipſum manumiſſum datur. Ex hac lege colligi videtur, quod in pœnis criminum irrogandis, non reſpiciatur tempus delicti, ſed ſententiæ. Sed ita adverſatur *L. 1. ff. de pœnis.* Ideoque hujus legis hæc tantùm ſententia, eſt quod durior actoris conditio fiat, debet enim probare actor, illum tunc ſervum fuiſſe. *Pacius d. c. 1. qu. 74. Buſius & P. de Greve ad h. L.* ſeu tempus delicti reſpicitur, quatenus opponitur tempori ferendæ ſententiæ, non quatenus opponitur tempori judicii accepti, nam hoc præcipuus reſpiciendum. *Cujac. l. 11. obſ. c. 22. Bachov. hic.*

ad L. fin.

*SUMMARIUM.*

*Si, promittens ſervum ſtatu liberum ſe ſtiturum, eundem liberum exhibuerit, an in eadem cauſa ſtitiſſe cenſeatur?*

SI quis ſervum, qui ſtatu liber erat, ſe ſtiturum promiſit, & poſtea eundem liberum exhibuerit, non videtur diverſa cauſa ſtitiſſe: nam dum ſtatu liber fuit, in poteſtate Domini non fuit hoc impedire. Et quicunque ſiſtit reum in alia cauſa, idque citra voluntatem ſuam, ſine ſuo facto, videtur in eadem cauſa ſiſtere.

---

TITULUS X.

*De eo per quem factum erit, quò minùs quis in judicio ſiſtat.*

ad Rubricam & l. 1.

*SUMMARIA.*

*Quando contingere poſſit, ut actor actionem amittat, reo non comparente. n. 1.*

*Actio uſucapione annihilata reſtituitur. 2.*

*Impedire quis hic dicatur? nn. 3.*

*An omnes in ſolidum teneantur, uno verò ſolvente cæteri liberentur? 4.*

*An heredi vel in hæredem detur actio ex hoc Edicto? n. 5.*

1 SUmma eſt *hujus tituli*, quando tertius actorem vel rem vel reum doloſè impedit, ne veniat ad judicium, & actor actionem propterea amiſerit, quod fortè apud nos rariùs contingit, niſi in actionibus ædilitiis, vel injuriarum, vel aliis, quæ breviſſimi temporis vitam habent, vel ſi reus ad expenſas condemnatus, quod in bene conſtitutis Rebuspubl. & judiciis obſervari ſolet.
2 Sed apud nos ſi reus referret, ſe juſto & probabili errore fuiſſe deceptum, ſibi enim dictum, Actorem non venturum, &c. puto reſtitutionem non denegatum iri contra ſententiam, reo nondum audito, latam. Sed ſi
3 quis vellet contra impedientem agere, non poſſet repelli. Impedire autem rectè dicitur & is, qui per alium impedit §. 1. *h. l.* 1. vel qui triſte aliquod narrat, quo exterritus vocatus ſe non ſiſtit §. 1. & ſi per colluſionem actoris fuerit impeditus, datur contra eum ex vadimonio deſerto agentem exceptio. §. 3. Si plures
4 eſſent, qui ex compoſito actorem vel reum decepiſſent, omnes in ſolidum tenerentur, uno autem ſolvente, liberarentur. *l. 1. §. 4. h. t.* licèt aliud in vi eximente, ut & in furto. Autor *ad L. 1. num. 3. C. de Condict. furt.* Violentia odioſior dolo. Nam illa violat vinculum Reip. *conf. notata* Dni. Autoris *ad Rubr. ſeq.* Et ſi ſervus impediit, datur noxalis actio in Dominum §. 5. *h.*
5 *l. 1.* Hæredi autem datur intra annum, quia datur ad coercendum dolum. In hæredem non datur, niſi quatenus pervenit. Nam turpe lucrum etiam hæredibus extorquendum *l. 5. ff. de Calumniat.* & hoc commune eſt cum aliis actionibus pœnalibus.

ad L. Si actoris. 2.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi ſervus venturum ad judicium impedierit?*

SI ſervus impediit venturum ad judicium, tunc intereſt, an ſciente Domino & non prohibente hoc fecerit, annon: ſi hoc, datur actio noxalis contra Dominum, ſin illud, in ſolidum hac actione tenetur, quod per ſe planum.

ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*Actio ex hoc Edicto contra quem & ad quid detur? n. 1.*

*An ſi impediens non ſit ſolvendo, contra uſucapientem reſtituatur actio? & quid hodie? 2.*

*Si actor & Reus ab aliis fuerint dolo impediti, an habeant hanc actionem? 3.*

*Ratio dubitandi à parte Rei. 4.*

*Quid ſi actor Reum, & hic actorem dolo impedierit? 5.*

*An tertius impediens teneatur ad ſummam debitam, an ad promiſſam à fidejuſſore in caſum, ſi non ſtiterit? 6.*

1 HÆc actio datur actori contra eum, qui reum dolo detinuit, ad id quod intereſt, v. g. ſi interim reus dominium adquiſivit, vel actione per præſcriptionem liberatus ſit in *pr. h. l.* Apud nos haberet locum ratione impenſarum itineris ab Actore ſuſcepti, quamvis non dubitandum, alios etiam fingi poſſe caſus, in
2 quibus intereſſe Actoris æſtimari poſſit præter dicta exempla. Sed ſi is, cujus dolo factum, ne accederem, non eſt ſolvendo tunc contra me, qui interim rem uſuceperam, reſtituitur actio utilis, annihilata uſucapione vel præſcriptione. Sed jure novo per *L. 2. C. de Annali præſcriptione*, omnis præſcriptio per citationem interrumpitur, per *notata* Dni Autoris *ad d. l. 2. C. nu. 8. Et ad L. 26. n. 5. C. de R. V.* Si actor abfuit dolo

Titii impeditus, & reus quoque abſuit dolo Mevii
impeditus, tunc actio hæc datur actori contra Titium,
& reo contra Mevium §. 2. *h. t.* ubi difficultas eſt, quo-
modo reus ad intereſſe agere poſſit, cùm nihil ejus in-
4 terſit; nam ſi veniſſet reus, fuiſſet hoc fruſtraneum.
Reſpondet hîc *Bach* cum *Accurſio*, ſpecialem eſſe ra-
tionem cautionis de judicio ſiſti. Non putarem, om-
ne intereſſe denegandum reo, v. g. ſi Advocatos con-
duxit, ſi voluit reconvenire, ſi contumaciam actoris
accuſare potuit. Si actor, qui hîc ſtipulator dicitur,
5 reum, & hîc actorem dolo impedierint, dolus cum
dolo compenſatur, & neutri datur actio. §. 3. *h. l. fin.*
In §. *fin.* verò hæc ſpecies; Agere volo contra te ad
6 100. das fidejuſſorem, qui 50. thaleros promittit, ſi te
non ſtiterit, impeditus à Titio, hîc mihi non ad 50.
ſed ad 100. contra Titium datur actio, quia tanti mea
revera intereſt, ſi actionem amiſi Titii dolo.

---

## TITULUS XI.

### *Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſâ factis non obtemperaverit.*

### Ad Rubric.

*SUMMARIA.*

*Deſerti Vadimonii pœna quænam in Tertio ſit*, n. 1.
*Quomodo differat tit.* 10. *& tit.* 7. *hujus lib.*? 2.
*An detur actio contra actorem, qui ſe non venturum dixit, & tamen venit?* 3. & 4.

1 DEſerti Vadimonii (ſi quis conſtituto tempore in
judicio non compareat) pœnâ alia eſt in Ter-
tio, alia in Reo; in illo duplex datur actio, prout
vel vi eximit, de quo *tit.* 7. vel dolo impedit,
de quo *tit.* 10. ut ſi triſte quid denunciavit, vel
2 perſuaſit, adverſarium non venturum, ibi datur
actio ad intereſſe. *L. fin.* §. *fin. d. t.* & differt
*hic tit.* 10. *à tit.* 7. *ne qui enim qui in jus vocabitur, vi
eximat*, quod in *d. t.* 7. de vi, hîc de dolo agatur.
3 In *tit.* 7. agit actor, hîc reus etiam; ibi interdum
ad meram pœnam, hîc ad intereſſe; illic datur actio
de reo exemto, hîc etiam de actore impedito. De
quo *d. t.* 10. *Weſ.* Sed quid ſi actor edicat reo, ſe non
venturum ad judicium, & tamen veniat, an tunc actio
dabitur reo contra acturem? N. hoc in §. 3. *L.* 1. quia
ipſi exceptio ſufficit. Si verò reus per illam motam actio-
ne liberatus. v. gr. Si interim uſucepit rem, & qui
impedit reum, non ſit ſolvendo, & non poſſit
ſolvere intereſſe. reſtituitur actio amiſſa contra debi-
4 torem reum. *L. fin* §. 1. Sed hoc non facilè contingere
poſſe, putat *Grænwegen ad d. l. fin.* cùm actiones 30.
annos durent. Sed ſunt etiam hodie annales, vel per
ſemeſtre tantùm durantes actiones. Reus autem, ut &
ejus fidejuſſor ad id, quod intereſt, obligatur, de quo
*Treutl. & Bachov. diſp.* 5. *th.* 8. *Coler. deciſ* 104. *Hering.
de fidej. c.* 21. *n.* 8. Quomodo articuli formandi ſint.
Vid. *Roffredus de libellis. Rubr.* 7.

### ad L. Vicena millia. 1.

*SUMMARIUM.*

*In computatione dierum juridicorum, neque dies promiſſionis de ſiſtendo, neque dies, quo ſiſtere debet, computantur.*

IN h. L. 1. obiter notetur computatio diurnorum
itinerum, quod hodie arbitrio judicis ſubmitten-
dum eſſe, non malè notat *Grænwegen ad h. L. Bu-
ſius hic.* Collige, diem promiſſions de ſiſtendo, &
diem, quo debet ſe ſiſtere, non debere computari;
unde probant, diem factæ inſinuationis non debere
computari. *Gail. L.* 2. *obſ.* 48. *num.* 13. *Myſ. c.* 5.
*obſ.* 15. *Carpz. p.* 1. *Conſt.* 2. *d.* 23. *Tiraq. de Retr. con-
ſang.* §. 1. *gl.* 11. *num.* 18. ubi plures citat, & multis
modis limitat *num.* 23. *& ſeqq.* v. gr. ſi dicatur hinc
vel abhinc, vel quando ſtatuitur terminus ab actu,
non à die actus, vel ſi aliquid faciendum dicitur,
poſtquàm illud vel illud factum fuerit, item ſi ejus
interſit, cui terminus ſtatutus eſt, &c. *Tiraq. d. l.*

### ad L. Non exigimus. 2.

*SUMMARIA.*

*An ſi de lite tranſactum ſit, agatur ex cautione ad pœnam deſerti vadimonii?* n. 1.
*Recenſentur cauſæ quædam à pœna deſerti vadimonii excuſantes.* 2.
*Varia ſunt impedimenta, quæ à contumacia excuſant.* num. 3. 4. & 9.
*Quibus caſibus impedimenta, aliàs legalia, non tamen excuſent?* 5. & 6.
*An, qui impedimentum per literas excuſat, ſit condemnandus in expenſas.* 7.
*An allegans impedimentum docere debeat de diligentia in eo removenda?* 8.
*An & quomodo allegans probare teneatur impedimentum, & quando poſſit per juramentum?* 10.

1 NOn agitur ex cautione ad pœnam deſerti vadi-
monii, ſi de lite tranſactum ſit, ſive id fiat an-
te diem, quo ſiſti debuit, ſive poſt eum; ut illo caſu
ipſo jure ſit tutus promiſſor, hoc verò caſu per Excep-
tionem; quia videtur etiam de pœna tranſactum. Præ-
2 terea varias ob cauſas reus excuſari poteſt à pœna de-
ſerti vadimonii, ut ſi ob munus municipale impedi-
tus §. 1. *h. l.* ſi coactus fuit perhibere teſtimonium in ju-
dicio §. 2. ſi quis valetudine adverſa vel tempeſtate,
quæ ſcilicet impedimento eſt itineri (non enim quævis
fœda tempeſtas ſufficit §. 6. *h. l.*) vel vi fluminis im-
peditur §. 3. & §. 7. item ſi mulier gravida & ore-
tum gerat & ob id impediatur, vel poſt partum decum-
bat §. 4. Et de furore eſt §. 5. item ſi quis à Magiſtratus
3 fuit detentus ſine ſua culpa. §. *fin. h. l.* Varia ergo impe-
dimenta notentur, quæ contumaciam excuſant vel pur-
gant, ut valetudo minùs commoda, tempeſtas, vis
fluminis, bellum, peſtis, carcer, imperium ſuperio-
ris, &c. *Conf. Carpz. p.* 1. *c.* 9. *d.* 7. *& ſeqq. Hill. in Do-
nell. L.* 23. *c.* 9. *lit. R. Menoch. L.* 2. *A. Q. caſ.* 153. *Zang.
4 de except. p.* 2. *c.* 9. Quo referunt hic Dd. etiam ex-
ceptionem loci non tuti, quo caſu vel admittendus
eſt procurator, vel dandus citato ſalvus conductus,
aliàs in contumaciam contra eum procedi non debet.
*Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 283. formulam pronunciandi, ſi con-
tumacia accuſata & propter periculum emanſerit reus,
habet *Zangerus de Except. p.* 2. *c.* 5. *n.* 10. Sed notetur
5 hîc duplex Exceptio. (1) Si ſe reus nimiùm arctaſſet,
& debuiſſet citiùs proficiſci, nec in ultimum tempus
differre iter, ubi tamen arbitrium boni judicis requi-
6 ritur, per §. 8. *vid. Hilliger. in Don. d. l.* (2) Quod
impedimenta affectata non ſuppeditent excuſationes.
*Vid. Hill. in Don. dicto loco* & *Berl. p.* 1. *concl.* 17. *n.* 61.
*ſicut & in* §. *ult.* habetur regula: Nullum affectatum
præbere excuſationem. *Farin. qu.* 7. *num.* 64. *Odd.
l. de reſtit. q.* 2. *Tiraq. de retr. conſangu.* §. 35. *gl.* 4. *n.* 29.
nec attendenda impoſſibilitas, in quam quis ſe ipſum
7 conjicit. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 368. *num.* 4. De illo caſu
autem, quando impedimentum non eſt urgens, nec
ſubitaneum, ſed prævifum, intelligo. *Carpz. p.* 1.
*conſt.* 9. *def.* 19. ubi tradit, eum, qui in termino per
literas abſentiam excuſat, in expenſas termini con-
demnandum: nam ſi impedimentum ſit urgens &
ſubitaneum, quod prævideri vix potuit, non poſſet
in expenſas etiam condemnari, cùm abſit culpa.
8 Addunt & alii, quod allegans impedimentum, do-
cere debeat de diligentia ſua in removendo impedi-
mento, per *L. b.* 2. *& L.* 14. *pr. ff. de re militari.*
*Menoch.*

*Menoch. de A. J. Q. caſu* 118. *in fine. & caſu* 153. *nu.* 15. *Gail. lib.* 1. *obſ.* 143. *num.* 2. *Boer. dec.* 40. *num.* 4. Quod tamen non conceſſeram, niſi in impedimentis facilè removendis, nam hæc non excuſarent, niſi probatâ diligentiâ. *Zang. d. tr. p.* 2. *c.* 6. *num.*
9 77. *Carpz. p.* 1. *conſt.* 19. *def.* 9. Sanè ad impedimenta etiam pertinet morbus, licèt Advocatus petera quid potuiſſet, quia morbus informationem exclu-
10 ſit. *Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 211. Probare autem debet allegans impedimentum. *Maſcard. concl.* 184. & quidem quod ob illam cauſam fuerit impeditus, & ſi quædam præſumtio adſit, poteſt per juramentum probari, quia punctus reſtitutionis non eſt magni præjudicii. *Myuſ. c.* 3. *obſ.* 92. *Gail. lib.* 1. *obſ.* 143. *num.* 4. *Mev. p.* 2. *dec.* 211. *conf. Carpz. p.* 1. *conſt.* 9. *def.* 10. & 11.

## ad L. Sed actio. 3.

### *SUMMARIA.*

*Detentus à privato, ne ad judicium veniat, an excuſetur? num.* 1.
*Quid ſi à Magiſtratu per injuriam detentus fuerit?*

1 DIctum antea in fine *legis ſecundæ*, ipſum excuſari à pœna, qui à Magiſtratu fuit detentus ſine ſua culpa. Sed quid ſi à privato detineatur? Videturne hic excuſatus? Negatur, ſed tenetur, verùm quod ipſius intereſt, propria actione à detinente conſequi-
2 tur. Et cum *Accurſio hic Bach.* idem eſſe dicit, ſi quis à Magiſtratu per injuriam detentus fuerit, ſcilicet dum extra fines officii id fecit, quia hactenus pro privato eſt.

## Ad L. Sed & ſi quis. 4.

### *SUMMARIA.*

*An fidejuſſores liberentur à pœna pro reo ſiſtendo promiſſa, ſi ob crimen cautionem præcedens capitalis pœna reo fuerit inflicta? n.* 1. & 3.
*Quid ſi poſt factam promiſſionem criminis reus fiat? num.* 2.
*Cur in contractibus renunciatio generalis caſuum fortuitorum proſit, non verò in præſenti materia?* 4. & 5.
*An fidejuſſoribus detur exceptio doli contra caventem ſine cauſa?* 6.
*An fidejuſſor teneatur ad quantitatem promiſſam, licèt minoris interſit actoris?* 7.

1 CApitalis pœna (id eſt ſupplicium ultimum vel Exilium) inflicta ob crimen præcedens promiſſionem de judicio ſiſti, præſtat excuſationem fidejuſſoribus & exulantis defenſori. Quia condemnatus ſi-
2 ſti non poteſt. Si reus poſt factam promiſſionem & fidejuſſionem præſtitam, criminis reus fiat, id eſt, crimen poſtea commiſerit, & ob id conveniatur criminaliter, ſeu capitaliter, hoc non præſtat excuſationem juſtam fidejuſſoribus, quò minùs ad pœnam non præſentati debitoris teneantur, quia poſtea delinquendo debitor ſeipſum in eam impoſſibilitatem conjecit, neque impoſſibile eſt, ut dum in reatu, præſentetur alibi ſub tuta cuſtodia. Aliud, ſi ob delictum promiſ-
3 ſionem præcedens detineatur. *L.* 2. §. *fin. ff. de cuſtod. reorum.* Sed cur damnato ad pœnam capitalem reo, excuſantur fidejuſſores? R. quia jam impoſſibile eſt, præſentare, quia judex ſine mora ſententiam exequetur. *Hondedeus vol.* 1. *conſ.* 111. *num.* 57. Ubi idem eſſe dicit, ſi ſaltem ſit confeſſus crimen capitale, quia iſti impendet damnatio & executio. *Hondedeus d. conſ.* 111. *num.* 58. *conf. Eugenius conſ.* 68.
4 *num.* 41. & *ſeqq. In* §. 2. habetur aliud impedimentum excuſans à pœna, ſcilicet funus domeſticum. Et *in* §. 3. captivitas apud hoſtes, quæ ſunt plana. Ex §. 4. autem notetur, quod renunciatio generalis caſuum fortuitorum hic non proſit, ſed aliud in contractibus, *L.* 6. *C. de pign. Act. Don. lib.* 16. *c.* 3. Autor *ad L.* 4. *num.* 4. *C. de Præſcript*, 30. *vel.* 40. *an.* Cur aliud in prætoriis ſtipulationibus, quàm in contractibus? R. *Buſius hic*, quia ſtipulationes prætorias benigniùs interpretamur ex mente prætoris, cùm in conventionalibus ſerventur partium conventa. *L. in conventionalibus.* 52. *de V. O.* Atque ea etiam reſponſio eſt *Pincelli ad L.* 2. *C. de Reſc. vend. p.* 1. *c.* 3. *num.* 27. & *Card. Mantica de tac. & amb. convent. l.* 16. *tit.* 18. *num.* 3. & *Joh. Guttierez de juram. confirm. l.* 1. *c.* 24. *num.* 2. & 3. Ex ſic regula illa Notariorum, quod renunciatio generalis non ſufficiat, niſi ſpecialis præceſſerit, ex *hoc* §. non probatur, ut *Grænwegen* ad hunc textum, licèt eam regulam etiam JCti proponant. *Vid. Dn. Matth. Cuno de pactis c.* 24. *num.* 86. *Maſcardus concl.* 1271.
5 *num.* 2. & *allegat.* Eaque regula habet ſuam rationem, nam nimis captioſa foret generalis renunciatio, qua quis in genere omni exceptioni renunciat, cùm avenire poſſint exceptiones, de quibus nunquam cogitatum fuit. *Petrus Peckius ad c.* 34. *de R. J. lib.* 6.
6 *num.* 4. Non debui cavere ex aliqua cauſa, præſtiti tamen ſatisdationem, an datur exceptio doli, quod ſine cauſa caverim? Diſtinguitur, an ex errore facti caverim, an ex conventione ſpontanea, ut illo caſu mihi detur exceptio doli; non hoc, §. *ult. h. l.* ratio *in l. cujus per errorem. de R. J. Vid. Gœdd. de ſtipulat.*
7 *c.* 3. *num.* 71. Et ſi fidejuſſor pro te judicio ſiſtendo in certam quantitatem ſe obligaverit, eam quantitatem debet actori ſolvere, licèt aliàs minoris interſit, modò non ex errore in plus ſe obligavit, *d.* §. *ult.*

## ad L. 5.

### *SUMMARIA.*

*Caſus Legis proponitur. num.* 1.
*An poſſim agere ad pœnam contra alterum correum, ſi ab uno ſummam conſecutus ſim?* 2.
*Qui rem ipſam habet, non poteſt ad pœnam deſerti vadimonii agere.* 3.
*Si pater pro filio vel contra pr miſerit pœnam, niſi ſtiterit, an uno convento alter liberetur?*

1 DUo erant creditores correi ſtipulandi, uni cavi ſub pœna de judicio ſiſti, alter me impedit, an prior ad pœnam me convenire poteſt, & an mihi prodeſt exceptio doli? Diſtinguitur, an ſocii ſint, an non. Illo caſu obſtabit exceptio doli, quia ex dolo ſocii alter compendium facere non debet, & ſocietas non debet eſſe medium improbi quæſtus; Poſteriori caſu, non debet mihi dari exceptio, ſed con-
2 tra alterum mihi datur regreſſus. Sed pone, duos eſſe correos debendi, unus cavit mihi de judicio ſiſti, alter non: deſeruit prior vadimonium, ergo autem ab altero ſummam debitam conſequor, an datur mihi actio ad pœnam ex ſtipulatu contra primum? Negatur, quia nihil mea intereſt, qui rem habeo. *V. Cu-*
3 *jac. t.* 1. *p.* 1553. & *ſ.* Collige, non poſſe ad pœnam deſerti Vadimonii agere, qui rem ipſam habet, acceptatio rei infert remiſſionem pœnæ, v. gr. *Leges, ſi quis in tantam* 7. *C. unde Vi. hic* & *L. pen. de Lege Commiſ. Menoch. remed.* 9. *rec. poſſ. num.* 150. & *ſeqq. conf. Ronchegallus ad l.* 9. *ff. de duobus reis. in* §. *Sed*
4 *ſi quis. num.* 29. Et quia pater & filius quaſi correi ſunt *l.* 44. *ff. de pecul.* (licèt non propriè ſint) ideo ſi pater pro filio vel filius pro patre promiſerit pœnam, niſi judicio ſtiterit, uno convento alter liberatur.

## ad L. Si is qui. 6.

### *SUMMARIA.*

*Si ſiſtendus Reipubl. cauſâ abſit, an hoc nomine fide-*

jussori

*juſſori competat Exceptio? n. 1.*
*Fidejuſſor non tenetur, ubi reo liberum eſt ſe non ſiſtere. 2.*

1 **F**Idejuſſor pro me ſpopondit; Sed ſiſtere me non poſſum, quia Reipublicæ cauſâ abſum, quæritur, an hæc Exceptio fidejuſſori competat? Reſp. quidni? nam aliâs fidejuſſor contra me regreſſum haberet, & mihi excuſatio iſta non prodeſſet. Et notetur ex hac regula, fidejuſſorem non teneri, ubi reo li-
2 berum eſt ſe non ſiſtere.

## ad L. Si quis ſervum. 7.

*SUMMARIUM.*

*Fidejubens pro ſervo in judicio ſiſtendo, an & quas habeat exceptiones?*

**Q**Ui fidejuſſit pro ſervo in judicio ſiſtendo, habet eaſdem exceptiones, quas haberet, ſi pro libero fidejuſſiſſet, præterquàm quod ſervus Reip. cauſâ abeſſe non poſſit, ſed infirmitate, tempeſtate &c. ita impediri poteſt, ut libera perſona.

## ad L. Etſi poſt tres. 8.

*SUMMARIA.*

*Quando in ſtipulationibus judicialibus admittatur purgatio moræ? n. 1.*
*Stipulatio prætoria laxior eſt, quàm conventionalis. 2.*
*Qui horis matutinis vocatus à meridie comparet, non eſt contumax. 3.*

1 **I**N ſtipulationibus Judicialibus admittitur purgatio moræ, niſi actoris jus factum deterius, aut dilatio de momento in momentum currat. *Gæd. ad L. 12. §. 1. ff. d. V. S. num.* 12. Collige; ſtipulationem prætoriam
2 laxiorem eſſe, quàm conventionalem: nam in hac ſi dies & pœna additur, non ſolet purgatio moræ admitti, *L. 12. C. de contr. ſtipul. ibique* Dn. Aurnr. *n.* 7. Secus tamen eſt in ſtipulatione prætoria, ſi modò actoris jus non ſit deterius, nam & tertio die agere poteſt, &c. *Ant. Fab. L. 6. conject. c. 7. Donell. ad L. 91. §. fin. ff. de V. O. & hos citans Schulz. de obl. c. 6. num. 10. in fin. Jac. de Nigris in rep. L. Inſulam. 51. ff. de V. S. num. 124 & n. 158. Joh. Hannib. ad d. L. nu. 54. & 68.* Non verò ipſo jure purgatur mora, ſed per exceptionem. *Jac. de Nigris d. L. nu. 52. &* 89. Ea *hac lege* probatur, eum, qui horis matutinis vocatus à meridie
3 compareat, non eſſe contumacem. *Aurum. L. 1. dec. 11. Carpz. dec. 43.*

## ad L. Si Servus. 9.

*SUMMARIA.*

*Servus in civilibus non poteſt ſatisdationem præſtare de ſe ſiſtendo, bene tamen in criminalibus. num. 1.*
*Quare fidejuſſor de pluribus ſervis ſiſtendis ſub pœna promittens, unum ſiſtendo, liberetur pro parte à pœna. 2.*

1 **S**Ervus non habet perſonam ſtandi in judicio, ideoque non poteſt ſatisdationem præſtare de ſe ſiſtendo. Ergo ſi præſtiterit ſatisdationem, ea eſt nulla, & fidejuſſor non obligatur. Nam principali exiſtente nullo, etiam acceſſorium nullum eſt. Sed quid ſi criminaliter conveniatur ſervus? Putarim, non tantùm ab alio defendi poſſe, ſed & ipſum ſervum de ſiſten-
2 do ſatisdationem præſtare poſſe. Si quis autem fidejuſſerit vel promiſerit de pluribus ſervis ſiſtendis, & unum ſtiterit, hîc quidem mero jure tenetur ad pœnam conventam in ſolidum, ſed poteſt pœnam dividere, & præſtare partem pœnæ, reſpectu illius, qui non fuit præſentatus. Quæ ſit ejus rei cauſa, dubitatur. *Bart. & Dd. comm.* dicunt eſſe eam, quod hîc verſemur in prætoriis ſtipulationibus, ubi prætor multa decernit ex æquitate, & ita non repugnat *l. ſi is qui ducenta. 13. §. cum ita. de Reb. dubiis. Alciatus in repet. l. 4. §. Cato. num. 165. de Verb. obl.* quamvis in ſeqq. alias rationes recenſeat. *Cretus in rep. d. §. num. 99. & in ſecunda repet. num. 53. Car. Ruinus in rep. d. §. num. 72.*

## ad L. Si eum Judicio. 10.

*SUMMARIA.*

*An ſi principale debitum ſit nullum, ſine effectu habeatur ſatisdatio de ſiſtendo? n. 1.*
*An promiſſor, cujus dolo ſiſtendus periit ante diem, quo ſiſtere debuit, teneatur? 2.*
*Stipulatio adjecta actioni, ſequitur naturam ejus. n. 3.*
*Fidejuſſor in actione injuriarum, reo mortuo, non tenetur. 4.*
*An idem in cæteris delictis? 5.*
*Quomodo actio injuriarum dicatur per litem conteſtatam fieri perpetua? 6.*

1 **U**Bi principale debitum nullum eſt, vel reus notoriè præſcriptionem pro ſe habet, ſine effectu eſt ſatisdatio vel promiſſio de ſiſtendo, ſi ſcil. de hoc conſtet. Sed ſi id dubium ſit, omnino tenetur fidejuſſor ſiſtere reum, ut de veritate conſtare poſſit, *in prin.*
2 *hujus legis.* Sed in §. 1. dubitatur, ſi homo ſiſtendus, v. g. Servus, dolo promiſſoris perierit, omnino quidem tenetur, ſed quæritur, an expectandus dies quo ſiſti debuit? Videtur quod non, quia ante diem iſtum certum eſt, ſiſti eum non poſſe ut mortuum, & quia dolo promiſſoris periit, jam tum tenetur pro eo promiſſor: Sed reſpondetur, expectandum eſſe illum diem, quia ex obligatione in diem ante diem agi non poteſt.
3 *In* §. 2. hoc traditur, ſtipulatio actioni accedens ſequitur ejus naturam, & eam, ſi perſonalis ſit, non
4 facit tranſire hæredem. Nam ſicut injuriarum actio mortuo reo non datur contra hæredem, ita nec fidejuſſor tenetur; Idem ſi reus delicti privati fuerit mortuus ante litem conteſtatam; & id multò magis in publicis, *Fern. Vaſq. p. 1. illuſtr. c. 96. nu. 25. Farin. q. 10. n. 36.* additur tamen hic limitatio, niſi ſteterit per delinquentem, quò minùs lis conteſtaretur, tunc enim lis habenda eſt pro conteſtata. *Bald. hic n. 4. Alex. num. 4. Farin. d. q. 10. nu. 51.* Autor *ad L. unic. nu. 5. C. Ex delict. defunct. Tiraq. de Retr. Lignag. §. 15. gl. 2. num. 5. & 6. & quos refert Berlich. p. 2. dec.*
5 *192. num. 7. & d. 209. ubi de foro Saxonico.* Nam licèt in foro Saxonico contumacia damno litis puniatur, non tamen ſublatus eſt alius effectus; nam ſtatutum Saxonicum venit hac in parte ad ampliandum Jus Civile, & augendam pœnam. *Berlich. d. dec. 209. conf.*
6 *idem Berlich. p. 5. concl. 70. n. 5. & ſ.* Colligitur etiam ex hoc §. Injuriarum actionem per litem conteſtatam continuari, & fieri perpetuam. *Clarus §. injuria. nu. 59.* Sed hoc ratione tranſmiſſionis in hæredem intelligendum, nam ſola citatione interrumpitur præſcriptio. *Vid. Carpz. p. 4. Conſt. 46. d. 6.* Autor *in C. 1. de Rei Vind. ad L. 26. num. 4. &* 5. quid in oblato Principi libello, *vid. Dn. Mev. p. 5. d. 370.*

## ad L. Si quis quendam. 11.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor in eadem cauſa quando ſtitiſſe dicatur? numer. 1.*
*An teneatur ad intereſſe, ſi non ſtiterit in eodem ſtatu ratione facultatum? 2.*

1 **Q**Ui promiſit, ſe hominem ſive liberum ſive ſervum ſtiturum, is debet in eadem cauſa

aſtum

iſtum ſiſtere, id eſt, in eo ſtatu, ut perſecutio actori
2 non reddatur deterior. Sed quid ſi difficilior reddatur
perſecutio. v. g. ſiſtendus interim plus æris alieni
contraxit, vel amiſit pecunias, vel damnum paſſus
ex incendio: quæritur, an ideo fidejuſſor teneatur ad
intereſſe, quod non ſtiterit in eadem cauſa? Videtur
quod ſic, quia perſecutio deterior videtur. Sed negatur, quia debet homo ſiſti in eodem ſtatu, in eadem qualitate ratione fori, non ratione facultatum, nam forum mutatur plerumque doloſè ad eludendam jurisdictionem ordinariam. Sed facultates facilè amitti poſſunt citra dolum, imò etiam citra culpam, & nimia rigoroſè ageretur cum fidejuſſoribus de judicio ſiſti promittentibus, ſi propter quamvis mutationem circa fortunas temporales contingentem ad intereſſe tenerentur.

## ad L. Qui autem. 12.

### *SUMMARIA.*

*Novo privilegio munitus non ſiſtitur in eadem cauſa. numer. 1.*
*Princeps poteſt pendentes cauſas avocare. 2.*
*Quando actoris debeat intereſſe, ut ex ſatisdatione agat? 3.*
*Annon interdum fidejuſſor condemnetur, ad quod Principalis non tenetur? 4.*

1 QVi novo privilegio munitus ſiſtitur, non poteſt
dici, quod in eodem ſtatu vel cauſa ſiſtatur.
Sed dices, non poſſe privilegium objici, poſtquàm
2 quis eſt præventus & jam conventus. Sed poteſt
Princeps novum privilegium alicui concedere, eum
ab ordinaria juriſdictione liberare, imò pendentes
etiam cauſas avocare. *Hill. in Don. l. 17. c. 18. lit. D. conf. not.* Autoris *ad l. judicium ſolvitur. 58. de judic.*
3 Ut actor autem ex ſatisdatione agere poſſit ad intereſſe, ſufficit ab initio, ut interfuerit, licèt poſtea
deſinat; quomodo hoc fieri poſſit, explicat Gloſſa
v. gr. pro injuriante ſpopondiſti, ille poſt motam
poſt diem moritur, jam mea non intereſt amplius,
cùm contra mortuum actione injuriarum experiri non
poſſim, ſed antea intererat, habui jus quæſitum,
ſcilicet actionem injuriarum contra vivum injuriantem.
4 Illud hic collige fidejuſſorem, qui de reconventione & expenſis ſpopondit, omnino ad damna & expenſas teneri, licèt ad id, in quod fortè condemnandus eſſet actor, ut interdum fit, non teneatur, & ſic intelligendum puto *Carpz. in proc. tit. 9. art. 5. num. 9.* & hoc tractatum in Facultate, *die 2. Jan. anno 1668. conf. Carpz. d. l. num. 3.*

## ad L. Quoties. 13.

### *SUMMARIUM.*

*Cur fruſtra qu[illegible] promittat, ſervum ſtiturum in judicio civili.*

1 SErvus non poteſt in judicio ſubſiſtere, & non habet perſonam ſtandi in judicio. Ideoque fruſtra quis promittit, ſe velle eum ſiſtere in judicicio civili. Fruſtra ipſe ſervus alium promitteret ſe ſtiturum. Igitur hæc lex ad criminale judicium contra ſervum inſtituendum non pertinet.

## ad L. Si Procurator. 14.

### *SUMMARIA.*

*Si promittens ſe reum ſtiturum, id non præſtiterit, ad quod teneatur? num. 1.*
*Promiſſio de judicio ſiſtendo procuratori actoris, non ipſi principali facta an ſit valida? 2.*

1 QUi de me judicio ſiſtendo promiſit, ſi id non
præſtitit, tenetur ad pœnam conventam, ſed ſi
de pœna nihil ſit conventum, tunc tenetur ad id,
2 quanti intereſt Actoris. Sed pone, non ipſum principalem, ſed procuratorem ejus ſtipulari à te, quod me velis in judicio ſiſtere, & nihil conventum eſt de pœna, an hæc ſtipulatio & promiſſio tua ſit valida? Videtur quod non, quia procurator non potuit intereſſe ſuum allegare, ergo fruſtranea videtur hæc cautio. Sed affirmatur, quia intereſſe Domini ſeu principalis hîc conſiderandum eſt, cùm ex prætoriis ſtipulationibus domino ipſi actio dari ſoleat: quam deciſionem multò fortiùs locum habere dicit ICtus, ſi non ſimpliciter ſtipulatus ſit procurator, ſed quanti ea res erit, ſcilicet quæ in judicium deducitur, quæ eſt Domini, non procuratoris.

## ad L. ult.

### *SUMMARIA.*

*An tutor pœnam, nomine pupilli promiſſam, mortuo eo, præſtare teneatur? n. 1.*
*An ſalarium adhuc debeatur, quod promiſſum eſt medico pro valetudine mea curanda, eo mortuo? 2.*

TUtor nomine pupilli conventus præſtitit cautionem de judicio ſiſti, ſed non venit; ergo commiſſa eſt ſtipulatio: ſed pone, pupillum interim adoleviſſe, vel deceſſiſſe, vel beneficio prætoris ſe abſtinuiſſe ab ea hæreditate, ex qua actio nata erat, poteſt ne tutor compelli ad pœnam ſolvendam? Neg. quia finita eſt cauſa ſtipulationis. Quod probatur exinde, quia licèt condemnatus eſſet tutor, circa pupillum autem aliqua ex prædictis mutationibus contingat, non datur actio judicati contra tutorem. Nam primo caſu in pupillum, ſecundo caſu in hæredem pupilli, tertio in nullum dabitur. *Vid. Cujac. t. 4. p. mihi 15.* Collige, nihil intereſſe, utrum ſtipulatio ſit interpoſita ſine
cauſa ab initio, an poſtea finiatur cauſa. *Cardin. Mantica de tac. & amb. conventionibus lib. 14. tit. 12. nu.*
2 12. ubi id exemplis declarat; ſi quid annuum ICto, ut meam cauſam ageret; vel Medico, ut mihi medicamentum præſcriberet, promiſerim ſtipulanti, hæc promiſſio mortuis illis finitur, cùm cauſa finiatur. Collige tutorem & curatorem nomine officii, & non ſuo, ſe obligâſſe in dubio præſumi. *Berlich. p. 1. dec. 15. n. 4. & n. fin. Menoch. l. 3. præſumpt. 49. num. 5.*

---

# TITULUS XII.

## *De Feriis, Dilationibus & Diverſis Temporibus.*

## Ad Rubric.

### *SUMMARIA.*

*Feriæ à contumacia excuſant. n. 1.*
*An tempora feriarum in terminum dilationis computanda? 2.*

1 FEriæ & Dilationes non comparentem excuſant,
de quo *vid. not.* Dni Autoris *in Comment. Cod. h. t. lib. 3. t. 12. Toloſ. lib. 2. c. 16. & lib. 48. c. 8. Scacc.*
2 *lib. 2. de Jud. c. 3. Umm. ad Proceſſ. diſp. 7.* De eo verò quæritur, an tempora feriarum in terminum dilationis computanda? Diſtingui ſolet, an majorem partem dilationis abſorbeant feriæ, an non. Aut. *in C. t. de dilat. ad L. 3. nu. 13.* Illo caſu excipiendæ, per allegata *Hill. l. 24. c. 6. F.* hoc caſu non, *ob L. 3. C. de Dilat.* quamvis Judex melius exprimat in citatione verba, (excluſis vel incluſis feriis) quod ſi non factum, id arbitrio judicis committendum. *Dn. Mev. pag. 3. dec. 276.*

ad L.

## ad L. 1. & L. 6.

### SUMMARIA.

*Tempore meſſis aut vindemia nemo compellendus in jus venire? nu.* 1.
*An hoc privilegium temporis etiam non occupatis circa rem ruſticam competat?* 2.
*Qui occupatus eſt circa rem ruſticam, non poteſt citari.* 3.
*Multa prohibentur, fieri, quæ facta firmitatem habent.* 4.
*An ſententia tempore feriarum lata ſit ipſo jure nulla?* 5. & 6.
*An bene fiat, quod diebus dominicis palæſtrica exerceatur?* 7.
*Quanam cauſæ diebus feriatis expediri poſſint.* 8.
*Cauſa pia quanam ſint?* 9.
*Etiam cauſa alimentorum celeritatem requirit.* 10.
*An in conſcientia excuſetur, qui tales actus die dominico tractat?* 11.

1 TEmpore meſſis aut vindemiæ nemo compellen-
dus in jus venire. Et quia *in hac lege prima princ.*
expreſſè fit mentio occupatorum circa rem ruſticam:
Hanc tamen potius eſſe cauſam impulſivam, quàm fi-
2 nalem reſpondent multi. Atque adeo hoc privilegium
temporis communiter omnibus tribuit. *Carpz. p. 1. C.*
*3. d. 22. Bach. hic.* Dn. Autor *in C. h. t. ad L. 7. n. 12.*
*& 13. Et ad L. 1. n. 3. C. de Agricol.* ſed quæ ſit mea
3 ſententia, dixi *ad proceſſum civilem c. 6. nn. 23.* Sed
occupatus circa rem ruſticam citandus quidem eo tem-
pore non eſt, ſed ſi ſponte venerit, tenet judicium;
unde probant, citationem ratione formæ invalidam
convalidari per comparitionem citati, & tunc com-
pelli poſſe ad reſpondendum. *Gail. L. b. 1. obſ. 58. n. 1.*
*& ſ. Mynſ. cent. 2. obſ. 18. & cent. 3. obſ. 90. Hill. in Don.*
4 *Lib. 23. c. 2. lit. B.* Colligunt etiam, multa prohiberi,
quæ tamen facta firmitatem habent. *L. 1. §. biduum ff.*
5 *quando appell. c. 16. X. de regularibus.* Quod verò *Grœ-*
*wegen ad h. §.* tradit, ſententiam tempore feriarum
contra abſentem latam ſine appellatione non reſcindi,
id moribus noſtris adverſatur: Nam remedium nulli-
tatis eſt à remedio appellationis diſtinctum, quod etiam
nuperus Receſſus Imperii *de Ao.* 1654. §. 121. confir-
mat. Ideoque verum manet, ſententiam contra non
conſentientem in feriis meſſium latam eſſe nullam.
6 Sed & quæ in feriis ſacris lata eſt, ipſo jure nulla eſt,
ſivè conſenſerit reus, ſive non *L. fin. C. h. t. & L. 6.*
*ff. h. t.* ratio eſt, quia his feriis ſacris renunciare non
licet. Quamvis autem conſuetudinem contrariam al-
leget *Grœnwegen ad L. ult. C. h. t.* ea tamen potius cor-
ruptela eſt; qualis etiam eſt, cùm nonnulli judices in
7 pagis, diebus Dominicis, ſolent judicium conſtitue-
re. Corruptela etiam eſt, Diebus Dominicis poſt pu-
blicum cultum concedere exercitia palæſtricæ artis, aut
comœdias; Autor *in C. h. t. ad L. fin. num. 1. Et ad L.*
*1. num. 5. C. de ſpectac.* cùm ſanctificatio Sabbathi non
conſtet tantùm in paucarum horarum ſpatio, nec ad
cultum publicum ſit reſtringenda, ſed integra dies
ſacra eſſe debeat; Autor *in C. h. t. ad L. 7. num. 7.*
ut hinc miratus ſæpe fuerim *Dn. Carpz. p. m. in Ju-*
*riſprud. Eccl. Lib. 2. def. 252.* contrarium ſtatuiſſe.
8 Quæ cauſæ ſunt publicæ, vel piæ, vel celeritatem
requirunt, etiam diebus feriatis expediri poſſunt, §.
*2. h. l.* exempla in *h. t. & L. 2. & L. 9.* Autor
*in C. h. t. ad L. 5. num. 5.* Ad cauſas publicas per-
tinent fiſcales & piſtoriæ, per *L. 4. C. h. t. Hill. in*
*Donell. lib. 4. c. 7. lit. Dd.* Sed hoc feriis meſſium
rectè intelligit, juxta textum, *Farinac. p. 1. fragm.*
*lit. F. num. 202.* Autor *in C. h. t. ad L. 5. num. 2.*
*& ſeqq.* Sed id etiam ad cauſas directè publicas re-
ſtringit *Buſius ad L. 1. num. 23.* & ita cauſam dotis
9 excludit. Cauſæ piæ intelliguntur, quæ directè tales
ſunt, ut cauſæ matrimoniales, ſpirituales, alimen-
torum, perſonarum miſerabilium. *Buſ. d. l.* quo re-
ferri poteſt peregrinus iter faciens, per tradita
10 *Stracha de Mercat. p. 2. num. 38.* Celeritatem re-
quirunt cauſæ alimentorum, item captura debitoris
de fuga ſuſpecti. *Petr. Peckius de jure ſiſtendi c.*
*10. num. 1. Chriſtin. vol. 2. dec. 158. num. 8.* vel ubi
actio peritura tempore, vel morte, vel abſentiâ,
ubi tamen ad litis conteſtationem tantùm deveni-
tur, per *h. l. 1. §. fin.* quo referri poſſunt cauſæ
nonnullæ in *L. 3.* enumeratæ. Hos caſus omnes ad
duos generales revocavit *Scaccia* ſc. neceſſitatis &
pietatis. *Vid. Hill. in Don. d. L. 24. c. 7. lit. Z. &*
*ſeqq.* & de actibus voluntariæ juriſdictionis non eſt
dubium, per *L. 7. C. h. t.* & tranſactione, *L.*
*fin. C. eodem* Autor *in C. h. t. ad L. 2. 8. & fin.*
*num. 4. 2. & 1.* Sed an in foro conſcientiæ quis
11 excuſetur, alia quæſtio eſt. Nam & labores ruſtici
die Dominica admittuntur, per *l. 2. C. h. t.* & ta-
men id in foro conſcientiæ vix admittendum videtur
*Amesio de caſibus conſcient. L. 4. c. 33. Q. 9 Zeppero de*
*LL. Moſaicis L. 4. c. 9.* quos laudat *Grœnwegen ad L. 2.*
*ipſi tertiam.* Sed plerique admittunt operas in meſſe,
in caſu neceſſitatis. *Conf. Gail. Lib. 1. obſ. 58. n. 13. Scac-*
*cia de jud. Lib. 2. c. 5. num. 35. Tiraq. in tr. de privileg.*
*piarum cauſ. priv. 156.* Autor *in C. h. t. ad L. 5. nu. 5. &*
*6. Et L. 3. nn. 2. & ſeqq.* Quod & Theologi admit-
tunt.

## ad L. Eadem oratione. 22.

### SUMMARIUM.

*Quanam in feriis meſſium & vindemia expediri poſſint?*

REcenſentur hîc quædam, quæ etiam in feriis meſſium expediri poſſunt. Nam ad meſſium & vindemiarum ferias totum hunc locum pertinere rectè hîc probat *Bach.* ab exemplo miſſionis in poſſeſſionem, quæ requirit decretum, quod pro tribunali oportet interponi. Sunt autem varia, quæ hîc recenſentur, ut quod tutores ac curatores dari poſſint, ut officii admoneantur ceſſantes, i. e. tutores, nam ita legendum, & comma poſt vocem *ceſſantes* collocandum, rectè hîc *Ant. Faber. & Bach.* annotavit, item quando tutores excuſare ſe volunt à tutela, & quando alimenta conſtituuntur, ſi ætas probanda, cujus ratio obſcurior, niſi dicamus ætatem plerumque probari extra ſolemnem judicii figuram, cùm & parentes admittantur. Item quando mulier gravida ob uterum, quem gerit, in poſſeſſionem mittenda eſt, item ſi quis rei ſervandæ cauſâ in bonorum poſſeſſionem ſe mitti petat, quod hæres ſæpe maturationem requirat, vel ſi Legatarii aut fideicommiſſarii petant immiſſionem, ſi non caveatur, vel ſi ob ruinoſas ædes cautio de damno infecto non præſtatur & immiſſio petenda. Vel ſi Teſtamenti exhibitio petatur. Idem ſi jacenti hæreditati, dum ſperatur hæres, datur curator. Idem de alendis liberis, parentibus ac patronis; ſed hoc ad alimenta, de quibus ſupra, potuit referri. Idem quando hæres ſuſpectam hæreditatem tenetur fideicommiſſario reſtituere, ſi atrox injuria illata, quam mox vindicari Reip. intereſt, & denuum quando ſervus per fideicommiſſum ſibi relictam libertatem vindicat. Hæc inquam & ſimilia in feriis meſſium & vindemiæ expediri poſſunt. Autor *in C. h. t. ad L. 2. num. 1. 2. 3. & 7.*

## ad L. Solet. 3.

### SUMMARIUM.

*Recenſentur adhuc alia meſſis & vindemiarum tempore expedire licita.*

Hic

HIc recenſentur & alia negotia, quæ meſſis & vindemiarum tempore expediri poſſunt, & primò quidem, quæ morte rei finiuntur, ut furti actio, & Legis Aquiliæ & injuriarum atrocium. Sed cur atrocium tantùm meminit? *Bach. hic* putat de realibua injuriis, quæ ex L. Cornelia vindicantur, & quæ anno non finiuntur hic agi, nam licèt actio de his injuriis non anno expiret, morte tamen injuriantis expirat. Quamvis putem, atrociores injurias eò citiùs vindicandas, ne partes ad arma veniant. Secundò huc pertinent, quæ tempore finiuntur, v. g. anno, ſi quis ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata aliquid rapuiſſe dicatur. Nam hæc actio eſt prætoria, & ex delicto, & ſic annalis. Huc omnis actio pertinet tempore brevi moritura, ut actio redhibitoria, item injuriarum etiam de levioribus injuriis. Et in his actionibus, in quibus metus eſt, ne mors hominis aut actionis tempus actionem extinguat, ita tempore meſſis procedendum; ut tantùm fiat litis conteſtatio, quæ actionem reddit perpetuam, quamvis judicium liberale favore libertatis juxta *Bach. hic.* tempore feriarn tractetur & finiatur, nam cauſa libertatis quaſi pro pia habetur. Quod in §. 2. de nundinis habetur, paulò obſcurius eſt. Fortè intelligi poteſt de iis juxta *Bachovium*, qui frumenta à ruſticis emunt, ut poſtea in nundinis ſoli vendant monopolium exercentes. Cæterùm quæ tempore feriato liceat agere in judicio, de eo pluribus *Camillus Borellus tomo 2. dec.tit.38. Chriſtin. vol. 2. dec. 158. & alii.*

## ad L. Præſides. 4.

### *SUMMARIUM.*

*An Magiſtratus poſſit initium feriarum ruſticarum determinare?*

LIcèt Præſides aliique Magiſtratus nec ferias ſolennes, nec repentinas indicere poſſint. *L. à nulla.* 4. *C. h. t. ibique* Autor *n.*8. poſſunt tamen feriarum ruſticarum initium determinare. *Pacius cent. 2. Euant. qu.* 81. nam ob diverſam aëris temperiem in omnibus provinciis nihil certi ſtatui potuit. *Buſius hic n.*2. & ob copiam frugum longius aut brevius tempus eſt ſtatuendum meſſi vel vindemiæ *Bach. hic.*

## ad L. Pridie. 5.

### *SUMMARIA.*

*Conſulatus & Præturæ munere apud Romanos defuncti pridiano die jus non dicebant. n.* 1.
*An ſtudioſi ſub finem officii Rectoratus tutò delinquere valeant?* 2.

1 CAlendis Januariis apud Romanos Conſulatus & Prætura conferebantur, ideoque, qui priùs iſto munere defuncti erant, pridianum diem quaſi feriatum habebant & ſui copiam non faciebant. Et ſic quaſi ju-
2 ſticium fuit. Quo abuti ſolent homines malè feriati, qui ſub finem officii Rectoratus ſpe impunitatis ſæpius delinquere ſolent. Sperant enim, antiquum Rectorem non vindicare poſſe ob temporis brevitatem, novum nolle, cùm ſub illius regimine peccatum non ſit.

## ad L. Si feriatis. 6.

### *SUMMARIA.*

*Sententia tempore meſſis invito reo lata eſt ipſo jure nulla. n.* 1.
*Parte utraque volente etiam in feriis, modò non in honorem DEI ſint conſtitutæ, ſententia ferri poteſt.* 2.

1 SI invito reo ſententia tempore feriato, utpote meſſis vel vindemiæ feratur, ea ipſo jure nulla eſt, Autor *in π. h. t. ad L.* 1. *n.* 6. ut adeo non mirer opinionem *Ant. Fab. qui lib.* 3. *Cod. tit.* 11. *def.* 1. ubi appellationem requirit. Nam hîc diſertè negatur judicatum, & judicati executio inhibetur. Sed hæc intelligenda ſunt ex hac *lege* 6. niſi voluntas partium accedat. Nam parte 2
utraque volente etiam in feriis cauſa cognoſci & ſententia ferri poteſt, quod de feriis in utilitatem hominum conſtitutis, ſcilicet meſſium & vindemiæ, intelligendum eſt, nam iis, qui in honorem DEI conſtitutæ ſunt, renunciari non poſſe manifeſtum eſt.

## ad L. Oratione. 7.

### *SUMMARIA.*

*In pecuniariis una tantum, in criminalibus duæ Actori, reo tres, dilationes dantur. n.* 1.
*Quid moribus noſtris?* 2.
*Hodie tres dantur probatoriæ dilationes.* 3. 4. 5. & 6.
*An Tertia dilatio concedenda, ſi pars facto adverſarii in ſecunda impediatur?* 7.
*An opus ſit reſtitutione in integrum, ſi impoſſibile fuerit in termino comparere?* 8.
*Si per judicem ſtet, quò minùs fiat, quod in prima vel ſecunda inſtantia fieri debuit, an labantur fatalia?* 9.
*Item ſi per judicem ſtet, quominùs detur prorogatio petita, an dilatio habenda pro conceſſa?* 10.
*Tertia dilatio quomodo ex Rec. Imp. concedatur?* 11.

IN pecuniariis cauſis plus ſemel dilatio non danda, 1
ideoque omnis dilatio eſt peremptoria. *Dn. Mevius p.* 1. *dec.* 134. *n.* 8. & *p.* 5. *dec.* 237. *n.* 2. Autor *in C. t. de dilat. ad L.* 1. *n.* 19. in criminalibus Actori duæ, reo tres dilationes dandæ. *L. fin. h. t.* niſi inopinatum quid emergat *L.* 7. *h. t. Pacius d. cent. q.* 83. Sed hodie apud nos receptæ 2
prorogationes dilationum, & valde ampliata eſt materia dilationum, quam reſtringere lex vult. *L.* 2. *C. de temp. appell.* Data autem videtur non tantùm, quando per decretum conceſſa eſt, ſed etiam, cum petita & non denegata eſt dilatio. *Dn. Mev. p.* 5 *dec.* 162. & dari poteſt ex officio, ne probatio pereat, & ſi æquitas ſuadeat *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 232. Sed dilationes probatoriæ ter tan- 3
tùm hodie dantur; Autor *in C. t. de dilat. ad L.* 1. *n.* 22. Prima non difficulter quæ ſolet in ipſa commiſſione examinis peti decernique. *Ruland. de Commiſſ. L.* 2. *c.* 8. *n.* 1. quæ interdum datur, ut ſit unica pro omni, ob juſtam cauſam *Ruland. d. l. & Blubm. de Proc. Cam tit* 73. *n.* 76. Secunda dilatio probatoria datur cum cauſæ cognitione. 4
*Rec. Noviſſ. de Anno* 1654. §. 50. an ſcilicet petens ſecun- 5
dam, debitam diligentiam adhibuerit, & utrum impedimenta ſint legitima, cum hac tamen diſtinctione, ut ſi terminus primus nondum præterlapſus, etiam dilatio danda ſine probatione impedimenti; ſin præterlapſo primo termino, diligentia probanda & impedimentum, & hoc quidem juramento probare ſufficit. *Blubm. d. l.* §. 81. & *ſeq.* Quod ſi tamen nulla diligentia in prima di- 6
latione adhibita, Secunda quidem dari, ſed procurator mulctari ſolet, per ea, quæ tradit *Blubm. d. l. n.* 63. Et quando in ſecunda dilatione facto Adverſarii impeditur 7
altera pars, non eſt concedenda tertia dilatio, nec opus eſt juramento, quia conſtat de impedimento, & ſic dilatio ſecunda potius proroganda, donec adverſa pars impedire deſinat probationem. *Mev. p.* 5. *dec.* 196. & *dec.* 201. ubi agit de impedimento notorio. Superfluum igitur erit juramentum. In ſpecie verò juramentum non requiritur, ſi pars, in cujus favorem hæc conſtituta, id non petierit, vel expreſſè remiſerit. *Dn. Mev. d.* 202. Nec opus eſt reſtitutione in integrum, quando impoſſi- 8
bile fuit, intra terminum comparere, aut probare. Sed quaſi nondum eſſet lapſus terminus, poteſt prorogatio peti. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 311. Et cum per judicem ſtat, quò 9
minùs id fiat, quod in prima vel ſecunda inſtantia fieri debuit, etſi proteſtatio non ſit facta, non labuntur tamen fatalia, aut certè datur reſtitutio, per *l. ſed & ſi* 26. §. 4. *ff.*

*Ex quibus cauſis majores Gail. lib. 1. obſ.91. n. 10. Dn.*
10 *Mev.p.5.dec.*314. Et ſi pars prorogationem petat & per
judicem ſtet, quò minùs detur, dilatio habenda pro con-
ceſſa, & intra terminum petitum res peragenda. *Dn.*
11 *Mev. p. 6. dec.*213. Tertia verò dilatio, quæ hodie per
*Receſſum Nov. de Anno* 1654. in locum quartæ ſurrogata
*in* §.50. debet dari cum certa ſolennitate, ita ut in petens
juret in perſona vel ex ſpeciali mandato, ſi non in man-
dato ad cauſam hoc datum, quod non malitioſè hanc
dilationem poſtulet. *N.90.c.4. c.pen.X. de Teſtibus Ord.
Cam.p.3. tit.16. Dn. Mev.p.5. dec.*140. Autor *in C.t. de
dilat. ad L.* 1. *nu.* 22. *& ſeqq.* Hæc tertia dilatio poſtea
poteſt prorogari. *de Rec.* §.50. Interdum tamen Judex
ex officio non petitam dilationem dare poteſt. *Dn. Mev.
p.2.dec.*369. Inferunt ex l.7. licèt defunctus ultimam di-
lationem habuerit, hæredi tamen adhuc novam dilatio-
nem eſſe dandam. *Mynſ.c.1.obſ.73. Gail.l.1.obſ.91.n.17.*

## ad L. More Romano. 8.

DIes civilis, non naturalis à media nocte incipit. *Vid. Gœdd.ad l.2. §.1. n.7. ff. de V.S. Tiraq. de retract. conſang. §.1. gloſ.11. n.2. ſeq. Cujac. l.15. obſ.32. & quos citat Hill. ad Don. l.24. c.6. in fine.*

## ad L. Divus Trajanus. pen.

*S U M M A R I A.*

*Militares cognitiones etiam in feriis ſc. humanis tractari poſſunt. n.* 1.
*In feriis divinis an & quando negotia expedire liceat?* 2.
*An exercitium militum in armis die Domin. probandum?* 3.

1 MIlitares cognitiones etiam in feriis tractari poſ-
ſunt; nam plerumque hæ cauſæ feſtinationem
requirunt, & ne nimis diu captivi in cuſtodiis detinean-
tur. Sed hæc, quæ de feriis antea dicta ſunt, quod non-
nulla in iis licita, ea de feriis humanis intelligenda. Nam
2 quod ad ferias Divinas attinet, nihil in iis tractandum,
niſi in mora ſit periculum. Autor *in C.t. de Feriis ad L.5.*
3 *n.* 5. Nec probo morem quorundam tribunorum, qui
diebus Dominicis milites in armis exercent.

## ad L. fin.

*S U M M A R I A.*

*Quot dilationes in Camera dentur in cauſis criminalibus? n.* 1.
*Moribus noſtris, malè omnino in civilibus cauſis innumerabiles, at in crim. vix una datur dilatio.* 2.

1 IN civilibus non niſi una dilatio utrique datur. Sed in
Criminalibus tres accuſato, accuſatori duæ dantur.
Sed in Camera Spirenſi, in quibus caſibus ſuper crimi-
nalibus cognoſcit, non obſervatur hoc diſcrimen. *Gail.de
P.P. lib.1. c.9. n.7.* Sed nec in aliis judiciis id obſervari,
conqueruntur Dd. relati ab *Hill. lib.24. c.6. lit. C. & D.*
2 Et hodie inquiſitis vix una, in civilibus innumerabiles
dilationes dantur ſæpiſſime. Ita leges eluduntur. Nam
ſolet hæc prima quæſtio eſſe, an reus ſit torquendus,
Autor *in C.t. de Feriis ad L.9. n.7. & ſſ.* ſed an ipſi defen-
ſio ſit permittenda, inuſitata moribus noſtris quæſtio eſt.
Solemus tamen in Facultate noſtra decernere dilationem
aliquam, an poſſint elicere indicia, ne tortura executio-
ni tradatur. Sicut & illa regula, quam *ex hoc textu* pro-
bant, ſcilicet omnem dilationem eſſe peremptoriam.
*Gail. lib.1. obſ.91. n.2. Scaccia de Judic. lib.2. c.3. n.21.*
Paradoxum hoc hodie practicis videri, dicit ex aliis
*Hill. d. L.* Autor *in L.1. de dilation. ad n.15. & 20.* In Ca-
mera Electorali Brand. Neomarchica, qui prorogationem
termini non petiit, prætetlapſa dilatione, non quidem
amittit receſſum illum, ſed mulctam ſolvere tenetur.

# T I T U L U S XIII.

## *De Edendo.*

## Ad Rubric.

*S U M M A R I U M.*

*Quid ſit edere actionem?*

EDere actionem, i. e. nomen actionis communicare tenebatur actor reo ad deliberandum; hinc de editione inſtrumentorum, libellorum, & rationum hîc agi ſolet, de qua *Mindan. de proceſſ. lib.2. c.47. & ſeq. Tholoſ. lib.48. c.5. Donell. & ibi Hill. lib.23. c.3. Treutl. diſp.3. th.3.*

## ad L. Qua Quiſque. 1.

*S U M M A R I A.*

*Actor cur priùs edere teneatur actionem reo? n.* 1.
*Editio actionis vel inſtrumenti quomodo fieri ſoleat? n.*2.
*Cur actor hodie genus actionis non teneatur nominare?* 3.
*Quare inſtrumenta ſine die & conſule ſint edenda?* 4.
*Cur non eodem modo rationes & acta judicialia?* 5.6. & 7.
*Quid hodie obſervetur?* 8. *& ſeq.*
*Si Tertius intereſſe ſuum docet, acta etiam ſunt edenda ipſi.* 10.
*An actor teneatur exhibere inſtrumenta ad fundandam exceptionem reo?* 11.
*An reus ad fundandam replicationem actori?* 12.
*Senſus §. ult. hujus legis.* 13.
*Si actor nolit edere inſtrumenta, reus ab inſtantia abſolvitur.* 14.

QUicunque agere vult in judicio, debet priùs edere 1
actionem reo ob duplicem cauſam: prior utilita-
tem rei, altera ipſius actoris intereſſe reſpicit. Scilicet ut
1. reus ſcire poſſit, an cedere debeat, an verò conten-
dere; Autor *in C.h.t. ad L.3. n.7.* ſecundò ut reus para-
tus venire in judicium poſſit, nec opus habeat petere
ſpatium ad deliberandum. *l.1. pr. h.t.* quid autem Edere
ſit, explicatur *in* §.1. qui per ſe planus. Nam Editio ac- 2
tionis vel inſtrumenti fieri ſolet, 1. ut facultas detur reo
eique Advocato, ut deſcribat, vel 2. poteſt in calamum
dictari, vel 3. deſcripta copia tradi. In ſpecie verò ac-
tio movenda poterat Romæ in Albo demonſtrari, quod
noſtris moribus non convenit, imò nec nominare tene- 3
tur actor apud nos actionis genus, Autor *ad L.3. n.8.
C. h.t.* ne ſuper genere actionis partes diſputent. *In* §.
2. dicitur, inſtrumenta ſine die & Conſule eſſe eden- 4
da, ne quid in fraudem prolato die fiat, i. e. ne quis
cognito die aliud Teſtamentum falſum conficiat, qua-
ſi hoc prius eſſet *Cujac. L.3. obſ.7. Buſius. hic.* Autor
*ad L.3. nu.2. Quemadmodum teſtam. aper.* Sed exci- 5
piuntur ab hac regula *in hoc* §. rationes, quia de ha-
rum integritate ſine diei additione conſtare non poteſt.
*Hill.in Donell.l.23.c.6.* & ſtipulationes §.4. *h.l.* Eadem
ratio apochiarum & actorum judicialium. *Weſenb. in ff.
ad h.t. n.*13. Acta enim judicialia cum deſignatione,
quid hoc vel illo die actum ſit, edi jubentur à judice
ſuperiori avocante cauſam, aut appellationem recipien-
te; ubi ſæpe querela partis de actis non completis, quod
non quidem præſumendum eſt, ſed probatio defectus
injungenda defectum allegandi, mandatum poſtea
decernitur de actis ſupplendis. *Dn. Mev. p.5. dec.*138.
Quod ſi acta perierint planè, vel de integro agendum,
vel Acta ſupplenda ex manualibus. *Berlich. p.2. dec.*293.
Deinde declaratur hîc ſuperior regula, quod non 6
de die ſolutionis, ſed de die dati & confecti inſtru-
menti intelligenda. Item communia, & magis propria
inſtru-

inſtrumenta integra ſunt edenda. *Buſ. hic num. ſeptim.*
Denique notandum, quando editio inſtrumenti petitur
ad probationem examinandam, vel faciendam, omnino
integrum inſtrumentum edendum eſſe. *Ant. Fab. in
Cod. ſuo h. t. def. ſecund.* Item ſi ad inſtrumentum falſi
arguendum, *per l. 12. C. de contrah. ſtipul. Myns. ad c. 1.
de probat. numer. 38. Hill. d. c. 6. lit. M.* Sed hodie regu-
8 lam non ſervari teſtatur *Baſius & Grænwegen.* Et ſanè
ex inſtrumento, niſi diem ſciat reus, perfectè ſe in-
formare non poteſt, & nunquam obſervari in Actis,
9 editionem fieri ſine die. Ergo hic §. meritò inter anti-
quatos referri poteſt. *In* §. 2. dicitur, actorem non te-
neri ad inſtrumenta edenda, quibus uſurus non eſt,
ſed contrarium colligitur ex *L. 5. c. h. t.* Sed intelligen-
dus §. 3. de ea editione, quæ fuit ante litem conteſta-
tam, ad deliberandum; *L.* 5. verò de editione, quæ fit
ad fundandam exceptionem. *Mind. in. lib. 2. c. 48. nu. 8.
& Hillig. in Don. lib. 23. c. 6. lit. E. Bach. in Treatl. vol.
2. diſp. 5. th. 4. lit. A. Berlich. p. 1. concl. 45. nu. 15. & ſeq.*
Autor *in C. h. t. ad L. 5. numer. 7. 8. & 9.* Ita ut, licèt
Actor mercator non in libro ſuo mercatorio ſe fundet,
ſed in chirographo, reus tamen editionem libri jure
petere poſſit, ut judicatum refert *Ant. Faber. in Cod. tit.
de Edendo. d. f. 16. Hill. in Don. l. 23. c. 6. lit. E.* & in
10 Facultate deciſum memini. Actor etiam acta, quæ in-
ter eundem & tertiam perſonam geſta, edere tenetur,
modò intereſſe petens doceat. *Dn. Mev. p. 5. dec.* 304.
Sic ſi ſolvi quaſi ex mandato tuo Titio, tu verò man-
datum negas, poſſum petere, ut mediante juramento
exhibeas omnes literas quæ à Titio hac de re ſunt
emiſſæ, ut ex iis veritas inveſtigetur *Dn. Mev. p. 5. dec.*
11 362. Quamvis autem actor ad fundandam exceptionem
rei teneatur edere documenta. *l. 5. C. h. t. ibique* Autor
*num. 2. & 3.* id tamen limitat *Natta conſ. 8. nu. 4. & 5.*
in iis exceptionibus, quæ intendentis actoris æquitatem
non perimunt, v. g. tu es excommunicatus, tu non po-
tes eſſe Procurator, &c. An autem ad fundandam re-
12 plicationem edere inſtrumenta teneatur reus Actori,
quæritur, & communiter ad Doctores affirmant. Nam
quando reus quid alleg[a]t, in quo ſuam exceptionem
fundat, eo ipſo videtur eſſe actor. *L. in Except. 19. ff. de
probat.* & actor replicationis loco rei eſt. *L. 2. §. 1. ff. de
Except.* Imo Judicis arbitrio relictum eſt, quotieſcun-
que veritas, niſi ex inſtrumentis, erui non poteſt, ut
exigat etiam à reo documenti alicujus editionem. *Ra-
land. de Com. miſſ. p. ſecund. l b. quint. c. 19. numer. 15.
Mindanus de Mand. lib. ſecund. c. quadrageſimo octavo
num. quarto & hos laudans Dn. Mevius p. ſecund. dec.
vigeſim. ſeptim. & p. tert. dec.* 337. ubi refert, reo ap-
pellato injunctam eſſe non editionem parti facien-
dam, ſed exhibitionem in judicio ad informationem
Judicis. Privilegium etiamſi aliquis alleget, editio reb
etiam injungenda, ut deciſum, teſte *Dn. Mev. p. 3.
dec.* 408. Sed negantes videantur apud *Hill. l. 24. c. 7.
lit. L. Bach. ad Weſ. numer. 12. in fin. Greven. exercit. 2.
13 th. 3.* Sed quid eſt, quod ruſticitati, ætati & ſexui ali-
quid condonandum dicitur *in* §. *ult.* Nam nullibi ha-
betur pœna actoris qui noluit edere actionem. *Zaſias
de abroganda fide inſtrumentor. Bachov. hic*, de mulcta
ei qui reum non facta editione in jus ire coegit, irro-
14 ganda intelligit. Fortè etiam Judex reum ab inſtantia
abſolvit, cum ei actor non vult edere actionem vel
documenta.

## ad L. Si legatum. 2.

### S U M M A R I U M.

*An heres conventus ob legatum, rectè petat editionem te-
ſtamenti à legatario?*

SI legatarius petat legatum & Hæres conventus ne-
get legatum, & petat editionem Teſtamenti à Le-
gatario, ut hic fundamentum ſuæ intentionis probet,
quæritur an rectè? quia non Legatarius ſed Hæres
copiam Teſtamenti habere ſolet. Ideoque Actor dicere
poteſt, habes intus, quod petis.

## ad L. Senatus. 3.

### S U M M A R I A.

*An & in quibus cauſis fiſcus à reo petere poſſit inſtrumen-
ta? num. 1.*
*Hoc privilegium fiſci extenditur ad alias cauſas. 2. 3. & 4.*
*An Judex de Syndicatu conventus edere acta teneatur?
5.*

1 REgula eſt, quod actor, à reo inſtrumenta edi, pe-
tere non poſſit, quæ regula hîc habet in fiſco ex-
ceptionem. Fiſcus agens civiliter poteſt urgere reum,
ut edat omnia inſtrumenta, quæ ad rem præſentem
faciunt, quod eſt ſpeciale in fiſco, in cauſa pecuniaria.
*Peregrin. de jure fiſci Lib. 7. c. 3. numer. 11. Gail. Lib. 1.
obſ. 106. numer. 11. Pacius cent. 1. qu. 86.* aliud in cauſa
capitali. *L. 2. §. 7. de jure fiſci. Donell. & Hill. d. lib. 23.
c. 7. lit. E. Cavall. qu. 827. Berlich p. 1. dec. 56. num. 10.
Vid. notata* Dn. Autoris *ad d. l. 2. §. 7.* Sed notandum,
2 hoc privilegium ſolere extendi ad cauſas Eccleſiæ
aliaſque pias matrimonii, dotis, alimentorum, liber-
tatis, miſerabilium perſonarum. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ.
499 numer. 46. & ſeqq. Dn. Mev. p. 5. dec. 318. Baſius
hic, & quos citat Hill. d. lit. E.* Nam privilegia fiſci ad
Eccleſiam accommodari ſolent à Doctoribus, per tra-
dita ad *L. 6. & l. 28. infra de jure fiſci, ubi citant Ever-
hardum, Tiraq. & Dn. Manzium.* Autor *in C. t. de SS.
Eccleſ. ad L. 23. numer.* 4. Et præter hos *Menochius conſ.
39. numer.* 4. tradit, Eccleſiam & fiſcum à pari proce-
dere, ubi allegat *c. 1. de Reſtit.* Et Eccleſiæ jura ſunt pa-
ria Reip. juribus, *Menoch. conſ. 1282. numer.* 11. Autor
3 *in C. t. de Epiſc. & Cl. ad L. 20. numer.* 6. Et hoc jure
Canon. extenſum ad fœneratorem, qui ob uſurariam
pravitatem conventus tenetur edere ſuos libros. *Cle-
4 mentina 1. §. Cæterum de Uſuris.* Et ad omnes, qui
fraudes in ſuis contractibus committere ſunt ſoliti, ut
publicani, caupones, ſtabularii, cum *Felino Gail. lib. 1.
obſ. 106. numer. 13. Baſius ad h. l. numer. 5. & 6. Hill. ad
Don. l. 23. c. 7. lit. H.* Alias ſuperioris regulæ exceptio-
nes vide in *Mindano l. 2. de Mandat. c. 4. kaland. de
5 Commiſſ. p. 2. l. 5. c. 14.* Judicem, ſi de Syndicatu conve-
niatur, non teneri edere acta, ſuſtinet *Berlich p. 1. dec.*
54. quod limitandum putarem, niſi indicia adſint malè
adminiſtratæ juſtitiæ.

## ad L. Prætor ait. 4.

### S U M M A R I A.

*Argentarii quibus rationes edere teneantur & quare?
num. 1.*
*Quæ de Argentariis olim, hodie de Notariis publicis in-
telliguntur. 2.*
*Quando Notarius haberi poſſit inſtrumentum exhibere. 3.*
*Ad rationes reddendas obligatus an etiam ad edendum
manuale &c.* Tage-Buch *teneatur? 4.*
*Num pater pro filiofamil. argentario obligetur & quan-
do? 5.*
*Quando Dominus ſervi argentariam exercentis, amiſſio-
nem inſtrumenti probare debeat. 6.*
*Adminiſtrator aliquis documenta alio transferens an ſuis
ſumtibus in loco adminiſtrationis ea edere cogatur? 7.*
*Quid ſi alibi conveniatur, quàm in loco adminiſtrationis?
8.*

1 ARgentarii iis, cum quibus illis negotium fuit,
rationes edere tenentur cum die & Conſule, cùm
ſint ſingulorum rationes, per *l. 4. pr. & §. 4.* Autor *in C.
h. t. ad L. 1. nu. 3.* Quæ de Argentariis hîc & *in L. 6. & 10.*
2 dicuntur (de quorum officio agunt citati ab *Hillig. d. l.
23. cap. 7. lit. G.* parum hodie utilia ſunt, cùm deſierit eo-
rum officium, ſed ea ad Notarios publicos & Secreta-
rios, nec non Archivarios accommodant *Myns. ad c.
1. X. de prob. numer. 15.* & *quos citat. Hill. d. c. ſeptim.
lit. H. Baſius ac Grænwegen ad h. l.* 4. & Notariorum
hæredes, Archivariorum autem ſucceſſores ad idem te-
nentur *Baſius & Grænwegen d. l.* etiamſi officium de-
poſuerint, *h. l. 4. paragr.* 4. modò id inſtrumentum de

mandato petentis editionem antea factum, & decorum
re propria *h. l. 4. §. 1. & l. 6. §. 5. h. t. Menoch. lib. 2. A. Q.
caſ. 499. num. 15. & quos allegat. Hill. d. l.* Sed quorum
rogatu non eſt confectum inſtrumentum, illis Nota-
3 rius non edat, *per allegata Gail. lib. 1. obſ. 106. numer. 6.*
niſi judicis etiam interſit, v. gr. Si agatur de attentatis,
an ante notitiam appellationis, an poſt, facta ſint, nam
tunc ob intereſſe fiſci Judex inſtrumentum ad unius
tantùm inſtantiam confectum, exhiberi jubebit *Dn.
Mev. p. 3. dec. 356.* Unde decidi poteſt quæſtio, an qui
4 ad rationes reddendas obligatur, etiam ad edendum
manuale Tage-Buch/ quod ſua manu ſcripſit, tenea-
tur. Et diſtinguendum eſt, utrum fuerit miniſter Do-
mini, an verò non; & ſui cauſâ manuale ſcripſerit, ut
ſi quis jure retentionis in fundo ſit. Ille tenetur ad
edendum manuale, quia quod quis meo nomine ſcri-
pſit, meum inſtrumentum eſſe videtur, ſed hîc non,
*Dn. Mev. p. 6. dec.* 188. Sed quid ſi filiusfamilias argen-
5 tarii munus exerceat, ſed non rectè ſcripſerit ac edi-
derit rationes, an pater teneatur? Affirmatur id hac
duplici conditione [1] ſi pater ſcivit. [2] Si filius
quæſtum referat ad patrem, aliàs non. Autor *ad L. 1.
numer. 7. C. Ne filius pro patre. Ex* §. 3. nota deciſionem,
ſi ſervus ſciente Domino argentariam exercet, Domi-
6 num debere probare amiſſionem inſtrumenti, quia
præſumitur ad eum perveniſſe, ſed ſi ignaro eo exer-
cuit ſervus, Domini ſacramento creditur. Cur ita? quia
priori caſu conſtat, vel certò præſumitur, rem ad Do-
minum perveniſſe, ſed poſtea non. Ideoque Theori-
cam colligunt: in hærede Tutoris præſumi, quod ad
eum inventarium & reliqua pervenerint, ergo hære-
dum juramento non credi, qua de re poſt alios *Me-
noch. conſ. 354. numer. 16.* Ex *paragrapho quint.* notetur,
7 ſi quis alicubi argentariam exercuerit, vel tutelam ad-
miniſtraverit, & aliò documenta tranſtulerit, ſuis ſum-
ptibus teneri edere eum documenta, ubi exercuit vel
adminiſtravit. Sed ſi alibi conveniatur, quàm loco
8 adminiſtrationis, ſumtibus petentis editionem facien-
dam; & petens deſcripto debet eſſe contentus, nec
tranſlationem originalis urgere poteſt. Et de ultimo
pluribus *Dn. Mev. p. 6. dec. 211. & Bach. hic.*

## ad L. Spatiumque. 5.

Dictum eſt in *lege præced.* ſi editio rationum alibi
petatur, quàm ubi adminiſtrata eſt Argentaria,
quod edenda ſint deſcripta ſumtibus petentis, & hîc
dicitur, quod dandum ſit ſpatium temporis, intra quod
rationes deſcribi poſſunt, quod per ſe planum.

## ad L. 6.

### *SUMMARIA.*

*Ubi argentarius rationes ſuas in villam vel horreum ci-
vitati, in qua argentaria exercita, vicinum translatas
edere debeat? nu. 1.*

*Ex unius hominis fide ſuppletur, quod fidei alterius de-
eſt. 2.*

*Unus teſtis notatus, & teſtis unus ſpectata fidei, faciunt
plenam probationem. 3.*

*An juramentum calumniæ præſtari debeat ab eo, qui pe-
tit, ſibi edi rationes? 4.*

*Quando mediante juramento editio injungenda? nu. 5.*

*Libri Mercatorum ad faciendam ſemiplenam probatio-
nem debent continere utramque paginam. 6.*

*Contra recuſantem edere, agitur ad intereſſe. 7.*

*Dies & conſul in principio Inſtrumenti expreſſi, habentur
pro repetitis in ſequentibus. 8.*

*Quomodo fieri poſſit editio rationum vel documentorum? 9.*

*An & Argentario edendæ rationes? 10.*

*An amiſſio rationum edendarum juramento probari poſ-
ſit? 11.*

*Quid ſi judex injunxerit probationem, an ſufficiat jura-
mentum? 12.*

1 Dictum in *l. 4.* ſi Argentarius rationes ſuas in alium
locum tranſtulerit extra locum, ubi Argentariam
exercuit, quod tunc ſuis ſumtibus debeat edere in
loco, ubi exercuit. Sed pone, Argentarium rationes
ſuas non in aliam civitatem, minùs in aliam provin-
ciam, ſed tantùm in villam vel horreum civitati in qua
argentaria exercita fuit, vicinum tranſtuliſſe. Hæc
translatio videtur extra culpam eſſe, & procul dubio
2 habere rationes ſoliti fuere Argentarii in villis & præ-
diolis ſuis ſuburbanis. Si plures ſint hæredes, à qui-
bus editio poſtulatur; & ille, qui vult ac poteſt edere,
vilioris ſit conditionis, poteſt peti, ut cæteri etiam
ſubſcribant editioni: Autor *ad L. 2. numer. ſecund. C.
de reb. alien. non al.* unde ſolet probari fidem atque in-
tegritatem unius hominis tanti æſtimari, ut ex ea ſup-
pleatur, quod deeſt alterius fidei atque integritati, &
ideo hunc textum intimis omnium præcordiis impri-
mendum eſſe monet *Tiraq. de pœnis temperandis, cauſa
51. nu. 119. ubi plures allegat Carpzovius part. 1. c. 16. def.
3 54. num.* 8. Si ergo unus teſtis ſit notatus ſaltem infamiâ
facti, habeat verò conteſtem ſpectatæ & notatæ fidei,
facient ambo plenam probationem, quaſi integerrima
alterius fides alterius defectum ſuppleat. *Tiraq. d. l nu.
121. Farin. de Teſtibus quæſt. 51 nu.* 328.

4 Quando quis petit, ſibi edi rationes, priùs juramen-
tum calumniæ præſtare debet, §. 2. *h. l.* ne fortè rationes
petat, quæ ad ſe non pertinent, vel ut vexet Argenta-
rium, vel fortè an ſibi rationibus ſit contradicturus.
Nam quæ non invenit hodie hominum aſtutia? Sed
hoc *Carpz. p. 1. conſt 17. def. 29.* non frequentari, cum *We-
ſenbecio & Rauchbaro* ſtatuit. Sed ubi jus commune vi-
get, ut apud nos, jusjurandum de calumnia exigi pote-
rit, niſi antea jam præſtitum, aut ejus intereſſe verum ac
5 liquidum ſit, aut liquidum reddi poſſit. Sed nec editio
injungenda, ut edat mediante juramento, niſi fidea
ejus, cui injungitur, ſuſpecta, quamvis ita poſſit injun-
gi, ut edat, prout juramento, ſi opus foret, id adſeve-
rare poſſit, ſe bona fide edidiſſe. *Dn. Mevius p. 6. dec.* 219.
Argentarius autem non omnia, quæ ſcripſit edere te-
netur, ſed librum tantùm rationum & quidem perfe-
ctum continentem accepta & data non ſoluta tantùm,
imò etiam conſtituta, quæ maximè ad officium Argen-
6 tariorum pertinebant. §. 3. *h. l.* Unde notandum, etiam
libros Mercatorum ſi ſemiplenè debeant probare; de-
bere continere utramque paginam, id eſt accepta &
expenſa. *Carpz. p. 1. Juriſpr. fin. c. 17. d. 35. num.* 7. Dn.
Autor *in C. tit. de Probation. ad L. ſext. numer.* x. & 3.
7 Contra eum, qui recuſat edere, datur actio ad inter-
eſſe §. 4. intereſt autem in ea, ſive ipſe mandaverim
conſignari, ſive procurator meus mandaverit, ſive ergo
petam editionem ſive procurator meus §. 5. *h. l.*

8 Expreſſio diei & Conſulis initio facta in ſequentibus
videtur repetita *paragrapho ſext. h. l.* Nam hîc in Titii
rationibus quod expreſſum, videtur etiam in meis ra-
tionibus repetitum. Singularis hic §. quem extendunt
Dd. ad Codices, in quibus plura teſtamenta ſcripta
ſunt, & in primo dicatur teſtes fuiſſe rogatos, quod
idem in ſequentibus videatur repetitum. *Dd. refert.
Card. Mantica lib. ſecund. de Conject. ult. vol. lib. ſecund.
titul. undecima. numer. decima ſeptim.* à quibus tamen
recedit *numer. ſeq.* Mihi videtur hîc de correſpectivis
rationibus ſermo eſſe, & ſic ſi Teſtamentum eſſet
reciprocum, & in primo fiat mentio de rogatu teſtium,
9 tunc hoc in ſecundo repetitum videri. In §. 7. explicatur
modus, quomodo fieri poſſit editio rationum, (imò etiã
aliorum documentorum, quamvis hîc de Argentarii ra-
tionibus in ſpecie ſermo ſit) ſcilicet quod dictari poſ-
ſint rationes in calamum, vel deſcriptæ poſſint tradi, vel
10 ipſe liber rationum proferri poſſit. Sed an Argentario
edendæ rationes? Reſp. regulariter non; Nam ipſius
officium eſt rationes conficere, ideoque ab aliis eas
petere non poteſt; Sed causâ cognitâ jubetur etiam Ar-
gentario fieri Editio §. *octav. & 9. h. l.* Nam Argentario
edendæ rationes; ſi ipſe eas caſu aliquo amiſerit, &
ille

ille caſum probaverit. Autor *ad L. 18. numer. 7. C. de Teſtib. Et ad L. 7. num. 1. C. de Præſcript. long. temp.* At nonne ſolet juramento amiſſio probari? Reſp. quando editio jure actionis petitur, *ut hic, & in L. ſi creditor. 5. C. de pign. act.* tunc debet caſus vel amiſſio probari, ſed ſi officio judicis petatur, juramentum ſufficiet, niſi aliter Judici viſum fuerit, cujus arbitrio hoc ſubjectum. *Conf. Carpanus ad ſtatuta Mediol. cap. 81. num. 37. & ſeqq. Maſcardus concl. 830. numer. nono. Dn. Mev. p. ſecund. dec. 283. Berlich. p. prim. dec. nono. conf. Ruland. de Commiſſ. p. ſecund. lib. quint. c. 25. numer. 24.* Autor *ad L. quint. numer. ſecund. C. de pign. Actione* modò jurans ſit perſona honeſta, fide digna, & dicat veroſimilia is, qui amiſſionem allegat, & amiſſio non ſit magni præjudicii. *Gail lib. 2. obſ. 37. numer. 2. & 3. Berlich. d. dec. 9. numer. 4. & ſeqq.* Injunctâ tamen probatione
12 amiſſionis non poterit ſe ad juramentum offerre, quia conditio, ſi probaverit, non adimpletur per probationem præſumtivam, nec per juramentum, ſed opus eſt probatione vera & legitima, ut *Alex. hic quem ſequitur Berous vol. 3. conſ. 19. numer. 14.* Sed ſi in probatione ſuccumbat reus, non tamen ſtatim condemnandus, cùm tenorem inſtrumentorum aliis modis probare poſſit *Dn. Mevius p. ſecund. dec. 284* Editio autem non niſi ſemel facienda, niſi cauſa adſit repetendæ editionis *§. ult. h. l.*

## ad L. Veluti. 7.

### *SUMMARIA.*

*An & quibus in cauſis repeti poſſit editio? nn. 1.*
*Vox ITERUM quomodo accipiatur? 2.*

1 DIctum eſt *in fine legis præcedentis,* non niſi ſemel editionem peti poſſe niſi ex cauſa repetatur editio. Tales cauſæ hîc recenſentur, prima eſt, ſi probet, editam antea copiam ſeu exemplum non ſe habere in promtu, ſed alibi. Secunda, ſi non perfectè ſibi editas rationes eſſe probet, & aliquid deſit. Tertia, ſi probet caſu, non negligentiâ ſuâ ſe perdidiſſe deſcriptum exemplum. Et quando talis cauſa ſubeſt, toties, quoties ea ſubeſt, editio peti poteſt etiam tertia vice. Unde
2 apparet ſignificatio vocis ITERUM, quod accipiatur pro ſæpius, quoties opus eſt. Vid. *Dn. Richter. in tractat. de adverbiis in voce ITERUM.*

## ad L. Ubi exigitur. 8.

### *SUMMARIA.*

*An juſſus à judice edere rationes, nolit tamen, compelli poſſit mandatis pœnalibus? nn. 1.*
*Lectio mendoſa §. 1. hujus L. corrigitur. 2.*

1 SI quis à Judice vel Commiſſario jubetur edere, & is ex vera contumacia, ac dolo, ac culpa lata (nam culpa levis hîc excluditur) nolit edere, tunc mandata pœnalia decernuntur, ut tradit *Rulandus p. ſecund. lib. quint. cap. 26. numer. tertio de Commiſſariis,* cùm editio fiat ex diſpoſitione legis, concurrente judicis præcepto pœnali. *Purpuratus conſ. 266. numer. ſecund. & ſeqq.* Sed excuſat à pœna ætas gravior, ruſticitas, ſexus, ut ex hac lege colligit *Rulandus d. l. numer. ſeptim.* Tenetur ultra pœnam inflictam à judice, etiam parti ad intereſſe, per ea, quæ refert *Rulandus d. l. numer. quart.* & quidem quod tum interfuit, non quod magis vel minùs poſtea interfuit. *h. l. §. 1.* Cujus lectio mendoſa, nam
2 ita habent vetuſtiſſima Exemplaria. *Locum hac actio habebit neque AD argumentum &c.* ut notat *Bachov. ad l. 6 §. 4. h. t.* quomodo autem intereſſe deſinere poſſit ſupra eſt explicatum.

## ad L. Quædam ſunt Perſonę. 9.

### *SUMMARIA.*

*Quibus actionibus editio poſtulari poſſit, & quomodo per ordinarias? nn. 1.*
*Quomodo ex edicto Prætoris? 2.*
*An & argentarii hæres teneatur edere rationes? 3.*
*Item an ejus ſucceſſor ſingularis? 4.*
*Legatarius ad id, quod ſine damno ſuo præſtare valet, in ſubſidium compelli poteſt. 5.*
*An Mercatoribus credatur in iis, quæ ad mercaturam pertinent? 6.*
*Quænam requirantur ut mercatoribus, quoad ipſorum libros, credatur? 7.*
*Quid ſi mercator ſcripſerit ſe ad mandatum alterius dediſſe? 8.*
*Quibus perſonis edi debeant rationes? 9.*

1 EDitio poſtulatur [1] per actionem ordinariam, quando ex natura contractus aliquis tenetur ad conficiendas & edendas rationes, tunc enim non ex hoc Edicto, ſed ordinaria actione agitur. *Purpuratus in rep. l. 1. C. de Edendo. num. 53. & ſeq. vol. 7. rep. jur.* ut, à Procuratore, per actionem mandati, à ſocio, actione pro ſocio; Tutore, actione tutelæ. Vel (2) ex Edicto,
2 & quidem dupliciter (1) incidenter, ex officio judicis nobili, aut imploratione officii judicis, de quo *in hoc titulo* principaliter agitur. Vel (2) agitur contra recuſantem quanti intereſt aut interfuit, documentum edi. *L. 6. §. 4. l. 8. §. 1. & l. fin. ff. h. t.* Et ſic agitur contra Notarium, olim verò Argentarium. *Vid. Mindanus d. l. 2. c. 47. numer. 12. Weſenb. ad h. t. numer. 11. Zaſ. ad h. t. numer. 17. Dn. Struv. exerc. 5. th. fin. Hill. d. c. 7. lit. I.* Autor *ad L. 20 numer. tert. C. de Probat.* Argentarius
3 non tantùm ſed & hæres ejus tenetur edere rationes, licèt ejuſdem profeſſionis non ſit. Sic ſi filius aut ſervus argentariam exercuit, pater aut dominus tenetur, de quo ſupra. Sed ſucceſſor ſingularis non tenetur
4 directo, pone Argentarium ſuas rationes mihi donaſſe inter vivos, vel mihi legaſſe, non teneor ad edendum. Sed quid remedii? *Reſ.* poſſe eum, cujus intereſt, rationes edi, denunciare hæredi, ne mihi rationes exhibeat, quod ſi ſpreta denunciatione faciat, tenebitur hæres, ſed ſi ſine dolo tradidit, in ſubſidium cauſâ cognitâ contra me tanquam ſucceſſorem ſingularem
5 datur actio. Hæc *in paragrapho* 1. ex quo notandum, licèt actio ex contractu non detur contra ſucceſſorem ſingularem, ſi tamen quid petiero, quod Legatarius ſine damno ſuo præſtare poteſt; omnino in ſubſidium compelli poſſe ad id præſtandum, nam ipſi non nocet, alteri prodeſt, ad quod præſtandum omnino compelli poſſunt homines, per *l. trigeſim. octav. in fine. ff de Evict.* Quia in codicibus Nummulariorum & data &
6 accepta continentur, utique ad eorum ſc. codicum fidem recurritur. Per *paragraph. 2. ex hujus paragrapho argu.* fortè practica emerſit quod mercatoribus credatur in iis, quæ ad mercaturam pertinent, quod Dd. ubique atteſtantur. *Carpz. p. 1. c. 17. def. 35. & ſeq.* & multi alii. Quæ res hodie in abuſum trahi videtur. Quatuor au-
7 tem hujus requiſita refert *Finckelth. obſ. ſeptuageſim. non. numer. 52. & ſeqq.* (1) ut Mercator ſit homo legalis & probatæ fidei. [2] ut cauſam obligationis contineat. *L. vigeſima quint. paragrapho quarto ff. probat.* [3] ut propria manu inſcripſerit. (4) ut tam data quàm accepta, *per hunc paragraph. ſecund.* adde (5) ut non confuſè, ſed diſtinctè omnia ſcripta. (6) ut obligatio mercaturam concernat. *Carpz. par. 1. conſt. 17. d. 37.* Vide *Dn. Mevium p. 1. dec. 241. Carpz. L. tert. Reſp. 58. & L. ſext. Reſp. 121. Hering. de fidejuſſ. c. vigeſimo paragrapho primo nu. ſeptuageſimo prim. & quos refert Finckelth. d. l. numer. 17.* Autor *in C. t. de Probat. ad L. 6. num. 2. & ſeq.* Sed de tertio requiſito non eſt omnium ſententia, nam in foro Sax. non requiritur propria manus. *Carpz. p. 1. c. 17. d. 35. num. 9.* & alibi etiam *Marquardus de Jure Mercat. L. 3. cap. 9. nn. 19. & ſeq. conf. Dn. Mevius*
8 *ad Jus Lub. L. 5. tit. 6. art. 4. n. 23.* Sed quæritur, an ſi in libro mercatoris ſcriptum, ſe ad mandatum alterius ſolviſſe, an huic ſcripturæ credendum? Neg. quia cõtractus Mandati ad mercaturam propriè non pertinet. *Mevius*
9 *pa. 5. dec. 18.* His perſonis debent edi rationes, quales

ſunt (1) qui ipſi contraxerunt (2) in quorum poteſtate ſunt, qui contraxerunt; & (3) qui contrahentibus ſucceſſerunt. §. *ult. h. l.* ſi modò juramentum calumniæ præſtiterint. §. *pen. h. l.* & *l. 6. §. 2. h. t.*

## ad L. 10.

### *SUMMARIA.*

*Num argentarius contra ſe rationes exhibere teneatur? num. 1.*

*Cur Prætor edictum fecerit de rationibus ab Argentariis edendis, & non de aliis iisdem rationes conficientibus? ſecund.*

*An totus codex rationum, an verò tantùm pars exhiberi debeat? 3.*

*An reus condemnatus vel actor ſuccumbens ob rationum defectum, in novo judicio de hoc intereſſe agere valeant? 4*

*Poſſe aliquem ſine injuria judicis & ſine propria culpa ſuccumbere, exemplo declaratur. 5.*

*Emendatur § fin. h. L. à Bachovio 6.*

IN *principio legis* continetur ampliatio, ſcilicet quod Argentarius non tantùm teneatur edere, ſi editio contra tertium petatur, ſed etiam ſi cum ipſo Argentario lis ſit. Autor *in C h. t. ad L. 1. num.* 3. Nam ſi conveniam Argentarium, is contra ſe rationes exhibere tenetur, quia hæ quaſi communia inſtrumenta ſunt, quæ etiam reus edere tenetur *l. 7. h. t. ibique* Autor *nu.*
2 *3. & ad L. 1. h. t. num.* 8. In §. 1. redditur ratio, cur prætor edictum fecerit, de rationibus ab Argentariis & ſimilibus v. g. Nummulariis edendis, & non de aliis abſimilibus, qui etiam rationes conficiunt, ſcil. quia officium eorum publicam habet cauſam & officium eorum eſt rationes diligenter conficere. Quæ ratio in hodiernis
3 Notarius locum habet. Non opus autem eſt, ut totus codex edatur, ſed ſufficit, ſi ea pars edatur, quæ ad petentem pertinet. §. 2. *h. l.* Exinde concluditur, Mercatorem agentem ex chirographo, teneri quidem exbibere librum rationum, vel mercaturæ, ſed non totum, ſed illam tantùm partem, quæ ad reum petentem pertinet, ſicut hanc practicam commendat *Gailius Lib. 1. obſ.* 106. *num.* 10. *Berlich. p. 1. concl.* 43 *numer.* 23. *Marquardus de jure Merc. L. 3. cap.* 10. *numer.* 36. Sed rectè monet *Carpz. p. 1. cap. 17. d.* 5. arbitrio judicis committendum eſſe, an totum inſtrumentum edendum. Autor
4 *in C. h. t. ad L. 2. numer.* 7. In §. *ult.* tractatur quæſtio, ſi reus fuerit condemnatus, qui tamen, ſi rationes habuiſſet, potuiſſet abſolvi, aut ſi actor ſuccubuit, qui tamen obtinere potuiſſet ſententiam, ſi rationes habuiſſet, vel eæ editæ fuiſſent, quæritur, inquam, an in novo judicio de hoc intereſſe cum Argentario agi poſſit? Videtur quod non, nam aut injuriâ judicis condemnatus reus vel ſuccubuerit Actor, vel culpâ propriâ ipſius rei vel Actoris? Si illud, cum judice aget. ſi hoc, ſibi hoc debet imputare. Et ſi jam poteſt probari juſtitia cauſæ, cur non idem fieri potuit in priori judicio. Sed reſp. poſſe aliquem jam evidentiora documenta conſequi, quæ tunc non habuit, ex quibus poterit probare, ſe victurum fuiſſe, ſi rationes habuiſſet. Ideo-
5 que poteſt fieri, ut aliquis ſine injuria judicis & ſine propriâ culpa ſuccumbat, quod declaratur exemplo: ago contra te ex documento, ſed hoc à Titio valdè corruptum eſt, ut debitum ex eo conſequi non poſſim. Sed poſtea copiam judicialem ejus documenti conſequor, quæ fortè, extracta eſt, cùm nondum eſſet corruptum. Hîc ego probare poſſum ex nova copia, ſi documentum ab illo non eſſet corruptum, me conſequi
6 debitum potuiſſe. *Bach. hic* emendat textum & pro (*poterit & tunc probare*) legit potuit vel poterat & pro (*probabit curabit*) probavit. Et fateor, concinniorem eſſe hanc lectionem, licèt ſeorſus §. ſit aliàs perſpicuus.

## ad L. Exempla inſtrumentorum. 11.

### *SUMMARIA.*

*An ſubſcriptio edentis in exemplo documenti neceſſaria ſit? nu. 1.*

*Exemplum totum à Notario deſcriptum an requirat ejus ſubſcriptionem? 2.*

1 QUæritur, an Argentarius ſubſcribere rationes editas debeat? Idem de aliis, qui documenta edere tenentur, quæri poteſt, an eorum ſubſcriptio in exemplo vel copia neceſſaria ſit? Quod negatur, ſi modò conſtet, exemplum cum originali collatum eſſe, quid enim ſi ipſe Argentarius exemplum totum de-
2 ſcripſerit? Quid ſi in judicio fuerit deſcriptum? Idem dixerim de Notario, ſi ille exemplum totum deſcripſerit, non requiri ſubſcriptionem. Ideoque *Menoch. conſ.* 596. *numer.* 11. dicit, inſtrumentum debere eſſe à Notario deſcriptum vel ſubſcriptum.

## ad L. Fœminæ remotæ. pen.

FOemina non poteſt fungi officio Argentarii, quia eſt virile officium & pene publicum *l. 10. §. 1. h. t. & L. 2. π. de R. J.*

## ad L. fin.

### *SUMMARIA.*

*An actio, quæ datur contra recuſantem edere, ſit annalis an verò perpetua? nu. 1.*

*Quando detur hæ edit 2.*

1 ACtio, quæ contra recuſantem datur ad intereſſe, eſt annua, nec datur contra hæredem, ſc. ſi defunctus edere recuſavit; nam ſi ipſe hæres recuſavit edere, ex ſuo facto tenetur. Illud hodie mutatum eſſe, hîc dicit *Dn Grœnwegen.* dum ſe refert ad dicta *ad L. 1. §. ult. ff. de eo per quem factum &c.* ubi dicit, has actiones durare 30. annos. Sed Dd. communiter id de actionibus civilibus, & prætoriis rei perſecutoriis intelligunt, non de prætoriis pœnalibus, qualis hæc & *d. tit.* Ideoque videntur hæ actiones adhuc eſſe annales, non
2 perpetuæ Sed hæredi datur hæc actio, ſi defunctus petiit editionem, & non impetravit. Quia ex parte ejus eſt rei perſecutoria, & datur ad intereſſe.

---

# TITULUS XIV.

## *De Pactis.*

## Ad Rubric.

IN hoc titulo agitur de pactis, ſive de fundamento contractuum, actionum, & exceptionum, de qua materia prolixè agit *Dn. Matthæus Cune, olim Ordinarius Facult. Juridica in Academia hac. Caecialupus, Borcholt. Tholoſanus L. 21. c. t. ſeq. Trentl. diſp. 6. aliique.*

## ad L. Hujus edicti. 1.

### *SUMMARIA.*

*Principium juris divini & humani eſt, Fidem ſervare. numer. 1.*

*Quàm rarè fides hodiernum ſervetur. 2.*

*An Tranſactio ſit contractus? 3.*

*An definitio pacti etiam tacito competat? 4.*

1 NIhil tam congruum fidei humanæ, quàm ea quæ inter eos placuerunt, ſervare. Hoc principium Juris divini & humani eſt, à quo nunquam deflectendum, niſi quatenus jure ab eo recedere permiſſum, vel neceſſitas aliud ſuadeat, vel tertio æquitas aliud ſuggerat. *Dn. Mev. p. 4. dec.* 168. ubi multa de Æquilibrio & tem-

& temperamento obſervando inter creditores & debi-
2 tores. Sanè hæc Lex prima in praxi jam diu ſepulta.
Rari fidam ſervant, omnia utilitate metiuntur, quo-
rum Chriſtianorum, utut in cœlum evehantur, ſequior
quàm honeſtorum Judæorum ac Turcarum in die De-
cretorio erit conditio, cujus diei prænuntius etiam
fœdifragi, Apoſtolica voce, recenſentur. Definitur
autem Pactum §.2. quod ſit duorum pluriumve in idem
placitum conſenſus. Conventionis autem vox genera-
lis eſt ad omnes contractus & tranſactiones pertinens.
3 Unde, obiter ut notem, *Lorsotus de Tranſact. axiom.* 80.
vult colligere, tranſactionem non eſſe contractum,
cùm ei contradiſtinguatur. Et licèt re contrahatur, li-
cèt verbis contrahatur, oportet tamen eſſe conventio-
4 nem vel conſenſum duorum in unum. Fruſtra autem
diſputant, an definitio pacti etiam tacito competat?
Nam conſenſus eſt tacitus, vel expreſſus. Fruſtra etiam
ex hac l. definitionem colligit *Hipp. Riminald. vol.* 1.
*conſ.* 45. *numer.* 79. quaſi à Principe non poſſit, niſi ex
conſenſu Procerum lex condi. ſiquidem lex & conven-
tio diverſa ſunt. Ex pacto obligatur princeps omnium
maximè, ſed non a lege. Aliud eſt, de eſſe loqui, &
aliud de bene eſſe.

## ad L. Labeo ait. 2.

### *SUMMARIA.*

*Quot modis contractus conſenſualis celebrari poſſit? n.*1.
*Pacta tacita quænam?* 2.
*Quale pactum eſt, cum chirographum redditur debitori?* 2. & 5.
*Remiſſio non inducitur, quando ob alium finem facta.* 4.
*Cur, ſi pignus redditur, non tamen ſtatim remiſſio infera-tur?* 6.
*Quando redditio etiam chirographi non operetur remiſſio-nem?* 7.
*An præſumatur remiſſio, ſi debitor habeat inſtrumentum? octav.*
*An ſi creditor penes ſe habeat nomina mea activa, præſu-mantur oppignorata, an in ſolutum data? nu.*9.
*An ſi creditor uni ex correis debendi inſtrumentum red-dat, utrumque liberaſſe præſumatur?* 10.

1 IN L. 2. agitur de modis, quibus conſenſus contra-
hitur, ſc. per Epiſtolam, nuncium vel factum. *Con.*
*lib.* 7 *c.*7. Item quod tacitè paciſci poſſimus, nam pacta
ſunt vel expreſſa vel tacita. Hæc ex contrahentium
2 præſumto conſenſu, aut ex natura actus, aut ex legis
diſpoſitione. *Lorsotus de Tranſact. axiom.* 146. Autor
*in C. h. t. ad C.* 2. *num.* 9. Illius exemplum in § 1. alle-
gatur, ſi ſcilicet Chirographum à Creditore reddatur
3 debitori. *Mindan. de Mand. l.* 2. *cap.* 10. Nam per talem
redditionem nedum debitor principalis, ſed etiam cor-
reus liberatur. *Wammeſ. cent.* 4. *conſ* 22. *num* 7. *& ſeq.*
*Autor ad C.*14 *num.*2. *& ſeqq. C. de ſolut.* non ſi à tutore,
cujus non eſt donare. *Bart. in L. Labeo §. ſed etiam. h. t.*
*& Baldus ibi. Jaſon. Menoch. L.*3. *præſumt.* 140. *numer.* 14.
*Schraderus vol.*2. *conſ.*24. *num.* 16. Et ita à Facult. noſtra
pronunciatum ſcio, *menſe Julio anno* 1658. Deinde non
4 inducitur remiſſio, quando ob alium finem facta. *Me-*
*noch d. l. num.*19. Ut ſi hoc actum, ut novum daretur in-
ſtrumentum, veteri tamen jure retento. *Mevius p.*5. *dec.*
5 406. Sed quando fidejuſſor actione mandati ſolutâ pe-
cuniâ agit contra principalem, ſufficit, ſi fidejuſſor
chirographum habeat, etſi nec cancellatum ſit, nec pro-
betur à Creditore redditum. *Ant Faber L.* 8. *Cod tit.*24.
*def.* 21. *Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 307. Sed aliud in pignore,
6 quod licèt redditum debitori, non tamen infert remiſ-
ſionem tacitam debiti. *L.* 3. *h. t.* Autor *in C. t. de Remiſſ.*
*pign. ad L.* 7. *num.* 2. 3. & 4. Ratio differentiæ eſt nota,
quod in cautione omne jus debiti conſiſtat, non in
pignore; Et quod redditionis chirographi nullus alius
finis, nulla alia utilitas eſſe poſſit, quod ſecus in pi-
7 gnore *Fortun. Garcia in h. l.* 2. *paragrapho* 1, *h. t. num.* 2,
Unde ſi redditio chirographi alium finem habet, non
dicitur remiſſio, v. gr. ſi creditor plura inſtrumenta ha-
beat, nam tunc non præſumitur remiſſio. *Garcia nu.* 6.
*Greven Exerc.*3 *nu.*2. & *Fuſius hic per l. fin ff. de his quæ*
*in Teſtam. del.* licèt *Dn. Wiſſenbach.* contradicat. *Ex diſp.*
9. *n.* 14. quid ſi verò habeat originalem Notarius in ſuo
Protocollo, deciſio *hujus legis* locum haberet juxta
*Garciam. ib. num* 1. Nam non præſumitur creditor ex-
peditiorem probationem reſpuere, ſi non voluiſſet re-
8 mittere. An autem ex eo, quod debitor habeat inſtru-
mentum debiti, præſumitur remiſſio vel ſolutio? Quod
affirmat, donec probetur contrarium. *L.* 24. *ff prob.*
*Garcias num.* 9. *Wiſſenbach d. diſp.*9 *num.* 15. ſcilicet ſi à
creditore traditum probetur, ut vult *Dn. Mev. p.*2. *dec.*
242. *numer.* 4. Difficiliùs autem præſumitur, ſi perſona
ſuſpecta aut domeſtica, quæ ſubtrahere potuit. *Garcias*
*d. l num.*10 *conf Neguzant. de pign. membr.* 3. *part* 6 *nu.*
19. *& ſeq conf Greven. d. Exerc.* 3. *num* 2; præcipuè verò
*Menoch. l.* 3. *præſumt.* 140. *& ſeq.* qui materiam hanc
tractat enucleatiſſimè. *P. Buſius. Borcholt. de pact. c.*2. &c.
Exemplum alicujus caſus *ex hac lege* deciſi, de Epiſco-
po, qui ornamenta noluit dedicare Eccleſiæ, ſed ea pe-
nes fratrem depoſuerat, habet *Schurfius p.*3 *conſil.* 44.
*numer* 8. *& ſeqq.* Sed quæritur ſi creditor meus nomen
9 meum habeat, quo alius mihi obſtrictus eſt, an datio
in ſolutum præſumatur, an verò oppignoratio? In du-
bio poſterius præſumendum, niſi pro priori ſint præ-
ſumtiones aliæ, v. gr. ſi diu habuit, ſi me diu non in-
terpellavit, ſi id non requirat ſecuritas crediti. *Dn.*
10 *Mev. p.* 1. *dec.* 160 ſed quid ſi creditor inſtrumentum,
quo ſibi duo obligati ſunt, uni eorum tradidit, an etiam
alteri ſuum vinculum remiſerit, vel an retinuerit, vel id
primo, cui inſtrumentum datum, donatum ſit. *V. d.*
*Garcias ad hanc l.* 2. *nu.* 4. Ego admitterem ſecundam
ſententiam, quod ei, cui inſtrumentum tantùm reddi-
tum, remiſſio ſit facta, non alteri; niſi hoc expreſſis
verbis dictum, aut ex conjecturis appareat, multò mi-
nùs ceſſionem ac donationem hîc admitto, ob jura
vulgata.

## ad L. Poſtquam. 3.

### *SUMMARIA.*

*Remiſſio pignoris non infert remiſſionem debiti. nu.* 1.
*Redditio pignoris an tollat vinculum pignoris?* 2.
*Creditor ad concurſum citatus emanens amittit jus prio-ritatis, non obligationem perſonæ* 3.

1 REmiſſio pignoris non infert remiſſionem debiti.
*Neguzantius de pign. memb.* 1. *partis* 3. *numer.* 15.
*Salgado in Labyr. cred. p.* 1. *cap* 29. *numer* 4 *Menoch. l.* 3.
*præſ.*140 *num.*24. Autor *in C. t. de Remiſſ. pign. ad L* 7. *n.*3.
Sed annon vinculum pignoris per redditionem pigno-
ris videtur ſublatum? Sed negatur hoc, cùm reddendo
2 pignus, videtur tantùm commoditatem pignoris con-
ceſſiſſe, & non vinculum pignoris diſſolviſſe, *per l cum*
*ex cauſa.* 9 *C. de Remiſſ. pign. Garcias ad l. Labeo. h t.*
*num* 3 Autor *ad d. L.* 9. *num.* 3. Dicerem diſtinguendo,
aut poteſt allegari ratio redditi pignoris, v. gr. quia uſus
pignoris vel pignorum neceſſarius eſt debitori, propter
feſtivitatem nuptiarum, vel ad aliam neceſſariam, aut
utilem cauſam, & pignoris vinculum non videtur ex-
tinctum; aut nulla apparet alia cauſa, & tunc remiſſio
pignoris ex hac lege præſumenda. Et *ex argument. h l.*
3 probat *Salgado in Labyr lib.*1. *c.*8. *num.* 17. creditorem ad
concurſum citatum ſi emaneat, amittere jus prioritatis,
non verò obligationem perſonæ, ſi, poſtquam cæteris
creditoribus ſatisfactum, aliquid ex bonis ſuperſit.

## ad L. 4.

### *SUMMARIA.*

*Exemplum taciti pacti in inquilino ſupellectilem ſuam in domum conductam inferente. nu.* 1.
*An mutus paciſci poſſit?* 2.



Digitized by Google

*An .. ſtis eſſe, aut fidejubere poſſit.* 3. & 4.
*Alia Exempla taciti pacti recenſentur.* 5.
*Quando ea, quæ in præfationibus dicta ſunt poſtea repetita cenſeantur?* 6.
*Pactum in mutuo, ut ſors non petatur, quamdiu uſuræ ſolvuntur, an valeat?* 7.
*Quid ſi ita conventum, ut non liceat ſolvere ſortem, niſi ad placitum creditoris?* 8.

1 ALiud exemplum taciti pacti *in principio hujus legis* proponitur, ſcilicet ſi inquilinus inferat ſupellectilem ſuam in domum conductam. Nam invecta & illata in prædium urbanum videtur pignoris loco obligari locatori, de quo alibi actum fuſius.
2 Aut. in *w. t. in quib. cauſ. pign.* ad *L.* 2. & 4. *n.* 1. & 2.
Mutus etiam paciſci poteſt, quia poteſt conſenſum explicare ad interrogationem alicujus, nutu vel ſcripturâ;
3 Hinc quæritur, an teſtis eſſe poſſit? Videtur quod non, ob c. *pen. ibi: jurantis conſenſus non ſufficit, ſed etiam verba requiruntur. X. de jurejur.* ſed affirm. per tradita *Covarr. in c. quamvis. de pact. lib. 6. numer.* 5. ubi dicit, ad juramentum requiri verba, ſi loqui poſſit, non ſi loqui non poſſit, ubi refert *Alciatum lib.* 1. *parergon. c.* 2. *Tir. q. de LL. connub. gl. quint. numer.* 18. *Gloſſa in c. teſtes. cap.* 3. *qu.* 9. *conf. Farin. qu.* 61. *oppoſit.* 11. *nu.* 35.
4 & *ſeqq.* Hodie etiam mutum fidejubere poſſe, tradit *Hering. de fidej. c.* 7. *numer.* 149. & *ſeqq.* Sed in eo, qui natura ſimul mutus ac ſurdus eſt, ſecus. *Maſcard. concl.* 1358. *numer.* 34. *Farin. d. qu.* 61. *oppoſit.* 11. & 29. Autor
5 *ad L.* 10. *numer.* 1. 2. *C. Qui teſtam. fac. poſſ.* Sic & in ſtipulatione dotis tacita ineſt conditio, ſi nuptiæ ſequantur, quod per ſe planum. *In* §. *fin.* proponitur caſus, quod initio conventum fuerit de ſorte non ſolvenda, donec uſuræ ſolvantur, licèt poſtea de ſorte reſtituenda purè concepta ſint verba, videtur tamen prior conven-
6 tio repetita. Quæ ergo in præfationibus dicuntur, vel de quibus in tractatu convenit, licèt poſtea pura promiſſio concepta, repetita tamen hæc conditio videtur. *Vid. Garcias h. ubi numer. tert. contra Bart.* idem eſſe dicit, licèt ex intervallo contractus ſit initus; limitat tamen cum *Bartolo*, ſi omiſſum id ſit tale, quod requirit factum extrinſecum, ut *in l. tert. pr. Vſufructu. Vid. Beſoldus conſ.* 29. *numer. quadrageſimo nono. Barboſa locupl. l.* 14. *cap. quinquageſimo octavo axiom.* 4. & præfatio actus declarat mentem & animum paciſcentium. *Menoch. conſ.* 14. *num.* 4. & cauſam finalem conventionis. *Menoch. conſ.* 192. *num.* 3. & *conſ.* 219. *num.* 26. Ex hoc §.
7 probatur etiam, poſſe conveniri in mutuo, ut ſors non petatur, quamdiu uſuræ ſolvuntur, & ſic quaſi annuus reditus eſſet, in quo ſoli debitori vel venditori conceſſa luitio. *Rum. vol.* 2. *conſ.* 82. *num.* 8. Contrarium pactum
8 eſt, ut non liceat ſolvere ſortem, niſi ad placitum creditoris, quale pactum admitti in pecunia, non verò in aliis rebus fungibilibus, quarum pretia variant. *Zaſ. in l. qui Romæ. nu.* 10. *ff. de Verb. obl.*

## ad L. Conventionum. 5.

### SUMMARIA.

*Pacta ſunt vel privata, vel publica, ſeu ſponſiones. nu.* 1. & 21.
*Quotu liciter ſponſio accipiatur?* 2.
*Fœdus & pactio quomodo differant?* 3.
*Quid ſit ſponſio, explicatur.* 4.
*Si accedit juſſus majeſtatis, non ſponſio, ſed fœdus eſt.* 5.
*Cum Dux non alienum, ſed ſuum factum promittit, privata fides eſt, non ſponſio.* 6.
*Quando uſus ſit ſponſionum?* 7.
*Non laudandi Duces, ſæpe ſponſiones facientes, cùm tamen belli autores eſſe pergant.* 8.
*Utrinam utiliores ſint ſponſiones, et qui facit, an, cui fiunt?* 9.
*Sponſiones fiebant apud Romanos per plures perſonas.* 10. & 11.
*An per ſponſiones tales Princeps obligetur?* 12.
*Rationes juris adducuntur.* 13.
*An Romani propterea adeo culpandi, quod pacta ſuorum Ducum non rata habuerint?* 14.
*An ſponſiones obligent Principem, ſcientem & tacentem?* 15.
*An ſponſiones factæ à Ducibus obligent milites?* 16.
*Ad quid teneatur ſponſor?* 17. & 18.
*An pœna capitalis in ſponſoribus locum habeat?* 19.
*Moribus noſtris, quomodo teneantur ſponſores?* 20.

1 COntinetur hîc diviſio pactorum in publica & privata: illorum exemplum allegatur hîc, ſi duces belli inter ſe tractent, ac faciant conventiones de induciis, de redemtione captivorum, ſepeliendis cadaveribus, &c. huc etiam ſponſiones pertinent, quibus de pace vel alio puncto ſpondent Duces, in quam ſponſionum publicarum materiam, alibi tantùm tractatam; Lectori forſan non ingratam, hîc excurrere placuit. Sponſio cujus originationem à ſpondendo deducimus, multifariam accipitur: ſive pro ſtipulationis certo genere, vel pro ſponſione ludicra, quæ fiebat potiſſimum interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui ſponſione vinceretur. Quan-
2 quam autem Sponſio, fœdus, quod eſt publica populorum Principumve inter ipſos conventio, in perpetuum concepta; & Pactio, quæ eſt Principum populorumve conventio etiam temporaria, quæ ſæpius Ma-
3 giſtratuum aut Ducum poteſtati permittitur, qui ad breve tempus differre, aut pactis aliquot dierum induciis, ſuſtinere bella ſuo jure poſſunt, diſſentant, ut ex dicendis apparebit: Sæpe tamen evenit, ut quod Imperator injuſſu populi & ſine autoritate Senatus pepigerit, id ſive fœdus, ſive pax appelletur, ſit etiam contractus, pactio, promiſſio, &c. *Grotius libro ſecund. capite decimo quint. numer. tert. de jure pacis & belli.*
4 Sponſionem ita definit: Sponſio eſt ubi hi qui à poteſtate ſumma mandatum ejus rei non habent, aliquid promittunt, quod illam propriè tangit. *Bodinus lib. quint. cap. ſext.* ita: Sponſio eſt Ducum Legatorumve pactum conventum ſine populi juſſu, cujus exitus & conditiones à Principibus populiſve pendent, ut rata
5 irritave ſint promiſſa. Nam Sponſio juſſu ſummæ poteſtatis non fit; quod enim juſſu ſummæ poteſtatis fit, fœdus dicitur, ubi ipſe populus iræ divinæ obſtringitur, ſi minùs ſtetur dictis. Igitur Coſſ. profecti ad Pontinum in colloquium, cùm de fœdere victor agitaret, negarunt injuſſu populi fœdus fieri poſſe, *Livius lib.* 9. Factum igitur ſpondetur alienum, quod ſcilicet
6 à ſumma poteſtate præſtitum iri promittunt. Quod ſi verò non ſpondeatur factum alienum, ſed Dux ipſe ad aliquid agendum & exercitum vel copias deducendas ſe obliget, non eſt Sponſio, ſed privata Imperatoris fides, hoſti de induciis, vel de ducendis ex arce & Provincia aliqua copiis, interpoſita, qualis eſt Gallorum de ducendis ex Neapolitano regno copiis, pactio apud *Jovium lib.* 4. *hiſtoriarum* Uſus ſponſionum eſt,
7 quoties in mora periculum eſt, aut juſſa Majeſtatis audiri nequeunt. Cùm enim extra Italiam gererent bellum Romani vel ab hoſtibus obſiderentur, eorum Duces de pace injuſſu populi ſtatuebant & paciſcebantur, quæ facta à Populo pro re nata, vel rata fuerant habita, vel rejecta. Quæ facta Ducum excuſanda videntur, quod Exercitus, quibus imperium tenebatur, ex anguſtiis eripere hoc modo voluerint, & quod plerumque res fuerit cum hoſtibus proſperâ fortunâ ebriis. Hoc
8 tamen laudari non poterit, quod pacem ſpopondeVrint, & tamen belli autores Romani fuerint. Nulla enim neceſſitas tanta eſſe videtur, quæ licitum reddat dolum talem, in pacto ejuſmodi adhibitum. Aut ergo ſinceta fide ſpondere, aut ad ultima ſeſe parare potuiſſent. Utiliores autem illi, à quo, quàm cui
9 fiunt. Nam cujus Principis aut populi Imperator

ſpondet,

ſpondet, ille nullo vinculo hoſti eſt obſtrictus, priuſquàm ratam habeat conventionem, ut ex dicendis patebit; Hoſtis verò ſtatim obſtringit ſeſe, & antequàm pax ab altero ſit confirmata, occaſiones egregias admittit; dum alter, quæ ab Duce injuſſu ſuo acta ſunt, reſcindere valet. Quod autem famoſam illam Caudinam attinet ſponſionem, tanta neceſſitas præcipitandi negotium non incubebat Pontio. Unde Poſthumius dicit, Samnites, dum ſenes ab domo ad conſultandum acceſſiverunt, Romam Legatos mittere potuiſſe, & tridui iter expeditis fuiſſe, interea autem rem fuiſſe in induciis. Hinc Jugurta ad Bochum; ſæpe antea pacem cum Romanis Imperatoribus conventam fruſtra fuiſſe, conqueritur; tutiùs que arbitratur, ſi per inſidias capto Sylla juſſu S. P. Q. R. fœdus fieret *Sal. in Jugurtha.*
50 Fiebat ſponſio plerumque per plures perſonas: ſpondebant enim Conſules, Præfecti, Legati, Quæſtores, Tribuni Militum, quorum nomina exprimebantur: *Liv. lib. 9.* In majorem rei certitudinem obſides dabantur, & propter obſides etiam DC. equites imperati: qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur. Sic Tramulii etiam ſponſio apud *Jov. lib. 11.* obſidibus roborata. Addita plerumque hæc conditione, ſi S. P. Q. R. cenſuiſſet. *Valtrin. lib 6. de re*
51 *militari Roman. cap. 10. & Polyb. lib. 3.* Tutiùs eſt autem, ſponſione & juramento integrum exercitum obſtringere; ſcilicet ſi ſponſio rata non habeatur, ut omnes milites redire teneantur. Ideoque Pontius à ſingulis militibus idem Juſjurandum, quod à Ducibus, extorquere debuiſſet, ut ſi populus Romanus pacem repudiaret, ipſi ad Samnites captivi, aut in fauces Apennini, unde erepti fuerant, redirent: Cui conditioni paruiſſent, vel ab Senatu coacti, perinde ut Conſul ipſe. Nam in conſimili cauſa poſt cladem Cannenſem, cum octo millia militum captivorum Annibal Romam miſiſſet, ut libertatem auri pondo in ſingula capita redimerent, neque Senatus annuere vellet, ſed decreviſſet deinceps civibus Romanis, aut ſerviendum, aut moriendum eſſe: Conſules edixerunt, ut milites ante diem ſtatum ad hoſtes redirent; omnes edicto paruerunt præter unum (*Liv. lib. 2.*) qui veteratoria fraude datam hoſti fidem callida interpretatione eludere tentarat. Hunc Senatus vinctum, ad Annibalem miſit. Aut ſi durum Senatui videretur, juratum exercitum Samnitibus dedere, pacis conditiones ratas habuiſſet. *Bodin. lib. 1. cap. 10.* Immotè igitur colligimus, ipſum Principem ſive populum tali facta ſponſione non obligari. *Grot. libro ſecundo, cap. 15. nu. 3.*
52 ita: Sicut Magiſtratus populum non obligant, ita nec minor pars populi, (certum enim eſt, militem, quem ſecum habet Imperator belli, minorem eſſe univerſo populo (*Liv. lib. 5. pag. 140.*) quod pro Romanis eſt adverſus Gallos Senones: nam major pars erat apud Camillum. Imò etiam ſi major civitatis pars in exercitu eſſet, non obligaret tamen civitatem Ducum ſponſio. Milites enim gregarii nihil ſpondere ſolent. Imperator belli procurator eſt civitatis. Iam Procurator quando excedit fines mandati, non
53 poteſt ullo jure obligare eum, à quo mandatum habet, nec poteſt de re minima tranſigere injuſſus. Quid ſi enim ſpondeat Dux intolerabiles conditiones, tenebiturne Princeps aut Populus? Non cenſeo. Hinc rectiſſimè Poſthumius: Si ſpopondiſſemus, urbem hanc relicturum Populum Romanum? ſi incenſurum? Si Magiſtratus, ſi Senatum, ſi Leges non habiturum? ſi ſub Regibus futurum? indignitas enim rei ſponſionis vinculum non levat. Si quid eſt, in quo obligari populus poſſit, in omnibus poteſt. Quid enim vobiſcum P. C. quid cum populo Romano ictum eſt? quis vos appellare poteſt? quis ſe à vobis dicere deceptum? hoſtis? an civis? hoſti nihil ſpopondiſtis: Civem neminem pro vobis ſpondere juſſiſtis: nihil ergo vobis nobiſcum eſt; quibus nihil mandaſtis, nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egiſtis. Quæ ex Livio hoc loco opponere placuit, cum ſatis nervoſa ſint & perſpicua. *Jovius* quidem Libr. x. invehitur in Conſiliarios Ludovici XII. R. G. quod autores Regi fuiſſent, probroſam iſtam ſponſionem Divionenſem à Tramulio factam ratam non habere, (quam ratam habuiſſe Regem, dicit *Bodinus*, quod quomodo veritati hiſtoricæ congruat non video) qua Tramulius promiſerat; Regem Mediolanenſi imperio ceſſurum, & certis temporibus ſexcenta aureorum nummorum millia Helvetiis perſoluturum, cùm hi ad nullas ſeſe conditiones obſtringerent, niſi ut domum redirent. *Guicciardinus libro duodecimo.* Ita autem ratiocinatos fuiſſe Conſiliarios, refert Jovius: quid ſi Tramulius ſpopondiſſet; Regem regno ſe abdicaturum, vel Lutetiam antiquam Regum ſedem, relicturum, arma tradi-
54 turum, aut Galliam Helvetiis tributariam effecturum, num ſponſio iſta Regem obligatura eſſet? *Albericus Gentilis lib. 1. de armis Romanorum cap. 6.* invehitur in Romanos, eoſque fraudulentiæ inſimulat, quod Magiſtratuum ſuorum pacta irrita eſſe pronunciaverint. Sed ſine fundamento id à *Jovio & Alberico* dicitur. Etiamſi enim ſufficientem & urgentem cauſam habeat Imperator, cur ſpoponderit, illud tamen non ſtatim probat, pacta iſta neceſſariò à Majeſtate confirmari debere. Quamvis æquiùs faciant ii & honeſtiùs, qui conditiones, modò tolerabiles ſint, à Ducibus acceptas, ratas habent. Si autem planè intolerabiles ſunt conditiones, ſemel atque iterum petendum eſt, ut conditiones aliquantulùm corrigi patiatur hoſtis, aut loco alicujus certam aliquam pecuniæ ſummam accipere velit, &c. Non poſſunt tamen planè ab omni fraudis crimine abſolvi Romani, quòd alios populos eorum Ducum conventis obligari voluerint, ut Carthaginenſes ex ſponſione Aſdrubalis. Nec quicquam ad rem facit, quod Polybius excuſaturus Romanos libr. 3 rationem differentiæ inter Luctati fœdus & Aſdrubalis hanc ponit, quod in illo addita fuerit exceptio hæc ſi populus cenſuiſſet, in hoc non. Nam propterea ſponſio ſemper irrita declarabatur, quia injuſſu Senatus & populi Carthaginenſis facta. At Aſdrubalis etiam injuſſu Senatus & populi Carthaginenſis facta. Aut ſi exceptio iſta omittatur, ſponſio juſſu populi facta erit? quid ſi ſine exceptione iſta Luctatius Populum Romanum dediſſet, aut ad ini-
55 quiſſimas conditiones obſtrinxiſſet? Sponſio autem ex notitia & ſilentio ſummam poteſtatem non obligat, ad ratas habendas conditiones duriores, Nam qui tacet, non conſentit. Silentium eſt privatio, non actus. *Alberic. Gentil. l. b. 1. d. armis Romanor. cap. 6.* Secus eſt, ſi præter ſilentium res ſive actus aliqui acceſſerint, qui ad aliam cauſam probabiliter referri nequeant, quàm ad conſenſum, tum rectè intelligitur actus ratus eſſe habitus. Nam ſine re aut facto aliquo ſilentium non ſatis probabilem voluntatis conjecturam ſuppeditat, præcipuè ſi pactio verbis negantibus concepta ſit, ut in Aſdrubalis pactione, qua convenerat, ne Pœni amnem Iberum tranſirent. Non rectè igitur Romani ex ſilentio Carthaginenſium ratihabitionem colligebant facti alieni *Grot. libro ſecundo. de J. belli & pacis capite decimo quinto. numero decimo ſeptimo.* Adeoque ſi vera ſunt, quæ de Ludovico XII. R. G. refert Jovius, eum ſcilicet ad tempus ſimulaſſe, nam qui tacet, non ſimulat, quaſi ſibi placeret ſponſio Divionenſis, non rectè reſciſſa ab eodem fuit. Sed de eo
56 *Guicciard.* nihil habet. Nec etiam ipſos milites. Cùm enim nihil promittant in ſponſionibus, neque etiam obligantur. Non igitur opus fuit, ut ſeſe iterum Apennini anguſtiis includerent, neque etiam ſilentium eorum nudum ſufficiens præbet conſenſus

ſenſos argumentum, & multò minùs, quàm in populo aut Principe. Nec ſi conſentiant milites, ad id obligati ſunt, ad quod ſeſe obſtrinxerunt ſpon-
17 ſores. Tenetur autem ſponſor ad id faciendum, quod poteſt, nimirum ut Principi pacem perſuadeat. Qui factum enim alienum ſpondent, omnem operam impendere debent, quo id, quod promiſſum eſt, à tertio præſtaretur. Ideò fidem ſuam non liberavit Poſthumius, quod non ſuaſor, ſed diſſuaſor fuerit Romanis & impedierit, ne pacem ratam haberent. Aut ſi id præſtare non poſſit, ad id, quod intereſt, vel ad ſui editionem obligabitur. Nam hoc loco ſponſor non liberatur, etiamſi omnem operam dederit, ut id, quod ſpopondit, fiat. Nam negotii hujus, cui contractus ineſt, naturâ obligationem multò ſtrictiorem deſiderat: unde promiſſio, ratam rem haberi, ad id, quod intereſt, Jure etiam Civili obſtringit. *Grot. libro ſecundo, capite decimo quinto, numera tertio.* Dici igitur poteſt, ſponſorem teneri ad id, quod inte-
18 reſt. Si autem Sponſores præ ſe tulerunt poteſtatem publico nomine contrahendi, ex damno, per dolum dato, ad reſtitutionem tenebuntur. Si id non apparebit, tenebuntur ad id, quod intereſtat ex vi negotii, ratum haberi; Et hoc caſu non corpora tantum, ſed & bona ſponſorum erunt obligata, niſi pœnam vice ejus, quod intereſt, ex-
19 preſſerint: Cùm autem obſidibus pœna eſſet, ut capite luerent, ſi pacto non ſtaretur; an eadem pœna dicta ſit ſponſoribus in obſcuro eſt. Procul dubio autem, aut conveniebat in tali negotio, ut ſponſores, ſi P. R. ratum non haberet, ſe dederent: aut uſu introductum, ut populus eos, quorum ſponſionem approbare gravaretur, dedere hoſti teneretur. Pœnæ autem ſtipulatio tali modo facta efficit, ut ſi factum præſtari nequeat, nihil aliud ſit in obligatione: ſuccedit enim certum loco incerti, quod intereſt. Erat autem communis temporum priſcorum ſententia, etiam vitam va-
20 lidè poſſe obligari. Apud nos autem, qui aliter ſentimus, tali ſponſione bona primùm ad id, quod intereſt, & ſi ea non ſufficiant, corpus ad captivitatem obligari videtur. Vid. *Grot. libro ſecundo, capite decimo quinto, numero decimo ſexto.* Ad reſtituendam autem rem in priorem ſtatum, neque populus obligatur; Populus enim nullo modo obligatur, ut ſupra demonſtratum, quia nihil egit cum hoſte. Iniquum igitur fuit Pontii poſtulatum, ut populus Romanus legiones intra ſaltum reſtitueret. Neque Dux, quia ipſe non habet tantam poteſtatem in milites, ut eos hoſti, quaſi oves mactandas, objicere valeat: Neque ad id
21 ſe obſtrinxit, neque lege ad id obſtringitur. Salvus conductus etiam ad publica pacta pertinet, uti etiam conventiones Principum cum ſtatibus provinciæ. Fidem autem hoſti & rebelli datam ſervandam eſſe, pluribus tradit *Garcias, Buſius, Hunnius, in tractat. de pactis capite ſecundo, quæſtione quinta, & aliis. Wiſſenbach. volum. prim. ad ff. diſp. 9. th. 2. numero nono:* ſed frangenti fidem, fides non eſt ſervanda. Autor *in Cit. ad Legem vigeſimam primam, numero tertio.*

## ad L. Legitima. 6.

### SUMMARIA.

*Pactum eſt vel nudum vel veſtitum. n. 1.*
*Pacti veſtiti ſpecies eſt Pactum legitimum. 2.*
*Etiam juramento firmatum. 3.*
*Veſtitum eſt quintuplex. 4.*

1 PActum vel eſt nudum vel veſtitum; hoc vel naturâ ſuâ, & eſt contractus; vel ex acciden-
ti, & quidem vel ex aſſiſtentia Legis, ut pactum
2 legitimum, de quo hîc, verb. gr. Promiſſio dotis. *Lege ſexta, C. de dotis promiſſ. Lege trigeſima quinta. C. de donat.* vel ex contractus cohærentia, ut pactum in continenti adjectum. *Fach. in Trentl. vol. prim. diſp. 6. th. 1. lit. D. & volum. ſecund. diſp. 9. th. 1. lit. B. & C.* vel ex cohærentia traditionis, quando pactum in ipſa traditione initum. *L. traditionibus. 48. ff. h. t.* Autor *in C. h. t. ad Legem decimam. numero*
3 *quarto & quinto,* vel ex autoritate Iudiciali, cùm in judiciis quaſi contrahatur. *Lege tertia. paragra-*
4 *pho undecimo. ff. de Pecul.* vel veſtitur juramento, ex quo actio in factum jure civili dari ſolet, & magis ex jure Can. Unde apparet quintuplex veſtimentum pacti, quo pactum aliàs nudum veſtiri ſolet, ex recepta Doctorum ſententia, contra quam diſputare infrugiferum eſt, & actus fruſtraneus, à quo aliàs jus noſtrum abhorret, *Lege decima quarta, paragrapho primo. ff. ut legatorum nomine cav.* Nam quæ communiter recepta ac nihil habent abſurditatis, meritò conſervamus. *leg. minimè. 23. ff. de Legibus.*

## ad L. Juris Gentium. 7.

### SUMMARIA.

*Pacta juris Gentium partim actionem, partim exceptionem pariunt. n. 1.*
*Alia pacta tranſeunt in contractus nominatos, alia in innominatos. 2.*
*Ex contractu innominato quænam datur actio? 3.*
*Quid ſi pactum nullam cauſam contineat, vel contineat quidem, ſi ea pro nulla habeatur, an inde competat actio vel exceptio? 4.*
*Hodie ex omni conventione ſeria oritur actio, condictio ex Canone vel lege dicta. 5.*
*Quomodo pacta inſint contractibus, & modò actiones, modo exceptiones forment? 6. & 7.*
*An etiam ſtricti juris contractibus inſint pacta. 8.*
*Pacta b. f. contractibus in continenti non addita pariunt ſaltem except. non actionem, exemplis declaratur. num. 9.*
*Limitatio ſubjicitur. 10.*
*Pacta contra jura aut in fraudem jurium inita non valent. 11.*
*Ampliatur tripliciter. 22.*
*Pacta de non petendo partim realia partim perſonalia. num. 12.*
*Potiſſima differentia horum pactorum quænam? 13.*
*Dolus deſcribitur. 14.*
*Cur dolus tantùm in edicto excipiatur & fraudis non fiat mentio? 15.*
*Dolus etiam ex poſtfacto commiſſus operatur exceptionem vel replicationem doli. 16.*
*An in dubio pactum, an ſtipulatio facta præſumatur? num. 17.*
*Paciſci licet, ne agatur actione judicati. 18.*
*Actio de incenſis ædibus per actum remitti poteſt. num. 19.*
*Quando denunciatione novi operis paciſci liceat? num. 20.*
*Pactum ne depoſiti agatur, vel ut depoſitarius omne periculum in ſe ſuſcipiat, valet. 21.*
*An hæres ante aditam hæreditatem cum creditoribus de ære alieno ſolvendo paciſci poſſit? 23.*
*Quid ſi ſervus ſub conditione fuerit inſtitutus? num. 24. & 26.*
*Si hæres mandata nonnullorum creditorum adierit, & ab aliis creditoribus inquietetur, quomodo ipſi ſubveniatur? 25.*

PActa juris gentium aut actionem pariunt, & tunc jure civili approbata, aut tantùm exceptionem, ut

Digitized by Google

ut pacta nuda, quæ jure civili non proſunt ad agen-
2 dum, ſed tantùm ad excipiendum. Deinde pacta
alia tranſeunt in aliud nomen Contractus, & pariunt
actionem *dict. lege ſeptima, paragrapho primo*, alia in
contractum non tranſeunt, quia tamen habent cau-
ſam, id eſt mutuam obligationem, vel negotium,
dationem aut factum, ex quo alter obligetur; & tunc
3 naſcitur inde contractus innominatus. Et tunc datur
præſcriptis verbis actio, Autor *in C. h. t. ad Legem
vigeſimam ſextam, numero tertio*, qua in parte Ju-
lianum à Mauritiano rectè reprehenſum dicit JCtus
in *paragrapho ſecundo*, nam Julianus in factum actio-
nem & ſic ſubſidiariam tantùm à prætore dandam eſſe
4 dixerat. *paragrapho* 2. Aut nullam talem cauſam
continent, & tunc non actio, ſed exceptio oritur,
niſi in continenti contractui addantur. Interdum cau-
ſa adeſt, ſed ea pro nulla habetur, v. g. ſi paciſcor te-
cum, ne maleficium committas, nam ſponte & ſine
conventione debebas à maleficio abſtinere, & ſi quid
ob eam cauſam dedi, poſſum repetere. *lege quarta, pa-
ragrapho ſecundo, ff. de cond. ob turpem cauſ.* ſed ſi
nulla cauſa ſit, nullum negotium, nulla datio, nullum
factum, ex quo alter obligetur, tunc pactum non ad
agendum prodeſt, ſed ad excipiendum *paragrapho*
5 *quarto, h. l.* &c. *confer. dict. ad legem ſext.* Sed jam
receptiſſimum eſt Jure Canon. *capite* 1. *X. h. t.* aut
certè (qui de hoc diſputare non libet) de conſuetu-
dine, ex omni conventione deliberate & ſeriò inita
actionem dari, quam vocant contradictionem ex Ca-
none vel lege, ut poſt veterum unanimen conſenſum
tradunt *Gudelinus de jure noviſſ. lege tertia, capite quin-
to, Chriſtin. volum. 2. deciſione nonageſima ſecunda,
Grænwegen ad legem decimam, C. h. t. Greven Exerc. 3.
theſ. 5. in fine, & qui non?* Autor in *C. h t. ad Legem de-
cimam, n. 7.*

6 In §. 5. agitur de ea materia, quomodo pacta in-
ſint contractibus, & actiones forment. *Ex Hottoman-
no h. locum Hillig. in Donell. L. 15. cap. 1. lit. D.* ita expe-
ditè explicat. Intereſſe ex parte actoris eſt, valere ad
actionem reformandam, id eſt, ad ſolennem ejus for-
mulam, vel minuendam, quod nocet actori, vel au-
7 gendam, quod nocet reo. Ex parte rei tantùm ineſt,
quando Exceptionem dat reo. *Confer. Franzk. ad
titul. de empt. nu.* 332. qui monet, verba (initio con-
tractus) intelligenda eſſe juridice, antequam ad alia
8 negotia progreſſum. Cæterùm an etiam ſtricti juris con-
tractibus inſint pacta, & actiones ex iis informent,
ſpinoſa & foro inutilis eſt quæſtio, de qua vide Au-
tores *quos Hillig. d. lit. D. allegat. & Conſ. noviſſimè
Zoeſius ad h. t. n. 62. & ſeq. & Dn. Wiſſenbach. diſp. 9.
theſ.* 30. Autor in *C. h. t. ad L. 27. numer. 2. Et ad L.
9 3. C. de uſuris. nu. 3.* Ergo quæ pacta bonæ fidei con-
tractibus in continenti non addita, actionem non pa-
riunt. §. 5. Autor *ad Legem quintam, numer. ſecundo,
C. de Pact. int. Emptor.* quod exemplis declaratur, 1.
ſi poſt divortium paciſcatur ſœmina, ut ſtatim red-
deretur dos, quæ tamen poſt aliquod temporis ſpa-
tium raddenda fuiſſet, non datur ex eo pacto actio.
Si etiam finita tutela convenerit inter Tutorem &
pupillum, ut majores uſuræ ſolverentur, ex ea con-
ventione nulla actio. Idem declaratur exemplo Em-
ptionis. Nam ex intervallo facta pacta non formant
actionem ex empto. Sed ex parte rei poſſunt parere
exceptionem, v. g. ſi placeat, ut quod pretium ex
contractu ſtatim ſolvendum erat, poſt annum demum
ſolvatur, hoc pactum proderit emptori, ſi ante annum
lapſum conveniatur. Sed illa ſcrupuloſitas in foro non
10 attenditur. In §. 6. habetur limitatio ejus, quod an-
tea dictum, ſcilicet, quod pacta ex intervallo addi-
ta, non pariant actionem. Nam ſi pactum circa ſub-
ſtantialia contractus ex intervallo adjiciatur, ex hac
ratione ſi pacto effici poteſt, ut planè a contractu emp-
tionis abeatur, ita etiam pars emptionis mutari poteſt,
ſive cum uno ſive cum pluribus contrahatur, ſive cum
uno hærede, ſive cum utroque paciſcar, ut tamen illo
caſu pro parte hæredis fiat reformatio. In §. 7. haben- 11
tur Verba Edicti prætoris, quod prætor pacta ſine
dolo malo inita neque contra partem juris Romani
aut in fraudem Legum conventa, velit ſervare,
Autor *in C. h. t. ad L. 9. num. 1. & 2.* ideſt, ex iis
jus reddere, dando exceptionem, interdum etiam
actionem. Hodie Edicto prætoris opus non habemus.
Sed hoc tamen manet quod pacta contra jura aut
in fraudem jurium inita nullam habeant autorita-
tem.

In §. 8. alia datur diviſio pactorum de non peten- 12
do, quod alia ſint in rem, alia perſonalia. Illa ſunt,
quando quis abſolutè, & nulla reſtrictione ad perſo-
nam facta paciſcitur, hæc contra. Interdum fit qui-
dem perſonæ mentio, ſed non animo reſtringendi, ſed
ut demonſtretur, cum quo pactum ſit, ut ex *Sandio
Libro tertio, deciſione duodecima, allegat Wiſſenbach.
diſp. 9. th. 7.* Sed in dubio reale eſt. *Menoch. Libro
3. præſumpt. 47. Dn. Carpz. pagina ſecunda. Juriſpr.
For. Conſt. 41. def. 14. in fine. Dn. Tabor. in axiom.
Barboſæ Libro 14. capite 1. axiom. 5. Dn. Mevius p.
5. deciſ. 349.* Quod *Menochius num. 9.* extendit ad
eum caſum, ſi particula taxativa ſit annexa hoc modo,
mihi ſoli &c. ſed periculoſa hæc ſententia *per L. 22. h.
t.* ad quam divinatoriè reſpondet *Menochius cauſ. 705.
num. 28.* & fortè ſimplicior & verior ſententia *Cagnoli
& Calvaleani.* quos ibidem pro diſſentientibus citat
*Menoch.* Concludo ex dictis, pactum cum Rege non
ſtatim perſonale eſſe. *Grotius L. 2. de Jure pacis &
belli cap. 16 n. 16. Wiſſenbach. d. l.* Potiſſima autem dif- 13
ferentia, inter pactum in rem & in perſonam, hæc eſt,
quod illud in hæredem tranſeat, hoc non. *L. 21. pr. &
L. 40. pr. ff. h. t.* In §. 9. deſcribitur Dolus, quod ſit 14
aliud agere & aliud agi ſimulare alterius circumve-
niendi gratiâ, quia dolus ſine ſimulatione eſſe ne-
quit. *Donell. l. 15. cap. 40.* §. 10. ſatis obſcurus eſt.
Interim *Cujacii* interpretationem amplector. Redde- 15
re vult JC. rationem, cur dolum tantùm in Edicto
ſuo exceperit & fraudis nullam fecerit mentionem.
Sed reſp. aut fraus accipitur pro damno obtingente
ſine dolo alterius, aut de fraude quatenus dolo æqui-
paratur. Si illo modo capiatur, iniquum foret
damnum excipere. Nam contrahentes eventum non
præſtare tenetur; ſi hoc modo capiatur, ſupervacua
mentio fraudis, cùm inſit dolo hoc modo accepta
fraus. In §. 11. quæritur an dolus etiam ex poſtfacto 16
commiſſus noceat? Et reſpondetur affirmando, ſive
ab initio doloſè contrahatur ſive ex poſtfacto, v. gr.
ſi alter promiſſa dolo non ſervat. Nam tunc da-
tur exceptio vel replicatio doli. Autor *in C. h. t. ad
L. 9. num. 6.* In §. 12. proponitur quæſtio, ſi in pa- 17
cto in ſcripturam redacto reperiantur hæc verba (*ro-
gavit Titius, ſpopondit Mevius*) an ea verba inferant
pactum nudum, an verò ſtipulationem, quæ quæſtio
nobis quidem inutilis ita deciditur, quod in dubio ſti-
pulatio facta præſumatur, niſi aliud actum probetur.
Nam poteſt etiam pactum per interrogationem &
reſponſionem fieri ſine animo ſtipulandi. In §. 13.
quæritur, an paciſci poſſim, ne agas contra me actio- 18
ne judicati? Videtur quod non, quia de judicato
tranſactio non admittitur. Reſp. omninò valet pa-
ctum; nam aliud eſt remittere jus ſuum, aliud de
ſuo jure tranſigere. Remitti poteſt jus etiam liqui-
dum. Sed quæritur *in d. §. 13.* an actio de incenſis 19
ædibus per pactum remitti poſſit? quod affirmatur,
de privato enim intereſſe hìc agitur, non de publi-
co. In §. 14. quæritur, an de Nunciatione novi ope- 20
ris paciſci liceat? Et ratio dubitandi in textu, quia
in ea re imperium Prætoris verſatur: ſed affirmatur
quod concedatur pactio, quando ob opus privatum
& in cauſa privata novum opus nunciatum eſt,
quia nemo invitus agere compellitur; Sed ſecus, ſi
de publico opere, cui nocitum eſt vel noceri poſſet,
nunciari

nunciari poſſit novum opus. Nam quæ ſunt publica
aut publicè utilia, privatorum pactis non ſubſunt.
21 In *paragraph.* 15. quæritur, an poſſit Depoſitarius cum
deponente paciſci, ne depoſiti agatur vel ut Depo-
ſitarius periculum omne in ſe ſuſcipiat? Quod utrum-
que affirmatur, nam licèt in priori caſu videatur dolus
remitti, id tamen fit tacitè, quæ tacitè remiſſio doli
22 fieri poteſt. *l.* 27. *§.* 3. *h. t.* In *paragraph.* 16. repe-
titur id, quod *in* §. 7. propoſitum, ſcilicet pacta con-
traria jure communi, quæ hic a jure communi remo-
ta dicuntur, non eſſe ſervanda, Autor *in C. h. t. ad
L. 6. num.* 1. quod hîc ampliatur 1. quod ne quidem
ſub tali conditione quid legari poſſit *hic & l.* 39. *§. fin.
& l.* 113. §. *fin. de Leg.* 2. 2. ampliatur, quod ne ju-
rata quidem talia pacta valeant, cùm juramentum non
debeat eſſe vinculum iniquitatis; quod fieret, ſi pacta
prohibita poſſent juramento confirmari. 3. ampl. quod
non poſſit tale pactum in ſtipulationem deduci; nam
ſuper quibus paciſci prohibemur, ſuper iis nec ſtipu-
23 latio valebit. In §. 17. quæritur, an hæres ſcriptus,
ante aditam hæreditatem poſſit cum creditoribus de
ære alieno ſolvendo & parte debiti remittenda paciſci?
Videtur quod non, quia ad id, ut quis ut hæres paciſ-
catur, neceſſe eſt, ut hæres ſit; Sed affirmatur, quia
eſt in poteſtate ejus ut poſſit hæres eſſe, quando vult.
Ideoque noſtro ſeculo praxis hæc eſt; ut hæredes ſuſ-
pectam habentes hæreditatem, antequam adeant ean-
dem, petant a judice citari creditores, non ad con-
curſum, ſed ad tractandum ſuper ære alieno. Sed quid
24 de ſervo? Reſp. aut ſervus ſub conditione inſtitutus,
& tunc inutiliter paciſcitur, quia non poteſt adire,
quando vult, ſed tenetur expectare conditionis even-
tum. §. 18. *h. l.* Aliud ſi ſervus vel filius purè inſtituatur
25 quo caſu poteſt adire quando vult §. 19. *h. l.* Sed
quid ſi hæres mandatu nonnullorum creditorum adie-
rit hæreditatem, & ab aliis creditoribus inquietetur?
Reſpondetur hæredem habere pro ſe pactum non tan-
tùm, ſed etiam actionem mandati contra eos, quo-
26 rum mandatu adiit. §. *ult. h. l.* Sed in caſu, ubi ſer-
vus ſub conditione fuit hæres inſtitutus, pactum qui-
dem directo non proderit, proderit tamen ad excep
tionem doli, ſi hæres factus in plus conveniatur,
quam conventum erat. Quæ ſubtilitas in Pandectis
ſæpe occurrit.

## ad L. Majorem. 8. & L. Reſcriptum. 10.

### *SUMMARIA.*

*Creditores vel quantitate vel numero plures, remittendo debitum, poſſint præjudicare reliquis debitoribus. num.* 1.

*Quænam ſit hujus rei ratio?* 2.

*In quibus caſibus locum habeat Regula?* 3. 4. 5.

*Debitoris verò officium eſt, præſentare omnia bona ſua.* 6.

*Novem limitationes, ubi non præjudicant, referuntur.* 7. *ſeqq.* 18. & 19.

*An Creditores arreſtantes conſentire reliquis teneantur?* 11.

*Quid juris circa privilegiarios Creditores?* 12.

*An præjudicetur Creditoribus, qui jura dominii prætendunt?* 13. *& aliis privilegiatis?* 14.

*Hæc lex ad locationem extenditur.* 15.

*An debitor, cui remiſſio facta, denuo conveniri poſſit, ſi locupletior factus?* 16. 17.

*Uter ex duobus emptoribus ſit præferendus, an is qui totam ſummam, minorem tamen; an qui majorem affert, at in terminos diſtinctam?* 21.

*An exceptio pacti, cui ſubjecta fuit ſtipulatio pœnæ, concurrat jure civ. cum actione ex ſtipulatu & quid hodie?* 22. & 23.

*An pactum tertii mihi pariat actionem?* 24.

*An pactum procuratoris juvet dominum?* 25.

QUando major pars Creditorum, vel quia majo- 1
rem creditarum pecuniarum partem habent, cum
debitore paciſcuntur, licèt numero perſonarum pau-
ciores ſint poſſunt in paciſcendo, vel remittendo par-
tem, vel dilationem concedendo, minori parti præju-
dicare. *Brunus de ceſſion. bonor. Credit. q.* 22. *Zang. de
Except. p.* 2. *c.* 12. *Berlich. p.* 2. *deciſ.* 235. Ratio autem 2
hujus rei aſſignatur à *Berlichio p.* 1. *deciſ.* 125. *num.* 9.
hæc quod major pars ex miſericordia debitori certam
partem remittat vel dilationem concedat, ut is ad me-
liorem ſtatum pervenire, & eò citius reliquam partem
ſolvere poſſit, quod caſu ſi minor non cogeretur con-
ſentire, majoris partis intentio ſuum effectum habere
non poſſet, ſed quod major pars remitteret, minor
arriperet. Et hoc locum habet, non tantùm debitore 3
mortuo, ſed etiam vivo. *Berl. d. n.* 233. *num.* 6. *ubi
plures citat.* & in Univerſitate debitrice. *Berlich. d. l.
numer.* 9. & competit beneficium hoc etiam fidejuſſori-
bus. *L.* 85. *§.* 1. *Mand. Berlich. d. l. num.* 14. licèt ſecus
in moratorio Principis *Berlich. d. l. n.* 14. & competit
ipſi pupillo contra tutorem, eundemque creditorem
ſuum, qui aliis remiſſionem perſuaſit, per *L.* 44. *h. t.*
etiam contra ceſſionarium *Berl. nu.* 19. qui non poteſt 4
eſſe melioris conditionis quàm cedens & contra pu-
pillos Creditores, *l.* 9. *pr. h. t. Berlich. n.* 20. & viduas.
*Berlich. nn.* 21. Etiam contra inſtrumentum publicum 5
*Berlich. nu.* 22. & poſt executionem factam, & capta
pignora *Berlich. d. l. n.* 24. *& ſeq.* ſed hoc non credo,
quia tunc, quando non in contumaciam, ſed ex cogni-
tione inſtrumenti, immiſſus habet hypothecam judi-
cialem, hypothecarii autem, ut mox dicetur, non poſ-
ſunt a majori parte creditorum obligari. Etiam hære-
dibus debitoris competit hoc beneficium, licèt ſecus
in indulto moratorio. *Berlich. num.* 29. *& ſeq.* Debet 6
autem debitor bona ſua deſcribere, & præſentare, &
cumulum æris alieni docere, & poſtea facienda eſt
uniformis remiſſio, de qua materia pluribus *Berlich.
p.* 2. *dec.* 236. *Et Stracha de Decoct. p.* 6. ubi multis
modis id declarat, & limitat. (1) Si quis debeat ex 7
cauſa delicti. *Hippol. de Marſ. ſing.* 182. (2) Si debi-
tor iſti beneficio renunciaverit. *Berl. d. l. n.* 33. (3) Si
major pars totum creditum vellet remittere *Berlich. d.
l. num.* 35. *Romanus ſing.* 100. *Stracha d. p.* 6. *num.* 12.
(4) Si meum debitum juratum. *Berlich. num.* 37. (5)
Si creditor æquè inops *Berlich. num.* 43. (6) Si credi-
tores non convenerint. *Berlich. p.* 2. *dec.* 236. *num.* 2.
*per l.* 10. *p. h. t.* (7) Quod tale pactum hypothecariis 8
non obſit, per *d. l.* 10. *pr.* Ratio eſt, quia ſi non eſſet,
quem convenirent creditores hypothecarii, agerent
contra tenentes bona, quod *Matt. de Afflict. dec.* 288.
limitat, niſi omnes eſſent hypothecarii, de quo tamen
dubitat *Stracha*, niſi in eo caſu, quando priores poſſent
poſterioribus ſuas hypothecas auferre. *Stracha nu.* 13.
Verius eſt, quod nec priores hypothecarii conſentien-
tes in remiſſionem, poſteriores obligent per tradita.
*Berlich. part.* 2. *dec.* 138. & multò minùs id dici poteſt,
ſi major pars creditorum ſit hypothecariorum poſterio-
rum & chirographariorum, qui prioribus tempore &
privilegio hypothecariis vellent leges præſcribere,
quod mihi perquam abſurdum videtur. Non ſubſunt
aliorum placitis privilegia & hypothecæ. Sed tantùm
qui paris conditionis ſunt, inter ſe majorem numerum
faciunt. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 297. Et non habet locum 9
regula: privilegiatus contra privileg. &c. ſed ſi unus
habeat Jus potentius altero in terminis *Berlich. dec.*
237. Sic ſi priores hypothecarii vellent remittere, non
poſſent alios poſteriores ad eandem remiſſionem com-
pellere. *Berlich. d. p.* 2. *d.* 238. ubi excipit caſum. Nec 10
etiam hypothecarii poſſunt à Chirographariis compel-
li, ut dilationem concedant, nam *L. ult. C de Ceſſ. b. n.*
de electione tantùm loquitur. *Ber. p.* 2. *dec.* 239. Credito- 11
res tamen arreſtantes, pacto à majori parte creditorum
inito conſentire teneri, affirmat *Ber. p.* 2. *d.* 240. de quo
meritò dubitandum, & præſertem, ſi mihi concipienda
eſſet

eſſet ſententia, opinionem *Mad. Piſt.* Nam *L.* 10. exci-
pit hypothecarios, nec diſtinguit, utrum per conven-
tionem, an verò per ſententiam judicis & in judicio,
12 an verò per legem vel ſtatutum conſtituat ſi hypothe-
ca. Circa privilegiarios creditores variè diſputat. *Berl.*
*p.* 1. *dec.* 241. Mihi certum eſt eos, qui hypothecam non
habent, teneri placitis majoris partis Creditorum, non
13 verò ſi præter privilegium hypothecam habeant. *L.* 10.
*h. t.* Uti autem hypothecariis creditoribus majoris par-
tis Creditorum conventio non nocet; ita multò minùs
iis nocet, qui jura dominii prætendunt, aut hypotheca-
riis omnibus jus potius habent; ut qui vindicare rem
à debitore volunt, vel rem depoſitam repetunt ſcilicet
extantem, vel qui merces venditas ob non ſolutum de-
bitum & dolum emtoris repetunt *Menoch. L.* 2. *A. Q.*
*caſu* 203. *n.* 25. *Berl. p.* 2. *dec.* 242. *n.* 20. *& ſeqq.* item mini-
14 ſtris mercedem pactam petentibus, nec creditoribus
funeralium expenſarum, vel debitis fiſcalibus hypothe-
catiis, ac Uxori dotem repetenti, & qui ad refectio-
nem credidit, ſicut hæc ex aliis prolixè deducit *Berlic.*
*d. dec.* 242. Diſpoſitionem *hujus legis* 8. *&* 10. ad locatio-
15 nem extendendam puto. Nam quando creditorum ma-
jor pars dat dilationem, & particularem, amplectitur
ſolutionem, hoc ipſo aliquid de ſuo jure, quo præſen-
tem totam ſolutionem petere poſſunt, remittunt, & ſic
rectè hoc approbat *Berlich. d. p.* 1. *dec.* 243. quia tandem
*dec.* 244. quæſtionem hanc proponit, an debitor, cui
pars debiti remiſſa, poſtquam locupletior factus poſſit
16 ad id, quod antea remiſſum eſt ſolvendum conveni-
ri? Reſpondet Autor iſte affirmativè & putat cum aliis,
condictionem ob turpem cauſam dari exceptis nonnul-
lis caſibus. Ego ſanè non video turpitudinem aliquam
in debitore inope, niſi concurrat dolus. Idcoque debi-
tor, quacunque actione conveniatur, habet exceptio-
nem. Sed ſi debitor pleraſque pecunias occultavit,
alioque tranſtulit, & ſic creditores per fallaciam ad
remiſſionem allicit, tunc tranſactio reſcindi poteſt.
*L. ſub prætextu.* 19. *C. de tranſact. ibiq;* Autor *n.* 6. *& L.*
*in Summa* 65. §. 1. *ff. de cond. ind.* Aliàs turpiter non agit,
ob præſentem inopiam remiſſionem petendo debitor,
& quod ab initio turpe non fuit, quomodo ex poſtfa-
17 cto turpe fieri poteſt? Sed poſſet aliquis opponere, ſi-
cut is, qui pro præſenti neceſſitate famis aliquid ſurri-
pit, poſtea locupletior factus tenetur reſtituere, ex hac
ratione, quia, cur furtum factum, donare non vide-
tur, cum officio ſuo ſatisfeciſſet, ſi eredi viſſet in eum
caſum, ſi locupletior factus. Ergo idem hic. Sed magna
eſt differentia; illic enim nulla à Domino remiſſio fa-
cta eſt, quæ hic reperitur. Sed ut ad declarationes
redeamus, notandum, (8.) Quod tamen ſolidum à
18 fidejuſſoribus poſſit minor pars exigere, ſi non expreſſè
conſenſit, per *L. ſi præcedent.* 58. § 1. *ff. Mandat. Ber-*
*lich. dec.* 235. *n.* 14. vel fuit abſens & non citatus *Berlich.*
*dec.* 236. *n.* 8. (9.) Quod talis remiſſio non obſtet privile-
19 giatis in beneficio, licet obſit in remiſſione *d. lib.* 10. *pr.*
*Strucha d. l. n.* 16. conf. etiam *Pacius cent.* 5. *q.* 89. *Berlich. d.*
235. *&* 19. *Menoch. d.* 2. *A. Q. caſu* 3. 5. *n.* 9. & alii. Quid
in Hollandia Juris, tradit hic *Groenweg. conſ. etc. ine Tren-*
*tac. lib.* 1. *de ſolut. reſol.* 5 *nu.* 2. *& Baſius hic. & Wiſſenb. diſp.*
9. *th.* 38. Plures tradit limitationes *Berlic.* licèt de quibuſ-
dam dubitare liceat. Materiam hujus legis etiam ad
20 quæſtionem, ubi pecunia ſit deponenda, applicat *Dn.*
*Mev. p.* 2. *dec.* 170. Colligitur etiam ex hoc textu, in con-
21 curſu creditorum quoties duo offeruntur emtores, quo-
rum primus totum pretium in una ſumma vult ſolvere,
ſed alter pluris vult emere, ſed pretio in diſtinctos
terminos diviſo, hunc eſſe præferendum, ſi omnibus
illo caſu ſatisfieri non poteſt. Quia hujus ſolutio plu-
ribus creditoribus prodeſt quàm illa. Illic tantum
primis, hic etiam ſequentibus conſulitur. *Mach.*
*Col. de proc. exec. p.* 3. *c.* 9. *n.* 93. *Berlich. p.* 1. *concl.* 81. *n.* 184.
*quos refert. Carpz. p.* 1. *c.* 32. *d. f.* 41. *Finckelthaus. obſ.* 69.
quamvis autem *Carpz. d. l.* in fine ſubjungat, ſi de-
ducto integratorio, adhuc particularis ſolutio ſuperet
pretium in una ſumma ſolvendum; non videtur tamen
illa limitatio recipienda; quia creditores privilegiati
de lucro certant, quando dilata ſolutione interuſu-
rium prætendunt, poſteriores de damno, & multis in
judiciis ſortis poſteriorum creditorum priùs habetur
ratio, quàm uſurarum, quas prætendunt priores; id-
que, ni fallor, æquitati conſonum magis, ut pluribus
ſatisfiat, *conf. notata* Dni Autoris *ad d. L.* 58. §. 1. *ff.*
*Mand.*
22 In §. 1. *legis* 10. proponitur caſus, quo pacto ſub-
jecta fuit ſtipulatio pœnæ, & quæritur an exceptio
pacti concurrat cum actione ex ſtipulatu? Videtur
quod non, quia ſtipulatio pœnæ prior eſt, per *l. qui*
*Romæ* 122. §. *fin. ff. de V. O.* Sed hic admittitur con-
curſus, quia ſtipulatio pœnæ non videtur novaſſe con-
ventionem præcedentem. Sed alterutra tantùm agen-
23 dum eſt, ſi utaris exceptione; à ſtipulatione pœnæ li-
berare eum oportet, ſi ad pœnam agas non uteris ex-
ceptione, niſi additâ clauſulâ: rato manente pacto.
Sed puto hoc pertinere ad ſubtilitates inanes. Nam
non video, cur non conventus hodie exceptione pa-
cti uti, & ad pœnam reconveniendo agere poſſit, cùm
hodie per ſtipulationem pœnæ nulla inducatur No-
vatio *l. fin. C. de Novat.* Autor *in C. t. de uſuris ad L.* 8.
*num.* 4.
24 In §. *fin. leg.* 10. dicitur, quod pactum tertii mi-
hi non pariat actionem, benè tamen exceptionem,
v. gr. ſi tu paciſcaris cum meo creditore, ne à me pe-
tat. *Alexander. vol.* 5. *conſ.* 40. *num.* 8. quamvis recen-
tiores velint, neque hoc abſurdum putem, ex pacto
tertii mihi competere actionem, ſi tertii factum ratum
25 habeam, quia ille meum negotium geſſit. Sed pactum
procuratoris, ut prodeſt domino, ita & eidem nocet, ſi
habeat ſpeciale mandatum ad paciſcendum, vel ge-
nerale cum libera, aliàs paciſci non poteſt, ſicut etiam
ſolutionem accipere non poteſt ad agendum datus, niſi
ſit procurator omnium bonorum cum libera *Vid. Mo-*
*lina. t.* 2. *de Juſt. & Jur. diſp.* 263. *n.* 7. *& ſeq.*

## ad L. Si plures. 9.

### SUMMARIA.

*Unius ſummæ plures creditores, an majorem partem fa-*
*ciant, & ſic minori præjudicent in danda dilatione de-*
*bitori? n.* 1.
*Si unius plura nomina minuta conjunctim cæterorum cre-*
*ditorum nomina ſuperent, cujuſnam præponderet vo-*
*tum?* 2.
*An creditor uſuras cum ſorte conjungere poſſit, ut ejus*
*tanquam majorem ſummam habentis votum præva-*
*leat?* 3.

1 Dictum eſt ad *leg.* 8. *&* 10. majorem partem cre-
ditorum minori præjudicare in danda dilatione
debitori, vel in remittenda parte debiti: quæritur igi-
tur, an ſi unius ſummæ plures creditores, an hi loco
unius creditoris habendi, an vero majorem partem
faciant, v. gr. ſi ſunt plures rei ſtipulandi, qui eandem
ſummam ſtipulati ſunt, vel plures Argentarii, qui
ſimul pro indiviſo contraxerunt, vel ſunt plures ueius
pupilli, qui pupillus eſt creditor? Et reſpondetur,
plures pro uno creditore in his caſibus eſſe habendos,
& ſic non poſſunt majorem partem creditorum effi-
cere; ad ſummam debitam quoque reſpiciendum
& non tantùm ad perſonas creditorum. Idem ſi
plures pupilli idem nomen habeant, quorum unus
eſt Tutor, quia difficile eſt, ut unus duorum vi-
cem ſuſtineat, de quo vide *notata* Dni Autoris *ſupra*
*ad l.* 2. *ff. de Offic. prætor.* Idem eſt ſi quis plures actiones
habeat, tamen non æquant alterius unum majus,
nam hic nomina non attenduntur. Secundò quæri-
tur, ſi quis habeat plura nomina minuta quidem, ſed
2 quæ tamen conjuncta majorem alius creditorum no-
minibus ſummam faciant v. gr. debet mihi Titius 60.

& 70. & 80. thal. ſi hæ ſummæ conjungantur, efficiunt 210. thaleros; quæritur, an meum votum præponderet illi, qui in una ſumma prætendit 200 thal.? quod affirmatur, quia nulla ratio hanc conjunctionem impe-
5 dit, præſertim in cauſa hac favorabili. Tertiò quæritur, an & uſuræ cum ſorte conjungendæ, ut faciant majorem ſummam & creditoris votum præponderet: quod affirm. ut ex dictis etiam patet.

ad L. Quia & ſolvi. 11.

*S U M M A R I U M.*

*Procurator univerſorum bonor. poteſt paciſci & ſolutionem acceptare.*

PRocuratori ad agendum dato quidem non licet paciſci, nec ſolutionem accipere; ſed ſi quis univerſorum bonorum procurator ſit, de quo hic ſermo eſſe videtur, poteſt & paciſci pro principali & ſolutionem acceptare. Autor. *in C. t de Tranſact. ad L. 7. num. 5.*

ad L. Nam & nocere. 12.

*S U M M A R I U M.*

*Quando pactum Procuratoris Domino nocere poſſit?*

DUo caſus hic habentur, quibus pactum procuratoris [illegible] nocere poteſt, (1.) ſi ei ſpecialiter [illegible] commendatum, ut ita paciſceretur, (2.) ſi univerſorum bonorum procurator ſit: nam & hic rem in judicium d[illegible] valet. Autor *in C. de Tranſ. ad L. 7. num. 5.* Et [illegible] legem de procuratore univerſorum bonorum, cum libera intelligit hic Gloſſa, quæ diſtinguit inter procuratorem bonorum univerſorum ſimplicem, & cum libera.

ad L. Sed ſi tantum. 13.

*S U M M A R I U M.*

*Procurator in rem ſuam paciſci poteſt & ſolutum accipere.*

PRocurator datus ad agendum paciſci non poteſt, aliud enim eſt agere, aliud paciſci, neque ei ſolvi poteſt. Autor *in C. t. de Tranſact. ad L. 7. num. 1.* Excipitur hic procurator in rem ſuam ſeu ceſſionarius, qui paciſci poteſt & ſolutum accipere, nam licèt alieno nomine agat, tamen in propriam utilitatem & propriam litem exercet.

ad L. Item Magiſtro. 14.

*S U M M A R I U M.*

*Adminiſtratoris ſeu Magiſtri Collegii pactum an ſociis proſit & noceat, & quid hodie?*

COllegia habent ſuos Adminiſtratores ſeu Magiſtros Ælterleute/ de quibus quæritur, an horum pactum ſociis & iis, qui ſunt de collegio, proſit & noceat? Quod affirmatur, quia liberior hujus poteſtas, quàm Curatoris Reipublicæ *l. 37. h. t.* ſi talis caſus hodie offerretur, attendenda eſſe dicerem ſtatuta collegii & conſvetudinem. Vix enim noceret ſocietati Magiſtri conventio.

ad L. Tutoris quoque. 15.

*S U M M A R I U M.*

*Tutor aut Curator jus liquidum pupilli aut Minoris per pactum remittere nequit & quare?*

TUtoris pactum pupillo prodeſt, ſed non obeſt, *L. 28. §. 1. h. t.* nec poteſt Tutor aut curator emittere, quod pupillo aut Minori debetur per *l. 22. C. h. t.* ubique Autor *nu. 1. 2. & 5.* Et non obſtat, quod Tutor tranſigere poſſit *l. 56. §. 4. ff. de furtis* & juramentum deferre *l. 17. § 2. ff. de jurejur.* Nam hæc fieri poſſunt in re dubia ac controverſa: Aliud verò eſt jus liquidum per pactum remittere.

ad L. Si cum emtore. 16.

*S U M M A R I U M.*

*An & cur Emtoris hæreditatis pactum de non petendo debito cum debitore hæredit. initum obſtet hæredi vendenti? n. 1.*

*An ex pacto Venditoris cum Emtore de re vendita reſtituenda inito Emtori exceptio detur contra Procuratorem pretium petentem? 2.*

1 IN *princ.* proponitur ſpecies hæc: Vendidi tibi hæreditatem, atque cum debitore hæreditario paciſceris de non petendo debito. Ego convenio debitorem hæreditarium ut hæres, quæritur, an tuum pactum mihi obſtet? Quod affirmatur, quia emtori hæreditatis utiles actiones competunt, & emtor hæreditatis vice hæredis eſt *l. 2. §. 18. ff. de Hæred. vend.* In §. 1. proponitur tale factum: Mandavi tibi, ut ſervum meum ven-
2 deres, quod factum: Vendidiſti Titio, ſed cùm ei diſpliceret, cum Titio pactus ſum, ut reſtitueret ſervum illum tibi, ſed tu agis actione venditi ad pretium, quæritur an ex meo pacto detur Titio exceptio contra Te. Quod affirmatur, quia enim res eſt tradita & venditio ipſo jure non retractatur, hoc ipſum actum videtur, ut procurator non poſſet pretium petere; cùm æquitas non patiatur, ut pro re, quæ tamen reſtituitur, pretium ſolvatur.

ad L. Si tibi Decem. 17.

*S U M M A R I A.*

*Quid circa pactum, ut plus in mutuo reddatur, olim & hodie obtineat? nu. 1. & 2.*

*An pactum ipſo jure tollat actionem? 3.*

*An ex pacto pignoris oriatur actio, & quomodo hæc tollatur? 4.*

*Pactum ne à debitore ſed ab herede petatur, heredi non prodeſt. 5.*

*Pactum ne à me neque à filia petatur, an jure civil. ſubſiſtat quoad filiam, ſi mihi ſit heres? quid hodie? 6.*

*An emtorem juvet pactum à venditore cum Domino initum, ne à ſe peteret, dum viveret? 7.*

*Si uſusfructus pacto quaſitus vendatur, an pactum proſit Emtori? 8.*

*An ſi Eccleſia cedat privilegium ſuum uſurarum alteri, ceſſionarius eo uti valeat? 9.*

*Pactum poſſeſſoris hæreditatis an proſit hæreditatem evincenti? 10.*

1 IN *principio hujus legis* dicitur, pactum eſſe inutile in mutuo, ut plus reddas accepto, quod & *in legis regulâ. ff. ſi certum pet.* habetur. Nam hoc pactum eſſet contra ſubſtantiam mutui, quale pactum
2 non valet. Sed quia hodie ex pacto datur actio, Aut. in *C. h. t. ad L. 10. nu. 7.* valeret hoc pactum, niſi factum in fraudem conſtitutionis Imperii de uſurarum quantitate *Groenweg. ad h. l.*
3 Ex §. 1. notatur, pactum ipſo jure non tollere actionem, niſi ſit interpoſitum ſuper actione furti vel injuriarum, quia tale pactum ipſa lege 12. tabb. confirmatum. *Cujac. ad h. paragrap. tom. 1. pa. 840. Delrio ad leg. transigere. C. Tranſact. n. 171.*
4 *In* §. 2. Dicitur, quod ex pacto pignoris, quod nudo conſenſu contrahitur. *L. 1. ff. de pignor. act.* detur actio jure honorario, id eſt prætorio, & tollitur hæc actio per exceptionem, ne petam. Et hæc ipſa exceptio prodeſt etiam poſſeſſori hypothecæ, licèt creditor cum debitore pepigerit de non petendo, ut in Friſia judicatum refert *Grenen. Exerc. 3. numer. 11.* Sed *hunc* §. intelligit de remiſſione debiti, non verò pignoris. *Bach. de pign. l. 5. cap. 6. n. 1.* contra

Cajacium

*Cujacium & Fabrum*, qui dicunt, hypothecæ jus
per contrarium pactum per exceptionem tantùm tol-
3 li. Autor *ad L. 23. num. 2. C. de pign.* Si conventum,
ne à debitore, ſed ab hærede petatur, palam eſt, pa-
ctum hoc hæredi non prodeſſe, quia perſonale eſt per
*§. 3. h. l.*
6 *In §. 4.* Habetur ſpecies; ſi pactus ſim, ne à me
neque à filia petatur: quod pactum quoad filiam non
ſubſiſtit, nec reconvaleſcit, ſi mihi hæres ſit filia,
cujus ratio eſt, quia perſonale eſt pactum. Sed nimia
hæc ſubtilitas, imò danda eſſet filiæ exceptio doli,
licèt eſſet perſonale pactum per *l. 21. §. 2. h. t.* In fo-
ro utique hoc pactum pro perſonali non haberetur.
Cæterùm hac de re multa *Bach. ad tit. de pact. Rubr.
de pactis Autorum & ſucceſſorum & in Rubr de pactis
perſonarum, quæ ſunt juris, alieni, in fin.*
7 *In §. 5.* Deciſio eſt notabilis & ſingularis, v. gr.
Poſſeſſor rei alienæ paciſcitur, ne Dominus à ſe pe-
tat, dum vivat. Sed poſſeſſor illam rem vendit, an
emtori proſit, quæritur? videtur quod non; quia eſt
perſonale pactum, quod nec hæredi prodeſt. Sed af-
firm. ex hac ratione, quia aliàs pactum non prodeſ-
ſet venditori, & videtur Dominus à venditore pe-
tere, qui ab emtore vel donatario, ceu ſucceſſoribus
licèt ſingularibus, petit. *Vid. Cujac. ad h. §. tom. 1. p.*
846. Vel aliud exemplum fortè aptius ex *L. 8 §. fin. ff.*
8 *de periculo & commodo rei venditæ.* Paciſceris mecum,
ut habeam uſumfructum prædii Tuſculani, hunc
uſumfructum vendo, pactum illud emtori prodeſt,
9 licèt ſit perſonale. *Cujac. tom. 2. ad h. L.* Ex *hoc* §
poteſt aliqua deciſio confirmari; ceſſit tibi Eccleſia
nomen, & quia Eccleſia poteſt uſuras ultra alterum
tantùm percipere ex *Noviſſimo Receſſu, de Anno* 1654.
§. 174. ideo ceſſit tibi hoc privileg. & niſi fruaris hoc
jure, te poſſe repetere id, quod dediſti Eccleſiæ; quæ-
ritur an frui poſſis illo beneficio, quod perſonale eſt;
Affirmatur hoc à *Dn. Mevio p. 4. dec. 151.* ubi alia fun-
damenta adducit; ſed puto, poſſe etiam hunc allega-
ri textum. In §. 6. agitur de poſſeſſore hæreditatis, an
10 hujus pactum ei, qui poſtea hæreditatem evicit, pro-
ſit vel noceat.

## ad L. Sivè de eo. 18. cum §. ult. legis. 17.

*S U M M A R I A.*

*Servi pactum an domino proſit? nu. 1.*
*Quid ſi filius famil. paciſcatur? 2.*

1 SErvi pactum Domino prodeſt ſive imperſona-
liter concipiatur, ne petatur, ſive Dominus con-
traxerit, ſive ſervus, nam tunc dominus ex peculio con-
ventus habebit exceptionem pacti. Idem in filiofami-
2 lias, qua de re multa habet *Bachov. ubi de pactis
perſonarum, quæ ſunt alieni juris. num. 1.*

## ad L. acquirent. 19. & L. Vel dein rem. 20.

*S U M M A R I A.*

*Pactum ſervi b. f. poſſeſſi an proſit b. f. poſſeſſori? n. 1.*
*Pactum filiifamil. ne à ſe petatur an proſit patri & quam-
diu? 2.*

1 QUod antea de ſervo vero dictum, id extendi-
tur in *l. 19* ad eos, qui ut ſervi bona fide poſ-
ſidentur. qui vel non ſunt ſervi, aut non illius, à
quo poſſidentur, horum enim pactum prodeſt bonæ
fidei poſſeſſori, quia quicquid ſervus bona fide poſ-
ſeſſus ex operis ſuis adquirit, id poſſeſſori adquirit,
§. 4. *Inſt. tit. per quas per onas adquiratur.* Extenditur
2 id etiam *in* §. 1 ad filium familias, ſi paciſcatur, ne à
ſe petatur; nam licèt videatur quoad ſonum verborum
pactum perſonale, prodeſt tamen Patri, ſi actione de
peculio conveniatur, vel de in rem verſo, vel ſi pa-
ter non conveniatur, ſed filius conveniatur, quem
pater vult defendere: ratio eſt, quia ex contractu
filii pater convenitur actione de peculio, ergo ex
filii pacto etiam juvandus. Hinc exceptio hæc non
prodeſt patri filio mortuo, quia perſonale pactum
eſt per *l. 5.*

## ad L. Et hæredi. 21. & L. Niſi hoc actum. 22.

*S U M M A R I A.*

*Ex pacto filii quenam detur exceptio patri & quando? n. 1. & 3.*
*Ex pacto ſervi domino datur Exceptio ſi non pacti, tamen doli. 2.*
*An pactum patris filio vel in gratiam filii paciſcentis, huic proſit? 4.*
*Jus etiam ſperatum pacto remitti poſſe, exemplis declarat. 5.*
*Pacta in rem concepta proſunt etiam fidejuſſoribus. 6.*
*Quid ſi debitor, ne à ſe petatur? 7.*
*Quando tale pactum non proſit fidejuſſori? 8.*
*Quare debitor poſſit paciſci cum creditore ne à fidejuſſ. petatur; Fidejuſſor contra non; ne à debitore? 9.*
*An juramentum fidejuſſoris proſit Principali? 10.*
*Fidejuſſor in ſuam rem paciſci poteſt. 11.*

1 UT jam dictum, ex pacto filii datur exceptio pa-
tri vivo filio, non verò, eo mortuo, quia eſt
perſonale pactum. In §. 1. quæritur de ſervo, an hu-
jus pactum perſonale (ne à ſe petatur) porrigatur ad
Dominum? Et hoc quidem negatur, ſed datur ta-
2 men ſubſidiaria exceptio doli, unde multæ leges li-
mitandæ. Nam licèt exceptio pacti in nonnullis ca-
ſibus alteri denegetur, exceptio tamen ſubſidiaria
locum habebit. Sed ſubtilitas hæc in foro non at-
tenditur. Et puto etiam mortuo filio, de quo *in prin-
3 cipio legis* agitur, ſive exceptionem pacti ſive doli pa-
tri in foro dandam. In *paragra.* 2. agitur de pacto
4 patris, qui ſi paciſcatur filio vel in gratiam filii, filio
hoc non proderit, ſed patri proderit; ſi ex con-
tractu alii actione de peculio vel de in rem ver-
ſo conveniatur pater. Si hoc actum; quæ verba ita
intelligit *Bach.* niſi ex verbis appareat, quod ſolam
perſonam filii ſpectaverit pater. Sanè ex pacto pa-
tris non datur directò exceptio pacti, datur tamen
5 exceptio doli in §. 2. *h. l.* Non tantùm jus præſens po-
teſt remitti, ſed & jus ſperatum, v. gr. filia famil.
poteſt paciſci, quòd nolit de dote agere, cum
ſui juris erit, per §. 3. *h. l.* & filiusfamilias poteſt
paciſci de Legato conditionali ſibi relicto, cùm ſpem
habeat, quod tempore præſcriptionis exiſtentis fortè
6 ſit ſui juris futurus §. 4. *h. l.* Pacta in rem concepta
omnibus proſunt, quorum obligationem diſſolutam
eſſe paciſcentis intereſt §. *fin.* & ſic Debitoris con-
ventio fidejuſſori prodeſt, *Treutl. d. diſp. 3. th. 4. lit.
D. Don. Lib. 12. c. 17. & Lib. 16. c. 25. Lit. F.* cujus
exceptio in *L. 22. ſeq.* niſi pactus ſit debitor, ne à ſe
peteretur ſolo. Sed jure novo & hæc exceptio prode-
7 rit fidejuſſori, quia per *Nov. 4. c. 1.* habet beneficium
excuſſionis, quod per pactum perſonale debitoris cùm
creditor ipſi non poterit adimi. *Wiſſenb. diſp. 9. num.*
8 46. Autor *in C. tit. de Compenſat. ad L. 9. nu. 2.* In iis
fanè caſibus, in quibus regreſſum contra debitorem
fidejuſſor non habet, poteſt *Lex.* 22. locum habere,
ut ſi donandi animo, ſi in rem ſuam, ſi pro invito fi-
dejuſſit. *Cujac. ad h. l. tom. 2. Wiſſenb. d. l.* quamvis ve-
lint etiam tale pactum, ut à ſolo debitore non peta-
tur, ita prodeſſe fidejuſſori, ut opponi poſſit credito-
ri exceptio doli. *Menoch. conſ. 705. nu. 28.* Obiter no-
tes, pactum in caſu *d. §. ult. l. 21.* in gratiam tertii
fieri poſſe. ſed per conſequentiam. Imò debitor
poteſt paciſci cum creditore, ne à fidejuſſore petat;
per *L. 27. §. 1. ff. h. t.* ratio *in noſtro §. ult. Wiſſen-
bach. d. l. num.* 47. Sed fidejuſſoris pactio non pro-
9 deſt principali quia nihil ejus intereſt, nec habet de-

bitor regreſſum contra fidejuſſorem *L. 23. h. t. Dom. d. c. 25. lit. F. W ſenb. d. l. num.* 47. *& ſ.* Exceptio eſt
10 in *L. 25. §. 2 & L. 26. h. t.* Sed fidejuſſoris juramentum principali prodeſt, & correi juramentum prodeſt correo, etiam non ſocio, *L. 28. pr. & §. 1. de jurejur.* Major fides religionis, quàm fidei datæ. Jusjurandum eſt ſolutionis inſtar, non verò pactum. *Cujac. ad l. 23. h. t. tom. 1.* fidejuſſoris in rem ſuam reo prodeſt, *L. 24. h. t.* quia magis principalis eſt. Item etiam fidejuſſoris pactum prodeſt principali reo, ſi hoc actum, ubi exceptio doli. *L. 25. h. t.* pactum correi debendi correo, non ſocio, non prodeſt. *L. 25. pr. h. t.*

## ad L. Fidejuſſoris. 23.

### *SUMMARIA.*

*Fidejuſſoris pactum cur non proſit reo principali? n. 1.*
*Cur idem non proſit confidejuſſori? 2.*

1 FIdejuſſoris pactum non prodeſt, ut *ad ll. præcedentes* dictum, reo principali, quia fidejuſſoris non intereſt; nam debitor principalis exactus contra fidejuſſorem non habet regreſſum. Nec fidejuſſoris pactum prodeſt confidejuſſori, ubi ratio dubitandi, quia
2 videtur intereſſe paciſcentis fidejuſſori propter actiones, quas creditor fidejuſſoribus à ſe conventis cedere tenetur, quibus id, quod ſolverunt, à confidejuſſoribus repetunt. Sed huic rationi dubitandi reſpondetur hîc, non ſatis eſſe, ut quomodocunque interſit, ſed requiri, ut interſit principaliter: ut intereſt Rei, contra quem ordinariam actionem fidejuſſor habet, vel ut intereſt correi debendi.

## ad L. Sed ſi fidejuſſor. 24.

### *SUMMARIA.*

*Pactum illius, qui in rem ſuam fidejuſſit, prodeſt reo principali. n. 1.*
*Declaratur exemplis. 2.*

1 QUod antea dictum de fidejuſſore, in ſimplici fidejuſſore obtinet, ſed aliud in eo, qui in rem ſuam fidejuſſit, cujus pactum prodeſt Reo principali, quia fidejuſſor talis eſt Rei loco. Communiter cum
2 Gloſſa allegant exemplum in eo, qui pro ſuo procuratore fidejuſſit *An. Fabr* adfert exemplum mulieris, quæ pro marito fidejudebat, à quo petebatur fundus dotalis, de quo *Bach. ſub Rubr. de pacto unius ex pluribus reis, in fine.*

## ad L. Idem in duobus. 25. & L. videlicet. 26.

### *SUMMARIA.*

*Quando fidejuſſoris pactum, ne à principali petatur, proſit huic? n. 1.*
*Quamvis ex alterius pacto non quæratur jus, quæritur tamen exceptio doli. 2.*
*Hodie etiam alteri obligatio quæritur. 3.*

1 IN *princip.* dicitur, pactum cum uno correo debendi prodeſſe alteri, ſi ſocii ſint. *Ronchegallus ad l. 9. princ. num. 147. ff. de duobus reis.* Ratio in regula *L. 21. §. fin.* In §. 1. dicitur, perſonale pactum non prodeſſe aliis, nec ipſi hæredi. quæ plana ſunt. Sed notandus §. 2. *hujus legis & l. ſeq.* ubi dicitur, fidejuſſoris pactum, ne à principali debitum petatur, non prodeſſe quidem, ita ut exceptionem pacti habeat debitor, ſed habere tamen eum exceptionem doli ſuccedaneam, quia creditor dolo id petit id eſt contra promiſſionem factam fidejuſſori. Notetur ergo genera-
2 lis declaratio omnium jurium, quæ dicunt, ex pacto alterius alteri non quæri jus, ſcilicet agendi vel excipiendi ex pacto, competere tamen exceptionem doli, quod bene notandum; nam hoc effectu, & reſpectu hujus exceptionis doli utiliter paciſcor alteri. Deinde conſuetudine vulgari regula iſta de non quæ-
3 renda alteri obligatione non amplius obſervatur. *Dn. Mev. p. 4. dec. 112. num. 5. Cothman. vol. 2. Reſp. 54. nu. 87.* Et ſanè hominis intereſt, ut homo alter beneficio à ſe afficiatur. Utinam omnibus prodeſſe poſſim, optimorum votum eſt.

## ad L. Si unus. 27.

### *SUMMARIA.*

*Pactum unius correi credendi quoad obligationem tollendam alteri non nocet. n. 1.*
*Pactum debitoris, ne debitum petatur intra annum prodeſt fidejuſſori. 2.*
*Nec minus, ſi debitor paciſcatur, ne à fidejuſſore petatur. 3.*
*Quæ ratio differentiæ, quod pactum per contrarium pactum non tollatur, bene ſtipulatio per aliam? 4.*
*Species facti parag. 2. verſ.* quod & in ſpecie, *proponitur. 5.*
*Favorabilis eſt illa interpretatio, per quàm ad naturam priſtinam reditur. 6.*
*An teneat conventio, ne dolus futurus præſtetur? 7.*
*An Princeps poſſit delictum futurum remittere? 8.*
*An pactum de non revocanda donatione ob ingratitudinem valeat? 9.*
*Quid ſi à donatore tale pactum ſit juramento firmatum? 10.*
*Dolus futurus non quidem principaliter, bene tamen per conſequentiam, remitti poteſt. 11.*
*An pacta poſſint extendi ad alias perſonas & res? 12. & 13.*
*Conventio ne 20. petantur pro iis, quæ debentur, vel contra, an valeat? 14.*
*Obligatus ad dandum Stichum aut decem, an ſi paciſcatur de non petendis 10. Stichum adhuc teneatur dare? 15.*
*Quid ſi homo debeatur, an paciſcens ne Stichum dare cogatur, alium hominem petenti opponere valeat exceptionem? 16.*
*Acceptilatio inutilis an habeat vim pacti? 17.*
*An ſervus heredi futuro ſtipulari poſſit? 18.*

DUo Argentarii in ſolidum contraxere, vel duo
1 ſunt correi, quæritur, an unius pactum alteri noceat? & videtur quod ſic, quia unus ex correis credendi ſolidum petere & acceptilando totam obligationem poteſt conſumere. Sed negatur, quia in correi cujuſque perſona in ſolidum tota conſiſtit obligatio, ſi igitur ab una perſona ea fuit perempta, non poteſt alteri jus agendi ſupereſſe, pacto autem non perimitur obligatio. Nec eſt conſequentia, rectè ſolvitur ei, ergo illius pactum nocet alteri. In §. 1. quæſtio fere indubitabilis proponitur, ſi principalis debitor paciſcatur ne petatur debitum intra annum,
2 an hæc pactio fidejuſſori proſit? Quod omnino affirmandum. Ea magis dubia fuit; an principalis debitor poſſit paciſci, ne à fidejuſſore petatur? quod aff.
3 in *d. §. 1.* quia paciſcentis intereſt. Pactum, ne peterem, non tollitur per pactum contrarium, ſed ope exceptionis, vel replicationis, Autor *ad L. 3. numer. 2. C. de Except.* ſecus in ſtipulationibus, quia
4 in ſtipulationibus jus continetur, in pactis factum verſatur; i. e. Stipulatio habet vim, fomentum & effectum datum à jure Civili, quo fit, ut etiam præcedentem obligationem tollat ipſo jure: ſed pactum nudum non corroboratur à Jure civili, ſed relinquitur in ſuis terminis. *Cabalinus ſive Molinaus in trac. Dividui & Individui praf. numer. 10. Caraſius lib. 2. miſcell. c. 16. Mantua ſingul. 610. & ſing. 641.* qui hunc §. *cum l. fin. C. de Nov. & L. Stichum. §. naturalis. ff. de Solution.* conciliat. Limitationis hujus regulæ examinat *Fortunius Garcias ad hunc §. ut l. 1. repet. on.*

Deinde.

5 Deinde *in verſ. quod & in ſpecie*, proponitur hæc ſpecies: Conventum, ut dos ſtatim ſoluto matrimonio redderetur; poſtea placuit, ut tempore à Lege conſtituto, ſcilicet poſt annum, ſolveretur; an hoc poſterius pactum conditionem dotis deteriorem reddat, & ſic nullum ſit? N. quia hoc poſterius pactum ad ſuam priſtinam naturam deducit. Ex *hoc* §. 1. ubi dicitur, non fieri deteriorem conditionem dotis, ſi per con-
6 ventionem ad naturam priſtinam redeat, inferunt rem facilè redire poſſe ad ſuam priſtinam naturam, & favorabilem eſſe illam interpretationem, per quam ad naturam primævam reditur. *Vaſqu. L. 2. ill. qu. cap.* 82. *num.* 4. *Craveta conſ.* 616. *n.* 15. *Hartm. Piſt. l.* 2. *q.* 36. *num.* 4. *& conſ.* 1. *pro Genero. numer.* 365. *Caſpar. Klock. vol.* 1. *conſ.* 50. *num.* 300. *& vol.* 2. *conſ.* 19. *nu.* 5. & facilè amplectenda eſt illa interpretatio, quæ nos
7 ad jus commune reducit. *Tiraq. ad l. ſi unquam. C. de revoc. donat. in verb. libertis. num.* 35. Nulla conventione fieri poteſt, ne dolus futurus præſtetur, quia præſtaret occaſionem peccandi. §. 3. *&* 4. *h. l. Covarr. L.* 2. *reſol.* c. 14. *num.* 3. *Tiraq. ad l. ſi unquam. in præf. n.* 140. *Guttierez. de juramento confirm. p.* 1. *c.* 10. *num.* 5. *Don. lib.* 16. *c.* 6. *hic. C.* Autor. *in C. h. t. ad L.* 9. *nu.* 6. *Hic paragraphus* primò de dolo futuro, poſtea *in verſ. quamvis* de dolo præterito loquitur, cujus ſenſus eſt, dolum futurum non poſſe remitti, benè tamen præteritum, ut ita *totus* §. non de dolo futuro intelligatur. *Finckel. lib. obſ.* 80. *num.* 21. Sic poſſum paciſci poſt furtum, nec cum fure agam furti. Ex *hoc* §. 4. probat *Menoch.* poſt ſpolium commiſſum, ſi ſpoliatus paciſcatur cum ſpoliatore, de non revocanda poſſeſſione, vel de non moleſtando ſpoliatore, repelli poſtea ab interdicto, unde vi. *Menoch. remed.* 1 *recup. poſſeſſ. num.*
8 281. *& ſeqq.* Imò ne Princeps quidem poteſt delictum futurum remittere, quia invitaret ad delinquendum. *Natta conſ.* 528. *num.* 15. Et ſi Dominus feudi promittat, ſe non ademturum feudum ob feloniam, (ſcilicet futuram) hoc de felonia in omittendo eſſet intelligendum. *Natta d. l. nu.* 16. Sic nec valet pactum do-
9 nationi additum, quod ne quidem ob ingratitudinem ea ſit revocanda, quia impunitatem dat futuro delicto, & ſic ad delinquendum invitat. *Tiraq. in præfatione Legis, ſi unquam num.* 140. *C. de Rev. donat. Boer. conſ.* 41. *num.* 11. *Guttierez. de juramento confirmatorio, lib.* 1. *cap.*
10 10. *num.* 5. *Carpz. p.* 2. *deciſ.* 123. *num.* 5. Sed quæritur, an juramento confirmari poſſit tale pactum de non revocando ob ingratitudinem, & an hoc juramentum obliget? Et reſp. communiter, quia ex parte jurantis obſervantia hujus juramenti nullam continet turpitudinem. ideo hoc ſervandum eſſe. *per c. quemadmodum verſ. quod ſi. expreſſe. X. de jurejurando. Guttierez. d. cap.* 10. *num.* 6. *Carpzov. d. l. num.* 14. Sed ſi donatio ipſa, non verò pactum illud fuit roboratum, & ita nihil de ominoſo caſu ingratitudinis dictum, hoc ad caſum ingratitudinis non eſſe extendendum, tradit *Carpz.* Quod in foro externo concedo, ſed in foro conſcientiæ nego, ſi jurans de hoc caſu cogitaverit. In dubio
11 tutiùs eſſe putarem, petere abſolutionem ad cautelam. Sed per conſequentiam dolus futurus videtur remitti poſſe, cùm multa principaliter fieri nequeant, quæ tamen per conſequentiam fieri poſſunt. *Craveta conſ.* 6. *num.* 112 Et præſertim dolus futurus in omittendo vel non faciendo conſiſtens, remitti poſſe videtur, per tradita *Jacobi Philippi Portii conſ.* 147. *num.* 25. *& ſeqq.* quia delicta in omittendo leviora. *Conſ. Cephalus L.* 2. *conſ.* 192. *num.* 51. *Decius conſ.* 187. *num.* 3. *& conſ.* 192. *nu.* 4. Dolum etiam præſumtum quoad futuram adminiſtrationem remitti poſſe, tradit. *Cov. l.* 2. *var. reſol. c.* 14. *num.* 4. §. *quantum dolus.*
Pacta non ſunt extendenda ad alias perſonas, res, vel ſpecies §. 4. *h. l. Natta conſ.* 93. *num.* 28. *Cephal. conſ.* 21.
12 *num.* 14. *& conſ.* 35. *num.* 29. Autor *in C. h. t. ad L.* 23. *num.* 3. *Et ad L.* 9. *nu.* 2. *C. de donat.* Et ideo ex inſtrumento guarentigionato contra tertium non agitur. *Carpz. l.* 4. *Reſp* 10. *& l.* 3. *deciſ.* 254. ubi pluribus hac de re. Sed Gloſſa elegans hujus loci excipit nonnullos
13 caſus, ut quando in ſpeciali caſu alteri per alterum actio quæritur, vel ſi principaliter interſit paciſcentis, per *L.* 17. §. 5. *ſupra h. t.* vel pro una perſona reputentur, vel una ſit acceſſoria reſpectu alterius. In §. 5.
14 quæritur, ſi cùm 10. deberem, pactus ſim, ne viginti petantur, vel ſi 20. debeam, & paciſcar, ne 10. petantur, an valida conventio? Videtur, quod non, quia acceptilatio, quæ non congruit debito, imperfecta eſt, imò nulla *l.* 14. *ff. de Acceptilat.* Sed affirm. quia pro parte ſatis congrua eſt pactio, & quod in *d. l.* 14. dicitur, imperfectam eſſe Acceptilationem, eò tantùm pertinet, quod debitor non liberatur ipſo jure. Aliàs Acceptio inutilis prodeſt ad Exceptionem pacti dandam. *l.* 8. *ff. de Accept. Bach. h.* In §. 6. agitur de Alternativa obligatione, v. gr. debeo Stichum aut 10. paciſcor tecum de non petendis 10. an Stichum poſſis
15 petere? Videtur quod ſic, quia tantùm pactum eſt, ne 10. petantur. Sed negatur, quia debitoris paciſcentis contra intentionem fieret deterior conditio. Nam in alternativa obligatione electio eſt debitoris. Gravius autem obligaretur, ſi præciſè Stichum teneretur præſtare. Cùm tamen hoc actum videatur, ut levius obligaretur. Sicut enim petitione unius vel ſolutione aut acceptilatione unius rei ex iis, quæ alternativè debentur, tota tollitur obligatio, ipſo jure: ita per pactum de uno non petendo tollitur obligatio, quoad exceptionem Sed additur in textu limitatio, niſi hoc actum, ut Stichus ſolus præſtaretur. Quod in dubio, ſpreta illa ſubtilitate, ſemper actum dicerem, ſi convenit, ne 10. petantur. Objicitur vulgò
16 huic textui. *L.* 13. §. 6. *ff. de Acceptil.* Sed Reſp. ibidem *in notatis ad d. l.* 13. *num.* 3. 4. *&* 5. Sed aliud ſtatuitur in obligatione generali, ſi hominem debeam & paciſcar, ne Stichum dare compellar, nam alium hominem petenti non obſtabit exceptio pacti vel ſolium §. 7. *h. l.* Et ſic differentia hic notanda inter obligationem alternativam & generalem, de qua agit ſic *Bachov.* Nec obſtat, *d. l.* 13. §. 4. *de Acceptil.* quia differentia eſt inter Acceptilationem & pactum. Qui autem paciſcitur de toto non petendo, ei etiam competit Exceptio, ſi pars petatur. Quod exemplis declaratur. *In* §. 9. agitur de Acceptilatione inutili, an ea ut pactum valeat? Quod affirmatur. *hic & l.* 8. *præſ. de*
17 *Acceptilat. Zaſ. num.* 19. *ad illum tit. nu.* 5. *Dn. Struv. ibid. theſ.* 19. Autor *in C. tit. de Acceptilat. ad L.* 1. *nu.* 3.
18 In §. *ult.* demum quæritur, an ſervus hæredi futuro ſtipulari poſſit? Et diſtinguitur, utrum hæredi futuro ſub nomine proprio ſtipuletur, an verò futuro hæredi in genere ſub nomine appellativo non proprio; aut in rem de debito non petendo. Primo caſu non valet pactum, ut *hic & l.* 16 *ff. de Stipul. ſerv.* Secundo caſu valet per *leg.* 28. §. *fin. ff. de Stip. ſerv.* Tertio caſu etiam valet, ut *hic.*

## ad L. Contra. 28.

### *SUMMARIA.*

*Pacta conventa contra jus & æquum, non habentur rata. n.* 1.
*Curator furioſi vel prodigi in damnum eorum paciſci nequit.* 2.
*Servus vel filiusfamil. an paciſcendo Domino vel patri præjudicare poſſint?* 3.
*An filius, qui habet liberrimam adminiſtrationem rerum paternarum, poſſit donare?* 4.
*An Dominus teneatur admittere pactum remiſſorium ſervi, ſi pro eo aliud acceperit?* 5.
*Confeſſionem adverſarii vel depoſitionem teſtis allegans & qualitatem approbare debet.* 6.

1 CONtra Juris Civilis regulas pacta conventa tacita non habentur. *Pacius cent. 2. quæſt. 4.* Autor *in C. h. t. ad L. 6. num. 1.* vel ſi contra ſubſtantiam contractus veniant, ejuſque alterationem Jus vetet. *Trentl. & Bach. vol. 1. diſp. 6. th. 10. lit. D. Barb. lib. 14. c. 1 ax. 2. Carpz. part. 3. conſt. 30. d. 2.* præſertim ſi ſint contra Jus & æquum. *vid. Dn. Struvius ad h. t. thef. 25.* Et actus, qui reſiſtente Jure civili fit, nec naturalem, nec civilem obligationem producit, ut ait *Jaſon. ad l. ſi non ſortem. 26. pr. num. 3. ff. de condict. ind.* Nam id fit contra jus, quod Lex vetat. *Buſius hic.* 2 Curator furioſi vel prodigi pro furioſo & prodigo paciſci poteſt, non contra eos, nec in eorum dam-3 num §. 1. *h. l.* In §. 2. agitur de ſervo ac filio familias, an paciſcendo Domino vel patri præjudicare poſſint? Autor *in C. h. t. ad L. 3. nu. 1.* Et diſtinguitur, an ipſi perſonaliter paciſcantur, ſe non petituros, & inutile eſt pactum; quia petitio propriè ad Dominum & parentem ſpectat. Aut paciſcuntur in rem de debito nunquam petendo, & tunc non valet, niſi concurrentibus his tribus requiſitis (1) ut habeat ſervus vel filius liberam peculii adminiſtrationem (2) debitum illud ad peculium pertineat, & (3) pro hoc damno aliquid æquivalens commodum acceperint. Ex quo §. 4 tantùm id noto, ſi ſervus vel filius circa rem patris paciſcatur, ſi donando hoc faciat, non præjudicat Domino vel parenti, additur hîc ratio, quia licèt liberrimam habeat facultatem adminiſtrandi peculium, ſemper donandi tamen facultas excepta quia donare non eſt adminiſtrare, ſed dilapidare *Bald. ad l. pactum Curatoris. num. 1. C. h. t. Alex. conſ. 22. num. 7. lib. 1.* ubi dicit, non poſſe jus liquidum remitti à filio. quia non 5 donare. Sed ſi non animo donandi pactus, ſed pro eo aliud, quod ſimile eſt, conſecutus eſt, non poteſt Dominus non acceptare pactum remiſſorium; quia nemo poteſt pro parte contractum approbare, ſed tenetur eum approbare cum omnibus punctis & clauſulis, ut *ex hoc §.* communiter inferunt. *Rol. à Valle conſ. 97. in fine vol. 1. Natta conſ. 534. num. 2. & ſeqq.* ubi tradit, Clericos non poſſe pro ſe allegare ſtatuta laicorum, niſi cum omnibus qualitatibus, & ſic etiam contra ſe allegari patiantur. *Zaſius ad h. num. 9.* In-6 fero etiam ex hoc, ſi quia confeſſionem Adverſarii allegat, vel depoſitionem teſtis: quod non poſſit qualitatem ſeparare; ſed dictum cum ſua qualitate approbare teneatur, qua in parte ab ineptis patronis ſæpe peccatur.

## ad L. Sin autem. 29.

### SUMMARIUM.

*An pactum ſervi juſſu domini pecuniam ejus credentis, in continenti contractui adjectum præjudicet Domino?*

AGitur hîc de ſervo, qui juſſu Domini pecuniam ejus credidit vel qui fœnerandis dominicis pecuniis eſt præpoſitus, quæritur, ſi hic in ipſo contractu apponat pactum in continenti, an hoc præjudicet Domino? v. gr. de uſuris minoribus (nam pactum de non petendo ne quidem in continenti facere poſſet, quia pugnat cum ſubſtantia contractus. Nam contraria ſunt credere & donare) & affirmatur quæſtio, quia tale pactum eſt pars contractus, ergo ſervandum eſt; non poteſt enim contractus pro parte approbare, pro parte reprobari. Sed ex intervallo non poteſt præjudicare domino, cui ex contractu jam antea jus eſt quæſitum.

## ad L. In Perſona. 30.

### SUMMARIA.

*An filius remittendo injuriam ſibi illatam, præjudicet patri? nu. 1.*

*Quid ſi Pater remittat, an præjudicet filio? 2.*

*Novationem inutilem vim habere pacti taciti de non petendo exemplo claret. 3.*

*An, ſi ſtipulans ab alio ſub conditione, quod Titius debet, ea deficiente contra Titium agat, ipſi obſtet Exceptio? 4.*

1 QUando filiusfam. injuriâ afficitur, habet pater actionem injuriarum & filiusfam. ſed quid ſi filius remittat actionem, an hoc patri præjudicat? Negatur, quia pater ſuo nomine habet actionem injuria-2 rum. *V. d. P. Barb. ad L. Lucius Titius. 30. num. 4. ff. ſol. matr.* Sed ſi pater remittat, id præjudicat filio, niſi pater perſona ſit vilis & abjecta. *L. 17. §. 13. ff. de injur. Boer. dec. 120. numer. 6.* Autor *in C. t. de Injur. ad L. 2. n. 2. 3. & 4.* Pater tamen invito filio de inofficioſo Teſtamento non agit. *L. 8. pr. ff. de inoff. Teſt.* quia injuria ſoli filio illata. *Boer. d. l. Menoch. conſ. 470. num. 10. Vid. not. ad L. Lucius. 38. ff. ſoluto matr. num.* 3 *2.* Novatio inutilis vim habet pacti taciti de non petendo, per § 1. *hujus legis 30.* nam creditor Titii dum, quod ſibi debebat, à ſervo ſtipulatur, tacitè Titium liberaſſe & ſervum agnoviſſe videtur, non quatenus ſervum, ſed quatenus contra dominum actionem de peculio habere poteſt, v. gr. ex credito, non verò ex fidejuſſione, ex quo contra Dominum de peculio actione agi non poteſt: cùm enim de peculio contra dominum creditor Titii agere poſſit, meritò ei contra Titium agenti obſtabit Exceptio. Quomodo legem hanc defendat contra *Ant. Fabrum Bach.* Videatur 4 *ad tit. de pactis. ſub Rubrica de pactis perſonarum quæ ſunt juris alieni. num. 4.* In §. 2. quæritur, ſi ſub conditione à re ſtipulatus fuerim, quod Titius jure debet, conditio autem deficiat, an mihi contra Titium agente obſtet Exceptio pacti vel doli? quod negatur, quia deficiente conditione deficit etiam pactum de dimittendo Titio.

## ad L. Paciſci. 31.

### SUMMARIUM.

*An pactum ne venditor de vitio equi poſt contractum apparente conveniatur, obſtet Emtori, & quæ ratio?*

VEndidiſti mihi equum & convenit inter nos, te de vitio equi conveniri non debere, quæritur, ſi equi vitium deprehendatur, an valeat pactum? Videtur quod non, quia eſt contra Edictum Ædilitium. Sed affirm. quia Edictum Ædilitium non publicum favorem, ſed privatorum reſpicit, cui favori privato partes contrahentes renunciare poſſunt. Imò pactum hoc potius eſt contra verba Edicti, quàm contra ſententiam. Nam actiones, quas dant emtori Ædiles, repudiare non vetant. Et impropriè dicitur eſſe contra Edictum, quod contra beneficium eſt ex Edicto competens. *Pac. Cent. 2. q. 4. Hilliger. in Donellum l. 15. c. 1. lit. B. Cepolla ad tit. de Æd. Edicto num. 7.*

## ad L. Quod dictum. 32.

### SUMMARIA.

*Pactum principalis debitoris cur fidejuſſori proſit? n. 1.*

*An debitor in præjudicium fidejuſſoris contra pactum primum de non petendo iterum paciſci poſſit? 2.*

*Pactum de non petendo an proſit illi, qui animo donandi, non rogatu principalis fidejuſſit? 3.*

*Ex ratione decidendi lex limitari & declarari poteſt. numer. 4.*

1 DIctum eſt in *l. 21. §. fin. h. t. num. 6.* quod Exceptio pacti initi à principali debitore extendatur ad fidejuſſorem, additur hîc ratio, nam niſi hoc fieret, inutile eſſet pactum debitori, nam ſi fidejuſſor conveniretur à creditore, haberet ille regreſſum contra debitorem, quem convenire poſſet actione mandati,



Digitized by Google

a Autor *ad L. 11. num. 3. C. de Except.* Quod extendunt
Dd. ſi debitor poſt pactum primum de non petendo
initum, contrarium poſtea paſciſcatur, fidejuſſori ta-
men per id non præjudicetur, cui per pactum primum
3 jus quæſitum eſt. *Hering. de fidejuſſ. c. 27. p. 4. num. 33.*
ex qua ratione ſequitur declaratio, quæri enim poſſit, ſi
quis pro me fidejubeat donandi animo, id eſt, non
rogatu meo, neque animo repetendi, ſi conveniretur,
an pactum de non petendo proſit fidejuſſori? Quod
negatur, quia talis fidejuſſor non habet contra me
actionem mandati, ergo deficit ratio, cur pactum de-
4 bitoris ad fidejuſſorem extendatur. Notetur hîc obiter,
quomodo ex ratione decidendi Lex limitari & declara-
ri poſſit.

## ad L. Avus. 33.

### *S U M M A R I A.*

*Pactum Avi ne à ſe nec à filio dos pronepti promiſſa peta-
tur, an impediat petitionem dotis à cohærede filii?
num. 1.*
*An quis ſibi ſtipulando, omnibus hæredibus acquirat obli-
gationem? 2.*

1 PRomiſit Avus pronepti dotem, poſtea pactus eſt,
ne à ſe nec à filio dos petatur, quæritur an à co-
hærede filii poſſit dos peti? quod affirmatur ſcilicet
pro rata ejus; nam Avus ſoli filio paciſci & providere
voluit. Poteſt ergo aliquis uni hæredum ſuorum pa-
2 ciſci vel ſtipulari, ſi ſibi ſtipulatus non eſt; ſed ſi priùs
ſtipulatus eſt ſibi, diſtingui aliàs ſolet inter obligatio-
nem dandi & faciendi; ut illic omnibus, hîc uni tan-
tùm Jus acquiratur. *L. continuus. 137. §. ult. ff. de V.O.*
quia factum uni præſtitum non omnibus præſtatur, ſic
liber ſcriptus uni prodeſt, alteri non. *Zaſius hic n. 10.
Donell. lib. 12. cap. 17. lit. H. & ibi Hilliger & Donell.
in L. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri. 12. num. 42. de V.O.
Pac. cent. 2. q. 5. Broncborſt. cent. 1. aſſert. 37. Zaſius in
d. l. 37. §. fin.* Autor *ad L. 12. num. 2. 3. C. de Contrah.
ſtip.*

## ad L. Jus agnationis. 34.

### *S U M M A R I A.*

*An de jure agnationis vel filiationis paciſci quis poſſit?
num. 1.*
*An privati ab onere tutela paciſcendo ſe liberare vale-
ant? 2.*

1 QVæritur hîc, an de jure agnationis vel filiatio-
nis paciſci quis poſſit, v. gr. ut non ſit Agna-
tus vel filius, qui tamen Agnatus vel filius verè eſt?
Et videtur quod ſic, quod jus Agnationis per ſenten-
tiam amitti poteſt. *l. 3. pr. de Agnoſc. liberis*, & per ju-
ramenti dilationem. *l. 3. §. a. de jurej.* Sed negatur quæ-
ſtio, quia jus Agnationis à lege defertur & certis legi-
timis mediis tollitur, inter quæ pactum non reperitur.
2 Nec ferendum eſt, ut homines privati ab onere tutelæ
paciſcendo ſe liberent. Sicut etiam pater paciſcendo non
poſſit, ut qui filius eſt, non ſit filius, licèt emancipa-
re poſſit.

## ad L. Tres Fratres. 35.

### *S U M M A R I A.*

*An Creditor poſt liberationem generalem, pecuniam à
debitore doloſè ſubtractam adhuc petere valeat? nu. 1.
An quietatio extendatur ad ſpecies poſtea demum reper-
tas? 2.
Limitatio adjicitur. 4.
Dolus præteritus remittitur, ſi hoc expreſſim fiat. 5.*

a QVando poſt liberationem & abſolutionem gene-
ralem factam, ut etiam ad non ita cognita ex-
tendatur, ex poſt facto apparet, alterum ex contrahen-
tibus dolo ſubtraxiſſe pecuniam, de qua tempore quie-
tationis nulla habita fuit notitia, tunc non obſtante illa
generali abſolutione & liberatione, etiam facta per ver-
ba multùm prægnantia, pecuniæ ſubtractæ peti poſ-
ſunt, oppoſita exceptioni pacti replica doli. *Ang.
a Berous lib. 1. conſ. 201. num. 12.* Collige, quietationem
ad ſpecies de novo repertas, & alterius dolo occultatas,
non extendi, ſed obſtat replicatio doli. *Covarr. l. 2.
reſol. cap. 14. num. 4. Riccius coll. deciſ. 257. Carpzov.
part. 2. conſt. 11. d. 8. Berlich. part. 2. deciſ. 263. nu 34.*
Autor *ad L. 3 num. 5. C. de Except.* nec repugnant aliæ
Leges *L. fratre. L. cauſas. l. ſub prætextu. C. de tran-
ſact. & L. poſt diviſionem. C. de pactis.* Nam ibi nihil
habetur de dolo & ſubtractione, ut hîc. *Marens Man-
tua ſing. 642.* Hinc *Anno 1659. Menſe Majo* in Fa-
cultate noſtra irrita pronunciata eſt quietantia, quæ ex
3 falſa alterius aſſertione data. Collige, liberationem
tutoris rationibus ritè redditis, retractari non poſſe,
niſi aut dolus Tutoris aut error calculi arguatur. *Carp-
zov. part. 2. conſt. 11. def. 8. Dn. Mevius p. 3. deciſ. 113.*
& quietatio, quantumvis generalis, non trahitur ad
adminiſtrationem doloſam, niſi de hoc expreſsè facta
mentio. *Damboud in patroc. pup. tit. de Tutorum & cu-
4 ras. liberatione cap. 2. num. 4. & 12.* Sed limitatur hæc
deciſio, niſi tempore liberationis & tranſactionis de il-
lis rebus cogitatum. A contrario ſenſu hujus legis col-
ligit *Cravetta conſ. 294.* Autor *ad L. 3. num. 6. C. de Ex-
cept.* quod verba univerſalia trahantur ad incognita;
ſed id non eſt facilè concedendum, niſi de animo
caſus quoſcunque includendi conſtet, & de nonnullis
pecuniis fuerit actum. Conferri poteſt *Pariſius L. 1.
5 conſ. 75. nu. 1.* Colligitur porro ex *h. L.* dolum præteri-
tum in adminiſtratione commiſſum remitti poſſe,
nunquam tamen videri remiſſum, niſi expreſſim &
ſatis urgentibus clauſulis remittatur, aut ex certa re-
mittentis ſententia, eum remiſſum, conſtet. *Covarr.
d. l.* Autor *in C. t. de Tranſact. ad L. 4. num. 2.*

## ad L. Si cùm fundum. 36.

### *S U M M A R I A.*

*Si poſſidens fundum meum juxta pactum Titio eum tradi-
derit, an detur rei vindicatio? numer. 1. & 3.
Quid ſi nondum tradiderit, an detur exceptio pacti? 2.*

1 SPecies facti eſt; fundum meum poſſides, conve-
nit inter nos, ut fundum illum Titio tradas,
tuque illum tradideris, quæritur, an quaſi pœniten-
tiâ ductus poſſim fundum vindicare? i. e. quod nega-
2 tur, quia obſtat pactum. Sed quid ſi, qui ſecundus
caſus eſt, non tradideris? *Reſp.* non datur tibi excep-
tio pacti, niſi tuâ ipſius cauſâ ita inter nos convenerit
& per te non ſteterit, quod non tradideris: nam ei cu-
jus intereſt, datur Exceptio pacti, ſi tua non inter-
eſt, non datur hæc Exceptio. Sed quæritur hîc, cur
non detur pœnitentia, cùm tamen in mandato re inte-
gra, item in contractu innominatus admittatur pœni-
tentia. R. *Fortun. Garcias ad L. 7. h. t. nu. 106.* quia
non eſt contractus innominatus, ſed reciprocus &
ſimplex. *Zaſius hic num. 14.* Etſi aliter *Covarr. L. 1. re-
ſolution. c. 14. n. 8.* qui rationem conſtituit in eo, quod
gratiâ poſſeſſoris illa conventio facta. *Conf. Ruinus
conſ. 66. Lib. 1.*

## ad L. Imperatores. 37.

### *S U M M A R I A.*

*An adminiſtratores poſſint aliquem liberare per pactum?
num. 1.
Debitum uſurarium poſſunt remittere. 2.
An hodie legis h. uſus? 3.
An Camerarius remittere poſſit, quod Senatus emit con-
tra Legem Anaſtaſianam? 4.*

1 ADminiſtratores civitatum non poſſunt debitorem
civitatis liberare per pactum, ſed talia decreta



Digitized by Google

ſunt ambitioſa *L. 4. ff. de Decret. conſ. L. 12. C. de Tranſact. ibique* Autor *num. 1. & 3.* ſed hoc limitant in debito uſuratio, quod quidem licitum jure civili, ſed non in animæ judicio; præſertim ſi contineat uſurariam pravitatem, & ideo licere tale jus remittere ad exonerationem animæ, tradunt *Tiraq. in L. ſi unquam verſ. donatione largitus num.* 202. *& Hier. Cavall. plures citans q.* 844. *Hanc legem* non obſervari, tradit hîc *Grœnwegen*, ſed rationem non video, niſi hanc, quod hodie dominetur avaritia, & refrixerit charitas, & ſic nullæ ferè leges obſervantur. Hinc dicerem, ſi Senatus contra Legem Anaſtaſianam nomina emerit, dato parvo pretio, debere Conſulem vel Camerarium remittere, quod ultra pretium petere intenderat. Nam Camerarius non ita tenetur Curiæ providere, ut conſcientiam vulneret, ut curiam locupletet, & ſe in Gehennam præcipitet. Omnes ſumus obligati Eccleſiis, Academiis, Rebuspublicis, Curiis proſpicere, & earum commoda providere; Sed uſque ad Aram, ne cum alicujus injuria hoc fiat, quod Adminiſtratoribus ſæpe inculcandum eſt.

## ad L. Jus Publicum. 38.

### SUMMARIA.

*Jus publicum pactis privatorum mutari non poſſe, exemplis declaratur. n. 1. & 2.*
*An valeat pactum, ne currat præſcriptio? 3.*
*An valeat pactum contra ſolennitates juris? 4.*
*Plura exempla adhuc referuntur. 5. & 6.*
*Limitatur Reg. ſi Princeps ſimul ad utilitatem privatam reſpexerit. 7.*
*An tranſactio privatorum contra Regalia Principis facta, huic præjudicet? ſpecies facti hinc inde ventilata, declaratur. 8. 9.*

1 PRivatorum pactis jus publicum mutari non poteſt;
hinc non poteſt renunciari privilegio ob publicam utilitatem introducto *L. 7. §. 14. h. t. Barb. lib. 14. cap. 1. ax. 12.* Autor *in C. h. t. ad L. 29. num.* 4. ne qui-
2 dem jurato. *Dd. in c. cum contingat. X. de Jurej.* Exemplum *in l. inter debitorem. 42. h. t.* ubi dicitur, non valere pactum inter debitorem & creditorem, ut ille pignorati fundi tributa ſolvat, ſc. in præjudicium fiſci, Autor *in C. t. ſine cenſu vel reliq. fund ad L. 2. n. 2.* bene tamen in præjudicium paciſcentis. *Pacius cent. 2. quæſt.* 8. Aliud Exemplum *in tit. Cod. ſine cenſu & reli-
3 quis &c.* Si pactum, ut non currat præſcriptio, non valere putant, cùm præſcriptio ob favorem publicum introducta. *Vaſq. d. tr. §. 10. num.* 8. Sed id dubium, cùm ob ſecuritatem privatorum principaliter introducta. Sic non poteſt contra fieri, ſi jus certam ſolenni-
4 tatem ſubſtantialem præſcribat. *Vaſq. de ſucc. cred. L. 1. §. 3. num.* 7. Sic nec valet juramenti calumniæ remiſſio
5 mutua, ſi Judex velit exigere. *Dn. Mevius part. 4. dec.* 57. nec juramentum appellationis appellanti ſtatim à judice remittendum, licet ſit à parte remiſſum, quia
6 potiſſimum judicio & judicii gratiâ præſtatur. *Dn. Mevius part. 4. decis.* 275. Sic qui paciſcitur, ne alium, quàm Titium hæredem in teſtamento inſtituat, ne filia ſibi ab inteſtato ſuccedat, vel vivo teſtatore, ne hæres falcidia utatur, ne in funus uxoris quidquam conferat, & tamen dotis partem lucretur, & ſimil.
7 *Cujac. ad h. t. tom.* 2. Sed diſtinguendum ad legem, ut tunc habeat locum, quando quid ad utilitatem publicam principaliter, vel tantùm, eſt conſtitutum, non verò quando ad utilitatem etiam privatam reſpexit Princeps. *Bolognettus in l. nemo poteſt. num. 266. & ſeqq. de legatis Cagnol. in l. nec ex prætorio. num. 4. d. Reg. jur.* Circa hanc legem hæc etiam ſpecies facti tra-
8 ctanda, Civitas N. habeat Jus ſtapulæ, & quæ in ſuperiori fluminis parte non poterat viâ fluminis uti, ſed cùm tempore belli viæ intutæ eſſent, tranſactum eſt cum alia Civitate M, ut Civitas N. non uteretur jure prohibendi, ſed pateretur merces flumine ſecundo deferri, & pro illa patientia promitti certam pecuniæ partem, & ea tranſactio ad tempus facta atque à Superiore confirmata. Tempore lapſo & Superiore defuncto, tranſactio renovata & aucta illa penſio, ſed non denuò impetratus conſenſus Superioris, quæritur an rectè? Reſp. quod non (1.) quia jura fluminum pertinent ad Regalia, & ſunt publici Juris. (2.) Novum hoc quaſi fuit vectigal, contra Receſſum *Imperii de Anno* 1576. §. **weitere.** 18. (3.) contra eos, qui telonia de loco in locum transferunt, dantur mandata ſine clauſula. *Petr. Fridericus l. 2. de Mandat. cap. 42. num.* 4. obſtare demum videbatur §. 9. *Pacificat. Oſnabrug.*
9 E contrario Civitas pro ſe allegabat (1.) Conſenſum Superioris defuncti. (2.) adhuc militare eaſdem cauſas. (3.) ſe ſuper Jure privato tranſegiſſe, ſc. Jure prohibendi tranſitum per flumen, & compenſatione lucri, quod civitas habitura fuiſſet ex terreſtri tranſvectione mercium, jus ſtapulæ remitti poſſe, fuiſſe tantum prioris tranſactionis continuationem, & auctionem pecuniæ præſtandæ impedire præſcriptionem. *Maſcard. concluſ. 1136. num. 1. Menoch. rem. 3. ret. poſſ. n. 572. &c.* Re hac ita utrinque ventilata, judicium Lectori relinquo, nam res dubia videtur.

## ad L. Veteribus. 39.

### SUMMARIA.

*Pacta obſcura ſunt contra Autores contractus interpretanda. num. 1.*
*Quando Privilegium contra Principem interpretandum? 2.*
*Quando inſtrumentum contra fiſcum interpretandum? 3.*
*Quid juris, ſi quis fateatur, ſe centum thaleros meos habere? 4.*
*An Senatus, qui vendit domum,* **ohne alle Beſchwernüß**, *remiſerit onera publica? 5.*
*Quibus caſibus pacta obſcura pro actore explicanda? 6. 7. 8. & ſeqq.*
*An h. Lex abrogata ſit? 15.*

1 PActa obſcura ex circumſtantiis quidem explicanda
*L. 34. de R. J.* aut ex negotii natura. *L. 67. de R. J.* ſed ſi verum ſenſum ita elicere non poſſimus, pacta interpretanda contra venditorem & locatorem, eoſque, qui Autores primi contractus ſunt, & circa rem ſuam potuerunt clariùs ponere legem, *hic & l. 21. de contr. emt. l. 172. de R. J. Menoch. conſ. 416. num.* 19. Exemplum de ſtillicidio habet *Pacius cent. 2. quæſt. 8. & L. 33. ff. de contrah. Emt. vid. ibi Gothofredus & Bachov. diſp. 6. th. ult. Tiraq. in L. ſi unquam. num. 54. C. de Revoc. donat. & de Retract. conſang. §. 1. gl. 9. num.*
2 210. Si privilegium à Principe per modum contractus inferiori conceſſum, contra Principem eſt in-
3 terpretandum. *Borchelt. part. 2. conſ. 16. p.* 104. Et ſic inſtrumentum contra fiſcum interpretandum, quando præſumtio eſt, quod à fiſco inſtrumentum conditum; non enim tantùm, ſi verba ab aliquo prolata conſtent, ſed ſi prolata præſumantur, contra eum interpretatio facienda. *Craver. vol. 6. conſ. 983. n.* 63. Sic ex hac L.
4 colligit *Cujac. ad L. Publica. §. ult. ff. depoſiti.* ſi quis fateatur, penes ſe habere meam pecuniam ſc. plus minùs 100. Thal. interpretationem contra eum faciendam eſſe, qui potuit loqui clariùs. Ponamus alium caſum, ſi Senatus ita vendat domum his verbis; **quitt und frey ohn alle Beſchwerde:** quærebatur, an etiam immunitas ab oneribus publicis promiſſa? Ita videbatur
5 dicendum ex hac lege, quia Senatus ut venditor clariùs ſuam mentem exprimere, poterat, de quibus oneribus loquatur. Licèt hanc Legem, hunc caſum proponens *Dn. Mevius part. 3. decis.* 180. pro errore allegat, ſed hoc caſu exemtio ab oneribus publicis non potuit concedi, & in dubio immunitas non videtur conceſſa à publicis, præſertim futuris, ideoque contra emtorem;

Digitized by Google

torem poſſit fieri interpretatio, quia emtori obſtat
præſumtio Juris, quod ſine oneribus publicis fundus
6 vendi non poſſit. Veriſimilitudo tamen priùs attenden-
da, quàm hæc Lex; & ita propter veriſimilitudinem
etiam pro loquente verba intelligenda. *Peckius ad cap.*
*25. de R. J. lib. 6.* Limitatur autem Regula *hujus Le-*
7 *gis.* (1.) Niſi interpretatio aliunde ex circumſtantiis
aut natura negotii ſumi poſſit. *L. in obſcuris. 114. ff. de*
8 *R. J.* (2.) In judiciis puto verba à proponente eſſe expli-
9 canda. *L. ambiguus. 96. de R. J.* (3.) Pro actore fa-
cienda interpretatio. *L. ſi quis intentione. 66. de judi-*
10 *ciis.* (4.) Privilegiorum interpretatio eſt Principis. *L.*
*Neratius. 191. de R. J.* niſi per modum contractus data,
11 nam tunc contra Principem facienda. *Borcholt. part. 2.*
*conſ. 16. pag. 104.* (5.) Niſi adjectum aliquid in favo-
rem emtoris, tunc enim Venditoris eſt explicatio,
12 præſertim in acceſſoriis. *L. 34. pr. de contrah. emt.* (6.)
Excipiuntur ſtipulationes prætoriæ, quarum interpres
13 non eſt litigans, ſed prætor. *L. 9. de prætor. ſtipul.* (7.)
Si ſtipulator nititur verbis indefinitis, ejus in favorem
14 interpretatio facienda. *L. 23. de ſerv. urb. præd.* (8.)
Si aliàs exitum res non reperiret, pro ſtipulatore fa-
cienda interpretatio. *L. eum qui calendis. 41. de V. O.*
Sic licèt Eccleſia communibus paſcuis cum civibus uti
poſſit, per tradita *Camilli Borelli part. 1. deciſ. tit. 7.*
*numer. 11.* non eſt tamen dubitandum, eam etiam ad
15 onera præſtanda teneri. *Hanc legem* abrogandam eſſe,
putat *Grænwegen ad h. l.* quia in utriuſque partis po-
teſtate poſitum fuit, legem apertiùs dicere. Sed inco-
gitantiùs hoc dictum putaverim; nam hîc quæſtio
eſt; quando aliunde interpretatio ſumi non poteſt, &
vel contra venditorem, vel contra emtorem ſit inter-
pretatio facienda, quid horum faciendum: certè con-
tra utrumque interpretatio fieri nequit.

## ad L. Tale Pactum. 40.

### *SUMMARIA.*

*Quibus caſibus confeſſio ſine cauſa valeat? num. 1. & ſeqq.*

*An, qui poſt appellationem tranſegit certa pecunia pro-miſſa, ea non ſoluta poſſit ex re judicata conveniri? 6.*

*An ſuperior injuriam conditione ea remiſſam, ne nova committatur, ſecuta alia, vindicare poſſit? 7.*

*Condemnatus, qui petit terminum ſolvendi, ſententiam approbare videtur. 8.*

*An, ſi unus hæres uſuras ſolvit, à cohærede debitum petere valeam? 9.*

*An diviſio æris alieni ab hæredibus facta præjudicet creditoribus? 10.*

*An Pater paciſcendo cum genero, præjudicare videatur Filio ſuo poſtea ſuſcepto? 11. & 15.*

*Omiſſa in diſpoſitionibus habentur pro expreſſis, ſi diſponens veriſimiliter de iis cogitavit. 12. & 14.*

*An Vidua cum mariti hæredibus paciſcens, filium poſtea enixa, teneatur ſtare pacto in præjudicium filii minoris? 16.*

1 Licèt confeſſio ſine cauſa non valeat *l. cum de inde-*
*bito 25. §. fin. ff. de Probat. c. ſi cautio 14. X. de fid.*
*inſtrum.* Limitatur tamen *h. L.* quando profiteor, te
non teneri, quia eſt pactum liberatorium *Maſcard. de*
*Probat. concl. 345. num. 40. plures citans.* Et ipſum pa-
ctum hîc cauſa eſt *Hill. lib. 14. cap. 37. lit. C.* & eſt rea-
le, licèt hæredum nulla mentio, quia pacta in dubio
in rem ſunt. *L. 7. h. t. Carpzov. p. 2. conſt. 41. def. 14.*
2 *in fin.* Alia limitatio eſt in confeſſione judiciali: quæ
etiam ſine cauſa valet. *Maſcard. d. concl. 345. num. 16.*
*Hartman. Piſtor. obſerv. 39. num. 7. Carpz. dec. 125.*
*num. 22.* ſi non incidenter facta iſta confeſſio. *Maſ-*
3 *card. d. l. num. 21. Berlich. deciſ. 96. num. 5.* Alia etiam
in confeſſione jurata *Maſcard. d. l. num. 36.* Alia in
confeſſione reali, ſi quis confiteatur, rem eſſe meam.
*Maſcard. d. l. num. 48.* Alia ſi donationis propoſitum
appareat &c. Excipiunt etiam nonnulli geminatam con-
4 feſſionem. *Berlich. d. l. n. 4.* item ſi referat, ſe con-
feſſio ad aliud inſtrumentum, quod cauſam continet.
5 *Berlich. d. l. numer. 11.* item in articulo mortis ad piam
cauſam &c.
6 In §. 1. hæc facti ſpecies: Condemnatus ſum à ju-
dice, ut fundum actori reſtituam, ſed appello à ſen-
tentia iſta, pendente appellatione tranſigo, & pro-
mitto certam pecuniam, hoc pacto, ut ſi non ſol-
vam, ſententiæ debeam parere; Non ſto promiſſis,
quæritur, an ex re judicata poſſim conveniri? Vide-
tur quod non, quia appellavi, & fortè ſententia eſt in-
juſta. Sed affirm. quia ex illo pacto quaſi ex confeſſio-
7 ne convenior *Vid. Hier. Verius in rep. Rubrica de Verb.*
*oblig. num. 184. & Zaſius qui numer. 11.* hanc format
quæſtionem; ſi quis ſuperior remittat rebellionem, in-
juriam, furtum, hac conditione, ut ſi in poſterum
novam injuriam inferat, quod tunc veteres cum no-
vis ſint vindicandæ, an ſemel remiſſæ injuriæ denuo
vindicandæ? Reſp. quod non, quia pactum ipſo ju-
re tollit priorem injuriam. Sed poteſt affirmari quæ-
ſtio; nam Divina Majeſtas ob novas injurias priorem
remiſſionem revocat; ſed homo non poteſt, niſi ubi
8 reſervaverit. Colligitur *ex hoc §.* quod condemnatus
petens terminum ſolvendi, ſententiam approbare &
appellationi renunciare videatur. *L. ad ſolutionem. C.*
*de re judic. Gail. l. 2. de pace public. c. 4. num. 23. Myns.*
*cent. 3. obſ. 22. num. 6. Dn. Manzius in cent. deciſ. q. 79.*
*num. 21.* Ex *hoc §. 1.* colligit *Gail. lib. 1. obſ. 135. nu. 9.*
partes poſſe renunciare nullitatibus, ne illæ opponan-
9 tur, ſed id non firmiter ex hoc loco concluditur,
quia de ſententiæ nullitate hîc non agitur. In §. 2. hæc
ſpecies: Sunt duo hæredes, qui inter ſe dividunt bo-
na, ac nomina paſſiva, primus mihi ſolvit uſuras per
aliquot annos, poſtea cum videretur mihi ejus fides
nutare, convenio ambos, ſecundus mihi opponit pa-
ctum cum ſuo cohærede factum, & præſertim, quod
hoc approbaverim accipiendo ab illo uſuras. Sed nega-
tur illius intentio, quia non ſponte, ſed oblatas uſu-
ras accepi, ideoque non approbavi illam diviſionem.
10 Nam cogi poteram ad acceptandas uſuras etiam à ter-
tio. Collige, diviſionem æris alieni factam inter cohæ-
redes, non præjudicare creditoribus, quia pactum ad
alios, quàm cum quibus eſt initum, non porrigitur.
*L. 27. §. 4. h. t. Dn. Tabor. in Barb. 14. c. 1. axiom. 9.*
Autor *in C. h. t. ad L. 25. num. 3.* niſi ſpontanea con-
ventione ipſi dividant, non ſi ab uno oblatas pecu-
nias acceperint. *conf. l. 2. C. h. t. ibique* Autor *& præ-*
*ſertim Zaſius hic.*
11 *Ad §. fin.* Pater cum genero paciſcitur, ſi filia ſine
prole moreretur, dimidia dos marito remaneret, alte-
ra dimidia fratri ſuo reſtitueretur. Sed poſtea pater fi-
lium ex uxore ſuſcipit, filia moritur ſine prole, mari-
tus vult dotem retinere totam, quia factum illud erat
pactum in favorem fratris, ſed hîc non ſucceſſit, ergo
pactum ad perſonam filii non eſt extendendum *d. L. 17.*
*§. 4. h. t.* Sed pro filio reſpondetur, quia ſi pater ſciviſ-
ſet, ſe ſublaturum liberos, in fratrem pactum non
direxiſſet. Pater voluit hæredi conſulere, & ſic filio
12 etiam. Collige, quod ea, quæ in diſpoſitionibus, de-
ciſionibus & ſtatutis ſunt omiſſa, habenda ſint pro ex-
preſſis, quando veriſimile eſt, talia proviſa fuiſſe, ſi
ſtatuens de iis cogitaſſet. *Zaſius ad h. l. Dn. Richter.*
*vol. 2. p. 4. conſ. 35. nu. 13. vid. l. Titius. 5. §. Lucius. 1.*
13 *ff. de libertis & poſthumis.* Nec obſtat *L. ſi quis ita. 16. §.*
*3. ff. de Teſt. Tutel.* quam objicit *Vinc. de Franch. dec. 91.*
*nu. 24.* nam ibi non agitur de favore filii, quem pro
mortuo habuit pater. Adhuc enim ſub Judice lis eſt,
an expediat filio abſenti habere communem cum fra-
14 tribus Tutorem, & annon expediat habere proprium
Tutorem Dativum? Manet igitur concluſio, id eſſe
ſervandum, licèt in ſtatuto vel diſpoſitione non ex-
preſſè contineatur, ſi vero ſimile ſit, ſtatuentem hoc
daturum,

Digitized by Google

damnum, ſi interrogatus fuiſſet. *Conſ. Tiraq. ad L. ſi unquam. C. de Revoc. Donat. in profat. n. 56.* ubi ad Reſcripta id etiam extendit. *Natta ad l. hac conſult. §. ex imperf. C. de Teſt. num. 209. Fabius Accoromb. ad l. hæredes mei §. cum ita. ff. ad Trebell.* Et in contractibus hanc regulam locum habere, tradit *Natta conſ. 676. num. 14. vol. 4. conferri poteſt Socinus Junior conſ. 128. n. 87. vol. 1. Pariſ. conſ. 26. nu. 57. vol. 3.* In ultimis voluntatibus *hanc regulam* valere, plurimis autoritatibus probat *Menoch. conſ. 209. num. 21.* quæ verò *Monachius conſ. 233. n. 33.* contra diſputat, parum roboris habent, quippe major favor deſcendentium, quàm collateralium, ut notiſſimum eſt. Idem autem *Menoch,* regu-
15 lam hanc in fideicommiſſis valere, & pene in omni materia, ubi iis, quæ objiciebantur, reſpondet *Men. conſ. 173. nu. 66. & ſeqq.* Eamque regulam commendat *Rolandus à Valle vol. 4. conſ. 6. nu. 24.* ut evitentur abſurda, quæ incurremus, ſi verbis preſſe inhæreremus. Conferri poteſt etiam *Purpuratus conſ. 368. nu. 1.* Pro-
16 poſitus fuit Facultati caſus aliquis huc ſpectans, ubi vidua cum Mariti hæredibus ab inteſtato tranſegerat; ut datis 40. thaleris, totam hæreditatem retineret; ſed poſtea enixa eſt filium; quærebatur an illa Tranſactio valeat? Videtur quod ſic, quia licèt non ſubſit cauſa; tranſactio tamen valida, per *l. in ſumma. 65. §. 1. de condict. indeb.* Sed non poterat Mater præjudicare fœtui. Et in hanc ſententiam allegabatur hæc lex, quamvis tranſactio validior aliàs pacto; Colligit *hanc regulam ex hoc §. Zaſius,* quod diſpoſitio collata in aliquem reſpectu alicujus qualitatis, vindicet ſibi locum in ſucceſſu, ad quem tranſit illa qualitas.

## ad L. Intra illum diem. 41.

*SUMMARIA.*

*Pactum, ſi creditori certo tempore 10. ſolvantur, quod tunc reſiduum acceptum ferre velit, debitori det ſaltem exceptionem? n. 1.*

*Promiſſio liberationis in futurum infert liberationem in præſenti. 2.*

1 Debes mihi 20. ſed poſtea paciſcor, ſi mihi 10. ſolveris hac ſeptimana, quod tunc reſiduum acceptum ferre velim, quæritur, an actio competat? quod negatur ea illo vulgari, quod actio ex pacto nudo non detur. Autor *in C. h. t. ad L. 10. num. 3.* Sed datur ex-
2 ceptio. Unde colligit *Marian. Socin. in rep. l. 4. §. Cato. ff. de V. O. n. 69. vol. 6.* promiſſionem liberationis in futurum inferre liberationem in præſenti.

## ad L. Inter debitorem. 42.

*SUMMARIA.*

*An pactum valeat, quo debitor de fundo oppignorato tributa ſolvere debet? nu. 1.*

*Quid juris in venditore? 2.*

1 Non poteſt conveniri, ut debitor, qui prædium non poſſidet, ſed creditori dedit, tributa ſolvat, non creditor, qui poſſidet. Ratio adducta *in L. 38. h. t. & in tit. Cod. ſine cenſu & reliquis. vid. Tiraq. de Retr. conſang. §. 6. gl. 1. nu. 7. Pinell. ad l. 1. C. de bonis mat. p. 2. num. 72. ampliat. 13.* Sed certum eſt, ejuſmodi Pactum non valere in fraudem fiſci. D. Autor *in C. tit. Sine cenſu vel reliq. fund. compar ad L. 2. n. 2.* Verùm, quid inter paciſcentes? Valetne inter illos pactum hoc? Affirm. hoc ex *l. 52. §. 2. h. t.* ubi ſermo eſt de debitore, qui fundum pignori dat creditori, & promiſit, ſe velle
2 onera publica & tributa exolvere. Sed quid in venditore dicendum? *Rauchb. p. 1. q. 18. num. 7. & 8. in & Frantzkius ad tit. ff. de Act. Emt nu. 155.* putant, hic aliud dicendum, quia *d. l. 52. §. 2.* de creditore tantùm loquitur. Sed quia contraria ſententia *Baldo, Salyceto, Caſtrenſi hic* placet, & nullam video rationem urgentem, cur eadem non ſit dicendum, & tantum præjudicium fiſci hîc conſiderandum venit, per verba textus *quantùm ad fiſci rationem,* nolo à tantorum virorum ſententia recedere; & ita etiam die 26. *Sept. anno 1664. in Dicaſterio Magdeburg. Saxonico* pronunciatum eſſe memini, ubi tenebatur ſententia, civitatem tributa ab emtore petere poſſe, non obſtante pacto, ſed dandum eſſe emtori regreſſum ex pacto contra venditorem.

## ad L. In emtionibus. 43.

*SUMMARIA.*

*A Naturalibus contractuum per pactum recedi poteſt. n. 1.*

*Naturalia contractuum quæ ſint, remiſſivè? 2.*

1 Quæ ſunt naturalia contractus, ad ea contrahentes tenentur ſine ſpeciali conventione, ſed per
2 pactum à talibus naturalibus recedi poteſt; Quæ autem ſingulorum contractuum Naturalia ſint, de eo videri poteſt *Nicol. Motzius in tract. de contractibus,* qui de naturalibus peculiarem ſemper format Rubricam.

## ad L. Cum in eo. 44.

*SUMMARIA.*

*Tutor, qui cum pupilli Creditoribus tranſigit, ipſe remiſſionem facere debet, ſi creditor eſt. n. 1.*

*An Creditor pupilli tutor eſſe poſſit? 2.*

*Quid judicandum ſit de iis, quos Dd. ab hac regula excipere ſolent? 3.*

1 Si tutor, cùm aliàs abſtenturus fuiſſet pupillus, cum creditoribus tranſigat, ut certam partem crediti remittant; ipſe Tutor etiam remiſſionem facere tenetur illius partis, ſi pupilli creditor. *Paulus de Caſtr. hic ubi hunc textum ſingularem vocat. & ex eo Berlich. p. 2. dec. 235. nu. 16.* Hinc notandum: quod quis in alio ſervat, id etiam in ſe ſervare cogitur. Exemplum regulæ *in l. frater à fratre, in tit. de condict. indeb.* ſi mandem tibi, ut tu exigas à creditoribus, multò magis à te ipſo teneris exigere, ſi es debitor. Similis textus *in l.*
2 *altius. ff. ſi ſervit. vindic. Zaſ. hic.* Ex hoc textu apparet, poſſe creditorem eſſe pupilli Tutorem, quod Jure novo aliter ſe habet, per *Nov. 72.* qua creditor vel debitor pupilli prohibetur admitti ad Tutelam, ſub pœna jacturæ crediti aut apochæ; à qua regula tamen excipitur Mater & Avia, Pater & Tutor Teſtamentarius, ſi teſtator creditum aut debitum ſcivit. *Berlich. p. 2. deciſ. 257. num. 18.* item ſi ſimul cum tutela legatum quid nulli ſit, item qui creditum allegavit, à Judice tamen juſſus gerere. *Berlich. & alii d. l.* Hoc tamen notandum,
3 non omnibus limitationibus adjunctis ab autoribus aſſurgendum eſſe, v. gr. quando nonnulli excipiunt creditum litigioſum, vel ſi alios contutores habeat, ſi debitor nomen in Inventario exprimat, ſc. ſi antea non allegavit, ſi ſit naturale debitum, item ſi habeat actionem tantùm realem, item excipiunt Curatorem ad litem, & curatorem bonorum abſentis, de quibus limitationibus dubitandum. (1.) quia nullo textu ac ratione nituntur. (2.) Ratio novi Juris in Lege nova expreſſa, in his etiam caſibus locum habet, ſc. metus ſubtrahendorum inſtrumentorum: ubi autem nova lex rationem expreſſam continet, extenſio locum habet, & caſus ſimilis non tam extenditur, quàm includitur. *Everh. in loco à ſpeciali n. 5. ad c. 28. de R. J. l. 6.*

## ad L. Diviſionis. 45.

*SUMMARIA.*

*Pactum de re communi dividenda an pariat actionem? num. 1.*

*An hodie ex omni pacto detur Actio? 2.*

PActum inter ſocios vel non ſocios de re communi dividenda non parit actionem, quia non eſt niſi nudum pactum, ex quo non datur Actio. Sed in foro hodie datur ex omni pacto actio, Autor *in C. h. t. ad L. 10. num. 3. & 7.* modò in ſpecie prohibitum non ſit.

## ad L. Pactum inter hæredem. 46.

*SUMMARIUM.*

*Cautio de legato ſolvendo die vel conditione, ſub qua illud relictum, impleta, an & qua de cauſa remitti poſſit à legatario?*

QUando mihi quid legatum ſub die vel ſub conditione, tunc poſſum agere cum hærede, ut cautionem præſtet die vel conditione impleta de Legato ſolvendo, quæritur an hoc jus remittere poſſim per pactum? Videtur quod non, quia Teſtamentorum favor publicus. Sed affirmatur ob duas rationes, quia ipſe Teſtator remittere hæredi hanc ſatisdationem poteſt, huic enim liberum eſt legare vel non legare, & ideo liberum eſt providere, ne hæres iſta cautione gravetur; ſecunda ratio etiam in textu eſt, quod quiſque poſſit juris ſui perſecutionem remittere vel deteriorem facere.

## ad L. Emtor prædii. 47.

*SUMMARIA.*

*Per pactum ad contractum rediri vel jus ex contractu competens reſervari poſſe exemplo declaratur. num. 1.*
*Omnem orationem, quantumvis generalem, capere interpretationem ex mente contrahentium per exemplum illuſtratur. 2.*

1 INu *principio* continetur hæc ſpecies. Emi prædium 20. ſolidis, poſtea paciſcitur venditor mecum, ſe contentum fore 13. ſolidis, ſi intra 14. dies ſolvero. Sed cùm hoc non fieret, paciſcitur ſecunda vice, ſe contentum fore 13. ſolidis, ſi intra 10. dies ſolvero. Si verò intra decem dies non ſolvero, integros 20. ſolidos à me ſolvendos eſſe. Non ſolvo intra illos decem dies, an poteſt venditor integros 20. ſolidos petere? Videtur quod non, quia ex pacto nudo non datur actio; ſed affirmatur, quia ea prima venditione, non ex pacto ago. Per pactum reditur ad contractum vel reſervatur jus ex contractu competens. *In* §. 1. proponitur ſequens ſpecies: Rationem implicitam habebam cum
2 Argentario. i. e. variis ex cauſis nobis invicem eramus obligati. Poſtea Argentarius mihi epiſtolam miſit, in qua confitetur, ſe ex duabus cauſis mihi debere 300. & 400. Cætera inſtrumenta, ſi quæ reperiantur, debere haberi pro cancellatis & nullis. Sed ante aliquot annos dedi mandatum ipſi Argentario, ut 300. Titio ſolveret, quod non fecit, ideoque damnum patior à Titio. Convenio Argentarium actione mandati, hic opponit exceptionem pacti ex allegata epiſtola, quam ab eo accepi, retinui, & ſic contenta approbavi. Inter alia autem continebatur, quod omnia inſtrumenta debeant eſſe caſſa & nulla. Ergo etiam hoc mandatum. Quod negatur, nam omnis oratio, quantumvis generalis, capit interpretationem ex mente contrahentium, & ex eo, quod inter partes eſt actum: Accepti & expenſi ratio tantum eſt computata, cæteræ obligationes manent in ſuo ſtatu.

## ad L. In traditionibus. 48.

*SUMMARIUM.*

*Quando ex pacto actio detur?*

PActa omnia per traditionem rei veſtiuntur, ita ut ex illis detur actio, & in traditionibus quodcumque pactum admittitur. v. gr. ut res donata poſt mortem Donatarii alteri reſtituatur. *Mant. lib. 13. de tac. & amb. conv. t. 48. Carpz. p. 3. c. 8. d. 22. Berous vol. 1. conſ. 5. num. 11.* Autor *in C. h. ad L. 7. nu. 8.* & ſic fideicommiſſum etiam in contractu conſtitui poteſt, per *l. quoties. 3. C. de Donat. quæ ſub modo. Fuſarius de ſubſtit. q. 14. Klock. vol. 2. conſ. 17. nu. 7. Dn. Richter. dec. 26.* Autor *in C. d. t. de donat. ad L. 3. num. 6.* limitanda hæc regula, niſi nihil interſit alterius. *l. pen. h. vid. Zaſius hic.*

## ad L. Si quis crediderit. 49.

*SUMMARIUM.*

*Beneficium competentiæ an per pactum acquiri poſſit. & quis hujus effectus?*

VAlet pactum, ne quis conveniatur nec excutiatur ultra, quàm facere poteſt, & ſic competentiæ beneficium in pactum deduci poteſt & parit exceptionem, ſi creditor in ſolidum excutere debitorem vellet.

## ad L. Non impoſſibile. 50.

*SUMMARIA.*

*Pactum, ne depoſitarius vel commodatarius ſervum meum furem faciat, an ſit validum? n. 1.*
*Reſpondetur ad rationem dubitandi? 2.*

1 DEpoſui ſervum apud te vel tibi commodavi cum hoc pacto, ne eum furem facias, quæritur an pactum valeat? Videtur, quod non valeat pactio, ne quis faciat delictum, quia quiſque jure à delicto abſtinere tenetur, & turpe eſt ſuper eo paciſci, ad quod
2 ipſa Lex eum obligat. *l. 7. §. 3. h. t.* Sed affirmatur valere, & ad rationem dubitandi reſpondetur *à Bach. in Rubr. de objecto pactorum nu. 2.* quod pactum hactenus ſit nullum, ut non proſit ei, qui non deliquit, ad quod ne, faceret, omni jure tenebatur *d. l. 7. §. 3.* at prodeſt contra eum, qui ex pacto non debuit delinquere, ſi contra pactum deliquerit & *Bach.* ſimilem caſum eſſe dicit in *l. ex ea 121. §. 1. de Verb. oblig.* Nam ex pacto teneberis ſi dolo non corruperis, ſed neglexeris, unde fur factus eſt ſervus non dolo tuo, ut poſſis actione ſervi corrupti conveniri, ſed negligentiâ tuâ, & ſic actione ex contractu vel actione præſcriptis verbis ad pœnam conventam vel intereſſe teneberis.

## ad L. Si cum te. 51.

*SUMMARIA.*

*Exempla pactorum errorem in ſubſtantia continentium. num. 1.*
*Quid pactum operetur, quando in ſubſtantia conventionis erratum eſt? 2.*

1 TItius me hæredem inſtituit, mihi refertur, injunctum fuiſſe mihi à Teſtatore, ut debitori meo remitterem debitum per pactum, ſed error eſt, ideo ex hoc erroneo pacto nulla exceptio. Idem ſi credam me gravatum, ut 10. Titio darem, delegavi debitorem meum Mevium Titio, ut illi ſolvat, quod factum per compenſationem, dum Mevius erat creditor Titii, nam omnia manent integra ob errorem in ſubſtan-
2 tia. Nam error, qui in ſubſtantia intervenit in pacto, ne quidem ad liberandum prodeſt. Et error ac deceptio, quæ intervenit in ſubſtantia conventionis, etiam in acceſſorias clauſulas & pacta influit. *Menoch. conſ. 103. num. 78. & conſ. 378. num. 27.* Autor. *in C. tit. de Reſc. Vendit. ad L. 11. num. 4.*

## ad L. Epiſtola. 52.

*SUMMARIA.*

*An ille, quem ſcripſi cohæredem meum eſſe, ex ſcriptura illa actionem habeat? n. 1.*

Pactum,

*Pactum, ut prædium creditori obligatum à Titio emtum oblatâ pecuniâ reſtituatur, an proſit debitori, & an habeat actionem negt. geſt.* 2.

*Pactum cum creditore, cui prædium pignori datum, ut tributa ſolvat, ſed à me recuperet, num valeat?* 3.

*Lectio §. ult. emendatur.* 4.

1 SCripſi in epiſtola, Paulum mihi cohæredem eſſe; quæritur, an ex hoc habeat actionem Paulus contra poſſeſſores rerum hæreditariarum? R. quod non, quia verba enonciativa, quando proferuntur ſuper eo, ſuper quo partes non potuerunt diſponere, non inducunt probationem. Nam ſanguis facit cohæredem, non ſcriptura. Et ideo ſupra dictam regulam probas ex hoc text. *Franc. de Clapperiis cauſ.* 28. *q.* 1. *ad h. t. relatus à Dn. Tabore. l.* 5. *cap.* 11. *ad* 1. *Autor in C. t. de Jur. & facti ignorant. ad L.* 9. *nu.* 2. & 4. De §. 2. vide *notata ad l.* 42. *h. t.* In §. 1. habetur talis facti ſpe-
2 cies: obligavi meum prædium creditori meo, ille ſuo jure vendit, ſed non prorſus extraneo, nam hic non tenetetur oblatâ ſibi pecuniâ rem emtam reſtituere, ſed tibi; qui mecum pactus es, te velle emere fundum, ſed ſi tibi offeratur pecunia, te velle mihi reſtituere prædium emtum; hoc pactum utile eſt; & hæredem quoque tuum obligat, quia tu negotium meum geſſiſti emendo fundum, proinde datur mihi quoque contra te actio negotiorum geſtorum. In §. 2. habetur ſpecies
3 hæc, dedi pignori tibi prædium meum, ſub ea conventione, ut tu quidem tributa ſolvas, ſed ea à me recuperes, quæritur, an hoc pactum ſit validum? Vid. quod non propter *l.* 42. *h. t.* & *l.* 1. *C. ſine cenſu & reliquis &c. ubique Autor in Notis ad C.* Sed aff. nam licet talia pacta non obſint fiſco, inter ipſos tamen privatos hæc pacta ſunt valida. *vide à me notata ad illam tit. in codice.* In §. 3. *ſeu ultimo* videtur eſſe lectio
4 vitioſa & loco (*actoris*) legendum (*actorus*) & pro *eis* ei) ut *Bach. hic*, & fere deciſio indubia eſſet, niſi obſtare videretur §. 3. *Inſt. de V. O.* Sed reſp. hic obligationem tranſire contra hæredem, ſed hunc defendi exceptione pacti. *Bach. hic.*

## ad L. Sumtus. 53.

*SUMMARIA.*

*Cum Advocato de ſumtibus præſtandis paciſci licet, non verò de quota litis.* n. 1.

*Quid ſi pactum de certa ſumma in caſum victoriæ initum?* 2.

1 CUm procuratore paciſci de ſumtibus præſtandis licet, ſed de quota litis paciſci prohibitum, quia redemtione litium odioſæ, de quo vide ſis *notata num.* 1. & 2. *ad l.* 5. *C. de poſtulando. Autor in C. tit. Mandati ad L.* 20. *num.* 1. & 2. *Et in C. t. de Procur. ad L.* 35. *nu.* 1. 2. & 3. An autem paciſci de certa ſumma
2 liceat, non de quota litis, v. gr. de centum dandis in caſum victoriæ, & putem non admittenda talia pacta, ſi vel minima ſuſpicio fraudis contra contrahentes militet, & fraus videatur facta Legi, qua in parte juramentum purgationis deferri poſſet.

## ad L. Si pactus. 54.

*SUMMARIUM.*

*An mora in tradendo Sticho commiſſa ob pactum de non petendo Sticho, ipſo jure an per exceptionem purgetur?*

DEbui Stichum, ſed antequam in eo præſtando moram committerem, per pactum mihi remiſſa eſt neceſſitas præſtandi Stichum, quæritur, an mora ſit prorogata? quod tine dubio affirmandum: Sed quid ſi poſt moram in tradendo Sticho commiſſam fiat pactum de non petendo Sticho, hic non ipſo jure, ſed per exceptionem mora purgata videtur. Conf. hic *Bach. u. & Dd.* quos de purgatione moræ refert *Hering. de fidejuſſ. cap.* 24. *num.* 196. & *ſeq.*

## ad L. Si debitor. 55.

*SUMMARIA.*

*An uſufructuario Debitori ex pacto ſervi fructuarii de non petendo detur exceptio?* n. 1.

*Quid ſi uſufructuarius ſit creditor & ſervus fructuarius paciſcatur de petendo?* 2.

1 SI habeam uſumfructum in ſervo & tibi debeam 20. & hic ſervus, in quo uſumfructum habeo, paciſcitur tecum de non petendo, tunc ex hoc pacto mihi naſcitur exceptio. E contrario ſi tu mihi debeas, & ſer-
2 vus in quo uſumfructum habeo, paciſcatur de petendo, habeo replicationem pacti per *l.* 17. *§. ult. h. tit.* & quia Uſufructuarius per ſervum adquirit, quicquid ex operis ſuis ſervus quærit.

## ad L. Si convenerit. 56.

*SUMMARIUM.*

*An, & quando ita conveniri poſſit, ut altera tantum pars contrahentium obligetur?*

SUmma eſt, quod ex cauſa poteſt pars contractus una tolli, altera remanente ſalva. Et ſic poteſt claudicare contractus. *Zaſius* autem hic format tres concluſiones (1.) eſt, in veſtibulo ipſo contractus non poteſt converniri, ut altera pars tantum obligetur. (2.) Si contractus ſit perfectus, ſed à neutra parte conſummatus, ſed res integra, & ne tunc quidem converniri poteſt, ut una pars tantum obligetur, altera non. Et hoc caſu intelligit. *L. cum emtor, ff. de Reſcind. vendit.* & *l. fin. ff. de Accept.* (3.) Poſtquam facta eſt executio contractus, poteſt conveniri, ut uni parti remittatur obligatio, alteri non, ex juſta cauſa. *conf. Jaſon hic & Franc. Marc. p.* 2. *dec.* 20. *nu.* 4.

## ad L. Qui in futurum. 57.

*SUMMARIA.*

*An inter Chriſtianos tolerari poſſit Creditor, cui uſuræ præſumerentur, ne ſors interim exigatur?* n. 1.

*Quo caſu ſors ante diem peti poſſit?* 2.

*Si duo pacta ſimul conventa, unum in perſonam, alterum in rem, an illud quoque ad hæredem pertineat?* 3.

1 POterat olim in anteceſſum ſolvi uſuræ ad annum, ex quo teſtabat tacita pactio, ne interim ſors exigeretur. Sed hoc moribus Chriſtianis vetitum prædicti ſcribit *Mornac. hic*, quem laudant *Dn. Struv. Exerc.* 27. *th.* 57. & *Wiſſenbach. vol.* 1. *d.* 4. *th.* 26. *in fin.* Putarem tamen, ſi ſors danda mutuo in favorem piæ cauſæ, ſcil. ut ex uſuris pauperes alerentur, ſi creditor vellet ex liberalitate erga pauperes uſuras primi anni prænumerare, ut ſtatim, fieret diſtributio, ſi hoc creditor volens ac ſponte fecit; non vituperandum, ſed laudandum hoc eſſet. In tanta eorum, qui pauperibus ſuccurrunt, raritate; præſertim hoc caſu, quando creditor jamdiu & ante annum obligavit ſe ad numerandam pecuniam, & mora in debitore, cui nu-
2 merari debuit. Ex *hac lege* etiam colligunt, ante diem ſortem peti poſſe, ſi uſuræ conſtituto tempore non ſint ſolutæ. *Georg. Schultz. in tr. de oblat. c.* 4. *nu.* 25. ubi præjudicia allegat. *Aut. ad L.* 1. *num.* 5. *C. de Condict.*
3 *ex Lege.* In §. 1. proponitur caſus; quo duo vel plura pacta conventa, alterum in perſonam, alterum in rem, an etiam illud ad perſonam directum ad hæredem pertineat? Videtur quod ſic, ne in perſona hæredem pacta claudiceat. Sed negatur; nam pacta plura cumulata ſingula ſuam naturam retinent.

## ad L. Ab Emtione. 58.

*SUMMARIA.*

*Quando contractus conſenſuales contrario diſſenſu ſolvantur?* n. 1.

An

*An ex contractu annihilato gabella ſolvenda?* 2.
*An in diſtractu requiratur conſenſus ejus, cujus in contractu?* 3.

1 CONtractus ſolo conſenſu conſtantes ſolo contratio diſſenſu ſolvuntur, ſi res integra, aliàs novus eſſet contractus. *Weſenb. in ff. de Reſc. vend. nu.* 5. *Dd. ad §. fin. J. quibus mod. toll. obl. Molin. tr.* 2. *de J. & J. diſp.* 373. Et ſic hoc loco pactum ipſo jure tollit obligationem, nudo conſenſu contractam. confer. *Bachov. decad.* 95. *errorum Fabri errore* 8. *n.* 4. Sed an
2 contractu annihilato gabella ſolvatur? Diſtinguitur (1) utrum ex pacto præambulo, v. gr. addictione in diem, vel lege commiſſoria reſcindatur contractus; an verò ex novo placito. Illo caſu non debetur gabella, quia fit reſciſſio ex priori contractu; ſed hoc caſu ſubdiſtinguitur, utrum in continenti fiat, an verò non; & utrum fiat re integra, annon. *vid. Baldus hic, & infra de Reſcind. vendit. Ant. Gomez. t.* 2. *reſol. c.* 2. *n.* 21. *Molin. d. l. Fagundez. de J. & J lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 4. *& ſeqq.* nam ſi ſtatutum, quod ex ſolo contractu detur gabella, debebitur gabella ex primo contractu; ſecus ſi ex intervallo diſceditur, cum fiſco jus quæſitum. *Dd. dd. locis.* Sed *ex hâc lege* non ſequitur, in diſtractu ejus conſenſum requiri, cujus conſenſus in contractu requirebatur. v. gr. Dominus feudi ad
3 hypothecam in feudo conſtituendam requirebatur, ſed non ad diſtractum. *Afflict. dec.* 132. Gloſſa hîc etiam de conſtituto agit; quod per id liberet ſe venditor à neceſſitate tradendi. *de quo vid. Tiraq. de Conſt. p.* 1. *num.* 7. *& ſeqq. & Guide Papa dec.* 101. *&* 109.

## ad L. Per quos acquiri. 59.

### SUMMARIUM.

*Per quas perſonas adipiſcamur exceptionem pacti?*

PEr quas perſonas aliquid acquirimus, ſi pro nobis ſtipulentur per eaſdem etiam exceptionem pacti adipiſcimur, ſi in fructum noſtrum paciſcantur, v. g. filiusfamilias, ſervus, vel qui pro ſervo bona fide poſſidetur, vel in quo ſervo uſumfructum habeo &c.

## ad L. Imperator. 60.

### SUMMARIA.

*Vera legis ſententia refertur. n.* 1.
*An in concurſu Creditorum cognati extraneis præferendi?* 2.

DUbia hæc lex, & ejus tres referuntur intellectus à *Zaſio ad d. l. tom.* 1. *p.* 270. Mihi videtur ſententia ſimplicior: Creditores ex bonis etiam extraneo venditis creditorum partem volunt acceptare & contenti eſſe, quod fieri poteſt, modò conſanguineus præferatur extraneo juxta *L.* 16. *ff de reb. auth.*
2 *jud. poſſ.* Sed an id ſequatur, quod Cognati præferantur in concurſu, ut vel è videtur *Dn. Carpz. dec.* 64. *num.* 11. de eo dubito. Sed hoc tantùm ſequitur, quod in adjudicatione præferantur. Ex *hac Lege* etiam infert *Tiraquellus in tr. de utroque Retractu in præfat. nu.* 44. conſanguineorum ſuffragia in communi cauſa aliis præferenda.

## ad L. Pen.

### SUMMARIUM.

*An poſſim tale pactum inire, in quo mea non intereſt?*

PAciſci non poſſum, ut tuam rem non facias religioſam, neque ut eam invito me alienes, illud favore religionis, hoc libertatis, & quia in neutro habeo intereſſe: nam exceptio, tua non intereſt, omnem repellit actionem *vid. not. Dni Autoris ad l.* 2. §. 5. *de Aqua pluv. arc. num.* 9. Ergo ſi conveniam tecum, ut Vietori aut fabroferrario vendas, omninò habeo intereſſe aliquod. Et tunc ſi pactum tale cum intereſſe meo conjunctum, contractui vel traditioni rei meæ appoſitum valet. *L. fin. C. de pact. int. Emt. ibique Autor n.* 2. *& l. fin. C. de reb. alien. non alien. Pacius cent.* 2. *q.* 11. *Donell. lib.* 9 *cap.* 10. *lit. F. Klock. vol.* 2. *conſ.* 42. *num.* 109.

## ad L. fin.

### SUMMARIA.

*Quando pactum Principalis debitoris noceat fidejuſſori? n.* 1. *&* 2.
*Contrahentes à pacto, quo mihi jus quæſitum eſt, non poſſunt recedere in meum præjudicium.* 3.

1 PActum de non petendo inter debitorem & creditorem initum, fidejuſſori nocere, dictum ſupra; ſed ſi in contrarium poſtea paciſcatur debitor de petendo, hoc fidejuſſori non præjudicat. *Hering. de fidejuſſ. c.* 27. *p.* 4. *num* 32. *& ſeq.* Unde probabilis redditur ſententia *Carpzovii p.* 3. *dec.* 251. ſi creditor cum
2 debitore principali tranſigat, & partem debiti remittat, creditor tamen ſibi reſervet facultatem, debitum integrum petendi à debitore, quod tamen, non obſtante illa reſervatione, poſſit fidejuſſor ſe defendere exceptione tranſactionis. Probatur etiam *ex h. l.* quando ex conſenſu contrahentium, per diſpoſitionem legalem mihi jus eſt quæſitum, re vel ſpe irrevocabile,
3 ab eo recedi non poteſt in meum præjudicium, me non conſentiente. *Car. Ruinus vol.* 1. *conſ.* 186. *num* 2. *Tiraq. de Retr. conſang.* §. 1. *gl.* 18. *num.* 56. Et qui novum feudum acquiſivit ſibi & fratribus, iiique in ſimultaneam inveſtituram recepti, ſi adquirens cum Domino vellet in contrarium paciſci, nihil ageret. *Carolus Ruinus vol.* 1. *conſ.* 213. *num.* 5. *conf. Caroc. dec.* 74. *num.* 10. *& Tiraq. de Retr. convent.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 21.

---

# TITULUS XV.

## De Tranſactionibus.

## Ad L. 1.

### SUMMARIA.

*De quibusnam rebus tranſigere liceat? n.* 1.
*An tranſactio valeat, ubi nulla lis metuitur?* 2.
*An ſuper re judicata?* 3.
*Quando tranſactio pactum, & quando contractus innominatus ſit,* 4.
*Quid ſi fiat de re liquida?* 5. *&* 6.

1 TRanſigo de re dubia, paciſcor etiam de re certa, *vid. Treutl. & ibi Bachov. vol.* 1. *diſp.* 7. *th* 1. *lit. E.* Aut. *in C. h. ad L.* 12. *nu.* 6. Eſt enim tranſactio rei dubiæ conventa & non gratuita deciſio. Ergo ubi non eſt lis, neque probabilis metus futuræ litis, non poteſt ſubſiſtere tranſactio. *Card. Mantica de tac. & amb. convent. lib.* 26. *tit.* 1. *num.* 11. Aut. *in C. h. t. ad L.* 2. *num.* 1. Unde patris tranſactionem ſuper bonis filii, ſi liquida ſit, non ſubſiſtere, reſpondit *Natta conſ.* 543 *num* 29. *& ſeqq.* ubi dicit, de ſubſtantia eſſe, ut ſi res dubia; facit *l. præſes.* 12. *C. h. t. ibique* Autor *num.* 7. Et ſic etiam mariti tranſactionem
2 de nomine uxoris factam, ex hoc capite irritam pronunciatam in Camera Brandenburgica, ſcio. Quamvis autem lis non metuatur, ſed alia ratione res ſit dubia, tranſactio valet; ut ſi ſpes fideicommiſſi, propter incertum caſum, modico præſenti accepto, remittitur. *L.* 11. *C. h. t.* Sed quæritur, an valeat tranſa-
3 ctio ſuper re judicata, aut juramento deciſa, ſi non

ut tranſactio, tamen pactum? Reſp. (1.) Si de donationis propoſito appareat, valebit ut pactum *per l. 32. C. h. t. ibique* Autor *n. 1. 3. 4. 5. & 8. Zaſ. ad h. t. nu. 10.* nam donandi animus non præſumitur, niſi debitum remittatur. *Loriottus de Tranſact. ax. 59.* quam regulam cum limitationibus pluribus tractat *Menoch. lib. 2. arb.*
4 *quaſt. caſu* 81. Sed quæritur hîc, quid ſit Tranſactio? R. aut ſtat in terminis nudæ conventionis, & pactum eſt; aut una pars implevit, quod actor ſemper feciſſe videtur, qui remiſit actionem, & tunc eſt contractus innominatus, quia producit actionem præſcriptis verbis. *L. 6. C. h. t. ibique* Autor *nu. 3.* Et ideo tranſactio facta de re liquida magnam habet præſumtionem frau-
5 dis: Nam præſumtio eſt contra actorem, quod calumnioſè egerit, & rem certam dubiam fecerit ad vexandum reum, & inducendum ad compoſitionem metu litis. *Oldrad. conſ.* 280 *Romanus conſ.* 517. *& hos referens Cravetta conſ.* 152. *n.* 10. Nec confeſſioni partium hîc ſtatur, dum dicunt, litem ſubeſſe, quia ſumus in materia prohibita. *Cravetta conſ.* 175. *n.* 4. nec Notario credendum de lite teſtanti, nam poteſt eſſe lis ficta.
6 *Decius conſ.* 351. *nu.* 3. Ex his ergo infertur: quando lis non eſt de præſenti, nec adeſt timor inſtantis litis, nec eſt aliqua potentia propinqua, ſeu cauſa probabilis ad id credendum, nulla eſt tranſactio. *Pariſius p. 2. conſ. 12. num. 22. & ſeq.* Et ubi lis ficta eſt calumnioſè, nulla eſt Tranſactio. *Paris. vol. 3. conſ. 85. nu. 31. Weſenb. conſ. 38. num. 19. Klock. vol. 2. conſ. 39. num. 58.*

## ad L. Tranſactum. 2.

### SUMMARIA.

*Quæ actio detur illi, qui à ſua parte ſatisfecit tranſactioni? nu.* 1.

*An hodie obſervetur Aquiliana ſtipulatio?* 2.

1 Tranſactio fit vel per Aquilianam ſtipulationem, vel per pactum unius partis implemento conſummatum. *L. 38. C. h. t. Bachov. d. th. lit. F.* Nam ut antea dictum, actor hîc ſemper implevit pactum, dum remiſit actionem, reus verò habet exceptionem, imò quia hodie ex nudo, deliberato tamen pacto, actio datur, Autor *in C. t. Famil. erciſc. ad L. 23. n. 4.* non eſt dubium, quin actori non tantùm, qui implevit à ſua parte, ſed & reo, ſi ſe ad implendum paratum eſſe demonſtret, actio detur. v. g. ad extradenda documenta, ad dandam quietantiam, vel ſi quid aliud actor in tranſactione promiſit. Quod de Aquiliana ſtipulatio-
2 ne *hic & LL. ſeqq.* dicitur, id ita fiebat, quod ex alia quàm verborum obligatione debebatur, id per hanc ſtipulationem novabatur, & per acceptilationem tollebatur, ſed hic modus tranſigendi ab uſu receſſit.

## ad L. Imperator. 3.

### SUMMARIA.

*Contra quemnam legatarii agant ubi hæres ſcriptus cum legitimo tranſegit? nu.* 1.

*Sed Creditores, contra quemnam?* 2.

*An tranſactio obſtet, quando cum hærede de fideicommiſſo tranſegi, quod poſtea in codicillis invenitur amplius fuiſſe?* 3. *&* 4.

*An tranſactio debitoris cum Mevio hæredem creditoris pignus non jure vendentis ſe jactante inita, vero hæredi præbeat exceptionem?* 5.

*An idem repetere valeat, quod tranſactionis cauſâ datum?* 6.

1 Hæres ſcriptus cum legitimo hærede, Matre v. gr. tranſigit, quæritur, contra quem agant legatarii & fideicommiſſarii? R. cum hærede ſcripto; nam ex Teſtamento hi tantùm jus habent. Sed quid ſi pleraque bona acceperit Mater? R. hæres ſcriptus ſuæ negligentiæ imputabit, ſi hac de re ſibi
2 non cavit. Sed quid in creditoribus? R. Quia horum Jus non ex teſtamento dependet, hæredem ſcriptum non tantùm, ſed etiam legitimum pro rata convenient actionibus utilibus. *L. 14. h. t. Cujac. c. 2. vid. Trigona ſingul. 94. & notata infra ad l. 14. numer.* 1.

3 *Ad* §. 1. Fideicommiſſum mihi relictum in Teſtamento; ſuper hoc cum hærede, viſis & lectis tabulis, tranſigo, poſtea apparuit codicillus, in quo amplius fideicommiſſum mihi relictum, an mihi obſtet exceptio? Videtur quod ſic, quia ob nova inſtrumenta non poteſt impugnari tranſactio. Autor *in C. h. ad L. 19. nu. 1. & ſeqq.* Sed R. non ſuper Codicillis tranſegi. Ergo eſt nova actio, ſuper qua nondum tranſactum, nec opus reſtitutione. *Cujac. hic tom.*
4 *2. Trentac. l. 3. tit. de Tranſact. 1. na. 11.* Et ſic collige, Tranſactionem, licèt ob prætextum novorum inſtrumentorum non poſſit reſcindi, ſecus tamen eſſe, ſi reperiatur nova ultima voluntas, aut Codicillus, & quid ſimile. *Carpzov. lib. 5. Reſp. 7. num. 16. Jaſon. ad l. ſub prætextu. 19 num. 5. C. de Tranſact. Card. Mantica de Tac. & ambig. volunt. lib. 26. c. 6. n. 11.* & ſic reſponſum in Facultate menſe Martio anno 1668. Sed hoc ad alia nova inſtrumenta extendi non poteſt, quia hîc de ultimis voluntatibus agitur, de quibus nondum viſis tranſigi non poteſt. *Card. Mantica d. t. 6. paſſim.*

5 *Ad* §. 2. Creditor meus pignus ſibi traditum non jure vendidit. Mortuo eo cum Mevio, qui ſe jactat eſſe creditoris hæredem, volo agere, actione pignoratitia, ſed tranſigo cum Mevio. Poſtea productum Teſtamentum, in quo Septitius hæres ſcriptus. Hunc convenio actione pignoratitia ob pignus malè venditum, quæritur (1) an hîc ſe exceptione tranſactionis
6 cum Mevio initæ defendere poſſit & (2) an Septitius hæres verus poſſit repetere à Mevio, quod à me tranſactionis cauſâ ipſi datum. Utrumque negatur, & res inter alios acta. Sed obſtare videtur *l. 25. §. 17. juncta lege 31. pr. & §. ult. ff. de pet. hæred.* Verùm ibi agitur de poſſeſſione hæreditatis, hîc verò de eo qui ſe ſaltem jactat eſſe hæredem, licèt eam non poſſideat & Mevius hîc non tanquam negotiorum geſtor, nec nomine hæreditario accepit ſolutionem, ſed ex tranſacto, & ſic quaſi ex proprio contractu.

## ad L. Aquiliana. 4.

### SUMMARIUM.

*An legata ſub conditione in ſtipulationem deduci poſſint & quomodo?*

Dictum antea, omnem obligationem in Aquilianam ſtipulationem deduci, & ſic per acceptilationem tolli poſſe, Autor *in C. h. ad L. 4. num. 6.* quæ eſt ſubtilitas noſtra plus ſpinoſa & in foro inutilis. Sed quæritur, an ea quæ ſub conditione legata, in ſtipulationem deduci poſſint? quod affirmatur; nam novari poſſunt etiam ea, quæ ſub conditione debentur, ſed ita ut effectus novationis in tempus exiſtentis conditionis ſuſpendatur *l. 12. & 21. ff. de Acceptil.*

## ad L. Cum Aquiliana. 5.

### SUMMARIA.

*An etiam tranſactio ad ea, de quibus non fuit actum, ſit extendenda? num.* 1. *&* 3.

*Quietantiæ generales captioſæ ſunt.* 2.

*An petitio & tranſactio generalis, quod non cogitata tranſigenti noceat?* 3.

1 Lites, de quibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu remanent, & ideo tranſactio præciſè de iis rebus,

rebus, de quibus tunc, cùm tranſigeretur, actum fuit, intelligenda, nec extendenda. Unde colligit *Dn. Mevius p. 3. deciſ. 262.* in tranſactione inter Principem & orbem Sedinenſium facta, non videri Prin-
2 cipem jus ſuum, tunc minimè controverſum voluiſſe includere. Infertur etiam, liberationes & quietantias generales eſſe captioſas, & multis difficultatibus ſubjectas, ad quas nemo facilè compellendus eſt. *Bart. hic numer. 3. & ſ. Damhouderius in tr. de patrocinio pupillorum tit. de tutor. & curat. liberatione. num. 7. & ſeqq.*
3 *Seb. Medic in tr. de Acceptil. p. 1. q. 10. num. 1.* Sed ſi petitio & tranſactio generalis ſit, nocet omnino tranſigenti, licèt de ea re non cogitaverit. *Card. Mantica d. t. 6. num. 8.* niſi dolu alicujus occultata. *l. tres fratres. 5. de pactis.* Declarat *hanc legem Cephalus conſ. 36. num. 26.* ſi jus competens omnino ſit inopinatum. Et dicitur hic captioſa liberalitas, quæ ex fraudulenta & captioſa interpretatione inducitur contra eum, qui tranſigere voluit, non liberalitatem exercere. *Bach. hic.*

## ad L. De his. 6.

### *SUMMARIA.*

*Quare de controverſiis ex teſtamento ortis, non poſſit tranſigi, ante inſpectas teſtamenti tabulas? n. 1.*
*Quid ſi pactio ſit gratuita? 2.*
*An renunciari huic legi poſſit? 3. 4. 5.*
*An clauſula Notar. de viſis ac lectis verbis teſtamenti, ſit præciſè neceſſaria? 7. 8.*

1 DE controverſiis ex teſtamento ortis non poteſt tranſigi, niſi inſpectis & perlectis tabulis Teſtamenti; Autor *ad L. 13. num. 2. & 3. C. de reb. credit.* ratio, ne quid facilè admittatur contrarium intentioni Teſtatoris, & quia hæc eſſet fraudis occaſio, & quia improba ac captioſa videtur hæc tranſactio, quod ita homines modico accepto, inexpectato obvenientia facilè ſint repudiaturi. *Zœſ. ad h. t. n. 20.* obi etiam *Cujacium* refutat, qui putat hanc prohibitionem ad eas tranſactiones, quæ coram judice fiunt, pertinere. Sufficit autem, ſi de contentis in Teſtamento certam ſcientiam habeant, *Greve ad h. t.* Idem in Teſtamento nuncupativo in ſcripturam redacto dicendum. *Bach. in Tr. d. 7. th. 4. lit. G. Dn. Struvius Exerc. ad h. t. th. 57. Greve ad h. t.* Sic in Teſtamento nuncupativo examen Teſtium præmittendum eſt. *Dn. Struvius d. l. & Carpzov. l. 6. R ſp. 13.*
2 *num. 1. & ſ.* Autor *in C. t. de Teſtam. ad L. 31. num. 10.* pactionem tamen gratuitam, etiam non inſpectis verbis teſtamenti, fieri poſſe, notat *Dn. Struv. d. l.* de quo tamen dubitare licet, ob ſequentia. Renunciari
3 huic legi poſſe, negant *Dd. Bart. Bald. Salyc, hic, quos refert. Carpzov. p. 2. deciſ. 157. num. 7.* niſi renunciatio ſit jurata. *Gutierez. de juram. confirm. p. 3. cap. 2. nu. 20. Dn. Struv. d. l. Mant. de tac. & amb. convent. l. 26. tit. 2. num. 31.* ſcilicet ſi renunciatio fiat ſpecificè, ut renuncient huic Juri, quicquid Teſtamentum dixerit. *Carolus Ruinus lib. 2. conſ. 16. numer. 7. Berous vol. 1. conſ. 177. numer. 15. & ſ. Cravetta vol. 5. conſ. 852. num. 5. Rolandus à Valle conſ. 13. num 28. vol. 1. Joh. à*
4 *Sande lib. 4. Art. 5. def. 15.* ubi proponit ſpeciem facti, quod liberi inter ſe tranſigerint cum juramento. & poſtea, reperto Teſtamento, in quo fideicommiſſum relictum, mortuo uno liberorum, reliqui fideicommiſſum petiiſſent: nam non obſtante juramento, quod tamen præſtitum ratione beneficii reſtitutionis minoribus competentis, deferebatur petitioni fideicommiſſi, quia nemo videtur beneficio, quod ignorat, renunciare. Sufficit autem, ſi paciſcentes habeant notitiam teſtamenti, & eorum, quæ in eo ſunt relicta, licèt illud non præſens ſit tempore tranſactionis. *Me-*
5 *noch. rem. 4. adip. poſſ. num. 109.* Et ſufficit, ſi oculo intellectus conſpexerint verba. *Ruinus vol. 2. conſ.* 14. *num. 12.* Cæterùm huic L. in fideicommiſſi remiſſione locum non eſſe, tradit *Menoch. conſ. 323. nu. 57.* Per clauſulam (renuncio omni Juri & legum auxilio) etiam huic Legi renunciari, tradit *Rol. à Valle*
6 *vol. 4. conſ. 17. n. 11. Surdus conſ. 267. n. 11. vol. 2. conſ. Cacheranus deciſ. 112 per totam. Simon de Pratis. c. 116. n. 18. & conſ. 137. n. 107. Mandelius conſ. 101. & ſ.* Solent
7 *ob hanc legem*, Tranſactionibus ſuper ultimis voluntatibus addere Notarii clauſulam, quod viſis ac lectis verbis Teſtamenti tranſegerint. *conf. Chriſtin. v. 1. deciſ. 84.* Licèt hæc neceſſaria non ſit, ſi aliunde ſcientia tenoris teſtamenti probetur. *Sande d. l.* Argumento *hujus legis* probatur, rem judicatam producto Teſtamento, irritam reddi. *vid. not. ad l. 1. §. 1. ff. teſtam. quemadm. apar.* Ad diviſionem etiam hanc legem re-
8 fero eùm *Portio conſ. 135. num. 18. Menoch. conſ. 707. nu. 19.* ubi multa habet de renunciatione etiam jurata, quæ tamen non ſunt omnia ad palatum conſcientioſi Judicis. *conf. Portius conſ. 19. num. 58.*

## ad L. Et poſt rem judicatam. 7.

### *SUMMARIA.*

*Quando de re judicata tranſigi poſſit? n. 1.*
*An principalis tranſigere poſſit, fidejuſſore condemnato? 2.*
*An fidejuſſor tranſigere poſſit? 3.*

1 DE Re judicata non poteſt tranſigi, niſi appellatum ſit, vel adhuc appellari poſſit, per *h. l. in princ.* vel ſi de validitate ſententiæ dubitetur. *l. eleganter. 23. §. 1. ff. de Condict. indeb.* Autor *in C. h. t. ad L. 32. n. 1. & 5. & 7.* vel ſi jusjurandum acceſſerit ad Tranſactionem, ſi reus paruerit ſententiæ & rem præſter, & poſtea ob novum metum litis tranſigat, &c. *Myns. cent. 4. obſ. 47. circa finem Klock. vol. 2. conſ. 57. num. 21.* Illud verò periculoſum videtur, quod *Weſenb. ex aliis conſ. 70. num. 12.* ſtatuit: ſuper re judicata non tranſigatur, ſed amicabilis compoſitio fiat; nam ita eludi poſſent Leges.
2 *In §. 1* Quæritur, quid ſi fidejuſſor condemnatus, an principalis debitor tranſigere poſſit? Quod affirmatur, & tranſactio hæc prodeſt fidejuſſori etiam condemnato, & ſic per reum conſequitur, quod per ſe contra rem judicatam habere nequit. Sed ſi fidejuſſor tranſigat, hoc fit inutiliter, ſed quod ex tranſactione ſolvit in cauſam
3 judicati, imputatur. Sed ſi unus fidejuſſor de ſua rata tranſigat, id alteri fidejuſſori neque prodeſt, neque nocet. *Carpz. p. 1. dec. 196.* Et ſic etiam, quæ ſententia eſt. §. 2. qui de alimentis tranſigit ſine prætore, contra legem eſt 8. *h. t.* id, quod ex tranſactione ſolvit, in præterita alimenta imputatur, *hic & l. 8. §. 22. h. t. Cujac.*

## ad L. Cum hi. 8.

### *SUMMARIA.*

*De alimentis futuris non licet tranſigere & quare? n. 1.*
*Ampliatur hæc regula & limitatur. 2. & ſeqq.*
*In quantum Prætoris cognitio hoc caſu neceſſaria? 11.*
*An renunciatio jurata hoc caſu valida & quare? numer. 12.*
*Quænam à Prætore in cauſa cognitione inſtituenda hic obſervare debeant? 13. ſeqq.*
*An Tranſactio ſuper alimentis authore Prætore facta extendatur etiam ad habitationem vel veſtiarium legatum? 16. ſeq.*
*Decretum Prætoris ſine prævia cauſa cognitione eſt irritum. 18.*
*Quando procurator fiſci vel præfectus ærarii poſſit tranſactionem de alimentis permittere? numer. 19.*
*An ſuper lite de alimentis mota in judicio tranſigi poſſit ſine decreto? 20.*
*Si ſuper alimentis tranſactum & tranſactionis cauſa*

*quid datum, in quam cauſam id imputandum?* 21.
*Si minùs debeatur ob alimenta præterita quàm tranſactionis cauſâ datum, qua actione ſumma exceſſiva repetatur?* 22.
*Quid ſi pecunia ex tranſactione data fuerit conſumta vel perdita, an ceſſet repetitio?* 23.
*An prohibitio tranſactionis ſuper alimentis pertineat ad omnia annua legata vel uſumfructum legatum?* 24.
*Num permutatio rei ob alimenta ſolvendæ ſine Prætore facta valeat?* 25.
*An alimenta cum vita finiantur?* 26. & 27.
*An tranſactio ſuper alimentis ſeſe extendat ad veſtimenta.* 28.
*Habitatione legata, ad quem periculum incendii ſpectet?* 29.

1 DE alimentis futuris non licet tranſigere ſine decreto Prætoris, ne homines tenues, quibus alimenta legari ſolent, neglectis futuris, exigua præſentia præferant, & poſtea egeant, contra Teſtatoris intentionem, ſi ſc. ex ultima voluntate, non ex contractu debeantur; quia ſi ex contractu debita ſint, nihil fit contra piam defuncti voluntatem. *Dn. Struv. ad h. t. th.* 58. *Coler. de Aliment lib.* 2. *cap.* 8 *Bach. d. th.* 4. *lit. F. Aut.* 1 *in C. h. t. ad L.* 8. *n.* 1. & 2. Hæc Regula locum habet in alimentis ex certo prædio legatis, item
2 in legata habitatione, & veſtitu per §. 1. *h. l.* & *n.* 29. & calceario i.e. legato ad calceandum relicto. §. 14. Ampliatur porro regula, quod ea in alimentis non
3 tantùm in Teſtamento, ſed & in Codicillis relictis locum habeat. Imò in iis, quæ mortis cauſâ donata aut conditionis implendæ cauſâ relicta, v. gr. inſtituo Petrum hæredem, ſi Johanni præſtet alimenta. Nam de his tranſigi non poteſt, niſi inſpectis tabulis Teſtamenti §. .. *h. l.* Amplius ampliatur in §. 2. ſive in an-
4 nos ſingulos, ſive menſes, ſive dies præſtanda ſint alimenta, ſive in perpetuum ad vitam, ſive ad certos annos relicta alimenta v. g. ad plenam pubertatem. §. 3. *h. l.* Idem ſi certa ſumma relicta ad alimenta, ut ea
5 fœnori collocetur, & ex uſuris vivam. § 4. nec diſtinguitur, utrum libertino, an verò ingenuo alimenta relicta ſint §. 7. *h. l.* item quarum facultatum domi-
6 nus ſit Alimentarius. *d.* §. 7. Si etiam fundus ad alimenta legatus, licèt proprietas ſimul legata, alienari tamen quoque pro ſubitu nequit §. 15. Et ſi fundus pro alimentis legatis obligatus eſt, jus pignoris remitti non poteſt, quia Teſtator non voluit tantùm de alimentis Legatarii providere, ſed etiam de cautione & certitudine §. 15 quin ſi pluribus alimenta relicta ſint, ne quidem inter ſe tranſigere poſſunt, v. g. ſi uni velint fundum ad alimenta relictum vendere *d.* §. 15. Am-
7 pliatur quoque in § 24. ut etiam permutatio prohibita. *Petrus Gerb. pag.* 95. §. 6. Limitatur verò regula vel potius declaratur, ſi mihi à te relicta alimenta, & tibi ob eum finem prædium relictum, ut mihi alimenta ex eo præſtares; nam tu potes tranſigere, quia mea ceu alimentarii cauſa non fit deterior. §. 5. *h. l.* (2) Limi-
8 tatur, niſi tranſactio conditionem alimentorum meliorem faciat, ut, ſi quod in ſingulos annos præſtandum, in menſes dividatur, Autor *in C. h. ad L.* 8. *num.* 2. vel quod in ſingulos menſes præſtandum, in dies dividatur, magis enim hîc ceſſat periculum, item ſi alimenta anno finito præſtanda & ego tranſigam, ita ut anno ineunte præſtentur §. 6. *h. l.* Sic quando favo-
9 re minoris vel Eccleſiæ, aliqua ſolennitas requiritur, ſi utilis contractus minori vel Eccleſiæ, etiam ſine ſolennitate valet. *Bart. in* §. 6. *quem refert. Rol. à Val. vol.* 1. *conſ.* 99. *numer.* 37. & *vol.* 2. *conſ.* 54. *numer.* 22. Idem ſi alimentarius tranſigat, ita ut plus
10 conſequatur, & modus alimentorum ob æs alienum dubius, ſicut caſum talem refert *Carpz. p.* 2. *decif.* 157 *Mantica de tac. & amb. convent. L.* 26. *tit.* 3. *numer* 10. Idem ſi de præteritis alimentis agatur *L.* 8. *C. h. t. ibique* Autor *num.* 2, & 5. Et ſi Præ-
11 tor ſine cauſæ cognitione decretum interponat, nullum eſt. §. *ſi prætor.* 17. *h. l.* Quia neceſſaria eſt cauſæ cognitio. Autor *in C. h. t. ad L.* 8. *num.* 3. Et ſic ubi vidua contraxerat de alimentis futuris, & hæc tranſactio eſſet confirmata à ſuperiore, pro nulla tamen habita fuit à *Facultate noſtra, menſe Majo Ao.* 1644. Quia de cognitione cauſæ præhabita non conſtabat, quæ tamen præcedere debet. *L.* 105. *de R. J. L.* 3. §. 8. *de bonis auth. Jud. poſſid. Menoch. l.* 1. *A. Q. caſ.* 74. *nu.* 25. Et ſi juratò huic Legi re-
12 nuncietur, renunciatio valida, quia prohibitio *hujus legis* non fit ob turpitudinem, ſed ob utilitatem privatorum. *Zæſ. ad h. t. numer.* 19. *Dn. Struv. d. l. th.* 58. *Bruſiat ad h. L.* licèt aliis per juramentum planè non confirmari renunciationem, putent, ut *Pariſius vol.* 3. *conſ.* 95. *num.* 26. ab hac tamen jurata renunciatione abſolutionem dari, tradit *Covarr. ad c. quamvis part.* 2. §. *fin. num.* 12. ſi poſtea alimentarius in magnam egeſtatem pervenit. Cauſæ cognitio à præ-
13 tore inſtituenda conſiſtit circa tria, ut dicitur *in* §. 8. quærendum eſt enim (1) de cauſa tranſactionis. (2) de modo. (3) de perſonis tranſigentium. Autor *C. h. t. ad L.* 8. *num.* 3. Cauſa poteſt eſſe, ſi alibi hæres præſtandis gravatus, alibi verò alimentarius domicilium habeat, quo caſu præſtatio alimentorum præſertim ſingulis menſibus aut ſeptimanis præſtanda magnas haberet difficultates, item ſi alter eorum nondum tranſtuliſſet domicilium, ſed transferre vellet, aut ſi cauſa urgeat præſentis pecuniæ, v. gr. ſi alimentarius modicâ ſummâ prædium pignori datum reluere poſſit, ex quo fortè plures fructus percipere poteſt, aut ſi plures ſint gravati alimentis præſtandis, & difficile ſit à ſingulis exigere, tunc enim præſtaret, ſi ita tranſigatur, ut ab uno vel ex communi arca, ex communi prædio præſtantur hæc *in*
14 §. 9. Modus conſiſtit in ætate alimentarii, an ſit ea junior an provectior, an ſpes ſit longævæ vitæ, vel an alimentarius ſit tenuioris valetudinis. §. 10. *h. l.* quamvis enim longitudo vitæ noſtræ in Divino decreto conſiſtat, in tranſactione tamen ſuper alimentis ineundus annorum numerus, quibus ſecundùm ordinem naturæ communem quis victurus ſperatur.
15 Perſonarum etiam attenditur qualitas, & quidem Alimentarii, an totus dependeat ab alimentis relictis, an verò aliunde etiam vitam ſuam ſuſtentare poſſit, & hoc caſu faciliùs tranſactio à prætore permittitur. Deinde attenduntur mores ejus, à quo alimenta relicta, an talis ſit perſona, à qua in futurum ſperari poſſit alimenta, an ſit homo fraudulentus alios circumvenire ſolitus &c. §. 11. *h. l.* Sed quæritur ſi
16 jam Autore prætore tranſactum fuerit de Alimentis, an etiam tranſactio iſta ad habitationem vel veſtiarium legatum extendatur; Videtur quod ſic, ob id, quod dictum *in* §. 1. *h. l.* quod etiam ſuper habitatione & veſtiario tranſigere ſine prætore non liceat. Ergo ſub alimentis etiam hæc continentur. Reſp. aliud eſt loqui de prohibita tranſactione, aliud de conceſſa tranſactione. In prohibitione ſub alimentis veniunt habitatio & veſtiaria, non verò in conceſſione, quæ ſtrictè interpretanda, ut media vitæ ſuſtentandæ ſalva ſint. §. 12. *h. l.* quod extenditur *in* §. 13. ut ſi
17 quis de alimentis tranſegerit, non tantùm non videatur de habitatione & veſtiario tranſegiſſe, ſed etiam ut non teneatur invitus de his tranſigere, licèt fortè prætor permiſerit etiam de his ut tranſigatur. Nam prætor poteſt permittere, ut etiam de parte alimentorum tranſigatur §. 16. Si autem ſine cauſæ cognitione permi-
18 ſerit tranſactionem prætor, vel ſi cognoverit de cauſa, ſed non de modo, aut perſonis, ut ſupra *n.* 13. dictum irritum & vanum eſt decretum prætoris, quia cauſæ cognitio eſt neceſſaria. Sicut etiam decretum de alienandis prædiis minorum ſine ſufficiente cauſæ cognitione, interpoſitum eſt nullum, §. 17. *h. l.* de quo alibi. Et hanc cognitionem cauſæ prætor vel
proconſul

proconſul vel præſes alii delegare nequit. §. 18. *h. l.*
19 Sed & procurator fiſci vel præfectus ærarii poterit tran-
ſactionem permittere, ſi contra fiſcum aut per alium
agatur de alimentis §. 19. Autor *ad L. 2. num. 12. C. de*
*Pedan. Jud.* Ille ergo judex ad autorandam & confir-
mandam tranſactionem idoneus eſt, coram quo lis agi-
20 tur. *Bach.* In §. 20. quæritur, ſi de alimentis lis in ju-
dicio, fuerit, annon tunc tranſigi poſſit ſine decreto
prætoris vel judicis? Videtur quod ſic, quia non tam
de alimentis quàm de lite, de controverſia mota tranſi-
gendum eſt. Quavis lite favorabilior tranſactio. Sed
negatur, quia ad circumveniendam legem poſſet lis
fingi, ut tantùm Tranſactioni color quæreretur. Ubi
lis fingitur, ibi calumnioſa tranſactio *l. in ſumma. 6.*
*§. 1. ff. de condict. indeb.* Aut. *in C. h. ad L. 23 n. 2. & 3.*
Ergo nec ſuper controverſia de alimentis mota tranſigi
21 poteſt. In §. 21. quæritur, ſi ſuper Alimentis tranſa-
ctum & tranſactionis causâ quid datum, anne hoc re-
ſtituendum vel in quam cauſam computandum? &
reſpondetur, ſi aliud legatum relictum, aut ſi nulla
alia legata relicta, in alimenta præterita id imputan-
22 dum. Sed quod ſi minùs debeatur ob alimenta præte-
rita, quàm datum eſt tranſactionis causâ v. g. præterit
tantùm annus, quod illi debuerunt 20. thaleri loco
alimentorum, ſed Alimentarius accepit ex Tranſactio-
ne centum, hoc caſu 20. In annum primum imputa-
buntur, reliqua octoginta repetentur condictione ſine
cauſa. Nam alimentarius non debet cum alterius dam-
23 no locupletior fieri §. 22. Unde apparet, ſi ea pecu-
nia ex Tranſactione data fuerit conſumta vel perdita,
quod tunc ceſſet repetitio ex his duabus rationibus,
quas ex *Ant. Fabro* hîc refert *Bach.* (1) quia contra ju-
ris prohibitionem facta fuit ſolutio. (2) Quod qui
ſolvit alimenta & quidem clam, videatur ſponte ſol-
24 vere perdituro. In §. 23. quæritur, an prohibitio per-
tineat ad omnia annua legata vel uſumfructum lega-
tum? Reſp. ſi loco alimentorum hæc relicta, omnino
affirmanda eſt quæſtio, ſecus ſi non loco alimento-
rum, ſed ut quis locupletetur, hæc ſint relicta, v. g.
ſi homini nobili & diviti annuum quid ſit relictum,
huic non videtur vice alimentorum id legatum, quia
alimenta aliunde habet. Idem ſi uſusfructus eidem le-
gatus. Aliud ſi homini pauperi annuum quid & modi-
cus uſusfructus, qui vix ad alimenta ſufficiat, lega-
tus ſit; nam tunc præſumitur id vice alimentorum
legatum. Nec obſtat, quod in §. 7. *h. l.* dicitur, non
eſſe attendendum, quarum facultatum ſit Alimen-
tarius; nam ibi ſermo eſt, quando conſtat, quid
eſſe legatum expreſſè ad Alimenta etiam diviti, hîc
verò de caſu dubio quæſtio eſt, an vice alimento-
25 rum quid relictum. §. 24. Summa eſt, permutatio-
nem rei ob alimenta ſolvendæ non poſſe fieri, niſi
Autore prætore, ſi alimentarii causâ fiat deterior.
Sed ubi per Tranſactionem à forma Legati non re-
ceditur, & Alimentarii causâ deterior non reddi-
tur, tranſactio etiam ſine prætore facta valida eſt.
26 *§. ult. h. l. Et* §. 10. probatur, alimenta cum vita
finiri, nec futura alimenta, licèt ad certum tem-
pus relicta, hæredibus deberi. *Gail l. 2. obſ.* 88. *num.*
13. *Coler. de Aliment. l. 2. c. 12. num.* 44. *Surdus de*
*Aliment. tit. 5. q. 1. num. 1. Berlich. p. 5. concl.* 18.
*numer.* 47. *Pruckm. vol. 1. conſ. 35. num.* 50. *Finckelth.*
*obſ.* 101. *num.* 19. Et hoc quidem in gratiæ anno, ſi
vidua & liberi mortui fuerint, veroſimiliùs mihi vi-
detur quicquid in contrarium alleget *Carpz. in Juriſp.*
27 *Eccl. l. 1. def.* 216. Si ſemel pro ſemper pater naturalis
pro alimentatione filii naturalis quid det vel pro-
mittat, & interim infans moriatur, reſiduum tamen
Matri deberi, putant *Beuſt. de Sponſ. p. 1. c. 29. in f.*
*Finckelth. d. l. numer.* 25. *Notetur etiam ex* §. 1. & 12.
poſtquàm tranſactum eſt ſuper alimentis, veſtimenta
peti poſſe, quia hîc de alienatione & remiſſione ali-
mentorum agitur, anguſtior ſignificatio, ut in re odio-
ſa, recepta, ut ad cibaria adſtringatur. *Men. l. 2. Arb.*

*jud. q. caſu* 170. *num.* 28. *Hill. in Don. l. 12. c. 4. lit. J. & Pac. c. 2. q.* 15.

28 *Ex §. ult.* notetur, quod habitatione legata, pericu-
lum incendii ſit penes Legatarium. Aliud *in l. 9. §. 1. ff.*
*Locati.* Ratio eſt, quia ille titulus eſt lucrativus, hîc
oneroſus. *Marcus Mantua ſing.* 284. *& hic Bald.* Plura
hac de materia vide ſis *apud Surdum in tr. de alim. tit.* 8.
*priv.* 56. *Coler. d. tr. l. 2. cap.* 8. *Card. Mant. d. l.* 26.
*tit. 3. Gutt. p. 3. c. 3. de jur. confirm. Covar. in c. quamvis.*
*p. 2. §. 6. num.* 12.

## ad L. Qui cum Tutoribus. 9.

### *SUMMARIA.*

*Quare tranſactio ſe non extendat ad ea, quæ poſtea ſu-*
*pervenerunt?* n. 1. & 3.
*An ad ea, quæ dolo occultata?* 2.

1 TRanſactio non extenditur ad ea, quæ poſtea ſu-
pervenerunt, jura, ſed de jure præſenti, quod
jam habet, *per h. l. 9. princ.* nec pertinet ad ignota,
quæ tum temporis cogitari non potuerunt. *Dn. Mev.*
*p. 5. dec.* 236. *nu.* 3. nec obſtat *L.* 122. *§. fin. de V. O.*
quia ibi ſubintelligendum eſt, id actum eſſe, ne con-
tra diviſionem factam ex fideicommiſſo patris poſtea
veniretur, vel fratrem non ſucceſſiſſe ex fideicommiſſo,
ſed directo Jure. *vid. Jaſ. in d. §. fin. n.* 45. *& Alex. nu.*
3. *Zaſius n.* 19. *Crotus n.* 30. *vol. 6. repet. Juris. P. Bu-*
2 *ſius ad h. L.* nec extendenda tranſactio ad ea, quæ alte-
rius dolo ſunt occultata, *h. t. §. 2. & L. tres fratres. ff.*
*de pact. L. 3. C. h. t. Mantica de convent. l. 26. tit. 6. nu.*
9. vel quæ non ſunt expreſſa, vel quæ in lite non ver-
ſabantur, vel de quibus tunc nondum litigabatur *§. fin.*
*h. l.* licèt tranſactio quoad verba generalis videatur.
*Mol. diſp.* 558. *num.* 2. bene tamen ad connexa. *Valaſcus*
3 *conſ.* 39. *num.* 5. Autor *in C. h. t. ad L. 3. num.* 3. & 4.
illorum ratio, quia ſtricti juris eſt. *v. Trentl. & Bach.*
*d. diſp. 7. th.* 4.

## ad L. De re filiorum. 10.

### *SUMMARIA.*

*An pater de rebus filii tranſigere poſſit?* n. 1.
*An poſſit de filii bonis immobilibus?* 2. & 3.

1 QUæritur, an Pater de rebus filii adventitiis tranſi-
gere poſſit? quod negatur in caſu filiorum eman-
cipatorum, affirmatur de filiisfamilias, qui in pote-
2 ſtate patris ſunt. Autor *in C. h. ad L. 12. n.* 7. Sed quid
in immobilibus? Reſp. poteſt pater habens in poteſta-
te liberos, ſi tranſigat de prædio retinendo, non verò
alienando, niſi ex cauſa neceſſitatis & æris alieni, ubi
etiam ſine decreto, ſi aliter bona conſervari nequeant.
Ideoque diſtinguunt inter filium emancipatum, & in
poteſtate exiſtentem. Illo caſu decreto opus eſt, &
cognitione cauſæ, etſi non exacta: nam patris conſi-
lio facilè aſſurgendum, *per l. 7. § 2. ff. de rebus eorum*
*qui ſub tutela.* Sed ſi filiusfamilias, cùm Pater ſit legi-
timus Adminiſtrator bonorum filii, & habeat uſum-
fructum, poteſt de iis tranſigere & alienare ob ne-
ceſſitatem. *vid. Gail. l. 2. obſ. 72. nu. 14 Myn. Cent. 6.*
*obſ.* 61. Autor *c. l. n. 7. Tiraq. ad l. ſi unquam in præfat.*
*nu.* 34. ubi concludit, poſtquàm in præcedentibus nu-
3 meris diſputaverat *Covarr. l. 1. reſol. c. 8. n. 6. conferri*
*poteſt Cephal. conſ. 24. num. 22. & conſ. 58. num. 94. &*
*conſ. 334. nu.* 63.

## ad L. Poſt rem. 11.

### *SUMMARIA.*

*Quando de re judicata compromiſſum admittatur?* n. 1. & 2.
*An ſuper re judicata in foro interiori dubia liceat tranſi-*
*gere?* 3. & 4.
*Qui vult tranſigere, debet priùs excutere conſcientiam*
*ſuam, an res ſit dubia?* 5.
*Quare Remittendo de re judicata liceat tranſigere?* 6.

1 DE re liquida & re judicata non admittitur tranſactio, Autor *in C. h. ad L. 19. nu. & ad L. 32. n. 1.* & ſic nec compromiſſum de re judicata valet. *Decius conſ. 22. circa finem.* Idem in criminalibus dicit *Delrio ad L. transigere. n.* 174. cum regulariter cauſæ criminales civilem proceſſum imitentur. Autor *in C. h. ad L. 18. n. 13.* Admittitur tamen, quando negatur liquidum
2 eſſe. *Mynſ. cent. 4. obſ.* 47. Unde apparet, ſuper inſtrumento liquido fieri poſſe tranſactionem, ſi ſuper formæ & fidei defectu ſermo ſit, v. gr. ut ex *L. ult. C. plus valere, quod agitur &c. Buſius ad L. 7. h. t. n.* 6. & licèt de cauſa liqueat, ex propria confeſſione, ſi tamen confeſſus alleget errorem, ſuper ea cauſa, non obſtan-
3 te confeſſione, tranſigi poteſt. *Buſius d. l. nu.* 8. Sic licèt eſſet ob rem judicatam in foro exteriori res liquida, ſed in foro interiori dubia, quia ſententia, ubi de juſtitia ejus ipſe victor valde dubitat, eo ipſo in conſcientia ſit dubia; nam hæc tranquillam conſcientiam non reddit; ergo etiam in tali cauſa licebit tranſi-
4 gere. Sic ſi aliquis tranſigeret quaſi de re dubia, quam tamen ſcit ex altera parte eſſe liquidam, conſcientiam vulnerat, ſi tranſactionem perſuadeat. *Card. Mant. de tac. & amb. convent. L. 26. tit. 8. nu.* 22. Autor *ad II. t. de Condict. indebiti ad L. 65. nu. 13. & in C. ad L. 2. num 4. h. t.* Ergo tu qui tranſigis cum alio, priùs excute conſcientiam tuam, & regulam Chriſti: *quod vultis, &c.* & cum ea priùs tranſige. Rectiſſimè *Klock. vol. 3. conſ. 182. num.* 680. allegat, & ſua facit verba Autoris: Wobey wohl zu conſideriren / daß zu rechter Verſicherung gutes Gewiſſen nicht genug / daß jemand einen Vertrag für ſich habe / ſondern iſt nothwendig den Sachen beſſer zuruck aus dem eigentlichen Grund nach zuſehen / ob nicht eine vortheilige kluge Parthey die ander hinterliſtig / oder mit unausſetzlicher Zunöthigung dahin gebracht und getrieben habe / von ihren kundbaren und klaren Rechten / um Ruhe und Friedens willen / dem unbefugten Verfolger in Vertragsweiß / eines oder anders zu laſſen / *ut pie ſcribit Author* der Salmans Weiliſche nothwendigen Erinnerung über den Gräfl. Hailgenbergiſchen Gegenbericht / *q. 12. p. 202. ſubjiciens*: daß dergleichen Proceß bey Gott nicht gebilliget / ſondern auch wol in dieſer Welt mit zeitlichem Fluch und gäntzlicher Vertilgung herliche Geſchlechter / die man durch unziemliche Mittel bereichern und erhöhen wollen / geſtraffet worden / *exemplo Gaufredi Normannorum Ducis, qui in gratiam Gerardi Berlai Reguli, perſuaſionibus, aliiſque modis apud vicinum Abbatem Monaſterii S. Albini tandem effecerat, ut cum Berlajo tranſactionem Monaſterio perniciosam Abbas iniret. Inter homines res acta & compoſita videbatur; ſed Deus interceſſit, correptumque eam ob rem in ſomnis Gaufredum, gravi interminatione adegit, ut tranſactionis inſtrumentum Gerardo per vim extorſerit, & diſcerptum in fruſta combuſſerit. Non omnibus divina ejuſmodi monitio in tempore obtinget, ſed quidem pœna omnibus, utinam non poſt tempus.* Hic piè *Klock. d. l.* Utinam omnes litigantes & practici hoc crederent, & ſuæ ſaluti proſpicerent! *Conſ. Caccialupus de Offic. Adv. c. 4. n.* 5. quem laudat *Hill. in Don. l. 18. c. 3. lit. X.* Remittendo tamen tranſigere poſſumus, ut animo donandi remittamus obligationem ex re judicata adquiſitam; Nam licèt hoc non valeat ut tranſactio, valebit tamen ut pactum. *Carol. Rum. vol. 1. conſ. 109. nu.* 20. quod admitto, ſi ſpontanea ea fuit donatio & liberalis, non per litem calumnioſè motam extorta.

## ad L. Non eſt ferendus. 12.

### SUMMARIA.

*An, qui teſtamenti partem legit, & tranſegit, poſſit tranſactionis reſciſſionem petere, quod non totum viderit? num. 1.*
*Quid ſi poſtea Codicilli reperiantur? 2. & 4.*
*Quid ſi quis non quidem legerit teſtamentum habeat tamen ejus exactam notitiam? 3.*

1 VIdit aliquis teſtamentum & tranſegit, poſtea excipit, ſe non vidiſſe & perlegiſſe integrum Teſtamentum, ſed tantùm partem, ideo tranſactionis reſciſſionem petit, ſed malè, quia qui vidit Teſtamenti partem, totum Teſtamentum vidiſſe præſumitur. Aliud
2 autem, ſi poſtea codicillus proferatur. Nam licèt novis repertis inſtrumentis tranſactio reſcindi non poſſit, Aut. *in C. h. t. ad L. 19. n.* 1. ſecus tamen eſt in poſtea repertis aut productis Codicillis, diviſione paterna aut materna inter liberos. *Carpz. l. 6. Reſp. 43. Troml.*
3 *lib. 3. tit. de Tranſact. reſ. 1. num.* 11. Sed quid ſi non quidem legit Teſtamentum, habuit tamen ejus exactam
4 & perfectam notitiam? Reſp. Sufficere, ſi aliunde, quàm ex teſtamento cognitionem relictorum habeat. *Natta conſ. 145. n.* 3. quod autem codicillorum ignorantia præſumatur, de codicillo à Teſtamento ſeparato intelligendum, prout tradit *Trentacinq. d. l. numer.* 17.

## ad L. Nulli. 13.

### SUMMARIA.

*Quibus caſibus Procurator tranſigere poſſit? n. 1.*
*An pater de filii bonis, Vaſallus, maritus poſſint? 2.*
*Adminiſtratores poſſunt, ſi rem quæſtionis retineant. 3.*

1 PRocurator fiſci ſine conſenſu Principis non poteſt tranſigere; de aliis procuratoribus privatorum communis eſt diſtinctio, an ad agendum ſint dati generaliter, omnibus ſcilicet cauſis, & tunc non poſſe tranſigere: an verò omnibus negotiis & bonis adminiſtrandis dati, & tunc tranſigere poſſe. Autor *in C. h. ad L 7. n.* 5. Idem de Præſide *L. 12. C. h. t.* de patre adminiſtrante bona filii adventitia, quod ſcilicet tranſigere poſſit ſi non alienet, de quo ſupra; *ad L.*
2 *10. h. num.* 1. Idem in Vaſallo, ſi non alienet fundum feudalem, quod D d. ad h. t. perſequuntur uberiùs. Maritus tranſigere poteſt nomine uxoris, ob poteſtatem maritalem. *Tiraq. de LL. connub. gl. 1. p. 1. nu.* 3. *Cothm. conſ. 8. num.* 81. *Weſ. conſ. 11. num.* 17. ut legitimus conſuetudine uxoris Curator. *Gail. lib. 1. obſ. 133. n. 1. Mynſ. dec. 1. Reſp.* 10. Et uxorem non poſſe reſtitutionem petere, ſi facto approbavit. *L. 5. ff. rem ratam haberi* & ita *deciſum menſe Julio anno* 1654. Ideoque
3 hîc Gloſſa notabilis allegari ſolet à Doctoribus bis, & ab aliis, quod Adminiſtratores, Tutores, Patres, Oeconomi Eccleſiarum, procuratores fiſci poſſint tranſigere. Autor *in C. h. ad L. 12. num.* 1. ſi rem quæſtionis retineant, non ſi apud adverſarium dimittant: prolixè hoc autoritatibus confirmat *Joh. Ant. Trigona ſing.* 93. *Tiraq. de Retr. conſang. §. 1. gl. 14. n.* 68 Tranſactio enim alienatio eſt, quando per eam res alienatur, non quando retinetur. *Tiraq. d. l. nu.* 69. Et, ut dixi, tutor non tantùm limites officii excedit, quando rem pupilli poſſeſſam alteri tradit, ſed etiam, quando ab adverſario poſſeſſam ipſi relinquit. *Tiraq. d. l. n. 70. & ſeqq. Conſ. Cephal. conſ. 133. n. 78. & n. 87. Simon. Coll. de Decret. t. 6. n.* 105.

## ad L. Controverſia. 14.

### SUMMARIA.

*Hæredis ſcripti tranſactio cum legitimo facta præjudicat creditoribus. n. 1.*
*Diſtinguitur tamen. 2.*
*Quænam ratio decidendi? 3.*
*An etiam legatariis noceat talis tranſactio? 4.*

1 SIngularis hæc Lex eſt. Quando ſcriptus hæres tranſigit cum legitimo hærede, tunc creditores hæreditarii ambos conveniri debent proportionibus hæreditariis. Et ſic tranſactio horum præjudicat creditoribus.
2 Et ita hanc Legem reputant ſingularem *Bald. Jaſon, Angelus, Alex.* quos refert *Joh. Anton. Trigona ſing.* 94. Autor *in ff. h. t. ad L. 2. nu. 1. & 2.* ubi tamen diſtinguit, utrum querela in offic. Teſtam. fuerit mota, an verò, de nullitate actum. Illo caſu jam antea ſcriptus adiit hæreditatem, ergo ſolus tenetur; hoc caſu aut legitimo certa res, vel ſpecies vel ſumma datur,

&

& ſolus hæres ſcriptus conveniatur; aut verò per
quotas dividuum, & tunc uterque proportionabiliter
conveniatur. *Conf. Matthæus Matthesilanus ſing. 4. nu.
8. Felin. in c. pen. nu. 13. X. de re jud.* Ratio decidendi
3 conſtituitur hic in certitudine ſucceſſionis, quia igno-
4 ratur, quis hæres ſit. *Trigona d. l. & Surdus l. 1. conſ.
92. num. 28.* Ideò ad legatarium non videtur pertinere
hæc lex, niſi legata in ſucceſſione ab inteſtato repeti-
ta. Nam tunc certum eſſet, quis ſit hæres ſcriptus, à
quo ſolvenda legata. *Surdus d. conſ. 92. num. 29.* Si
etiam creditores onus probandi in ſe ſuſciperent, au-
diendos eos eſſe tradit *Surdus d. l. nu. 30.*

### ad L. Pacto convento. 15.

*SUMMARIA.*

*Tranſactioni in caſum contraventionis pœna ſtipulatio
addi poteſt. num. 1.*
*Quomodo fieri poſſit, ut reſciſſo pacto ſtipulatio pœna lo-
cum habeat? 2.*

HIc ſuggeritur conſilium, ut Tranſactioni non
1 tantùm ſubjiciatur Aquiliana ſtipulatio, quod
tunc temporis frequentabatur, ſed apud nos id uſi-
tatum non eſt, ſed ut in caſum contraventionis etiam
pœnæ ſtipulatio addatur juxta *l. ubi 40. C. h. tit. ibique*
2 Autor. Sed quomodo fieri poteſt, ut reſciſſo pacto ta-
men ſtipulatio pœnæ locum habeat? *Accurſius* intel-
ligit, ſi omittatur exceptio pacti. Malo id tali exem-
plo declarare, donec melius afferatur: tranſegi tecum
de re judicata ac liquida, & ſtipulatus ſum à te pœ-
nam, ſi contraveneris. Hîc ipſum pactum tranſactio-
nis reſcinditur, ſed ſtipulatio manet. Nam quando
pactum ratione materiæ vel ob prohibitionem Le-
gis reſcinditur, ſtipulatio pœnæ locum habere non
poſſet.

### ad L. Qui fidem. 16.

*SUMMARIA.*

*Quis effectus ſit clauſula,* rato manente pacto, *in tran-
ſactione? n. 1. & 3.*
*Quando non ſervanti fidem in tranſact. promiſſam, non
liceat ſervare fidem? 2.*

SI pœna in Tranſactione placita cum clauſula, ra-
1 to manente pacto, tunc is qui fidem frangit, &
pœnam ſolvere, & debitum principale tenetur. *hic &
L. 17. C. h. t.* cùm aliàs ſine hac clauſula tantùm ad al-
terutrum teneatur. *L. 48. ff. de Act. emt. l. 122. §. fin.
ff. de Verb. Obl. Vid. Molin. tr. 2. diſp. 556. d. J. num. 10.
Marta de clauſul. p. 1. clauſ. 141. Joh. Guttierez. ad l.
nemo poteſt. de Legat. 1. num. 423. & de juram. confirm.
l. 1. c. 60. num. 1.* Autor *in C. t. h. ad L. 17. num. 4. &
5.* Collige, fidem frangenti fidem non eſſe ſervandam.

*Barboſa Locupl. l. 6. c. 15. ax. 9.* Autor *in C. t. de Pact.
ad L. 21. num. 3. & 4. Et ad L. 3. numer. 4. C. de Donat.
ante nupt.* Et ſic eſt hæc juſta cauſa recedendi à tranſ-
a actione, ſed audita tamen cauſa à ſuperiori, qui non
facilè retractari patietur has tranſactiones. *Dn. Mev.
p. 5. dec. 120.* Præſertim verò nota virtutem clauſulæ,
rato manente pacto, quæ efficit, ut obſervans con-
3 tractum poſſit uti remediis contrariis, nam in ejus fa-
vorem, non verò in favorem contravenientis hæc clau-
ſula addita. *Afflictus dec. 220. numer. 5. Riccius Collect.
973.* & juramento vis hujus clauſulæ tribui ſolet. *Bal-
dus deciſ. 22. Marta d. l. Gail. l. 1. Obſ. 150. n. 15.* Et hæc
clauſula facit, ut pœna toties debeatur, quoties con-
travenitur. De hac clauſula videatur *Marta c. l.* con-
ferri poteſt *Cephal. conſ. 35. num. 23. Fulgoſ. conſ.* 111. *n. 1.*
Autor *in C. h. t. ad L. 40. nu. 3. & 4. & L. 41.*

### ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*An tranſactio pacta à Venditore hæreditatis, noceat em-
tori? n. 1.*
*An cedens poſſit tranſigendo præjudicare ceſſionario? 2.
& 3.*
*An ignorantia debitoris liberet eum, ſi pepigerit? n. 4.*

1 HÆreditatem vendidi tibi, & ceſſi actiones hære-
ditarias, interim cum uno debitore tranſigo,
qui poſteà à te conventus, quæritur, an, habeat ex-
cept. tranſactio.? R. Quod ſic, quia debitor ignorans
tranſegit cum vero Creditore, qui adhuc habet dire-
ctam actionem. *Afflict. dec. 335. nu. 12. Ruinus conſ. 177.
num. 1. vol. 1. Cacheranus dec. 45. num. 2. Cephal. conſ.
346. num. 16. Vid. Trentac. L. 3. tit. de ſolut. reſp. 14. nu.
2. Dn. Manzius in cent. dec. 15. qu. 45 ubi duo præjudi-
2 cia allegat.* Sed quæritur, an cedens poſſit præjudicare
ceſſionario indiſtinctè, extra tres illos caſus, qui in *L.
3. C. de Novat.* continentur? & licèt *Bart. & Dd. in L.
63. §. ſi hæres. 2. ff. ad Trebell.* diſtinguant, utrum ceſ-
ſio facta ſit in commodum & cum periculo cedentis,
an verò ceſſionarii, & ad illum caſum reſtringant *d.
L. 3.* quod ſequitur *Franc. de Clapperius in ſuis deciſion.
part. 2. cauſ. 63. qu. nu. Caballinus de evict. §. 3. numer. 13.*
Neſcio annon ſimplicior Dyni ſententia, quàm in *d.
§. ſi hæres.* proponit, ſcilicet indiſtinctè nocere, præter
dictos tres caſus. Sed prior diſtinctio videtur commu-
nior, quam & probat *Neguz. de pign. p. 2. membr. 3. n.*
27. Sed an ignorantia debitoris indiſtinctè ipſum li-
3 beret, ſi pactus fuerit? R. per diſtinctionem, utrum
liberatus ſit debitor gratis, vel cum pacto oneroſo, ut
hæc lex ad ſecundum hunc caſum reſtringatur. Et
*Franciſcus de Clapp.* hanc diſtinctionem in enarratio-
ne cujuſdam cauſæ ſe ſecutum eſſe dicit, *d. l. nu. 19. &
ſeqq. Add. not. ad L. 3. C. de Novat.*

# LIBRI TERTII.

## TITULUS I.

## De Poſtulando.

### Ad L. Hunc titulum. 1. & L. Fatuo. 2.

*SUMMARIA.*

*Advocati officium honorabile eſt. n. 1.*
*Advocati debent habere teſtimonium vitæ & doctrinæ. 2.*
*Tres ordines prohibitorum poſtulare recenſentur? n. 3.*
*Cauſæ prohibitionis alia generalis, alia ſpecialis. 4.*
*Quid poſtulare ſit, explicatur? 5.*
*An minor eſſe poſſit Procurator? 6.*
*Ad ſtatutum vel conſuetudinem condendam qualis cauſa
ſufficiat? 7.*
*Surdus in ſcriptis poſtulare poteſt. 8.*
*Ex officio patronus debet dari ei, qui ob alterius potenti-
am invenire non valet. 9.*
*Advocatus pauperi datus non excuſatur ob id, ſi dicat*

volens paſſus eſt §. *6.* & qui calumniæ damnatus eſt in publico judicio admiſſæ *d.* §. *6.* item qui locavit operas ſuas, ut cum beſtiis depugnaret, non qui virtutis cauſâ id fecit *d.* § *6.* imò ſi etiam virtutis cauſâ id fiat, ſed in Arena ſcilicet Scena Romana, in qua pugnare coram plebe erat omnibus probroſum, & militibus capitale, *l.* 4. *ff. de pœnis.* quod prolixè ibidem declaratur. Et hæ perſonæ, quæ locarunt operas ſuas in arena, admittuntur, ut pro ſe poſtulent, ſed pro aliis poſtulare prohibentur, niſi curam aut tutelam aliorum gerant *d l.* §. *6.* In §. *7.* pergit ad eos, qui non pro omnibus poſtulare prohibentur, ut qui Edictor prætoris ut infames notantur, nam hi lege, plebiſcito, SCto, Edicto, decreto Principium pro ſe & certis perſonis tantùm poſſunt poſtulare §. 8. *h. t.* Si tamen à Principe vel Senatu fuerint reſtituti, vel ſi Prætor ex cauſa ætatis in integrum reſtituerit, liberant ab infamia & pro omnibus poſtulare poſſunt. §. *9.* & 10 *h. l.* Autor *in C. t. de Gener. abolit. ad* §. *ult. num.* 2. Pro quibus autem perſonis tales poſtulare poſſint, habetur *in* §. *fin. h. l.* qui ſatis planus, pro patente, patrono &c. item pro mente captis, quibus dati ſolet curator *l.* 2, *h. t.*

## ad L. Cui eorum. 3.

*SUMMARIA.*

*Tutor licèt infamis, pro pupillo poſtulare poteſt. nu.* 1.
*An morte conjugis affinitas ſolvatur.* 2. & 3.
*An teſtis pro affini deponere poſſit?* 4.
*An duo affines eſſe poſſint in eodem collegio?* 5.
*In cauſa matrimoniali durat effectus affinitatis ſolutæ.* 6. & 8.
*Idem in ſtatuto, ut cauſæ affinium prærequirant compromiſſum.* 7.
*An Mutus vel ſurdus ſemper indigeant curatore?* 9.

1 PRincipium legis 3. connectitur cum *lege* 1. & 2. nam
*in fine legis* 1. actum eſt de perſonis, quæ pro certis perſonis poſtulare poſſunt, licèt ſint infames. Inter tales reperitur Tutor, qui poteſt pro pupillo poſtulare, ſi vel pater in Teſtamento hoc onus ei impoſuit, aut cùm plures eſſent tutores, is, cui à majori parte tutorum hoc munus impoſitum, vel qui à Judi-
2 ce datus eſt. Idem in Legitimo Tutore. Notetur autem §. 1. dicitur enim hîc, eas affinitates intelligendas eſſe, quæ ſunt, non quæ quondam fuerunt; unde colligitur, morte conjugis ſolvi affinitatem, quia medium & ratio fundandæ affinitatis ſublata. Hinc infertur,
3 quando ſtatutum eſt, ut cognatus cognatum, affinis affinem compellere poſſit ad compromittendum, tunc hoc ſtatutum ceſſare diſſoluta affinitate, licèt ſuperſtes in viduitate permaneat. Et ideò non pertinet ad litem, quæ verſatur inter ſocerum & generum ſoluta affinitate, ut ex hoc textu probat *Blancus in tr. de Compromiſſ. q. 3. numer.* 23. ubi prolixè hanc materiam tractat. Hoc poteſt in aliquibus quæſtionibus Juris lo-
4 cum habere, v. gr. Quando quæritur. *(1.)* An teſtis pro Affini deponere poſſit? Diſtinguunt inter affinitatem præteritam & præſentem, diſſoluta enim affinitate, ceſſat effectus. *Farinac. L. 2. q. 54. num.* 32. *Albericus in tract. de teſtib. p.* 1. *num.* 16. ubi notanter dicit, paria eſſe, non eſſe affinem, vel affinitatem eſſe ſolutam. *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa p.* 1. *num.* 28. Sicut etiam in Facultate noſtra deciſum memini. *(2.)* In
5 quæſt. An duo affines in eodem collegio eſſe poſſint? Eadem diſtinctio habetur, juxta communem ſententiam, de qua teſtatur *Dn. Mevius ad Jus Lubec. L.* 1. *tit. art. 7. numer.* 22. ubi dicitur, hoc concedi diſſoluta affinitate per mortem ejus, per quem contracta fuit, & effectus affinitatis ceſſare ait extincta cauſa, ut beneficium competat. *L. res judicata.* §. *ſocero. ff. ſol. matr.*
6 item quod abſque venia in jus vocare non liceat. *L. de his* 11. *C. de furt.* & in ſola cauſa matrimoniali
7 durare effectum affinitatis, ob honeſtatem publicam, ait *Mev. d. l. num.* 27. *(3.)* In quæſt. an quando ſtatutum eſt, ut cauſæ affinium prærequirant compromiſſum, ibi Dd. eand. diſtinctionem habent, ut apparet ex traditis *Andr. Barbatiæ, ad L. cum acutiſſimi C. de*
8 *fideicomm. num.* 144. & *ſeqq.* imò affinitatem diſſolvi morte perſonæ mediæ, quoad omnes effectus, excepto matrimonio, videtur eſſe communiter receptum. *Tuſch. concl.* 239. *numer.* 13. *lit. A.* cui jungo caſum *legis ult. C. de V. S.* ubi id fieri ob materiæ favorem, ſtatuunt Doctores ibidem. Cætera *in l.* 3. ſunt plana, ut quod tales perſonæ pro genero, pro nuro, pro ſocero vel ſocru poſtulari poſſint, & additur, curatorem datum muto, ſurdo, prodigo vel minori poſſe pro perſona curanda poſtulare. Sed quæ-
9 ritur hîc à *Bartolo* An Mutus vel Surdus ſemper opus habeant curatore? Quod rectè negat, quia per ſe ipſos nonnulli aliquid gerere poſſunt, ut muti nutu voluntatem ſuam declarare poſſunt. *l. 65.* §. *pen. ff. ad Sct. Trebell.*

## ad L. Item quibus. 4. & L. Et qui negotiis. 5.

*SUMMARIUM.*

*Curatores infirmis dati an pro iis poſtulare valeant?*

CUratores etiam dati ſolent laborantibus infirmitate corporis vel morbo chronico, ſi ſua negotia gerere impediantur. Et horum Curatores quin pro infirmis poſtulare poſſint, nullum eſt dubium.

## ad L. Puto. 6.

*SUMMARIA.*

*Si curator ſit inter perſonas pro aliis poſtulare indiſtinctè prohibitas, an pro perſona curanda nihilominus poſtulare valeat? n.* 1.
*An prohibitus poſtulare poſſit in ſcriptis operam ſuam commodare?* 2.
*Sed quid ſi certus numerus Advocatorum, qui in ſcriptis conſulunt.* 3.

1 SUnt tres ordines prohibitorum poſtulare, quidam tam pro ſe, quàm pro aliis prohibentur. Quidam prohibentur pro aliis tantùm, pro ſe poſſunt. Quidam pro ſe non tantùm poſſunt poſtulare, ſed pro aliis, non omnibus, ſed certis perſonis, ut *ſupra* dictum. Sed quæritur de ſecundo ordine, ſi quis indiſtinctè prohibitus ſit pro aliis poſtulare, an ſi munùs curatoris gerat, poſtulare poſſit pro perſona curanda? Quod affirmant *in l. 6. pr.* quia officii neceſſitas ipſum admittit. Et aliud ſi diceremus, tendere poſſet illud in detrimentum perſonæ curandæ; & curator majorem notitiam habet rerum & fortè melius Advocato exponet. *In parag.* 1. dicitur, qui prohibitur coram ſe poſtulare, quod non prohibeatur coram ſucceſſore, quia pœnæ molliendæ ſunt, & non exaſperandæ. Unde nonnulli volunt, prohibitum poſtulare, poſſe in ſcriptis ope-
2 ram ſuam commodare. *Weſenbecius in ff. h. t. num.* 5. *Carpanus de ſtatut. Mediolan. lib. 1. cap. 60. num.* 1. Sed hoc diſplicet *Ummio diſp. 2. ad proceſſum. num.* 6. putarem, exactè attendenda eſſe verba prohibitionis Judicis, & delictum, quo prohibitionem meruit, ſi enim in ſcriptis deliquit, palam eſt, prohibitum nec in ſcriptis patrocinari poſſe. Autor *in C. h. t. ad L.* 1. *num.* 4. Sic ſi certus numerus Advoca-
3 torum, qui in ſcriptis conſulunt, certè prohibitio generalis eſſe videtur. Aliud, ſi certus numerus Advocatorum proponentium cauſas in audientiis, ſed ſcripturæ per quemlibet fieri poſſunt, ut in Electoratu Brand. De hoc caſu ſententiam *Weſenbecii* intelligerem, ſi non in ſcriptis deliquit.

ad

## ad L. Quos prohiber. 7.

*SUMMARIUM.*

*An judex Advocatum poſtulare prohibitum recuſare teneatur, quando adverſarius non excipit?*

LIcèt prohibitum poſtulare Advocatum habeam, & Adverſarius contra eum non excipiat, poteſt tamen judex ex officio eum repellere, quia Juri, quod alterius favore introductum eſt, renunciare non poſſum. *Gail. l. 1. obſ. 40. num. 10. Matheſilanus in l. cum anterior. §. ſi autem partes. num. 3. C. de temp. appell. cujus commentarius in tr. de ſingularibus continetur.*

## ad L. Imperator. 8.

*SUMMARIUM.*

*An finita pœna relegationis finiatur infamia?*

QUi ad quinquennium probibitus eſt poſtulare, abſoluto tempore poteſt poſtulare; unde, collata etiam *L. 5. ff. de Decur.* colligunt, finitâ pœnâ remotionis & relegationis, finiri infamiam, Autor, *in C. t. Ex quibus cauſ. infam. ad L. 3. numer. 3. & 6.* ſed contra eſt *L. 6. C. de his qui not.* Variè reſp. Diſtingunt alii inter crimina, alii inter reſponſa. JCtorum & Imperatorum, quod ultimum placet. *Conf. Ant. Matth. ad l. 48. ff. tit. 19. c. 1 num. 4. Manzius ad h. t. num. 190. & ſeq. Wiſſenbach. d. 11. ib. fin. Pacius cap. 2. q. 20. Hillig. ad Donell. l. 18. c. 8. lit. Hh.*

## ad L. Ex ea cauſa. 9.

*SUMMARIUM.*

*Advocatus in uno judicio prohibitus, quando in alio admittatur?*

SEntentia, qua alicui Advocatura interdicitur, ſi nullam infamiam ea cauſa contineat, non porrigit ſuum effectum extra Juriſdictionem Judicis prohibentis, & ſic alibi patrocinari clientibus poteſt, Autor *in C. h. t. ad L. 1. nu. 3.* Unde colligit *Dn. Mevius p. 5. dec. 375* Advocatum extraneum ob injurioſè dicta vel ſcripta in judicio hoc, ibi puniri poſſe. Autor *in C. h. t. ad L. 6. nu. 7. & 8. Et t. Vot de crim. agi. ad Authent. Qua in provincia. nu 16.*

## ad L. His qui fiſci. 10.

*SUMMARIA.*

*An Advocatus fiſci contra fiſcum vel Decurio contra civitatem poſtulare poſſit? n. 1.*
*An Clericus contra ſuam Eccleſiam? 2.*
*An vaſallus contra Dominum? 3.*
*An Donatarius poſtulans contra donantem amittat rem donatam? 4.*

QUædam contra certas perſonas aut contra cer-
1 tum collegium poſtulare prohibentur. v. gr. Advocatus fiſci non poteſt alicui patrocinari contra fiſcum, Autor *in C. t. de Advoc. Fiſci ad L. 1. numer. 1.* nec Decurio contra Civitatem vel Rempublicam. Sed excipiuntur tres caſus (1) ſi pro ſe & in propia cauſa poſtulet (2) ſi pro parentibus aut liberis poſtulet contra fiſcum. Vel (3) ſi ſit tutor & poſtulet pro pupillo. Autor *in C. t. de Advoc. diverſ. judic. 1. ad L. 13. num. 7. 8.* Nam officii neceſſitas ipſum excuſat. Sic Clericus non poteſt poſtulare contra ſuam Eccle-
2 ſiam, & ſi id faciat, perdit beneficium. *cap. ult. X. de poſtulando.* Si tamen in duabus Eccleſiis beneficium habet, pro una contra aliam poſtulare poteſt, *Gl. in d. c. ult.* relata à *Bachov. ad h. t. num. 6.* Autor *in C. t. de Epiſc. & Cleric. ad L. 17. nu. 1. 4. & 6.* Sic vaſallus non
3 poteſt poſtulare contra Dominum, præſertim in cauſa criminali vel civili gravi *lib. feud. tit. 33 §. 1. Roſenthal. de feudis c. 10. concluſ. 35.* & quos *d. l.* refert *Bach* qui rectè reprehendit *Panormitan. ad d. c. ult. & Gailium l. 1. obſ. 88. num. 6.* Autor *in C. t. de Advoc. diverſ. judic. t. ad L. 2. num. 3. 4. & 5.* Statuentes, dona-
4 tarium ſi poſtular contra donantem, amittere rem donatam & donantem revocare poſſe donationem, quod nulla lege probatur, niſi per poſtulationem grave damnum donatori datum, quod difficulter probabitur, ſc. poſtulationem eſſe cauſam, cur ſuccubuerit donator.

## ad L. fin.

*SUMMARIUM.*

*An Advocatus in una cauſa utrique parti operam ſuam commedare poſſit & quando id liceat?*

IN una cauſa Advocatus non poteſt utrique parti operam ſuam commodare, ne quidem ſucceſſiva, ſi unam deſerere, & ad aliam defendendam tranſire velit, Autor *in C. t. de Advoc. diverſ. judic. ad L. 1. num. 9. & 10.* Excipiuntur autem hîc duo caſus (1) qui Advocatus fuit contra patrem, in eodem negotio poteſt eſſe Advocatus pro filio, cujus tutelam gerit. Et (2) ſi quis ut Advocatus fiſci egit contra patrem, in eodem negotio poteſt filium defendere contra fiſcum, ſi ſit ejus tutor, cujus ratio in neceſſitate officii.

---

## TITULUS II.

### *De his qui notantur infamiâ.*

## Ad Rubric.

*SUMMARIA.*

*Infamia juris & facti quæ ſit? n. 1.*
*An ex ſtupro natus infamis ſit? 2.*
*Vulgus infames honorat, innocentibus maculam affricat. 3. 6. & 7.*
*An lictores &c. ſint infames? 4. & 5.*
*Statuta opificum emendari merentur. 8.*

INfamia eſt læſæ exiſtimationis ſtatus; eſtque du-
1 plex, juris vel facti. Illam jus; hanc opinio hominum probabilis, ex proprio hominis facto proveniens conciliat. Nam v. gr. ex ſtupro natus non eſt infamis,
2 ne quidem infamia facti. Nam quomodo quis ex facto alieno fieri poteſt infamis? *Hartm. Piſt. p. 1. q. 30. Theming. q. 48. & hos referens Carpzov p. 2. dec. 111. num. 10.* Stupratores condemnati infames ſunt, non ex his nati, multò minùs ſpuriorum liberi legitimi à
3 dignitatibus arcentur. Sed contraria opinio ſtultæ plebi inſidet, quæ infames honorat, innocentibus maculam affricat. Hi ſunt mores ſeculi corruptiſſimi! Sic
4 lictores, carnifices non ſunt infames, ſed viles; ideo liberi eorum non poſſunt à dignitatibus arceri. *Carpzov. p. 2. dec. 112.* Sic nec is Collegio opificum
5 excludendus, Autor *in C. h. t. ad L. 17. num. 9.* qui à ſe, vel alio impregnatam, (modò hoc caſu editus ſit partus) duxit ſciens. *Carpzov. p. 2. Juriſpr. for. conſt. 6. def. 13. & 14. Berlich. p. 2. deciſ. 29).* aut qui filiam
6 opilionis duxit. *Carpz. l. 6. Reſp. 99.* ſicut etiam ſententiam ita latam memini; vel qui lictoris filiam du-
7 xit. *Carpz. p. 1. dec. 18.* Lictoris filio ad ſacrum Miniſterium aſpiranti, à ſtulta plebe vitium natalium ſtultè objectum eſſe, memini. Ita nec infamiâ juris nec facti laborat filius ejus, qui ſupplicio affectus, vel qui ejus viduam ducit in uxorem. *Carpz. p. 2. dec. 192.* Utile eſſet, ſi opificum ſtatuta, quæ contra jus
8 gentium interdum pugnant, à Superioribus reviderentur & emendarentur, & ſtultæ opiniones hominum mentibus eximerentur.

## ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Cauſæ infamantes quanum? nu.* 1.
*Scenicæ perſonæ apud Gentiles majori, quàm apud Chriſtianos, odio fuerunt.* 2.
*Lenocinia quæ fuerint?* 3.
*Quid hodie juris circa feſtinatas nuptias?* 4.

1 LEx prima continet enumerationem cauſarum in-
famantium, ut ignominioſa miſſio, exercitium
artis ludicræ, prodire in ſcenam, Autor *in C. h. t. ad L.*
21. *num.* 4. 5. Lenocinium, Calumnia in judicio publico
admiſſa, Prævaricatio, Feſtinatæ nuptiæ, bina ſponſalia,
Autor *ad L.* 38. *nu.* 1. *ſeqq. C. ad L. Jul. de adult.* idem
de furto, rapinâ, injuriis; aut dolo facta condemnatio
vel tranſactio, item condemnatio in actione directa
pro Socio, Tutelæ, depoſiti, mandati, non verò tranſ-
actio, nec confeſſio. Quæ ſingula excutere, non eſt
noſtri propoſiti. Sed de nonnullis pauca monebo. Ad
ſcenicas perſonas quod attinet, mirandum, gentilibus
2 magis ſcenas, & Theatricos ludos ac comœdias odio-
ſas fuiſſe, quàm hodie Chriſtianis. Rectè *Chryſoſtomus*
Theatra vocat peſtilentiæ cathedram, incontinentiæ
Gymnaſium, luxuriæ officinam, impuditiæ orche-
ſtram &c. impuriſſimarum cogitationum, ſermonum
atque factorum ſparguntur ibi ſemina; ut rectè *Dn.
Wiſſenb. diſp.* 11. *th.* 15. in Comœdiis, præſertim inter-
ſceniis ſcandaloſa, obſcœna repræſentari, experientia
proh dolor! teſtatur. Ita juventus ad turpia deducitur
3. & vetita. Ad lenocinia quod attinet, habebant caupo-
nes & ſtabularii mancipia, propter quod pœnam nul-
lam ſuſtinebant, ſed edicto prætoris infamiâ ſolùm
notabantur. Juſtinianus autem hoc genus hominum
4 ſuſtulit. *Nov.* 14 *de Lenonibus.* Feſtinatæ nuptiæ ſunt,
quæ contrahuntur à vidua intra annum luctus, ubi pu-
nitur & vidua & qui eam duxit ſponte, & qui eam
elocavit &c. *h. l.* 9. Sed jure can. hoc non obſervatur,
Autor *in C. t. de ſecund. Nupt. ad L.* 2. *nu.* 2. 14. & 15.
Modò conſtet, viduam gravidam ex priori matrimonio
non eſſe. Nam ſi hoc dubium ſit, dignum eſt feſtina-
tum matrimonium infamiâ; Bina ſponſalia aut bi-
nas nuptias adhuc infamiam irrogare non eſt dubium.
Alios infames juxta ordinem Alphabeti diſpoſitos
vide apud *Manzium h. t. nu.* 93. & *ſeqq.*

## ad L. Quod ait Prætor. 2.

*SUMMARIA.*

*Quotuplex miſſio militum? n.* 1.
*An judex miſſionis cauſam exprimere debeat? n.* 2.
*Miles ob adulterium extra militiæ locum commiſſum damnatus, an ipſo jure fiat infamis, vel opus ſit miſſione ignominioſa?* 3.
*Ignominioſè miſſus neque in urbe Rom. neque ubi Imperator eſt, morari debet.* 4.
*Quæ pœna in ſcenam vel arenam prodeuntium ob lucrum captandum?* 5.

1 QUadruplex eſt miſſio militum. (1) honeſta, (2)
cauſaria, (3) ignominioſa & (4) quæ fit, quod
militiam elegerit, ad evitanda munera publica. Aut.
*ad L. un. numer.* 1. *ſeqq. C. de his, qui non impl.* Miſſio
ignominioſa infamat non tantùm caligatum militem,
id eſt, infimæ ſortis, ſed etiam officiales & ipſum Cen-
turionem ac ſuperiores Duces, ſcilicet reos. Exercitu
autem miſſus dicitur, qui non à cohorte, ſed à nume-
ris multis militum dimiſſus eſt §. 1. *h. l.* ubi exercitus
2 deſcribitur. Quæritur autem an judex, ſi aliquem mit-
tat militia, teneatur cauſam miſſionis ſpeciatim ex-
primere? Et vid. quod non, ob vulgatam regulam Dd.
Sed affirm. Unde notatur, quotieſcunque ſententia
habet plures effectus, & ratione unius poſſet nocere,
ratione alterius non tunc debet judex cauſam expri-
mere, ex qua condemnatio facta; ne ſententia noceat
indefinitè & generaliter lata, ſed tantùm in eo effe-
ctu, quem judex intendit, quam cautelam neceſſa-
riam eſſe, poſt *Gloſſam & Socinum* dicit *Zaſius ad L. ſi
u te* 9. *princ. ff. de Except. rei judic. num.* 7. quod ſi au-
tem omiſerit judex, evolvenda ſunt acta, & in dubio,
quod minus eſt, præſumendum erit, per tradita *Zaſii
d. l num.* 8. Autor *h. t. ad L.* 19. *in f.* In quibus autem
caſibus alias rationes in ſententiis exprimendæ ſint,
tradidi *in proceſſu civ. cap.* 27. *num* 20. Sed ſolent judi-
3 ces deciſioni diſfidentes omittere. In §. 3. agitur de
milite adulterii damnato, quæritur, ſi miles ob adul-
terium extra militiæ locum commiſſum condemnatus
ſit, an tunc ſit infamis ipſo jure, nec opus ſit ut à
Duce ignominioſè mittatur ab exercitu? quod vide-
tur negandum, quia miles ob miſſionem ignominio-
ſam fit infamis. Sed judex, qui de Adulterio extra
militiæ locum cognoſcit, non poteſt ipſum mittere vel
pronunciare, eum mittendum eſſe. Verùm reſponde-
tur, hoc caſu militem adulterii condemnatum ipſo
jure eſſe condemnatum & militia miſſum, licèt ſuper
4 miſſionem nulla lata ſit ſententia. Ignominioſè autem
miſſus, neque in Urbe Romana, neque ubi Imperator
eſt, morari debet, quod in militibus ſpeciale. *Vide no-
5 tata ſupra ad l.* 3. *de Senatoribus num.* 2. In §. *ult.* fa-
ma irrogatur ipſo jure iis, qui in ſcenam vel arenam
prodeunt ob lucrum captandum &c. Autor *in C. h. t.
ad L.* 20. *numer.* 4. & 5. nam hoc turpe, imò
militibus capitale, ut dixi ſupra per *lib.* 14. *ff. de pœ-
nis.*

## ad L. Qui autem. 3.

*SUMMARIUM.*

*Locans operas ſuas, ut ſcenicum ageret, an fiat infamis, licèt ſe non ſtiterit?*

LOcavit aliquis operas ſuas, ut in ſcenam prodiret
artis ludicræ causâ, ſed non ſe ſtitit, an ſit in-
famis? Videtur quod ſic per *lib.* 1. §. 6. *tit. præc.* Sed
Reſp. ibi ſermonem eſſe de eo, qui operam ſuam lo-
cavit, ut cum beſtiis pugnaret, ideoque qui ſe non ſti-
tit in ſcena ludicræ artis causâ, infamiam hîc non in-
currit, quia non eſt conſummatum factum, nec ita tur-
pe, ut eſt locatio operis ad pugnam cum beſtiis in-
eundam.

## ad L. Athletas autem. 4.

*SUMMARIA.*

*Cur ſervus Leno, manumiſſus etiam infamis ſit, meretrix verò ancilla nequaquam? nu.* 1.
*Sequior ſexus in delictis carnis mitiùs tractatur?* 2.
*Quæ pœna calumniatorum & prævaricatorum?* 3.
*Furti condemnatus ſit infamis.* 4.
*Hodie in injuriis reſervatur fama, & quare? n.* 5. & 6.

1 IN pr. dicitur de Athletis & ſimilibus, qui victoriæ
causâ congrediuntur, nam hi non notantur infamiâ.
In §. 1. de Brabeutis qui, multò minùs infames ſunt,
quæ ſunt plana. Sed in §. 2. & 3. dicitur de Lenoni-
bus, quod licèt ſervus lenocinium fecerit, tanquam
acceſſionem alterius negotiationis, infamem tamen
eum manere manumiſſum: Quod in meretrice ſecus,
cui manumiſſæ non nocet quæſtus in ſervitute factus.
*L. pen. h. t.* quia Leno aliis etiam peccandi præbet
cauſam. *P. Buſius hic.* & in ſe non tantùm, ſed etiam
in alios peccat. Unde Dd. tradunt, lenocinium eſſe
gravius adulterio. Dd. refert *Farinac. de Delictis carnis
quæſt.* 144. *num.* 3. & *Calvinus in Lexic. voce Leno.* Dn.
Autor *in C. tit. Si mancip. ita vend. ad L.* 1. *num.* 4 Et
puellæ ut plurimùm violenter fere cogebantur à Le-
2 nonibus. Addo & hoc, ſequiorem ſexum, cæteris
paribus, in delictis carnis caſtigandis, mitiùs tractan-
dum.

dum. Autor *in h. tit. de Juriſd. ad L. numer. 2. De quo*
3 *alib.* In §. *pen.* agitur de iis, qui calumniæ damnati ſunt,
quod illi ſint infames, ſcilicet ſi judex pronunciet
(calumniatum eſſe Actorem vel Accuſatorem) nam
ſi ſaltem dicat, ipſum non probaſſe, non ſtatim
ſequetur calumnia nec infamia. Agitur etiam de
prævaricatoribus, id eſt, qui colludunt cum Adver-
ſario in fraudem fiſci, vel produnt ſui clientis cau-
ſam & ſecreta, & adverſam partem adjuvant. *vid. in-
fra t. t. de prævaricatoribus*, & hi infames ſunt. Au-
tor *in C. tit. de Advocat. diverſ. judic. C. ad L. 1.*
4 *numer. 2. ff.* In §. *ult.* dicitur, quod ex cauſa furti
vel injuriæ damnatus fiat infamis, ſive civiliter, ſi-
ve criminaliter conveniatur, quod Dd. communiter
limitant in minimo furto vel injuria. *Tiraqu. de ju-*
5 *dic. in exigais numer.* 64. Et ſanè hodie moris eſt,
ut in injuriis ſoleat reſervari fama. Autor *in C. tit.
Ex quibus cauſ. infra irrog. ad L. 5. numer. 4. & 5.*
Nam infamia hodie à Collegiis homines excludit, &
ad extremam egeſtatem deducit, & fere omnibus ali-
6 mentis privat. Hanc autem pœnam alicui ob lubri-
cum linguæ irrogare, mihi ſemper iniquiſſimum vi-
ſum. Et quis tandem eſt, qui ſit putus ab injuriis, qui
nunquam in corruptiſſimo hoc ſeculo linguâ ſuâ pec-
caverit in proximum?

## ad L. Quoniam. 5.

### SUMMARIA.

*Quando de crimine capitali paciſcens pro confeſſo habea-
tur? n. 1.*
*An de crimine ingerente pœnam ſanguinis paciſci li-
ceat? 2.*
*An in crimine non capitali ante litem conteſtatam tran
ſigens fiat infamis? 3.*
*At quid ſi tranſigat ad remittendam vexam? 4.*
*An & quando infamis fiat, qui in actione famoſa ſum-
mam petitam ultro præſtat? 5. & 6.*

1 QUi de crimine non capitali paciſcitur, habe-
tur pro confeſſo, Autor *in C. h. t. ad L. 18. num.
1.* ſcil. Si pretio pactus eſt, per *L. 6. §. 3. h. t.* & ſic li-
cet gratis aliquid impetrare, quod pretio non licet. *Gail.
L. 2. obſ. 102. in fin.* Nam ubi tranſactio locum non
habet, compoſitio tamen amicabilis habere ſolet.
Quod pluribus explicat *Molin. tr. 2. diſp. 556. num. 6.
& P. Gregor. in jus can. lib 2. tit. 3. cap. 2.* Sed hoc in
2 celebri *L. tranſigere. 18. C. de Tranſact. ibique* Au-
tor *in d. L numer. 1. & ſeqq.* reſtringitur ad ea cri-
mina, quæ ſanguinis pœnam i. e. pœnam mortis na-
turalis (vide *ad h. t. Zaſium numer. 25.*) non inge-
runt. Nam de iis, quæ pœnam ſanguinis irrogant,
ſive ſint publica, ſive privata *Menoch. l. 1. A. Q. c.
82. numer. 6. Delrio ad d. L. tranſigere. numer. 167.*
3 licet tranſigere. Sed quæritur, an in criminibus non
capitalibus reus ante litem conteſtatam tranſigens fiat
infamis? Negat hoc *Weſenb. ad h. t. numer. 5. & ibi
Dn. Habnius & Treutl. vol. 1. Diſp. 8. th. 5. lit. H.* Sed
dubium movet *L. 6. §. 3. ff. ibi, ne ſecum ageretur*,
quæ vix commodè de proſecutione litis accipi poſſunt.
Accedit etiam *L. ult. ff. de Prævaricat. & L. 6. §. 2.
ff Repetundar.* Et ad *Weſenbecii* rationem poteſt reſ-
ponderi, quod hîc non ſit nuda confeſſio extraju-
dicialis, ſed datio pecuniæ, & qui poſt litem con-
teſtatam tranſigit, certe judicialiter non ſtatim tran-
ſigit; ideo verior fortè ſententia contraria, etiam
ante inſtitutum judicium tranſigentem, fieri infamem,
ſicut ſentit *Hill. ad Donell. L. 18. cap. 8. L. RR. Ba-
chov. ad Tr. d l. Ant. Matth. ad L. 48. tit. 19. cap.
7. numer. 17. & Dn. Franzkias ad ff. Tit. de Tranſ-
action. numer. 25.* Sed prior ſententia fortè æquior;
4 nam poteſt aliquis meticuloſus & lites defugiens for-
tè hîc impingere. Illa verò limitatio ſeu proteſtatio,
quod ad remittendam vexam tranſigat, totam ferè
regulam deſtruit. Nam ſic quilibet diceret, ſe ad re-
mittendam vexam tranſigere. Eſt hoc tantùm inven-
tum Practicorum, fundamento deſtitutum. Certior
illa limitatio, niſi juſſu prætoris tranſigat. *L. 6. §. 3.*
5 *h. t.* Limitant etiam regulam noſtram. ſi quis actio-
ne famoſa conventus, ſummam ab actore petitam ul-
tro præſtiterit, nec ſententiam expectet, quod non fiat
infamis; ejuſque opinionis fuit primùm *Panormit.*
quem multi ſecuti ſunt. Quam ſententiam quidem
concedo in actione famoſa, quæ ex contractu deſcen-
dit, de quo caſu etiam loqui videtur *L. 73. de procu-
rat.* Sed ſi de actione ex crimine loquantur, nunquam
illam ſententiam meam faciam, & fortè abſurda etiam
6 eſt. Nam v. gr. ſi quis me conveniat actione inju-
riarum, & æſtimet injuriam 200. flor. & hanc æſtima-
tionem juramento ſe confirmare poſſe aſſerat, cum
actore tranſigerem, & darem 70. flor. fierem infamis,
ſi autem ſummam petitam totam ſc. 200. flor. darem,
non fierem infamis. Eſt ne hoc ſatis abſurdum, cùm
poſteriori caſu magis videar fateri? Deinde ſolutio ſum-
mæ petitæ nihil aliud eſt, quàm deciſio litis, non
certè judicialis, ſed conventionalis & non gratuita.
Ergo re ipſa eſt tranſactio, licèt actor conſentire le-
ge jubeatur. Conferantur, quæ hac de re habet *Man-
zius ad h. t. nu. 219.* ubi ipſe videtur dubitare. Sed ſen-
tit mecum *Freherus de infam. cap. 8. num. 26.* laudatus
*ab Hill. in Donell, L. 18. c. 8. Lit. Nn.* ubi tamen con-
trarium receptius eſſe, cum aliis dicit, ſed abſurditate
non caret id receptius, niſi id de Contractibus intel-
ligatur, & conſentit *Bach. ad ff. ad Tit. de his qui not.
infam. c. 2. §. unicum ſuperſt. p. 770.*

## ad L. Furti. 6.

### SUMMARIA.

*Furti condemnatus eſt infamis indiſtinctè. nu. 1.*
*A quo tempore incipiat infamia, ſi furti damnatus ap-
pellaverit? & quis uſus quæſtionis? 2.*
*Quid ſi quis nomine alieno furti condemnatus ſit, an fiat
infamis? 3.*
*Per procuratorem totam cauſam agens an per ſenten-
tiam condemnatoriam fiat infamis? & quid hodie? 4.*
*Infamiâ notatur, qui pactus eſt pretio, non preco. 5.*
*Qui juſſu Prætoris tranſigit, non fit infamis. 6.*
*An juramentum purgationis poſſit deferri Reo criminali-
ter accuſato? 7.*
*An mandans, qui fidejuſſori ſuo promiſit quod velit ip-
ſum liberare, & certo tempore non ſtetit promiſſis,
condemnatus, infamis fiat? 8.*
*Etiam in judicio contrario ſententia infamat, quando
agitur de fide rupta. 9.*
*Heres actione ex contractu condemnatus quando fieri
poſſit infamis? 10.*
*In contrariis judiciis Tutelæ, Mandati &c. condemnatus
regulariter non incurrit infamiam. n. 11.*

1 FUrti condemnatus infamis eſt, ſive de furto ma-
nifeſto, ſive non manifeſto ſit condemnatus. In
2 §. 1. autem quæritur, quid ſi furti condemnatus ap-
pellaverit & prior ſententia confirmetur, à quo tem-
pore infamia incipiat, an à tempore primæ ſenten-
tiæ, an verò à tempore ſecundæ confirmatoriæ?
quæ quæſtio locum habere poteſt, ſi interim con-
demnatus in alia cauſa pro teſte productus ſit. Et
diſtinguitur, utrum cauſa appellationis pro deſerta ſit
pronunciata, & tunc infamia incipit retro à tempo-
re primæ ſententiæ, quia Appellatio pro nulla eſt
habenda; an verò in materialibus ſit pronunciatum
& prima ſententia confirmata, nam tunc infamia
incipit demum à tempore ſententiæ ſecundæ con-
3 firmatoriæ. Quod de condemnatis ob furtum aliam-
ve ob cauſam famoſam dictum eſt, quod fiant in-
fames, id declaratur §. 2. *hujus legis.* ſi quis proprio
nomine

nomine condemnetur, nam ſi quis nomine procura-
torio vel ut curator, aut ut tutor, aut ut defenſor, aut
ut furis hæres condemnatus ſit, infamis non fit §. 2.
*h. l.* Autor *in C. Ex quib. cauſ. inf. irrog. ad L. 9. nu. 2. &* 3. Sed quæritur, an is, qui per procuratorem totam
cauſam egit, per ſententiam condemnatoriam infamis
fiat? quod negant, quorum ſenteotiam amplectitur
*ad h. t. cap.* 1. *Bachov.* qui cum vulgata legendam eſſe
ait (nec ego) non verò (nec ergo) ſed hodie, ubi in
ipſum reum ferri ſolet ſententia, parum tuta eſt hæc
cautela evitandæ infamiæ, ſcilicet, quod delinquens
per procuratorem litigando poſſit evitare infamiam,
licèt procurator infamis non fiat. Non notatur is infa-
miâ, qui prece pactus eſt, ſed qui pretio. *paragraph.* 3.
*h. l. Weſenb. d. l.* Sic ergo tranſactio ſuper injuriis fieri
ſine nota nequit, ſed pactum & remiſſio fieri poteſt.
*Dn. Mev. p.* 1. *deciſ.* 223. licèt & tranſactio fieri poſſit
autoritate judicis. *Dn. Mev. d. l. per* §. *ſeq.* & quidem
*ex hoc paragraph.* apparet, quod ille etiam notetur,
qui ante judicium acceptum paciſcitur, ex verbis tex-
tus, ne ſecum ageretur, *Hill. in Donell. L.* 18. *c.* 8. *Litt.*
6 *RR. Franzk. ad tit. de Tranſact. num.* 25. Colligitur
etiam *ex paragraph.* 3. juſſu prætoris qui tranſigit, eum
non notari. Exinde notatur, poſſe aliquem ob ſcanda-
lum & turbationem quietis publicæ compelli ad Tran-
ſactionem. *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ.* 442. *nu.* 16. *Parthen.
litig. L. 2. c. 4. num.* 22. *Dn. Mevius p.* 1. *deciſ.* 244. ſicut
etiam per litis moras partem ad tranſigendum adduci
poſſe, tradit *Dn. Mevius dec. p. 1. dec.* 225.

*Ad* §. 4. Qui, ut purgaret ſe ab injuria, juramentum
purgationis præſtitit, ille pro confeſſo haberi nequit,
quia purgavit ſe. *Setſerus de Jurejur. l. 3. c. 11. num.* 51.
Autor *in C. h. t. ad L.* 18. *numer. ſext.* Unde colligit
*Carp. p. 1. Juriſpr. forenſ. conſt. 22. defin.* 2. poſſe reo
etiam criminaliter ob injurias accuſato juramentum
purgatorium deferri. Et hoc idem juramentum in cau-
7 ſis civilibus interdum locum habet, ubi præſumtio
contra aliquem militat, vel ubi juramentum ſuppleto-
rium locum non habet. *Carpzov. d. conſt. defin. 13. & ſeq.*
Cæterùm in quibus cauſis hoc juramentum adhiberi
ſoleat, ſcil. in arduis, & quod ex officio dictari poſſit à
judice, de eo *vid. Hilliger in Donell. lib. 24. cap. 10. ubi
plures Dd. recenſet, quos alioſque hîc allegare tempus
prohibet.*

8 *Ad* §. 5. Mandaſti mihi, ut fidejuberem pro te,
quod promiſi, ſed rogavi te, ut intra duos menſes ſol-
veres mihi, quo poſſim me liberare. Sed tu non ſtetiſti
promiſſis, hinc ego ſolvere coactus ſui, convenio te
actione mandati, quæritur, ſi te condemnavero, id eſt
condemnari fecero, an fias infamis? Videtur quod non;
alia eſt actio mandati contraria, quæ non infamat, ſed
tantùm directa. Autor *ad L. 10. num. 1. 2. C. depoſiti.*
Sed affirm. quia hîc de fide rupta agitur; Autor *in C. h. t.*
9 *ad L. ult. num.* 3. 4. *&* 5. ergo inferri poteſt, etiam ſen-
tentiam in judicio mandati, & ſimili contrario, infa-
mare, quando de fide rupta agitur, vel potius hæc actio
eſt directa, quia videtur mutuum eſſe mandatum. *Vid.
Donell. l. 8. c. 18. lit. H. & J. Marq Freberus de infamia*
10 *cap.* 11. *n.* 9. Sed quæritur *in* §. 6. an & hæres actione ex
contractu condemnatus infamis fieri poſſit? Autor *in
C. h. t. ad d. L. ult. num.* 5. Et diſtinguitur, utrum con-
tractus ad hæredem tranſeat, ut Depoſitum, & inter-
dum etiam Mandatum, an verò non, ut tutela & ſocie-
tas. Illo caſu ſi hæres perfidè in Depoſito verſatus ſit,
vel mandatum à defuncto inchoatum ad finem perdu-
cere voluit, ſed perfidè egit & contra bonam fidem,
11 illo caſu omnino per ſententiam ob proprium dolum
notari poteſt infamiâ. Autor *ad L. 10. num. 1. C. depoſiti.*
In §. *fin.* repetitur id, quod antea dictum, ſcilicet in
contrariis judiciis tutelæ, mandati, ſocietatis, depoſiti,
condemnatum non reddi infamem, quia non de fide
rupta agitur, ſed de calculo tantùm, & ut is, qui eo
judicio contrario experitur, indemnitatem habeat; cu-
jus regulæ limitationem jam habuimus.



## ad L. In Actionibus. 7.

### *SUMMARIA.*

*In quibusnam contractibus condemnatus infamis fiat? num.* 1.

*Quare is, qui ex cauſa famoſa ex contractu deſcendente tranſigit, non infamis fiat?* 2.

IN quatuor contractibus quis condemnatus ſit infa- 1
mis, ſi directa actione ſit conventus, videl. Man-
dato, depoſito, ſocietate & tutelâ, Autor *in C. h. t. ad
L. ult. num. 1. & 2. Et ad L. 21. t. Mandati, nu.* 1. quia
ibi de perfidia ſingulari agitur, ex aliis contractibus
non, licèt de dolo agatur & perfidia. Sed qui ex cauſa 2
famoſa, quæ ex contractu deſcendit, tranſigit, infamis
non eſt; quia odioſa non ſunt extendenda, & qui in
contractu paciſcitur, non videtur ſateri ipſum deli-
ctum, ſed contractum. *Bach. d. l. Weſenb. in* *n. Man-
zius ad h. t. nu.* 63. Aut. *in C. d. L. ult. n.* 5.

## ad L. Genero. 8.

### *SUMMARIA.*

*An infamis fiat, qui filiam ſuam alii elocat genero mortuo, quem tamen mortuum eſſe neſciebat? n.* 1.

*An pœna fuſtigationis plectenda fœmina ſoluta, quæ rem habuit cum Titio, qui pellicem habebat, vivente adhuc legitima uxore, quam ignoravit fœmina illa?* 2.

*An fœmina, ſi putaverit, maritum ſuum adhuc vivere, qui tamen mortuus, & ſe ab alio ſtuprari patiatur, adulterii pœnæ ſubjicienda?* 3.

*Bigamia ſimultanea prohibita. nu.* 4.

QUi genero mortuo, cùm eum mortuum eſſe ne- 1
ſcires, filiam alii in matrimonium collocat, quæ-
ritur an notetur? Videtur quod ſic. 1. Quia hic magis
infamis, qui filiam duobus nuptam voluit, & poly-
gamiæ reus eſt. 2. Quia intra annum luctus junxit.
Autor *in C. t. de ſecund. Nupt. ad L. prim. num. quart.*
Sed negatur, quia licèt adſit dolus, non eſt tamen cor-
pus delicti, cùm eo tempore prior gener eſſet mortuus.
Deinde lugere non potuit, quem mortuum eſſe neſci-
vit. Nec obſtat *L. 1. §. 6. de poſtulando*, quia adeſt ibi
ipſum factum, ſcil. locatio. *Hillig. in Don. L. 18. cap. 7.
lit C. conſ. Socin. jun. conſ. 70. num. 30. vol.* 1. Tempus
luctus hîc dicitur eſſe continuum, & ignoranti currit.
Hæc Lex in conſiderationem veniebat, cùm offerretur 2
hic caſus: Titius deſerta Anna uxore & alibi locorum
relicta, ſe aliò contulit, aliamque ibi duxerat uxorem
Mariam, hac vivente, adulterium commiſit cum Ber-
tha, fœmina ſoluta. De illa non erat dubium, quod
pœnæ bigamiæ ſubjecta ſit; de hac quærebatur, an ut
adultera pœnâ fuſtigationis plectenda? Videbatur quod
ſic, quia ſcivit matrimonium Titii cum ſecunda, ſcil.
Maria, non verò legitimam primam uxorem ſcivit;
ſed R. Maria in rei veritate, conſtante primo matrimo-
nio, non erat uxor, ſed potius pellex. Ergo reſpectu
hujus non potuit adulterium committere, licèt in dolo
fuerit, & reſpectu hujus Mariæ ſe adulterari putaverit.
Sed dici poſſet è contrario, quod hîc tantùm eſſet error
in perſona. Accedebant aliæ rationes mitigandæ pœnæ
ſcil. uterus Berthæ, quæ ſolutam à fuſtigatione libe-
rabat. *l. Imperator. ff. de ſtatu hom.* nec Reip. conduce-
bat, tamdiu alere in carcere ream; accedebat, quod
ſolutæ à marito ſtupratæ non ſit certa & uniformis
pœna; accedebat infirmitas ſexus, favor partus inno-
centis, qui adhuc erat in vivis. Ideoque argumentum 3
aliquale ex noſtra lege deſumi poſſe putabam. Sed ſi
fœmina, maritum in vivis eſſe exiſtimans, ſe ſtuprari
patiatur à juvene, qui in eadem opinione fuit, cùm
tamen eo tempore jam deceſſerit Maritus, lex hæc
meliùs accommodari poteſt in terminis, ut in neu-
trius perſona adulterii pœna locum habeat, Dn. Aut.

*in C. h. t. Ex quib. cauſ. infam. irrog. ad L. 15. n. 5. inf.*
Et aliquando *ex hoc textu* conſului, ſi aliquis uxorem
ſuam in transmarino regno degentem, adhuc in vivis
eſſe credens, aliam nihilo minus in Germania duxerit,
cùm tamen prior uxor mortua eo tempore fuerit, non
4 eum habendum eſſe pro bigamo, ob deficiens corpus
delicti. Aliàs bigamia ſimultanea prohibita, & biga-
morum pœna hodie eadem, quæ adulterorum. Autor
*ad L. 2. num. 1. ff. C. de inceſt. & inut. Nupt. Et ad L. 18.
num. 1. ſeqq. C. ad L. Jul. de adulter.*

## ad L. Uxores. 9.

### *SUMMARIA.*

*Quæ pœna vidua intra annum luctus nubentis? nu.* 1.
*An eadem obtineat in maritis?* 2.
*Quid juris in ſponſa?* 3.
*Quid hodie obſervetur?* 4.

1 Viduæ, quæ intra annum luctus nubunt, fiunt
infames ipſo jure: Autor *in C. h. t. ad L. 15. nu. 1.*
2 *& ſeqq. Et t. de ſecund. Nupt. ad L. 1. nu. 3.* ſed quid
in Maritis, an & hi uxoribus orbati, ſi intra annum
luctus ducant uxorem, fiant infames? Aut. *in C. t. de
3 ſecund. Nupt. ad L. 1. num. 14.* quid in ſponſis, an intra
annum, ſi poſt mortem ſponſi nubant, fiant infames?
Utrumque negatur. Nam hæc materia reſtringenda eſt,
4 non amplianda. Apud nos, ut dictum, ceſſat ex hac
cauſa infamia, ſi modò conſtet, viduam non eſſe gra-
vidam ob metum confuſionis ſanguinis & ſeminis.

## ad L. Solet à Principe. 10.

### *SUMMARIA.*

*An vidua, ut intra annum liceat nubere, à Principe poſſit impetrare conſenſum, vel reſtitutionem famæ, ſi de facto nupſerit? nu.* 1.
*An, ſi intra annum luctus ſponſalia ſaltem contrahat, incurrat infamiam?* 2.
*Quid ſi durante anno oſculum admittat vidua, an fiat infamis?* 3.

1 An verò vidua à Principe poſſit impetrare, ut
intra tempus luctus liceat ipſi contrahere nu-
ptias? de eo nullum eſt dubium, quin etiam, ſi de facto
nupſerit, non eſt dubium, quin infamiam per reſtitu-
tionem tollere & abolere poſſit Princeps. Sed quid ſi
2 vidua intra annum luctus non quidem matrimonium
conſummet, ſed, ut fieri ſæpe ſolet, ſponſalia tamen
contrahat, an hac ratione infamiam incurrat? Reſp.
in hac *l.* 10. quod non. Autor *in C. t. de ſecund. Nupt.
ad L. prim. numer. quart. & decim. non.* Nam ſponſa
habetur quidem pro uxore in favorabilibus, non verò
in odioſis. vid. *Mynſ. c. ſext. obſ. ſeptuageſim. octav.* Nec,
ſi vidua oſculum admittat intra annum luctus, infamis
3 fit. *Rimnald. l. 2. conſ. 155. num. 9.*

## ad L. Liberorum. 11. §. 1. & 2.

### *SUMMARIA.*

*Liberorum & parentum luctus in quantum impedimento ſit nuptiis? nu.* 1.
*Quare fœmina intra annum luctus nubens infamis fiat?* 2. *ubi & ampliationes.*
*Annon etiam Jure Canonico fœmina intra annum luctus nubens infamis fiat? probabiliter diſquiritur.* 3. *&* 4.
*Quantum tempus apud Evangelicos uxoribus præfiniatur?* 5.
*An non diſpenſatio hoc paſſu locum habeat?* 6. *&* 7.
*Vidua etiam ob luxurioſam vitam intra luctus tempus fit infamis.* 8.

1 Liberorum & parentum luctus impedimento nu-
ptiis non eſt, niſi ratione honeſtatis. Mulier, quæ
2 intra tempus lugendo marito præſtitutum, hodie an-
num, nubit & qui eam duxit, quive eam elocavit,
infames fiunt, Autor in *C. h. t. ad L. decim. quint.
num. prim. & ſeqq.* Etiamſi maritus fuerit perduellis,
quem lugere non oportet. *paragraph. prim. h. l.* 11. vel
licèt ſe ſuſpenderit aut manus ſibi ipſi intulerit, *para-
gra, h. terti. h. l.* Si modò quis ſciens faciat factum non
ignorans, & ſponte ac non juſſu ſuperioris. *paragraph.
fin. h. l.* Cauſa eſt turbatio ſanguinis, quæ quia ceſſat,
edito intra annum partu, ceſſat etiam prohibitio *h. l.
11. paragraph. ſecund.* Ex hoc *paragraph. Joh. Longoval-
lius in rep. L. imperium. ff. de Juriſdict. numer. quinqua-
geſim. octav.* probat, multas rationes ad textum accu-
mulari, quarum una non ſufficiat. Sed prohibitio hæc
jure Canonico abolita, *per c. pen. & ult. X. de ſecund.
nupt.* An rectè, diſputant noſtri, defendunt Romano- 3
Catholici. Equidem non puto, eam fuiſſe mentem
Pontificis, ſi conſtaret, vel ſpes eſſet prolis, protinus
concedendas eſſe ſecundas nuptias, ubi fœtus de
utroque ſemine poſſit participare, & dubitari poſſit,
cujus ſit filius. Nam hæc res horrenda & intolerabilis
viſa fuit ſemper in Eccleſia Chriſtiana, ut rectè dicit
*Beza de divortio, pag.* 89. Et talem fœminam, quæ
non certò ſcit, ſe eſſe gravidam, vel non, ſed dubitat,
vel quæ ſcit ſe gravidam, omnino pro infamiſſima
perſona, ut ita loquar, habendam eſſe puto, & eam
graviter puniendam. Et ſic ubi timetur ſanguinis tur-
batio & incertitudo prolis, Jus Civile meritò ſequimur, 4
non Canonicum, ſi ita generaliter ſenſiſſet, (quod
non credo) *Carpzov. L. ſecund. Juriſpr. Eccl. defin.* 159.
*Anton. Gabriel. tit. de ſecund. nupt. concl. quint. numer.
quint.* Autor *in C. t. de ſecund. Nupt. ad L. 1. numer.* 25.
Et in eo ingenuos Catholicos conſentire, nullus du- 5
bito. Sed in ſtatutis municipalibus Evangelicorum ſo-
let provideri, ut aut annum, aut decem menſes coga-
tur nuptias differre vidua; Dn. Autor *in C. h. t. ad L. 15.
numer. quint.* & licèt maritus nullum habuerit ſibi præ- 6
ſcriptum tempus, ſolet tamen illi 6. menſium, vel aliud
tempus præſcribi, intra quod uxorem ſuam elugeat.
Sed ut ad viduam redeam, diſpenſari ſolet ex cauſa, 7
ſi certum ſit, defunctum diu ægrotaſſe, nec benevolen-
tiam præſtitiſſe uxori, *Carpzov. Lib. ſecund. Juriſprud.
Eccleſ. defin.* 164. Sanè ſi vidua gravida, à nemine, nec
Pontifice nec Principe diſpenſari poſſe, reor, ut illa
nuptias contrahat, uterum habens. Prohibitio autem
feſtinatarum nuptiarum poſt divortium in fœminis, ubi
uteri aliqualis ſpes, omnino etiam prohibita. Ideoque
de contrario caſu intelligendus *Carpz.* de honeſtate
loquendo *d. l. defin.* 165. Rectè hæc & decenter. Sed 8
notandum, viduam non tantùm ob feſtinatas nuptias,
ſed etiam ob turpem & luxurioſam vitam intra annum
luctus fieri infamem. *Clarus* in §. *ſtuprum. num. 6. Card.
Tuſch. concluſ. 64. num 45. & ſeqq. lit. N. & Tremacinq.
l. 3. de matrimon. reſol. num. 9.* Autor *in C. h. t. ad L. 15.
num. 4. Et t. de ſecund. Nupt. ad L. 1. num.* 20. Colli-
gitur *ex fine Legis*, juſſum parentis excuſare filium à
pœna. *Peckius ad c. 24. num. 3. de R. J. L. 6.*

## ad L. Qui juſſu patris. 12.

### *SUMMARIUM.*

*An filius juſſu patris viduam intra annum ducens infamis fiat, ſi emancipatus eam retineat in matrimonio?*

Filius, qui juſſu patris viduam intra annum luctus uxorem ducit, infamis non fit, ſed quæritur, ſi emancipetur & talem uxorem in matrimonio retineat, an fiat infamis? Videtur quod ſic per *l. qui contra. quart. C. de Inc. nupt. & L. 66. pr. ff. de Ritu Nupt.* Sed negatur, quia hîc turpitudo tantùm in matrimonio contracto vel initio nuptiarum. *l. 13. pr. h. t.* non in continuatione & uſu matrimonii ſucceſſivo, ut in dictis caſibus: nam qui conſanguineam in matrimonio retinet, ſemper continuat inceſtum; putarem tamen filium, qui juſſu patris talem uxorem duxit, ſui juris factum, debere abſtinere ab uſu conjugii, quamdiu non conſtat, quod gravida non fuerit.

ad L.

## ad L. Quid ergo. 13.

*SUMMARIA.*

*An, ſi pater ex poſtfacto reſciſcat, filium duxiſſe viduam intra annum luctus, & patiatur eam retinere, fiat infamis? nu. 1. ſeq.*
*Quid, ſi patiatur filium vel filiam bina ſponſalia contrahere? 3.*
*Quid, ſi quis alieno nomine bina ſponſalia contrahat?* 4.
*Quo tempore bina ſponſalia debeant eſſe celebrata, ut ſequatur infamia?* 5.
*An notetur alterutra ſponſalia per nuptias conſummans? vel ſponſalia contra jus contrahens? nu. 6.*
*Sententia arbitri non infamat, nec ſententia judicis interlocutoria.* 7.
*Quando pœna ultra merita gravior imponitur, de infamia videtur eſſe tranſactum.* 8.
*An hodie hujus legis uſus ſit?* 9.
*Quales probabiles cauſæ ſint, propter quas exiſtimationem judex poſſit reſervare?* 10. *& ſeq.*
*An crimen ſtellionatus infamet?* 12.

1 PAter, qui paſſus eſt filium ducere viduam intra
annum luctus, fit infamis. Sed quid ſi pater id
ignoravit tempore contracti matrimonii, poſtea verò
reſcivit & patitur filium retinere talem uxorem, an
fiat etiam tunc infamis? quod *in princ. legis decim. terti.*
negatur ex hac ratione, quod prætor ad initium nu-
2 ptiarum reſpexit. Notetur hîc caſus, quo ratihabitio
retro non trahitur, quod addi poteſt iis, quæ habet
*Barboſa locupl. l. decim. ſext. cap. quart. ax. decim. quart.*
3 Sic pater, qui paſſus eſt, ut filius vel filia bina ſpon-
ſalia contraheret, fit infamis; nam qui patitur, quod
poteſt prohibere, ipſe feciſſe videtur *l. ſecund. de No-
xal. act.* Sed ſi quis alieno nomine bina ſponſalia con-
4 trahat, modò in poteſtate illam perſonam non habeat,
non incurrit infamiam, *paragraph. prim. h. l.* Sanè opi-
nio ejus apud honeſtos viros gravatur, qui pararius
5 vel conſultor eſt binorum ſponſaliorum. Debent autem
bina ſponſalia eodem tempore contrahi, ſi infamia
ſequatur, i. e. ut concurrant eodem tempore, licèt
diverſis temporibus contracta *paragraph. ſecund. h. l.*
v. gr. ſi quis contrahat cum puella ſponſalia & poſt ſe-
meſtre, antequàm fuerint hæc ſponſalia pro irritis de-
6 clarata, cum alia contraxerit. Illud verò indubium,
quod notetur perſona, quæ alterutra ſponſalia per
nuptias conſummavit. *paragraph. terti. h. l.* Nec illud
dubium eſt, quod qui ſponſalia cum altera contraxit
contra jus naturale & civile, pariter notetur per *para-
graph. quart. h. l.* quia hîc accedit inceſtus periculum
7 per *paragraph. quart. h. l.* In *paragraph. quint.* ad aliam
materiam delabitur JCtus, ſcilicet ad infamiam per
ſententiam illatam, & quærit, an etiam ſententia arbi-
tri infamet? v. gr. ſi actione depoſiti vel tutelæ coram
compromiſſario judice conveniatur & condemnetur;
quod negatur in *d. paragraph. quint.* quia laudum ſeu
pronunciatio Arbitri non poteſt habere omnes effectus
ſententiæ, præſertim in hac materia odioſa. Sententia
judicis interlocutoria vel admonitio judicis non infa-
mat *paragraph. ſex. h. l. decim. terti.* & *l. vigeſim. h. t. &
8 ibi notata. numer. ſecund.* Si non tantùm gravior ultra
legem, ſed & ultra merita dictata ſit pœna, de infamia
tempus præſtitutum videtur tranſactum, *paragraph. 7.
h. l. leg. quart. C. h. t. Donell. lib. decim. octav. cap. octav.
& ibi Hilliger. lit. Ce. Molina de J. & J. tom. quint. diſp.
9. num. vigeſim. Bachov. d. diſp. octav. th. ſecund. conf.
Guido Papæ ſingul. quingenteſim. ſeptuageſim. quart. num.
terti. diſtinguens.* Autor *in C. h. t. ad d. L. numer. terti.
& quart.* Et hoc ad relegationem & corporalem pœnam
9 videtur reſtringi; non verò habet locum, ſi pecuniaria
gravior ſubſtituatur pro minori pecuniaria, ſed certè
Princeps etiam inferior poſſet tamen pœnam etiam
pecuniariam adgravare, & reſervare famam ſaltem,
*ex ratione hujus paragraph.* Hanc tamen inanem ſubti-
litatem hodie ceſſare, dicit hîc *Grænewegen*, quia pœnæ
hodie ſunt arbitrariæ. Sed & tunc temporis multæ pœ-
næ arbitrariæ fuerunt, & licèt rariùs hoc hodie fiat,
non tamen putarim, propterea hoc eſſe abolitum. In-
fert autem ex hoc *Carpzov. in pract. crimin. quæſt. 94.
numer. ſeptuageſimo nono.* Si Judex exaſperando pœnam 10
poteſt tacitè exiſtimationem reſervare, utique magis
poteſt ob probabilem cauſam, ſi injuria non adeo
atrox, vel ſi infamia alimentis privaret condemnatum.
*Du. Mevius p. 5. deciſ. 368.* adeo ut ſi judex non reſervet
famam, ubi tamen reſervare debebat, ob perſonæ quali-
tatem, aut facti circumſtantiam, juſtè appellari poſſit.
*Du. Mevius d. l.* Et videntur mihi illi, qui hoc negant, 11
hominem in Idea Platonica conſiderare, & lubricita-
tem linguæ non ſatis attendere. De quo etiam antea dixi.
Crimen ſtellionatus infamat; *§. fin.* cui directè op- 12
ponitur *L. 2. ff. de Stellionatu.* Dd. *hunc §.* de tali Stel-
lionatus crimine, cum quo concurrit actio civ. infa-
mans, intelligunt. Et ſic *Don. l. 18. ca. octav. poſt lit. Q.
& ibi Hill. lit. R.* ubi plurimæ conciliationes habentur,
*Wiſſenb. d. 11. th. vigeſim. terti. Greven Exerc. 4. th. 9.
conf. Menoch. l. ſecund. A. Q. caſ. 381. numer. trigeſimo.
& ſeq. Duarenus l. 1. anniverſ. diſp. cap. 42. Bach. in Tr.
vid. vol. 1. d. 8. th. 6. lit. C.*

## ad L. Servus. 14.

*SUMMARIA.*

*An, ſi ſervus hæres inſtitutus à domino ob injuriam ſervo alteri illatam convento, poſt mortem ejus litem continuet, condemnatus fiat infamis? nu. 1.*
*An idem, ſi filius in tutela malè verſetur, & pater conventus moriatur?* 2.

SErvus Titii injuriam tibi gravem intulit, cujus 1
dominum Titium noxali actione conveniſti. Sed
Titius interim moritur inſtituto hærede ſervo illo, qui
continuat litem. Tandem injuriarum condemnatur is,
qui fuerat ſervus, quæritur, an ſit infamis? Videtur
quod ſic, quia ex proprio facto condemnatur. Sed ne-
gatur, quia lis cum eo non eſt conteſtata, propter hanc
ſubtilem rationem eximitur ab infamia is reus inju-
riarum. Fortè idem dicendum eſſet, ſi filius in tutela 2
malè verſatus, vel in depoſito, & pater peculio tenus
conventus moriatur, de quo cogitandum.

## ad L. Notatur. 15. & L. Cum non prægnans. 16.

*SUMMARIA.*

*Vidua gravidam ſe dicens per calumniam, ut ſcil. mittatur in bona mariti, an fiat infamis? nu. 1.*
*Quid ſi prægnans quidem ſit, ſed ex alio, non marito?* 2.

VIdua ſciens ſe non eſſe prægnantem, ſi ſe tamen 1
prægnantem dicat eo fine, ut in poſſeſſionem bo-
norum mariti mittatur, & miſſa ſit quia hoc per ca-
lumniam dixit, ideo ſi calumniæ damnata vidua, &
decedere jubeatur, fit infamis ipſa & pater, ſi ejus juſſu
ſe gravidam dixerit. Idem dicendum, ſi prægnans qui- 2
dem ſit vidua, ſed non ex marito, ſed ex alio, per *l. 16.
h. t.* ubi major calumnia.

## ad L. Debuit. 17.

*SUMMARIUM.*

*An, ſi vidua ob graviditatem ſimulatam immiſſa nondum ſit ſui juris, notetur infamiâ?*

VIdua, quæ ſe prægnantem dixit, cùm non eſſet, & propterea immiſſa fuit in bona mariti, tunc notatur infamiâ, quando ſui juris eſt. Nam quando filia familias eſt, & juſſu patris ſe finxit gravidam, non notatur, ſed pater ejus. *l. 19. h. t.*

## ad L. Ea quæ falſa. 18.

### *SUMMARIUM.*

*An Vidua falſa perſuaſione putans ſe gravidam, fiat infamis?*

PLanum eſt hoc, quod requiratur calumnia ad actionem illam in factum, quæ datur hæredi contra viduam ad intereſſe, & famoſa eſt. *l. prim. infra. ſi mulier ventris nomine in poſſeſſ. &c.* Ergo ſi falſa perſuaſione putavit ſe gravidam, non poteſt notari infamiâ, quia ceſſat calumnia. Error calumniam excludit.

## ad L. Non alia. 19.

### *SUMMARIUM.*

*Quænam requirantur, ut vidua infamiâ notetur?*

AD id, ut vidua infamiâ notetur, neceſſe eſt, ut non tantùm 1. per calumoiam ſe finxerit gravidam, 2. ut immiſſa ex eo prætextu fuerit in bona mariti cum damno hæredis: ſed etiam ut in ſententia calumniæ fiat mentio. Nam ſi hoc non exprimatur, præſumendum eſt in meliorem partem, quaſi potius probabili errore decepta hoc dixerit, quia ſemper in dubio melior interpretatio adhibenda. Conf. *notata ad l. 2. paragraph. ſecund. h. t. numer.* 2.

## ad L. Ob hæc verba. 20.

### *SUMMARIA.*

*An judex, qui aliquem inſtigatorem litis vocat, videatur eum infamaſſe? nu.* 1.
*An & qualis judicis ſententia infamet?* 2.

1 JUdices, ſi quem hortatorem aut inſtigatorem litis
improbæ vocent, non videntur eum iofamaſſe,
quia non mandatorem ſed inſtigatorem vocant; quaſi
diceret, ſi quis iniquam litem & calumnioſam perſuaſerit,
non eſt infamis, infamiâ juris notatus, ſed qui
2 mandant. Sed Dd. communiter inferunt ex hac lege,
quod ſola ſententia definitiva infamet, non interlocutoria.
*L. interlocutio. decim. non. C. h. t.* Autor *in C. h. t.
ad Leg. vigeſim. num. ſeptim.* minùs verò admonitio Judicis.
*Manzius h. t. q. quint. Molina dict. diſp. non. num.
ſeptim. & diſp. ſeptim. num. ſext. Bach. d. th. ſext. lit. B.
Hill. in Donell. ad l. decim. octav. c. octav. lit. X.* Nam
verba Judicis vituperium continentia, ſine cognitione
cauſæ noo infamant. *Bart. hic.* Autor *in C. h. t. ad L.
ad L. 17. num. 5. & 7.* Sed videtur huic legi obſtare
*L. prim. § incidit ff. ad SC. Turpill.* Variè reſpondent:
inter alia, hanc legem de verbis SCti, alteram de ſententia loqui.
*Vid. Hill. d. l. Ant. Matth. in crimin. in
proleg. c. 1. nu. 10. & in L. 48. tit. 17. c. 3. n. 4. Greve. d.
Exerc. 4. th. 10.* Autor *in C. t. de Calumniat. ad L. 8. n. 2.*

## ad L. Lucius. 21.

### *SUMMARIA.*

*An teſtis infamis fiat propterea, quia ejus teſtimonium à judice rejectum eſt? nu.* 1.
*An perjurus infamis ſit?* 2.

1 SI judex contra teſtimonium judicet, teſtis propterea
fit infamis, neque enim, inquit *Hill. in
Don. dec. d. c. 8. lit. S.* neceſſe eſt, teſtem falſum dixiſſe;
quid ſi pro ſingulari, vel ſuſpecto habuit? Sed certè
plus dicit hæc lex, licèt Judex teſtimonia falſa dicat,
propterea tamen teſtes non fieri infames, quia cauſa
non eſt teſtium; nec poteſt quis infamis fieri ex ſententia
2 inter alios lata. Notat hîc gloſſ., perjurum eſſe infamem,
ex *L. ſi quis major. 41. C. de Tranſact. ibique* Autor
*num.* 2. Quam gloſſam commendat *Lud. Rom. ſing. 425.*

## ad L. Ictus fuſtium. 22.

### *SUMMARIA.*

*An ipſa pœna infamet? num.* 1.
*An & quo caſu h. l. hodie adhuc uſum ſuum habeat?* 2. & 3.
*Explicatur l. 8. C. h. t.* 4.
*Cauſa, quæ infamat, non debet eſſe prætenſa, ſed probata.* 5.
*An etiam genus pœnæ infamet?* 6.

NOn ipſa pœna, ſed cauſa pœnæ reddit infamem, 1
ideoque nec carcer, Autor *in C. h. t. ad L. 1. n. 1.*
nec tortura, nec fuſtigatio, Autor *in C. h. t. ad L. 14. n. 1.*
nec relegatio infamat, niſi cum cauſæ cognitione &
crimine probato, *ut in L. 16. C. h. t. ibique* Autor *n.* 3.
Nam fuſtigatio eſt pœna, quæ variis criminibus dictari
poteſt. *Hillig. c. 8. lit. T. Molina diſp. 9. numer.* 18.
Exemplum *Manzius ad h. t. qu. 7. numer.* 19. v. gr. ſi
quis ob portata arma fuſtigetur, quod contra ſtatutum
portaverit; Item ſi vilis perſona per latam culpam homicidium
involuntarium commiſerit; ſi quis incendii
autor non dolo, ſed culpâ fuerit. Sed videri poteſt *Joh.
Coraſ. L. prim. miſc. c. decim. ſext. numer. quint. Joh.
Igneus in rep. Legis, neceſſarias. paragraph. non alias.
numer. ducent. nonageſim. primo ff. Ad SCt. Silan. vol. terti.
repetit. Juris.* Hanc legem uſu non eſſe, notat *Grænwegen
ad h. l.* Sed id non capio. Sed diſtinguendi duo 2
caſus, 1. Si quis ſine præcedente cauſa & tumultuario
proceſſu ad pœnam iſtam condemnatus: & nemo fortè
dicet, taliter pœnâ affectum eſſe infamem. Aut intelligimus
talem caſum, ubi quis in proceſſu legitimè
inſtituto fuit condemnatus ad pœnam, innocens tamen,
& licèt hunc etiam, quamvis non Ethicè, juridicè
tamen infamem dicat *Ant. Matth. in Lib. 48 tit. 18.
c. 3. numer. 7. & Weſſenbach. diſp. 11. th.* 24. non tamen 3
poſſum mihi perſuadere, quod regulæ illæ de firmitate
rei judicatæ, eò uſque poſſint extendi, ut etiam res
judicata noceat corpori ac famæ, quæ vitæ æquiparatur
innocentis. Nec lex hanc poteſtatem dedit Judici,
ut innocentem infamem facere poſſit, & manifeſtè
probatur hæc ſententia ex *L. octav. C. h. t.* ad quam
contortè reſpondet *An. Matth. d. l.* Nam dicit ibi 4
reum non omnino fuiſſe innocentem, ſed de furto
concepto debuiſſe damnari, & quia duriori pœnâ affectus
ſit, tranſactum eſſe de infamia. At enim repero.
1. omnino fuiſſe innocentem in ea cauſa, nam de furto
concepto non fuit conventus, nam ſic ſine nullitate
furti non fuiſſet condemnatus, ſed fuit conventus
actione furti, in ea cauſa omnino fuit innocens. 2.
Falſum ergo, quod gravior pœna hic ſurrogata in locum
levioris pœnæ, cùm nullam pœnam ſit meritus.
3. Gravior meritò pœna tunc famam reſervat, cum
relegatio vel pœna corporalis eſt inflicta. *L. decim.
terti. paragraph. ſeptim.* Unde autem probari poteſt,
quod relegata fuerit Ulpia? Textus ait, ipſam furti
condemnatam eſſe, quæ procul dubio pecuniaria eſt.
Et ideo *Martini veteris Gloſſatoris, & Zaſii Lib. ſecund.
ſing. intell. c. ſecund.* ſententia probabilis mihi videtur.
Autor *in C. h. t. ad L. octav. numer. prim. & ſeqq.* Et, 5
ſi Dd. adeo ad æquitatem ſolent confugere, cur non
in hac quæſtione in ſententiam æquiſſimam deſcendamus?
Cum non habeamus rigorem in ſpecie expreſſum.
Et poteſt omnino etiam adduci hæc *L. Ictus* in
argumentum, quia cauſam non oportet tantùm eſſe
prætenſam, ſed probatam. Probata ſanè in caſu noſtro
non poteſt eſſe cauſa, ſed probatio aut erit nulla,
aut erronea. Ex hac lege etiam confutari poteſt opinio 6
*Weſenb. ad h. t.* qui præter legem & ſententiam admittit
tertiam cauſam infamantem, ſcil genus pœnæ;
ſed hæ pœnæ ſententiam vel decretum prærequirunt,
& ideo ſententia infamat, ut rectè *Manzius ad
h. t. qu.* 6.

ad L. Pa-

## ad L. Parentes. 23.

*S U M M A R I A.*

*Parentes & liberi, item cognati an lugendi, & ſi non fiat, ſequatur infamia? nu.* 1.
*Luctus Parentum an ſuſpendat nuptias nimis feſtinatas?* 2.

1 PArentes & liberi, quando moriuntur, lugendi
ſunt, imò etiam cognati alii, prout quiſque volue-
rit. Sed ſi talis luctus non obſervetur, non habet locum
infamia. Eſt ergo hic luctus in parentibus & liberis ho-
2 neſtatis & æquitatis naturalis. In cognatis voluntatis,
in marito lugendo neceſſitatis. Primus luctus poſſet
ſuſpendere nuptias nimis feſtinatas ex præcepto ſupe-
rioris, licèt infamia violantem non ſequatur.

## ad L. Pen.

*S U M M A R I A.*

*Ancilla ſe ipſam proſtituens pro lucro an, libera facta, ſit infamis, & quare non? nu.* 1.
*Quid ſi leno durante ſervitute lenocinium exercens fiat liber?* 2.

1 ANcilla ſe ipſam proſtituit, accepto ſemper turpi
lucro, poſtea liberta fit, an ipſi adhæreat infa-
mia? Videtur quod ſic, per *l.* 4. §. 3. *h.t.* ſed negatur,
quia longè gravius eſt, alios ad peccandum allicere,
quàm in ſuum corpus peccare. Nam licèt domini cor-
2 porum noſtrorum non ſimus, excuſatiùs tamen pecca-
mus, quàm ſi aliis neceſſitatem peccandi imponamus.
Ideoque Leno manet infamis, licèt tunc ſervus fuerit,
cùm Lenocinium exercuerit. Ancilla, quæ ſe proſtituit,
libera facta non eſt infamis.

## ad L. ult.

*S U M M A R I A.*

*An exhæredatus filius lugere debeat patrem? nu.* 1.
*Quid ſi maritus in bello dicatur periiſſe, nec tamen corpus ejus appareat, an lugendus?* 2.
*Si de morte mariti certò non conſtet, an à nuptiis abſtinendum?* 3.
*Maritus an in dubio mortuus præſumatur?* 4.

1 LEve illud dubium eſt in *l. fin.* an exhæredatus fi-
lius lugere debeat patrem, quod affirmatur, quia
2 luctus parentis ad jus naturale pertinet. 2. Si maritus
in bello dicatur periiſſe, an etiam eo caſu lugendus, ſi
corpus ejus non appareat, ut ſæpe fieri ſolet? quidni.
3 Et, ſi de morte non conſtet certò, planè à nuptiis abſti-
nendum, ne cum ſcandalo ad maritum priorem redire
4 jubeatur. Nam in dubio maritus non præſumitur mor-
tuus, licèt diligenti inquiſitione facta neſciatur ubi ſit.
Conf. Autor *ad L. ſeptim. n. 4. & ſeqq. C. de Repud.*

---

# TITULUS III.

## *De Procuratoribus.*

## Ad L. Procurator. 1.

*S U M M A R I A.*

*Quiſnam ſit procurator? num.* 1.
*Ad unam rem conſtitutus an verè ſit procurator?* 2.
*Uſus procuratorum quiſnam?* 3.
*Cur abſens conſtitui poſſit procurator?* 4.

1 IN *principio* continetur deſcriptio Procuratoris, qui
juſſu Domini aliena negotia adminiſtrat, ſive ſint
Judicialia, *de quibus in h. t. potiſſimùm agitur*, ſive
extrajudicialia, *de quibus agitur in tit. Mandati.* Et
hæc definitio etiam procuratori in rem ſuam competit.
*Vid. Hilliger. in Donell. l. decim. octav. c. non. lit. A. In*
*paragraph. prim.* quæritur, quoniam procurator dicitur 2
conſtitui ad unam rem vel ad plures, an qui ad unam
rem conſtituitur, verè ſit procurator? Videtur quod
non, quia tantùm nudus miniſter eſt, ut ſi tibi literas
ad fratrem perferendas traderem. Sed reſp. Aliud
eſſe conſtituere aliquem ad unam rem gerendam, &
aliud, nudum miniſterium alicui committere. Obiter
in *paragraph.* 1. dicitur, quod procurator vel coram 3
vel per nuntium conſtituatur. In *paragraph.* 2 uſus pro-
curatorum traditur, cùm per nos ipſos omnia gerere
non poſſimus, neceſſe fuit admittere procuratores.
Et *in paragraph. fin.* dicitur, aliquem abſentem conſti- 4
tui poſſe procuratorem, Autor *in C. h. t. ad L. prim.*
*numer. prim.* cùm contractus Mandati ſit conſenſualis,
qualis per nuntium vel epiſtolam iniri poteſt.

## ad L. Dummodo certus. 2.

*S U M M A R I A.*

*Abſens ſi detur Procurator, debet eſſe certus, & ejus conſenſus requiri. nu.* 1.
*An furioſus dari poſſit procurator, & quæ ratio dubitandi?* 2.

DIctum jam eſt, abſentem dari poſſe procurato- 1
rem, ideoque additur, certam debere dari per-
ſonam, & hujus conſenſum requiri. *In paragraph.* 1. 2
quaſi cavillationi occurritur, poſſet aliquis cavillari, ſi
abſens dari poteſt procurator, ergo etiam furioſus, qui
abſentis loco eſt. *l. centeſim. vigeſim. quart. paragraph.*
*prim. de R. J.* Reſp. autem JCtus, hunc pro abſente
non eſſe habendum, ut cum eo poſſet contrahi, imò
plus eſt, quàm abſens. *Hill. in Donell. l. decim. octav. ca-*
*pit. undecima. lit. R.* quamvis hîc accuratio in Triboniano
deſiderari poſſit, quis enim tam ſtupidus, qui pu-
tet furioſum dari poſſe procuratorem, & id vellet con-
cludere ex eo, quia abſens dari poteſt. Vid. *Bach. ad h.*
*t. c. ſecund. numer. ſecund. pag. octingenteſim. quint. & ſeq.*

## ad L. Item & ad litem. 3.

*S U M M A R I A.*

*Ad litem futuram an dari poſſit procurator? nu.* 1.
*Simpliciter datus ad lites futuras non cenſetur datus.* 2.
*An ſub conditione, ex die & ad diem dari poſſit, & quare?* 3.
*Conſtitutio Procuratoris cur non ſit actus legitimus?* 4.

ADlitem futuram, quæ metuitur, dari poteſt pro- 1
curator, modò ex perſonis litigaturis & negotii
qualitate appareat, quæ futura ſit cauſa. *Hilliger. in*
*Donell. l.* 18. *capit.* 12. *lit. Ff.* Simpliciter autem datus 2
ad lites futuras non videtur datus. *Bartol. in l. omnium.*
17. *h.t.* quem ſequitur *Bach. ad hanc Rubr. cap. 3. n.* 2.
Et quia Mandatum eſt contractus conſenſualis, ideo 3
ſub conditione, ex die & ad diem dari poteſt, v. gr.
ad annum. Unde *Anton. Faber* hîc concludit, conſti- 4
tutionem procuratoris non eſſe Actum legitimum.

## ad L. Et in perpetuum. 4.

*S U M M A R I A.*

*Procuratore in perpetuum conſtituto an mandatum revocari poſſit? nu.* 1.
*Quid ſi clauſula de non revocando addita?* 2.

NOn eſt dubium, quin procurator etiam in per- 1
petuum, dum vivit, conſtitui poſſit juxta *l.* 4. quod

tamen non impedit, quò minùs vivente mandatario mandans mandatum revocare poſſit: nam hoc natura Mandati importat *§. rectè 9. & ſeq. Inſt. l. Mand.* Iden clauſulam de non revocando mandato fruſtraneam eſſe dicunt Dd. relati ab *Hilligero in Don. l. 18. c. 17. lit. A.*

## ad L. Præſens. 5. & l. Et qui in foro. 6. & l. Et ideo. 7.

### *SUMMARIA.*

*Præſens quinam dicatur conſtituiſſe procuratorem? n. 1.*
*Quid interſit, præſens an abſens conſtituat procuratorem? num. 2.*

1 VEL Præſens conſtituit procuratorem, vel abſens. Priùs per exempla in his LL. declaratur. Nam 1. qui in horto fortè ſuburbano dedit Mandatum, pro præſente habetur. 2. qui in foro rerum venalium mandatum dat, pro præſente habendus, & 3. qui in continentibus ædificiis & fortè in ſuburbanis ædibus conſtituit. Sed cui bono hæc ita declarantur? Reſp. Eſt
2 diſcrimen, an quis præſens conſtituat procuratorem, an abſens; Nam priori caſu procurator Actoris non cavet de rato, nec procurator rei de judicato ſolvendo, ſed hæc facienda abſente eo, qui conſtituit procuratorem, *l. mutus. 43. paragraph. 3. h. t. & §. fin. autem 3. & ſeq. Inſt. de ſatisdat.* Aut. *in C. h. t. ad L. 1. num. 1.*

## Ad L. Filiusfamilias. 8. pr.

### *SUMMARIA.*

*In quibus cauſis filiusfam. procuratorem dare poſſit? num. 1.*
*Filia ipſa, quando de dote agere poſſit? 2.*
*An & quando invitus aliquis procurator dari poſſit? 3. & 4.*
*An in judicialibus tacens habeatur pro conſentiente? 5.*
*Quid juris in acceptante mandatum procuratorium & tacente? 6.*
*An acta ante emendationem mandati inſufficientis injunctam ea facta videantur ratihabita? 7.*
*An aliquis compelli poſſit ad conſtituendum procuratorem? 8.*
*Quare miles non poſſit fungi officio procuratoris? 9.*
*Quæ ratio differentiæ ſit, quod præſcriptio militiæ ante litem conteſtatam tantùm, falſi verò procuratoris ſemper opponi poſſit? 10. 11. & 12.*
*Procurator poſt ſatisdationem præſtitam, an & quomodo ſe iterum exonerare poſſit? 13.*
*An juſta renunciandi cauſa ſit non accepti ſalarii? 14.*

1 IN quibus cauſis filius familias in judiciis verſari poteſt, ut in cauſis peculii Caſtrenſis, & injuriarum, in illis procuratorem dare poteſt. Ergo regulariter non poteſt dare, nec in judiciis verſari; ſed in nonnullis tantùm cauſis agere poteſt, ſi injuria ipſi illata. *L. ſi longius. 18. §. 1. de judic.* ſi velit, quod vi aut clam agere. ſi depoſiti, ſi commodati, ſi filia de dote. *L. 9. ff. de obl. & act.* ſcil. hîc duo caſus exprimuntur, ubi
2 filia ipſa de dote agit, (1) ſi pater abſens, nam tunc filia tantùm agere poteſt cum cautione de rato. (2) quando pater ſuſpectus eſt dilapidatione, quo caſu non oneranda filia cautione de rato, ſed etiam contradicente patre agere pòteſt. *Petr. Barb. ad L. 2. §. fin. n. 16. ff. ſoluto matrimon.*

3 *Ad* § 1. Invitus procurator non datur, quia non eſt officium publicum. Ex qua ratione ſequitur, ubi procuratoris officium eſt publicum & ordinarium munus, ut ſolet eſſe in Tribunalibus ſuperioribus, præſertim in Camera Spirenſi, ibi etiam invitum compelli poſſe, per *Ord. Cam. p. 1. tit. 19. §. 5. Gail. l. 1. obſ. 43. num. 6. Mynſ. cent. 4. obſ. 32.* quod & de aliis ordinariè non conſtitutis procuratoribus, qui tamen procurando aliis operam ſuam locare conſueverunt, intelligendum putat *Gail. d. l. num. 8. P. Frider. lib. 2. Mand. Jud. c. 53. num. 11. & quos allegat Hill. in Donell. lib. 18. c. 16. lit. A.* Autor *in C. h. t. ad L. 17. n. 1. & ſeqq.* Quorum tamen ſententiam meam non facio. Nam qui multorum procurator fuit, non ſtatim meus compellitur eſſe procurator, & manet ibi ratio regulæ, quod non ſit officium publicum, hoc caſu. Unde caſus decidi 4
poteſt talis; Pater filii abſentis defenſor extitit, patre mortuo, actor contra Advocatum, quo uſus erat pater, egit, ut defenſoris officium ſuſciperet. Negatur, eum compelli ad hoc poſſe; nam diſtincta hæc ſunt munia. *Dn. Mev. p. 3. dec. 299.* Dicitur etiam *in h. §.* quod invitus ille dicatur, qui non expreſsè conſenſit. Ergo videmus, quod in judicialibus tacens non ha- 5
beatur pro conſentiente. Sed expreſſo conſenſu opus eſt, ut *Greven ad h. l.* notat. Sanè *L. qui patitur. 18. ff. mandati*, de tacente, in ſuum favorem pro conſentiente habendo, loquitur. Quando tacens pro conſentiente habendus, eſt materia frequens; plura congeſſit *Dn. Tabor in Barb. lib. 18. c. 1. ax. 7. Hill. in Don. l. 18. c. 17. lit. B.* Autor *ad L. 1. n. 2. ff. C. de filiis fam. & quemadm.* jure Can. tamen acceptans mandatum procuratorium 6
& tacens pro conſentiente habetur, arg. *l. 16. ff. de SC. Maced.* per *Clement. 1. h. t. Dn. Zieglerus ad Lancell. l. 3. t. 2. § 22.* Sed quid ſi mandatum inſufficiens emen- 7
dare juſſus, an ante acta videatur rata habuiſſe, quæ ante emendationem acta ſunt? Aff. quia ratificatio fit etiam factis *L. 5. ff. rem ratam haberi Dn. Mevius p. 2. dec. 32.* Sed occaſione hujus legis probatur, nec invi- 8
tum aliquem compellendum eſſe ad conſtituendum procuratorem, quia poteſt per ſe ipſum litigare, niſi ſcil. abiturus ſit principalis, quo caſu procuratorem conſtituere, compelli poteſt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 220.*

*Ad* § 2. Miles procurator eſſe nequit, tum ob ra- 9
tionem ex publico depromtam, ne à ſignis diſcedat, & civilia negotia tractet, tum ob privatam, ne adverſario gravis ſit ex faſtu quodam. Autor *in C. h. t. ad L. 7. num. 1. & 4. & 1. C. de Condict. ob cauſ. dat. ad L. 5. num. 1. 2. & 3.* Sed hîc adduntur duæ limitationes, niſi in rem ſuam ſit procurator, id eſt, ceſſionarius, item, niſi pro turma ſua procuret, &c. Sicut Clericus procurator eſſe non poteſt, bene tamen pro Eccleſia. *c. 2. X. ne Clerici ſecularibus Nov. 123. c. 6.* Sed notanter additur declaratio, quod præſcriptio militiæ opponi poſſit tantùm ante litem conteſtatam; cujus ratio eſt, quia eſt exceptio dilatoria. Sed qui fit, quod contra 10
procuratorem falſum, vel qui mandato deſtituitur, ſemper poſſit opponi *per l. 24. C. h. t.* Scilicet diſtinguendum eſt inter exceptiones, quæ totum proceſſum 11
reddunt nullum, & aliàs exceptio, tu non es procurator, ſemper audienda; exceptio, *tu prohiberis*, antè litem conteſtatam eſt admittenda, poſtea non, quia factus litis dominus. Habemus hîc exemplum, ubi 12
expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, per *L. 77. de R. J.* Autor *in C. h. t. ad L. 13. num. 6.* Miles non admittitur, ne quidem parte conſentiente, & tamen tacitè admittitur. *Bach. in Treutler. v. 1. d. 9. th. 6. lit. B. conf. Camill. Borell tom. 1. deciſ. tit. 66. num. 58. Hill. in Don. L. 18. c. 11. Lit. C. & lib. 18. cap. 11. lit. V.* Autor *in C. h. t. ad L. 13. num. 3. Et ad L. 5. n. 2. C. de Condict. ob cauſ. dat.* De minore 25. annis, ſi contra eum non excipiatur, idem videtur, quod de milite. *conf. tamen Trentacinq. tom. 2. reſol. tit. de proc. reſ. 3. nu. 35. Zang. de Except. p. 2. c. 8. num. 24.* Autor *in C. h. t. ad L. 12. num. 13.*

*Ad §. fin.* Procurator, poſt ſatisdationem præſtitam, 13
non poteſt ſe exonerare officio Procuratoris, niſi juſta cauſa acceſſerit, v. gr. ſuperveniens inimicitia, diffamatio, aliæque cauſæ, *de quibus hic & L. 9. h. t. Gail. L. 1. obſ. 46. num. 1. & ſeqq.* Ubi deſcribit proceſſum, quomodo procurator exonerationem petere ſeu liberationem debeat. Scilicet, citandus eſt Dominus ſeu

princi-

principalis & Adverſarius, ſummariè cognoſcitur, &
examinatur cauſa, exonerationis prætenſio, v. gr. cau-
ſæ iojuſtitia, vel alia, & in contumaciam non compa-
rentis Procurator exoneratur. *Gail. d. l. & Hill. in Donell.
lib. 18. c. 16. lit. M.* Colligitur *ex hoc* §. quod noo tan-
tùm litis conteſtatione, ſed & ſatisdatione Domini,
præſente vel conſentiente procuratore facta, res deſinat
eſſe integra. *Gail. d. obſ. num. 4. conſ. Wurmſ. tit. 5. obſ. 15.*
14 Non autem eſt juſta cauſa reounciationis mandati, ſi
ob cauſam non accepti ſalarii renunciet, nam hæc cau-
ſa non habetur in jure expreſta, & poterit ipſi Judex
proſpicere de ſalario, & Judicis iotereſt, ut cauſa uno
contextu ad finem perducatur. *Dn. Mevius p. 3. dec. 243.*
Sigiſm. Scaccia *de judiciis c. 101. n. 4.* quidem tradit, ſe
non meminiſſe, diſputatum fuiſſe de exoneratione pro-
curatoris; & quam ſpem felicis exitus habere poſſet, qui
per invitum litigat; quod quidem verum eſt, ſi alicubi ſit
procuratorum copia, ſed poſſet contingere caſus, quod
alium procuratorem ob inopiam, aut ob potentiam ad-
verſarii nanciſci non poſſit; ideoque tales leges, de exo-
neratione procuratoris loquentes, noo puto eſſe inutiles.

## ad L. Aut ſi valetudinem. 9.

### *S U M M A R I A.*

*Ex qua cauſa Procurator ab onere procurationis ſe libe-
rare poſſit. num. 1.*
*An etiam ob voluntariam peregrinationem? 2.*

1 CAuſa cur ſe procurator ab onere procurationis li-
berare & exonerare poſſit, eſt etiam valetudo
adverſa, vel neceſſaria peregrinatio, v. gr. ſi à Repu-
blica mittatur. Idem de voluntaria intelligit *Gloſſa* &
2 exemplum dat in eo, qui ire vult ad S. Jacobum. Me-
lius eſt exemplum in peregrinatione ob ſtudia ſuſce-
pta, & quæcunque probabiles habet rationes & non
eſt affectata.

## ad L. Vel hæreditas. 10. & L. Si tamen. 11.

### *S U M M A R I A.*

*An procurator ob hæreditatem ipſi obvenientem ſe exone-
rare poſſit? num. 1.*
*An ob præſentiam Domini? 2.*

1 DUæ hîc aliæ cauſæ recenſentur, ob quas procu-
rator exonerationem petere poteſt. Ui 1. ſi hæ-
reditas ipſi obvenerit, quæ ipſum occupet, id eſt, multis
difficultatibus & laboribus implicet, ut aliena negotia
2 vix tractare poſſit. Altera cauſa eſt, quando Dominus
eſt præſens, & compelli poteſt, ut ipſe compareat in
judicio, quid ſi enim Dominus abſuturus, nec conſti-
tuiſſet procuratorem, ille verò revertatur, poterit com-
pelli Dominus, ut ceſſante cauſa exoneretur, & ipſe
cauſam gerat, modò noo ſit ex iis perſonis, quæ in
jus vocari probibentur. *l. 2. ff. de in jus vocando.* Si verò
præſens Dominus me ab initio procuratorem conſti-
tuiſſet, vix poſſem ob præſentiam Domini me exone-
rare. *Bach. hic c. 5. num. 6.*

## ad L. Sed etiam. 12.

### *S U M M A R I U M.*

*Prædictæ cauſæ an omni moda excuſent procuratorem?*

CAuſæ hactenus recenſitæ excuſant procuratorem à
neceſſitate ſuſcipiendi judicii, ſed non à ſimplici
neceſſitate ſuſcipiendi, hactenus tantùm, ut litis conte-
ſtatio fiat, ſi fortè res vel actio tempore ſit peritura,
quod generaliter intelligendum eſſe contra *Fabrum*
monet *Bach. d. l.*

## ad L. Sed hæc. 13.

### *S U M M A R I U M.*

*Ad cauſas exonerantes procuratorem arbitrium judicis
accedere debet.*

HÆ cauſæ exonerantes procuratorem non in pun-
cto conſiſtunt, ſed habent ſuam latitudinem.
Morbi non ſunt pares nec ſemper hæreditas adeo im-
plicita curis &c. Igitur Arbitrium judicis accedere
debet, an ea cauſa ipſum impediat, an morbus talis ſit,
qui adminiſtrationi ſit impedimento.

## ad L. Si poſt datum. 14.

### *S U M M A R I A.*

*Capitales inimicitiæ inter procuratorem & dominum an
juſta cauſa exonerationis? nu. 1.*
*An ob rem non defenſam à procuratore propter inimici-
tiam intervenientem, committatur ſtipulatio? 2.*
*Quæ natura prætoriarum ſtipulationum? 3.*

QUando inter datum procuratorem & Dominum 1
capitales inimicitiæ exarſerint, hæc etiam juſta
cauſa eſt exonerationis, *hic & l. 8. in fine & l. 43. in fine
h. t.* Et ob rem non defenſam non committitur ſtipu- 2
latio, id eſt, ſi procurator ſatisdationem præſtitit de
re defendenda, vel etiam ipſe dominus pro procurato-
re, & inimicitiæ capitales eruperint inter Dominum
& procuratorem, ex ea ſtipulatione contra procura-
torem, vel dominum agi nequit; quia hæc prætoriarum 3
ſtipulationum indoles, quod interpretationem recipiant
ex mente prætoris, & quibus tacita videtur ineſſe con-
ditio, ſi res in eodem ſtatu manſerit, ut *Ant. Faber hic.*

## ad L. Si defunctus. 15.

### *S U M M A R I A.*

*An officium Procuratoris finiatur morte Principalis,
etiam ante litem conteſtatam? nu. 1. & 2.*
*An ſententia mortuo principali in procuratorem ferri
poſſit? 3.*
*An hodie Procurator fiat dominus litis? 4.*
*Secundum Rec. Imperii diſputatio de reaſſumtione ceſſat. 5.*
*Inſtantia ipſo jure tranſit in hæredem & quando? 6.*
*In duplicibus judiciis quare duplex ſatisdatio præſtanda? 7.*

PRocuratoris officium non finitur morte Principa- 1
lis, quando ſatisdatio præſtita eſt, & ſic ante litem
conteſtatam etiam perpetuatur. *Gail. d. obſ. 46. num. 4.
Klock. vol. 3. conſ. 173. num. 8. & 9. Buſius hic.* Autor *in
C. h. t. ad L. 23. num. 6.* Si ſcil. ſatisdatio pro præſenti
procuratore præſtita, nam ſi pro abſente & ignorante,
ex ſatisdatione domini agi poteſt contra fidejuſſores,
non verò contra procuratorem. Cùm igitur moribus 2
noſtris inſeri ſoleat inſtrumentis procuratoriis clauſula
ſatisdationis, inde rarò finiri morte mandatum, etiam
ante litem conteſtatam, notant *Sichard. in L. 23. C. h. t.
nu. 4. & Giſanius ibidem nu. 8. Gail. d. obſ. nu 4.* & *Hill.
in Don. l. 18. c. 12. lit. Dd.* & multò magis mandatum
non expirat poſt litem conteſtatam, nec readſumtione
proceſſus opus eſt. *Gail. lib 2. obſ. 109. n. 6. & 7.* Unde
etiam ſententiam hoc caſu in favorem, vel contra mor- 3
tuum ferri poſſe, modò in perſonam procuratoris con-
cipiatur, tradunt *Mynſ. cent. 1. obſ. 85. Hartm. lib. 2. tit. 7.
obſ. 2. n. 1. Klock. d. l. Wammeſ. in conſ. juris canon. conſ.
424. n. 6. & Buſius* ita ſe conſuluiſſe, hic refert. Autor
*in C. h. t. ad L. 23. n. 4.* Quomodo autem argumentis
*Dn. Carpzovii,* quæ proponit *l. 3. Reſp. 24. & Bachov. in
Treutl. d. d. 9. th. 10.* ſit occurrendum, dixi ad *proceſſum
civilem, cap. 1. nu. 68. conſ. Hill. d. l.* Nec concedendum 4
eſt, quod *Grœnwegen ad l. 23. C. h. t.* tradit, hodie pro-
curatorem non fieri dominum litis, & licèt hoc conce-
datur, deſinit tamen res eſſe integra. Ut pluribus tra-
didi in proceſſu *d. l.* Hodie ſi procuratoria nomine par- 5
tis & hæredum concipiantur, ex præſcripto *Receſſus
Imperii de Ao. 1654.* diſputatio hæc de Reaſſumtione
ceſſat. Colligunt etiam ex hac lege, ut & *l. 33. de fidejuſſ.*

6 Inſtantiam in terminis habilibus i. e. ad hæredem alias tranſeuntibus, ipſo jure tranſire in hæredem. *Mynſ. cap. 1. obſ. 85. Scaccia de Appell. quæſt. 15. n. 260.* Autor *in C. h. t. ad L. 23. nu. 6. & 7.* Hanc legem etiam ad nunciationem novi operis, & præſtitam à nunciato ſatisdationem accommodat *Adt. Rubeus in repet. legis, non ſolum. §. morte. ff. de novi operis nunciatione. n. 97.*
7 *& ſeqq. volum. 5.* In §. 1. dicitur in duplicibus judiciis quæ tractantur *in lib. 10. Pandect.* quia uterque litigantium, & actoris & rei perſonam ſuſtinet, ideò procuratores etiam ad agendum & defendendum videntur dati, & ita utrinque ſatisdatio eſt præſtanda.

## ad L. Ante litem. 16.

### *SUMMARIA.*

*Quando dominus litis poſſit mandatum revocare?* n. 1.
*Conciliatio* h. l. cum l. 64. 2. & 3.
*Qui ipſe agere non poteſt, non poteſt mandatum revocare?* 4.

1 DOminus, lite nondum conteſtata, poteſt revocare mandatum, & ipſe ſuſcipere litem; vel aliis mandare; ſed poſt litem conteſtatam nonniſi juſta accedat cauſa; *de quo in ſeq. l. vid. Mynſ. cent. 5. obſ. 44. Gail lib. 1. obſ. 74. n. 10. Treutl. diſp. 9. th. 10. lit. B. Pacius quæſt. 32.* Autor *in C. t. de Satiſdando ad L. un. n. 4. 5. & 6.* Sed huic *L. 16.* obſtare videtur *L. 64.* ubi id de cauſa
2 cognita dicitur, quæ verba expungenda *Cujac.* quem refert *Hill. in Don. lib. 18. c. 17. lit. B.* & nuper *Dn. Wiſſenbach. diſp. 12. th. 8.* Sed nulla pugna; nam *d. l. 64.* loqui-
3 tur expreſſis verbis de defenſore, & quæritur, an reus principalis amovere defenſorem, qui ſatisdationem præſtiterat, invito actore poſſit; & R. quod non, niſi cauſâ cognitâ; nam actoris intereſt, cum defenſore potius, qui ſatisdationem præſtiterat de judicato ſolvendo, quàm cum Domino experiri. *Hill. in Don. lib. 18. cap. 17. lit. B. & Bachov. in Tr. d. d. 9. th. 11. lit. B.* Quæ cauſæ ſint revocationis, in ſequentibus legibus per-
4 ſpicuè proponitur. Notandum autem, eum, qui ipſe agere non poteſt, revocare non poſſe, *L. 21. C. h. t.* nec mandatum procuratori in rem ſuam factum revocari poteſt.

## ad L. Poſt litem. 17.

### *SUMMARIA.*

*An parte adverſa invita mandatum ex voluntate procuratoris revocari poſſit?* n. 1. & 2.
*An poſt litem conteſtatam principales tranſigere poſſint?* 3.
*Ex quibus cauſis Dominus poſſit revocare mandatum & litem in ſe tranſferre?* 4.

1 POſt litem conteſtatam, non ſine cognitione cauſæ mandatum revocari poteſt, *per h. l.* Sed quæritur an conſentiente procuratore revocari poſſit, licèt invita parte adverſa? Negat *Dn. Carpzov. dec. 45. Weſenbec. vol. 3. conſ. 145. Mynſ. Cent. 5. obſ. 44. num. 5. & reſp. 89. n. 6. Hill. in Don. L. 18. cap. 17. lit. G. Beſold. in delibat. Juris Lib. 3. quæſt. 22.* Aut. in *C. t. de Satisdando ad L. un. n. 5. & 6. Et t. de Proc. ad L. 22. n. 5.* quia in judicio quaſi contrahitur, & hunc quaſi contractum non poteſt Dominus, & procurator diſſolvere, adverſario invito, & poſſet judicium variari perſonarum mutatione. *Mynſ. d. l. n. ult. Hillig. d. c. 17. lit. C.* & probo poſſet ſubſtitui
2 improbus. Quicquid ſit, putarem contradictionem Adverſarii attendendam non eſſe, ſi nullum intereſſe prætendere poſſit. *conf. Scaccia de ſent. & re judic. gl. 14. q. 25. n. 114. & Roncheg allus ad l. 2. de duobus reis nu. 87.* & hos referens *Dn. Zieglerus ad Lancellottum l. 3. titul. 2.*
3 *§. 15.* Sed quæritur an poſt litem conteſtatam principalis tranſigere poſſit? Vid. quod non, quia hîc dicitur, non ſine cognitione cauſæ revocari poſſe & poſt litem conteſt. procurator eſt Dominus litis. Autor *d. t. C. de Satisd. nu. 6. Et ad L. 3. n. 2. C. Mandati.* Sed R. hoc intelligendum, quandiu proceſſus & lis durat, ſed per tranſactionem finita lite procurator fruſtra renititur. *Carpz. p. 3. deciſ. 246.* Sicut item ipſe, qui 4
dedit procuratorem causâ cognitâ in ſe transferre litem poteſt, ita idem hæredi licet *§. 1. h. l.* Et quæcunque cauſæ faciunt, ut procurator non poſſit compelli ad accipiendum judicium, eædem cauſæ efficiunt, ut Dominus poſſit revocare mandatum & in ſe litem transferre, v. g. propter inimicitiam capitalem exortam vel ob hæreditatem amplam delatam procuratori &c. ſed quid de ætate? Videri poterat, quod ſibi debeat imputare Dominus, quod ſenem prius dederit. Sed reſp. ætatem etiam conſiderandam. Nam inter moras judicii, præter ſpem Domini ab Adverſario nexas, poteſt ingraveſcere ætas. Aut fortè neſcit ætatem, vel præter ſpem eum ob ætatem minùs idoneum deprehendit.

## Ad L. Aut religionis. 18.

### *SUMMARIUM.*

*Sacerdotis officium procuratori delatum an liberet à procuratorio munere?*

QUando procuratori defertur ſacerdotis officium, quia minùs vacare poteſt procuratorio muneri, poteſt mutare Dominus procuratorem, & ſic ſe exonerare poteſt.

## ad L. Item ſuſpectus. 19. & ſeqq.

### *SUMMARIUM.*

*Ex quibus cauſis Dominus revocare poſſit mandatum?*

DUæ in *l. 19.* proferuntur cauſæ, quas Dominus habere poteſt, ut revocet mandatum. 1. Suſpicio, ſi fortè Dominus habeat quædam colluſionis indicia, item ſi inimicus fiat procurator per *l. 20. & 21. h. t.* Autor *ad L. num. 4. C. de propt. inimic.* item ſi affinitatem contrahat cum adverſario *leg. 22. h. t.* vel hæres adverſarii factus ſit *d. l. 22.* vel ſi latitet fortè ob creditores ſuos *leg. 21.* Secunda cauſa eſt, ſi quid accedit procuratori, ob quod negotio adeſſe non poſſit, v. g. ſi in exilium pulſus ſit, *l. 22.* ſi in vinculis ſit, ſi in hoſtium vel prædonum poteſtate *lege decima nona.* ſi in judicio publico vel privato diſtringatur, vel valetudine vel multitudine propriorum negotiorum *leg. 20. h. t.* longa peregrinatio &c. *leg. 23.*

## ad L. Mutari. 24.

### *SUMMARIUM.*

*An ex iiſdem cauſis, ex quibus revocatur mandatum, procurator dimiſſionem petere poſſit?*

QUæritur, an ob has cauſas etiam ipſe procurator dimiſſionem petere poſſit? Quod affirmatur, ſcilicet in terminis habilibus, ſi valetudinem, ſi multitudinem negotiorum, ſi ætatem ingraveſcentem, ſi peregrinationem alleget, nam ſe ſuſpectum ipſe non dicet.

## ad L. Quæ omnia. 25.

### *SUMMARIA.*

*An cauſa removendi Procuratoris Rei & in Procuratore Actoris locum habeat?* n. 1.
*An, ſi dominus litis objiciat Procuratori ſuo crimen poſt litem conteſtatam, ſaltem ut illum removeat, Prætor de eo cognoſcere debeat?* 2. & 3.

*An*

*An audiendus ſit officialis purgare volens crimen à magiſtratu objectum? 4. & 5.*
*An jus retorſionis ex hac lege probari poſſit? 6.*
*An ei, qui retorſione uſus eſt, liceat injuriarum agere? num. 7.*
*An judex retorſionis ſcriptum ad acta recipere debeat?* 8.
*Quod aliàs licitum non eſt, ſit licitum, cum exiſtimationis noſtræ intereſt.* 9.
*An cedens ante litem conteſtatam poſſit revocare mandatum?* 10.
*An Procurator jure retentionis actorum & documentorum uti poſſit propter ſalarium ſuum?* 11.

1 QUæ hactenus dicta de cauſis removendi procuratoris, quæritur, an in procuratore Actoris quo-
que locum habeant? Equidem, quod in reo hoc lo-
cum habeat, non eſt dubium, cùm ille invitus tra-
hatur in judicium, nec habeat tantum temporis ſpa-
tium, ut poſſit maturè deliberare, quem procurato-
rem conſtituat, quod ſecus in actore, cujus in arbi-
trio eſt, quando agere velit, ſed reſpondetur, idem
eſſe dicendum de Actore; Nam & hic futuros caſus
ac eventus rerum augurari non potuit. *pr. h. l.* Species
facti in §. 1. hæc: Actor procuratorem ſuum, poſt litem
conteſtatam, ab officio procuratoris remoturus, cauſam
aliquam falſam prætendit, quæ exiſtimationem pro-
curatoris onerabat, v. g. quod colluſiſſet cum Adver-
ſario; Cùm autem procurator reſponderet, dominum
mentiri, quæritur, an de veritate vel falſitate hujus
objecti prætor cognoſcere debeat? Videtur quod non,
quia procurator videtur invito ſe ingerere, & hoc
ipſo ſe reddere ſuſpectum. Quam regulam ex hac le-
ge ſolent probare, vid. *Dn. Taber. in Barb. l. 9. cap.*
2 55. Sed reſpondetur, procuratorem eſſe audiendum,
dum ideò tantùm obſiſtit, ut ab objecto crimine ſe
purget, crimine non probato, non vult dimittere
3 procurationem. Ex hac lege probatur, ſi Magiſtratus
aliquem officialem ſuum vellet deſtituere, & quidem
ob delictum, hoc caſu audiendum eſſe officialem, ſi
pudorem ſuum purgare velit, ut anno 1657. menſe
4 Auguſto pronunciatum memini. Sed aliud, ſi Do-
minus id faciat ex ea poteſtate, quam habet; nam
ſicut officialis poteſt reſignare, itaa etiam Magiſtra-
tui dimiſſionem dare licet, Dd. communiter. *Vid.
Klock. volum. 1. conſ. 32. n. 13. Cevall. quaſt. 425. n. 16.
Boer. deciſ. 149. num. 24. Menoch. L. 1. A. Q. 55. num.
4. Dn. Mev. p. 2 dec. 12. Joh. à Sande lib. 5. tit. 10 deciſ. 2.*
5 *Gratianus t. 3. diſſert 590. num. 12.* Ex hac lege probare
volunt jus retorſionis; Sed malè. Vid. *Rennemannus
de jure Retorſionis & Finckelthaus. obſ. 37. Nebelcræ
6 dec.* 18. Nam hoc jus contrarium juri Divino, quod
recriminationem omnino prohibet, & commentum,
quod non ſit vindicta, ſed defenſionis ſpecies, ſolidè re-
futat *Rennemannus d. tr. p. 3. th. 46.* in jure Civili nun-
quam probatum; nam ſi ſpeciem facti hujus legis at-
tendamus, item *l. 14 §. 6. de bonis libertorum*, nihil ibi
præſidii habet. Non enim in noſtra lege quæſtio eſt,
an procurator rectè mendacii argueit Dominum, vel
an dominus habeat actionem injuriarum, ſed quæſtio
eſt, an procurator objectum crimen purgare poſſit.
7 Sed hoc tamen conſuetudine receptum eum, qui
Retorſione uſus, actionem injuriarum non habere, ut
probant Dd. quos allegat *Harpr. ad §. 12. Inſt. de Injur.
num.* 97. E contrario, ſi actio injuriarum mota, non
etiam retorſio licita, quia unum remedium tollit al-
terum, *Dn. Mevius p. 5. deciſ. 337. vid. not. ad L. 14. §. 6.
de bonis libert. num. 2.* Sicut autem ſi ex inſtituta actio-
ne colligitur injuria; actio injuriarum non competit,
ſed finis litis expectandus, ita nondum finita lite, qui
retorquet præpoſterè agit & pœnam meretur. *Conf.
8 Mev. part. 5. deciſion.* 338. Non verò debet Judex retor-
ſionis ſcriptum ad Acta recipere, quia eſt vindicta
extrajudicialis, quæ ad judicem non pertinet. *Dn. Me-
vius d. part. 5. deciſ. 329.* quippe jure ſcripto non proba-
tur, conſuetudine tantùm per conniventiam toleratur,
ne injuriatus prolixis, moleſtis, & acerbis litibus im-
plicetur. Ex *hac lege* notetur, ea quæ aliàs conceſſa 9
non ſunt, ſi tamen exiſtimationis noſtræ interſit & fa-
mæ, licita eſſe. v. gr. in cauſa minima, vel infra quan-
titatem expreſſam, non licitum eſt appellare ad Carre-
ram Spirenſam; ſi tamen ea cauſa concernat famam,
appellatio recipitur, ut obſervarunt Cameralium de-
ciſionum ſcriptores. Colligitur etiam *ex hac lege*, quod 10
cedens ante litem conteſtatam non poſſit revocare man-
datum. *Baſius ad L. 10.* quia Ceſſionarius analogicè
tantùm eſt procurator. *Frantzkius ad h. 1. nu. 43.* vel
ſubtilitate juris eſt procurator, non in rei veritate &
effectu. Sed poteſt tamen cedens re integra exigere de-
bitum à debitore ceſſo. *per L. 3. C. de Novat.* qui vi-
detur effectus eſſe ſubtilitatis juris de quo alibi in *tract.
de ceſſ. act.* & ſupra *de tranſact. lege fin. dictum pluribus.*
Ex *fine legis hujus* colligitur, procuratorem jure reten- 11
tionis Actorum ſcil. & documentorum uti poſſe, pro-
pter ſalarium fortè promiſſum vel impenſas. *Weſenb.
hic n. 8. Rosbach. tit. 20. nu. 43. Manzius ad h. 1. num.
353. & Molignatus de jure retent. quaſt. 75. Menoch. rem.
11. recup. poſſ. num. 14. Autor in C. tit. de Advoc. Fiſci
ad L. 1. n. 5. Finckelt. obſ. 98. n. 31. & ſeqq.* qui varios de
jure retentionis textus adducit. Quamvis autem Dd. in
exemplis mentionem tantùm faciant impenſarum, & ad
has etiam hic *Græwegen* jus retentionis reſtringat, ut
ſcilicet ob ſalarium non poſſint retineri, ſed tantùm
propter impenſas, videtur tamen contrarium inferre
generalitas *hujus textus*, & uſus moreſque noſtri.

## ad L. Niſi Dominus. 26.

### *SUMMARIUM.*

*An procurator ob ſalarium vel impenſas habeat jus retentionis, oblata ſolutione reali à Domino?*

IN *lege præced.* dictum quod ob ſalarium vel impenſas procurator jus retentionis exercere poſſit, quod hic limitatur, niſi dominus ipſi ſolvere expenſas &c. velit in continenti, nam oblata ſolutione reali ceſſat jus retentionis. *Medices de Compenſat. quæſtione 16. num. 1. p. 2. Molignatus de jure Retent. quæſt. 355. & quæſt. 413. Autor in C. t. de Solut. ad L. 4. n. 1. & 2.*

## ad L. In cauſæ cognitione. 27. pr.

### *SUMMARIA.*

*An domino liceat à procuratore ſuo quædam auferre, quædam relinquere? num. 1.*
*Sententia §. primi. 2.*
*Quibus caſibus Domino per procuratorem acquiratur actio? 3. 4.*
*Quid hodienum obtineat? 5.*

SI Dominus à procuratore ſuo velit quædam tranſ- 1
ferre, quædam ei relinquere, rectè hoc repudia-
re poteſt procurator, quia non apparet cauſa, cur fi-
dem in his magis ſequatur, quam in cæteris, quam
rationem allegat *Don. l. 18. cap. 17.* Verùm rectius in-
telligitur *legis principium* de una lite & judicio uno,
quod per partes dividere vult Dominus, ratio eſt, quia
non debet ita dividi judicium, & procurator primò
non ſuſcepiſſet judicium, niſi tota lis ſibi commendare-
tur. *vid. Hillig. in Donell. d. l. lib. 1.*
*Ad §. 1.* Sententia §. eſt; quando ex parte actoris 2
translata eſt actio à procuratore in principalem, vel
contra, quod tunc cautio de judicato ſolvendo à reo
præſtita proſit ei, in quem judicium translatum, ut
actio utilis illi competat; quod in omnibus prætoriis
ſtipulationibus videtur verum per *L. 5. ff. de prætor.
ſtipul.* Unde apparet, regulariter per procuratorem
non

non adquiri domino actionem, niſi in ſtipulationibus prætoriis & judicialibus (ſicut fidejuſſorem, qui pro accuſatore in judicio ſpoponderat, poſt abſolutionem reo, teneri, tradit *Dn. Mev. p. 3. deciſ. 294. conf. Vaſqu. L. 3. cap. 58. illuſtr. qu. nu. 9. Zaſium in l. 9. §. de*
4 *jurej.*) Item in aliis caſibus, ut ſi domino præſente ſtipulatus, *L. 79. de V. O.* Vel ex re domini. *L. 68. h. t.* vel in caſu depoſiti. *L. 26. ff. depoſiti.* Idem in caſu actionis exemto, per *L. 13. §. 25. ff. de Act. emt.* Item Hypothecaria *L. 2. C. per quas perſonas ibique* Aut. *n. 2. 3. & 12.* in mutuo. *L. 9. §. 7. ff. ſi certum pet.* Videatur *Manzius ad h. t. n. 272. Bach. in not. ad Weſ. in n. 8. Donell. l. 12. cap. 7. Buſius in L. 72. h. t. Dn. Struv. Exerc. 20. th. 4. Dn. Greven. Exerc. 4. th. ult. Joh. à Sande in tr. de Ceſſ. Act. cap. 6. n. 15. & ſeq.* Sed in foro hodie iſtam ſubtilitatem non conſiderari, puto, ſed ex actione quæſita per procuratorem dabitur actio utilis principali. Ultima verba §. 1. *directa penitus tollenda.* intelliguntur de eo caſu, quando à pro-
5 curatore translatum eſt judicium. Quæ contra *Anton. Fabrum l. 12. conject. cap. 4.* retinenda eſſe, tradit *Joh. à Sande de Ceſſ. act. c. 8. num. 6.*

## ad L. Si Procurator. 28.

*SUMMARIA.*

*An actio ex Re judicata procuratori detur? n. 1.*
*An, ſi defenſor Abſentis ſatisdedit de judicata ſolvendo, contra Reverſum detur Actio? 2. & 3.*

1 ACtio ex re judicata datur Domino & procuratori, huic ex ſubtilitate juris civilis, ſed ſine effectu, quia poteſt repelli per exceptionem, & Domino competit actio utilis, ſed cum effectu. *vid. Hill. in Donell. l. 18. c. 18. lit. D.* Nam jure proprio procurator Domino ſemper adquirit actionem utilem. *l. in omnibus*
2 *ff. de prætor. ſtipul. Gæddæus de ſtipulat. cap. 10. n. 30.* Sed ſi procurator meus ſatisdederit de judicato ſolvendo, contra me actio non datur, ſicut etiam, ſi defenſor abſentis caverit de judicato ſolvendo, contra abſentem
3 reverſum non datur actio ex ea cautione; unde refert *Dn. Mevius p. 4. deciſ. 126.* cùm contra abſentem in proceſſu actum eſſet, iſque à patre ſuo defenſus, ſi abſens reverſus fuit, ex iis actis non poteſt condemnari; ſed novo judicio inſtituto opus eſt, quia per alium nemo obligatur, niſi mandatum præceſſerit, aut ſequatur ratihabitio.

## ad L. Si actor. 29.

*SUMMARIUM.*

*An creditor meus teneatur cum Titio agere, cui vendidi omnia mea nomina, tam activa quàm paſſiva?*

VEndidit hæres ſuam hæreditatem, ſeu mercator ſuam tabernam, id eſt nomina activa & paſſiva Titio, pollicetur hic, ſe velle ſuſcipere in ſe omnes lites, quæritur, an Creditor teneatur cum emptore ſeu Titio agere? Videtur quod ſic, cùm enim actor ſuum Jus activum in alium poſſit transferre, cur non idem in jure paſſivo? Sed negatur: alia enim ratio actionis, quæ in noſtra poteſtate eſt, alia juris paſſivi, quod non poteſt cedi alteri, ut jus agentis deterius reddatur. *L. 25. C. de pact. l. 3. ff. famil. hereiſc. Sichardus in lege 2. C. de hæred. vend.*

## ad L. Actoris. 30.

*SUMMARIA.*

*An procurator, cum dominus non eſt ſolvendo, contra reum condemnatum actionem judicati habere poſſit, propter ſalarium ſuum? n. 1.*
*An advocati poſſint ſuos clientes convenire ob ſalarium? 2.*
*Quibus actionibus petatur, remiſſive. 3.*

PRocurator, ſi Dominus non ſit ſolvendo, atque ab eo expenſas recipere non poſſit, in ſubſidium habebit actionem judicati contra Reum condemnatum, & quidem ſine exceptione: non poteſt repelli exceptione, de qua in *l. 28.* Sed poteſt compelli reus, ut ſatisfaciat actoris procuratori de expenſis, quarum exempli gratiâ mentionem fieri puto, namque & de ſalario judex, quod æquum eſt, decernet; de hoc ſenſu legis *Hillig. ad Donell. l. 18. cap. 18. l. K.* Pertinet 2 huc etiam caſus, quod Procuratores & Advocati ob ſalarium poſſint convenire ſuos clientes in Camera, licèt abſentes ſint, licèt etiam Cameræ immediatè non ſubſint. *Conceptum Ordin. Camer. p. 1. tit. 46. §. 10. & Jacob. Blubm. in jure Camer. titul. 26. nu. 18. & ſeq. Gail. lib. 1. obſ. 1. n. 37. quod declarat Gail. l. 1. obſ. 44. n. 5. & Blubm. d. tr. titul. 34. nu. 249.* Et quibus Actionibus petatur, 3 docet Autor *in C. t. Mandati ad L. 1. num. 2.* Imò ſalarium Advocato debetur, licèt cauſa non ſit finita; modò per Advocatum non ſteterit. Autor *ad L. un. n. 7. 8. C. de Suffrag.*

(margin number 1 stands beside the first line of this paragraph)

## ad L. Si quis. 31.

*SUMMARIA.*

*An, ſi procurator poſt condemnationem hæres Domini fiat, actione judicati teneatur? n. 1.*
*Quid, ſi non ex aſſe ſit hæres, & integrum judicatum ſolverit, an detur repetitio? 2.*
*Quando in una cauſa poſſint adhiberi plures procuratores? n. 3.*
*An per conſtitutionem novi procuratoris prior removeatur? 4.*
*Quid ſi dominus ipſe cauſam ſuam agat? 5.*

SI procurator rei condemnatus ſit & poſtea Domi- 1
ni hæres fiat, an poteſt actione judicati condemnari? Reſp. vix de hoc dubitare licet, ſed quid ſi non 2
ex aſſe ſit hæres, & integrum judicatum ſolverit, an repetet à cohæredibus? Reſponſio eſt plana *in princ.* Aut ſolvit totum ex mandato cæterorum cohæredum, aut non; Illo caſu partem repetet à cohæredibus actione mandati? hoc verò caſu negotiorum geſtorum. In una cauſa, ſi plures agant vel defendant ſe, 3
non eſt prohibitum, plures adhibere procuratores. Ergò à contrario ſenſu, ſi una ſit cauſa & perſona, non licet plures adhibere procuratores. *conf. l. 37. §. 1. & l. 38. h. t.* adverſario contradicente. Idem in Tutore. *lege vigeſima quarta, paragrapho ult. de Admin. tut.* quia procuratorem ita dare jus eſt, ne tamen in partis incommodum fiat, quod fieret, defenſione per plures ſciſſa, quam ſequitur moleſtia evocandi omnes, juſtitiæ mora; & difficultas præſtationis. Multis hoc declarat, & ſufficit pro multis *Donell. l. 10. cap. 15. per totum.*

*Ad §. fin.* Per conſtitutionem novi procuratoris 4
prior removetur vel revocatur; licèt poſteriore tutore dato, non removeatur prior. *l. 2. C. de Teſtam. Tut.* nec diverſis temporibus legata priori adempta, *l. 33. ff. de leg. 1.* ratio eſt, quia plures tutores dari poſſunt, & una res pluribus legari poteſt, ſed non plures procuratores. *Donell. l. 18. capite decimo quinto, lit. B.* limitatur hoc, quod locum habeat, ubi uterque eſt vel generalis vel ſpecialis procurator, non ſi prior ſpecialis, alter generalis, nam tunc hujus conſtitutio illi non derogat. *Cremenſis ſing. 114.* & quos hîc refert; quia generi per ſpeciem derogatur. *cap. generi per ſpeciem. de R. J. in 6.* Similis eſt tacita illa deroga- 5
tio quando Dominus ſine procuratore ipſe cauſam agit, niſi expreſsè proteſtetur, quod ipſum revocare nolit, vel alias hoc ex conjecturis appareat, ſi variet Dominus, *per cap. pen. de proc. l. 6. Sigiſm. Scaccia p. 1. de judic. capite centeſimo primo, numero 43. ubi plures Ddn allegat.*

Ad L. Plu-

## ad L. pluribus. 32.

### *SUMMARIA.*

*Si plures procuratores in ſolidum dentur, quinam agere poſſit? n.* 1.
*Quando in ſolidum dati intelligantur?* 2.
*Si plures conjunctim dentur, quomodo agant?* 3.

1 PRocuratores plures dantur vel in ſolidum, ut ſinguli in ſolidum agere poſſint, vel conjunctim, ut omnes conjunctis operis agant. Si illud, occupantis, id eſt ejus, qui antevertit agere, & litem conteſtatus eſt, melior eſt conditio, ille ſolus eſt dominus litis, nec cæteri ſe liti immiſcere poterunt, & ſic non obſtat regula *in leg.* 31. *præcedenti* tradita, quia in effectu unus tantùm datus. *Cujac. ad h. L. lib.* 8. *Pauli ad Edictum. Manzius ad h. t. n.* 118. *& ſeq. Speculator lib.* 1. *part.* 3. *n.* 16. *Carpz. dec.* 26. *n.* 10. Idem in Syn-
2 dico. *Carpz. d. l. n.* 11. Tunc autem videntur in ſolidum dati, quando habetur clauſula (& conſtituo utrumque eorum,) quod præjudiciis Cameræ probatum aſſerit *Mynſ. cap.* 1. *obſ.* 47. item, ſi cuilibet eorum cauſam committat, cùm hæc particula ſit diſtributiva. *Aloyſ Ricc. deciſ.* 1444. *& Dn. Zieglerus ad Lancell. l.* 3. *tit.* 2. §. 6. item, ſi dicat ſe ratum habiturum, quicquid ab eis vel ab
3 aliquo eorum geſtum fuerit. *Ziegl. d. l.* Sed ſi ita plures dati, ut omnes conjunctis operis agant in una eademque cauſa, id jure prohibitum, nec habet effectum, quia omnes non poſſunt agere, prohibente jure, nec unus, deficiente voluntate. *l.* 40. §. *ult. h. t. Donell. d. c.* 15. *lit. D.* ſed in nonnullis caſibus admittuntur plures procuratores in jure canonic. *per c. ſi duo* 6. *de procur. lib.* 6. Et jus Canonicum in judiciis ſequimur, ut plures conjunctim dari poſſint teſte *Dn. Zieglero ad Lancellot. l.* 3. *titul.* 2. §. 6. Sanè Syndici in ſolidum etiamnum dati præſumuntur, ut unus eorum abſque altero audiri debeat. *Carpzov. de proc. titul.* 5. *articul.* 4. *nu.* 50. *& Lancellottus d. l.* Collige ex hac lege, ut & ex *L.* 14. *de noxal. act. & l.* 19. *de re judicata*, quan-
4 do duo pares ſunt in jure, regulariter occupantis meliorem eſſe conditionem. *Carpzov. lib.* 2. *Reſp.* 46. *n.* 8. quod ad caſum, ubi faber prius occupavit habitationem, extendunt. *Menoch. L.* 2. *A. Q. caſ.* 237. *nu.* 7. *& alii, quos refert Fin. kelth. obſ.* 64. *num.* 23. *& ſeq.*

## ad L. Servum. 33.

### *SUMMARIA.*

*Quivis admittendus eſt ad excuſandum eum, qui abſens condemnari poteſt. n.* 1.
*Conciliatio* l. pen. ff. de publ. jud. 2. & 3.
*Caſus referuntur, ubi quis abſens condemnari poteſt.* 4.
*Referuntur exempla, ubi quis ad excuſandum abſentem admittendus eſt.* 5.
*Quidnam Procurator actoris præſtare debeat?* 6.
*Quando ceſſionarius teneatur defendere cedentem reconventum?* 7.
*An exceptio, quæ cedenti poteſt objici, etiam ceſſionario obſtet?* 8.
*An compenſationis exceptio ceſſionario objici poſſit?* 9. 10. *& ſeqq.*

1 QUæritur *in princ.* an filiusfam. & ſervus poſſint conſtituere procuratorem? quod affirmatur de filiofam. ſed de ſervo negatur. Limitatur hoc, quod ſervus in cauſa peculii poſſit procuratorem conſtituere, non quidem ad agendum, quod enim ipſe per ſe agere nequit, non poterit etiam per alium agere. Sed ad negotia peculii extrajudicialia. In *paragrapho primo* quæritur, an is, qui de ſtatu ſuo litigat, poſſit dare procuratorem, quod quidem tunc indubium eſt, quando eſt in poſſeſſione libertatis & in ſervitutem vindicatur, ſed magis dubium eſt in eo, qui poſſidetur ut ſervus, & ſe ipſum vindicat in libertatem, quod etiam hîc affirmatur procul dubio ex favore libertatis, nec obſtat *l.* 1. *pr. C. de Aſſert. toll.* quæ in ſpecie loquitur de judicio Status. Ubi abſeos quis condemnari poteſt, ibi quemvis pro eo verba facientem, & abſentiam ejus excuſantem audiri, æquum eſt. §. 2. *h. l.* Et idem videtur dici *in L.* 3. *C. de Accuſat.* quod reos capitalium criminum abſentes defendi, æquum ſit. Sed contrariatur *L. pen. paragrapho primo, ff. de publ. Judiciis & Lege prima, ff. an per alium cauſa appellat.* Nonnulli putant, hîc agi
de excuſatione abſentiæ. Sed verbum (*innocentiam*) 2
repugnat; ideòque *Ant. Matth. in L.* 48. *ff. titulo decimo tertio, capite quarto, in fine*, pro innocentiam ſubſtituere vult abſentiam; qùod etiam probat *Wiſ-*
*ſenbach. diſp. duodecim. th. decim. octav.* Sed violen- 3
tum nimis id remedium. Dixerim *paragraphum hunc* ſe ipſum explicare, nam loquitur de caſu, quando quis
abſens condemnari poteſt. Quando autem illud fit? 4
R. quando procedi debet ad relegationem vel pecuniariam pœnam. *L.* 5. *pr. de pœnis* item in nonnullis capitalibus cauſis, *ut L.* 4. §. *ult. Ad L. Corn. de Sicariis*, & ubi memoria defuncti damnatur, & in capitalibus quoque; cognitione inter accuſatorem & reum recepta. *L.* 10. *de publ. judic.* i. e. ſi lite conteſtata jam inter reos receptus abeſſe cœpit. *Cujac. lege vigeſima, obſ.* 11. (*conf. Zæſ. ad h. t. numero quinto*, & ſic non obſtat *d. l.* 3. quæ de hoc caſu apertè non loquitur.) Hæc ita rectiſſimè & prolixè *Hill. ad Donell. l.* 18. *cap.* 10. *lit. E. p.* 350. *conf. Carpz. pract. crimin. part.* 3. *quaſt.* 105. Sed & alias exceptiones refert *Menoch. lib.* 1. *Arb. quæſtion.* 80. *numero* 95. *& ſeqq.*
Præcipuè notanda tertia declaratio, quando Tertius 5
adduxiſſet teſtes, per quos in continenti innocentia abſentis probari poſſit. *Menoch. n.* 95. *& ſeq.* item ſi tertius vellet intervenire, & reum defenderet, ſi ille haberet ſpeciale intereſſe, ut pater pro liberis, maritus pro uxore, Dominus pro ruſticis. *Menoch. d. l. n.* 97. *& ſeq. conf. ad h. l. Benedictus de Plumbins in repet. l. pen.* §. *ad crimen num.* 23. *& ſeq. ff de publ. judic. l.* 6. *& Joh. Ant. Rubeus in repetit. ad hanc legem lib.* 1. *repet.*
§. 3. & 4. Summa eſt, procurator actoris debet 6
(1.) Cavere de rato, ſc. ſi principalis nondum cavit, vel ubi habet mandatum ad negotia. *vid. l.* 39. §. 1. & (2) debet principalem defendere in reconventione, hîc & *L.* 5. *C. h. t.* Autor *in C.* 1. *de Satisdando ad L. un. num.* 7. Sed huic adverſatur *L.* 17. *C. h. t.* Ideòque *Dn. Wiſſenbach. deciſ.* 12. *th.* 5. hunc textum ad eos reſtringit, qui ſine mandato cum cautione de rato admittuntur. Sed videtur probanda ſententia *Donelli lib.* 18. *c.* 16. *lit. N.* quæ eſt, ſi procurator actoris habet tantùm mandatum agendi, non tenetur defendere principalem, ſed tenetur defendere cauſativè, ſi nolit, ut ipſi actio denegetur. *L.* 43. §. 3. *ff. l.* 5. *C. h. t. ibique* Autor *num.* 1. *&* 2. quæ eſt etiam *Vaſquii L.* 2. *con.* 23. *num.* 1. ratio eſt, quia per adhibitionem procuratoris deterior conditio rei fieri non debet. *Molignatus de Reconvent. q.* 16. *Donell. & ibi Hillig. l.* 18. *cap.* 13. *lit. A. & ſeq.* Sed proprio nomine ſi conveniatur procurator, reſpondere non tenetur, quia proprio nomine non egit. *Molign. d. l. quaſt.* 17.

## ad §. fin. & L. Si quis in rem. 34.

CEſſionarius, ſeu procurator in rem ſuam tenetur 7
defendere cedentem reconventum; ſi ceſſio voluntaria ſit, non neceſſaria; Autor *ad L.* 5. *n.* 2. *C Quando fiſcus vel privatus* quod declaratur exemplo in *L. ſi quis in rem.* ubi licèt emtio ſit voluntaria, ceſſio tamen neceſſaria. Sic etiam ubi ceſſio facta eſt ex cauſa diviſionis hæreditatis, vel aliarum rerum communium, tenetur ceſſionarius reſpondere, per *L.* 3.

Digitized by Google

*L. tert. ff. famil. bercis. conf. Donell. l. decim. octav. cap. decim. tert. lit. G. & ibi Hilliger.* Sed diverſa quæſtio eſt,
8 an exceptio, quæ cedenti opponi poteſt, etiam ceſſio-
nario obſtet; quod eſt affirmandum, ſed de exceptio-
ne reali agamus. *vid. Don. l. decim. octav. c. decim.
terti. Job. à Sande in tr. de Ceſſion. action. capite decim.
numer. terti. quart. quint. & lib. terti. tit. decim. ſeptim.
def. undecim. & tract. meus de Ceſſ. act. cap. quint. num.*
10. *& ſeq.* Autor *in C h. t. ad L. quint. num. 2. & terti.*
Nam quæ exceptio obſtat cedenti, ea etiam poteſt ceſ-
ſionario opponi, per tradita *Job. à Sande de Ceſſ. act.*
9 *cap.* 13. In ſpecie verò compenſatio, nam cùm com-
penſatio ipſo jure minuat debitum, non potuit cedens,
qui ceſſo debitori etiam erat obligatus, plus cedere,
quàm quod compenſatione facta ſupereſt. *Theſaur. dec.*
221. *Salgado in Labyr. p. 3. c. 6. §. un. numer.* 20. *ſeqq.*
10 Magnum enim diſcrimen eſt inter mutuam petitionem
& compenſationem. Nam hæc elidit actionem, non
id præſtat actio in reconventione allegata. Sic ceſſa
actio quædam confidejuſſori meo, ille me convenit
actione ceſſa; excipio, eum ſuam partem virilem de-
trahere debere, ille negat, cùm beneficio diviſionis
renunciaverimus; ſed regero, illam renunciationem
factam in gratiam creditoris, non confidejuſſorum
inter ſe, ergo confidejuſſor ſuam partem detrahere
11 debet. *Dn. Mev. pag. 3. deciſ.* 234. Sed recepta etiam
in materia compenſationis apud nonnullos diſtinctio,
utrum ante ceſſionem opposita ſit credenti compenſa-
tio, & tunc indiſtinctè omni ceſſionario obeſſe exce-
ptionem compenſationis; an verò non ſit oppoſita ante
ceſſionem, & tunc diſtinguunt inter ceſſionem ex cauſa
lucrativa & oneroſa, & inter actionem directam &
utilem, ut illic indiſtinctè noceat, hoc caſu non. *Dn.
Mevius part. 4. deciſ. 140. Carpz. part. terti. deciſ. 255.*
Autor *ad L. ult. nu. 1. C. Quando fiſc. vel priv.* Ceſſio-
12 nem voluntariam, quam ſc. hodie Redemtores litium
faciunt, transferre compenſationem in ceſſionarium,
non ita in ceſſione neceſſaria, quam aliquis accipere
tenetur. Sed quicquid ſit, puto, compenſationem ſem-
per nocere ceſſionario; atque ideo in dubium vocari
13 poteſt deciſio *Dn. Mevii part. 4. deciſ.* 141. ubi dicit,
tunc demum opponi ceſſionario compenſationem,
quando ante ceſſionem oppoſita fuit compenſatio; ſi
quidem, ſi ante oppoſitam compenſationem ceſſum
eſt nomen, non tamen niſi compenſabile nomen ceſſit,
& quomodo cedens nomen, quod ſubjectum eſt com-
penſabilitati, ut ita loquar, ſine ea qualitate cedere
poteſt alteri? & quo modo cedens conditionem debi-
toris, valentis compenſare, poteſt deteriorem facere?
Ergo §. *hic* de mutua petitione loquens, ad compenſa-
tionem tamen extendi nequit. Et compenſatio objecta
retrotrahitur, quaſi ab initio objecta fuiſſet. Ut multis
autoritatibus confirmavi *ad l. 4. C. de Compenſat.*

## ad L. Sed & hæ. 35. & L. Vel in operis. 36.

### *SUMMARIA.*

*An cuivis liceat præſtita cautione abſentem defendere? nu. 1. & 3.*
*Ad quid teneatur defenſor?* 2.
*An in Cauſis, quæ ſpeciale mandatum requirunt, ſufficiat cautio de rato?* 4.
*An libertus ob ingratitudinem in ſervitutem revocari poſſit per procuratorem?* 5.
*An etiam in ſummariis actionibus debeat abſens defendi in reconventione?* 6.
*Reconventio coram eodem judice inſtituenda.* 7.
*Quid ſit defendere?* 8.
*Quo caſu durior ſit conditio defenſoris, quàm Domini?* 9.
*An procurator actorem in reconventione quoque præcisè defendere debeat?* 10.
*Num defenſio etiam in patiendo conſiſtat?* 11.

Licèt abſentem defendere cuique liceat, non tamen 1
licet pro alio agere, niſi certis perſonis, ſcil. Ma-
rito, parenti, liberis, fratribus, libertis & cognatis,
ſed præſtita cautione, ſi ea ante litem conteſtatam
petatur. *L. decim. quar. paragraph. pen. ff. h. t. L. Ma-
ritus. vigeſim. prim. C. h. t. ibique* Autor *numer.* 1. Et
deciſionem hanc extendit *Dn. Mevius part. 4. deciſione*
361. etiam ad cohæredes in cauſis communi, & hæ per-
ſonæ, quæ ſine mandato admittuntur, debebunt ab-
ſentem in reconventione defendere, quod alterum
eorum onus eſt; nam 1. cavent de rato. 2. in Recon- 2
ventione tenentur reſpondere. *Malignatus de Recon-
vention. quæſt.* 15. In Affinibus idem ſtatuit, ſed ad 3
aſcendentem & deſcendentem lineam reſtringit. *Hippol.
de Marſil. ſing.* 123. Deinde non habet locum hæc lex 4
in iis, quæ ſpeciale mandatum requirunt, ubi non ſuf-
ficit cautio de rato. *Romanus ſing. 227. Covarr. L. 1.
reſolut. c. 6. num.* 5. ut in ſpiritualibus, *de quo tamen
vide Roman. ſing.* 619. nec ſolutionem poteſt accipere.
*Amanellus de claris aquis ſing. 20. conf. Panorm. in c.
nonnulli. vigeſim. octav. paragrab. fin. num.* 10. *de Reſcri-
ptis & ibi Felin. num. vigeſim prim. Angelus conſ. centeſim.
nonag. quart. num.* 1. An autem patronus libertum ut in- 5
gratum accuſare & in ſervitutem revocare poteſt per
procuratorem? Affirm. Sicut & libertus per procura-
torem reſpondere poteſt. *paragra. 1. h. l.*

*In* §. 2. Dicitur, etiam in præjudicialibus actionibus 6
vel poſſeſſoriis, ſtipulatione legatorum, damni infecti
actione, quæ ſummaria eſt, debet abſens deffendi in
reconventione, & ſic in ſummariis etiam reconventio
locum habet. *Malign. d. tr. quæſt.* 51. Et debet deffenſio
fieri coram competenti Tribunali nec aliò extrahi de-
bet *per hunc paragraph.* 2. Ex *hoc paragraph.* etiam pro- 7
batur, Reconventionem non in alio judicio, ſed coram
eodem judice eſſe inſtituendam. *Hic & l. 22. de judic.
Hill. in Donell. l. 17. c. 18. lit M. & lib. 18. cap. 13. lit. O.
ubi Ant. Fabrum contrarium ex hoc §. inſerentem refutat.*
In §. 3. quæritur, quid ſit defendere? Reſp. eſt facere id, 8
quod Dominus faceret, & Deffenſor vicem Domini
ſubit, ut etiam perſonale ejus privilegium, quod alias
hæredi ac fidejuſſori negatur, Deffenſori competat, ſc.
beneficium competentiæ *l. 51. paragraph. 1. h. t.* Et non 9
debet eſſe durior conditio Deffenſoris, quàm Domini,
niſi quod non hic, ſed ille ſatisdare debeat de judicato
ſolvendo, Autor *in C. h. t. ad L. 12. numer.* 7. quia 10
reus invitus comparet, Defenſor ultro. In §. 4. quæritur,
an procurator Actoris præcisè teneatur deffendere
actorem in reconventione, præſertim ſi velit pati, ut
committatur ſtipulatio, & ut ex commiſſa ſtipulatione
agatur? Et hoc affirmatur. Eſt autem expedita ratio
cogendi, ſi deneget actionem prætor *l. mutus. 43. §.
pœna. 4. h. t. Bach. ad h. l. cap. 5. num. 5. in fine.* In *pa-* 11
*ragraph. fin.* & *l. ſeq. q.* 26. quæritur, an Deffenſio
etiam in patiendo conſiſtat. Si patiatur, quod Dominus
pati cogeretur, v. gr. ſi patiatur adverſarium in poſſeſ-
ſionem venire ob non præſtitam cautionem de damno
infecto, item ob legata ſub conditione relicta. *per tot.
tit. ff. ut in poſſeſſione Legatorum &c. eſſe liceat*, vel in
operis novi nuntiatione, vel ſi ſervus, qui damnum
dedit, noxæ dedatur. Et hæc, quia Dominus etiam
pati cogeretur, & grave foret procuratorem talibus
cautionibus gravare, non ſunt adverſa procuratoria
officio, qui deffendit autorem, dum hæc paſſus eſt,
modò præſtet cautionem de rato, quod Dominus hæc
ſit rata habiturus *L. 36. h. t.*

## ad L. Omnium. 37.

### *SUMMARIA.*

*An ſufficiat ſi procurator in una cauſa actorem defendat, in alia non? num.* 1.
*Quid ſi ultro quis ſe ad deffendendum offerat, an teneatur in omnibus deffendere?* 2.

Procu-

*Procurator an & actioni in hæredem non tranſeunti in reconventione motæ reſpondere teneatur?* n.3.

*An reus teneatur pati, ut reconventiones ab ipſo inſtitutæ in plures deffenſores dividantur?* 4.

1 QUæritur autem, an procurator ſatisfecerit ſuo
officio, ſi in una cauſa actorem deffenderit, non
verò in alia? Pone, Actorem reconveniri in tribus ac-
tionibus, ſufficitne, ut procurator in una actione eum
deffendat & reconventioni reſpondeat, in aliis non?
2 Et reſpondetur, in omnibus eum deffendendum eſſe,
licèt is qui ultro ſe ad deffendendum offert, non tenea-
tur in omnibus deffendere, niſi cauſæ ſint connexæ,
*l.*46. § 1. *h. t.* Et illud extenditur, licèt in reconven-
tione talis moveatur actio, quæ in hæredem non datur,
3 ut furti, injuriarum. Nam ſi vivo actore hæ in Recon-
ventione moveantur, reſpondere tenetur Actoris pro-
4 curator. Sed quid ſi in ſingulis reconventionibus ſin-
guli ſe offerant Deffenſores, an tenetur reus pati, ut
ita reconventio in plures deffenſores dividatur? Et
reſp. affirmativè; nam tot ſunt reconventiones, quot
actiones: Et quia ſunt diverſæ reconventiones, admit-
tendi etiam diverſi deffenſores.

## ad L. Non tamen. 38.

### *S U M M A R I U M.*

*An una reconventio fortè majoris ſummæ plures deffenſores admittat pro parte reſpondentes?*

IN *hac lege* quæritur, quoniam plures deffenſores in pluribus reconventionibus admittuntur, an etiam ſi in una ſit reconventio, ſed fortè majoris ſummæ, & plures ſe offerant deffenſores, qui ſinguli pro parte velint reſpondere reconventioni, an hoc admittendum ſit? & reſpondetur negando. Nam hîc eſt una actio, una reconventio, quæ ita in partes dividi non debet.

## ad L. Non ſolùm. 39.

### *S U M M A R I A.*

*An procurator actorem deffendens, quandocunque interrogatus teneatur reſpondere?* n.1.

*Quo caſu procurator præſtare debeat juramentum calumniæ?* 2.

*Quibus caſibus procurator teneatur cavere de rato?* 3.

*Caſus, in quo aliquis ſuo nomine agens cavere de rato debet.* 4.

*Pater agens de filiæ dote de rato cavet.* 5.

*Pater agens de injuria filio illata non cavet de rato.* 6.

*Quibus caſibus cautio de rato cum cautione de judicato ſolvendo concurrat?* 7.

*In cauſa famam concernente opus eſt ſpeciali mandato.* 8.

1 IN *principio hujus legis* quæritur, an procurator ac-
tionem deffendens, teneatur etiam reſpondere in-
terrogatus ſive ante, ſive poſt litem conteſtatam. v.
gr. ſi quæratur, an hæres præſens ſit vel abſens? Et
videtur quod non, quia interrogaretur ſuper facto ut
plurimùm alieno: Sed affirmatur; nam aliàs non
plenè deffenderet actorem, & poterit ſpatium tem-
poris petere ad conſulendum principalem, & poterit
2 etiam de cognitis interrogari. Sed quæritur, an pro-
curator præſtare debeat juramentum calumniæ? Ne-
gat *hic Acc.* niſi ſi procurator in rem ſuam, aut ipſe
3 procurator ſatiſdationem præſtiterit. Procurator, qui
nullum habet mandatum, non admittitur cum cau-
tione de rato, quia non eſt procurator; ſed qui man-
datum habet, ille tenetur ſatiſdationem præſtare de
rato, niſi dominus ipſe clauſulam de rato, manda-
to inſeruerit; quod hodie ſemper fit. Quando igitur
dominus (1.) de rato non cavit, (2.) mandatum eſt
dubium, aut (3.) mandatum eſt certum, ſed inſuffi-
ciens. aut (4.) mandatum eſt præſumptum, ut ſi con-
juncta perſona pro conjuncta agat, tum procurator
tenetur cavere de rato *hic & L.*33.§.3 *ff. & L.*1. *C.
h. t. vid. Bach. v.*1. *de* 9. *th.*8. *Lit.B. C. & Don. atque
ibi Hilg. L. decim. octav. capite duodecim. & ſeqq.
Vaſſ.p ſecund. Illuſtr. q. L. ſecund. c. decim. ſext.* Autor
*in C.h.t. ad L.*1. *n.*1.2.3. *&* 5. *Et ad L.vigeſim. prim. C.
h. num.* 16.

*Ex* §. 1. notari etiam poteſt caſus, in quo aliquis 4
ſuo nomine agit, & tamen cavere debet; ut ſi pro-
curator juravit, Domino ſeu principali deberi, & ex
jurisjurandi cauſa agat; ibi actio quidem ex proprio
contractu nata, ſed tamen debet cavere de rato, &
hîc quæſita actio per cauſam alienæ litis. *Donell. lib.*
18. *c.* 13. *lit. D. qui aliud ſimile exemplum affert. ex
l.*5. § 1. 2. *&* 6 *ff. de conſt. pec.* cautio de rato autem
non ad Creditores Domini principalis, ſed ad Domi-
num tantùm dirigenda eſt; cùm creditorum tantùm
per conſequentiam interſit §.2. *h. l. Donell. l.*18. *Cap.*
13. *lit.T. & ibi Hillger.* Pater de dote agens tenetur 5
cavere, filiam, ratam habituram, & ſe velle deffende-
re filiam, §.3. *h. l.* cujus ratio, quia actio dotis filiæ
communis, nec ſine ejus voluntate moveri poteſt, &
ideo non poteſt pater ſuo nomine agere, quin ſimul
agat alieno nomine. *Ex Ant. Fabra Hill. in Donell. l.*
18. *c.*13. *lit D.*

Quando injuria illata filio, & pater agit, non ha- 6
bet pater neceſſe de rato cavere, quia ex una inju-
ria duæ actiones, ſic ergo pater propria actione agit.
*Petr. Barb. ad l.*2. §. *fin. num.*34. *ff. ſol. matrim.* Autor
*in C. t. de Injur. ad L.*2. *num.*2. Alias rationes proponit
*Hilliger. in Donell. d. c.*13. *lit.V.* quem vide. In cauſa
ſtatus cavet procurator de rato, ſive ſit ex parte actoris
ſive rei §.5. *h. l.*

*Ad* § 6. notetur caſus, ubi cautio de rato cum cautio- 7
ne de judicato ſolvendo concurrit. Si minor cum de-
creto vendidit fundum, & poſtea petat reſtitutionem,
tunc procurator rei ſeu emptoris & de rato & de judi-
cato ſolvendo cavebit. Alius habetur *in* § *ult. h l.* quan-
do quis ut ſuſpectus tutor convenitur, & per procura-
torem ſe defendit. *Bach. in Weſenb. ad h t. in fin.* quos
caſus explicat *Dn. Manzius de Defenſoribus nu.* 37. *&
ſeq.* ubi *addit. n.*41. alium caſum in duplicibus judiciis; 8
ex quo notetur, ſpeciali mandato opus eſſe, ubi quis
vult agere in ea cauſa, quæ famam concernit, nec ge-
nerale ſufficere. *Don. Lib.*18. *c.*12. *poſt Lit. JJ. Um-
mius ad proc. d.*3. *n.*36. *& ſeqq.*

Cæterùm *in* § *fin.* vulgata exemplaria legunt pro *accuſabitur*, *excuſabitur*, quam lectionem probat *Wiſſenbach. D. quinquageſim. prim. th. vigeſim. prim. & Bach. ad Tr. vol. ſecund. d.*9. *th.*3. *lit.D.*

## ad L. Pomponius. 40.

### *S U M M A R I A.*

*An omnes actiones per procuratorem expediri poſſint?* num. 1.

*An areſtum requirat ſpeciale mandatum?* 2.

*Procurator cautionem exigens v. g. de damno infecto, an teneatur cavere de rato?* 3.

*Caſus refertur, quo defenſor de judicato, & etiam de rato cavere debebit?* 4.

*Cur defectus mandati ſemper allegari poſſit, cautio verò de rata tantùm ante lit. conteſt.* 5. *&* 6.

*Quando conjuncta perſonæ ad agendum ſine mandato admittantur?* 7.

*An dominus ſententiam à falſo procuratore impetratam ratificare poſſit?* 8.

IN *h. l. notetur in pr.* quod quædam actiones, ut de 1
liberis exhibendis, non poſſint per procuratorem

2 & exempla actionum de via publica declaratur. Sed
pro reo in populari act one indiſtinctè Procurator ad-
mittitur, quia ſemper propria ejus actio. *L.5. ff de po-
pul. action. Donell. Libr.18. lit.B. & ibi Hilliger.* nec in
popularibus actionibus opus eſt cavere de reconven-
tione. *L.43. §.3. h. t.*

3 *Ad §.* 1. In injuriarum actione civili admittitur pro-
curator. *Pacius quæſt 45. Buſius hic.* Sed aliud in actio-
ne injuriarum crimin. quando contra non illuſtrem agi-
tur. *L. fin. C. de injur. l.11. §.2. & l.17. §.10. 15. 19. ff.
de injur.* Autor *in C. ad L. ult. n.1. & 2.* Exemplum ſi-
mile *in c.5. X. h. t.* ſi maritus agat ad pœnam, ob adul-
terium uxoris, non habet locum procurator; ſecus, ſi
ad ſeparationem, & ita civiliter, agat.

4 *Ad §.* 2. Ex conſtitutione procuratoris oritur actio
mandati, ſed id non ſemper fieri, duobus exemplis pro-
bat. (1.) Quando hæreditatem vendidi, & convenior
à creditoribus hæreditariis, *per L.2. C. de her. vend.* &
emtorem conſtitui procuratorem in rem ſuam, ad de-
fendendum adverſus creditores, eoque nomine pro te
conſentiente expoſui cautionem de judicato ſolvendo, ſi
ea ex cautione conventus quid præſtitero, id à te con-
ſequor non actione mandati, quod inter nos interceſſit,
ſed actione venditi; Autor *in C. t. de hered. vend. ad*
5 *L 2. n.4.* quia debuiſti agnoſcere æs alienum. hæc enim
obligatio antiquior. (2.) exemplum, fidejuſſor ex ſti-
pulatione conventus debitorem dedit procuratorem ad
defendendum, & pro eo cavit judicatum ſolvi, ſi ex
ea cautione conventus fidejuſſor aliquid præſtitit, id
conſequitur à debitore principali, non ex poſteriori
mandato, quo mandavit defenſionem, ſed actione con-
traria ex priori mandato, quo fidejuſſit. Unde colligit
*Cujac. in lib.8. Pauli ad Edictum, ad hunc textum.* ubi
antiquior obligatio & actio eſt plena, junior pro nulla
aut ſupervacua habetur.

6 *Ad §.* 3. 4. Dominus poteſt in re ſua procurator eſ-
ſe reſpectu Juris, quod mandans in illa re habet, v.
gr. Si creditor debitorem ſuum conſtituat procurato-
rem in actione hypothecaria, contra tertium inſti-
tuenda; ſimile exemplum in §. 3. ubi fideicommiſſa-
rius procuratorem conſtituit fiduciarium hæredem, li-
cèt apud hunc etiam directæ actiones ſint. Sic etiam
correus à correo dari poteſt. *§.5. h. l.* de quo *vid. Hill.
in Donell. l.18. ca. 11. lit. S.* Sic uxor poteſt maritum
conſtituere procuratorem in dotalitio. *Weſenb. ad h.
t. num.4. Manz. n.116. & ſ. Pacius in Meth. Cod. n.14.
membra 2. h. t.*

7 *Ad §.6.* Si plures ſint, qui familiæ herciſcundæ,
vel communi dividundo agunt, non poſſunt habere
unum procuratorem communem, quia inter ipſos
fiunt condemnationes, adjudicationes, jam idem ſi-
8 bi condemnari nequit. Huic non adverſatur *L.48. ff.
fam. herciſc.* ubi dicitur, aut omnes hæredes accipe-
re debere judicium, aut conſtituere unum procura-
torem. Nam hæc *lex* 42. §.6. loquitur de caſu, cum
plures diverſa intentione agunt, *L.* verò 48. de eo
caſu, quando omnium una eſt intentio. *Mev. p.4. de-*
9 *ciſ.63.* Unde colligitur practica, ſi cum pluribus com-
munem cauſam habentibus agam, petere poſſum, ut
conſtituant unum procuratorem, ad quem omnes ci-
tationes dirigendæ. *Dn. Mev. p.4. dec.63. & p.2. dec.
342. Chriſtinæus vol.2. dec.287. n.4.*

10 *In §. ult.* agitur de caſu, quando Reus conventus de-
dit plures fidejuſſores de judicato ſolvendo, quomodo
illi reum defendere debeant latitantem? Reſp. ſi unus
ex his in ſolidum eum defendat aut omnes unum pro-
curatorem conſtituant.

## ad L. Mutus. 43.

### SUMMARIA.

*Mutus aut ſurdus an procuratorem dare; aut ipſi dari poſſint? n.1. & 2.*

*Lex tacitè permittit, quæ non prohibet. 3.*

*An populari actione agens quamvis ex populo reconven-tum à reo teneatur defendere? 4.*

*Si minorenni præſenti curator petatur, minoris conſenſus requiritur; Si abſenti, de rata cavendum. 5.*

*Quæ pœna procuratoris actorem in reconventione defen-dere renuentis? 6.*

*Si actoris procurator petat cautionem à reo, & præſens ſit ſervus, cui præſtanda cautio, vel quis ſtipulari debeat? 7.*

*An & quando procurator dominum defendere cogatur? 8.*

MUtus & ſurdus poſſunt procuratorem dare, quia 1
conſenſus nutu declarari poteſt, ſi audiat; vel
ſcripto, ſi ſcribere poſſit; ſcilicet in caſu utrobique ſenſu
privatus, vel alterutro à natura. *Ex Ant. Fabro hîc,
Hilliger. lib.18. c.12. lit.X. & conſ. l.6. c.5. lit.R.* Dari 2
autem procurator non poteſt ad judicialia, qui mutus
& ſurdus eſt, ſecus ad extrajudicialem adminiſtratio-
nem, ſub præcedenti tamen declaratione.

*Ad §.*1. In iis, quæ regulariter licita ſunt, quidem 3
habilis præſumitur, donec de contrario conſtet, & Lex
tacitè permittit, quæ non prohibet, *hîc & l.5. ff. de
prob. Carpz. p.1. Juriſpr. conſt.16. def.53. n.3. Barb.la-
caplet. l.14. c.25 ax.2.*

*In §.*2. quæritur, an qui populari actione contra te 4
agit, v.gr. de Albo corrupto vel ex interdicto de via
publica, teneatur defendere quamvis ex populo, ſi ali-
quem ex populo vis reconvenire? Videtur quod ſic,
quia nomine populi agit. Sed negatur, quia jus populi
tuetur, non verò ſingulorum. Et ſuam quoque cauſam
tuetur & non præſtat fidejuſſorem, *l.56. §.ult. de fide-
juſſ.* & pœna ad Actorem regulariter pertinet. *l.3. pr.
de Sep viol.*

*In §.*3. Agitur de petêndo curatore minorenni, nam 5
ipſe debet conſentire in perſonam curatoris, aliàs datio
eſt nulla, ſi minor præſens & non conſenſit. Nam licèt
minor cogatur ad judicialia adhibere curatorem, ſive
conveniat alium, ſive conveniatur, non tamen hunc vel
illum, cogitur admittere curatorem. Sed ſi petam ab-
ſenti minori curatorem, teneor de rato cavere.

*In §.*4. Agitur de procuratoris actoris, qui actorem 6
in reconventione non vult defendere, pœna, ſcil. quod
denegetur ei actio. Ergo regulariter præciſè compelli
nequit, de quo ſupra *ad L.8. n.8. h. t.* etiam actum.
Autor *in C. h. t. ad L.17. n.1.*

*In §.*5. proponitur caſus, ſi actoris procurator petat 7
cautionem de judicato ſolvendo à reo, vel de judicio
ſiſti, vel etiam de damno infecto, vel legato conditio-
nali ſolvendo, & præſens ſit Domini ſervus, an ſervo,
an procuratori ſit præſtanda cautio, vel an ſervus ſtipu-
lari debeat, an verò procurator? Videtur procuratori
eſſe præſtandam cautionem, quia dignior, ſed affirma-
tur de ſervo. Nam dominus ex ſtipulatione ſervi di-
rectam nanciſcitur actionem, ex procuratoria verò
ſtipulatione tantùm utilem. Directa actio eſt melior,
uti & ordinarium remedium præferendum eſt extra-
ordinario.

*Ad §. fin.* Licèt procurator dominum defendere 8
non cogeretur, quod tamen regulariter facere debet;
ſi tamen de judicato ſolvendo ſatiſdederit, tenetur
defendere actorem in reconventione, ſi actio tempo-
re peritura. Quæ ſubeſt antinomia inter hunc §. &
*l.76. h. t.* de ea diluenda ab aliis agitur. *Pac. cent.2.
q.46. & Hilliger. l. 18. c. 16.* ſequuntur diſtinctionem
*Bart. & Bronchorſti l.1. aſſert.54.* quod *l.76.* de defen-
ſore ſine mandato, *hic §.* de defenſore cum mandato
intelligenda.

## ad L. Vel ſi longinquo. 44.

### SUMMARIUM.

*Procurator diu abſuturus non tenetur defendere actorem.*

IN *præcedenti lege*, dixerat JCtus, interdum procuratorem actoris non teneri defendere actorem, ut ſi Affinitas diremta, ob quam ſuſceptum erat mandatum, ſi inimicitia capitalis exorta inter procuratorem & Dominum, ſi Domini bona perierint, vel poſſeſſa fuerint à creditoribus. Hic alia cauſa eſt, ſi ſcilicet diu abſuturus eſt procurator vel alia juſta cauſa ſit, de quibus cauſis actum *in l.8. in fine & l.ſeq. h.t.*

## ad L. Non cogendum. 45.

### *SUMMARIA.*

*An ſicut Procurator actorem in reconventione defendere tenetur; ita etiam Procurator Rei? n.1.*

*An ſi procurator, cui novum opus nunciatum, cautionem præſtet de demoliendo ſi nocuerit, de rato cavere debeat? 2.*

1 PRocurator Actoris, ſi non velit defendere actorem in mutua reconventione, ei denegatur actio, niſi juſtam cauſam habeat, quæ recenſetur in *l.44. praeced. h.t.* Sed procurator rei, ſi recuſet defendere, hanc pœnam non poteſt incurrere, ut ei denegetur actio, ſed tenetur ex ſtipulatione ad id, quod intereſt, aut in pœnam certam, ſi certa pœna comprehenſa fuerit ea ſtipulatione. *vid. Pac. cent.2. q.38. Hillig. ad Donell. l.18. c.13. lit.S.* De §.1. actum ſupra *ad l.42.*
2 *in princ.* §.2. hæc eſt ſpecies facti. Procuurator tuus ædificat, ego nuncio procuratori tuo novum opus, ille cautionem præſtat de demoliendo, ſi nocuerit, & interdicto utitur, ne vis ipſi fiat nec prohibeatur ædificare, quæritur, an de rato cavere debeat? Quod negatur, quia illa cautio ſupervacanea, nam utilius mihi eſt te non habere ratum; nam ſi non habeas ratum, irrita etiam erit cautio procuratoris de demoliendo opere, & ſic tenebit nunciatio novi operis a me facta, & quæ interim exſtructa diruenda. Ergo mea intereſt potius te non habere ratum, quàm habere.

## ad L. Qui proprio. 46.

### *SUMMARIA.*

*An reus poſt L.C. non niſi causâ cognitâ procuratorem ſuo loco ſubſtituere poſſit? n.1.*

*Quæ differentia inter defenſorem ſpontaneum & neceſſarium? 2.*

*An alienæ litis defenſor ſemper ſatiſdare debeat? 3.*

*An, qui defendit aliquem, eum etiam in reſtitutionis inſtantia defendere teneatur? 4.*

*Judicium reſcindens & reſciſſorium ex h.l. probatur. 5.*

*Procurator lucra dolo accepta cuinam reſtituere debeat? 6.*

*An quæ procurator ob dolum ſolvit, à domino repetere valeat? 7. & 8.*

*Procurator actoris vel rei, non item defenſor, impenſas factas, ſive vincat, ſive ſuccumbat, repetit. 9.*

1 IN *pr.* quæritur, an ſi reus litem conteſtatus eſt, poſſit poſtea procuratorem ſuo loco ſubſtituere? Videtur, quod non, niſi causâ cognitâ, quia poſt litem conteſtatam non poteſt lis à procuratore transferri in principalem niſi causâ cognitâ *l.27. pr. h.t.* Autor *in C.h.t. ad L.8. num.1. & ſeqq.* Sed affirmatur, quia nec procurator injuriâ afficitur, nec adverſarius gravatur, cui ſolennis cautio de judicato ſolvendo, à principali vel a procuratore præſtatur, ideoque hæc conſtitutio procuratoris potius utilis eſt adverſario, quàm præjudicialis.
2 *In* §.1. Inſinuatur diſtinctio inter Defenſorem ſpontaneum, qui vel cum, vel ſine mandato reum defendit, & neceſſarium, i.e. actorem, qui actorem in reconventione tenetur defendere. Nam hic in omnibus cauſis in judicium à reconveniente reo deductis tenetur actorem defendere. Sed ſpontaneus ſeu voluntarius defenſor poteſt ſaltem in una cauſa defendere, nec compellitur in aliis cauſis eum defendere.

Nemo alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione, qua cavere tenetur de judicato ſolvendo, *Weſenb. in ff. n 12. Donell. & ibi Hill. lib.18. c.13. lit.HH. Zang. de Except. p.2. c.21. nu.55.* licèt, ſi defenſor ſit locuples, habeatque bona immobilia, hac ſatiſdatione illa non ſit onerandus, ut putat *Zang. d. c.21. num. 57 Weſſenbach. ad Pand. vol.2. diſp.28. th.27.* Autor *in C. t. de Satiſdando ad L. un. n.10.* quod tamen intelligo ita, ut defenſor expreſsè ſtipulata quaſi manu promittat ſolutionem judicati, in eventum ſuccumbentiæ, *confer Socinum. reg.8.* 3

*Ad* §.3. Qui defendit aliquem, tenetur etiam, quando actor reſtitutionem petit, in reſtitutionis inſtantia defendere, quia ſunt cauſæ connexæ; ſed an ipſe reſtitutionem petere tenetur? Negandum videtur ex iis, quæ habet *Dn. Mev. pag.5. dec.271.* ubi dicit, procuratorem non teneri reſtitutionem petere, *ex L. un. C. Etiam per procuratorem in integr. reſtit.* Verùm ubi hoc remedium eſt ordinarium, etiam reſtitutionem petere, & appellare tenetur ex communi, licèt proſequi non teneatur, nam illud ad proſecutionem extendendum non eſt. *vid. Boër. dec.285. nu.11. & Hillig. in Donell. l.18. c.16. lit.J.* Ex *hoc* §. probant diſtinctionem inter judicium reſcindens & reſciſſorium. *Bachov. hic.* quia per reſtitutionem non reſtituitur res, ſed Jus agendi, aut removetur exceptio. 4 5

*Ad* §.4. Procurator etiam lucra, errore vel imperitiâ judicis accepta, reſtituit. *Bachov. ad Digeſta h. t. c.7. n.1.* Sed ſi dolo accepit pecuniam ab actore, ut reus, à quo conſtitutus eſt, condemnetur, & reus judicato opponat exceptionem doli, actor tamen pecuniam à ſe datam non repetit, nam juſtius eam retinet. *l. ſi procurator rei. ff. de Doli exc.* Sed quid ſi quæratur, an domino ſive ipſo reo reſtituere debeat, id Gl. *Aff.* ex & in hoc textu. Sed videtur hoc non accepiſſe nomine principalis. Ideoque magis fiſco aſſignarem lucrum hoc, *per l. Lucius. 9. de jure fiſci.* 6

*Ad* §.5. Quod procurator ob dolum ſuum ſolvit, non repetit, cujus rei ratio evidens, quia ſui delicti culpam luit. *Bach. d. c.7. num.1.* Hinc ſi Advocatus ſine mandato compareat, & pœnam incurrat, hanc parti non imputat. *Carpz. p.1. c.1. d.26. num.7.* Secus igitur foret, ſi probare poſſit procurator, ſe ex errore condemnatum ad pœnam. Ex *argumento hujus* §. etiam ſequitur, ſi procurator præter mandatum plus petat, pœnam hanc ad Dominum non redundare. *Menoch. conſ.127. num.8.* Si impenſas fecerit procurator Actoris vel rei, eas repetit, *§.6. h.l.* ſive vincat, ſive ſuccumbat *l.4. C. Mandati.* Aliud in Defenſore ſine mandato me defendente, nam ille ſi vincat, expenſas repetit, non ſi ſuccumbat. per *l.5. §.6. ff. judicatum ſolvi. de §. ult. in 2. ll. ſeqq.* Autor *in C. d. L.4. n.2. t. Mandat.* 7 8 9

## ad L. Qui duos. 47. & L. Itaque. 48.

### *SUMMARIUM.*

*Duobus mandata adminiſtratione negotiorum, an unus ab altero nomine mandatoris debitum exigere valeat?*

IN *§. ut legis. 46.* dicitur, ſi duobus ſit mandata adminiſtratio negotiorum, quorum alter eſt debitor mandatoris, ille cum hoc rectè aget & debitum exiges, quod *in ſeqq. legibus* limitatur, ſi ſpeciale mandatum habeat; nam licèt alter procurator, ſcilicet debitor, videatur habere exceptionem, hæc tamen per replicam ſpecialis mandati elidetur, & ſic *§. ult. ex legibus ſeqq.* explicandus. Aliter *Accurſius* hîc. Aliter *Cujacius lib.26. obſerv.6. & Bachov. ad h. t. c. numer. 4.*

ad

Sattel-Taſchen / ut interpretatur *Calv. in Lexico*, continebuntur, niſi ea nomina tempore mortis ſint exacta. Cum verò chirographa tempore teſtamenti in illa capſula contenta exegiſſet, ea, certum eſt, non deberi, ob expreſſa verba teſtamenti; Sed ſi nova, & alia chirographa indiderit, an hæc debentur. Reſp. quod non. Ratio verò difficilis. Quidam dicunt, ub verba præſentis & præteriti temporis, futura excludi. Sed hic habetur etiam verbum futuri temporis, *Continebuntur*. Alii rationem decidendi collocant in verbo *Mea. vid. Menoch. conſ.*106. *n.*179. in quo toto conſilio plura de hac materia habet. Alii in eo ponunt, quod
2 chirographa illa, quæ tempore mortis reperiuntur in capſula, ſint ad tempus tantum depoſita: Sed id *in textu*
3 non habetur, fortè ideò ſecunda non debentur, quia de primis cogitavit, quæ cum exegerit, videtur mutata voluntas; quæ autem denuò incluſit, non videntur indi-
4 ta ad confirmandum legatum ſemel abolitum, niſi probentur eo fine indita, ut ad uxorem perveniant, quod uxori probandum. *arg. verſ. idem quæſiit in hac lege.*

ad L. Si pater. *Ult.*

*S U M M A R I A.*

*Caſus* pr. h. l. *proponitur. n.* 1.
*Deciditur.* 2.
*Legata non poſſunt relinqui ab iis, qui non directo ſuccedunt.* 3.
*Subſtitutus inſtituto filio ex unica, aucta hac portione per acquiſitionem bonorum poſſeſſionis contra Tabulas, tenetur præſtare legata pro augmento portionis.* 4.
*Idem obſervatur in contrario caſu.* 5.

QUidam exhæredato filio inſtituit (nam pro *ſubſtituit* legendum eſſe *inſtituit*, contextus docet. *Cujac. l.* 2. *obſ* 52.) Cajum, & filio ſubſtituit Titium. 1
Cajus adit hæreditatem, & inſtituit filium primi teſtatoris exhæredatum: ſed filius intra annos impuberes deceſſit, & ſic ſuccedit Titius; quæritur, an ea, quæ à ſubſtituto exhæredati filii pater reliquerat, debeantur?
Reſp. quod non, quia non ex patris judicio, ſed ex 2
hæredis extranei teſtamento, ad exhæredatum hæreditas patris pervenit; nam hoc caſu nec ab ipſo exhæredato legari potuit. *Cujac d. l.* Unde colligitur regula generalis, non poſſe ab iis relinqui legata, ad quos 3
non directo, ſed per intermediam perſonam hæreditas pervenit. *Donell. lib.* 8. *cap.* 10. *lit. A. conf. Don. eod. lib. capit.* 7. *poſt lit.* D. ubi hoc ampliat. Et hoc extenditur in §. 1.

In §. 2. autem habetur hæc ſpecies: Pater filium 4
inſtituit ex unica, dato ei ſubſtituto; ſed quia frater præteritus, ideò commiſſum Edictum, i. e. via omnibus liberis aperta eſt, ad bonorum poſſeſſionem petendam contra tabulas, qua impetrata, accipit ab inteſtato ſemiſſem, & ſubſtitutus ejus legata ex ſemiſſe ſolvit. Idem eſt in contrario caſu, quando per bonorum 5
poſſeſſionem contra tabulas minuitur portio teſtamentaria v. gr. Si filius inſtitutus in dodrante, frater autem præteritus petat bonorum poſſeſſionem contra tabulas, tunc enim ex ſemiſſe tantum ſolvit ſubſtitutus legata. Nam deminuto commodo, deminuitur etiam onus. Ratio in alia regula, quod commodum & incommodum ad paria judicentur. *Barb. locupl. l.* 3. *cap.* 31. *axiom. ult. Anton. Fab. l.* 5. *conject.* 21. ubi hanc materiam uberius explicat.

---

# LIBRI TRIGESIMI TERTII

## T I T U L U S I.

## De Annuis Legatis & Fideicommiſſis.

ad L. Cum in annos. 1.

*S U M M A R I A.*

*Legatum quantitatis quo loco præſtandum. n.* 1.
*Legatum ſpeciei quocunque loco peti non poteſt.* 2.
*Quod obtinet in legato quantitatis.* 3.

1 LEGAT quis mihi ſingulis annis quindecim, quæritur, quo loco hæc præſtanda? Reſp. ubi peti poſſunt, nam hæc eſt differentia inter quantitatem petitam,
2 & corpus ſeu ſpeciem. Hæc peti poteſt, ubi eſt, vel ubi major pars hæreditatis conſiſtit, vel ubi hæres domicilium ſuum habet, non quocunque loco. Lega-
3 tum verò quantitatis quocunque loco peti poteſt, ubi inventus hæres; ſicut is, qui ex ſtipulatione obligatus ad quantitatem, ubivis conveniri poteſt, ſcilicet in loco contractus, vel interdum ubi reperitur, ſi in loco contractus ſe non ſiſtat. *Cujac. ad hanc leg. tom.* 2.

ad L. In annos ſingulos. 2.

*S U M M A R I A.*

*Uſufructu annuo legato, plura ſunt legata. n.* 1.
*Hæres impediens hic legatarium à cultura primo anni tempore, ad totius anni intereſſe tenetur.* 2.
*Idem obſervatur in operis præſtandis per totum diem.* 3.
*Quod limitatur in operis ruſticorum.* 4.

SI quis mihi leget uſumfructum, ita ut hæres me ſingulis annis uti frui patiatur, quo caſu multiplex, 1
non unum eſt legatum; & is primo anni tempore me impediat, quo minus colere fundum poſſim, totius anni intereſſe præſtabit: Ratio eſt, quia non ſivit iſto anno 2
me frui fundo & impedimentum culturæ factum, in totum annum redundat. Simile tamen dicendum eſt *ex hac L.* ſi mihi operas debeat totius diei, & pomeri- 3
dianas tantum præſtet non antemeridianas, totius tamen diei operas debet, aut æſtimationem. Sed in ope- 4
ris ruſticorum non obſervari puto; nam ſi antemeridianis horis operas tantum præſtiterint, debent computari pro dimidia die. Idem, ſi pomeridianis ſervierint, quod æquum eſt.

ad L. Si legatum. 3.

*S U M M A R I A.*

*Legatum annuum bima, trima die ſimpliciter relictum quomodo præſtandum. n.* 1.
*De verbis his annua, bima, trima remiſſivè.* 2. 3.
*Quid ſi relictum nominatione facta penſionum inæqualium ſine expreſſione portionum.* 4.
*An & hic determinatio inæqualitatis in ipſius hæredis arbitrium conferri poſſit.* 5.
*Hæres ſortem cum uſuris ſolvere juſſus, ad legitimas tantum tenetur, licet majores expreſſæ.* 6.
*Uſura in teſtamento hæredi injuncta an debeatur.* 7.
*In Imperio quid obtineat.* 8.

1 LEgatum annuum bima, trima die relictum i.e. pri-
mo, ſecundo & tertio anno præſtandum præſtari
debet per annuas præſtationes æquales; niſi alia mens
2 teſtatoris appareat. De verbis illis: annua, bima, tri-
ma, vid. *Paul. Caſtr. ad L. Pœnales 32. §. annua. ff. ad
L. Falc. Jaſon ad L. cum qui Calendis. 3. ff. de V.O.&
3 ad L. Soluto. 2. num. 5. ff. Sol. matr.* Quod ſi igitur te-
ſtator mihi legaverit mille, per penſiones vel particula-
4 riter ſolvenda, auff Tage-Zeiten / tunc videtur di-
viſiſſe legatam quantitatem in plures annos, & præſta-
tiones æquales. Si inæquales penſiones nominavit, &
non expreſſit, qualis debeat eſſe inæqualitas, arbitrio
5 boni viri inæqualitas determinanda: & ſi in arbitrium
hæredis conferatur, non eſt inutile legatum, quia quan-
titas penſionum tantum determinanda hæredi relin-
6 quitur, non ipſum legatum. Quod ſi ſortem cum uſu-
ris ſolvi juſſerit, utut majores expreſſerit, legitimæ ta-
men uſuræ debebuntur. Et hoc in §. *fin. h. legis tertiæ*
habetur, Circa quod magna concertatio eſt Docto-
rum, an uſura in teſtamento hæredi injuncta debeatur?
Communiter diſtinguunt, an teſtator hæredi non ſol-
venti, ſimplicem & ſemel committendam pœnam in-
7 jungat, & ſic non præſumi in fraudem uſurarum ad-
jectam, ad pœnam in annos dividat, & ſic eſſe uſu-
ras. Et hoc caſu non eſſe uſuras ſed quaſi uſuras in pœ-
nam dictatas, & ita jure Canonico non prohibitas,
diſputat *Caſp. Rodericus in tract. de annuis & menſtr.
reditibus libro tertio, quæſtione ſexta nu. 12. & ſeqq. &
Cagnolus in L. curabit. 5. C. de Act. Empti. nu. 8. &
8 ſeqq.* In Imperio quin tales uſuræ etiam valeant, du-
bitandum non eſt, modo taxatum in imperio modum
non excedant.

## ad L. Si in ſingulos. 4. & 11.

### *S U M M A R I A.*

*Legatum in ſingulos annos conceptum, pro pluribus legatis habetur. num. 1.*
*Ad hæredes non tranſit. 2.*
*Quod limitatur. 3.*

1 QUicquid legatur in ſingulos annos: id pro pluri-
bus legatis habendum, ita ut primi anni lega-
tum ſit purum, ſequentium conditionale, ſcil. ſi vivat,
2 & ſic ad hæredem non tranſit, niſi aliquandiu ini-
tio ejus anni legatarius vixerit. Autor *ad L. 1. n. 1. 2.
3 C. Quando dies leg.* Sed habet hoc exceptionem, ſi one-
randi hæredis cauſa legatum in plures præſtationes
annuas diviſum. *L. ſi cum præfinitione. 20. & l. 26. §. fin.
quando dies legat. ced. Simon. de Pratis de interpret.
ultim. vol. lib. 4. interpret. 1. dubit. 9. nu. 59. Barry lib.
9. de Succeſſ. titul. 25. n. 4.*

## ad L. A vobis. 5.

SUfficit, ultimum annum eſſe cœptum, ut legatum annuum pro iſto anno debeatur. *Vid. not.* Dni Autoris *ad l. 26. paragraph. fin. ff. Quando dies leg. ced. & Cujac. in hac lege prolixum tomo 2.*

## ad L. Annuam. 6.

### *S U M M A R I A.*

*Legatum annuum Reip. in ludos relictum, perpetuum eſt. num. 1.*
*Aliud in uſufructu. 2.*

1 QUod Reipublic. in ludos relictum eſt, licet
illis ludis præſidere debeant hæredes, horum
tamen morte non finitur legatum, ſed eſt perpe-
2 tuum. Et ſic diſt. inter legatum annuum Reipubl. re-
lictum & uſumfructum; ut hic 100. annos duret,
*libro octavo, titul. ſequent.* illud nunquam finiatur, *Co-
var. libro tertio, reſol. cap. 9. nu. 10. Barry d. t. 25. n. 8.
ſequent. Rim. 2. conſ. 219. nu. 22. ſeqq. Gomez. t. 2. reſol.
c. 15. nu. 10. Menoch. conſ. 106. nu. 211.*

## ad L. Quintus Mutius. 7.

### *S U M M A R I A.*

*Caſus legis proponitur, n. 1.*
*Deciditur. 2.*

PAter filias exhæredavit, extraneo autem hæredi in- 1
ſtituto injunxit, ut filiabus exſolveret annua do-
na ſingulis educandis, apud eum, quem mater earum
idoneum judicaverit. Hæres fuit in mora, ſolvere no-
luit Titio, qui eas educabat ex voluntate matris. Sed
eum idoneum non credidit hæres, ideò diſtulit ſolu-
tionem, quæritur, an ſolvere compellendus ſit? Reſp.
id judicis arbitrio definiendum, an expediat filiabus 2
Titio ſolvere, quis reſpicit autoritatem teſtatoris, &
non commodum alterius: & notanter additur, *in om-
nibus*, ubi autoritas ſola teſtatoris eſt neque omnimo-
do ſpernendam, neque omnimodo obſervandam eſſe
teſtatoris voluntatem, quod apprimè notandum eſſe
puto ſupremis tutoribus. Hanc L. refert. *Menoch. conſ.
183. num. 3. & 27.*

## ad L. In ſingulos. 8.

### *S U M M A R I A.*

*Differentia inter legatum annuum & uſumfructum, numer. 1. & 2.*
*Limitatur. l. h. 8. in annuo relicto Eccleſiæ. 3.*
*Adæquatio annui legati & uſusfructus an in correctoriis procedat, remiſſivè. 4.*

DUplex hic habetur differentia inter legatum an- 1
nuum & uſumfr. 1. quod legatum annuum, quia
inſtar plurium legatorum eſt, capitis diminutione non
tollatur, cum ſingulis annis inſpiciatur, an capax ſit
legati. *l. 11. h. t.* ſecus in uſufructu, *Barry d. t. 25. nu.
16. Cujac. ad l. 2. §. 1. ff. quib. mod. uſufr. amit.* 2. in legato 2
annuo ſufficit, legatarium vixiſſe prima parte anni,
ad hoc, ut fructus tranſmittat; ſed in uſufructu re-
quiritur perceptio. *Barry d. t. 25. nu. 7.* ita ut ſi ma-
turis, ſed non perceptis fructibus decedat uſufructua-
rius, eos ad hæredes ſuos non tranſmittat. *Vincent. de
Franchis dec. 168. n. 5. & 11.* Nec procedit *hæc lex* in an-
nuo relicto Eccleſiæ, quod eſt perpetuum. *Rimin. vol. 2.* 3
*conſ. 219. num. 43.* An verò adæquatio legati annui &
uſusfructus in correctoriis procedat, de eo agit *Rimin.* 4
*volum. 5. conſ. 501. n. 67. & ſeqq. & num. 71.*

## ad L. Fundus. 9.

### *S U M M A R I A.*

*Caſus ubi teſtator conſtituta hypotheca ſpecialis non tollit legati generalem. n. 1.*
*Quid hinc probetur. 2. & 3.*

TEſtator in ſecuritatem annuorum redituum, 1
libertis conſtituit hypothecam in certis qui-
buſdam prædiis; quæritur, an etiam in cætera
bona legatarius miſſionem petere poſſit, legatorum
ſervandorum cauſa? Quod hic affirm. Undè pro- 2
batur, proviſionem hominis non ſemper tollere pro-
viſionem legis. *Cujac. l. 24. obſ. 26. Bachov. l. 5.
de Pign. capite undecimo, numero primo, Wiſſenb. ad
Pandect. volum. ſecund. d. 4. th. 3.* Et quod per hy- 3
pothecam ſpecialem in teſtamento conſtitutam, non
videatur receſſiſſe teſtator à generalis legati hypo-
theca, de quo vid. *Covarruv. in capit. Raynutius pa-
ragraph. decim. numero decimo tertio, X. de teſtam.*

## ad L. Sejo. 10.

### *SUMMARIA.*

*Legatum amico relictum gerendi ergo negotia filiorum ſuorum, numero filiorum imminuto, an & imminuatur legatum, n. 1.*
*Legatum ſtudioſo relictum ad ſtudia certo loco tractanda, non imminuitur, ſi abeat iſthinc reverſurus. 2.*
*Extenditur ad Canonicos, qui per certum tempus in aliqua Academia vivere debent. 3.*
*Legatis iis, quæ vivus quis præſtare ſolebat, intelliguntur tantum ordinariæ præſtationes. 4.*
*Immunitas à collectis conceſſa, an trahenda ad extraordinarias. 5.*
*Caſus §. 2. proponitur & decidítur. 6.*
*Ratio dubitandi. 7.*
*Legatis liberto iis, quæ vivus teſtator præſtare ſolebat, intelliguntur tantum præſtari ſolita in ſolius legatarii utilitatem. 8.*
*Annuum legatum relictum intuitu certi laboris deminuitur pro ratione deminuti laboris. 9.*

1 RElinquit quis amico legatum, ut filiorum ſuorum
negotia gerat, ſi filiorum numerus deminuitur, etiam deminuetur, ſi diviſionem recipiat, quia
diſpoſitio regulatur à ſua cauſa. *Ceph. lib. 4. conſ.* 528.
2 *num.* 4. ubi tamen *nu.* 33. defendit, *hanc legem* non obſtare ſtudioſo, qui eo tempore, quo non legitur, ut in
Italiæ Academiis fieri ſolet, à loco ſtudii receſſit &
domum reverſus eſt; quia animum revertendi habet: &
ſtudioſus tale legatum ad ſtudia habens, videtur fictè
3 permanſiſſe in ſtudio: Quod accommodari poſſet ad
Canonicos, qui per triennium, & ultra in Academia
4 aliqua vivere debent. Quod ſi quis Medico legaverit,
quæ vivus præſtare ſolebat, hoc ad ordinaria, non ad
extraordinaria pertinet. *in paragraph.* 1. *h. t. Cephalus*
5 *l.* 5. *conſil.* 71. *num.* 7. Unde probant, immunitatem à
collectis non eſſe trahendam ad collectas bellicas, quæ
extraordinariæ ſunt. *Ceph. volum.* 1. *conſil.* 38. *num.* 6.
niſi ſint verba univerſalia geminata, vel jurata. *Ceph. d.
l. num.* 39. *conſ. Joh. Hannibal. in rep. L. nemo poteſt.
num.* 493. *volum.* 4.
6 In §. 2. proponitur caſus, quo maritus legat uxori
100. præterea, quæ vivus annuatim præſtare ſolebat, &
reſpondetur, ſemel tantum illa centum deberi, ne ni-
7 mis gravetur hæres: Ratio dubitandi in eo, quod legatum & annuum datum in eadem ratione conjuncta
reperiantur; ſed ut dixi, teſtator hæredem ita gravare
voluiſſe præſumendus non eſt. *Cephal. volum.* 5. *conſ.* 612.
8 *num.* 21. Quod ſi liberto legetur, quod ei teſtatore vivente præſlabatur, id ſaltem intelligendum, quod legatarii tantum cauſa, & in ejus utilitatem, non verò
ob utilitatem teſtatoris ad expedienda ejus negotia, præ-
9 ſtari ſolitum. Si alicui annuum legatum ſit relictum, intuitu certi laboris, diminuenda eſt penſio pro labore
conſtituta quatenus diminuitur labor, quia tam labor
quam pecunia pro labore debita diviſionem recipiunt,
& ſic proportionabiliter fit diminutio *vid. Cagn. ad L.
Diem functo. n.* 148. *ff. de offic. Aſſeſſ.*

## ad L. Cajus Sejus. 12.

### *SUMMARIUM.*

*Annua præſtatio legata ex prædio legataris, an exſtinguatur morte legataris.*

ANnua præſtatio facienda ex hoc prædio tuo; quæritur, an finiatur morte legatarii? Videtur quod non quia quaſi ſervitus realis eſt; Verum hoc negatur: nam fortè non fuerunt vicina, nec animus fuit conſtituendi ſervitutem realem, nec erat ſervitus perſonalis, ſcilicet uſusfructus; ergo erat legata annua præſtatio, & ſic perſonalis morte legatarii, cujus commodo conſulebatur, finienda. *Dd. hic & Franc. de Clapperiis in Deciſion. cauſa* 24. *quæſtion.* 2. *num.* 4. *conſ. Donell. l.* 9. *capit.* 21. *lit. L.*

## ad L. Mœvia. 13.

### *SUMMARIA.*

*Legatum annuum ſub conditione conſilii alicui præſtandi relictum debetur, etiamſi alter conſilium meum reſpuat. num.* 1.
*Quod limitatur.* 2.
*Conditione comitandi legato adjecta quouſque extendatur. num.* 3.

DUæ ſpecies hic propoſitæ 1. teſtator annua mihi 1
relinquit ad vitam, ſi viduæ conſilia præbeam.
Vidua conſiliorum meorum pertæſa, meum conſilium
non petit, quæritur, an adhuc debeat præſtari annuum legatum? Et affirmatur, quia per me non ſtetit.
Sed ſi juſta cauſa fuerit viduæ, vel ego nolim amplius 2
ei conſilia dare, pro præterito tamen poſſum legatum
petere. 2. Legavit quis liberto annua decem, ſi patro- 3
nam quis ſemper comitatus fuerit: hæc autem mortuo marito recreationes petens, hinc inde vagatur, an
libertus eam ſemper comitari debeat? Non puto id
voluiſſe teſtatorem, ideoque res hæc boni viri arbitratu decidenda.

## ad L. Si Cui. 14.

### *SUMMARIUM.*

*Incertitudo in alimentis legatis an legatum vitiet.*

INcertitudo reſpectu quantitatis vel rei legatæ vitiat legatum; ſed favore alimentorum ſuſtinetur legatum incertum; declaratur enim ex patrimonii quantitate, & dignitate legatarii. *Surd. de Alim. tit.* 8. *priv.* 17. *numero ſecundo, Johan. Baptiſta Pont. tr de alim. capit.* 17. *numer.* 14. *Colerus de alim. lib* 2. *cap.* 7. *num.* 20. *Zoeſ. in fine ad h. t. & Dn. Struv. theſ.* 53. Dn. Autor *in C. tit. de SS. Eccl. ad L.* 12. *n.* 11.

## ad L. Legatum. 17.

### *SUMMARIA.*

*Legatum, donec nubat, virgini relictum, annuum intelligitur. n.* 1.
*Fructuum in legato determinatorum defectus unius anni, ſupplendi ſunt ex fertilitate ſequentium.* 2.
*Quid ſi nec ſequentium fructus ſufficiant.* 3.

LEgatum virgini *donec nubat*, intelligitur annuum 1
legatum, quia particula *donec* repetitionem ſignificat. *Mant. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 19. *Gomez. tom.* 2. *tit.* 11.
*n.* 48. *Barry d. t.* 25. *n.* 4. Quando autem fructuum certa 2
quantitas legata, ſi fructus uno anno deficiant, ex fertilitate ſequentium ſupplendi. *Mant. lib.* 9. *tit.* 3 *nu.* 2.
*Surdus de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 26. *n.* 11. *Barry lib.* 9. *tit.*
19. *n.* 10. Si verò nec ſequentium annorum fructus ſuffi- 3
ciant, tunc diſtinguendum, an taxativè, an demonſtrativè fundus additus: ſi hoc non debetur ultra quod collectum eſt; ſecus illo caſu. *Surd. d. tr. tit.* 7. *quæſt.* 33. *& Barry d. l. nu.* 10.

## ad L. Titia. 19.

### *SUMMARIUM.*

*Præſtatio alimentorum relicta à legatario uſusfructus exſtinguitur morte uſufructuarii.*

QUando alimenta relicta ſunt à teſtatore, præſtanda per eum, cui teſtator legavit uſumfructum, tunc ſi uſufructuarius moriatur ante alimentarium, extinguitur legatum alimentorum ante mortem,

quia legatum alimentorum eſt onus adjectum legato uſusfructus: finito ergo uſufructu, finitur legatum alimentorum, modo ex iis bonis debuerit alimenta præſtare. *Surd. de Alim. tit. 5. qu.1.n.18.& ſeqq. Simon. de Prætis de interpret.ult.vol. l. 1. interpr.2.ſolut.3.n.19. & l. 4. dub.11.nu.87. Caſtillo de uſufr. c. 1.nu.10.* idem caſus habetur *in l. 20. §. 2. de Alim. leg.*

## ad L. Annua. 20.

*S U M M A R I A.*

*Annuum legatum relictum ſub conditione*, ſi legatarius cum matre moreretur, *an extinguatur per mortem matris. n. 1.*
*Relictum annuum ſacerdoti, ipſi Eccleſiæ debetur, & non extinguitur morte ſacerdotis. 2.*
*Quod limitatur. 3.*

1 IN *pr.* dicitur, quod annuum legatum relictum ſub
conditione, *ſi legatarius cum matre aut filio morere-*
*tur*, non extinguatur per mortem matris aut filiæ. *Hic*
*& l. 30. §. pen. de leg. 3. L. 1. C. de leg.* quia per legatarium
non ſtetit. *l. 84. de cond. & demon. Don. lib. 8. cap. 34. lit.*
2 *G.* Autor *ad L. 1. nu. 1. C. de Legat.* Relictum annuum
Sacerdoti vel miniſtris Eccleſiæ, videtur relictum ipſi
Eccleſiæ, & ideo eſt legatum perpetuum, quod mortuo
etiam ſacerdote debetur. *Menoch. conſ. 106. n. 211. &*
*ſeq idem lib 4 præſ 121. n. 2. & ſeq. Panorm. in c. quoniam.*
*14. n. 7. X de offic. jud de leg. Eugenius conſ. 17. nu. 16.* Rationem
*hujus legis in princ. & §. 1.* conſiſtere in pietate
3 cauſæ, tradit *Ceph conſ. 612. n. 30. l. 4.* Aliud autem eſſe
videtur, ſi à proximo cognato Sacerdoti legetur. *Mant.*
*lib 8. tit 6. n. 22. ſeq. conſ.* notata Dni Autoris *ad L. Civibus 2. de Reb. dubiis Donell. l. 8. c. 28. lit. H.*

## ad L. Liberto. 21.

*S U M M A R I A.*

*Legatum ex reditu certi prædii præſtandum, non exſtinguitur alienatione prædii. n. 1.*
*Legatarius fideicommiſſo gravatus, an, ſi Falcidia lex adimat partem, relicta tamen ſufficiente parte ad fideicommiſſum præſtandum, teneatur ad integrum fideicommiſſum. 2.*
*Rogatus hæreditatem reſtituere, non videtur ſimul rogatus ad reſtituendum fideicommiſſum. 3.*
*Limitatur 4.*
*Soluta ex legato ſub modo relicto, repeti poſſunt ſi modus à legatario non præſtetur. 5.*

TEſtator ex certis prædiis legavit mihi quinquage-
1 ſimam partem redituum: Hæres illa prædia vendidit,
ſiquidem per hoc legatum non impeditur alienatio,
nec onus prædio imponitur ad tertium poſſeſſorem
tranſiens; quæritur, an quinquageſima pars uſurarum
pecuniæ ex venditione prædiorum redactæ mihi
præſtandæ? Reſp. quinquageſimam partem redituum,
quos prædia ferre ſolebant, præſtandam, non uſuras.
Hoc *in princ.*
2 Sed §. 1. teſtator legavit mihi fundum, ferentem
annuos 60. & me oneravit, ut dena Titiæ quotannis
darem. Falcidia lex adimit mihi quindecim, an integrum
fideicommiſſum præſtare teneor Titiæ? Affirm.
quia deducta Falcidia, plus, quam Titiæ præſtandum,
3 ſupereſt. *Cujac. ad h. l. t. 2.* ſiquis autem rogatus ſit reſtituere
hæreditatem alicui, non computatur id, quod
jure fideicommiſſi accepit. L. *Si Titius. 96. de legat. 3.*
4 quod hic limitatur, niſi extraneus rogatus ſit filio reſtituere.
*Rimin. volum. 5. conſ. 486. nu. 28. ſeq. Fuſar. qu.*
*657. num. 9. Conſ. Coraſius in rep. l. cum virum. C. de Fideicomm.
nu. 48. volum. 8. Lancellot. Politus in rep. L.*
*filium, quem nu. 105. C. Famil. hercisc. volum. 3.*
5 In §. 3. habetur ſpecies facti de certa re legata Reip.
ſub certo modo, quem Reſpubl. præſtare non vult,
quod tunc ſoluta repeti poſſint, de quo *Cujac. conſ. 106. nu. 209.* prolixè *hunc §.* explicans.

## ad L. Cum quidam. 23.

LEgatum relictum in diem reiterabilem, intelligitur eſſe annuum & perpetuum. *Ceph. 612. n. 37. & ſeq. P. Barb. in L. Divortium §. quod in anno nu. 12. & ſeq. ff. ſol. matr.*

## ad L. Cum erat. *Pen.*

RElictum Reipubl. per quadriennium, videtur ſingulis quadrienniis relictum & ſolvendum. *Conſ. Cujac. hic & Cephal. d. conſ. 612. nu. 30. Raudenſis lib. 1. conſ. 22. nu. 485.*

---

# T I T U L U S II.

## *De uſu & uſufructu & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fideicommiſſum datis.*

## Ad L. Nec uſus. 1.

*S U M M A R I U M.*

*An ex* h. l. *probari poſſit, ſervitutem neque in bonis neque extra bona eſſe.*

VUlgò *ex h. l.* colligunt, ſervitutem neque in bonis, neque extra bona eſſe, de quo *vid. Pinell. part. 3. l. 1. C. de Bon. matern. num. 6. Cujac. in h. l. tom. 2. p. 949.* ſed rectius *Donell. l. 4 cap. 5. lit. C. & ibi Hill. & Bach. de Pign. l. 1. cap. 7. n. 3.* intelligunt non de vera conſtituta ſervitute, ſed uſu ſervitutis, qui ante patientiam hæredis nihil eſt; ſed incerti agendum cum hærede, ut caveat de facultate eundi præſtanda. Servitus ergo conſtituta verè eſt in bonis ejus, qui eam debet; eſt extra ejus bona, ut potè quid alienatum vel deciſum de bonis ejus. Sed facultas eundi agendi præſtanda eſt legatario. Pluribus explicat hanc legem *Caballinus* vel *Molinæus* in eleganti tractat. *de Divid. & Indiv. p. 3. nu. 319. & duobus ſeqq.*

## ad L. Hominis. 2.

PRoponuntur hic differentiæ tres inter legatum operarum & uſusfructuus. De quo pluribus agit *Cujac. ad l. 17. q. Pap. t. 4. pag. mihi 394.*

## ad L. Si uſusfructus. 6.

IN obligationibus faciendi, quando factum jam ob moram debitoris, aut hic hæredis non præſtitum; intereſſe æſtimandum eſt & hæc æſtimatio præſtanda. *conſ. Barbatias conſ. 20. n. 12. volum. 4. Borell. conſ. 1. n. 191.*

## ad L. Si uſusfructus municipibus. 8.

DE vitæ longiſſimo termino *vid. notata* Dni Autoris *ad l. 56. nu. 3. & ſeqq. de uſufr.*

## ad L. Si Titio. 7.

*S U M M A R I A.*

*Uſusfructus legatus ſtatim ſine traditione tranſit ad legatarium. n. 1.*
*Proprietas hoc caſu ſtatim etiam adita hæreditate tranſit ad hæredem. 2.*
*Quid hinc colligatur. 3.*

USusfructus legatus ſtatim tranſit in legatarium 1
ſine traditione, quia vindicari poteſt. *Vid. Caſtil.*

de

## ad L. Si reus. 73.

### *S U M M A R I A.*

*Caſus legis refertur. n.1.*
*An quis actione depoſiti conventus, ſententiam evitare poſſit, reſtituendo depoſitum? 2.*
*Si debitor meus pecuniam deponat, quam procurator meus acceptare noluit, quid operetur illa depoſitio? 3.*
*An in caſu h. L. neceſſaria ſit oblatio & depoſitio pecuniæ? 4.*
*Si poſt litem conteſtatam debitor offerat ſummam petitam, an abſolvendus ſit? 5.*

1 SPecies hujus L. eſt hæc: Debuit mihi quis ex de-
poſito 100. quæ mihi interpellanti noluit ſolvere,
ideoque eum per procuratorem convenio, cui procu-
ratori offert centum, ſed procurator renuit accipere,
cùm non haberet mandatum ad ſolutionem acceptan-
dam, ſed ad agendum; & ſuſpectus videtur debitor,
quod procuratori offerat. *Joh. Hannibal. in rep. l. ſi in-
ſulam. ff. de Verb. obl. num.* 129. Verum cùm malitioſè
videatur diſtuliſſe ſolutionem, quia fortè non habuit,
cùm interpellaretur, ideo admittitur ad depoſitionem
2 in judicio, &c. Et Reus paratus ſolvere, non tenetur
ſuſcipere judicium. Et ſic ſi quis Titium vellet conve-
nire actione depoſiti, Titius reddendo depoſitum,
evitaret ſententiam, & ſic etiam infamiam; quod
etiam ad eum, qui de crimine privato civiliter & pe-
cuniariè convenitur, nonnulli Doctores extendunt;
de quo tamen lex hæc non loquitur, & ſupra illam
abſurdam ſententiam protrivi, *ad L. 5. de his qui not.*
3 *infam.* Sed ut ad legem noſtram redeamus, in qua de
depoſitione & conſignatione pecuniæ in cauſa civili
ſermo eſt, notandum, hanc depoſitionem nihil ope-
rari amplius, quàm ut ſententia non feratur; nam
quia procuratori facta, non purgat moram, nec ſiſtit
curſum uſurarum, nec transfert periculum, niſi ſigni-
ficata fuerit depoſitio mihi creditori, & tantum tem-
pus effluxerit, ut potuerim acceptare ſolutionem.
*Caſpar. Rodericus de annuis redit. Lib.2. c.15. num.9.*
4 Sed quæritur, an neceſſaria ſit ſemper oblatio & depo-
ſitio pecuniæ, Autor *in C. t. de Uſur. ad L. 6. num. 1.*
R. tunc neceſſaria eſt, quando vult ſe liberare; modò
fiat denunciatio domino, non procuratori; ſed tunc
neceſſaria non eſt, quando reperire non poteſt domi-
num, cui ſolvat, *per l.4. §. ult. ff. de L. Commiſſ. l.
cum quidam. 17. §.3. de Uſur. Hippolyt. Riminald lib.
2.conſ.171. num.7. & ſeqq.* Hinc egregiam cautelam ex
5 hac lege idem *Riminaldus* colligit; ſi quis metuat in
futurum, ut deponat ſuam partem. *Rimin. d. l.64.*
Hoc notandum eſſet ſociis, qui periculum ex ſocieta-
te metuunt, & ſtatim à ſocietate recedere volunt.
*conf. notata* DNI Autoris *ad l. obſignatione.9. C. de ſo-
lut. num.2. & ſeq. & Gozadinus conſ.57. num.5.* Proba-
tur *ex fine legis*, judicem poſſe abſolvere reum, quan-
do poſt litem conteſtatam offert ſummam petitam. *vid.
Donell. lib. 18. c. 12. & ibi Hilliger. lit. NN. & OO.* Sed
quid ſi plures ſint rei vel hæredes unius debitoris, &
unus offerat ſuam partem: Tunc liberatur ille à litis
conteſtatione, ſed non in totum ab impendiis, inte-
reſſe, &c. quod explicat *Carol. Molin. de Caball. in tr.
de Dividua & indiv. p.2. num. 134.* Sed ſi debitum ſit
hypothecarium, unus hæredum ſuam partem offeren-
do, non liberatur, excepto legato pecuniæ. *lib. 1. C.
communia de legat.*

## ad L. Nec civitatis. 74.

### *S U M M A R I U M.*

*An Syndicus univerſitatis ante litem conteſtatam poſſit procuratorem conſtituere?*

ACtor civitatis ſeu Syndicus univerſitatis poteſt-
ne ante litem conteſtatam procuratorem conſti-
tuere in cauſa ad civitatem vel univerſitatem pertinen-
te? Reſp. quod non, quia nondum eſt Dominus li-
tis, procurator autem eſt, qui juſſu Domini aliena ne-
gotia gerit &c. Neque tutor procuratorem dare poteſt
ante litem conteſtatam, quia etiam nondum litis Do-
minus eſt, & electa eſt induſtria ipſius. *Ant. Faber,
ad h. l. & Autor in C. h. t. ad L. 11. n. 1.*

## ad L. Qui abſentem. 75.

### *S U M M A R I A.*

*An defenſor emtoris venditori fundi, quem tertius vindicat, litem denuncians teneatur præſtare cautionem de rato? n.1.*
*An emptor agens etiam litem denunciare poſſit? 2.*

EMi à Titio fundum, quem me abſente vindicat 1
Lucius, tu te offers ad defenſionem meam, & ita
præſtas cautionem de judicato ſolvendo, Tu litem de-
nuncias Titio venditori, qui petit à te cautionem de
rato habendo, me ſcilicet ratum habiturum. Quæritur
an rectè? Reſp. quod ſic, nam ita conſulitur ſecurita-
ti Titii, quid enim ſi revertar & à victore Lucio fun-
dum petam vel vindicem, & Titio venditori iterum li-
tem denunciem? nam Titius non redderetur ſecurus,
niſi cautio de rato præſtetur. *Vid. Cujac. tomo 1. ad
hanc l.* Notetur, quod emptor agens etiam litem de- 2
nunciare poſſit.

## ad L. Titius. 76.

### *S U M M A R I A.*

*Procurator excuſatur à defenſione continuanda propter inopiam, quæ reo Principali accidit. n.1.*
*Quænam commoda ſint paupertatis? 2.*
*Unde probanda paupertas? 3.*

DEfenſor, qui ſe liti obtulit & ſatiſdedit, propter 1
inopiam, quæ reo principali accidit, à defenſio-
ne continuanda, & judicato ſolvendo non excuſatur,
ſecus autem in procuratore. *L 43. h. t.* Collige, quoties
quis ex juſſu aut diſpoſitione alterius quid adminiſtrat,
fortunæ mutatio multùm facit ad ſolvendum ejus man-
datum. *L.21.§.4.de ann. Leg. L.38.pr. & L.82.de ſolut.
Bart. & P. Buſius hic.* Colligunt etiam ex hoc textu, 2
paupertatem eſſe ſpeciem defenſionis, & excuſationem
defenſionis præſtare. *Mynſ. c.4. obſ.97.* à mora excuſat.
*Barboſa locuplet. l.14. c.15. ax.5.* Aut. *in C. t. de his, qui
nu. liber. ad L. un. n.8.* & deſtituto proſequendæ appel-
lationis mediis, etiamſi non omnino pauperi, fatalia
non currunt. *Dn. Mev. p.3. dec.178.* ſed in fatalibus in-
terponendæ appellationis ſecus, niſi perſona planè im-
perita & non potuerit conſulere Advocatum. *conſ Gail.
l.1. obſ.142. Wiſſenbach. ad l.49. tit.4 th.13.* Paupertas ta- 3
men æſtimanda ex atteſtatis aut juramento allegantis.
Paupertas autem pro natura privilegii paupertati con-
ceſſi, diverſimodè deſcribenda. *ex Alex. conſ.37. vol 7.
Dn. Mev. p.3. dec.84.* Aut. *ad L.3. n.6. C. de Probat. Et
ad L.5. n.1. ſeqq. C. de Suſp. Tutor.*

## ad L. pen. & ult.

### *S U M M A R I A.*

*Advocatus, qui temerè litem extrahit, condemnatur in expenſas, ſi principalis inſons ſit. n.1.*
*Datur ad duas res petendas, an judicia ſeparare & unam tantùm petere poſſit? 2.*

QUia Defenſor boni viri arbitratu debet reum 1
defendere, ideoque ſi adverſarium detineat fri-
volis & fruſtratoriis exceptiunculis, ut lis finem
fortiri

ſortiri non poſſit, is non rectè defendit, & committitur ſtipulatio de defendendo. *Vid. Ant. Rub. in tr. de poteſt. proc. p.2. n.61. Argumento hujus legis,* Advocatum temerè litem extraheotem ad expenſas condemnari poſſe, ſi principalis inſons, putarem. Autor *in C. t. de Poſtulando ad L.6. n.18.* Quæritur verò in *l. fin.* ſi ſis datus ad duas res petendas vel vindicandas, tu unam tantùm vindicas, Adverſarius tuus dicit non eſſe ſeparanda illa judicia; Utramque rem debere peti, ut moleſtia ſemel liberetur? Sed reſpondetur, te judicia ſeparare poſſe, quot enim ſunt res petendæ, tot ſunt judicia per *l.32. ff. de Evict. & l.6. ff. de Exc. rei judic.* & poteſt aliqua probabilis cauſa eſſe, cur petitionem alterius rei differas, v. gr. ad conquirendas meliores probationes.

---

## TITULUS IV.

### *Quod cujuſcunque univerſitatis nomine vel contra eam agatur.*

### Ad Rubric.

*SUMMARIA.*

*An Civitas ſemper per Syndicum agere teneatur?* n. 1.
*Quomodo, qui de Civitate ſunt, illius nomine agere poſſint?* 2.

1 UNiverſitas h. e. Civitas vel Collegium regulariter per Syndicos comparere ſolet. *Carpzov. p. 1. C. 13. def. 5. & p. 3. dec. 205. n. 8.* etiam in criminalibus. *Menoch. lib. 1. A. Q. 85. n. 105. Gail. de Arreſt. Imper. Libr. 2. c. 9. n. 3. Mynſ. cent. 4. obſ. 76.* Cùm tameo Civitas procuratorem conſtitueret mandato procuratorio in ſolita forma, admiſſum fuiſſe, refert *Dn. Mev. p. 2. deciſ. 35. per c. 9. Extra. de procur.* quia ubi de intentione conſtat, ver-
2 ba non curantur. *Hill. in Don. l. 18. c. 12. lit. Y.* Nonnulli etiam ex Univerſitate poſſunt loco Uoiverſitatis agere, ſi de rato caveant, exemplo litis conſortum; nam nihil adverſarii intereſt. *Carpz. dicta deciſ. 205. n. 13. & ſeqq. præcipuè n. 19.* Autor *in C. t. de Conſortib. ad L. 2. n. 2.*

### ad L. Neque Societatem. 1.

*SUMMARIA.*

*An inferior magiſtratus poſſit condere collegia?* n. 1.
*Collegia in Rep. Rom. tandem Reipub. pernicioſa fuerunt.* 2.
*Quomado reſtauratio collegii ſemel extincti fieri poſſit?* 3.
*Probata collegia an poſſint habere arcam communem & Syndicum?* 4.
*Quando communitas eſt contumax, in cujuſnam bona immiſſio ſit facienda?* 5.
*Si Syndicus deſeruit judicium, an judex contra civitatem procedere valeat ſine citatione?* 6.
*In delictis Rectorum quanda civitas teneatur?* 7.
*Quando tota univerſitas ex delicto obligetur?* 8.
*Quando Civitas dicatur non defendi?* 9.
*An univerſitas conventa defendi poſſit à privato ſine mandato, cum cautione de judicato ſolvendo?* 10.
*Quid moribus noſtris?* 11.

1 OMne collegium regulariter eſt improbatum, Autor *in C. t. de Epiſc. & Cler. ad L. 15. num. 2.* niſi conſtet, ſpecialiter id eſſe approbatum à Principe, quod non tamen niſi Lege aut SCto fieri potuit. Ergo inferior Magiſtratus Collegia condere non debet, niſi conceſſione Principis aut immemoriali præſcriptione ſit adquiſitum. Et ſi inferior hanc habeat facultatem, non tamen poteſt concedere Collegia alias prohibita, & non aliter niſi Reip. commodo, & quidem ſemper ſub inſpectione Superioris. *Dn. Mevius p. 4. deciſ. 301.* Autor *in C. t. de hæred. inſtit. ad L. 8. nu. 3.
& t. de Summa Trin. ad L. num. 4.* qui obſervat, quæ 2
ſub incunabulis Civitatis cœpere Collegia, ut Reip.
utilia, tamen tandem io noxam abiiſſe, & per ea Magiſtratuum auctoritatem eviluiſſe, ſuppreſſas leges publicas, & ſub illorum placita tracta &c. Et ſic Collegium ſemel extinctum, reſtauratio ſine venia ſuperio-
rum non eſt licita. *Dn. Mev. p. 4. deciſ. 378.* Extinctum 3
autem videtur, ſi ſinguli ſeparatim ſua habere cœperunt, & per decennium in ſeparato ſtatu ſteteruot. *Mev. d. l.* Notetur autem hîc, etiam de Collegiis mechanicis hîc ſermonem eſſe, ut piſtorum &c. quæ collegia non habere reſtitutionem in integrum, tradit *Alex. Tartagn. ad l. civitas. 27. ff. de reb. cred. ſi certum pet. de quo prolixè agit Berlich. p. 2. deciſ. 216.* ubi affirmativam defendit indiſtinctè de omnibus Colle-
giis, nixus autoritate *Ceval. l. 4.* quæ autem ſunt 4
probata Collegia, poſſunt habere arcam Communem & Actorem vel Syndicum, per quem negotia Collegii expedieods *§. 1. h. l.*

*Ad §. 2.* Communitas poteſt & eſſe contumax, & in 5
contumaciam hanc poteſt decerni miſſio in bona communia, & ſic contumacia Rectorum univerſitatis vel Eccleſiæ, ipſi poteſt præjudicare. *Scacc. lib. 2. de Judic.
c. 1. n. 283.* Sed quæritur, an ſi Rector Civitatis vel Syn- 6
dicus deſeruerit judicium, an cootra Civitatem poſſit procedere Judex ſine citatione, ut contra privatum poteſt, *ex c. fin. de dolo & contumacia, L. 6.* quod negat *Menoch. conſ. 2. n. 356.* eo quod procuratoris confeſſio etiam tacita nocere non ſoleat, ubi gravioris eſt res præ-
judicii. Circa delicta Rectorum univerſitatis aliàs diſ- 7
tinguere ſolent inter delicta io committendo & omittendo. Ex his tenetur. *arg. l. 10. C. de SS. Eccleſ.* ex illis non, per *L. ſancimus, 22. C. de pœnis. Farin. qu. 24. n. 130.
Beſoldus conſ. 91. n. 114.* Quomodo vero tota univerſi- 8
tas ex delicto ſuo obligetur, *vid. Maſcard. concl. 1421. Ant. Matth. in l. 48. ff. tit. 18. c. 4. n. 30. Wiſſenbach. ad ff. d. 12. th. 21. Mynſ. cent. 4. obſ. 78. & ſeq.* Autor *in C. t. de Epiſc. & Cleric. ad Authentic. Nulla. n. 6.* Diſtinguuot etiam inter delicta tranſeuntia, & ſucceſſivum tractum habentia ac permanentia; ut hæc etiam ſine ulla convocatione ac deliberatione à tota univerſitate
videantur commiſſa. *Klock. volum. 2. conſ. 59. num. 19.*
Notetur autem hîc, quando Civitas dicatur non de- 9
fendi, ſcilicet ſi nullus eam defendat, vel defenſor abſit, vel inhabilis ſit, quia paria ſunt, planè non fieri vel ita non fieri, ut fieri debuit, *l. quoties 6. ſupra qui ſatiſdare l. 3. ff. de fidejuſſ.*

*Ad §. ult.* Univerſitas conventa, vel cujus booa ar- 10
reſtantur, defendi à privato poteſt ſine mandato, ſi modò cautionem de judicato ſolvendo præſtet. *Weſenb. ad h. t. nu. 6. & ibi Bach. & Manz. ad h. t. nu. 71.* Licèt aliter vocem *extranei* hîc capiat *Carpzov. p. 1.
c. 13. d. 6.* Hodie autem ſine mandato pro reo neminem 11
experiri poſſe, hîc tradit *Grænwegen*, quod non admitto; nam leges has abrogatas, nemo mihi perſuadet, quæ de abſentis defenſione loquuntur.

### ad L. Si Municipes. 2.

*SUMMARIUM.*

*Procurator Civitatis ob æs alienum nonnullorum civium reconventus, an eos defendere teneatur?*

DAtus ſum à Civitate procurator, poſtea conveni Titium, hic me vult reconvenire ob æs alienum, quo nonnulli Cives ipſi obſtricti ſunt, quæritur, an eos cives defendere debeam? quod negatur, quia aliud eſt Civitas, & aliud cives ſinguli, noo ab his, ſed à Civitate ſum conſtitutus. *Conferantur notata ad l. 7. §. 1. h. t.*

ad L. Nulli.

## ad L. Nulli. 3.

*SUMMARIA.*

*Syndicus poteſt conſtitui à majori parte Collegii. n.1.*
*Annon Civitas abſque Syndico agere poſſit?* 2.
*Si parva ſit communitas, omnes adeſſe debent.* 3.
*Quando civitas de violenta pace ſuſpecta eſt, quomodo ſe purgare poſſit?* 4.

1 ILle Syndicus rectè datur, qui à majore parte Collegii datus, licèt omnes non fuerint præſentes. Ideoque diſcrimen eſt inter collegium, & judices plures cauſæ datos. Illo caſu non requiritur omnium præſentia, ſed bene hoc. *Dn. Mevius p.4. dec.152. & not. ad l.18. de Arb.* Et non ſufficit, ſingulos ſeparatim conſentire, ſed neceſſe eſt, eos congregari. *Tremac. lib.1. reſel. h. t. reſ.1. a.11. ubi in ſeqq. id tractat pluribus.* Ex 2 *hac lege 3. & l.1. §.1.* probare ſolent, Civitatem non niſi per Syndicum agere, aut conveniri poſſe. *Coll. Arg. d.5. in fine. Weſenb. hic a.8. Carpzov. p.1. c.13. def.5.* quod intelligo de eo caſu, quando urget Adverſarius. Nam rationem adſignat *Carpzov.* hanc, *d. d.5.* ne defenſio vel actio per plures ſciſſa incommodo adverſarium afficiat. Ergo volente Adverſario litigans Civitas Syndicum conſtituet, vel etiam ex officio, jubente Judice, ut judicium melius expediatur, *arg. l.5. §.7. ff. judicatum ſolvi. Da.Ziegl. ad Lancel. l.3. tit.2. §.1. verb. Syndicus eſt.* 3 Sanè ſi parva ſit communitas, v.g. ruſticorum in uno pago, poſſunt omnes adeſſe in judiciis, in commiſſionibus, præſertim ſi habeant Advocatum; nam eo caſu geſta à tota Univerſitate non eſſe irrita, reſponſum in Facultate *menſe Majo anno* 1668. Ex *lege hac* ſequitur, quoties de violata publica pace ſuſpecta eſt univerſitas, debent duæ partes univerſitatis vel Collegii, aut civitatis juramento ſe purgare. *Ord. Cam. p.2. tit.10. §.1. Gail. l.2. de P. P. c.7. a.16.*

## ad L. Plane. 4.

*SUMMARIA.*

*In pluralitate votorum an tertius electioni de ſe facta poſſit conſentire? n.1. & 2.*
*An frater fratri ſuffragium dare poſſit?* 3.
*Urbs municipalis ſtatuta condere poteſt.* 4.
*Electione data cui daret, ſe ipſum eligere nequit.* 5.

IN pluralitate votorum tertius electioni de ſe factæ conſentire poteſt, *hîc & c.83. X. de Elect. Menoch. conſ.1226. Tuſc. concl.72. lit. E. concluſ.138. lit. B.* idque etiam in Electione Imperatoris approbatum in *A. B. c.2. in fin. c.cum in Jure. 33. X. de Elect. Zaſ. ad tit. de Elect. nu.60.* Nonnullibi verò, ubi ad eligendum ſingulare aliquod commodum redundare ſolet, eum, qui adſpirat, è numero ſuffragatorum ſurgere debere, notat hîc *Buſius.* Et quod *in h. l.* dicitur, extenditur in *L.6. ſeq. pr.* ad fratres, quod frater fratri ſuffragium dare poſſit, addita decidendi ratione, quod dederit ſuffragium non ut frater, ſeu domeſtica perſona, ſed ut decurio; quia ſcilicet in publicis non conſideramus vinculum domeſticæ ſocietatis, & in officiis publicis patria poteſtas non attenditur. Ideoque in Parlamento Pater & Filius Senatores eſſe poſſunt. Et in eadem Eccleſia Pater & Filius, & multò magis duo fratres præbendas habere poſſunt, ex *Fr. Marci p.1. dec. 629. Marta t.4. tit. Pater. cap.ult.* Autor *in C. t. de Proxim. Sacror. n.29.* Et in eadem *lege 6. pr.* hoc etiam notatur, quod municipalis Urbs leges, id eſt, ſtatuta condere poſſit. *de quo alibi.* Probant etiam, ſi cui electio data fuit, cui daret, non poſſe ſe ipſum eligere. *Farin. q.168. n.122.* quia aliud eſt, eligere ſe, & aliud, electioni aliorum de ſe factæ conſentire.

## ad L. Illud notandum. 5.

*SUMMARIUM.*

*An Patris ſuffragium filio proſit?*

PAtris ſuffragium filio prodeſt, & contra per modum adgregationis, dum patri pro filio votanti ſe adjungere poteſt. *Romanus ſing.813. Enenck. Bare in tr. de Privil. Parent. & lib. c.13.* ubi plures caſus recenſet, quando Pater pro filio teſtimonium ferre poſſit. *conf. etiam Farin. qu.54. n.177. & multis ſeqq.* Autor *in C. t. de Teſtib. ad L.6. n.1.*

## ad L. Item eorum. 6.

*SUMMARIA.*

*Actus non exequenti, ſed ordinanti, tribui debet. n.1.*
*An inſtrumentum Syndicatus ſatis roboretur ſigillo Senatus appenſo?* 2.
*In pagis conſtituitur Syndicus à majore parte.* 3.
*An in concipiendo mandato neceſſaria ſit ſubſcriptio ſingulorum, an verò Collegii?* 4.
*Cur privatus ad lites futuras procuratorem conſtituere poſſit, & non univerſitas?* 5.
*An Syndicus per decretum conſtitutus, per aliud decretum revocari poſſit etiam poſt L. C.?* 6.
*Syndicus Civitatem defendere tenetur etiam in reconventione.* 7.
*Quando cavere de rato debeat?* 8.
*Regulariter quæ de procuratore dicuntur, etiam de Syndico dici poſſunt.* 9.

DE *principio hujus legis* actum *ad legem 4. h. t.* Ex 1 §.1. notetur; quod factum ab his, qui habent autoritatem à Senatu, ab ipſo Senatu videtur factum, & actus non exequenti, ſed ordinanti debet tribui. *Cravetta conſ.144. num.3. Natta conſ.153. num.18. Surdus de Aliment. tit.8. priv.56. nu.88. Dn. Tabor. in Barbaſ. libr.1. cap.26. axiom. 34.* Ex *hac textu*, ut & ex *L. 4.* poteſt colligi, ſolos Decuriones potuiſſe Syndicum 2 conſtituere, & ſic etiam hodie Senatum, modò ſigillum Senatus & ſubſcriptio adſit. Sed licèt ſignum ſolum ſubjectum ſit, validum tamen eſt inſtrumentum Syndicatus, per tradita *Carpzovii p.1. dec.28.* Nam ſignum publicum ſolum poteſt probare, non ita privatum, *de quo alibi.* Sed Tribunorum conſenſus, ſi de ſolo curiæ intereſſe agatur, non requiritur, & ita decretum eſſe refert *Dn. Mev. p. 2. dec. 36. Carpzov. d. c. 13. d. 7.* quod intelligo in cauſa, quæ ad Tribunorum curam non pertinet, & ſi id patiatur ſtatus civitatis, iſque non ſit popularis. *Conf. Mynſ. cent.1. obſ.76.* Sanè in 3 pagis, ubi non eſt ordo ſeu Senatus, neceſſe eſt, Syndicum conſtitui a majori parte ruſticorum. Et ſi ibi ſint viduæ & pupilli, curatoria ſimul Syndico tradenda, ut vult *Carpz. d. conſt.13. def.8.* Nomina autem 4 ſingulorum ſubſcribi, non eſt neceſſe, ſi ſub nomine Collegii, ſecus ſi ſub nomine perſonarum ſingularum, Wir Canonici &c. *Mynſ. cent.3. obſ.18 Ruland. de Commiſſ. p. 1. lib. 5. c. 8. num.8. lit. H.* Ubi tradit, in camera recepta eſſe talia mandata, Wir Bürgermeiſter und Rath &c. non addito, und alle Bürger. Superioris tamen, vel Rectoris Collegii nomen exprimendum eſt, ut Abbatis, Abbatiſſæ, Rectoris &c. ex quo capite mandatum rejectum eſſe, meminit *Rulandus d. l. lit. G.* Mandatum etiam nomine Stadthalter und Räthe pro valido habitum, dicit *ib. lit. I.* In §.2. quæritur, an Syndicus ad fu- 5 turas lites conſtitui poſſit? quod negatur, ſed cur privatus ad lites futuras procuratorem conſtituere poteſt *l. 3. tit. præced.* & non Univerſitas? Reſp. privatus eſt rerum ſuarum liberrimus arbiter. Sed Decuriones, à quibus conſtituitur Syndicus, ſunt tantùm Adminiſtratores. Et Univerſitas ſemper eſt præſens, & decreta certo judicio fieri debent. Ita

*Bach.*

6 *Bach. ad tit. de procur. cap.3. num.2.* In §. 3. dicitur,
actorem vel Syndicum conſtitutum per decretum,
per aliud decretum revocari poſſe, quod ante litem
conteſtatam fieri poſſe non adeo eſt dubium, ſed poſt
litem conteſtatam non niſi cauſâ cognitâ. *Ad §. 4.*
7 Ut Procurator Actoris tenetur defendere principalem
ſuum in reconventione; ita etiam Civitatis Syndicus,
ſi Civitas per Syndicum agat, tenetur etiam Civitatem
in reconventione defendere, & regulariter, cæteris pa-
ribus, quæ de procuratore dicuntur, etiam in Syndi-
8 co locum habent. Et ut procurator verum habens
mandatum non cavere tenetur de rato, ita nec Syndi-
cus; uterque autem tenetur, ſi dubium ſit manda-
tum vel decretum. Autor *in C. 1. de Procur. ad L. 1. n.
1.* Et poteſt Reipublicæ intereſſe, ut Syndicus admit-
tatur, ſi decretum dubium ſorte, ſi res peritura tem-
pore, vel Adverſarii abſentia metuatur, ſi Adverſa-
rius expenſas termini petat vel petere velit &c. *Vid.
Vantius de Nullit. tit. ex def. Mandati. num. 160. Hil-
9 liger. in Donell. l. 18. c. 13. lit. CC.* Sicut etiam procura-
tor ante litem conteſtatam procurarorem dare non
poteſt, ita nec Syndicus. Sic non datur actio judi-
cati contra Syndicum, ſicut nec contra procuratorem.
Et ſicut procurator vocari poteſt, ita etiam Syndicus.
Et ut filiusfamilias procurator conſtitui poteſt, ita
etiam Syndicus eſſe poteſt, præſertim cùm hoc quaſi
publicum munus ſit, & filiusfamilias ex omni cauſa
obligetur. *l. 39. de Obl. & act.* Autor *in C. 1. de Procur.
ad L. 23. n. 2.* Ex quibus ſequitur, regulariter ea, quæ
de procuratore dicuntur etiam de Syndico dicenda
eſſe.

## ad L. Sicut. 7. §. 1.

### *S U M M A R I A.*

*Exemplum Actionis etiam contra civitatem à Prætore conceſſæ. n. 1.*

*In caſu debiti Univerſitatis, an executio in bona ſingulorum fieri poſſit? 2.*

*Exempla varia, ubi aliud jus ſervatur in univerſitate, aliud in ejus membris. 3.*

*An delictum particularium Civitati præjudicet? 4.*

*Lim. niſi membra Civitatis ſua bona obligaverint hypothecæ. 5.*

*An membrum univerſitatis poſſit eſſe teſtis in cauſa univerſitatis? 6.*

*Soluta univerſitate, ad quemnam redeant nomina activa & paſſiva? 7.*

*An unica perſona in Facultate poſſit conſilium præbere? 9.*

*An majori parte conſtituentium mortua, ab hæredibus readſumtio ſit facienda? 10.*

1 PRætor non tantùm civitatibus dat actionem, ſed
etiam aliis dat actionem contra Civitatem, nam
& civitas poteſt debere & habere creditores, & ſic
conveniri. Quod *in principio legis* exemplo declaratur,
ſi Reſpublica Legatum miſerit, & hic ex propriis
quid expenderit, habebit contra municipes, id eſt,
contra civitatem actionem, ſcil. ſi non acceperit ſa-
2 larium loco expenſarum. Ex §. 1. notatur, quod aliud
ſit univerſitas, aliud ſingula univerſitatis membra.
*Rol. à Valle v. 3. conſ. 53. nu. 6.* Aliud eſt debitum Ci-
vitatis, aliud ſingulorum. Ergo quod univerſitas de-
bet, ſinguli non debent, & ideo in caſu debiti execu-
tio pro debito non debet fieri in bona ſingulorum,
ſed ſaltem in bona univerſitatis. *Joh. Koppen qu. 60.
num. 16. & Carpz. p. 2. Juriſp. conſt. 6. def. 14.* quia
debitum univerſitatis non eſt debitum ſingulorum,
*Klock. conſil. 153. nu. 90. vol. 3.* Et res univerſitatis non
ſunt res ſingulorum, *Klock. d. l. nu. 91. vid. l. 6. §. uni-
verſitatis, ſupra de Rer. div. & ibi not. nu. 2.* Sic qui
3 promittit, Rempublicam ſalvam fore, non tenetur de
damno perſonæ particularis. *L. 2. ff. ad Mun.* Nec lis
univerſitatis dicitur ſingulorum, & privilegia civita-
tis non ſunt ſingulorum. Aliud eſt intervenire pro
Repub. & aliud pro ſingulis; & aliud relinquere lega-
tum Civitati, aliud ejus membris. Libertus univerſita-
tis non eſt ſingulorum libertus. *L. 10. §. 4. de in jus
voc.* Quæ exempla adducit *Klock. d. conſ. 153. num. 92.
& ſeq.* Addo, Syndicus Civitatis eſt miniſter Civita-
tis, ſed non ſingulorum. Et hinc apparet, jura repreſ-
ſaliarum eſſe illicita, de quibus alibi. Autor *in C. 1. Ne
uxor pro marito. ad Auth. Sed num. 2. & 3.* Nec deli-
ctum civium particularium Civitati præjudicat. *Fa-
rin. q. 24. num. 101. Marquard. de Mercatur. L. 4. c. 3.
numer. 19.* niſi communi conſilio id actum. *arg. L. 15.
§. 2. quod vi aut clam.* aut delictum eſſet ſucceſſivum,
v. gr. rebellio, non momentaneum, ut tranſvectio
mercium ſine ſolutione vectigalis. *Farin. d. l. nu. 131.*
nam ob rebellionem cives ſingulos detineri poſſe ex
gravi cauſa, tradit *Franc. de Clapperiis Cauſ. 12. qu. 2.*
Nec factum aliquot civium ſingulorum privilegio
Civitatis contrarium, Civitati vel aliis civibus præ-
judicat, quò minùs privilegio illo uti poſſint. *D. Mev.
p. 4. deciſ. 68.* Sed notanda eſt inſignis limitatio, ni- 5
ſi membra civitatis ſe ſingula, ſuaque bona obliga-
rint hypothecæ; tunc enim ſinguli tenentur, non ex
òbligatione perſonæ, ut ita loquar, univerſitatis, ſed
ex obligatione rerum pro communitate obligatarum,
& ex obligatione ſingularum perſonarum de univer-
ſitate; nam in his, quæ ad ſingulos pertinere debent,
conſenſus majoris partis populi, ſingulis non præju-
dicat. Ergo in hoc puncto, ſi ſinguli vel ſingulorum
bona obliganda, ſingulorum etiam conſenſus neceſ-
ſarius eſt. Nec diſtinguendum cum *Bartolo*, utrum
communitas habeat poteſtatem ferendi leges, an non.
*vid. de hac re acutè agens Harim. Piſt. p. 1. q. 37. nu.
10. & ſeqq.* Et ſic intelligo *Buſium hic num. 2.* Si uni-
verſitas tota, i. e. non Senatus, vel ordo, vel Admi-
niſtratores, ſed ſinguli de univerſitate conſentiant, ut
ſinguli obligarentur. Sic etiam pro Univerſitate te- 6
ſtis eſſe poteſt membrum Univerſitatis, ſi ſingulorum
non ſit utilitas, v. gr. Si agatur de jure Curiæ vel
Cameræ Civitatis, civis vel membrum poteſt eſſe
teſtis, non ſi agatur de jure paſcendi vel piſcandi
Civitatis, *Farin. qu. 60. numer. 496. Carpzov. in
Prov. tit. 13. art. 5. numer. 82. Dn. Struv. ad tit. de
Teſt. th. 39.* Secus, ſi Senator in teſtem a Senatu
producatur, nam is non eſt admittendus teſtis pro
Senatu, quia Senatus agit & Senator habet affectio-
nem ad cauſam. *Dn. Mevius p. 2. dec. 86.* Movet hîc 7
etiam *Buſius* quæſtionem, an ſoluta univerſitate qui-
libet partem nominum activorum vel rerum com-
munium petere poſſit, quod affirmat de iis ſocietati-
bus, quæ jure quaſi ſocietatis vel communionis ra-
tione aliquid commune habent, ut piſtorum, ſuto-
rum: ſecus in univerſitate Eccleſiæ, Academiæ, Ci-
vitatis; nam ſolutis his corporibus bona ad Supe-
riorem redeunt, & ex his, quæ manent, ad fiſcum
ſecularem; ex illis ſcilicet Eccleſiaſticis, quæ manſe-
runt bona, ad fiſcum Eccleſiaſticum pertinent. Nam
illa ex collatione privatorum ſeu membrorum fa-
cta ſunt communia, hæc verò ſacta ſunt publici, &
partim divini juris. Civitatem tamen deſtructam, ſed 8
reædificatam recuperare jura & ſeuda, tradit *Oddus
de Reſt. in Integr. pag. 2. qu. 98. numer. 26. & Klock.
vol. 3. conſ. 147. numer. 118.* Ex §. *ult.* etiam apparet,
manere collegium etiam in una perſona; unde pu-
tant, etiam unicam perſonam in Facultate poſſe con- 9
ſilium præbere conſulenti. *Carpz. p. 1. Juriſpr. for.
conſt. 26. def. 3. numer. 3.* quod ſæpe factum memi-
ni, & gradum honoris Academicum conferre. In
hoc tamen caſu, ubi gradus conferendi, obſerva-
vi, ad examen vocatos fuiſſe Doctores extraneos.
Et ſi omnes cæteri Canonici in poſtulando peccent,
poteſt unus eligere idoneum. *Gloſſa in cap. 2. in ver-
bo, pauciores, X. de poſtul. prælat.* Et unum rema-
nentem

nentem Cardinalem poſſe Pontificem eligere, tradit
10 *Fr. Marci p. 1. deciſ. 956. numer. 15. & cum eo Klock. d. conſ. 147. numer.* 116. Notandum etiam *ex hoc* §. idem collegium manere, licèt per partes totum ſit
11 mutatum, *de quo in l. proponebatur. 76. de judic.* Et ideo dubitandum de definitione ultima *Carpzovii ad. conſtit. 13. p. 1.* dum ait, majori parte conſtituentium mortua, readſumtionem eſſe ab hæredibus faciendam. Nam, ſi omnes conſtituentes eſſent mortui, Syndicatus tamen non extinguitur, & major pars tantùm requiritur in conſtituendo Syndico.

## ad L. An civitates. 8.

### *SUMMARIA.*

*An etiam in nomina Civitatis executio fieri poſſit; numer. 1.*

*An Creditori invito poſſit nomen in ſolutum dari? numer. 2. & 3.*

IN *hac lege* dicitur, non repertis rebus mobilibus,
1 & immobilibus civitatis bonis poſſe executionem fieri in nomina civitatis debitricis, ut in privatum; unde apparet, eundem ordinem judicii atque executionis in civitatibus obſervari, ac in privatis. Et *ex hac*
2 *lege* colligitur etiam, civitatem non poſſe nomen aliquod invito creditore in ſolutum dare, ſi civitas bona immobilia habeat; ex quo *Berbeh. p. 2. dec. 296. num. 15.* arguit, nec pupillum poſſe obtrudere ſuo creditori nomen. Nec obſtat *Lex 5. §. 9. de rebus eorum, qui ſub tutela.* Nam reſp. quod *ille* §. non loquatur
3 de executione, ſed de alienatione ac diſtractione bonorum pupilli.

## ad L. Pen.

### *SUMMARIUM.*

*Cum civitate in judiciis procedi, ut cum aliis privatis, exemplis declaratur.*

CUm civitate ita proceditur in judiciis, ut cum aliis privatis, quod hîc exemplis declaratur diviſoriu judicii, ſi civitati & mihi relicta hæreditas, ſi habeam agrum civitatis agro confinem, & de finibus interveniat controverſia, item ſi in loco civitatis opus fiat, ex quo timetur, ne aqua pluvia redundans noceat &c.

## ad L. ult.

### *SUMMARIA.*

*An Syndicus Civitatis ſolùm ad actiones propriè ſic dictas conſtituatur? num. 1.*

*Ex ſtipulatione Syndici civitati tantùm utilis, non directa, competit actio. 2.*

1 ACtor vel Syndicus civitatis non tantùm ad actiones propriè ſic dictas conſtituitur, ſed & quæ actionum inſtar obtinent, ut ad nuntiandum novum opus, ſi quis ædificet, quod damnum civitati minitetur. Idem ſi Civitati in diem vel ſub conditione quid legatum ſit, poteſt Syndicus conſtitui, qui agat contra hæredem, ut ſtipulandi Syndico caveat de Legato ſolvendo, ſi conditio extiterit &c. Item ſtipulari poteſt Actor ſive Syndicus in caſum damni futuri, item judicatum ſolvi, ſi agat
2 contra me & ego à te defendar. Additur verò hîc, potius ſervum Civitatis ſtipulari debere, quia ſcilicet ex ſtipulatione ſervi habet civitas directam actionem, ſicut etiam ſupra de procuratore dictum, ſed ex ſtipulatione Syndici tantùm utilem. Sed ejuſmodi ſubtilitates nunc non attenduntur.

# TITULUS V.

## *De Negotiis Geſtis.*

## Ad L. Hoc edictum. 1.

### *SUMMARIUM.*

*Negotiorum geſtio cur recepta & quam utilitatem præſtet?*

OStenditur hîc ratio, cur receptum fuerit abſentium negotia gerere, ſcilicet ob abſentium utilitatem; nam niſi hoc reciperetur, & utrinque actio daretur, magnis damnis afficerentur abſentes, quod hîc exemplis declaratur; nam ſi abſentes non defendantur, in eorum bona fieri poteſt immiſſio; eorum pignora diſtraherentur, pœnalis ſtipulatio committeretur, ſi quid ad diem promiſſum non præſtaretur, ſæpe injuriâ rem ſuam amitterent, v. gr. ſi vili pretio vendantur à creditoribus. *Bach. ad h. h. t. c. 5. numer. 1.*

## ad L. Si quis 2.

### *SUMMARIA.*

*An is, qui alicujus debitum longè minùs exſolvit, repetiturus poſtea in pecunia numerata, habeat negot. geſt. actionem? n. 1. & 2.*

*Quid hodie hoc caſu obtineat? 3.*

*Actio neg. geſt. directa & contraria quid ſit? 4. & 5.*

*An is, qui concurſu creditorum aliquid impendit de ſuo, habeat neg. geſt. actionem? 6.*

IN h. l. ejuſque verbis (*etiam ignorantis*) continetur continuatio *hujus tituli cum præcedentibus*, ut quis non tantùm ex mandato obligetur, ſed etiam ignorans, &c. ut adeo ex his verbis malè colligatur, negotium geſtum poſſe eſſe ſcientis. *vid. Bach. in Tr. v. 1. diſp. 10. th. 1. lit.* C. Colligitur *ex hac lege*, ſi quis
1 negotiorum geſtorum actione uti velit, debere utiliter rem alteri geſſiſſe. Quid verò de iis, qui hodie
2 aliorum debita exſolvunt, per qualiacunque nomina communiter longè minoris æſtimata, & poſtea repetunt in pecunia parata? Hi certè non in utilitatem tertii, ſed ſuum geſſerunt negotium, & ideo non habent N. G. act. *Dn. Mev. p. 2. dec.* 132. ubi ceſſionem etiam creditoris, ut ſuſpectam, arguit. Sed hæc
3 in judiciis non attendi ſolet ſemper, ſed indulgetur interdum avaritiæ redemtorum litium. Sed notandum *ex h. L.* objectum vel finis actionis negotiorum
4 geſtorum directæ & contrariæ. Directa datur domino contra geſtorem, ut actus ſui rationem reddat, & eo nomine condemnetur, quicquid vel non, ut oportuit, geſſit, vel ex his negotiis retinuit. *Eſcobar. de Ratioc. 8. c. 3. num. 8. & quos recenſet. Dn Joh. Heeſer de Rat. red. loc. 1. nu.* 16. Contraria verò geſtori contra dominum, Autor *in C. h. t. ad L. 4. num. 3.* ſi in rem
5 alterius quid impendit, vel ſi ſe aut obligavit, ut præſtetur eo nomine, quicquid abeſt, vel abfuturum eſt, & poteſt geſtor etiam uſuras petere, quas percipere
6 potuit ex pecuniis erogatis. *L. 18. C. h. t. & L. 19. §. 4. h. t.* Qui etiam in utilitatem omnium creditorum in concurſu creditorum impendunt aliquid de ſuo, habent negotiorum actionem, ut ante omnia credita reſtituantur, quod ampliat *Dn. Mev. p. 3. deciſ.* 358. licèt in ſententia prioritatis omiſſæ eæ expenſæ fuerint, & reſtringit, quatenus ſcil. erogatæ in omnium creditorum utilitatem, non in ſuum vel ſuorum commodum.

## ad L. Ait Prætor. 3.

### *SUMMARIA.*

*Tenor Edicti. n. 1.*

*An & quando fœmina judicialia exercere valeat? n. 2.*

*Pupillus quando & quomodo ex negotiorum geſtione obligetur ? 4.*
*Hæreditas jacens, an obligetur ex neg. geſt. 5.*
*Quomodo hæredes tutorum ad rationes reddendas obligentur ? 7. & ſeqq.*
*Quando neg. geſtor. teneatur præſtare tantùm dolum, & quando culpam leviſſ. 11. & 12.*
*Ad quid teneatur moribus noſtris ? 13.*
*Utilis neg. geſt. actio, quando locum habeat ? 14.*
*Quotuplices ſint, neg. geſtores ? 15.*
*Si negotium Titii quod ſponte geſſiſſem, ab ipſius amico mihi gerendum mandetur, an concurrat actio Mand. & N. G. ? 16.*
*Quæ actiones competant, ſi negotium Mevii gerere volens fidejuſſorem indemnitatis acceperit? num. 17.*

1 IN *ea lege* notatu digna occurrunt ſequentia. *in pr.*
habetur Edictum Prætoris, quod habat duo capi-
ta, primum, ſi quis abſentis negotia gerat. 2. Si quis
hæreditatis vacantis negotia garat. Utroque caſu dat
prætor actionem. In §. 1. habetur ragula, quod ſub
maſculino comprehendatur fœmininum. *L. 1. de V. S.*
2 *& L. 7. de Juriſdict.* Sed hoc in terminis habilibus, ſi
ſcilicet extrajudicialia gerat; vel judicialia ob ſuos li-
beros, parentes, ob cauſam piam, ob injuſtè oppreſ-
ſum, &c. & ita in terminis habilibus; ſicut etiam fœ-
mina juriſdictionem exercere potaſt, quando ſucce ſit
in feudo juriſdictionem habente *Tiraq. de primog. qu.*
10. *Menoch. conſ.* 804. *nu.* 71. *Cephal. l.* 2. *conſ.* 159. *n.*
29. In § 2. dicitur, nihil intereſſe, an quis unum ne-
3 gotium, an verò plura ſuſcipiat, *de quo in ſeqq. plura.*
Et §. 3. nihil intereſſe dicitur ſive maris ſive fœminæ
negotium geram.

In §. 4. & 5. notetur, quod pupillus & furioſus
4 quoque ex negotiorum gaſtione obligentur, quatenus
ſc. utiliter eorum negotium geſtum. *Molin de juſt. & jure tr.* 2. *d.* 555. *num* 1. *poſt multos alios.* Autor *in C. h. t. ad L.* 2. *num.* 8. & 12. & antea tantùm natura-
liter obligabantur, ita ut ſi geſtor à pupillo convani-
retur, poſſet compenſare id, quod pupillus geſtori
debebat. Sed ax Conſt. D. Pii civiliter etiam obli-
gantur, vid. *Cujac. L.* 13. *obſ.* 7. *& Buſius hic.* Obli-
gantur antem ex æquitate, quia eorum res & utilitas
tota eſt. *vid. L.* 46. *ff. de Obl & Act.* Autor *in C. t. ad L.* 2. *num.* 2. quataous utiliter actum, quia hæc obli-
gatio non ex conſenſu, ſed ex negotio geſto eſt. *Setſer. de juram. l.* 1. *c.* 4. *num.* 9. *& ſeq. Donell. & Hill. l.* 15. *c.* 16. *lit. B.*

5 In §. 6. De hæreditate jacenta agitur, quod atiam
illa obligetur, ſi quis ejus negotia geſſerit, Autor *in C. h. ad L.* 2. *num.* 12. & ideo pertinet hoc ad expli-
cationem verborum Edicti (cum mutitur.) Quæ au-
tem *inter hunc* §. *& l.* 28. §. *fin. de ſtipul. ſerv.* refertur
antimonia, eam ſublatam vida *à Pacio c.* 2. *q.* 49. *& Bachovio in Treutl. v.* 1. *de* 10. *th.* 1. *lit. C.* hæredi, poſt-
quàm adiit hæreditatem, quippe hoc tempus cum
tempore mortis conjungendum.

In §. 7. hoc tantùm habetur, quod hæc actio hæ-
6 redi & hæredibus detur, quod ſua luce pater, cum
ſit ex quaſi contractu; nam omnes actiones ex con-
tract. & quaſi contr. ſunt hæreditariæ. Ex *hoc autem*
7 §. ut & clariùs ex *L.* §. *fin. C. de hæredibus tutorum.*
probatur, quod etiam hæredas tutorum ad rationes
reddendas obligentur. *Eſcobar. de Ratiocin. c.* 3. *in fine & quos adducit. Joh. Heeſer. de Rat. redd. loc.* 1. *n.* 22. quod etiam ao caſu verum aſſe, dicit *Carpz. dec.* 125.
8 Si tutor vivus ſæpius proteſtatus fuerit contra mo-
ram adulti. Sed ea ſententia procul dubio non habet
locum, ſi tutor ſæpe ad rationes reddendas ſe obtulit,
& eum, cui reddendæ ſont, admonuit, & is tamen
admonitus in mora ſit, quia hic vidatur mortem tu-
toris exſpectare, ut ſæpe fit, ut eò faciliùs hæredes, qui
in probabili ignorantia varſantur, illaqueet, ideo ra-
tiones habendas eſſe pro redditis, quia per adultum
ſtetit. *Maſc. concl.* 1263. *num.* 13. *Menoch. l.* 2. *præſum.* 91. *num* 7. *& conſ.* 988. *num.* 7. *Eſ obſer. de Ratiocin. c.* 6. *in fine. Dn. Mevius p.* 4. *dec.* 110. *Martinus Naturat. in diſc. de Ratiocinatis p.* 11. §. *præterea Jac. Schultes ad M. d. Peſt. qu.* 126. *num.* 130. *Dn. Richter. dec.* 13. *n.* 24.
& ſecundum hanc ſententiam bis pronunciatum eſſe,
9 tradit *Dn. Heeſer. d. loco* 1. *num* 115. quamvis tutior
ſit cautela, petare à judice arbitrum ad rationes red-
dendas & examinandas. *L.* 53. *verſ. Liber etiam ff. de judic. Heeſer. d. l. n.* 128.

10 *In* § 8. dicitur, victori dari actionem negotiorum ge-
ſtorum contra geſtorem, ſi quid dolo fecerit, quia res ejus
geſta: debitori autem non datur actio neg. geſt. con-
tra executionem, ſi quid dolo fecit, nam invito da-
bitore pignora capta, argo non datur actio neg. geſt.
nec ideo obſtat *L.* 50. *de Evict. Pac. cent.* 2. *q.* 50. *Treut. & ibi Bach. v.* 1. *d.* 10. *th.* 2. *lit. C.*

*In* §. 9. dicitur, ſi aliquis aggrediatur negotia ab-
11 ſentis naglecta, quæ alius geſturus non erat, & iis non
geſtis dominus damnum erat paſſurus, quod hoc caſu
tenetur geſtor tantùm ad dolum & latam culpam. *Oldendorp. in Cl. act. Claſſ.* 4. *Act.* 25. *in pract. n.* 3 *Man-*
12 *zius ad h. t. num.* 89. Sicut è contrario, ſi alius adfuit,
qui negotium gerere voluit, & potuiſſet melius; ſi
geſtor eum excluſerit, tenetur ad culpam etiam laviſ-
ſimam. *gl. hic & ad* §. 1. *Inſt. de Obl. quæ ex delicto. Manzius num.* 90. ut ita non malè dixerit ad *L.* 20. *C. h. t.*
qualem culpam geſtor præſtare debeat, judicis arbi-
13 trio moribus noſtris relinquendum eſſe, Autor *in ad d. L.* 20. *num.* 12. *&* 13. ut & *Greven Exerc.* 3. *th.* 7. ſed
& ad caſum præſtandum interdum tenetur, non tan-
tùm ſi hunc ſuſcepit, ſed etiam, ſi novum negotium
ab uſu abſentis alienum, ſuſceperit. *L.* 11. Autor *in C. t. ad L.* 22. *num.* 1. ſi ſui lucri cauſâ rem aggreſſus &c.
*de quo Manz. d. L num.* 91.
14 *In* §. 10. dicitur, tunc etiam utilem & extraordina-
riam act. Neg. Geſt. dari, quando vel nacellitate ur-
gente quid facit, ſcilicet ſi necaſſitas ſit non in per-
ſona, ſed in re aliàs peritura, vel ſi perſona ſe tene-
ri ſibi falſò perſuadeat. *Don. lib.* 15. *c.* 15. *H. & ſeq.* ſc.
ſi alia actio deficiat, ut in *L.* 19. §. 2. *Manz. ad h. nu.* 35. *Bach. d. d.* 10. *th.* 1. *lit. C.* Aliud exemplum *in L.* 29. quæ etiam de utili act. agit. Unde *Oldendorp. claſ-*
15 *ſe* 4. *act.* 25. *num.* 4. triplicis differentiæ geſtores facit,
videlicet voluntarios, qui ultro abſentis res gerunt;
neceſſarios, ut in *d. l.* 29. *h. t.* & demum, quaſi neceſ-
ſarios, qui opinione neceſſitatis aliorum res gerunt
§. *ult.* Hæc eſt ſpecies, volui tuum negotium ſponte
16 gerere, poſtea amicus tuus mandat mihi, ut hoc ne-
gotium geram, quæritur, an concurrat actio manda-
ti & negotiorum geſtorum? videtur quod non, quia
habere mandatum, & non habere mandatum ſunt
contraria. Sed affirmatur, quia hic actiones illæ non
concurrunt contra eandem perſonam. Contra te da-
tur actio negotiorum gaſtorum, ſed contra amicum
tuum actio mandati, quod alio ſimili exemplo decla-
ratur in *hoc* §. ſi v. gr. nagotium tuum gerendi pro-
17 poſitum habens, Titium ut fidejuſſorem indamnitatis
accepero. Ubi contra te actio neg. geſtorum, contra
Titium verò actio ex ſtipulatu competit vel condi-
ctio certi.

## ad L. Sed videamus. 4.

### SUMMARIUM.

*An fidejubens pro ignorante habeat actionem neg. geſt.?*

REpetanda eſt ex §. *ult. leg. præcedentis* facti ſpecies.
Volui tuum negotium garere, ſed ut ſecurior red-
dar, accipio fidejuſſoram amicum tuum, qui pro te
ignorante mihi promittit indemnitatem, quæritur, ſi
mihi iſte fidajuſſor condemnetur, an poſſit habere
contra te actionem? Quod affirmatur, dum enim
pro ignorante fidejubet juxta *l. fidejubere* 30. *ff. de*
*fide-*

*fidejuſſ.* videtur habere animum tuum negotium gerendi, niſi animo donandi fidejuſſit, quod præſumendum tamen non eſt, niſi probetur.

## ad L. Item ſi cum. 5.

### *SUMMARIUM.*

*An actio neg. geſt. ex animo, an verò ex ipſa geſtione oriatur.*

ACtio negotiorum geſtorum datur contra eum, qui mea negotia putans ex mandato ſe gerere, ſine mandato tamen gerit, licèt neceſſitate ſe gerere putet, actio enim hæc ea geſtione oritur. Et ideo, ſi quis mea negotia eo animo, quaſi fratris eſſent & fratris intuitu, non fratrem, ſed me obligat, Nam ex re, non ea animi deſtinatione hæc actio oritur. *Don. l. 15. c. 17. & ibi Hill. lit. B. Molina de J. & J. diſp. 553. num. 7.*

## ad L. Si pupilli. 6.

### *SUMMARIA.*

*Quotuplici modo negotium ad aliquem pertinere poſſit? num. 1.*
*An, ſi negotia pupilli geram, etiam tutorem obligatum habeam? 2.*
*Si inſtitori dederim contemplatione Domini, an etiam inſtitorem habeam obligatum? 3.*
*Si ſtipuler ſolutionem à procuratore, cui pecuniam dedi, ut ſolvat creditori meo principalis, an contra principalem adhuc ſuperſit actio N. G.? n. 4.*
*Abundans cautela non nocet. 5.*
*Pecuniam ad me transferendam ſuſcipiens ſine mandato meo qua actione teneatur? 6.*
*Creditor non pupilli, ſed tutoris fidem ſequitur, & tutor tenetur. 7.*
*An ſi quis lucri ſui cauſâ ad neg. alterius accedat habeat actionem neg. geſt.? 8.*
*Proprium negotium (ſecus, ſi ſit commune) gerens, quaſi meum, an conveniri poſſit act. N. G? 9.*
*Si mihi tecum commune negotium mandem Titio, an hic contra te habeat actionem? 10.*
*An libero, qui ſe ſervum meum eſſe exiſtimans meum negotium geſſit, competat Act. N. G? 11.*
*Quod contemplatione filii geſtum eſt, an & quando à Patre repeti poſſit? 12.*
*An de re, non nomine meo geſta, conveniri poſſim hac actione? 13.*
*Ex ratihabitione mandati, an verò neg. geſt. actio oriatur? 14.*
*An poſſidens liberum, ut ſervum bona fide, teneatur liberi abſentis negotia gerenti? 15.*
*Num is, cujus negotia non intendi gerere, ſi tamen ex errore geſſerim, mihi obligetur? 16.*
*Caſus paragraphi. 17.*
*Si alienum negotium meo nomine geratur, ut ego ratificem, an exinde tenear? 18. ſeqq.*
*An & quando neg. geſtor ad alia etiam, quàm quæ ſuſcepit, gerenda teneatur? 21.*
*An ſi negotium ſit ſtricti juris etiam uſuræ debeantur? 22.*

IN *princ.* dicitur, dupliciter ad aliquem negotium
a pertinere. (1.) Proprietate. (2.) Cura & ſollicitudine, quibus addunt (3.) ipſam geſtionem, quatenus quis in rem meam quid expendit. *Bart. ad h. l. §. 9. Menoch. conſ. 963. num. 20. & ſeqq.* quibus *Menoch. de ſignato loco* addit quartum, ſcilicet ratihabitionem, Si Tutoris contemplatione negotium pupil-
2 li geram, utriuſque eſt negotium, tutoris, cura & ſollicitudine; pupilli, proprietate ergo utrumque habeo obligatum, ſed ſi me tutor conveniat, tenetur mihi præſtare cautionem de indemnitate, ſi me pupillus aliquando conveniret. *L. 31. §. 1. h. t. vid. Manz. ad h. t. num 66. ſeqq.*

3 *Ad §. 1.* Mutuo dedi tuo inſtitori 100 thal. ut pignus tuum liberet, ideoque tui contemplatione contraxi, ſic te habebo obligatum, ſed an etiam inſtitor tuus proprio nomine obligatur? N. quia tui contemplatione mutuo ipſi dedi. Colligunt, ex contractu cum Inſtitore vel procuratore, contemplatione Domini inito, inſtitorem non obligari, niſi obligationem in ſe receperit. *Carpz. dec. 10. Boer. dec. 80. num. 4. Decius conſ. 510. Soc. jun. conſ. 17. num. 9. 13. & 20. vol. 2.*
Sed quæritur in §. 1. quid ſi ſtipulatus fuerim ſolutio-
4 nem à procuratore tuo, annon tunc procuratoris fidem ſim ſecutus, annon contra procuratorem detur actio ex ſtipulatu. Aff. Sed ex hoc non ſequitur, quod animum negotium tuum gerendi depoſuerim, ſed præſumor à procuratore ſtipulari ex abundanti majo-
5 ris cautelæ causâ, ut haberem procuratorem ex ſtipulatione, te ex negotiorum geſtione obligatum: Sic ergo notanda hic regula: quod abundans cautela non
6 noceat *l. 17. C. de Teſtament. Barboſa locupl. libr. 1. c. 6. axiom. 1. & 3. Klock. vol. 1 conſ. 51. num. 205.* Autor *in C. d. L. de Teſtam. L. 17. num. 3. & 4.* In §. 2. dicitur, eum, qui pecuniam ad me perferendam acceperit ſine mandato meo, teneri mihi actione negotiorum.
7 Collige *ex hoc* §. ubi creditor non pupilli, ſed tutoris fidem ſequitur, hunc teneri. *Dn. Mev. p. 4. dec. 188. num. 5.*
8 *Ad §. 3.* Si quis lucri ſui cauſâ, & animo deprædandi, ad alterius negotia accidat, non recuperat expenſas niſi ex iis locupletior redditus. *Dn. Molina tr. 2. diſp. 554. num. 3.* Autor *in C. h. ad L. 22. nu. 2.* Et ſic geſtor tenetur actione negotiorum, ſed dominus non tenetur, quia non hujus, nec alterius cujuſquam, ſed ſuum potius negotium geſſit Sed quatenus locupletior factus dominus, eatenus tenetur. *Capyc. dec. 180. nu. 3. & ſeqq. Dn. Manz. ad h. t. num. 48. & ſeq.* In §. 4.
9 proponitur, quod aliquis per ſupinam negligentiam & ex ſimplicitate *l. fin. C. Arb. tut.* ſuum ac proprium negotium geſſerit, ſed quaſi meum, hoc caſu actionem negotiorum naſci bona fides impedit Nam non eſt geſtum alienum negotium, quod hîc neceſſarium. Quando verò quis commune ſibi mecum negotium ſine mandato geſſerit, tenebitur mihi ratione partis
10 meæ, & tenebor illi. Idem ſi mihi tecum commune negotium mandem Titio, quæritur, an ille contra te, qui ipſi nihil mandaſti, habeat actionem & tu contra illum? Respondetur aut ſciens ea parte tuum hoc negotium geſſit, aut ignorans; illo caſu habet ne-
11 gotiorum geſtorum actionem, hoc caſu non. In §. 5. quæritur, ſi quis liber, qui ſe ſervum meum eſſe exiſtimavit, meum negotium geſſit, naſcitur hæc actio negotiorum geſtorum: Reſp. quia ex re, non ex animi
12 deſtinatione hæc actio oritur. *ut dictum ad l. 5. h. t.* Sententia §. 1. hæc eſt. Contemplatione filii tui ejus negotia gero, datur actio neg. geſtorum contra te; ſed peculio tenus, non in ſolidum: ſi verò tui intuitu geſſerim: datur actio in ſolidum: qui ſi verò inutilem filio ſervum emi, contemplatione filii tui, tu verò ratum habes? Non teneris in ſolidum, ſed peculio tenus, quia eatenus tantùm ratum habere videris. Sed
13 ſi nihil in peculio? quatenus locupletior es. Unde regula: quod meo nomine geſtum non eſt, non poſſum ratum habere *c. ratum eo. de R. J. in 6.* quod limitant, niſi re ipſa de re noſtra, licèt non noſtro nomine, quid geſtum, aut ego in mei præjudicium ad ratum habeam. *L. fin. ff. h. t. l. 16. §. 1. de pignor. L. 3. C. de contrah. emt. Barb. l. 16. c. 4. ax. ult. Petrus Peckius, Dynus & Canuſius ad d. c. Benedictus de Capra Reg. 54. num. 6.* Nota ergo, patrem poſſe ratum habere, quod filii nomine geſtum, ratione patriæ poteſtatis & lucri adquiſiti. *Sebaſt. Sapia in rep. l. 1. nu. 54. C. qui admitti. l. 8. rep.* Circa ratihabitionem, an ex ea mandati actio, an verò negotiorum ge-
14 ſtorum, diſtinguitur, Si meum ſit negotium, &

meo nomine à te geſtum, ſi accedit ratihabitio,
mandati datur actio *l. Semper. 60. de R. J.* cum qua
tamen actio negotiorum geſtorum concurrit. *L. 9. h.
t.* Si verò meum negotium, & meo nomine non ge-
ſtum; tunc actio negotiorum geſtorum; idem, ſi alie-
num negotium, ſed meo nomine geſtum, & ad me
inde aliquid pervenit, per *h. l. §. pen.* ſi nihil perve-
nit, ratihabitio nullum habet effectum. *§. 5. Pacius cent.
2. qu. 53. Philipp. Matth. ad l. 60. num. 11 Treutl. diſp.
10. th. 6. lit. B. Bronchorſt. cent. 2. aſſert. 47. Hill. lib. 15.
c. 15. lit. C. Petrus Greven. Ex. 5. th. 6.* Autor *in C. h.
ad L. 9. num. 2. In §. 7.* proponitur hic caſus, Pamphi-
15 lum, ut ſervum, poſſides bona fide, ego Pamphili ab-
ſentis negotium geſſi, an habeo te obligatum? Diſtin-
guitur (1.) utrum habeam pro tuo ſervo, an verò pro
libero (2.) Diſtinguendum inter ea, quæ ſequuntur
Dominum putativum, & quæ hominem liberum bo-
na fide poſſeſſum. Nam qui bona fide poſſidet pro
ſervo liberum, eum ſequuntur ea, quæ adquirit ſer-
vus putativus ex re Domini vel ex operis ſuis. Ergo
reſpectu harum rerum habeo te obligatum, reſpectu
cæterarum ipſum Pamphilum. In §. 8. quæritur, ſi ne-
16 gotium tuum volui gerere, & dedi pecuniam, ne
Pamphilus occideretur, cùm tamen ſervus non ſit
tuus, ſed Titii, an contra Titium habeam actionem;
Reſp. affirmativè. Ratio *in l. 5. h. t. & hac l. §. 5.*
17 *Ad §. 9.* Cùm ego putarem, Titium tibi ære eſſe
obſtrictum, eum interpello, qui meis verbis credens
mihi ſolvit, tu ratam habens ſolutionem, ut ſolent
hodie compendia nulla repudiare, facis, ut Titio de-
tur contra te condictio indebiti, & mihi contra te
de reſtituenda pecunia, & tibi contra me actio ne-
got. geſt. competit de expenſis. *Molina tr. 2. d. 553.
num. 8. Julianus ad h. §. tomo. 1. p. 182.* Unde ſequitur,
18 alienum negotium non pertinens ad me, ſi tamen meo
nomine geratur, & ego ratificem, quod tunc, ſi utili-
tatem inde percipiam, fiat meum negotium, quod
etiam habetur *in duobus ſequentibus §§.* Alienum ita fit
meum. *Joh. Bapt. Nicol. tom. 1. regul. Libr. 1. in voce.
19 alienum p. mihi 71.* Nam *in §. 10.* credidi te eſſe Titii hæ-
redem, cum tamen Sejus ſit, & ita nomine tuo ac tuum
negotium geſturus exigo debitum ab aliquo debitore
hæreditario, quod tu ratum habes & pecuniam exa-
ctam retines, hîc revera tuum negotium geſſi. Et in
20 petitione hæreditatis à Sejo conveniri potes. Aliud
dicitur eſſe *in §. 11.* ſi hæreditarias ædes, quaſi tu eſ-
ſes hæres, cùm non ſis, tui contemplatione repara-
verim, nam licèt id ratum habueris, quia tamen repa-
ratio in tuum commodum verè non facta, ideoque
negotiorum actione ex ratihabitione non teneris.
21 *Ad § fin.* Inter tutorem & negotiorum geſtorem
hoc intereſt, quod ille negotia omnia, hic ea tantùm,
quæ ſuſcepit, gerere teneatur. *L. 20. C. h. t.* Limitatur
(1) niſi alius erat geſturus omnia, ſciente geſtore (2)
ſi geſtor eo animo acceſſit, ut omnia geſturus, ut ne-
gotiorum geſtor univerſalis, & tamen quædam non
geſſit. (3) Si à ſe ipſo exigere neglexit; nam quod alios
debitores convenire non potuerit, habet rationem ob
defectum mandati; ſed quod à ſe ipſo non exegerit,
nullam habet excuſationem. [4] Si negotiorum geſtor
fuerit conjuncta perſona, quæ ſine mandato agere
potuit, per *L. maritus 21. C. de procur. ibique* Au-
22 tor *numer. 16. Et ad L. 12. C. de Procur. numer. 9.*
Collige ex textu, negotium ſtricti Juris ſi ſit, & ita
non debeantur uſuræ, quod tamen ob negotiorum
geſtionem ſuſceptam ad uſuras teneatur. *vid. Molin.
diſp. 533. num. 6. Petr. Geven. Ex. 5. th. 7. Dn. Manz.
ad h. t. num. 96. & ſeq. Capra reg. 65. num. 10. Anton.
de Butrio in c. non injuſtè. n. 26. de procurat.* Autor *in
in C. h. t. add L. 20. nu. 9.*

## ad L. Quia tantundem. 7.

### SUMMARIA.

*Quæ in b. f. judiciis debeantur? n. 1.*
*An actio neg. geſt. ſit bonæ fidei? 2.*

1 IN bonæ fidei judiciis ea officio judicis debentur,
quæ in ſtricti Juris judiciis diſertè caveri ſolent,
v. gr. de uſuris, de quibus dixerat in §. *ult. Leg. præced.*
quod Neg. Geſtor earum pecuniarum, quas à ſe ipſo
2 exigere debuerat, uſura inferre teneatur, quia ſc. eſt
b. f. negotium. Regula hujus legis, ſcil. quod tantun-
dem faciat officium judicis in bonæ fidei judiciis,
quantùm in ſtipulationibus expreſſum eſt, ſæpe ſolet
allegari & eſt quotidiana. Actionem neg. geſt. b. f.
actionem eſſe, hîc dicitur *& in §. 28. I. de Act.* & ſic
à tempore motæ currere uſuras. Autor *in C. de Pre-
cib. Imper. ad L. 2. n. 4.*

## ad L. Si autem is. 8.

### SUMMARIA.

*An, qui negotia alicujus gerit, teneatur ejus debita exi-
gere? num. 1.*
*An, qui mea neg. univerſa gerit, teneatur à ſe ipſo debi-
tum exigere? 2. & 3.*
*An hæc in foro utilitatem habeant? 4.*
*An is, qui agrum meum ab aliquo evicit, & plures,
quàm debebantur, fructus accepit, teneatur mihi illos
reddere? 5.*
*Quid in foro conſcientiæ hoc paſſu obtineat, & moribus?
6. & 7.*
*Judex, quando reum condemnat, rejecta exceptione com-
penſationis, an nova actione debitum peti poſſit? 8.*
*An is, qui duorum ſociorum negotia gerit, habeat actio-
nem etiam contra prohibentem? 9.*

1 GErit quis negotia fratris, quæritur, an ejus de-
bita exigere debuerit? Videtur quod non, quia
conveniendi alios facultatem ſine mandato non ha-
buit. Sed affirmatur, quia potuit offerre cautionem de
rato, *L. 21. C. de procurat. ibique* Autor *numer. 16.*
Multò magis ergo debuit exigere à ſe debita. Po-
2 ne ergo, te mea negotia univerſa gerenda ſuſcepiſ-
ſe, ſed tu ipſe actione ædilitia mihi teneris; exa-
cto ſemeſtri, exſpiravit illa actio, non te poſſum
actione ædilitia convenire, ſed poſſum te conveni-
re negotiorum geſtorum actione, quod debitum eo
3 nomine non exſolveris. Pone, illum geſtorem mi-
hi etiam ex Lege Aquilia obligatum, moritur ge-
ſtor, hæredem actione Legis Aquiliæ convenire non
poſſum, quia actio hæc ex delicto ad hæredem non
tranſit, ſed actione negotiorum geſtorum poſſum
hæredem convenire, eo quod defunctus mihi de dam-
no non ſatisfecerit, & damnum reſtituerit. Hæc, ut
4 acutè ab Ulpiano dicta, notanda; poſſunt enim ali-
quando in foro utilitatem parere. Videtur mihi ſi-
mile exemplum, quod is, qui ſolutum iterum ob rem
judicatam exigat, non habeat, repetitionem. *L. 29. §. 1.
Mandati.* Sed tamen *ex L. 6. §. 4. de Edendo.* ipſi po-
teſt ſubveniri.
5 *Ad §. 1.* Vindicaſti aliquem agrum à Petro qua-
ſi meum, obtinuiſti non tantùm agrum, ſed & plu-
res fructus, quàm quos jure petere potueris, teneris
ne fructus illos per injuriam quaſi evictos mihi ſolve-
re? Videtur quod non, quia indebitè hæc quæſita;
Sed affirm. hîc *L. 33. h. t.* unde regula notanda, ne-
gotiorum geſtorem etiam ea, quæ indebitè quæſita,
ſcilicet ex eo negotio alieno ſuſcepto, teneri reſti-
6 tuere. Ego putarem, hæc illicitè & indebitè quæſita,
ſi de foro conſcientiæ loquamur, nec ad geſtorem,
nec ad dominum pertinere, ſed illi reſtituenda, qui-
bus per obreptionem & indebitè extorta. Quod hîc
7 rectè ad hanc legem notat *Cenſ. Gallicana,* licèt *Groen-
wegen* ad eum caſum reſtringere videatur, quando
habeti

haberi potuit copia ejus, qui ſolvit indebitè. Nam quod *Grœnwegen* putat, ſi non repetat læſus, ei non eſſe hoc reſtituendum, in foro conſcientiæ vix obtinet, niſi colligatur animus remittendi ex conjecturis.

8 *Ad* §. 2. Quando Judex condemnat reum, inſuper habita vel neglecta exceptione compenſationis, tunc omnino directæ actioni locus eſt, ſed quando debitum ad compenſandum inductum, præcedente plena cognitione cauſæ rejectum, tum nova actione peti nequit. *vid. infra l. 7. §. 1. de Compenſat. & ibi notatata. numer.* 4.

9 *Ad* §. 3. Geſſi negotium commune duorum ſociorum, quorum unus tamen prohibuit, ne gererem, quæritur, an etiam actio detur contra probibentem? Neg. *ob l fin. C. h. t.* Sed an detur contra eum, qui non prohibuit? Aff. ita ut ſocius, qui prohibuit, ex nulla parte, neque per ſocium, neque per ipſum geſtorem aliquid damni ſentiat. Sed an, qui non prohibuit, tenetur in ſolidum? Id *Gl. hic & Caſtr. ac poſteum Bach. in Tr. d. 10. th. 6. lit.* C. negat, ſed pro parte, ut ita prohibitio vim ſolutionis habeat. *Vid. etiam Ronchegallus ad L. eadem. 9. §. ſed ſi quis. n. 45. ff. de duobus Reis. Manz. ad h. t. num.* 55.

## ad L. Pomponius. 9.

### SUMMARIA.

*An, qui negotia mea malè geſſit, teneatur neg. geſt. actione? n.* 1. 2.

*Qualem hoc caſu actionem Geſtor habeat?* 3.

1 SPecies facti hæc: Geſſiſti negotia mea ſed malè, ego tamen rata ea habeo, quæritur, an tenearis actione neg. geſtor.? Pomponius negat, & inde infert, antè ratificationem pendere actionem; nam ſi ſemel nata eſſet, non poſſet tolli nuda ratificatione. Sed Scævola affirmat, dari act. geſt. neg. non quidem ad reprobanda ea, quæ ſemel probata, ſed ad reperenda ea, quæ nomine meo accepiſti. Nota, in verbis (Scævola imò puto) deſinere ſermonem Pom-
2 ponii. *vid. Trentl. d. d. 10. th. 6. A.* Quotidie *ex hac lege* allegant regulam, Probatum ſemel, reprobari amplius non poſſe. *Barb. lib. 14. ax. 37. c. quod ſemel. de R. J. Menoch. conſ. 364. numer. 17. Dn. Mevius p. 3. dec.* Autor *in C. tit. de Aſſeſſor. ad L. 5. 6. & 12 num. 6. & 7. Et ad L. 3. num. 5. C. ad L. Cornel. de fals.* Et nota *in fine*, etiam poſt ratihabitionem dari negotio-
3 rum actionem, quod etiam confirmat *L. 6. §. 9. ff. & l. 9. C. h. t.* Sed geſtor contra ratum habentem habet actionem mandati. *L. 60. de R. J. vid. Hill. in Don. l. 15. c. 15. lit.* C. Autor *ad L. 9. nu. 2. & 3. C. h. t. Et ad L. 2. n. 3. & 4. C. de Profeſſor.*

## ad L. Sed an ultro. 10. pr.

### SUMMARIA.

*An illi, qui negotia mea malè geſſit, quæ tamen approbavi, teneat ratione ſumtuum? n.* 1.

*An neg. geſtor habeat actionem, ſi geſtio non habeat utilem eventum?* 2.

*Si domino ab initio non expediat, talia negotia geri non datur h. actio.* 3.

*Conſilium pro Neg geſtoribus.* 4.

1 MInùs rectè geſſi tua negotia, approbaſti tamen directa actione me convenire nequis, ergone te contraria actione ratione ſumtuum convenire poſſum? Videtur quod non, quia iniquum videtur, eum, qui culpam remiſit, conveniri ad ſumtus culposè factos reſtituendos; Sed reſp. quod ſic, quia ſi noluiſſet Dominus geſta approbare, nulla invicem daretur actio, ſed poſtquàm approbavit, invicem naſcitur actio. Et aliàs, ſi unus remittat jus ſuum, alteri tamen jus ſuum ſalvum manet. *L. 56. ff. de pact. vid. Bach. in Tr. d. 10. th. 6. lit.* Autor *in C. h. ad L. 22. n.* 2.

2 *Ad* §. 1. Negotium utiliter geſtum eſſe ſufficit, licèt utilem non habeat eventum. *Molina d. diſp. 554. num.* 2. Autor *in C. h. t. ad L. 2. n. 5.* & ideo, ſi intentio bona gerentis, & res Domino utilis quod ad ſpeciem & communem omnium opinionem, non finis, ſed principium conſiderandum. *Gail. lib. 2. obſ. 8. nu 3. Manz. ad h. t. n. 77. Zœſ. nu. 12. Barbatius conſ. 46. & conſ. 71. vol. 4.* Autor *in C. tit. Mandati ad L. 4. nu. 2. & 3.*
3 Ergo ſi ſtatim ab initio Domino non expediat, v. gr. Si Dominus inſulam, quaſi impar ſumtui dereliquerit, non datur actio negotiorum geſtorum, quia non geſſit utiliter negotium, qui rem non neceſſariam & quæ oneratura eſt patremfamilias, aggreditur. *Cujac. l. 17. obſ. 39. Manz. ad h. t. num.* 80. Dominum ergo debet reſpicere utilitas, ne oneretur à geſtore excogitatis expenſis, & multiplicatis ſumtibus, quibus impar Dominus rem ſuam cogatur relinquere. Ideoque utilis-
4 ſimum geſtori, abſente domino conſilium Magiſtratus vel amicorum requirere. *Vide in ſimili Garciam de Expenſis c. 1. num. 30. & 5.* Colligitur etiam *ex hac lege*, quod ad ſuperfluas expenſas, vel quas prudentes pro ſuperfluis habent, quæ Dominum gravant, non juvant, Dominus non teneatur. *Gail. lib. 2. in fine. Molin. d. l. n.* 5.

## ad L. Si negotia. 11.

### SUMMARIA.

*Ad quamnam culpam teneatur geſtor? n.* 1.

*An, ſi geſtor in quibuſdam lucratus ſit, in aliis damnum dederit, dominus poſſit utilia approbare, inutilia repudiare?* 2.

1 NEgotiorum geſtor tenetur de culpa leviſſima, ſi alius diligentiùs fuiſſet adminiſtraturus & hic ſe obtulit. §. 1. *J. de Oblig. ex quaſi contractu.* aliàs tantùm ad levem; ſi verò negotia planè aliàs deſerta jacuiſſent, tantùm ad culpam latam. *Molina d. diſp. 553. nu.* 4. licèt alii variè diſſentiant *Donell. & ibi Hill. l. 15. c. 15. lit. F. Trentl. d. diſp. 10. th. 5. lit.* C. Autor *in C. h. t. ad L. 20. num.* 12. ſi etiam negotia patrisfamilias inuſitata tentarit, & inſolita aggreſſus ſit, in culpa eſt, & ſic ob præcedentem culpam etiam ipſi caſu imputatur. *l. 22. h. t. Buſius hic.* Autor *in C. h. ad l. 22. num.* 2. Si verò in quibuſdam Domino quid lu-
2 cratus eſt, in aliis damnum dedit, damnum cum lucro compenſandum, nec poſt Dominus utiliter geſta rata habere, cætera repudiare. *Molin. de J. & J. d. 554. num.* 4. cùm nec pupillus nomina à tutore contracta quædam agnoſcere, quædam repudiare poſſit, ſed aut omnia agnoſcere, aut omnia repudiare teneatur. *l. cum quæritur. 16. ff. de Adm. tut.* Nec obſtat. *L. 23. §. 1. Pro ſocio.* Nam in ſocietate aliud, quia ibi tertius intervenit. *Chriſtoph. Sturzius in L. Ex qua perſona. 149. de R. J. n.* 6.

## ad L. Succeſſori. 12.

### SUMMARIA.

*An inter hæredem capti ab hoſte & hujus negotiorum geſtorem detur actio? nu.* 1.

*An negotiorum geſtor filiiſfamil. militis teſtamentum condentis, contra ejus hæredem habeat actionem?* 2.

*An ſufficiat, ſi negotia ſive vivi ſive mortui fuerint, utiliter geſta, licet eventus non reſpondeat? n.* 3.

*Quando utiliter quid geſtum dicatur?* 4.

1 FUit quis captus ab hoſte, cujus negotia geſſit, ſed ille in captivitate mortuus, quæritur, an inter ejus hæredem & me negotiorum geſtorum actio detur? Quod affirmatur. Nam licèt ille in ſervitute ſit mortuus, ob fictionem tamen Legis Corneliæ in ipſa acie, in qua captus eſt, mortuus fingitur, &
2 ſic hæredem habuit. Sed quis, ſi filiusfamilias ſit miles & de peculio Caſtrenſi Teſtamentum

fecerit, & ego ipſius oegocium geſſi, ao inter hæ-
redem eius & me eſt negotiorum actio? Qucd affir-
matur. In §. 2. fit comparatio inter negotia vivi &
3 mortui. Nam utroque caſu ſufficit, ſi utiliter geſſe-
rim, & omnes dicant, me utiliter & bene geſſiſſe, li-
cèt eventu oon reſpondeat, & optimè cogitata poſ-
ſimè cadat. *hic & l. 10. §. 1. h. t. Manzius de Neg. geſt. num. 77. & ſeqq.* Neceſſe verò eſt, ot reſpectu illius
4 Domini utiliter quid geſtum ſit & ipſius interfuerit
*d. l. 10. §. 1.* & non tantùm in genere, licèt eventus non
reſpondeat. *vid. Bachov. ad h. t. c. 6. num. 3.* Autor *in C. h. t. ad L. 2. num. 5. & 6.*

## ad L. Debitor. 13.

### *SUMMARIA.*

*An creditor debitoris defuncti hæreditatem curandam ſuſcipiens, ſi pecunia à debitoribus defuncti exacta ſeponatur & pereat, creditum amittat? nu. 1.*
*Quid, ſi juſtam cauſam ſeponendi pecuniam habueris? 2.*

1 Titios mihi debet quinqoaginta & deceſſit, cujus
hæreditatem ego curandam ſuſcepi & nomen hæ-
reditarium exegi, quod eſt 100. thalerorum, vel ex ven-
ditione rei hæreditariæ tantùm confeci, quæ in arca
repono, quæ pecuniæ furto, vel incendio periere. Im-
pendi etiam 10. thaleros in negotia hæreditaria. Quæ-
ritur, an poſſim quiqoaginta petere & illa 10. quæ im-
pendi? Reſpondetur, me 50. petere non poſſe ex mu-
tuo, nec impenſos illos 10. thaleros, quia pecuniam
ſeponere noo debui, ſed mihi aliiſque creditoribus
hæreditariis ſolvere. Hoc enim boni patrisfamilias
eſt, ex pecunia parata ſe ab ære alieno liberare, &
ſtulti eſt, pecuniam otioſam ſepooere, ſi urgearis ære
2 alieno. Sed hoc limitatur, niſi juſtam haboerim cau-
ſam ſeponendi pecuoiam, id eſt, ſi opus fuit reſer-
vare pecuniam, ne booa ob non ſoluta tributa publicarentur, vel periculum pœnæ ex trajectitia pecunia immineat.

## ad L. Si filiusfamil. 14.

### *SUMMARIUM.*

*Ex negotiorum geſtione filiifamil. an & pater, & qua actione teneatur?*

Filiusfamilias, ſi negotia alicujus geſſerit, tenetur non tantùm ipſe filius, ſed & pater negotiorum geſtiooe, de peculio, vel de in rem verſo, ſi pecuniam in utilitatem patris vertit. Idem in ſervo ac ancilla.

## ad L. Pomponius. 15.

### *SUMMARIA.*

*An Pubes, cujus adhuc impuberis negotia geſta, teneatur ultra, quàm quatenus locupletior factus eſt? numer. 1.*
*In omnibus contractibus initium ſpectandum. 2.*

1 Negotium pupilli & filiifamilias gero, interim
pupillus fit pubes, & filius familias ſui juris, quæ-
ritur, an nihilominus pubes eatenus tantùm teneatur,
quatenus locupletior factus, & is, qui ſui juris jam,
in quantum facere poteſt, ex beoeficio prætoris? Vi-
detur quod non, quia res io alium ſtatum jam dedu-
cta. Sed affirm. quia initium negotii ſpectaodum; niſi
poſtquàm pupillus pubes factus, aliud oovum aggre-
2 diar negotium, tunc enim diverſi ſunt contractus. Er-
go ſuperior regola non valet. Colligitur regula quo-
tidie ex hoc textu allegata, quod initium cujuslibet
contractus reſpiciendum ſit, & qualitas ſoperveniens
non tollat vel mutet originalem oaturam. *vid. L. 17. t. 80. ax. 5.* Autor *ad L. 3. num. 2. C. ad SCt. Macedon.*

## ad L. Sed & cum aliquis. 16.

### *SUMMARIA.*

*Si quis plura negotia ſimul, non ſucceſſivè ſuſcipiat, an tot ſint contractus, quot negotia? n. 1. & 3.*
*Quænam hujus quæſtionis utilitas? 2.*

1 Si quis plura vel omnia oegotia mea adgrediatur,
noo ſunt tot coottactus, id eſt; quaſi contractus,
quot ſunt oegotia; Nam animus ipſius adſpiciendus
eſt, qui poteſt plora vel omoia mea negotia gerere.
2 Ergo unus eſt quaſi contractus, cujus rei utilitas eſſe
poteſt in eo caſu, qoando io uno caſu lucrum, mihi
promovit, io altero damnum dedit; Nam quia uous eſt
quaſi contractus, damnom & lucrum licèt in diver-
ſis negotiis factum, compenſari poteſt, ſicut in man-
dato tradidi ad *l. 4. C. mandati. n. 4.* Sed ſi quis unum
3 tantùm negotium aggrediatur, eo ſioito autem aliud,
tunc ſunt diverſi quaſi contractus.

## ad L. Eum actum. 17.

### *SUMMARIUM.*

*Servus liber factus, an teneatur de iis, quæ in ſervitute geſſit?*

Si ſervus mea negotia geſſit, & poſtea quàm geſſit liber factus, tunc tenetur non de iis, quæ in ſervitute geſſit, ſed tantùm de iis, quæ geſſit jam liber factus, niſi poſt adeptam libertatem geſta iis, quæ in ſervitute geſta, ſint coonexa, & ita ſeparari non poſſint, quod exemplo hîc declaratur, ſervus cùm adhuc eſſet, aream emit, & in ea domum ædificavit, ſed domus corruit; poſtea liber factus aream locavit, locatio ſola in negotiorum geſtorum actionem veniet.

## ad L. Proculus. 18.

### *SUMMARIUM.*

*An ſervus alienus mea negotia gerens poſt manumiſſionem teneatur de non geſtis in ſervitute?*

Servus tuus mea negotia geſſit, & aliquid impendit, quod ſolvere ſibi potuit ex peculio, ſed non ſolvit, verùm integrum peculium manumiſſor reſtituit. Hic ſervus liber factus perſeverat in admioiſtratione *juxta legem præcedentem*, an mihi teoetur actione negotiorum geſtorum ex eo, quod ſibi oon ſolvetit, cùm potuiſſet ex peculio ſibi ſolvere, quod *in l. 19.* extenditur, licèt oihil io peculio fuerit, ſi modò poſtea habuit & in geſtione poſt manumiſſionem perſeveravit, ſicut eoim liber homo præſcriptione non liberatur, ſi ſibi ſolvere potuit, etiam ſervus perſeverans io geſtione, teoetur de noo geſtis in ſervitute, licèt manumiſſione liberatus videatur.

## ad L. Atqui natura. 19.

### *SUMMARIA.*

*Servus negotiorum geſtor à quo tempore debeat rationes reddere? n. 1.*
*Si libero homini, quem b. f. ut ſervum poſſideo, quid mandaverim, an detur actio mandati vel N. G. n. 2.*
*Neg. meorum geſtor rem meam ignorans emit, an teneatur mihi eam jam uſucaptam reſtituere actione neg. geſt.? 3.*
*Cautela hoc caſu obſervanda. 4.*
*An Advocatus poſſit uti fraude ad fraudem excludendã? 5.*
*In N. G. actione, an etiam uſuræ veniant? 6. & 7.*
*Conſuetudinem domini debet attendere neg. geſtor? 8.*
*An contra captivum reverſum ejus geſtori detur act. N. G.? 9.*

De

1 DE *principio legis* dictum *ad legem praced. I.* §. 1.
dicitur, quod licèt negotiorum geſtor à capite
ad calcem debeat rationem reddere, hoc tamen in ſer-
vo geſtore ita intelligendum, ut à tempore libertatis
adeptæ rationem reddere teneatur: nam de iis, quæ in
ſervitute conſumta, non tenetur, ſed à negotiorum
geſtione hactenus abſolvitur: Verùm, ſi ſolvere ſibi
potuit ex peculio id, quod naturaliter ipſi debeba-
2 tur, tenetur. Autor *in C. h. t. ad L.* 21. *num.* 2. In §. 2.
Petro, qui liber quidem erat, ſed bona fide ut ſervus
à me poſſidebatur, aliquid mandavi, quæritur, an
actio mandati contra eum locum habeat? Et id ne-
gatur, quia non ex libera voluntate id negotium ex-
pedit, ſed quaſi ex ſervili neceſſitate. Igitur ad ne-
gotiorum geſtionem id accommodat ICtus. Et ita ne-
ceſſitas putativa non impedit actionem negotiorum
geſtorum. Hæc enim actio variis figuris, & caſibus
3 adaptatur. *Paragraphi tertii* hæc eſt ſpecies: Qui ne-
gotia mea gerebat, ab alio rem meam ignorans bona
fide emit; cùm ignoraret eſſe meam, & eam uſucepit,
an tenetur mihi actione negotiorum geſtorum reſtitue-
re? Nego, quia emendo, non meum, ſed ſuum
negotium gerere voluit; ſed ſi ante impletam uſuca-
pionem cognoverit, rem eſſe meam, bona fides exi-
git, ut eam mihi reſtituat, quia negotia mea gere-
4 bat. Poterit tamen ſubornare aliquem & ſubjicere, qui
ab eo vindicaret rem meo nomine: nam commodiùs
eſt, ſubjicere hominem, qui ſibi eam rem nomine
meo evincat, quàm ultro rem meis rationibus in-
ferre, ſiquidem hoc caſu non haberet ratione evi-
ctionis venditorem obligatum: quod notetur pro
cautela, qua quis ſibi poteſt conſervare actionem de
evictione, & alii præcidere cauſam agendi ſecum.
5 *Cujac. in lib. 9. Pauli ad Edictum. pag. mihi* 915. Neque
hæc cautela iniqua tantùm conſervat jura utentis ea-
dem, & excludens fraudem. Et hinc defendi pote-
rit nonnullorum opinio, quod Advocatus poſſit uti
fraude, ad excludendam fraudem Adverſarii, & hoc
non eſſe fraudem inferre, ſed fraudem repellere. *Hip-
pol. de Marſil. ſing.* 1771. *Tiraq. de Retracta in Præfat.
nu.* 68. *Baeh. ad tit. de Dolo c.* 1. *num.* 7.

6 *In* §. 4. in actione negotiorum geſtorum directa
non tantum ſors venit, ſed etiam uſuræ *ut ſupra di-
xi*, quas ex pecunia aliena geſtor percepit, ne de
alieno lucrum ſentiat, ſcilicet uſuræ ex ea ſumma,
quæ deductis expenſis ſupereſt; vel etiam uſuræ, quas
percipere potuit, nec percepit; ſcilicet ſi is, cujus
negotia ſunt, pecuniam fœnori exponere ſolebat;
debuit enim, qui ejus negotia gerenda ſuſcepit,
eum imitari, & facere, quod is facere ſolebat. Et in
7 contraria actione etiam veniunt uſuræ, quas geſtor
præſtitit nomine alieno, vel quas ex ſua pecunia per-
cipere potuit, ſi ſolitus fœnerari. *Cujac. d. l. pag.* 916.
8 Autor *ad L.* 24. *num.* 1. *C. de Uſuris*. Collige, negotio-
rum geſtorum debere attendere conſuetudinem Do-
mini. *Aug. Berous conſ.* 193. *nu.* 16. *vol.* 2. Aliter ge-
ſtor negotiorum mercatoris, aliter nobilis viri gere-
9 re debet. In §. 5. *ſeu ultimo* quæritur, ſi ejus, qui cap-
tivus apud hoſtes detinetur, geſſerim negotia, an, ſi
reverſus fuerit, poſſim agere hac actione neg. ge-
ſtorum? quod affirmandum, quia jure poſtliminii
ſemper in civitate fuiſſe fingitur, ratio dubitandi in
textu habetur & levior eſt.

## ad L. L. Sin autem. 20.

### SUMMARIUM.

*An contra captivi in captivitate mortui hæredem detur actio negot. geſt.?*

IN *fine legis præcedentis* dixerat, eum qui capti-
vi reverſi negotia gerit, habere negotiorum actio-
nem. Hîc quæritur, ſi captivus in captivitate moria-
tur, an detur contra eum, qui captivi defuncti hæres
eſt, actio negotiorum geſtorum? Quod affirmandum
eſt, ob fictionem Legis Corneliæ, quæ in acie de-
ceſſiſſe fingitur.

## ad L. Nam & Servius. 21. §. 2.

### SUMMARIA.

*Si duo captivi pro tertio dimiſſo, ut lytron pro tribus afferret, emanente ſolverint, an & quam contra hunc habeant actionem? n.* 1. *ſeq.*

*Hereditatis jacentis negotia gerens an ſibi obliget etiam pupillum hæredem?* 3.

*Principali mortuo, qualia negotia gerere valeat neg. geſtor?* 4.

*Qua actione teneatur, qui aliena negotia per alium geſſit?* 5.

1 SPecies facti *in principio legis* eſt hæc: Tres cives
Romani à Luſitanis tunc hoſtibus capti, quorum
unus dimiſſus hac lege, ut lytron rediens pro omnibus
tribus reportaret, & ſi emanſerit, ut duo illi in capti-
vitate retenti lytron pro tertio dimiſſo ſolvant: Non
redit dimiſſus, coguntur ergo duo illi pro tertio ly-
tron ſolvere, quæritur, an duo illi habeant actionem
contra tertium? quod per ſe clarum eſt, ſed dubium
2 eſt, quænam detur actio? Equidem ordinaria nego-
tiorum actio non datur, quia non potuerunt illi duo
ſuum proprium negotium gerere ſine tertii negotio,
& fecerunt neceſſariò, non ſponte. Sed poteſt dari ne-
gotiorum geſtio ſubſidiaria. Sed hodie ſufficit, quod
actio detur, ſive illam mandati, ſive negotiorum ge-
ſtorum directam vel ſubſidiariam, ſive doli actionem
3 nuncupes. In §. 1. dicitur, eum, qui hæreditatis jacen-
tis negotia gerit, ſibi obligare hæredem, licèt pupil-
lus ſit; nam ex hoc quaſi contractu obligatur pupil-
lus non tantum, ſi ejus negotia tunc ſint, cum ge-
4 runtur, ſed etiam, ſi ejus poſtea fiant. Si principa-
lis, cujus negotia gero, ſit mortuus, non teneor no-
va negotia inchoare, teneor tamen cœpta perficere.
*Maaz. ad h. t. num.* 105.

5 *Ad* §. 3. Qui aliena negotia gerit per alium, hac
actione tenetur, ac ſi ipſe geſſiſſet. *Oldead. de Act.
Claſſ.* 4. *act.* 25. *q.* 4. §. *nec refert, quem laudat Manz.
h. t. num.* 43.

## ad L. Sive hæreditaria. 22.

### SUMMARIA.

*Frumentum in uſum familiæ meæ emens, an ſi id caſu perierit, pretium repetere poſſit? n.* 1.

*Caſus, quem culpa præceſſit, præſtari debet.* 2.

*Ex delicto nemo præmium conſequitur.* 3.

1 NEgotium meum geſſiſti & frumentum in uſum
familiæ meæ emiſti, ſed caſus contigit, quo fru-
mentum periit incendio vel direptione citra tuam cul-
pam, (nam ſi culpa præceſſiſſet caſum, omnino te-
nereris etiam caſum præſtare) hic caſus ſuperveniens
non impedit, quò minùs id, quod pro frumento de-
diſti pretium, actione neg. geſtorum repetere poſſis.
2 Collige, caſum tunc præſtandum eſſe, quando culpa
præceſſit *l.* 5. §. 4. *& l.* 15. *pr. ff. commod. Barb. locupl.* 13.
*cap.* 9. *axiom.* 3. Autor *in C. h. ad L.* 22. *num.* 2. item
ex eo, ob quod quis debet puniri, non debet præ-
mium conſequi. *hic & l.* 31. *de Arbitris & c.* 34. *X. de
ſent. Excommunicat.*

## ad L. Si quis negotia. 23.

### SUMMARIA.

*Indebitè exactum, ſi Dominus ratum habeat, negotiorum geſtor reſtituere debet.* 1.

*Indebitum ſolvens nomine Domini ab eo repetere nequit.* 2.

1 QUicquid indebitè exigit negotiorum geſtor, ſi
Dominus ratum habeat, non poteſt retinere, ſed
Dominus reſtituere id debet, quia abſtinere omni lucro & fidem præſtare debet. Sed ſi indebitum ſolverit
2 nomine Domini, ab eo repetere non poteſt, ratio
eſt, quia Dominus ratum non habuit, quia nemo indebitum ſciens ſolvit. Et culpam committit negotiorum geſtor, quod indebitum ſolvit.

### ad L. Si ego hac. 24.

#### *SUMMARIA.*

*An ſolutione facta geſtori, liberetur ſolvens? nu.* 1.
*An ante ratihabitionem mihi per neg. geſtorem competat poſſeſſio?* 2.
*Quid in mandato?* 3.

1 PEr ſolutionem factam geſtori non liberatur ſolvens, nec dominium adquiritur creditori, niſi
ſecuta ratihabitione. Unde inferunt Dd. ſi Notarius
vel geſtor pro abſente ſtipulati fuerint donationem,
quod ante ratificationem revocari donatio, & alteri
fieri, ab eoque acceptari poſſit, *Afflict. deciſ.* 300. *nu.*
2. *Decius conſ.* 226. *Cagnolus in L. ſingularia. ff. ſi certum pet. nu.* 155. licèt hanc regulam in textu in privatis,
non in Notario admittat *Hipol. Riminaldus vol.* 3. *conſ.*
242. *num.* 132. *confer. Cephal. conſ.* 33. *num.* 23. *lib.* 1.
2 Collige etiam, per negotiorum geſtorem non competere mihi poſſeſſionem neque dominium, niſi ratum
habuero negotium, & is meo nomine rem acceperit.
*Beroui vol.* 3. *conſ.* 47. *num.* 27. *& ſeqq. Maſcardus concl.*
1189. *num.* 6. *Cravetta conſ.* 252. *Klock. vol.* 1. *conſ.* 7.
3 *num.* 857. Autor *ad L.* 8. *nu.* 3. *C. de acquir. vel. retin.*
*poſſ.* Sed debet ratificatio re integra accedere. *l.* 24. *ff.*
*rem ratam haberi.* Sed aliud in mandato, ubi ratificatio in ipſo mandato continetur expreſſè vel tacitè, unde
cum nomine Agnati Titius mortuo vaſallo feudi poſſeſſionem apprehendiſſet, interim autem, antequàm
Agnatus notitiam mortis vaſalli conſequeretur, Dominus apprehendiſſet poſſeſſionem, agnato veram poſſeſſionem tribuimus in *Facultate menſe Novembr. anno*
1667. *conf. Borcholt. de adquir. poſſ. c.* 4. *num.* 30.

### ad L. Si quis. 25.

#### *SUMMARIUM.*

*Quantum geſtor repetere valeat?*

QUando geſtor plus debitò impendit, repetit tamen ea, quæ debuit impendere. *Manz. h. t. nu.*
128. *Zœſius num.* 12. *ratio in l.* 23.

### ad L. Cum alicui. 26.

#### *SUMMARIUM.*

*Si hæreditas Civitati per fideicommiſſum relicta ab herede ab inteſtato obtineatur, an pro uno adminiſtratore negot. hæred. facto non ſolvendo cæteri obligentur?*

QUidam me inſtituit hæredem cum hoc onere, ut
hæreditatem civitati reſtituerem, quod etiam
exequor. Civitas conſtituit tres curatores negotiorum
hæreditariorum, ſcilicet Cajum, Sejum & Titium, qui
inter ſe diviſerunt adminiſtrationem. Sed tu petis hæreditatem ab inteſtato, dum Teſtamentum nullitatis arguis & obtines cauſam. Interim Titius factus eſt non
ſolvendo, & quæritur, an portio Titii deficiens à reliquis duobus Adminiſtratoribus ſolvenda? Quod negatur. Et ſic mitiùs agitur cum iſtis Adminiſtratoribus,
quàm cum aliis Officialibus & Tutoribus, partim quia
diviſerunt negotia, cùm adhuc omnes eſſent ſolvendo,
deinde non Hæredis ab inteſtato negotium geſſerunt
vel gerere voluerunt, ſed Reipublicæ, & demum hæres lucrativo titulo adipiſcitur hanc hæreditatem. *Bach. in h. l. in Spicilegio.*

### ad L. Ex duobus. 27.

#### *SUMMARIA.*

*Si geſtor voluptatis cauſâ quid impenderit, an repetat? num.* 1.
*An impenſas factas in filia ſororis alenda repetere poſſim?* 2.
*Quid ſi ſint magnæ expenſæ?* 3.
*Quid ſi dixerim, me animo repetendi impendiſſe?* 4.

1 SI geſtor voluptatis & ſplendoris cauſâ quid impendat, v. g. ædes ampliores faciendo, non eas repetit. *Manz. h. t. n.* 57. *Boër deciſ.* 320. *n.* 12. *Ruinus lib.*
3. *conſ.* 23. *confer. P. Barb. ad L. divortio. §. fin. p.* 1. *nu.*
76. *ff. ſol. matr.* Sed ſemper tamen ad conſuetudinem
domini reſpiciendum.
2 *Ad* §. 1. Alui filiam ſororis pietatis reſpectu, an eo
nomine impenſas repeto? Ex *hoc* §. *& L.* 1. *&* 11. *&* 15.
*C. h. t.* reſpondetur, eum, qui vinculo pietatis & affectionis alteri eſt obligatus, præſumi pietatis reſpectu &
affectione geſſiſſe, præſertim ſi ex propriis ali non potuit; ſecus ſi bona habuit apud matrem, vel avunculum, patruum, &c. vel ſi Mater vel Avunculus ipſi
debuit. *vid. not. ad L. alimenta* 11. *C. h. t. Molina d.*
554. *nu.* 7. *&* 8. *Garcias de Expenſ. c.* 4. *nu.* 24. *Surdus*
*de alim. tit.* 6. *q.* 1. *Mantica de tac. & amb. convent.*
3 *l.* 13. *tit.* 20. *nu.* 5. Autor *in C. ad d. L.* 11. *num.* 2. *&* 3.
*& ad L.* 1. *nu.* 5. *&* 6. Præſertim ſuperior præſumtio pro
pietate militat in expenſis non adeo magnis; nam magnæ expenſæ non præſumuntur ex pietate factæ. *Garcias de Expenſ. c.* 4. *nu.* 24. pietas enim apud nos hodie refrixit; niſi ex perſona & magnificentia alentis
4 aliud præſumi poſſit. Sanè, ſi quis aſſerat, ſe animo repetendi impendiſſe, quod ſolet fieri ſæpius, quando
inimicitia inter conjunctos exarſit, dicerem, geſtorem conjunctum juramento debere confirmare, quod
animo repetendi impenderit. *confer. Molin. de J. & J.*
*d. d.* 554. *nu.* 12. *Manzius ad h. t. n.* 45. *& ſeq. Zœſ. n.* 11.

### ad L. Si quis. 28.

#### *SUMMARIUM.*

*Ad quid tenear Titio, ad cujus mandatum aliena negotia, ſed malè, geſſi?*

TItius mandavit mihi, ut gererem tuum negotium,
& geſſi, ſed malè, teneor Titio mandati, ſed ad
quid? R. quanti tenetur Titius tibi, & id à me exigere poteſt Titius, licèt tibi nondum ſolverit. Collige, quod Procurator & negotiorum geſtor recuperet
etiam ea, in quibus ſe obligavit, quia hoc ipſo pauperior redditus. *vid. Don. lib.* 15. *c.* 16. *& ibi Hill. lit. D.*
*Manzius in h. t. num.* 124.

### ad L. Cum pater. 29.

#### *SUMMARIA.*

*Tutor poſthumi fruſtra ſperati, ſi quid interim expenderit, an habeat actionem negot. geſt.? num.* 1.
*Quid ſi ante nativitatem poſthumi quædam geſſerit, an habeat actionem tutelæ?* 2.

1 COnſtituit quidam me Tutorem poſthumi ſperati, proponuntur duæ quæſtiones (1) quid ſi
poſthumus non ſequatur, ut eſt interdum ſpes fallax,
& ego interim aliquid expendi ac geſſi, antequam
innotuit, viduam non eſſe gravidam, an habeo actio-
2 nem negotiorum geſtorum? (2) Quid ſi naſcatur poſthumus, & quædam geſſi eo tempore, quod ejus
nativitatem præceſſit, an habeo actionem tutelæ?

Utraque

Utraque quæſtio affirmatur, prima ex ea ratione, quia tutor non fui deficiente poſthumo; altera ex eo, quod is, qui in utero adhuc eſt pro jam nato habetur *per L. qui in utero 7. ſupra. de Statu hominum.*

## ad L. Ex facto. 30.

### *SUMMARIA.*

*An teneatur ſub-curator curatori, & qua actione? num. 1. & 2.*

*An confidejuſſorum unus ab altero repetere valeat hac actione, quod ſolvit? 3.*

1 CUratori rei frumentariæ datus ſubcurator, hic frumentum corrupit; Reſpublica agit contra curatorem, hic contra ſubcuratorem actione utili nego-
2 tiorum geſtorum. Manus manum lavat. Idem in duobus Magiſtratibus, ſi unus ob alterius culpam mulctatus, modò non ſit fraudis particeps. Eadem ratio tutoris, qui ſi pro contutore quid expendat, hac actione repetit, niſi fraudis conſcius. Conſcii ejuſdem frau-
3 dis invicem nunquam agunt. Sed cur non idem in confidejuſſoribus? nam fidejuſſor contra fidejuſſorem non habet actionem ſine ceſſione. R. Magiſtratuum, curatorum, contutorum commune eſt periculum & officium, confidejuſſores non ſunt collegæ. Tot ſunt obligationes, quot fidejuſſores. *Cujac. ad L. 3. ff. Salviani. pag.* 1886.

## ad L. liberto. 31.

### *SUMMARIA.*

*Si mandatarius pecuniam meo nomine mutuo acceptam in meam utilitatem non verterit, an à creditore & à fidejuſſore dato conveniri poſſim? n. 1.*

*Geſtor. negotiorum Sempronii inter alia & negotium Titii geſſit, an etiam ob hoc Sempronius actionem habeat? 2.*

*Si pars, non attenta excuſatione abſentia ejus, in contumaciam condemnetur, nec appellet excuſans, an hic teneatur N. G.? 3.*

*An N. Geſtor de acceptis pecuniis uſuras ſolvere debeat? 4.*

*Certa pecunia ſumma relicta ad aliquid faciendum, an ſi plus impenſum, detur repetitio? 5.*

*Hæres tutoris non tenetur ex geſtis poſt tutoris mortem. 6.*

*An mater tutelam filii gerens, poſſit procuratorem dare? 7.*

*An in communem litem expenſas faciens habeat Act. N. G.? 8.*

1 MAndavi tibi, ut pecuniam meo nomine vel in meam utilitatem mutuo acciperes, tu literas meas oſtendiſti Titio, & accepiſti pecuniam, & dediſti fidejuſſorem, qui etiam intuitu mei ſpopondit. Et ſic Titius & fidejuſſor meam fidem ſecutus eſt, ſed tu pecuniam in meam utilitatem non vertiſti, quæritur, an à Titio conveniri poſſim & à fidejuſſore? quod utrumque affirmatur, quia uterque ſecutus meam fidem, & negotium meum geſſit, & ſic ad exemplum inſtitoriæ actionis datur actio negotiorum geſtorum.

2 *In* §. 1. proponitur, quod voluerim negotia Sempronii gerere, ſed interea negotium Titii etiam geſſi, quæritur, an Sempronius etiam actionem habeat ob negotium Titii? Videtur negandum, quia magis ſpectamus rem ipſam & veritatem, cujus ſit negotium. Sed aff. quia hîc intereſt Sempronii, qui fuit curator Titii; nam hoc ſubintelligendum eſſe, videntur ſuadere ultima verba §. 1. quamvis. generaliùs intelligat *Bach. in ſpicilegio ad hunc §.*

3 *In* § 2. habetur hæc facti ſpecies, lite tecum ceu reo conteſtata à Titio, tu abeſſe incipis & fruſtraris judicium. Adverſarius tuus petit, ut in contumaciam condemneris; ego abſentiam tuam excuſo, & reddo cauſas abſentiæ, ſed nihilominus condemnaris; à ſententia non appello; quæritur, an tibi contra me competat actio negotiorum geſtorum, quod non appellaverim? Reſp. ſi ad plenam defenſionem tuam acceſſiſſem, tunc obligarer ad appellandum. Sed quia tantùm abſentiæ cauſas reddidi, appellare non teneor. Sed qui ipſum principale negotium defendendum ſuſcipit, tenetur appellare, Autor *in C. t. de Procur. ad L. 17. num.* 10. licèt non teneatur proſequi. *Scaccia de*
4 *Appell. c. 5. nu. 29. & ſeq.* quod limitat *n.* 41. hæc *in* §. 3. quæritur, an negotiorum geſtor de acceptis pecuniis uſuras ſolvere, in quantum ſcilicet ſupereſt, detractis ſumtibus neceſſariis? quod affirmatur, cùm negotiorum geſtorum actio ſit bonæ fidei, *hic & l. 7. h. t. & l. 19. §. 4. & l. 37. §. 1. h. t.* Autor *in C. t. de Uſur. ad L. 24. nu.* 1. niſi dominus non fuerit ſolitus exigere uſuras *l. 13. §. 1. de Uſuris.* Sed ſi pecunias in ſuam utilitatem vertit & non habet in depoſito, indiſtinctè tenetur in uſuras maximas *l. 38. h. t. confer. Bachov. ad*
5 *Tr. volum. 1. d. 10. th. 4. lit. A. In* §. 4. dicitur, quod ſi certa pecuniæ quantitas relicta ad aliquid faciendum, ſi plus impenderit, non habeat ille repetitionem ejus, quod expendit ultra illam quantitatem. Ratio eſt hæc, dum Teſtator certam quantitatem dari voluit liberto,
6 hoc ipſo in favorem hæredis plus dari prohibuit. *In* §. 5. habetur hæc ſpecies; Tutor Caji geſſit tutelam, qui in Teſtamento conſtituit tutorem me, ego immiſcui me negotiis Caji, quæritur, an Cajus teneatur? quod negatur, quia hæres tutoris non tenetur ex geſtis poſt mortem tutoris. Mater filii tutelam licèt gerat, procuratorem tamen vel actorem conſtituere nequit; *§. 6. h. ψ.* ſed *hunc* §. mutatum eſſe, dicit hîc *Grænwegen*,
7 & rectè. Nam Mater poteſt eſſe tutrix, ergo procuratorem vel actorem conſtituere poteſt, imò etiam ſtando in jure communi poſſet agere nomine filii, licèt ſoleant matres curatorem ad litem ſibi petere, quando tutelam filiorum gerunt, etiam apud nos. Ad textum conferri poteſt. *Petr. Barboſa ad L. 3. & 4. nu. 12. ff. ſolut. mat.*

8 *Ad* §. *ult.* Hic §. ideo notetur, quod diſtinctio proponatur inter ipſam rem in judicium deductam, quæ poteſt eſſe individua, ut aquæ ductus, & inter præſtationem expenſarum, quæ dividua *vid. Bach. d. d. 10. th. 3. lit. H.* & quod is, qui in communem litem fecit expenſas, tunc actionem negotiorum geſtorum habeat. *Berlich. p. 2. dec. 194. n. fin.*

## ad L. Fidejuſſor. 32.

### *SUMMARIA.*

*An fidejuſſor pro uno contractu datus, ſi pignora ob alium data redemerit, habeat actionem mand.? num. 1.*

*Num idem teneatur, ſi pignora redemta perierint? numer. 2.*

*An creditor pignoratitia actione conveniri poſſit ad reddenda pignora a fidejuſſore redemta? num. 3.*

*Mater dona nomine filiæ à ſponſo recipiens, an teneatur actione mandati? 4.*

1 FUi obligatus Titio ex duobus contractibus, pro uno contractu dedi pignora. Fidejuſſor utrumque debitum ſolvit, & redimit pignora, quæritur, an fidejuſſor habeat actionem mandati? Quod negatur, quia alterum debitum ſolvit ſine mandato, ſed com-
2 petit ipſi actio negotiorum geſtorum. Sed quid ſi apud fidejuſſorem pignora redemta perierunt? Reſp.
3 Caſum non præſtat, ſed culpam tantùm. Sed porro quæritur, an creditor pignoratitia actione à me conveniri poteſt ad reddenda pignora? quod negatur, quia jus ſuum ceſſit fidejuſſori, quod facere potuit, & ſic
4 in re licita verſatus eſt. *In* §. 1. Recipit Mater dona nomine filiæ à ſponſo, quæritur, an competat actio mandati, vel depoſiti? Quod negatur, ſed actio negotiorum geſtorum. Nec obſtat *lib. 25. ff. Depoſiti.*

quæ

Digitized by Google

quæ de filia ſciente loquitur *Bach. in Tr. vol. 1. d. 10. th. 3. in fine.*

## ad L. Hæres viri. 33.

*SUMMARIA.*

*An, ſi uxor bona mariti adminiſtraverit, contra eam hæredi mariti detur actio expilatæ hæreditatis? n. 1.*
*Actio negotiorum geſt. eſt ſubſidiaria. 2.*

UXor Titii bona mariti adminiſtravit, & bona
1 ejus poſt mortem ejus retinuit, quæritur, an
actio expiletæ hæreditatis contra eam hæredi mariti
datur? quod hîc negatur, & per *l. pœn. ff. de Expil.*
*hæred. & l. 4. C. eodem.* quia quaſi domine eſt ratio-
2 ne bonorum mariti. Sed debitur contra uxorem actio
ad exhibendum vel negotiorum geſturum, ut ita ex
moltis legibus colligatur, hanc actionem negotiorum
geſtorum eſſe ſubſi iariam, quaodo æquitas dari ju-
bet, ſed alia non datur.

## ad L. Neſennius. 34.

*SUMMARIA.*

*Quando expenſa, quæ ſunt facta pietatis intuitu, repetantur? n. 1.*
*Expenſa in filii alimenta facta an repetantur à matre? 2.*
*Expenſarum in perſonam filii, vel res ejus factarum diverſa conſideratio. 3.*
*Limitationes adducuntur. 4.*
*Præſumtiones, quæ ſuadent, eas eſſe factas animo non repetendi. 5.*
*Præſumtiones contrariæ, de animo repetendi. 6.*

1. EXpenſæ, quas quis pietatis intuitu fecit., non re-
peruntur, *hic & l. 27. h. t.* Autor *in C. h. t. ad L. 1.*
*n. 4. & 5.* niſi fecerit animo repetendi, quem verbis
meniteſtat proteſtantibus, vel etiam factis, v. gr. ex-
penſarum in librum rationum relatione; quorum hoc
tamen ſolùm non ſufficit, ſed tantùm debilem præ-
ſumtionem præſtat, quæ facilè à materna pietate & ex-
2 penſerum fevore vincitur. Ideoque hæ rationes in
textu conjungendæ. *Vid. Finckelthans. obſ. 12. num. 12.*
*& quos ibi refert*, loquens de Expenſis ſtudiorum,
*Mantica de taci amb. Convent. Lib. 13. tit. 18. num. 16.* &
ita expenſæ 10 alimenta etiam filii fectæ à matre repeti
non poſſunt, ſed ſi in res filii expenderit, præſumi-
tur enimo repetendi feciſſe. *L. 11. C. h. t. vid. Trentl.*
*& Bachov. d. diſp. 10. th. 3. lit. C. Carpz. p. 2. c. 10. def.*
*22. Cujac. tom. 1. p. 539. ſeq.* Autor *in C. ad L. 11. nu. 2. &*
*3. & ad L. 5. nu. 4.* Et ſic notetur differentia inter ex-
3 penſaa in perſonam filii factas, & in res; ut illæ præ-
ſumeotur animo pietatis fectæ, hæ non. Sed illud *ex h.*
*l.* limitationem recipit, ſi ſcilicet (1.) adminiſtret res
4 filii, ſemper enim geſtor præſumitur ſumtus facere ex
bonis à ſe geſtis. *Joh. à Sande Lib. 2. tit. 8. def. 3. Hartm.*
*Piſtor. p. 1. q. 19. n. 6. Richter. vol. 1. conſ. 5. n. 7.* Autor
*in C. h. t. ad L. 1. nn. 6. & 7. & ad L. 11. n. 5.* (2.) Si
pater locuples *L. 5. §. 14. de Agnoſc. liber. L. 43. de Jure*
*Dot. vid. Muſc. de probat. concl. 76. & concluſ. 555. n. 89.*
*& ſeq. Surdus de aliment. tit. 6. qu. 8. n. 105. Conferuntur,*
*quæ à me tradita ad L. 11. C. h. t. n. 5. & 6. & Menoch.*
*L. 2. A. Q. caſ. 88 n. 20. & ſeq. Cephal. conſ. 674. num.*
*35. Soc. junior. conſ. 79. n. 91. L. 3. P. Barboſ. in 5. part.*
*leg. 1. n. 148. ff. ſoluto matr.* Potiſſimum hîc locum ha-
5 bent præſumtiones, v. gr. ſi ille, qui aluit eſt cognatus,
patris loco honorandus; iſqoe dives, & is, qui altus eſt
pauper; ſi hic tutores habeat, quorum officium erat,
pupillo vel edulto de victu proſpicere; ſi per decen-
nium tacuit, & nihil quicqnam ſibi refundi petiir; ſi
impenſem nunquam in rationes retulit, eut, ſi retu-
lit quidem, ſed ſub folle, dum annoatim quid expen-
derit, in uue ſumma computeverit; ſi cùm poſtea opus
haberet pecuniâ, mutuo acceperit pecuniam à tutori-
bus pupilli, quod non feciſſet, ſi pupillum ſibi obli-
getum eſſe crediditſet, & ſimilia, quæ congeſſit *Dn.*
6 *Mev. p. 4. dec. 317.* E contratio autem, quod repeten-
di enimo eluerit, poteſt ellegeri, quod debitor illius,
qui elendus erat, fuerit, quu ceſu potius credendum,
voluiſſe eum compenſandi animo elere, quo caſu ta-
men illud, quod ultra debitæ pecuniæ uſures ſeu redi-
tus annuos expenſum, non deberi, putat *Dn. Mev.*
*p. 4. dec. 318.* niſi animus repetendi probetur. *confer.*
*Menoch. L. 3. præſumt. 142.* Autor *ad L. 2. nn. 8. ſeqq.*
*C. de alim. pup. præſt.*

## ad L. Divortio. 35.

*SUMMARIA.*

*An maritus habeat beneficium competentiæ, in paupertatem lapſus, cum bona uxoris adminiſtravit; nec dotem, ut debuit, exegit? n. 1. & 2.*
*An fidejuſſor tutoris liberetur, ſi tempore depoſiti officii ſolvendo is fuerit? 3. & 4.*
*Creditor ſui debitoris negotia gerens, num ſibi ſolvere & pignora reſtituere liceat? 5.*
*Venditor animalis morboſi, ſi geſtor negotiorum emtoris extiterit, an illud, etiam poſt 6. menſ. debeat recipere? 6. & 7.*
*Quando perpetua eſt actio & geſtor creditoris ſatis locuples, an teneatur, quod à ſe non exegerit? 8. ſeqq.*
*Quid in Tutore à ſe ipſo debitum non exigente? 10.*

1 MAritus ſoluto matrimonio bona uxotis admini-
ſtreveret, & cùm à ſe ipſo dotem exigere debue-
rit, oon tamen hoc fecit, nec eregit, labitur in pau-
pertatem, quæritur, an habeat beneficium competen-
tiæ? R. Intereſſe, utrum ectione dotis conveniatur,
an verò act. neg. geſt. Si illud, habet beneficium;
Autor *in C. t. de Rei ux. act. ad L. un. nn. 41. & 46.* ſin
hoc, non hebet. Collige, maritum, ſi ex contractu
poſt ſolutum matrimonium inito conveniatur, non
habere beoeficium competentiæ. *P. Barb. ad L. mari-*
*tum. n. 90. ff. ſol. matr.* Sed additur declaratio poſte-
rioris membri, modò tantùm temporis ſpatium ipſi da-
2 tum fuerit tempore geſtionis, ut commodè ſolutionem
expedire potuerit, unde colligitur generalis declara-
tio multarum conſtitutionum. Certum eſt, fidejuſſo-
3 tem tutoris libereti, ſi tempore depoſiti officii ſol-
vendo fuit, item nominatorem alicujus ad officium
publicum liberari, quando tempore depoſiti officii
ſolvendo eſt adminiſtrator. *l. 11. §. 1. ff. ad municipalem.*
4 Sed hæc & ſimilia intelligenda ſunt cum aliqua lati-
tudine, ſi tantùm temporis effluxerit, ut potuerint
ab eo & rationes adminiſtrationis, & reliquationis
præſtatio exigi *vid. explicatio* DNI Autoris *L. 1. C. de*
*periculo nominatorum. n. 5. & 6. Franc. de Clapperiis in*
*ſuis dec. p. e. Cauſ. 62. q. 3. & ſ. ubi notabilem hanc le-*
*gem eſſe monet.*

*In* §. 1. egitur de Creditore gerente ſui debitoris
5 negotia. Hic renetur ſibi ſolvere, & pigoora reſti-
tuere, ſcilicet ſi habeat ex geſtione pecuniam, unde
ſibi ſolvere poſſit: ſi enim non hebeet, non etiam
culpæ reus eſt, quod ſibi non ſolverit. *In* §. 2. agitur
6 de Redhibitorie ectione, quendo homo vitio la-
tente affectus vel animel morboſum venditum, &
venditor talis oegotia emtoris geſſit, annon
malè fecerit, quod non receperit hominem vel eoi-
mal vitio aliquo notabili affectum: & ſic etiam ad red-
hibendum vel recipiendum animal etiam poſt ſex men-
ſes teneatur, quod elus ſpatium eſt redhibitoriæ ec-
tionis, quo hæc actio præſcribitur, quæ quæſtio af-
7 firmativè quidem decidatur, his requiſitis concur-
rentibus. (1.) Sic mancipium vel pecus reperetit,
(2) & quidem cum acceſſionibus, (3.) niſi deterior
culpâ emtoris factus eſt ſervus (4.) niſi etiam in-
veniet per ſervum eum adquiſita ex operis illius non
ex re emtoris. Si aliquid horum deſit, non eſt im-
putanda

putanda culpa venditori, ſi non tecepit hominem
vel animal morboſum, nec negotiorum geſtio ex ami-
citia procul dubio ſuſcepta deteriorem ejus conditio-
nem teddere poteſt, quàm ſi non geſſiſſet. Atqui ſi non
8 geſſiſſet, non fuiſſet obligatus animal morboſum re-
cipere ſine acceſſionibus &c. *In* §. 3. tractatur quæ-
ſtio quoniam tenetur. Negotiorum geſtor, ſi eùm eſſet
debitor illius, cujus ſunt negotia, à ſe non exegetit,
9 an quando perpetua eſt actio & geſtor ſatis locuples,
poſſit actio negotiorum geſtorum conveniri, quod à
ſe non exegerit? quod negatur, quia is, cujus nego-
tia geſſi, nullum habet intereſſe; nam nihil ipſi abeſt
nec præſcribitur facilè actio perpetua, & ſine intereſſe
nemo admittendus eſt ad agendum: ſed additur hîc
exceptio, niſi prius debitum fuerit uſurarium, debuit
enim dominum à curſu uſurarum liberare, quod face-
te ſolent prudentes patresfamilias. Sed cur aliud in
Tutore, cui indiſtinctè imputatur culpa, quod à ſe ip-
10 ſo non exegerit? Reſp. quia pupilli ſemper intereſt ob
ſingularia actionis Tutelæ privilegia.

## ad L. Si liber homo. 36.

*SUMMARIA.*

*Liber homo b. f. ſerviens ſi mutuam pecuniam in Domini utilitatem verterit, an comperto errore habeat act. de in rem verſo, vel negot. geſt.? n. 1.*
*An eſſet actio neg. geſt. ſi Dominus creditorib. f. ſervientis tantùm ſolverit, quantùm in ipſius utilitatem verſum? 2.*

Liber homo mihi ſervit bona fide, mutuam pecu-
1 niam ſumſit & in meam utilitatem vertit. Quæ-
ritur, an comperto errote, is habeat actionem contra
me? Et videri poterat, quod detur actio de in rem
verſo, ſed datur tantùm contra patrem vel Dominum,
qualis ego non ſum in rei veritate. Quæritur ergo, an
habet actionem negotiorum? videtur quod non, quia
non ut amicus libera voluntate geſſit, ſed ex ſervili
neceſſitate putativa. Sed reſpondetur dari negotiorum
geſtorum actionem, quia hæc variis figuris & caſibus
applicatur, & quaſi ſubſidiaria actio eſt. Sed quid,
ſi ejus creditori tantùm ſolverim, quantùm ille in
2 meam utilitatem vertit? Reſp. hîc non dari actionem
negotiorum geſtorum ob compenſationem, vel quod
ipſo jure ſolutio creditori tuo à me facta liberet ab ea
obligatione, qua tibi ſum devinctus *l. 11. §. 5. ff. de pig. act.*

## ad L. Litis conteſtatæ. 37.

*SUMMARIA.*

*An pupillus quatenus ex contractu ſine tutoris autoritate geſto locupletior factus, teneatur? n. 1.*
*Quo tempore pupillus repertatur locupletior? 2.*
*Negotiorum geſtores quo onere graventur? 3.*
*An filio emancipato, cujus res à ſe donatas pater adminiſtrat, contra patrem datur actio N. G.? 4.*

1 IN *principio* proponitur hoc factum, quod contra-
xerim cum pupillo ſine Tutoris autoritate, ergo
contractus eſt ipſo jure nullus? cujus regulæ exceptio-
nem dedit Pius Antonius Imp. ſi pupillus ex eo nego-
tio locupletior factus, nam tunc eatenus, quatenus
locupletior factus, tenetur. Autor *in C. h. t. ad L. 2. n.*
2. Sed hîc quæritur, quo tempore reperiatur locuple-
2 tior, an tempore contractus, an verò tempore litis
conteſtatæ? & poſterius placuit. Nam ante judicium
acceptum non eſt obligatus. Sed cum inſtituitur judi-
cium, tunc quærendum eſt de eo, an locupletior ſit
3 redditus. Et quid prodeſſet pupillo, ſi autem fuiſſet lo-
cupletior redditus, ſed illud lucrum amiſiſſet. *In* §.
3. duplici onere gravantur negotiorum geſtores (1.)
ad uſuras tenentur, ſi quid acceperunt ex ea geſtio-
ne, cùm ſit b. f. negotium, de quo antea *& in l. ſeqq.*
(2.) & ſi pecuniam abſentis alii crediderunt, pericu-
lum nominis à ſe contracti ſuſtinent, ſi ſcil. culpam
aliquam in contrahendo admiſerunt, fortè, ſi ioido-
neo crediderint; nam ſi creditor caſu fortuito non ſol-
vendo fiat, ſicut alia media ſunt plura, hic caſus for-
4 tuitus geſtori non imputatur. Autor *in C. h. t. ad L.*
22. *numer.* 1. §. 2. quæritur de filio emancipato, cujus
res à ſe donatas pater adminiſtrat, quæritur, an filio
contra patrem detur actio N. G.? Videbatur, quod
non ob reverentiam patri debitam; ſed affirmatur, quia
inter patrem & filium emancipatum poteſt contractus
celebrari, Autor *in C. h. ad L.* 12. *numer.* 2. & res hæc
licèt à patre donatæ ſint, perfectè tamen filio ſunt ad-
quiſitæ.

## ad L. Qui ſine uſuris. 38.

*SUMMARIA.*

*In neg. geſtore debitum duplex conſiderandum n. 1.*
*Quonam caſu neg. geſtor uſuras præſtare debeat, & quantas? 2. & 3.*

IN negotiorum geſtore duplex debitum conſide-
1 randum, alterum geſtionem præcedens, v. g. ſi ab
eo, cujus negotium geſſi, mutuum accepi ante geſtio-
nem; alterum geſtionem ſequens, ut ſi ex ipſa ge-
ſtione acceptas pecunias in meos uſus converterim,
2 Circa prius diſtinguitur, an à ſe exigere debuerit ge-
ſtor, an non; quod poſterius, dici poteſt eo caſu,
quando debitum eſt in diem, & hoc caſu nullas præ-
ſtat uſuras, quando verò exigere debuit, tunc ſol-
vit uſuras, minores, & à Domino exigi ſolitas. *L. 6. in fin. & L. 29. §. 4. h. t.* licèt actio uſuraria per ſe non
fuerit, quia ſufficit, quod ex debito non uſurario fiat
uſurarium. Ubi verò pecunias ex geſtione acceptas
vertit in ſuum lucrum, præſtat uſuras maximas ſeu
3 graviſſimas. *L. 10. § 3. ff. mandati. vid. Bach. d. d. 10. th. 4. lit. A.* Autor *in C. h. t. ad L. 18. num. 2. 3. Et ad L. 3. num. 1. C. Arbitr. tut. & DD.* ac rationes pro hac
ſententia, quod ſcilicet hoc jure novo non ſit muta-
tum, adducit *Rouchb. p. 2. q. 26. numer. 23. & ſeq.* Au-
tor *ad L. num. 2. 3. 4. C. de Uſur. pupillarib.* Licèt ipſe
diſſentiat, qui tamen primæ rationi non ſatisfecit.
Collige *ex hac L.* negotiorum geſtorem, quicquid de
domini pecunia adjuſtiverit Domino reſtituere te-
neri. *Rodericus de Jure annuor. redit. lib. 3. quæſt. 11. numer. 17.*

## ad L. Solvendo. 93.

*SUMMARIA.*

*An pro invito rectè ſolvatur? n. 1.*
*In cujuſnam perſona hoc beneficium aliquid operetur? 2.*
*An Dominus emphyteuſin vindicare poſſit ex caducitate, ſi pro emphyteuta alius canonem ſolvat? n. 3.*
*An alius pro alio vectigal, ne merces in commiſſum cadant, ſolvat? 4.*

PRo ignorante vel invito debitore rectè ſolvitur;
1 Autor *ad L. 8. num. 14. C. de inoff. Teſtam.* nam
conditionem aliorum meliorem facere poſſumus,
etiam ignorantium, ſed deteriorem non item, *vid. Donell. lib. 12. c. 26. lit. B. C.* Autor *in C. h. ad L. ult. num.* 8. ſed id ſingulare, quod etiam in invitum hoc
conferri videatur beneficium, contra Regulam ju-
ris. Autor *ad L. 21. num. 5. C. de pignor.* Verum be-
neficium principaliter confertur in volentem, ſcilicet
creditorem, & ſic per conſequentiam beneficium
confertur in invitum. *vid. Hill. d. lib. 12. c. 17. lit. D.*
Autor *ad L. 5. num. 3. C. de ſolut.* Et beneficium ope-
2 ratur aliquid in perſona ejus, qui id reſpuit, ſcilicet
debitoris nam ab eo ſolvens nihil repetit. *L. fin. C. de Neg. Geſt.* niſi ei ceſſa actio; ſed operatur aliquid
in

in perſonna tertii, qui id, quod ſibi debetur, accipit.
3 *Bach. in Trentl. v. 2. d. 29. th. 1. lit. B.* Et liberatio hic
debitoris contingit ex neceſſaria ratione juris. *Bachov. d. l.* Qua occaſione quæri poteſt, an ſi alius pro
emphyteuta canonem ſolvat, dominus ex caducitate
4 prædium vindicare non poſſit? Et poſſe Dominum
agere. volunt *Cagn. in L. 69. de R. J. & Molinæus ad conſ. Paris. §. 85. an. 83. Surd. d. 174. numer. 32.* Sed contraria ſententia æquior ex neceſſaria juris ratione ſequitur, quam probat *Bach. d. l. Wiſſenb. ad Pand. v. 2 d. 28. th. 13.* Et ſic putarem, alium pro alio vectigal ſolvere poſſe, ne merces in commiſſum cadant, quod aliquando contigiſſe memini. Conferri poteſt *Menoch. conſ. 771. num. 9.* Collige etiam *ex lege hac*, alii quàm creditori ſolvi non poſſe, ut ſequatur liberatio. *l. invito. 12. C. de Solut. Dn. Mev. p. 5. d. 19 n. 1.*

## ad L. Si communes. 40.

### SUMMARIUM.

*An & quando ſocio detur actio neg. geſt.?*

QUando Socius negotium commune pro parte ſua gerere potuit, & nihilominus totum negotium geſſit, datur negotiorum geſtorum actio; Si verò non potuit ſuum negotium ſeparatim gerere, non datur hæc actio; ſed communi dividendo; ut tamen, ubi res jam diviſæ, in ſubſidium detur etiam hæc actio. *L. 3. C. h. t. ibique Autor num. 3. Pacius cent. 2. qu. 63. Bach. d. diſp. 10. th. 3. lit. Garſias de expenſ. c. 19. nu. 1. Cujac. l. 26 obſ. 36. Bronchorſt. cent. 2. aſſert. 15. Don. l. 15. c. 15.*

## ad L. Qui ſervum. 41.

### SUMMARIUM.

*An domus teneatur tantùm peculio tenus, pro cujus ſervo furti reo litis æſtimatio ab alio ſoluta eſt?*

SErvus meus furtum fecit, quem defendiſti & ſolviſti litis æſtimationem, negotium ergo meum geſſiſti, ergo teneor tibi, ſed an peculio tenus? Neg. quia tunc peculio tenus tenetur dominus, quando cum ſervo contractum, quod hic non eſt; Nam quaſi contraxiſti cum domino, ergo teneor in ſolidum, ſcilicet quatenus æſtimatio litis non excedit pretium ſervi; nam ſi excederet, eatenus non geſſiſti utiliter. Sed fortè nec æſtimationem damni infra pretium ſervi reſtituere domino expediebat. R. homo tamen eſt, & opinione communi utiliter meum geſſiſti negotium. *vi l. Cujac. ad lib. 30. Pauli ad Edictum, mihi tomo 1. p. 1217.*

## ad L. ſi ſervi mei. 42.

### SUMMARIUM.

*Abſentis negotia gerenda ſuſcipiens precibus ſervi ejus, qua teneatur actione?*

ABſentis negotia ſuſcepi gerenda non ſponte, ſed admonitione & precibus ſervi ejus. Quæritur, qualis actio detur contra me? Diſtinguitur, quid actum ſit, an fuerit mandatum, id eſt, an ſervus abſentis mecum contractum Mandati inierit, ut ſuſciperem negotium abſentis Domini, tunc datetur ex hoc contractu actio de peculio, vel de in rem verſo, ut palam eſt; Sed ſi non eo animo me rogavit ſervus abſentis, ut mandaret mihi, ſed ſuaſerit tantùm, ut negotia Domini ſui ſuſciperem, hoc caſu datur Actio negotiorum geſtorum, quæ variis factorum figuris accommodatur.

## ad L. Cum pecuniam. 43.

### SUMMARIA.

*An is qui pro prohibente ſolvit, habeat actionem neg. geſt.? nu. 1.*

*An, qui pro aliis ſolvunt nomina incerta? 2.*

QUi pro ignorante ſolvit, tunc demum habet
1 negotiorum geſtorum actionem, ſi debitoris
non intereſſuit non ſolvi; ſecus verò, ſi intereſſuerit, id fieri, pone, quod compenſare potuit; nam de ignorante, non prohibente, hæc lex intelligenda. *Ihll. lib. 15. c. 1. lit. E.* multò minùs habet actionem, qui pro prohibente principali ſolvit. *L. fin. C. h. t. ibique Autor num. 1.* niſi favor publicus expenſas etiam pro invito fieri ſuaſerit, v. gr. pro liberatione hominis perire volentis, pro informando puero egregiæ indolis, patre reluctante &c. *vid. Molin. de J. & J. tr. 2. d. 554. num. 1. Gomez. t. 2. reſol. c. 13. nu. 11. Romanus ſing. 124.*
2 *Tiraq. de Nobil. c. 6. num. 38.* Autor *in C. h. t. ad L.*
*ult. nu. 3.* Ex *hac lege* occurri poſſet illis, qui pro aliis nomina incerta ſolvunt, & poſtea paratam pecuniam repetunt, cùm ipſi debitores talia media ſolutionis habuerint.

## ad L. Is qui amicitia. 44.

### SUMMARIA.

*Planè extraneus, qui pupillo tutorem petit, an impenſas repetat? n. 1.*

*An Vitricus ad alimenta gratis præſtanda teneatur? n. 2.*

1 SIquis planè extraneus paternæ amicitiæ causâ pupillo tutorem petat, vel ſuſpectos tutores poſtulavit, impenſas non repetit, tum quia ex amicitia ſingulari & pene fraterna hoc factum, & præterea hæc impenſa circa perſonam pupilli erat minima, unde ad modicam hoc reſtringit *Menoch. L. 2. A. Q. caſ. 88. n. 61. Coler. in tr. de Aliment. lib. 3. c. 5. num. 12. Cujac. d. l. Neſennius p. 540. lit. C.* Licèt autem Vitricus
2 etiam petere teneatur tutorem nomine uxoris, ad alimenta tamen gratis præſtanda pupillo non tenetur, per *L. ſi paterno 15. C. h. t. Colerus de Alim. l. 1. cap. 12. num. 23. & d. cap. 5. nu. 22. Surdus de Aliment. tit. 9. qu. 11. num. 4. Finckelthaus obſ. 10.* Autor *in C. h. t. ad d. L. 15. num. 5. Et ad L. 1. num. 2. C. Ubi pupill. educ.* Collige, Amicitiam conſanguinitati æquiparari. *latè Tiraq. ad L. ſi unquam. voce, libertus nu. 96. & ſeqq.*

## ad L. Quæ utiliter. 45.

### SUMMARIA.

*Expenſæ pro alterius honore conſequendo quando actione Neg. Geſt. repeti poſſint? n. 1.*

*Indigni ſunt honore, qui per ſaltum adſcendunt. 2.*

*An ſervus domini negotia gerens ſi ei purè libertas in teſtamento relicta, rationes reddere heredibus teneatur? 3.*

*Potiùs id, quod in veritate, quàm quod in opinione eſt, in actione Neg. Geſt. attendi, exemplo probatur. 4.*

1 SI quis pro alterius honore conſequendo expendit nonnihil, hoc repetit actione negotiorum geſtorum: ratio dubitandi fortè hæc; non fuit locupletior inde factus, imò honor majores requirit ſumtus ad tuendam dignitatem. Sed intelligenda hæc lex, ut ſe ipſam declarat, ſi (1.) dignus ſit honore, (2.) ſi honeſtè datæ ſunt expenſæ ea conſuetudine loci, ut in Academiis. (3.) Si per gradus conferatur, non per ſaltum. *t. t. Decretalium de Clericis per ſaltum promotis.* Quod ultimum *ex hac lege* allegari poteſt, quod il-
2 li ſcilicet ſint indigni honore, qui per ſaltum adſcendunt. In §. 1. agitur de ſervo, qui domini negotia
3 geſſit an ſi ei purè libertas relicta in Teſtamento, rationes reddere hæredibus teneatur; Videtur quod ſic, ex *l. fin. §. pen. Cod. de petit. heredit.* Sed negatur *hic & l. 17. h t.* rationi dubitandi reſponderi poteſt, quod corpora rationum edere & res domini ex geſtione apud ſe relictas reddere compellendus ſit In *parag.*
4 2. refertur, me ſolviſſe creditoribus hæreditariis in favorem ſororis meæ, quæ in teſtamento hæres inſtitu-

Digitized by Google

inſtituta, ſed filius, quem pater in Teſtamentn illo exhæredaverat, per querelam Teſtamenti inofficioſi id Teſtamentum evertit, an competit mihi actio negotiorum geſtorum contra filium, cujus creditoribus in effectu ſolvi, licèt ſororis negotium me geſſiſſe exiſtimaverim? quod affirmatur, quia, ut *ſupra* dictum, potius id, quod in rei veritate eſt, quàm quod in opinione eſt, in hac actione attenditur.

## ad L. Mandaſti. 46.

*S U M M A R I A.*

*Pater pro filio mandatum, ut Titio fundum emeret, adimplens quam actionem habeat contra mandatum? n. 1.*
*Quid ſi non filio meo ſed extranei mandatum, & ego ejus contemplatione fundum emerim? 2.*
*Quid ſi pater pro filio, cui mandatum, ut fidejuberet, fidejuſſerit? 3.*
*Si contemplatione Titii mandatum, ut fidejuberet ſuſcipientis quidem, ſed id facere impediti fidejuſſerim, an habeam act. Neg. Geſt.? 4.*

1 MAndaſti filio meo, ut tibi fundum emeret, ego
cognito hoc mandato tibi ipſe emo fundum,
quæritur, quæ actio mihi detur contra te? Diſtinguitur
hìc utrum contemplatione tui emerim, quia utilius id
putavi nec tibi damno futurum, an verò contemplatione
filii id fecerim, ne ſi ille non emerit, mandati teneatur.
Illo caſu habeo actionem negotiorum geſtorum;
hoc caſu habeo actionem mandati, & tu habes contra
2 me actionem de peculio. Comparat autem JCtus ſecundum
quid alium caſum, ſi ſcilicet non mandaſſes filio
meo, ut emeret tibi ſundum, ſed extraneo, & ego extranei
contemplatione, ne mandati actione teneretur,
emerim, nam hoc caſu inter te & Extraneum mandati
actio naſcitur, inter me verò & extraneum datur actio
negotiorum geſtorum, quæ inter me & filium meum in
3 priori ſpecie non datur. Quod de mandato, ut emeret
fundum filius meus, *antea* dictum, idem de eo caſu eſſe
dicendum ſubjungitur, ſi dederis mandatum ut fideju-
4 beret, & ego fidejuſſerim. Et ideo ſi Titio mandaſti, ut
fidejuberet, & is mandatum ſuſcepiſſet, ſed ille hoc facere
impediretur, fortè quia noluit creditor illius perſona
eſſe contentus, & ideo Titii contemplatione, ne
mandati teneretur, fidejuſſi, negotiorum geſtorum actio
mihi contra Titium competit, quia ejus fidem liberavi.

## ad L. Actio negotiorum. 47.

*S U M M A R I A.*

*Actio negotiorum geſtorum vel ordinaria vel extraordinaria eſt. n. 1.*
*An ſint ejuſdem effectus? 2.*

1 NOtetur *ex hac L.* quod actio negotiorum geſtorum
ſit vel directa & ordinaria, vel utilis & extraordinaria,
quæ à prætore variis caſibus, quibus æquitas ſuccurri
ſuadet, quaſi in ſubſidium accommodatur, ut in *l.* 19.
2 *§.2.h.t.& aliis text. vid. Bach.diſp.*10.*th.*5.*lit.A.* Collegi
etiam, quod actio utilis & directa ejuſdem ſint effectus,
quæ regula ſæpe ſolet allegari in omnibus materiis,
ubi hæc diſtinctio actionis in directam & utilem
occurrit.

## ad L. penult.

*S U M M A R I U M.*

*An & cur ſoror ſecuritatem deſiderans nomine dotis fratrem poſſit compellere ad liberandum maritum à cautione ignorante ſorore præſtita?*

SOror tua nuptias contraxit cum Titio, tu nomine uxoris ſtipularis, à Titio, dotem reddi ſorori, quod tamen ignorat ſoror. Poſtea ſoror vult habere ſecuritatem à marito, qui etiam paratus eſt cavere uxori, dummodo liberaretur à ſtipulatione ſecum contracta, quæritur, an ſoror te poſſit compellere ad liberandum maritum? Quod affirm. quia poteſt expedire uxori ex propria ſtipulatione potiùs habere ſecuritatem, quàm fratris, à quo cedi poſtea deberet.

## ad L. ult.

*S U M M A R I A.*

*An res à ſervo vendito oblatæ poſſint vindicari ab eo, cui venditæ, vel ſi exſtincta, an detur Actio Neg.Geſt.? n. 1.*
*Si Titius ſe hæredem eſſe exiſtimans, errore ſolverit legatum rei propriæ, aut habeat act. Neg. Geſtor. contra inſtitutum hæredem? 2.*

DUas ſpecies & partes hujus Legis ait eſſe *Cujac.*
*ad* 18. *quæſt. Africani mihi tomo* 2. *p.* 2019. & in
utraque hoc juris, ut ſi quis geſſerit negotium, quod pu- 1
tat ſuum eſſe, cùm eſſet meum, detur actio negotiorum
geſtorum, & res ipſa ſpectetur potius, quàm opinio ge-
ſtoris, priori ſpecie mihi directa in geſtorem, in poſteriori
contraria contra me. Species prima: Servum tibi vendi-
di, qui ſervus meas res per furtum ſecum abſtulit, & tu
eas res vendis certiùs, quia emiſti ſervum cum peculio,
& credidiſti, eas res ad peculium pertinere. Rem illam
poſſum vindicare ab eo, cui vendidiſti. Sed quid ſi res
extincta, & datur mihi contra te actio negotiorum ge-
ſtorum. Poſterior ſpecies eſt hæc: Titius, cùm ſe Sem- 2
pronii hæredem eſſe exiſtimaret, errore ſolvit res pro-
prias nomine hæreditario, quas teſtator legaverat, cùm
conſtet, res alienas legari poſſe. Sed ego ſum inſtitutus
hæres & itaque Titius contra me habet actionem nego-
tiorum geſtorum contrariam, ut pretium earum rerum
recipiat, quia ea ſolutione liberor à Legatariis. *Conf.*
*Cujac. d.l.* Autor *ad L.*1.*n.*1.2.*C. de reb.alien. non alien.*

---

# T I T U L U S VI.

## *De Calumniatoribus.*

## ad L. In eum.

*S U M M A R I A.*

*Quinam ſint calumniatores? n. 1.*
*Quæ pœna pecuniam in criminali cauſa ante vel poſt judicium ſuſceptum accipientis? 2.*
*Quando is, qui judicem corrupit, litem perdat? n. 3.*
*An tranſigendi animo Advocato adverſarii pecuniam dare liceat? 4.*
*Pecuniæ nomine quæ contineantur? 5.*

COntinet ipſum edictum, quo ei, qui, ut alteri calum- 1
niæ cauſâ negotium faceret, vel non faceret, pecu-
niam accepit intra annum, qui ſcienti tantùm currit,
quadrupli pœna dictatur, cui ineſt ſimplum. *L.* 5. *§.* 1. *h.t.*
*Bach.diſp.*10.*th.ult.lit.C.* poſt annum in ſimplum. Et hoc 2
etiam in criminalibus negotiis locum habet *§.* 1. *h.l.* ubi
concurrit crimen repetundarum *hic & l.*7.*§.ult.ff.de cri-*
*mine Repetund.* & committit crimen falſi, & crimen con-
cuſſionis, quorum pœnas recenſet hìc *Accurſ.* ſi quis in
criminali cauſa pecuniam accipiat; Sive pecuniam acci-
piat ante judicium acceptum, ſive poſt; nam ſufficit, quod
propudioſum propoſitum habuerit, licèt effectus non ſit
ſecutus, de aliis calumniatorum pœnis extraordinariis lo-
quitur *L.pen.h.t.& Dd.ad §. quadrupli. J. de action. Me-*
*nach.lib.*2.*A.Q.caſ.*321. Notandum autem *in §.*3. eum, 3
qui corrumpit Judicem, vel Adverſarium, id eſt, partis
adverſæ Advocatum, litem perdere debere. *hic & l.*1. *de*
*Condict. ob turpem cauſam.& l.*29. *de Jure fiſci.* Autor *in*
*C.t.de pœn.Judic.ad L.*1.*n.*1.*& ſeqq.* quam pœnam tamen

non incurrit ipſo Jure, ſed per ſententiam, ut verba ſatis
innuunt. Practica erit ſecundum *Bart.* hîc, ut innocens
petat, ſententiam ferri in calumniatorem, tanquàm con-
feſſum; nam & reum hac poena teneri, rectè ex *l.2.C.de*
4 *pœna judic. qui malè judic. & d.l.29.* probat *hîc Bart.* Sed
aliud erit, ſi tranſigendi animo quis det Adverſarii Ad-
5 vocato pecuniam, nam aliud eſt corrumpere, aliud tran-
ſigere. Pecuniæ autem nomine omnis res pretio parabilis
continetur, *per §. fin. h. 4.* quia non minùs turpiter facit, qui
aliquid pro pecunia accipit calumniæ causâ, quam qui
pecuniam accepit.

## ad L. Quin etiam. 2.

### *S U M M A R I U M.*

*Pecuniam accepiſſe calumnia causâ quotupliciter quis di-
catur?*

PEcuniam accepiſſe dicitur porro etiam is, (1) cui obligatio vel debitum remittitur à creditore ſuo calumniæ causâ. (2) Si creditam pecuniam accepit eo fine, ut aliquando reddatur, ſed ſine uſuris, & eo intuitu, aut calumniam faceres. (3) Si res vendita vel locata minori pretio, vel minori penſione, eo fine ſcilicet, ut calumniam alter faceret vel non. (4) Is, qui quidem non accepit, ſed alii dari mandavit; nam per alium lucrabitur. (5) Is, cujus nomine alius accepit, & is ratum habuit.

## ad L. Et generaliter. 3.

### *S U M M A R I A.*

*Affectus quomodo hîc puniatur? n. 1.*
*An paciſcens ob calumniam conventus ex hoc Edicto teneatur? 2.*
*Cur, qui dedit, ut calumnia inferretur, non habeat hanc actionem? 3.*
*Si accipienti pecuniam calumniæ inferendæ causâ quid dederim, ut meo honori parcat, quæ actiones mihi competant? 4.*

1 QUicunque compendii aliquid ſenſit, ut alicui ca-
lumniam inferret, vel non inferret, hanc pœnam
meretur. Hîc autem punitur affectus, licèt non ſequatur
effectus, §. 1. *h. l.* quia lex ſolum affectum cum aliquo
actu, datione ſcilicet, conjunctum hîc pro effectu acci-
2 pit. Ergo non eſt nudus affectus. Porro ex hoc Edicto
tenetur, ſi quis ob calumniam conventus turpiter pactus
eſt, cùm fateri ita hoc crimen videatur & aliquod com-
3 modi accepiſſe *§. 2. h. l.* Illi verò non datur repetitio,
qui dedit, ut mihi calumnia inferretur, quia turpiter
4 dedit: ſed quid, ſi tu pecuniam acceperis à Titio, ut
mihi calumniam inferres, & ego tibi dedero, ut meo
honori parcas, ex duplici cauſa habeo actionem, ſcilicet
poſſum repetere quadruplum ejus, quod tibi Titius
dedit, & ejus, quod tibi dedi, ſi quidem non turpiter
dedi redimendo calumniam. Hæc in §. 3.

## ad L. Hæc actio. 4.

### *S U M M A R I A.*

*An actio hæc in quadruplum competat ejus hæredi, qui dedit, ne ſibi calumnia inferretur? n. 1.*
*Quid in hærede ejus, qui injuriam pati debuit ob pecuniam ab alio datam? 2.*

1 ACtio hæc datur ei, qui dedit, ne ſibi calumnia
inferretur, ſed an hæredi ejus datur? Videtur
hoc dicendum; nam actio pœnalis datur etiam hæredi,
ſi defuncto aliquid abſit: Sed negatur, quia ſufficit,
quod habeat condictionem dati ex turpi cauſa. Et præ-
tor noluit extendere actionem hanc ad hæredem, cùm
quodammodo ſit ſimilis actioni injuriarum & ad vin-
2 dictam tendat. Multò magis deneganda eſt actio in
quadruplum, non ejus, qui non dedit, ne pateretur ca-
lumniam, ſed ejus hæredi, qui injuriam pati debuit ob
pecuniam ab alio datam. Nam ibi fortiùs ſtringit ratio
*Bachov. ad h. tit. n. 12.*

## ad L. In hæredem. 5.

### *S U M M A R I A.*

*Quando turpia lucra ab hæredibus extorquenda ſint? n. 1.*
*Quomodo hæc actio concurrat cum condictione ob turpem cauſam? 2.*

TUrpia lucra etiam hæredi extorquenda, licèt cri- 1
mina ipſa extinguantur morte, ſi modò hæres ex-
inde locupletior redditur, ſicut enim ex delicto deſun-
cti lucrari non debet. *Vaſquius p. 1. cont. ill. c. 96. n. 26. &
ſeq. Covar. l. 3. var. reſol. c. 3. n. 7.* Dn. Autor *in C. 1. Ex
delict. defunctor. n. 3. 8. & 9.* licèt hæres nullum fecerit
inventarium, ultra accepta tamen non tenetur. *Farin.
qu. 10. n. 59. vid. Beſold. conſ. 234. qu. 2. & Dec. pract.
crim. l. 8. c. 39. n. 22. Peregrinus de Jure fiſci lib. 2. tit. 2.
n. 6. vid. not. infr. ad l. 9. ff. de jure fiſci.*
*In* §. 1. dicitur, hanc actionem quoad ſimplum cum 2
condictione ob turpem cauſam concurrere, & unam per
aliam conſumi, ut tamen condictio tollat hanc quoad
ſimplum, *conf. Hahn. ad Weſenb. ut & Dn. Struv. th. 60.
Exerc. 7. in Syntagm. J. C.* Autor *ad L. 12. n. 5. ſeq. C. de
Furtis.*

## ad L. Annus autem. 6.

### *S U M M A R I U M.*

*In hac actione qua diverſitate annus currat?*

ANnus hîc diverſimodè currit; ei, qui dedit, à datione; ei, cujus nomine datum, à ſcientiæ tempore; additur hîc ratio, quia neſciens non videtur facultatem experiendi habere, & ignorans non videtur negligere jus ſuum, nec ipſi currunt tempora. *Aug. Barboſa locupl. l. 9. cap. 3. axiom. pen. & ult.*

## ad L. Si quis. 7.

### *S U M M A R I A.*

*Qua diverſitate interdum duo, interdum unus hac act. teneatur? n. 1.*
*An contra accipientem pecuniam, ut filiofam. calumniam inferat, patri detur actio? 2.*
*Quid ſi filiusfam. acceperit ob inferendam mihi calumniam, An ipſe teneatur & cui? 3.*
*An ſi publicanus, cui vectigal ſolutum, adhuc ſemel ſolutionem extorqueat, ſubjaceat huic Edicto? 4.*

TU dediſti pecuniam Titio, ne mihi calumnioſam 1
litem moveret, aut feciſti animo negotium meum
gerendi, & tunc ſi ratum habui, ego dediſſe videor;
aut dediſti ex affectione, non animo repetendi, & tu
& ego actionem habemus.
In §. 1. *legis ſeptimæ* agitur de filiofamilias, ſi, ut is 2
accuſetur, acceperis pecuniam, patri ejus datur actio
ex hoc edicto. Si autem filiusfamilias acceperit pecu- 3
niam, ob inferendam mihi calumniam, ipſe tenetur, &
poteſt conveniri à me in quadruplum, & à te, qui ei
dediſti, ne mihi injuria fiat.
In §. 2. agitur de publicano, cui vectigal ſolvi & ta- 4
men quaſi non ſolviſſem, mancipia mea retinet, & ita
pecuniam extorquet, ſed quia non agendi negotium
faceſſit, *Bach.* eo productum eſſe Edictum.

## ad L. Pen.

### *S U M M A R I U M.*

*Innocens de crimine accuſatus, an, ſi vexam redimat, habeat repetitionem dati?*

Accuſati

ACcuſaſti me de crimine, quod probari nequit, ego licèt innocens ſim, ob periculum tamen capitis redimo vexam, ut loquuntur, an datur mihi repetitio dati? Quod affirmatur. imò à ſuperiore ob concuſſionem extra ordinem puniri potes. *l. fin. ff. de Concuſſ.*

ad L. Ult.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis refertur. num.* 1.
*Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.* 2.
*An hujus tituli hodienum uſus ſit?* 3.

ACcuſas me de crimine, & petis, ut ſervus meus torturæ ſubjiciatur. Ille ſervus debilitatus & deterioratus eſt per torturam. Mihi abſoluto datur actio ad duplum per *l. 6. C. h. t. ibique* Dn. Autor *num.* 1. *& ſ.*
2 & præterea puniris ob calumniam. Ex *hac L.* ſolent probare regulam, ſeparatorum ſeparatam eſſe rationem.
3 *Vid. Barboſ. l. 17. c. 21. axiom.* 1. Sed hic titulus ab uſu paulò remotior, ideoque hunc titulum exoleviſſe, nutat *Grœnwegen*; quod intelligo de pœna talionis olim calumniatori infligenda; nec tamen in Gallia pœnam calumniatorum exoleviſſe, tradit *Chriſtinæus v. 4. dec.* 205. *num.* 22. Sanè rarò ex hoc Edicto agitur, ſi tamen agatur, non poſſet denegari actio. Imò & Calumnia in agendo & excipiendo deprehenſa, ceu perfidiæ & impietatis ſpecies punienda. *Dn. Mevius p. 2. dec.* 109. Et per mille annos nemo de calumnia eſſet punitus, impunibile tamen hoc delictum propterea non redditur. Quomodo hodie Calumniatores puniri ſoleant, demonſtrat Dn. Autor *in C. h. t. ad L. 5. numer. 4. & ad L. 7. numer.* 2.

# LIBRI QUARTI
## TITULUS I.
## De in Integrum Reſtitutionibus.

### Ad L. Utilitas. 1.

*SUMMARIUM.*

*Quinam in integrum reſtituantur?*

PRætor læſos reſtituit & eorum jura redintegrat, qui vel metu, vel calliditate ſeu dolo, ſive ætatis fragilitate, ſive ob abſentiam læſi ſunt. Et ſic hic habentur quatuor cauſæ reſtitutionis, quæ in ſingulis titulis poſtea tractantur. Et obiter hic colligi poteſt, Compilatores clauſulam generalem, de qua *in tit. Ex quibus cauſis majores &c.* de cauſa abſentiæ intellexiſſe; nam ita alia adhuc exprimenda fuiſſet cauſa, ſed practica latiùs hoc extendit; de quo ſuo loco.

### ad L. Sive per. 2.

*SUMMARIUM.*

*Alia reſtitutionis cauſa.*

HIc recenſentur duæ aliæ cauſæ reſtitutionis ut 1. ſtatus mutatio, ſeu minima capitis diminutio; *de qua infra in peculiari titulo.* Altera eſt Error, non qui in ipſo negotio intervenit; nam ille error negotium ipſum reddit nullum, *l. 57. ff. de Obl. & Act.* ſed talis opinio erronea, quæ cauſam dedit negotio.

### ad L. Omnes. 3.

*SUMMARIUM.*

*In cauſa cognitione ejus juſtitia & veritas conſideranda.*

CUm hic reſcindantur actus jure validi, non paſſim reſtitutio concedenda, causâ demum bene cognitâ. In qua cauſæ cognitione quærendum eſt (1) de juſtitia cauſæ v. g. an ſenectus ſit cauſa conſtitutionis, an ignorantia ſit cauſa reſtitutionis. (2) de veritate cauſæ & quidem remotæ & proximæ. Remota eſt v. g. dolus, ætas &c. proxima eſt læſio; nam non ſufficit reſtitutionem, ſi quis ſe probet fuiſſe minorem, ſed & oportet probare læſionem. Nec læſionem probare ſufficit, niſi etiam cauſa remota, ſcilicet ætas minorennis probetur. *Conf. Bachov. ad h. t. 1. Rubr. de modo concedendi reſtitutionem.*

### ad L. Scio. 4.

*SUMMARIA.*

*Propter rem minimam non conceditur reſtitutio? nu.* 1.
*Verus legis intellectus.* 2.
*In minima ſumma non datur appellatio.* 3.
*Niſi ſit pauper.* 4.

1 PRopter minimam rem non debet concedi reſtitutio, ſi majori ſummæ præjudicetur. v. gr. ſi expediat pupillo vel minori, retinere agrum, & tutor in pretio quodammodo læſus, vellet reſtitutionem petere, venditor autem nollet aliquid de pretio diminuere, ſed potius totum contractum vellet reſcindi, ſi minor ob parvum exceſſum in pretio reſtitueretur, & ita totus contractus reſcinderetur, damnum incurreret minor, dum agrum amitteret ſibi utilem. Ita intelligo hanc le-
2 gem. *Vid. Donell. Lib. 21. capite nono & ibi Hill. litt. L. Bach. in Treutl. volum. prim. diſp. 11. th. 2. lit. B.* Vulgò colligunt *ex h. l.* ob rem minimam non dari reſtitutionem. vid. *Pinell. ad L. 2. C. de reſcind. vend p. 1. capit. 1. num. 25. Ruſius h. c, & multi alii* Autor *ad L. 5. num. 6. C. Fin. Reg.* Sed legem hanc de caſu ſpeciali loqui rectè probat *Sforsia Oddus L. 1. de Reſtitut. q. 4. art. 12. n. 98. & 102. Gomez. ad § pœnales. Inſtit. de Actionibus n. 4. Joannes Annibal. ad L. poſt contractum. ff. de Donat. num. 88. & conf. Maurenus de Reſtit. cap. tertii. numer. 308. in fin.* Accuratiores etiam Autores pro illa ſententia, quod ob minimam cauſam non detur reſtitutio, hanc legem allegare ſolent, fortè ex argumento. Non nego, non eſſe ob rem minimam reſtitutionem faciendam, nec pacta reſcindenda ob rem modicam, nec actum ipſo jure validum retractandum ob rem minimam. *Vid. Bach. ad tit. 1. h. L. c. 2. numer.* 1. Nec ob rem minimam dari debet appellatio *Dn. Mev. p. 3. dec.* 235. Poteſt tamen fieri, ut pauperi ſit aliqua læſio magna, quæ diviti modica, ideoque arbitrio judicis hoc committetem attento reſpectu perſonarum & patrimonii. Hinc bene conſtitutum in Ordinatione VVeimar. ſummi Tribunalis, ut licèt ſumma non ſit appellabilis, tamen admittatur pauper, ut refert *Dn Mevius p. 5. dec* 84. Pertinet igitur ad privilegia pauperis, quod admittatur ad reſtitutionem, appellationem, querelam, licèt ſumma ſit minima. Cæterùm pauperi non currunt fatalia proſequendæ appellationis. *Gail. l. 1. obſ. 142. Aut. ad Auth. ſi appellatione. nu. fin. C. de tempor. appell.*

### ad L. Nemo. 5.

*SUMMARIUM.*

*Quando res poſſit dici amiſſa?*

NEmo videtur amiſiſſe rem, ad quam recuperandam habet remedium etiam extraordinarium, ſcilicet reſtitutionem à prætore faciendam. *hic. & l.14. ff. de V. S. in fine.* Nam tunc propriè tes amiſſa, quæ ita nobis abeſt, ut nulla actio ſuperſit, qua vel ipſam rem, vel ejus pretium aut æſtimationem conſequi liceat. *Gœdd. ad d. l. 14. numer. 25.*

### ad L. Non ſolum. 6.

*SUMMARIA.*

*An reſtitutio in integrum etiam hæredes juvet? nu. 1.*
*An hoc beneficium cedi poſſit? 2.*
*Quæ diſtinctio hic adhibenda? 3.*
*An ſi libertus læſus in ſervitutem revocetur, Domino reſtitutio detur? 4. & 5.*

1 REſtitutio in integrum datur etiam hæredibus &
omnibus univerſalibus ſucceſſoribus, Autor *in C. t.*
*De reſtit. milit. ad L. 1. num. 1. 2. & 3.* v. gr. fideicom-
miſſario vel ei, quem filiusſamilias miles in Teſta-
mento in peculio caſtrenſi ſcripſit hæredem, vel patri
in peculio caſtrenſi filio ſuccedenti. Item ſi is, qui læ-
ſus in ſervitutem redigatur, datur reſtitutio domino,
non tamen niſi intra tempus ſtatutum, olim annum
utilem, hodie quadriennium. *l. ſupervacuam. ult. C. de*
*temp. reſtit. ibique* Autor *numer. 1. 5. & 6.* quia reſtitutio
2 datur ad rem ipſam, & ratione geſti negotii, & quia
aliquid abeſt. *Mynſ. cent. 4. obſ. 19. Mauric. in tr. de*
*reſtit. cap. 15. Odd. de reſt. qu. 50. Zœſ. numer. 2. ad h. t.*
Autor *in C. h. t. ad L. 6. numer. 7.* Ex quo ſequitur, cedi
poſſe beneficium reſtitutionis, cùm omne, quod ad
hæredes tranſit, regulariter etiam ſit ceſſibile; Et hoc
in ſpecie de reſtitutione minorum, expreſſum in *L. 24.*
*ff. de Minor. Wiſſ. ad Pandect. diſp. 13. th. 5.* Diſtinguen-
3 dum itaque *ex hoc textu*, aliud eſſe, ſi perſonæ qualitas
ſit cauſa immediata beneficii, ut in *L. 13. ff. ſol. matr.*
aliud, quando eſt cauſa remota. Nam reſtitutionis mi-
norum cauſa immediata eſt læſio in bonis, læſio hæc
ex ætate provenire præſumitur, unde hoc mixtum pri-
vilegium dici poteſt. *Dn. Richter. dec. quart. numer. 22.*
magis tamen reale ex cauſa proxima. Autor *in C. t. ſi*
4 *advers. dot. numer. 2.* Sed porro quæritur *in hac lege.*
Si libertus meus adierit hæreditatem, & læſus ſit, poſtea
verò ob ingratitudinem eum in ſervitutem revoco &
ita ejus bona jure peculii adquiro, an poſſim reſtitutio-
nem petere? Reſp. hoc citra controverſiam affirman-
dum, ſi minorennis fuit, cùm adiret, licèt propriè vi-
ventis liberti hæres aut ſucceſſor dici non poſſim. Sed
5 quid ſi libertus non fuerit minor & ita non adſit cauſa
reſtitutionis remota. Sed & hoc caſu me reſtitutionem
petere poſſe, hîc dicitur, quia habui jus contra liber-
tum, ut poſſim eum in ſervitutem revocare ob ingra-
tudinem, quod jus mihi competens non potuit adeun-
do hereditatem damnoſam intervertere. Nec revocavi
in ſervitutem ob agnoſcendam hæreditatem, ſed vin-
dictæ causâ.

### ad L. Divus. 7.

*SUMMARIA.*

*Præſumtio contumaciæ tollitur, ſi citatus ſtatim poſt terminum comparcat. nu. 1.*
*Solennia non facilè ſunt mutanda. 2.*
*Præſumtio contraria præſumtione eliditur. 3.*
*Si contumacia ficta eſt, reſtitutio datur ad totam cauſam. 4.*

1 PRæſumtio contemtus judicis, reſultans contra
contumacem ex eo, quod citatus non venit in
termino, tollitur ex eo, quod citatus confeſtim poſt
terminum venit; ſeu contumax fictus vel præſumtus
veniens, judice adhuc ſedente, reſtituitur ad totam
cauſam. *Cacheran. dec. ſeptuageſim. prim. num. trigeſim.*
*prim.* Et ſic contumacia poſt diſceſſum Judicis non niſi
cum cauſæ cognitione purgari poteſt. *Dumhoud. Pract.*
*civ. cap. octav. numer. terti. Grœnwegen hic.* Et purga-
tur contumacia, ſi citatus, ut compareat horis matu-
tinis, à meridie veniat. *Carpz. p. prim. deciſ. quadrage-*
2 *ſim. terti.* Notetur etiam, non facilè eſſe aliquid mu-
tandum in ſolennibus judiciorum. Sed hic ſententia in
3 contumaciam lata pro ſe præſumtionem tantùm habet,
quæ contraria præſumtione eliditur. Quando igitur
4 ſine culpa ſua abeſt & ita ficta eſt contumacia, debet
ad totam cauſam reſtitui, ut cauſa de integro cogno-
ſcatur, maximè ſi dolus adverſarii occurrat, & abfue-
rim dolo adverſarii, quod ſæpe contingit. Debet enim
prætor potius in integrum reſtituere læſum contuma-
cem fictum, quàm famoſam actionem doli dare *hac in*
*paragraph. 1.*

### ad L. Inter minores ult.

*SUMMARIA.*

*Reſtitutio contra ſententiam fit vel ad totam cauſam vel ad appellandum. num. 1.*
*Hoc declaratur exemplis. 2. ſeqq.*

COntinetur hîc reſtitutionis contra ſententiam di-
1 viſio. Nam aliquis contra ſententiam reſtituitur
ad totam cauſam, ut omnia ſint ſalva & integra: Alii
verò reſtituuntur ad appellandum, ut liceat poſt efflu-
xum decendium appellare. Declaratur id exemplo.
2 Minor v. gr. cum Republica litem habuit, & defenſus
eſt per Curatorem ſuum; nam aliàs judicium eſſet ipſo
jure nullum, ſententia autem eſt lata pro Republica
contra minorem, hîc datur reſtitutio ad totam cau-
ſam, ut cauſa de integro cognoſcatur; & quia hîc de
Republica agitur, multò magis locum hoc habet,
3 ſi minor cum privato litiget. Tunc a. minor reſti-
tuetur, quando læſus reperitur, ideo addita *in textu*
verba, cognitâ ſc. causâ. Et quamvis dici poſſit,
dari minori actionem contra curatorem, à quo malè
defenſus eſt, reſponderi tamen poteſt, nimis ita arctari
jura minoris, ſi contra Curatorem agere teneatur, &
poteſt lædi ſine culpa tutoris. Ideoque minor habet
electionem *per tit. Cod ſi tutor vel curator intervenerit.*
4 Sed aliud in iis, qui abſunt Reipu. causâ; Nam ſi hi
per procuratores defenſi ſint, (nam aliàs contra ab-
ſentem ſententia ferri non potuiſſet) ſi victi, petere
poſſunt reſtitutionem ad appellandum tantùm; nam ſi
præſentes fuiſſent, aliud non potuiſſent agere, quàm
appellare.

---

## TITULUS II.

### *Quod metus causâ geſtum eſt.*

### Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Vis metum includit, non contra. numer. 1.*
*An Provincia poſſit allegare metum, contra Tribunum militum, ratione debiti in militia contracti, nunc pacis tempore ſolvendi? 2.*
*Si licita fuerit extorſio, quid Tribuno probandum? nu. 3.*

1 IN L. 1. continetur edictum Prætoris, quod *poſt*
*Bald. ad L. 27. de Donat.* commendat *Menoch. lib.*
*ſecund. A. Q. caſ. 135.* & de cauſa decreti *Franzkius*
*ad h. t. numer. terti.* Scilicet prætor dicit, ſe non
habiturum ratum, quod metus causâ geſtum erit:
& rationem reddit, cur non addatur vocabulum vis;
quia vis atrox includit metum, non verò metus vim.

Sed hîc

Digitized by Google

Sed hîc quæritur, an debitum in militia contractum occaſione collectarum, debeat tempore pacis ſolvi; ſi
2 v. gr. impoſuit Tribunus provinciæ, vel urbi certam collectam, & ea tota non potuit exigi, an poſtea tempore pacis provincia poſſit allegare metum? Diſtinguendum videtur, an Tribunus juſſu Superioris hoc fecerit pro conſervanda Legione, an non; item an Jus habuerit, an non *Conf. Mev. p. x. dec.* 24. Pax Osna-
3 brugenſis tollit eas obligationes, quæ illicitè extortæ ſunt, ſed & ſi licita fuit extorſio, probandum Tribuno, quod Legionem de ſuo aluerit, aliàs enim tantùm ſuam portionem, *ſeine gage*, milite jam exauctorato, petere poſſet, ut à Collegio noſtro reſponſum *menſe Decembr. Anno* 1658.

## ad L. Vis autem. 2.

### SUMMARIUM.

*Qualis vis hoc loco intelligatur?*

IN L. 2. definitur vis, de qua *Weſenb. in ff. numer.* 2. *h. t.* Sanè vis interdum dicitur, quando paſſus nihil confert, nullo actu conſenſum teſtatur, & patiens tantùm patitur, ut in ſpoliato; ſed hæc vis non habet reſtitutionem *ex hoc libro*, ſed ex *lib.* 43. & ex actione ſpolii, &c. & hanc vim, quæ non in voluntatem fertur, & voluntas non cooperatur, vocat *Fagundez. de Juſt. & jure l. prim. cap. quint. numer. prim. & Zoeſ. ad h. t. num.* 2. abſolutam & præciſam; ſed metus aliquem conſenſum factis vel verbis teſtatum infert in hac materia. conf. *Franzk. ad h. t. numer.* 5.

## ad L. Continet. 3.

### SUMMARIA.

*Reſtituendus ob vim illatam aliquid feciſſe debuit. nu.* 1.
*An metus allegari poſſit, ſi magiſtratus per vim quippiam faciat?* 2.

UT autem competat reſtitutio, neceſſe eſt, ut petens reſtitutionem aliquid fecerit ob vim ſibi
1 illatam, nam ſi nihil fecit, ſed tantùm paſſus eſt, non opus eſt reſtitutione; ut etiam *ad l. præced. dictum.* Si Magiſtratus per vim quid faciat, quæritur, an hîc ſit metus, qui hîc conſideratur? R. Si Magiſtratus ſua
2 decreta exequatur, non videtur eſſe talis metus, ſed ibi alia ſunt media, quibus nos defendimus. Sed ſi Magiſtratus ſine ordine judiciario, ſeu extra judicium de facto vim inferat, contra id omnino datur actio quod metus causâ, tempore debito. Hinc meritò repulſus, qui ſe per judicialia decreta, quibus interminata erat executio, ſolutionem promiſiſſe dicebat. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 224.

## ad L. Ego puto. 4.

### SUMMARIUM.

*Exemplum juſti metus.*

AN metus ſervitutis poteſt eſſe cauſa reſtitutionis? Videtur quod non, quia nemo privatorum poteſt alium in ſervitutem redigere. Sed reſpondetur, poſſet quis habere documenta mea, per quæ ſtatum meum & libertatem probare poſſum, quæ occultando me in ſervitutem redigere poſſet juxta *l.* 8. *paragraph.* 1. *h. t.*

## ad L. Metum. 5.

### SUMMARIUM.

*Quid ſit juſtus metus?*

NOn quilibet metus, ſed cruciatus corporis ac majoris malitatis hîc reſtitutionem merebitur; *Autor in C. h. t. ad L.* 4. *nu.* 2. ratio eſt *in lege ſequente*, quod talis metus requiratur, qui in virum conſtantiſſimum cadit. At quis non timet cruciatum corporis? vel quæ non timet vim pudori inferendam?

## ad L. Metus. 6.

### SUMMARIA.

*Qualis metus hic intelligatur? numer.* 1.
*Pro diverſitate perſonarum diverſus etiam metus eſt.* 2.

1 MEtus hîc conſideratur, qui in conſtantiſſimum virum cadit, neque vani timoris juſta excuſatio eſt. *l.* 184. *de R. J. L.* 13. *de re jud.* quod in latitudine explicandum, pro qualitate perſonæ. & ſic etiam metus hîc conſideratur, qui in conſtantem fœminam cadit; nec in utroque ſexu par metus requiritur, & ſic arbitrio Judicis committendum hoc, per *L. tert. ff. ex quib. cauſ. maj. Weſenb. hic numer. tert. Menoch. d. caſu* 135. *numer. tert. Gail. de P. P. Lib. prim. c. ſecund. numer.* 5. *Sanchez. de matrim. L. quart. diſp. tert. numer. ſecund. Covar. de Matrim. p. ſecund. cap. tert. paragraph. quart. numer. decimiſeptim. Carpz. in Juriſpr. Conſiſt. L. ſecund. d. vigeſim. none. Fagundez. de J. & J. L. prim. cap. quint. numer. decim. & Trentl. th. quart. Lit. A. Weſenb. ad Pandect. diſp. decim. tert. numer. decim. tert.* Et ita minor metus excuſat fœminam, non marem. *Tiraq. plurimos allegans in tr. de LL. Connub. gl. prim. part.*
2 *nono. numer.* 160. Deinde inter mares magna eſt diſſimilitudo, nam major metus in milite, quàm in litera to requiritur; quidam naturâ aliis ſunt meticuloſiores, qui nullibi non timent. Ætas etiam in metu conſideranda. Et ita metus cadens in virum conſtantem, non ab oratè tantùm, ſed etiam reſpectivè ad perſonam conſideratur, *ut probat Sanchez. d. d. tert. numer. ſecund. & Fagundez. d. l.*

## ad L. Nec timorem. 7. & L. 8. h. t.

### SUMMARIA.

*An metus infamiæ metus juſtus ſit? numer.* 1.
*Cur reſtituatur, qui in adulterio deprehenſus metu mortis quid promiſit?* 2.
*An etiam reſtituendus, qui à patre adulteræ aut marito deprehenſus promiſit?* 3.

1 EDictum propriè ad ea pertinet, quæ facto inferri poſſunt, infamia autem autoritate legis vel immediatè, vel mediante ſententia Judicis, infertur. *Autor in C. h. t. ad L. decim. numer. prim.* Infamiæ ergo metus hîc propriè non conſideratur. Occidere me quis poteſt, vel bonis exuere, & calumniari, ſed non poteſt infamem me facere, quod ſine cauſa legali fieri nequit. *Bachov. ad Trentl. vol. prim. d.* 11. *th. quart. Lit. A. Hill. Libr. decim. quint. cap. trigeſim. octav. Lit. M.* Id verò
2 mirum, quod aliquis in adulterio deprehenſus, ſi metu mortis quid præſtiterit vel promiſerit, reſtituendus ſit: ſed prætor hîc non intuetur adulterum, ut talem, ſed factum impreſſi metus Jure omni illicitum, quod malo more, mortis metu intentato, dare coactus ſit. Nec obſtat. *Lex* 4. *de condict. ob turpem cauſam.* nam alia ibi quæſtio, antequàm turpiter datum condicere poſſit, hîc, an violenter repetere poſſit; illic data pecunia, ne prodatur, hîc ne occidatur. *vid. Don. & ibi Hillig. lib.* 14. *c.* 25. *lit. D. P. Buſius ad L. h. Weſenb. ad Pandect. d.* 13. *th.* 14. Videtur autem hic textus non procedere in
3 iis caſibus, in quibus Leges ipſæ gladium vindicem patri & marito, ſed huic certo reſpectu, porrigunt, nam cùm hi mortem minitentur licitè, ſaltem in foro exteriori, non poterit hæc licita vis comminata tantùm, actionem quod metus causâ parere, quæ vindicat metum mortis incuſſum contra jura. Nam ſi vis conceſſa, comminatio violentiæ magis conceſſa videtur. Niſi quis dicat violentiam in iſto caſu præſumi ex ira & quaſi furore inflictam, quæ præſumtio ceſſat in eo, qui pecuniam extorquet. Vel reſponderi poteſt, non probari occiſionem, ſed pœnam remitti ob præſumtum ſummum dolorem & quaſi furorem.

## ad L. Iſti. 8.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo metus ſervitutis ſit juſtus? nu.* 1.
*An metus, ne vis inferatur, juſtus?* 2.
*An metus juſtus, ſi quid promiſſum pro liberorum, uxoris, fratris, &c. periculo? nu.* 3.
*Pater priùs torquetur, quam filius.* 4.
*Liberi, ne parentes crucientur, juſtè metuunt.* 5.
*Metus ſtupri metus juſtus eſt.* 6.

1 ANtea dictum *in l.* 4. metum ſervitutis etiam pa-
rere reſtitutionem, cujus hîc habetur exemplum,
*in fin.* ſi quis me det in ſervitutem & habeat documen-
ta, quibus libertatem meam ſeu manumiſſionem poſ-
ſum probare, & ille minitetur, ſe inſtrumenta illa diſ-
cerpturum, niſi hoc vel illud dederim. Illud certum;
2 metum, ne vis pudori inferatur vel ne ſtuprum patia-
tur violentum mulier, juſtam eſſe cauſam reſtitutionis
*§. ſecund. h. l.* Autor *in C. h. t. ad L.* 4. *numer.* 3. cùm
iſte metus major eſſe debeat quàm mortis, & Theolo-
gi, ni fallor, de earum æterna ſalute, quæ metu ſtupri
violenti in flumen ſe præcipitarunt, bene ſperant. Et
3 non tantùm iſte metus ſufficit, ſi quis talem violentiam
timeat in ſua perſona, ſed etiam ſi in liberis ſuis me-
tuat *paragraph. fin. legis* 8. Nam parentes magis in libe-
ris, quàm in ſe ipſis pro ſuo affectu terrentur, *Menoch.
lib. 6. præſ.* 56. *numer.* 7. Et ſi periculum filii juſtum me-
tum incutit parenti, *Menoch. conſ.* 1. *num.* 275. pericu-
lum uxoris marito, & contra. *vid. D. Thoma Fagundez.
de J. & J. l.* 1. c. 5. *num.* 5. ubi idem eſſe dicit *n.* 6. *& ſeq.*
ſi metus vitæ fratri, ſorori, conſanguineo, &c. immi-
neat; imò juſtus piuſque hic metus, etſi affini. *Me-
noch. d. l. numer.* 279. Et hinc probare ſolent, quando
4 Pater & filius ſimul torquendi, ab hoc fieri debere ini-
tium, quòd in Collegiis juridicis obſervari ſolet, ut
pater priùs in perſona filii quaſi torqueatur, & ad ve-
ritatis confeſſionem, antequàm ſibi inſtrumenta appli-
centur, adigi poſſit. *Manzius de Reſtit. tit.* 4. *num.* 24.
*Zanger. de qu. c.* 4. *numer.* 28. *Carpzov. pr. crim. quæſt.*
5 124. *num.* 18. Dixerim, liberos metu cruciatus inferendi
parentibus ſi quid promittant, hoc Edicto juvari, licèt
6 ſubdubitet *Bach. ad h. t. cap.* 1. *in fine.* Notetur etiam,
viris bonis & fœminis metum ſtupri majorem eſſe de-
bere, quàm mortis. Autor *in C. h. t. ad L.* 4. *nu.* 3. v. gr.
maritus ut ſtuprum violentum ab uxore avertat, quid
non promittet? quot Virgines mortem voluntariam,
quàm ſtuprum, pati maluerunt?

## ad L. Metum. 9.

### *SUMMARIA.*

*An in metu ſufficiat ſuſpicia, an verè neceſſaria ſit facti atrocitas? num.* 1.
*Exemplum juſti metus.* 2. *&* 3.
*An actio quod metus causâ contra univerſitatem detur? num.* 4.
*An metus contra me allegari poſſit ab eo, quem ego ſuperveniens à latronibus liberavi pro certa mercede?* 5.
*Metus contra incutientem allegandus.* 6.
*Pro protectione licitum eſt mercedem accipere.* 7.
*In quibus caſibus Dd. perperam hac l. utantur? numer.* 8. *& ſeq.*
*Quando non opus ſit, hanc actionem intentare? numer.* 9. *&* 16.
*Duplex caſus cauſam præbens reſtitutioni.* 11.
*An etiam in negotio imperfecto detur reſtitutio? num.* 12. *& ſeqq.*
*Quando actio quod metus causâ cum aliis concurrat? num.* 17.
*An tantùm rem reſtituiſſe ſufficiat?* 18.
*Si quadruplum ex hac actione accepi, an poſſim actione utili ipſam rem vindicare.* 19.
*An pœna quadrupli abolita?* 20.
*Quando rei reſtitutio ſola ſufficiat?* 21.
*An hæc actio detur contra poſſidentes rem metu extor. an?* 22.
*Declaratur exemplo fidejuſſoris.* 23.

1 MEtus hîc non accipitur pro ſuſpicione metus in-
ferendi, ſed requiritur metus jam incuſſus &
facti atrocitas, hîc & *l. metum.* 9. *C. h. t. ibique* Autor
*numer. ſecund.* Sola enim proteſtatio, ſi quis dicat, ſe
hoc vel illud non ſponte, ſed coactè promittere, non
ſufficit. *Maſcardus concluſ.* 1055. *numer.* 9. *Tuſch. concl.*
224. *num.* 18. Nec obſtat *l.* 33. *paragraph.* 2. *de uſucap.*
quæ ſecundùm materiam ſubjectam accipienda. *Hill. in
Don. lib.* 15. *c.* 31. *lit. L.* Sed & intervallum ſit aliquod, ſi
tamen continuus metus, licèt in præſenti momento
non ſit metus illatus, dari tamen reſtitutionem, vult
*Menoch. conſ.* 1. *numer.* 287. *& Riminaldus volum.* 6.
*conſ.* 614. *numer.* 84. ubi *hanc L. & ejus principium* de
ſuſpicione metus remota intelligit. De probatione me-
2 tus *vide, quos allegavi ad L.* 9. *C. h. t.* Exemplis *hoc in
textu* declaratur; v. gr. ſi audito rumore adventantis
inimici mei cum armis, fundum reliquerim, non eſt
juſtus metus, nec habet locum hoc edictum, quia dejici
non expectavi, ſed aufugi. Sed ſi armatis jam ingreſſis
fugerim, tunc datur reſtitutio, quia jam periculum
3 præſens eſt. Sic ſi aliquis in mea area adhibitis armatis
ædificet, datur huic edicto locus, §. 1. *h. l.* ſi taceam,
quia patientia inſtar traditionis eſt. §. *interdum Inſt. de
Rer. div.* & ſic pati coactus, tradere videor coactè, ut
rectè *hic Gloſſa.*

4 *Ad* §. 1. Primò dicitur, actionem quod metus causâ
etiam contra univerſitatem dari, ſi ſcilicet univerſitas
communicato conſilio mihi vim intulerit, *de quo Buſius
hic.* Sed deinde etiam hæc ſpecies proponitur: Incidis
5 in milites vagantes vel latrones, &c. à quibus tibi
præſentis mortis metus incutitur, ego ſuperveniens te
libero, & polliceris mihi, cùm in periculo adhuc
eſſes, 50. thal. quaſi mercedem liberationis; poſtea
contra me uteris exceptione, quod metu inductus
promiſeris. Sed exceptio rejicitur, addita ratione,
quod operæ meæ pretium petam: additur limitatio,
niſi ego ipſe te in has inſidias præcipitaverim, & hunc
metum tibi fieri procuraverim. Ex quo diſcimus (1)
6 licèt non quæratur, à quo metus ſit incuſſus, ſi tamen
metus non ſit directè incuſſus ad extorquendum ali-
quid, licèt alioquin incuſſus ab homine in alium
finem, quod ob hunc metum non reddatur contractus
irritus. *Steph. Fagundez. d. J. & J. libr.* 1. *capit. quint.
numer. decim. non. Afflictus deciſ.* 246. *conf. Azorius p.* 1.
*Inſt. mor. libr. prim. cap.* 10. *numer.* 11. *& parte terti. lib.
ſext. c.* 7. *Leſſius de J. & J. lib. ſecund. cap. decim. ſeptim.
dub. ſext. Zœſ. ad h. t. numer. decim. quart.* ubi requirit
ad hanc actionem quod metus causâ, ut ſit facta vis ab
eo, cui promiſſum quid eſt, aut ab alio in eum finem,
ut ei præſtaretur aliquid. Colligitur (2) pro Advocatia
7 ſeu protectione licere mercedem accipere ac ſtipulari.
*Caſpar. Klock. vol.* 1. *conſ. trig. ſeptim. nu. vigeſim. quart.
Menoch. conſ.* 29. *numer.* 34. Nonnulli Dd. *ex hoc.* §.
probant, quod donatio remuneratoria ob metum non
8 reſcindatur; ſed *ex h. l.* id non probatur, nam ſi dona-
tarius metum inferret, omnino reſtitutio peti poſſet.
*vid. Menoch. d. l. & D. Cuno in tr. de pact. lib.* 1. *ca.* 6. *n.* 201.
*verſ. rurſus.* Alii inferunt, Jure civili neminem teneri
9 alterum defendere: Sed nec hoc ſequitur, quia hîc de
reali defenſione agitur, quæ cum periculo conjuncta.
10 *vid. Doc. ad L.* 50. *num.* 4. *& ſeqq. de R. J.* Nec ex hoc
textu colligi poteſt, ſi cui Leges vindictam ex cauſa
ſpeciali concedunt, quod id etiam aliis committere
poſſit. Sed id *ex hac lege* non ſequitur, quia ſermo hîc
eſt de Jure defenſionis naturalis, quæ pro me & alio
mihi competit. *Rol. à Valle lib.* 2. *conſ.* 34. *nu.* 30.

11 *In* §. *idem Pomponius* 2, proponitur duplex caſus
cauſam præbens reſtitutioni 1. ſi cogat ſervum manu-
mittere, non quidem ab ipſo ſervo ſi cogat, ſed ab
extraneo,

extraneo, quo caſu tamen non reſtituor contra libertatem & ita contra ſervum per l. & eleganter. 7. pr. infra de dolo malo, ſed contra eum, qui me ad manumittendum compulit ut conſequar æſtimationem ſervi. Alterum exemplum eſt, ſi quis me compellat, ut meas ædes deſtruam & deponam.

12 *In* §. 3. Quæritur, an in negotio etiam imperfecto detur reſtitutio ſeu imploratio judicis officii, ut retractetur negotium v. gr. ſi nondum conſummatus contractus metu initus, tunc eſt imperfectum negotium, nam ſi me coegit, ut ipſi promitterem 100. ſi nondum ſolverem, eſt imperfectum negotium, quo caſu ſufficere videtur Exceptio. Poſſum enim expectare, donec me conveniat, nam tunc de metu poſſum excipere.
13 Sed ſi perfectum negotium, ut nihil jam amplius deſideretur v. g. fui compulſus ad vendendum & tradidi etiam coactus, vel ſi liberavi debitorem meum metu compulſus, hîc non prodeſſet Exceptio, ſed opus eſt actione. Sed deciditur *in d. paragraph. tertii.* quod etiam in primo caſu imperfecti negotii detur Actio ſeu imploratio officii judicis, quod ex reſcripto Imperatoris
14 hîc probatur. Nam durum eſſet & iniquum, ſi metum paſſus & ad promittendam pecuniam compulſus teneretur expectare, donec ex extorta illa promiſſione conveniatur: quid ſi expectat iſſe Adverſarius meam mortem, ut hæredes meos conveniat? quid ſi teſtes, per quos violentiam probare potuiſſem, interim moriantur? quid ſi aliàs conditio mea fieret durior. Ergo concluditur etiam, negotio exiſtente imperfecto, ad quod metu compulſus ſum, dari actionem ſeu implorationem officii judicis, nec me teneri expectare, donec conveniat *conf. Bach. ad h. t. c. 3. nn. 1.*

15 *Ad* §. 4. Sententia eſt, quod non ſemper opus ſit actione quod metus cauſâ, ſed poſſimus actione veteri experiri, reſciſſo illo negotio, per quod ea actio ſublata fuit, & quia reſciſſio illa à prætore fit, quaſi reſuſcitata utilis appellatur, v. g. coactus fui tradere prædium meum, dominium translatum eſt ergo rei vindicationem amiſi, adeo Judicem, narro factum, & peto reſciſſa traditione, per donationem involuntariam
16 facta, me admitti ad prædii vindicationem & eventualiter vindico. Sic debes mihi ex mutuo centum, compellis me gladio ſtricto, ut te liberem per acceptilationem, debito ſcilicet modo, per Aquil. ſtipul. Hîc peto reciſſa liberatione, ut mihi permittatur agere condictione certi ex mutuo, & eventualiter ſimul peto, mihi
17 reddi 100. Atque hæ utiles actiones ſunt. Sed obſtat, quod hæc actio quod metus cauſâ cum aliis actionibus non concurrat. R. ſcil. cum heterogeneis, nam hæ utiles actiones ſunt homogeneæ, ex eodem Edicto datæ. Autor *in C. h. t. ad L. 4. nn. 9.*

18 *In* §. 5. *hujus legis 9.* quæritur, an is, cui reſtitutio rei per metum acceptæ injungitur, tantùm teneatur rem reſtituere? Et reſpondetur, quod etiam teneatur cavere de dolo, quod rem eodem in ſtatu reſtituat, quod non deterioraverit, non obligaverit pignori, non manumiſerit ſervum reſtituendum &c. *hic & l. 18. & 45. de Rei vind. & l. 15. ff de pignorat. act.*

19 *Ad* §. 6. Dixerat JC. in §. 4. præter actionem quod metus cauſâ, dari etiam actionem veterem, jam à Prætore renovatam, & quaſi utilem. Si igitur actione quod metus cauſâ egerim, & ob contumaciam rei quadruplum acceperim, an poſſim rem vindicare utili actione? Nequaquam, quia illi ſimplum ineſt. Ergo idem non
20 poteſt bis peti contra bonam fidem. *Franzk. h. t. nn. 20.* Quadruplum abolitum eſſe, dicit hîc *Grænweg.* quod de noſtris Germaniæ moribus non concedo. Autor *in C. h. t. ad L. 4. num. 1. & 2.* Lex ſemper viget, licèt non ſemper juxta eam pronuncietur. Certè nec contra eam deciſum puto. Genus calumniæ, *de quo in tit. de Calumniat. agitur*, rarius eſt.

21 *In* §. 7. repetitur id, quod de cautione præſtanda *in* §. 5. dictum, recenſentur tamen exempla, in quibus reſtitutio ipſa ſufficit, ſi. v. gr. liberare aliquem coactus ſum per acceptilationem, quia ſufficit, veterem obligationem meam mihi reſtitui & quod ego reponat in ſtatum meum priorem, item ſi reſtituat contra promiſſionem à me factam illi, qui per vim ſtipulatus eſt à me, vel ſi coactus ſum ſervitutem vel perſonalem vel realem remittere, quia ſufficit, ut in veterem ſtatum reponat.

22 *Ad* §. *ult.* Actio hæc in rem ſcripta, & datur contra eos omnes, qui rem metu extortam poſſident, & ita ex metu ab aliis illato lucrum facere volunt, nam & hi delinquunt, quod conventi non reſtituant rem, & ita metum approbent. Autor *in C. ad L. 3. num. 1. & 2. h. t. Donell. libr. 15. c. 38. lit. V. & ibi Hill. Trentac. libr. 1. reſol. t. quod met. cauſ. reſol. 2.* Declaratur illud exemplo
23 *in textu.* Debes mihi 100. dediſti fidejuſſorem, hic minatur mihi mortem, ut liberem, quod factum, an actio quod metus cauſâ contra debitorem datur? Videtur quod non, quia metum non intulit, ſed affirm. quia ſufficit, à fidejuſſore illatum eſſe metum, ut ille & tu liberaremini. Tertius autem poſſeſſor rei per metum extortæ non delinquit ab initio, ſed cum conventus rem non reſtituit. *Donell. d. l.*

## Ad L. Illud verum. 10.

### *SUMMARIUM.*

*Quomodo contra fidejuſſores ob metum principali incuſſum Actio detur?*

DEbitor meus me metu incuſſo perculit & compulit, ut ipſum non tantùm, ſed & fidejuſſores ejus liberatem, quæritur, an contra fidejuſſores agere poſſim, ut reſtituar & actio contra eos reddatur? Vid. quod non, quia hi metum non intulerunt; Sed reſpondetur, quod ſic, nam ſi actione ex ſtipulatu conveniantur, & hi excipiant, ſibi remiſſum eſſe vinculum obligationis, volunt lucrari ex violentia debitoris creditori illata & ſic tenebuntur hac actione, quæ in rem ſcripta. Et debitor ipſe convenietur, ut non tantùm reſtituat in obligationem principalem, ſed & fidejuſſoriam, qui denuo illos fidejuſſores vel alios æque idoneos dabit, & pignora in eandem cauſam reſtituat, §. *t. h. l.*

## Ad L. Si quis. 11.

### *SUMMARIUM.*

*Quid ſi extraneus me vi compulerit, ut debitorem & fidejuſſorem liberem?*

SI non ipſe debitor, ſed extraneus me creditorem compellat vi facta, ut debitorem & fidejuſſorem liberem, quod etiam feci, ad quid ago contra fidejuſſorem? poſſumne contra illum ſcilicet fidejuſſorem agere, ut debitoris principalis quoque obligationem mihi reſtituat? Quod negatur, tenetur fidejuſſor ſuam obligationem reſtituere, non ipſius debitoris.

## Ad L. Sed & Partus. 12.

### *SUMMARIA.*

*De quibuſnam fructibus teneatur metum inferens reſtituendis? nn. 1.*

*Vim paſſus niſi in damno verſetur hac Actione agere nequit. 2.*

1 METum inferens, tenetur etiam de fructibus percipiendis, ut & alius malæ fidei poſſeſſor; quod & de eo verum puto, qui metus illati conſcius vulnerata conſcientia rem adquirit. Nam & ille dantis titulum injuſtum eſſe novit. *Dn. Struv. ad h. t. nn. 20.* ſed bonæ fidei poſſeſſor tenebitur ad fructus extantes, vel conſumtos quidem, ſed ex quibus factus locupletior, v. gr. ſi ſatisfactum ejus creditori. *de qua materia alibi plura.*

2 *In* § 1. & 2. *hujus legis* 12. pruponitur, non poſſe
agi actione, quod metus cauſâ, niſi vim paſſus in
damno verſetur v. g. intuliſti mihi vim, ut redderem
tibi tuum inſtrumentum, in quo tu debitum confeſ-
ſus es, poſteà fortè adſumto milite ſibi viciſſim vim
inferri, ut illud documentum mihi reddas, quod
etiam facis. Hîc neuter noſtrum in damno verſatur, ut
patet, quia nemini abeſt, quod ſuum eſt. Sic etiam,
ſi creditor debitori vim intulerit, non poterit ille
conveniri ex hoc Edicto, quia debitor in dam-
no non verſatur, quia ſolvit, quod debuit, li-
cèt creditor contra legem Juliam agat, *ut in lege
ſequente.* dicitur.

## ad L. Extat. 13.

### *SUMMARIA*

*Quando Creditor, qui propria autoritate ſuum debitum extorſit, jus ſuum amittat? n. 1.*
*An creditor ipſo jure ſuum jus amittat? 2. & 3.*
*An hæc conſtitutio D. Marci de amittenda re, propria autoritate ablata, hodie obtineat? 4. 5. & 6.*
*An in foro conſcientiæ tutus ſit, qui rem verè alii debitam, vi tamen ablatam, reſtitui ſibi petit? 7.*
*An hæc pœna ad heredes extendatur: 8.*
*An à pœna liberetur, cui inſtrumento conceſſa facultas ingrediendi fundum? 9. 10. & 11.*
*An poteſtatem hanc ex contractu habens renunciare eidem videatur, ſi judicem adeat? 12.*

1 CReditor, qui per vim vel autoritate propria rem
ſuam, vel debitum ſuum extorſit, Jus ſuum amit-
tit, hîc & *l. 7. C. de vi publ. vid. Sichard. C. p.* 81. *Hill.*
*lib. 15. cap. 30. lit. B. Menoch. rem. 5. recup poſſ.* Similes leges
aliàs habet hæc lex nobiliſſima plures, non tantùm,
allegatam *l. 7.* ſed & *L. 6. &* 10. *C. unde vi L. 4. finium
regund. ubi que* Autor *Nov.* 60. *cap.* 1. Eadem pœna ejus
qui clam invaſit, ſine violentia amotum modò in-
vito poſſeſſore id fiat, & ſi præſens fuiſſet reluctatu-
ro, *Dn. Mev. p* 4. *dec.* 219. nec pœna ceſſat, ſi brevi
decedat de poſſeſſione, pœnitentiâ ductus, non expecta-
tâ ſententiâ, niſi pœnam hac lege inflictam vel infli-
gendam remittat ſpoliatus, quod non præſumitur, quan-
do petenti creditori hæc exceptio opponitur. *Dn. Mev.
p. 4. deciſ.* 220. Sed & hæc pœna etiam ad milites perti-
net, qui, quoad vim inferendam propenſiores ſunt,
eò magis coercendi & ignorantia juris naturalis, qualis
hæc eſt, eos non excuſat. *Dn. Mev. p. 4. dec.* 418. Quæ-
a 2 ritur (1.) an ex conſtitutione Marci Imperatoris ipſo ju-
re amittat rem ſuam dominus, vel debitor ſuum cre-
ditum; quod hîc aff. *Gloſſa & Ant. Matth. ad l. 48. ff.
titul. 4. cap. 3. num. 4.* cum hoc tamen temperamento, ſi
modò declaratoria ſententia de metu illato, lata; Ve-
rùm æquius eſt, dicere non ipſo jure incurri pœnam
amiſſionis. *Tiraqu ad l. ſi unquam.* 8. *C. de Revoc. donat.
voc. revertatur num.* 152. & 187. *Dn. Mev p. 4. dec.* 220. *n.* 1.
Et ſic nec creditor, qui per violentiam dicitur arri-
3 puiſſe pro credito aliquid, arcendus eſt à concurſu, ſed
poteſt etiam ſuum creditum explicare, ſalvis exceptio-
nibus aliorum creditorum. *Dn. Mev. p. 5. deciſ.* 157.
Sed (2.) quæritur, an hæc conſtitutio Marci per de-
ſuetudinem ſublata. Id audacter pronunciant nonnul-
4 li, ut *Covarr. l. 3. reſ. 16 numer. 7. & Farin. quæſt. 175. p. 1.
num. 145. & Grœnwegen. ad h. l.* Sed quod hic vel ille
hanc legem non allegatam, nec in ferenda ſententia
obſervatam videtur, ex hoc nulla deſuetudo probari po-
teſt. Sed ipſe cauſam, ubi aliquis hæres legitimus do-
5 mum ac bona defuncti occupaverat, & poſtea dice-
bat, ſe non ut hæredem, ſed ut creditorem occupaſſe in
qua ſententia inter H. MS. M & AM. ſententia *ex hac
lege* concepta fuit à Dominis JCtis Jenenſibus, & ita
apud nos pronunciatum die 19. Octobr. anno 1647.
6 Leges præſumuntur vigere, niſi de conſuetudine con-
traria manifeſta appareat. *Dn. Mev. p. 1. deciſ.* 95. Et præ-
ſertim tales leges hodie neceſſariæ, ubi, pleríque ju-
gum obedientiæ excutere velle videntur. Non ergo
admittimus quod *Petr. de Greve exerc. 5. th.* 20. hanc le-
gem à tota Geldria, Gallia & communi totius Chri-
ſtiani orbis uſu exulare dicit; quomodo enim id pro-
bare poterit? quo hoc tot Juriſconſulti eos textus tam
diligenter tractant? *Vid. Menoch. dicto. rem.* 5. Ideoque
7 univerſalem conſuetudinem contrariam non audeat aſ-
ſerere *Carpz. p. 3. deciſ.* 269. Licèt in Sax. foro non ob-
ſervetur hic rigor, Sed quid in foro conſcientiæ? Non
dubito, tuto vim paſſum retinere poſſe, imò exigere
pecuniam ſibi violenter extortam, licet debitam. Nam
juſtus & titulus ex lege, quæ creditorem in pœnam vio-
lentiæ Jure ſuo privare & me injuriam paſſum liberare
voluit, modò verus ſit dolus & contemtus Magiſtratus.
8 *Carpzov. d. l. num.* 23. Sed ad hæredes hæc pœna non
pertingit. *Menoch. rem. 9. recup. poſſ. num.* 299. Sicut &
pronunciatum in Fac. noſtra, menſe Julio anno 1645.
& oct. anno 1674. Sed ſi ipſo jure inſligeretur pœna,
poſt mortem ejus poſſet ferri ſententia declaratoria, ut
in aliis fit pœnis, quæ ipſo Jure infliguntur. Sanè ab
9 hac pœna liberari quis poteſt; quando in inſtrumento
data facultas, propria autoritate ingrediendi bona,
per notata *L. 3. C. de pign.* & ſic dicto menſe Julio
etiam pronunciatum. Quod quidem *Dn. Mevius*
negat *p. 4. deciſione* 217. Sed ſi conventum, ut pro-
pria autoritate creditori occupare liceat bona debi-
toris? nam tunc hactenus, ut impunè hoc faciat, pa-
10 ctum illud utique effectum habebit, Nam licèt Leges
omninò improbent occupationem propria autoritate
factam, non tamen lucrum id invitò addicitur, ſcilicet
eujus res occupata fuit, quia hoc conceſſit: nam licèt
hæc conceſſio judici non præjudicet, præjudicat ta-
men debitori, qui ob id factum, quod, ut fieret, con-
ceſſit, non poteſt obtinere lucrum i. e. dominium
rei occupatæ *l. creditores. 3. C. de pign. Gail. lib. 2. obſ.*
45. *num* 8. *Fredericus Mart. tr. de jure cenſuum capit. 6.
11 num.* 371. Nec obſtat, quod, qui alieno nomine ſe
poſſidere conſtituit, poſſeſſione privari ſine judicis
autoritate non poſſit, reſpondeo enim, ipſum non
conceſſiſſe, nec dediſſe creditori hanc poteſtatem oc-
cupandi rem. *conf. VVeſenb. conſ.* 84. *num. 33. Menoch.
d. remed. 5. num* 28. *Farin. quæſt.* 175. *p. 1. num.* 119. &
12 *p. 3. num. 174. & quos refert Finckelth. obſ. 24. num.* 15.
Sed quid ſi habens ex contractu hanc poteſtatem, judi-
cem adeat, an renunciare videtur huic juri, & judicis
ſententiam exſpectare tenetur? Id affirmat *Cardin.
Mantica de tac. & amb. convent. lib. 11. titul. 5 num.* 20.
niſi id jus reſervaverit. *Mantica d. l. num. 20. Neguz.
13 de pign. p. 4. num.* 26. Colligitur *ex hac lege*, neminem
conqueſturum apud judicem à judicio repellendum
eſſe, & injuſta eſſe mandata inhibitoria de lite non pro-
ſequenda, & dari appellationem. Dn. *Mev p. 1. deciſio-
ne nonageſima ſexta.* Sed annon per modum exce-
14 ptionis agenti hæredi opponi poſſit? Videri id poſ-
ſit ex traditis *ſupra, quod quiſque juris.* Sed de eo
cogitandum.

## ad L. Item ſi cum. 14.

### *SUMMARIA.*

*Debitor, ut per acceptilationem ſe liberet, compulſus ex hoc Edicto non agit. n. 1.*
*Actio, quod metus causâ, eſt arbitraria. 2.*
*Quomodo pœna quadrupli evitari poſſit? 3.*
*In quantum poſt annum detur hac actio. 4.*
*Hoc declaratur gemino exemplo. 5. & ſeq.*
*Quid in metu attendendum: 8.*
*Hac actio arbitraria eſt 9.*
*Verba quædam legis dubia explicantur. 10. & ſeq.*
*An is, ad quem res metu extorta b. f. pervenit, abſolvi poſſit? 12.*

Opinio

*Opinio nonnullorum de rebus metu extortis examinatur. num.*13.
*An ſi principalis metu coactus promiſerit, etiam fidejuſſor reſtituendus?* 14. *&* 16.
*Quid quadruplari debeat?* 15.
*Quid ſit quadruplum ſi quis ut contumax ex Edicto condemnetur?* 17.
*Si res metu extorta naturaliter pereat, cujuſnam periculum ſit?* 18.
*Quænam requirantur, ut quis de bonis debitori ipſe ſibi ſatisfacere poſſit?* 19.
*Qua actione conveniendus, qui rem per vim extorſit? numer.* 20.
*An actio doli, & quando cum actione, quod metus cauſa concurrat?* 21.
*Cur hic una actio aliam non conſumat ipſo jure?* 22.
*Id, in quo læſus ſum, quadruplandum.* 13.
*Quod ſi plures ſint delinquentes?* 24.

1 SI quis perpetua exceptione tutus creditorem com-
pulerit, ut per ſolennem acceptilationem ipſum
liberaret, quæritur, an compulſus poſſit ex hoc Edi-
cto quod metus cauſâ agere? quod meritò negatur
*per l.* 12. §. 2. quia creditor in damno non verſatur,
propter exceptionem enim perpetuam jam antea non
poterat debitorem convenire. Nec obſtat *l.*9. §.3. *h. t.*
quia ibi agitur de debitore, hîc de creditore & ibi
actio & Exceptio ex eodem edicto fluit, quod hîc
2 non eſt. Actio quod metus cauſâ eſt arbitraria, qua
jubetur reus rem reſtituere; cui ſi non pareat intra
annum, in quadruplum agitur, quo quadrupla-
tur omnis cauſa, i. e. utilitas, per *h.l.*14. §. 1. Autor
*in C. h. ad L.* 4. *num.* 6. Unde mixta eſt actio, quæ
continet ſimplum & pœnam, ſimplum eſt res ex-
torta & omnis utilitas, quam habuiſſem, ſi metus
3 non illatus, triplum eſt pœna. Hæc autem natura
actionis hujus, ut qui judicis juſſu ipſam rem vel dam-
num datum actori reſtituit, pœnam hanc evitet. §.27.
*Inſt. de Act.* Indeque actio hæc arbitraria vocatur.
Conferri poteſt *Struvius ad h.t. th.* 20. *& cæteri Dd. d.*
§. 27. Actio verò in ſimplum eſt perpetua, i. e. tri-
ginta annos durat. *Grœnwegen. ad l.* 4. *C. h. t.* Autor
*ad L.*3. *in C. h. t. numero ſeptimo*, *& ad L.*4. *num.*1.
cauſa tamen cognita Actio in quadruplum quadrien-
nium durat.

4 *In* §. 2. Explicatur id, quod *in l.* 14. §. 1. dictum
poſt annum actionem in ſimplum dari cauſâ cognitâ,
hoc declaratur duobus exemplis 1. ſi aliquis injuriam
5 per violentiam paſſus ſit, non datur actio, quia in-
juriarum actio anno expirat; Autor *ad L.*5. *num.*16.
*ſeqq. L. de injur.* ergo etiam ex hoc Edicto de inju-
ria illata poſt annum agi nequit. Alterum exemplum
6 in hærede, cujus Anteceſſori fuit res erepta per vim;
nam ille poteſt agere contra poſſeſſorem poſt annum
petitione hæreditatis, quæ datur contra eum, qui
pro poſſeſſore poſſidet, & ita non opus erit actione
7 ex hoc Edicto. Sed quid ſi non is poſſideat qui vim
intulit, ſed alius, qui bono & ſpeciali titulo poſſi-
det, hoc caſu ceſſat petitio hæreditatis, quia hæc
non datur contra eum, qui titulo ſingulari poſſi-
det, ergo tunc locus erit huic actioni ex hoc
Edicto.

8 *In* §. 3. dicitur, non quærendum eſſe, quis me-
tum intulerit, ſed an metus illatus ſit, & res mihi
per vim extorta: Autor *in C. h.t. ad l.*5. *numero* 1.2. *&* 3.
licèt ergo poſſeſſor metum non intulerit, quia ta-
men non vult rem reſtituere, meritò punitur, quia
lucrum ſentire vult cum alterius damno. Quod ſuo
modo etiam de eo caſu intelligi poteſt, quando poſ-
ſeſſor habet illam rem titulo oneroſo; nam cum rem,
quæ malo titulo ad Autorem ſuum venit, vult reti-
nere, procul dubio contra jus compendium ſuum
quærit. Et quamvis obſtare videatur ea ratio, quod
iniquum videatur, poſſeſſionem fortè etiam bonæ
fidei ex alieno facto puniri, quæ ratio dubitandi *in
textu* §. 2. habetur. Reſpondetur tamen, hanc pœ-
nam tripli non tam propter metum, ſed propter con-
tumaciam non reſtituentis infligi, hæc eſt proxi-
ma pœnæ cauſa. Ergo probandum eſt, tantùm me-
tum fuiſſe illatum & aliquid per metum eſſe datum
vel promiſſum.

9 *In* §. 4. dicitur, hanc Actionem eſſe Arbitra-
riam. Autor *in C. h. t. ad L.*4. *numero ſexto.* Nam ju-
dex arbitratur primò, rem metu extortam debere re-
ſtitui, cui ſententiæ ſi pareat poſſeſſor, ulterior ſen-
tentia non eſt neceſſaria, quia actor obtinuit, quod
petiit & pœna non habet locum quia nulla contu-
macia. Sed ubi reus non vult reſtituere, tunc accuſa-
ta rei contumacia, reus contumax in quadruplum,
10 cui tamen ſimplum ineſt, condemnatur. Verba illa
in textu *(uſque ad ſententiam ab arbitrio datam)* ſunt
dubiæ lectionis. Nam ſi ſententiam primam, quæ ar-
bitrium vocatur, intelligat JCtus, verum omninò
eſt, etiam poſt eam ſententiam integrum eſſe reo, re-
11 ſtituere rem & evitare pœnam. *Videri poteſt Bachov.
ad h. t. capite ſecundo, mihi pag.*987. Videri poſſet for-
tè hic ſenſus, uſque ad ſententiam ultimam, quam
tulit judex qui antea ut Arbiter ſententiam quaſi in-
terlocutoriam tulerat. Nam prima ſententia videri
poteſt interlocutoria, licèt ſuâ naturâ ſit definitiva,
cum altera ſententia verò comparata, quaſi interlo-
cutoria videri poteſt. Et ibi vox arbitri accipienda in
ſenſu diviſo.

12 *In* §. 5. quæritur, an non interdum is, ad quem
res metu per alium extorta bona fide pertinet, ab-
ſolvi poſſit? Quod affirmatur, nam ſi res interiit, ſi
ſervus aufugit, omninò abſolvendus ſum, ſi in caſu
ſervi profugi cautionem præſtem de reſtituendo ſer-
vo, ſi in poteſtatem meam iterum pervenerit. Nam
in Arbitrio i. e. in prima ſententia non poteſt pro-
nunciari, eum, qui bona fide rem poſſedit, ſed tem-
pore ſententiæ non amplius poſſidet, reſtituere rem
13 debere, quam non habet. Deindè *in* §. 5. quæritur
an nonnullorum opinio, qua exiſtimant, eos, qui
per emtionem rem metu extortam acceperunt, vel
quibus res illa donata vel legata eſt, non teneri, in
jure ſit fundata? Equidem de emtore quod opinan-
tur, habet aliquam ſpeciem, quia habet titulo one-
roſo & abeſt pretium, quæ autem in donatario &
legatario ſit ratio, non eſt liquidum. Sed verius eſt
etiam b. f. emtorem ex hoc Edicto teneri, & multò
magis donatarium & legatarium, qui de lucro cer-
tant. Additur ratio, ne metum paſſo metus ſit captio-
ſus, i. e. ne in fraudem metum paſſi res vendi, do-
nari aut legari poſſit *in verſ. Pedius*, differentia con-
ſtituitur inter eum, qui metum intulit, & inter poſ-
ſeſſorem, qui accepit ab eo, qui metum intulit. Ille
tenetur ex hoc Edicto, licèt rem ad alium transtu-
lerit; nam hoc fide mala factum, ſed is, ad quem
pervenit bona fide, tenetur, ſi adhuc poſſideat, ut
dictum *in* §. 5. *h.l.*

14 De fidejuſſore dato quæritur *in* §. 6. ſi metu coa-
ctus promiſerim, dato fidejuſſore, qui non eſt metu
compulſus, & ego petam reſtitutionem, quæritur an
etiam fidejuſſor reſtituendus? Videtur, quod non,
quia volens ſine metu ſpopondit: Sed affirmatur,
quia reſciſſo principali reſcinditur acceſſorium. Sed ſi
principalis ſine metu promiſiſſet, fidejuſſor autem
metu & minis adactus ſpopondiſſet, is ſolus haberet
reſtitutionem non principalis, quia ſublato acceſſorio
non ſtatim tollitur principale.

15 *In* §. 7. quæritur, quid quadruplari debeat, an
tantùm id, quod dedi metu compulſus, an verò etiam
damnum per id mihi datum? Et videri poſſet prius, quia
odioſa eſt actio pœnalis ad quadruplum. Sed affirma-
tur *in* §.7. poſterius, quia id omne reſtituendum eſt,
quod mihi abeſt. Ergo quadruplari debet res cum fru-
ctibus & intereſſe.

*In*

Digitized by Google

16 *In* §. 8. repetitur id, quod de fidejuſſore antea dictum, ſcil. liberato principali etiam liberari fidejuſſorem, in ſpecie etiam, ſi de judicio ſiſti promiſit, quod *Acc.* intelligit. ſi coactus dedi fidejuſſorem, licèt hic volens ſpopoderit.

17 *In* §. 9. tractatur quæſtio, ſi qui me ad promiſſionem violenter compuliſſet, & ego ex hoc Edicto egerim, ut me per acceptilationem liberet; ille verò condemnatus contumaciter hoc ſpernat, quid ſit quadruplandum? Reſpondetur, ſimplum promiſſum eſſe acceptilandum & tripli pœnam eſſe ſolvendam. *per paragraph. 9. h. l.* & *paragraph* 10. dicitur triplum in pœna eſſe, quod per ſe liquet.

18 *Ad* §. 11. Difficilis hic §. 11. eſſe perhibetur, ideoque ex *Wiſſenbachio diſp. ad Pand. 13. th. 15.* ſenſum ejus ſuccinctè explicabo. Quæſtio eſt, ſi res metu extorta naturaliter ſeu caſu, non verò culpâ poſſeſſoris perierit, an ille liberetur? Et diſtinguitur, utrum ante condemnationem quadrupli perierit, an poſt eam. Si illud, tenetur in quadruplum indiſtinctè, ſive res apud Dominum eodem modo fuiſſet interitura, ſive non. *verſ. Si autem ante.* quia ſibi debet imputare, quod arbitrio Judicis non paruerit. Si poſt condemnationem quadrupli, tum iterum ſubdiſtinguitur: aut enim periit intra tempus judicati, i. e. intra quadrimeſtre, ex *L. ult. C. de Uſuris rei judic.* aut poſt: Si illud, tunc ad quadruplum tenetur, quando æquè apud dominum priſtinum metu non illato non periiſſet, ſed ſi æquè peritura fuiſſet tantùm ad triplum tenetur, ab æſtimatione tamen ſeu ſimplo abſolvitur. Sed ſi poſt tempus judicati, ſcilicet 4. menſes periiſſet, tunc indiſtinctè tenetur ad quadruplum, poſt ſententiam autem non ſemper, cùm tamen hîc major contumacia. Ad quam difficultatem reſpond. *Dn. Struv. ad h. t. th. 21.* & *Hill. in Don. L. 15. capit. 38. lit. S.* Autor *in C. h. t. ad L. 1. num. 6.* & *ſeqq.* ita, quia poſt ſententiam transfuſa eſt prior actio in actionem judicati. *leg. 6. §. 6. de pign.* in judicato autem faciendo non fecit moram. Sed, ſi verum fateri fas eſt, hæ tricæ ſunt, & non neceſſariæ difficultates. Dn. Struv. *d. l.* hoc etiam ad tertium poſſeſſorem extendit; *d. th. 21. in fin. vid. P. Buſium ad h. §.* & *P. de*

19 *Greve Exerc. 5. th. 21.* Quid in Rei vindicatione circa interitum rei ſtatuendum, dicetur ſuo loco. Demum hæc lex locum non habet, quando aliquis per viam juſtitiæ ſuum conſequi non poteſt, ſed per occultam compenſationem aliquid de bonis debitoris occupat, unde ſibi ſatisfaciat; ſi modò ſequentia concurrant requiſita. [1.] Si debitum ſit liquidum. (2.) Si deſperet, ſe viâ juris debitum ſuum conſecuturum, ob magnam debitoris autoritatem & malitiam. (3.) Si ex tali compenſatione & apprehenſione non ſequatur ſcandalum. & (4.) Si non plus accipiat, quàm quod debetur, de qua materia in foro conſcientiæ licita, *Molin. de juſt. & jure diſp. 691.*

20 *In* §. 12. Quæritur, an qui vim intulit & à me rem extorſit, an furti poſſit conveniri, aut actione vi bonorum raptorum? Quod negatur, quia voluntas coacta tamen eſt voluntas, in facto & rapina non concurrit voluntas Domini, quæ hîc concurrit, dum dedi rem, licèt metu majoris mali.

21 *Ad* §. 13. Actio de dolo cum actione quod metus cauſâ concurrit. Autor *in C. t. de dolo malo, ad L. 2. nu. 2.* Sed hoc videtur obſtare illi regulæ, quod actio de dolo non detur, niſi alia actio deſit; ſed hic alia actio datur. *R. Bach. ad Weſ. numero 9.* illam regulam limitandam, ſi alia actio ſit ex delicto, & quidem ex eodem delicto, unde actio doli eſt, non videtur prohiberi concurſus. *confer. Bach. ad primam partem Pandect. ad hunc titul. capite tertio, numero 3.* Aliter autem *Dn. Hahnius ad Weſenb. d. L.* cum *Bachovio* facit *Petr. de Greve*

22 *Exerc. 5. numero vigeſimo ſecundo.* conf. etiam *Hill.* aliter reſpondens *lib. 15. capit. 40. lit. X.* Dicitur autem hîc, quod una actio per alteram conſummatur mediante exceptione. Sed cur non ipſo jure? Reſp. *Bach. d. cap. 3. num. 3.* quia competit ad diverſa. Sed quærit porro, cur non utraque detur, & cur non, quod uni actioni deficit, per alteram ſuppleatur, quod aliàs fieri ſolet? Sed reſp. quod actio quod metus cauſâ non ſit in quadruplum per ſe, ſed fiat per contumaciam, & ſic etiam hæc actio per actionem in rem conſumitur. *L. 6. paragraph. 6. h. t.*

23 *In* §. 14. Quæritur quid quadruplandum ſit. v. gr. ſi ex Teſtamento tibi debeam 40. ut Legatum fideicommiſſum, tu me compellis, ut tibi trecenta promitterem, ago contra te ex hoc Edicto, juberis me liberare à promiſſione extorta. Non vis parere, quid ergo quadruplandum? Reſp. 40. verè debeo. Ergo in his læſus non ſum, bis detractis remanent 260. Ergo hæc ſumma quadruplanda; nam in hac ſumma damnum verſatur.

24 *In* §. *ult. Hujus legis* agitur de pluribus delinquentibus, ubi quæritur 1. an ſinguli in ſolidum conveniri poſſint? Quod affirmatur. 2. Quæritur, an ſi unus arbitrio i. e. primæ ſententiæ paruerit, & rem reſtituerit, vel ſi id non fecerit, ſed ob contumaciam ſolverit quadruplum, an cæteri liberentur? Quod utroque caſu affirmatur, quadruplatur enim intereſſe: Sed in hoc caſu deſiit intereſſe per ſolutionem ſimpli ante contumaciam, vel quadrupli poſt contumaciam.

## ad L. Aut. in id. 15.

### *SUMMARIUM.*

*Uno ex pluribus electo cæteri conſortes non liberantur.*

QUid ſi verò minus reſtitutum fuerit, v. gr. ante contumaciam ſint tantùm reſtituta 90. cùm tamen metum paſſus 100. perierit; aut ſi poſt contumaciam debuiſſet habere 400. & tantùm trecenta acceperit, an non tunc de eo, quod deeſt ſummæ petitæ, à cæteris peti poſſit? Videtur quod non, ſed electione unius cæteri videntur liberati, & fortè id, quod deficit, donatum eſt. Sed affirmatur, quia Electio unius non liberat alios conſortes. *l. fin. C. de fidejuſſoribus.* & Donatio non eſt præſumenda. Et quod particulam acceptarit ab uno, potuit habere aliam probabilem cauſam, v. gr. quod ab uno integram ſummam exigere non potuerit, vel aliam. Et idem eſt in Mandato *leg. 27. paragraph. ult. ff. Mandati* & *l. 13. ff. de fidejuſſ.*

## ad L. Quod diximus. 16.

### *SUMMARIA.*

*Qui rei æſtimationem accepit, poſſeſſorem per vim convenire nequit. n. 1.*

*Quid ſi ſervi plures vim intulerint, & Dominus rem reſtituerit? 2.*

*Quid ſi verò ſervum noxæ dedat? 3.*

*Datur hæc actio heredi & contra eum. 4.*

1 SI contra eum, qui metum intulit, actum fuit; & ille vel ſimplum, vel quadruplum reſtituit, quæritur, an etiam contra eum, qui rem per vim extortam poſſidet, agi poſſit? Videtur, quod ſic, quia deeſt ipſi res erepta. Sed negatur, quia accepit æſtimationem & ita non amplius ejus intereſt, & quia ſolutio facta ab uno, qui metum intulit, liberat cæteros *lege decima quarta, paragraph. fin. ſupra h. t.* idem in contrario caſu, ubi res eſt evidentior, ſi conveniatur prius poſſeſſor, & ille rem reſtituerit. Et hoc *in princ. legis hujus.*

2 *In* §. 1. Agitur de ſervis pluribus vim inferentibus, quando ſcilicet res extorta pervenit ad Dominum, & Dominus noxali actione conventus reſtituit rem, vel ob contumaciam quadruplum, an ob hoc liberati ſint ſervi, ſi ad libertatem pervenerint, nam aliàs noxa

caput

caput ſequitur. Autor *in C.t de Noxal. Act. ad L.1 n.5.* Et ex ratione allegata *in l.14 §.fin.& l.hac in pr.* meritò
3 hoc affirmatur. Sed ſi ſervum noxæ dedat, poterit conveniri hac actione, ſi res ad eum devenerit: Quod quidem mirum; ſed ratio eſt, quia hæc actio eſt in rem ſcripta, & poterit ſervum noxæ datum per condictionem ſine cauſa repetere, ſi rem reſtituat.

4 *In §.2.* Dicitur, hanc actionem hæredi dari, cum ſit rei perſecutoria, quod per ſe eſt planum; ſed *in §. fin.* dicitur etiam contra hæredem hanc actionem dari, ſi res ad eum pervenit, addita eleganti ratione, quod turpiter vel ſcelere quæſitum ad compendium hæredis non debeat pertinere & quod turpia lucra etiam hæredibus extorquenda *l.5. ſupra de calumniat.*

## ad L. Videamus. 17.

### *SUMMARIA.*

*Prætor ſi actionem in hæredem dat, quotus hæres intelligatur? n. 1.*
*Quod ſemel eſt tranſmiſſibile, poſtea tale in infinitum eſt. n. 2.*
*An in conſcientia tutus ſit, qui petit rem à ſecundo hærede, quæ tamen primo hæredi à militibus erepta eſt? 3.*

1 CUm Prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit, ſufficit; ſi ad primum hæredem pervenerit, qui rem conſumſit; ideò hunc textum ſingularem vocant Dd. & cum ita *Vaſq.p.1. controv.illuſtr. lib. 3.cap.69. confer.l.17. de R.J.* alia eſt autem ſignificatio verbi, perveniſſe. *L.23.ff.de pet.hæred.Philip.Math ad L.59.de R.J.n.16.* quando autem pervenit ad hæredem, eſt actio perpetua per *h.l.* Ideòque in delictis, quando regula limitatur, actiones ex delictis competentes non tranſire contra hæredes, niſi aliquid ad hæredem pervenerit, hoc ſolet declarari, ſi tamen ad primum hæredem pervenerit, ſufficit Autor *in C.t. Ex delict. defunctor. ad L. unic.n.6.* Plurimos citat ad hoc Doctores, & *ex h.l.* hanc declarationem confirmat *Farin. qu.10. n. 57.* Ex
verbis ( *& perpetua actio eſſe cœpit* ) probant etiam Dd.
2 quod id, quod tranſmiſſibile factum, poſtea in alios in
infinitum tranſmiſſibile ſit. *Nic.Noalis in tr.de Tranſmiſſ. c.36.n.8.Schraderus de feudis p.4.c.2.n.281.plures citans.*
3 Autor *ad L.un.n.19.C.de impon.lucrat.* Sed in foro conſcientiæ pono circa h. l. caſum: Si mihi per metum res extorta, & illa ad primum hæredem perveniſſet, ſed primo hæredi res à militibus erepta, an à ſecundo hærede poſſim in foro interiori petere rem illam mihi extortam. Ratio dubitandi eſt, quia hæc lex fundatur in præſumptione, quod id, quod ſemel tale eſt, etiam tale manere præſumatur. *Lucas de Penna in l. 1. C. de Jure fiſci in fin.* ſed in foro conſcientiæ non præſumptio, ſed veritas, attenditur. Collige etiam eum, qui conſumſit rem, poſſidere videri.

## ad L. Si ipſa res. 18.

### *SUMMARIA.*

*Qua caſu is ad quem res pervenit, quæ interiit, poſſit dici factus locupletior? n. 1.*
*Res ſurrogata ſuccedit in locum rei. 2.*

1 HÆc Lex loquitur de eo caſu, quando res metu
extorta ad me pervenit bona fide, quæritur, ſi
intereat, an ſim locupletior factus? Et reſpondetur,
quod non; Si verò ea in aliam rem per venditionem,
emptionem, ſit converſa, hoc caſu, ſi res altera pereat,
2 adhuc locupletior videor factus. Quia ſemel res ſurro-
gata ſucceſſit in rei locum; Autor *in C. t. de Advocat.
diverſ. jud. ad L.10. nu.3.* ſicut in petitione hæreditatis
bonæ fidei poſſeſſor, licèt non habeat res, ſi tamen ha-
beat pretia tenetur. *l.22.& ſeq.de petit. hæred.* In actione
de dolo hæres tenetur, ſi ad eum pervenit, licèt poſtea
amiſerit. *Gloſſa in l.28. tit. ſeq. in voce locupletior, quam laudat Rota Gen. dec.83.n.13.cauſ. Calvinus in Lexico. verbo, locupletior.* Autor *in C.t. Ex delict.defunct.ad L. un.n.6.*

## ad L. Quantum. 20.

### *SUMMARIA.*

*Quo tempore res perveniſſe dicatur? n. 1.*
*Quid ſit perveniſſe perpetuò? n. 2.*

JAm dictum, quando res pervenit ad me, quod tunc 1
teneat. Sed quæritur, quo tempore dicatur perve-
niſſe? Et videtur dicendum, tempore judicati *per l.36.
§.pen. ff.de petit. hæred.* Sed hîc dicitur tempus litis con-
teſtatæ eſſe attendendum, quod fortè ità intelligendum,
ſi poſtea conſumſerit; nam ſi caſu res periit, iniquum
videretur bonæ fidei poſſeſſorem vel hæredem gravari
reſtitutione. Sed quando certum eſt, rem certò perven-
turam, fruſtra de tempore quæritur, v. gr. ſi liberatio
per vim extorta à debito, nam liberationem ad Reum
perventuram eſſe certum eſt. Notetur ergo ex hoc tex-
tu, perveniſſe id in perpetuum videri, quo à debito libe- 2
ratus eſt debitor. *L.66.de Solut. Hill.in Danell.l.15.cap.
11. lit. I.*

## ad L. Si mulier. 21.

### *SUMMARIA.*

*An liberta contra patronum reſtitui poſſit? n. 1.*
*An quod metu geſtum eſt nunquam ratum habeatur? num. 2.*
*Quomodo b. f. Poſſeſſor reſtituendus? 3.*
*Quare promiſſio dotis metu facta, ipſo jure non valeat? num. 4.*
*Inquiritur in rationem. 5.*
*Etiam matrimonia metu inita, ipſo jure ſunt nulla. n.6.*
*An etiam renunciatio venditionis metu extorta? 7.*
*Voluntas eſt duplex, alia vi prior, alia vi poſterior. n.8.*
*Qui metu compulſus repudiavit hæreditatem, quam actionem habeat? 9.*

LIberta fuit ingrata contra me patronum ſuum. Ego 1
ob ingratitudinem eam volo in ſervitutem vindicare, illa metu compulſa mihi aliquid dat vel promittit, ne in ſervitutem illam revocem, quæritur, an ex hoc Edicto reſtitutionem petere poſſit? Quod videtur affirmandum *per l.ſupra h.t. in fine & l.8.* Sed negatur, quia ipſa ſibi metum intulit, & ego via juris uti volui, non verò via facti: ut *in d.l.7. & 8. & hac in princ.*

*In §. 1.* dicitur quod metu geſtum eſt, nullo tem- 2
pore à prætore ratum haberi, cùm tamen quadriennio duret hodie, & olim anno utili actio: Ergo videtur, ratum haberi poſt annum & quadriennium. Sed fortè JCtus eò reſpexit, quod poſt annum etiam cauſa cognita detur.

*In §. 2.* quæritur, ſi ego b.f. poſſideam fundum, qui 3
per metum mihi incuſſum eripiatur, ego autem actio-
ne quod metus cauſâ ad reſtitutionem fundi agam, ad-
verſarius a. reſtituere juſſus nolit reſtituere fundum, &
nunc agam ad quadruplum, in quam pœnam con-
demnatur Reus, quæritur quid quadruplandum?
Reſp. non quidem pretium fundi, quia non ſum
Dominus, ſed b. f. poſſeſſor tantùm, quod probat
Adverſarius, ergo tantùm quadruplandum eſt inte-
reſſe ſeu utilitas poſſeſſionis & fructuum, quos per-
cipere potui. Si Dos metu promiſſa, ipſo jure non va- 4
let promiſſio dotis, *§.3. l. 3.* quod in dote ſpeciale eſ-
ſe, tradunt Dd. Licèt enim *Bart. hunc §.* de dote ſine
ſtipulatione promiſſa intelligat, communiter tamen hic
intellectus reprobatur, teſte *Baldo Novella de Dote p.
6. privil. 39. n.9. 2. Petr. Barb. p 4. Rubr. Soluto matr.
n.28.* De ratione autem ſpecialitatis philoſophatur *Bar-
boſa d.l.n.29. & ſeqq. Fortun. Garcias in cap.1.de pactis
n.34.*

5 *num.* 34. hanc reddit, quod in dote conſideretur id,
quod bonum & æquum eſt, cùm igitur metus repugnet
bono & æquo, meritò metus ipſo Jure irritat dotis
promiſſionem; addo ſicut ſponſalia metu contracta ipſo
jure nulla ſunt, ita & acceſſorium ſc. dotis promiſſio.
Nec obſtat, quod in dotis promiſſione, ſemper fingatur
ſtipulatio, nam id ideo conſtitutum, quia in dote præ-
ponderat bonum & æquum, & ſic hoc rationi *Garciæ*
non eſt opponendum. Aliter *Bach. in prima parte Pan-*
6 *dect. ad h.t.c.*4. *n.* 1. Dixerim etiam, quia matrimonia
etiam ſpiritualia, & vota metu extorta ſunt ipſo Jure
nulla, de quo *Steph. Fagund. de J.& J. L.*1 *c.*6. dotem
etiam monaſterio ex metu promiſſam, non deberi.
Hactenus ergo habuimus exempla in matrimonio &
dote, quæ ob metum ipſo jure nulla: Idem in ſpiritua-
libus omnibus. *Hippol. de Marſil. ſing.*347. *Guido Papæ*
*ſing.*969 *quos refert Dn. Manzius in tract. de reſtit. tit.*4.
*n.*10. idem in Teſtamento. *l.*20.*§.fin.ff.de Teſtam.*& aliis
*vid. Dn. Manzius.*

7 Quia *in §. præced.* 3. dictum, dotis promiſſionem
metu extortam eſſe ipſo jure nullam, quæritur, ſi ego
vendiderim tibi fundum, & tu me compellas, ut à
venditione recedam, & ipſi renunciem, an hæc renun-
ciatio ſit ipſo jure nulla & ita prior obligatio maneat;
an verò mihi opus ſit hac actione ex Edicto? Et hoc
ultimum affirmatur; prius negatur; Et ſimile eſt hoc
exemplum Acceptilationi, ad quam me compulit meus
debitor, nam & tunc huic actioni locus.

*Ad §.* 5. Coacta voluntas etiam voluntas eſt. *Gail.*
*lib.*2. *obſ*93. *n.*5. *Menoch. rem.*1. *recup. poſſ n.*104. Sed
non eſt libera, quæ in matrimonio requiritur. *Gail. d.l.*
8 *n.*6. Duplex enim voluntas alia vi prior, cui vis eſt con-
traria, alia vi poſterior, quæ vi non eſt contraria, cùm
vis eam efficiat. *Pacius cent.* 2. *qu.*67. *Hill. in Don. lib.*
17 *cap.*38. *lit. A. conſ. Barb. in ſuppl. l.*19. *cap.*41.*ax.*34.
Sed circa hanc materiam Doctores ex Ethicis paſſim
philoſophantur. Et quia quotidie allegatur Lex, non
addo plura.

9 *Ad §. ult.* Metu compulſus repudiavi hæreditatem,
datur mihi electio, an petitionem hæreditatis utilem
inſtituere velim, an verò actione quod metus causâ uti.
Sed una electa alteram conſumit. Ex *hoc §.* probare
ſolent, eum, qui habet facultatem apprehendendi rem
propria autoritate, ſi adeat judicem, illi facultati videri
renunciare, ne ludibrio habeantur judicia. *Menoch.*
*rem.*4. *adipiſc. poſſ.n* 423.*& remed.*5. *poſſ. adipiſc.n.*157.
*Sed de eo alibi.*

## ad L. Qui in carcerem. 22.

### *S U M M A R I A.*

*An contractus ab incarcerato factus ſit ipſo jure nullus?*
*num.* 1.
*An carceratus ſemper videatur promiſiſſe per vim?* 2.
*An hoc edictum pertineat ad conventiones in bello metu*
*expreſſas?* 3.
*Limitationes attendendæ circa carceratum.* 4.
*An h. L. hodie uſitata?* 5.

1 QUi in carcerem aliquem detruſit ut aliquid ei ex-
torqueret, quicquid ob hanc cauſam factum eſt,
nullius eſt momenti, adeo, ut contractus ipſo Jure ſit
nullus. *Gutierez. de Juram. confirm. l.*1. *cap.*57. *n.* 6.
*Rol. à Valle lib.* 3. *conſ.*57. *num.* 57. licèt non ipſe car-
ceratus, ſed pro eo pater contraxerit. *Rol. à Valle lib.*1.
*conſ.* 2. *num.* 61. *& ſeqq.* adeo ut hæc exceptio fidejuſ-
ſori quoque competat. *Guttier. nu.* 11. contra tertium
2 tamen non datur. *Guttier. d.l. n.*1.2.*&* 7. Collige, car-
ceratum præſumi per vim promiſiſſe & metum. *Hip-*
*polyt. de Marſ. ſing.*306. *Roland. à Valle vol.*1.*conſ.*2.*n.*51.
Autor *in C. h. t. ad L.*4. *n.*3. præſertim verò ſi ſit carcer
injuſtus, de quo nonnulli volunt accipere hunc textum,
quos citat *Wiſſenbach. diſp.* 13. *n.*22. ſed & de carcere
juſto quidem, ſed injuſta ejus cauſa, & ubi priùs di-
mittere reum recuſat, donec promittat, intelligi po-
teſt. *Dn. Manzius de Reſt. t.*4. *n.*37. Rectè autem *d. l.*
*Wiſſenbach.* monet, hoc Edictum non pertinere ad eas
conventiones, quæ in bello vi metuque, vel publicè, 3
vel privatim exprimuntur, quia Jure Gentium hæc li-
cent. Sed pluribus legem noſtram limitat *Farin. qu.* 25.
ut (1) locum habeat in carcere injuſto etiam ratione 4
cauſæ. (2) Si carceratus cum carcerante contrahat, non
ſi cum alio. (3) Si in carcerati favorem & liberationem
ſit contractum. Et quamvis ſint, qui hanc legem con-
ſuetudine contraria ſublatam putent, hoc tamen intel- 5
ligendum eſſe monet *Farin. d. l.* ſi carcer ſit juſtus. Et
hinc, ni fallor fluxit, quod Princeps carceratorum ju-
ramenta ad interim relaxare ſoleat ad effectum agendi.
Plura hac de lege vide ſis apud *Covarr. de Matrimonio*
*p.* 2. *cap.* 3. *§.* 4. *nu.* 25. *Ruinum lib.*5. *conſ.* 113. *num.*
4. *Decianum vol.* 3. *Reſp.* 102. *n.* 1. *Purpuratum conſ.*
282. *n.* 6.

## ad L. Ult.

### *S U M M A R I A.*

*An metus circa contractum in loco celebri initum præ-*
*ſumatur? n.* 1.
*Fortior præſumptio requirit fortiorem probationem con-*
*trariam.* 2. 3.
*Cur executio, non ſervato juris ordine facta, non revoce-*
*tur, ſi debitum verum ſit?* 4.
*Cur creditor non amittat jus ſuum, ratio affertur?* 5.
*An in vi compulſiva hoc edictum locum habeat?* 6.
*An metus vinculorum ſit juſtus?* 7.
*An Pugil à certamine prohibitus ex hoc Edicto non*
*agit?* 8.
*Quomodo is, qui nihil debet, ſi alicui iniquè delegatus*
*fuerit, juvandus?* 9.
*Quid ſi autem verè fuerit debitor?* 10.

MEtus quidem non præſumitur, ſed probandus, 1
quia eſt delictum. *Menoch. l.*3. *præſ.*126. Autor
*in C. h. t. ad L* 8. *nu.*3. maximè verò non præſumitur,
quando contractus celebratur in civitate vel alio loco
celebri, cùm potuerit jus publicum invocare. Sed ad-
mittit hæc præſumptio probationes in contrarium, ſed
longè evidentiſſimas. *Menoch. ubi plures citat. de præſ.*
126.*n.*3.*& conſ.*410.*n.*3. Collige etiam, ubi contra ali- 2
quem præſumptio eſt, quod ille duriori probatione one-
retur. *Bart. hic.* Et licèt ſint impares numero vel digni-
tate teſtes, pro ea tamen parte ferenda eſt ſententia,
pro qua eſt veriſimilitudo. *c. inſpicimus.* 45. *de R.J. in* 6.
*& ibi Dynus. P. Peckius & alii Dd. Berlich. p.*2.*dec.*233.
*n.* 12. Et contra ejuſmodi veriſimilitudinem fortior &
plenior probatio requiritur, nam probationem alterius
adgravat. *Berl. d. l. n.*14. *& ſeqq.* Interdum ob veroſi-
militudinem plus creditur injuratis, quam juratis teſti- 3
bus. *Hippol. de Marſ. ſing.* 298. & plus non legitimè,
quam legitimè repertis. *Idem Hippol. ſing.* 243. quæ &
in Actore procedunt. *Berlich. d. dec.*233. *n.*16.

*Ad §. ult.* Quando Judex inciviliter, & nullo Ju-
ris ordine ſervato, executionem fecit, & debitor co- 4
actus eſt dare rem, debitum tamen ipſum eſt verum
debitum, executio non revocatur, quia, qui exigitur,
dum ſolvit quod debet, damni nihil patitur. *L.*
12. *§. ult. & l.* 14. *pr. quod metus causâ. Sande L.* 1.
*t.* 12. *def.* 2. *Riccius dec. col.* 286. Nam ubi de cauſæ
meritis conſtat, inordinatus proceſſus toleratur. *Dn.*
*Mev. p.*2. *dec.* 177. Sed quæritur, cur hîc non amittat
jus ſuum, per *L. meminerit. C. unde vi?* Tres Reſponſio- 5
nes adducit *Jaſon ad L. Jubere. n.*4.*&* 5.*ff. de Juriſdict.*
Mihi videtur ratio eſſe hæc, quod hîc non tam Credi-
tor quàm judex peccaverit, judex autem habeat pro ſe
præſumptionem. vid. *Menoch. remed.* 8. *recuper. poſſeſſ.*
*num.* 29. *& ibi allegati.* Collige ex *hoc §. ult. collato* 6
*cum*

*cum lege* 5. *de vi & vi arm.* quod in vi compulſiva non habeat locum regula, quod ſpoliatus ante omnia reſtituendus, quis hîc adeſt aliqua voluntas. Quod bene notandum. *Vid. Menoch. rem.* 1. *recup. poſſ. q.* 20. *num.* 102. *& d. remed.* 8. *num.* 28 Et ideo de vi compulſiva *hic* §. intelligandus, ex verbis (*compulſus eſt dare*) unde notatur, quicquid factum à judice per vim compulſivam, quod aliàs fieri non debebat, non reſcindi. vid. *Beroius vol.* 3. *conſ.* 9. *n.* 20. *&* 24. Conferri poteſt prolixa diſputatio hac de re apud *Achillem Perſonalem de adipiſc. poſſ. n.* 260. *& ſeqq.*

*In* §. 1. Proponitur hæc facti ſpecies, Tu mihi mi-
7 naris, te velle me accuſare apud Magiſtratum, & me vinculis ligatum velle ducere ad curiam, niſi tibi ædes meas vendam. Ego, quia potens es opibus & dignitate, injuriam metuo, & tibi vendo, an poſſum coram prætore vel præſide hoc interdicto uti? videtur, quod non, quia metus inferendæ actionis ſeu viæ juris non videtur juſtus metus; Sed quia potius metu vinculorum vendidi, quàm metu cognitionis judicialis, ideoque ad præſidem, qui peculiariter de venditionibus cognoſcit, *l.* 6. *ff. de Off. præſid.* pertinet, hanc venditionem reſcindere. Autor *in C. h. t. ad L. nu.* 3. Ideoque loco actionis ex hoc Edicto datur mihi imploratio officii judicis.

*In* §. 2. Agitur de pugile, quem fœnerator prohibet
8 frequentare Theatra; niſi majorem debito quantitatem ſolvat aut ſe ſoluturum promittat. Hîc non eſt metus cruciatus corporis: Ergo ex hoc Edicto contra fœneratorem non agit; Sed imploratur officium judicis, dum ille inciviliter majorem ſummam vult extorquere.

*In* §. *ultimo* habetur hæc ſpecies, tu me compuli-
9 ſti per miniſtrum judicii, qui dicit, ſibi hoc commiſſum eſſe, ut delegari me paterer tuo creditori, quaſi tibi deberem. Ego reſpectu judicis habito me delegari patior, cùm tamen nihil tibi debeam, & poſtea experior, apparitorem ſine mandato judicis id feciſſe, quæritur, an ex Edicto hoc agere poſſim? Et reſpondetur, quod non; quia non eſt vis vel juſtus metus. Sed inciviliter tamen proceſſit; Et ita à judice reſcindenda eſt delegatio. Aliud eſt, ſi tibi verè debeam, & in eam quantitatem, quam tibi debui, ſui obligatus, quæritur, an etiam hoc caſu im-
10 ploratione officii judicis poſſim à delegatione me liberare? Sed id negatur, quia in tuum recepiſti, licèt inciviliter proceſſeris, dum autoritate judicis abuſus es, inſtruendo apparitorem, ut quaſi à judice juſſus, me id juberet. Sed quæritur, an actioni *ex lege Extat.* 13. *h. t.* locus ſit, & ita, an jus crediti amiſeris? Quod affirmat *hic Accurſius*, ſi judex non juſſerit; rectius negat *Ant. Fab. hic*, nam nulla eſt violentia, licèt abuſus ſis autoritate judiciali.

---

TITULUS III.

*De Dolo malo.*

ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Quot modis dolus conſideretur?* n. 1. 2.
*Quomodo hoc loco?* 3.
*An dolus contra hoſtes licitus ſit?* 4.
*Ex dolo triplex remedium datur.* 5.
*Quando actio doli locum habeat?* 6. *& ſeq.*
*Actio doli non datur, quando alia actio competiit, quamvis non amplius competat.* 7.
*An in conſcientia tutus ſit, qui non poteſt amplius conveniri doli actione tempore excluſa.* 8.
*Qui aliam actionem habuit, eamque Acceptilatione ſuſtulit, doli actionem non habebit.* 9. 10.



1 IN *princ.* continetur cauſa Edicti, ne aliis eſſet malitia ſua & calliditas lucro, aliis ſimplicibus damno. In §. 1. Edictum ipſum proponitur. In §. 2. verò duæ definitiones, de quarum collatione videri poteſt *Dn. Franzk. ad h. t. numero* 6. *& ſeqq. Bargalius de dolo l.* 2. *cap.* 1. *numer.* 21. *Doll. l.* 15. *cap.* 40. *& ibi Hilliger.* Obiter noto; dolum malum multipli-
2 citer ſumi (1) pro læſione, ſed involuntaria, quem vocant dolum in re. (2) pro intentione juri contraria, ut ſi quis ſine cauſa petat, & opponatur exceptio doli. (3) Pro animo nocendi alteri in delictis, ita requiritur dolus in furto, homicidio, &c. (4) pro intentione in contractu lædendi immodicitate
3 pretii, (5) hîc pro machinatione aliqua in alterius deceptionem facta: de dolo bonô doli mali excluſivo agitur in §. 3. *h. l. vid. Tiraqu. de Retr. §. præfat. numero* 70. *& ſeqq. & Hill. libr.* 15. *cap.* 40. *lit. C. Delrio ad L. contractus. de R. J. capite.* 1. *plurima exempla adducens*, ubi tamen rectè notat, nec dolum
4 contra hoſtes licitum, ſi fides data, aut jura belli violentur. Hæc enim non eſt ſolertia, ſed deteſtanda perfidia. *conf. Marcus Mantua ſing.* 315. Ex dolo
5 autem hoc triplex oritur remedium. (1) Actio doli ſive petitio reſtitutionis propter dolum. (2) Actio in factum. [3] Exceptio doli. Actione de dolo peto,
6 ut, quod dolo tuo amiſſum, reſtituatur. In §. 4. habetur regula, quod actio doli locum habeat, ubi alia actio non datur, Autor *in C. h. t. ad L.* 2. *num.* 1. quod exemplis declaratur *in* §. 4. *&* 5. ſi vel interdictum ſit, quo quis poſſit ſuum recuperare, non eſſe locum actioni doli, vel ſi exceptione tutus ſit, vel ſi de dolo ſtipulatum & promiſſum ſit, dolum abfuturum, tum licèt dolus ſit commiſſus, datur tamen actio ex ſtipulatu, quæ non infamat; item ſi ſtipulatio rei turpis ſit, ut nemo daturus ſit ex hac actionem, tunc læſus ſine actione doli tutus eſt: No-
7 tetur ergo ex *paragrap.* 4. quod ſi famoſa actio, & ita hoc reſpectu quodammodo pœnalis, ſcilic. niſi alia actio æquè infamans; aut actio alia plenior, ut quod metus cauſâ per *L.* 14. §. 13. *h. t.* aut ſi dubitatur, an alia actio competat, ut *in L.* 7. *paragra.* 3. *h. t.* aut ſi illa, quæ concurrit, ſit criminalis; nam cum actione ex Lege Cornelia de falſis concurrit, *L.* 9. §. 2. *h. t.* De qua regula & exceptionibus *videntur Oldendorp. cl.* 6. *art.* 1. *Donell. & ibi Hill. lib.* 15. *c.* 40. *Pacius cent.* 1. *q.* 34. *& Dd. paſſim. vid. etiam Wiſſenbach. ad Pand. Diſp.* 13. *th.* 31. *P. Buſius ad l.* 2. *& ſeqq. h. t.* In §. 6. Regulæ ſuperioris ampliatio notabilis continetur, ſcilic. quod nec tunc actio doli detur, quando alia actio competiit, licèt jam non competat, v. gr. Si temporis lapſu ſublata, ut redhibitoria, quia imputare ſibi debet, qui maturiùs non egit. *vid. Hill. l.* 15. *c.* 40. *lit. R.* niſi in hoc ipſo dolus admiſſus, ut dies exiret, v. gr. ſi Reus actorem ludificationibus, fruſtratus, *Aut. in C. ad L. ult. n.* 8. nam tunc eſt reſtitutioni locus, *L.* 23. §. *ult. Ex quib. cauſ maj. vid. Cujac. ad l.* 1. *tom.* 2. *p.* 265. *Buſius ad d. l.* 2. *Wiſſenbach. ad Pand. d.* 12. *th.* 32. Sed *juxta hunc* §. 6. quæro, quid in foro
8 conſcientiæ? Habeo actionem ædilitiam, quia doloſè per machinationem & calliditatem morboſum pecus pro ſano mihi vendidiſti; labitur ſemeſtre, amiſi actionem redhibitoriam, & fortè ob aliquam cauſam, quæcunque illa ſit, nec actione emti damnum conſequi poſſum, poteſne ſalvâ conſcientiâ lucrum illud retinere? Quod non putarem; nam ita cum damno meo locupletaris; & ſolet dolus (qui in te
9 fuit) culpæ [quæ in me fuit, dum non egi] præponderare. *L.* 9. *paragrap. fin. ff. ad l. Aquil. Card. Tuſchus concl.* 579 *num.* 1. *lit. D.* Si quis etiam habuerit actionem, quam Acceptilatione ſuſtulit, non habet actionem doli, quia ſibi imputet, quod actioni, quam habuit, renunciavit, & ita ſuo facto fecit, ut non poſſit alia actione uti, niſi fortè dolo inductus, ut acceptila-

tione actionem tolleret. *In §. ult.* autem dicitur, non
ſolùm negari actionem doli, ſi aliam actionem habeat
contra eum, à quo deceptus eſt; ſed etiam ſi contra
Cajum ſit actio, per quam indemnis ſervari poſſit, *quod
in ſeqq. leg. latè perſequitur.*

## ad L. 2. & ſeqq. tres.

### *SUMMARIA.*

*Cum alia actio ſuppetit, non ago doli. nu. 1.*
*Quod exemplo tutoris in damnum pupilli contrahentis declaratur. 2.*
*Quare hoc caſu actio doli cum actione famoſa non concurrat? 3.*

1 COntinetur hîc alia ampliatio notabilis regulæ
in *L. 1. § 4.* propoſitæ. Cum alia actio, aliud re-
medium datur, quo damnum & dolum alterius paſſo
ſuccurri poſſit, non dari actionem doli, licèt illa actio
detur contra tertium. Aut. *in C. h. t. ad L. 2. numer. 1.*
Nam ſi à tertio rem, in qua deceptus ſum, habere poſ-
ſum, non poſſum agere contra decipientem doli, quod
exemplo declaratur in *L. 5.* Contraxit Titius cum Tu-
2 tore & pupillo, & quidem in damnum pupilli, tuto-
re colludente hîc datur actio contra tutorem, ergo
non poteſt actio doli moveri contra Titium, niſi tu-
tor non ſit ſolvendo. Sed obſtare videtur quod actio
3 famoſa bene poſſit concurrere cum actione doli, Au-
tor *in C. h. t. ad L. 1. num. 3. & 8.* ut antea dictum,
atque hæc actio tutelæ eſt famoſa. Reſpondeo, ac-
tio alia famoſa poteſt cum act. doli concurrere, ſi
utraque daretur contra Titium. Sed hæ actiones con-
tra diverſas perſonas dantur, & hîc non poteſt locum
illa ratio habere, quod Titii non interſit, qua actione
infamis fiat. Aliæ exceptiones regulæ illius continen-
tur in *L. 7. §. 1. h. t.* ubi criminalis actio cum actio-
ne hac concurrit. *L. 9. §. 2. h. t.* vel ſi alia actio ſit
4 inutilis, fortè quod tertius non ſolvendo. *L. 5. h. t.*

## ad L. Nam is nullam. 6.

### *SUMMARIA.*

*Paria ſunt, non habere actionem, & habere, ſed propter inopiam adverſarii inanem. n. 1.*
*Fidejuſſoris exceptio excuſſionis non auditur, debitore non ſolvendo exiſtente. 2.*
*Idem ſi excuſſio notoriè eſt fruſtranea. 3.*

NOn videtur actionem habere, cui propter ino-
piam adverſarii actio inanis eſt: & ſic credito-
1 res liquidantes, quibus ex concurſu nihil adjudicari
potuit, pro non creditoribus habendi. *Dn. Mev. p. 3.*
*dec. 354.* unde probant, fidejuſſorem non poſſe oppo-
2 nere exceptionem excuſſionis, ſi debitor notoriè ſol-
vendo non eſt. *Gail. lib. 2. obſ. 27. num. 14. Berlich. p.*
*2. concl. 24. num. 138. Coler. de Proceſſ. Execut. p. 1. c. 10.*
*n. 385. Hering. de fidejuſſ. c. 27. m. 1. nu. 199.* Nam non
tollit quidem Jus agendi, ſuſpendit tamen effectum
plenariæ executionis, *vid. Dn. Taber. in Barb. l. 1. c.*
*16 axiom. 10. lib. 9. cap. 66.* Exemplum hujus regulæ
habetur in *L. 7. § 6. & §. 9.* Sic etiam fruſtra de ex-
cuſſione principalis aut ſpecialis hypothecæ excipitur,
quando excuſſio notoriè fruſtranea aut difficillima.
*Croc. de Excuſſ. bon. qu. 37. Dn. Mev. p. 4. dec. 48.* Sic
3 ſi cum meo procuratore colluſeris, hoc non exiſtente
ſolvendo, contra te datur actio de dolo, quia non
habeo aliam actionem in effectu. *l. 7. §. 9. h. t.*

## ad L. Eleganter. 7. & 8.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi Dominus minorennis ſervum dolo ipſius inductus vendiderit? nu. 1.*
*Quando dolus det cauſam contractui, & quando incidat? 2.*
*Cauſa hujus diſtinctionis. 3.*
*Cujuſnam reſpectu talis contractus nullus ſit, an decepti, an verò decipientis? 4.*
*Dolus dans cauſam etiam diſtractui, eundem annullat. 5.*
*Si Tertius det cauſam dolo contractui an ipſo jure nullus ſit? 6.*
*Quid ſi dolus det cauſam matrimonio? 7.*
*Quid ſi dolus incidat in contractum? 8.*
*Siquis ad contractum ſtricti juris inducatur, quid juris? 9.*
*Qui actionem aliam habet, ei non datur actio doli. 10.*
*An ſi res promiſſa deteriorata reſtituatur, actio doli detur? 11.*
*An doli actionem habeam, ſi proprietarius ſervum uſufructuarium occiderit? 12.*
*Quid ſi hæres ſervus legatum occiderit? 13.*
*Quid ſi tuum armentum dolo tertii mihi nocuerit? 14.*
*Cur contra tertium Actio L. Aquiliæ non detur? nu. 15.*
*Quid ſi alius ſervum meum à vinculis liberaverit? n. 16.*
*De ſervo, qui pretium pro libertate Domino promiſit, & in id Expromiſſorem dedit ſub certa lege. nu. 17.*
*Quid ſi adverſarius dolo mei procuratoris fuerit abſolutus? 18.*
*Falsò affirmans pecuniam petentem eſſe ſolvendo an doli teneatur? 19.*
*Falsè aliquem commendans ſui lucri cauſâ doli tenetur. 20.*

1 HAbui ſervum, qui me adhuc minorennem de-
cepit & dolo eo adegit, ut tibi venderem cum
peculio: Emtor hunc ſervum manumiſit. Quæritur,
an detur actio doli? Reſp. diſtinctè dupliciter: 1. ſi
emtor non ſit conſcius doli; & ita non datur actio
doli contra emtorem, ſed contra ſervum jam manu-
miſſum ad intereſſe; quia hic talis dolus eſt, quo li-
bertatem meruit, ergo ex eo facto conveniri poteſt
*per l. 3. C. an ſervus ex ſuo facto.* 2. ſi emtor particeps
doli & dolus dederit cauſam contractui; nam talis
contractus, cui dolus cauſam dedit, eſt ipſo jure nul-
lus. Autor *in C. t. de Reſcind. Vend. ad L. 1. nu. 1. & 2.*
*Et ad L. 4. C. de her. vel act. vend.* Ergo non datur
contra emtorem actio ex vendito; (nam vocabula ex
vendito ex emto ſæpe confunduntur) Ergo opus eſt
actione doli. Sed annon ut minor reſtitui poſſum con-
tra ſervum? Hoc negatur. Præcipuè notandum *ex*
2 *principio*, quod dolus duplex ſit, alius dans cauſam
contractui, alius incidens. Ille eſt, quando quis ab ini-
tio per falſas perſuaſiones & machinationes perſuaſus
ad contrahendum acceſſit, aliàs non contracturus,
ſi non dolo eſſet inductus; Hic eſt, quando quis ali-
quem aliàs contrahere volentem in ipſo contractu
decipit. Ille contractum bonæ fidei ipſo jure reddit
nullum, per verba textus (*aut nullam eſſe venditionem
&c.*) de quo *Carpzov. p. 2. c. 34. de 9. Gail. lib. 2. obſ.
2. numer. 6. Bach. in Tr. vol. 1. diſp. 28. th. 2. lit. F.* Au-
tor *in C. tit. de Reſcind. Vendit. ad L. 5. num. 1. & ad L.
4. n. 4. & ſ. t. de oblig.* Idque in foro conſcientiæ etiam
veriſſimum, tradunt *Covarr. in reg. poſſeßor. p. 2. §. 6.
num. 6. Valaſc. de Jure Emphyt. qu. 3. numer. 9 Lud.
Molina de Juſt. & Jur. diſp. 352. num. 4.* Atque hæc in
ſcholis ac judiciis receptiſſima eſt ſententia, quam
etiam pluribus tuetur, & contrariis reſpondet *Zaſ. in
h. t. num. 3. & ſeq.* Cauſa ejus rei ſufficiat, quod ini-
3 tium contractus vitioſum non poſſit conſiſtere cum
pleniore atque exuberantiore iſta fide, quam tales con-
tractus requirunt. *Dn. Struvius ad h. t. th. 27. conf.
Marcus de Mantua ſing. 316.* Hoc tamen ita decla-
rant, contractum eum eſſe nullum ſcilicet in favo-
rem decepti; nam ſi deceptus velit ſtare contractui,
4 tenetur omnino & alter ſtare. Autor *in C. tit. de reſc.
Vendit. ad L. 5. num. 1.* Nam ex parte decipientis, con-
ſenſus eſt abſolutus. & non erroneus. *Zaſ. d. l. nu. 11.* nec
decipiens poteſt allegare ſuam turpitudinem, quod per
dolum alterum ad contrahendum induxerit. *cum
Molina ſentit Leſſius de J. & J. tom. 1. liber. 2. cap.
17.*

17. *dubit.* 5. *num.* 32. licèt diſſentiat *Sanchez. de matri-*
*monio lib.* 4. *diſp.* 15. *num.* 5. & *Fagundez de J. & J. libr.*
1. *cap.* 3. *nu.* 17. Practica autem *hujus legis* hæc eſt, ut
deceptus tutus ſit exceptione, ſi nihil præſtitit, vel ſi
tradidit, poterit indebitum repetere, & de dolo re-
plicare. *Dn. Manzius de Reſt. ex capite doli. cap.* 5. *n.*
5 12. Et ſicut dolus dans cauſam contractui bonæ fidei
ipſum annullat, Autor *in Codice*, *t. de Oblig. & Act.*
*ad L.* 4. *numer.* 1. & *ſeqq.* ita etiam dolus dans cau-
ſam diſtractui, ſeu liberationi à contractu b. f. red-
dit diſtractum nullum. *Gail. l.* 2. *obſ.* 2. *nu.* 6. & *Dn.*
6 *Manzius d. l. nu.* 19. Si autem tertius det cauſam con-
tractui ſuo dolo; tunc valet contractus, & actio doli
datur contra tertium. *Medina de Reſtitution. quæſt.*
33. Excipiunt tamen contractum matrimonii, qui li-
7 cèt per dolum expreſſus, tamen valet. *Molina tracta-*
*tu* 2. *diſp.* 259. & *d. diſp.* 352. *num.* 5. cauſa eſt ejus in-
diſſolubilitas, quod intelligo ſi res non amplius in-
tegra, & dolus reſpiceret bona fortunæ. Sed quando
8 dolus incidit in contractum, i. e. quando emturus
aliàs eſſem, ſed non tanti, contractus eſt validus, ſed
quod ratione doli exceſſit, repetitur, & ſuppletur il-
lud, in quo dolus adhibitus. *Medina d. q.* 33. *Molin.*
*dd. diſp.* 259. & 352. Et decipienti hoc caſu non datur
electio, an ſtare velit contractui, & reducere ad æqui-
tatem, an verò à contractu malit recedere, quia Jus
hanc electionem nunquam tribuit doloſo. *Covarr. lib.*
2. *var. reſp. c.* 4. *numer.* 12. Si aliquid ad contractum
9 ſtricti juris inducatur, contractus non eſt nullus, ſed
datur vel exceptio doli, ſi omnia integra, vel Actio,
ſi contractus conſummatus. *Dn. Manzius d. c.* 5. *nu.*
17. Sic ſi dolus incidat in contractum ſtricti juris, da-
tur vel actio vel exceptio doli; Autor *ad L.* 4. *num.*
2. & 5. *C. de O. & A.* in ſubſidium etiam interdum da-
tur actio doli, contra eum, cui dolus profuit in non-
nullis caſibus, v. gr. ſi dolo procuratoris reus ſit abſo-
lutus, licèt reus ipſe in dolo non fuerit, neque aliud
ad eum pervenerit, in ſubſidium contra reum actio
dolo datur. *h. l.* 7. §. *pen.* Si deceptus habeat actio-
10 nem furti, non datur actio doli, quia per actionem
dupli vel quadrupli ſuum conſequi poteſt, & indem-
nitati ſuæ conſulere; hoc *in* §. 1. Si etiam habeat
popularem actionem, per quam conſulere poſſit in-
demnitati ſuæ, excluditur actio doli. *per* §. 2. Sed
quæritur, ſi promiſſam rem quidem tradideris, ſed de-
11 terioratam ſi ſervum deterioraveris vel fundum extir-
pando arbores, an actio doli detur? Et reſpondetur
in §. 3. *h. l.* aut res vendita eſt, & hoc caſu excluditur
actio doli, quia præſto eſt actio emti. Si autem ſti-
pulanti promiſſa & tradita deteriorata & ſubdiſtinguitur,
tur, an præſtita cautio de dolo abfuturo, & ceſſat ac-
tio doli, quia datur actio ex ſtipulatu ex cautione.
Sed ſi nulla talis præſtita ſit cautio & res deterio-
rata tradita, & non datur actio ex ſtipulatu, quia
contractus eſt ſtricti juris & res præſtita eſt. Ergo eo
caſu datur actio doli.

12 In §. 4. agitur de ſervo uſuario, in quo habeo ſo-
13 lùm uſum neceſſarium. Proprietarius poſſidet eum &
occidit, quæritur, an contra proprietarium habeam
actionem doli? Quod negatur, quia habeo actionem
ex Lege Aquilia utilem; nam ſi dominus eſſem,
competeret mihi directa. Item, ſi legatum mihi ſer-
vum occidet is, qui hæres eſt, & quidem ante aditam
hæreditatem; datur mihi actio ex Teſtamento; Er-
go ceſſat actio doli. §. 5. *h. l.* Si verò poſt aditam
hæreditatem occidat, datur mihi actio Legis Aqui-
liæ ut Domino; nam licèt Legatarius jam à morte
Teſtatoris dominus ſit rei legatæ, id tamen fit juris
fictione, quæ in L. Aquilia non attenditur.

*In* §. 6. quæritur, ſi tuum armentum dolo tertii
in meo agro damnum dederit, an contra eum habeam
14 actionem doli? Reſponſio eſt expedita, quod non,
quia habeo actionem de pauperie ex titulo, *ſi quadru-*
*drupes*, contra te; Ergo ceſſat actio doli. Fac, ... ur
niſi non ſis ſolvendo, nam tunc videtur nulla mihi
competere actio. *l.* 6. *h. t.* Si tamen noxæ deditum
à te ſit animal, ceſſat actio doli, licèt non ſolvendo
ſis, etiamſi animal minoris æſtimetur, quanti æſti-
mari poſſit damnum. Nec obſtat *l.* 7. §. 1. *ff. vi aut*
*clam* nam ibi Dominus ad duo tenetur, ad patientiam
& noxæ deditionem, & unum præſtando ab altero
non liberatur. Sed cur contra tertium non datur ac-
15 tio Legis Aquiliæ? Reſp. *Accurſ.* quod etiam *pro-*
*bat Bach. hunc* §. intelligendum eſſe de dolo admiſſo
in omittendo, nam actio Legis Aquiliæ datur, quan-
do in committendo damnum datum.

16 *In* §. 7. proponitur hæc facti ſpecies. Habui ſer-
vum vinculis conſtrictum ob aliquod delictum, tu
eum ſolvis, ut fugeret, quæ fuga etiam ſecuta quæ-
ritur, an actio doli detur contra te? Reſpondetur,
non dari; nam aut feciſti dolo in damnum meum,
ut mihi noceres, & tunc datur actio furti, quia opem
tuliſti ſervo, ut furtum ſui faceret, aut feciſti ex mi-
ſericordia & potes conveniri actione ſubſidiaria in fa-
ctum, *ex Lege Aquilia.*

17 *In* §. 8. difficilis hæc eſt ſpecies, prout eam for-
mat *Bachov. ad hunc tit. cap.* 3. *mihi p.* 1028. Servus
promiſit 100. ſuo Domino pro libertate, & in hanc
ſummam Titium expromiſſorem dedit, hac lege,
ut in jam liberum factum rurſus ab Expromiſſore
transferretur obligatio, & ſervus liber jam factus illa
100. rurſus promitteret Domino, quoniam ex promiſ-
ſione in ſervitute facta non datur in manumiſſum
actio; ſi poſtea ſervus liber factus non pareat con-
ventioni, nec patiatur in ſe transferri obligationem,
quæ actio detur domino. Pomponius dabat actio-
nem doli contra ſervum liberum factum, quod im-
probat Ulpianus ideo, quia Dominus habet actio-
nem contra Expromiſſorem, ſi ſolvendo ſit. Nec
poteſt Dominus repelli exceptione per Expromiſſo-
rem, niſi eo caſu, quo contra conventionem ipſe
Dominus ſervi promiſſionem admittere nollet, nec
pati, ut in eum à Titio transferatur obligatio: Expro-
miſſor tamen ex actis contra ſervum habet actionem
doli, vel ſi expromiſſor non ſit ſolvendo, domino da-
tur actio doli contra manumiſſum. Autor *ad L.* 3. *n.*
*fin. C. An. Servus pro ſuo facto.*

18 *In* §. 9. habetur hæc facti ſpecies. Procurator meus
ad agendum conſtitutus colluſit cum Adverſario
meo, qui mihi v. gr. in certum erat obligatus, ita ut
Adverſarius meus abſolveretur: negatur mihi in reum
actio doli, quaſi corruperit procuratorem meum, quia
habeo Mandati actionem contra procuratorem, ſi mo-
dò hic ſolvendo, niſi Reus paratus ſit, ut ex inte-
gro cauſa agatur, ſub hac exceptione, ſi ſit colluſum,
de quo tantùm agitur. ſed quia corrumpens Adver-
ſarii procuratorem litem perdit, §. *hic*, de colluſione
ſimplici ſine corruptione per pecuniam facta. Sed ſi
reus recuſet judicium, tunc datur actio priſtina, &
exceptioni rei judicatæ opponi poteſt exceptio doli
*per l.* 25. *h. t. Vid. pluribus hoc explicans Bach. ad hunc*
*titulum cap.* 4. *p.* 1036. & *ſeq.* ubi dicit, dignum eſſe
hunc vindice nodum, ſi quidem tanti eſt in his tri-
cis operam ponere.

19 *In* §. *ult.* & *l. ſeq.* 8. quæritur, ſi cùm pecuniam,
à me peteret Titius, tu falsò affirmaſſes, eum ſol-
vendo eſſe ſatis, an poſſis actione doli conveniri?
*In* §. *ult. legis* 7. hoc negatur, licèt nulla alia mihi
contra te competat actio. Ex commendatione enim
falſa non præſumitur ſtatim dolus, niſi magna cal-
liditas lucrum commendantis concurrat. *Finckelth.*
*obſ.* 16. *numer.* 5. *vid. notata ad l.* 12. §. 12. *ff. Mand.*
*Wammes. conſ.* 8. *numer.* 12. Autor *in C. t. Quod cum*
*eo, qui in alien. ad L ult. numer.* 2. 6. & 7. Sed ſi,
cùm ſcires, Titium labi facultatibus & callidè affirma-
ris, eum eſſe ſolvendo, mei decipiendi cauſâ, maximè, ſi

feciſti tui lucri cauſâ, tunc dabitur mihi actio doli *per
l. 8. h. t.* Si etiam quis ſe idoneum mentitus eſt, ut
pecuniam acciperet, ubi actio alia non competit, te-
netur de dolo *leg. 43. paragrapho tertio ff. de furtis.*
Et favore pupillorum receptum, ut, qui diceret, tuto-
rem idoneum eſſe, teneatur inſtar fidejuſſoris adeo-
que ceſſaret actio doli. *Co f. Bach. d. capite quarto,
p. 1039. & ſeqq. collige ergo ex d. paragraph. ult. & l. 8.
h. t.* Ex § *fin.* notetur, ea commendatione, licèt falſa de-
prehendatur, non præſumi dolum, niſi magna callidi-
tas & lucrum commendantis concurrat. *Finckelt. obſ.
161. num. 5. & ſeq. vid. not ad L. 12. §. 12. ff. Mand.* dein-
de notetur, doli aut calliditatis præſumtionem facien-
dam non eſſe, cum negans vel aliquid aliud agens ex
eo evidens aliquod commodum non ſentit *VVammes.
conſ. 8. num 12 & 4.* Autor *in C. d. l.* Qui idoneum ali-
quem affirmat doloſè & ſui lucri cauſâ, tenetur actio-
ne de dolo. *Da. Mevius de Jur. Lib. 3. t. 10. art. unic.* ubi
varia exempli recenſet *VVammeſ. conſ. 3 cent. 4. n. 4.* ſe-
cus autem, ſi non evidens & magna calliditas, tunc
enim non datur actio doli, per *d. paragraph. fin. & h.
L. 8. Caſtrenſ. Lib. 1. conſ. 419. numero tertio, Menoch.
conſ. 406. numero 106. & ſequent.* conf. *Surdus d. 216.
numer. 24.*

## Ad L. Si quis. 9. & ſeq. 10.

### *SUMMARIA.*

*Ubi datur alia actio, ceſſat actio doli. n. 1.*
*Hæc Regula illuſtratur exemplis 2. ſeqq.*
*In hac actione æſtimatio rei quæ abeſt & qualitas perſonæ
conſideranda. 9.*
*Quænam requirantur ad actionem doli?* 10.
*An de furto ad duos aureos criminaliter agi poſſit?* 11. & 12.
*Quomodo damnum in re minima datam reſarciendum?* 13.
*Ex modicitate rei colligitur, non fraudem adfuiſſe.
numer. 14.*
*Cur de re minima detur actio furti, & non actio doli?* 15.

1 REgula fusè tractatur à compilatoribus, ſcilic. quod
Actio doli non detur, ubi alia actio datur, Au-
2 tor *in C. h. t. ad L. 1. numero 1* exemplum habetur etiam
*in l. 9. princ.* perſuaſiſti mihi, hæreditatem mihi dela-
tam eſſe exilem, & valdè oneratam ære alieno, ut eo
viliori pretio tibi venderem, quia datur actio ven-
3 diti, non utique dabitur doli. Sed ſi quis mihi do-
loſè & falſò perſuaſerit, ut repudiarem hæreditatem
datur actio doli, ſed ſi minori perſuaſeris, huic
competet reſtitutio in integrum & ideò ceſſabit actio
4 doli. Sic ſi mihi ſervum legaverit Teſtator, data mibi
optione, & hæres mihi exhibeat omnes ſervos, unum
verò præ aliis falsò commendet, dabitur etiam actio
doli *paragrapho primo, hujus legis 9.* Si verò non
omnes exhibiti dolo hæredis, adhuc datur Legatario
facultas eligendi, & ceſſabit igitur actio doli *lege 4.
& 5. de opt. leg Conf. Bach. d. c. 4. p. 1040.*
5 *In* §. 2. proponitur ſpecies facti hæc, Titius filium
ſuum exhæredavit, Tabulas ſupprimit hæres vel
extraneus, ut fortè filius ignorans exhæredationem,
ſine mota querela decederet; quod factum, hæredes
reliquit extraneos, qui querelam non præparatam
non poſſunt movere, quæritur ergo an habeant actio-
nem doli? Videtur quod non, quia habent actio-
nem criminalem ſcil. ex Lege Cornelia de falſis; Sed
affirmatur, quia actio criminalis ad exemplum vin-
dictæ publicæ tendit, actio doli ad intereſſe pri-
vatum. Ergo tendunt ad diverſa nec una alteram
impedit.
6 *In* §. 3 *hujus legis*, qui in vulgata Editione ponitur
ut lex nova, proponitur hæc ſpecies; Habebam certam
quantitatem olei, quam vindicas à me, ſed cùm me-
tuam, ne inter moras judicii deterioraretur, ideò cum
conſenſu tuo depono id oleum apud Sejum ſeu Seque-
ſtrum cum hoc mandato ut venderet, & vincenti pre-
tium daret, tu verò deſiſtis à lite & oleum manſiſſet
meum, niſi tu litem moviſſes, daturne actio doli
contra te? Videtur affirmandum quia dolo tuo fa-
ctum, ut darem oleum Sejo. Verùm cùm actio de-
poſiti vel mandati detur contra Sejum, *l. 12. ff. de
Depoſiti* vel actio præſcriptis verbis *ut hic*, non datur
actio doli, niſi Sejus non ſolvendo ſit, nam tùnc datur
contra te actio doli.
7 *In* § 4. Hæc eſt facti ſpecies, ſervus tuus mihi fur-
tum fecit, ideò te noxali judicio convenio, tu mihi
noxæ dedis ſervum, & petis ut abſolvaris, quod etiam
factum, poſtea actione hypothecaria convenior, ideò-
que video me à te eſſe deceptum. Quæritur ergo ſi ap-
pareat ſervum alii eſſe obligatum; an actione doli te
poſſim convenire? Videtur, quod non, quia datur
actio rei judicatæ *per l. ſi hominem. 69. ff. de ſolut. &
lege 4. de re judic.* Sed affirmatur, quia *in d. l. 69. & l. 4.*
agitur de deditione ſervi poſt ſententiam. *Vid. Pacius
cent. 2. q. 80. Bachov. ad h. t. cap. 4 pag. 1043.*
8 *In* §. 5. *ſeu pen.* quæritur, ſi ſervus tuus contra me
doloſè quid fecerit in damnum meum, an poſſis actio-
ne doli noxali conveniri? Diſtinguitur utrum dolum
commiſerit in contractu & tunc datur actio de pecu-
lio, aut in ſpeciali delicto v. g. furto, injuria, & tunc
datur actio noxalis furti, injuriarum &c. aut verò nec
in contractu dolum commiſit, nec in nominato ac
ſpeciali delicto, ut ſi mihi perſuaſiſſet, ut non ido-
neam hæreditatem adirem,
*In* §. *ult.* redditur ratio, cur prætor dixerit cum
9 cauſæ cognitione hanc actionem dandam, ſcilicet
quia conſideranda eſt æſtimatio rei, quæ abeſt & 2.
qualitas perſonæ: illud habetur in hoc §. *& l. ſeq.* 1.
quod de re minima non detur actio doli, Aut. *in C.
h. t. ad L. 4. num. 4* & uſque ad duos aureos *per d. l. 10.* ita
ut de duobus aureis non detur. Secus eſt in actione furti
§. *gallinarum Inſtit. de Rerum Div.*
10 Hæc actio cum cauſæ cognitione danda, ubi co-
gnoſcendum, An alia actio detur, quod in multis legi-
bus hîc ſcrupuloſè tractatur. *(2.)* An cauſa ſit juſta,
ſcilicet dolus ac calliditas. *(3.)* An perſonæ qualitas
hoc patiatur. (4.) An res ipſa tanti ſit valoris, ut actio
famoſa ea de re detur, nam pro re minima hæc actio
non datur, v. gr. duobus aureis §. *fin. & L. ſeq.* quos æſti-
mat *Zæſ. ad h. t. numero* 17. Non enim decet præcipuum
hominis bonum ob rem minimam vitiari. *Marquard.
Freher. Lib. 2. d. Exiſtim. cap. 7. num. 6. Hill. in Don. Lib. 15.
11 capite* 40. *lit. CC.* Autor *in C. d. l.* Ex quo etiam de-
ducere volunt, quod de furto criminaliter & extra-
ordinariè procedi non poſſit, niſi furtum excedat
duos aureos, per *L. 10. h. t. & VVeſ. hic. num. 6. & de
furtis numero decimo.* ubi adhuc dimidium aureum
Hungaricum addit. Sed certum eſt, inter actionem
doli, & criminalem perſecutionem furti multùm in-
tereſſe. *h. l. num. 5.* Illa enim Civilis, hæc criminalis.
12 Ideoque melius in arbitrio judicis committitur, quod-
nam furtum ſit parvum, poteſt eſſe parvum furtum,
quod patienti magnum. Sed quomodo reſarciendum
13 damnum in re minima datum? R. Damnum quan-
tulumcunque ſarciendum. *L. 22. in f. princ. ff. d. damno
inf §. 16. J. de R. D.* non quidem per actionem in dolum
ſed per actionem in factum. *Donell. & ibi Hill. d. c. 40.
lit. Ee. conf. Marcus Mantua ſing. 317.* Exinde etiam in-
ferre videtur *Tiraq. de judicio in rebus exiguis pag. 79.
in f. & pag. ſeq.* ex rei modicitate colligi, quod non adſit
14 fraus vel dolus. v. gr. Si teſtis habeat modicum præju-
dicium, non præſumitur pro modico illo pejerare. Sed
cur de furto etiam in re minima agere licet, & non
15 actione doli? R. Furtum clam committitur ab ignoto, à
quo vix ſatis cavere nobis poſſumus: Sed dolus ab eo,
quem novimus, vid. *Zæſ. ad h. t. n. 18.*

## Ad L. Non debet. 11. & 12.

### *SUMMARIA.*

*Contra quos actio doli non detur. num. 1.*

*An non in exceptione mentio fieri poſſit doli, contra perſonam honoratiorem ? 2.*
*An contra Patrem detur reſtitutio ex dolo patris velato 3.*
*Quomodo verò actio in factum detur ? 4.*
*An harum actionum differentia hodie uſitata? n 5. & 6.*

1 Contra quaſdam perſonas, quibus reverentiam debemus, actio doli non datur, at contra Parentes, Patronos, homines in dignitate conſtitutos, nec vitæ ſequioris hominibus contra homines vitæ emendatioris *Donell. d. c. 40. poſt. Lit. Dd.* Autor *in C. h. t. ad L. 4. num. 2.* Et ideo viles perſonæ admonentur, ne mentionem doli faciant in libello contra honoratiorem perſonam; nam tunc libellus non valeret; ideo hunc textum ſingularem vocat *Cæpolla cautela 162.* Et idcirco cum Doctoribus valde commendat hunc textum *Lud. Gomez ad §. ſupereſt. num. 24. J. de act.* ubi dicit cum Gl. ſingulare eſſe, ob qualitatem perſonæ mutari genus actionis, eadem causâ manente. Quin etiam exceptionem doli à perſona vi-
2 li contra emendatioris vitæ Virum opponi non debere, notat *Cæpolla, cautela 107.* Autor *in C. h. t. ad l. 4. num. 1. 2. & 3.* quia de facto vel opinione hominum etiam exceptio doli gravat aliquem. *conſ. Jaſon. in d.*
3 *§. ſupereſt. num. 21.* An autem contra patrem detur reſtitutio ex dolo patris velato, vide *Mauritium de Reſtit cap. 224. & à me notata ad L. Si cum pater. 2. n. 3. & 4 C. Si adverſus rem jud. & ad L. fin. num. 6. C.*
4 *qui & adverſus quos.* Et contra perſonas illas datur actio in factum perpetua. *L. 29. h. t.* in qua nulla fit doli mentio, qua petimus rem reſtitui, quia damnum quantulumcunque reſarciendum, nec debet aliquis ex dolo lucrari. *L. 12. h. t.* Sed quæritur, an hæ leges,
5 quæ tam ſcrupuloſè inter actiones diſtingunt, noſtris moribus ſint abolitæ? *Grœnwegen hoc affirmat ad L. 2. h. t.* ob hanc rationem, quia hodie nomina actionum non ſunt exprimenda. Autor *in C. t. de Edendo ad L. 3. num. 8. & h. t. ad L. 4. num. 4. Et ad L. 1. num. 11. C. de rei ux. Act.* R. non videre me conſequentiam; nam licèt Advocatus non teneatur nomen actionis exprimere, ſcire tamen debet genus actionis, nam alioquin impertinenter & ineptè concludet. Et Adverſarius omnino idem genus actionis ſcire debet. Et Judicis prima eſt cura poſt legitimationem perſonarum & narrationem facti, quale genus actionis intentetur, *de quo alibi.* Taceo quod, quando reus negat actionem actori competere, omnino actor eam no-
6 minare debeat. Et præterea in re ipſa eſt diſcrimen & in narratione facti. Nam in actione doli refero, me eſſe deceptum; quibus verbis aut ſimilibus in actione in factum uti non debeo. *Cæpolla d. cautela 107. nu. 1. & cautela 162.* Formulam actionis in factum deſcribit *Sich. ad L. 5. nu. 8. C. h. t.* Sanè nimis ſcrupuloſè hoc tractari non nego.

## ad L. Hæredibus. 13.

### SUMMARIA.

*Quando actio ex h. l. contra heredem detur? n. 1 & 2.*
*In quantum hæres teneatur ſi dolus in contractu admiſſus ?, 3.*
*Quibus caſibus pupillus actione doli conveniri poſſit? num. 4.*
*Quibus caſibus Eccleſia? 5.*

1 Licèt contra eum, cui honorem & reverentiam debeo, de dolo agere non poſſim, ſi me dolo circumvenerit, *uti ex antecedente lege notum*, contra hæredem tamen datur actio ex dolo hæredis. *Pacius cent. 2. qu. 82.* Nam actio in factum perpetua. *L. 29. h. t.* actio doli datur non tantùm contra eum, qui me decepit, ſed etiam ejus hæredem, ſcilicet lite cum defuncto conteſtata, vel nondum conteſtata, ſi quid ad hæredem pervenit, ex *tit. Cod. Ex delict. defunct. &c.* habetur infra *in L. 17. §. 1. & L. 26. ſeq. Bargalius de Dolo l. 2. div. 7.* Sic hæres tenetur, licèt nihil ad eum pervenerit, ſi ipſius dolo factum, ne perveniret,
2 *d. l. 27.* Imò ſi ſemel pervenit ad primum hæredem, ſufficit, per *L. videamus 17. tit. præced. & ibi not. Dn.*
3 *Struv. th. 39. in fin.* Sanè hæc de dolo abſolutè commiſſo extra contractum intelligenda. Nam ſi in contractu dolus admiſſus ab eo, qui mecum contraxit, dolus defuncti purgatur per actionem ex contractu, nec opus eſt actione doli, nec tenetur tantùm hæres in quantùm pervenit, ſed in ſolidum.

4 *Ad §. 1.* In *hoc §. & L. 14. & princ. L. 15.* tractatur de pupillo, in quibus caſibus actione doli conveniri poſſit. [ 1. ] quidem, ſi deceptoris hæres ſit, juxta jam dicta. [ 2. ] Si ipſe proximus ſit pubertati, & dolo quid fecerit, quod exemplo in *L. 14.* declaratur; & [ 3. ] Si ex tutoris dolo conveniatur, modò pupillus exinde factus ſit locupletior *L. 15. pr. h. t. L. 24. ff. ſi quis omiſſa causâ Teſt. conf. Buchov. ad hunc*
5 *tit. cap. 3. num. 1.* Atque eadem ratio Eccleſiæ, ſi ex dolo Prælati fiat locupletior, & civitatis, ſi ex dolo adminiſtratorum conveniatur, per *L. 15. §. 1. h. t. Caſus Bargal. de dolo lib. 2. diviſ. 6. num. 11.* Autor *in C. t. de Uſuc. pro Emtore ad L. ult. num. 2. & ſeq.* Notant autem Doctores ex *l. 14. verbo. mentitus.* maximam præſumtionem fraudis ac doli eſſe contra eum, qui in mendacio deprehenditur, ſi mendacium in ejus commodum cedat. *Ruinus v. 2. conſ. 41. num. 18. Corhm. v. 1. conſ. 1. num. 314. & ſeq.* Autor *in C. t. Si quis alioqu. teſt. ad L. ult. num. 2.*

## ad L. Sed ex dolo. 15.

### SUMMARIA.

*Ex adminiſtratorum dolo an detur actio doli contra civitatem ? n. 1.*
*Executio pœnæ contumaciæ an facienda contra adminiſtratores, an contra civitatem ? 2.*
*An ex procuratoris dolo contra dominum actio doli detur§ 4*
*Cur in actione doli, perſona exprimenda, non verò, quod metus cauſa ? 5.*

1 De *princ. Legis* dictum ad *L. 13. §. 1. h.* In *§. 1. & ſeq.* agitur de civitate, ſi Adminiſtratores ejus vel Conſules dolum admiſerint, an actio doli detur contra cives? Negatur, niſi quatenus ex dolo aliquid ad civitatem pervenerit. Sed contra ipſos Conſules
2 actio doli datur. Ex hoc rectè infert *Dn. Mevius p. 3. dec. 374.* Si Conſules in cauſa civitatis contumaciæ rei facti ſint, & executio pœnæ contumaciæ facienda, eam non contra Civitatem, ſed contra Regentes inſtituendam eſſe. Nullum enim mandatum ad de-
3 licta porrigitur. Cæterùm verbis his (*quid enim municipes dolo facere poſſunt*) non impoſſibilitatem, ſed raritatem denotari, *Cum Gl. notat Bach. d. c. 3. num. 1.* nam cives univerſi quid doloſè machinari poſſunt; ſed id fit rariùs, dolus non ſolet cum multis communicari. Sed in §. 2. agitur de procuratore, an ſi ab hoc dolus commiſſus, exinde actio detur contra ipſum
4 dominum, & reſponſio eſt plana *ex §. 2.* quod detur adverſus dominum actio, ſi aliquid compendii ex dolo procuratoris ad dominum pervenit, aliàs non, ut non opus hîc ſit diſtinctione illa, qua utitur *Bargalius de dolo d. div. 6. numer. 10.* Sed illi diſtinctioni locus eſt, quando de exceptione doli agitur, de qua in *L. 4. §. 18. ff. de Except. doli.* In *§. ult.* dicitur
5 exprimendam eſſe perſonam, cujus dolo quid factum, ſecus quàm in actione quod metus causâ; quia hæc actio doli non eſt in rem ſcripta, ut actio quod metus causâ, ſed exceptio tamen doli eſt realis. *l. 2. §. 2. de Except. doli. Manzius d. l. num. 66.*

## ad L. Item. 16.

### SUMMARIUM.

*De dolo acturus & perſonam, à qua & rem, in qua deceptus eſt, exprimere debet.*

QUemadmodum de dolo acturus tenetur exprimere perſonam, à qua deceptus ſit, ita etiam rem, in qua deceptus ſit; nam in ſpecie omnia exprimenda, ut reus ſcire poſſit, an litigare, an cedere debeat, in hoc præſertim famoſo judicio. Neque licet actori hîc vagari i. e. in genere dicere, ſe eſſe deceptum, & poſtea variare in negotio, in quo dolus admiſſus. Ita etiam in actione injuriarum omnes circumſtantiæ exprimendæ. *l. 7. pr. ff. de injur.* & in omnibus publicis judiciis *l. 3. de Accuſat.*

## ad L. Si plures. 17.

### SUMMARIA.

*Si plures dolum admiſerint, an pro parte, an in ſolidum teneantur?*

SI plures dolum in uno aliquo negotio admiſerint, omnes tenentur & quidem non pro parte, ſed in ſolidum, *hic & L. 1. §. ſi plures. ff. de eo per quem factum* quod odio doli conſtitutum eſſe, tradit *Bargal. de Dolo L. 4. c. 1. num.* 115. & ſi unus rem reſtituat, vel intereſſe juramento determinatum ſolverit, omnes liberantur, nec inter reos ordo eſt, cùm æqualiter deliquerint. *Bargal. d. l.*

## ad L. Arbitrio judicis. 18.

### SUMMARIA.

*An doli actio arbitraria ſit? nu.* 1.
*Caſus ubi non arbitraria eſt, ſed ubi judex ſtatim ad intereſſe condemnat.* 2. 3. & 4.
*Uſufructuarius, ſi hæres domum incenderit, hac actione non agit.* 5.
*Quid ſi quis pondera juſto majora commodaverit?* 6.
*Quid ſi minora?* 7.
*Quid ſi ſervus mihi promiſſus à tertio fuerit occiſus.* 8.

1 ACtio de dolo arbitraria eſt, qua agitur, ut quod dolo amiſſum eſt, reſtituatur juſſu Judicis, quod ni faciat, condemnatur in id, quantùm in litem juraverit Actor, certa quantitate à Judice determinanda. *Menoch. de A. Q. caſ. 207. num. 17. Bach. in tr. de Action. diſp. 17 th 15. Dd in §. 31. J. de Action. conf. not. ad L. 5. infra de in litem jurejur.* Sed notandæ limitationes ex textu, ubi actio doli non eſt
2 arbitraria, Primò ſi res dolo adquiſita extincta caſu, ubi fruſtra juberet Judex rem reſtitui, cùm non poſſit, ſed protinus ad intereſſe condemnatur, & ſic hoc
3 caſu actio doli arbitraria non eſt. Alius caſus eſt, ſi alter qui dolo quid adquiſivit, ſine dolo in alium rem tranſtulit. Tertius eſt, quando alterius dolo inſtantia extincta, i. e. triennium lapſum, quo caſu agitur contra doloſum, non ut rem reſtituat, & hîc ceſſat arbitrium, ſed ut conſequatur actor, quanti intereſſet, id non eſſe dolo factum, *§. 4. h. l. Bargal. d. c. 1.*
4 *num* 71. Sed de inſtantia quod dicitur, nobis in uſu non eſt, ſed inſtantia manet poſt triennium, ne dicam tricennium, ſic ubi autem obtineat inſtantiæ lapſus, reſtitutio dabitur. *Grænwegen hîc ad l. properandum. 13. § 1. C. de judic.* Non properamus in judiciis juxta *l. properandum.*

5 *In §. 2. hujus Legis* 18. proponitur, quod Hæres inſulam i. e. domum cujus uſusfructus mihi legatus, incenderit, & quæritur an detur actio doli? Quod negatur, ſed datur actio ad exemplum legis Aquiliæ, in qua æſtimatur non proprietas, ſed uſusfructus. *l. 12. ff. de uſufr.*

6 *In §. 3.* Quæritur, ſi quis venditori majora pondera commodaret eo fine, ut plus vendito acciperet emtor; hoc caſu non datur actio doli, quia alio remedio venditori conſuli poteſt. Fortè dabitur actio venditi? Sed hoc negatur, nam id, quod ob falſa pondera amplius datum eſt, non eſt venditum, ergo da-
7 tur condictio indebiti ratione amplioris quantitatis. Si quis autem minora pondera commodaverit in damnum emtoris, aget emtor actione emti, ut, quod deeſt, mercibus præſtetur, nec intereſt quoad hanc actionem, an venditor ſciverit minora, an verò ignoraverit, an emptor ſciverit majora vel non *lib. 32. de Act.* At quis ſi ſciens ſcienti commodaverit, etiam furti tenetur, cùm furi opem tulerit, *l. 55. §. 22. ff. de Furtis.* Si verò placuit partibus, & hæc pondera pro juſtis habeantur, contra commodantem datur actio doli. *vid. Cujac. tom. 2. ad hunc tit. ... l. p. mihi* 275.

*In §. ult.* proponitur, quod ſi ſervum, quem tu
8 mihi ex contractu debebas, tertius occiderit, hîc tu liberatus es interitu rei promiſſæ, & contra tertium non competit actio Legis Aquiliæ, quia non ſum dominus, ergo danda eſt hæc actio doli, *vid. Barch. ad h. t. c. 4. p.* 1042. ubi rectiſſimè compilatoribus nimiam ſcrupuloſitatem exprobrat.

## ad L. Fidejuſſor. 19.

### SUMMARIUM.

*An liberetur debitor cujus fidejuſſor animal promiſſum occidit?*

SAtis acuta hæc Lex: Promiſi animal certum, dedi fidejuſſorem, ſed promiſi, velle me dare animal poſt 6. menſes, ante terminum fidejuſſor meus occidit animal, ergo ego liberor, quia ex ratione juris debitor ſpeciei liberatur interitu rei, ſi interitus contingat ſine debitoris culpa & mora. Et ſic liberatur etiam fidejuſſor, non quidem ex ſuo facto immediatè, ſed ex ea Juris ratione, quod liberato principali debitore, non poteſt obligatus eſſe fidejuſſor. Quod ergo creditori datur remedium, niſi actio doli? Obſtat *L. 95. §. ff. de ſolut.* Sed hîc de caſu, ubi nondum mora commiſſa, agitur. *conf. hic. Accurſ. & Cujac. ad h. l. tom. 4. p. 727. Bach. ad h. t. c. 4. p. mihi* 1043.

## ad L. Servus tuus. 20.

### SUMMARIUM.

*Quæ actio detur, ſi ſervus, ut domino ſolvat, ab alio mutuatus ſit?*

SErvus meus mihi naturaliter debuit 100. quia autem non eſt ſolvendo, ideo hortatu meo accepit à te 100. quos 100. aureos mihi ſolvit, quæritur quæ tibi actio competat? Actio de peculio non datur in effectu, quia in peculio nihil eſt. Actio de in rem verſo non competit, quia Dominus ſuum, ſeu quod tibi debetur, accepit, *per l. 10. §. 7. ff. de in rem verſo.* Ergo datur Actio doli quia *in §. hujus* legis habetur hæc quæſtio, credidi ſocietati alicui & convenio te ſeu ſocium in ſolidum, tu perſuades mihi, te non eſſe ſocium, ideoque abſolveris, hic nulla alia actio, quàm doli tantùm. Sed cur non utar actione priſtina & ſi excipias de re judicata, ergo replicem de dolo, juxta *l. 25. h. t.* Durus hic nodus ex nimia compilatorum curioſitate ortus. *Bach. ad h. tit. p. 1036. & ſeqq.* recitat conciliationem *Cujacii.* Sed ipſe de ea dubitat & cogitandum eſſe ait de diverſitate caſuum.

## ad L. Quod ſi. 21. & ſeq.

### SUMMARIA.

*An actio doli detur, cum poſt delatum juramentum adverſarium perjurii convincere poſſum? num.* 1.
*An jure Civili pœna perjurio ſtatuta?* 2.

Perii

1 PEtii debitum, negaſti, non potui probare, detuli
agitur tibi juramentum, quod præſtitiſti, poſtea
evidenter probo perjurium, an actio doli? Neg. quia
2 ſententia ex Jurejurando lata prætextu perjurii non
retractatur. Obiter notes. (1.) poſt juramentum dela-
tum & præſtitum, ſecutam in hac ſpecie ſententiam.
(2.) Perjurii pœnam eſſe non divinam tantùm, ſed
etiam humanam in jure civili, per *L. ſeqq.* ut rectè
*ex h. & ſeq. lege* probat *Dn. Carpz. pract. crimin. qu.
46. num. 15. ubi numeris ſeqq.* varias leges citat; & pœ-
na perjurii *in Conſt. Carol. art.* 107. *& ſeq.* expreſſa
*conf. Grœnwegen ad L. 2. C. de Reb. credit. Hartm. Piſt.
obſ.* 150. *Rauchbar. p. 2. q. 3. conf. quæ notavi ad L. 2. C.
de Rebus cred. num. 7. & ſeqq. Et ad tit. C. de dignitat.
numer. 35. & 36. Et ad L. 2. num. 1. & ſeqq. C. de reb.
credit.*

## ad L. Si Legatarius. 23.

### *SUMMARIUM.*

*Quid ſi per fallaciam legatarii legata ſint ſoluta?*

LEgati tibi ſunt 100. thaleri, ſed illud Legatum ex-
cedit quantitatem hæreditatis, ſed ut ſolida &
integra legata conſequaris perſuades hæredi, ſatis ſol-
vendo eſſe hæreditatem, quæritur an hæredi compe-
tat actio doli? videtur quod non, quia conditio in-
debiti, *l. 2. & 3 ff. de condict. ind.* Sed hîc affirm. &
reſpoonderi poteſt hanc legem intelligendam eſſe in
terminis habilibus, quamvis alii concurſum actionis
generalis concedant. vid. *Accurſ. hic Bach. ad h. t. c.
4. p.* 1044. *& ſeq.*

## ad L. Si dolo 24.

### *SUMMARIUM.*

*Quid ſi ſervus dolo actoris liber declaretur?*

ASſertor ſervi, qui vindicat ſervum in libertatem,
dolo effecerit, ut abſente eo, qui ſe dicebat eſſe
dominum, & ſervum in ſervitutem vindicabat, ſen-
tentia ferretur pro Libertate, quæritur, an detur con-
tra eum actio doli? quod videtur negandum, quia po-
teſt reſtitui ſi probet ſe non fuiſſe contumacem & non
debuiſſe pronunciari ſe abſente, ſed quia contra liber-
tatem non datur reſtitutio, ideoque ſtatim datur actio
doli i. e. non debet quæri de cauſa abſentiæ. *conf.
Bach. d. c. 4. pag.* 1045.

## ad L. Cum à te. 15.

### *SUMMARIA.*

*An actio doli locum habeat contra eum, qui falsò aſſeruit,
ſe creditori meo ſolviſſe, & abſolutus eſt per ſententiam.
num. 1.*

*Quomodo contra juramentum ſuppletorium admittatur
probatio per inſtrumenta? 2.*

PEto à te decem, tu fateris debitum, ſed ais, te meo
1 creditori vel procuratori meo nomine ſolviſſe &
ita, cùm hoc Judici & mihi perſuaſiſſes, abſolveris.
Poſtea comperi, falsò te ſolutionem adſeruiſſe, quæritur,
an actio doli competat? Videtur quod ſic, quia mea
actio per ſententiam abſolutoriam extincta. Sed nega-
tur, cùm detur actio priſtina; cùm ſententia obligatio-
nem civilem eliſerit, non verò naturalem. per *L. Ju-
lianus. ff. de Condict. indeb.* Ergo exceptioni tuæ de re
2 judicata repono replicam de dolo. Ex *hoc textu* colli-
git *Carpz. p. 1. c. 15. def.* 5. contra juramentum ſuppleto-
rium dari probationem per inſtrumenta, ita ut non ope
reſtitutionis procedatur, ſed ex integro agatur; verùm
videantur *notata ad L. admonendi. 31. ff. de jurejur. num.*
18. 19.

## ad L. In hæredes. 26. cum. 4. LL. ſeqq.

### *SUMMARIA.*

*Quando intelligatur aliquid ex delicto defuncti ad hære-
dem perveniſſe? nu. 1.*

*Exemplum in cocta cerevisia. ſed defraudata acciſa. 2.*

*Cur actio Doli, quæ in hæredem datur, perpetua ſit? 3.*

1 REgula eſt notiſſima, quod hæres ex delicto de-
functi non teneatur, exceptio non minùs nota,
niſi ad hæredem quid pervenerit; Autor *ad L. ult. num.
1. C. de hæredib. tut.* tunc autem quid perveniſſe vide-
tur, ſi ob delictum locupletior hæreditas ad eum perve-
nit, vid. *Farin. quæſt. 10. nu.* 57. Autor *in C. t. Ex delict.
defunct. ad L. unic. numer.* 3. 6 *&* 7. & ſic actio hæc in
hæredem, ut & omnis actio in factum, perpetua eſt. *L.
28. h. t.* licèt aliàs actio doli ſit biennalis, i e quidem
per litis conteſtationem extendenda *L. fin. C. h. t. & ibi
Dd. ibique* Dn. Autor *num* 1. Notetur igitur ex his le-
gibus, (1) hanc actionem doli contra hæredem dari, ſi
aliquid ad eum pervenit, & bene notetur, quomodo
2 aliquid ad hæredem perveniſſe dicatur, ſc. ſi opulen-
tior hæreditas pervenit, v. g. ſi maritus defraudavit ac-
ciſam & cocta cereviſia procul dubio ſenſit lucrum,
quod etiam hæredibus extorquendum, quale præjudi-
cium allegat *Dn. Manzius in cent. deciſ. qu. 74. nu.* 21.
(2) Si ad eum quidem nihil pervenit, ſed dolo hære-
dis factum eſt ne perveniret, v. gr. ſi rem dolo acqui-
ſitam à defuncto hæres premit. Similis extenſio in *L. 2.
3 ff. de vi. & vi armata.* (3) ex *L.* 28. notandum, hanc
actionem doli, quæ in hæredem datur [quæ potius in
factum actio dicenda] perpetuam eſſe, Autor *in C. h. t.
ad L. ult. num.* 10. 11. ſubjicitur ratio in *L.* 29. quia hîc
de calculo i. e. ſubducendis rationibus, quod defunctus
ex dolo lucratus ſit, agitur. Et demum ſubjicitur (4)
in *L.* 30. hîc nulla cognitione cauſæ opus eſſe ſc. qualis
perſona hæredis, an ſumma modica, &c. *Buſius* hîc
putat, in factum actionem prætoriam dari contra hæ-
redem, etiamſi locupletior hæreditas ad eum non
perveniat. Quod non capio; ſanè de illo caſu ſi loqui-
tur, quando dolo fecit ne perveniret, tunc expreſſus
hic textus eſt.

## ad L. Cum quis. 31. & 4. ſeqq.

### *SUMMARIA.*

*Contra eum, qui perſuaſit œconomo, ut relinqueret poſſeſ-
ſionem meam, actio doli datur. nu. 1.*

*Eadem tenetur hæres, qui ſervum ante diem manumiſit. 2.*

*Eadem tenetur, qui permiſit ſaxum eruere, & poſt impen-
ſas factas vetuit. 4.*

*Eadem, qui ante aditam hæreditatem delevit teſtamen-
tum. 5.*

*Eadem tenetur Legatarius, perſuadens hæredi, de ſolidis
legatis ſolvendis. 6.*

1 HAs propterea notandas putavi, quia continent
caſus, in quibus actio doli dari debet, v. gr. Si
quis Oeconomo vel procuratori meo, vel familiæ per-
ſuaſerit, ut poſſeſſione cederet, de dolo actio datur, ſi
damnum inde accepi fortè quod latrones damnum de-
derint, vel quod arva non ſint proſciſſa. Hoc caſu poſ-
ſeſſionem non admitti, hîc dicitur. Sed vid. *L. ult. C.
2 de adq. poſſ.* Aliud exemplum actionis de dolo in *L.* 32.
Si libertas alicui relicta in diem, & ante diem hæres
manumiſit, & quidem callidè & in fraudem cohære-
3 dum antequàm rationes redderet ſervus. Aliud *in L.* 33.
Venalem rem habui, & adeſt opportunitas vendendi,
ſed tertius mihi controverſiam movit, ut oportunitas
4 vendendi è manibus elaberetur. Aliud *in L.* 34. ſi per-
miſiſti mihi donationis cauſâ, ut liceret ſaxum eruere
ex tuo fundo, & cùm me præparaſſem, & impenſas fe-
ciſſem, recuſas. Sed hodie datur condictio ex dona-
tione, vel ex eo contractu, quo permiſſa effoſſio.
*Cujac. ad h. t.* licèt intelligi etiam lex fortè de eo caſu

O 4 poſſit

poſſit, ſi quis precario concedat effodere ſaxum. Aliud exemplum eſt in *L.* 35. ſi quis teſtamentum deleverit, ſcil. ante aditam hæreditatem, nam hæres & legatarii habent actionem doli, poſt aditam hæreditatem datur actio legis Aquiliæ ad exhibendum, & depoſiti. *L.* 42. *ff. ad L. Aquil.* Sic ſi legatarius perſuaſerit hæredi, hæreditatem ad tota legata ſolvenda ſufficere *l.* 23 *h. t.* ſi quis tabulas teſtamenti ſupprimat, ne de inofficioſo agatur & filio mortuo eas proferat *l.* 9. §. 2. *h. t.* plura exempla in quibus actio doli locum habet, refert *Collegium Argent. hic d.* 8. *& ſeq. & Dn. Manzius d. Ld. Reſtitutione ex capite doli anm.* 34. *ſeqq.*

## ad L. Si duo. 36.

### *SUMMARIA.*

*Si duo dolum commiſerint, an & quando uterque de dolo agat? nu.* 1. *&* 2.
*Quando inter conjuges compenſatio adulterii admittatur?* 3.

1 SI duo dolum commiſerint, invicem de dolo non agunt, quia delicta paria mutua compenſatione tolluntur. *Bargal. d. Dol. lib.* 6. *reg.* 65. *Farin. p.* 1. *fragment. lit. D numer.* 110. *Klock. vol.* 2. *conſ.* 59. *numer.* 39.
2 Exempla habet hic *Cujac. t.* 2. Sed notabiliter hæc regula limitatur, ſi non agatur de mutuo dolo, per viam actionis & reconventionis, ſed actione ex contractu; & reus excipiat de dolo actoris, nam tunc actor non poteſt replicare de dolo conventi, nam ſi ambo hoc caſu in dolo ſunt, potius id obeſſe debet reo juxta *L.* 4. §. *Marcellus.* 13. *ff. de Exec. Dol. Petr. Barb ſ ad l. viro*
3 *atque uxore. numer.* 22. *ff. ſolut. matr.* Sed ſi v. g. maritus agat de adulterio uxoris, & uxor reconveniat maritum de adult. & quidem uterque civiliter, tunc locum habet compenſatio ex h. L. *Thomas Sanchez. de matr. lib.* 10. *diſp.* 7. *Farin. de Delictis carn. q.* 143. *nu.* 72.

## ad L. Quod venditor. 37.

### *SUMMARIUM.*

*Venditor, qui commendandæ mercis cauſâ, aliquid affirmat, an teneatur actione ædilitia?*

SI venditor generaliter aliquid dixit commendandi cauſâ, non tenetur actione ædilitia. *L.* 19 *de Aed. Ædil.* idem ſi in ſpecie quidem, ſed quod apertè falſum ſit. *L.* 43. §. 1. *ff. de contr. Emt. Donell. lib.* 13 *cap.* 3. vel ſi commendet decipiendi animo, non tenetur actione ædilitia, ſed hoc caſu datur actio ex emto civilis. Aut. *in C. t. Quod cum eo qui in al. ad L. ult. nu.* 2. 6. *&* 7.

## ad L. Quidam. 38.

### *SUMMARIUM.*

*Quam actionem Creditor falſâ ſcripturâ deceptus habeat?*

TU Debitor confictâ epiſtolâ, quaſi à me ad Creditorem tuum ſcriptâ, feciſti, ut creditor fidem habeat epiſtolæ, & tibi acceptum ferat debitum Falſitate poſtea detecta, quæritur, quam actionem habeat creditor? Reſp. ſi minor, habet reſtitutionem ob ætatem, ſi major, habet actionem doli. Diſſimiles ſpecies eſſe. *in l.* 4. *&* 10. *ff. de Condict. cauſa data &c. notat Bachov. ad h. t. c.* 4. *pag.* 1048.

## ad L. Si te. 39.

### *SUMMARIUM.*

*Quid ſi quis dolo ſe judicio offerat?*

VOlebam rem mobilem à Titio vindicare, qui rem illam mobilem fere per triennium poſſidebat; tu, ut Titius compleret uſucapionem, te offers liti & dicis, te poſſidere & præſtas cautionem de judicato ſolvendo. Unde te convenio, ſed abſolveris ex cauſa aliqua, ne ſcio qua, quæritur, an actio doli mihi competat? Quod affirmatur, quia decepiſti me & interim Titius abſolvit uſucapionem, ergo tuâ fallaciâ mihi nocuiſti.

## Ad L. Ult.

### *SUMMARIUM.*

*Quid ſi quis alicui hereditatem ut idoneam dolo perſuadeat?*

SI quis mihi perſuadeat, ut adirem hæreditatem, quam ſcivit non eſſe ſolvendo, & ille tamen hæreditatem idoneam eſſe dixit, tunc ſi minùs idonea eſſe appareat, habeo actionem doli, ſed ſi creditor hæreditarius ſit, tutus ſum exceptione doli, nec igitur actione doli opus eſt.

---

# TITULUS IV.

## *De Minoribus viginti quinque annis.*

## Ad L. 1. & 2.

### *SUMMARIA.*

*An minori res ſuas bene gerenti adminiſtratio permittenda? num.* 1.
*Quid ex Reform. Polit. in Imperio obtineat?* 2.
*Quid Severus circa minores conjugatos ſtatuerit?* 3.
*Doctor juris an reſtituendus ſit?* 4.

1 LEx 1. continet cauſam reſtitutionis minoris, quia fragile & infirmum hujus ætatis conſilium. Deinde *in* §. 1. ipſum Edictum continetur, de cujus interpretatione *Donellus l.* 21. *cap.* 6. *& in* §. *fin.* regula ut minori adminiſtratio non committatur, quamvis bene rem ſuam gerat, quod alii de plena adminiſtratione, ut *Cujac. ad l.* 1. §. 1. *h. t. referente Hilligero mox citando.* alii de veniæ ætatis imploratione, alii de judicialibus intelligunt, vid. *Hill. in Donell. lib.* 3. *c.* 18. *lit. E. Petr. Greve Exerc.* 6. *th.* 1. ſed poteſt intelligi de minore habente curatorem. *vid. Bachov. ad h. t. ff. c.* 1. *numer.* 1.
2 Hodie in noſtro Imperio poteſt *hic* § abſolutè concedi, non eſſe facilè concedendam minorenni rerum ſuarum adminiſtrationem, ſed teneri curatorem accipere, cùm ob Reformationem Politicam etiam invitis dentur curatores. Autor *in C. t. Qui pet. tut. ad L.* 1. *numer.* 2. aut certè dari debeant, præſertim nondum conjugatis. Sed Jure Romano matrimonium non attendebatur, ut *ex*
3 *L. ſeq.* apparet, ubi hæc quæſtio; Severus conceſſerat, ut minorennibus ratione capacitatis honorum, tot anni adderentur, quot liberos haberent, Autor *in C. h. t. ad L.* 2. *numer.* 2. v. g. Natus annos 23. habens tres liberos, poterat ad honorem promoveri, ad quem non niſi majorennes eligebantur, unde notat *Bach.* maritum ob liberos citiùs admittendum ad honores. *Bach. ad h. t. c.* 16. *p.* 1136. Autor *in C. t. de in integr. Reſtit. ad L.* 2. *nu.* 3. & quæritur, an idem ſit in concedenda adminiſtratione? quod negatur in *L.* 2. Quia dicitur in *L.* 3. *in fine*, etiam bene gerentibus minoribus adminiſtrationem non eſſe committendam, ideoque quærit ad *L.* 1. *Buſius*,
4 an Doctor juris reſtituendum? Et communiter diſtinguunt, an in jure, an in facto læſus ſit, ut hoc caſu reſtituatur, *arg. h.* §. *fin.* quod etiam in iis, qui peritiam artis profitentur, verum eſt. *Vid. Dn. Struv. ad h. t. th.* 55. *Zoeſ. numer.* 21. *Wiſſenbach. ad Pand. diſp.* 14. *th.* 4. *&* 24. *plures citans conf. Greve Ex* 6. *th.* 2. Autor *in C. tit. Qui & adverſ. quos in integr. reſtit. non poſſ. ad L.* 1. *n.* 2. *& ſeqq.*

## ad L. Denique. 3.

### *SUMMARIA.*

*An hodie ſolus Princeps, an verò etiam magiſtratus ordinarius reſtituat minorem? nu.* 1.

*Cur*

*Cur ſi finis contractus in majerennitatem cadit, non reſtituatur minor?* 2.
*Id quod limitatur.* 3.
*An, ſi minorennis contra tutorem agit, & ſententia fertur in majorennitate, reſtitutio detur?* 4. *& ſeqq.*
*An, ſi minor ratam habeat rem, major factus, reſtituatur?* 8.
*Quotuplex modus ſit, ratificandi?* 9. *& ſeq.*
*An minor, ſi ſe immiſcuit paternæ hæreditati, & major exegit paterna debita, reſtituatur?* 11.
*Qualis diſtinctio hoc caſu neceſſaria?* 12. *&* 13.
*Quomodo computandi anni ſint in h. t.?* 14.
*Quomodo dilatio computanda?* 15.
*Quomodo quadriennium?* 16.
*An filiusfam. læſus reſtitui poſſit?* 17. 19. *&* 20.
*An, ſi minor reſtituatur ad novas probationes, hoc etiam majorem juvet?* 18.
*An ob delictum patris peculium profectitium publicetur?* 21.
*Pater, qui pro filio fidejuſſit non juvatur beneficio excusſionis.* 22.
*Des quomodo ſit proprium patrimonium filiæ?* 23.
*Minor ab homine iniquo arrogatus reſtitui poteſt?* 25.
*Filius etiam contra factum patris reſtitui poteſt. num.* 26. *&* 27.
*Servi in contractu læſi non reſtituuntur.* 29.

IN *principio* dicitur, Imperatores perrarò & extra
1 ordinem minoribus rerum ſuarum adminiſtratio-
nem conceſſiſſe, quod *ex legibus præcedentibus* expli-
candum. Sed collige *ex h. t.* quando ceſſat beneficium
prætoris, quod tunc Imperator vel Princeps extra or-
dinem ſuccurrere poſſit, quæ duo videtur confundere
*Chriſtinæus vol. 2. dec.* 119. *numer.* 1. ubi dicit, hodie ſo-
lum Principem reſtituere minorem, quod ſi fortè de
minoribus Gallorum & Belgarum loquatur, id ſuo loco
relinquo, ſed in tota Germania Superiori notiſſima
praxis eſt, minores à Magiſtratu ordinario reſtitui. Au-
tor *in C. tit. Ubi & apud quem cognit. ad L.* 3. *nu.* 1. In §. 1.
2 proponitur regula, ſi finis contractus in tempus majo-
rennitatis incidat, non reſtituitur minor, quia major
factus perficiendo approbavit, niſi (1) dolo adverſa-
rii extractum negotium, ut in majorennitate perfice-
3 retur, aut (2) conſequens, quod tempore majorenni-
tatis factum, neceſſariò ſequatur ex eo, quod à minore
geſtum, ubi non finis, ſed initium in his duobus caſi-
bus reſpicimus, ut *infra* probabitur. Species facti in
textu propoſita hæc eſt: Minorennis judicium tutelæ
4 inſtituit contra tutorem ſuum, vel ejus hæredes, ſed
illud judicium tamdiu extrahitur, donec majorennis
factus, & tunc ſententia abſolutoria lata pro hæredibus
tutoris, an contra hanc ſententiam, ſi res judicata fa-
cta, datur reſtitutio? quod negatur, quia per ſenten-
tiam læſus eſt: at ſententia lata contra majorennem.
*Maurit. de Reſtit. qu* 255 *Hill. in Donell. l.* 21. *c.* 7. *lit.*
*O.* Autor *in C. t. Si adverſ. rem jud. ad L.* 1. *nu.* 3. ſcili-
5 cet niſi evidenti calliditate extractum negotium. Alius
caſus, ubi in minoribus finis non principium atten-
ditur, habetur *in l.* 7. § 1. *ff. de ſtat. liber. conf. l.* 3. §.
*fin. ff. ad SC. Maced. l.* 1. *C. ſi adverſus rem judic. conf.*
*Oddus de Reſt. p.* 1. *q.* 25. *art.* 6. ubi diſtinguit, an ac-
tus neceſſariam conſequentiam habuerit, ut ſi in pro-
ceſſu læſus ſit, an non. *Menoch. l.* 1. *de A. Q.* 37. *num.*
12. *quem laudat P. Barboſa. ad L. divortio.* §. *ſi vir. nu.*
46. *& ſeq. Surdus dec.* 297. *num.* 12. Rectè à Buſio
6 *hic L.* 3. notatus *Coſtalius*, qui venditione à minori
facta, & re poſt majorem ætatem tradita, non pu-
tat impediri reſtitutionem contra textum, & ad §. 5.
7 *ſi filiusfam.* reſp. *Buſius.* Similis lapſus *Wamheſii p.* 1.
*conſ.* 58. *num.* 21. *& ſeq.* Sic etiam competet reſtitutio,
ſi ſe ignoraſſe læſionem latentem, cùm traderet, di-
cat, &c. *Bach. h. t. c.* 3. *num.* 6. Collige etiam *ex hoc*
§. 1. quando major factus negotium perfectè in mi-
nore ætate geſtum approbat, non poſſe peti reſtitutio-
nem, *hic & tit. Cod. ſi major factus ratum habuerit. ibi-
que* Autor *ad L.* 2. *num.* 3. licèt actionem ex *L.* 2. *C. de
Reſc. vend.* non amittat, quia ſeparata ſunt remedia,
reſtitutio ex capite ætatis, & ex capite læſionis enor-
mis. *Pinell. p.* 2. *de Reſc. vend. cap.* 1. *num.* 33. *& t.* 4.
9 *num.* 4. *hunc referens D. Mevius p.* 5. *deciſ.* 21. Tri-
plex autem eſt modus ratificandi (1) verbis expreſſis.
(2) tacitè per lapſum quadriennii, quod à die perfe-
ctæ ætatis, ſcienti, non ignoranti, currit. (3) quæ fit
facto, ſi ſolvat aut ſolutionem recipiat, cujus rei
exempla plura recenſet *Menoch. rem.* 15. *recup poſſ. nu.*
10 118. Colligitur etiam ex hoc §. 1. *& l.* 1. *C. ſi major fa-
ctus; ibique* Autor *num.* 1. *& ſeqq.* licèt minor major
factus negotium approbet vel ratificet, ſi tamen do-
lus adverſarii ſubeſt, qui ſtudio extraxit negotium,
vel contra minorem machinatus eſt, quod tunc ob
dolum reſtitutio minori jam majori facto non ſit ne-
gand. *Paris. lib.* 1. *conſ.* 49. *num.* 38. *& ſeqq.* quod de
dolo vero non præſumto intelligit. *Menoch. d. remed.*
15. *num.* 133. *& ſeqq.* Autor *in C. t. Si major fact. ad L.*
2. *num.* 7. Nam ratificatio non poteſt trahi ad igno-
rata. Quæ autem dolosè ab altero ſtructa, ignorare
præſumitur minor.

11 *In* §. 2. *dicitur*, Minor ſi immiſcuit ſe paternæ hæ-
reditati, licèt major factus debita paterna exegerit,
dari tamen reſtitutionem, Autor *in C. t. Si minor ab
hæred. ſe abſtin. ad L. num.* 4. *& ſeqq.* quia actus adi-
tionis in minore ætate erat jam perfectus, & non ob-
ſtat. *t. C. ſi maj. fact.* vid. *Menoch. rem.* 15. *recup. poſſ.
num.* 126. Autor *in C. t. Si adverſ. rem jud. ad L.* 1. *nu.*
6. Sed nec tum videtur omnis ſcrupulus exemtus, ideo-
12 que *Dn. Struvius ad h. t. th.* 52. diſtinguit, an geſtum
in majorenni ætate neceſſariò inferat approbationem
ejus, quod in minorennitate ſe immiſcuerit hæredi-
tati. v. gr. quod debita exigit, non neceſſariò appro-
bavit aditionem, ſed potius ſubeſt animus bene hæ-
reditatem adminiſtrandi, ne ulla negligentia illi im-
putetur, debitoribus fortè poſtea factis non ſolvendo,
ſicut ſi ædes in minorennitate emtas fulſiſſet, &c. vid.
*Struv. d. l.* quæ omnino placent in modo hoc diſſol-
13 vendo; convenit *Donell. l.* 21. *cap.* 112. *lit. Bb. & ibi
Hilliger in notatis.* Collige, quando finis ita habet
neceſſariam conſequentiam ad principium, tum poſi-
to principio, conſequens non poteſt non ſequi. *Me-
noch. l.* 1. *arb. quæſt. q.* 37. *num.* 12. *Hier. Gratus vol.* 2.
*conſ.* 116. *num.* 19.

14 *Ad* §. 3. Non ſufficit, extitiſſe ultimum diem anni.
25. ad denegandam reſtitutionem, ſed completum
annum eſſe oportet. *Oddus de Reſtit. quæſt.* 2. *art.* 8. *Do-
nell. libr.* 21. *cap.* 7. *lit. B. & ibi Hilliger.* Autor *in C. t.
de Tempor. in integr. ad L.* 5. *numer*, 1. Et ſic in primo
die anni 26. incipit majorennitas. Quæ de anno bis
ſextili hîc habentur, bene explicat *Franzk. ad h. t. n.*
3. *& ſeqq.* Colligunt etiam, dilationem datam à mo-
15 mento in momentum currere, ita tamen ut dies ter-
mini non computetur. *Afflictus deciſ.* 73. *n.* 7. *Camill.
Bor. lib.* 1. *dec. tit.* 47. *num.* 67. Sic & quadriennium,
16 intra quod hodie reſtitutio contra contractum validum
petenda, & quinquennium, intra quod contractus in-
validus impugnandus. per *L. fin. C. ſi major factus &c.*
à momento in momentum currunt. *Steph. Fagn. d.
de Juſt. & J. L.* 1. *c.* 12. *nummer.* 24. licèt *in ſeqq.* recedat
ab hoc.

*Ad* §. 4. 9. *&* 10. Quæſtio hæc eſt circa filiumfam.
17 an ſi hic læſus reſtitui debeat? Ratio dubitandi eſt, ſi
filiusfamilias reſtitueretur, etiam pater reſtituendus
18 eſſet, quod tamen prætor non intendit. Unde pro-
batur, quod ſi minor reſtituatur ad novas probatio-
nes poſt publicata atteſtata, non videri etiam majorem
reſtitutum, niſi connexa cauſa ſit & inſeparabilis. *Ma-
rianus Socinus Senior in tr. de Teſtibus num.* 129. Sed
19 affirm. quæſtio. (1.) in caſtrenſibus. § 10. *h. l.* quia ibi
pro patrefam. eſt. (2.) In aliis etiam peculiis ex his
cauſis, ex quibus obligatur, & convenitur filius v.
gr.

gr. Si filius contraxit juſſu patris, utique pater conveniri poteſt & filius, & ſic filius, ſi conveniatur habet reſtitutionem, ſi læſus. Ex mutuo patris juſſu accepto non reſtituitur, quia filius non opus habet reſtitutione, quia communi Jure eſt tutus, & datur actio in patrem. *Bach. ad h. t. c. 11. num.* 2 Autor *in C. t. de filiofam. minor. ad L. 2. num.* 1. 2. *&* 3. Si autem juſſu patris non contraxit, ſed ſuo nomine, filius, ſi convenitur, reſtituitur, & pater etiam. *l. 27. h. t. Bachov. hic num.* 4. Si autem pater conveniatur, non reſtituitur filius, magis enim patris intereſt, quàm filii. *Conf. Parif. conſ. 57. num. 2. & 36. vol.* 4. Si verò mandato patris vel alterius ut procurator quid geſſerit, extra mutuum, filiusfam. non reſtituetur, per *L. 13. ff h. t. vid. Cuj. t. 2. ad h. §. & Petr. Greve. d. Exerc. 6.*
20 *th. 3. Donell. & ibi Hillig. l. 21. c. 7. lit. E. & F.* Si autem filius relinquit peculium caſtrenſe (de quo § 9. intelligit *Zaſius ad h. t. num.* 50. Sed aliter *P. Barboſ. ad l. 14. ſolut. matr. numer.* 53. qui intelligit de profectitio) & in eo ſuccedat pater filio, ut quaſi hæres reſtituendus. §. 9. *de quo vide Hillig. in Don. lib. 21. c. 14. lit. E.* Sed quid de adventitio peculio? Puto filium-
21 fam. indiſtinctè reſtitui, cum *Gloſſa ad §. 7. h. & L. Bachov. num. 6.* quia hoc adquiritur filio Jure novo. Notant etiam ex §. 4. *in fin.* ob delictum patris non publicari peculium profectitium filii. *Menoch. rem. 9. recup. poſſ. num. 72. & ſeq.* idque communiter *ex hoc* §. probare Dd. teſtatur *Franc. de Clapperiis pag. 2. deciſ. cauſa 92. num.* 7. ubi tamen admodum ſollicitos eſſe dicit Dd. in conciliando *hoc §. cum L. 1. §. 4. in fin. ff. quando de peculio annalis.* mihi videtur publicatione bonorum ex cumulo æris alieni contingente hic §. loqui, alter de ea, quæ eſt ex delicto. Ex hoc §. *Gail. lib. 2. obſ.*
22 *27. num.* 33. colligit, Patrem qui pro filio fidejuſſit, non juvari beneficio Excuſſionis, excepto mutuo, ne decipiantur creditores. *conf. Donell lib. 21. c. 47. poſt lit. D. conf. etiam ad hanc materiam Cephal. conſ. 256. num. 52. lib.* 2.

23 *Ex* §. 5. Nota, dotem eſſe ipſius filiæ proprium patrimonium; nam eſt quidem in dominio mariti quoad fructus & rei vindicationem, ſed in dominio uxoris naturalis? vid. *notata* DNi. Autoris *ad l. 30. num. 6. C. de jure dotium. Carpz. Juriſ. pr. Forenſ. p. 2. Conſt. 42. def. 19. n. 21. Gomez. ad §. fuerat Inſt. de act. n. 49. Barboſ. locuplet. l. 4. cap. 51. axiom.* 9. Autor *ad Auth. Sed quamvis. num. 2 C. de R. U. A.* Ex §. 6. collige,
24 minorem arrogatum poſſe reſtitutionem petere contra arrogationem, de quo vide *Donell. & ibi Hillig.*
25 *lib. 21. cap. 12. lit. F.* Si minor ſe arrogandum dedit & quidem prædoni & homini iniquo, qui fortè inhiaturus eſt minoris bonis, reſtitutionem petere poteſt §. *6. h. l.*

26 *In* §. 7. proponitur duplex ſpecies facti. 1. Minorenni legatum eſt aliquid, ut daretur poſt mortem parentis, quod ſæpe fiebat, pater paciſcitur de non petendo & patri conſentit filius, an filius reſtituendus? Quod affirmatur, quia ipſius filii intereſt propter ſpem legati, quod ipſi poſt mortem competit: nec obſtat *l. ult. C quis & adverſus quos &c.* quia, non tam contra factum patris, quàm contra hæredem, à quo legatum eſt, reſtituitur. Alterum factum eſt, quando
27 filio aliquid legatum eſt, non quidem poſt mortem patris, ſed quod patri non adquiritur, ſed perſonæ filii cohæret, ut militia, & hoc caſu patri paciſcenti ſi conſenſerit, reſtituitur filius, quia pater de re aliena hîc pactus eſt. Et hoc caſo iterum non contra patrem ſed contra hæredem reſtituitur. Et ideo non admitto quod *Bachov. c. 11. p.* 1103. dicit in utroque caſu hodie per *d. l. ult.* ſecus eſſe.

28 *In* §. 8. Minor adverſus negligentiam in non denunciando adhibitam reſtituitur, Autor *in C. t. d. in Integrum reſtit. ad L. 8. num. 1. & 2.* quem *Hilliger in Don. lib. 21. c. 8. lit. C.* laudat, quod elegantem ſpeciem contineat, quæ nihil geſtum cum minore, ſed reſtitutio reponens in priſtinum ſtatum tantùm tollit impedimentum, quod aditioni obſtabat, & allegat *Fr. de Caldas ad l. 3. C. de Reſtit. min. verbo, læſis,*
29 *num. 2. & Vivium dec. 443. num. 17. & ſeqq.* Liberis hominibus competit reſtitutio, non verò ſervis, ſi in contractu læſi ſint *per §. 11. h. l.* quia ſervus poſt manumiſſionem conveniri nequit, imputare ſibi debet Dominus, ſi ſervo peculium & ita liberam adminiſtrationem peculii conceſſerit, & ſervus omnia, quæ gerit ex voluntate Domini gerere videtur, dum hîc ipſi peculium conceſſit, *per L. 1. § 5. ff. de Adquir. poſſ. & l. ſeq. h. t.*

## ad L. Etenim. 4.

IN *l.* 4. continuatur materia §. *ultimi legis præcedentis.* Nam redditur ratio jam allegata, quod quicquid agit ſervus, Domini mandato videatur gerere, & idem eſſe dicendum, ſi inſtitor Domini fuerit; nam nec tunc ſervus reſtituitur, ſed declaratur hoc, niſi dominus fuerit minorennis, nam hîc reſtituetur ex ſua perſona.

## ad L. Si tamen. 5.

*SUMMARIUM.*

*Quo caſu ſervus reſtitui poſſit?*

IN *hac lege* continetur ſingularis caſus, quo ſervus reſtituitur, ſcilicet ſi ipſi libertas relicta per fideicommiſſum, & hæres moram faciat, & interim ob moram damnum paſſus ſit minor, dum v. gr. ipſi relicta fuit hæreditas, & quo minùs adipiſci potuerit hæreditatem, fuerit ob moram hæredis impeditus *Vid. Bachov. ad h. t. c. 11. n.* 1.

## ad L. Minoribus. 6.

*SUMMARIA.*

*Reſtituuntur etiam minores, quando eorum intereſt litibus non vexari. nu.* 1.
*An reſtituatur minor, qui adiit hæreditatem cum inventario?* 2.
*An reſtituatur etiam in alia re litibus obnexia?* 3.

NOn tantùm eo caſu ſuccurritur minoribus, quan-
1 do rei familiaris damnum patiuntur, ſed etiam ubi eorum intereſt, litibus & ſumtibus non vexari, v. gr. Ob non confectum inventarium, vel aditam hæreditatem non locupletem. *Maurit. in tract. de Reſt. c.* 235. Autor *in C. t. Si minor ab hæred. ſe abſtin. ad L. 2. nu. 2. f.* Sed quæritur, an ſi minor cum beneficio In-
2 ventarii adierit hæreditatem, poſſit petere reſtitutionem? Negat id *Dn. Mevius p. 3. dec.* 18. eo quod pro nulla ſit læſio, cùm propter Inventarium ſit indemnis & poſſit creditoribus cedere hæreditatem. Sed an poſ-
3 ſit hæreditatem invitis creditoribus cedere, id dubium eſt, & de eo alibi actum. Licèt autem nonnulli hunc textum reſtringant ad hæreditatem, verius tamen eſt, generaliter intelligendum eſſe, v. gr. ſi permutaverit rem cum alia implicita litibus, vel rem emerit implicitam jurgiis, licèt ipſi evictionis præſtatio promiſſa. *Oddus p. 1. q. 4. art.* 10.

## ad L. Ait Prætor. 7.

*SUMMARIA.*

*Per geſtum quid intelligatur? n.* 1.
*Debitori volenti ſolvere minori quid obſervandum?* 2. *&* 3.
*Cur contra contractus decreto judicis factos reſtituatur minor, & non contra talem ſolutionem? num.* 4.
*Quid ſi pecunia caſu periit, an reſtituatur?* 5.
*An contra ſolutionem annuorum redituum?* 6.
*An contra fidejuſſionem reſtituatur?* 7.
*Limitationes afferuntur.* 8.

*Quando*

*Quando minor in judiciis læſus reſtitutione opus habeat?* 9.
*Quid ſi condemnatus appellet, an reſtitutionem petere poſſit?* 10.
*An contra aditionem hæreditatis?* 11.
*An contra electionem reſtituatur?* 12.
*An vidua minorennis audiatur, quæ velit, electa portione ſtatutaria, ſua repetere?* 13.
*An minor contra rem ſuam ſub haſta venditum reſtituatur?* 14.
*Quid obſervetur circa prædium ſub haſta vendendum in Cameru Brandenburg.* 15.
*An minor ad licitationem admittendus?* 16.
*Cur non requiratur enormis læſio, ubi reſtitutio ſit contra rem judicatam?* 17.
*Quid hodie obtineat circa rem minoris licitandam?* numer. 18.
*An minor reſtitutus ad omiſſam hæreditatem, audiendus ſit, ſi eam iterum repudiare velit?* 19
*An reviviſcent ſubſtitutio vulgaris, ſi is, qui adiit, contra aditionem reſtitutus ſit?* 20.
*An contra lapſum fatalium reſtituatur?* 21.
*Sed an probare debeat læſionem, quod non appellarit?* 22.
*An minori contra cremedicium detur reſtitutio?* numer. 23.

1 PEr geſtum *hic* intelligitur non tantùm quod cum eo contractum, ſed & quod quaſi contractum, quod renunciatum, quodve neglectum &c. *Donell. l. 21. cap. 8. lit. A. & ibi Hill.* Quia debitor minori ſolvens non conſequitur plenam liberationem. §. *fin. Inſt. quibus alien. l c.* ideo debitor ſolvere volens, poteſt minorem compellere, ut ſibi curatorem petat. *Buſius hic.* Et ſi fiat ſolutio minori cum conſenſu curatoris & decre-
2 to prætoris, tunc non datur reſtitutio. Autor *ad L. 1. nu. 1. ſeqq. C. de Præd. Min.* Idem eſt, ſi pecunia debita in loco ſolito deponatur, nam & depoſitio liberationem tribuit, & optimum hîc conſilium datur
3 debitori minoris, qui vult ſolvere minori, ſed metuit reſtitutionem, nam poteſt in judicio deponere, ſic erit ſine periculo. *Car. Molin. de contract. uſurar. nu. 300.* quæ cautela bene notanda. Sed videtur obſtare, quod
4 contra contractus etiam ex decreto judicis factos reſtituatur minor, ſi læſus. *L. ſiquidem. 11. C. de præd. min.* Sed in ſolutione ſpecialis ratio eſt, quia contractus ſunt voluntatis, ſolutio neceſſitatis, hîc non eſt decretum tantùm, quo aliquid permittitur, ſed jubetur. *Gl. hic & Mauriz. de Reſtit. qu. 178.* Autor *in C. t. Si adverſ. ſolut. ad L. 1. num. 7.* Et plenam liberationem jus civile etiam hîc tribuit debitori compulſo ſolvere, licèt ipſi minori, non curatori, quia juſ-
5 ſus excuſat. Neque verò, licèt ſine decreto ſolutio facta, reſtituendus minor, niſi pecunia perdita à minori. *Oddus qu. 52. art 1.* Autor *d. l. num. 3. & d. tit. Si adverſ. Solution.* ubi negligentia præſupponenda eſt, nec caſus fatalis hîc eſt. *Bach. h. t. c. circa fin.* unde ſi pecunia ſoluta caſu periit, nec ulla in minore ſocordia aut diſſipatio, negant reſtitutionem. *Oddus p. 1. qu. 4. art. 5. num. 24. Mauritius de reſtit. cap. 175. & hos referens Hilliger in Donell. l. 21. cap. 10. lit. D.* nec locum habebit reſtitutio, ſi ſolutio facta
6 annuorum redituum, per *L. 25. C. de Admin. tut.* Autor *in C. d. l. nu. 10.*
7 *Ad* §. 3. In Interventionibus & Interceſſionibus etiam minori ſuccurritur, v. gr. in fidejuſſione, mandato, conſtituto, ex promiſſo. Sanè ſi ſine conſenſu curatoris minor fidejubeat, qui habet curatorem, communis ſententia eſt, fidejuſſionem hanc eſſe ipſo Jure nullam. Autor *in C. t. de in integr. reſt. ad L. 1. num. 6.* Quam poſt alios amplectitur *Gadd. de ſtipulat. c. 7. concl. 14. num. 270. & Hering. de fidejuſſ. c. 7. num. 86. & ſeqq.* Nec hîc probatio læſionis requiritur, quia dum fidejuſſit, ſe læſit. *Hartm. Piſt. l. 1. q. 37. num 60. quos refert Hillig. in Donell. l. 21. cap. 10.*
8 *lit. CC.* Autor *in C. t. de in integr. reſtit. ad L. 1. nu. 5.* Excipitur (1) niſi minor dolo deceperit alium, cui ſe fidejubendo obligavit, fortè quod ſe majorem dixerit, vel curatorem ſe non habere, *arg. l. 1. C. Si minor ſe majorem &c. ibique* Autor *ad L. 2. num. 1. ſſ.* (2) Si pro patre fidejuberet; nam ad hoc obligantur omnes liberi, per *Auth. ſi captivi. C. de Epiſc. & Cler. Gomez. tom. 2. reſol. c. 13. num. 19. Dn. Manzius de fidejuſſ. c. 1. nu. 44.* Autor *in C. t. de filiof. Minor. ad L. 1. num. 6.*
9 *Ad* §. 4. 5. & 6. *In* §. 4. agitur de judiciis, quod etiam læſus minor reſtituendus, ut ſi vadimonium deſeruit. *L. 7. §. ult.* ſi modò rectè cum minore conſtitutum judicium, alioquin ipſo Jure tutus eſt. *L. contra. 54. ſſ. de re judic.* v. gr. ſi de matrimoniali cauſa agatur, & ſi adverſus omiſſam appellationem reſtitui velit. *L. 7. §. pen. h. t.* Sed hæc limitat *Bach. ad h. t. cap. 6. nu. 6.* ſi culpâ Curatoris quid omiſſum in judicio, & de re pecuniaria agatur, contra eum potius dandam eſſe actionem, quàm ut judicium reſcindatur. Si autem minor oſtendat, ſua intereſſe, ut ipſam rem recuperet, dandam eſſe reſtitutionem, ut ex *Rol. à Valle conſ. 70. num. 18. v. 2. & Balb. de præſcr. p. 1. p. 15. princ. q. 6. numer. 4.* tradit *Bach. d. l.* Sed
10 pone, minorem eſſe condemnatum & appellaſſe, an pendente appellatione reſtitutionem petere poteſt? & an in appellatione interim procedendum? utrumque affirmat *Dn. Mevius p. 2. dec. 65.* Et de Aditione hæreditatis §. 5. ſi ſcilicet damnoſa ſit hæreditas, vel mul-
11 tis negotiis implicita, ut minoris interſit, litibus non implicari. Et ſatis eſt, ſuſpectam eſſe hæreditatem, licèt evidens damnum non appareat, & datur hæredi ſuo, qui ſe immiſcuerat hæreditati paternæ, & jam ſe vult abſtinere. *Bach. ad h. t. c. 5.* Autor *in C. t. Si Minor ab hær. ad L. 1. num. 4.* Sed in §. 6. dicitur notabiliter, quod etiam contra lucra omiſſa reſtituatur minor. *Covar. lib. 1. reſol. c. 5. num. 2. Menoch. conſ. 412. nu. 44.* ubi id limitat, niſi juramentum accedat. *Oddus q. 4. art. 8. Bach. ad h. tit. cap. 4.* quia hoc poſcit favor ætatis, cùm aliàs reſtitutio ob damnum reſarciendum dari debeat. *Hill. ad Donell. l. 21. c. 8. lit. D.* Unde hîc infert *Buſius & Beer. dec. 350.* etiam contra reſignationem beneficii reſtitui minorennem. Declarationem *hujus* §. vide in *lib. 17. §. 3. de Uſuris. Oddus de Reſt. q. 89. art. 2.*
12 *Ad* §. 7. Sed quid ſi in debito alternativo læſus ſit, eligendo, dum ei hoc jus competeret, deterius, vel ſolvendo melius? Reſp. dari reſtitutionem. Ex quo colligo, ſi Vidua minorennis, quæ electionem ha-
13 bet, an portionem ſtatutariam petere velit, an ſua repetere, ſi alterum elegerit cum damno ſuo, poſſe reſtitui. Et idem in M.uo, qui moribus noſtris opionem habet, nec enim invito portio ſtatutaria obtruditur.
14 *Ad* §. 8. Quando res minoris vendita ſub haſta per licitationem, tunc facilè non eſt concedenda reſtitutio, Autor *ad L. 5. num. 5. C. de Prædiis & aliis reb. Minor.* niſi enorme damnum patiatur minor; ex quo tamen probatur, dari reſtitutionem ob grave damnum. *Bach. h. t. c. 9. num. 2.* Ideoque *Berlichius deciſio 113.* dubia, quando negat, *hunc* §. de venditione ſub haſta intelligendum eſſe. Sed quærerem, in qua venditione licitationes admittantur à prætore? putarem igitur, omnino etiam contra ſubhaſtationem reſtitui poſſe minorem; & in textibus allegatis à *Berlichio, ſc. l. 1. C. de prædiis decurionum ſine decreto. & l. 5. C. de fide & jure haſtæ fiſcalis*; eſt ſpecialis caſus, ut ex lectione legum apparet. Nec etiam admittenda ſimpliciter *deciſio 126. de qua* Autor *in C. t. Si adverſ. Fiſc. ad L. 3. num. 3.* quod ob immodicam læſionem non detur actio contra venditionem ſub haſta. Dicerem itidem non facilè, ſecus ſi læſio enormiſſima & evidentiſſi-
15 ma. In Camera Brand. Electorali receptiſſimum eſt, quando prædium debitoris obærati primò taxatur, poſtea ſubhaſtatur, ſi quis autem licitetur pretium infra dimidiam pretii taxati, ſtatim quod tunc repellatur licitator, nec id ſignificetur aliis, an quis ſuperaddere

dere velit majus pretium; ſed ſi quis pretium dimidia
pretii taxati majus offerat, tunc demum per edictum id
ſignificatur creditoribus. Ideo ſtante hac obſervantia,
16 vix poterit contra haſtam fiſcalem diſputari. Sanè in
iis rebus, quæ moram non patiuntur, venditis, non
dari reſtitutionem, *ex hoc* §. probatur. Sed an poſt
tempus ſubhaſtationi præſtitutum, minor ad licitatio-
nem admittendus: Concedunt illud Dd. ſed fiſco ne-
gatur, *in L. ſi tempora. 4. C. de fide & Jure haſta fiſc.
Franc. de Clapper. cauſa quinta dec.* 2. Autor *ad L.* 1. *n.*
17 9. *C. de vend. reb. civ.* Sed cur contra rem judicatam,
quando petitur reſtitutio, non requiritur enormis læſio?
R. *Oddus q.* 53. *art.* 4. *nu.* 18. quod hîc & in *L.* 1. *C. Si
adverſus vendit. pign. ibique* Autor *a.* 2. & 3. agatur
18 contra tertium ſeu emtorem pignoris. Hodie in gra-
tiam minoris rurſus non admitti ulteriorem licitatio-
nem, dicit hîc *Groenwegen.* Sed ſi hoc intelligit de di-
ſtrahente fiſco ob debita fiſcalia, hoc concedo, per
*L.* 5. *C. de fide & jure haſta fiſc.* Autor *in C. t. Si adverſ.
Fiſc. ad L.* 3. *n.* 1. Sed in aliis caſibus nego, nec de con-
ſuetudine apparet contraria.

19 *Ad §. Reſtitutus* 9. Minor omittens hæreditatem,
contra omiſſam hæreditatem reſtitutus, ad adeundam
hæreditatem, poſtea vult iterum reſtitui contra adi-
tam hæreditatem; ad eam repudiandam, quæritur,
an audiendus ſit? Videtur quod non (1) quia varia-
tio in Jure odioſa, & quia ſæpius in integrum reſti-
tutio admitti non debet. Sed affirmatur hîc, favo-
re minoris ætatis; ex quo ſatis diluitur prima ratio
dubitandi, & non obſt. *tit. C. ſi ſæpius reſtitutio &c.
ibique* Autor *ad L.* 1. *num.* 1. 2. 3. *ad L. nu.* 2. 3. *Et
ad L.* 5. *h. t. C. num.* 8. quia loquitur de eo caſu, ſi
in una eademque cauſa; ſed hîc alia cauſa aditio-
nis, alia repudiationis. *Zoeſ. ad h. t. num.* 11. qui
etiam reſpondet *ad l. ult. verſ. non autem ſilio. C.
de bonis quæ liberis.* & *Wiſſenbach. ad Pand. diſp.* 14.
*th.* 5. Vel in *d. t.* agitur de eo caſu, ubi quis con-
tra denegatam reſtitutionem peteret reſtitutionem,
nam ita res abiret in infinitum, hîc autem agitur
de reſtitutione facienda, non contra denegatam,
ſed impertitam reſtitutionem. *Hilliger in Donell. l.* 21.
*c.* 12. *lit. O.* Autor *in C. d. t. Si ſæpius in integr. reſtit.
ad L.* 1. *num.* 2.

20 *Ad* §. 10. Subſtitutio vulgaris facta puberi vel im-
puberi extraneo, aditione hæreditatis expirat; Autor
*ad L.* 5. *num.* 1. & *ſeqq. C. de Impub. ſubſtit.* quid
ſi vero is, qui adiit, reſtitutus ſit & ſe abſtinuit?
Reſp. non reviviſcere ſubſtitutionem, niſi hæreditas
non ſolvendo ſit, *vid. Cujac. tom.* 2. *ad* §. *h.* & *Donell.
lib.* 6. *c.* 24. *lit. M.* & *ibi Hillig. Paul. Buſius ad d.* §. *Wiſ-
ſenbach. diſp.* 14. *th.* 6. *De Struv. Exerc.* 33. *th.* 17. *Franc.
de Barr. de Succeſſ. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 9. *Fachin. l.* 4. *c.* 73.
Non obſtat *l.* 41. *ff. de re judic.* Sed ibi agitur de im-
pubere ſuo, hîc de extraneo. Nec obſtat *L.* 61. *de Ad-
quir. hered.* quia alia ratio ſubſtituti, alia cohæredis,
cui licet totum agnoſcere, vel à toto recedere. Sed
*huic* §. videtur derogatum per *Nov.* 1. qua quoviſmodo
deſiſtente hærede, locus ſit ſubſtituto. *Buſius hic
num.* 5.

21 *Ad* §. 11. Decendium appellationis, quod datum eſt,
minoribus currit ipſo Jure, ſed ſi non appellarint, da-
tur contra lapſum fatalium reſtitutio. Autor *in C. tit.
Si ſæpius in Integr. ad L.* 1. *a.* 4. *Vaſq. de Succeſſ. L.* 1. §.
10. *num.* 52. *Oddus de Reſtit. q.* 88. *num.* 46. ubi id *nu.
ſeq.* extendit, licèt non habuerit curatorem; ſcilicet
quod tunc etiam ipſo Jure non currat decendium,
quæ ſententia communis ex eo etiam præter ea, quæ
*ab Oddo* adducta, poteſt confirmari, quod minor
etiam ſine curatore appellare poſſit, cùm interpoſi-
tio appellationis non ſit verus actus Judicii. *Beſold. de
Appell. c.* 5. *num.* 1. & *Hill. in Don. l.* 28. *c.* 6. *lit.*
22 *H. Berlich p.* 2. *dec.* 288. *num.* 7. & *ſeq.* Sed proba-
re ne hoc caſu debet Minor læſionem? Et quamvis
ſint, qui negent, cum hoc ipſo, quod non appella-
rit, videatur læſus; pleriique tamen affirmant, eo
quod pro ſententia præſumatur, & ideo debet Mi-
nor oſtendere ſummariè jura ſua, & allegationes antea
non deductas. *Mynſ. cent.* 5. *obſ.* 17. *Oddus q.* 37. *art.*
5. *Hill. in Donell. l.* 21. *c.* 10. *litt. CC.*

23 *In* §. *fin. hujus Legis ſeptimæ,* quæritur de Eremo-
dicio, fortè ſi ob lapſum triennii lapſa ſit inſtantia, an
non reſtituendus ſit minor. Reſp. ſi judicium cum mi-
nore rectè conſtitutum (nam aliàs judicium ipſo ju-
re eſſet nullum, & minor ipſo jure tutus eſſet *l.* 54.
*de re judic.*) & tutor non ſit ſolvendo, nam aliàs
contra tutorem ageretur, ob lapſam inſtantiam *l. pro-
perandum.* 13. §. *ult. Cod. de judic.*) dari reſtitutionem,
cùm etiam majorennibus ob cauſam abſentiæ juſtam
contra Eremodicium detur reſtitutio, multò igitur
magis minor eſt audiendus.

## ad L. Minor. 8.

### SUMMARIUM.

*An, & quibus conditionibus, minor reſtituatur contra
contumaciam?*

MInor contra contumaciam reſtituitur in inte-
grum, Autor *in C. t. Si adverſ. delict. numer.* 1.
& 5. quod de ficta contumacia intelligit *Caldas in L.*
3. *C. de reſt. Min. verbo, Læſi. numer.* 5. *conf. Hill. in
Donell. lib.* 21. *c.* 10. *Lit. O. Oddus p.* 2. *quæſt.* 82. *art.*
7. *Zoeſ. ad h. tit. numer.* 28. quia eſt tantùm do-
lus præſumptus. *Berlich. p.* 1. *dec.* 188. *numer.* 23. Sed
minorem tamen impenſas adverſario reſtituere debe-
re, æquius eſt, per traditas *Fachin. Lib.* 8. *q.* 104. *P.
Buſius ad h. l. num.* 6. Sed videbatur minor ipſo Ju-
re tutus contra citationem peremtoriam, per *L. contra.*
54. *ff. de re judic.* Sed lex noſtra accipienda de caſu,
quo lis ab initio legitimè defenſa, & poſtea deſerta
eſt. *P. Buſius hic num.* 2. Si tamen negligentiâ cura-
toris inſtantia lapſa, curator priùs conveniendus,
antequàm reſtitutio detur. *L.* 13. §. *fin. C. de judic. Bu-
ſius hic n.* 3. Ut autem citatio minoris ipſum in con-
tumacia conſtituere poſſit, neceſſe eſt, ut curator ſi-
mul citetur. *Buſius hic a.* 4.

## ad L. Si ex cauſa. 9. & ſeq.

### SUMMARIA.

*An minor reſtituatur contra diſtractionem pignorum ex
cauſa judicati captorum?* a. 1.
*Unde probetur grave damnum minoris?* 2.
*An contra diſtractionem pignoris conventionalis?* 3.
*An minorennis puella reſtituenda contra dotem à ſe con-
ſtitutam, & quid moribus noſtris?* 4.
*Hodie ſæpe filiæ gravantur in dotis conſtitutione.* 5.
*Mulier ſecundo marito conſtituens dotem poteſt reſtitui*
6.
*An minor in delictis reſtituatur?* 7.
*An minor, qui oblatam tranſactionem repudiavit, & li-
tem perſequi maluit, contra non acceptatam tranſ-
actionem reſtituatur?* 8.
*An uxor, ſi dolosè à marito divertat, & ſic dotem amit-
tat, reſtituenda?* 9.
*Major* 20. *ſed minor* 25. *annis, ſi venundari ſe paſſus non
reſtituitur.* 10.
*Minor reſtituitur contra merces commiſſas ob non ſo-
lutum vectigal.* 11.
*An contra ſententiam, in qua quis liber pronunciatus eſt,
reſtitutio locum habeat?* 12.

1 IN *Princ.* dicitur, quod minori etiam contra di-
ſtractionem pignorum, quæ ex cauſa judicati cap-
ta ſunt, detur reſtitutio, ſi grande damnum minoris
ſit, & ſic facilè non eſt reſtituendus. Autor *in C. t. Si
adverſ. Vend. pign. ad L.* 1. *n.* 1. & 3. Sed unde gran-
2 de damnum æſtimabitur, an ex *l.* 2. *C. de Reſcind.
vendit.*

*vendit.* ut putat *Donell. l. 21. c. 9.* Sed id potius arbitrio judicis alii committendum putant, qui conſiderabit perſonæ qualitatem, dives an pauper ſit, cum leve ſit locupleti, quod pauperi magnum. *l. 52. §. 2. de judic. Oddus qu. 1. & 4. art. 12. num.* 106. & quos refert *Hilliger in Donell. lib. 21. c. 9. lit. M.* Sed videtur obſtare, quod emtor nihil cum minore geſſerit. Sed reſp. *Hill. d. l. lit. N.* quod factum judicis habeatur pro facto partis. *l. 13.*
3 *c. de Evict.* Hæc de pignore prætorio. Quid in pignore conventionali? R. Diſtinguitur in *tit. Cod. ſi adverſus vend. pign.* an à patre, an ab ipſo minore pignora data ſint? *Videantur notata ad d. tit. Cod.* Reſtitutionem hodie fieri, negat *Grœnwegen ad d. t. Cod.* Sed id fortè de moribus Belgicis intelligendum.

4 *In §. 1.* dicitur, in dotis conſtitutione minorennem puellam læſam reſtituendam, ſi v. gr. omnia bona in dotem dederit; ſed noſtris moribus potius maritus læſus intelligitur, ſi omnia bona uxoris in dotem acceperit, tunc enim eò amplius dotalitium conſtituendum, juxta proverbium, Reiches Ehegeld/arme Kinder. Sed *huic §. 1.* videtur obſtare *L. 61. ff. de Jure dotium,* ubi amplioris dotis promiſſio ipſo jure invalida. R. ibi interveniebat dolus curatoris. *vid. Wiſſenb. d. d. 14. th. 12.* ibi Curator conſtituit, hîc ipſa mulier. *confer.*
5 *Hilliger. in Donell. lib. 21. cap. 10. lit. E.* Hodie tamen ſæpe fit, ut filiæ graventur in dotis conſtitutione, v. gr. ſi dos mortuo patre, à Matre, Affinibus &c. conſtituatur in nominibus non idoneis, in prædiis non frugiferis, in mercibus inutilibus, & tunc datur reſtitutio, licèt ſponſus conſenſerit, per *hunc §. Oddus de Reſtit. quæſt. 59. art. 2.* Et ſic reſtitutionem tali caſu dedimus
6 fœminæ E. M. menſe Sept. anno 1661. Sic ſi mulier ſecundo marito omnia in dotem dederit, læſa videtur mulier, ſi liberorum ex primo matrimonio non habeat rationem. *Mauritius capit. 209. num. 3. Hilliger in Donell. l. 21. capit. decim. lit. F.* Autor *in C. t. Si adverſ. dot. ad L. unic. numer.* 5. Et eſt duplex hîc læſio animadvertenda [1] circa ipſam dationem dotis, (2) circa dotalis prædii, vel rei in dotem datæ æſtimationem. *P. Barboſa in l. æſtimatis. numer. 24. ff. ſoluto matrim.* Et circa pacta etiam mulier dici poteſt læſa. *l. 48. §. prim. h. t. Hilliger. d. l.*

7 *In §. 2.* Quæſtio proponitur, an in delictis reſtituatur, Autor *in C. t. Si adverſ. delict. ad L. 1. num. 1. & 2.* ſive delictum ſit abſolutum per ſe conſiſtens, ſive in contractu, v. g. depoſiti commiſſum; & hoc negatur. Sed notandum hîc, minorem ex Lege Aquilia conventum, & damnum negantem, poſſe reſtitui contra negationem, ne ob negationem in duplum condemnetur; ex quo nonnulli volunt probare, minorem contra confeſſionem delicti poſſe reſtitui, licèt errorem non probet. Autor *in C. t. adverſ. delict. ad L. 1. num. 6. & 7.* Sed reſp. *Ant. Matth. ad L. 48. ff. tit. 16. cap. 1. nu. 12.* reſtitui hîc minorem contra inficiationem, etſi nihil doceat, quia planum eſt, eum eſſe lapſum, quia cum ſimpli ſolutione defungi poſſit, inficiando dupli ſe obſtrinxit: at ſi confeſſus ſit, non poteſt planum eſſe,
8 temerè id ab eo factum. Ex *hoc §. 2.* cum *Gloſſa* colligunt Dd. quando minor in judicio offert tranſactionem, & adverſarius offerat ſe, quod certam ſummam dare, vel remittere velit, Minor verò abrumpat tractatum, & litem proſequatur, denique contra minorem feratur ſententia, quod tunc minor poſſit reſtitutionem petere contra non acceptatam tranſactionem ab Adverſario oblatam, Autor *in C. t. Si adverſ. Tranſact. ad L. 1. numer. 1. & ſeqq.* & hanc ſeu cautelam commendat *Cremenſis ſingul. 29. Lud. v. Rom. ſingul. 403. Capella caut. 6. Oddus de Reſt. p. 2. qu. 66. art. 5. num. 27.* qui tamen *numer. ſeq.* id limitat, niſi dolo minoris abrumpatur tractatus pacis. Sed hanc cautelam non ita
9 generaliter intelligere vult *Hill. in Donell. l. 21. cap. 8. lit. D.* Uxor divertit à minore doloſè (nam & dolus culpæ ſpecies eſt] & ideo meretur amiſſionem dotis ut adultera, & quæritur an fœmina reſtituenda? Quod negatur, quia Adultera privatur dote. Et ſic ab adulterio ad deſertionem hîc formatur argumentum. At verò Adulterium deſertione gravius crimen eſt. Sed plerumque deſertio malitioſa [nam ſecus eſt ſi ob ſævi-
10 tiam fiat] cum Adulterio ſolet eſſe conjuncta. *In §. 4.* quæritur de eo, qui major 20. annis, minor verò viginti quinque annis ſe venundari paſſus eſt participando pretio, an reſtitutionem debeat impetrare? Quod negatur, quia mutato ſtatu non datur reſtitutio. Lex enim hanc pœnam irrogat. *Ex §. 5.* notetur, minorem
11 ſi non per dolum, ſed negligentiam non ſolverit vectigalia, contra merces commiſſas, ſeu potius contra publicanum in integrum reſtitui poſſe. Vid. *Oddus qu. 82. art. 4. Maurit. qu. 248. Farin. qu. 173. p. 1. numer.* 47. Dn. Autor *in C. tit. de Vectigalib. ad L. 3. numer. 4. Et tit. Si adverſ. delict. ad L. 2. numer. 4. In §. ult.* dicitur,
12 contra ſententiam, in qua liber pronunciatus eſt aliquis, non dari reſtitutionem, niſi manumittendum eſſe pronuncietur, datur tamen Appellatio. Vid. *Don. l. 21. ca. 12. & ibi Hill. lit. A. & B. conf. notata ad tit. C. ſi adverſus libertatem.* quod limitatur in *l. 10. h. t.* niſi Princeps reſtituat ex magna cauſa, i. e. ſi manumiſſo ſervo carere nequeat. *Oddus p. 2. qu. 55. art. 4. Mauritius q. 149. & Hill. dec. cap. 12. lit. D.* Dn. Autor *in C. tit. Si adverſ. libertat. ad L. 2. numer. 4. & 5.*

## ad L. Verum. 11.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo minori, ſi damnum ſenſit, in danda libertate ſuccurratur?* nu. 1.
*Quomodo majori 20. ſed minori 25. annis?* 2.
*Quid ſi Curator ex cauſa non juſta excuſetur?* 3.
*Qualis læſio & quid porro in reſtitutione requiratur?* 4.
*An ex caſu fatali læſus reſtituatur?* 5.
*An in ſortitione?* 6. 7.
*An modica læſio ſufficiat?* 8.
*An in libello neceſſarium, quod facilitate ſua læſus ſit minor?* 9.
*An in caſu fatali, qui prævideri potuit à prudentibus, admittatur reſtitutio?* 10.
*Quando minor contra minorem reſtituatur?* 11.
*Quando Eccleſia contra Eccleſiam?* 12.
*An filiusfam. major munire ſe poſſit SC. Macedon. contra minorem mutuo dantem?* 13.

1 QUæritur hîc, quomodo ſuccurratur Minori, qui damnum ſenſit in danda libertate. Et quidem non ſuccurritur, ut manumiſſus in ſervitutem revocetur, ſed aliter ei ſuccurritur, ut quantum fieri poteſt, ſervetur indemnis, & quidem per actionem doli aut actionem utilem, quod Minoris interſuit non manumitti, & quidem vel contra ipſum manumiſſum, vel illum, qui ad manumiſſionem induxit; ſed & tenetur manumiſſus actione ad exhibendum, vel actione furti, vel condictione furtiva, ſi quid abſtulit. Nam licèt ex delicto in ſervitute commiſſo manumiſſus non teneatur, quia tamen hic manumiſſus in continua contrectatione rei alienæ manet, & ita furtum continuat, ideo datur actio furti contra manumiſſum *princ. h. l.*

2 *In §. 1.* agitur de minore 25. annis, ſed 20. annis majore (nam minor 20 annis Lege Sentia ſine cauſæ cognitione prohibebatur manumittere, & ita nec ea lege vendere poterat, ut manumitteretur) & hinc ſi læſus ſit & libertas nondum data, poteſt per reſtitutionem ipſi ſuccurri, quia nondum data eſt libertas & ſic cauſa integra, & ita contra libertatem datam, ſi dies nondum venit, non poteſt reſtitui, ſed bene contra Libertatem dandam. Sic etiam ſi Minor 25. annis hac lege emerit ſervum ut manumitteret, poterit ſuccurri ante tempus, quo debebat manumitti, ut ei liceat reſtituere ſervum & recipere pretium, ſi doceat ſe læſum & nimio pretio emiſſe.



Digitized by Google

*In* §. 2. proponitur hæc ſpecies facti. Minori datus
3 eſt Curator Salvianus, qui poſtea urbicam procura-
tionem erat adeptus, & ita ſe excuſabat à cura, quia in
re ipſius petitis male detulit prætor, cum illa non fue-
rit juſta cauſa excuſationis, ſed tantum abſentia ob
negotia transmarina expedienda, vel Miniſterium circa
Principis perſonam. Ideoque decretum illud videtur
nullum. Sed fortè minor per Amicos eſt defenſus,
quæritur ergo, an iſte minor in integrum reſtituendus?
Reſp. ad reſtitutionem requiri, ut cum ipſo minore
contractum ſit, ergo per Principem minori ſuccur-
rendum eſt. Non omnis læſio ſufficit Minori, ſed con-
4 ſiderabilis, etſi dolo adverſarii vel ſua facilitate læſus
ſit. *Maſcard. concl. 1062. numer. vigeſim. quint. Tiraq.
de retract. conſang. ad fin. t. numer.* 51. unde probatur
ad reſtitutionem minori dandam, non requiri ſemper
dolum Adverſarii, ſed etiam inconſultam facilitatem;
5 latè *Menoch. rem. 15. de recup. poſſ. numer.* 136. Non verò
ſi ſobriè rem geſſerit, & ex caſu fatali acciderit dam-
num. *Oddus quaſt. quart. art.* 5. Ubi enim Minor utitur
Jure communi, non videtur circumſcriptus. *L. fin. C.
h. t.* Autor *in C. t. de Tranſact. ad L.* 11. *numer.* 4. niſi
caſum culpa præceſſerit, per § *ſed hæc res* 5. *h. t.* Et ſic
creditor, qui mutuo dedit minori, non eſt tutus, ſi bona
fide crediderit; nam ſi pecunia credita caſu amiſſa
fuerit, tenetur tamen hunc caſum præſtare creditor, &
ſic tam ratione contractus, quam futuri eventus peri-
culo ſubjicitur, quia ab initio debebat cum conſenſu
curatoris dare mutuo, & ſolicitus eſſe de verſione.
6 *Rodericus de Ann. Red. libr. 1. quaſt. 14. numer.* 41. Et ex
hoc probatur, minorem ex ſortitione læſum non re-
ſtitui, niſi ſortitio nulliter facta aut inſignis læſio.
7 *Sande l. 4. t. 11. dec.* 1. Et *ex d.* §. 4. probatur, mulierem
remittentem pignus non reſtitui, ſi tempore remiſſio-
nis dotem conſequi potuit, licet tempore petitæ re-
ſtitutionis conſequi nequeat. *Dn. Mev. p. 2. deciſ.* 130.
Sed & gravem non levem oportet eſſe læſionem per *L.*
8 4. *ſupr. de Reſtit.* Sed mediocrem interdum vel minorem,
ſpectatione inſpecta, qualitate rei & perſonæ, arbitrio Ju-
dicis ſufficere. tradunt *Sfortia Oddus de Reſtit. quaſt.* 4.
9 *art.* 12. & alii ſupra allegati. Cæterum an neceſſe ſit, in
libello exprimere, quod minor ſua facilitate & negli-
gentia lapſus ſit, de eo diſputat *Mauritius de reſt. q.* 174.
Autor *in C. t. de in Integr. reſt. ad L. 5. numer.* 17. Sed
verius eſt, libellum, in quo hoc omiſſum, non propterea
eſſe ineptum.

*Ad* § 5. Dictum, ob damnum fatale, quod etiam
10 majorenni accidere poſſit, minorem non reſtitui; Autor
*in C. t. de in Integr. Reſtit. ad L. 9. numer. 6. 7. & 8.* ſed hic
in verſ. *Sed hæc res,* continetur nobilis limitatio, niſi
damnum præſagiri potuerit magis quam lucrum: nam
ſi id non prævidit, quod prævidere potuit & debuit
vir prudens, omnino hoc facilitati ætatis imputan-
dum, quod hic exemplis declaratur, ſi adiit hæredi-
tatem, in qua animalia, vel oves fuerunt mortalitati
obnoxiæ, & ſic reſtituuntur minores contra factum,
quod non feciſſent, ſi prudenter rem exputaſſent, licèt
caſus mere fatalis ſit ſecutus, nam culpæ & negligen-
tiæ reus eſt, qui caſum facilè contingentem non metuit.
*Mauritius de reſtit. q. [illegible]7. Oddus d. qu. 4. num. 30. conſ.
Natta l. 3. conſ* 548. *nu. 37. & ſeqq.*

*Ad* §. 6. Minor contra minorem non reſtituitur,
11 niſi alter, qui reſtitutionem petit, de damno certet,
alter de lucro, hic & *L. 34. h. t. vid. Oddus qu. 18. art. 5.
Maurit. de tract. q.* 218. *Wiſſenb. d. diſſ. 14. th.* 11. Autor
*in C. t. Si ſæpius in integr. reſtit. ad L. 2. numer. 5. 6. & 7.*
Ex primo colligunt regulam: Privilegiatum contra
alium privilegiatum uti Jure communi. *Barboſ. lib. 14.
cap. 83. ax. 26. Berlich. p. 1. concl. 5. numer. 36. Carpzov. p. 2.
Conſt. 5. def. 2. num. 9. & l. 2. Reſp. 37. Oddus de reſtit. qu. 18.
art.* 4. Autor *in C. t. de adverſ. Fiſc. ad L. 1. numer.* 4. Sed
quando alter de damno certat, tunc ille inſus privile-
giatus eſt, ut *Ant. Faber h. l. & ex eo Hilleg. in Donell.
l. 21. c. 12. lit. q. & Oddus p. 1. quaſt. 18. art. 4. numer.* 33.
Quod ſi autem nec lucrum alter minorennium habet
ex eo contractu, v. gr. Si mutuo det minor alteri mi-
nori, & hic conſumſerit vel perdiderit, non datur
12 reſtitutio. Sic Eccleſia etiam contra Eccleſiam reſtitui-
tur, quando altera facta locupletior. *Buſius ad l. 34. h. t.
numer. 3. Oddus p. 1. qu. 18. art.* 9. Nec obſtat *l. fin. Ex
quibus cauſis majores.* Nam poteſt dici, abſentem læſum
contra abſentem ideo non reſtitui, quia ſola abſentia
non dat privilegium, ſed cum læſione. *vid. Barboſ. d.
l. lim.* 2.

*Ad* §. *ult.* Minorennis mutuo dat filiofamilias ma-
13 jori, & eum condictionem certi contra eum inſtitue-
ret, reus excepit de SC. Macedon. actor replicat, quod
reſtitui debeat ob ætatem, fortius enim favorabile re-
ſtitutionis beneficium, quam odioſum SCti Macedon.
*Oddus p. 1. qu. 18. art. 7. Zœſ. ad h. t. num.* 57. quia SC.
Macedon. non tam in favorem filiifam. quam odium
creditorum conſtitutum eſt, nec peccat adeo minor
filiofamilias credendo, cum probabilis ſit ignorantia
juris in minore, *Hilliger. d. c. 12. lit. R.* quando igitur
concurrunt duo beneficia diverſi generis, infirmius
cedit fortiori. *P. Greve. Exerc. 6. th.* 7.

## Ad L. Si apud. 12.

### *SUMMARIUM.*

*Contra quemnam reſtituatur minor, ſi mulier pro alio
interceſſit, contra mulierem, an Principalem?*

SI mulier pro alio intercedit, vel novando in ſe
recipit debitum, ſed obligando Minori, reſtituitur
Minor non contra Mulierem, ſed principalem debito-
rem, niſi hic ſolvendo non ſit; nam ſi ſolvendo non
eſſet, mulier conveniretur, nec SCto Vellejano juvabi-
tur. *Oddus qu. 18. art. 8. num. 52. Caldas in l. 3. verbo, Læſis.
C. de Reſtit. Min. num. pen. & ult. Zœſ. ad h. t. numer. 57.
Dn. Manzius de Fidej. c. 3. numer. 25. Hering. de Fidejuſſ.
c. 7. nu. 465. & quos hic refert.* Sed quæritur, an neceſſe
ſit, ut ab initio non ſit ſolvendo, vel an ſufficiat, ſi ex
poſt facto fiat non ſolvendo? Et poſteriorem ſententiam
defendit *Maurit. qu. 284. nu.* 3.

## ad L. In cauſæ. 13.

### *SUMMARIA.*

*An ex perſona minoris fidejuſſor reſtitutionem habeat?
num. 1.*
*Quæ limitationes notandæ?* 2.
*An minor reſtituatur contra tertium poſſeſſorem?* 3. 4.
*&* 5.
*Quot modis reſtitutio contra tertium fiat?* 6.
*An ex h. l. probari poſſit remedium reſcindens & reſciſſo-
rium?* 7.

1 FIdejuſſor Minoris ex perſona Minoris reſtitutio-
nem non habet, ſi ergo licet beneficium reſtitu-
tionis ad hæredem tranſeat, non tamen tranſit in fide-
juſſorem, quia hæres eſt univerſalis ſucceſſor defuncti,
fidejuſſor verò pro alio intercedit ex diſpoſitione ho-
minis. Et ſic reſtitutio minori danda, & contra eum,
cum quo contraxit, & contra ipſum fidejuſſorem, ſi ab
eo actione mandati conveniatur. *Donell. lib. 21. capit.
ult. poſt. lit. G.* Autor *in C. t. de Fidejuſſ. Minor. ad L. 1. n.* 3.
Et licèt liberato reo liberentur acceſſiones. *l. 43. de ſolut.*
id tamen verum eſt in vera liberatione juris commu-
2 nis. *Donell. d. l.* Sed patitur hæc regula ſuas limitationes.
[1.] Si dolus creditoris intervenerit, nam tunc etiam
fidejuſſori ſuccurritur. *L. 2. C. de fidejuſſ. min. ibique*
Autor *num. 1. & ſeqq. Oddus qu. 48. art.* 2. [2.] Si cre-
ditori ſalva ſit actio contra alium. *L. 51. ff. de procur. l. 2.
§. 1. ff. de Admin. Tut. Maurit. c. 14. numer. 9 Struv ad
h. th.* 60. (3.) Limitatur, ſi aliquo modo regreſſum ha-
beret fidejuſſor, & minor contra fidejuſſorem non poſſit
reſtitui. *Oddus quaſt. 48. art.* 4. (4.) Si fidejuſſor igno-
ravit, principalem eſſe minorennem. *L. 48. ff. de fidejuſſor.*
Alias

Alias exceptiones vide in meis *not. ad tit. Cod. de fidejuſſ. min. conſ. Wiſſenb. d. d. 14. th. 16. Buſius hic & apud Oddum d. l. & Donell. d. l.* Debet autem cognitio cauſæ fieri citaris & præſentibus partibus aut per contumaciam abſentibus. *Vel cauſâ enim cognitâ.*

3 *In* §. 1. notandi ſunt caſus, in quibus contra tertium poſſeſſorem minor reſtitutionem petere poſſit. (1.) Si interſit Minoris, rem eam habere, v. g. Prædium avitum à minore cum decreto Judicis venditum Titio, hic Sempronio rurſus vendidit; hic ſi Judex videat, minoris intereſſe, prædium ipſi avitum reſtitui, utique poterit alienationem reſcindere, & reſciſſa alienatione actionem in rem utilem date minori contra Sempronium licèt minor cum Sempronio nihil egerit. *Conſ. Maurit. qu. 21. numer. 7. Steph. Fagundez de Juſt. & Jur. L. 1. cap. 12. numer. 4. Vaſquius l. 3. contr. cap. 65. Hilliger in Donell. l. 21. capit. ult. lit. O. Oddus p. 1. quæſt. 32. art. 17.*
4 Autor *in C. t. Si adverſ. vendit. pign. ad L. 1. num. 4. & 5.* (2.) Si Sempronius vel ſecundus emtor ſciverit, rem à minore venditam, poſſet aliàs etiam minor agere contra tertium poſſeſſorem *per h.* §. quia tunc videtur ap-
5 probaſſe alienationem primam à minore factam. (3.) Licèt hoc ignoraverit emtor ſecundus, ſed emtor primus non ſit ſolvendo, atque ita fruſtranea actio minoris contra Titium primum emtorem. *Donell. & Hilliger. d. lit. O.* aliàs non facilè contra Tertium reſtituendus,
6 *L. 39. §. fin.* ſalvo tamen regreſſu per *l.* 19. Dupliciter autem fit reſtitutio contra Tertium. (1.) Si prætor ipſe & eum, qui cum minore contraxit, & tertium poſſeſſorem, in quem contrahens rem illam alienavit, ad ſe vocet, & contra utrumque ſimul, ut res minori reſtituatur, pronunciet. Vel [2] reſciſſa alienatione, dato
7 in rem judicio, partes ad judicem mittat, & pronunciationem ipſius requirat, *Franzk. ad tit. t. Lib. h. n. 37.* Ex *h.* §. Dd. colligunt duplex remedium (1.) reſcindens, per quod removetur obſtaculum, ob quod agi non poterat, & (2.) reſciſſorium, quod reſciſſo obſtaculo incipit competere. *Hill. in Don. L. 21. c. 5. Lit. S.* Sed id *ex hoc* §. non ſequi ait *Franzk. ad d. t. num. 17.* dum enim prætor dat judicium ſeu actionem in rem, videtur alienationem reſcindere. Quę ſententia videtur etiam eſſe *Dn. Struvii ad tit. de Reſtitut. th. 3.* Quæ ſententia, utut contraria receptior ſit, cùm ad minuendas lites faciat, favore digna, niſi contraria eſſet uſu recepta.

## ad L. Plane. 14.

### *SUMMARIUM.*

*Quibus ex cauſis reſtitutio contra tertium fiat?*

REſtitutio fit regulariter contra eum, qui cum minore contraxit non contra tertium: Interdum tamen favore minoris fit reſtitutio contra tertium, idque potiſſimum tribus caſibus, 1. ſi is, qui cum minore contraxit, non ſit ſolvendo, 2. ſi ſciens minorem læſum rem adquiſiverit, 3. ſi minoris interſit rem ipſam habere. Ideo non agendum ſtatim eſt contra tertium, ſed contra eum, qui cum minore contraxit, poſtquàm ergo una ex dictis cauſis reperitur, tunc demum cauſâ cognitâ itur ad tertium poſſeſſorem. *Confer. Bach. ad h. t. cap. 10. numer. 3. p. 1091.*

## Ad L. Sed ubi. 15.

### *SUMMARIUM.*

*Quid ſit ille tertius, contra quem reſtitutio interdum datur?*

QUæritur hîc, quis ſit intelligendus per tertium, contra quem cauſâ cognitâ interdum datur reſtitutio, an præciſè ſit, qui rem accepit ab eo, qui cum minore contraxit? Et reſpondetur per tertium intelligendum eſſe omnem eum, ad quem res minoris pervenit, licèt per plures manus res ambulaverit, tertius tamen, contra quem reſtituitur minor, habet regreſſum contra ſuum Autorem, & hic iterum contra ſuum Autorem.

## Ad L. In cauſæ. 16.

### *SUMMARIA.*

*Ubi minor communi jure tutus eſt, non opus habet ad beneficium reſtitutionis recurrere? nu. 1.*
*Quot modis limitetur regula? 2. 3. & 4.*
*Quomodo ab aliis alius h. L. ſenſus afferatur. nu. 5. 6. & 7.*
*Caſus §. refertur. 8.*
*Quare in hoc caſu condictio ſine cauſa cum reſtitutione concurrat? 9.*
*In minori ſumma læſus Minor non reſtituitur. 10.*
*Quomodo intelligatur*, licere naturaliter alterum circumvenire? 11.
*Quænam ſint duæ juris naturalis regulæ? 12. 13.*
*An & quando aliquis lædi poſſit uſque ad dimidiam partem? 14. & 15.*
*Diſcrimen inter* l. 2. C. de reſcind. vend. & h. l. *refertur. 16.*
*An in conſcientia ſecurus, qui in pretio alterum lædit? 17.*
*Coram quonam judice reſtitutio contra ſententiam petenda? nu. 18.*

1 SI communi Jure tutus eſt, v. gr. ſi alia actio ſit, vel contractus ſit ipſo jure nullus, non opus eſt ad extraordinarium remedium reſtitutionis venire, nam remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium. *Menoch. conſ. 380. Klock. vol. 1. conſ. 37. num. 132.* Autor *in C. t. Si tutor vel cur. ad l. 3. numer. 2.* Sic fruſtra petitur Edictalis citatio, quando ſcitur, ubi citandus degat. *Dn. Mev. p. 1. dec. 153. Hilliger in Donell. l. 21. c. 11. lit. K. Dn. Mev. parte 1. dec. 112. nu. 6. & dec. 125. nu. 2.*
2 Exceptio prima, niſi hoc Minori ſit utilius. *per L. 3. Si tutor vel Curat. interv. vid. Odd. p. 1. quæſt. 37. art. 2. Carpzov. pag. 2. c. 11. d. 24. Bachov. ad h. t. c. 16. num. 1.*
3 Exceptio ſecunda, ſi ordinarium ſit Judicium generale. *§. 2. hujus legis.* Tertia, ſi tendat remedia ad diverſa. Quarto, ſi extraordinarium utilius. *Hill. in Don. l. 20. cap. 3. lit. L. Finckelth. multas referens obſ. ult. numer. 15.* exempla ſunt in *L. 3. C. ſi Tutor vel curator intervenerit.*
4 Alia exceptio *in L. 9. pr. ff. quod metus cauſâ.* Videatur
5 de concurſu hujus reſtitutionis cum aliis remediis prolixè diſſerens *Oddus tota quæſt 19.* Sed alium hujus legis ſenſum tradit *Finckelthans obſ. ſua ult. num. 21.* hoc modo, ut verba (ALIA ACTIO) non activè, ſed paſſivè intelligantur, i. e. ut Judex cognoſcat, an aliàs creditor contra minorem, actionem habeat; nam ſi non comperit ipſo jure actio contra minorem cui fini adhibebitur reſtitutio? & veteres codices pro (alia) aliqua legiſſe ex *Ruffardo & Walthero d. l. refert. Finckelthans.* Qui ipſo
6 Jure munitus eſt, i. e. conveniri nequit, ei non neceſſarium eſt remedium extraordinarium. Et ſanè conſentio, hunc ſenſum ab exemplo hîc ſuppoſito probari. Nam pupillus ſine autoritate tutoris contrahens, ab actione ipſo jure tutus eſt, & conveniri nequit; ergo nulla opus habet reſtitutione *conf. Donellus lib. 21. cap. 11. lit. K. & ibi Hilliger. conf. Dn. Manzius ad hunc tit. nu. 112.*
7 *Ad* §. 1. Idem dicit, quod *L. Eleganter. 7. de Dolo.* ſcilicet ſi quis dolo inductus, ut venderet, ut ſocietatem contraheret, aliàs non venditurus, non contracturus, ipſo jure nullus eſt contractus. *Carpzov. p. 3. cap. 11. d. 29. Harten. Piſt. p. 1. quæſt. 23. numer. 2.* ſic etiamſi donationis gratiâ contrahat ſocietatem, ut alter nec pecuniam, nec operam conferat, nam his caſibus etiam major ipſo jure tutus eſt, *hic & l. 3. in fine, & l. 5. in fine ff. pro ſocio.*
8 *Ad* §. 2. Teſtator Inſtituit hæredem Cajum, & eum per fideicommiſſum obligat, ut res ejus Titiæ reſtituat, cum hac conditione, ut ſi Titia moreretur, has res reſtitueret Cajo, ſed Cajus præmoritur, & Titia cavet hæredis Caji hæredi, de rebus ſolvendis in caſum ſuæ mortis, In hac ſpecie propoſita, hæres, cui reſtituere

debebat Tiria rès illas, erat inſtar legatarii, & ſic hoc fideicommiſſum conditionale non transmitti poteſt in hæredis hæredem. Autor *ad L. ult. nu. 5. 6. C. de Legat.* Et Legatum conditionale non transmittitur in hæredem Legatario pendente conditione mortuo. Ergo illa ſine cauſa promiſit reſtitutionem rerum, ergo cautionem à ſe interpoſitam, cauſâ deſtitutam, poteſt condi-
9 cere condictione ſine cauſa. Et ſic condictio ſine cauſa cum reſtitutione hîc concurrit, juxta ſententiam *Martini, quam Cu ac. ad hunc §. probat tom.* 2. cujus fortè hæc ratio, quod hæc remedia ad diverſa tendant, vel potius, quod generalis actio ut condictio indebiti vel condictio ſine cauſa poſſit cum extraordinario remedio concurrere, *arg. L. 13. tit. prær. Maurit. qu. 12. nu. 4. & 5.*

*In* §. 3. continetur regula, quod non detur reſtitutio, quando contractus non valet, & ita nullus eſt, de quo antea dictum.

10 *Ad* §. 4. Contra id, quod paulò majori pretio emerit Minor, vel paulò poſt minori vendiderit rem ſuam, non datur ipſi Minori reſtitutio, quia modica circumventio naturaliter, i. e. Jure Gentium licita. Autor *in C. tit. de reſc. Vendit. ad L. 8. numer. 2. & 3.* Sed hoc variè declarant. Alii vocem *naturaliter* intelligunt de inſtinctu naturæ, à ſenſualitate provenienate, *F. Barb. ad Rubr. ff. ſolut. matrim. p. 2 numer.* 27. Alii de Jure Gentium, quod jure Gentium non puniatur circumventio, ſed permittatur. *Pinellus ad l. 2. C. de Reſcind. vendit. p. 1. cap. 1. numer.* 35. Leges enim ad præcavendum multitudinem litium, & incertitudinem dominiorum, conceſſerunt, id eſt non puniverunt aliqualem læſionem, illudque cujusvis conſcientiæ commiſerunt. Cùm enim
12 duæ ſint regulæ Juris Naturalis; prima, conſervandam eſſe ſocietatem civilem, & prohibendum, ne ſocietas litibus immodicis turbetur; altera, ne aliquis alterum circumveniat, & hæc cedere debeat illi, ut legi ſupremæ, leges aliqualem circumventionem non probant, non laudant, ſed connivendo permittunt, ut ſocietas hominum conſervetur *Simo à Carceres in ſpec. Teſtam.*
13 *gl. 13. numer.* 50. Hoc ſanè certum eſt, legem hanc de pretio eſſe intelligendam. Et nulla fuit gens, quæ ob minimam læſionem in pretio dederit remedium, ad emendandam minimam læſionem. Et ita non eſt ob id ſtatim reſcindendus contractus, licèt in pretio ſine tamen facto dolo & mendacio quis læſus ſit *vid.*
14 *Carpzov. p. 3. deciſ. 222. numer.* 9 Sed majorennes impunè lædi poſſunt uſque ad dimidiam partem, per *L. 2. C. de Reſcind. vendit.* quæ lex hac noſtra recentior videtur. *vid. Pinell. d. l. nu. 33. Wiſſenbach, diſp. 14. th. 26.* Deinde nec majorennes læsi poſſunt, multò minùs minorennes, etiamſi læſio infra dimidiam facta, ſi committatur dolus, ſi dolus interveniat, etiamſi modica intervenit læſio, poteſt, tamen illud emendari per actionem ex empto per *L. Julianus. 13 §. 4. ff. de Act. empti. Covarruv. l. 2. reſol. c. 4. nu. 12. Hartman. Piſtor. p. 1. qu.* 23 *num.* 4. ubi *numer.* 5. exemplum habet, ubi venditor
15 fundum vendiderat, & prætenderat, ſe eodem pretio ab alio emiſſe, oſtenſo etiam inſtrumento. Obſervandum ergo diſcrimen inter *d. legem ſecund. & hanc legem.* Lex 2. agit in genere de majoribus, quòd illi circum-
16 veniri poſſint ſine dolo, in pretio uſque ad dimidiam; ſed hîc reſtituendus minor, licèt dimidiam partem juſti pretii non exceſſerit; nam non requiritur læſio ultra dimidiam, ſed etiam, quæ infra dimidiam eſt, & non eſt minima, adeo ut quanta ſit læſio ſufficiens ad reſtitutionem, in judicis arbitrio per communem ſententiam committatur. *vid. Oddus de reſtit. quæſt. 4. art. 12.*
17 *num. 106. & art. ſeq.* Illud autem certum, ſi quis ſciens juſtum pretium majori pretio rem ſciens vendat, licèt non poſſit ob modicam læſionem conveniri; tamen in foro conſcientiæ ipſum non poſſe eſſe ſecurum; peccatum enim eſt, ſecundùm tradita Theologorum *vide Covarr. L. 2. reſol. cap. 4. nu. 11. Molina tr. 2. de Juſt. & Jure d. 350. nu. 5. qui plures citant. & Fagundez de Juſt. & Jur. l. 5. capit. 28. num. 6.* Varia hîc dici poſſent, ſed brevitati ſtudeo. *vide* DNI Autoris *Notata ad L. 8. C. de Reſc. Vendit. num. 2. & 3.*

18 *Ad* §. *fin.* Reſtitutio contra ſententiam ab eo Judice, qui tulit, peti poteſt. Et ille Judex contra ſuam ſententiam in integrum reſtituit, *Fr. Caldas ad l. ſi curatorem. 3. C de Reſt. min. in verbo, implorandum num. 17. Sfortia Odd. in tr. de reſtit. p. 1. quæſt. 32. art. 16. & qu. 42. art. 5 n. 21. Aut. in C. Si adverſ. rem. judic. ad L. 3. n. 3. & 4.* Et ſi tempora ad appellandum data lapſa ſint petitur reſtitutio ab eo judice, qui ſententiam tulit, cùm cauſa ad Superiorem non ſit devoluta. *Scaccia de Appel. q. 19. remed. 2. numer.* 39. Sed contra lapſum fatalium poſt interpoſitam appellationem reſtitutio petenda eſt à Judice ſuperiori, ſeu ad quem. *Gail. lib. 1. obſ. 143. nu. 1.*

## Ad L. Præfecti. 17.

### *SUMMARIA.*

*Cur à Præfecto Prætorio reſtitutio, non appellatio fieri poſſit? n. 1.*

*An minor cauſas novas in reſtitutione contra ſententiam allegare neceſſe habeat? 2.*

*Coram quonam in Camera Spirenſi reſtitutio petatur? 3.*

1 A Præfecto prætorio non poterat appellari, ſed poteſt tamen ab ipſo peti reſtitutio à minore contra ſententiam propriam; ratio eſt, quia appellando arguimus iniquitatem judicis, minor verò petendo reſtitutionem, arguit propriam imprudentiam & facili-
2 tatem. Autor *in C. t. ſi adverſ. rem. judic. ad L. 3. nu.* 7. Unde *Donell. lib. 21. cap. 11.* infert, non audiendum eſſe minorem, niſi novas allegationes adferre velit; In quo tamen contrarius eſt *Oddus quæſt. 32. art. 17 quem etiam ad dictum caput lit. F. refert Hilliger*, qui concedit reſtitutionem, etiamſi judex ex imperitia ſententiam juri contrariam protulerit, quæ ſententia benignior eſt. Et ſanè Minor ferè ſemper poterit imprudentiam ſuam arguere, licèt omnia in facto, quæ ad hanc cauſam definiendam requiruntur, adduxerit; quid enim, ſi jura
3 ad ſpeciem facti non rectè applicaverit? ſi deductionem juris non fecerit? A Sententia in Camera Imperiali lata reſtitutio petitur ab ipſo judice Cameræ, non à Reviſoribus. *Blubm. de jure Cam. cap. 78. in 4.*

## Ad L. Minor. 18.

### *SUMMARIA.*

*An inferior magiſtratus poſſit reſtituere contra contractum coram Superiore celebratum? nu. 1.*

*Annon in praxi ab hac diſpoſitione receſſum ſit? 2.*

*Quid ſi Princeps contra ſententiam à ſe latam reſtituat? 3.*

*In beneficio reſtitutionis quantùm temporis concedatur minoris hæredibus? 4.*

1 IN *principio* notatur, non poſſe minorem vel inferiorem Judicem reſtituere Minorem contra ſententiam, à majore judice latam; quod hîc amplians Dd. quos citat *Oddus qu. 32. art. decim. non. numer.* 145. licèt à ſuperiori non fuerit ſententia lata, ſed contractus tantùm à Superiore confirmatus, non poſſe tamen minorem Judicem reſtituere minorennem contra contractum illum: Inferior enim non poteſt manum apponere ſuper eo, ſuper quo manum appoſuit jam antea ſuperior. *Cravettat. 1. conſ. 137. numer.* 8. Inferior non reſcindit factum ſuperioris. *Bald. in princ. Socinus conſ.*
2 83. *numer. quart. & ſeqq.* Sed cùm contractus hodie confirmari ſoleant a Superioribus, non ſemper adhibita cauſæ cognitione plenaria, & in talibus confirmationibus cuilibet jus ſuum ſoleat reſervari, de practica hujus ſententiæ dubito, ſcil. quod minor contra contractum à ſuperiore confirmatum reſtitutionem petens, ad ſuperiorem remittendus ſit, nec memini hujus remiſſionis unquam factæ. *conf. etiam Odd qu. 22. art. 8. & ſeq.* ubi, nec præſentiam Principis, nec decretum judicis impedire reſtitutionem, tradit. In §§. *ſeqq.* dicitur,

diċitur, rarò Principem contra ſententiam à ſe latam
3 reſtituere in integrum, & putant Doctores, ſi Princeps contra ſuam ſententiam reſtituat, quod poſſit ſententia executioni tradi, dum cauſa reſtitutionis pendet. *Menoch. de præſumt. l. 1. qu. 74. numer. 2. Corſetus ſing.* 140. Et in §. *pen.* dicitur, quod contra ſententiam à delegato Principis latam ſolus Princeps reſtituat, quia ſcilicet delegatus Principis, omni alio Judice ordinario major eſt. *Oddus de Reſtit. quæſt.* 32 *art.* 21. & idem eſt ſive ipſe Princeps judicet ſive alius vice Principis, qui hoc habet ex ſpeciali commiſſione, quia contra ſententiam Delegati non alius reſtituit, niſi ipſe Princeps. §. 3. & 4. *hujus legis. In paragraph. ult.* dicitur, quod beneficium
4 reſtitutionis in integrum tranſeat in hæredem minoris, licèt majorennem, qui habet quadriennium ab adita hæreditate, interdum plus, ſi hæres eſt minor, ubi quadriennium currit poſt annum 25. ætatis hæredis. Si verò minor vel major majori ſuccedat intra quadriennium illud conſtituto, datur hæredi id tempus, quod defuncto de quadriennio illo ſuper erat, per *l.* 5. *C. de temp. reſtit. ibique Autor numer.* 3. & 4. *vid. Oddus quæſt.* 20. *art.* 5. *Zaſ. ad h. numer.* 1. 49. & *aut. ad d. l.* 5. *Franzk. ad tit.* 1. *hujus lib. num.* 40.

## ad L. Interdum. 19.

### SUMMARIA.

*Quomodo reſtitutionum tempora computentur? nu.* 1.
*Quid ſi intra quadriennium ex cauſa impeditus non agat?* 2.
*Quando brevius majorennitatis tempus ſtatuitur, quomodo tempus reſtitutionis computetur?* 3.
*Computatio quanam, ſi minor minorenni ſuccedat? nu.* 4.
*Contra, ſi minor majori?* 5.
*Quid, ſi major minori?* 6.
*Vel major majori ſuccedat?* 7.
*Cur minor contra aditam vel repudiatam hæreditatem reſtituitur, an alienata interim revocanda?* 8.

1 IN *hac lege* prolixiùs id traditur, quod *ad legem præcedentem* breviùs traditum, nam hîc explicatur, quomodo tempora reſtitutionum minoris læſi hæredi computanda. Notandum autem ad intellectum hujus legis. (1.) Minorennitatem computari utriuſque ſexui ad 25. annum ætatis completum, & ſi in ea ætate minor læſus ſit, ad id datur ei reſtitutio. Sed (2.) notandum eam reſtitutionem non in infinitum peti poſſe, ſed tantùm intra quadriennium à tempore majorennitatis adeptæ, ſcilicet à fine 25. anni computandum.
2 Intra quod quadriennium debet ſive agendo ſive excipiendo reſtitutio peti, niſi intra quadriennium id facere fuerit impeditus, per *L. fin. C. de temp. reſtit.* & *ibi not.* DNI Autoris *Dn. Mevius p.* 3. *dec.* 335. ut ſi vi, metu, dolove alterius impeditus minor, item ſi ignorantia læſionis probabilis intervenerit, & idem eſt, ſive impedimento morali ſive naturali impeditus fuerit.
3 *Steph. Fagundez de Juſt. & Jur. l.* 1. *capit.* 12. *numer.* 10. Sed ſi ex ſtatuto brevius tempus majorennitati adjectum, v. gr. ſi quis anno 18. fiat majorennis, tunc non tantùm intra quadriennium, ſed intra ſeptennium, uſque ad annum 25. ætatis reſtitutionem competere, *l.* 5. *C. de temp. reſt. ibique Autor. Berl. p.* 1. *decis.* 6 *quos ibidem refert.* Sed duo hîc notandi caſus. (1.) Si minor
4 minorenni ſuccedat, tunc habet plus temporis, quàm defunctus ad reſtitutionem v. gr. Defunctus complevit annum 24. ergo habet adhuc unum annum minorennitatis, & præter eum quadriennium, intra quod reſtitutionem petere poteſt, ſed ſi ejus hæres complevi<u>ſ</u>ſet annum 20. habebit adhuc 5. annos minorennitatis ex ſua perſona, & præterea quadriennium. Alter caſus, ſi minor ſuccedat majori intra quadriennium
5 tantùm conſtituto, tunc majori, ſi annus ex illo quadriennio ſuperſit, hæredi poſt adeptam majorennitatem, non tantùm quadriennium, ſed annus tantùm

indulgetur, *vid. Franzk. d. l. numer.* 40. *Donell.* & *ibi Hill.* & *quos citat l.* 21. *cap. ult. l. f.* Autor *in C. t. de temp.*
6 *reſtit. ad L.* 5. *numer.* 3. Tertius caſus, quando major ſuccedit minori, ſtatim ab hæreditate adita datur ipſi
7 quadriennium ex perſona defuncti. Quartus caſus, quando major ſuccedit majori, tunc hæres id tempus de quadriennio, quod defunctus adhuc habuit, adipiſcitur, *hic* & *l. 1.* 4. & 5. *C. h. t. ibique* Autor *ad L.* 5. *nu.* 3.
8 & 4. Si minori contra aditam hæreditatem reſtituatur, an interim alienata revocanda? Vid. quod ſic, quia omnia in priſtinum ſtatum ſunt reponenda; Sed negatur hic, ſi bona fide interim geſta ſunt, & titulus eſt lucrativus hæreditas, licèt aliàs viâ juſtitiæ reſtitutus etiam ad alienata reſtituatur. *Menoch. remed.* 10. *recup. poſſ. numer.* 113. & *ſeq.* Atque hæc in contrario etiam caſu, ſi contra repudiatam hæreditatem reſtituatur. *Zaſ. ad h. t. cap.* 16. *numer.* 2.

## Ad L. Papinianus. 20.

### SUMMARIA.

*Quando abſentia tribuat reſtitutionem? num.* 1.
*Quid ſi minor major factus lite conteſtata deſiſtat?* 2.

1 ABſentia neceſſaria v. gr. Exilium non tribuit reſtitutionem, ſi procuratorem mittere potuit. *Marcus Mantua ad c. transmiſſa nu.* 25. *X. de præſcript.* Ego ſanè illum textum intelligo de abſente exule majore, in quadriennio conſtituto. Nam ſi minor, ob imprudentiam ſuam, quod Procuratorem non miſerit, videtur poſſe reſtitui. *conſ. tamen l.* 26. §. 1. & *l.* 40. §. 1. *ff. Ex quib. cauſ. maj.* & *quæ habet Hilliger. ad Donell. l.* 21. *capit.* 5. *lit. H.* Et non debet inde præmium expectare, unde pœnam meretur. *l. quod a quoque.* 46. & *ibi Hieron. Francus de Reg. Juris.*

2 *In* §. 1. quæritur, ſi quis, qui in minorennitate contraxit & læſus ſit, petierit reſtitutionem poſt adeptam majorennitatem, in quadriennio iſto & poſtea lite conteſtata deſtitit, an hæc litis conteſtatio ipſi proſit? quod videtur affirmandum, quia litis conteſtatio ſolet perpetuare actionem *per l. fin. C. de præſcr.* 30. *annorum.* Sed negatur, quia, qui deſtitit, videtur liti renunciaſſe.

## Ad L. In integrum. 22.

QUæritur verò, quis dicatur deſtitiſſe? Reſp. hîc non eum, qui diſtulit cauſam peragere, ſed qui in totum renunciavit. Idem habetur *in l. deſtitiſſe.* 100. *ff. de judic.* & *l. deſtitiſſe.* 15. *ff. ad SC. Turpill.*

## Ad L. Cum mandatu. 23.

### SUMMARIA.

*An filiusfam. à Patre procurator conſtitutus, reſtituatur? num.* 1.
*An Dominus ex procuratoris negligentia læſus reſtitui poſſit?* 2.

1 FIliusfamilias ſi à patre conſtituatur procurator in bonis paternis, filius non reſtituitur, ſecus ſi in peculio mandetur à patre, ut contrahat, per *l.* 3. §. 4. *h. t.* & *ibi Ant. Faber.* & *huc referens Hill. lib.* 21. *cap.* 7 *lit. E. conferatur etiam Mauritius. cap.* 2. *quæſt.* 3. Si autem Minor ex mandato aliquid damni ſentiat, tunc datur ei reſtitutio. Quomodo autem *l.* 3. & *ult. C. ſi Tutor vel curator intervenerit.* loquens de tutore cum *hac lege* circa finem concilianda ſit, & cur aliud in procuratore videatur *Donell. lib. vigeſim. prim. capit. undecim. lit. L.* & *M.* & *ibi Hill. Hartman. Piſtor. p. prim. qu. duodecima numer. undecim.* ubi cum Gloſſa aliiſque Doctoribus
2 allegatis defendit diſtinctionem inter Adminiſtratorem voluntarium & neceſſarium. Et quamvis nonnulli Dd. quaſi à contrario ſenſu deſumto argumento, *ex hac lege* inferant, dominum ex procuratoris negligentia

læſum, non habere reſtitutionem in integrum, Autor
*ad L. 3. numer. quart. C. de Naut. fœnor.* ſi procurator
non ſit ſolvendo, quia hîc in ſpecie de minoribus hoc
dicitur, communem tamen ſententiam defendit, ec
huic argumento reſpondet *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 36. n. 8.*
Nam multi ſunt caſus, in quibus perinde ut minoribus
ætatis beneficio ſubvenitur, ita etiam majoribus ex
clauſula generali ſuccurritur.

## ad L. Quod ſi minor. 24.

### *SUMMARIA.*

*Cum minor convenitur actione neg. geſt. quomodo evitet condemnationem?* nu. 1.
*An ſemper reſtituendus ſit minor?* 2.
*An minor contra repudiatam hæreditatem reſtituatur, cum res ſunt diſtractæ?* 3.
*Cum minor ad lucrum reſtituitur, quouſque hoc intelligendum?* 4.
*An minor ad lucrum à ſubſtituto perceptum, reſtituatur, ſi contra repudiationem reſtitutio facta?* nu. 5.
*Quomodo Dominus ex dolo ſervi, vel paterfam. ex filii dolo teneatur?* 6.
*Omnia in priſtinum ſtatum reponenda, reſtitutione facta.* 7.
*Minor in venditione læſus debet offerre pretium.* nu. 8.
*An, minore contra jus ſimult nea inveſtituræ reſtituto, hypotheca alii interim facta ſit nulla?* nu. 11.
*Quæ propriè actio ex hoc edicto detur?* 12.

1 MInor, ſi alterius negotium geſſerit ſine mandato,
& conveniatur actione neg. geſt. poteſt evitare
condemnationem, ſi cedat reſtitutionem in integrum.
*vid. Donell. lib. 21. c. 7. lit. G. & ibi Hill.* Non ſemper
reſtituendus Minor, ne aliàs nemo cum ipſo contrahe-
2 ret, §. 1. *h. l.* ſed probandum eſt, minorem dolo adver-
ſarii vel ſuâ culpâ & negligentiâ eſſe læſum, nam al-
terutrum probare ſufficit, per particulam AUT, per
*l. 5. C. h. t. Oddus qu. 4. art. 2.* Autor *in C. t. de in Integr.*
*Reſtit. ad L. 5. nu.* 13. quamvis læſio appareat, eur ea ne-
gligentia Minoris, aut Curatoris id factum præſumen-
dum eſt. *Bach. ad h. t. c. 2. nu. 2.*
3 *Ad* §. 2. Contra repudiatam temerè hæreditatem re-
ſtituendus quidem eſt minor, ſed ſi res hæreditariæ
nondum ſunt diſtractæ; quando verò ſunt diſtractæ, &
res non ſunt integræ, tunc Minor non eſt reſtituendus,
nec *textus hic*, qui de extraneo hærede loquitur, per
*L. fin. C. de Rep. hæred.* quæ de ſuo hærede loquitur,
ebrogatus eſt. *Pacius cent. 3. qu. 3. Hill. in Donell. lib. 7.*
*cap. 2. lit. Aa. Zæſ. ad h. t. num.* 10. *Fr. Caldas. ad l. 5. C. de*
*Reſtit. verbo, læſis num.* 47. *Odd. qu. 63. art. 2 Bachov. h. t.*
*cap. 3.* Autor *in C. t. Si ut omiſſam hæredit. ad L. 1. num. 3.*
4 Et Autor *ad L. ult. nu. 2. ſeq. C. de Repud. hæred.* licèt hoc
affirmet hîc *Grœnwegen.* Et *hoc* §. ſequitur, ſi minor
ad lucrum omiſſum reſtituitur, tunc eò uſque hoc in-
telligendum, donec res integra, & jus alteri nondum
eſt quæſitum. *Covarr. libr. 1. reſol. cap. 3. numer. ſecund.*
ubi tradit, minorem non reſtitui contra reſignationem
beneficii, ſi hoc alteri interim collatum. *Oddus de Re-*
*p. 1. qu. 4. art. 8. nu.* 62. Ideoque de reſtitutione ad lucrum
*hunc* §. intelligunt; *vid. Oddus p. 1. capit. 26. art. ult.*
Collige etiam, ſi Minor hæreditatem repudiaverit, &
5 ſubſtitutus adierit, atque aliquid ſua dexteritate in hæ-
reditate lucratus ſit, quod ad illud lucrum minor per-
venire non poſſit, ſi contra repudiationem reſtituatur.
*Weſenb. ad h. t. num. 5. conf. Odd. qu. 50. art. 3. numer. 21.*
Autor *in C. t. de in Integr. Reſtit. ad L. 6. nu. 6.* ubi explicat
vocem *Pacius*, quæ hîc habetur. Notetur autem ex hoc
*textu*, non ſequi, ſi aliquis per viam Juſtitiæ contra
ſententiam privatam reſtituatur, quippe hîc de quæſitis
lucroſo titulo agitur. *Men. remed. recup. poſſ. 10. nu. 114.*
6 *In* §. 3. *hujus Legis* 24. agitur de circumſcriptione fa-
cta à ſervo, vel filiofamilias. In genere & utroque in
caſu tenetur Dominus ac Pater, 1. ſi quid ex contractu
ad eos pervenerit, vel 2. ſi agatur de peculio. In ſpecie
ſervus, ſi non poſſit ſatisfieri, noxæ dedendus aut
verberandus juxta regulam, qui non habet in ære, luat
in corpore. *l. fin. ff. de in jus vocando.* Autor *ad tit. de*
*Judic. ad L. 7. nu.* 4. Filiusfamilias autem, ſi nihil ſit in
peculio, nec quicquam ad patrem pervenerit, condem-
natus eſt, ita tamen condemnari, ut executio differatur
uſque ad tempus, quo aliquid adquirat.
7 *Ad* §. 4. Reſtitutione facta, omnia redintegranda
i. e. in priſtinum ſtatum reponenda. Et reſtitutio nihil
eliud eſt, quàm in priſtinum ſtatum repoſitio. *Menoch.*
*conſ. 883. numer. 38. in prædicto recup. poſſ. rem. numer. 5.*
*& ſeq. Carpzov. Juriſpr. Eccleſ. lib. 2. def. 51. in fin.* Autor
*in C. t. Si advers. tranſact. ad L. num 2. & 3.* Et ſic nihil
amplius reſtituitur, quàm quod habuit ante læſionem,
non plus *Sforsia Oddus de Reſt. p. 1. q. 1. art. 4. num. 45.*
8 v. g. Minor eſt læſus, dum vendidit bona ſua, cogitur
ergo emtor reſtituere rem, ſed minor debet etiam of-
ferre pretium, *vid. Klock vol. 2. conſ. 51. num.* 31. Autor
*in C. de in integrum reſt. min. ad L. 3. nu.* 11. niſi ſciverit
Emtor, ipſum malè conſumturum pecuniam; ad exem-
plum creditoris mutuantis, quamvis cùm hoc dubiùs
agatur circa probationem verſionis; nam creditor te-
netur verſionem probare, venditor non, & æs alienum
ſolvere neceſſe eſt, credere non item. *Hartm. Piſtor. p.*
*1. qu. 38. nu. 36.* vid. *l. unic C. de Repnt. quæ fiunt in Judic. &*
9 *ibi Dd. Odd. qu.* 47. eatenus tamen Minor tantum tene-
tur ad pretium reſtituendum, quatenus eſt locupletior
10 redditus. *l. 27. §. 1. h. t.* Aut. *in C. de Repnt. quæ fiunt. ad L.*
*un. num. 1. &* 2. Sed ad quem pertinebit onus probandi,
minorem eſſe locupletiorem factum? & tuentur multi
hanc ſententiam, quod emtor hoc teneatur probare.
*Vid. Oddus qu. 47. art. 5. Hartm. Piſt. p. 1. qu. 38 nu. 34.*
11 Circa *hunc* §. quærunt, an ſi minor amiſerit Jus ſimul-
taneæ inveſtituræ & poſtea reſtituatur in integrum, ſi
interim hypotheca mihi cum conſenſu Domini conſti-
tuta, hæc effectum habeat, vel ob defectum conſenſus
agnati minoris nulla? Reſp. prius affirm. poſterius ne-
gandum, quia ea tantùm reſtituenda minori, quæ emiſit
ex ipſa læſione, ſed illa hypotheca non fluxit ea amiſ-
ſione ſimultaneæ inveſtituræ, & dubium ſuit, an etiam
deferatur aliqua ſucceſſio agnato. *Carpzov. deciſ.* 76.
Collige etiam *ex hoc* §. eum, qui ſciens perdituro cre-
dit, non habere repetitionem. Sed de eo alibi.
12 *Ad* §. *ult.* Ex hoc Edicto nulla actio propria, quæ in
hac ſpecie una eſſet & certa: Totum enim hoc pendet
ex cognitione Prætoris, is variè rem æſtimat, prout
minori expedire videtur, modò vicem actionis in per-
ſonam, modò vicem actionis in rem præſtando, modò
actiones remiſſas reſtituendo. *Donell. l. 21. cap. ult. lit. P.*
cujus verba Tibi, Lector, admetior.

## Ad L. Illud. 25.

### *SUMMARIA.*

*Quo caſu minor condictione indebiti utatur, quo Major non poteſt?* nu. 1.
*Quare mandatum ſpeciale requiratur in Procuratore reſtitutionem petente?* 2.
*Niſi incidenter petatur reſtitutio.* 3.

1 AGitur *in hac lege* de condictione indebiti, quod
ea interdum detur, ubi aliàs majori non daretur,
v. g. Si quis errat in Jure, ſi ex ea cauſa, quæ ex in-
ficiatione in duplum creſcit, minor ſolverit, inſtitutus
habet utilem condictionem de indebito ſoluto. *Cujac.*
2 *ad h. t.* Reſtitutio in integrum per Procuratorem qui-
dem fieri poteſt, ſed habentem ſpeciale mandatum,
Autor *in C. t. Etiam per procurator. cauſ. in integr. ad*
*L. un. n. 2. 3.* quia venit Minor contra proprium factum,
& procurator contra Domini factum venire nequit.
*l. 30. Mandati. Covarr. lib. 2. reſol. 6.* Sed ſi in genere
detur mandatum ad reſtituendum, licèt in ſpecie cauſa,
in qua reſtitutio petenda, non exprimatur, hoc tamen
mandatum

mandatum ſufficere, tradit *Covarr. de Reſol.6. n 2. Hill. lib. 21. c. ult. lit. A. & Rol à Valle vol. 2. conſ.26 per totum. Mynſ. cent. 2. obſ. 26. Vmmius ad proceſſ. d. 3. numer. 37.* Sed hujus mandati defectus per cautionem de rato ſuppletur. *l. ſeq. Oddus qu. 31. art. 12. Donell. lib. 18. cap. 12.*
3 *lit. KK.* Excipiunt *Br.* & noviſſimè *Groenwegen*, niſi incidenter petatur reſtitutio. *Covarr. lib. 1. reſol. cap. 6 nu. 1. per c. ſuſcitata. X. de Reſtit. in integrum.* Ex eo enim, quod alicui commiſſa litis proſecutio, cætera quoque mandata, ſine quibus lis peragi nequit. *l. 56. de procur. Oddus qu. 31. art. 13. Covarr. d. num. 1. & Hillig. ad Donell.* & ſic admiſſum procuratorem, refert *Dn. Mev. p. 5. d. 97.* Et ſi cognati vel conjunctæ perſonæ poſſunt cum cautione de rato agere loco alterius, per *L. Maritus 21. C. de procur. ibique* Autor *num. 16.* utique etiam procuratorem conſtituere poſſe videntur cum clauſula rati. Sed *conf. Covarr. d. l. num. 5. ubi videtur diſſentire per l. 27. pr. h. t.* ubi de patre agitur, & reſpondet ad *l. ſed & hæ. 35. de procurat.* & communem ſententiam eſſe, cognatos non admitti, reſtatue *Oddus qu. 31. art. 9.* quæ meritò prævalet. Sanè mandatum cum clauſula de rato non videtur ſufficere. *Covarr. d. l. num. 4.* ſed ſi ratihabitio ſequatur. *Dn. Mev. p. 5 dec. 98.* nam quæ ſpeciale mandatum requirunt, per ratihabitionem tamen confirmantur per *l. 26 pr. h. & l. 22. §. 1. ſeqq. ff. rem. rat. hab. Petr. Peck. ad c. 10. de R. J. in 6. nu. 9.*

## ad L. Quod ſi. 26.

### SUMMARIA.

*An, qui generale mandatum habet, reſtitutionem petere poſſit? nu. 1.*
*An ſemper admittatur, ſi offerat cautionem de rato? 2.*
*An tutores & adminiſtratores neceſſe habeant ſpeciale mandatum? 2.*

1 HAbet quis procuratorem generalem, hic reſtitutionem petit nomine Domini, quæritur, an ſit audiendus? Videtur, quod non, quia reſtitutio ſpeciale mandatum requirit; Sed affirmatur, ſi modò caveat de rato. Unde colligunt regulam, ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, admitti tamen, ſi offeratur cautio de rato. *Pet. Peckius de jure ſiſtendi c. 3. numer. 3. in fine.*
2 Sed hoc cum grano ſalis intelligendum, ſi præſumatur, non difficulter dominum id ratum habiturum; ut in Areſto perſonæ, de qua materia fuſè agit *Pet. Peckius d. l.* Igitur mandatum cum libera admittendum; ut ejus vi poſſit peti reſtitutio. *Covarr. dec. capit. ſext. numer. 3.* Et tutor, qui à Lege datur, abſque ſpeciali mandato, admittitur. *Maurit. capit. 27.* Et adminiſtratores Reip. *Trentac. l. 2. reſol. tit. de procur. reſ. 2. numer. 8.* & prælati. *Oddus d. quæſt. 31. art. 7. & quos ad hunc refert Hill. d. l.* Sanè ſi prima ſententia non admittit, ut ſi criminalis, etiam cauſa reſtitutionis planè reſpuit procuratorem, *Hippol. de Marſil. ſing. 221.* quem etiam refert *Hill. d. l.* Sanè hîc defenſorem admitti in criminalibus, non dubito, etiam ſine mandato. *arg. l. 16. ff. de Appell.* Quod ſi verò is, qui minorem circumſcripſit, abſens ſit, poteſt intervenire loco abſentis defenſor ejus, ſi de judicato ſolvendo caveat. §. 1. *h. l.*

## ad L. Patri pro filio. 27.

### SUMMARIA.

*Quando Pater loco filii reſtitutionem petere poſſit? n. 1.*
*An minor adverſus creditorem mutuo dantem reſtituendus? 2. & 3.*
*Quid ſi minor cariori, quàm par eſt, pretio rem emerit? 4.*
*An audiendus ſit emtor, qui viliori pretio à minore rem emit, ſi ſupplere illud velit? 5.*
*Malæ f. poſſeſſor etiam fructus percipiendos reſtituit. 6.*
*Minor debitum acceptum ferens contra Debitorem & fidejuſſorem reſtituitur. 7.*
*Eadem ratio ſi duos habeat Reos debendi. 8.*
*Uti & ſi notavit debitum. 9.*
*Etiam contra eos, contra quos actio doli non datur, minor reſtituitur. 10.*

1 IN *princ.* dicitur, patrem loco filii reſtitutionem petere poſſe, ſi ex cauſa peculiari filius conveniatur, non ſi ex alia cauſa. *l. 3. §. 4. h. t. Hillig. l. 21. capit. 7 lit. N. Petr. Barboſa ad l. 3 & 4. ſol. matr. num. 15. & ſeqq.* Autor *in C. t. Etiam per Procurator. cauſ. in integr. ad L. un. n. 4.* Non verò poſſunt petere cæteri cognati, ex communi
2 ſententia, licèt etiam impugnet *Barboſ. d. l. numer. 13.* Notetur etiam *ex fine principii*, ſi minor ætas, & prodigi mores concurrant, haberi id, ac ſi ſententia declaratoria fuiſſet lata. *Romanus ſing. 226. Oddus d. qu. 31. art. 9. & 37.* Sic etiam cognati poſſunt petere reſtitutionem, etiam ſi cognati habeant intereſſe *Odd. d. l. nu. 38.*

*In §. 1.* dicitur, minorem adverſus creditorem, qui
3 ipſi mutuo dedit, reſtituendum eſſe, ſi minor pecuniam diſſipaverit, vel eam alteri egenti & inidoneo mutuo dederit; ſed tunc minor actionem ſuam contra ſuum debitorem creditori ſuo cedere tenetur. Idem ſi
4 minor cariori, quàm par eſt, pretio, rem emerit; nam tunc venditio reſcindenda, & tenetur venditor pretium cum uſuris perceptis vel percipiendis reſtituere. Ex *quo §.* notetur caſus, ubi quis cedere Jus ſuum tenetur. *Vid. meus tract. de ceſſ. act. cap. 3. numer. 71.* Item quod
5 qui à Minore emit, minore quàm oportet pretio, reſtituere teneatur fundum; quod intelligunt nonnulli, licèt emtor, quod deeſt juſto pretio, ſupplere velit; quia res utrinque reſtituenda ſuæ integritati. *Buſius ad l. 24. §. reſtitutio. h. t. numer. 2. Pinell. ad l. 2. C. de Reſc. vend. p. 3. cap. 1. numer. 21. & Caldas ad L. 3. C. de Reſt. minorum. in verbis, implorare in integrum reſtitutionem. nu. 15.* Licèt communis Gloſſæ hujus loci ſententia ſit contraria, ſcilicet poſſe emtorem excludere Minorem venditorem, ſi juſtum pretium ſuppleat, niſi interſit minoris, potius retinere rem. *Garcias de Expenſis c. 18. numer. 24. per l. 12. §. 1 ff. de Jur. dot. Oddus. de Reſtit. qu. 57. art. 4. Caſpar. Rod. de Ann. redit. l. 1. qu. 10. numer. 17. Rol. à Valle lib. 1. conſ. 59. numer. 4.* Nota etiam, eum,
6 qui cum titulo poſſidet, ad fructus percipiendos teneri, ſi mala fide poſſideat. Nam hic venditor majori pretio vendens tenetur pretium reſtituere cum uſuris, quas ex pecunia percipere potuit, ſed minor non tenetur, niſi ad pretium; niſi locupletior factus. *Caſp. Rod. d. tr. qu. 14. nu. 49.* Autor *in C. t. de in Integr. Reſt. ad L. 3 nu. 11.*
7 Minor ſi acceptum tulerit ſine cauſa debitum ſuum, ſi petat reſtitutionem, non tantùm actionem contra debitorem liberatum, ſed & contra fidejuſſores, & in pignora recuperat. Eadem ratio eſt, ſi habeat duos reos
8 debendi, & dimiſerit unum aut liberaverit, quia conditio ejus per unius dimiſſionem fit deterior, ideo reſtituendus eſt ad totam actionem contra utrumque; nam ſi vel unum tantùm dimiſiſſet, nocuit ſibi, dum
9 amiſit jus eligendi, *in §. 2. h. l.* Eadem ratio eſt, ſi notavit debitum, & id in idoneum debitorem transtulerit. Nam actio vetus ipſi reſtituitur §. 3.
10 *In §. ult.* habetur regula, quod etiam adverſus eos detur reſtitutio minori, contra quos de dolo actio non datur, niſi ſpecialiter nonnullæ perſonæ excipiantur ſcilicet pater & patronus. *per l. fin. C. qui & adverſus quos &c. ibique* Autor *nu. 1. & ſeqq.*

## ad L. Cum minor. 28.

### SUMMARIUM.

*Quando minor contra tutorem reſtituitur, in actione directa, an etiam tutor in actione contraria? nu. 1.*

1 QUando directo Judicio actum eſt contra tutorem, & res deciſa, poteſt reſtitutionem petere minor, ſed tutori propterea non debet reſtitui etiam actio contraria, quia ſunt ſeparata judicia, ſeparatæ ſententiæ. *Cujac. ad hanc l. & Hilliger ad Donell. lib. 21. capit. ult. in fine.* Sed quando de utroque judicio ſimul

actum, & res per tranſactionem ſopita, tunc reſtituitur minor non tantùm, ſed & tutor. *lege prima C. ſi adverſus Tranſact. ibique* Autor *numero quarto. Mauritius de Reſtit. capit. 214. numero quinto. & ſequent.* quod tutor expenſas ſuas in priori actione ſatis deduxerit, & ſic abſolutus fuerit ab actione minoris, n.m alias non petiiſſet reſtitutionem minor, niſi tutor abſolutus. Tutor autem ideò abſolutus, quia expenſas ſuas antea deduxit. Sed prior conciliatio communior videtur & proponitur à *Coſt.d.l.*

## Ad L. Etiam ſi patre. 29.

*SUMMARIA.*

*An minor reſtituatur, cum Patre tutore læſus eſt?* n.1.

*An ſi contra unum caput ſententiæ reſtitutus ſit minor, in aliis poſtea alter admittendus?* 2.

*Cum in uno capite leuteratio interpoſita eſt, an quoad alia ſententia in rem judicatam tranſeat.* 3.

*An, ſi filius contra aditam hæreditatem reſtitui velit, citandi ſint creditores?* 4.

1 LIcèt Pater iſque Tutor contraxerit cum tertio; ſi tamen læſus reperiatur minor, datur reſtitutio; nam non reſtituitur contra patrem, ſed contra factum patris, Autor *in C.2.Qui & adverſus quos ad L.ult. nu.4.* ne obſtet *l.2.C.Qui & adverſus quos &c.* Nec obſtat, quod pater optimum conſilium pro filio præſumatur apprehendere. Sed hæc præſumtio non excludit probationem læſionis aut fraudem tertii. Multò igitur magis reſtituendus Minor, licèt conſanguinei interfuerint. *Mauritius c.145. Hellig.in Donell.l.21.c.11.lit H.*

2 *In* §. 1. dicitur, quod Minor, ſi contra unum caput ſententiæ petiit reſtitutionem, & alter admiſit, ſi in cæteris etiam punctis emendetur, alter non ſit admittendus, quia cætera in rem judicatam reſpectu alterius tranſierunt, niſi puncta eſſent inſeparabilia. *Petr. Fridericus lib.3.de Contum.cauſa cap.16.a.marg.3.& 4.* Poteſt reſtitutio etiam contra unum ſententiæ caput peti, cæteris tamen ſalvis, ſi cætera illi non cohæreant, quia ſunt tot ſententiæ quot ejus capita. *Hellig.lib.27.c.2.lit. B.* Secus in connexis, *vid. Riccius dec. coll.364. Menoch. rem.9.recup.poſſ.num.327. Gail. Lib.1. obſ.110. numer. 6.*

3 *Mauritius de Reſtit. cap.214. num.3.* Sic ſi quis leuterationem ab uno capite ſententiæ interponat; quoad alia capita ſententia tranſit in rem judicatam. *Jac. Schultes ad Piſt.p.1.quæſt.22. numer.* 12. Quod limitat *Carpzov. p.1.Juriſpr. for. conſt.9. def.9. in fin.* niſi intra decennium leuteratus adhærere ſe dicat, nam tunc, etiam in diverſis punctis, corrigenda eſt ſententia. Secus eſt, ſi leuterans & appellans generaliter priùs appellaſſet, & poſtea appellationem ad certum punctum reſtrinxiſſet. *Carpzov. d.l.*

4 *Ad §. fin.* Filius minor adiverat hæreditatem paternam, poſtea petit reſtitutionem, & vult abſtinere, quæritur, an citandi ſint Creditores? Quod affirm. quia per aditionem ſe quaſi obligaverat Creditoribus paternis. Ergo illi audiendi ſunt, per hanc *L.& Auth. ſi omnes.C.ſi min. ab hæred.ſe abſt. Mauritius c.134.* Unde colligitur; ad reſtitutionem impetrandam neceſſariam eſſe eorum, quorum intereſt, citationem, aliàs reſtitutio eſt nulla. *hic. & d. Auth. Si omnes C. Si minor. ab hæred. ſe abſt. Mauritius de Reſtit.cap.137. Oddus qu. 34. art.8.* qui *nu.42.* tradit, minorem reſtitutum citatis nonnullis, non habendum eſſe pro reſtituto quoad cæteros. Nam poteſt quis ex poſtfacto reddi pro parte teſtatus & inteſtatus. *Conf. Mauritius d.c.137.*

## Ad L. Si filius. 30.

*SUMMARIA.*

*An Filius emancipatus poſſit reſtitui contra omiſſam bon. poſſeſſionem, ſi major factus agnoſcit legatum?* num.1.

*Quando appellans, qui pendente appellatione attentat, renunciaſſe intelligatur appellationi?* 2.

1 FIlius emancipatus non petiit juſto tempore bonorum poſſeſſionem, reſtitutionem petiit, ſed major factus ex Teſtamento patris legatum accepit, & ideò id approbavit, ergò reſtitutionem petere nequit amplius, ſed liti renunciavit. *l.1. & 2. C. ſi major factus &c. Bachov.ad h.t.cap 3 num.7.* Ex *hoc textu* probatur, quod actus contrarius litis pendentiæ, inducat tacitam renunciationem, in quo notabilem hunc textum dicit

2 *Gail. Lib.1. obſ.146. num.12.* Unde porrò probatur, Appellantem ſi pendente appellatione aliquid attentet, cenſeri renunciaſſe appellationi, feciſſeque ſe indignum appellatione, ac eam deſeruiſſe, & haberi ac ſi nunquam appellatum eſſet, & hoc habetur *in c. ut lit. de Appel. Gail.plures citans d.l. Myns cap.2. obſ. 50. conf. proceſſ. meus civ. cap.18.num.81.* Sed intelligendum, ſi attentatum ſit manifeſtum, non ſi altioris indaginis, quo caſu interim rejicienda appellatio. *Dn. Mevius p.5.deciſ.384.conf.Bachov. ad h.t. capite tertio. in fin. & c.7.pag.1078.*

## ad L. Si Mulier. 31.

*SUMMARIUM.*

*An, ſi minor contra aditam hæreditatem reſtituatur, libertates datæ, & debita ſoluta revocentur?*

EX *h. l.* notetur, ſi minor adierit hæreditatem, & nonnullos ſervos manumiſerit, vel Creditoribus aliquibus ſolverit, minor autem reſtituatur, quod tunc rata maneat libertas, & Creditores, qui ſuum acceperunt, non teneantur accepta communicare cum aliis, ideoque hunc textum notabilem *hic dicit Buſius.* Ratio prioris eſt; quia libertas ſemel data non revocatur. *§. 6. Inſt. qui & quibus ex cauſ. Odd. quæſt.55.num. 25.* Autor *in C. t. Si adverſ. libert. ad L.2. numero tertio & quarto.* poſterioris ratio, quia Creditores ſuum conſecuti, & rectè facta non revocantur.

## ad L. Minor. 32.

*SUMMARIUM.*

*Debitor minori pro majori à judice declarato ſolvens num liberetur?*

MInor eſtatus contra me, cùm ipſi objicerem defunctum ætatis dicit ſe eſſe majorem, judex eum majorem eſſe pronunciat ex adſpectu externo, capillis, barba &c. Solvo igitur illi debitum, Minor malè conſumit pecuniam, quæritur, cujus ſit periculum, an meum? Negatur, quia autoritate judicis compulſus ſolvi. Eſtne curatoris periculum? Affirm. ſi ſcivit adhuc eum eſſe minorem, aliàs non. Res judicata pro veritate habetur. *L.207.de R.J.*

## ad L. Si minor. 33.

*SUMMARIUM.*

*An minor, ſi ex legato damnum ſenſerit, reſtituendus?*

LEgata eſt minori quantitas 20. thalerorum, ſub hoc tamen onere, ut Legatarius ſervum ſuum manumitteret, qui 30. vel 40. thaleris æſtimari poterat. Minor inconſulto curatore acceptat legatum, ſed poſtea deprehendit, plus damni eſſe in manumittendo ſervo, quàm commodi in legato, quæritur, an minor reſtituendus ſit? R. Si majorennis eſt, accepto legato præcisè teneretur manumittere, licèt minùs ſit in Legato. *l.70. §.1 de Leg.2.l.36.pr ff. Ad L.falcid.* Sed quia minor eſt, poteſt reſtitutionem petere, ſi legatam quantitatem pecuniæ reſtituat.

## ad L. Si minor. 34.

*SUMMARIA.*

*Quid ſi minor minori filiofamil. pecuniam crediderit? num. 1.*

*Si minor compromiſit, quando opus habeat reſtitutione? num. 2.*

1 IN *principio hujus Legis* quæritur, ſi minor minori filiofamilias crediderit pecuniam, & hic opponat Exceptionem SCti Macedoniani, cujus conditio potior? Reſpondeo ejus, qui conſumſit, ſi autem extet pecunia tempore litis conteſtatæ, creditoris potior eſt conditio. Sed aliud eſt, ſi minor filiofamilias crediderit, ubi potior eſt cauſa ætatis, quàm SCti Macedoniani, per *l. 11. paragraph. fin. h. t. Conf. Bach. ad h. t. capit.* 10. *num. fin. pag.* 1092.

2 *In* §. 1. Minor eo ipſo læſus, quod in arbitrium promiſit. *Bach. h. t. cap. 9. numero primo*, quod de Jure communi intelligit *Rol. à Valle v. 2. conſ.* 57. *num.* 35. quia ſtatutum de comptomittendo complectitur etiam miminores, per tradita *Camilli Borelli de compromiſſo.* §. 1. *gl. 3. nu. 53. & ſeq. conf. Raudens. l. 1. conſ. 17. num. 65. Caroc. dec. 13. num. 5.* cognitionem cauſæ hîc requirit *Maurit. qu. 56.* ut ſi habet curatorem, & ſine ejus conſenſu compromiſit; ipſo Jure nullum compromiſſum ſit; ſi autem non habeat & compromiſit, detur reſtitutio. *Camill. Borell. d. l. n.* 59. & poſſe minorem, qui renunciavit reſtitutioni, & omni Legum auxilio, nihilominus reſtitutionem petere, *ex hoc* §. concludit *Oddus p. 1. quæſt. 26. art. 1.*

## Ad L. Si in emtionem. 35.

*SUMMARIA.*

*An Minor reſtituendus, qui, cùm licitaſſet avitum prædium, ab alio poſtea ſuperatus, elabi tempora paſſus eſt? num. 1.*

*Idem tamen pretium offerre debet. 2.*

*In adjudicatione domus paternæ, frater ſorori præfertur. num. 5.*

*Interdum propter affectionem datur actio aliàs non competitura. 6.*

1 POnc caſum, prædium minoris venditur ſub haſta, ob æs alienum, pretium pollicetur ipſe minor, ſuperatur ab alio emptore, interim labuntur tempora licitationis, quæritur, an reſtituendus minor? Vel ita; Minor emit rem ſuorum majorum, cum pacto addictionis in diem, ſed offert ſe opimior emtor, ergo res eſt reſtituenda alteri cum fructibus, quæritur, an minor contra licitationem ſit reſtituendus; Affirm. utrumque ſi res majorum fuit, ut tamen tantum pretium numeret, quod ille promiſit, qui licitatus eſt ultimo. Hoc intereſſe hîc *Baldus* & alii mirabile vocant. Vid. *Tiraq. de Retr. p. 1. præfat. num.* 34. Et ſic intereſſe affectionis poteſt eſſe enorme, & ſic conſiderabile. *Vinc. de Franchis deciſ.* 17. *numer.* 18. *Tiraq. d. l. Joh. Igneus in rep. l. dudum. C. de contrah. vend. num.* 31. *volum.* 7. *& Sebaſt. Sapia in rep. l. un. C. de Sent. quæ pro eo, quod intereſt, num. 36. vol. 8. & VVeſenb. in ff. hic nu. 6. Raudenſis. l. 1. conſ. 6. num. 25. & conſ. 8. numer. 23. Oddus conſ. 17 n. 17.* Propter intereſſe affectionis ergo reſtituitur minor

2 Ideoque ſi extraneo adjudicatus fundus majorum Minoris, reſtituitur minor, ſi idem pretium offert, quod extraneus. Ideoque propter intereſſe affectionis minor dicitur enormiter læſus. *Alex. conſ. 67. num. 3. lib. 5. Decius conſ. 403. num. 22. Montanus de Tutel. c. 33. nu-*

3 *mer.* 424. Unde colligitur, cohæredem in venditione fundorum præferendum eſſe extraneo emtori. *Dn. Mev. p. 4. dec. 397. num. 5. conf. not.* Dni Autoris *ad l. 16. ff. de reb.*

4 *Auth. judic. poſſ.* Hinc colligunt, ſtante ſtatuto, quod Jus retractus intra annum exerceri, tantùm poſſit, minori poſt annum ſuccurrendum *Nic. de Mantal. in rep. leg. un. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. num. 36. vol. 8. Joh. ign. in rep. l. dudum C. de contr. emt. num. 36. vol. 7.* ubi de adjectione in diem agit, in qua minor ſuperatus ab alio reſtituendus. *Conf. Oddus qu. 4. art.* 10. ubi hanc legem generaliter in omni conventione intel-

5 ligit. *num. 92. & ſeq.* Ex *hac lege* probare videtur *Dn. Mevius p. 2. deciſ.* 51. in adjudicatione domus paternæ fratrem ſorori præferendum, cùm per illum fami-

6 liam conſervetur. Hinc infertur, quandoque propter affectionem dari actionem, Autor *in C. h. t. ad L. 5. num.* 5. quæ aliàs competitura non erat, non autem quanti ex affectu ſuo putat actor, id præſtatur. *Donell. l. 26. cap. 15.* Et ſi fundum ſitum in aëre ſalubri vendidit minor, reſtitutioni locum eſſe, ſcribit *Rspa. Vinc. in Franchis dec. 17. num. 18. & ſeqq.*

## Ad L. Minor. 36.

*SUMMARIA.*

*Quando minor contra omiſſa in judicio reſtituatur? num. 1.*

*An pauper ob paupertatem? 2.*

*An etiam Eccleſia? 3.*

*An poſt publicata atteſtata minor valeat teſtes producere? 4.*

1 SI minor quicquam allegare, & pro ſe adducere omiſerit, ſi ob hoc læſus fuerit, poteſt hoc omiſſum repetere, id eſt, reaſſumere per auxilium in integrum reſtitutionis, & iterum allegare id, quod omiſit. Et hanc rem in foro frequentem aſſerunt *Jaſon. in l. 2. l. 9. ff. de jurejur & hunc referens Rebuffus ad l. 28. ff. de V. S. verſ. minor. 25. annis omiſſ. &c. pag.* 119. *Menoch. l. 2. A. Q. caſu* 175. *num.* 12. Sed debet judex conſiderare, an exceptio omiſſa juvare poſſit minorem, & non poſſit elidi, & annon aliunde melius defendi poſſit intentio minoris *Hilbg. in Donell. l. 21. cap 8. lit. F.* Et conſequenter contra terminum probatorium lapſum reſtituitur Minor. *Oddus p. 2. qu. 64. & qu. ſeqq.* quando in electione actione læſus, art 3. ſi in libello malè concepto, art. 4. contra exceptiones dilatorias, art. 5. vel quod non exceperit contra judicem ſuſpectum, art. 6. adverſus ſententiam interlocutoriam, qua judex ſe competentem dixit, art. 7. adverſus poſitiones in ſui præjudicium factas *qu. 65. art.* 2. contra reſponſiones malè factas, art. 3. contra non data interrogatoria, art.

2 4. contra negationem perperam factam &c. Sed an pauper ob paupertatem etiam reſtituitur, exemplo Minoris? Affirm. *Carpz. p. 1. c. 16 def.* 17. Univerſitatem etiam lapſo termino audiendam eſſe. *Carpz. d. conſt. 16. def.* 19. & Eccleſia. *Oddus qu. 65. art. 11. num* 57. quia

3 per alios gubernatur, & fruitur minoris privilegiis. Autor *in C. t. Quib. ex cauſ. maj. ad L. 4. num.* 1. *&* 9.

4 Sic ſi minor poſt atteſtata publicata vellet teſtes producere, audiendum eum eſſe tradit *Berlich. p. 1. concl.* 40. *n.* 23 quo caſu tamen juramentum malitiæ minori, vel ejus Curatori, vel utrique ob metum informationis videretur præſtandum.

## Ad L. Auxilium. 37.

*SUMMARIA.*

*Actiones pœnales duplices ſunt. n. 1.*

*Quomodo pro illarum diverſitate minor reſtituatur? num. 2.*

*An minor reſtituatur adverſus accuſationem, omiſſam probationem? 3.*

*An, ſi adulterium &c. fateatur, reſtituatur? 4.*

*Minor non reſtituitur ad lucrum odioſum. 5.*

*In quantum minor in delictis reſtitui poſſit? 7.*

*In quibuſnam pœnis reſpectus habeatur minorennitatis? num. 8.*

*An fiſco reſtitutio concedatur? 9.*

Duo

1 DUo ſunt genera Actionum pœnalium; unum
quo vindictam tantùm perſequimur, ut injuria-
rum, & adulterii, alterum, quo pecuniam perſequi-
2 mur, ut furti. Prioris generis actionem ſi omittat Mi-
nor, id eſt, intra ſtatuta tempora non moveat, non
poteſt reſtitutionem petere: Poſteriori in genere poteſt
petere reſtitutionem, non ſecus ac in omiſſa hæredi-
tatis aditione, vel bonorum poſſeſſione. Sed in inju-
ria poſt annum, vel in adulterio poſt 60. dies non
poteſt petere reſtitutionem, nam ita, ut ſibi impunè
calumniari liceret, peteret *Hill.l.21. cap.12. l.g.* Ipſo ju-
re tutus eſt minor, ſi accuſationem deſerat, *l.1.§.10. Ad*
3 *Turpill. Hillig.l.21. cap.12. lit. I.* Nec reſtituitur adver-
ſus omiſſam probationem in criminalibus, aut non
probata crimina, quæ teſtibus objici poterat. *Gut-
tierez. l.1. pract.quaſt.cap.65. Hillig. d.l.* niſi periculum
4 impendeat minori. Sed quid ſi adulterium fateatur aut
lenocinium, vel quod duxerit eam, quam polluit, vel
ſi domum ad adulterium præbuit? Reſp. In delictis
non datur reſtitutio in integrum, quia fruſtra legem
invocat, qui contra eam delinquit. *Vid.Cujac.hic* Autor
5 *in C. t. Si advers. delict. ad L.1.num.1.* Ex his collige,
minorem non reſtitui ad lucrum ex alterius delicto
quærendum, ſeu lucrum odioſum. *Tiraq. de Retr.
conſang. § 35. gl.2.num 10. Sfortia Oddus de Reſtit. p.1.
q.4 art.9 Vinc.de Franch. dec.421.n.4.* Et minor non re-
ſtituitur ad exceptionem odioſam. *Covar p.q.26.n.4.* nec
ad objectionem criminum omiſſam. *Vinc. de Franch.
d.l.n.7. Sfortia Oddus de Reſtit. q.89. art. 3. per to num.*
ubi ad fiſcum etiam id extendit: excipit verò pœnam
conventionalem; diſſentire tamen videtur *Mauritius*
6 *de Reſtit. qu.62.* Quod de atrocioribus hîc dicitur, ſub-
auditâ particulâ MAXIME, intelligendum; nam &
furtum & injuria non ſunt atrocia delicta, & tamen
7 non datur reſtitutio. *Bach. h.t.cap.14. num.1.* Quod re-
ſtringo (1) ad delicta in committendo, quia ſi deliquit
ſine dolo omittendo, reſtituitur. *l.2. C.ſi adverſus de-
lictum. ibique* Autor *nu.6. & 7.Faber ad l.108. de R.J.*(2)
ad delicta ipſa; nam contra confeſſionem præſertim
præſumtam reſtitui poteſt. *Farin.q.11.n.31. Hillig. in Do-
nell.l 21.c.10.lit.N* (3) Declaratur, ut miſeratio ætatis in
quibuſdam delictis, jure Divino non capitalibus, judi-
cem ad mediocrem pœnam perducere poſſit. *Tiraq. de
pœn.temp.cauſa 7.Carpz.pract.crim.q.143.n.6.Odd de re-
8 ſtitut.q.80.Aut.in C.t.Si adv.delict.ad L.1.n.10.* Unde pa-
ter, regulariter non minui pœnam ordinariam minori
ob ætatem; ſed interdum, ſc. pro ratione criminis,
& potiſſimum in extraordinariis pœnis *Conf.Joh.à San-
de l. 5.t.9.def.4.* Sed in ordinariis, ut homicidio, adul-
terio, furto, non debet haberi reſpectus minorenni-
tatis, ut ſemper pronnnciari ſolet. Autor *in Cod. t.
d.L.d.n. Et ad L.6 numer.1.2. C. ad L. Corn. de Sicar.*
9 Colligitur ex hoc, quod etiam Fiſco non competat re-
ſtitutio contra alium ad augendam pœnam. *Odd. qu. 3.
art.13.num.86. & ſeq.* & quod beneficio legis indignus,
qui contra eam delinquit. *Vide plures citatos à Barboſa
Locuplet.Lib.10.c.10.axiom.39.*

### ad L. Æmilius. 38.

### *SUMMARIA.*

*Species legis refertur.n.1.*
*Rationes decidendi.2.*
*An, cum major contraxit, minor ſucceſſor reſtituendus
3. & 4.*
*Terminus patri præfixus an currat minori filio? 5.*
*An per interpellationem venditor à pacto commiſſorio
ejuſque pœna recedat? 6.7.*
*An emancipatus de iis, quæ ante emancipationem geſſit,
reſtituatur? 8.*

1 SPecies *hujus Leg.* hæc eſt: Æmilius ab Obſinio
fundum emerat, ſecundum Legem Commiſſoriam,
cujus ſumma, ſi ſtato tempore non ſolvatur pretium,
res ſit inemta; defuncto Æmilio ceſſaverant filiæ Cu-
ratores ſæpius admoniti, ideoque juxta Legem Com-
miſſoriam venditor eundem fundum vendit Claudio;
pupilla petit reſtitutionem, ſed ſuccumbit, ſed ab Im-
peratore tamen reſtituta. (1.) quia dies committendi in-
cidit in tempora minorennis. (2.) Receſſum à com-
miſſoria lege videtur, per petitionem pretii. (3.) du-
ritiea legis commiſſoriæ in propoſito. (4) fraus tuto-
rum, qui remoti ſunt. *Cujac. hic & Gilken. de præſcr.
p.3.capit.1.nu.17. Oddus p.2.quaſt.86. art.2.Hil. in Don.
3 l.21 cap 7. lit. K.* Collige, ſi Major contraxit, & illi
Minor ſuccedat, hunc non reſtitui, niſi v.gr. dies
committendæ venditionis in ætatem Minoris incidat:
nam ſi Major ſucceſſiſſet, diem committendi obſer-
vaturus, & legi obſecuturus præſumitur. Collige ex
4 textu regulam: ſi quid non cum minore, ſed cum
defuncto geſtum ſit; cui defuncto Minor ſucceſſit,
non dari reſtitutionem, niſi aliquid ad illum actum
pertinens ſimul ſit geſtum cum minore hærede, vel
aliquid, quod ad implendum actum cum defuncto
geſtum pertinet, inciderit in perſonam & ætatem mi-
noris. *Cravetta conſ 685. num 15. Bach.h. t.c.3 nu. 4.*
5 Deinde nota præſcriptionem conventionalem ſeu ter-
minum præfixum, qui cœpit currere patri currere
etiam filio pupillo, abſque ſpe reſtitutionis. *Theſaur.
deciſ.163 num.1.ſeq. Joh. Hannibal. in rep. l. naturaliter.
ff. de uſuc.num.250.* Autor *in C. t. In quib. cauſ. in integr.
ad L.5.num.10. Conf. Balbus de præſcript.partis 6.q.rim.
p.1.num.19. Sande l.1.t.15. d. alt. Maurit. de reſt.cap.103.
num. ſeq.* qui tamen id declarat, ut ſubducantur ab-
ſentiæ tempora. *cap. 299. num. 2. & cap.308. in.fin.*
6 *Bach. d.l.num.5.* Collige etiam, per interpellationem
venditorem recedere à Lege commiſſoria, cui ob mo-
ram locus fuerat. *Menoch.lib.2. A.Q.caſ.220. numer.35.
Modeſt. Piſtor.v.1.conſ.64.num.65.*& à moræ pœna. *Aug.
Berous lib.1.conſ.200.num.3.6.& 13.* niſi reſervaverit ſi-
bi, quod ob moram debebatur, aut utrumque, prin-
cipale ſc.debitum & moræ pœna ſimul peti poſſet. *Aug.
7 Berous d.l.numer.22.* Et ſanè textus noſter agit de caſu
ubi petitio pretii non eſt compatibilis, cum reſolutio-
ne contractus, & ſic ambo peti non poſſunt. Cùm er-
go elegerit pretium, reſolutioni contractus renun-
ciaſſe videtur. *Poſt Decium, Alex. Jaſonem à ſe alleg.
Joh.Ant.Rubeus in rep. l. vinum. Si certum pet.num.181.
182. & ſeq. volum. 2.* Et in compatibilibus per novam
interpellationem magis conſtituitur in mora debitor &
augetur mora ac contumacia. *Ant. Rubeus in repet. l.
non ſolum. §. morte.ff. de Novi operis nunt. num. 378.
volum.5. Conferatur in hanc legem Gilkenius de uſucap.
p.3. cap.1. numer.28. & ſeqq.* ubi *numer.38.* dicit, non
ſingulas, ſed univerſas rationes Imperatorum com-
moviſſe. Conf. etiam Diſſertatio peculiaris de hac lege
*Dn. Samuelis Strykii Profeſſoris in hac Academ. Or-
dinarii.*
8 *In §.1.* quæritur, ſi filius fuerit emancipatus an de
his, quæ geſſit, cùm adhuc in poteſtate patris eſ-
ſet, reſtitutio detur? quod negatur, in his; quæ
patri adquiruntur, nam aliàs non filius, ſed pater
reſtitueretur. Sed quid ſi ſub conditione ſtipulatus eſ-
ſet minor & conditio exiſteret poſt manumiſſionem?
Reſp. tunc patri adquiretur, ſecus in Legatis. *l. 78. ff.
de V.obl.* Et ſic in Legatis filio emancipato ſuccurri-
tur. *Conf.Oddus de reſt.p.1.qu.49. art.8.& Bachov. ad h.
t. cap. 11. p.1100.*

### ad L. Intra utile. 39.

### *SUMMARIA.*

*An mora adverſarii minori præjudicet in quadriennio
computando? n.1. 2.*
*An à ſententia interlocutoria liceat appellare? 3.*
*Quid faciendum, ſi impoſſibile fuerit intra terminum
actum expedire? 5.*
*An ei, cui probatio injuncta, currat terminus probato-
rius, ſi appellaverit? 6.& 7.*

*Quid ſi dubium ſit, annon contra lapſum terminum excuſationes habeat? 8.*

*Ex favore cauſæ cum contra lapſum terminum reſtitutio fit, an judex appellationis de cauſa principali valeat cognoſcere? 9.*

*An minor per curatorem vendens mihi prædium, quod melioravi, reſtituendus ſit contra curatorem, an contra me? 10.*

1 SI per Appellationem & moram adverſarii Minor reſtitutionis cauſam intra quadriennium non potuit abſolvere, hæc ipſi non præjudicat, quia fraus Adverſarii Minori obeſſe non debet. *Menoch. l. 2. A. Q. caſu 16. num 8.* Autor *ad L. 16. num. 3. C. de inoff. teſtam.* Et generalis, ſi aliquis impediatur facto adverſarii, ei non currit inſtantia, quia culpa vacat. *Gail. l. 1. obſerv. 91. num. 8.* Idem eſt, ſi per judicem minor fuerit impeditus, quo minus intra quadriennium lis poſſet ſopiri. *Mynſing. cent. 1. obſerv. 51. Hill. in Donell. l. 21.*
2 *cap. 10. lit. X.* Collige (1) quadriennium etiam in Appellatione currere, & (2) intra quadriennium etiam finiri debere proceſſum hunc *Bachov. cap 16. nu. 2.* (3) A ſen-
3 tentia interlocutoria, quæ vim Definitivæ habet, licere appellare, quod tum fit, cum per eam definitur articulus, ex quo deciſio totius cauſæ dependet. *Marant. in ſpecul. cap. 6. tit. & demum fertur ſententia. num. 44. Gail. lib 1. obſerv. 130. numer 6. Scacc. de Appellat. qu. 17. Limit. 47. numer. 168.* Collige ex hac lege, ſi ab adver-
4 ſario appellante factum, ut non potuerim intra terminum probare, id mihi præjudicare. *Hic & l. 39. ff. de Excuſ. tut. Carpzov. lib. 3. Reſp. 86. num. 17. & p. 2. dec. 193. numer. 11. Vivius dec. 286. per totam. Natta Conſ. 172 numer. 16. lib. 1. Conſ. Marp. vol. 3. conſ. 29. num. 113.*
5 aut ſi alio modo impoſſibile fuerit, intra terminum actum expedire, ob factum tertii, vel ob caſum, præſtat reſtitutionem petere termino lapſo, aut ſi hæc non petita, poteſt probaturus, quaſi terminus non eſſet lapſus dilationem aut prorogationem petere. *Dn. Mev.*
6 *p. 5. deciſ. 311. Conf. Manzius deciſ. 52.* aut ſi ipſe, cui probatio injuncta, appellaverit temerariè quidem, non currit tamen terminus probatorius, niſi poſtquam ſententia, qua probatio injuncta, rei judicatæ vires conſecuta eſt. *Dn. Mev. p. 1. dec. 101. & p. 3. dec. 173.* Scilicet ſi ex poſtfacto appareat temeritas, appellans
7 autem habuerit probabilem cauſam appellandi. Si etiam in ſententia, qua probatio mihi injuncta, certus terminus non ſit præfixus, hic non currit, niſi mihi denuo præfigatur, ut decretum memini *in judicio Appellat. Electoral. Brand. Ravensb. in cauſa Principis Abbatiſſæ contra colonos Quernheimenſes d. 3. April. anno* 1666. Si autem dubium ſit, annon contra lapſum
8 termini idoneas excuſationes habeat, & id altiorem indaginem requirat, poteſt Judex admittere examen, ita ut de Except. termini lapſi una cum meritis cauſæ diſputent partes. *Dn. Mevius p. 5. deciſ. 24.* Ex favore cauſæ datur etiam reſtitutio contra terminum
9 lapſum. *Carpzov. l. 3. Reſp. 74.* Judex tamen Appellationis, omiſſo articulo, ſuper quo Appellatum, invito appellante, volente appellato, poteſt de cauſa principali pronunciare; quia, ut prius ſuper articulo illo pronuncietur, verſatur ſolius appellati favor, qui ſuo favori poteſt renunciare. Nam ſi pro Appellante in illo puncto pronunciet, tota cauſa à judice Appellationis cognoſcitur. *cap. ultim. X. de Appell.* Ergo ſic Appellans refragari non poteſt. Et hanc ſalutarem cautelam ac medelam, contra temerarios Appellantes, commendat, & in Cam. Spir. ſæpè adhibitam *ex Bart. in l. ejus qui, numer. 10. ff. de Appellat. rec.* refert *Gail. lib. 1. obſerv. 136. Mynſing. cent. 3. obſerv. 79. Dn. Mevius pag. 5. deciſ. 124.*
10 *Ad §. 1.* Res minoris, v. gr. prædium per curatorem adhibitis ſolennitatibus venditur mihi, Ergo refeci iſtud prædium, & multis modis melioravi; Minor petit ſe contra alienationem reſtitui; Minor habet idoneum curatorem, qui ſolvendo eſt, quem poteſt convenire, quæritur, an contra me reſtitutionem petere poſſit? Quod negatur, niſi mihi operarum æſtimationem & pretium meliorationum reſtituat. Hæc inſignis declaratio regulæ *L. 3. C. ſi tutor vel curator intervenerit*, ideo hunc §. ſingularem vocat *Cagnolus ad l. 2. C. de Reſcind. vendit. num. 153.*

## ad L. Minor annis. 40.

*SUMMARIA.*

*An minor, qui debitum ex fideicommiſſo ſententia adjudicata tranſtulit in actionem mutui, ſit reſtituendus? n. 1.*

*An inſtrumentum & res judicata jure Civ. habeat paratam executionem? 2. 3. & 4.*

*An teſtamenta reſpectu legatarii habeant paratam executionem? 5.*

*An minor contra dationem in ſolutum reſtitui poſſit? num. 6.*

1 MInor, cui deberi centum ex cauſa fideicommiſſi pronunciatum erat, novatione facta, tranſtulit debitum in actionem mutui. Sed quia actio rei judicatæ promtior & utilior, minor reſtituendus.
2 *Bachov. h. t. capit. 8. numer. 1.* Et ſic ex hoc textu probare ſolent, inſtrumentum de jure Civili non habere paratam executionem. *Cagnolus in l. Teſtamentis. numer. 8. de Reg. Jur. Menoch remed 4. adipiſc. poſſ. numer. 695. Theſaur. deciſ. 26. num. 1. Vinc. de Franchis*
3 *dec. 218. numer. 5.* Et quod è contrario Res judicata habeat paratam executionem, ſi officium judicis imploretur. *Marc. Mantua ſing. 645.* Autor *in C. t. de Execut. rei judic. ad L. 2. numer. 1.* & quando Judex cauſam,
4 quæ ſummariæ ſit cognitionis, ad proceſſum ordinarium remittit, eſt gravamen ſufficiens ad appellationem. *Dn. Mevius p. 3. dec. 186.* Colligitur etiam *ex hoc*
5 *princ. legis*, licèt teſtamenta habeant paratam executionem ratione hæredis, non tamen reſpectu Legatarii vel Fideicommiſſarii, nam hæredi competit immiſſio ex Teſtamento, vitio viſibili non laborante *Menoch. d. remed. 4 num. 694. & ſeqq. Theſ. deciſ. 26. num. 10.* Ex *lege hac* rectè concluſum, eum, qui poſt ſententiam ad ordinarium remittitur proceſſum, ſuper executione juſtè appellare. *Dn. Mev. p. 3. deciſion. 371.* Minor
6 parentis debita ſoluturus dederat cum decreto prædia in ſolutum, ſed inconſultè, quia alia media erant, quibus poterat ſolutio fieri? Quæritur ergo, an poſſit contra dationem in ſolutum reſtitui? quod affirmatur. Sed quid de fructibus à creditore perceptis? Reſp. hi cum uſuris crediti ei debitis compenſabuntur.

## ad L. Si judex circumvento. 41.

*SUMMARIA.*

*An minor poſt impetratam reſtitutionem priſtino ſuo jure uti valeat? n. 1.*

*An cognatus, qui obtinuit, ut retraheretur fundus avitus, huic ſententiæ renunciare poſſit? 2.*

1 MInor, impetrata reſtitutione, poteſt pœnitere, & ſuo jure non uti, nec alter poteſt allegare rem judicatam in favorem Minoris latam. Autor *ad L. 15 num. 6. C. de Non num. pec.* Et ideo licet, reſtitutione minori data, etiam illi reſtituenda ſit actio ſua connexa, id ita tamen verum eſt, ſi minor reſtitutione impetrata uti velit. *Mauritius de Reſtit. c. 214. num. 7.* Et ſi minor impetrata reſtitutione, quod accepta reddere juſſus, ſi nolit, maliſque ex pœnitentia, quod habet retinere, quam quod amiſit recipere, id ei licet; & utilem habet contra eum, qui ex cauſa judicati rem, quam dederat, petit, exceptionem. *Don. l. 21. cap. ult. lit. C.* Iniquum enim eſt, ut res judicata noceat ei, pro quo

& in

& in cujus favorem lata eſt. *l.16.1. de Except. rei judic. Mauritius de Reſtit. cap.142. & Hill. in Donell. d. l.* De voce, Venditor; hic, an emtor ſit intelligendus, videatur hîc *Gothofr. & Hillig. d. l.* Et minor compelli poteſt, ut à contractu recedat, aut eum obſervet. *Oddus quæſt.26.art.2.* Sicut etiam Minor renunciare poteſt Appellationi, de quo *Berl.p.2. deciſ.* 221. & quilibet exceptionibus dilatoriis ex compromiſſo renunciare valet.
2 *Carpzov.p.1. Juriſpr.c.3.d.20.* Ex eo infert *Tiraq. de Retr. Lignar.* §.36. *ad finem titul. gloſſ.2. num. 24. & Vinc. de Franchis dec.* 346. quod Cognatus agens ad retrahendum fundum avitum, ſi obtinuit ſententiam, poſſit tamen ſententiæ obtentæ renunciare; & emtor, qui obtinuit in redhibitoria, poteſt renunciare ſententiæ. *Poſt Baldum & Capollam, Tiraq. d. l.* & poteſt alter conditionaliter deſponſatorum renunciare conditioni in ſui favorem additæ. *Carpzov. Juriſpr. Eccleſ. l.2 def.* 24. & quilibet ſuo favori poteſt renunciare. *Carpzov p.2. deciſione* 161. *numero* 8. Autor *in C. t. de Pactis ad L.29. numero* 1. 3. 10. & 11.

## ad L. Præſes. 42.

### SUMMARIA.

*An Præſes contra ſuam ſententiam in integrum reſtituat? num.1.*

*In remediis poſſeſſoriis an reſtitutio locum habeat? 2.*

*An reſtitutio minori, & quando tantùm præſtet, quantùm majori appellatio? 3.4. & 5.*

1 PRæſes contra ſuam & Prædeceſſoris ſententiam poteſt in integrum reſtituere: in quantum enim poteſt per Appellationem reformari, in tantum etiam
2 per reſtitutionem. Unde quidam inferre voluerunt, quod in remediis poſſeſſoriis, in quibus Appellatio non conceditur, nec reſtitutio locum habeat quos allegat *Menoch. remed. 3. retin. poſſ. numero* 854. Sed lex hæc de effectu Appellationis loquitur, non verò quod æquè latè pateant. Vid. *Menoch. d. l. numero* 856.
3 Colligitur etiam ex hac lege, quod tantùm præſtet reſtitutio Minori quod appellatio Majori, & ideò per reſtitutionem impediri executionem. *per l. un. C. in integr. reſtit. poſtulata &c. Mynſing. c.2. obſerv.80. Afflict. dec.* 356. *num.3. & quos refert Finckelth. obſerv.106. numer.5.*
4 niſi reſtitutio tantùm videatur petita ad differendum curſum juſtitiæ; per *c. ſuſcitata. 6. X. de in integr. reſt. Mynſ. c.1. obſerv.48. Sfortia Oddus de reſtit. qu. 43. art.5. num.69. Lancellot. de Attentatis p.2. cap.8. nu.60. & quos*
5 *refert Finckelt. d. obſ.106 n.8.* Deinde non retardatur executio, quando ob omiſſas probationes petitur reſtitutio. *Lancellot. d. l. n.134.* & quando contra ſententiam Principis reſtitutio petita, *Finckelt. d. l. n.14.*

## Ad L. De ætate. 43.

### SUMMARIA.

*Cauſa ætatis qualem cognitionem requirat? n.1.*

*An quonam probanda ætas? 2.*

1 ÆTatis cauſa plenam cognitionem requirit, quia per hanc cauſam majori cauſæ præjudicatur. *Bachov. h. t. cap.1. circa fin.* Quomodo autem ætas probanda, *vid. not.* Autoris *ad l. 13. de probat. Riccius coll. deciſ.* 302. *Trentac. lib.2. t. de Minor. reſol.2. Odd. qu.37.*
2 *Aut. in C. t. de in integr. Reſtit. ad L.4. num.5.* Et probanda eſt ætas, ſive major, ſive minor, ab eo, qui eam allegat, & in ea ſe fundat. *Caldas in repet. l. Curatorem. C. Reſtit. verb. legit. tempus nu.20. plures allegans. Panorm. in c.1. X. de Regular. nu.5. Speculator in tit. de Act. n. 4. 5. & 8. Aut in C. d. h. t. ad L.4. n.5.* Hoc autem notabile in hac *l.43.* quod ſententia ſuper ætate lata jus faciat inter omnes. *Dn. Carpz. p.1. conſt.26. def.16. & 17. Dn. Mev. p.2. dec.165.* ideoque hanc legem prolixè explicavit *Bartolus & conſ. l.25. de Statu hominum.*

## ad L. Non omnia. 44.

### SUMMARIA.

*An minor ita promiſcuè reſtituendus? n.1.*

*An minori detur actio famoſa de dolo? 2.*

*Quotuplex læſionis modus ſit? 3.*

1 IN *hac lege* dicitur, non ſemper reſtituit minorem, ſed quando vel dolo Adverſarii, vel ſua facilitate læſus. Autor *in C. t. de in Integr. reſtit. ad L.5. n.1.* Ex
2 vox, circumſcripti, utrumque complectitur. *Trentacinq. lib.2. tit. de Minor. reſol.2. num.27.* Sequitur exinde,
3 nunquam minori dari actionem de dolo famoſam, quia habet reſtitutionem. *Hill. in Don. l.21. cap.10. lit. A.* Nota bene hic triplicem læſionis modum. (1.) Si quid amiſerit. (2.) Si quid acquirere omiſerit. [3] Si indebito oneri ſe ſubmiſerit; licèt hæc ad duo membra reduci poſſint, damnum & omiſſum lucrum *Bach. h. t. c.4.* Sed damnum eſt vel præſens, vel quod metuitur.

## ad L. Etiam ei. 45.

### SUMMARIA.

*Poſthumus in re ante ſuam nativitatem uſucapta reſtituitur. nu.1.*

*Quid ſi tutor cum adverſario colluſiſſet? 2.*

1 SI uſu capta ſit res, etiam antequàm naſceretur poſthumus, tamen datur reſtitutio poſthumo; Ratio *in l.7. de Statu hom. Donell. & ibi Hill. l.21. cap.8. lit. H. & Hill. cap.7. lit. L.* Præſupponendum autem eſt, uſucapionem eſſe cœptam contra majorem. Autor *in C. t. Si adverſ. uſucap. ad L. un. num.1. & ſeqq.*
2 *In* §. 1. dicitur, ſi Adverſarius pupilli minorennisve fraude tutoris vel curatoris fuerit abſolutus, quod licentia detur pupillo aut minori, ut priùs agat cum tutore. Ergo datur minori electio. *hic & l. ult. C. ſi tutor vel curator, ibique* Autor *ad L.3. num.5.* Præſupponendum eſt autem, curatorem colluſiſſe cum Adverſario, vix enim quiſquam gratis eſt malus. *Conferri poteſt Bachov. ad h. t. c.3. n.3.*

## ad L. Eum qui. 46.

### SUMMARIA.

*An, qui minorem ſine mandato malè defendit, reſtituatur ex perſona minorennis? n.1.*

*Quid verò in Procuratore minoris juris ſit? 2.*

1 DEfendi Minorem ſine mandato, & malè defendi, an ex perſona Minoris reſtitutionem petere poſſim? an & ipſe Minor defenſus poſſit petere reſtitutionem? R. Negatur utrumque, nec poſſum ego petere, nec id neceſſarium Minori. Sed obſtare videtur, quod habeam negotiorum geſtorum actionem contra Minorem. Reſp. Sed poteſt eo caſu reſtitui, ſi utiliter
2 geſſi. Sed aliud in Procuratore Minoris, ubi, quia executio in bona Minoris fieri poteſt, præjudicium Minoris verſatur. *Barboſa in l. Maritum 13. nu.47. ſol. matr. Odd. quæſt.17. art.6. num.55.*

## ad L. Tutor. 47.

### SUMMARIA.

*Quid ſi tutor rem pupillarem vendat, matre contradicente? n.1.*

*An, ſi curator rem cum minore communem vendidit, uterque reſtituendus? 2.*

*An ex pluribus rebus venditis una vel altera retrahi poſſit? 3.*

*Quando reſtitutio in communi re ſocio obſit vel proſit? 4.*

1 IN *lege hac 47.* Primò proponitur hæc ſpecies facti: Sum Tutor tuus, & cùm urgear à creditoribus

paternis,

paternis; volo vendere nonnullas res, ut æs alienum
ſolvi poſſit. Mater tua id vult impedire & denunti t
emtoribus, ne emant. Sed cum alia media ignorem,
vendo nihilominus. Poſtea vis reſtitui in integrum,&
probare læſionem, an potes reſtitui? Videtur, quod
non, quod omnia bona fide geſta: Sed reſpondetur nul-
lam eſſe conſequentiam, omnia bona fide à Tutore
acta, ergo non datur Reſtitutio, ſi læſio probetur.
2 Curator prædium ſibi cum minore commune vendi-
dit, ſed minor reſtitutionem petiit & obtinuit, quæ-
ritur, an eatenus tantum, quatenus minoris pars eſt
vendita, minor reſtituendus? Affirm. quia reſtitutio
non poteſt eſſe latior læſione; ſed additur notabilis
limitatio, niſi emtor malit à toto contractu abire, ob
incommodum communionis. Exemplum ſimile eſt
3 in *l.34. ff. de Ædil. Edict.* Et ſic *ex hoc* §. colligitur,
quod is, qui retrahere vult unam rem ex pluribus re-
bus venditis, exceptione ſubmoveri poſſit. *Tiraq. de
Retract.* §.23. *gl.1.nu.*1. & ita pronunciatum refert *Joh.
4 a Sande lib.3.tit.5.defin.*10. Colligitur etiam, quod reſti-
tutio Minoris in re dividua communi ſocio non pro-
ſit. *l. unic.C.ſi comm. cauſa.* Nocere tamen poteſt ſocio, ſi
alteri parte prædii emere non expediat, per *h.l.conf.Od-
dus de Reſt.q.46.art* 4. *Berlich. p.2. dec.* 220. *& notata*
Dni Autoris *ad d.l.unicam,num.7.&* 8.

### ad L. Minor. 48.

*SUMMARIA.*

*Minoris, ſi fidejuſſit, reſtitutio principali debitori non pro-
deſt. n.* 1.
*Quid ſi ancilla a minore vendita manumittatur?* 2.
*Mulier contra pactionem dotis reſtitui poteſt.* 3.

1 MInor cum eſſes fidejuſſiſti pro Titio, poſtea pe-
tis reſtitutionem quæritur, an Titius etiam re-
ſtituendus? Quod negatur quia reſtitutio non decet eſſe
latior læſione, minor tantum læſus eſt.

*In* §.1. Minor vendidit ancillam, Emtor eam manu-
2 miſit, poſtea animadvertit læſionem, quæritur, an mi-
nor poſſit reſtitui? Reſp. contra Libertatem non datur
reſtitutio *l. 26. h. l.* Autor *in C. t. Si adverſ. libert. ad
L. tert. numer. quart.* ſed contra emtorem datur actio
ad intereſſe, quia ſcire debebat, minorem poſſe reſti-
tui, & ita non debuiſſet manumittere. *Bachov. h. t.cap.*
14. *pag* 1127.

*In* §. 2. Reſtituenda dicitur Mulier contra pactio-
3 nem, quam paſſa fuit adjici in conſtitutione dotis,
quæ ipſi damnoſa eſt, præſertim quam majorennis
fœmina non pateretur addi. Autor *in C. tit. Si adverſ.
dot. ad L. un. numer.* 6. Ergo ſic lubricitate ætatis læſa
præſumitur.

### ad L. Pen.

*SUMMARIUM.*

*Minor an contra ſubhaſtationem reſtituendus?*

QUando res fuit ſub haſta rite vendita, ſi tamen minor grande damnum ſentiat, reſtituendus minor; nam de ſubhaſtatione videtur loqui *Hilliger. in Don. l. 21. capit. 9. lit. Q.* Autor *in C. tit. Si adverſ. Fiſc. ad L. 3. numer.* 1. *& ſeqq.* Nam contra ſubhaſtationem, ſi grande damnum probetur, omnino reſtituendus, præſumtioni enim ſemper præferenda veritas. Sic & contra tranſactionem non facilè reſtituendus Minor, niſi gravior læſio. *lib.* 11. *C. de Tranſaction.* quia ſua natura utilis eſt tranſactio, quod litem extinguat. *Mauritius cap.* 210. *& ſeq. Hilliger. d. l. de quo pluribus Oddus p.2. artic.* 66. Autor *in C. tit. Si adverſ. Tranſact. ad L. un. nu.* 1. *&* 8.

### ad L. ult.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi minor alterius obligationem novandi animo in ſe
transtulerit?*

HUi obligatus actione temporali, minor pro me novandi animo in ſe tranſtulit obligationem, ideoque petit reſtitutionem, ſed creditor etiam reſtituendus eſt in eum ſtatum, in quo antea fuit. Sed pone, tantum 10. dies ſuperfuiſſe qui ſi lapſi fuiſſent, præſcripta fuiſſet actio, quæritur an tantum 10. dies reſtituendi creditori quod affirmatur & pignora etiam reſtituenda *vid. Bach. ad h. tit. cap.* 8.

## TITULUS V.

### *De Capite minutis.*

### Ad L. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Quo reſpectu capitis diminutio ſit ſtatus mutatio? num.* 1.
*&* 2.
*Quid h. loco ſtatus ſignificet?* 3.
*Cur Prætor contra capite minutos actionem reſtituat?* 4.
*An hæc reſtitutio ſe extendat ad delicta?* 5.

IN *Lege* 1. habetur definitio Diminutionis capitis;
1 quod ſit ſtatus mutatio, ſc licet in deterius; nam
filiusfamilias, morte patris, ſtatum mutat. *l.* 1 §. 1. *ad
SC. Tertull.* capite tamen non minuitur. *l.* 3. §. *ult. ad
SC. Macedon.* nec deportatus, cum Civitati reſtituitur.
2 *Donell. l.* 21 *c.* 5. *lit. Z. & ibi Hilliger.* Et ſtatus hic non
3 quamlibet conditionem perſonæ. v. gr. ſexum & di-
gnitatem ſignificat ſed libertatis, civitatis, aut familiæ
qualitatem *Hill d. l. lit. Aa.* In *Lege* 2. §. 1. Decretum
4 Prætoris & ſcopus totius tituli, ut ſi quid actum cum
his, qui diminutionem capitis minimam poſtea pa-
tiuntur, in eos per reſtitutionem detur actio, ne alterius
facto alteri ignoranti actio adimatur, unde, ſi proprio
facto ademit ſibi actionem, non juvatur. *Hill in Don.
l.* 21. *cap.* 5. *lit. Bb.* Si etiam contraxero tecum & tamen
arrogatus fueris, in te tanquam filium, & arrogatorem
dabitur actio. *vid. Hilliger. d. c.* 5. *lit. Cc.* Idque in con-
5 tractibus: nam in delictis reſtitutioni locus non eſt,
Autor *in C. tit. Si adverſ. d. lict. ad L.* 1 *num* 1. cum
nemo delictis exuatur capitis diminutione. *d. l.* 2. §. 3.
*Weſenb. in π. hic num.* 3.

### Ad L. Liberos. 3. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Liberi ejus, qui arrogatur, capitis diminutionem patiun-
tur. nu.* 1.
*Etiam emancipati capite minuuntur.* 2.
*Non tamen manumiſſi.* 3.

IN *l.* 3. *primò* quæritur, ſi quis habeat liberos & ar-
1 rogandum ſe tibi dederit. an arrogati liberi capitis
diminutionem patiantur? quod affirmatur, quia mu-
tant familiam.

*In* §. 1. quæritur, an Emancipati liberi capite mi-
2 nuantur? quod non videtur, quia fiunt ſui juris; Sed
affirmatur, quia emancipationes fiebant per trinam
venditionem, & ita per ſervilem ſtatum, & amittebat
emancipatus jura ſuitatis & ſucceſſionis ab inteſtato.
Aliud autem in Manumiſſione; nam Manumiſſus
3 nunquam caput habuit jure civili *l. quod attinet.* 32. *de
Reg. jur.* Sed cum manumittitur, caput civile habere
incipit.

### Ad L. Amiſſione. 5. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Quænam ſit media capitis diminutio? num.* 1.
*Minima capitis diminutio ſaltem jura privata perimit?*
2.

1 MEdia capitis diminutio eſt, quando quis civita-
tem amittit, v. g. ſi alicui aqua & igni inter di-

catur; ſi hoſtis Imperii Romani declaretur; ſi quis ad hoſtes deficiat, de quo videre licet *Bachov. ad h. t. nu. 3. & ſeq.*

2 *In* §. 2. *legis* 5. dicitur, quod minima capitis diminutio, quæ ſalva civitate fiebat, tantùm privata jura, jura familiæ, operarum obligatio, uſus & uſusfructus, non verò publica perimat v. g. dignitates & munera publica; nam in his filiusfamilias pro patrefamilias habetur. *l. pen. ff. de his. qui ſui vel alieni juris ſunt.*

## Ad L. Tutelas. 7.

### SUMMARIA.

*Quænam tutela capitis diminutione pereat? nu. 1.*
*In quantum regula procedat, ceſſante cauſa ceſſat effectus? 2.*
*Qui propter agnationem ſemel hæres eſt, ea ſublata, non deſinit. 3.*
*Delicta cum capite ambulant. 4.*
*Quid ſi libertus, qui eſt meus debitor, in ſervitutem revocetur? 5.*
*Quid ſi quis mediam capitis diminutionem patiatur.*

1 LEctio *hujus leg.* omnino mendoſa videtur & verba. *Exceptis his* abundare. *Cujac lib. non. obſ. 17. Hotom. lib. 3. obſ. 9. Bach. in Tr. vol. 1. diſp. undeſim. th. decim. ſext. lit. B. Wiſſenbach. vol. prim. diſp. 50. th. 13. & quos recenſet Hilliger in Donell. l. 3. c. decim. quart. lit. H.* Senſus autem Legis *in principio* eſt, quod tutela Teſtamentaria & dativa diminutione capitis non pereat: Sed legitima tutela, quæ ob familiam defertur, perit diminutione capitis minima. *conf. Bach. ad h. t. nu. 12.* Colligitur autem, capitis diminutione tutelas non tolli.
2 Et adduci ſolet hæc lex in declaratione regulæ, ceſſante cauſa ceſſat effectus: Autor *in C. t. ad Sct. Macedon. ad L. 7. nu. 5.* quam regulam limitat *Tiraq. in reg. ceſſante cauſa p. 2. limit. 12.* niſi eſſet effectus conſummatus &
3 perfectus, v. gr. qui propter agnationem ſemel factus eſt hæres, non deſinit eſſe hæres, ſi Agnatio tollatur. Sed ſublimitat: niſi effectus eſſet ſucceſſivus, ut hic adminiſtratio tutelæ, ideo effectus ceſſante cauſa omnino tollitur. *Baldus ad c. quemadmodum. num. 4. X. de jurejur. Barb. locupl. 3. c. 10. axiom. 12.* Et ſimiliter hoc declarat *Menoch. conſ. 106. nu. 96.*

*In* §. 1. dicitur, delicta cum capite ambulare & ſequi
4 eum, qui capite diminutus eſt, ut dictum eſt *ad l. 1. & 2. num. 5.*

*In* §. 2. proponitur hæc ſpecies: Habui debitorem
5 libertum tuum. Hic ob ingratitudinem in ſervitutem revocatur, & ſic maximam capitis diminutionem patitur, an retineo actionem vel an reſtituetur actio? Videtur, quod non, quia hoc Edictum de minima capitis diminutione loquitur. Sed affirmatur, quia æquum eſt, ut is, ad quem bona liberti perveniunt, ſive tu ſis, ſive fiſcus mihi obligetur, & ſic in bona fiet miſſio, ſi tu nolis eum defendere.

*In* §. *ultimo* agitur de media capitis diminutione, ſi
6 quis civitate amiſſa in exilium miſſus, amittit bona, non poteſt is conveniri, ſed is conveniendus eſt, ad quem bona pervenerunt, ne creditores injuria afficiantur. Et adeo, quia fiſcus bona occupavit, tenebitur. *l. 5. C. de Bonis proſcript. l. 2. C. ad L. Juliam de Vi publ.* Autor *ad d. L. 1. num. 2.* Et creditorum conditio melior eſt quam fiſci. *l. 11. & 17. ff. de jure fiſci. Ita Bach. ad tit. hunc num. 6.*

## ad L. Fas. 8.

### SUMMARIA.

*An actiones ex jure naturali orta per capitis diminutionem tollantur: nu. 1.*
*Tria genera obligationum referuntur, quæ non pereunt cap. diminutione. 2.*

1 SI quis actionem habet ex jure naturali, eam non amittit capitis diminutione, ſed eam tantùm, quam ex jure Civili habet; quod probatur exemplo actionis dotis, quæ in bonum & æquum concepta eſt, & in *l. 10.* exemplo legati habitationis, & annui legati. Additur autem ratio, quam Dd. ſæpe allegant, quod Civilis ratio naturalia jura corrumpere non poſſit. Ex lege autem hac colligunt Dd. quod conſtitutio dotis ad Jus Gentium referenda, quos refert, & hanc opinionem examinat *Petr. Barboſ. ad Rubr. tit. ſoluto*
2 *matrimonio. parte 4. numer. vigeſim. tert. & ſeqq.* Tria ſunt ergo obligationum genera, quæ per minimam capitis diminutionem non pereunt, 1. Munera publica. 2. Actiones ex cauſa naturali. 3. Ex delicto. *Bachov. ad h. t. in fine.*

## ad L. Ut quandoque. 7.

EXemplum habetur ejus, quod *in præcedenti lege* dictum eſt, nam quando filia emancipata eſt, competit actio de dote, ut maritum inveniat. *vid. Cujac. ad tit. Paulum lib. 11. ad Edictum tomo 1. mihi pag. 944.*

## ad L. Pen.

### SUMMARIUM.

*An legatum in annos ſingulos cap. diminutione tollatur?*

LEgatum in annos ſingulos relictum non tollitur capitis diminutione, quia toties repetitum videtur legatum, quot ſunt anni, & hic conſideratur indigentia naturalis *Donell. lib. 10. c. 21.* nam & capite diminuti victu & amictu opus habent, & deportati eo carere non poſſunt. *Bach. ad h. l. pen. pag. m. 1159.* Et ita alimenta etiam deportato relinqui poſſunt, ut & ſervis. *l. 17. ff. de Alim. leg. Bach. ad h. t. in fin.*

## Ad L. fin.

### SUMMARIUM.

*Tres cap. diminutionis ſpecies explicantur.*

TRiplex eſt Diminutio capitis; maxima, qua libertas; media, qua Civitas; minima, qua familia mutatur. Sed pluribus de hac materia vulgari non placet agere.

---

# TITULUS VI.

## *Ex quibus cauſis majores 25. annis in integrum reſtituuntur.*

## Ad L. 1.

### SUMMARIA.

*Quinque genera cauſarum, ubi ex æquitate Prætor reſtituit, deficiente ſpeciali cauſa. nu. 1.*
*Actio reſciſſoria frequentiſſimè datur propter abſentiam. 2.*
*An ex probabili ignorantia reſciſſoria actio concedatur? 3. & 4.*
*An in concurſu creditores edictalem citationem ignorantes poſtea audiantur? 5. & 6. ſeqq.*

1 QUando non eſt ſpecialis cauſa reſtitutionis, tunc ex æquitate Prætor reſtituit læſum, & quidem ob quinque cauſarum genera. (1.) eſt ipſa perſona petentis reſtitutionem, qualis cauſa eſt error, ignorantia, abſentia probabilis. [2.] perſona adverſarii, v. gr. abſentia quæcunque. (3.) perſona judicis.
2 (4.) perſona tertii. (5.) Caſus fortuitus. Datur verò maximè & frequentiſſimè actio reſciſſoria alicui læſo, propter abſentiam adverſarii quamcunque. *lib. vigeſim. prim. paragraph. prim. h. t.* vel propter ipſius abſentiam, ſed neceſſariam & probabilem, vel probabilem tantùm. *In* §. *fin.* notetur clauſula, ea qua Dd. communiter
3 colligunt, ex capite probabilis ignorantiæ reſciſſoriam etiam actionem dari. *Gail. lib. ſecund. obſ. decim. non. numer. decim. non. & obſ. 48. num. decim. tert. Tiraq. de Retr.*

*Retr. Conſang. §. trigeſim. quint. gl. 4. num. vigeſim ſext. Schurfius cent. prim. conſ. 61. numer. ſecund. & ſequent. Covar. in reg. poſſeſſor. p. terti. §. terti. numer. prim. & quos refert Manzius ad h. tit. numer.* 144. Licèt hoc in theoria negent Dd. & illam clauſulam intelligant de alia cauſa abſentiæ, ut poſt *Weſenb. hic Dn. Hahn.* excipit tamen certos caſus *Dn. Struv. hic theſ. 76. & Wiſſenbach. Exerc. 15. th. 7.* Sed quicquid ſit in Acade-
4 mus, in foro, recepta illa ſententia, quod etiam ob ignorantiam facti ex probabili cauſa detur reſtitutio, etiam poſt centum annos, ut volunt Dd. ſi ignorantia probabilis. *Hippol. de Marſil. ad l. qui ignorant. numer. 12. ff. de falſis. Marianus Socinus conſ. 86. numer. 106. lib. 1. & Petr. Peck. ad c. ignorantia. 14. de R. J. lib. 6. numer.* 8. & 10. Autor *in C. tit. de Juris & fact. ignorant. ad L. quint. num.* 14. non verò, quando ignorantia eſt vincibilis & cum aliqua negligentia conjuncta. *Oddus de Reſt. p. 1. quaſt. 8. numer. 57. Maſcardus de probat. concl.* 879. *numer.* 49. nam quadrienninm currit à die ſcientiæ. *Carpz. p. 2. dec. 115. num. 7.* ideoque ab initio utile, in progreſſu continuum eſt tempus. *Manzius h. tit. numer. 195. & ſeqq.* & in Eccleſia læſa, à tempore mortis prælati currit. *Card. Tuſchus concl. 268. num. 17. Oddus qu. 19. art. 8.* Autor *in C. h. tit. ad L. 2. numer.* 9.
5 Exemplum eſt in concurſu creditorum, ſi per ſententiam cæteris creditoribus præcludatur via liquidandi, quo caſu, ſi quis ignorantiam citationis edictalis juramento confirmet, ſolet dari reſtitutio, per tradita *Dn. Mevii p. 3. dec.* 48 ubi monet, cauſam ita comparatam eſſe debere, ut à negligentia excuſet, & per æquitatem mereatur reſtitutionem. Memini tamen in *Cam. Bran-*
6 *denb.* in ſecunda inſtantia admiſſos Creditores; Sed puto, id factum per reſtitutionem in integrum ſaltem tacitam. Sed cum juramento ſæpe extra hanc Provinciam
7 per reſtitutionem admiſſi in Collegio noſtro. Sic ſi Procurator victus non ſit ſolvendo, ex hac clauſula ſolet contra lapſum fatalium reſtitutio dari, per tradita *Carpz. p. 1. cap. 1. d.* 20. *Vid. not* Dni Autoris *infra ad l. 1.*
8 *§. ult. numer. 19. quando appell.* Et ſi Procurator malè ſe geſſit in Judicio, Domino datur in ſubſidium reſtitutio contra adverſarium, non tantùm minori, per *l. 23. de minor.* ſed etiam Majori. *Hartm. Piſt. p. 1 qu. 36. num. 8. Sfortia Oddus de Reſt. p. 1. quaſt. 8. art. 9. ubi teſtatur de Communi.*

## Ad L. Hoc edictum. 2. & 3.

### SUMMARIA.

*Abſentia metus cauſa dat reſtitutionem. nu. 1.*
*Requiſita, ut ne metus pro ſupervacaneo habeatur, quænam? 2.*

1 NOtetur, abſentiam metus cauſa eſſe cauſam reſtitutionis. Sed metum non oportet eſſe ſupervacuum, quod in diſquiſitione judicis conſiſtit, quæ diſquiſitio in tribus vertitur membris. (1.) Conſiderandum ipſum malum, v. gr. mortis, infectionis, Autor
2 *in C. h. t. ad L. 2. numer. 5. & 6.* carceris &c. (2.) Cauſa metus & timoris. (3.) Perſona, à qua metus proficiſcitur, ſicut hæc omnia enucleate proponit, & explicat *Oddus de Reſtit. q. 7. art. 9. per totum.*

## Ad L. Item hi 4. & 5.

### SUMMARIA.

*Abſentia affectata non prodeſt. numer. 1.*
*Abſentia probabilis quomodo affectata fiat? 2.*
*An, qui Romæ Reſpubl. operam dat, pro abſente habendus? 3.*

1 ABſentia affectata non prodeſt; nam nullum impedimentum affectatum excuſat. *Oddus de Reſtit. p. 1. quaſt. vigeſim. ſeptim. Tiraqu. de Retr. Conſang. §. 35. gl. quart. numer. vigeſim. non. quos refert Hilliger in Don. l. vigeſim prim. c. 5 lit. G. Sanchez de Matrim. lib. terti. diſp. 39. numer.* 6. Aut. *ad C. tit. qui milit. poſſ. numer. 7.*



2 Ceſſante autem cauſa abſentiæ probabilis, ſi porro abſit, ea abſentia eſt affectata, quando abſens priorem cauſam durare fingit. Eſt autem voluntaria, quando ob res ſuas componendas ibi manet aliquandiu. Sed notandum, licet quis ceſſante cauſa abſentiæ maneat, debet tamen ei computari tantum tempus, intra quod redire domum potuit. *Odd. de Reſt. p. 1. quaſt. 27. art. 3. numer.* 28.

3 In §. 1. *leges & l. ſeq.* quæritur, an Magiſtratus, qui Romæ Reip. operam dat, pro abſente ſit habendus, & ita reſtituendus, quaſi abeſſet à Civitate Romana? Ratio dubitandi fortè erat, quia ob negotia Reip. impendenda, quo minus ſua curet, impediri & animo abeſſe videtur. Sed is verè non abeſt. *Hillig. d. c. 5. lit.* G. Ex hoc argumento occurrebatur aliquando cuidam Appellanti, qui ob officium publicum, ſc. Commiſſariatus, ſe excuſabat, quo minus in anno juſtificare Appellationem potuerit.

## ad L. Milites. 7.

### SUMMARIUM.

*An milites Romæ militantes pro abſentibus habendi?*

A Regula *legis 5. §. 1. h. t.* Eximuntur milites, qui licet Romæ militent pro abſentibus tamen habentur, & ita reſtituuntur Aut *in C. t. de reſtit. milit. ad L. ult. num. 1. & ſeqq.* quia rebus ſuis ſuperefſe planè non poſſunt, & nulla ſubſiſtendi ſpes certa nam ſi alió proficiſci jubeantur, parere habent ... eſſe; nec ibi quis eſſe intelligitur, ubi tantum ad tempus vel caſu repetitur. *Oddus de Reſtit. p. 1. qu. 6. art. 4. & Hillig. d. l. 21. c. 5. lit. I.* Et ſolum armorum uſui invigilare videntur. *Bachov. ad h. t. c. 2. pag.* 1168.

## ad L. Legatis. 8.

### SUMMARIUM.

*Legati municipii etiam Reip. cauſa abſunt, & reſtituuntur.*

LEgati urbis Romanæ Reip. cauſa abſunt. Sed hic quæritur, quid de illis dicendum, qui municipii cauſa abſunt? Reſp. quamvis Edictum prætoris de Urbis Romanæ Legatis loquatur, ab Imperatoribus tamen latius hoc extenſum eſt ad municipiorum Legatos, qui etiam Reip. cauſa abſunt, & contra ſententiam reſtituuntur. *h. L. & Autor in C. h. t. ad L. 1. nu. 1.*

## ad L. Succurritur. 9.

### SUMMARIA.

*Incarceratus an & quare reſtituendus? nu. 1.*
*Variæ perſonæ referuntur, omnes reſtituendæ 2.*
*Ubi incarceratus procuratorem mittere poteſt, non reſtituitur. 3.*

1 LIcet exulibus non ſuccurratur *l. 26. §. 1. h. t.* aliud tamen in vinctis, incarceratis & qui in latumiis detinentur, de quibus *Hilliger. in Donell. l. 21. c. 5. lit. H.* Nam hi nec ipſi agere, neque alteri mandare actionem poſſunt, aut procuratorem conſtituere. *l. 1 ff. de Diverſis & temp. præſcr.* nam conſtituens procuratorem debet plena libertate frui. *c. accedens. 10. de procurat.* nec procurator habet ſemper opportunitatem adeundi principalem incarceratum. *Oldend. in Enchir. Except. in rubr. de Except. carcerat & hunc referens Dn. Manzius h. t.*
2 *num.* 44. Idem dicendum de eo, qui metu pœnæ exire non audet, cum poſſet, item qui filium habet incarceratum. *Odd. quaſt. ſeptim art. quint. h. t.* Aut. *in C. h. t. ad L. ſecund. numer. ſecund. & 9.* qui juramento impeditur, ne recedere queat. *Oddus dec. art. 5. numer. 58. Guido Papa ſing.* 437. Et qui alibi ob Repreſſalias detinetur. *Odd. d. quaſt. 7. art. 6. & ſeqq. numer.* 52. Et qui à latronibus detinetur aut inimicis, quod tamen *Odd. d. art. 6. num. 65.* intelligit, ſi damnum à detentoribus

5 & inimicis recuperare nequeat. Si autem carceratus in hypotheſi procuratorem mittere potuit, non datur ipſi reſtitutio. *Oldendorpius in Enchir. Except. de Except. carcer. §. 2. & Dn. Manz. hic nu. 42.*

## ad L. In eadem. 10.

### SUMMARIA.

*A Militibus detenti neceſſario abſunt. nu. 1.*
*Vis & ii, qui ſine dedecore in publico comparere non audent. 2.*

1 SPecies abſentiæ neceſſariæ eſt, qui à militibus aut miniſteriis publicis detinentur & adſervantur. Aut. in C h. t. ad L. 1. numer. 1. qui tamen probare debent, ſe ita adverſatos, ut ſupereſſe rebus ſuis non potuerint.
2 Huc pertinent etiam illi, qui ſine dedecore in publico comparere non audent, ut qui ob fidejuſſionem exire non audent, *l. 28. §. 1. h. t.*

## ad L. Ei quoque. 11. & ſeq.

### SUMMARIA.

*Qui in ſervitute fuit hoc Edicto juvatur. nu. 1.*
*Lis de ſtatu commode ſemper moveri nequit. 2.*

1 QUi in ſervitute fuit, hoc Edictu adjuvatur, ſive vera ſit, ſive bona fide ſerviat, ſive ſciat ſe eſſe liberum, ſed in ſervitute invitus detineatur, ſed qui de ſtatu ſuo litigat & provocat ad libertatem, ex eo tempore petere reſtitutionem non poteſt, quia ab eo tempore etiam alias actiones in judicium deducendi facultatem habet. *l. 33. ff. de procurat.* Sed de tempore
2 præterito ſuccurritur, quia multa incidere poſſunt, quare commodè lites de ſtatu movere non poſſint.

## ad L. Rectè. 13.

### SUMMARIA.

*An ſervus hæres inſtitutus reſtitui poſſit? num. 1.*
*Filiuſfam. in peculio caſtrenſi reſtitui poteſt. 2.*

1 SErvus à Domino ſuo hæres inſtitutus eſt, antequam autem moreretur Dominus, res quædam ejus uſucapiæ ſunt. Mortuo Domino petit ſe reſtitui, quod denegatur, quia vere ſervus fuit, & quia nulla bona habuit, ſed ea demum mortuo domino ad eum pervenerunt Filiusfamilias poteſt reſtitutionem petere in peculio caſtrenſi; nam peculii adventitii liberam adminiſtrationem nun habet, niſi in actione injuria-
2 rum, & de dote & ſimil. ideoque peculii caſtrenſis in ſpecie mentionem facit.

## Ad L. Item. 14.

### SVMMARIVM.

*Ab hoſtibus capti, non transfuga, hoc Edicto fruuntur.*

QUi ſunt in hoſtium poteſtate, illi habentur pro abſentibus, & fruuntur hoc Edicto, non verò, qui transfugerunt; Ant. in C. t. de Poſtlimin. Reverſ. ad L. 19. nu. 2. nam non poteſt quis præmium mereri, undè pœnam meretur. In dubio autem captus præſumi debet ab hoſte, ſi antea probus fuit miles. *l. non omnes. 5. §. à barbaris. 6. ff. de Re militari.*

## ad L. Ab Hoſtibus. 15.

### SUMMARIA.

*Ab hoſte captus cur reſtituendus? numer. 1. 2.*
*Jus poſtliminii etiam apud hoſtes natus habet. 3.*
*Præſente milite quod fit, reſtitutionem non meretur. 4.*
*Abſens reverſus quantum ſpatium habeat? 5.*
*An abſens ſtatim habeatur pro reverſo, cum rediit? 6.*

1 QUi ab hoſte captus eſt, quia nec ipſe agere nec procuratorem conſtituere poteſt, habet reſtitutionem: quod ad eum, qui apud hoſtes natus eſt, extenditur, licet etiam curator bonis interim conſtitutus.
2 Autor *ad L. 3. num 1. C. de Poſtlim. reverſ.* Unde quaſi obiter colligitur, hoc caſu curatorem bonorum, quia adminiſtrationem bonorum cum libera, & à Lege viva habet; petere poſſe reſtitutionem.

3 *In §. 1.* repetitur tranſpoſitio verborum. Senſus enim eſt, non minus apud hoſtes natus, habet jus poſtliminii, quam ſi captus fuiſſet; nam ſi mater cum partu redierit, jure poſtliminii gaudet. *hic & l. 25. ff. de captivis. De quo Bachov. ad h. tit. cap. 2. numer. 4. per 117. & ſeq.* Præſente milite quod fit, non meretur reſtitu-
4 tionem, ſed debet appellari v. g. ſi non ob præſtitam cautionem de damno infecto decretu ſecundo prætor juſſit vicinum poſſidere & ita negatur reſtitutio *per §. 2. h. l.*

5 *Ad §. finalem.* Tempus abſentiæ deſinit, reverſo aliquo domum. Sed quia non ſtatim, quando ex curru deſcendit, poteſt judicem adire; ideoque aliquod temporis ſpatium modicum ipſi concedendum, intra quod res ſuas componere, & cum Advocato deliberare poſſit. Et hoc totum arbitrio judicis committendum, qui qualitatem perſonæ & facti conſiderare debet. *Bald. hic. & Menoch. lib. ſecund. Arb. quæſt. caſu trigeſim. tert. Oddus de Reſtit. quæſt. vigeſim. ſext. art.*
6 *3 numer. 26.* Unde infert hic *Bart.* quem etiam laudat. *d. l. numer. vigeſim. ſecund.* abeſſe aliquem videri, non ſolum ſtatim ac locum, unde abfuturus eſt, egreditur, ſed etiam antea, per modicum tamen aliquod tempus, quo ſe præparat. *Conf. Mauritius de Reſtit. c. 359. in A.* Et modicum tempus non eſt in conſideratione, ſed adhuc pro abſentia computabitur. *Manzius ad h. t. numer. 221.*

## ad L. Non enim. 16.

### SUMMARIUM.

*Judex non facile denegare ſolet reſtitutionem, ob neglectum terminum petentibus.*

NOn negligentibus ſubveniunt jura, ſed neceſſitate rerum impeditis. *Donell. & Hill. lib. vigeſim. prim. cap. quint. lit. H. Dn. Mev. par. quart. deciſ. 229. numer. ſecund.* Sed ſi juſta videatur alicujus intentio, non debet facile judex, ob neglectum unum vel alterum terminum, denegare reſtitutionem; ſi proferatur aliquid, quod aliquatenus à contumacia & negligentia excuſare poſſit. Facilis enim judex eſſe debet ad concedendam in talibus purgationem à contumacia, vel reſtitutionem in integrum, ne alicui ob litigiorum ſubtilem & curioſam obſervantiam fiat injuria. *Dn. Mev. p. 5. d. 5.* Id totum igitur, quod in *l. preced. & hic* ventilatur, arbitrio judicis committendum *Manzius ad h. tit. numer. 222.*

## ad L. Julianus. 17.

### SUMMARIUM.

*Etiam, qui lucrum ob abſentiam amiſit, reſtituitur.*

OB abſentiam neceſſariam non tantum quis reſtituitur, ſi damnum ſenſerit in bonis ſuis, ſed etiam ſi ob abſentiam lucrum amiſit v. gr. ſi miles inſtitutus hæres ſub conditione, ſi interea tempus certum lapſum ſit ob abſentiam ejus. Sic etiam ſi mihi relictum ſit legatum in annos ſingulos, quibus in Italia eſſem; ſed ego non potui in Italia eſſe ob abſentiam neceſſariam: ergo danda eſt reſtitutio. Sic ſi ſtudioſo ſtipendium legatum eſſet, ſi in Academia Electorali ſtudia continuaverit, ſed ob abſentiam neceſſariam non potuit hic verſari: Ergo datur ipſi reſtitutio.

ad L.

## ad L. Sciendum. 18.

*SUMMARIA.*

*Majori ſuccurritur in damnis non in lucris. nu. 1.*
*Quomodo major in lucris cum vel ſine alterius damno quærendis reſtituatur? 2.*
*In quodnam lucrum minor, Eccleſia, reſtituatur? 3.*

1 IN damnis ſuccurritur Majori, non in lucris alte-
rius damno quærendis. Duplicia verò lucra ſunt,
alia ſine alterius damno, ut: ſi amiſit quis ob abſentiam
2 ſuam locupletem hæreditatem: alia cum alterius dam-
no, ut: ſi rem alterius uſucapio, vel in pœnam alterius
quid oblionis cauſa peto, ut ob injuriam, &c. Et hæc
lucra, quæ cum alterius damno conjuncta, vel ſaltem
in pœnam alterius capiuntur, non patiunt reſtitutio-
nem abſenti. *Cujac. ad h. l. tomo 1 p. 949. Exemplum in
l. 30. h. t.* Nec in his lucris amiſſis minori ſemper ſuc-
3 curritur, *de quo Odd. quæſt. 4. art. 9.* Nam neque minor,
neque Eccleſia, neque abſens reſtituitur ad lucrum
conjunctum cum pœna, aut damno alterius. *Tiraqu.
de Retr. Conſang. §. 35. gl. 2. numer. 10. & 11.* Nec minor
ex alterius delicto ad lucrum reſtituitur. *Afflict. dec. 309.
Vid. not.* Dni Autoris *ad l. auxilium 37. numer. 5. ſupra de
Minoribus.*

## ad L. Denique. 19.

*SUMMARIUM.*

*Capto aliquo ab hoſte an interrumpatur uſucapio?*

CApto aliquo ab hoſte, interrumpitur poſſeſſio;
ergo etiam Uſucapio, quia poſtliminium ad jura
pertinet, non ad facta, quale eſt poſſeſſio quæ in facto
conſiſtit. *Cujac. ad h. l. tomo quart. p. 53.* Aut. *in C. t. de
Poſtlim. reve ſ. ad L. 18. nu. 2.* Poſtliminium non poteſt
efficere, ut videaris feciſſe, quod non feciſti, factum
non reddit infectum, *conf. Bachov. ad h. t. c. 4. p. 1187.*

## ad L. Nec utilem. 20.

*SUMMARIA.*

*Rem alienam b. f. emens capitur ad hoſtibus, an contra interruptam uſucapionem reſtituendus? nu. 1. & 2.*
*Quomodo dominium aut poſſeſſio amittantur? 3.*

REm alienam bona fide quis emerat, ſed poſtea
1 capitur ab hoſtibus, ergo apud hoſtes non potuit
implere Uſucapionem, an reverſus jure poſtliminii
recuperat interruptam uſucapionem, ut medio tempore
fingatur impleviſſe uſucapionem? quod negatur, quia
auxilium reſtitutionis non datur lucrifaciendi cauſa.
Et Dominus non videtur amiſiſſe, quod ei ablatum
non eſt. *Cujac. ad h. l. tomo quarto pag. mihi 292.* &
primus dominus dominium non amittit, niſi alteri
adquiratur. *Dn. Munzius hic numer. 54.* Tantùm præ-
ſcriptum, quantum poſſeſſum; & eſt iniquiſſimum
auferre Domino, quod caſus ei non abſtulit. *Klock.
vol. 1. conſ. 23. numer. 1.* & ubicunque Jus commune
2 fundat intentionem alicujus generaliter, tunc certi
alicujus Juris, ab alio quodam uſurpati, Poſſeſſio, ad
alia ne quidem ejuſdem ſpeciei, extendenda. *Klock.
vol. 1. conſ. 29. numer. 890.* Sed ſi aliquis aliquot actus
alicujus juris generalis præſcripſerit, alio in poſſeſſione
non exiſtente, jus præſcriptum ad omnes partes & ſpe-
cies extenditur. *Cravetta de Antiquit. temp. p. 4. §. tran-
ſeo. num. 57. Gutierez. l. 2. Can. qu. 21. num. 114. Klock.
3 vol. 2. conſ. 97. num 49.* Colligitur etiam *ex huc L.* diffe-
rentia inter Dominii & poſſeſſionis amiſſionem: illud
non amittitur à me, niſi alteri etiam adquiratur, ſed
aliud in poſſeſſione. *Petr. Barboſa in l. ſi alienam. 12. nu.
100. ff. ſol. matr.*

## ad L. Item ait. 21.

*SUMMARIA.*

*Quomodo præſenti contra abſentem ſuccurratur? nu. 1. & 2.*
*Quid ſi ad alicujus defenſionem ultro ſe nemo offerat? 3.*

1 IN *hac lege* tractatur alterum caput Edicti, quo
conſulitur præſenti contra abſentem, quando actio
præſentia præſcribitur ab abſente. Nec in hac parte
diſtinguitur inter abſentiæ ſpecies, ut in prima parte.
Nam in prima parte affectata abſentia & non neceſſa-
ria non præſtat reſtitutionem. Autor *h. t. ad n. in L. 4.
num. 1.* Sed quando præſenti contra abſentem ſuccurri-
tur, non intereſt, ex quacunque cauſa alter abſit, *§. 1.
h. l.* nam non debet alterius juſtiſſima abſentia mihi
2 nocere abſque mea culpa. Sed hoc ſi abſens non de-
fendatur, ſi enim reliquit procuratorem, tunc habet
præſens, quem conveniat. Sic etiam ſi poſſideat bona
immobilia & abſens ſtudio latitet, ad immiſſionem &
ad ſecundum decretum procedi poteſt, ſi verò non la-
titet nec ſe occultet, tunc poteſt ad immiſſionem &
primum decretum procedi. *§. 1. h. t.*
3 Sed *in §. ult.* quæritur, an ille pro non defenſo ha-
bendus ſit, ad cujus defenſionem ſe nemo ultro offert?
Neg. ratio *in l. ſeq.* nam amici interrogandi ſunt, an
velint defendere. Deinde quæritur, ſi quis offerat ſe
ad defendendum, ſed cautionem de judicato ſolvendo
nolit præſtare? quod negatur. Nam quicunque alium
vult defendere, tenetur cavere de judicato ſolvendo.

## ad L. Ergo. 22.

*SUMMARIA.*

*Præſens contra abſentem ad interrumpendam præſcriptionem agere volens, quid & quomodo probare debeat? num. 1. & 2.*
*Abſens ſi latitet, an præſens immiſſionem petere poſſit? 3.*
*Abſentia nec nocere nec prodeſſe debet. 4.*

1 QUando volebam agere, ad interrumpendam
præſcriptionem, contra abſentem, tunc neceſſe
eſt probare, quod abſens fuerit indefenſus; quod pro-
babitur, ſi interpellaverit cognatos abſentis, & ſi re-
cuſent defenſionem, deſuper inſtrumentum confici
curet, quo facto ſemper poſtea contra abſentem præ-
ſens reſtitutionem petens audiendus. *Cujac. ad h. leg.
2 tom. 1. pag. 950.* Unde probatur, præſentem contra
abſentem non reſtitui, niſi ſit indefenſus: indefenſus
autem eſt, cujus cognati requiſiti nolunt defendere,
3 aut ſi ſatisdationem de judicato ſolvendo præſtare
nolunt, *per l. 21. §. 3. h. t. Manz. h. t. num. 95. & ſeq.* Sed &
ſi latitet, poteſt præſens petere immiſſionem & diſtra-
ctionem bonorum ſucceſſive, aut, ſi non latitet, im-
miſſionem ſolam. *d. l. 21. §. 2. Manzius d. l. numer. 100.*
Et jure novo datur præſenti contra abſentem ordina-
rium remedium, ſi ſcilicet denunciatio facta præſidi
vel Epiſcopo, &c. *l. 2. C. de Ann. els Except.* ex quo ta-
men non ſequitur, reſtitutionem prætoriam præſenti
contra abſentem eſſe negandam.
4 *Ex §. 1. hujus* legis notetur, quod ſicut nocere ab-
ſentia non debet, ita nec iis prodeſſe debet, quod *in §. 2.*
accommodatur ad furioſos, infantes, civitates; nam
quando ii non defenduntur, præſentes contra eos
reſtituuntur, ne cum alterius diſpendio locupletentur.

## ad L. Ait prætor. 23.

*SUMMARIA.*

*Qui eſt in vinculis, non verò ab hoſte captus, uſucapere poteſt. nu. 1. & 3.*
*Reſtitutio etiam in quaſi poſſeſſione locum habet. 2.*
*Cui bono ſit reſtitutio? 4.*

1 QUi in vinculis eſt, poteſt uſucapere, & ita, ſi
non defendatur, datur reſtitutio. Autor *in C. h.
t. ad L. 2. numer. 1. & 5.* Sed qui ab hoſte captus eſt, non
poteſt uſucapere, nec cœptam uſucapionem complere.
Non tantùm autem Reſtitutio locum habet, ſi domi-
nium vel poſſeſſio vera, ut rei corporalis, ſed etiam

quaſi poſſeſſio juris vel uſusfructus ſit amiſſa; & tunc reſtitutio fructuum facienda, quos abſens facere potuiſſet pro qoalitate ejos, qui interim bona vel mala fide rem poſſedit. Et ſic *hic* §. 2 etiam de b. f. poſſeſſore intelligendus. *Bachov. ad h. t. c. ult. nu.* 5.

*In* §. 3. continetur limitatio ejus, quod dictom *in* §. 2. nam ibi dicitur captos ab hoſtibos non poſſe uſucapere. Sed id intelligendum, niſi habeant ſervos vel mancipia domi, per quos poſſidere vel uſucapere poſſunt.

*In* §. *ult.* proponitur tacita objectio, cui bono ſit reſtitutio, cum per remedium miſſionis præſenti contra abſentem ſuccurratur: ſed reſpondetur, duobus caſibus remedium miſſionis non ſufficere. 1. ſi fortè bona non habeat, in quæ mitti poſſit, vel ob potentiam Adverſarii mitti non poſſit. 2. alter ſi non latitet & juſta cauſa ſit abſentiæ, quo caſu immitti poteſt creditor, ſed ex ſecundo decreto immitti non poteſt.

## ad L. Sed &. 24.

ET licèt contra fruſtratores & latitantes dentur remedia; poteſt tamen dari reſtitutio contra fruſtratores; quis enim malitiis hominum peſſimorum ſatis obviare poteſt. Artes enim litem protrahendi infinitæ & ideo utile eſt reſtitutionis beneficio frui.

## ad L. Quod quidem. 25.

POteſt contingere, ut aliquis multis negotiis diſtrictus ſit, & ita citra culpam rei actio pereat & præſcribatur.

## ad L. Sed & ſi. 26. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo quis contra Pratorem reſtituatur?* num. 1.
*An & quando deportato ſuccurratur contra præſentem?* 2.
*Qui in jus vocari nequeunt, pro abſentibus habentur.* 3.
*Ad quos clauſula (neque defenderetur) pertineat?* 4.
*Impeditus agere, quando ad reſtitutionem admittatur?* 5.
*Reſtituitur, cujus teſtes judex non examinavit, lapſa interim quarta dilatione.* 6.
*An reſtitutio concedenda contra immixtionem iis, qui in adminiſtratione manent?* 7.
*An danda ſit reſtitutio illi, cujus culpa protracta juſtitia?* 8.
*Quantum temporis reſtituendum læſis?* 10.
*Sententia clauſulæ generalis quænam?* 11.
*Legatus civitatis quando reſtituatur?* 12.

PRætor ſi negotiis diſtrictus ſit, & moras ſine dolo
1 nectat, poteſt actio perire, & hoc caſu poteſt peti reſtitutio actionis amiſſæ. Præſenti contra depor-
2 tatum ſuccurritur, ſed deportato vel relegato non ſuccurritur, quando ſc. reſtituitur beneficio Principis, quia potuit mittere Procuratorem, & quia ſua culpa contra bonos mores abeſt. *Oldendorp. claſſe ſext. act. non. quæſt. tert. Dn. Manzius in h. t. numer. quadrageſim. ſecund.* Sed interdum ipſi ſuccurrendum v. gr. qui Procuratorem facilè conſtituere non potuit, aut ſi, quem conſtituit, is abiit. *Oldend. cl. 6. act. 9. qu. tert. Dn. Manz. h. t.* 45. Autor *in C. h. t. ad L. 2. num.* 8. *&* 9. Unde colliguot, quod etiam Deportatus vel Relegatus à Principe reſtitutus, à Prætore ad jura amiſſa poſſit reſtitui. *Odd. qu. 7. art. 3. ubi id limitat. Hillig. in Donell. l. 21. c. 5. lit. H. Mauritius d. tr. quæſt.* 34.
3 Ad abſentes referuntur, qui licèt corpore præſentes ſint, non tamen in jus vocari poſſunt ob Dignitatem; nam de iis non eſt ſermo, qui ſine venia non poſſunt, ſed qui nullo modo vocari non poſſunt, de quibus *ſupra* de in jus vocando. De clauſula (neque defenderetur) dicit JCtus
4 *in* §. 1. ad omnes caſus, quibus quis non defenderetur, nec habet §. 3. hunc ſenſum, quaſi in uſucapione abſentis aliud ſit obſervandum, ſed habet hunc ſenſum, quod de uſucapione ſatis antea actum ſit. *Bachov. ad h. t. cap. 4. pag.* 1188.

5 * *Ad* §. 4. Impeditus per Judicem meretur reſtitutionem, ſive id fiat ob negligentiam, ſive per ſordes actionem denegaverit: ut ſi jure Retractus uſurus intra annum non admittatur ad pecuniam deponendam,
6 quale exemplum habet *Mauritius de Reſt. capit.* 354. vel ſi quis produxit teſtes, judex autem ob alia negotia non examinet, & interim quarta dilatio, hodie tertia, lapſa, quale habet *Maurit. d. tr. c.* 403. Et hoc quod de ſordibus dictum eſt, locum habet, ſi in parte judicii per ſordes damnum datum, ut explicat *Sfortia Oddus. de Reſt. quæſt. 13. art.* 2. Cæterum prolixè hanc materiam tractavit *Odd. d. quæſt. 13. per totam & Manzius in h. t. numer.* 127.

7 *Ad* §. 5. 6. Qui eſt in dolo & culpa, atque adeo ipſe fruſtratus eſt, non poteſt impetrare reſtitutionem. Sic qui noluit parere judici, & judex ob eam inobedientiam denegat audientiam, non poteſt obtinere reſtitutionem. Hoc inducit *Dn. Mev. p. 3. dec.* 219. contra eos, qui petunt reſtitutionem in integrum contra immixtionem & tamen interim in adminiſtratione manent, nec facto ipſo abſtinent, nec Curatorem bonis dari petunt. Sic ſi filius velit abſtinere, actu debet id facere, non verbis nudis *Dn. Mev. p. ſecund. dec.* 243.
8 Sic non videtur reſtitutio dari, ſi concurrat culpa *Sfort. Odd. d. quæſt. 13. art.* 6. Unde ſi alicui protracta juſtitia & tantum temporis habuiſſet, ut potuiſſet Promotoriales à Superiori obtinere ad judicem, dubito, an danda ſit reſtitutio, præſertim ſi judex aliquam cauſam protractionis allegare poſſit.

9 *Ad* §. 7. Ob ferias ſolennes non datur reſtitutio, ſecus ob ferias extraordinarias & repentinas. *Odd. quæſt. 18. art. 3. Maurit. quæſt. 356. Donell. cap. 5. & ibi Hilliger. lit. D. Manzius ad h. t. num.* 12. Et ſic ob meſſem non dabitur reſtitutio, quia diu prævideri potuit. Autor *in C. t. de Feriis ad L. 1. nu.* 3. Nec ob nundinas.

10 *Ad* §. 8. Si temporis lapſo quis læſus ſit, tantum tempus eſt reſtituendum, quantum duravit læſio. *Clem. un. de Reſtitut. in integrum.* quantum abſtulit læſio, tantùm reponit reſtitutio. *Oddus quæſt. 19. art. 2. Richter. deciſ. 21. num.* 29. Autor *in C. t. Si adverſ. rem. judic. ad L. 1. numer. 4. Et t. C. Si adverſ. Vendit. ad L. 1. numer.* 2. Nec dabitur ad reſtitutionem in integrum quadriennium. *Odd. quæſt. 19. art. 4. Tiraq. de Retract. Conſangu. §. 35. gl. 2. numer. 12. Balbus de Præſcrips. p. 1. partis 1. Principalis num.* 28. Nam ſi per unum diem Reip. cauſa abeſſe cœpit, reſtitutio unius diei dabitur. *Carpz. Iuriſpr. p. 2. dec. 116. in fin. Dn. Manz. h. t. numer. 244. & ſeqq.* Ideoque ſi tempus læſionis ſit minus quadriennio, tunc communis opinio eſt, reſtitutionem peti debere intra tantum tempus, quantum eſt læſionis. *Odd. qu. 19. art. 4. nu.* 39. Sic ſi quis intra annum non potuit jure retractus uti, tantum tempus reſtituendum de anno, quo impeditus fuit. *Tiraq. de Retr. §. 35. gl. 2. nu. 1. Manzius de Reſtit. h. t. nu.* 210.

11 *Ad* §. *ult.* Clauſulam generalem (ſi qua juſta alia cauſa) hîc §. explicat, quod etiam in nonnullis aliis cauſis abſentiæ ſuccurratur abſenti; licet non Reip.
12 cauſa abſit, v. g. (1) Si à Civitate Legatus miſſus, qui reſtituitur, ſive habuerit procuratorem, ſive non, quia Legatus municipalis communi civium placito in utilitatem omnium eſt creatus. *Dn. Manzius ad h. t. nu. 68. & ſeqq.* (2) Si ut teſtis evocetur à Superiore. *Vid. Franzk. hoc prolixè explicans ad Tit. de Teſtib. num.* 25. Unde colligitur, Jus evocandi teſtes competere Superiori in ſubditos mediatos. *Rauchb. p. 1. qu. 13. de quo infra in l. 5. §. fin. ff. de Teſtib.* (3) Exemplum, quando quis propter cognitionem ſuæ cauſæ vel Appellationis gratia abeſt; & demum (4) quando quis ex neceſſitate abeſt.

## ad L. Et ſive quid. 27.

### *SUMMARIUM.*

*An, qui propter abſentiam non lucrari potuit, reſtituendus?*

Qui

Digitized by Google

Qui ex juſta & probabili abſentia quid amiſerunt, ſive lucrati non ſunt, poſſunt reſtitui. Sed poterat quis dicere, imo in hoc edicto lucri nulla habetur ratio? Sed vera eſt ſententia hujus legis, ſi ſine alterius damno ob abſentiam lucrari non potuerunt, non verò cum lucri faciendi cauſa ex alterius pœna vel damno auxilium ſibi impertiri deſiderant. *L.18. h.t. Dn. Manzius h.t. num.64. & num.250.*

## Ad L. Nec non. 28.

### *SUMMARIA.*

*An, qui ex probabili cauſa abeſt, mittere præciſè procuratorem debeat? n.1.*
*Quinam præterea habeantur pro abſentibus ex probabili cauſa? 2. & ſeqq.*
*Verba quædam Edicti explicantur. 5.*
*Quid ſi quis ſæpè Reip. cauſa abfuerit? 6.*
*An, qui in provincia domicilium habet, Romæ conveniri poſſit? 7.*
*Quomodo abſens Reip. cauſa reverſus exceptionem habeat? n.8.*
*Quinam fructus reſtituendus? 9.*

1 Qui abeſt ex cauſa probabili, ne decipiatur ob juſtiſſimam cauſam datur ei reſtitutio, & additur hic ratio, quia fortè Procurator mortuus: ex quo tamen non probatur, mittendum fuiſſe Procuratorem: ſed hoc ſaltem colligitur, ſi habuiſſet Procuratorem, per quem ſufficienter defenſus fuiſſet, quod tunc reſtitutio non detur. *Oddus de Reſtit. quæſtione 30. art. 3. num. 11.*

2 *Ad* §. 1. Etiam ille ex probabili cauſa abeſt, qui licet non ſit carceri incluſus, recedendi tamen facultatem non habet, ut qui ſub fidejuſſorum ſatisdatione eſt, qui promiſit, ſe nolle recedere à loco, quo ſiſti juſſus eſt, & eo nomine fidejuſſorem dedit. *Oddus qu. 7. art.5. num.29. Duar. ad h. t. fol.126. quem refert Hilli-*
3 *ger. ad Donell. l.21. cap.5. lit. H.* In eadem cauſa ſunt, qui ſine dedecore non poſſunt in publicum prodire, ut nobiles depauperati. *l. 10. h. t. Oddus d. l. num. 30.* vel ſi carcere exire poſſet, ſed ob metum pœnæ non auderet.
4 *num.32.* Et ſic Areſtatus hodie, ſi præſertim fidejuſſorem reperire non poſſit, pro abſente ex probabili cauſa haberi debet. *Wæmmeſ. conſ. 5. num.12. cent.4.* Aut. *in C. h. t. ad L.2. num.6.*

5 *In* §. 2. Explicantur verba Edicti (quod ejus per leges, plebiſcita, SCta, Edicta &c. licebit.) Hæc verba non innuunt, quaſi de ſingulis caſibus legem ſingularem requirat, ſed ne contraria lex reſtitutionem prohibens reperiatur; Autor *t. de Judic. ad L. 5.*
6 *num.3.* in dubio enim reſtitutio locum reperit. Quid autem ſi ſæpius quis abfuerit Reip. cauſa? Reſp. *in* §. 3. quamvis voluerint nonnulli tantum temporis ſpatium eſſe dandum, quantum poſtrema abſentia abſtulit: tamen magis obtinuiſſe, integrum annum eſſe dandum, ſi abſentiæ ſimul junctæ tantum tempus abſumſerint.

7 *In* §. 4. quæritur, an ſi adverſarius meus domicilium habeat in provincia, & tamen Romæ degat, an poſſum eum Romæ convenire? quod negatur, ſi jus revocandi domum habuerit, ut Legati, nam tunc litem conteſtari & finire non potui.

8 *In* §. 5. quæritur, ſi is, qui fuit abſens Reip. cauſa, redierit & poſſeſſionem ſine vitio nactus fuerit, an ſi quis rem vindicet, habeat exceptionem? R. quamvis actionem reſciſſoriam det prætor, non tamen eſt dubium, quin exceptionem habeat, nam cui damus actionem, ei magis damus exceptionem. *l. invitus.56. §. 1. de R. J.*

9 *In* §. *ult.* de fructibus agitur, an etiam medii temporis fructus reſtituendi, & fructus reſtituendi ſunt à milite, qui interim poſſedit & uſucepit, vel militi, ſi præſens contra militem abſentem uſucepit.

## ad L. Videlicet. 29.

Officium publicum nemini debet eſſe damnoſum. vid. *Barb. lib. 13. ax.13. cap.18. Gail. lib.1. obſ.99. num.3. Menoch. conſ.58. num.63.*

## ad L. cum miles. 30.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo reſtitutio in hæredem detur? n.1.*
*An reſtitutio contra tertium concedatur? 2.*

1 Reſtitutio ita datur in hæredem, ſicut contra defunctum, Autor *in C. t. de Reſtit. Milit. ad L.1. num.2.* ideoque poſſeſſio hic tranſit in defunctum, ſcil. ſecundum quid ratione juris uſucapiendi. vid. *Tiraq. in tract. de mort. &c. in præfat. decl.3. n.4. Menoch. rem. adip. poſſ.4. num.82. & remed.1. recup. poſſ. num.399. & Hilliger. in Donell. l.17. c.11. lit. C.*

2 *Ad* §. 1. Reſtitutio præſentis contra abſentem etiam datur contra tertium poſſeſſorem, v. g. ſi abſens uſuceperit rem, & poſtea alienaverit, nam tunc non minus is, in quem alienaverit, quam alienator, conveniri poteſt. *Gloſſa hic*, & hæc reſtitutio videtur eſſe in rem ſcripta. *Manzius h. t. num.112.*

## ad L. Si is. 31.

### *SUMMARIUM.*

*An qui poſt impetratam reſtitutionem poſſeſſionem amiſit, opus habeat reſtitutione nova?*

Quando quis reſtitutionem impetravit, ſi poſſeſſionem nactus eam poſtea amiſerit, tunc actionem habet perpetuam, quia nulla amplius reſtitutione eget, ut qui rem ſuam recipit ſine vitio. *Hillig. in Donell. lib.21. c.5. lit. T.* ubi refutat *Donellum*, qui omnem actionem videtur velle facere perpetuam, cujus contrarium ex hoc textu & *L.35. in fine pr. ff. de Oblig. & Act.* & ſic aliud quadriennium remedio reſcindenti, aliud actioni reſciſſoriæ tribuunt Dd. niſi poſſeſſionem acceperat, quo caſu actio reſtituta perpetua, licet *Duarenus ad tit. Cod. de Tempor. reſtit. in integrum* idem utrique tribuat quadriennium, cujus rationes habet *Hillig. d. l.*

## Ad L. Abeſſe. 32.

### *SUMMARIUM.*

*An pro abſente habendus, qui adhuc intra provinciam eſt.*

Abeſſe intelligitur & is, qui ab urbe profectus, licèt provinciam non exceſſerit, de cujus lectione quoniam nonnulli legunt, *acceſſerit*, vid. *Hilliger. in Donell. d. l.21. cap.5. lit G.* Et qui exceſſit urbe, tamdiu pro abſente habetur, donec in urbem revertatur, & recenſentur exempla, qui Reip. cauſa abſunt ut Proconſules, Legati, Præſides, Tribuni, &c.

## Ad L. Inter eos. 33.

### *SUMMARIA.*

*In quibuſnam cauſis fiſcus reſtitutionem habeat? numer. 1.*
*An Tabelliones Reip. cauſa abſint. 2.*

1 Fiſcus etiam vel fiſci patronus habet reſtitutionem ex generali clauſula. *t. t. Cod. de Sententiis contra fiſcum latis retract.* Aut. *in C. h. t. ad L.2. num. 6.* quod exceptionem habet in pœnalibus, quando Judex juſta minorem pœnam indicit, ut tradunt *Ant. Gabriel. l.7. commun. concluſ. concl.13. Guido Papa deciſ. 302.*



Digitized by Google

2 *Manzius h.t. num.*174. Tabelliones & qui notis compendioſè ſcribunt. non abſunt Reip.cauſa, ſed ſui compendii & commodi cauſa abſunt, ſi abſint & ſic non merentur reſtiturionem §. 1. *hujus legis.* Medici militum, quia horum opera in publico neceſſaria, reſtitutionem merentur.

## ad L. Miles. 34.

*SUMMARIA.*

*Quinam milites pro abſentibus non habeantur? n.1.*
*An publicani Reip.cauſa abſint? 2.*

1 QUæritur 1. an milites qui commeatu accepto domi degunt, pro abſentibus habeantur? quod ſine dubio negandum. Sed 2. quæritur, quid de publi-
2 canis, an hi Reipublicæ cauſa abſint? Et negatur hic, quia ſui commodi gratia vectigalia conduxere & conſtet, nimis levea rationes dubitandi ſæpè in jure reperiri.

## Ad L. Qui mittuntur. 35.

*SUMMARIUM.*

*Varia exempla eorum, qui Republ. cauſa abſunt.*

VAria hic recenſentur exempla eorum, qui Reip. cauſa abſunt, ut; 1. qui mittuntur, ut milites ducerent, vel reducerent, vel legerent. 2. Qui à municipio vel Legione mittuntur ad gratulandum Principi de re proſperè geſta. Autor *in C. h.t. ad L.1. num.1.* 1
3. Procuratores Cæſaris, licet non totius patrimonii Principis, ſed quarundam tantum rerum procuratores ſint, quia hi etiam tenentur abeſſe. 4. Præfecti Ægypti Reip. cauſa abeſſe finguntur: milites urbis detendendæ cauſa Romæ degentes. 5. Ad malos homines compeſcendos miſſi. 6. Quia ad bellum miſſi in acie ceciderunt, undè patet eorum hæredibus dari reſti- 2
tutionem, qui à municipio ſuo miſſi. Miles qui commeatu abeſt & rediturus in itinere eſt.

## Ad L. Reipublicæ. 36.

*SUMMARIA.*

*Qui propter Remp. lucri ſui cauſa abſunt, an reſtituendi? num.1.& 2.*
*An verò Mercatores annonam importantes in civitatem. num.3.*

1 REip. cauſa abſunt, qui coacti abſunt, non verò, qui lucri ſui cauſa procuraverint Legationem. Undè infertur, Mercatores Reipublicæ cauſa non abeſſe, adeoque nec reſtitutionem mereri, quando ad nundinas proficiſcuntur. *Oldend claſſe 6.act.9. qu 3 §. multominus. & Dn.Manzius h.t.num.*60. licet aliter & per diſtinctionem reſpondeat *Oddus quaſt.7.art.ult.& Hill.*
2 *in Donc.l.l. 21. c. 5.lit. K.* Excipiunt autem illos Mer-
3 catores, qui annonam in Civitatem ex juſſu ſuperioris important. *l. 5. §. negotiatores. 3. ff. de jure immunitatis.* ubi dicitur, tales Negotiatores Reip. cauſa abeſſe. *confer. Hilliger. ad Don.l.21.c. 5.lit.K.ubi varias opiniones recenſet.*

## ad L. Hi qui. 37.

NEmo Adſeſſoris officio fungi poterat ultra 4. menſes *per l. 10. C. de Adſeſſoribus, ibique* Autor *num* 2. quæritur ergo, ſi ultra 4.menſes abſint, Reip. cauſa abſint? quod merito negatur, quod nemó ex delicto præmium mereatur.

## ad L. Si cui. 38.

*SUMMARIUM.*

*Quando Adſeſſor Reip.cauſa abſit?*

QUod *in l. precedenti* dictum *hic in principio* limitatur, niſi in ſpecie permiſerit Princeps ut in patria mea Adſeſſoris officio fungerer; nam tunc Reip. cauſa abſum. Durante autem officio non tantum ſed etiam finito officio dandum eſt aliquod temporis ſpatium, intra quod redire potuerit habita ratione perſonæ, temporis, loci &c. Aliud ergo, ſi proprii commodi cauſa vel delectationis gratia aliquò deflectit.

## ad L. Is qui. 39.

*SUMMARIUM.*

*Quatenus, qui Reip. cauſa abeſt, & procuratorem reliquit, reſtituatur?*

QUi Reip. cauſa abeſt, licet Procuratorem reliquerit, tamen reſtituendus. *l. 26. §. ult. h. t.* ſi ſc. Procurator non potuit defendere & ſic actio fuit inanis. Sed ſi defendere potuit, denegatur reſtitutio, per *h l.ex Ant.Fabr.Hillig.d. c.5.lit. L. Conf. Bach. diſp.11. th.17 lit.A.& Maurit.qu.*251. Sed ſi procurator non ſit ſolvendo, datur reſtitutio. *de quo alibi.*

## ad L. Si qua. 40.

*SUMMARIA.*

*Actiones ad vindictam non reſtituuntur niſi militi. numer. 1.*
*Relegato reſtituto uſucapio reſcinditur. 2.*

1 ACtiones quæ ad vindictam tendunt, ob abſentiam non reſtituuntur: habemus verò hic exceptionem in milite, cui reſtituuntur actiones omiſsæ. v.g. Debuit miles jure mariti accuſare uxorem ſuam de adulterio, quæritur an debeat ei reſtitui actio amiſsa lapſu 60.dierum? Ergo miles favorabilior eſt minorenne, cui actio ad vindictam non reſtituitur.

2 *In* §. 1. agitur de relegato vel deportato, cujus res interim, dum abeſt, venditæ & uſucaptæ ſunt, Relegatus autem reſtituitur à Principe, quæritur, anne uſucapio reſcindenda? A.

## ad L. Si quis. 41.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo miles ratione legati reſtituatur?*

MIliti quid legatum in ſingulos annos, quibus in Italia eſset, dum autem miles Reip. cauſa abeſt, legatum amiſit. Sed poteſt reſtitui ad legatum perendum *hic & l.17. §.1. h.t.* ſed ita ut ipſe fideicommiſsum præſtare cogatur, quo oneratus fuit, nec enim ideò ſuccurritur militi, ut injuſtum adquirat lucrum, ſed ne ſit in damno *Bachov. c. ult. h.t. p.* 1209. collige; abſenti reſtitui actionem cum ſuo onere.

## ad L. Non verè. 42.

NOn eſt Reip. cauſa abſens, qui voluntariam legationem ſubit ſui commodi cauſâ, Autor *in C. h.t.ad L.36.* quia nullam affectatam præbet excuſationem. Autor *in II. h. t. ad L.4.*

## ad L. Si quis. 43.

*SUMMARIUM.*

*Abſens Reip.cauſa ad lucrum amiſſum reſtituitur.*

AD lucrum amiſsum Reip. cauſa abſens reſtituitur, non captet quis lucrum ex pœna & damno alterius *l.18. & ſeq.h.t.* Hic habetur exemplum, ſi quis annua 100.ſtipulatus ſit quoad ipſe vel promiſsor in Italia eſset & alteruter Reip.cauſa abeſset & ſic deficeret conditio, hoc ſtipulatori fraudi eſse non debet.

ad L.

## Ad L. Is qui. 44.

*SUMMARIUM.*

*An abſens reſtituendus, ſi idem damnum domi paſſurus fuiſſet?*

TUm datur reſtitutio abſenti, ſi ob abſentiam læſus ſit; undè colligunt, impedimentum allegatum ſemper eſſe debere cauſam immediatam læſionis. *Odd. quaſt.27.art.4.* Ceſſat igitur, ſi idem damnum domi eſſet paſſurus. Nam ſi antequam abiret, rem ſuam eſſe ignoravit, quæ ab aliis poſſidebatur, ſi reverſus impleta uſucapione id reſciſcat, & tamen appareat, non prius ipſum illius rei notitiam conſecuturum fuiſſe, etſi ſemper adfuiſſet, reſtitutio omninò neganda. *Hill. in Don. l.21. cap.5. lit.H.in fine.* Rem hanc aliis exemplis declarat *Mauritius de reſtit. qu.358.* Sic ſi quis abſens fatale damnum paſſus eſſet, quod etiam præſenti accidiſſet, non datur ei reſtitutio, quia damnum hoc non immediatè ob abſentiam ipſi accidit *Dn.Manzius ad hunc titul.num.22.& ſeqq.* Sic ſi immiſſionem in bona nec præſens evitare potuiſſet, non datur reſtitutio. *l.41. de Reſt.militum Dn.Manzius h.t.num.75.*

## ad L. Milites. 45.

MIlites Reip. cauſa abſunt, quia ſine periculo vitæ à ſignis recedere non poſſunt; de quo ſupra. Autor *in C.tit.de Reſtit.milit.ad L.ult.n.5.& ſeqq.*

## ad L. Ult.

PRivilegiatus abſens contra abſentem eadem ex cauſa reſtituitur, ſi ille de damno militet. *Lancellotus Politus in rep.l.filium quem habentem C. fam. herc. numer.113. Oddus de Reſt. in integrum. qu.18 art.4.n.33. Menoch. l. 4. præſumt. 189. numer. 124. Pruckman. vol. 1. conſ.3. num.85. Manzius h.t. num.106.* Autor *in C. t. de Reſtit. Milit. ad L.5. num.3.*

---

## TITULUS VII.

### *De Alienatione Iudicii mutandi cauſâ facta.*

## ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Quænam concurrere debeant, ut alienatio dicatur facta judicii mutandi cauſa? num.1.*
*Quæ actiones dentur ex hoc edicto? 2.*
*Res litigioſa quomodo fiat? 4.*
*An exceptio litis in potentiorem translata in ſecunda inſtantia opponatur? 6.*
*Ceſſio nominis in potentiorem an mereatur amiſſionem crediti? 9.*
*Quiſnam lucretur illud debitum? 8.*

1 SI quis rem alienaverit (1) Judicii non præſentis, ſed futuri mutandi cauſâ, & ſic ante Judicium (2) & quidem per actum inter vivos. (3) Ut duriorem Adverſarium mihi ſubſtitueret. (4) Idque dolo malo. Autor *in C. t. Ne liceat potentior. ad L.unic. n.6.* (5) Mea interſit rem non eſſe alienatam, (Et hæc omnia concurrere oportere, tradit *Dn. Manz. de reſtit. ad hunc titul.num.46.*) datur Reſtitutio in integrum, & actio in factum, quanti mea intereſt, alium adverſarium me non habere. *Surdus dec.172. num. 2. Franzkius ad h.t. numer.5.* & competit etiam actio directa in ipſum poſſeſſorem, *ex l.un.C.h. t. ibique* Autor *num.2.* ut ſcilicet Domino magis conſultum ſit, & actio realis utilis contra eum, qui dolo deſiit poſſidere, de quo *Manzius h.t.numer.53.& ſeqq.* ſed eligendo realem, amittit actionem in factum, non contra. *Vid.not.l.57.§.9.ff.*
3 *ſolut. matr. & Mev.p.4.deciſion.* 104. Ex quo apparet,
huic actioni in factum non dari locum, ubi propter valetudinem quis alienavit, vel ſi mea non interſit. *Weſenbec. in ff. hic numer. 6. Klock. conſ. 39 nu-*
4 *mer. 37.* Si autem res ſit litigioſa, quod in Realibus fit
citatione, in perſonalibus litis conteſtatione, nulla eſt alienatio. *Auth. Litigioſa. C. de Litig.ibique* Aut. *num.1.* quæ communis eſt opinio, teſte *Surdo d.l.num.3. l.2. & fin. C. de Litigioſ. VVeſenb.d.t.num.5.Klock. vol.2.*
5 *conſ.55.num.14.* Et ſi in potentiorem fiat ceſſio nomi-
nis, plectitur jactura nominis, per *l.2. C. Ne in potentiorem. ubi vide notata* Dni. Aut. *numer. 1.* Sed po-
6 teſtne Exceptio, quod lis in potentiorem translata, in
ſecunda inſtantia opponi? Aff. quia Creditor hoc caſu creditum amittit, ideòque hæc exceptio eſt per-
7 emptoria, & ſic in Appellatione admittenda. Sed ceſ-
ſio nominis in potentiorem alias non meretur amiſſionem Crediti, niſi ceſſio animo doloſo fiat, & hoc fine ut debitor vexetur. *Mev. p. 2. deciſ.50.* Autor *in*
8 *C. d. t. Ne lic.potentior ad L.2. num. 5.* Sed lucraturne
debitor ceſſus illud debitum? Negare videtur hoc *Dn. Mevius p.2.dec.174.* quia utitur verbo *MULCTANTUR.* Sed pace tanti Viri quod dixerim, non videtur firmiter pro Fiſco concludi poſſe ex eo verbo. Nam id verbum, *MULCTARI,* non ſemper ad pœnam Fiſcalem arbitrariam pertinet. Nam in *l.præced. 1.* idem verbum habetur, ſi quis potentiorem Advocatum ſibi adſciſcat; & Gloſſa verbum jacturæ explicat per amiſſionem, & de Fiſco nihil habetur. Dd. ipſi implorationem debitori dant: at ſi Fiſcus poſſit exigere nomen, potentiorem habebit adverſarium debitor, & datum fuit hoc debitori ob vexationem, quam à potentiori paſſus eſt.

## Ad L. Aut alium. 2.

*SUMMARIUM.*

*Quibus modis durior adverſarius alieni obtrudatur?*

DUrior Adverſarius nobis obtruditur multis modis, ſi v.gr. ſit alterius juriſdictionis, vel ſit potentior, *per l. præced.* vel ſi ſit contentioſior cautelarum artifex, calumniator, & malus practicus.

## ad L. Quia etiam. 3.

*SUMMARIA.*

*Cur durior reddatur conditio mea obtruſione hominis alterius fori? n.1.*
*Qui vi vel clam opus fecit, tenetur id tollere. 2.*
*Quid ſi ædificans ædes nunciato ſibi novo opere vendat. 3.*
*Quinam potentiores vocentur? 5.& 6.*
*An Clerici, milites, &c. hoc nomine veniant? 7.*
*Quomodo hæc actio ab alienatore evitari poſſit? 8.*

1 IN *principio legis tertiæ* redditur ratio, cur durior reddatur conditio mea, ſi alterius fori homo mihi obtrudatur, quia ſcilicet ipſius forum ſequi debeo. Sed huic rationi opponi poteſt, quod actio in rem non poſſit tantum in loco domicilii intendi, ſed in loco rei ſitæ: ſed ſufficit, quod habeam electionem, ut poſſim vel in loco domicilii convenire vel in loco rei ſitæ, prout mihi commodum viſum fuerit; ſed quando aliquis mihi ſubſtituit alienæ juriſdictionis hominem, ibi non poſſum non gravari; nam ſi res non reperiatur hic, teneor ipſum in loco domicilii convenire. Durior etiam fit conditio rei petitæ, ſi manumittatur ſervus, quem vindicaturus ſum, quia prætor favet libertati & fortè liquidiſſimas requiret probationes.
*In §. 2.* proponitur caſus, ſi quis vi vel clam opus
2 fecerit, tenetur interdicto & aquæ pluviæ arcendæ, ut

opus

opus ſuis impenſis tollat, quando verò poſſeſſor rem, unde damnum timetur, alienavit, novus poſſeſſor non tenetur, ut ſuis expenſis tollat novum opus, ſed ut tantum patiatur tolli. Autor *ad L.8.n.fin.C.de Servitut.* Atqui dices, qui novum opus fecit, licet non amplius poſſideat, tenetur tamen impenſas ſuppeditare *l.16.§.fin. ff. quod vi aut clam.* Sed reſpondeo, intereſſe in hac reſtitutione & impenſas litis hujus, *Bach. ad h. t. num.* 8.

3 *In* §.3. formatur ſic caſus; Ædificanti tibi nuntio novum opus, tu ſtatim rem vel ædes vendis; emtor ſtatim me id primo non animadvertente ædificat, hic neuter tenetur ſuis impenſis opus novum tollere, non tu, quia contra inhibitionem non ædificaſti; non emptor, quia ille contra prohibitionem non ædificavit, nam ipſi non nuntiavi novum opus. Ergo teneris ad intereſſe ob alienationem factam & teneris ſerre impenſas tollendi operis. Nam duriorem meam cauſam feciſti.

4 *In* §.4 dicitur, quod officio judicis tantum conſequatur quantum interſit, alium adverſarium non habere, & non poteſt hæc actio locum habere, ſi intereſſe non poſſit probari. Potentior hic dicitur, cui
5 pares eſſe non poſſumus, i. e. qui potens eſt, non opibus, i. e. divitiis, non dignitate, ſed facultate vexandi ob officium, v. g. Si quis Rectori provinciæ cedat nomen. *Dn.Mevius p 2.dec.*175. ſi autem res, vel actio in potentiorem ratione officii fiat, alienatio ipſo jure nulla. *d.l.1 & 2. C. ne liceat potentior. ibique* Autor *ad d. L.1.n.2.& ſeqq. Oldend.claſſe* 1. *act.* 11. *num.* 3. *Dn.*
6 *Manzius ad h.t. num.*12. Sic etiam putem, qui Cancellario Principis cederet, id in potentiorem translatum eſſe *cum Card. Tuſcho. concl.* 463. *num.* 5. ubi plures
7 perſonas recenſet privilegiatas, v. g. Clericos, milites, imò ipſas Eccleſias, quod non placet; nam privilegiati neminem ſuo privilegio opprimunt, ſed tantum à vexatione liberant, *vid. not. ad l.* 2. *C. ne liceat potentior.* & notat *Hillig.ad Don.l.*18.*c.*11.*Lit.L.&* M. Potentiores videri etiam extraneos, quos in ſuo foro convenire cogor. Hoc tantum in privilegiato, cui nomen caſſum; notandum, quod non ſuo, ſed cedentis jure ac privilegio utatur, de quo alibi.

8 *Ad* §. *ult.* Actio ex hoc edicto evitari poteſt, ſi alienator ſe offerat ad excipiendam utilem rei vindicationem; nam non datur hæc actio, ubi translatio non mutat litem, nec detrimentum infert actori vel reo, cum deficiat intereſſe, quod hic conſideratur. *Dn. Mevius p.* 4. *dec.* 103. Sic etiam non competet actio, ubi in ſimilem & æqualem perſonam facta translatio. *Carpzov. p.* 1. *Conſt.*32.*def.* 23. Sed an contra utilis actio evitari poſſit, ſi quis Prætorium Judicium ſuſcipere paratus ſit, *vid. Bachov. in Treutl. vol.* 1. *diſp.* 11. *theſ. fin. lit.B.Conf.Pac. cent.*3.*qu.*14.*& ſeq. Hillig. in Don. l.* 20. *c.*3. *lit.L.*

## ad L. Item ſi res. 4.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi res alienata ab emtore ſit uſucapta? num.*1.
*Quid in hoc Edicto requiratur?* 2.
*Etiam juſta Appellatio execratione litis deſeri poteſt.*3.
*Malunt viri boni re carere, quam in juſtitia officina conſtuprata vexari.* 4.
*Ad quales alienationes hoc Edictum pertineat?* 5.
*An ad hanc actionem admittatur, cujus non intereſt, rem alienatam eſſe?* 6.
*Officiales Principis poſſunt litem de cauſa criminali Advocato fiſci committere.* 7.
*Inferiores magiſtratus, ſalvo hoc edicto, inquiſitiones ſuperiori committunt.* 8.
*Quamdiu hæc actio duret, & an in hæredem detur?* 9.

1 IN *L.* 4. *pr.* agitur de re alienata & ab emtore uſucapta. Hic datur utilis actio contra alienatorem. Sed. inquis. ſi alienator retinuiſſet rem, ipſe uſucepiſſet rem? Reſp. ponendos eſſe terminos habiles i.e.v.g. ſi res ſit immobilis, quam contractando non committitur furtum.

2 *In* §. 1. notanter dicitur, duo hæc concurrere debere in hoc ſecundo edicto. 1. dolus; 2 judicii mutandi intentio, adeo ut ſi alterum deficiat non habeat locum hæc actio. Ergo ſi quis dolo faciat, ut à re transferat, ſi non faciat mutandi judicii cauſa, non tenetur. E contrario in verſ. *non tamen*, dicitur poſſe aliquem bene declinare judicium & rem deſerere ſine dolo.
3 Nam non alienat, qui omittit poſſeſſionem. Verecunda cogitatio ejus eſt, qui lites execratur, boni enim viri execrantur lites. *Barb. locupl. l.* 10. *capit.* 23. *ax.* 26 *Carpz. p.*1. *ca.*1. *def.*9. & poteſt etiam juſta lis aut Appellatio execratione litis deſeri. *Mev. p.* 4. *dec.* 187. & cuilibet liberum, à lite deſiſtere, per *l. Reſtituiſſet. & ibi not.* Dni Autoris *num.* 1. *ff. de judic. vid. Camill. Borell.*
4 *de Compromiſſ.* 4. 1. *gloſſ.* 1. Multi boni viri malunt re aliqua carere, quam moleſtia judiciaria vexari, præſertim quando vident Sacro-Sanctas juſtitiæ officinas ubique conſtupratas, ex *Oldendorp. d. claſſe* 1. *act.* 11. *numer.* 3. *Dn. Manzius numer.* 25. *ad h. tit.* Non ſolum
5 autem ad eam alienationem pertinet hoc Edictum, qua quis vult dominium transferre, ſed qua etiam poſſeſſionem vult transferre. *Paragraph. ſecund.* Si quis etiam occupationum ſuarum gratia vel ob ætatem vel valetudinem actiones vel res ſuas aliis vendat, non coercetur hoc Edicto, quia deeſt dolus, nam licuit ſemper per procuratores agere & poſtea actiones cedere. Ad alienationem judicii mutandi cauſa factam pertinet etiam ſervitutis conſtitutio, ſi is, qui à me timet controverſiam, ſervitutem conſtituat vicino in fundo, quem vindicaturus ſum. §.4.

6 *Ad* §. 5. Ille tantum ad hanc actionem admittitur, cujus intereſt, rem non eſſe taliter alienam. v. gr. ſi quis impenſas fecerit, aut ſi quam aliam incommoditatem ſenſerit, item ſi res perierit, quod non eſſet factum, ſi alienata res non fuiſſet. Sic ſi res non fuit petitoris non poteſt agi hac actione; & translatio in
7 eum, cujus ea res, non nocet. Unde probat *Mev. p.*4. *dec.* 289. quando officialibus Principis ſuper juriſdictione criminalis lis movetur, quod tunc illam litem committere poſſint Advocato fiſci, ad quem illa lis
8 propriè pertinet. Sic ſæpius fit, quod inferiores Magiſtratus ob paupertatem inquiſitionis ſumtibus impares ſuperiorem implorent, ut ille inquiſitionem inſtituat per procuratorem fiſci, quo caſu tamen in hoc edictum non peccatur, nec hoc fit dolo. Et ſuperioris omnium maximè intereſt, ne delicta maneant impunita.

9 *Ad* §. *fin.* Hæc actio annalis eſt, quia eſt Prætoria, & ex delicto; & ideo contra hæredem non datur, ſed ex parte Actoris eſt rei perſecutoria, & ideo hæredi datur. *l.*4.§.*fin. h. tit. Weſemb. in ff. h. tit. numer.* 7. *conf. Oldend. cl.*1.*act.*1.*quæſt.*3.*Manzius hic n.*41.*& ſeqq.* Et *ex hoc* §. colligitur, delictum i. e. dolum dediſſe cauſam huic titulo. Et ſic ſi ſine fraude fiat etiam ceſſio in potentiorem, non erit pro fraudulenta habenda; ut ſi nomen ſit certum. *Mev. d.*51. Autor *in C.t.Ne lic. potent. ad L.*2.*nu.*7.

## ad L. Vel ſimilem. 5. & 7.

### *SUMMARIUM.*

*Qualis hæc ſit actio & contra quos detur?*

HÆc actio eſt quidem non pœnalis, ſed rei perſecutoria; non ad vindictam tendit, ſed intereſſe perſequitur. Ergo Hæredi datur, ſed non contra hæredem, nec contra bonorum poſſeſſorem, qui loco hæredis eſt nec contra fidecommiſſarium. Nulla enim Actio ex delicto, utcunque rei perſecutoria ſit, in hæredes datur in ſolidum, ut per inductionem probavit. *Bach. cap.*1.*decad* 56.*Fabr.*78.*& ad h.t.p.* 1229. Autor *in C.t. de Pœnis ad L.*22. *num.* 1.

ad L.

### ad L. Vel poſt. 6.

QUamvis hæc actio ſit rei perſecutoris, quia tamen ex delicto datur, ideo annalis tantum eſt & ad annum datur.

### ad L. Ex hoc edicto. 8. §. 3.

*SUMMARIA.*

*Quomodo durior mea reddatur conditio? num. 1.*
*Quid ſignificet alienare? 2.*
*Hæredis inſtitutio huc non ſpectat. 3.*
*Qualis alienatio hic prohibeatur? 4.*
*An venditori ſuo redhibens rem, aut ceſſionarius retrocedens hoc edicto puniatur? 6.*

1 DUrior redditur conditio mea, ſi Adverſarius
exhibeat rem, ſed in alio ſtatu v. g. uſucaptam,
cum perinde ſit, ſive rem in alium ſtatum tranſtulerit
ſive penes ſe habeat, ſed ego cum effectu conſequi non
poſſim *pr. h. l.* Non verò de præſente lite loquitur Edi-
ctum, nam ſi de re lis, quæ alienatur, alienatio eſt ipſo
jure nulla, ſed requiritur, ut futuræ litis metu fiat.
2 Alienare autem non ſignificat dominii translationem,
nam alias non poſſet dari ſi verè alienata fuiſſet. Et
ideo Alienationis verbum hic accipitur pro tali actu,
per quem, ſi dominium eſt penes alienantem, domi-
3 nium transferri ſolet. Hæredis inſtitutio vel Legatum
huc non ſpectant. Autor *ad L. 3 num. 4. C. de Teſtam.*
Nam ſi quis nomen litigioſum leget, eventum litis le-
gaſſe videtur. *Nov. 112. cap. 1. Auth. nunc ſi hæres. C. de*
4 *Litigioſis.* Alienatio inter vivos hic prohibetur, non
vero inſtitutio hæredis vel legatum; nam hæc alienatio
eſt neceſſaria, & oportet moriturum alicui relinquere,
ſive in Teſtamento, ſive ab inteſtato. *Cyprianus Regn.
in cenſ. in h. l.* ubi dicit, non tamen fraudem Teſtatoris
mulctandam eſſe, quod quomodo fieri poſſit, ſuo loco
relinquo. Sed Principi non licet relinquere. *§. fin. Inſt.
Quib. mod. Teſtam. infirm. & ibi Dn. Manzius Denell.
lib. 6. c. 17. lit. O. & ibi Hillig.* Et tale teſtamentum, in
quo litis cauſa princeps inſtitutus eſt, nullum eſſe, de-
5 fendit *Dn. Manzius de Teſtam. tit. 6. quæſt. 7. num. 36.* Si
res à me vindicanda alienata quidem fuerit, ſed tamen
iterum recepta, quia non durat alienatio nec in effectu
durior fit conditio mea, nec factum alienationis per
ſe illicitum.

6 *Ad §. fin.* Qui venditori ſuo redhibet rem, non vi-
detur judicii mutandi cauſa alienare. Sic ceſſionarius,
licet ceſſionem retrocedat cedenti potentiori, non etiam
alienavit judicii mutandi cauſa. *Dn. Mev. p. 4. dec. 351.*
7 quia facilius res ad priſtinam naturam revertitur. Sic
ſi aliquis actione reali conventus nominet autorem, &
is compareat, ac litem ſuſcipiat, non eſt ea alienatio
hic vetita. *Mev. p. 4. dec. 352.*

### ad L. Nam & 10.

*SUMMARIUM.*

*Ceſſante dolo, ceſſat hoc Edictum.*

QUando alienatio fit ex neceſſitate, ceſſat dolus & ſic etiam hoc Edictum. Autor *in C. t. Ne lic. patrocin. ad L. 2. num. 7.* Et ſi Tutor alienaverit dolo è & animo judicii mutandi cauſa, datur in ipſum tutorem vel curatorem actio.

### Ad L. Pen.

*SUMMARIUM.*

*Cum ceſſi actionem militi, an poſtea ipſe poſſim agere?*

HAbui actionem realem contra Te, ſed actionem illam ceſſi militi, & quidem Judicii mutandi cauſa, & in potentiorem, quæritur, an valeat? Reſp. quod non. Sed ſi ego velim agere, non miles, dabiturne mihi actio? Affirm. quia ego retineo actionem directam, & videor non litem, ſed ipſam rem donaſſe. Ex *hoc textu* poteſt colligi; Licet ceſſio in potentiorem facta fuerit, ſi tamen ipſe cedens agat, ceſſare pœnam, *Tit. C. ne liceat. potent. Mev. p. 3. dec. 52.*

### Ad L. fin.

*SUMMARIUM.*

*Quænam pœna illius ſit, qui fundum communem pro ſua parte vendidit, cum ſciret, ſocium communi dividendo acturum? numer. 1. & 2.*

1 HAbui cum Titio fundum communem, & cum
ſcirem illum mecum acturum communi divi-
dendo, & victurum eum, qui plus licitatus fuerit;
ideo cum me imparem ſentiam potentiori, meam par-
tem vendidi. Pœna hujus rei eſt, quod nec ipſe emtor,
nec ego agere poſſim communi dividendo propter
impenſas. Hic ergo prohibitum eſt judicium communi
divid. Nota hic, quod re litigioſa vendita & evicta,
detur proceſſus contra ipſum tertium ſive ſcientem
ſive ignorantem, per *l. 1. § ult. ff. quæ res pign. & ibi not.*
Dni Autoris *numer. 4. & l. fin. C. de Litigioſis. ibique*
2 Autor *nu. 8. & ſeq.* Ex *verbis ultimis hujus Legis* probat
*Cujacius lib. 10. obſ. cap. 3.* ei, cui ceſſum eſt nomen ju-
dicii mutandi cauſa, eam denegari actionem, cui addit
*Dn. Manzius ad h. tit. num 60.* quod ſi non denegetur
actio, denegari tamen debeat privilegium fori, vel ſi
quod aliud privilegium habeat, quod non habet is,
qui ceſſit; & denegari debeant ceſſionario actiones, niſi
paratus ſit eo jure agere, quod cedens uti debuiſſet.
*Manzius d. l. conf. etiam Hill. in Don. l. 15. cap. 27. lit. B.
Cyprianus Regnerus in cenſura ad l. 11.*

---

## TITULUS VIII.

*De Receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant.*

### Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Arbitrium & judicium quomodo differant? num. 1.*
*Annon arbiter ob contumaciam audientiam denegare poſſit? 2.*
*Inter triplices Arbitros quinam ſint ſtatuendi? 3.*
*Quinam ſint Arbitri juris? 4.*
*Arbitri aſſumtitii quinam? 5.*
*Quinam arbitratores, & arbitri in ſpecie. 6.*

1 ARbitrium ad ſimilitudinem Judiciorum reda-
ctum eſt, niſi ſcil. in Jure differentia exprimatur.
Autor *in C. h. tit. ad L. quint. numer. decim. ſeptim. &
decim. octav.* Exempli gratia per judicium inducitur
litis pendentia, hæc tamen coram arbitris non indu-
citur. *Gail. lib. prim. obſ. 141. num. tert.* Sic licet judex
mulctare poſſit, per *l. un. ff. ſi quis jus dicenti non ob-
temperaverit*, hoc tamen Arbitrio non competit, per
tradita *Cagnoli ad l. un. numer. 159. & ſeqq.* ubi *num 62.*
id dicit locum non habere in Arbitrio, vigore ſtatuti
2 electo, de quo tamen dubito. Sed hic aliud quæritur,
licet arbiter mulctare non poſſit, annon ob contuma-
ciam poſſit denegare audientiam, donec expenſas re-
fundat, per *l. ſancimus. 15. C. de judiciis. ibique* Autor
*n. 5.* quod quidem affirmat *Jaſon*, à quo tamen diſſentit
*Zaſius*, ubi dicit, per totam Germaniam ita obſervari,
ſcilicet quod ob contumaciam audientia ab Arbitro
non poſſit denegari. *Zaſius in d. l. ſancimus num. 6. C.
de judic. Conf. Hieron. Gratus. vol. ſecund. conſ. 111. num.
trigeſim. prim.* de differentiis autem agit *Speculat. lib.
prim. p. 1. paragraph. quart. de Arbitr. Don. lib. ult. cap.
ult.*

Digitized by Google

3 *ult.* Sunt autem Arbitri triplices. [1] Statuarii, qui ex ſtatuto inducuntur, & quorum cognitioni partes ſe ſubmittere tenentur, & tales ſunt illi, qui inter conjunctas perſonas alicubi conſtituuntur ex ſtatuto, ut in Hiſpania, de quo ſtatuto paſſim Dd. Hiſpani, aliique, *ut Horat. Carpanus ad ſtat. Mediol. vol.1.c.125.num.1.& 5.& Hillig. l.28.c.14.lit. A. & Camill. Borellus in tract. de Compromiſſis ſtatim in princ.* Huc etiam Auſtregarios judices refert *Franzkius ad ff. h.t.n.6.* [2.] alii ſunt Juris, qui a Judice conſtituuntur ad litem inter cohæredes
4 de judicio famil. herciſc. vel pro ſocio, vel ad articulum juris aliquem definiendum, ut an fidejuſſor idoneus ſit vel non, & ſimilia. [3.] dicuntur arbitri aſſumtitii, quia à partibus eliguntur. Et hi vel dantur, ut ſimpliciter rem aliquam æſtiment vel definiant, nullo obſervato ordine judiciario, & hi propriè Arbitratores dicuntur; Autor *in C. h. t. ad L. 1. nu.16.& 18. Et ad L. 2. numer. 6. & 7.* aut ut adhibita cauſæ cognitione quæſtionem controverſam ad modum judicii definiant; Et hi in ſpecie arbitri dicuntur. *Lud. Molin. de Juſt. & Jure tr. 5. diſp. 3.*

## Ad L. Ex compromiſſo.

*SUMMARIA.*

*An ex laudo detur exceptio judicati? nu. 1.*
*Reductio hodie quando peti poſſit? 2.*
*Quam vim habeat ex laudo? 3.*

1 EX laudo, id eſt, ſententia Arbitri, Autor *in C. h.t. ad L. 1. numer.* 10. non datur Exceptio Judicati, bene tamen pacta, imò etiam hodie indiſtinctè Actio & Exceptio, quando jurata eſt compromiſſio, vel quando partes ſubſcripſerunt ſententiæ, vel quando per decendium tacuerunt, & non oppoſuerunt querelam nullitatis, vel reductionem ad arbitrium boni viri petierunt. *l. 4.& ſeq. Auth. ubique* Autor *num.* 10. *Et ad*
2 *L.5.numer. 9.C. h. t. Pacius cent. 3. quæſt. 13. Molin. tr. 5. diſp. 34. numer. 5.* Nam reductio hodie indiſtinctè peti poteſt, *Joh. à Sande lib. 1. tit.14.d. 1.* Aut. *in C. h. t. ad L. 1. numer.15.* & quidem apud eum, qui alias judex ordinarius futurus erat. *Gail. lib. 1. obſ. 149. num. 2. Mynſ. c.2. obſ. 61. Joh. a Sande d. t. 14. d. 2.* Aut. *in C. h. t. ad L. 5. num.* 14 Et hanc Reductionem ad 30. annos fieri poſſe, autumant Dd. vulgo, de quo alibi. *ſc. ad L. 27. num.12. 13.h. tit. Et vid. Fachin. l. 8. cap.95. Sande d. tit 14. def. 3.* Et hæc Reductionis petitio ſuſpendit executionem Laudi. *vid. Chriſtinæus vol. 2. dec. 143. numer. 8. & ſeq.*
3 *Sande d. l. d. 4.* Sed ut redeamus ad Exceptionem, eſt hæc Exceptio litis finitæ, ut Exceptio rei judicatæ & tranſactionis *Dn. Mev. p. 2. dec. 280. Gail. lib. 1. obſ. 150. num. 13.* & hoc locum habet, licet nudo pacto ſit compromiſſum. *Dn. Mev. d. l.* & poſſunt decerni mandata cum clauſula de ſervando Laudo, ſive ad partem ſive ad judicem. *Dn. Mev. d. l.*

## ad L. Labeo ait. 3.

*SUMMARIA.*

*An ſententia arbitri contra pupillum rata habenda? numer. 1.*
*An ad arbitrium quis compelli poſſit? 2. & 3.*
*Quinam arbitri eſſe poſſint? 4.*

1 IN *principio* proponitur, quod quis fuerit tutor quem voluit convenire pupillus poſt finitam tutelam. Sed compromiſerunt in me, ego abſolvo tutorem, quæritur, an prætor ratam habere debeat ſententiam? Quod negatur, nam contra ſententiam datur exceptio. Et ideo præſupponendum eſt, cum autoritate & conſenſu curatoris fuiſſe compromiſſum. *de quo pluribus cum*
2 *Fabro agit Bach. ad h. tit. capit. 2. p. 1245.* Nemo eſt ad arbitrium compellendus, unde etiam aliquis ad tranſactionem compelli nequit. *Menoch. l. 2. A. quæſt. caſu 442. numer. 8. Carpzov. lib. tertii. Juriſpr. Eccleſ. def. 26. numer. 2. Vid. not. ad l. 6. §. 4. de his qui notant. infam.* Sed quemadmodum in certis caſibus ob rationem ſtatus partes ad tranſactionem compelli poſſunt, ne turbetur Reſpublica; ita per ſtatutum illud diſponi poteſt, ut *in L. 1. notatum*, & à ſuperiori ob utilitatem publicam hoc juberi poſſe, non ambigo. Sed &, ubi quis ſe-
3 mel ſuſcepit arbitrium, cogendus ille eſt expedire, quod ille expediendum ſuſcepit, quia non debent decipi qui eum quaſi Virum bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt: nam poſſet contingere, quod explorarit utriuſque partis jura & in gratiam alterius nollet pronunciare fortè corruptus ab altera parte. Præſertim ſi pecuniam acceperit, cogendus eſt arbitrium ferre, ſeu ſententiam pronunciare vel laudum.

4 *In §. fin.* autem quæritur, quinam poſſint eſſe Arbitri? Et reſpondetur, quod omnes poſſint. Sed excipiuntur Magiſtratus ipſi ad quorum cognitionem cauſa dijudicanda ſpectat: Cæterum is, qui Judex eſſe nequit, nec poteſt eſſe arbiter. Autor *in C. h. t. ad L. ult. nu. 2.*

## ad L. Nam magiſtratus. 4.

*SUMMARIA.*

*Par in parem non habet imperium, quomodo intelligatur? num. 1.*
*Primogenitus punire poteſt fratrem ultrogenitum. 2.*

1 PAr in parem non habet imperium, de qua regula vid. *Barb. lib. 14. c. 3. axiom. 5. & Klock. vol. 1. conſ. 13. num. 13. & 57. & conſ. 29. num. 714.* Limitatur autem hæc regula, quod non habeat locum in Condominis, quorum alter delinquens ab altero judicari poteſt, per tradita *Klockii d. conſ. 13. nu. 59.* item quando Territoria diviſa & diſtincta. *Menoch. 298. num. 14.* & quos refert
2 *Klock. d. conſ. 13. nu. 60. & ſeqq.* Sic primogenitus habens adminiſtrationem, fratrem punire poteſt. *Menoch. conſ. 466. n. 25 & Klock. d. l. licet idem, ſive potius Merckelbach. d. conſ. 29. num. 417. aliter ſentiat.*

## ad L. Sed & 5. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*Etiam filiusfam. arbiter eſſe poteſt.*

FIliusfamilias poteſt eſſe Arbiter; nam hoc pendet à libera voluntate partium. Imo in cauſa patris poteſt eſſe Arbiter, &, ut dictum, à libera voluntate partium hoc dependet, & eſt inſtar judicis, nec attenditur jus poteſtatis *l. in privatis. 77. ff. de judic.*

## ad L. Pedius. 7. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*An infamis arbiter eſſe queat?*

IN *princ.* notetur, quod etiam infamis eſſe poſſit arbiter. Ratio dubitandi eſſe poteſt, quod arbiter debeat eſſe vir bonus, in virorum autem bonorum cenſu infamis eſſe nequit. Ratio decidendi, quod ſufficiat ad id munus obeundum, litigatores fidem ejus tanquam boni viri ſecutos eſſe *Ant. Matthei ad l. 48. tit. 18. cap. tertii. numer. tertii. M. Ant. Blancus de Compromiſſ. qu. ſecund. nu. 13. Joh. Baptiſta de comprom. lib. 4. cap. 10.* Autor *in C. t. de Infamib. ad L. un. num. 5.* Sic ſervo non poteſt deferri arbitrium. Sed ſi duobus, habili & inhabili, datum eſt arbitrium, hoc nullum eſt, ſed ſi pluribus in ſolidum datum eſt, ut vel unius ſententia valeat, poterunt ſinguli compelli *l. 8. h. tit.* alias arbitrium datum, collectivè datum videtur. *Ronchegallus ad L. Reos paragraph. tabulis. numer. 17. ff. de duob. reis.* Hinc quæritur, an laico & clerico poſſit dari arbitrium in cauſis ſpiritualibus? Et affirm. *per. c. per tuas. 9. & ibi Panorm. numer. 3. X. de Arbitris. & Joh. Baptiſta in tract. de Arbitris, qui habetur vol. 3. tractatuum lib. 4. c. 15.*

ad L.

## Ad. L. Sed ſi 9.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi in ſervum fuerit compromiſſum? n.* 1.
*In pupillum fruſtra compromittitur.* 2.
*An judex ordinarius arbiter eſſe valeat?* 3.
*Quis arbiter ſententiam dicere cogendus non ſit?* 4.
*Hodie compromiſſa ſunt frequentiſſima.* 5.

1 SErvum non poſſe eſſe Arbitrum, dictum antea, *in*
*L. praeced.* ſed quid ſi in ſervum compromiſſum &
ſervus interim liber factus ſententiam tulerit, quæ-
ritur, an valeat? R. quod ſic, ſi partes conſentiant, ut
2 adeo fieri videatur ex novo compromiſſo. In pupillum
fruſtra compromitti dicitur *in* §. 1. *h. t.* quia ad mini-
mum 20. annorum oportet eſſe Arbitrum *l.* 41. *h. t.*
Nec in ſurdum aut mutum compromitti poteſt. *hac l.*
9. §. 1. In judicem, qui de cauſa illa judicaturus eſt,
non rectè compromittitur. Sed diſtinguitur inter
3 Arbitrum & Arbitratorem, Autor *in C. h. t. ad L.* 1.
*num.* 16. & 18. *Et ad L.* 2. *num.* 6. & 7. Non Arbi-
ter, ſed tamen Arbitrator, id eſt, amicabilis compo-
ſitor poteſt eſſe judex ordinarius. *Vid. Menoch. conſ.*
573. *num.* 16. *Lud. Burgeſius in repet. l. ſi ſe ſubjiciant.*
*ff. de judic. num.* 62. *Donellus lib.* 17. *cap.* 10. *lit. EE.*
ad judicem jam datum & aditum hunc textum re-
ſtringunt, de judice futuro affirmant, quod dari poſſit
arbiter, cum nulla id ratio prohibeat. *Aliter Blancas*
*de Compromiſſis qu.* 2. *num.* 41. *& ſeqq. Dn. Zieglerus ad*
*Lancell. lib.* 3. *tit.* 4. §. 2. Sed Jure Canon. videtur eti-
am Judex ordinarius Arbiter eſſe poſſe, *per c. cum*
*tempore. X. h. t. Gloſſa hic*, *& Balbus deciſ.* 410. *L.* 1.
§. *& poſt operis.* 9. *de novi operis nunt. & ibi Caſtr. n.* 3.
*Caſt. in l.* 1. *num.*12. *& Alex. ad tit. de judic.* Sic etiamſi
4 manifeſta ſit turpitudo Arbitri, non eſt cogendus ſen-
tentiam dicere, vel ſi a partibus ſit diffamatus, de quo
tamen, an ea diffamatio ſit gravis, prætor cognoſ-
cit. Non debebit cogi etiam, ſi partes relicto Arbitro
judicem ordinarium adierint, ſcilicet ſi uterque id fe-
cerit. *arg. L.* 30. *h. t.* Hodie in judicio Compromiſſa
5 ſunt frequentiſſima, & utiliſſima ad proceſſum contra-
hendum, Autor *in C. t. de Juriſd. omn. Jud. ad L.* 3. *n.* 5.
ubi Judex ordinarius judicat quidem ex vi ſuæ juriſdi-
ctionis, ſed juxta compromiſſum, quod non immu-
tat illius rationem. *Dn. Mev. p.* 1. *dec.* 98. *nu* 3. *Conf.*
*Salyc. in l. ſi vero. au.* 2. *C. de judic. & ibi Jaſon. n.* 10.
*conf. Carpzov. p.* 1. *c.* 1. *def.* 15.

## ad L. Vel alium. 10.

SI partes compromiſerint in me, & poſtea in alium
compromittant, ego non ſum compellendus arbi-
trium ferre, ob contemtum, & ſi litem conteſtati ſunt,
ſolvitur arbitrium, pœna tamen debetur. *d. l.* 30. *h. t.*

## ad L. Litigatores. 11. & l. ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi partes deſeruerint arbitrum? n.* 1.
*An arbiter cogatur ſententiam ferre?* 2.
*An requiratur ſtipulatio pœna nummaria?* 3.
*Quid ſi ſub certo pacto in aliquem compromittatur? n.* 4.
*Quid ſi pœna ſub conditione ſit promiſſa?* 5.

SI ipſæ partes deſeruerint arbitrum, alio arbitro
1 aut judice adito, non eſt ferenda iſta levitas, ſi
poſtea ad priorem Arbitrum redeant & eum, ut ſen-
tentiam dicat, cogi velint, ſiquidem hæc contume-
lia eſſet. Hoc proponitur *in princ. legis* 11. *In* §. 1. dici-
tur, quod non cogatur Arbiter ſententiam ferre, niſi
2 de pœna compromiſſum fuerit. *Nov.* 82. *c.* 11. Autor
*in C. h. t. ad L.* 5. *n.* 25. Sed hodie ſufficit ſtipulatio,
etiam nudum pactum ſine conventione pœnæ. Hutum
certa eſt obſervantia. Et ſine ſtipulatione pœnæ dan-
tur ex laudo mandata ſine clauſula. *Dn. Mev. p.* 3.
*dec.* 280.
3 *In* §. 2. quæritur, an requiratur ſtipulatio pœnæ num-
mariæ, an vero alia pœna ſufficiat, quæ ſit pecunia
æſtimabilis? quod aff. & declaratur exemplo depoſi-
tionis rei vel pecuniæ factæ apud Arbitrum hac condi-
4 tione, ut reddatur illi, qui paruerit ſententiæ. Sic
etiam, ſi ambo ſibi invicem quid debeant & conve-
niant inter eos, quod velint in me compromittere, cum
hoc pacto, ſi quis non paruerit ſententiæ in puncto
compromiſſi, quod tunc ſuum creditum ab altero ille
qui non paret, petere non debeat. Et obſtare ſic ex-
ceptionem pacti & ſic Compromiſſum nudo pacto fie-
ri dicitur *in* §. 3. utrinque autem vinculum eſſe debet,
& ſi ſtipulatio non ſit mutua, compromiſſum non va-
let, per §. 4. *h. l.*
5 *In* §. 5. quæritur, ſi pœna promiſſa ſit ſub condi-
tione, an pendente conditione cogendus ſit Arbiter
ferre ſententiam? quod negatur, nam ſi conditio defi-
ciat, fruſtraneus erit labor, ſupervacuo autem labore
nemo onerandus eſt, & ideo prætor diem proferet &
cauſa cognita dilationem dabit, nam poſſet actio peri-
re tempore.

## ad L. Pomponius. 13.

### *SUMMARIA.*

*An, ſi pœna compromiſſi accepto lata ſit, arbiter ſenten-*
*tiam ferre cogi poſſit? n.*1.
*An, ſi alterius pœna ſaltem ſit compromiſſa, arbiter ſen-*
*tentiam ferre teneatur?* 2.
*Quid hodie obtineat?* 3.
*Mediator arbiter non eſt.* 4.
*An Arbiter omni tempore ad ſententiam dicendam com-*
*pelli poſſit.* 5.
*Si Arbiter juret, ſibi non liquere rem, an pronunciare*
*teneatur?* 6.
*Arbiter habet remedium paratum tranſmiſſionis acto-*
*rum.* 7.

IN *principio* proponitur hæc ſpecies, paciſcuntur
1 duo compromittentes de certa pœna ejus, qui non
eſt pariturus. Sed antequam feratur ſententia, alter
alteri acceptam fert pœnam ſeu remittit pœnam, quaſi
ſolviſſet, quæritur, an poſſit compelli Arbiter, ut
ſententiam ferat. Et reſpondetur, quod non, quia ille,
cui pœna accepto lata, non tenebitur metu pœnæ pare-
re, ideoque labor Arbitri poterit eſſe inanis per *l.* 11.
§. *ult.*
2 *In* §. 1. proponitur hæc ſpecies, ego, & tu mutuas
controverſias habuimus, de mei controverſiis compro-
miſimus, & ego actor tantum ſum pœnam ſtipulatus
de illis controverſiis, an ſit validum compromiſſum &
Arbiter ad ferendam ſententiam compelli poſſit? quod
affirmandum videtur, quia de una tantum cauſa com-
promitti poteſt, & ſi petitor vel actor ſuccumbat & non
pareat, licet nullam quidem pœnam promiſerit, ta-
men reus abſolutus exceptione eſt tutus: ſed reſponde-
tur tamen, Arbitrum non teneri ſententiam ferre, niſi
utrinque pœna promiſſa, nec ſufficere, ſi alter excep-
3 tione tutus ſit. Sed ut verum fatear, ea omnia, quæ de
pœna compromittentium hactenus dicta, & quod ſine
ea Arbitri hodie non poſſint compelli ad ſententiam fe-
rendam, parum in judiciis curantur, præſertim poſt
*l.* 5. *C. h. t.* Nam hodie Arbiter ſemel ſuſceptum offi-
cium expedire tenetur, & partes ex arbitrio obligan-
tur etiam ſine ſtipulatione pœnæ, quod ſemel pro ſem-
per notaſſe ſufficiat.
4 *In* §. 2. quæritur, an etiam ſit Arbiter & Arbitri mu-
nus expedire debeat, qui pollicitus eſt ſe velle media-
torem eſſe vel ſuo conſilio litem componere vel tracta-
re inter partes & tentare compoſitionem? quod nega-
tur, ſiquidem Arbiter ad modum judicis decidit con-
troverſiam; ſed Mediator non decidit, ſed conſilia

componendæ litis tantum ſuggerit.

5 *In §. pen.* quæritur, quia ſæpius dictum, Arbitrum compelli poſſe, ut ſententiam ferat, an omni tempore poſſit compelli, ut etiam diebus feriatis procedat? quod negatur, nam quibus diebus Judex compelli nequit, ut ſententiam ferat, his diebus nec Arbiter poteſt, niſi periculum ſit, ut expiraret actio, & dies prorogari ſeu proferri ab Arbitro non poſſit, de quo poſtea.

6 *Ad § ult.* Arbiter, ſi juret, ſibi non liquere, non tenetur pronunciare; unde nonnulli probant, Judicem, ſi ſibi non liqueat, poſſe à ſe dimittere partes. vid *Menoch. rem. 3 retinenda poſſ. num.* 748. Sed hoc tantum hîc dicitur, quod dandum ipſi ſpatium; quod ad ordinarium judicem etiam accommodat *Donell l.* 26 *c.* 1. *lit. E.* ubi *Hill. Dd.* refert, qui de hoc aſſerto ſibi

7 non liquere aſſerunt. Sed hodie & judices & arbitri habent paratiſſimum remedium Tranſmiſſionis Actorum ad Sapientes. *Hillig. d. l. lit. G.* quamvis hæc ſæpiſſime fiat, ubi tranſmittendi judici bene liquet, ſed tranſmiſſio fit ad evitandam invidiam &c. Et inter partes conveniri poteſt, ut ſententia à Sapientibus feratur; vel ut arbiter ex Conſilio Sapientum judicet, quo caſu requirere illud, ſed non ſemper ſequi teneri, tradit *Lanfrancus de Oriano in tr. de Arbitr. membr. 5. num. 1. & ſeq.* Sed videnda ſunt verba compromiſſi. Exemplum in fine ſubjeci.

## Ad L. Sed ſi 14.

### *SUMMARIUM.*

*An ad certum tempus compromitti poſſit?*

COmpromitti poteſt, ut intra certum tempus finiatur compromiſſum. Etſi vero nullum tempus adjiciatur, Arbiter tamen conſentientibus partibus, & ſi id omittat, à prætore poteſt cogi, ut diem ſtatuat.

## ad L. Licet. 15.

### *SUMMARIUM.*

*Cauſa, ob quas arbiter ad ſententiam dicendam compelli nequit.*

VAriæ cauſæ hîc recenſentur, ob quas Arbiter ad ſententiam ferendam compelli nequit: 1. ſi fuerit infamatus à Litigatoribus *de quo ſupra.* 2. ſi capitalis inimicitia inter Arbitrum & alterum ex litigatoribus exorta. 3. ætas ingraveſcens. 4. conſtitutio corporis ſequior. 5. munus novum publicum. 6. moles propriorum negotiorum. 7. neceſſarium iter &c.

## ad L. Et ſi. 16.

EXcuſationes autem quædam in perpetuum excuſant, ut inimicitia capitalis aut ſenectus, quædam ad tempus tantùm, ut morbus temporarius, qui ex hac cauſa differre non deſerere officium ſuum debet. Sed cum inſtaret finis diei fideicommiſſi, & partes velint de novo compromittere, omnino debet compromiſſum accipere Arbiter, qui forte in mora fuit, & non excuſatur ob officium publicum vel privatum, ſed denuo in ſe compromitti patiatur; quod ſi dies proferri potuit, prætor compellet Arbitrum proferre diem.

## ad L. Item ſi unus. 17. pr.

### *SUMMARIA.*

*Debitor, qui bonis ſuis ceſſit, an compromittere poſſit? num.* 1.

*Quando arbiter compelli poſſit & non poſſit?* 2.

*Compromiſſum in arbitrium tertii collatum non valet.* 3.

*An alternative in plures compromitti poſſit?* 4.

*Quomodo ut tertius aſſumatur, compromitti poſſit?* 5. *&* 6.

*Si tres arbitri dati ſint, an Arbitrium duobus, abſente tertio, latum valeat?* 7.

*Quid ſi tres ſint dati, ſub clauſula:* ſi non omnes. 8.

*Quid ſi unus nolit adeſſe, cum poſſit?* 9.

1 DEbitor, quando bonis ſuis cedit, amiſit actiones activas & paſſivas, nec agere nec conveniri poteſt. *Brunus de ceſſ. bon. quaſt.* 17. *Natta conſ.* 440. *num.* 1. *lib.* 2. Autor *in C. t. de oblig. & Act. ad L.* 6. *num.* 7. & ideo ceſſat arbitrium, quæ exceptio eſt impeditiva ingreſſus litis. *Blancus de Compromiſſ. q.* 4. *tit. de Except. num.* 1. quod tamen intelligendum cum effectu, ſi bona in ſolutum data. *Salgado in Labyr. p.*

2 1. *c.* 14. *nu.* 51. Quando litigatores deſeruerunt Arbitrum, tunc Arbiter non eſt cogendus ſententiam ferre, ob contumeliam Arbitro illatam. Sed quid ſi poſtea redeant, an tunc compelli poſſit Arbiter. Quod negatur §. 1. *h. l* niſi forte non ex contemtu, ſed ex alia cauſa receſſerint, item ſi breviori tempore Arbitrum deſeruerint. Eſt enim hæc cognitio Prætoris. Si quidem plures ſunt Arbitri, non eſt cogendus unus & alter, ut ſententiam ferant, ſed omnes ſimul.

3 *In* §. 3. quæritur, ſi compromiſſum ſit in me ita tamen, ut id pronunciem, quod Advocato illi placuerit, an valeat compromiſſum? quod negatur, nec valet arbitrium, in quo libera facultas arbitri ſententiæ non eſt futura.

4 Sed *in* § 4. quæritur, an poſſit ita in plures Arbitros compromitti alternative, ut ſtetur ſententiæ tuæ vel meæ? Reſp. tunc alteruter compelli poteſt, ut ſententiam ferat, quia juxta compromiſſi legem.

5 *In* §. 5. quæritur, an ſi compromittatur in duos ita, ſi diſſentiant, aſſumant tertium, compromiſſum valeat? Et reſpondetur quod non, quia in aſſumendo tertio poſſunt diſſentire, & ſic res exitum non reperiret: ſed ſi de tertio in ſpecie actum, ut Sempronius aſſumatur & illius judicium & arbitrium audiatur, tunc valet compromiſſum, quia tunc in tertii perſona non poſſunt diſſentire, ſiquidem tertius expreſſe vocatus nec remedium. *l. duo.* 28. *ff. de Re judic.* in Arbitris lo-

6 cum habet. Sed hoc temperatur *in* §. 6. Nam ibi datur remedium, quod prætor poſſit duos Compromiſſarios judices ſeu arbitros in deciſione vel aſſumtione tertii diſſentientes compellere ad aſſumendam certam perſonam Arbitri. Et ſic hoc compromiſſum per ſe non valet, ſed ope prætoris. *vid. Bach. ad h. t. cap.* 2. *pag.* 1241. cui aqua hic hæret.

7 *Ad* §. *ult.* Si tres Arbitri dati, & duo pronuncient, tertio abſente, arbitrium eſt nullum. *Vid. not.* Dni Autoris *ad L. duo ex tribus.* 39. *n.* 3. *& ſeqq. ff. de re judic.* Nam duo concludunt præſente tertio reluctante, ſed non tertio abſente; quia tertius forte in ſuam ſententiam trahere potuiſſet duos præſentes. *Carpz. p.* 1. *c.* 1. *def.* 14. Et ſi tertius non vocatus, nulla eſt ſententia. Quando enim certi judices ſunt conſtituti aut delegati; tunc omnes adeſſe debent, & unius abſentia facit ſententiam nullam eſſe; niſi cum clauſula; ſi non omnes; dati fuerint. *Dn. Mevius p.* 4. *dec.* 152. Si au-

8 tem ſub illa clauſula dati Commiſſarii, tunc ſi unus vel impedimento juris vel facti impediatur, quo minus

9 adeſſe poſſit, cæteri poſſunt ſententiam ferre. Sed quid ſi nolit unus adeſſe, cum poſſet? Reſp. ad hunc caſum illa clauſula ſimpliciter non extendenda; niſi ſorte clauſula ita exprimatur: ſi non omnes interfuerint, vel ſimul nequiverint, aut noluerint intereſſe, per *c. ſciſcitatus.* 13. *X. de Reſcriptis. & ibi Dd.*

## ad L. ſicut. 18.

### *SUMMARIUM.*

*Sententia uno arbitro abſente lata non valet.*

Si

SI tres ſint Aibitri electi & duo ferant ſententiam abſente tertio, licet illi duo contra ſentiant, non tamen valet ſententia, ſiquidem neceſſe eſt, ut omnes judicarint; qui vero abſentes fuerunt, non potuerunt judicare. *Ut dictum. d. l. 17. conf. Blancus de Compromiſſ. q. 9. num. 53.* Autor *ad L. 4. num. 5. C. Qu. provoc. non eſt nec.*

## ad L. Qualem 19. & ſeq. & L. Qui tamen 21. §. 1.

### SUMMARIA.

*In pronuntiando arbiter an libertatem habeat? n. 1.*
*An arbiter, cui plures controverſiæ ſimul injunctæ, ſententiam in una latam mutare poſſit? 2. & 3.*
*Quid interſit, num collective vel ſigillatim cauſa commiſſa ſint? 4.*
*An Arbiter ſententiam definitivam mutare poſſit? 5.*
*Arbiter errorem corrigere nequit. 6.*
*Quid ſi plures ſint controverſiæ & una fuerit definita? 7.*
*Quid indicet verbum Videri? 8.*
*An arbiter diem ſolutioni præſtituere poſſit? 9.*
*An ſententia arbitri poſſit eſſe incerta? 10.*
*An arbiter pœnam adjectam remittere poſſit? 11.*
*Quid ſi tempus compromiſſi præſtitutum elapſum ſit? numer. 12.*
*Quid ſi plures controverſiæ in compromiſſum ſint adductæ? 13.*
*Arbiter inhoneſti nihil debet jubere. 14.*
*Quid ſi arbiter poſt diem præſtitutam velit pronunciare? 15.*
*Non comparens in termino pœnam incurrit. 16.*
*Quid, ſi de loco in compromiſſo nihil dictum? 17.*
*An inhoneſtum locum ettatus impune non paret. 18.*
*Intra quantum tempus parere debeat, cum nullum expreſſum eſt? 20.*

1 IN *princ.* dicitur, quid pronuntiendum ſit, liber-
tati Arbitri relinquendum eſſe, & aliàs compro
miſſum eſt inutile, ſi debet pronunciare, quid Ti-
2 tio videatur. Sententia non videtur dicta, niſi à tote
lite diſcedatur. Et ideo ſi plures controverſiæ ſimul in-
junctæ, & ille unam definiat, poterit eam mutare.
3 Sed hoc limitandum, niſi partes maxime cum prote-
ſtatione ſuper uno puncto ſubmittant & concludant.
Nam tunc, ſicut Judex non poteſt tranſire terminos
concluſionis; niſi concludere juſſus in omnibus, *per
tradita Dn. Mevis p. 2. deciſ. 265.* ita idem eſſe puto in
4 Arbitris. Maxime autem intereſſe videtur, an Arbitro
omnes cauſæ collective commiſſæ ſint, quæ inter N.
& N. verſantur; en vero ſigillatim hæc & illa. Illo
caſu valebit deciſio *hujus* §. Sed hoc caſu quot ſunt
controverſiæ, tot videntur eſſe ſententiæ. *Conf. in ſi-
5 mili Ummius ad proc. diſp. 5. num. 71.* Eaque diſtinctio
per *legem* 21. §. 1. probatur. *Ad §. ult. l. 19.* quæritur,
an Arbiter ſententiam ſuam mutare poſſit? Et diſtin-
guitur, an illa ſententia ſit interlocutorie, an defi-
nitiva; Hanc mutare non poteſt, quia functus eſt officio ſuo, niſi ea ſententia ſit contraria compromiſſi formæ, quo caſu eſſet nulla, & ſic nondum eſt functus officio ſuo. *Joh. Bapt. de Arb. l. 9. c. 15. num. 14.* Sed in interlocutoriis, quæ ad præparandam litem faciunt, ut de tempore, loco &c. poteſt mutare. *Donell. l. 27. c. 1. lit. E. & F. vid. notata* Dni Autoris *ad l. quod juſſit. 14. num. 1. & 4. ff. de re judic.*

## ad L. Quia. 20.

6 AD *L. 21.* Arbiter licet erraverit in ſententia, corrigere tamen errorem nequit, quia ſemel functus eſt officio ſuo.

## ad L. Quæ tamen. 21.

7 IN *hac l. 21. in principio* proponitur, ſi plures controverſiæ non connexæ ſint definiendæ & una controverſia fuerit definita, an ſententia illa definitiva corrigi & mutari poſſet, donec de omnibus conſtet? Et diſtinguitur, an hoc actum ſit, ut de omnibus & univerſis controverſiis ſimul pronuncietur, an vero ut de ſingulis: ſi illud, licet mutare, ſi hoc, non; quia ſunt plura compromiſſa. Nec habetur pro ſententia, quæ non lata ſecundum legem compromiſſi. Alia ratio prætoris, qui in re dubia poteſt pro parte dictare actionem *l. quidem. 21. ff. de Rebus cred.*

8 *In §. 1. dicitur*, ſi Arbiter pronunciet, nihil videri debitum, videri abſolviſſe reum. Eſt hoc verbum in ſententiis veterum frequentatum modeſtiæ ſignificandæ cauſâ, de quo *Hilliger. l. 26. in Donell. l. 2. lit. C.*

9 *In §. 2.* quæritur, an Arbiter diem ſolutioni præſtituere poſſit? Videtur quod non, quia formam compromiſſi præciſe tenetur ſequi. Sed affirmatur, quia pertinet hoc ad plenam deciſionem cauſæ.

10 *In §. 3.* quæritur, an ſententia Arbitri poſſit eſſe incerta? quod exemplo ſententiæ negatur, vide notata *Dd. ad §. curare. 32. Inſt. de Act.*

11 *In §. 4* quæritur, an Arbiter pœnam adjectam poſſit remittere? quod negatur, quia ſuper pœna non compromiſſum. Sed ſi ita ſtultus eſſet arbiter, ut ita in cauſa principali pronuncieret, & pœnam ſimul remitteret, hanc remiſſionem pœnæ invalidam eſſe, ſed ſententiam in principali negotio validam *Accurſius notat & ex eo Bach. ad h. t. c. 4. num. 1.*

12 *In §. 5.* quæritur, ſi tempus compromiſſo præſtitutum ſit elapſum, & partes de novo velint compromittere, en recipere tenetur Arbiter? Et diſtinguitur, an ipſe in mora fuerit an non; nam ſi Arbiter in mora fuit, quo minus abſolveretur compromiſſum, tenetur compromiſſum de novo recipere, ſi partes velint. Sed ſi in mora non fuit, non tenetur. Si vero in compromiſſo aliqnid de prorogando die placuit, id obſervandum, ſi Arbiter ſemel recepit.

13 *In §. 6.* agitur de pluribus controverſiis in compromiſſum adductis. Nam quando omnes controverſiæ committuntur decidendæ, & deciduntur, tunc eſt plenum compromiſſum, licet ſuo modo plenum ſit compromiſſum circe unicam & ſingularem controverſiam. Alio ſenſu plenum compromiſſum dicitur, cui addita eſt clauſula doli, quam ſcilicet ſubintellectam adjici utile eſt *l. 31. in fin. h. t.* Ne autem Arbiter contra intentionem litigantium compromiſſum latius extendat, utile eſt in ſpecie exprimere, de quibus controverſiis in ſpecie velint compromittere.

14 *In §. 7.* prohibetur Arbiter, ne quid inhoneſti jubeat, & ne litigantes pareant, ſi forte interloquendo aliquid jubeat Arbiter, quod legibus ſit contrarium, nec pœne in ſtipulationem deducta huc pertinet.

15 *In §. 8.* quæritur, ſi certus dies præſtitutus compromiſſo, Arbiter autem jubeat, ut poſt diem adſint audituri ſententiam, en, ſi non pareat nec veniat pars, pœnam incurrat? Videtur quod ſic, quia valet ſententia Arbitri, ut poſt diem compromiſſi reus ſolvat, ergo officium Arbitri ſe extendit ad tempus poſt tempus compromiſſi. Sed reſpondetur quod non, nam ſententia definitiva Arbitri extendit effectum ſuum poſt tempus compromiſſi, non ita interlocutoria. Autor *in C. h. t. ad L. 1. num. 6. & 7.* Si tamen uterqne litigatorum pareat & Arbiter lapſo die compromiſſi ferat ſententiam, hæc valere videtur ex tacita quaſi prorogatio-
16 ne *l. 50. h. t.* Non comparens in termino incurrit pœ-
nam, quod declaratur §. 9. h. l. 21. niſi probabilem cauſam habeat, ut adverſam valetudinem, abſentiam Reip. cauſâ; nam hoc caſu licet ob ſtrictam ſtipulationis pœnæ neutram ipſo jure incurrat pœnam, exceptione tamen defenditur, ſi res dubia ſit, aut ſi impedimentum notorium denegatur actio ad pœ-



Digitized by Google

nam, ſi modo impeditus paratus ſit, quaſi de novo compromittere & ſe ſubmittere arbitri ſententiæ. Si verò Arbiter officium jure ipſo finitum readſumere recuſet, compelli Arbiter non poteſt.

17 *In* §. 10. agitur de loco ſententiæ ferendæ. Quando de loco in compromiſſo nihil dictum eſt, tunc partes jubendæ adeſſe in loco compromiſſi & non alibi, id enim tacitè actum videtur. Quando vero Arbiter alio loco comparere juberet, impune non pareretur: Sed poſſet tamen citare ad locum circa urbem in ſuburbanis prædiis, forte ſi in dignitate conſtitutus animi gratiâ in ſuburbanis prædiis commorari ſæpe ſoleat, ſi modo partes in locum illum commode venire poſſunt.

18 *Ad* §. *pen. l.* 21. Qui ad locum inhoneſtum v. gr. popinam. *Scacc. l.* 1. *de judic. c.* 32. *num.* 26. *Sichard. ad l.* 5. *C. quomodo & quando Judex numer.* 9. citatus, ob non factam paritionem non tenetur ad pœnam. Ex quo concludunt, à citatione interdum, quando aliquam injuriam continet, poſſe appellari. *Tholoſ. de*
19 *Appell. l.* 2. *c.* 15. *Du. Mevius p.* 4. *dec.* 89. Notetur hîc regula, abſurdum eſſe juſſum in alterius perſona locum habere, in alterius non, quia judicium utrinque æqualiter procedere debet.

20 *Ad* §. *ult. l.* 21. quando nullum tempus expreſſum, intra quod pareri debeat, tunc illud intelligendum eſt, quod judicatis & confeſſis datur. Sed melius, id modicum tempus judicis arbitrio committi; modo antequam ex ſtipulatione pœnæ agatur, paritio ſententiæ vel ſolutio offeratur. *Menoch. l.* 2. *Arb. quæſt. caſu* 8. *in fine. conf. Johannes Hannibal. in repet. l. ſi inſulam. nu.* 78. *ff. de Verb. obl. vol.* 6. *& Jac. de Nigris in repet. d. l. ſi inſulam. num.* 141.

## ad L. Utique. 22.

### *SUMMARIUM.*

*Quando mora poſſit purgari?*

MOra poteſt purgari, ſi non intereſſit victoris, quod non acceperit ſolutionem. Nam ſi damnum inde percepit & hoc probari poſſit, tunc hoc à victo litigatore reſarciendum eſt. Imo intereſſe eſt favorabilius, quam pœna. Et quamvis per *l.* 38. §. *alteri. ff. de V. O.* quando pœna in ſtipulationem deducta, non curemus de intereſſe, ſi tamen indemnitatem velit præſtare victus, à pœna abſolvendum eum eſſe hîc tradit Accurſius. Imo dixerim, ſi moroſus vellet probare, nullum intereſſe verſari in mora illa, imo forte damnoſum fuiſſe, ſi citius accepiſſet ſolutionem, à pœna liberandum fore moroſum. Nam nemo ſine intereſſe agere poteſt.

## ad L. Celſus. 23. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi reus in termino ab arbitro ſtatuto non ſolvat? num.* 1.
*Victor acceptando ſolutionem, pœnæ renunciaſſe videtur.* 2.
*Quid ſi debitor propter creditoris impedimentum intra tempus ſolvere non poſſit?* 3.
*An, qui fecit, quod potuit, ſed non, quod debuit, pœnam incurrat?* 4.
*Quid ſi is, cui res ſolvenda, eam accipere velit?* 5.

ARbiter poteſt jubere definitive, ut reus ſolvat in-
1 tra certum tempus intra Calendas Septembris. Sed quid ſi non offerat in termino, an poteſt poſtea ſumma debita offerri? Videtur, quod ſic, quia purgari mora poteſt. Sed negatur, quia pœnam incurrit condemnatus ipſo lapſu temporis, quando poſt longius ſpatium ac intervallum offertur, non, ſi in con-
2 tinenti. *per l.* 51. *ita l.* 3. §. *Seja.* 2. *de V. O.* Sed quid ſi acceptaverit victor ſolutionem, an renunciaverit pœnæ? quod hîc in principio affirmatur; nam etiam venditor poſt terminum ſolutionem pretii acceptans, videtur legi Commiſſoriæ renunciaſſe *per l.* 6. §. *ult. ff. de Lege Commiſſ.*

3 *In* §. 1. traditur hæc facti ſpecies; Condemnaris ab Arbitro, ut mihi ſolvas futuris Calendis Septembris, dictarum Calendarum tempore ob iter neceſſarium vel ægritudinem meam non potes mihi dare, ſed poſt Calendas Septembris paratus ſum accipere, ſed tu in mora es, quæritur, an pœnam incurras? Videtur, quod non, quia pœna in eum caſum placita, ſi in termino ab Arbitro ſtatuendo non ſolveris. Sed in termino non potuiſti ſolvere; Sed affirmatur, quia in præcepto Arbitri ſunt duo capita, 1. ut ſolvat vel det. 2. Ut in Calendis Septembris det. Licet ergo à pœna ſis liberandus quoad alterum, non tamen quoad primum, debuiſti poſtea ſolvere, ſi in termino non potuiſti ob impedimentum in mea perſona contingens. Subtilis iſta diſtinctio & æquiſſima.

4 *In* §. 2. quæritur, ſi ſolvere vel aliquid facere ab Arbitrio juſſus fecerit, quod potuit, ſed efficere non potuit, incurrat in pœnam conventam? Vid. quod ſic ob regulam *in l. continuus* 137. §. *illud.* 4. *ff. de Verb. oblig.* Sed negatur, nam æquius agitur in judicialibus, ad quorum ſimilitudinem compromiſſa
5 redacta ſunt, quam in conventionalibus. Sed quid ſi per eum ſtet, cui res ſolvenda & ipſe accipere noluit, an incurrat ipſo jure pœnam? Negatur *in* §. *ult.* quando ſtat per alterum, ipſo jure non incurrit alter pœnam, ſed quid ſi poſtea alter acceptare velit, an, ſi alter nolit præſtare, incurrit pœnam, quod affirmatur *arg.* §. 1. *hujus legis. & per l. ſeq.* 24.

## ad L. Labeo. 25. & 26.

### *SUMMARIA.*

*Caſus legis refertur. n.* 1.
*Prorogatio dies, quomodo utiliter facienda?* 2.
*In primo compromiſſo dati fidejuſſores in prorogatione dati intelliguntur.* 3. *&* 4.

1 SPecies Legis hæc eſt: compromiſi tecum in Lucium, ea conditione, ut una die pronunciaret de omnibus, haberet tamen poteſtatem prorogandi terminum, pronunciavit de quibuſdam, & prorogavit diem: prorogatio valida, non verò ſententia, quia non judicavit ſecundum formam compromiſſi, ergo prorogatio ad id conducit, ut poſſit denuo cognoſci
2 & definiri, quaſi nihil definitum ſit. Colligunt, quando dies prorogatur, debere id fieri cum omnibus qualitatibus & ſolennitatibus, quæ requiruntur in primo actu, & trahere ſecum omnia acceſſoria, & ejuſdem naturæ eſſe cum primo actu. Hæc regula ex hoc textu colligi ſolet. *Tiraq. de Retr. Convent.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 27. *Coler. de Proceſſ. Execut. p.* 1. *c.* 10. *num.* 303. *Menoch. conſ.* 610. *num.* 6. *& conſ.* 659. *num.* 1. *Klock. vol.* 2. *conſ.* 53. *num.* 57. *Carpz. p.* 1. *dec.* 51. *num.* 14. Nam hîc prorogatio valet, ac ſi nulla
3 controverſia eſſet deciſa. Si in primo compromiſſo dati eſſent fidejuſſores, illi etiam in prorogato obligarentur; vel alii prioribus ſimiles adhibendi, nam aliàs, ſi fidejuſſores nollent denuo ſe obligari poſt diem, & is, qui eos dedit, non teneretur alios dare fidejuſſores, eſſet in poteſtate fidejuſſorum priorum, an litigator pœnam incurrat vel non, id quod abſurdum ut alterius facto alterius conditio fiat deterior. Quod de
4 fidejuſſoribus nolentibus amplius poſt terminum obligari eſſe, id etiam de fidejuſſoribus mortuis dicendum, nam alii ſimiles, quantum fieri poteſt, ſubſtituendi *l.* 26. *h. t.* & quod in primo termino faciendum erat, id etiam in termino prorogato faciendum. *Berlich. p.* 2. *deciſ.* 211. *Conf. Barb. lib.* 14. *c.* 101. *axiom.* 1.

Proroga-

Prorogatio non eſt liberatio, ſed obligationis prius
contractæ cum omni jure dilatio. *Camill. Borell. conſ. 11.
num. 22.*

## ad L. Diem proferre. 27.

### *SUMMARIA.*

*Interlocutoria, qua dies profertur, an abſente parte ferri poſſit? nu. 1. & ſeq.*
*An, citatione nulla prævia, Arbiter cauſam definire poſſit? 4.*
*An hæres ex compromiſſo teneatur? 5. & 6.*
*Limitatur, niſi (1) effectus arbitrii in hæredem tranſeat. 7.*
*Vel (2) pro ſe & hæredibus compromiſerint. 8.*
*Vel (3) Univerſitas compromittat. 9.*
*Quomodo ſtandum ſit ſententia arbitri ſive juſta, ſive injuſta? 11.*
*An ab arbitrio appelletur? 12.*
*An intra 30. annos reductio à laudo admittenda? 13.*
*Homologata ſententia an impugnari poſſit? 14.*
*Quam vim habeat, ſi partes arbitrum abſolute aſſumunt? 15.*
*Sententia pro diverſitate vel paris vel imparis numeri arbitrorum quomodo valeat? 16.*
*An arbiter ferat ſententiam, parte per contumaciam abſente? 17.*
*Coram partibus corpore tantum præſentibus ſententia ferri nequit. 18.*
*Quis ſit contumax? 19.*
*An, ſi de pœna expreſſe non conventum, actio detur? 20.*

1 INterlocutoria, quia dies tantum profertur vel prorogatur, etiam parte abſente ferri poteſt, quod parvi ſit præjudicii. *Maraut. p. 6. t. de ſentent. num. 11.*
2 *Gail. lib. 1. obſ. 109. num. 2.* Unde volunt (1) ſententiam interlocutoriam, quæ parvi præjudicii ſit, vel tendat in favorem abſentis, eo etiam abſente ferri poſſe. Et hoc maxime verum eſt in ſententia Arbitri, ſi non, aut parum præjudicet abſenti. *Blancus de Arbitr. q. 9. n.*
3 7. Limitant tamen hanc regulam, quod, quando eſſet in ultima die termini à partibus conventi, tunc non niſi citatione partium prævia Laudum ferre poſſit.
4 *Blancus d. qu. 9. num. 8.* (2) Quod etiam nulla citatione prævia poſſit Arbiter cauſam definire, ſi per partes id actum. *Hippol. de Marſil. ſing. 173. Camill. Borell. de Compromiſſis §. 3. gl. 4. num. 63. conf. Zaſius ad l. ſi quis arbitratu. de V. O.*
5 *Ad. §. 1.* Compromiſſum non tranſit ad hæredem, i. e. hæres ex compromiſſo non tenetur. Nam ſi partes coram arbitro litigaverint, & Arbiter ſciet, quid pronunciandum ſit, tamen hæres ſe ſubmittere non tenetur. *Innoc. ad c. ex parte. X. h. t. Blancus in tr. de Compromiſſo quaſt. 7. num. 1. verſ. prædictam concluſionem, ubi plures citat. Cam. Borellus de compromiſſ. §. 2. gloſſ.*
6 *4. num. 133.* Quod verum eſt, licet plures ex una parte Actoris vel rei compromiſiſſent, & unus mortuus eſſet, & cauſa ſit individua, alias non. *Gloſſa hic & Hartman. Piſt. obſ. 100. num. 2. Carpzov. p. 1. conſt. 1.*
7 *def. 16. Blancus d. qu. num. 28.* Sed arbitrii effectus tranſit ad hæredem; unde hic notatur Labeo, quod excluſerit hæredem à jure offerendi pecuniam; nam ex Laudo Arbitri vel ſententia tenetur hæres. *Blancus*
8 *d. quaſt. 7. numer. 4.* Deinde limitatur hæc lex, vel lex ipſa regulam limitat; niſi partes compromiſiſſent pro ſe & hæredibus, nam tunc non finitur morte compromiſſum, ſed tranſit ad hæredes. *c. fin. X. h. t. Hippol. de Marſ. ſing. 54. Blancus d. loc. num. 2.* ubi id declarat,
9 ſi utraque pars pro hæredibus compromittat. Demum limitatur; ſi univerſitas compromittat, & quidam moriantur. *Blancus d. l. num. 5.* Excipit etiam *Cam.*
10 *Borellus d. l. numer. 143.* ſi in Arbitratorem compromiſſum ſit; nam hoc tam judicii, quam tranſactionis figuram repræſentat, & ibi plures refert.

11 *Ad §. 2.* Stari debet ſententiæ Arbitri, ſive æqua ſit, ſive iniqua; id, quod de Arbitratore intelligendum puto, in cujus voluntatem quaſi tranſigendo abſolute compromittitur. Aliud in arbitro proprie ſic dicto, qui ad cognoſcendam & definiendam cauſam aſſumitur. *Molina tr. 5. d. 30.* Vel dicendum, id tantum dici ad excludendam reductionem ad Arbitrium boni viri.
12 Sane reperiuntur caſus, in quibus appellari poteſt ab arbitrio, ſi Judex det Arbitrum in aliquo cauſæ articulo, omnino poteſt ab eo arbitrio appellari: ut in præparatoriis, an cauſæ recuſationis juſtæ, *l. fin. C. de Judic.* an fidejuſſores idonei. *l. 9. ff. qui ſatisdare. Carpzov. p. 1. Juriſprud. c. 1. d. 13. Vaudus l. 1. qu. 14. & quos refert Hilliger. ad Donell. l. 28. cap. ult. lit. C.* Ab Arbitris ſtatutariis, i. e. quos ex ſtatuto eligere oportet, appellari poſſe, vulgo ſtatuunt *Mynſing. cent. 4. obſ. 68. & Hilliger. d. l.* Autor *in C. h. t. ad L. 1. num. 10. 11. & 12.* ſicut etiam Arbitrium per reductionem ad arbitrium boni viri apud judicem ordinarium, qui alias cognoviſſet, impugnari poteſt. *Mynſ. cent. 2. obſ. 61.* quod intra 30. annos fieri poſ-
13 ſe receptum eſt in Camera, teſte *Gailo lib. 1. obſ. 150. conf. Anton. Faber. d. t. 35. def. 5.* quod juri an conſonum ſit, merito dubitatur, niſi præſupponamus enormiſſimam læſionem, de qua illa communis traditio intelligi poteſt. *conf. Menoch. conſ. 1. numer. 348. & conſ. 412. numer. 14.* Sicut jure canonico
14 à laudo appellationem admitti tradit *Menoch. conſ. 406. num. 42.* Sane homologata ſententia Arbitri non poteſt reformari, ſi ſcilicet ſententiæ ſubſcripſerint, & ſilentio decem dierum eam homologaverint. *l. 4. & pen. C. h. t. juncta Novella 82. cap. 11.* Autor *in C. h. t. ad Authent. decernit. num. 10. & 11.* Collige *ex hoc §.* Arbitrum interdum abſolute aſſumi, interdum non. Hoc fit, quando compromittentes reſervant ſibi Appellationem unam, vel leuterationem: nam tunc quæri ſolet, an illo caſu leuterari, hoc vero caſu appellari poſſit? quod denegandum, quia, qui unum ſibi tantum reſervat, cæteris beneficiis videtur renunciare. *l. 12. ff. de judic. Berlich. dec. 186.*
16 *Ad §. 3.* Si arbitri pares numero, non ſtatur ſententiæ, ſi diſcordes; ſi numero impares, ſtatur majori parti? Si vero tres arbitri in diverſis ſummis condemnent, ſtatur ejus ſententiæ, qui in minimam quantitatem condemnavit, quia in eam omnes conſenſere. *Vid. Covarr. hunc textum prolixe explicans lib. 2. var. reſol. cap. 2. numer. 6. & paucis Petr. Gerhardus ſing. 25. in fine Cujac. lib. 12. obſ. 16. Sed hunc §.* in æſtimatione rerum locum non habere, nec ubi diſſimiliter Arbitri electi, poſt alios allegatos, tradit *Surdus vol. 3. conſ. 452. num. 73. & 74.*
17 *Ad §. 4.* Arbiter non fert ſententiam, abſente parte per contumaciam, niſi aliud actum. Autor *in C. h. t. ad L. 2. numer. 1.* Ratio eſt, quia non contrahitur etenim judicium coram Arbitro, ſicut coram judice. *Blancus de Comprom. qu. 9. num. 10. Cam. Borell. de Comprom. §. 3. gl. 4. num. 63. & ſeq.* Arbitrum ex ſtatuto cognoſcentem coercere contumaciam poſſe, tradit *Blancus d. tract. qu. 6. num. 2.*
18 *In §. 5.* quæritur, an poſſit dici ſententia lata coram partibus, quando partes ſunt præſentes corpore, non animo v. gr. ſi ſint dementes, pupilli abſente tu-
19 tore &c. quod omnino negandum. Contumax is eſt & pœnam incurrit, qui quidem ab Arbitro citatus ſe ſiſtit, ſed Arbitrum ſententiam ferre prohibuit, nam ille non paruit ſententiæ per *§. pen. h. l.* Sed ſi Arbiter nihilominus pronunciet, evitabitur pœna, ſi poſtea paruit, quia verba cum effectu accipienda. *Bach. ad h. t. cap. 3. p. 1258.*
20 *In ultimo §.* quæritur, an, ſi de pœna non expreſſe convenerit, ſed partes ſimpliciter promiſerint, ſe ſtaturos ſententiæ, & omnino agendum ſit actione ex ſtipulatu ad intereſſe? quod affirmatur.

Ergo ſic ſine ſtipulatione pœnæ poteſt Arbiter compelli ad ſententiam ferendam, quia partes ad parendum poſſunt compelli, licèt de pœna certa non convenerit.

## Ad L. Non autem. 28.

IN *hac lege* quæritur, an ſufficiat, incertam quantitatem eſſe promiſſam (quanti ea res erit?) quod hîc affirmatur, nam hoc quoque in obligatione eſſe intelligitur, ubi partes ſimpliciter promiſerunt, ſtatum iri ſententiæ Arbitri.

## ad L. Adverſus. 29.

*SUMMARIA.*

*Quomodo pars litigans non parendo juſſibus arbitri pœnam incurrit? num. 1.*
*Quod petitur à fidejuſſore etiam à principali peti videtur. 2.*

1 QUando pars litigans non paret ei quod juſſit Arbiter, vel ſi faciat id, quod prohibuit Arbiter, pœna incurritur. Si ergo prohibuit à reo petere, & actor à reo petat, pœnam meretur. Ab alio autem, ſi petat, non incurrit pœnam, niſi ille ſit, qui regreſſum contra reum ſit habiturus, ut fidejuſſor, nam dum
2 à fidejuſſore petitur debitum, peti videtur ab ipſo principali. Sed è contrario, ſi compromiſero cum fidejuſſore tuo, & vetitus ſim petere à fidejuſſore tuo, non facio contra ſententiam, ſi à te petiero; nam & qui pactus eſt, ne à fidejuſſore petat, à reo principali petere poteſt, niſi interſit fidejuſſoris, à quo petere ſum prohibitus.

## ad L. Si quis rem. 30.

*SUMMARIA.*

*An, qui compromiſit ſub pœna, relicto compromiſſo judicem adire poſſit? num. 1. & 3.*
*Duos eſſe caſus, ubi pœna cum principali petitur. n. 2.*

1 QUidam compromiſit cum pœna, & poſtea, contemto compromiſſo, adit judicem ordinarium, quæritur, an ad pœnam teneatur, & cauſam principalem agere poſſit coram ordinario judice? quod affirmatur, ſcilicet ſi pœnam perſolverit, finitum eſt compromiſſum, ſed cauſa principalis coram judice ordinario ventilanda. Communiter ex hac lege concludunt, pœnam peti cum principali. In hos acriter invehitur *Caballinus in tr. de div. duo & individuo p. 2. num. 574.* Et omnino duæ ſunt inſtantiæ, ut ita loquar; ob contemtum Arbitrum debet pœnam, ſed non propterea à judice ordinario repellitur, ſed ibi
2 de ipſo principali puncto agitur. Duos autem caſus reperiri ait *d. l. Caballinus num. 576.* in quibus pœna cum principali petitur, ſc. alter eſt *in l. pen. ff. de Tranſact. & l. cum proponas. 17. C. eodem. ubique* Autor *num. 4.* Alter *in l. ſi quis major. 41. de Tranſact.* Regula autem eſt, non poſſe quem petere pœnam & principale debitum, ſed alterutro contentum eſſe debere. *Caball. d. tr. p. num. 55. & p. 2. num. 569.* Ex *hoc textu* apparet,
3 poſſe aliquem relicto compromiſſario judice (ſi pœnam ſolvat) judicem ordinarium adire, quod ad Arbitratorem nolunt extendere. *conf. Caccialupus de Tranſact. quæſt. 11. num. 2. conf. Purpuratus conſil. 366. num. 1.*

## ad L. Ita demum. 31.

*SUMMARIA.*

*Quando arbitro non paretur, pœna exigitur. num. 1.*
*Species doli 2.*
*Quod compromiſſum plenum vocetur? 3.*

1 QVando Arbitro non paretur, exigitur pœna ex ſtipulatione modò nihil dolo adverſarii factum ſit quia, non debet præmium doli ferre. Et igitur tacite hæc compromiſſo ineſſe videtur conditio, ſi ſine dolo Adverſarii non paritum fuerit ſententiæ, quæ tamen conditio tacite ſubintellecta non facit ſtipulationem conditionalem. *l. conditiones. 99 ff. de Condit. &*
2 *demon. Ex Accurſio Bach. ad h. t. c. 6.* Species autem hîc recenſentur, ut, ſi quis Arbitrum corruperit, vel Advocatum adverſæ partis vel aliàs Adverſarium dolo circumvenit. Quamvis autem clauſula doli tacite inſit,
3 ſolebat, tamen expreſſe in compromiſſo hæc clauſula de abfuturo dolo exprimi, quo caſu tale compromiſſum plenum vocatur. Quando igitur clauſula hæc non expreſſe habetur, & commiſſus eſt dolus, datur actio & exceptio doli, quando autem exprimitur, datur actio ex ſtipulatu.

## ad L. Non diſtinguemus. 32.

*SUMMARIA.*

*Licet in compromiſſo majorem vel minorem quantitatem ſtipulari. nu. 1.*
*Quando arbiter ad ſententiam dicendam compellendus? 2.*
*An mulier pro alio compromittere poſſit? 3.*
*An arbiter eſſe poſſit remiſſive? 4.*
*An ex compromiſſo, quod aut non valet, aut pendet, pœna debeatur? 5.*
*Sacerdos arbitri officio fungi non tenetur. 6.*
*Quando arbitrium finiatur? 7.*
*An in re criminali aut feudali compromittatur? 8. & 9.*
*De privato delicto compromitti nequit. 10.*
*An ſervus compromittere poſſit? n. 11.*
*Quando legatus coram arbitro comparere teneatur? 12.*
*Quid ſi is, qui, cum defuncto promiſerat, hæreditatis faciat controverſiam? 13.*
*Quid ſi mihi facultas data ſit prorogandi temporis compromiſſi? 14.*
*Arbiter tergiverſans puniri poteſt. 15.*
*Quid ſi plures arbitri electi ſint? 16.*
*An exceptio judicis ſuſpecti poſt litem conteſt. opponatur? 18.*
*Quomodo probetur, ſuſpectum eſſe judicem? 19.*
*An recuſatio judicis per ſe injurioſa ſit? 20. 21.*
*An arbiter ultra id, quod ſibi commiſſum eſt, agere poſſit? 22. & 30.*
*Regula officii arbitri eſt forma compromiſſi 23. 24.*
*Quomodo arbiter ſententiam ferre debeat? 25.*
*Quid ſi Domini Procuratorum nomine ſtipulati fuerint? 26.*
*Procuratores in arbitriis loco Domini non ſiunt. 27.*
*Quando hæredes ab arbitro citari poſſint? 28.*
*In quibus arbitri conſiſtat officium? 29.*

1 LIcet in compromiſſo majorem quantitatem ſtipulari loco pœnæ, quam revera eſt, vel etiam minorem.

2 *In* §. 1. lectio variat, nam vulgata Editio habet, niſi pœna compromiſſa ſit, quæ magis, placet, ſcilicet tunc Arbitrum compellendum ſententiam dicere, ſi de pœna eventualiter fuerit conventum, per *l.* 11. §. 1. *ſupra h. t.*

3 *Ad* §. 2. quæritur, an mulier pro alio compromittere poſſit, v. gr. quod arbiter in aliena cauſa pronunciaverit, ſe ſoluturam ſub pœna ſolita? Quod negatur, quia eſſet ſpecies interceſſionis. Mulier autem ob beneficium SCti Velleiani non poteſt in effectu ſe pro alio obligare. Autor *in C. t. de Oblig. & Act. ad L. 1. nu.* 3. Ergo alius v. gr. Mas majorennis ſui juris pro alio compromittere poteſt. Sed & mulier in ſua cauſa, quin
4 committere poſſit, dubium non eſt An autem Mulier Arbiter eſſe poſſit, *vide. Blancus de Compromiſſ. c. 2. numer. 34. & ſeqq.* Autor *in C. h. t. ad L. ult. num. 1. & ſeqq.*

5 *In* §. 3. agitur de compromiſſo, quod vel ab initio nullum

nullum eſt, vel ſub judice lis eſſe poteſt, num ex eo
pœna debeatur, v. g. ſi ſub conditione ſuſpenſum com-
promiſſum, morte ante ſententiam fuit finitum: nam
morte poſt ſententiam non finitur, ſed per ſententiam
finitum eſt; Item, ſi pœna per acceptilationem remiſ-
ſa, *de quo ſupra.* Item, ſi ad judicem ordinarium vo-
cata cauſa, quo caſu compromiſſum finitum quoque
eſt *l. 30. ſupra h. t.* vel ſi tempus præſtitutum elapſum,
his inquam caſibus prætor compellere non debebit.
6 Si quis Sacerdos DEI Altiſſimi fiat, Arbitri officio
fungi non tenetur, niſi poſt ſacerdotii Dignitatem
7 ſponte ſuſcipiat hoc *in* §. 4. Si cauſa fuerit ſopita per
tranſactionem vel res petita caſu periit, cauſa eſt fini-
8 ta & ita quoque arbitrium. §. 5. In cauſa ſtatus & crimi-
nali non poteſt compromitti, niſi civiliter agatur. §. 6.
*h. l. l. 13. §. 5. ff. de his, qui not. infam. Blancus de Com-
promiſſ. l. 4. num. 26.* quamvis in genere de omni actio-
ne famoſa intelligat, & ita judicatum refert *Sande l.
5. t. 8. dec. 6.* quod meum non facio. Sane de re feu-
9 dali in Arbitrium compromittere non licet. *Cavall. qu.
782 Clarus § feudum. qu. 38. Roſenthal. de feudis. c. 9.
concl. 22. & Klock. vol. 1. conſ. 50. num. 4. ſeq. Menoch.*
10 *conſ. 1. num. 267.* Nec de delicto privato privatim com-
promitti poſſe, ſi criminaliter agatur. Sic nec de popu-
lari judicio compromitti poteſt. §. 7. *h. l.*

11 *In* §. 8. quæritur, an ſervus poſſit compromittere?
Quod negatur, adeo, ut ne quidem in peculium de-
tur actio, quia compromiſſum habet ſe inſtar judi-
cii, Autor *in C. t. de Juriſdict. ad L. 3. num. 5.* adeo,
ut ſi ſervus cum libero compromiſerit, compromiſſum
tamen non valeat, quia compromiſſum claudicare non
debet *l. 21. §. per h. t.* Autor *ad L. 6. num. 1. ſ. C. de
reb. cred. & jurej.*

12 *In* §. 9. hæc ſpecies: Compromiſi in Arbitrum, po-
poſtea Romam Reip. cauſa mittor ut Legatus & con-
ſequor beneficium revocandi domum, quæritur, an
ſententia Arbitri habitura ſit effectum? quod ſi enim
privilegium revocandi domum facit, ne judicium cœp-
tum porro tenear exercere, quanto minus cogar com-
promiſſo parere? Et ita nec ferre ſententiam cogetur
Arbiter & dicitur nihil intereſſe, an tunc quoque in
Legatione fuerit, nec ne: Scilicet in alia Legatione,
nam alias repugnaret; quod mox ſequitur ſi in ipſa
Legatione compromiſerit, ipſum non poſſe revocare
domum & Arbitrum cogi pronunciare. *conf. Bachov.
ad h. t. c. 5. p. 1269.* Ergo quibus caſibus Legatus Le-
gationis tempore cogeretur coram judice ordinario
comparere, ita etiam coram Arbitro.

13 *In* §. 10. hæc facti ſpecies refertur à *Bach. d. c. 5.
pag. 1271.* Compromiſit Titius cum Caju de re quadam
controverſa & Titius deceſſit: Si Cajus contendat ſe
hæredem, & alteri ſuper hæreditatem moveat con-
troverſiam, interim Arbiter non debet ferre ſenten-
tiam, ne fiat præjudicium hæredi: Præſupponendum
ergo eſt, in compromiſſo factam eſſe mentionem hæ-
redis, quod compromiſerint pro ſe & hæredibus, nam
alias compromiſſum morte Titii foret finitum. Ideo
autem præjudiciale foret Arbitrium, nam ſi ferretur
ſententia contra Cajum, inde inferretur, eum non eſſe
hæredem, qui vincere deberet, ſi hæres eſſet.

14 *In* §. 11. hæc ſpecies facti: Compromiſſum eſt in
me à te & Titio, data mihi facultate prorogandi
temporis compromiſſi: Sed ego non prorogo tem-
pus, quæritur, an tu propterea, quod emaneas,
pœnam incurras? videtur, quod non, quia data eſt
mihi facultas prorogandi; Sed affirmatur, nam
conceſſio mihi facta non facit prorogationem tem-
poris, ſed decretum meum & clauſula illa in mei
favorem compromiſſo inſerta, & Arbiter præſu-
mitur intra adjectum diem ſententiam dicturus,
niſi expreſſe protulerit diem *ita Bach. ad h. t. c. 3.
p. 1253.*

15 *In* §. 12. dicitur, Arbitrum tergiverſantem & ſe ce-
lantem poſſe per judicem ordinarium citari & mulcta-
ri. Et ideo non præciſe compellitur, ſed mulcta &
captis pignoribus, Arbiter.

16 *In* §. 13. agitur de Arbitris pluribus electis, qui vel
ita eliguntur, ut vel unus poſſit ſententiam ferre, &
cæteros poſtea excludere, vel ut omnes ſimul pro-
nuncient juxta ſuffragia majorum: hoc caſu omnes
adeſſe debent; illo caſu non.

17 *Ad* §. 14. Si arbiter rogatus, ne ob ſuſpicionem
ſententiam diceret, & tamen dixit, ſententiæ huic
exceptio doli opponitur. Unde probant, recuſatio-
18 nem ſuſpecti judicis etiam poſt litem conteſt. oppo-
ni poſſe, ſi nova, aut noviter nota cauſa. *Dn. Mev.
p. 2. dec. 337. & quos ibi citat. Dn. Zieglerus ad
Lancellottum l. 3. tit. 1. §. 30. verſ. altero litigatorum
petente; & quos citavi in proceſſu Civ. c. 7. num. 17.*
19 Suſpicio autem contra judicem aut arbitrum facile pro-
batur, ſi favor in perſona emineat & ex hoc magis, quam
pro merito quid dictum vel ſcriptum; item, ſi quid ex-
tra Acta allegata partis pro ipſa favorabiliter adducat,
vel ſcommata in alteram partem projiciat. *Dn. Mev.
p. 5. deciſ. 332.* aliasq; cauſas recenſet *Zang. de Except.
p. 2. c. 4. Gail. l. 1. obſ. 33. Maranta in ſpeculo p. 6. in ti-
tulo, quandoque appellatur. n. 27. & ſeq. Chriſtin. vol. 2.
dec. 148.* & poteſt etiam peti, ut delegato vel etiam
ordinario judici adjungatur Commiſſarius, *per tradita*
20 *Carpz. p. 3. dec. 221.* Per ſe injurioſa non eſt recuſatio
judicis, niſi injuriæ aliæ concurrant; nec ob eam po-
teſt recuſans puniri, ſed poſſunt contra talem judicem
decerni mandata ſine clauſula. *Dn. Mev. p. 1. dec. 51.
& ſeq.* nec cauſam ſuſpicionis tollit diverſitas reſpe-
ctuum. *Dn. Mev. p. 1. dec. 103.* Exceptio autem recuſa-
tionis judicis ſemper cum expreſſione cauſæ fieri debet
21 *Dn. Mev. p. 1. dec. 193.* Autor *in C. t. de Judic. ad L. 16.
num. 4.*

22 *Ad* §. 15. Arbiter nihil poteſt ultra id, quod ſibi in
compromiſſo eſt conceſſum. Eſt vulgata regula, ſed ac-
curate obſervanda Arbitris. *Boer. dec. 283. n. 15. Alciatus
de præſumpt. reg. 3. præſ. 12. n. 5.* Et ſi ultra illud compro-
miſſum pronunciaret, adeo nullum id eſſet, ut nec etiam
poſſit à partibus ipſis homologari atque approbari, ſi
credimus *Alexandro conſ. 123. lib. 2 quem refert Me-
noch conſ. 621. n. 3.* ubi id extendit, ſi alia verba com-
promiſſi eſſent generalia, debent tamen ad ſpeciem
23 propoſitam reſtringi. In ſumma, Compromiſſi forma
eſt Regula officii Arbitri, ut ſi compromiſſum contineat
punctum poſſeſſorii & petitorii, de utroque poſſit pro-
nunciare Arbiter, quia judicare debet, ſola facti verita-
24 te inſpecta. *Men. conſ. 721. n. 6. & 11.* Sic etiam coram
Arbitro nec reconventio locum habet. *P. Barb. ad l. 1.
ff. de jud. n. 60. & ſeqq.*

25 *Ad* §. 16. obſcurioris hæc videtur eſſe ſententia. Ar-
biter debet ſententiam ferre juxta compromiſſi formam
& rem controverſam, hos terminos ſi exceſſerit, ipſi
impune non patetur, v. gr. ſi dicat eundum eſſe ad judi-
cem vel in ſe rurſum vel alium compromittendum: Su-
per hoc enim aditus non eſt, & fieret ita progreſſus in
infinitum & propagarentur Arbitria, neque aſſeque-
rentur finem, qui eſt, ut lites finiantur. *vide Bachov.
ad h. t. c. 4. pag. 1260.* Eadem ratio, ſi jubeat ſibi aliquem
adjungi, nam de hoc compromiſſum non eſt. §. 17.
*h. l.*

26 *Ad* §. 18. quæritur, ſi domini nomine procurato-
rum ſuorum ſtipulati ſunt in compromiſſo, an Ar-
biter poſſit jubere, ut ipſi principales ſeu domi ad-
ſint & ſe præſentent? Videtur, quod hoc ſit extra
27 formam compromiſſi: Sed affirmatur quæſtio, quia
ipſi domini ſtipulati ſunt, nec procuratores in Arbi-
28 triis domini fiunt litis, ut judiciis. Si etiam hære-
dum in compromiſſo eſt mentio facta, hæredes vi
hujus compromiſſi citari ab Arbitro poſſunt, nec

enim eo caſu finitum eſt more Arbitrium. §. 19. *h. l.*

29 *Ad* §. 20. *pen.* traditur, ad officium Arbitri pertinere, ut pronunciet, quomodo vacua rei poſſeſſio, ſuper qua controverſia eſt, ſit tradenda; non autem debet jubere procuratorem cavere de rato, quia ſi non habeat ratum dominus, committitur ſtipulatio, i. e. ex ſtipulatione pœnæ tenetur procurator, maximè ſi hîc compromiſit. Sed & ſi ipſe Dominus ſtipulatus fuerit vel ſtipulanti promiſerit, non eſt opus cautione de rato, niſi dubium ſuboriatur ſuper Mandato.

30 *Ad* §. *ult.* Si arbiter extra metas compromiſſi evagetur, id pro nullo habendum, cujus ter exemplum habet *Dn. Mevius p.* 1. *dec.* 98. Si ea compromiſſi lex fuit, ut a Collegio mercatorum peteretur ſententia, ſed Arbiter petit à Collegio JCtorum, nullum eſt Laudum. *conf. l.* 50 *h. t.* Et ſi contra tenorem compromiſſi judicatum, ſententia ipſo jure eſt nulla, & intra 30. annos impugnari poteſt. *Dn. Mevius p.* 1. *dec.* 100.

## ad L. Arbiter. 33.

### SUMMARIUM.

*Contradicente utraque litigantium parte, dies prorogari nequit.*

SI in compromiſſo data facultas proferendi vel prorogandi diem, hoc quidem facere poteſt, ſed ſi utraque pars litigans contradicat, non poteſt prorogare, quia litigantes ambo diſcedere poſſunt à compromiſſo, & Arbitri poteſtas tota ex voluntate litigantium pendet, nec intereſt Arbitri.

## ad L. Si duo rei. 34.

### SUMMARIA.

*Si ex duobus correis credendi unus compromittat, altero prohibente, an in pœnam incidat ſocius, ſi petat? num.* 1.
*Idem in duobus correis debendi.* 2.
*Pœna ſemel commiſſa compromiſſum finitur.* 3.

1 SI duo ſint creditores correi credendi, & unus compromittat in Arbitrum, hic vetet eum petere, quæritur, an alter ſocius, ſi petat, in pœnam incidat? Videtur, quod non, quia ex pacto compromiſſi cæteris ſociis non erat præjudicatum, quo minùs illi agere poſſint ad ſolidum pretium; ſed quia exacta ſolutione illud erat communicandum etiam ei, qui vetitus erat petere, ideo ſolvenda eſt pœna, ſub qua alius, ad cujus utilitatem per conſequentiam agebatur, petere vetitus erat, & hujus, qui vetitus erat petere (nam hoc erat verbum Arbitris ſolenne) erat facere, ne quid indirectè fiat contra ſententiam Arbitri, quæ ratio ceſſat in Arbitris, non ſociis. Idem in duobus correis debendi. Si v. gr. creditor compromiſit cum
2 uno correo debendi & ſuccubuit, & petere prohibitus eſt, hic, ſi ab altero petat, incidit in pœnam, ſi duo correi ſint ſocii, quia duo correi debendi ſunt in ſtatu fidejuſſorum, quod unus ſolvit, alteri imputat, ideoque in effectu petit creditor, à quo petere prohibitus eſt. *Ronchegallus de duobus reis. ad l. eandem.* §. *Sed ſi quis num* 29. *& num.* 38. *d. tit. conf. Hilligerum in Don. l.* 16. *cap.* 25. *lit.* B. *& Bachov. ad h. t. c.* 6. *pag.* 1279.

3 *In* §. 1. quæritur, ſi altera pars litigans non pareat, & ita incidat in pœnam, an poſtea iterum in pœnam incidere poſſit? quod negatur, quia poſtquam ſemel eſt commiſſa pœna, compromiſſum eſt finitum, Arbiter nihil habet, quod jubeat, niſi hoc actum in compromiſſo, ut toties incidat in pœnam, quoties non paret,

## ad L. Si pupillus. 35.

### SUMMARIUM.

*An pupillus, ſi compromiſerit, obligetur?*

SI pupillus compromiſerit ſine autoritate Tutoris non obligatur. Ut notum eſt; ſecus eſt, ſi fidejuſſorem adhibuerit. Nam licèt pupillus ex promiſſione ſua non obligetur civiliter, ſufficit tamen naturalis illa obligatio pupilli per ſe in efficax, ut ſuſtineat fidejuſſoris obligationem per *l. Marcellus* 25. *ff. de Fidejuſſ.* ſed ſi cum Tutoris autoritate compromiſit, validum eſt compromiſſum, licèt, ſi læſus ſit, detur reſtitutio.

## ad L. Si feriatis. 36.

### SUMMARIUM.

*An ſententia die feriato dicta ab arbitro valeat?*

QUæritur, an valeat ſententia ab Arbitro dicta die feriata? Reſp. non niſi juſſu prætoris & conſenſu omnibus partibus ſit lata. Ergo etiam pars una ſe non ſiſtens vel non parens ſine exceptione in pœnam incidit. Sed quis ſi in ſpecie prohibitum, ut non feratur illa die ſententia? Reſp. tunc nec prætoris juſſus quicquam operabitur contra expreſſam legem. Ideo legem hanc rectè intelligimus de feriis ob neceſſitatem hominum indictis, non verò ob honorem DEI & ſic ſententia ab Arbitro die Dominica lata nulla erit *l.* 7. *& ult. C. de feriis.* Autor *in C. t. Quomodo & quando Judex. ad L.* 4. *num.* 1. *Et ad d. L. ult. num.* 3.

## Ad L. Quamvis 37.

### SUMMARIUM.

*Quomodo hæres in pœnam conventionalem incidat?*

SI Arbiter vetuerit, Titium petere à Cajo, etiam hæres Titii vetitus eſt petere, quia repræſentat hæres Titium; etiamſi hæres ignoret compromiſſum, incidit tamen in pœnam conventionalem, licèt in compromiſſo vel in ſententia nulla facta ſit mentio hæredis; nam aliàs Arbitria different lites, non auferent, cum tamen finiendarum litium causâ Arbitria conſtituta ſint.

## ad L. Cum pœna. 38.

### SUMMARIUM.

*Qui ex litigantibus arbitri ſententia non paret, in pœnam incidit.*

QUando unus litigantium non paret Arbitri ſententiæ, incidit in pœnam; ſed quæritur ſi alterius non interſit, fortè rem reſtituendam alter tertio mox reſtituere debuit, an tenetur nihilominus ad pœnam conventam? Videtur, quod non, quia ceſſat intereſſe. Sed aff. nam quando de certa pœna convenit, non amplius quæritur, quanti interſit. *l.* 38. §. *alteri. ff. de Verb. obl.* Scilicet ſuper intereſſe non eſt diſputandum, quia ſemel loco ejus, quod intereſt, pœna eſt promiſſa.

## ad L. Non ex omnibus.

### SUMMARIA.

*Quænam compromittentibus agenda? nu.* 1.
*Etiam contumaciam litigatoris arbiter punire poteſt.* 2.
*Quis contumax non ſit & quis ſit?* 3. *&* 4.

DUo ſunt, quæ à compromittentibus agenda, &
1 in quibus Arbitro parere debent, ſcilicet operam præbere & ſolvere pecuniam juxta juſſum Arbitri, quia limites compromiſſi ſunt ab Arbitro obſervandi: quid enim, ſi juſſerit, ut Cajus Berthæ

ducat

Digitized by Google

ducat uxorem, quæ non eſt in lite. Operam autem præbent, dum adſunt & præſentiam ſui faciunt. Sed
2 & contumaciam litigatoris Arbiter punire poteſt, pecuniam Adverſario dare jubendo, quæ vera mulcta non eſt, ſed inſtar mulctæ, quia non fiſco, ſed Adverſario applicatur, quæ etiam præciſe exigi nequit, ſed qui eam ſolvit in pœnam conventionalem inci-
3 dit. Demum dicitur *in princ. hujus legis* in contumacium numero non eſſe habendum, ſi teſtium nomina ex ſententia Arbitri non exhibuerit. Quia ſufficit, ſi ſuo tempore producantur & mereri poteſt productus, ne corrompantur.

*In §. 1. legis* 39. dicitur, eum pro contumace habendum, qui facit, quo minùs ſententiam dicere aut in officio ſuo progredi poſſit arbiter, ut ſi non vult conſentire in protogationem diei, quæ tamen Arbitro ex compromiſſo conceſſa eſt.

## ad L. Arbiter. 40.

### SUMMARIUM.

*An, ſi unus compromittentium die ſtatuto mortuo arbitro compareat, pœna ſit commiſſa?*

ARbiter juſſit adeſſe Calendis Auguſti, ſed ante eum diem deceſſit Arbiter: Alter compromittentium adfuit, alter non, quæritur, an pœna ab hoc commiſſa? Reſ. quod non, quia alterius non interfuit. *Hipp. Rimnaldus vol. 2. conſ. 171. numer. 60. & ſeqq. conſ. Raudenſis lib. 1. conſ. 23. n. 540.*

## ad L. Cum. L. Julia. 41.

### SUMMARIA.

*An minor 20. annis arbiter conſtituatur?*

MInor 20. annis non poteſt eſſe Arbiter, *Menoch. caſ. 540. num. 4. Blancus de Compromiſſ. q. 2. num. 22. Don. l. 28. cap. 10. lit. D.* ſecus in judice, qui minor 20. annis, major tamen octodecim annis, judex dari poteſt. Et ſic videtur alia eſſe ratio judicis, alia arbitri; *Blancus de Comprom. cap. 2. num. 22.* qua in re non immoror, niſi dicamus hanc ex *l. 57. de re judicata* eſſe declarandam. *Zæſ. ad h. t. nu. 13. Wiſſenb. ad tit. de judic. num. 12.* Si tamen major 20. annis, & minor 25. annis temere receperit arbitrium, reſtituendum eſſe multi dixerunt, ut habetur *in §. 1.*

## ad L. Arbiter. 42.

### SUMMARIUM.

*Quid ſi fiſco condemnatus ſolvere nolit?*

COmpromiſſum fuit in me & quidem, ut poſſem non parentem fiſco condemnare in certum. Tu non pares, ergo tibi infligo pœnam fiſcalem. Tu non vis parere fiſcus non habet actionem, quia alter alteri nihil ſtipulando adquirere poteſt, ne quidem fiſco. Sed reſpondetur ſit ſanè, ſed ne impunè feras, poteſt Adverſarius tuus pœnam exigere.

## ad L. De rebus. 43.

### SUMMARIUM.

*An controverſia omiſſa iterum moveri & cognoſci poſſit?*

Compromiſſum eſt in me, ut te omnibus controverſiis ſententiam ferrem: ſed omiſit petitor aliquam per errorem, tunc citra periculum pœnæ committendæ controverſiam omiſſa iterum moveri & cognoſci poteſt, quia petitur id, ſuper quo pronunciatum nondum eſt. Sed præſupponendum eſt, indefinite controverſias mihi eſſe commiſſas, non verò nominatim ſingulas, nec expreſſe actum eſſe, ut de omnibus pronunciarem, ſed tacite *vid. Bachov. ad h. t. C. ult. pag. 1258. & ſeqq.*

## ad L. Inter Caſtellianum. 44.

### SUMMARIUM.

*Arbitri ſententiæ ab initio paruiſſe non ſufficit.*

COmpromiſerunt duo in me circa controverſiam finium, direxi fines, & initio paruerunt partes poſtea verò alter fines mutat, quæritur, an incidat in pœnam? Videtur, quod non, quia ſufficit eum ab initio paruiſſe. Sed affirmatur, quia res hæc habet tractum ſucceſſivum. Ergo quandocunque quis venit contra arbitrium, incurrit in pœnam. Alias rationes habet *Bachov. in fine capitis ultim.*

## ad L. In compromiſſis. 45.

ARbitrum non egreditur perſonam Arbitrii neque electum videtur arbitrium incertum tanquam boni viri, ut in contractibus ſolet intelligi *l. 46. cum ſeq. ff. pro ſocio.* Sed hujus arbitrium eligitur.

## ad L. De his. 46.

### SUMMARIUM.

*Futura controverſia in compromiſſum non veniunt.*

QUæritur, an in compromiſſum generale veniant etiam futuræ controverſiæ? quod negatur, quia non videtur actum, niſi de iis controverſiis, quæ tempore compromiſſi fuerunt: nam arbitria & compromiſſa ſtricti juris ſunt, putarem tamen arbitrium ſuper novis controverſiis non eſſe nullum, ſi illæ ſint connexæ & partes tacitè, quaſi denuo, compromittant.

## ad L. Si compromiſſum. 47. & ſeq.

QUando compromiſſum factum eſt, etiam pro hæredibus, an tunc ſine novo compromiſſo, altero litigatore mortuo coram ejus hærede poteſt ſententia ferri? Aff. Sed quid ſi hæres ſit pupillus vel furioſus? Reſp. non tenebitur ferre ſententiam Arbiter, nec debet ferre, niſi adhibito conſenſu tutoris.

## ad L. Sed & 49.

### SUMMARIA.

*Hæredis furioſi vel pupilli præſentia non requiritur, ſed ſufficit Curatoris. n. 1.*
*Quomodo arbiter partes adeſſe jubeat? 2.*
*Ex unius parte compromiſſum ad hæredes non tranſit. 3.*

1 QUando furioſus eſt hæres, tunc denunciari etiam Arbitro debet, ne ferat ſententiam, ſed adhibito curatore, nec requiritur præſentia furioſi, modò curatoris præſentia ſit. Secus in pupillo majore infante, cujus eſt aliquod judicium, ſed infirmum, ſed furioſi nullum. In foro tamen in judiciis non exigitur pupilli præſentia, modò Tutor adſit.

2 *In §. 1.* dicitur, quod Arbiter partes adeſſe jubeat per nuntium, vel per Epiſtolam, quod per ſe planum.

3 Sed *in §. fin.* proponitur hoc factum. Compromiſerunt in me Cajus & Titius. Cajus etiam pro hæredibus ſuis compromiſit, ſed non Titius. Cajus moritur, quæritur, an finitum compromiſſum? videtur, quod non, quia etiam hæredum ejus expreſſe facta mentio. Sed affirmatur, quia non debet claudicare, ita ut ex unius parte ad hæredes tranſeat, ex alterius parte non.

ad L.

## ad L. Arbiter. 50.

*SUMMARIUM.*

*Arbitre extra metas officii quid jubenti impune non paretur.*

ARbiter, cui certus dies dictus erat, nec data facultas prorogandi, prorogati juſſit diem, cùm fortè alli nondum liqueret, alter non vult comparere, quæritur, an incidat in pœnam? Quod negatur, quia extra metas officii quid jubenti impune non paretur. Colligitur tamen ex verbis (alter ex litigatoribus) ſi uterque compareat, quod ex tacita quadam prorogatione valeat ſententia *Bach. ad h. t. cap. 3. pag.* 1254.

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*Arbiter an in re ſua eſſe valeat? nu. 1.*
*Forma Compromiſſi refertur. 2.*

1 ARbiter in re ſua quis eſſe non poteſt, habetur hîc ratio. Autor *ad L. 5. numer.* 14. *C.h.t.* De quo pluribus agit *Blancus de Compromiſſis qu. 2. numer.* 52. ubi tamen id limitat *numer.* 53 quod in cauſa Eccleſiæ poſſit in Prælatum vel Clericum compromitti, citans plures.

Subjiciam hîc formulam compromiſſi in Proceſſ-Sachen in Camera Electoroli aliquando delineatam.

2 Anreichend die Form des Proceſſus, haben ſich beyde Theile derſelben halber dahin vereinbahret/ daß Horendorff und die Wolffe/ mit Deducirung ihres Rechten und Anforderung/ innerhalb 6. Wochen den nechſten von dato anzurechnen den Anfang machen ſollen. Darauf ſol inner gleichen Friſt die Antwort ex parte Creditorum erfolgen/ und je von 6. Wochen zu 6. Wochen verfahren werden/ biß ſo lange/ das jedes Theil drey gewechſelte Schrifften einbracht (denn da ein oder das ander Theil nur zwo Schrifften einbringen wolte/ ſol es zu ſeiner freyen Willkühr ſtehen) es ſol aber auch im letzteren Satz an Urkunden oder dergleichen etwas in facto beſtehend nichts neues eingerondt/ ſondern darin allein/ was Juris gebraucht werden/ oder da ein oder di ander Theil ſich hierwider zu handeln unterſtünde und einig nicht hiebevor gebrachtes Urkund beym letzen Satz erſt produciren/ oder ſonſt etwas neues in facto einmiſchen würde/ ſol derſelbe Satz gar ab actis removiret und hinweg gethan werden und ſol die Erklärtnüß hierüber bey den Herren Kammergerichts-Rähren beſtehen. Alle dilatoriſche Exceptiones, wie die auch beſchaffen wären und den Nahmen hätten/ ſollen beyderteils abgeſchnitten und genommen ſeyn. Ingleichen ſol es auch keiner ſonderbaren Krieges-Beſeſtigung bedürffen/ ſondern alsbald von Beweiß und den meritis cauſæ principalis der Anfang gemacht werden/ dabey auch alſo fort/ ob ein Theil vom andern die Edition einiger Urkunden zu ſuchen/ ſolcher Edition gedacht werden ſol. Damit auch obeſtimte Zeit der 6. Wochen von Terminen zu Terminen deſto feſter und richtiger gehalten werde/ ſollen ſonſten aus keinerley Urſachen/ wohin die auch rühren/ oben geſatzte Termine prolongiret und verlängert werden/ es würde dann (da GOtt vor ſey) ein Juſtitium im gantzen Lande/ oder aber es wäre der Advocaten einer mit kundbarer Leibes Schwachheit behafftet/ auf welchem Fall noch eine Kammergerichts-Friſt/ und alſo ingeſambt 12. Wochen auf geſchehenes gebührliches Anhalten eingereumet werden mögen. Und wenn nun die Satz-Schrifften alſo gewechſelt/ wie obſtehet/ einkommen/ wollen die Herren Rähte ſolche ex officio an drey unverdächtige Juriſten-Faculdäten Teutſches Landes/ auf gleiche der Parten Unkoſten und Darlege um Vorſprechung verſchicken; und ſol es bey dem/ was die meiſten unter dieſen ſprechen und erkennen/ überall verbleiben und gelaſſen werden. Im Fall aber dieſe 3. erholte Urthel einander gantz ungleich/ und es dem gemeinen Sprüchwort nach/ quot capita tot ſenſus, auch allhier gehen wolte/ ſolten alsdenn die Acten noch an 2. Facultäten abermahlen Amts halben und auff gleiche beyder Theile Unkoſten verſchicket werden; und bleibt es nicht weniger als zuvor gemeldet/ bey den Majoribus und deme/ was die meiſten Belehrungen geben werden. Und damit dieſes um ſo viel diſto ſteiffer und feſter gehalten/ erfolget und exequiret werden möge: So haben beyde Theile abermahlen wohlwiſſend und deſſen erinnert allhier im Chur-fürſtl. Kammer-Gericht ſich alles Gebrauchs/ aller Appellationen, tam à definitiva, quam ab interlocutoria, aller reduction ad arbitrium boni viri, aller ſupplicationen, alles recurſus ad ſuperiorem, aller Imploration officii Judicis, aller reſtitution in integrum, etiam ex capite læſionis longè enormiſſimæ, aller Denunciation etiam Evangelicæ, aller querel, und in ſumma aller und jeden Remedien, wie die heiſſen und Nahmen hätten/ ſie wären erdacht und ausgeſetzet/ oder künfftig zu erdencken und derſelben gar keine wider die ob ausgedruckte Maaß/ geſtelte Urthel/ und ſententie bey Pœn. 100. Ungeriſche Gülden ſo jedesmal/ wann dieſen etwas zuwider vorgenommen werden wolte/ das Theil ſo hierwieder thut zu milden Sachen/ durch die Herren Räthe zu verordnen/ verfallen ſeyn ſol/ gar nichts einzuwenden/ ſondern die Execution obertwehnten Urthel ihren ſtarcken Lauff zu laſſen/ gantz kräfftiglich ſich verziehen und begeben/ und reſpective dahingegen einander bey jedermans Treu/ Glauben und wahren Worte zu halten und unverbrüchlich zu erfolgen/ mit Hand und Mund zugeſagt/ und verſprochen. ꝛc.

## ad L. Si qui ult.

*SUMMARIUM.*

*An mora purgari poſſit?*

COmpromiſerunt in me duo, juſſi alterum ſolvere intra certum diem v. g. Calendas Sept. quod non fecit, ergo incurrit in moram, quæritur an purgare moram poſſit & quando? quod affirm. quamdiu non eſt lis conteſtata ſuper pœna aut quamdiu alterius non interfuit.

---

# TITULUS IX.

## *Nautæ, Caupones, Stabularii, ut receptæ reſtituant.*

## ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*An nautæ, &c. teneantur recipere? n. 1.*
*Duplex actio ex hoc edicto datur, una ex quaſi contractu, altera ex quaſi delicto? 2. & 4.*
*Quando proteſtatio liberet cauponem? 3.*
*Quinam per nautas intelligendi? 5.*
*Ex navium cuſtodum facto exercitor tenetur. 6.*
*Quid Chirembolum ſit? remiſſive 7.*
*Ab exercitoribus navium majorum ad minorum exercitores valet conſequentia. 8.*
*Qui vilibus ſervis quid tradit, cauponem non obligat. 9.*
*De quibus receptis hic agatur? 10.*

Si

*Si depoſui res Titii in navi, cum uterque repetimus, utri ſint reſtituenda?* 11.
*An nauta præſtet factum viatorum?* 12.

1 IN *princ.* recenſetur Edictum; *Nautæ, Caupones,
Stabularii, quod cujuſque ſalvum fore receperint, ni-
ſi reſtituant, in eos judicium dabo. In* §. 1. habetur ob-
jectio, videri id iniquum, ut officium eorum ipſis
ſit damnoſum. Verùm reſp. quod non tenean-
tur recipere, niſi velint. Ex quo aliquis colligeret,
cauponi liberum eſſe, unum vel alterum non recipe-
re, & receptionem non poſſe injungi à Magiſtratu.
Sed reſp. *Dn. Mev. p. 3. dec. 64. num.* 1. hoc pertinere
ad principium profeſſionis, quam recipere liberum:
ſed ubi ſemel recepta, neceſſitas recipiendi illis in-
2 cumbit. Deinde reſpondetur *in* §. 1. quod ne ſic qui-
dem malitiæ hominum iſtorum ſatis occurri poſſit.
Contra Nautas etiam, Caupones & Stabularios da-
tur duplex actio, una ex quaſi contractu, ut in eo-
rum cuſtodiam ſaltem ipſo facto recepta reſtituantur,
niſi vi majori vel caſu, qui averti non potuit, perie-
rint. *l. 1. h. t. Pet. Gregor. lib. 29. Syntagm. c. 9. numer*
12. aut niſi hoſpes proteſtatus fuit *l. fin. h. t.* Unde
3 colligunt, proteſtationem liberare proteſtantem, quan-
do ei adverſarius conſentit, quod ex textu de Jure
quærendo intelligendum puto; nam jus quæſitum ea.
non tollit. *Menoch. conſ. 370. numer.* 5. Altera actio
4 eſt ex quaſi delicto Cauponis, de qua in *l. 6. h. t. &
pluribus infra, furti adverſus Nautæ.*

*In* §. 2. explicatur, quinam per nautas intelligen-
5 di ſunt? certe non per remiges obligantur Domini,
vel exercitores navis, uti apparet ex *toto titulo de
Exerc. act.* Sed per Magiſtros navis, ergo per Magi-
ſtros obligatur, niſi quis nautæ & remigi cuſtodien-
dum dare jubeat, tunc enim obligatur ex ejus fa-
cto.

6 *In* §. 3. dicitur de iis nautis, qui cuſtodiendo vi-
ctui aliiſque rebus præpoſiti; nam Exercitor, qui eos
propoſuit, tenetur ex iis rebus, quæ eorum cuſtodiæ
traditæ, & ſi non expreſſe aliqui ex nautis, cuſtodiæ
rerum ſint præpoſiti, ex recepto tamen tenetur Exer-
citor. De voce Chirembonum aliiſque nobis incogni-
7 tis nominibus videri poſſunt *Cruter & Bachov. ad h.
t. paſſim.* Quod hactenus dictum de Exercitoribus na-
8 vium majorum, id ad minorum navium & ſcapharum
Exercitores extenditur *in* §. 4. *legis primæ.*

*In* §. 5. Jam agitur de iis, qui exercent caupo-
9 nam, & de Inſtitoribus, qui cauponæ vel hoſpitio
ſunt præpoſiti, & additur, ſi quis vilibus mancipiis
ſervis mediaſtinis aliquid committat cuſtodiendum,
quod non obligetur Exercitor cauponæ: nam iſti ſer-
vi viles non ſunt ideo accepti, ut res cuſtodiant, ſed
ut purgent atria & labores ſordidiores expediant. Sed
de quibus rebus receptis in hoc Edicto agitur? Reſp.
*in* §. 6. de Mercibus & de acceſſoriis mercium & de
10 veſtibus, quibus in navi utuntur ac de cæteris, quæ
ad quotidianum uſum habentur.

11 *In* §. *pen.* proponitur hæc ſpecies: depoſui res tuas
in navi, quando ambo concurrimus cui ſit danda Ac-
tio? Videtur tibi, ob *l. bona fides. 31. ff. Depoſiti*, ſed
hîc diſtinguitur, utrum mea interſit, merces ſalvas
eſſe, v. g. ob pactum vel hypothecam, vel ob aliam ra-
tionem, & tunc mihi ſunt reſtituendæ; aut mea non
intereſt, merces ſalvas eſſe, & tunc tibi datur Actio.
*Vid. prolixe diſſerens hac de re P. Barboſa. ad l. ſi alie-
nam. 12. n. 21. ff. ſolut. matrim.*

12 *In* §. *ult.* dicitur, quod Nauta præſter factum
etiam vectorum, cum quo videtur pugnare *l. 6. §. 3. h.
t. & l. un. §. ult. ff. furti adverſus nautas.* Communis
eſt interpretatio, quod §. *ult. hujus legis* 1. de actione
ex quaſi contractu in ſimplum, cæteræ leges de actio-
ne in duplum loquantur. *Pacius cent. 7. qu. 97. Hilli-
ger. in Donell. l. 15. c. 42. lit. N.*

## ad L. Sicut &c. 2.

### SUMMARIUM.

*Quando viatorum factum caupo præſtare teneatur?*

IN *fine præcedentis legis* dixerat, quod Exercitor na-
vis teneatur ex facto nautarum non tantùm, ſed &
vectorum; in hac lege idem eſſe dicitur in viatori-
bus, quorum factum præſtare tenetur caupo, ſcilicet
quando convenitur actione ex quaſi maleficio, ut
jam dictum, ex pluribus perſequitur. *Bach. ad h. t.
pag. 1301. & ſeq.*

## ad L. Et ita. 3.

### SUMMARIA.

*Etiam de rebus in littore perditis magiſter navis tene-
tur?* n. 1.
*Cur Prætoria Actio fuerit introducta?* 2.
*Exercitor de damno fatali non tenetur.* 3.
*Sed tamen de culpa leviſſima.* 4.
*Culpa leviſſima vix eſt culpa.* 5.
*Caupo non ut caupo rem accipiens hac actione non tene-
tur.* 6.
*Quid ſi filiusfam. vel ſervus cauponariam exerceat?* 7.
*An actio furti & Honoraria de Recepto concurrant?* 8.

1 IN *l. 3. princ.* primò dicitur, licèt res in littore perie-
rint, ſi tamen ſemel receptæ ſunt à Magiſtro na-
vis, teneri Exercitorem, quia jam ad iſtarum rerum
cuſtodiam tenetur.

*In* §. 1. quæritur, cur prætoria actio fuerit intro-
ducta, cum tamen Civilis detur, nam ſi vector
2 mercedem dedit, eſt ex locato actio; ſi totam na-
vem conduxit, ex conducto actio datur de rebus,
quæ deſunt; ſi gratis cuſtodiendæ datæ, depoſiti da-
tur actio. Sed reſp. dupliciter 1. voluiſſe prætorem re-
primere improbitatem, hoc genus hominum, & hanc
3 curam declarare. 2. Actio hæc amplior, nam in actio-
nem depoſiti venit tantùm dolus, in actionem loca-
ti culpa. Sed hîc etiam de recepto tenetur Exercitor
Navis ſine culpa, ſed tamen non de damno fatali.
Sed dicat aliquis, ſi ſine culpa tenetur & non de dam-
4 no fatali, ad quid ergo tenetur vel ex qua cauſa?
Reſp. ex culpa leviſſima, quæ hîc culpæ opponitur:
Nam vox culpæ abſolute poſita de levi accipitur. Et
ideo *hoc* §. probatur, culpam leviſſimam vix dici
5 poſſe culpam, nam hîc res ſine culpa periiſſe dici-
tur, quæ tamen per culpam leviſſimam procul dubio
periit, aliàs non poſſet obligari. *conferantur Dd. quos
refert Hill. in Donell. l. 16. c. 7. lit. Q.*

*In* §. 2. quæritur, an actio hæc prætoria detur, ſi
6 caupo quid recipiat, non ut caupo ex officio caupo-
nario, ſed ut alius quis extra negotium cauponarium?
Et reſpondetur, quod non, ſed tunc aliis actionibus
civilibus conveniri poteſt, & ſic de leviſſima culpa
non tenetur. Sed quid ſi filiusfamilias aut ſervus cau-
7 ponariam aut navem exerceat? Et diſtinguitur *in* §. 3.
an ſine Domini aut patris ſpeciali voluntate id faciat,
annon: ſin illud, tunc tenentur tantùm de peculio:
ſin hoc, in ſolidum. Et ſi ſervus Exercitoris quid ſur-
ripuit, dominus dedendo noxæ ſervum non po-
teſt ſe liberare, ſed in ſolidum tenetur.

8 *In* §. *ult. legis tertiæ* quæritur, an furti actio & ho-
noraria de Recepto concurrant & quidem cumulati-
ve? Et reſpondetur, unam actionem per aliam non
conſumi ipſo jure, ſed officio judicis vel exceptione
doli efficitur, ne utraque actione agi poſſit; ſcilicet
ut, ſi prius actum ſit de Recepto, actioni furti ob-
ſtet Exceptio, ſi autem prius actum actione furti, tunc
actio de Recepto habeatur pro extincta, prout in
commodato reſpondetur *in l. 71. ff. de furtis. Conf. Ba-
chov. ad h. t. Rubr. de concurſu act. pag. 1306.*

ad L.

Digitized by Google

### ad L. Sed & ipſi. 4.

*SUMMARIA.*

*Contra nautam, ſed non nauta datur actio furti? n. 1.*
*Non intereſt, qui rem inferat. 2.*
*Nauta etiam de iis rebus, pro quibus certa merces non ſolvitur, tenetur. 3.*

1 SI ipſe nauta furtum fecit, datur actio furti do-
mino: & licèt res iterum nautæ ſurripiatur, non
tamen habet nauta, qui primò ſurripuit, actionem
furti; licèt enim actio furti detur ei, cujus intereſt,
rem non eſſe ſurreptam, & hujus furis interſit, non
tamen intereſt ex cauſa honeſta. Sin verò alius ſurri-
puit, aut caupo recepit ſalvam fore, aut non; & hoc
caſu ipſe dominus aget, illo caſu caupo, cujus periculum
eſt, *hæc in princ. hujus legis.* Non autem intereſt, quis
2 ſit vectus vel viator, qui res intulit, an aliàs etiam ſit
caupo vel Nauta, qui res inferunt, non quatenus aliàs
caupones vel Nautæ ſunt, ſed quatenus jam ſunt via-
tores.
3 *In §. ult. h. l.* quæritur, an etiam Nauta teneatur
de iis rebus, pro quibus ſpecialiter nulla merces ſol-
vitur v. g. veſtimenta, penus & quæ vitæ ſuſtentandæ
neceſſaria? Et affirmatur: quia & harum rerum cu-
ſtodia neceſſaria eſt, & interdum major, quam alia-
rum rerum.

### ad L. Nauta. 5.

*SUMMARIUM.*

*Cuſtodiæ præſtandæ ſæpe natura contractus.*

EX quibuſdam contractibus etiam cuſtodia præ-
ſtanda eſt, licèt hoc expreſſe non ſit dictum: ut
hîc de receptis, & quæ Fulloni & Sarcinatori refi-
cienda vel polienda traduntur. Ideoque licèt viator
pro cuſtodia non debet mercedem, tamen caupo te-
netur ad cuſtodiam. Nam & Sarcinator non accipit
mercedem pro cuſtodia, & tamen ad cuſtodiam tene-
tur. Et ſicut contra furtum debet defendere rem re-
ceptam caupo, in quo præſumitur culpa, ita etiam à
damno (excepto pure fatali) tenetur defendere rem
receptam §. 1. *h. l.*

### ad L. Licèt gratis. 6.

*SUMMARIA.*

*Actio de Recepto etiam ei, qui gratis navigavit, competit. num. 1.*
*An caupo teneatur, ſi viatoris ſervo uſus ſit, & hic ſuo Domino quid ſurripuerit? 2.*
*Quid ſi ſervus talis ſit communis? 3.*
*Quid ſi ſervus ſervo in eadem navi damnum dederit? num. 4.*
*An viatorum factum caupo præſtare teneatur? 5.*
*Propter res in navi depoſitas duas ex h. edicto actiones habeo. 6.*
*Quomodo contra ipſum exercitorem agam? 7.*

1 ACtio de Recepto competit mihi, licèt gratis
navigaverim vel diverterim, quia ſibi debet
imputare caupo, quod gratis me admiſerit & ſe
obligatum eſſe nolle non prædixerit.
2 *In §. 1.* quæritur, ſi ipſius viatoris ſervus domino
ſuo quid ſurripuerit aut damnum dederit, ſi caupo
ipſius ſervi viatoris opera uſus fuerit, an actio con-
tra cauponem viatori competat? quod videtur ne-
gandum, nam cum aliàs dominus teneatur ex ſervi
ſui delicto, non videtur ob furtum ab eo factum
actio dari contra non dominum. Sed affirmatur, nec
3 conſideratur hîc, quod meus ſervus ſit, ſed quod cau-
po ejus opera utatur. Si verò mihi ſervus iſte com-
munis ſit cum caupone, quod mihi dedit caupo
communi dividundo judicio pro parte recuperabit.
4 *In §. 2.* quæritur, ſi ſervo meo ab alio ſervo in
eadem navi vel caupona damnum datum ſit, an con-
tra nautam vel cauponem detur actio? Neg. quia
ſervus non eſt inter res, quas caupo ſalvas fore re-
cepit. Ille autem, qui damnum dedit, aut ejus domi-
nus propriis tenebitur actionibus.
5 *In §. 3.* JCtus agit de actione ex quaſi maleficio,
& quærit, an etiam eorum factum præſtare teneatur,
qui itineris causâ divertunt? Et negatur de actione ex
quaſi maleficio, nam hi ſæpe ſunt incogniti, niſi rem
ſalvam fore recepit, quo caſu etiam factum viato-
rum præſtare teneretur. Si quis ex familia Exercito-
6 ris quid ſurripuerit, vel damnum dederit in rebus à
me depoſitis, habeo duas actiones: unam in factum
ex hoc titulo in ſimplum: alteram pœnalem in du-
7 plum contra ipſum furem. Si contra Exercitorem
egerim, cedere debeo actionem meam, quamvis ip-
ſe habeat actionem locati; ſed ſi alterutra egerim, ex
altera poſtea agenti obſtat Exceptio ſive rei judicatæ,
ſive doli. *§. ult. h. t. vid. Dn. Tabor ad tit. furti adver-
ſus nautas. th. ult. conf. Boer. dec. 56.*

### ad L. Debet exercitor. 7.

*SUMMARIA.*

*Cur exercitor ex facto nautarum teneatur? n. 1.*
*Quid juvet proteſtatio facta à nauta? &c. 2.*
*Quando proteſtatio nihil proſit? 3.*
*Quando proteſtatio omnino fruſtranea? 4.*
*De damno, quod nautæ inter ſe dant, exercitor non tenetur. 5.*
*Limitatur hoc. 6.*
*Exercitor ſervi nautæ factum præſtat. 7.*
*Caupo ex furto ſuorum ſervorum in duplum non tenetur. 8.*
*Si plures navem exercent, ſinguli in ſolidum non tenentur. 9.*
*Hæc judicia quamvis ſint honoraria, tamen perpetua ſunt. 10.*
*Quid ſi ſervus, qui navem exercuit, mortuus ſit? 11.*

1 EXercitor tenetur ex facto nautarum, cum ipſe eos
ſuo periculo adhibuerit. *Carpzov. p. 2. dec. 133. n.*
17. Et familiam bonam quilibet Nauta tenetur eli-
gere. *Afflict. dec. 82. n. 4.*
2 *Ad §. 1.* Notabitur hîc materia de proteſtatione,
ſi ad proteſtationem accedat conſenſus ejus, cui fit
proteſtatio, quod tunc proteſtatio liberet: ſed idem
effectus, ſi factum dependeat tantùm à proteſtantis
voluntate, tunc enim jura proteſtantis conſervat; ſed
ſi proteſtatio fiat in tali facto, quod non dependet à
3 voluntate ſola proteſtantis, tunc proteſtatio non pro-
derit, niſi ſequatur alterius etiam conſenſus, ut hîc.
*Conf. Carpz. p. 1. dec. 75. numer. 9. & ſeq.* Sanè ſi
proteſtatio fiat ſuper eo, quod planè non dependet
4 à voluntate partium, ſed à diſpoſitione juris, fru-
ſtranea eſt proteſtatio. *Carpz. p. 1. c. 1. def. 11. Klok.
vol. 2. conſ. 62. num. 16. & Barb. Locupl. l. 14. c. 103.
ax.* 10. Hæc actio ex quaſi delicto in duplum eſt,
5 ſcil. in furto §. 1. *h. l.* 7. Quando nautæ ſe inter damna
dant, de eo Exercitor non tenetur, quia vectoribus &
viatoribus tenetur Exercitor, non verò nautis inter ſe,
6 niſi nauta habeat duplicem reſpectum, & ſit in na-
ve, ut Mercator, & ut nauta; nam ſi damnum ei da-
tum, datur ei actio, ut mercatori, quod exemplo tunc
temporis uſitato declarat, nam quatenus nauta aliquis
eſt, eatenus præſtat ipſius factum, quatenus merces
habet in navi, eatenus præſtat ipſi factum cætero-
7 rum nautarum, *hoc in §. 2.* Servus nautæ, licèt nauta
non ſit, ſi tamen damnum det, ipſius factum præ-
8 ſtare tenetur Exercitor. §. 3. Sed quæritur *in §. 4.*
an caupo ex furto ſervorum ſuorum teneatur in du-
plum

Digitized by Google

plum? Quod negatur. Autor *ad L. 3. numer. 4. C. de Naut. fœn.* Nam in electione nautarum poteſt culpam committere, ideoque ex eorum furto in duplom tenetur, ſed in ſuorum ſervorum perſonis non habet electionam, ſed quos jure hæreditario fortè accepit, ideoque noxali actione tantùm tenetur, i. e. ut poſſit noxæ dedendo ſe liberare. Nam cum eſſent ingenia ſervorum Romanis ſuſpecta, caverunt, ne ultra pretiom ſui damnum darent domino.

9 *In* §. 5. agitur de eo caſu, quando plures navem exercent, an ſinguli in ſolidum teneantur? Et videtur, quod ſic *per l. 1 §. ult. & 2. ſeq. legibus de Exer. act.* Sed negatur & dicitur, quod teneaotur pro parte, & ea quidem non æquali, ſed qua navim exercent.

10 *Et in d. §. ult.* Sermo eſt de actione Exercitoria & actione ex contractu, hic da actione ex quaſi maleficio. Hæ actiones ſcilicet ex quaſi delicto, ex furto vel damno dato, licèt ſiut honorariæ; tamen ſunt perpetuæ, & tamen in hæredem non dantur, quia ſunt ex quaſi delicto: ex quo infert, ſi ſervus navem exer-

11 cuit & mortuus eſt, de peculio actionem contra dominum, ne quidem intra annum dari ſcilicet ex quaſi delicto. Sed ſi filiusfamilias & ſervus conſenſu pa-

12 tris aut domini exercuerint navim, in ſolidum tenebuntur.

# LIBRI QUINTI

## TITULUS I.

## De Judiciis, & ubi quis agere vel convenire debet.

### Ad L. 1. & l. 2. princ. & §. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Judex conſenſu partium de non ſubjectis ſibi cognoſcit. num. 1.*
*Quid ſi prorogatio? 2.*
*Qualem judex exerceat juriſdictionem in prorogantes? 3.*
*Ad prorogationem requiritur conſenſus partium. 5.*
*An requiratur conſenſus judicis ordinarii? 6. & 7.*
*Quæ juriſdictio ſit prorogabilis? 8. 9.*
*Quando prorogatio temporis ad tempus locum habeat? 10.*

1 Uilibet Judex, qui juriſdictionem habet ordinariam, inter eos, qui alàs ſibi non ſunt ſubjecti poteſt cognoſcere, ſi conſentiant; Autor *in C. tit. de Juriſdict. ad L. 1. num.* 3. quæ Juriſdictio vocatur Protogata, quæ ita definitur, quod ſit

2 extenſio juriſdictionis ordinariæ, ad cauſam ſeu perſonam aliàs ſub ea non comprehenſam. *Pet. Barb. ad h. l. 1. num.* 10. Autor *in C. t. de Juriſd. ad L. 3. num.* 1.

3 Unde colligit ex voce *Extenſionis Barboſa d. l. num.* 74. quod prorogatio debeat fieri ſub eadem forma, quam habeat juriſdictio ordinaria & ſic aliam juriſdictionem non poteſt exercere in prorogantes, quam exercet in ſobditos. *Barb. d. l. num.* 77. quod exemplo judicis in cauſis mercaturæ confirmat. Et hæc prorogatio tranſit ad ſucceſſorem in officio. *Barboſ. d. l. num.* 170. Quotuplex autem ſit prorogatio, tra-

4 ctat idem ad *l. 1. art.* 2. ſufficit autem conſenſus partium tacitus. *Barboſ. ad h. l. art. 3. num. 4. & ſeqq.* Unde ſi quis comparuit cum proteſtatione, nulla eſt

5 prorogatio. *Barboſ. d. l. nu.* 16. nec error inducit prorogationem *l. 2. pr. h. t. Barboſ. d. art. 3. num. 21. & ſeqq. Donell. & Hillig. l. 17. cap. 10. lit. L.* Metus etiam impedit juriſdictionem prorogatam. *l. 2. in fine princ.*

6 *h. t. Barboſ. d. l. num. 43. & ſeqq. Donell. & ibi Hillig. d. c. 10. lit. M.* Non autem neceſſarius eſt conſenſus ordinarii Judicis, ſed privatorum conſenſus ſufficit, quæ vox hic bis poſita & ideo Judex tenetur jus dicere. *Donell. & ibi Hillig. lit. N. contra Vultej. hic num.* 162. *Bocer. & Mat. Steph.* niſi ſcilicet ordinarius liti-

7 gantium Judex prohibeat, quod hodie moribus receptum *Matth. Steph. de juriſd. lib. 1. cap. 25 numer. 50. Vultej. hic num* 168. *& quos recenſet Hillig. d. l.* Sed error ex parte judicis non nocet, ſi putet ſe eſſe com-

8 petentem. *l. 2. §. 1. h. t.* Quamvis autem *Donellus & alii* velint mandatæ juriſdictionis prorogationem eſſe, contraria tamen eſt ſententia communis Jure Canonico probata in *c. 40. X. de offic. indic. delegati*, quam materiam prolixe tractat *Hillig. d. l. lit. P.* Media ſententia eſt quod juriſdictio per univerſalem dele-

9 gationem commiſſa ſit prorogabilis, non verò quæ ad certam cauſam reſtricta *Dn Zieglerus. ad Lancellot. l. 3. t. 1. §. 20.* & quos refert *Bach. ad tit. de Juriſdict. tit. de proreg. juriſdict. n. 3.*

10 *In §. 2. legis ſecundæ* ſit ſermo de prorogatione temporis ad tempus, & habet locum tantùm in delegata vel mandata juriſdictione, ſcilic. quando ad tempus datus judex conſenſu partium tempus prorogat: & hic expreſſo conſenſu opus ſit tum partium, tum judicis. *Bach. d. l. num.* 6. Plura videantur apud *Vultej. & P. Barboſ. hic Bachov. h. l.*

### ad L. conſenſiſſe. 2. & 3. & ſeqq. & l. 8.

*SUMMARIA.*

*Quinam habeant privilegium revocandi domum n. 1.*
*Quid ſi Legatus conſtituit. ſe ſoluturum, an habeat jus revocandi domum? 2. & 3.*
*Quibus caſibus ceſſet hoc jus? 4. 5. & 6.*
*An ſi alios actione injuriarum &c. conveniant, in reconventione habeant privilegium domum revocandi? 7. 8 & 9.*
*Referuntur aliæ perſonæ, quæ hoc privilegium habent. 10.*
*Legatis hoc in caſu pinguius privilegium conceſſum. numer. 11.*
*Tres caſus, quibus gaudent legati hoc jure, quamvis ibi contraxerint. 12.*
*Hoc privilegium tamen allegari debet. 13.*
*Præſens non videtur citatus, nec tenetur reſpondere. numer. 14.*
*An diffamator citatus comparens diffamatum cogere poſſit, ut ſtatim reſpondeat? 15.*
*An judex ipſe de ſua competentia cognoſcat? 16.*
*An de recuſatione ob ſuſpicionem? 17.*
*An de jure revocandi domum dicta, hodie quippiam utilitatis habeant? 20*
*Civitatum privilegium de non evocandis civibus, ubi non inveniat locum? 22. & 23.*
*Omnes cives Imperii hoc privil. habent. 24.*

ROma eſt communis patria. *l. 33. ff. ad municipalem. de quo Barboſa ad d. §. 3. num. 13. & ſeqq.*

Leg ti, & qui neceſſaria de cauſa teſtimonii dicendi, vel Tutelæ vel Judicii Romam evocati, vel qui propter Appellationem alicubi degunt, niſi in loco eo contraxerint vel deliquerint, non poſſunt ibi conveniri, ſed habent privilegium revocandi domum, i. e. poſtulandi, ut lis transferatur in locum domicilii, ne occaſione litis à munere publico retrahantur, *Don. lib. 17. cap. 13. & ibi Hill. Petr. Peckius de Jure ſiſtendi cap. 5. numer. 7.* Autor *ad L. 9. numer* 8. *C. h. de Proximis Sacror* Exceptio eſt in conſtituto. *l. 8. h. t.*
2 unde colligunt, locum confirmationis contractus forum non tribuere. *Gail. lib. 2. obſ.* c. *num.* 4. *Donell. l.* 17 c. 14. *poſt iit. M.* Ratio autem legis eſt in *l.* 33. *ff. de Donat* quod origo contractus inſpicienda. Sed ei obſtare videtur *l.* 5. §. 1. *de Conſtit. pec.* ad quam reſpondet *Donell. l.* 17. *c.* 14. *lit. N. Cujac. lib.* 13. *obſ.* 17. *Donelli reſponſionem probat Rittershuſ. ad Novell. p.* 9. *c.* 10. *nn.* 51. Hilliger ita, ſi Legatus Romæ conſtituit,
3 ſe Romæ ſoluturum, quod in provincia Romæ convenietur. *d. l.* 5 §. 1. ſin in provincia conſtituit, ſe Romæ ſoluturum, Romæ tempore Legationis conveniri nequit. *d.* §. 1. quod ſi Romæ conſtituit, ſoluturum ſimpliciter, non adjecto loco, quod in provincia contraxit, non convenietur tempore legationis. *Conf. etiam Barboſa ad l.* 2. *h. t.* §. 3. *numer.* 14. *& ſeq.*
4 Cæſſat verò hoc jus revocandi domum (1) ſi illi, qui jus habent, ibidem contraxerunt. *d. l.* 2. §. 4. *h. t.* nam aliàs daretur occaſio transferendi domum res alienas. *l.* 25 *h. t.* Exceptio in Legato, qui licèt in eo
5 loco tel ante legationem contraxerit, tamen jus re-
6 vocandi domum habet. (2) Ceſſat hoc jus, ſi ultra tempus ſubſiſtat *d.* §. 4. (3) Si ibi alios conveniat, tunc enim ibidem reconveniri poteſt, etiam durante legatione, non quaſi ab omnibus aliis conveniri poſſet, ſed tantùm ab eo, quem convenit, ut pluribus probat *Barboſa ad h. l.* 2. *numt.* 218. *& ſeqq.* quod tamen temperatur hic §. 5. niſi alios ex Lege Aquilia,
7 vel injuriarum actione conveniant; nam tunc reconveniri non poſſunt, ne in poteſtate cujuſque ſit, pulſando Legatum, ſubjicere eum juriſdictioni, ex quo *Bart. in Auth Et conſequenter. numer.* 3. *C. de ſent. Baldus in l* 1. *C de juriſd. & Maranta de Ord. judic. diſt.* 6. *numer.* 6. inferunt, te accuſationem non procedere, ſi judex accuſati non ſit j dex competens accuſatoris, quos refutat *Anton. Matt. in l.* 48. *ff. tit.* 3.
8 *cap. in fine*, cum nec injuriam paſſus teneatur conveniie injuriantem. Sed cum hodie moribus noſtris injuriatus teneatur honorem ſuum defendere, & maneat rato, quod qui habet contra me actionem, nec poſſit me v. gr. Lipſiæ convenire, poſſit me pulſando trahere ad judicium Lipſienſe; nam ſi injuriatum agam, poteſt me reconvenire, & ſic per injuriam mihi illatam conſequitur id, quod aliàs facere non poterat, ideoque ſententia Marantæ & Doctorum probabilis eſt. *Conf. Mindan. l.* 3. *de Contin. cauſæ cap.* 7. *numer.* 4. ubi tradit, ſi quis injuriam ſuam vindicet, eum non poſſe reconveniri, ſi judex in reconventum non habet aliàs juriſdictionem. Et ſanè non video, quomodo peſſimæ huic cautelæ obviari poſſet, ne aliquis me injuriando ad forum incompetens traheret, non igitur ſenteotiam illam ſimpliciter improbandam putarem; maximè ſi criminaliter agam ſuper injuriis, & ille me vellet actione Civili convenire. Sed non tan-
10 tùm Legatis, ſed etiam aliis teſtimonii dicendi, vel ex alia probabili ac præciſe aut cauſative neceſſaria cauſa, privilegium revocandi domum competit, ſcilicet qui in aliquo judicio verſatur, de quo *Barboſ. hic nu.* 276. *& ſeq.* ut ſi quis commiſſionis gratia, vel ut judex delegatus alicubi verſetur, vel qui tutelæ actione conveniatur alibi, vel appellavit Romam, vel Romæ reſtitutionem in integrum petit, & ſimiles. Hi enim ex neceſſaria cauſa ibi conveniri non poſſunt.
11 His omnibus datur jus revocandi domum, niſi ibi contraxerint; magis verò proviſum Legatis, nam his datur privilegium, etiamſi antea ibi contraxerint, modo non tempore legationis ibi contraxerint. §. 4. *hujus Legis.* Sed ſi in Legatione contraxerint Legati, non fruuntur hoc privilegio, ſive Romæ ſive in Ita-
12 lia contrahant. *Hac L.* 2. §. 5. Sed excepti tres caſus, quibus etiam Legatus privilegio fruitur, licèt Romæ vel in Italia contrahat, v. gr. (1) ſi hæreditatem adeat. *l.* 26. *h. t.* (2) ſi cum alio egerit, ob injuriam vel damnum &c. tunc enim reconventus habet privilegium. *d.* §. 5. *hujus Legis.* (3) ſi contraxerint rei, quod alibi contraxerint. *d.* §. 5. *Donell. lib* 17. *c.* 13. *poſt Lit.*
13 *H.* Sed id privilegium allegandum eſt, aliàs nullitas allegari nequit. *Vantius de Nullit. tit. Ex defectu juriſd. numer.* 150 *Vid. Carpzov. p.* 1. *deciſ.* 78 ubi de legato ita deciſum refert. Ex hoc §. etiam probant,
14 præſentem non videri citatum, nec teneri reſpondeat. *Dn. Struv. ad tit. de in jus voc. th.* 10. Si tamen pars ſine citatione ipſa compareat ſatis inſtructa, rectè porro proceditur. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 141. Sed
15 quid ſi diffamator citatur me inſtante, & is in termino compareat, velitque ſtatim actionem proponere, & petat, ut ego ad reſpondendum compellar, an hoc poſſit obtinere? Reſp. quod non, nam citatus eſt ad judicium diffamatorium, non verò ad principalem actionem. Ergo ſicut diffamatur non poteſt compelli, ut ſtatim agat, ſed ipſi tantus terminus ſtatuendus, intra quem agat, ita nec ego compelli poſſum, ut ſtatim reſpondeam. *Carpz. p.* 3. *dec.* 214. Et notetur hic ex §. 5. ſi præ or Romanus ſtatuat, eum eſſe ad domicilium remittendum, ſtatuendum ipſi eſſe terminum, or ibi ſe defendat, præſtita cautione de ſiſtendo. *P. Barboſa ad l.* 2. §. *Legatis, n.* 364.
16 *Ex* §. 6. *Hujus legis* notetur, quando de competentia judicis lis eſt, ipſe Judex poteſt ſententiam ferre de ſua competentia, quia ad iſtam quæſtionem competentiæ aut incompetentiæ ſatis competens eſt judex. *Gail. lib.* 1. *obſ.* 34. *num.* 4. *Zang. p.* 2. *c.* 1. *nu.*
17 447. Sed aliud in recuſatione ſuſpecti, *per l. apertiſſimi. C.* 16. *de judiciis.* quia per hanc exceptionem reprehenditur perſona, & ad indignationem movetur Judex. *Gail. d. l. numer.* 6. *Dn. Mevius p.* 2. *dec.* 31.
18 *In parag.* 7. dicitur, talem dilationem, datam debitori ob beneficium revocandi domum, non debere eſſe fraudi creditori, ita ut actio ei non præſcriba-
19 tur. Quod *in fine* dicitur, quod non omnibus, ſed majoribus judicibus mulctæ dictio competat, id noſtris moribus mutatum *videantur notata mea ad l.* 2.
20 *C. de Modo Mulctarum & conferri poteſt P. Barboſa ad d. parag. ult.* Sed quæ *in lege ſecunda* habentur de jure revocandi domum, in praxi in terminis non multum videntur habere utilitatis, niſi ea, quæ in aliis quæſtionibus argumenti loco adduci poſſint. Nam hodie Roma non eſt communis patria, nec tribuit forum Regis ſeu Principis ſedes; ſed habet quilibet jure communi jus, ut ita loquar, revocandi domum ſeu beneficium primæ inſtantiæ. *Zaſ. ad h. t. in pr. Dn. Struv. ad h. t. th.* 15. ubi tamen notat, hæc applicari ad deputatos ſtatuum à Principe evocatos, quod non poſſint ob debita civitatum in loco conveniri. *Petr. Peckius d. c.* 5. *num.* 9. *Chriſtin. vol.* 2. *deciſ.* 160. *n.* 9.
21 Legati Principum ipſo jure tuti, in loco Legationis & judicium inviti ſibi & ſuis non accipiunt. *Groenewegen hic & Greve Exerc.* 7. *th.* 4. Habent etiam Ci-
22 vitates privilegium de non evocandis civibus, ſed civibus in civitate ſua conveniendis, quod privilegium tamen non eſt magnæ virtutis. Nam ſi ex de-
23 licto conveniatur alibi, non eſt privilegio locus. *Dn. Mevius p.* 2. *deciſ.* 4. nec ſi actione reali, ſeu rei vindicatione, vel hypothecaria actione pulſetur; nam ibi rei ſitæ locus aſpicitur. *Dn. Mevius p.* 3. *deciſ.* 118. nec ſi alibi litigat, juramentum ibidem præſtare recuſabit.

cuſabit. *Dn. Mevius p. 3. deciſ.* 375. *& p. 4. deciſ.*
467. nec habet locum hoc privilegium in caſis,
in quibus Senatus non eſt competens judex. *Dn. Me-*
*vius ad Jus Lubec. l. 5. tit. 3. art. 4. numer.* 28. Imo ſi
civis alibi contraxerit, non habet locum jus non
24 evocandi, ſi credimus *Carpzov. l. 2. Reſp. p.* 29. Imo
hodie, ut dixi, omnes cives Imperii habent hoc pri-
vilegium de non evocando: Daß alles des Heil.
Reichs Verwandten und Unterthanen bey ihren or-
dentlichen inländiſchen Gerichten gelaſſen werden.
*Ordin. Crimin. p. 2. tit.* 1. quod etiam Capitulatio-
nibus Cæſareis ſolet inſeri. *Dn. Mev. p. 1. dec.* 225.
*numero* 7.

## ad L. Non videtur. 3.

SI notorium ſit, me non eſſe ſubjectum vel me
habere beneficium revocandi domum, ſi de fa-
cto vocer ad judicium, & ego me non ſiſtam; non
poteſt contra me judex procedere in contumaciam
per immiſſionem, quia non præſumor fruſtra de ac-
tionis cauſa latitare; nam ſemper melius præſumen-
dum eſt, cautus ergo debet eſſe judex in Proceſſu in
contumaciam.

## Ad L. Lis nulla 4.

*SUMMARIA.*

*Cauſæ, ubi inter patrem & filium lis oritur. n.* 1.
*Hodie pater de adventitio conveniri poteſt.* 2.
*An hodie de profectitio?* 3.
*Tales cauſæ citiſſime privatim dirimendæ.* 4.

INter patrem & filium non poteſt Lis eſſe. Autor
1 *in C. t. de Neg. geſt. ad L. 11. num.* 1. Excipiun-
tur tamen *à Gloſſ. & Bart.* aliqui caſus; quando ad
alimenta agitur, vel Pater filium in poteſtatem re-
vocat, vel patri uſusfructus in adventitio peculio
non quæritur *Capycius deciſ.* 56. Dn Autor *in C. tit.*
*de Patria Poteſt. ad L. 4. numer. 1. & seqq.* imo ex-
2 cipitur hodie, præſertim noſtris moribus, non tan-
tùm peculium caſtrenſe & quaſi caſtrenſe, ſed etiam
Adventitium. Non quia in hoc uſumfr. tantùm ha-
bet pater; ſi eo jure abutatur, omnino à filio conve-
niri poteſt. *Buſius hic.* idque paulo generalius *Groen-*
3 *wegen ad h. l.* Sanè in profectitio etiam hodie nul-
la lis eſſe poteſt inter patrem & filium. Id tamen
maximè curandum, ut tales lites vel intra privatos
parietes ſopiantur, vel citiſſime decidantur. Et ubi im-
4 pietas vel liberorum erga parentes, vel parentum aut
vitricorum adverſus liberos & privignos deprehendi-
tur, impietatis mulcta erit reſtitutio expenſarum &
mulcta extraordinaria. *Dn. Mev. p. 3. dec.* 298.

## ad L. Si quis. 5.

*SUMMARIA.*

*Citatus ad alienam juriſdictionem, in dubio venire de-*
*bet. num. 1. & 3.*
*Quid ſi incompetentia notoria ſit?* 2.

SI quis alienæ juriſdictionis ſit, & dubium ali-
1 quid ſit in jure vel facto, debet venire & alle-
gare exceptionem, *hic & l. 2. ſi quis in jus voc.* aliàs
contra eum in contumaciam proceditur. Aliud au-
2 tem eſt, ſi exemtio ſit notoria; nam tunc etſi citatus
non compareat, tamen citans non poteſt contra eum
procedere tanquam contumacem. Ut dictum *ad L. 3.*
*h. t. Mynſing. cent. 6. obſ. 7. Menoch. remed. 5. recup.*
*poſſ. num. 16. Petr. Barboſa ad l. h. n. 11. & seqq.* maximè
ſi nullam ipſo jure juriſdictionem habeat in citatum.
Sed ſi habeat jure mero juriſdictionem, licèt per exce-
3 ptionem notoriam ſit elidibilis, tutius videtur, debe-
re citatum comparere. *Barboſa hic n. 34. & seqq.* Et
non videtur contumax, qui præſens judicium accipere
non tenetur. *Barboſ. hic numer. 4. ſeq. & l. 3. h. t.*

## ad L. Cœcus judicandi. 6.

*SUMMARIA.*

*An cœcus poſſit conſtitui judex? n.* 1.
*Quomodo ſententiam recitare poſſit?* 2.

1 COecus judicandi officio fungi poteſt, Autor *ad*
*L. 1. num. 4. C. Qui morbo ſe excuſ. Et ad L. 1. n.*
27. *C. de Decur.* ſed quæritur 1. an cœcus poſſit con-
ſtitui judex, poſtquàm cœcus factus eſt? quod negat
*Acc. per l. 1. § 5. de poſtulando.* Affirmat verò *Donell.*
*l. 17. cap. 24. & in Hill. in not. lit. N. O. P.* Et ſanè poſ-
ſunt eſſe qualitates in cœco, quæ defectum viſus ſup-
pleant. Interim tamen non poteſt tutor dari. Autor *ad*
*L. 3. C. Qui dare tut.*
2 Quæritur 2. quomodo ſententiam recitare poſſit?
Reſp. per alium & memoriter. *conf. Dn. Strykius in tr.*
*de jure Senſuum in tit. de Viſu. cap. 5. n.* 10.

## ad L. Si quis poſtea. 7.

*SUMMARIA.*

*In jus vocatus, ſi mutaverit forum, an coram primo ju-*
*dice comparere teneatur?* 1.
*Citatio inducit præventionem* 2.
*Citatio hodie & præventionem & litis pendentiam opera-*
*tur.* 3. & 4.
*In criminalibus citatio verbalis, an realis præventionem*
*inducat?* 5.
*Annon cauſa Commiſſariis delegata & per citationem*
*inchoata à ſuperiori avocari poſſit?* 6.
*Privilegia ſcholarum etiam extra locum ſtudii valere.* 7.

SI quis in jus vocatus fuerit, & poſtea mutaverit
forum, vel per privilegium, vel mutationem do-
1 micilii, coram primo judice tenetur cauſam proſequi.
*Donell. lib. 17. c. 8. lit. D. Petr. Frid. Mind. l. 3. de com-*
*mun. cauſ. cap. 5. num. marg.* 15. nam ubi acceptum judi-
cium, ibi finiri debet. *l. 30. h. t. Gail. lib. 1. obſ.* 11.
*Salgado in Labyr. p. 1 c. 7. nu. 78. & seqq. uti de Con-*
*vicus.* Unde *in his LL.* de præventione agunt *Barb. hic*
*& An. Gabriel. t. de Judic. concl. 1. Zang. de Except.*
*p. 2. c. 3. Huic legi* videtur obſtare *l. 12. ff. ſi quis cau-*
*tionib.* ſed illa de aliis privilegiis, v. gr. moratoriis lo-
quitur. *Cujac. hic.* Aliter *Barb. ad h. l. num.* 123. Vide-
tur etiam obſtare *l. 4. §. 5 de Re mil.* Sed reſpondet
*Cujac d. l. tomo.* 2. quod loquatur in ſpecie de reo ca-
pitalis criminis, dante nomen militiæ. Probatur au-
2 tem *ex hac lege*, quod citatio præventionem inducat,
licèt juris pendentia per ſolam litis conteſtationem
3 inducatur. Autor *ad L. 2. C. numer. 4. Quando libell.*
*Princ.* Sed moribus noſtris quoniam Magiſtratus ipſi
judicant, dici poteſt, litis pendentiam & præventio-
nem fere unius eſſe rationis, dum per citationem, ſpe-
cificam ſc. & legitimam, legitimeque inſinuatam non
tantùm præventio, ſed & litis pendentia inducitur,
*Obrecht. de juriſd. l. 3. cap. 14. nu. 9. & seqq. Gail. lib. 1.*
*obſ. 29. nu. 5. & obſ. 74. num. 18. Maſc. concl. 1233. nu. 6.*
*& Mynſ. cen 4. obſ. 26. quos laudat Franzkius ad h. t.*
*num. 54. conf. Hillig. in Donell. lib. 17. c. 18. lit. C. Car-*
*pzov. p. 1. conſt. 7. def. 21. Gail. l. 1. obſ. 11. nu. 1. & alii.*
Licèt ſi circumducta ſit citatio, id eſt, ſi uterque ema-
neat, aut actor rei contumaciam non accuſet, effe-
ctum eum amittat nec præventionem operetur. *Carpz.*
4 *l. 2. Reſp. 47. Dn. Zieglerus ad Lancell. l. 3. tit. 5 §. 4.*
Licèt ergo, ſi civis noſter in alieno territorio delique-
rit, & à nobis & à Domino territorii illius citari, & in
contumaciam procedi poſſit, ſi tamen ego ipſum præ-
veniam, ille non poteſt inquirere. *Dn. Mev. part. 5 d.*
300. Si tamen in criminalibus unus judex perſonaliter
5 citaſſet, alter verò captivaſſet, hunc potiorem fore,
tradit *Alex. ad l. ſepulchri. ff. de ſepulchro viol. Boſſius in*
*tr. crim. tit. de foro compet. n. 99. & seq. Sig. Scaccia de Judi-*
*ciis lib. 1. c. 12. nu. 65. Clarus §. fin. q.* 37. nam citatio realis

fortior eſt verbali. *Petrus Barb. ad h. l. num. 66. & in*
*ſeqq. ubi diſputat.* Et confeſſio rei coram uno judice
criminali, licèt proceſſus nondum ſit formatus, facit
præventionem. *Barb. d. l. nu.* 100. Ob rationem *hujus le-*
*gis*, militem ſuam legionem ſecutum revocatum à Tri-
bunali, refert *Dn. Mev. p. 3. dec.* 252. Sed quæritur; an-
6 non committens, cauſam Commiſſariis delegatam, &
per citationem inchoatam, pœnitente altera parte,
avocare poſſit? quod merito affirmat *Carpz. d. dec.* 97.
nam ſuperiori competit jus avocandi maxime à com-
miſſariis. Sed regulam hujus textus limitat in Schola-
ri facto *Barb. hic. nu.* 13. Privilegia ſcholarum etiam
7 extra locum ſtudii valere. *Conf.* Autor *ad L. 12. n.* 21.
*C. de Palatin. Sacrar. larg.* An autem is, qui proprio
motu Principis accepit novum privilegium, excipien-
dus ſit? de quo *Barb. nu. 114. & ſeqq.* de eo valde dubito,
quia textus non limitat, nec ejus ratio.

*Legem 8. habuimus ſupra in l. 2.*

## ad L. Inſulam. 9.

### *SUMMARIUM.*

*Inſulanus ubinam conveniendus?*

HUjus ſumma videtur eſſe hæc, quod inſulæ ad-
jacentes videantur Italiæ eſſe, & ad eam perti-
nere, ita ut inſulanus in Italia poſſit conveniri etiam
ex delicto. *Decianus l. 4. prax. crim. c. 17. numer.* 29.
*Gerb. ſing. 15. Klock. de Ærario l. 2. c. 124. nu.* 4. Imo
quidam per centum milliaria in Mari extendunt po-
teſtatem vicini Principis, ut *Alber. Gentilis & Georg.*
*de Calbedo. quos refert Klock. d. l.*

## ad L. Deſtitiſſe. 10.

### *SUMMARIA.*

*An mereatur pœnam, qui à lite deſiſtit? n. 1.*
*Duplex limitatio affertur. 2.*
*Conſilium pro appellantibus. 3.*

DEſtitiſſe is non videtur, i. e. non meretur pœ-
1 nam calumniantium, nec tergiverſantium ex SC.
Turpill. qui à lite bona fide inſtituta, cognita juſtitia
cauſæ partis adverſæ, deſiſtit. Sed hæc ad expenſas non
trahenda exiſtimo: nam litem temere moviſſe, &
bona fide inſtituiſſe, non ſunt contraria. Ergo ſi quis
cognita injuſtitia cauſæ ſuæ, de qua litem calumnio-
ſe non movit, renunciet liti, poteſt hoc facere per hanc
legem. *Carpzov. p. 1. c. 11. d.* 9. cum duplici tamen
cautela: (1.) ut expenſas reſtituat. *l. eum quem. 79. h. t.*
*Salyc. ad l. 4. C. de pact. qu. 7. Harm. Piſt. p. 4. quaſt.*
*22. numer. 5. Schultes obſ. 48. Carpz. l. 3. juriſpr. Eccl.*
*d.* 38. (2.) niſi rei interſit, ut lis ad finem perduca-
2 tur, & ſententia deſuper feratur. *Caſtr. ad d. l. 4. Pet.*
*Peckius de jure ſiſtendi. c. 48. in fin. & Sande lib. 1. tit.*
*18. def. un.* Et pœna in ſecunda inſtantia infligenda
temere appellantibus, ob oculos ponenda, ut ſi pœnam
affugere velit, cito ab appellatione deſiſtat. *Dn. Mev.*
*p. 3. dec. 245. & alibi.* Et cum melius ſit, temerarias
3 Appellationes impedire potius, quam admiſſas vindi-
care, conſilium præbet *Dn. Mevius. dict. dec.* 245.
ut Appellatus judici proponat juſtitiam cauſæ per
ſupplicationem, & hanc deductionem judex tranſmit-
tat ad Appellantem, moneatque, ſi hæc ita ſe habeant,
ut deſiſtat, aliàs impune id non laturum; & ſi audi-
re nolit, ut breviorem terminum ad juſtificandum
præfigat Appellatò ſane licèt renunciare liti, nec Ap-
pellanti licèt repoſcere expenſas, per tradita *Dn. Me.*
*p. 3. dec. 316. & ſeq.*

## ad L. Si a me. 11.

### *SUMMARIA.*

*Adverſarie in filium arrogato ſolvitur judicium. n. 1.*
*Limitatio. 2.*

1 SI quis Adverſarium ſuum arroget in filium, ſol-
vitur judicium, quia ab initio inter patrem &
filium non poteſt conſiſtere judicium, Autor *ad L. 12.*
*num. 1. C. de Negot. geſt.* & irritum redditur judicium,
quando devenit ad eum caſum, à quo incipere non
potuit. Sed intelligo legem cum hac limitatione, niſi
2 talis caſus ſit, in quo patri cum filio lis eſſe poteſt,
de quo ſupra, *ad L. 4. h. t.*

## ad L. cum Prætor. 12.

### *SUMMARIA.*

*An, ſi prætor ex tribus judicibus unum judicare vetat,*
*cæteris judicare permiſerit? nu. 1.*
*Quando illud, quod uni prohibetur, videatur alteri per-*
*miſſum? 2.*
*Quando judex delegatur, in dubio, juriſdictionem ordi-*
*nariam, an delegatam habeat? 4.*
*An hodie omnibus judicibus delegare permiſſum? 5.*
*An hodie delegatus poſſit ſubdelegare? 8.*
*Qui non poſſunt judices dari? 7.*

1 PRætor dederat tres judices, ſed unum vetat ju-
dicare, an tacite videtur committere cæteris duo-
bus, ut cauſam cognoſcant? Videtur quod non, quia
2 verba negativa non ſunt diſpoſitiva. Sed affirm. quia
prohibitio certæ perſonæ ſtricte interpretanda. *Bach.*
*hic numer. 20. & ſeqq.* Cum quid uni prohibitum, vi-
detur cæteris permiſſum. *Barb. hic num.* 36. quod in-
telligo, ubi antea illud Lege vel ſtatuto permiſſum
erat; nam tunc illud per prohibitionem uni factam
confirmatur. *Riminaldus vol. 4. conſ. 353. num.* 78. Niſi
frequentioris uſus gratia uni prohibitum, *per l. un. C.*
*de Raptu Virg. Petr. Barb. hic. num. 50. & Aug. Barb.*
*lib. 14. c. 93. axiom. 17. & in Collectaneis ad L. 1. C.*
3 *de his, qui ad SS. Eccleſ. confug.* Infertur etiam, qui in
certo caſu ſibi providit, videtur voluiſſe, ut contrarium
obſervaretur in caſu omiſſo, plures refert hic *Barb. n.*
*37. & ſeq.* Inferunt etiam *ex hac lege*, incluſionem unius
non eſſe excluſionem alterius, præterquam in connе-
xis, *Dec. conſ. 99. Menoch. l. 1. A. qu. caſu. 37. numer.*
*21. & ſeq.* de qua regula prolixe *Barb. lib. 9. c. 32.*
*axiom. 2.*

*Ad* §. 1. Agitur hic de Eo, qui judicem delegare
4 poſſit, ſcilicet quibus Lege conceſſum eſt vel con-
ſuetudine; quod hic exemplis declaratur. Cum autem
ſit interdum dubium, an ordinaria juriſdictio data
ſit, vel delegata, ideo notandum, ſi una certa causâ
committatur, præſumitur delegata, niſi per modum ex-
citatorii inſtigetur judex aliàs ordinarius; quando au-
tem univerſitas cauſarum committitur, videtur ordi-
naria juriſdictio data, licèt nullum detur Territorium,
quia de eſſentia juriſdictionis ordinariæ non eſt, ut
ſit annexa territorio *Maranta p. 4. diſt. 5. judic. num.*
*2. Blancus de compromiſſ. qu. 6. numer. 4. Barb. hic in*
§. 1. *numer.* 46. plura autem de iſta differentia vid.
5 *apud Marantam. d. l. & Barb. hic.* Illud autem non
videtur adeo operoſe diſquirendum, quia hodie dele-
gare poſſit? Nam ni fallor omnes judices ex Con-
ſuetudine poſſunt hodie delegare, Autor *ad L. un.*
*numer. 6. C. Qui pro ſua Idict.* exceptis Delegatis, qui
ſubdelegare non poſſunt, niſi ſint Principis Delegati,
qui ſubdelegare poſſunt. Autor *in C. h. t. ad L. 5. nu.*
*4. Et ad d. L. unic. nu. 7. & 8. C. Qui pro ſua Juriſd.*
Sed & alterius judicis delegatus poteſt ſubdelegare
articulum non juriſdictionalem, ſed pertinentem ad
ea, quæ in mero facto conſiſtunt, atque adeo nullam
juriſdictionalem cognitionem requirentem. *Barb. hic*
*num.* 126. Et is, qui habet delegatam juriſdictionem
ſuper univerſitate cauſarum, poteſt ſubdelegare cer-
tam cauſam. *Barb. hic num. 124. & num.* 188. Autor
*in C. h. t. ad L. 5. num. 1. & 5.*

7 *In* §. 2. agitur de iis, qui non poſſunt judices dari.
Nam

Nam quidam prohibentur naturâ, ut perpetuò furioſi, impuberes, & muti ac ſurdi: quidam Legibus, ut Senatu moti, ob turpem cauſam per legem Repetundarum *l. 2. ſupra de Senat.* Motibus fœminæ & ſervi, quia receptum eſt, eos civilibus officiis non fungi. Autor *ad L. 2. nu. 1. C. de Sentent. & interloc.* Minores 18. annis non natura, ſed Lege prohibentur *L. 57. ff. de judic.* Filiusfamilias poteſt eſſe judex per *paragrag ult.*

## ad L. In tribus 13. & ſeq.

### SUMMARIA.

*In judiciis diviſoriis quiſnam actor reusve ſit? n. 1.*
*Lm. ſi partes ſunt concordes de re communi. 2.*
*Vter in interdicto, uti poſſidetis, actor ſit? 3.*

1 IN Judiciis diviſoriis ſcil. Familiæ hercifcundæ, Communi dividundo, & Finium regundorum, uterque actor eſt, uterque reus. Sed ratione ordinis Proceſſus, & oneris probandi is Actor eſt, qui prior provocavit ad judicium, *Contardus ad L. Diffamari. c. 5. num. 2. Klock. vol 129. num. 6. ſeq. Barboſ. hic num. 44. Pacian. de Prob. lib. 1. c. 60. num. 9.* quod hic *P.* 2 *Barboſa numer. 30.* ad eum caſum reſtringit, quando partes ſunt concordes, quod res ſint communes, & tantum agitur de re dividenda; nam qui non poſſidet rem communem, & poſſeſſor negat, rem pertinere ad eum, inepte judicio diviſorio ille ageret, *Barb d. l. num 13. & ſeq.* Eadem ratio interdicti, ne vis fiat ei &c. & interdicti, uti poſſidetis, quatenus enim pro-3 vocat alium, actor eſt, quatenus tuetur ſuam poſſeſſionem, eſt reus. *Menoch rem. 1. retin. poſſ. numer. 49.* Sed cum ambo ſimul provocant, ſorte res dirimenda. *leg. ſeq. h. t. Don. lib. 17. cap. 11. lit. T. & ibi Hillig. Carpz. p. 1. c. 7. def. 23. Conferri poteſt Randenſ. lib. 1. conſ. 25. n. 95. Hieron. de Monte de fin. reg. c. 45. n. 2. & ſeqq.*

## ad L. Filiusfam. 15.

### SUMMARIA.

*Judex, qui male judicat, quomodo puniendus? nu. 1.*
*Quid ſi dolo? 2. & 7.*
*Quomodo pater ex delicto filii male judicantis teneatur? 3.*
*An pater conveniri poſſit ratione peculii adventitii? 4. & 6.*
*Quid ſi habeat filius pecul. caſtrenſe? 5.*
*Hodie an judices per imperitiam judicantes plectantur? 8. 9. & 10.*

1 FIliusfamilias poteſt dari judex, per *l. 12. in fin.* ſed quid ſi male judicet? Reſp. Judex, qui ex imperitia malè judicat, litem ſuam facit, dum condemnatur eatenus, quatenus religioni Judicis viſum fuerit, & filiusfam. pro ratione peculii *l. fin. de var. & extraord. cogn.* Sed ſi dolo, i. e. ex amicitia, odio vel 2 ſordibus, tunc veram litis æſtimationem præſtat. *Petr. Barb. hic. nu. 10. ſeq. Donell. L. 18. c. 2.* Autor *ad. L. ult. num. 2. C. de pœna Judic* Illud *in hac L.* dubium eſt, 3 quomodo pater ex delicto filii poſſit de peculio teneri, cum tamen ex delicto filii non teneatur? ideoque forte legendum, filiusfamilias, ſecundum *Cujac. lib. 2. ad h. L. Sed lib. 13. obſ. 18.* nihil mutandum cenſet, ſed quod de peculio hic dicitur, intelligit ita: filium per imprudentiam male judicantem teneri peculio tenus; non quaſi ex peculio invito patre hoc fieri debeat, ſed aliunde, aut carcere tamdiu detinendus. *Conſ. Pac. c. 3. q. 23.* Licèt, ſi pater ſciat litem conteſtari filium ſuper Syndicatu, tunc etiam invito patre fiat executio in peculium. *Bach. ad h. l. nu. 24.* Sed quid ſi filius habeat peculium adventitium? Reſp. ta-4 le non venire in confiſcationem, ut tradit *Clarus §. fin. qu. 86. nu. 3. & quæſt. 78. num. 12. Gail. lib. 2. de P. P. c. 13. in fin. Dn. Manzius in cent. deciſ. qu. 80.* Sed ſi pater non habeat uſumfr. in bonis adventiis? Ut in *Auth. excipitur C. de bonis quæ liberis &c.* tunc hi omnes concedunt, in peculium adventitium dandam eſſe actionem. Sanè peculium Caſtrenſe confiſcari non 5 poſſe, dicitur *in l. 3. C. de bonis damnat.* quod an hodie in uſu, dubito Autor. *in C. d. t. ad. L. 1. num. 6. & 7.* Sanè poſſet etiam executio mulctæ in peculium adventitium fieri, ſcilicet quoad proprietatem, ſalvo uſufructu ex *Ario Pinello de bonis mat. l. 1. p. 1. numer. 45. Manzius d. l. numer. 15.* Autor *ad L. 1. & 3. C. de bonis damnat. num. 8. & 9.* Plane ergo notanda *ex §. 1. h. l.* 6 diſtinctio, an judex ex imperitia male judicet, an verò ex dolo; ut ibi arbitrarie, hic ad ſolidam æſtimationem damni teneatur. *Vid. tradita ad tit. C. de pœna judicis. Barboſ. hic nu. 47.* ubi *in ſeqq.* plures inter illos duos caſus differentias tradit. Et hinc actio de Syndicatu datur contra judicem, licèt non appellando 8 pars conſentire videatur. *Barboſ. hic n. 29. & ſeq.* Sed prius membrum videtur omnino hodie ceſſare. Et ſane periniquum foret & male ageretur cum judicibus, præſertim ſubalternis, ſi in tam difficili juris ſcientia, in tanta opinionum varietate, tantaque cauſarum mora & differentiarum multitudine, ipſi ſingularum cauſarum periculo tenerentur obnoxii, ſi quid forte iis per imprudentiam vel imperitiam excideret; ſunt verba notatu digna *Dn. Grœnwegen ad* 9 *pr. Inſt. de Obligat. ex quaſi delicto. Conſ. Chriſtin. vol. 4. dec. 95. num. 5.* Et ſanè tota die videmus reformari ſententias judicum, ut male latas, nec tamen unquam quis teſtabitur judicem, qui per imperitiam vel negligentiam male judicat, fuiſſe punitum, ſaltem ar-10 bitrarie. Sed ſi dolo litem ſuam faciat, hac in parte juri nihil derogatum putaverim, cum *Chriſtin. d. l.*

## ad L. Julianus. 16.

### SUMMARIUM.

*An Actio de Syndicatu tranſeat ad judicis hæredes?*

AN actio de Syndicatu tranſit ad judicis hæredem? Vid. quod ſic, per *l. 4. §. fin. ff. de damno infect.* ubi ſi Magiſtratus negligens in adminiſtranda juſtitia ſit, & ipſe & hæres ejus tenetur. Sed negatur, & reprehenditur Julianus, quia ut ex delicto, ita & quaſi delicto hæres non tenetur, niſi lite à defuncto conteſtata. *Ad l. 4. §. fin. num. 15. & ſeqq.* vide, quid reſpondeatur ibidem.

## ad L. Julianus ait. 17.

### SUMMARIA.

*An Judex, uni litigatorum ſuccedens ut hæres, deſinat eſſe judex? nu. 1.*
*An Princeps aliusve in propria cauſa judex ſit? 2.*

JUdex, ſi uni litigatorum ſuccedat ut hæres, de-1 ſinit eſſe judex, quia jam eſt ex parte cauſa ipſius judicis *conſ. notata ad l. fin. C. de Bonis quæ liberis.* Neminem autem rei ſuæ judicem eſſe notiſſimum eſt; 2 cujus exceptio eſt in ſummo Principe, qui per ſuos conſiliarios à vinculo, quoad hoc punctum abſolutos ſolet de propriis cauſis judicare. Sed ita ipſe non judicat. Sed progrediuntur quidam ulterius. Sed concedunt omnes, eum honeſtius facere, ſi compromittat. *de quo vid. Hill. in Donell. l. 17. cap. 2. lit. B. plurimos citans.* Autor *in C. tit. Ne quis in ſua cauſ. judic. ad L. un. num. 10, 11. & 17.* Alias limitationes regulæ *vid. ap. Barboſam locuplet. l. 9. c. 89. axiom. 4.* Sed ut talis conſuetudo ſit rationabilis, quod quis in ſua cauſa ipſe judicare poſſit, id mihi nullatenus videtur verum: de Judice ſuam juriſdictionem defendente alibi dictum. Colligitur *ex hac L.* ſuſpicionem etiam pendente judicio natam poſſe judici opponi. *Don. l. 17. c. 25. lit. O.*

## ad L. Si longius. 18.

### SUMMARIA.

*An Judex propter impedimenta ſe excuſare poſſit? n. 1.*
*Quæ differentia hic obſervanda in judice ordinario & delegato? 2.*
*An teſtis decumbens, parte adverſa non citata, examinari poſſit? 3.*

*Propter abſentiam alterius, ſæpe admittitur in judicio, qui alias abſque mandato non admitteretur.* 4.

1 DIcitur *in principio*; incidente infirmitate vel neceſſaria profectione, non eſſe amplius expectandum judicem. Et ob impedimentum ſuperveniens poſſe ſe judicem excuſare, ſi ſcilicet impedimentum longius ſit, *per hunc textum.* Sed hic tria monet *Barboſa*
2 (1.) *hunc textum* etiam in Ordinario judice procedere, ut alius ſurrogetur, ſi longius impedimentum. *Barboſ. nu.* 9. (2.) eſſe differentiam inter ordinarium & delegatum Judicem, quod ſi duo ordinarii ſint, altero impedito, alter cognoſcat, non idem in Delegatis. *Barboſ. hic nu.* 18. *& ſeq.* (3.) quando ſurrogatus eſt aliquis in locum alterius, & impedimentum, quod non brevi deſiturum videbatur, tamen citius ceſſat; tunc eſſe diſtinguendum inter ordinarium judicem, & delegatum; ille ceſſante impedimento ſtatim reaſſumit
3 judicium; non hic *Barb. num.* 28. *& ſeqq.* Ex *hoc textu* colligit *Gail. lib.* 1. *obſ.* 102. *num.* 4. quod teſtis gravi morbo decumbens, ut vitæ ſubſit periculum, à judice incompetente imò ſolo Notario, parte adverſa non citata, examinari poſſit, quia periculum, quod in mora eſt, dilationem reſpuit *Conſ. idem de P. P. l.c.*5. *numer.* 15.

*Ad* §. 1. Propter abſentiam patris licet filio age-
4 re, ubi aliàs agere non poſſet abſque patris conſenſu. Unde hic conficiunt communem regulam, propter abſentiam alterius admitti ad agendum in judicio, qui aliàs non eſſet admittendus abſque alterius conſenſu; & ita, quamvis mulier ex ſtatuto non poſſit agere in judicio ſine conſenſu mariti, ſi tamen Maritus fuerit abſens, & abſentia ſit diu duratura, poterit agere mulier *Petr. Barb. hic num.* 46. *& ſeqq.* ſi ſit periculum in mora *Barb. d. l. num.* 53. Et ne delictum maneat impunitum, permittitur, quod aliàs non permitteretur. *Barb. nu.* 55. Et hinc filiusfamilias ob injuriam ſibi illatam agere poteſt; vel ob damnum datum, vel ob furtum.

## ad L. Hæres. 19.

### *SUMMARIA.*

*Annon hæres ex perſona defuncti forum ſortiatur?n.*1.
*Quando hæres nullo proprio privilegio excuſatur, quale privilegium intelligatur?* 2.
*An hæres conveniatur ex perſona defuncti, quando judicium nondum cœptum eſt?* 3. 4. 5.
*An tutor & alii adminiſtratores tantùm in loco adminiſtrationis conveniendi?* 6. *& ſeqq.*
*Annon actoris electio relinquenda?* 10. *&* 11.
*Limitationes, quibus tantùm in loco adminiſtrationis conveniatur.* 12.
*Quis locus habeatur pro loco adminiſtrationis?* 13.
*Quando quis in loco contractus convenitur?nu.*14 *&* 15.
*Quibus caſibus abſens ad locum contractus citari poſſit?* 16.
*Locus ſolutionis præcipuè eſt locus contractus.* 17.
*Loca varia, quæ non habeantur pro locis contractus? num.* 18.
*An advena teneatur ſtatim judicium accipere? n.*19.20. *&* 21.
*In quibuſnam caſibus qui in loco contractus non poſſit conveniri?* 22.
*Qui ex mandato conveniendus eſt, in quonam loco conveniri debeat?* 25.
*In loco deſtinatæ ſolutionis ratio habenda valoris pecuniæ.* 26.
*Qui in alium deſtinavit ſolutionem an in loco domicilii conveniri poſſit?*28.29.

1 NOnnulli ex alterius perſona ſortiuntur forum, ut hæres, qui convenitur eo loco, ubi defunctus debuit, ſi præſens ſit; licèt ratione perſonæ judici aliàs non ſit ſubjectus, quia ſcil. defunctum repræſentat, & ex perſona defuncti conditio creditoris non
2 mutatur. Et quamvis dubitari ſoleat, an verba, *ſuo proprio privilegio*, de privilegio, perſonæ proprio, an verò de communi privilegio, etiam intelligantur, v. gr. Clericorum, Studioſorum; & quidem receptior ſententia ſit, *legem hanc* de privilegio communi, v. gr. Clericorum, eſſe intelligendam, ſic Clericus ſuccedens Laico non poterit *ex hac lege* coram Judice Laico conveniri, niſi cœptum ſit contra defunctum Laicum Judicium. *Covar. pract. q. c.* 8. *num.* 4. *Gail. l.* 1. *obſ.* 37. *num.*8. *Boër. dec.* 66. *num.*32. *Vivius lib.* 2. *opin.* 26. *Zœſius ad Decret. tit. de foro compet. num.* 26. *& ſeq.* Autor *ad L.*51. *num.* 5. *C de Epiſcop. & Cleric.* Verior tamen contraria ſententia *Vinc. de Franchis dec.* 234. *Donell. l.* 17. *c.* 11. *& ibi Hill. lit. C. Petr. Barb. ad l.* 19.*pr. nu.* 9. *& ſeqq.* Sed videntur duo caſus excipi in
3 hoc textu. (1.) Si judicium cum defuncto cœptum; & de eo hic implicite, expreſſius *in l.* 34. agitur. (2.)
4 Si Judicium cum defuncto non ſit cœptum, tunc conveniri poteſt in loco, ubi defunctus potuit conveniri, ſub hac tamen conditione, ſi præſens ſit. Sed in priori caſu abſens etiam citandus videtur. Si autem non defendatur, mittitur Actor in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum. *Zang. de Except. p.* 2. *c.* 1. *num.* 63. *Hill. in Donell. l.* 17. *c.* 11. *lit. B.* Et ſic hic menſe *Jan. An.* 1662. pronunciatum. Quamvis autem
5 *hoc totum principium Legis* de Judicio cœpto velit intelligere vir magnus, malim tamen ſequi communem ſententiam: hæredem etiam in judicio non cœpto cum defuncto teneri litem ſuſcipere. Nam ex voce, *defenſionis* vix certum argumentum ſumitur, & ſolet de Judicio nondum cœpto de eo, qui convenitur, uſurpari: & vox *conveniri*, pro communi militat ſententia, quam poſt veteres amplectuntur. *Donell. l.*17.*cap.* 11. *Zœſ. ad h. t. num.* 72. *Franck. nu.* 9. *Petr. Barb. ad h. l. pr. nu.* 20. *& ſeq.*

*Ad* §. 1. Quandò quis ex adminiſtratione tutelæ vel
6 negotiorum geſtorum vel alterius officii convenitur, tunc debet eo in loco conveniri, ubi adminiſtravit. *Hic. & l.* 1. *C. ubi de ratiociniis tam publicis quam privatis. ibique* Autor *numer.* 1. *Gutierrez de Tutor. p.* 3. *cap.* 10. *num.*125. *Eſcobar. de Ratiocin. c.*17. *numer.*2. *Du. Mevius p.* 5. *deciſ.* 299. *Carpz. lib.*2. *Reſp.* 73. Sed paſſim *hunc* §. Dd. intelligunt excluſive, ut tantùm in eo loco, in quo rationes adminiſtravit conveniri poſſit, non alibi, ſi forte domicilium alibi habuit vel mutavit. Et ideo caſum notat *Covar. pr. q* 10. *numer.* 4. ubi in civilibus locum habet remiſſio. Autor *in C. ad d. L.* 1. *nu.* 2. *Ubi de Ratiocin.* Sed contra hanc ſententiam videtur pu-
7 gnare id, quod *Valt. ad l.* 1. *C. ubi de Ratiocin. num.*9. notat, ubi de contraria coſuetudine reſtatur; & magis pugnat, quod aliquis *in* loco contractus non poſſit conveniri, niſi ibi reperiatur; hic verò dicendum eſſet,
8 reum in loco rationum adminiſtratarum conveniri poſſe, licèt ibi non reperiatur. Pone, aliquem tutelam adminiſtraſſe in Bohemia, ſed propter religionem ejectum tranſtuliſſe domicilium in Miſniam. Juxta hanc Dd. ſententiam in Miſnia non poterit conveniri, ſed in Bohemia; ſed quia fieri poteſt, ut ille nunquam in Bohemiam revertatur; ideo illi Dd. concedere hoc debent conveniendum eum eſſe abſentem in
9 Bohemia per ſubſidium juris, aliàs enim nullibi conveniri poſſet. Sanè ſi textus juris attendamus, non videntur illi neceſſitatem imponere Actori, quaſi tantùm eo loco convenire geſtorem debeat, ſed quod
10 reus vocatus ibi ſe ſiſtere teneatur. Salvis igitur aliorum Judiciis, de ea traditione Doctorum dubito, ſed actori electionem tribuo. Sicut etiam hanc ſententiam tuetur, ſi teſtimonia adſint adminiſtratæ rationis. *Chriſt. volum.* 2. *dec.*160.*n.*2. *Mont. de Tutelis c.* 39.*n.*218. *Weſenb. in opere poſth. ad tit. Cod ubi de Ratiocin. nu.*1. *& hos laudans ad l.*1.*C.d.t. Grunweg.* Scilicet puto, ut in
11 contractu, ita etiam quaſi contractu, v. gr. negotiorum geſtione & adminiſtratione tutelæ ſi ibi non reperiatur,

Digitized by Google

periatur, non poſſe ibi conveniri, niſi ibi reperiatur, adeo
ut nec in contumaciam contra abſentem procedi, nec
ob contumaciam mulctari poſſit. *Barboſa hic num.* 19.
12 *& num.* 21. *& ſ.* Niſi (1) renunciavit ſuo foro, tunc
enim in ſubſidium citari poteſt *Barb. num.* 45. (3) Li-
cet abſens non poſſit compelli ad ſe defendendum in
loco contractus, quando ab eo abeſt, tamen miſſio in
bona ejus fieri poteſt *Barb. hic num.* 32. quomodo au-
tem citatio fieri debeat, tractat *Barb. d. l. num.* 80. *&*
13 *ſeq.* Sed recte explicandum, quis ſit locus adminiſtra-
tionis? v. gr. adminiſtravit tutelam, ſed nomina pu-
pilli exegit in Pomerania; Locus non erit Pomerania,
ſed locus domicilii. Nam ubi geſtor habitavit, & cu-
ram alienis rebus impendit; ibi geſſiſſe creditur, &
ibi cura negotiorum alterius habita eſt. Multum enim
inter hanc curam, & inter ejus executionem intereſt
*Dn. Mev. d. p. 5. dec.* 299.

14 *Ad* §. 2. Non tantum in loco Domicilii quis conve-
niri poteſt, ſed etiam in loco contractus, Autor *ad L.
à t. num.* 9. *C. de Præſcript. longi temp.* hic autem locus
tum demum tribuit forum, quando Reus ibidem con-
traxit, ibique reperitur, non ſtatim receſſurus. *c.* 1. §.
*contrahentes. de foro comp. l.* 6. *Gail. l.* 1. *obſ.* 36. *nu.* 14.
*Carpzov. lib.* 1. *Reſp.* 30. *& p.* 1. *dec.* 78. *num.* 12. Autor
15 *in C. tit. de Juriſdict. ad L.* 2. *num.* 7. *& ſeqq.* Unde
colligitur, ſi contrahens tecum ſciat, te mox receſſu-
rum, non poſſe eum te convenire in loco contractus.
*Barb. hic num.* 94. *& ſeq.* unde ſi quis cum advena con-
trahat, præſumitur ſcire, eum mox receſſurum. *Barb.*
16 *d. l. num.* 97. *& ſeq.* Interdum tamen etiam abſens ad
locum contractus citari quis poteſt: ut (1) ſi ſpeciali-
ter ſit conventum, & hoc ſit in cautione de judicio ſi-
ſti, aut de ſe perſonaliter præſtandu. *Guid. Papa dec* 61.
*num.* 2. (2) ob arreſtum impoſitum poſſit citari. *Dn.
Mev. p.* 1. *dec* 239. vel (3) ſi ibi ſolutio deſtinata. *Matth.
Steph. de juriſd. l.* 1. *c.* 29. *n.* 6. *& ſeq. Hill. in Don. l.* 17.
*c.* 14. *lit. C.* (4) aut ſi ibidem habeat officinam. *Gail.
lib.* 2. *obſ.* 36. *Zaag. de Except. p.* 2. *c.* 1. *num.* 123. *ſeq.
Carpz. lib.* 2. *Reſp.* 30. Idem putat *Berlich. p.* 2. *dec.* 253.
ſi mercator ſingulos mercatus viſitet, de quo dubitare
17 licet; cum nec locus contractus ſit, nec domicilii. Re-
gula ergo ſit, quod aliquis in loco contractus celebra-
ti (niſi in alium locum collata ſolutio, per §. 4. *h. l.*)
poſſit conveniri. Autor *ad L.* 1. *num* 1. *&* 3. *C. de Nun-
dinis.* Nam regula eſt nota, ſi contrahatur in certo lo-
co, & in alium locum conferatur ſolutio, hunc præci-
puum locum contractus eſſe *l. contraxiſſe.* 21. *de Obl. &*
18 *act. Barb in hac. l. in pr. nu.* 48. Per locum contractus
celebrati non intelligimus principium contractus ubi
de contractu tractatum, nec ibi inſtrumentum confe-
ctum, niſi placuerit, ut in ſcriptis contraheretur. *Zang.
de Exc. p.* 1. *c.* 1. *n.* 44. ſed ubi confirmatus contractus.
*Franck ad h. t. nu.* 36. & ubi per literas contractum;
locus is contractus, ubi literæ acceptatæ. *Berlich. dec.* 37.
*Struv. th.* 38. *Hill. l.* 17. *c.* 14. *lit. D.* Autor *ad L. unic.
n.* 1. *& ſeqq. C. ubi conven.* Sed tribuit hic locus juriſdi-
ctionem, ſi, ut dixi, ibi reperiatur, *d. c.* 1. §. *contra-
hentes, de foro comp l.* 6. *Hillig. in Don. l.* 17. *c.* 14. *lit.
F. Chriſtin. vol.* 2. *dec.* 164. *num.* 1. *Grœnwegen ad l. un.
C. ubi conveniatur qui certo loco, num.* 2. nec per ſubſi-
dium citatus comparere tenetur. *Gail. l.* 2. *obſ.* 36. *n.* 14.
Autor *in C. t. de Juriſd. ad L.* 2. *num.* 9. *Zang. dec.* 1. *n.*
73. *Struv. th.* 40. ubi notat contra abſentem per arre-
19 ſtum procedi poſſe. Notetur *ex hac lege*, advenam mox
receſſurum non teneri ibi judicium accipere, quod
intelligitur, ſi tempore contractus ſit mox receſſurus.
Nam ſi judicii dictati tempore ſit mox receſſurus, om-
nino poterit conveniri, ut recte *Hillig. ad Don. l.* 17. *c.*
20 14. *lit. F.* Si timeo ſit contractum cum Advena, con-
veniri is poteſt in loco contractus pro his, quæ ſe-
cundum naturam contractus erant ſtatim expedienda,
v. gr. ſi quis emat equum, & pretium dedit, certe &
emtor equum tradere debet. Ideoque quando ſub fide
ad credentiam contrahitur, *hic* §. *circa finem* videtur
21 intelligendus *Barb. hic num.* 112. *& ſeqq.* Sed ſi habeat
pergulam vel tabernam alicubi, debet ibidem reſpon-
dere, quia alias cogitur ibidem aliquandiu ſubſiſtere-
22 re *Barb. d. l. num.* 100. *& num* 123. Notentur igitur
caſus, ubi quis in loco contractus non poteſt conve-
niri. (1) In advena mox receſſuro, *ut jam dictum.*
Excipiuntur tamen caſus, ſi ſtatim imminet evictio, per
*pen.* §. 1. *de peric. & commod. l.* 24. *C. de Evict. Caball.
de Evict* §. 2. *num.* 8. Aut. *ad d. L.* 24. *num.* 3. *C. d. t.*
In *l.* 65. *h. t.* (3) *In l.* 8. *h. t.* (4) In *l.* 47. *pr. de Legat.*
23 1. *Wiſſenb. Diſp.* 16. *th.* 18. *Struv. d. l. theſ.* 42. Sic ſi
cliens ſtatim receſſurus cum alio litem habens, con-
ducat Advocatum, hic contra illum ad competens ſa-
larium agere poteſt, licet, ſi mox poſt audientiam re-
ceſſurus. *Panorm. in c. fin. n.* 33. *de foro compet. quem
laudat Barboſa hic n.* 124. *& ſ.* Sic etiam, qui reperi-
tur in loco, in quem ſolutio deſtinata, licet mox re-
ceſſurus, tamen ibi conveniri poteſt. *Barb. hic num.*
133. Autor *ad L. unic. num.* 2. *C. Ubi conven.*

24 *Ad* §. 3 Contractus per inſtitorem alicubi factus,
perinde habetur, ac ſi ipſe Dominus ibidem contraxiſ-
ſet. *Romanus ſing.* 240. *Cremenſis ſing.* 77. *& Barb. hic
n.* 2. qui *hunc* §. etiam ad geſta per particularem pro-
25 curatorem extendit *n.* 12. Unde infertur, quod quis
non conveniatur ex mandato, in eo loco, in quo man-
datum dedit, ſed in quo loco mandatum executioni
mandatur, & qui mandavit delictum, convenitur in eo
loco, in quo mandatum habuit executionem. *Guido
Papa dec.* 104. *Stracha de Mercaturis tit. quomodo in
cauſa mercatorum procedendum ſit. n.* 28. *& Barb. hic.
num.* 20. *& ſeq.*

26 *Ad* §. 4. Locus deſtinatæ ſolutionis præcipue tri-
buit forum, adeo, ut hoc caſu non attendamus, lo-
cum celebrati contractus *l.* 21. *ff. de O. & A l.* 3. *de
rebus autorit. jud poſſ. l. un. C. ubi conv. qui certo loco. de
quo Don. & Hilliger libr.* 17. *c.* 14. *Carpzov. l.* 2. *Reſp.*
29. *Dn. Struv. ad h. t. th.* 39. *per tot. Et* Autor *ad d. L.
unic. n.* 1. *&* 4. *C. d. t.* Quamvis hic locus etiam faciat,
ut arbitraria actione Reus ubivis conveniri poſſit, *per
tot. tit. ff. de eo quod certo loc. Carpzov. d. lib.* 2. *Reſp.* 30.
27 *num.* 5. *ſeq.* Sed tunc habenda eſt ratio valoris pecuniæ:
Nam ſi Lipſiæ ſolutio facienda; Lipſienſis etiam valor
pecuniæ attendendus. Igitur ſi alibi conveniam, inte-
reſſe illud attendendum; ſi debitor in mora fuerit.
28 *Berlich. dec.* 102. Sed ſi quis deſtinaverit ſolutionem
in alium locum, & alibi habeat domicilium, tunc
utrubique conveniri poteſt, & electio eſt Actoris,
modo alter locus non ſit controverſus, ut declarat
*Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 20. ubi addit etiam aliam Excep-
tionem, ſi ex peculiari beneficio Reus forum eligere
poſſit, ut Regnum Sveciæ *in Pacif. Oſnabr. art.* 10. §.
*contra ſi contigerit. &c. conf. Decianus lib.* 4. *tract. crim.
c.* 5. *num.* 2. *& quos refert Hill. in Donell. l.* 17. *c.* 19. *lit.
A.* ubi relative tractatur, an per proceſſum *Leges diffa-
mari* hæc electio adimatur. Sed receptior ſententia eſt,
quod diffamator provocatus adhuc habeat electionem.
*Gail. l.* 1. *obſ.* 11. *nu.* 4. *Carpz. in proc tit.* 20. *art.* 2.
29 *num.* 16. Sicut etiam in Facultate noſtra ita reſponſum
memini. Hinc colligitur, locum domicilii eſſe gene-
ralem, & concurrere cum aliis ſpecialibus foris. *P.
Barb. hic. num.* 32. & ibi convenitur, licet ibi non re-
periatur. *Barb. hic. n.* 37. quia ſemper relinquit ibi fa-
miliam. *Barb. d. c. n.* 49.

## Ad L. Omnem. 20.

### *SUMMARIUM.*

*An, quod de mutuo in præcedentibus dictum, etiam de aliis contractibus intelligendum?*

QUod de loco contractus *ante dictum*, non tantum
de mutuo, ſed de omnibus aliis etiam contractibus
bus & obligationibus, etiam quaſi contractibus eſt in-
telligendum hic v. gr. ſi Lipſiæ indebite aliquid acce-
peris, ibidem etiam conveniri potes. Exceptio eſt *in
l.* 26. *h. t.*

## Ad L. Si debitori. 21.

*SUMMARIA.*

*Debitori confeſſo per ſententiam danda eſt dilatio, & quanta? n. 1.*
*Quæ ſententia magis eſt executio condemnationis. 2.*
*Quibus caſibus quadrimeſtre ſpatium non indulgeatur? 3.*
*Quæ hic dicatur competens cautio? 7.*

1 IN debitorem confeſſum non eſt ferenda ſententia,
ſed danda dilatio ad ſolutionem, ſub cautione tamen,
& Dilatio eſt eadem, quæ datur condemnatis,
ſcil. quatuor menſium, *l. 3. C. de Uſuris rei judic. Cujac.
ad h. l. t. 2. Barboſa hic n. 163. & ſeqq.* Additur hic ratio
quia, non eſt magnum damnum in mora modici
temporis, ſed reus debet præſtare cautionem de ſol-
2 vendo, de quo *Barb. num. 148. & ſeqq.* Et hoc præceptum
de ſolvendo non eſt propriè ſententia condemnatoria,
ſed potius quædam Executio fictæ condemnationis,
quæ videtur reſultare ex confeſſione judiciali,
dum confeſſus pro judicato habetur. *Barb. hic. n. 81.
& num. 91 Autor ad L. 1. num. 1. & 2. C de Confeſſ.*
Et hoc præceptum de ſolvendo, licet non ſit definitiva
ſententia, revocari tamen non poteſt. quia eſt
loco definitivæ, *Barb. hic num. 109. & ſeqq* Et ab
hoc decreto appellari poteſt, ſi doceatur error confeſ-
3 ſionis *Barb. num. 127. & ſeqq. & n. 131.* Limitatur autem
regula de dando ſpatio quadrimeſtri condemnatis,
ſi (1) res vindicetur, & reſtitutio facienda mihi rei
meæ. *Barb. hic n. 178.* (2.) Si renunciaverit *L. pen. C.
de pactis.* (3) Si creditor de fuga ſuſpectus. (4) Si judex
ex cauſa proroget, vel coarctet hoc ſpatium *l. 2.
ff. de re jud. c. Barb. hic. num. 134.* Ideoque *l. 4. §. 5.
ff. de re judic.* loquitur de eo caſu, quando citra cauſam
4 coarctat modo terminum Sane in Criminalibus & mulctis
hoc ſpatium non dari, placuit pluribus, teſte *Clare
§. fin. q. 95. num. 1. Gail. l. 2. de pace publ. c. 4. n. fin.*
5 licet dubitet. *Manzius in cent. decis. qu. 79. in fin.* Sed
hoc ad arbitratorem extendendum non eſſe, notat *Ro-
6 mannus ſing. 194.* & quia judicata in actione perſonali
tantum hæc dilatio datur, ideo etiam de confeſſis in
actione perſonali tantum hæc lex intelligenda. *Buſius
7 hic & Barboſa n. 178.* Notes vero, competentem cautionem
requiri pro qualitate perſonarum, ſive fidejuſſoriam,
ſive pignoratitiam, ſive juratoriam, ſive nu-
8 dam repromiſſionem. *Cujac. tom. 2. ad h. l.* ubi notat,
hoc tempus ob neceſſitatem coarctari poſſe, præſertim
ſi debitor ſibi terminum ſolvendi aſſignari petat, quia
tunc legali dilationi renunciare videtur. *Barb. hic
num. 185.*

## Ad L. Qui non cogitur. 22.

*SUMMARIA.*

*Actor non poteſt declinare reconventionem. num. 1.*
*An Clerici reconveniantur? 2.*
*An idem in matrimonialibus cauſis? 3.*
*An coram Arbitris. 4.*
*An Procurator actoris de proprio debito reconveniri poſſit? 5.*
*An actor reconventionem evitet, deſerendo litem? 6.*
*Compenſatio in illiquidis locum non habet, an idem in reconventione? 7.*

1 QUi coram judice agit; non poteſt declinare, ejus
torum ſi à reo conveniatur. *hic & l. cum Papinianus
14. C. de Sent. & interlocut. Ord. Cam. p. 3. tit.
30. Mind. l. 3. cap. 7. Marant q n. 4. diſt. 6. num. 30. &
ſeq. Myn. c. 1. obſ. 10. Carpz. p. 1. c. 7. d. 1.* Autor *ad d.
2 L. 14. n. 6. & 7. C. d. t.* adeo ut Clerici etiam in reconventione
forum declinare non poſſint, ut plurimis autoritatibus
probat *Hill. in Donell. l. 17. c. 18. lit. M.* Excipitur,
niſi ſuam & ſuorum injuriam perſequantur. *l.
2. §. ſed & ſi agant. ff. h. t.* Idem ſi cauſa v. gr. matrimonialis
cognitionem judicis reſpuat. *Molignatus de
3 Reconv. qu. 57. Carpzov. p. 1. c. 7. def. 2.* ubi idem
dicit in omnibus conſiſtorialibus cauſis. Sed neceſſe eſt,
ut non poſt litem conteſtatam opponatur, ſi debeat
habere proceſſum ſimultaneum. *Carpzov. d. d. 2.* nec
coram Arbitris locum habet, quia eorum facultas co-
4 gnoſcendi ad certam cauſam eſt reſtricta. *Carpz. d. l.
def. 5.* Nec locum habet, ſi Procurator Actoris de pro-
5 prio debito reconveniatur, quia non ſuam, ſed alterius
cauſam in judicium deduxit. *Carpzov. d. l. d. 6.*
6 Sed poteritne Actor Reconventionem evitare, ſi liti
velit renunciare? Negat hoc *Carpzov. d. l. def. 15.* Obtinet
autem Reconventio in cauſis ſummariis, teſte
*Carpz. d. c. 7. d. 24.* & illiquidis. Nam hoc omnino
7 intereſt inter Reconventionem & Compenſationem,
ut hæc ſolum in liquidis, illa etiam in illiquidis detur.
*Carpz. d. 25. De hac materia plura in proceſſu.*

## Ad L. Non poteſt. 23.

*SUMMARIA.*

*Quæ poſt lit. conteſt. accidunt, in judicium deducta non videntur. num. 1.*
*An vero idem in judiciis univerſalibus ſit? 2.*
*Lim. de re principali. 3.*
*Et ſi jus futurum a præſenti. 4.*
*An excipiendæ actiones reales & in rem ſcriptæ? 5.*
*An ex libello generaliter concepto ſententia ferri poſſit de nova cauſa emergente? 6.*

1 NOn videtur id in judicium veniſſe, quod poſt litem
conteſtatam accidit, ſed quod ante litem conteſtatam
deberi incipit. *l. 35. ff. h. t. Vultej. §. fin. minus.
num. 4. I. de Act. Barboſa hic n. 6. plures allegans.* Sic
ſi mutua petam 10. quæ non debentur, ſed poſt litem
conteſtatam incipit debere alter, non videtur hoc novum
mutuum in judicium deductum, nec debitor ex eo
2 condemnari debet. *Donell. l. 19. c. 14. poſt lit. D.* Sed
limitant Dd. quod hæc regula tantum locum habeat in
judiciis ſingularibus, non univerſalibus, v. g. petitione
hæreditatis, interdicto quorum bonorum, &c. ubi etiam
ea veniunt in judicium, quæ ex poſt facto accedunt.
*Ant Gabriel. lib. 2. com. concl. tit. 1. de judic. concl. 3.
num. 4. Hilliger. in Donell. l. 19. c. 14. lit. E. & quos
plena manu allegat Menoch. remed. 1. adip. poſſ. num 70.
& ſeq. Conf. Joh. à Sande tit. 4. def. 1.* licet diſſentiat
3 hic *Barb. num. 24.* Et regula hæc tantum intelligenda
de principalibus rebus petitis, non de acceſſoriis. *l.
ædiles etiam 25. §. 8. ff. de Ædil. act.* ſi ſcilicet veniant
ex natura actionis, & ſuperveniant poſt litem conteſtatam.
*Barb. hic num. 40. Donell. l. 26. c 4. & ibi Hill.
lit. E. conf. Buſius hic,* qui in re ipſa videtur convenire.
4 Et limitatur etiam regula, ſi jus futurum à præſenti vel
antiquo pendeat. *Sande d. t. 4. def. 3. Barboſa hic n. 14.*
vel ſi alia juſta cauſa. *Sande d. d. 3.* non vero ſunt excipiendæ
actiones reales, aut in rem ſcriptæ, ut vult Gloſ-
5 ſa, nam quos allegat textus, illi loquuntur de alio caſu.
Nam lex hæc intelligenda, quando defectus provenit
ex parte actoris; textus autem illi loquuntur,
quando actor mero jure habet actionem, cum effectu
tamen eam exercere nequit, vel quia reus rem non
poſſidebat, vel quia nihil erat in peculio, *Barb. hic nu.
6 20.* Notandum autem, jure Canon, ſi in libello cauſa
ſit generaliter expreſſa, ſuper jure proveniente ex nova
cauſa poteſt ferri ſententia in eodem judicio. *c.
Abbate ſane. §. fin. de re judicata lib. 6.* quod etiam
in imperio obſervandum, *vid. P. Barboſa hic numer.
4. & ſeq.* Et hæc etiam in judicio delegati judicis
locum habere, tradit *hic Barboſa num. 102. &
ſeq.*

## Ad L. Non alias. 24. & L. Si Legationis. 25.

### SUMMARIA.

*An & quatenus à Principe ad locum reſidentiæ ſuæ evocati, conveniri ibidem poſſint? n. 1.*
*Legatos ubi delinquunt, punire licet. 2.*
*Et ubi contrahunt actione Reali convenire. 3.*

1 QUos Princeps ad locum reſidentiæ ſuæ evocavit, non poſſunt ibidem conveniri, niſi ibi contraxerint, nam habent privilegium revocandi domum: ſic
2 etiam Legati, ſi Romæ deliquerint, ibi puniuntur, etiamſi ſervi eorum Romæ deliquerint, domini Romæ conveniri poterunt noxali actione. Demum Legati non
3 poſſunt actione reali Romæ conveniri ob rem antea poſſeſſam, niſi ibidem poſſidere incipiant & ſic quaſi ibidem contrahant *per l. ſeq.* ubi ratio, ne poteſtas detur Legatis ſub hac ſpecie res alienas domum auferendi.

## Ad L. De eo. 26.

### SUMMARIUM.

*Legatus Romæ qui adiit hæreditatem, an propterea conveniri poſſit?*

LEgatus Romæ adiit hæreditatem ſibi delatam, quæritur, an poſſit conveniri Romæ? Videtur quod ſic, quia ita adeundo obligat ſe creditoribus ex contractu defuncti, & Legatariis ex quaſi contractu. Ergo obligabitur. Sed negatur, quia poteſt præſtando cautionem ſe liberare à moleſtiis, & ſi id non præſtet, immiſſionem pati cogitur, non in ſua, ſed hæreditaria bona acceſſoria & noviter quæſita. *P. Barboſa ad l. 2. §. Legatis. n. 171. & ſeq. hoc tit. ubi varias rationes decidendi examinat*, ratio *in lege ſeq.* quia immiſſio cuſtodiæ cauſa facta non impedit Legatum in expeditione muneris ſui.

## Ad L. Sed & 28.

### SUMMARIA.

*Legatus reſtitutam accipiens hæreditatem tempore legationis conveniri nequit. n. 1.*
*Uti nec reſtituens hæreditatem. 2.*
*Bene tamen ille, cui à Legato reſtituitur. 3.*
*Juramentum deferri non poteſt in cauſa, qua judicium non teneor accipere. 4.*
*Legatus non habet privilegium in rebus moram non ferentibus. 5.*
*In actione tempore peritura, qua actor jure nondum agere valet, ad litis conteſtat. perveniendum, num. 6.*
*Caſus alicujus ſingularis deciſio. 7.*

1 IN *lege præcedenti* dictum, Legatum licet tempore Legationis adeat hæreditatem, non poſſe tamen conveniri Romæ, cujus forte plures rationes & forte etiam hæc, quod aditio hæreditatis interdum moram non ferat, nec ſit adeo ſpontanea ut alii contractus. Sed hîc quæritur *in principio*, ſi is non adierit hæreditatem, ſed gravatus hæres ipſi tempore Legationis reſtituerit ex fideicommiſſo hæreditatem ſive ſponte, ſive coactus, an tunc conveniri poſſit tempore Legationis? quod negatur, quia non poteſt diverſitatis ratio reddi, cur, ſi ipſe adiit, non poſſit conveniri, ſi reſtitutam acceperit, conveniri poſſit.
2 *In* §. 1. autem *hujus legis* 28. ponitur caſus converſus, ſcilicet Legatus eſt inſtitutus hæres, gravatus tamen, ut mihi hæreditatem reſtituat. Dum Legati munere fungitur, moritur Teſtator. Adit hæreditatem Legatus & mihi reſtituit. Ergo Legatus non poteſt conveniri *per l. 26.* Sed quæritur, an ego poſſim con-
3 veniri? Videtur quod non, quia per SC. Trebellianicum mihi videtur communicari debere. Sed affirm. me poſſe conveniri; nam beneficium revocandi domum quod legatus habet, perſonale eſt, nec in ali-
4 um tranſit. Notetur autem *ex* §. 2. regula: ex quibus cauſis judicium accipere non teneor, in iis cauſis nec juramentum deferri poteſt. Exemplum in *l. 14. §. 3. C. de non num. pec. & ibi Donell. & quæ ibi dixit* Dn. Autor *num.* 14. Sic ſi quis mihi moveat Actionem, & ego opponam exceptionem privilegiatam, litis ingreſſum impedientem, Actor mihi juramentum deferre nequit. Hoc nonnulli adeo extendunt, ut lapſo termino probatorio non poſſit juramentum deferri, ex ſuperiori regula. *Caſtr. in d. l. 3. Sed de eo alibi.*
5 Notetur etiam *ex* §. 3. Legatum non habere privilegium in iis, quæ moram non patiuntur & publicæ ſunt utilitatis. Nam tenetur hîc cautionem præſtare, aut in poſſeſſionem ruinoſarum ædium admittere vicinum.
6 Deinde ex §. 4. notetur, quod quando aliqua actio tempore peritura, & actor tamen jure prohibeatur agere, quod tunc ad litis conteſtationem perveniendum ſit, ne actio pereat. Nec obſtat. *l. 1. §. fin. C. de Annali Except.* quia loquitur de præſcriptione. Actiones autem temporales ſua natura ex temporis lapſu pereunt, neque opus eſt bona fide, & ita extra terminos præſcriptionis ſumus, *P. Barb. ad l. 2. §. 3. h. t. num.* 203. *& ſ.*
7 *In* §. *ult.* Habetur mirabilis deciſio. Reliquit quis filium & uxorem prægnantem. Filius vult uxore nondum enixa convenire debitores hæreditarios, quæritur, ex qua parte? Videtur pro parte dimidia jure communi, quia unus ſolet naſci. Sed quid ſi plures naſcantur, quid ſi 4. vel 3. naſcantur? Hîc JCti mediam ſententiam ſecuti, & 3. partes ſeponendas eſſe putarunt; quia poſſent tres naſci. Sed rariſſimus hîc caſus eſt, Procul dubio frequentius contigit apud Scabinianos.

## Ad L. Qui appellat. 29.

### SUMMARIA.

*Actoris eſt prius probare. n. 1. & 2.*
*Primum privilegium reconventionis eſt, quod pari paſſu ambulent. 3.*
*Secundum, quod coram eodem judice utraque cauſa tractanda. 4.*
*Quando utrumque locum habeat? 5.*

1 QUi prior appellat i. e. ad judicium provocat, prior agit. *Pan. in c. 1. nu. 13. X. de Ord. Cognit.* videtur *textus hic* de duplici judicio intelligendus. Sed
2 ſolet *ex hac lege* probari Actori incumbere onus, ut prior probationem ſuſcipiat ſuæ intentionis. *Maſcard. de probat. concluſ. 37. nu. 6. & ſeqq. de quo in proceſſu fuſius actum.* Autor *ad L. 4. nu. 2. C. de Edendo.* Alii *hanc legem* intelligunt de ſimultaneo proceſſu Conventio-
3 nis & reconventionis. Nam reconventio habet duo privilegia (1) quod pari paſſu ambulent, ut ſinguli actus judicii ita expediantur, ut conveniens primum actum faciat; Autor *ad L. 14. numer. 7. C. de ſent. & interloc.* poſtea reconveniens alterum, adeo ut, licet de veritate unius cauſæ conſtet, differenda tamen ſit ſententia, donec de altera conſtet. (2)
4 Quod coram eodem judice utraque cauſa tractanda, cujus ratio, quod Actor hunc elegerit judicem, & ideo, licet non ſit ſuus competens judex, quia tamen tempore contractus potuit facere, ut reus renunciaret foro, elegiſſe dicitur. *Barboſa hic nu-*
5 *mer.* 17. Et primum privilegium locum habet, quando ante litis conteſtationem aut etiam poſtea in continenti inſtituitur reconventio. Autor *ad L. 14. num. 12. C. de ſent. & interl.* Sed ſecundum privilegium locum habet,

habet, in quæcunque parte judicii inſtituatur reconventio. Secundum privilegium locum habet, ſi ſolus actor elegit judicem, & quidem ſponte, & hinc, qui ob injuriam alium tenetur convenire, non habet adverſus eum locum reconventio *l. 2. §. 5. verſ. ſed & ſi agant. ff. h. t. &c.* quæ omnia & alia accurate hîc perſequitur *Barboſa & multi alii in Proceſſibus.*

## ad L. Ubi acceptum. 30.

### SUMMARIA.

*Litis pendentia per citationem inducitur. n. 1.*
*Quod lim. ſi citatio à judice competente facta. n. 2.*
*Judex domicilii, coram quo cœptus proceſſus, excludit judicem loci delicti, poſtea cognoſcere volentem. 4.*
*Limitationes Regulæ afferuntur. 6.*
*An conventio ex L. diffamari inducat pendentiam litis? 7. & 21.*
*Vel conventio, ex L. ſi contendat. 28. de Fidejuſſ. num. 8. & 24.*
*An accuſatio nullitatis inducat litis pendentiam, & impediat executionem? 9. & 10.*
*An per arreſti impoſitionem fiat lis pendens? 11. & 12.*
*An creditor arceatur ob litis pendentiam, ſi in ſuperiori judicio concurſus excitetur? 15.*
*Creditor an lite pendente cum debitore poſſit agere contra fidejuſſorem? 16.*
*Exc. litis pendentiæ quando proponenda? 18.*
*An per reſcriptum Principis inducatur? 20.*
*An ſuperior cauſam in inferiori judicio pendentem poſſit committere ad amicabilem compoſitionem? 22.*
*Avocationes cauſarum quibus caſibus permiſſa? 24. 25. & 26.*
*An continentia cauſa ſit, ſi, cum de pigneratione agitur, poſtea ob aliud debitum ſimilis pigneratio fiat? 27.*
*An delinquens citatus ab uno judice, præventionem opponere poſſit alteri judici capienti? 28.*

1 UBi cœptum judicium, ibi finiendum. Hanc legem de cœpto judicio per litis conteſtationem
proprie loqui, *ſupra h. t. ad L. 19 num 2. 3 & 4.* dicit
Autor *in C. t. de Judic. ad L. 1. num. 9.* Sed & per citationem litis pendentia hodie inducitur, & litis pendentia tam Reum quam Actorem in eodem judicio retinet, *Donell. & ibi Hillig. l. 17. c. 18. Barboſa ad l. 7. §. 274. ff. h. t.* & eſt quaſi cauſæ continentia. *Mindan. libr. 3. de Contin. cauſar. c. 5. num. margin. 11. Roſenthal. de*
2 *feudis c. 12. concluſ. 1. numer. 76. & 85.* Quod intelligendum, ſi citatio à judice competente & non ſuſpecto facta; nam ſi declinari poſſit judicium, litis conteſtatio requiritur. *Gail. libr. 1. obſerv. 74 numer. 4 Lancellottus de attent. p 2. c. 4. in præfat. num. 52. Scaccia*
3 *de judic. eccl. l. 2. c. 2. numer. 34.* Regula hæc habet varias ampliationes, quas vide in *Ant. Gabrielio l. 2. comm. concl. tit. de judic. concl. 1.* quibus adde hanc, quod judex cauſæ præparantis ſit etiam judex cauſæ præparatæ, ut loquitur *Cacheranus deciſ 78. num. 18.* Et habet etiam locum in proceſſu executivo, ſi aliud non conventum. *Dn. Mev. p 3. deciſ. 105.* Habet eti-
4 am hæc regula locum in criminalibus. Nam licet locus delicti in criminalibus aliis potentior ſit; illic tamen ſi judex domicilii inceperit proceſſum, non poteſt poſtea judex loci delicti contra reum procedere, etiamſi ibidem poſtea deprehendatur, quia præventa eſt ejus juriſdictio. *Zang. de Except. p. 2. c. 3. numer 9. Dn. Mev. p. 4. dec. 177.* Et ſi præventio non attendatur à
5 judice prævento, locum habet Appellatio. *Dn. Mev. p. 2. deciſ. 293.* Sed multas etiam habet hæc regula limitationes ſi non ante litem conteſtatam opponatur, quia eſt dilatoria exceptio. *Barb. ad L. 7. h. t. numer. 276.* (1) Si prior protrahat judicium, aut (2) nolit
6 judicare. *Dn. Mev. p. 1. deciſ. 164.* (3) Exequi nequeat aut perficere, &c. *de quibus Gabr. d. concluſ. 1.*

item ſi pendentia litis tendat in præjudicium ſuperioris. *Cacher. d. l. conf. Lancellot. de Attent. p. 2. c. 4. lim. 2. num. 5.* Non habet etiam locum, ſi non eadem res, aut non ex eadem cauſa petatur *Barb. d. l. numer. 277.* Aliter limitat. *Alb. Brunus conſ. 54. numer. 13.* in finita inſtantia; hoc tamen à nobis non obſervatur.
7 Sic conventio facta ex *L. Diffamari.* non inducit pendentiam litis, vel præventionem in principali judicio. *Dn. Mev. p. 1. dec. 198.* Nam in practica *Legis Diffamari* duo judicia habentur. 1. Diffamatorium, ut agat. 2. Principale, quod ubi inſtituendum ſit, in arbitrio eſt diffamatoris provocati. *Gail. l. 1. obſ. 11. per tot. Carpz. l. 2. Reſp. 34. Dn. Mev. p. 3. dec. 350.*
8 Multo minus in Practica *Legis ſi contendat &c. de Fidejuſſoribus.* Autor *ad L. 5. numer. 7. 8. 22. C. de Ingen.*
9 *manumiſſ.* Sic ſi quis nullitatem ſententiæ allegaverit agendo, ſi poſtea is, pro quo ſententia lata, executionem petat, non dicitur lis pendere, neque eſt attentatum, ſi judex exequatur; quia iniquum eſſet, ſi extraordinarium ſcilicet remedium nullitatis excluderet ordinarium. *Lancell. de Atten. p. 2. c. 17. n. 17. Sig.*
10 *Scaccia de Appell. qu. 19. remed. 1. con. l. 4. num. 2.* Limitat tamen hoc *Dn. Mevius p. 4. deciſ. 302.* niſi lex ipſa nullam dicat ſententiam, vel ob difficultatem executionis judici aliud videatur, maxime ſi nullitatis deductio brevi expediri poſſit. *Conf Marcellus Cala de modo artic. gl. 1. §. 1. numer. 27. & ſeqq. Stephan. Nathen. de inſt. vuln. l. 2. tit. 2. c. 12. num. 4. Barboſa Locuples. l. 9. c. 91. ax. 10. Salgado in Labyrintho p. 1. c. 7. numer. 78. Joh. à Sande tit. 7. dec. 2.* de qua dubitare li-
11 cet. Sed an per Arreſti impoſitionem fit lis pendens? Neg. *Berlich. p. 1. deciſ. 119.* quia, quæ ad executionem faciunt, in his Creditor variare poteſt. Sed di-
12 ſtinguit *Dn. Mev. p. 4. dec. 248* an pro ſecuritate tantum ſui crediti, an etiam pro perſecutione ſui juris arreſtum petierit. Nam ſi Arreſtans non hoc intendit, ut in illo foro, ubi impetravit, ageret, ſed alio fine, non fieri litem pendentem, quam quis non intendit; at ubi res non tantum Areſto obnoxias faciat, ſed etiam
13 hoc proſequi & jus ſuum perſequi cogitat, tum Areſtum facit litis pendentiam. Ideoque ſi quis cujus bona alibi areſtata, agat contra Areſtantem ex *L. Diffamari,* ille ſe exceptione litis pendentis excuſare nequit, quia in loco Areſti male conveniebatur, cum potuerit facile in ſuo foro conveniri. *Dn. Mev. p. 5. dec. 112. & 122.*
14 Autor *ad L. 5. numer. 14. 15. C. de Ingen. manumiſſ.* Sic nec citatio illegitime inſinuata impedire me poteſt, quo minus ex *L. ſi contendat. ff. de fidejuſſ.* agere poſſim.
15 *Dn. Mev. p. 5. dec. 124.* quod ſi in concurſu lis ſuper aliquo credito in ſuperiori judicio pendeat, Creditor tamen ob prætenſam litis pendentiam non poteſt arceri à concurſu, ſed admitti debet: nam ſi debitor non obſtante lite pendente cedere bonis poteſt; ita viciſſim Creditori obſiſtere non debet, ſi interea bonis ceditur, ut etiam pro ſe vigilet, præſertim cum concurſu excitato communia ſunt creditorum jura. *l. 6. §. 1. ff.*
16 *quæ in fraud. cred. Dn. Mev. p. 5. dec. 156.* Quær. vero, ſi Creditor egerit contra debitorem, an lite pendente liceat etiam agere contra fidejuſſorem? Affirm. nam alia lis eſt & cauſa; contra Debitorem ex mutuo actum, contra fidejuſſorem ex ſtipulatu. Sed ſi debitor talem exceptionem oppoſuerit, quæ non ſit perſonalis, ſed realis, tunc eadem exceptio fidejuſſori competet. *Dn. Mev. p. 5. dec. 221.* licet hæc non videatur litis
17 pendentiæ, ſed alia exceptio. Si lis pendeat contra unum correum debendi, non liberari alterum, tra-
18 dit *Menoch. conſ. 795. num. 13.* Exceptio litis pendentiæ ante litem conteſtatam proponenda, quia eſt dilatoria, & poſt litem conteſtatam ei renunciatum videtur. *Dn. Mev. p. 1. dec. 165.* Sed an per Reſcripti impetra-
19 tionem litis pendentia inducitur? *Nec Berlich. p. 2. dec. 232.* ubi *n. 14.* ait: *l. ult. C. quando libellus Principi datus &c.* procedere ſaltem quoad effectum interrumpendæ præſcriptionis & perpetuandæ actionis, non

quoad

Digitized by Google

quoad ordinem proceſſus. Sed aliud videtur dicen-
dum, ſi libellus actionis oblatus. *conf. Carpzov. p. 1. c.
7. d. 22. & l. 2. Reſp. 49. & quæ dixi in Proceſſu c. 7. n.*
20 14. Per inſpectionem vulnerum quær. an inducatur
præventio? R. ſi altera pars v. gr. præjudicialem actio-
nem alibi intendat, & eum hoc caſu citatio nulla fa-
cta, & inſpectio vulnerum ſit potius præparatio ad ju-
dicium futurum, hinc verius, non eſſe hanc litem pen-
21 dentem. *vid. Berlich. p. 2. dec. 277.* Si etiam lis in ju-
dicio aliquo pendeat, fruſtraneus eſt proceſſus alibi
poſtea ex *L. Diffamari* inſtitutus. *Carpzov. p. 3. deciſ.
214. num. 23. & ſeq.* Autor *ad L. 5. num. 78. C. de Inge-
22 nuum.* Et ſi lis in judicio inferiori pendeat, non po-
teſt ſuperior committere cauſam aliis ad amicabilem
compoſitionem, invita altera parte; niſi ſalus publica
periclitetur, aut pietas inter ſanguine junctos, aut
cauſa miſerabiles perſonas concernat. *Carpzov, p. 3.
23 deciſ.* 220. Etiamſi per commiſſionem lis pendeat,
poſſe tamen eum, qui petiit commiſſionem, pœnite-
re, & ad committentem provocare, ſtatuit *Berlich.
24 d.* 129. Avocationes cauſarum regulariter prohibitas
eſſe, *ex hac lege* colligitur. *Covar. lib. 1. pr. qq. qu. 9.
num. 1. Schrad. de feudis p. 10. ſect. 1. num.* 180 *quos lau-
dat. Dn. Mev. p. 2. deciſ. 134. ubi limitat.* & non de-
bet Avocatio facile fieri, niſi edocta requiſitione, elap-
25 ſo termino &c. *Dn. Mev. p. 2. deciſ.* 139. Limit. ſi quis
libellum Principi inſinuet, qui tamen ob contrarias
conventiones judicare nequit *Mev. p. 1. deciſ.* 252. Li-
26 mitatur etiam, ſi prior judex mortuus, & is qui ei ſur-
rogatus, habet intereſſe in ea cauſa, vel proxima co-
gnatione aut affinitate junctus; nam tunc avocari à ſu-
periori cauſa poteſt. *Dn. Mev. p. 2. dec.* 215. Item ſi
pars repulſa exceptione ſuſpecti judicis provocaverit,
& alter conſentiat, cauſa ad ſuperiorem ſine judicis
conſenſu transferri poteſt. *Dn. Mev. p. 3. dec.* 39. quo
caſu cauſa de novo agenda eſt, *Dn. Mev d. l. deſ.* 140.
27 Quid ſi de pignoratione actum, poſtea ob aliud debi-
tum ſimilis fiat pignoratio, an in his judiciis ſit conti-
nentia cauſæ? Reſp. *Fr. de Clapperiis cauſa 25. qu. un.*
continentiam cauſæ dici, quando plures ſunt ſpecies
ſub eodem genere, & quia plures ſunt actus ejuſdem
generis, pro continentia reſponſum. *Jaſon. & Caſtr. ad
l. nulli. 10. C h. t.* Pendentiam cauſæ contra mandato-
rem, fidejuſſorem, aut correum non impedire, quo
minus principalis debitor, aut alter fidejuſſor conve-
niri poſſit, notatur *ad l. 60. de Mandat. &c. vid. nota-
28 ta ad tit. C. de conſortibus ejuſdem litis n.* In criminalibus
delinquens citatus ab uno judice, non poteſt præven-
tionem opponere illi, qui perſonam delinquentem ce-
pit, quia citatio realis eſt verbali potior. *Farin. q. 7. n.
53.* ubi id limitat, niſi delinquens ſponte in manus alte-
29 rius ſe dederit. Reus etiam contumax contra unum ju-
dicem non poteſt alii, à quo convenitur vel capitur,
30 præventionem opponere, *Farin. d. l. num.* 55. Nec in-
quiſitio generalis facit præventionem. *Farin. d. l. nu. 56.*
ſed per validam citationem. Neque affectata præven-
tio impedit alium judicem, *Farin. d. l. nu. 64.* Aliam
habet limitationem *in fine ſeu n. fin. quam retuli in l. Di-
vus Pius 31. ff. ad l. Corn. de falſis.*

## ad L. Si Judex. 32

### SUMMARIUM.

*Subſtitutus judex videtur iiſdem conditionibus datus, qui-
bus prior.*

QUando judex removetur, & alius ſubſtituitur, manet idem judicium *l. 76. h. t.* Licet autem ſimpliciter ſubſtitutus ſit, videtur tamen iiſdem conditionibus datus, quibus prior, tantum tempus videtur ipſi præſtitutum, quantum primo fuit, Idcirco quod tempus reſiduum erat, ſucceſſor in munere judicandi habeat. *per hanc L. Donell. lib. 17. c. ult. & ibi Hill. l. N.*

## ad L. Non videtur. 33.

### SUMMARIUM.

*Libelli copiam ſibi edi poſtulans, an poſſit exceptione fori
declinatoria uti.*

EXceptio fori declinatoria ante omnes alias exceptiones declinatorias eſt opponenda, *per l. 52. pr. h. t. Carpzov. lib. 2. Reſp. 9. Umm. diſp. 8. nu. 70.* Autor *ad L. ult. nu. 3. C. de Exception.* Sed id hoc loco declaratur, ſi ad informationem ſuam libelli copiam ſibi edi poſtulavit. Nam hoc poſtulans non oſtendit ſe litigare velle, ſed cognoſcere, qua actione conveniatur. *Donell. l. 17. c. 10. & ibi Hill. lit. I.*

## ad L. Si is. 34.

### SUMMARIA.

*An Romæ conventi & decedentis hæres in Africa tenea-
tur judicium continuare? n. 1. & 2.
An hæres præciſe ad reaſſumtionem litis citandus? 3.
& 4.*

1 COnventus aliquis fuit Romæ, deceſſit, habuit
hæredem in Africa, an hîc Romæ judicium conti-
nuare debeat? Aff. quia inſtantia litis tranſit in hære-
2 dem. Unde jure communi probant, inſtantiam ipſo
jure in hæredem tranſire, nec reaſſumtionem litis eſ-
ſe ex jure civili, ſed ex conſuetudine *conf. l. 29. de
operis libert. l. 78. §. pen. ad SC. Trebell. Gail. lib. 1. obſ.
3 37. Carpz. p. 1. dec. 29. n. 11. & ſeqq.* unde nullam nul-
litatem aut iniquitatem admiſſam, aut certe in ſupe-
riori judicio attendi, ſi Rei hæres jubeatur adeſſe liti,
licet non ſpecialiter ad reaſſumtionem fuerit citatus,
ſtatuit *Dn. Mev. p. 4. dec. 153. Conf. not.* Dni Autoris *ad
4 d. l. 58. n. 1. & 2. ff. de O. & A.* Si tamen in foro ali-
quo recepta reaſſumtionis neceſſitas, eam etiam poſt
ſententiam & rem judicatam requirendam, tradit
*Carpz. p. 3. dec. 44.*

## ad L. Non quemadmodum. 35.

### SUMMARIA.

*Judicium non inſtituitur de futura obligatione. num. 1, &
ſeqq.
Re in judicium deducta, judex cognoſcit etiam de iis, quæ
poſtea acceſſerunt. 4.
An in debito annuo ad futuram penſionem agere poſſim? 5.
Quomodo debitum ante diem petatur? 6.*

1 FIdejuſſor quidem in futuram obligationem accipi
poteſt, ſed judicium de futura obligatione inſtitui
2 non poteſt. Ideoque ſi Actor fateatur deberi ſub condi-
tione, & tamen petat ſolutionem præſentem, inep-
tus plane libellus eſt; ſecus ſi non allegetur conditio
ab Actore, & ſic differt hæc L. à l. 23. h. t. & ibi Barb.
nu. 13. & n. 57. Sed obſtare videtur. *l. 40. ff. ad L. Aquil.
3 Reſp. Cujac. ad l. 23. h. t. tomo 2.* ibi factum præceſſiſſe,
& ita ob damnum habet jam de præſenti actionem *Bar-
boſa ad d. l. 23. h. t. num. 114 & ſ.* & ſi deficiat conditio,
4 actio eſt nulla. Nec obſt. *l. 76. §. 1. de V. O.* quia præceſ-
ſerat obligatio. Re autem in judicium deducta, judex
de omnibus iis arbitratur, quæ ad eam rem pertinent,
licet poſt litis conteſtationem contigerint *l. 31. §. 13.
de Ædil. Edict.* ut ſi egerim contra conductorem ob
duorum annorum penſionem, extracto per biennium
judicio, judex in 4. annorum penſiones condemnabit.
5 *Wiſſenbach. Diſp. 16. theſ.* 2. Nec obſt. *l. 41. h. t.* quia ibi
eſt obligatio in diem. Exceptionem hujus regulæ ſta-
tuit in debito annuo *Alex. l. 1. conſ. 95. num.* 3. nam tunc
non tantum ad præterita, ſed etiam futuras penſiones
6 agere poteſt *Gail. l. 2. obſerv. 74. n. 2. Petr. Barb. ad h.
t. num.* 112. Sed ibi obligatio præcedit. Obiter hoc
etiam

etiam hic pro declaratione notandum, poſſe debitum
ante diem peti, ut adveniente die ſolvatur, interim
autem formetur proceſſus. *Afflict. dec.* 279. licet hoc
diſpliceat *Cagnolo ad l.* 14. *ff. de R. J. num.* 16. *Conferri
poteſt Cephal. conſ.* 381. *n.* 36. *Decianus lib.* 5. *reſp.* 21. *n.* 12.

## ad L. Interdum. 36.

### *SUMMARIA.*

*Judex prorogare poteſt dilationem. n.* 1.
*An Senator aliquibus in provincia negotiis defunctus privilegio fori ſe defendere poſſit?* 2.

1 EX cauſa poteſt judex prorogare dilationem, &
differre diem v. gr. ob profectionem neceſſariam
2 vel ..... &c. quæ res plana. Sed quæritur *in* §. 1. an
Senator, ſi in provincia aliena negotia geſſit, ſe privi-
legio fori defendere poſſit? Neg.

## ad L. Si de vi. 37.

### *SUMMARIA.*

*Vi dejectus quot actiones habeat? n.* 1.
*Utra actio alteri præferenda, ſi rei vindicatio concurrat cum judicio criminali?* 2.
*Quid ſi poſſeſſorium unde vi, cum petitorio actor ſimul proponat?* 3.
*Quid ſi actor de vi, reus in petitorio agat?* 4.

1 QUando v. g. vi dejectus ſum de poſſeſſione, tunc
habeo tres actiones. 1. Rei vindicationem. 2. In-
terdictum unde vi 3. Judicium criminale de vi publica.
Multiplex igitur quæſtio. Si quæratur (1) de rei vindi-
2 catione & judicio criminali & reſp. præferendum eſſe
judicium Criminale, ut gravius. Autor *ad L.* 1. *n* 3. *C.
3 de his, qui accuſ.* (2) quando actor proponit poſſeſſo-
rium unde vi cum petitorio in eodem libello, an eo-
dem tempore ſimul de utro agi debeat? Et reſp. quod
cumulatio quidem fieri poſſit in libello, ſed de poſſeſ-
ſorio unde vi cognoſcendum prius. (3) an ſi actor unde
vi, reus in petitorio agat, an illius cauſa prius cognoſ-
4 cenda? quod affirmatur. *vid. hic Barboſa de ordine co-
gnitionum prolixe diſſerens & Menoch. rem.* 1. *recup. poſſ.
paſſim. Cujac. lib.* 5. *obſ.* 15. *Perez. ad tit. C. de Ord. judic.*

## ad L. Quod Legatur. 38. & l. 50.

### *SUMMARIA.*

*Ubinam Legatum petendum, ſi ſpecies legata ſit? numer.* 1.
*Quantitas legata ubi petatur?* 2.
*An rei vindicatio inſtituatur, ſi res mobilis ſit, & qualis debeat eſſe?* 3.
*An locus rei ſitæ attendendus, quando reus alibi domicilium habet?* 4. & 5.

1 AGitur hic de duplici quæſtione. (1) ubi Lega-
tum vel Fideicommiſſum petendum. (2) ubi
ſolvendum vel præſtandum. In prima quæſt. diſtingui-
tur, an ſpecies, an quantitas legata: illa per perſona-
lem actionem petitur, ubi domicilium habet hæres,
vel major pars eſt hæreditatis; per actionem realem,
ubi res eſt. Præſtanda autem indiſtincta res eſt, quan-
2 do ſpecies legata. Aliud ſi quantitas Legata, quæ in
domicilio hæredis, aut ubi major pars hæreditatis; niſi
quantitas, ad certum fundum relata, ut hic. *vid. hic gloſſ.
Donell. l.* 17. *c.* 15. *& ibi Hill. Molina de J. & J. d.* 195.
*n.* 9. *Petr. Barboſa ad l.* 19. *princ. ff. h. t. n.* 48. *& ſeq.
conſer. Ant. Peregr. de fideic. art.* 53. *Menoch. l.* 4. *præ-
ſumt.* 200. *Conf. not.* Dni Aut. *ad tit. C. ubi fideicom-
3 miſſum, &c. num.* 6. & 7. Collige, rei vindicationem
inſtitui non tantum, quando res immobilis eſt, ſed &
quando res mobilis. *Carpzov. in proc. tit.* 3. *art.* 3. § 2.
*Donell. & ibi Hill. lib.* 17. *c.* 17. *Vulte*j. *ad l.* 1. *C. ubi in
rem actio. num.* 19. Autor *ad un. n.* 11. *&* 12. *C. Ubi in
rem actio.* modò non ſit aliò transferenda, ſed ut ibi
maneat, & aliquandiu ſubſiſtat. Nec intereſt, an vo-
luntate habentis, an ex neceſſitate juris ibi ſit. Et ſi res
mobilis legata ſit, poteſt etiam ad exhibendum agi.
Sic etiam judex competens eſt, ſi ibi depoſita ſit, vel
4 areſto ibidem nexa. *Dn. Mev. p.* 4. *d.* 74. Ex *hac lege*
infertur, locum rei ſitæ locum habere, ſive reus do-
micilium ibi habeat, ſive non. *vid. poſt alios Carpz. in
proceſſu tit.* 3. *art.* 3. §. 1. Autor *ad L. un. n.* 5. 6. *&* 7.
*C. Ubi de poſſeſſ. Et ad L. ult. nu* 7. *C. Ubi in rem actio.*
5 Hinc deciſus eſt caſus à *Berlichio* talis: Cives Naum-
burgenſes tenentur jurare, quod in alio judicio conci-
ves non velint convenire: quærebatur autem, annon
in loco rei ſitæ concivem ſuum Civis Naumburgenſis
convenire poſſit? & deciſum affirmative, & quod ſta-
tutum illud & juramentum poſſit intelligi de extraor-
dinario judicio ex cauſa commiſſionis vel delegatio-
nis, addo & Areſti. Et ideo non excludendum aliud fo-
rum ordinarium, ut deciſum refert *Berlich. p.* 2. *dec.*
245.

## ad L. Cum furioſus. 39.

### *SUMMARIA.*

*Furioſus dilucida intervalla habens recte judex datur.* 1.
*Hoc ampliatur.* 2.
*Legatus tempore legationis ibi fidejubet, ubi etiam conveniri poteſt.* 3.

1 QUæritur, an furioſus poſſit judex dari? quod affir-
matur, ſi dilucida intervalla habeat, licet hoc
2 periculoſum videatur. Et quamvis eo tempore, quo
dabatur judex, furioſus fuerit, datio tamen valet, ut
poſſit tempore intervalli judicare, quia abſens etiam
dari poteſt judex. Ergo etiam furioſus habens intervalla
tempore furoris dari poteſt, ut tempore intervalli ju-
dicet. Autor *ad L.* 6. *num.* 1. *&* 2. *C. de Curatore
furioſ.*
3 *In* §. 1. agitur de Legato, an ſi tempore Legationis
fidejuſſerit, ex qualibet cauſa, poſſit in Italia vel Ro-
mæ conveniri? quod affirmatur, quia tempore Lega-
tionis contraxit.

## ad L. Non quicquid. 40.

### *SUMMARIA.*

*Reg. Non omne, quod judex facere poteſt, ſtatim debet; in quibus locum habeat? n.* 1.
*Exemplis illuſtratur.* 2. & 3.
*Judex tamen declarare debet, quid facturus ſit?* 4.
*Judex omittendo etiam litem ſuam facit.* 5.

1 QUod judicis poteſtati permittitur, non ſubjectum
eſt neceſſitati; non, quod poteſt judex facere,
ſtatim dabit. Unde judex, qui poteſt ſemper aliquid
ex Officio facere, ſi id non facit, non tenetur parti.
*Paris de Puteo de Syndic. in cit. Officium jud. num.* 1. Et
*lex hac* intelligenda de iis, quæ ſunt liberi arbitrii ju-
dicis. *Menoch. l.* 1. *qu. arb.* 41. *num.* 2. & ſi quid petatur,
2 non tamen tenetur judex ſemper petenti obſecundare.
*Dec. ad l.* 1. *de juriſd. num.* 14. Sic ſi judex petat, ut
ſuper injurioſis ſcriptis Collegium pronunciet, hoc
non neceſſitat, niſi vera calumnia deprehendatur.
3 *Dn. Mev. p.* 4. *dec.* 146. Sic ſi petatur, ut contra ab-
ſentem procedat, non tamen ad id faciendum ſimpli-
citer tenetur. *l.* 1. *C. quomodo & quando judex. ibique*
Autor. Sic poteſt teſtes omnes ſimul obſtringere jura-
mento, ſed non tenetur. *Dn. Mevius part.* 4. *dec* 264.
*Conf. Joſephus Ludov. dec.* 96. *num.* 18. *Cæſar. Contar-
dus in repet. l. diffamari. numer.* 103. *C. de Ingen. manu-
miſ. Salgado in Labyr. p.* 2. *c.* 3. *n.* 17. Quamvis autem
id, quod in liberam voluntatem judicis confertur, ju-
dex facere non compellatur, debet tamen declarare,
quid

Digitized by Google

quid facturus ſit. *Vid. Cujac. ad Papin. l. 4. & Menoch. l. 1. A. qu. q. 41. n. 2. Dec. ad l. 1. ff. de juriſd. n. 14.*
5 *In* §. 1. dicitur, judicem non tantum ſuam litem facere, ſi contra leges faciat, ſed ſi etiam quid omittat, quod facere debet. *Cujac. d. l.*

## Ad L. Omnibus. 41.

### *SUMMARIA.*

*Debitor ante adventum diei ſolvere non cogitur. n. 1.*
*Quod limitatur. 2.*
*In b. f. judiciis ad cautionem præſtandam ante diem agi poteſt. 3.*
*An & quando idem in ſtricti juris judiciis?* 4. & 11.
*Conciliatio cum l. 1. §. 2.* de uſur. 5.
*Quibus caſibus debitor ante diem debeat cavere?* 9.
*Qualis coactio hic requiratur?* 10.
*Si debitor initio ſe locupletem dixerit, an poſtea ad cautionem compellatur?* 12.

1 Regula eſt, quod ante adventum diei vel condi-
tionis non poſſit debitor cogi ad cavendum de
ſolvendo, poſtquam dies vel conditio advenerit. *l. in-*
2 *ter omnes. 12. ff. qui ſatisdare cog.* Excipiuntur tamen cer-
ti caſus, in quibus cautio requiritur, ut ſi dilatio a Prin-
cipe detur. *l. univerſa. 4. C. de prec. Imp. off.* vel a Lege *l.*
*ſi debitore. 21. h. t.* Autor *in C. d. t. & L. n. 4.* Hic alia excep-
3 tio habetur. Nam in bonæ fidei judiciis, ſi quis aliquid
ſub conditione debeat, vel in diem, quamvis ante diem
ſimpliciter peti non poſſit, ad cautionem tamen præ-
ſtandam agi poteſt, ſi nova cauſa ſuperveniat, ob quam
timere poteſt creditor, ne fiat non ſolvendo debitor.
*Barboſa hic n. 40. & ſeqq.* Autor *ad L. 1. n. 5. C. de Condict.*
*ex Lege.* idem in locatione *Wiſſemb. d. 37. th. 21.* Aliud in
4 ſtricti juris judiciis volunt *Cujac. lib. 17. obſer. 37. Hering.*
*de fidejuſſ. c. 3. n. 50. ſeq.* Nec obſt. *l. 1. §. 2. de Uſuris.* Nam
5 ibi judex functus erat ſuo officio, quod ad futura non
extenditur, *Cujac. hic.* Sed ut dicam quod res eſt, hic de
conditionali debito non agitur, ſed in diem. Poterit
tamen officio judicis, ubi ſuſpicio juſta eſt, etiam huic
provideri. *Afflict. dec. 108. n. 3.* Et *textum hunc* etiam in
ſtricti juris contractibus locum habere, volunt Dd.
communiter, ſi credendum *Strachæ de Mercat. p. 2. num.*
22. Limitatur vero, quod non habeat locum, ſi ſit locus
pœnitentiæ *per l. Seia. ff. de donat. cauſa mortis. Rom ſing.*
*636 Barb. hic n. 52. & ſ. conſ. Parpalias in repet. l. 2. ff. ſol.*
*matr. n. 108.* qui *n. 69.* ponit regulam quod nullus debi-
9 tor in diem teneatur cavere; Niſi 1. miſerationis gratia
ipſi detur dilatio, aut 2. ex teſtamento, aut 3. ex contra-
ctu; ſi juſta cauſa urgeat, ut *hic.*
10 Sed quæritur, qualis cautio hic requiratur? Et videtur
recepta ſententia propoſita ab *Alexandro in l. ſi ſtuita.*
*§. eleganter. n. 15. ff. de damno inf.* qui diſtinguit, utrum
ſcilicet agatur propterea ante tempus, ut debitum poſ-
ſit eſſe liquidum: poſſent enim teſtes mori, & hoc ca-
ſu ad nudam repromiſſionem & confeſſionem agitur;
aut propterea ante diem agitur, quia ſuſpectus, & fieri
poſſit non ſolvendo, & tunc fidejuſſoria cautio requi-
11 ritur. *Barboſa hic num. 46.* Quamvis autem *hanc legem*
etiam in ſtricti juris judiciis eo tantum caſu admittant,
ſi id commodum debitori *Alex. d. l. l. & ad l. 2. ff. ſolut.*
*matrim. n. 14. & Crotus ad d. l. 2. n. 55. Ripa n. 39.*
Barboſa tamen hoc negat, ſed concedit in ſtricti juris
judiciis indiſtincte hoc beneficium locum habere; ſed
non jure actionis, ſed officio judicis. *Barboſ. ad d. l. 2.*
*num. 28.* ubi *legem hanc num. 9.* limitat: niſi cauſa non
eſſet nova, ſed initio adfuerit, & eam ſciverit creditor.
12 *Barboſ. hic n. 69.* Si tamen debitor ſe dixerit eſſe lo-
cupletem, omnino tamen ſine nova cauſa poteſt com-
pelli ad cautionem, ſi paupertas in notitiam veniat. Ex
iis, quæ de juſta cauſa ſupervenient edicta, colligitur
nec conductorem teneri perfecto contractu cavere de
indemnitate, niſi juſta cauſa, metus ſcilicet dilapidatio-



nis, &c. urgeat. *Dn. Mev. p. 5. dec. 357.* Autor *ad L. 1. n. 5. C. de condict. ex lege.*

## Ad L. Si Uxor. 42.

### *SUMMARIUM.*

*Quæ cauſa ſit, quod Legatus Romæ divortium faciens dotem ibi petere valeat? n. 1. & 2.*

Si Legatus Romæ verſetur, & ibi divortium faciat 1
ab uxore, dos ibi peti poteſt, quæritur, quæ cauſa?
Alii privilegio dotis id tribuunt, quam aliasque opinio-
nes refutat *Barboſa ad l. 2. de Legatis 3. n. 159. & ſeqq.* qui
tandem rationem eſſe dicit, quod intervenerit factum 2
& culpa mariti, nam ſi culpa uxoris divortium factum,
hæc non inferret petitionem dotis *l. 8. C. de repud.* Et ita
etiã *Donellus & ibi Hillig. l. 17. c. 13. lit. H.* Et *ex hoc textu*
colligitur regula, quod modo qui ſortitur forum in lo-
co contractus, eodem modo ſortitur in loco diſtractus.
*Barboſa d. l. n. 168. &c. Aut. ad L. ult. n. fin. C. Pro ſocio.*

## Ad L. Eum qui. 43.

### *SUMMARIA.*

*In certo loco ſolvere pollicitus poſt moram ubique conveniri poteſt. n. 1.*
*Quomodo hoc ſit intelligendum?* 2.

Qui promiſit aliquid certo loco præſtare vel ſol- 1
vere, poſt moram ubique conveniri poteſt. Sed
hoc civiliter intelligendum eſſe monet *Donell. l. 17. c. 19.*
*ubi lit. D. allegat. Hillig. Wiſſenb. Zang. Matth. Steph.* ſcili-
cet in quibus locis alias ſine mentione loci conveniri 2
potuiſſet, cum abſurdum ſit illum, cui debitor ſe ſine
mentione loci obligavit, non niſi certis locis poſſe con-
venire reum ſcilicet domicilii, contractus &c. illum ve-
ro, cui ſub certo loco ſe obligavit debitor, poſſe debito-
rem ubique convenire.

## Ad L. Non idcirco. 44.

### *SUMMARIA.*

*An, ſi plures appellarunt, & quidam ceſſant, hoc vigilantibus præjudicet? n. 1.*
*Servi quaſi liberi conſtituentis Procuratorem cognito ſtatu reus abſolvitur ab inſtantia?* 2.

Quando contra plures agitur, & lis eſt conteſtata 1
nonnullis Reip. cauſa abſentibus his cum præſen-
tibus peragi poteſt: item plures appellarunt in cauſa
communi, quidam ceſſant v. g. petere Apoſtolos, vel in-
troducere appellationem: Quær. an cæteris vigilantibus
hoc præjudicet? Neg. per *l. 1. C. de Conſort. ejuſd. litis &*
*h. l.* Sed negligentes carent effectu Appellationis, *Dn.*
*Mev. p. 2. dec. 341.* ſcilicet quando cauſa eſt dividua, ut ſe
explicat hic JCtus. Verum de eo ulterius diſputat *Ron-*
*chegallus ad l. 3. §. ubi duo n. 140. ff. de duobus reis.*
*In* §. 1. agitur de ſervo, qui quaſi liber conſtituit 2
procuratorem, Autor *in C. h. t. ad L. 6. nu. 5.* ſed cognito
ſtatu dantis procuratorem, abſolvitur reus ab inſtantia
& ſalva manet actio vero creditori. De abſolutione ab
inſtantia *vide infra l. 73.*

## Ad L. Argentarium. 45.

### *SUMMARIA.*

*Argentarius atque Tutor ubi conveniendi? n. 1.*
*Si documenta ad manus ſe non habere prætendant, dilatio danda. 2.*
*Ratio. 3.*
*Debitorem alibi damnatum in loco contractus actione judicati conveniri poſſe, declaratur per caſum. 4.*

T Argenta-

1 ARgentarius quidam exercuit argentariam Romæ,
qui tameo habuit domicilium in provincia, con-
venitur ergo Romæ, quæritur, an rectè? quod affirma-
tur, quia quilibet adminiſtrator debet ibi conveniri, ubi
adminiſtravit, quia ibi faciliores ſunt probationes, &
idem in Tutore. Autor *ad L. 1. n. 1. C. ubi de ratiocin.*
2 Sed quid ſi Argentarius vel Tutor prætendant, ſe non
habere ad manus documenta, ſed alibi, remittenda-
ne eſt cauſa vel danda dilatio? Reſp. poſterius facien-
3 dum cauſa cognita, nam ſolent Adminiſtratores male
ſibi conſcii allegare abſentiam documentorum, ideo-
que videndum, an aſſertio eorum probabilis ſit vel non.
4 *In* §. 1. habetur hæc ſpecies: Bertha Florentina
Florentiæ domicilium habens mutuam accepit pecu-
niam Romæ. Bertha moritur relicta Florentiæ filia.
Hanc vel ejus Tutores potuiſſet Creditor Romæ con-
venire, ſed quia ibi non reperiebantur, conventi ſunt
Tutores vel curatores io provincia, & condemnati
ſunt. Antequam autem ſatisfieret, venerunt Tutores
Romam, quæritur an ibi actione judicati conveniri
poſſint? Videtur quod non abſque literis ſubſidialibus.
Sed affirmatur, quia ab initio Romæ conveniri potuiſ-
ſent, ſi ibi deprehenſi eſſent. Ergo colligitur, debito-
rem alibi damnatum in loco contractus actione judicati
conveniri poſſe. *Conſ. Cujac. tom. 4. ad lib. 3. Reſp. Papin.*

## Ad L. Judex. 46.

### *SUMMARIUM.*

*Quando Judici furioſo abrogandum ſit officium?*

JUdex ſi furioſus fiat, non ſtatim ei abrogandum of-
ficium, ſed tunc, quando nulla ſpes ſalutis adeſt.

## Ad L. Obſervandum eſt. 47.

### *SUMMARIA.*

*Commiſſarii non ad placitum partis, ſed ex judicis offi-cia conſtituuntur. n. 1.*
*Quibus caſibus commiſſarius dari ſoleat à judice? nume-ro 2.*
*Hodie Commiſſarii ad quidnam conſtituantur.* 3.

1 NOn eſt dandus judex, quem pars nominatim pe-
tierit. Ideoque quoties Commiſſarii dandi ad ſen-
tentiam ſerendam, hoc ex officio alicui mandet Judex.
Excipitur hic princeps *Don. l. 17. c. 25. & ibi Hill. lit. E.* ſi
nominatim ob perſpectam fidem confirmet. Alias ve-
2 ro quando non ad ſententiam ferendam, ſed examinan-
dos teſtes commiſſio decernitur, poteſt judex aliquem
cooſtituere. 1. Quando circa nominatam perſonam
partes conveniri non poſſunt. 2. Quando pars arbitrio
Judicis id commiſit. 3. Quando ob ſuſpicionem nomi-
nato aliquem adjungit. Vel jubet, ut denuo partes Com-
miſſarium nominent. *Rulandus de Commiſſ. l. 2. c. ult. n. 8.*
3 *& ſeqq.* Apud nos rariſſime Commiſſarii ad definien-
dam cauſam, ſed tantum ad referendam, & tentandam
tranſactionem conſtituuntur.

## Ad L. Pars literarum. 48.

### *SUMMARIA.*

*Majorem magiſtratum temporalem gerentes conveniri nequeunt. n. 1.*
*Quod hic extenditur dupliciter.* 2.

1 QUi majorem Magiſtratum temporalem gerunt,
conveniri non poſſunt eo anno, quo officium
gerunt, *de quo ſupra de in jus vocando.* Autor *ad C. 1. de
Lucris Adv. n. 6. 7. Et ad L. 4. n. 3. C. ad L. Jul. repet.*
2 quod hic dupliciter extenditur. 1. Quod nec alios con-
venire durante officio poſſint; nam ſi hoc facere poſſent,
reconveniri etiam poſſent. 2. Quod nec in cauſis pu-
pillorum, quorum tutelam gerunt, conveniri poſſint,
ſed actio differenda in tempus finiti officii.

## Ad L. Venditor. 49.

### *SUMMARIA.*

*Venditor tenetur emptorem defendere non obſtante privi-legio ſuo. n. 1.*
*Quando venditor in ſuo judicio conveniri debeat?* 2.

QUando Evictio denunciatur venditori, hic non 1
obſtante privilegio ſuo debet emtorem in eo ju-
dicio defendere, ubi nata eſt controverſia; unde de-
nunciatum aut intervenientem forum declinare non
poſſe tradit *Gail. lib. 1. obſ. 71. n. 2. Mindanus de con-
tin. cauſ. l. 3. cap. 5. n. 20. Afflict. deciſ. 277. n. 2. Natta.
conſ. 630. Caball. de Evict. §. 3. n. 118.* ubi *n. ſeq.* hoc ex-
tenditur ad Clericum *Covar. plures citans pr. q. 8. n. 3.
Mynſ. c. 1. obſ. 22. Gail. l. 1. obſ. 37. n. 7.* Autor *ad L.
un. n. 4. C. Ubi in rem actio. Matth. Steph. de juriſd. d. l.
1. c. 31. n. 5. Conferatur Decianus Reſp. 118. n. 26. v. 3. Ri-
minaldus Conſil. 422. n. 18. lib. 4. Miranta. p. 6. m. 5. n. 10.
Theſaur. dec. 213. ubi ad fiſcum defendentem id extendit.*
Si tamen venditor negaret, ſe teneri ad evictionem præ- 2
ſtandam, nec veniret, utique tunc coram ſuo judice erit
conveniendus. *Grænwegen. ad l. 1. C. ubi in rem actio. n. 2.
Joh. à Sand. l. 1. def. 5.* Ideoque colligitur; etiam facta de-
nunciatione denunciantem manere debere in lite. *Car-
pzov. p. 1. Juriſp. c. 3. d. 28.* Autor *ad L. un. n. 3. C. ubi in
rem actio.*

## Ad L. Si fideicommiſſum. 50.

### *SUMMARIA.*

*Judex à præſide datus etiam hoc mortuo ſententiam ferre poteſt. n. 1.*
*An hæres de fideicommiſſo in loco domicilii conveniri poſſit?* 2.
*An & quibus caſibus in loco domicilii teneatur præſtare legatum?* 3. & 4.
*An, ubi major pars hæreditatis?* 5. & 6.

IN §. 1. *hujus legis* quæritur, an judex à præſide datus, 1
etiam præſide mortuo poſſit ſententiam ferre? Vide-
tur quod non, quia Mandatum morte finitur. Sed aff.
ſi lis vivo præſide dante inchoata. Hæres ob fideicom-
miſſum conventus in loco domicilii, non poteſt decli- 2
nare judicium per *hanc legem* §. 2. ſed non tenetur præ-
ſtare ibi legatum, ſed poteſt præſtare in loco, ubi major
pars hæreditatis eſt. Autor *ad L. unic. n. 3. & 4. C. ubi fi-
deic. peti oport.* Et ſi electio loci ſolutioois eſt penes de- 3
bitorem ſeu hæredem. *Hill. in Donell. l. 17. c. 15. lit. C.* niſi
hæres ſibi præjudicaverit, ut ſi in loco domicilii ſolve-
rit partem *h. l. §. fin.* vel hanc defenſionem omiſerit. *l. 52.* 4
aut ſi in loco domicilii promiſerit ſolvere. *leg. 51. h. t.
Matheſilanus ſing. 122. Felinus in c. ſicut ratione X. de
foro comp. n. 17.* Sed ubi res certa petitur, ibi danda eſt,
ubi eſt, licet alibi petatur. *L. 38. h. t. Donell. d. c. 15. &
lib. 8. cap. 35.* Aliter *P. Barboſa in leg. 19. princ. h. t. nu-
mero trigeſimo quarto*, ubi ait, hæredem adeundo hære-
ditatem videri quaſi contraxiſſe cum Legatariis ſolu-
tionem contuliſſe in eum locum, ubi major pars eſt 5
hæreditatis, Et *in fine hujus legis* dicitur; Si hæres par-
tem legati ſolverit, tunc etiam totum ſolvere teneri,
per *§. ult. hujus legis.* Autor *ad L. ult. num. fin. C. ad SCt.
Trebell.* Sed ſi unum legatum alibi ſolverit, non in eo 6
loco, ubi major pars eſt, quoad alia tamen legata ſibi
non præjudicat. *argum. l. 85. §. Teſtator. de Leg. 2. de quo
Balb. in l. 19. princ. h. t. n. 68. & ſeqq. Molina de primog.
l. c. 13. n. 73.*

## Ad L. Quatenus. 51. & L. 52.

*SUMMARIA.*

*Ubi hæres, ſi bona hæreditaria in duobus locis, ſit conveniendus?* n. 1.
*Quibus caſibus hæres exceptioni fori, ſolvam, ubi majors pars, renunciet?* 2.

1 IN §. 1. *hujus Legis* quæritur, ſi hæreditaria bona ſint
duobus locis Lipſiæ & Francofurti ad Mœnum, hæ-
res Lipſiæ conveniatur, ille vero excipiat, Lipſiæ quidem
eſſe majorem quantitatem bonorum, ſed & majorem
maſſam æris alieni, per quam illa pars bonorum dimi-
nuatur, & ſic in effectu Francofurti eſſe majorem par-
tem, quia minus æris alieni? Sed hoc non attendi reſ-
pondetur, quia æs alienum Lipſienſe non tantum Lip-
ſienſia bona afficit, ſed totam hæreditatem minuit, niſi
Teſtator diſpoſuerit, ut alibi præſtarentur legata vel ali-
2 menta. Exceptioni fori prædictæ videtur renunciatum
(1.) ſi hæres alio loco ſe legatum præſtiturum promiſit
& id quidem, antequam hæres hæreditatem reſtitueret;
vel fideicommiſſarius, cui onus ſolvendorum legatorum
incumbit, poſt reſtitutionem *P. Barb. ad l.19.in pr. h.t.n.
77. & multis ſeqq.* (1.) ſi hæres aliis dilatoriis uſus hanc
omiſerit, licet conteſtata hac præſcriptione uti vellet. *l.
52 pr. h.t.*

## Ad L. Sed & ſi. 52.

*SUMMARIA.*

*Quibus caſibus hæredi non poſſit exceptio; præſtabo legatum, ubi major hæreditatis pars?* n. 1. & 3.
*Teſſera frumentaria quid fuerit?* 2.
*An dicta exceptio locum habeat, ſi res certa legata alicubi reperitur?* 4
*Hæres hac exceptione tutus an teneatur ad ſatisdandum?* 5.

1 INterdum non prodeſt exceptio hæc, quod hæres non
teneatur reſpondere vel præſtare ibi, quia alibi eſt
major pars hæreditatis; idque interdum fit (1.) ob
2 rem legatam, quæ alibi reperiri nequit, ut teſſeræ fru-
mentariæ, quæ erant fragmenta chartæ, ligni, vel
plumbi, certa nota inſignita, quæ comparari à præfecto
annonæ poterant; *de quibus Donell. l.17.c.15. lit. D. & ibi
Hilliger & quos allegat.* (2.) ex genere perſonarum, ſi
3 clariſſimus, qui Romæ conſiſtere tenetur, propter mini-
mum legatum in provinciam proficiſci teneretur. *Don.
d.c. 15. in fine.*
4 *Ad §. pen. & ult.* Non competit etiam Exceptio hære-
di, ſi res certa legata alicubi reperta petatur: hic ele-
ctionem reo tribuit *Hill. in Donell. lib. 17.c.15. lit. C.* quod
an textui conveniat dubito; nam ſi electio daretur hæ-
redi, re ipſa haberet hæres exceptionem. Et eſt regula,
quod conventus rei vendicatione, omnino in eo loco
reſpondere teneatur. *vid. d. hoc §. Barb. ad princ. h.l.n.46.
& multis ſeqq. In fin.* dicitur, licet hæres habeat præſcri-
5 ptionem hanc, hæreditatis pars alibi eſt, nihilominus
tenetur ad ſatisdandum, ſe alio loco reſponſurum.

## Ad L. Vix certis. 53.

*SUMMARIA.*

*Servi quando contra dominum agere valeant?* n. 1. & 2.
*Adminiſtratores caute agunt, ſi petant commiſſarios, corã quibus rationes reddant, ubi dominus in mora eſt?* 3.

1 REcenſentur hic caſus, quibus ſervus contra Do-
minum agere poteſt, verbi gratia, ob ſuppreſſas
tabulas, ob annonam, falſam monetam &c. *Don. l 17.c.
4. vide not.* Domini Autoris *ad l.1. ſupra de offic. præf. ur-
2 bi.* Ubi nota, quod ſervus liber eſſe juſſus rationibus
redditis poſſit arbitrium petere, ut rationes reddantur,
diſpungantur, & examinentur; Autor *ad L. 6.n.8 C.h.t.*
Unde cautela pro omnibus tutoribus, adminiſtratori- 3
bus colligitur, qui volunt rationes reddere, & per mo-
ram Adulti aut Domini impediuntur, ſcilicet ſi à judi-
ce petant commiſſarios, quam cautelam commendat
*Eſcobar. de Ratiocin. c.5.n.95. Job Heeſer de ration. redd.
loco 1.n.128.*

## Ad L. Per minorem. 54.

*SUMMARIUM.*

*Minor cauſa avocari poteſt, cum in Tribunali ventilatur major cauſa.*

MAjor cauſa trahit ad ſe minorem, majori cauſæ per minorem non debet præjudicari. Autor *ad L. 3. n. 2. & 3. C. de Ordin. Jud.* Hinc ſi major cauſa ventiletur in ſuprema curia, minor cauſa, quæ eſt illi præjudicialis, aut habet connexitatem cauſæ, avocari poteſt. *Dn. Mev. p. 2. dec. 135.* Sic univerſalis concurſus trahit ad ſe actiones particulares. *Salgado in Labyr. c.4.* Aliud exemplum *in l.35 ff. de jure fiſci. de quo infra.*

## Ad L. Edictum. 55.

*SUMMARIA.*

*Tria Edicta contra contumacem requiruntur, annumeratis tamen prioris judicis edictis?* n. 1.
*An publicatis jam tribus ab Anteceſſore Edictis ſucceſſor adhuc ſemel edictum edere teneatur?* 2.
*Reſponſio ad obſtantem legem.* 3.

COntra contumacem requiritur trinum Edictum 1
*de quo infra. ad L. 68. h.t.* Et Autor. *ad L.8.n.6 C.
Quomodo & qu. judex ſent.* ſed quæritur 1. an in numero
Edictorum connumeretur Edictum Anteceſſoris in offi-
cio ſeu prioris judicis? Quod affirmatur, quia idem eſt 2
officium. 2. quæritur, quid ſi Anteceſſor tria Edicta pu-
blicaverit, an ſucceſſor procedere poſſit in contumaciam?
Reſp. Succeſſor debet adhuc ſemel edictum publicare, 3
nec obſtat *l. 8. C. quomodo & quando judex &c.* ubi præ-
ſtat relativum ad remotius referre, quam manus textui
emendando admovere. *Hilliger in Donell. l.17. c.26. in
fine lit. O.*

## Ad L. Licet. 56.

*SUMMARIA.*

*An geſta per falſum Procuratorem à Domino poſt ſententiam ratificari poſſint, diſquiritur?* n. 1. & ſeqq.
*An principalis pro parte geſta approbare pro parte improbare valeat?* 10.

COlligunt *ex hac lege*; Geſta per falſum Procu- 1
ratorem poſt ſententiam à Principali ratificari poſ-
ſe indiſtincte. *Gaill. libro primo, obſerv. 47. Riccius
coll. decis. 344. Vantius de Nullit. tit. quibus modis ſen-
tent. nullitas &c. numero decimo.* Sed diſſentiunt &
*hanc legem* dependente judicio accipiunt, *Zaſ. ad tit.
de Procur. num. decimo ſeptimo & Weſſembach. ad Pan-
dect. d. 12. num. 13.* Sed vid. pro communi ſententia
*Hill. leg.18. cap.12. lit.G.* & de praxi teſtatur *Perkius ad
cap.11. d.R.I. in 6. n.11.* Nam communis ſententia nihil 3
habet abſurditatis; cum enim actus aliquis alterius
nomine geſtus habet omnia eſſentialia, ſolo ejus con-
ſenſu deficiente, ſuperveniente eo, actus validatur.
*leg.16. §.1. ff. de pign.* Et ipſe *Franzk. dict. l.* fatetur in 3
ſui præjudicium Dominum eum validitate poſſe, con-
tra quod tamen eædem rationes *Bachovii* ſtringunt.
Et ſane, ſi poſt litem conteſtatam ſupervenit Do- 4
minus, litis conteſtatio à falſo procuratore facta etiam
eſt ipſo jure nulla, & tamen fatente *Bachovio, cæteriſque*

poteſt validari, & ſententia quidem ea nulla eſt, ſcili-
5 cet ſi velit Dominus. Nec exceptio ſalſi Procuratoris
6 datur Adverſario, ſed ei, cujus nomine egit. Neque inde
inæqualitas judicii, quia idem in utroque membro di-
cunt Dd. ſive contra Dominum, ſive pro Domino lata
ſit ſententia. Et adduxit præjudicia *Gail. & conſentit*
*Teſſ.dec.7.Trentac.l.2.Reſol.tit.de Procur.reſ.2.num.2.&*
*Hill.in Don.d.l.8.c.12. lit.G.* Huic communi etiam ſen-
7 tentiæ adſtipulatur. *Dn.Mev.p.5.dec.99.* Quamvis autem
valde haoc ſententiam communem limitet *Trentac.d.l.*
plures tamen limitationes ſundamento, ut puto, deſti-
8 tuuntur. Hanc limitationem concedo, ſi præcedens vel
concomitans voluntas pro forma requiratur; quam li-
mitationem *n. 5.* proponit. Reliquas non puto eſſe ad-
mittendas. Nam *L.6.ſi quis obrepſerit.ff.de falſis* loqui-
tur de obreptione circa ſubſtaotialia, ut ipſe agnoſcit *n.*
9 7. Sane ſi Principalis doloſe tacuiſſet, noo putarem ad
ratificandum ipſum admittendum eſſe, ſecundum tradi-
ta *Trentac. d.l.circa fin.* Idem ſi ſententia habeat plura
10 capita, & Principalis pro parte vellet ratificare judi-
cium, pro parte non; non putarem audiendum eſſe prin-
cipalem; quia ſententia quoad formalia eſt indiviſibilis,
ut probat *l.27.ff.fam. herciſc. Vid. Barboſa l.17.c.19.*
*axiom.4.* Et principalis geſta Procuratoris pro parte ra-
tificaret, pro parte non; quod admittendum non eſt.

## Ad L. Tum ex contractibus. 57.

*S U M M A R I A.*

*Cum filiofam. agi poteſt ex omni obligatione. n. 1*
*An filiusfam. jure veteri habuerit perſonam ſtandi in judicio? 2.*
*Pater poſt litem conteſtatam tenetur pro filio, ut fidejuſſor. 3.*

1 CUm Filiofamil. agi ſemper poteſt ex obligatione,
ſive ea oriatur ex contractu, ſive delicto, *hic & l.*
*39. de O. & A.* & mortuo filio, judicati etiam actione
cum patre agitur. *vid.Donell.lib.17.c.4.& 5.* Autor *ad L.*
*5.n.2.C.Quod cum eo, qui in al.pot.* Colligitur *ex hac lege*
2 jure antiquo non habuiſſe filiumfamilias perſonam ſtan-
di in judicio, ſed a patre dependiſſe, ut contra *Bart.* plu-
ribus probat *Menoch.rem.10.recup.poſſ.n.306.& ſeq.* Sed
*de hoc ſupra*, quid jure novo obtineat actum. Colligitur
*ex hoc textu*, acta judicii & inſtantiam tranſire ad pa-
trem, quia pater, poſt conteſtatam à filio litem, tenetur
3 pro filio, ut fidejuſſor & filius conteſtans litem ſe taci-
te videtur obligare ad ſolvendum id, in quo fuerit con-
demnatus, & pater videtur pro eo interceſſiſſe, quatenus
in peculio eſt. *Petr.Barb.ad L.ſi conſtanter §.fin.n.21.ff.*
*ſol. matr.*

## Ad L. Judicium. 58.

*S U M M A R I A.*

*Judex delegans juriſdictionem delegatam poteſt avocare. n. 1.*
*An judex ſuperior ab inferiori? 2.*
*An Imperator à Camera? 3.*
*Quibus caſibus ſummus Princeps avocare ſoleat? 4.*

1 JUdex delegans poteſt delegatam juriſdictionem re-
vocare; & ſic de delegata juriſdictione intelligit. *Dn.*
2 *Mev.p.2.dec.134.* Sed verum eſt judicem ſuperiorem
poſſe avocare cauſam ab inferiore etiam ordinario, ſi
dependeat juriſdictio inferioris à ſuperiore, idque *ver-*
*ba Legis* inſinuare videntur. Sane à Camera cauſam avo-
3 care non poteſt Imperator. *Ord.Cam.p.2.tit.35.* quia Ca-
mera dependet ab Imperatore & Statibus Imperii.
Differt vero ab avocatione Reſcriptum, quo Imperator
de cauſa referri jubet, *Dn.Mev p.1.dec.249.* Ideoque nec
4 ſummus Princeps hodie cauſas a judicibus inferioribus
avocare, nec commiſſionem nolente altera parte ordi-
nare poteſt, niſi ſit cauſa aliqua ſpecialis, v. g. Si lis
inter parentes, aut liberos, aut proximos cognatos, aut
cauſa concernat perſonas miſerabiles, vel in ea lite pe-
riclitetur ſalus publica, quo caſu Superior non obſtan-
te litis pendentia, Commiſſariis ad amicabilem com-
poſitionem cauſam committere poſſet, ut multis tradit
*Carpzov. p.3. dec.220. Covarr.pr.qu.9.n.4. Alb. Brunus*
*conſ.92.Gail.lib.1.obſ.41.Chriſtinaus vol.1. dec. 259. Be-*
*ſoldus in theſ.in voce* Abforderung *& Berlich.p 1 dec.ult.*
*& p.1.concl.6.Vid.& inauguralis diſp.Dn.D.Quilovii hic*
*habita anno 1660.*

## Ad L. Si locus. 59.

*S U M M A R I A.*

*Judex ordinarius an teneatur locum judicii exprimere? num. 1.*
*Quid de judice delegato? 2.*
*Ubi conſuetudo conſulenda? 3.*

SI ordinarius judex ſolitum habet tribunal, id, licet 1
non expreſſum, intelligitur tamen; Autor *ad L.1.*
*n.13.C.de Apoch. publ.* ſin ſecus, locus deſignandus eſt,
*Hill.in Don.lib.23.c.2. lit.M.* Sic ergo delegatus judex 2
ſemper locum in citatione exprimere debet. *Ummius*
*diſp.ad proceſſ.5.n.53.* Nec admitto, judicem delegatum
debere obſervare locum delegantis, ut vult *Maranta p.*
*6. de ſent.n.73.conſ.Cephal.conſ.304.n.144.* Autor *ad L.*
*n. 2. 3. C. Quomodo & quando Judex ſent.* Sed hac in re 3
conſuetudo conſulenda, nam ille, qui delegat judicem,
videtur in loco ſolito delegare. In hac civitate reperi-
tur in Curia conclave, quod vocatur die Commiſſion-
Stube / putarim ergo, ſi delegatus propriarum ædium
non faciat mentionem, hoc conclave eſſe intelligen-
dum.

## Ad L. Mortuo judice. 60.

*S U M M A R I U M.*

*Judex ſurrogatus, ex iiſdem actis, mortuo judice ferre debet ſententiam.*

MOrtuo judice is, qui ei ſurrogatus eſt, ex iiſdem
actis ſententiam ferre debet. *Donell.l.17.c.26.lit.*
*M.& ibi Hill.* ubi notat, non inanem itaque eſſe quæſtio-
nem in *L.76.h.t.* Et ſic convenit regula, quod ſurroga-
tus eodem jure ſruatur, quo is ſruitur, cui ſubrogatus
eſt. *Barb.l.17.c.59.ax.3.* Autor *ad L.unic.n.12.C. de Col-*
*legiatis. Et ad L. 2. n. 2. C. in quib. caſib. tut.*

## Ad L. Solemus. 61.

*S U M M A R I A.*

*Explicatio Regulæ vulgaris ſtatuentis, id in judicium venire, de quo inter partes actum. n. 1.*
*Quæ negative formata certior eſt. 2.*

VUlgaris regula, quod in judicium veniat, de 1
quo inter partes actum eſt, ſed ea regula non
eſt perpetua. Nam ſæpe de alia re actum dicit actor,
de alia reus, ideoque id intelligendum eſt in judi-
cium veniſſe, de quo Actor ſenſit, qui optimus
verborum ſuorum interpres eſt. Et ſic ambigua pe-
titio accipienda juxta intentionem proferentis, mo-
do poſtea probatio clara offeratur *l. 83. §. 1. de Verb.*
*Obl. Hill. in Donell. leg. 26. cap. 4. lit. C. Pacius cent.*
*2. quaſt.* Certior autem illa regula eſt negative for- 2
mata, non venire in judicium, de quo actum expreſ-
ſe, ne veniret. *In §.1.* dicitur de Latruoculatoribus, qui
ſcilicet ad Latrones inquirendos conſtituti, quod in
pecuniariis cauſis judicare non poſſint. *vid. Donell. &*
*ibi Hill. lit. V. lib. 17. c. 9.*

Ad L. Inter

Digitized by Google

## Ad L. Inter litigant. 62.

*SUMMARIA.*

*In judicio formando alter Petitoris, alter Poſſeſſoris locum habet.* n. 1.
*Illo non probante hic in poſſeſſione manet.* 2.
*Exceptio in duplicibus judiciis.* 3.
*Quando ſequeſtrationi locus?* 4.

1 QUando judicium formandum, alter petitoris, alter poſſeſſoris locum habere debet, & hic com-
2 modo poſſeſſionis fruitur. Et ſi petitor non probet, hic in poſſeſſione manet. Autor *ad L. 2. n. 3. C. de Probat.*
3 Exceptio vulgo ſtatuitur in duplicibus judiciis; ubi tamen, qui prior provocat, pro petitore habetur. Sæpè quando de juribus & in poſſeſſorio agitur, non ſatis convenit inter partes, quis pro poſſeſſore habendus, ubi
4 ſequeſtratio interdum adhiberi ſolet vel poſſeſſorium ſummarium, ſive momentaneum. Autor *ad L. un. n. 1. ſeqq. C. de Prohib. Sequeſtr.*

## Ad L. Recte defendi. 63.

*SUMMARIUM.*

*Quando quis ab alio defendi poſſit?*

DEfendi quis poteſt etiam ab alio ſi ille præſtet de judicato ſolvendo cautionem. Sed ſi id non præſtetur. quod judex pronunciaverit, non ſatisfactum eſt promiſſioni de judicato ſolvendo, quia hæc ſtipulatio tres clauſulas habet. *l. 6. ff. judicatum ſolvi.*

## Ad L. Non ab judice. 64.

*SUMMARIA.*

*In quibus cauſis Actor in litem poſſit jurare?* n. 1.
*An Judex, Reo in dolo & contumacia conſtituto, intereſſe Actoris æſtimare poſſit?* 2.
*An cautio de judicato ſolvendo coram uno judicio præſtita, ad aliud quoque trahi poſſit?* 3.

1 IN nonnullis cauſis Actor jurare poteſt in litem ob dolum Rei vel contumaciam, & in ſpecie in actionibus bonæ fidei, in quibus agitur de re reſtituenda, depoſiti, commodati, &c. item in remediis reſtituendæ poſſeſſionis, item in actione reali &c. de quo pluribus *in-*
2 *fra in peculiari titulo.* Sed annon judex æſtimare poteſt intereſſe actoris, quando reus in dolo v. g. ſi dolo fecit, ne poſſideret & in contumacia eſt? Reſp. negando, culpam æſtimare poteſt judex, ſed dolum actor; nam gravius agendum eſt cum doloſo reo, quam culpoſo. *In §. 1.* agitur de hoc caſu, volo tecum agere coram Senatu Academico, defenſionem tui ſuſcipit Amicus tuus, &
3 præſtat cautionem de judicato ſolvendo. Sed poſtea mutato conſilio ago contra defenſorem tuum coram Senatu Oppidano quæritur, an etiam ſtipulatio illa ad hoc forum tradenda? Quod negatur, quia eſt aliud judicium.

## Ad L. Exigere. 65.

*SUMMARIA.*

*Annon in loco domicilii maritus de dote conveniendus?* n. 1.
*Plures rationes adducuntur in hanc rem.* 2. & 3.
*Si diverſa ſunt ſtatuta domicilii mariti, & uxoris, utriuſnam ſequenda?* 4.
*Limitationes afferuntur.* 5.
*Cujuſnam loci conſuetudines reſpicienda in conficiendis pactis dotalibus?* 6. & 7.
*Si alius locus reſtitutionis dotis expreſſus, hic ſervandus.* 10.
*Idem, ſi ſponte in domicilium uxoris transfeat.* 11.
*Maritus ſecundum ſtatutum domicilii ſui lucratur dotem, licet poſtea alio ſe contulerit.* 12.

QUamvis in cæteris contractibus quis poſſit con- 1
veniri in loco contractus, niſi alio loco ſolutio
ſit facienda; maritus tamen dote accepta non eſt conveniendus in loco contractus, ſed tantum domicilii
mariti, per *h. l.* Autor *ad L. un. n. 3. C. de Mulier.* quia 2
contractus talis eſt, ut ex eo mulier ſtatim migret in
alium locum. Aliam rationem aſſignat *Petr. Barboſa* 3
*ad l. 19. §. proinde. h. l. n. 69.* quia hic agitur de effectu contractus, ſcilicet de retentione dotis; nam in his, quæ concernunt formam & ſubſtantiam contractus, attendimus locum contractus. *l. 6. de Evict.* in aliis, deſtinatæ ſolutionis. Et propter naturam matrimonii, videtur tacite collata reſtitutio dotis in domicilium Mariti, qua præſumtione præhabita, jus generale eſt, quod Maritus non conveniatur in loco contractus, ſed in loco, in quem videtur collata ſolutio. *Petr. Barboſ. ad h. l.*
*n. 17.* Unde colligunt DD. quod ſi diverſa ſint ſtatuta 4
vel conſuetudines domicilii mariti & uxoris, quoad bonorum diviſionem attendenda eſſe ſtatuta Domicilii mariti. *Cremenſis ſing. 67. Covarr. de matrim p. 2. c.*
*7 n. 9 Carpz. p. 3. c. 23. d. 19.* Niſi matrimonium eo animo 5
contraxerit, ut in Domicilio uxoris habitaret. *Portius. conſ. 21. n. 68.* aut niſi intervenerit error & ignorantia juris ſtatutarii. *Alex. conſ. 100. n. 6. l. 3.* Et juxta ſtatuta loci domicilii mariti judicatur etiam de fundo in domicilio priſtino uxoris ſito. *Ruinus vol. 3. conſ. 58. n. 12. & ſeq. Conſ. Gratus Reſp. 113. n. 2. vol. 2. Barbatias conſ. 4.*
*vol. 2.* Notetur etiam, quod quoad ſolemnitatem confi- 6
ciendorum pactorum dotalium, debeat attendi conſuetudo loci, in quo fiunt dotalia inſtrumenta, ut in omnibus, quæ reſpiciunt initium obligationis. *Petr. Barboſa d. l. n. 90. & ſeqq.* Sed aliud, *ut dictum*, in reſpi-
cientibus executionem & effectum. U. *hic. Ex hac le-* 7
*ge* deciſus caſus *menſe Auguſto A. 1646.* Nobilis Luſatus duxit aliquam virginem nobilem in Sileſia, de Lucro dotis quærebatur: an de illo ſtatuendum ex ſtatuto loci, ubi pacta dotalia facta & Nuptiæ celebratæ, an vero ex ſtatutis Luſaticis? poſterius placuit. Et ita Maritus lucratus eſt dotem, ſalva parentibus in conjugio defunctæ filiæ legitima. *Carpz. p. 3. c. 23. d 19. Conf. Schrad. in Miſcellan. 2. Mantellus in Reſ et. h L. & Ricc.*
*coll. dec. 441.* Collige, uxorem ſtatim tranſire in domi- 8
cilium mariti. *Tiraq de LL. connub. gl. 1. p. 1. n. 28. &*
*gl. 8. n. 241.* Colligitur etiam, eandem eſſe rationem di- 9
ſtractus, quæ eſt contractus. *Tiraq. de LL. Con. gl. 5. n. 8.* de quo tamen vide *P Barb. d. l. n. 14.* Autor *in C. tit. de in Integr. reſt. Min. ad L. 7. n. 7. Et ad L. ult. C. Pro*
*Socio.* Collige tamen, ubi alius locus ſolutionis vel re- 10
ſtitutionis dotis expreſſus, quod tunc maritus in loco ſolutionis expreſſo vel in domicilio conveniri poſſit, & ſic deciſio *hujus legis* non habet locum, ubi locus ſolu-
tionis expreſſus. *Petr Barb. ad h. l. n. 18.* Et ſi maritus 11
ſponte tranſeat in domicilium uxoris, ut ſæpe fit, deciſio *hujus legis* ceſſat, ratione veteris domicilii, ſed locum habet in domicilio mariti novo, in quod tranſit. *Barb.*
*hic n. 30.* Sed quæritur, ſi in domicilio mariti ſit ſtatu- 12
tum de lucranda parte dotis, & maritus tranſtulerit poſtea domicilium in alium locum, ubi non reperitur tale ſtatutum, an maritus percipiat illud lucrum? Affirmandum videtur, per tradita *Barboſæ ad h. l. n. 128.*

## Ad L. Si quis intentione. 66.

*SUMMARIA.*

*Actor poteſt declarare intentionem ſuam, imo debet, juſſu judicis.* n. 1.
*Idem, ſi poſſeſſorium vel petitorium inſtituere velit.* 2.
*Quare ſecus ſe habet in contractibus?* 3.
*Confeſſus poteſt ſe declarare. Quæ cautela pro iis, qui ſe fundant in confeſſione adverſæ partis, obſervanda ſit?* 4. 6. 7.
*An teſti licitum ſit, interpretari ſuam depoſitionem?* 5.
*Princeps ſuam gratiam interpretatur.* 8.

1 IN ambigua oratione libelli id accipiendum, quod actori eſt utilius, *Donell. & ibi Hilliger. l.26.c.4.lit. C. Petr. Barboſa hic n.16.* adeo ut ſi pars petat, ut judex cogat partem declarare intentionem ſuam ambiguam, debeat judex id jubere. Si vero nihil petat, judex ex officio id poſſit declarare, ut in ſimili diſtinguitur *in l. fin. C. de Annali Except. notante id Barb. hic num.22.*
2 Sic quando dubium, an petitorium, an poſſeſſorium intentatum ſit, ſtatur declarationi actoris. *Joan. Ant. Rubeus in rep. l. naturaliter. §. nihil commune, n. 256. de acquir. poſſ. Socinus ib. n. 16. & ſeqq.* Idem in libello exceptionis. *Buſius hic. confer. Socinus iunior. conſ.39.n. 70. vol. 2. Purpuratus in l. poſtquam liti. C. de Pact.n.29.*
3 Secus in contractibus. *Vid. L. veteribus.39 ff. de Pactis.* quia contractus dependet a duorum conſenſu, quam
4 rationem commendat *Barb. hic n. 33.* & confeſſus poteſt ſuam confeſſionem interpretari. *Wammeſ. conſ 575. n. 2. in Conſil. Canonici juris.* & ea aſſumitur interpretatio confeſſionis, quæ confitenti utilior: unde cautum eum eſſe debere, qui fundat ſe in confeſſione adverſæ partis, ut ſi ambigua ſit, petat per partem declarari, ne alias in dubio contra eum fiat interpretatio. *Barb. hic num. 8. & ſeqq.* Et qui profert aliquid in judicio, ſemper in ſui favorem protuliſſe videtur. *Neviz. conſ.*
5 *4. n. 8. Barb. hic n. 27.* & teſti licet interpretari ſuam depoſitionem in continenti, non ex intervallo, ob metum ſubornationis, niſi jubeat judex. *c. præterea. in fine X. de Teſtibus cogendis. late Barb. hic n. 136. & ſeqq. Felinus in c. perſonas. n.7. c. cum clamor. in princ. X. de*
6 *Teſtib. Wammeſ. d. l.* Et in dubio etiam actionem eam motam videri, colligant ex *hac L.* quæ agenti utilior, & propoſito negotio magis congrua. *Dn. Mev. p.3. deciſ.207.n.7. Alex. vol.2. conſ.67.n.5.* Et habet regula locum etiam in cauſa criminali. *Barb. hic n. 34* Et hæres
7 etiam libellantis poteſt declarare verba libelli, per de-
8 ducta *Barboſæ hic n. 49. & multis ſequentibus.* Princeps poteſt interpretari gratiam ſuam, & judex ſuam ſententiam. *Barb. hic n. 90. & ſeq. & num. 104.* Quomodo hæc *L. eum L.26.§.8.ff. de jurejur.* concilietur, vid. *Rubeus d.l. & Fab. Acorombonus in d.l. naturaliter. §. nihil commune n.94.* Limitatur vero regula *hujus legis* (1.) niſi ex deductis in proceſſu veroſimilius in contrarium videatur. Nam hæc præſumtio fortior illa, quæ *in hoc textu* intelligitur. *Barb. hic n.25.* (2) ut non niſi ſemel fieri poſſit declaratio, reſpectu unius ejuſdemque ambigui *Barb. hic n. 75.*

## Ad L. Qui ſe dicit. 67.

### *S U M M A R I U M.*

*Reſolutio caſus de ſervo redemto manumittendo, per quaſtionem geminam.*

SErvus aliquis a me accepit pecuniam, ut daret Titio & ut is redimeret ſervum à Cajo Domino & poſtea manumitteret. Titius redemit ſervum, ſed non manumittit, ſervus provocat ad judicium, quod favore libertatis optimo jure facere poteſt; quæritur 1. quomodo judex prounciare debeat, an pro libero eum declarare debeat, an vero manumittendum? & poſterius affirmatur. 2. ſed ſi Cajus latitet? Reſp. contra Cajum in contumaciam procedendum eſſe, ſicut contra hæredem pronunciari ſolet, à quo per fideicommiſſum libertas relicta eſt.

## Ad Ll. 68. 69. 70. 71. & 72.

### *S U M M A R I A.*

*Quanam requirantur ad citationem peremptoriam, n.1. 2. 5. & 8.*
*Annon judex ex officio taliter citare poſſit? 3. & 4.*
*Sæpe ſpatium 30. dierum neceſſarium non eſt. 6.*
*Quibus caſibus una peremt. citatio non ſufficiat? 7.*

TRactatur hic materia citationis peremptoriæ (1.) 1
Finis, ut altera parte abſente ad ſententiam perveniri poſſit. *L. 68. Don. lib.28.c.3.* (2.) Quid requira-
tur ad hanc impetrandam, ſcilicet petitio partis *d.l.68.* 2
*ibi, quis petat. Auth. qui ſemel. C. quomodo & quando. Scacc. lib.1. de Judic.c.91.n.15. Gail. lib.1. obſ.10. & 55.
n.6. Borell. p.1. deciſ. tit.46.n.170.* In quibuſdam caſibus 3
tamen judex ex officio in contumaciam procedere poteſt, etiam parte non petente. *Theſaur. dec 19.* & quos refert *Dn. Manzius in cent. deciſ. qu. 56 n.7. Hill. in Donell. l.23.c.8.lit.b.* Autor *ad Authem. Qui ſemel. n.9. C. Quomodo & quando.* ut ſi reſpiciat cauſa publicam utilitatem vel crimina notoria ac ſcandala. *Fridericus de Mandatis l. 1. c. 1. n.* 8. Et huc refero caſum quem ſibi propoſuit *d. l. Manzius.* Et Judices hodie ſæpiſſime ſu- 4
lent, tergiverſante una parte vel utraque, cauſam pro concluſa acceptare ex officio, hac formula: Und wird die Sache hiermit ex officio für beſchloſſen angenom-
men. (3.) Requiritur, ut trina ſit citatio, quarum quæli- 5
bet habet 10. dies. *per L 69 h.t. Gail. lib.1. obſ.53.n.20.* aut
una peremtoria, inſtar trium, ſi 30. dies complectatur, per 6
*L.72.h.t.* ibi, *unum pro omnibus &c.* ubi id Judicis arbitrio committitur, nam locum hoc habere volunt Dd. quando ad privationem agitur. *Sichard. ad l. 2. C. quomod. & quand. Jud. Scac. de judic. l.1.c.91.n.25. Hill. in Donell. lib.23.c.11.lit.S. Mindan. de Proceſſ. l.2.c.2.nu.2.* Autor *ad L.2. n.6. C. Quomodo & qu judex.* Sic etiam una
non ſufficit, quando de pœna agitur. *c. ex tua. 11. X. de Cle-* 7
*ricis non reſid.* interdum tamen nec tantum ſpatium requiritur, ubi cauſa levis: nam pro conditione cauſæ, perſonæ, vel temporis, ordinem Edictorum poteſt judex moderari. *Dn. Mev. p.2 dec.167.* ubi a nimis anguſto ter-
mino recte appellatum eſſe tradit. (4.) Quæ ſi clau- 8
ſula peremptoriæ Citationis, ſcil. quod velit etiam abſente parte altera cognoſcere & pronunciare *L.17.* Vocatur autem peremptoria clauſula, quod perimat diſceptationem, nec patiatur amplius reum tergiverſari *l.70. h.t. Carpzov. p.1.c.2.d.22. & de Proceſſ. t. 7. art.1. n.25.* Autor *ad L.2.n.45. C. Quomodo & qu. judex ſent. Et ad L. 8. n. 2. C. d. t.* Sed de hac re in proceſſu fuſius.

## Ad L. Et poſt edictum. 73.

### *S U M M A R I A.*

*Sententia in contumaciam lata ſæpe pro contumace fertur. n. 1.*
*An poſt tertiam citationem quarta moribus noſtris neceſſaria? 2. & 3.*
*Quotuplex via proponatur reo comparenti, adverſus actorem emanentem? 6.*
*An circumducta citatio operetur litis pendentiam? 7.*
*Qui vere contumax eſt, an habeat beneficium appellandi? 8.*

QUando abſente altero in contumaciam ſententia 1
fertur, non ſemper contra contumacem, ſed etiam pro ipſo ſententia ferri poteſt, ſemper tamen in expenſas condēnatur. *L.13. §.3. C.h.t. ibique* Autor *n.36. Mindan. lib.2. de Mandat. c. 20. n. 12.* Ubi *hanc legem* cum certa moderatione in Camera obſervari, teſtatur
*Mynſ. cent.4. obſ.67.* Collige etiam *ex hac lege*, quando 2
quis ter citatus eſt, quando tunc quarta citatio neceſſaria, ut videat ſe declarari contumacem. *Mich. Urcurrus in rep. l. ſi finita. §. Julianus ff. de damno inf. n.77.*
Sed Doctorum ſententia & uſus fori eſt contrarius. Sic 3
nec cauſa cadit ob ſolam contumaciam, ſi actor non probet. *Menoch. l.2. A. qu. caſ.28.n.4. Gail. lib.1. obſ.60. n. 8. & Hillig. l.28.c.3 lit. E.* Autor *ad L.1.n.5. & 6. C. Quomodo & quando Judex.* L. contumacia. *de re judic.* alium
ſenſum habet. Sed contumaciam in non reſpondendo 4
plectitur damno litis, ſi præſens nolit reſpondere. *l.11. §. 4. ff. de Int. Act. ubi vid. not.*
*Ad §. 1. & 2.* Si actor, qui citari fecit reum, in ter- 5
mino emanſerit, circumducitur Edictum ſeu citatio Perempto-

Peremptorie, i. e. deletur & obliteratur. *Donell.lib.28.*
*c.3.lit.G. Mindan. d. l.* quo caſu tamen duplex via pro-
6 poſita Reo comparenti, ut vel e citatione abſolutio-
nem petat, manente nimirum libello; vel ab obſer-
vantia judicii & inſtantia, ubi novo libello opus eſt,
& citatione adverſæ partis. *Mindan.p.2.c.20. n 8. Ma-
ranta p. 5 tit. 1. n.47. Addnonator ad Roding.in Pand.
Cam. l.3.c.54.* Et *ex h. t.* colligit *Carpz. lib.2.R.47.n.12.*
7 *& Berlich.dec.1. & Mev.p.2.dec.67.* circumductam cita-
tionem non operari litis pendentiam aut præventionem,
ſc. in favorem actoris. Nam ſi actor emaneat, reus
autem compareat, actor reum in alio judicio conveni-
re nequit, ſed lis pro pendente habenda. *Baldus hic
n. 1. & 5. Cujac lib.13. obſ.11. Berlich.p.1.dec.1.* Sicut
& citatio ab incompetente judice facta non inducit pen-
dentiam litis. *Mev.p. 2. dec. 68.* Aliquantulum tamen
arbitrio judicis actor a reo expectandus eſt. *c. conſuluit.
de offic. judic. del. Menoch. l. 1. A. quaſt. caſ.45.n 5.&c.*
8 *Ad §. ult.* Qui vere contumax in non veniendo (ſe-
cus in non edendo *l.fin §.1.ff. de Appell.*) condemnatus
eſt, non habet beneficium appellandi *l.23.§.fin.de Ap-
pell.Marant.p.6.t. de Appell.n.28. Socinus in reg. contu-
max.74.Menoch.lib.1.A.Q.q.70.n.38 Donell.lib.28.c.6.
lit.I.& ibi Hillig.* Autor.*in C.h 3.ad L.13.n.30.*Sed hæc
de contumacia vera intelligenda, ficta enim non adimit
beneficium appellationis. *hic & l.3.C. quom. & qu.judex.
ibique* Autor *ad C. n.7. Maranta p.6. ſpec.tit.de Appell.
n.289.& ſeq.Guttier.p.1.pr.qq 50.num.1.* & quos allegat
*Hillig in Donell.l. 28.c.6.lit.I Gratus Reſp.100.n.16.vol.
1.* Et ubi ob contumaciam vel deſertionem prohibita eſt
appellatio, tunc etiam reviſio prohibita. *Dn. Mevius p.
4. dec. 353.*

## Ad L. De qua re. 74.

### *SUMMARIA.*

*Judex cognita cauſa ſi ſententiam ferre nolit, cogi poteſt. n. 1.*
*An Judex datus de qualibet quæſtione pronunciare debeat? 2.*
*Privati non quidem judicem dare, ſed juriſdictionem prorogare poſſunt. 3.*
*Quomodo prorogatio ratione temporis & ſumma licita? 4.*
*Quomodo talis prorogatio vocetur, & quando locum habeat? 5.*
*Solvente alio pro mortuo debitore hujus hæres non liberatur 6.*
*Solvens talis qualem habeat actionem. 7.*
*An hæres mortui debitoris conveniri poſſit à Creditoribus? ibid.*

1 SI judex datus cognoverit cauſam, & poſtea nolit
ferre ſententiam, a ſuperiore ad id compelli poteſt.
Unde ſententia Doctorum refutatur, qui nolunt eum
judicem, cui cognitio cauſæ commiſſa, non poſſe ſen-
tentiam ferre. *Hilliger in Donell.l.26.c.1.lit.B.* Sed exe-
2 cutionem non habebit judex datus. Sane an expreſſe
de qualibet quæſtione pronunciare debeat, alia quæ-
ſtio eſt, ubi diſtingui ſolet, inter quæſtiones inciden-
tes & emergentes, de quo *videri poteſt proceſſus mens
3 civilis c.* 12. Privati quidem privatum judicem facere
non poſſunt, ſed prorogare poſſunt juriſdictionem, *de
4 quo ſupra.* Sic etiam ratione temporis prorogatio lici-
ta, idem ratione ſummæ *per §.1.h.l.* ſi judex reſtrictam
facultatem habeat judicandi ad certam ſummam &
partes conſentiant, ut etiam de ampliori ſumma judi-
5 cet. Et hæc prorogatio vocatur de re ad rem, de cau-
ſa ad cauſam, & locum habet, ſi cauſæ conveniant in
communi forma *Bach. ad tit. de juriſdict. tit. de proro-
gata juriſd. n. 7.*
6 *In §. 2.* hæc ſpecies: Amicus meus in Galliam pro-
fectus habet multos creditores, qui abſente eo petunt
immiſſionem in ejus bona. Ego offero me defenſioni
ejus, & præſtita cautione de judicato ſolvendo, con-
demnor, & judicati actione conventus, ſolvo id, in
quod condemnatus abſens fuit. Verum eo tempore,
quo condemnatus fuit, jam erat mortuus, quæritur 1.
an Amici hæres liberatus ſit, 2. an poſſim hæredem 7
convenire, ut mihi reſtituat, quod ſolvi, & 3 an hæres
à creditoribus, quibus ego ſolvi, conveniri poſſit? Reſp.
ad primum, non ipſo jure liberatum eſſe, quia judicium
fuit nullum mortuo debitore, 2. quod habeam actio-
nem negotiorum geſtorum. 3. quod in effectu non poſ-
ſit conveniri, quia habet exceptionem doli, nam credi-
tores bis idem peterent.

## Ad L. Si Prætor. 75.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo ſententia in contumaciam adverſus abſentem lata impugnetur? n. 1.*
*An executor ſententiæ nullitatem attendere debeat? 2.*
*An ſententia ex falſis allegationibus lata ſit nulla? 3. & 4.*
*An de impedimentis, cur ſe non ſtiterit citatus, cognoſcat executor? 5.*

SI ſententia contra abſentem in contumaciam lata, 1
ex duabus cauſis ea impugnari poteſt. (1.) Si præ-
ſens falſis allegationibus eam expreſſit. Autor *ad L. 1.
n. 1. & 8. C. Si ex falſ. inſtrum.* (2.) Aut abſens venire
non potuit, aut non debuit. Colligunt (3.) *ex hac leg.*
Executorem datum oppoſitam ſententiæ iniquitatem 2
attendere non debere, licet iniquitas ex actis conſtet.
*Barboſa hic n. 22.* bene tamen nullitatem, *Menoch lib.
1.A.Q.38.n.18. Barboſ. n.41.* vel is exceptionibus com-
patientibus ſecum ſententiam, *Barboſ.hic n.53.* illam ta-
men regulam intelligitur de mero Executore, cui exe-
cutio ſententiæ cum cauſæ cognitione latæ commiſſa,
aliud autem eſſe in mixto executore, qui conceſſionem
factam a Principe cauſa non cognita, & ſibi commiſ-
ſam exequitur. *Petr. Barboſ. hic n. 3. & ſeqq.* Colligunt
(3) Sententiam ex falſis allegationibus contra abſen- 3
tem latam, eſſe nullam. *Alexand. ad L. qui Roma.§ duo
fratres.n.41. & V. O. Additionator ad Matheſilan.ſing.
8.4.* Autor *ad L.1.n 5. C. Si tut. vel Cur falſ. alleg.* ſci-
licet ſi dolus adſit. Et ita differentia eſt inter falſas al-
legationes productas contra abſentem; ſi producantur 4
falſa inſtrumenta vel teſtes falſi contra eum, qui præ-
ſens fuit, vel habuit procuratorem, tunc ſententia me-
ro jure valet, ſed per reſtitutionem emendatur, per *l.
Divus. ff. de re judic.* ſi contra abſentem, ſententia ipſo
jure nulla; Autor *ad L.7.n 1. C. Quomodo & quando
Judex ſent.* per *legem hanc §. Marcellus* quæ eſt com-
munis concordia in praxi notanda. *Barboſa hic num 18.
& ſeqq. plures citans n. 19.* Et ideo de hac exceptione
nullitatis hic cognoſcere poteſt Executor *Barboſa hic n.
62.* qui tamen *n. ſeq.* notat, executorem, niſi falſitas ex
ſententia appareat, falſitatem iſtam ad judicem referre
debere. Colligitur (3.) etiam, purgata contumacia, om-
nia in priſtinum ſtatum eſſe reſtituenda. *Carpz. p. 1. 9.
d.13.*(4.) Judicem præſtare debere, ne judicium ſit elu-
ſorium, *ex fine princ.* Ex quo deducit *Dn.Mev.p.1.dec.*
177. poſſe judicem, ſi aperte id petatur, & cauſa ſit ra-
tionabilis, exigere cautionem de judicato ſolvendo.
Collige (5.) de impedimentis, cur ſe non ſtiterit cita- 5
tus, executorem cognoſcere poſſe, adeo ut ſciverit ju-
dex cauſam abſentiæ probabilem, ſententiam ipſo jure
eſſe nullam. *Barb. hic n. 65. & ſeq.*

## Ad L. Proponebatur. 76.

### *SUMMARIA.*

*An ſi in judicio, collegio, perſonæ mutantur, idem videatur judicium? n. 1. 3. & 4.*
*Niſi quid ſingulorum perſonis adhæreat. 2.*

1 JUdicis perſona mutata, vel judicibus per partes mu-
tatis, idem tamen judicium manet, quia mutatis
partibus, & manente eadem forma, dicitur eadem res.
*Cagnol. ad l. 2. C. de pact. int. Emt. n. 257. & Barb. hic n. 21.
Don. lib. 17. c. 26. lit. M. & ibi Hillig.* item ſi totum univer-
ſale, ut Legio, Collegium; ſive integrale, ut Navis; ſive
individuale, ut Homo, ſecundum omnes ſuas partes mu-
tetur, idem tamen totum videtur manere; quod hic *Barb.*
variis illuſtrat exemplis *n. 17. & ſeq. & Cagnol. in l. 2. C. de
pact. int. emt. n. 12. & ſeq.* Limitat vero *Barb. hic n. 32.*
2 in his, quæ ſingularum perſonis cohærent, ut Juramen-
tum: Exemplum de Electoribus habet *Menoch. conſ. 219.
n. 14. & ſeqq. Vinc. de Franch. dec. 544. n. 9. Guido Papa
3 dec. 279.* Hinc ſi prædeceſſori aliquid mandatum, quod
ille morte præventus expedire non potuit, poteſt &
debet illud ſucceſſor in officio expedire *Nov. 134. c. 6.*
quia idem officium, idem judicium. *Conf. Salgad. in La-
4 byrintho cred. p. 3. c. 6. pr. n. 9. & ſeqq.* Hinc quia civitas ea-
dem manet, noviter recepti cives ad æs alienum jam du-
dum contractum tenentur. *Manzius in cent. dec. quaſt. 4.*

## Ad L. In privatis. 77. & ſeqq.

### *SUMMARIUM.*

*An & quando pater in cauſa filii ſibi judex eſſe poſſit?*

PAter in cauſa filii poteſt eſſe judex, & contra; ſcili-
cet conſentiente parte adverſa, ne obſtet *l. 10. ff. de
juriſdict. Don. & ibi Hillig. libr. 17. c. 25. lit. H.* Nam hic
tantum ea ratio dubitandi, an propter jus poteſtatis,
quos eaſdem perſonas facere videtur, judicium ſit nul-
lum? ut ex *L. ſeq.* patet; ſcilicet quod quoad functiones
& munera publica, non attendatur jus poteſtatis. *l. 9. ff.
de his, qui ſui vel alieni juris ſunt l. 13. §. ult. ff. ad SCt.
Trebell.* ſed an judex repudiari poſſit, hic non diſputatur.
*Bach. ad Treutl. vol. 1. diſp. 3. th. 8. lit. A.* Sed ſic in ſua cau-
ſa quis eſſe poſſit judex? Reſp. negando quia tres requi-
runtur perſonæ, ergo pater filii judex eſſe poteſt, niſi
recuſetur. *Blancus de Comprom. qu. 2. n. 2. Zaſius in l. qui
juriſdictioni. n. 3. ff. de juriſd. Bach. ad l. 10. ff. de juriſd.*
Autor *in C. tit. Ne quis in ſua cauſ. jud. ad L. un. n. 3. & 4.
& 20.*

## Ad L. Eum quem. 79.

### *SUMMARIA.*

*Quando victus expenſas reſtituere teneatur? n. 1.*
*An neceſſario petendæ?* 2.
*Quid ſi culpam pars in procuratorem conjiciat.* 3.
*Quid ſi juramentum calumniæ præſtiterit?* 4.
*Quales expenſæ reſtituendæ?* 5. 6. & 7.
*Expeditius expenſæ in judicio, ubi ſunt factæ, taxan-
tur.* 8.
*An in criminalibus cauſis expenſæ reſtituantur?* 9.
*An denunciator abſoluto reo in expenſas condemnan-
dus?* 10.
*An appellatione rejecta, expenſæ repetantur?* 11. & 12.
*An reus, qui abſolvitur, in expenſas condemnari poſ-
ſit?* 13.
*An uſuras expenſarum petere liceat?* 14.
*An conſtituatur hypotheca in ſorte, uſuris & expenſis,
ante concurſum adjudicatis?* 15. 16. & 17.
*Quænam forma adjudicandarum expenſarum.* 18. &
*ſeqq.*
*An præter expenſas etiam damna reſtitui debeant?* 20.
& 21.
*In quibusnam quæſtionibus judex inferior in conſilium ſu-
periorem adhibere valeat?* 22.

1 LItis temerariæ effectus eſt, ut Litigator ad reſtitu-
tionem expenſarum teneatur, & coram eo judice,
qui principalis cauſæ judex fuit, conveniendus eſt. *Ber-
lich. p. 2. dec. 173.* Autor *in C. t. de Edenda ad L. 3. n. 6.* Et
*ad L. 15. C. h. t. n. 9.* Unde *L. 13. h. t. ex h. L.* explicatur, ut
victus tum demum in expenſas condemnetur; ſi temere
litigavit, *Don. lib. 26. c. 3. lit. E.* aliud ſi habet probabilem
litigandi cauſam. *Covarr. pr. qu. 27. n. 3. Tuſc. concl. 625.
n. 7. Gail. lib. 1. obſ. 151. n. 23. Ant. Faber in C. l. 7. tit. 18.
d. 4. n. 3.* Autor *ad d. L. 13. n. 14. C. de Judic. ff.* Et li-
cet *Petr. Barboſ. num. 172.* requirat, ut ſint petitæ, ta- 2
men in Camera etiam non petitæ adjudicantur. *Gail. d.
l. n. 21. Mynſ. cent. 2. obſ. 22. & cent. 4. obſ. 55.* Non ve-
ro excuſatur pars, ſi in Procuratorem ſuum culpam & 3
retardationem proceſſus transferat. *Dn. Mev. p. 5. dec.*
215. nec excuſat juram. calumn. quia hoc calumniam 4
excludit, non temeritatem; & cum Juſtinianus ſemper
requirat juram. calumn. male regulam de impenſis ge-
neralem ſtatuiſſet. *Covarr. in pr. quaſt. c. 27. num. 1. Hil-
liger. in Donell. l. 24. c. 3. lit. F.* licet diſſentiat *Carpzov.
dec. 46.* In taxatione autem expenſarum notandum, ne- 5
ceſſarias tantum adjudicandas, ſi vel opinione fuerint
neceſſariæ viſæ, ſcil. opinione juſta & probabili. Ideo-
que pro iis ſupplicationibus, quæ per decreta abnutiva
remiſſæ, nihil debet adjudicari, aut quæ non attendun-
tur. Deinde & rejiciendæ eæ impenſæ, quæ occaſione 6
quidem litis, at non principaliter ejus cauſa intimun-
tur, vel quas tertius cauſat. Hæc *Dn. Mev. par. 3. dec.*
129. Hinc cum aliquando in Facultate expenſæ ta- 7
xandæ eſſent, inſtantiæ unius ſeu Leuterationis, in qua
ratione certi puncti victor cauſæ principalis ſuccubue-
rat, fuerunt omiſſæ. Quamvis fatear, expeditius in 8
ipſis judiciis taxationes expenſarum fieri, cum ſpor-
tulæ ſint inæquales, & diſtantiæ locorum aliæque cir-
cumſtantiæ variæ. Autor *in C. h. t. ad L. 15. numer.*
10. Quod de expenſis hactenus dictum, etiam in cri- 9
minalibus cauſis, abſoluto reo locum habet, ut Accu-
ſator reſtitutione expenſarum puniatur, niſi juſtam ac
probabilem cauſam litigandi habuerit. *Dn. Mev. p. 3.
dec. 295. & p. 4. dec. 31. & p. 5. d. 30.* Denunciator ab- 10
ſoluto reo excuſatur ab expenſis, ſi aliquatenus indi-
cia, quæ denunciavit, probavit *Dn. Manz. in cent. de-
ciſ. quaſt. 67. præſertim num. fin. Conf. Carpzov. dec* 188.
ubi idem eſſe dicit, ſi denunciator ſuper iis rebus,
quas denunciavit, juramentum præſtitit. Si Appella- 11
tio vel querela nullitatis ſtatim fuit rejecta, non po-
teſt ad expenſas condemnari, quia nullas jam dum fe-
cit altera pars, &c. *Carpz. par. 1. dec. 50.* Sed hoc limi-
tat *Dn. Mev. par. 4. dec. 252.* niſi quæſita juſtitiæ re- 12
mora, & per iſtam damna ſenſit alter, cujus valde in-
tereſſuit, juſta citius fieri. Interdum licet Reus abſol- 13
vatur, poteſt tamen condemnari in expenſas, quando
ſcilicet reus cauſam dedit liti, vel proceſſui, gloriatio-
nibus ſuis vel ſermonibus. *Carpz. lib. 3. Juriſpr. Eccleſ.
def. 38.* ubi agit de cauſa matrimoniali. An vero uſu- 14
ræ expenſarum adjudicandæ? Aff. *Carpzov. par. 3. dec.*
243. ſcilicet ſi non tantum adjudicatæ, ſed etiam li-
quidatæ expenſæ, & moderationem à judice accepe-
rint, nam uſuræ ex re judicata debentur, & expenſæ
quaſi ex damno contra legem Aquil. dato petuntur.
Sed ſi expenſæ mihi adjudicatæ ante concurſum, quæ- 15
ritur, an hypotheca conſtituta mihi in ſorte, uſuris &
expenſis? Reſp. quod tunc in eodem loco, quo ſors
collocata, etiam uſuræ debent collocari: Sed ſi nulla
pro ſorte conſtituta hypotheca, ad privilegia refert *Carp.
p. 3. dec.* 280. Ego putarem ad Chirographaria debi- 16
ta tunc pertinere, quia ex ea opinione ſequeretur, ſi an-
te concurſum mihi ſumma adjudicata, me eam in con-
curſu privilegiatorum creditorum petere poſſe, quod
non puto eſſe recipiendum. Et ſane appellatum non 17
poſſe in expenſas condemnari, certum eſt, niſi ex iiſ-
dem actis judicetur, de quo *Hillig. alios allegans. lib. 26.
c. 3. lit. H.* Formula adjudicandarum expenſarum eſt præ- 18
ſcripta in *Auth. poſt Jusjurandum C. h. t. ibique* Autor
*& ad L. 15. C. h. t. num. 10. & ſeqq.* ubi prius mode-
ratur judex, poſtea jurat pars, ſe minus expendiſſe,
quo juramento tamen opus non eſſe putat *Dn. Mev. p. 5.
deciſ.*

*dec.*266. ſi expenſæ judiciales certæ, in quibus etiam
19 alias moderatio non facienda & paucæ aliæ. Imo ob-
ſervavi ex actis tranſmiſſis, ſine hoc juramento, modera-
tiones expenſarum factas eſſe alibi, & hic a Collegio
20 noſtro. Sed aliud eſt loqui de damnis non factæ reſti-
tutionis, nam hæc adjudicantur non ob temeritatem,
ſed ob calumniam & doloſam vexationem: & utraque
nimirum & damna moræ & expenſas litis adjudicari
poſſe; illa ob calumniam, has ob temeritatem, ex §.1.
*Inſt. de pœna temere litig.* probat *Dn. Mev. p.3.dec.*128.
& hoc in praxi receptum teſtatur. Sanè plerumque tan-
tum expenſarum reſtituendarum fit mentio in ſenten-
21 tiis. Sed cum calumnia concurrit etiam damnum ac in-
tereſſe.
22 *In* §.1. *Hujus legis* habetur inſignis quæſtio, an infe-
rior judex in conſilium adhibere poſſit ſuperiorem? Et
diſtinguitur inter quæſtionem juris & facti. Illa ad ſu-
periorem referri poteſt, quia jus eſt certum, quod *Bar-
boſa hic n.* 21. intelligit etiam eo caſu, quando jus eſt
ambiguum, ob varias Doctorum opiniones contra *Pau-
lum Caſtr.* qui has quæſtiones quæſtionibus facti conjun-
git. Et has relationes partibus edendas eſſe, patet ex *l.*1.
*C.de Relat.de quo Barb.hic n.*35. Et Aut.*d.L.*1 *n.*1.*&*2.*C.
d.t.* nam interdum judex in vera quæſtione juris eruenda
poteſt errare, a cujus deciſione litis deciſio dependet.
Et ſic Princeps etiam conſuli poteſt non tantùm a ju-
dicibus, ſed etiam privatis; ut teſtatur Codex totus.
Sed quæſtiones facti non ſunt referendæ, ſed judex ipſe
pronunciabit ſecundum conſcientiam ſuam. Quid ho-
die fiat, alibi dictum & eſt notorium.

## Ad L. Si in Judicis. 80.

### *S U M M A R I A.*

*Error in nomine judicis non vitiat judicium. n.* 1.
*Uti nec citationem.* 2.
*Limitatio.* 3.

1 ERror in nomine judicis non vitiat judicium, modo
in perſona partes conſenſerint, quod eſt planum.
2 Ideoque dubito de ea ſententia, qua dicunt ſi in cita-
tione in nomine erratum ſit quod ea ſit nulla. *Gail. l.*1.
*obſ.*48.*n.*23.*& quos refert.Hill.in Don.l.*23.*c.*2.*lit.N.* Niſi
3 verſemur in caſu dubio, nam ſi perſona certa ſit, non
putarem ob errorem citationem irritam reddi.

## Ad L. Qui neque *penult.*

### *S U M M A R I U M.*

*A ſuperiore judex vel arbiter conſtitutus judicare poteſt.*

QUi à ſuperiore judex conſtitutus vel datus Arbiter, judicare poteſt. Nemo ſibi judicis officium arrogare poteſt, & notetur hic Arbitrum judicem vocari, ſed ex compromiſſo *Don. l.*17.*c.*6.*lit.C.* & omnem judicem datum eſſe perſonam publicam. *Hill. d. lit. D.*

## Ad L. Nonnunquam. *Ult.*

HIc tantum dicitur, quod Magiſtratus viatori in re veli poſſit committere cognitionem.

---

# T I T U L U S II.

## *De Inofficioſo Teſtamento.*

## Ad L. Sciendum. 1.

### *S U M M A R I A.*

*Querela inofficioſi teſtamenti qualibus liberis concedatur? n.* 1.
*An etiam illi, qui poſt ſponſalia, ante nuptias tamen, morte inſecuta natus eſt?* 2.
*Tranſverſalibus quando detur?* 3. *& quid ſi clauſula codicillaris adjecta?* 4.

QUerela inofficioſi datur vel *Liberis* & his quidem 1
1. Naturalibus & Legitimis, contra Patris & Ma-
tris Teſtamentum. 2. Legitimatis. 3. Adoptatis, qui
ſcil. in familiam tranſeunt patris adoptivi. 4. Iis, qui
tantum naturales ſunt, in bonis matris. *l.* 29. §. 1. *h.t.*5.
de quibus *Zoeſ.ad h.t.n.*6 *& ſeqq & Dn. Struv. th.* 11. *&
ſeqq.* ubi *th.*16.dicit, eum etiam admitti, qui poſt ſponſa- 2
lia conceptus & natus, nuptiis non ſecutis per mortem
alterius. Autor *ad L* 27.*n.*6.*&* 8.*C.h.t.* Et ita reſponſum
à nobis memini. Vel *Parentibus*: non vero tranſverſali- 3
bus, *hic & l.*21.*C.h.t. ibique* Autor *n.*1. *&* 2. *Vid. Donell.
lib.*19.*c.*4.*lit.H.& ibi Hillig.* niſi conſanguineis fratribus,
quando a defuncto fratre infamia juris, aut facti notata
perſona, imo etiam levi macula laborans inſtituta. *l.* 27.
*C.h.t.ibique* Autor *n.*1.*&* 6. quo caſu ne quidem, ſi clau- 4
ſula codicillaris addita, turpis perſona quicquam lucra-
bitur, pernotatur *ad l.* 3. *n.* 2. *&* 3. *ff. Si à parente quis
manumiſſus ſit.* qui textus eſt ſingularis.

## Ad L. Hoc colore. 2.

### *S U M M A R I A.*

*Quæ fictio aut color obtendatur?* 1.
*An hodie hoc colore opus ſit?* 2.

QUia ultimæ voluntates hominum temere retra- 1
ctandæ non ſunt. *L.* 120. *de V. S.* ideo colore, &
quaſi juris fictione introducta eſt querela, quaſi non ſa-
næ mentis fuerit teſtator. *Hi. & L.* 5. *h. t.* quaſi Teſta-
menti factionem non habuiſſet, licet vere habuerit; alias
enim Teſtamentum eſſet nullum, nec opus eſſet quere-
la. *Don. d. c.* 4. *lit. Q. & ibi Hillig.* Sed hoc colore hodie 2
poſtquam per *Juſtiniani Nov* 115. laxa teſtandi libertas
coarctata eſt, non opus eſſe cenſet *Franzk.ad h.t.n.* 12.
*& Dn. Struv. th.* 3.

## Ad L. Inofficioſum. 3.

### *S U M M A R I U M.*

*Ob quas cauſas detur querela inofficioſi?*

QUerela inofficioſi Teſtamenti datur, ob Exhæredationem iniquam, vel præteritionem ſcilicet maternam, nam præteritio liberorum à patre facta ipſo jure nullum reddit Teſtamentum: & oſtenditur hic quomodo filii agentes contra Teſtamentum modeſte agere poſſint, ſi ſcilicet cauſam exhæredationis in inimicos v. gr. novercam derivent.

## Ad L. Non eſt. 4.

### *S U M M A R I A.*

*Cauſa impulſiva, teſtamentorum inofficioſorum. n.* 1.
*Quidquid patres contra liberos faciunt præſumuntur perſuaſionibus novercalibus facere.* 2. *&* 3.

NOtetur *hic* cauſa impulſiva, quæ ut plurimum 1
ſolet teſtamentis inofficioſis cauſam præbere ſci-
licet novercalia delinimenta, de quibus *Carpz. p.* 3.
*cap.* 23. *def.*7. unde colligitur, quicquid faciunt Patres 2
contra liberos habentes novercas, præſumuntur facere
Novercalibus perſuaſionibus inducti. *Tiraquell.ad L.*9.
*Connubialem. n.*196.*ſeq.Menoch.conſ.*665.*n.*23.*Boer.dec.*
318. *n.*3. *& quos allegat Caberan.dec.*31.*n.*9. *Maſcard.
de Probat.Concl.*113.*n.*2. Hinc liberis maxime providen-
dum per Areſta contra vitricos ac novercas, quæ nullibi 3
ſunt æquiora. *Dn.Mev.p.*5.*dec.*210.*Conſ.Simon de Præ-
tis de interp.ult.vol.l.*2.*interpr.*1.*dubit.*2.*ſol.*1.*n.*13.*&ſeq.*

## Ad L. Nam & 5.

### *S U M M A R I U M.*

*An etiam nepotibus ex filia competat querela inofficioſi?*

QUerela competit etiam ex filia natis nepotibus, quia etiam Matris Teſtamentum impugnari poſſunt & *in* §. 1. *h. l.* formalia libelli deſcribuntur, ſcilicet immerentem ſe & indigne præteritum, & parentem non ſanæ mentis fuiſſe.

## Ad L. Poſthumus 6. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*An poſthumis neceſſaria querela? n.* 1.
*Quomodo tranſmittatur querela in hæredes, & quomodo præparetur?* 2.
*An in liberis neceſſarium, querelam præparari?* 3.
*Ad quemnam effectus ſententiæ tranſeat, cum unus, jus querelandi non habens, teſtamentum reſcindit?* 4.
*An ad bona teſtatoris illi veniant reſciſſo teſtamento, qui non habentes querelam, ab inteſtato tamen ſuccedunt?* 5. & 6.
*An actio propterea nulla, quia nullum jus actor habet, aliis, quorum intereſt prodeſſe ſoleat?* 7.
*Quomodo querela præparata in hæredem tranſeat?* 8.

1 PRimo hic dicitur, quod etiam Poſthumis detur
querela. Ratio in *L.7. de ſtat. hom. Don. dict. cap.*
4. *lit. D.* Sed hi hodie non opus habent, quia poſt-
humorum præteritio nullum facit teſtamentum, de
quo poſtea. Autor *ad L. 33. numero octavo, C. h. t.* In
2 *fine* autem habetur materia tranſmiſſionis, quomo-
do querela in hæredes tranſmittatur, ſcilicet ſi vel
petita poſſeſſio bonorum. *L. 2. C. h. t. ibique* Autor
*numero* 2. vel Comminatio aut Libellus oblatus, aut
animus querelandi quocunque actu declaratus, quod
in aſcendentibus etiam hodie locum habet. *Suarez.*
*in repet. L. quoniam C. h. t. ampl.* 16. *num. octavo.* Au-
3 tor *ad L. 5. n. 3. & 4. C. h. t.* In Liberis aliud, ſi filius
deliberante adhuc hærede ſcripto decedat, relictis libe-
ris: nam tunc etiam non præparata querela ad Liberos
venit. *l. 4. C. h. t. ibique* Aut. *n.* 1.
4 *In* §. 1. habetur deciſio mira, quod, ſi unus ca-
ſu raſcindat Teſtamentum, qui tamen alias non ha-
bet querelam, effectus hujus ſententiæ tranſeat ad il-
lum, qui alias habuiſſet querelam. Et ideo hoc tan-
quam ſingulare merito commendat *Corſetus ſingul.*
345. Cujus ratio eſt, quia reſciſſo Teſtamento, locus
fit Succeſſioni ab inteſtato. *Forſter. de Succeſſ. ab in-*
*teſt. l. 1. cap.8. numera* 14. *& ſeqq. Buſius ad h. l.conſ.*
*Pariſius conſ. 2. numero 76. volum.* 2. unde etiam diſ-
ficilis quæſtio deciditur, an reſciſſo Teſtamento il-
li, qui alias ſucceſſuri erant ab inteſtato, ad quere-
lam tamen non admittuntur, ad bona teſtatoris ve-
5 niant? v. gr. an reſciſſo per querelam Teſtamento
fratris, alterius conſanguinei fratris liberi, vel fratres
uterini, vel cum patre reſcindente fratres Germani
concurrant in ſucceſſione? Et *ex hac.* L. omnino affir-
mativam ut communiorem ita & veriorem puto, quia
querela reducit rem ad ſtatum inteſtati, & non datur
tertium genus ſucceſſionis. *Forſter. dict. l. & Nov.*118.
6 omnes ſucceſſiones ab inteſtato complectitur, etiam
eas, ubi teſtamentum ruptum ſit & irritum. *Vid.Bach.*
*in Treut. v. 1. d. 13. th. 4. lit. D.* & hanc communem
eſſe fatetur *Zoeſ. ad h. t. num. 45. & Struv. ad h. t. th.*
24. Nec obſtat *l.* 16. ubi filius tertius pro parte ſua tan-
tum egit, & alter repudiat. *Vid. Cujac. ad l. 16. tom.*2.
Et ita, ſi parens exhæredatus inofficioſum probaverit
teſtamentum, ad ſucceſſionem etiam venient defuncti
7 fratres. Ex *hoc* §. etiam ſequitur, ſententiam nullam,
cum actor nullum jus habuerit, prodeſſe tamen ei, qui
actionem habet, & cujus intereſt. *Lud.Rom. ſing.253. &*
*Alexander in l.ſæpe n.30.ff.de re judic.* & quamvis alias
ſententia inter alios lata aliis non præjudicat, hic tamen
habetur exceptio. Habuimus ſupra caſus ejuſmodi *in l.*
*ingenuum. 25. ff. de ſtatu hom.*
8 *In* §. *ult. Legis ſextæ & l.* 7. agitur de querela præpa-
rata, quæ in hæredem tranſit, ſi agnita bonorum poſ-
ſeſſio, vel ſi cœpta ſit controverſia, ſi comminatus tan-
tum querelam vel uſque ad libelli dationem proceſſerit.
Sed hodie deſcendenti neceſſaria. Nam liberi primi
gradus querelam non præparatam tranſmittunt in ne-
potes ex ſe natos, per *l.34.C.h.t.Vid.Not. Barboſa ad L.*
*5.C.h. t. & quæ ibi notavi, n.1. 2. & 3. & quæ notat Vaſ-*
*quius ad L. quamvis. n.12. C. h. t.*

## Ad L. Papinianus. 8.

### *SUMMARIA.*

*An pater, invito filio, ejus nomine contra matris teſtamentum, querelam, aut præparatam à mortua, movere valeat? n.* 1.
*Quid jure noviſſimo?* 2.
*An pater injuriam illatam remittere poſſit, invito filio?* 3.
*An querelam ſemel remiſſam poſtea intendere liceat?* 4.
*Quid ſi Imperator, Eccleſia, aut fiſcus hæredes inſtituti ſint, an querelæ locus ſit?* 5 & 6.
*An detur querela contra teſtamentum militis veterani militia miſſi, de bonis ſuis caſtrenſibus cum præteritione filiorum, teſtantis?* 7.
*An jure novo militis teſtam. ſubjaceat querelæ?* 8.
*An mater habeat querelam, cum Titius pupillariter ſubſtitutus eſt à pupilli patre?* 9.
*An eo caſu mater ſuam legitimam petere poſſit?* 10.
*An non igitur mater hoc caſu legitimam è bonis mariti petat?* 11. *ſeqq.*
*Quo titulo filius ſuam legitimam habere debeat?* 15. 16.
*Pater ſubſtitutione pupillari filium non gravat.* 17.
*An ſubſtitutione ſuccedentium ſpes averti poſſit, cum Princeps pupillo dat facultatem teſtandi?* 18.
*An in computatione legitimæ exhæredatus partem faciat?* 19.
*Quanta hodie ſit legitima?* 20.
*An ſi plures rem vendentes læſi ſint, unus contractum impugnare poſſit in ſolidum, an vero pro ſua parte?* 21.
*Legitima an ſit quota hæreditatis, an quota bonorum?* 22. *&* 27.
*Legitima debet eſſe expers omnis gravaminis.* 23.
*An igitur aſſignanda præciſe ſit in pecunia numerata?* 24.
*An filia ex feudo paterno elocanda præferatur creditoribus in concurſu?* 25.
*Quid ſi filia ex conſtitutione privilegium habeat, aut ex feudo paterno dotem aut ex novo legitimam petendi, an hoc caſu Creditoribus præferatur? n.* 26.
*An fructus imputentur in legitimam, percepti ex hæreditate poſt tempus reſtituenda?* 29.
*Quæ cauſæ Teſtamentum impugnandi & quomodo proponendæ?* 30.
*An per modum reconventionis querela moveri poſſit?* 31.
*An, qui mota querela ſuccubuit, ex teſtamento commodum habeat?* 32. *&* 36.
*Quibus caſibus hæc tanquam indigno ablata fiſco non vindicentur?* 33.
*Filius probabilem contradicendi cauſam habens, legitimam non perdit.* 34. *&* 35.
*Teſtamentum impugnanti utilis eſt proteſtatio.* 37.
*An quartam habens querelam movendo, ſi ſuccumbat, eam amittat?* 39.
*Quare ſententia contra hæredem pro filio exhæredato legatariis præjudicet?* 40.
*An idem jure noviſſimo?* 41.
*Quamdiu duret querela?* 43.

PAter invito filio nomine filii contra teſtamentum 1
matris querelam non movet, nec eo mortuo præ-
paratam licet à filio. Illius ratio, quia ſoli filio fa-
cta injuria; hujus ratio, quia actio, quæ injuriam
vindicat, non ſolet hæredi dari. *Vid. Barboſ. ad L. Lu-*
*cius Titius. 34. numero undecimo, ff. ſolut. matrim.* Sed
hoc mutatum, recte dicit ad hanc Legem *Buſius &* 2
*Grænwegen.* Nam Pater filiifamilias hæres eſt in
Adventitiis, ſcilicet in bonis maternis, & ea jure
peculii hodie non occupat; ergo ut hæres filii poteſt
præpa-

præparatam à filio querelam exequi. *Conſ. hic Zoeſ. numer.* 18. *& Franzkius num.* 18. Colligunt etiam Dd.
3 *ex hoc princ.* non poſſe patrem invito filio remittere injuriam illatam; ſed hoc refutat *P. Barb. in L.Lucius Titius.* 38.*n.* 6. *& ſeqq. ſol. matr.* quia hic injuria ſolum filium contingit ,non patrem, & ideo pater non aget, invito filio. Et hic de bonis agitur, quæ pater diſſipare non debet.

4 *Ad* §. 1. Remiſſa querela non poterit poſtea de novo intendi; ſcilicet ſi ſimpliciter remiſſa, ſecus, ſi per tranſactionem, & illi nun ſteterit hæres, per *leg. ſi inſtituta.* 27. *h.t. in princ.* vel ſi deceptus mendacio hæredis. *l.* 21.*pr.h.t.* Hæredes vero nec ſic poſſunt reſſuſcitare querelam, per tranſactionem a defuncto remiſſam *l.*6.*C.de Tranſact.* ſed habent hæredes actionem de dolo, niſi probet hæres defunctum eo animo non deſeruiſſe querelam. *Cypr. Regnerus in Cenſ. hic Vid. Lariotus de Tranſact.axiom.*89 *Donell.l.*19.*c.*6.*in princ.* Autor *ad d. L.*6.*n.*2.*C.de Tranſact.*

5 *Ad* §. 2. Etiamſi Imperator inſtitutus ſit, poteſt tamen dari querela inofficioſi Teſtam. Imperator enim hic non vul locupletari ex lacrymis liberorum & ratio *in leg. ex imperfecto.* 23. *de Leg.* 3. Autor *ad L.*10. *numero quinto, C. h. t.* & ita nec Eccleſia, ut *Gothofred.* hic notat. Verba Auguſtini notiſſima: Quicunque vult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum, *can. ul-*
6 *tim. cauſ* 17. *quæſt.* 4. Idem eſt ſi fiſcus hæres inſtitutus *l.* 10. *C.h.t.* quia fiſcus regulariter utitur jure communi, niſi in caſu, de quo agitur, ſpecialiter reperiatur privilegiatus. *Farin. in fragm. verba fiſcus. n.* 149.*& ſeqq & quos refert A. Barboſa ad d.l.*10. Autor *ad d. L.*10.*n.*3. *&* 5.*C. h. t.*

7 *Ad* §. 3. Miles veteranus militia miſſus, & ſui juris vel paterfamilias, nulla alia bona habens, præter Caſtrenſia, facit Teſtamentum, & præterit Liberos, an datur contra id querela? Vid. quod non, quia miles eſt. Deinde, quia peculium Caſtrenſe habet. Sed affirmat. quia 1. non actu militat, ſed miſſus eſt. 2. Nec ratione bonorum ipſi competit privilegium, quod peculio Caſtrenſi datum eſt. Paterfam. non habet peculium. *Conſ. Zoeſ ad h. t. n.* 29.

8 *Ad* §. 4. Teſtamentum militis non ſubjacet querelæ. *L.* 9. *C. h. t.* Autor *ad L.* 37. *numero* 3. 4. *C. h. t. Et ad L. ult. n.* 1. *C. Qui Teſtam. fac. poſſ.* quod ne quidem novo jure mutatum. *Donel. lib.* 19.*cap.*5. *Fachin. lib.*6.*Controv.cap.*74.*Conſ not. ad dict.l.*9.*n.*3 *in Cod.* id tamen hic limitatur, ut non habeat locum poſt annum miſſionis.

*Ad* §. 5. Pater pupillum inſtituit hæredem, eidem
9 ſubſtituit pupillariter Titium, Qu. An Mater habeat querelam? Reſp. quod non, quia Pater hoc fecit; id eſt, Mater non poteſt queri de injuria à filio ſibi illata; nec frater habet querelam, quia injuria à Patre, & non de ipſius, ſed filii hæreditate agitur. *Donell.lib.* 19.*cap.*5 *lit.A & ibi Hill. Hartm.Piſt.obſ.*3.*Carpz.par.*3.
10 *conſt.*8.*d.*1.*Covarr.de Teſtam.cap.*10 *n.*21. Sed quæſtio eſt, quam dicti Doctores movent, an ad minimum tamen Matri competat jus petendi Legitimam ex bonis impuberis? Et hoc communiter negant *Dd. ex hoc* §. *quos allegatos vide apud Carpz.d.cap.*8.*d.*1. *& Finckelth. obſ.*29.*n* 16. Sed puto, affirmantem ſententiam eſſe veriorem & æquiorem; Nam non eſt conſequentia: Eſt à querela excluſa, ergo etiam a Legitima, & omnino hæc etiam Legitima jure naturæ debetur, & debet omne gravamen a Legitima abeſſe. Dicit quidem *Dn.*
11 *Carpz. d. l.* abſurdum eſſe, Matri è bonis mariti legitimam deberi; Sed reſp. maritus teſtatur in caſum, ſi filius impubes moriatur, quo caſu adveniente, omnino Legitima jam Matri debetur, & impubes ipſe etiam vivo patre bona propria habare poteſt, tum Caſtrenſia ex donatione Principis, tum Adventitia ex ultimis voluntatibus, in quibus legitimam matri præſcindere nimis durum foret. Et hanc ſententiam tuetur. *Dn. Richter dec.* 45 *Fruckm. vol.* 2. *conſ.*23. *n.*42. *& ſeq & quos allegat ac ſequitur Finckelth. Coraſius ad L. precibus n.*46. *& ſeq. C. de impub. ſubſtit.* ubi tamen ad bona
filii id minus recte reſtringit. *n. ſeq volum rep* 8. & ipſe 12
*Dn. Carpzov.* præjudicium contrarium allegat Facult. Jurid. Lipſ. & Senatus Burdig *Hilig. libr.*19 *cap* 5.*lit.* A. Ad *c.* 1. *de Teſtam.lib.*6. reſpondet *Politus de Subſtit.pupill. n.* 25. *& Zaſius de Subſtit. pupill. n.* 20 quod poſſit intelligi de donis a patre profectis, non de aliis adventitiis, licet diſſentiant *Menoch. l.* 4. *præſ.* 38. *nu.* 29.
& *Berlich p.* 3. *concl* 10. *n.* 20. Sed dici poteſt, non 13
adeo nos ligare conſtitutionem Pontificis, qui communem ſententiam ſecutus, in rebus Politic. Sed nec *noſtrum* §. in tacita ſubſtitutione pupillari (quæ ſcilicet in vulgari expreſſa continetur) locum habere, communiter receptum, per *l.*8.*C.de Impub & aliis ſubſt ibique*
Autor *n.*5.7.11. cum enim pater expreſſe non ſubſtituerit, 14
credendum eſt, voluiſſe patrem ſuam diſpoſitionem debere eſſe conformem debito filii, cujus perſonam ſuſtinet, ut ſicut filius non excluſiſſet matrem, nec ipſe pater excluſiſſe videatur. Atque ita ſentiunt *Menoch. l.* 4.*præſ* 39.*Covarr. ad c. Raynut.* §.4.*n.*6 *Gomez.t.t.reſol. c* 4 *n.*8. *Dauth.ad l.*1.*ff. de Subſtit. vulg.& pup.num.*661. *Carpz. d.p.* 3. *conſt* 8. *d.*2. *Molina d.* 184 *&c.*

*Ad* §. *Si quis mortis.* 6. Sufficit jure Digeſtorum, 15
Legitimam habere filium quocunque titulo, etiam donationis mortis cauſa. Sed hoc mutatum. *Nov.* 115 Autor *ad Auth. Noviſſima. numero duodecimo, C.h.t.* Nam debet habere titulo hæredis, *de quo alibi.* Sane licet hæ-
res in certa re inſtitui non poſſit, & alius abſolute inſti- 16
tutus, videtur tamen inſtitutus, ſi in certa quantitate, velut in legitima inſtitutus reperiatur. *dicta Nov.* 115. *c.* 5. *in princ.*

Ad §. *ſi quis impubes.* 7 Pater ſubſtituendo pupilla- 17
riter filio ſuo, ipſum non gravat, ſed ipſi potius providet *L.* 26. *C. h.t.* Unde colligunt, onus legitimæ imponi poſſe in favorem filii. *Berlich p.* 1. *dec.* 1 0. *Conſ. Natata mea ad L.*26 *C.h t. Et ad L.* 25.*n.* 2. *C.h.t.* Sed
quæritur, ſi Princeps pupillo prudenti daret facultatem 18
teſtandi, quod fieri poteſt, præſertim ad pias cauſas. *Vivius in comm. opin. v. pupillus. n* 8 an everti ita poſſit ſpes ſuccedentium ex pupillari ſubſtitutione? Putarem in pupillari ſubſtitutione diſtinguendum, quia ex eo ipſi ſubſtituitur, quia aliquem ſubſtituere ea ætate nequit, quod ſi facultatem a Principe acquirat, ceſſat cauſa ſubſtitutionis pupillaris.

Ad §. *Quoniam.* 8. In computanda Legitima exhæ- 19
redatus facit partem, id eſt, ejus habetur in computatione ratio, quia admitti ſperatur. *Vid. Riccius coll. quæſt.* 480. verbi gratia. Si duo exhæredati, unus agat, alter non; ille tantum dimidiam Quartæ habebit. Ho-
die autem Legitima non eſt Quarta, ſed ſi quatuor aut 20
pauciores Liberi, Triens eſt; ſi plures, ſemis. *Auth. Noviſſ. Codice h. t. ibique* Autor. Sed an exhæredatus partem faciat, videbimus in *L.* 10. §. 4. *de bon. poſſ contra*
*tabb. Ex hoc* §. probari etiam poteſt, quod ſi plures ven- 21
dant rem, & in pretio læſi ſint, quod unus non poſſit impugnare contractum in ſolidum, ſed tantum pro ſua parte, idque etiam *Berlich. deciſ.* 52. *num. quarto*, decidit, ſed mutat poſtea ſententiam; quod quidem admitti poteſt in iſtis, quos ponit, terminis, ſi res diviſionem patiatur; alias *ex hoc* §. decidendam quæſtionem putarem, juxta primam *Berlichii* opinionem.

Ad §. *Quarta.* 9. Legitima intelligitur deducto ære alieno, Autor *ad L.* 33. *numero ſecundo*, *C.h.t.* & funeris expenſa, non vero libertatibus. *Vid.Lancell. Politus*
*in rep. l. filium.* Unde colligunt, hanc non eſſe Quo- 22
tam hæreditatis, ſed Quotam bonorum. *Gilken. ad Auth. Noviſſ. Cod. h. t. numer. ſeq. & quos citat.* Sed neganda videtur ratio conſequentiæ; nam & Quarta Falcidiæ non eſſet Quarta hæreditatis, nec Trebellianica. Sed huic quæſtioni, quæ patum in receſſu habet, non immoror. Pars hæreditatis eſt & quantitas, tamen aliter definiri nequit, quam ſi æs alienum deducas.

*Vid.*

*Vid. Dn. Wiſſembach. ad Pand. diſ. 17. th. 9. ubi etiam*
23 *plures citat.* Colligitur etiam *ex hoc §.* quod Legitima
omnis gravaminis, imo etiam conditionis ac fidei-
commiſſi debeat eſſe expers. Hic clarius in *l. 32. C. h.
t.* adeo, ut licet filii approbaverint Teſtamentum pa-
ternum, onus tamen rejicere poſſint, ut tradit *Dn. Mev.
p. 4. deciſ. 15. vid. Nat.* Domini Autoris *ad L. 32. n. 1. &*
24 *ſeqq & Carpz. plures citans p. 2. dec. 146. n. 9.* Sed ex hoc
non ſequitur, Liberis Legitimam totam in pecunia pa-
rata aſſignandam eſſe: Nam ſive ſit pars hæreditatis,
ſive bonorum, tamen illa pars in omnibus rebus hære-
ditariis competit. Nec igitur liberis competit jus eli-
gendi abſolutum, ſed ut pars Legitimæ arbitrio judicis
aſſignetur in pecunia parata, pars in nominibus &c.
*Carpzov. p. 3. dec 266.* Colligitur etiam *ex hoc §.* licet in
25 feudis filiæ ex feudo elocandæ ſint etiam ab Agnatis,
hoc tamen locum non habere in concurſu credito-
rum, quia debita patris ante conſtitutionem dotis ac
Legitimæ, creditoribus ſunt ſolvenda, quia pro mo-
do facultatum patris dos conſtituenda. *l. 60. & leg. 69.
§. 5. de jure dot. Wiſſembac. par. 1. conſ. 50. num. 19.*
26 *&c. Finckelth. obſer.* 113. Sed quando ex Conſtitutio-
ne privilegium habent, ut aut dotem ex feudo anti-
quo petere poſſint, aut ex feudo novo Legitimam,
tunc hoc aliis, Creditoribus non habentibus jus in
feudo radicatum aut habentibus quidem, ſed poſte-
rius, præjudicabit. *Carpzov. par. 2. dec.* 175. Ubi per
totam tradit, ex hac legitima non deberi æs alie-
num ſolvi, nam alias in caſu obrutæ hæreditatis fru-
ſtra privilegium hoc eſſet datum. Ideoque reſpon-
27 det *ad regulam noſtri textus*, quod Legitima non de-
beatur, niſi deducto ære alieno, quod ea non ſit tra-
henda ad illum caſum, ubi Legitima datur ex ſingulari
privilegio.

28 Ad §. *Si conditioni.* 10. Querela non naſcitur ante
aditam hæreditatem; poteſt enim fieri, ut hæres ſcri-
ptus repudiet hæreditatem, & querela non ſit opus.
*Don. lib. 19. cap. 4. lib. O.* & ab aditione vires ſumit Te-
ſtamentum. *Hill. d. l.*

29 Ad §. 11. Qui juſſus eſt hæreditatem reſtituere poſt
certum tempus, fructus medii temporis imputat in Le-
gitimam. Sed hoc in Legitima liberis primi gradus re-
linquenda corrigitur *leg. jubemus 6. ibique* Autor *nu-
mero primo, & ſeqq. C. de SC. Trebell.* imo jure noviſſi-
mo plane abrogatum videtur. *Buſius ad h. §.* quia à Le-
gitima omne gravamen abeſſe debet, per *l. 32. C. h. t. ibi-
que* Autor *n. 1. & ſeqq.* Gravamen autem eſt, ſi filius
eam ſucceſſive & particulariter ex fructibus habere de-
beat.

30 *In §. 12.* Plures ſunt cauſæ, ex quibus Teſtamenta
impugnari poſſunt, verbi gratia, quod ſint nulla vel in-
officioſa vel rupta vel irrita: filius ergo hæc cumulat,
ſicut etiam in foro alternative cumulari poſſunt hoc
modo, Teſtamentum hoc dico nullum, aut ſi eſt vali-
dum, eſt inofficioſum; debet actor eligere de quo vitio
prius agat, nam per unum ſibi non præjudicat in alte-
ro. *vide l. 14. & 16. & ibi notata.* Dni Autoris *C. h. t.*

31 Ad § 13. Ex *hoc §.* obſervat querelam inofficioſi Te-
ſtament. per modum reconventionis opponi poſſe, quan-
do filius eſt in poſſeſſione & ſcriptus hæres petit. *Moi-
gnatus de Reconvent. q. 52.*

32 Ad §. 14. Qui contra teſtamentum querelam movit &
ſuccubuit, non poteſt ex eo teſtamento quid cum effe-
ctu capere, quia non debet commodum capere ex eo,
quod niſus eſt impugnare, *Hic & c. ex eo. de R. J.* (quod
tamen in ſeparatis, non in connexis procedit. *Berlich. p.
1. dec. 38.*) Autor *ad L. 3. n. 3. C. de petit. hæred.* Sed ſi ali-
33 quid ex Teſtamento accepit, Fiſco id vindicatur, quaſi
indigno oblatum, niſi 1. ante ſententiam pœniteat, aut
2. errore probabili id fecerit, aut 3. ſi abſente filio pro
Teſtamento pronunciatum, cum potius ob contuma-
ciam victus præſumatur, aut 4. ſi ſolennia tantum im-
pugnaverit, licet hæc exceptio non ſit ſub regula, *Do-
nell. lib. 19. c. 10. lit. K. & Hill. lit. L. Peregr. de
Jur. Fiſci lib. 2. t. 7. n. 2. Carpz. p. 3. c. 7 d. 24. Dn. Richter.
dec. 42. Struv. ad h. t. th. 28.* Autor *ad L. pen. nu. 1. ſeqq. ff.
de his, quæ ut indign.* Ex hoc colligitur, ſi filius probabi- 34
lem cauſam contradicendi Teſtamento paterno habeat,
licet pater privationem pro pœna adjecerit, legitimam
tamen ſuam non amittere. *Wiſſemb. conſ. 315. n. 14. Fin-
ckel. obſ. 109. n. 6.* cum hæc naturali jure Liberis debeatur.
*l. 36. §. 2. C. de inoff. Teſt.* qui enim Legitimam petit Teſta-
mentũ paternum impugnare non videtur. *Vaſa de Teſta-
toris potent. §. 10. n. 252. & quos refert Finckelth. d. l. n. 11.*
Ergo hic textus de calumnioſa lite intelligendus, non de 35
eo caſu, ubi quis de jure diſputavit. *l. 24. ff. de his quib. ut
indign.* quod verum eſt, etiamſi Teſtator expreſſe clau-
ſulam juſtificatoriam in Teſtamento appoſuerit, ob ra-
tionem in *L. nemo 55. de Leg.* 1. Colligunt etiam *ex hoc* 36
§. neminem in ea ſcriptura, quam improbat, fundamen-
tum ſuum ponere poſſe. *Alex. leg. 2. conſ. 136. in fin. & l. 7.
conſ. 209. n. 4. Vivius dec. 370. n. 6.* Utilis autem ei qui Te- 37
ſtamentum impugnat, proteſtatio eſt, quod in caſu in-
ſperato ſi Teſtamentum pro valido pronunciaretur, ſibi
omnia jura ex eo ſibi competentia & competitura reſer-
vet, cum proteſtatio conſervet jura noſtra, ſicut hanc
cautelam tradit *Vult. vol. 1. conſ. Marp. 29. n. 117.* Quidam 38
volunt probare *ex hoc §.* quod liceat moram purgare
uſque ad ſententiam. Sed hos refutat *Menoch. l. 2. A. qu.
caſu 7. n. 12. Conſ. Rutnus conſ. 72. n. 3. l. 5. Gozadinus conſ.
49. n. 19.* Avus maternus arrogavit Titium, huic debetur
quarta ex *Conſtitutione Divi Pii.* Hunc Titium exhære- 39
dat pater adoptivus, hic movet querelam, ſed male;
quia habet quartam ex conſtitutione Principis. Sed ſi
ſuccumbat, an amittit illam quartam? Quod negatur,
quis in querela ſuccumbens ea tantum amittit, quæ ex
Teſtamento competunt, ſed illa quarta competit ex con-
ſtitutione Principis, & ex contractu.

Ad §. *Si ex cauſa* 16. Si contra Teſtamentum ſen-
tentia lata, Teſtamentum ipſo jure reſciſſum, & libe-
ri ſunt ſui hæredes, nec valent Legata, imo nec Liber-
tates relictæ. Autor *ad L. 17. & 18. n. 1. ff. h. t.* Sed quid 40
cauſæ, quod ſententia inter hæredem ſcriptum & fi-
lium teſtatoris lata Legatariis præjudicet, cum tamen
ſit res inter alios acta? & cur ſententia lata contra Le-
gatarium non præjudicet hæredi vel aliis Legatariis. *L.
1. ff. de Except. rei jud.* Differentia communiter ſtatui-
tur, quod in *hoc §.* egerit ille, cujus principaliter inter-
fuit, ut totum teſtamentum corrueret, & via aperire-
tur. Sed in *d. l. 1.* egerat Legatarius, cujus non interfuit,
totum Teſtamentum manere vel corruere. *Zaſ. ad hunc
§. tom. 1. p. 355. & Dd. Conſ. etiã Franc. de Clapperiis p. 2.
deciſ. cauſa 66. qu. 2.* ubi ita pronunciatio teſtatur. Sed 41
hodie Teſtamento nullo pronunciato, legata tamen de-
bentur, per *Nov. 115. cap. 3.* quia per ſolam inſtitutionem
alterius hæredis injuria facta liberis, ergo ea ſola tol-
lenda, & voluntas ultima, quantum fieri poteſt, ſalvan-
da per *L. 69 princ. de Leg. 3.* Obiter nota argumentum,
quod exhæredatio tunc extinguat jura ſuitatis, quando 42
ſortitur effectum, debita etiam, per aditionem hæredi-
tatis confuſa, per hanc ſententiam reſtituuntur. *L. 21. §.
fin. h. t.* & omnia ad cauſam inteſtati reducuntur. *Don.
lib. 19. c. 10.*

Ad §. *ult.* Querela ultra quinquennium moveri non 43
poteſt, quod tamen computatur a die aditæ hæreditatis,
non mortis. *l. pen. §. 2. h. t.* Autor *ad L. 36. n. 9. C. h. t.* ſed
poſt quinquennium hoc ex magna cauſa aliquis audiri
poteſt, vel per reſtitutionem, vel per diſpenſationem.
Videri poteſt *Zoeſ. ad h. t. n. 53.* Sed ſi in quinquennio
datæ libertates ſervis ex Teſtamento, eæ revocari ne-
queunt, ſed a ſingulis ſolvendi victori 20. aurei. Sed non
currit hoc quinquennium minori. *l. 2. & ſeq. C. in quib.
cauſ. reſt. in integr. neceſſ. non eſt* Nec obſtat *L. 1. C. de Re-
ſtit. min.* quæ de expreſſa renunciatione poteſt intelligi.
*Wiſſemb. d. l. th. 15. Oddus de Reſtit. qu. 85. artic. 5. Donell.
l. 21. cap. 9. lit. F.* Autor *ad L. 2. C. in quibus cauſ. reſt. n. 1.
2. 3. & 4.*

## ad L. Si autem. 9.

*S U M M A R I A.*

*An mota intra quinquennium querela, data in teſtamento libertas ſervis competat? nu. 1.*
*Quid hodie obtineat? 2.*

1 IN §. *fin. legis octavæ* dictum eſt, ſi ex ſpeciali cauſa
poſt quinquennium admittatur ad querelam, an
libertas interim data ſervis revocanda? Quod negatur,
ut jam dictum. Hac occaſione jam quæritur, quid ſi
intra quinquennium actum, an libertas competat? R.
diſtinguitur inter directam & fideicommiſſariam libertatem,
illa non competit: ſed hæc, ſinguli manum. ſſi
20. aureos victori ſolvant. Sed hodie id abrogatum,
2 cum omnia Legata, & ſic etiam libertates magis conſerventur.
*Auth. Ex cauſa. C. de Liberis præteritis.*

## Ad L. Si pars. 10.

*S U M M A R I A.*

*An in dubio pro validitate teſtamenti, an pro filio ſit pronunciandum? nu. 1. & 2.*
*Hodie in dubio contra teſtamentum pronunciandum. numer. 3.*
*Filius exhæredatus legatum ſine detractione alteri totum reſtituere juſſus ad querelam non admittitur. 4.*

1 QUando paria utrinque vota ſunt, ea vincunt
quæ validitatem teſtamenti aſſerunt. Hinc in
dubio pro validitate Teſtamenti pronunciandi. *Vid.*
*Barb. lib. 18. c. 14. ax. 2.* Sed *hanc legem* cenſuram adhibet
2 cum *Antumae Cyprianus Regnerus*, dicens, quamvis
cauſa Teſtamenti favorabilis ſit, fortiorem tamen rationem
pro filio militare. Et omnino ita eſt, nam jure
naturæ & gentium, filio debetur hæreditas paterna.
Et ſanè Exhæredatio hodie ſemper præſupponit delictum
atque ingratitudinem. Quæ delicta *ex Nov. 115.*
3 *c. 3.* juxta verſus recenſet Autor *ad Authent. Non licet.*
*num. 5. C. de Liberis præterit.* Sed in dubio delicta non
ſunt præſumenda, per *l. merito. ff. pro ſocio.* Autor *ad L.*
*28. num. 2. 3. C. h. t.* Dicendum itaque, vel JCtum loqui
de eo caſu, quando de forma Teſtamenti quæritur, &
non intervenit favor liberorum; Nam ubi favor liberorum
intercedit, in dubio contra Teſtamentum ferendam
eſſe ſententiam exiſtimo. Vel dicendum eſt,
*legem hanc* intelligendam de illo tempore, quo ferè
abſoluta patribus poteſtas exhæredandi competebat.
Sed cum Imperator certam formam præſcripſerit exhæredationi;
& hæc ſemper delictum præſupponat, in dubio
hodie contra Teſtamentum pronunciandum, nec
delictum præſumendum eſt. Autor *ad C. d. l.*
*In §. 1. hujus legis* quæritur, quoniam is, qui querelam
4 movet, nihil poteſt ex Teſtamento capere, & is, qui
aliquid percepit ad querelam, non eſt admittendus,
quæritur, ſi filio exhæredato quid legatum cum hoc
onere, ut ſine detractione id totum mihi reſtituat, an
ille admittendus ad querelam? Quod negatur, quia in
effectu nihil percepit, ſi mihi reſtituit totum.

## ad L. Etiamſi. 11.

*S U M M A R I U M.*

*Filius à patre vivo donationem accipiens & poſtmodum exhæredatus rectè ad querelam admittitur.*

ACcepit quis à parente vivo donationem vel filia accepit dotem. Sed poſtea pater eos exhæredat, hæres ſcriptus opponit, eos à parente donationem vel dotem accepiſſe, Ergo non poſſe eos voluntatem patris impugnare, quæritur, an hoc juri conſonum ſit? Negatur, quia ea tantum amittit querelam movens, quæ ex Teſtamento capit, non verò, quæ aliundè fortè à vivo patre acceperat. Autor *ad L. 35. nu. 15. 16. C. h. t.*

## ad L. Nihil intereſt. 12.

*S U M M A R I U M.*

*An Filius de inofficioſo agere poſſit, qui exhæredatus petit legatum, in codicillis poſtea repertis ademptum?*

PAter filio exhæredato reliquit Legatum, quod tamen in Codicillis adimit, filius eod cillorum ignatus petit Legatum, ſed productis Codicillis ſuccumbit, quæt. an poſſit de inofficioſo Teſtamento agere? Videtur, quod non, quia variatio in jure prohibita. Sed reſp. affirm. quia, ſi ſint duæ viæ, quarum una alterius electione tollitur, ſi prima electa non poterit de jure ſortiri effectum, poteſt ſecunda via ambulari. *Hic & l. ſi vero 8. ff. de bonis libert. l. filiam. §. ſi quis contra tab. ff. de Legat. præſtand. Tiraq. ad l. boves. §. hoc ſermone. de V. S. lim. tit. 1. numer. 14.* Et hæc regula valdè utilis, & quotieſcunque electio unius remedii eſt inutilis, & effectum habere non potuit, reſtat alterum remedium, licèt alias electione unius alterum tollatur. Autor *ad L. 14. num. 2 C. h. t.*

## ad L. Titia. 13.

*S U M M A R I A.*

*An Teſtamentum adjecta clauſula codicillari factum, in quo nonnullis inſtitutis, nonnullis exhæredatis, filio legatum relictum eſt, à querela liberum ſit? nu. 1.*
*An teſtamentum, in quo liberi præteriti, ſuſtineatur in vim fideicommiſſi, an vero corruat? nu. 2. & ſeqq.*

1 PAter inſtituit hæredem filiam, alteram nulliter exhæredat,
filio legat & fortè aliis, addita clauſula
codicillari; quod ſi non valeat ut Teſtamentum, valere
debere ab inteſtato Legata ac fideicommiſſa, quæritur,
an propter clauſulam codicillarem valeant Legata?
Negat Paulus, quia Teſtamentum hoc habetur, quaſi
à demente factum; Autor *ad Auth. Non licet. numer. 20.*
*C. de liber. præter.* clauſula autem Codicillaris vitium
perſonæ Teſtatoris non ſupplet. *Ex hac Lege* probatur.
2 Teſtamentum, in quo liberi præteriti, non ſuſtineri in
vim fideicommiſſi, ſed corruere. *Harpracht. & Fachin.*
*quos ſequitur Carpz. p. 3. cap. 9. d. 12.* quam ſententiam
veriorem dicit *Barry. de Succeſſ. libr. 10. tit. 16. num. 10.*
3 Cui non obſtat *L. 24. §. 11. ff. de Fideicom. Libert.* quæ
de Poſthumo præterito loquitur, ubi probabilis ignorantia,
non dementia. Nec *L. 29. §. 1. de Teſtam.* quia
4 ibi regula, *in noſtra lege* exceptio. Sed Dd. communiter
diſſentiunt, quos citat *Carpz. & Barry dictis locis, &*
*Dauth. de Teſtam. numer. 364. & ſeq. Gomez. tit. 1. reſol.*
*tit. 6. numer. 24. Covar. ad c. Raynutius. §. 1. num. 4. verſ.*
*item non obſtat. X. de Teſtam. & Sande l. 4. tit. 2. def. 2.*
Atque alios referens *Zepperus in tr. de Codicill. cap. 4.*
5 *numer. 56. & ſeq.* Sed ſententia prior videtur æquior, &
ita aliquando à nobis reſponſum ſcio. Optarem, ut
Principes hunc articulum controverſum deciderent, &
inclino in ſententiam priorem, cum præteritiones &
exhæredationes injuſtæ plerumque ex delinimentis
Novercalibus oriri ſoleant.

## ad L. Pater. 14.

*S U M M A R I A.*

*In querela deſcendentes præferuntur adſcendentibus. n. 1.*
*An in eodem ordine locus ſit ſucceſſioni ad querelandum? 2.*

1 IN querela deſcendentes præferuntur Adſcendentibus,
& illis victis vel non querelantibus, his demum
competit querela. Unde colligitur, in diverſo ordine
locum eſſe ſucceſſioni in querela. Nam v. gr.
deficientibus vel acquieſcentibus Deſcendentibus, admittuntur
adſcendentes, per *h. l. 14.* ſed in eodem ordine
non datur, v. gr. acquieſcente filio, non poteſt querelam

init.iuere nepos, per *L. 34. C. h. t. ibique Aut. nu. 3. 4. Vid. Dn. Struv. ad h. tit. th. 19. Zoeſ. num. 64.* Licet aliter *Gozadinus in repet. L. qui ſe patris. C. unde Liberi num.*
2 *28 & 237. & 239. Conf. Vaſquius de ſucceſſ. creat. §. 30. numer. 141.*

## ad L. Nam & ſi. 15.

### SUMMARIA.

*Quo reſpectu liberorum hæreditas æque debeatur parentibus, ac horum illis? nu. 1.*
*An parentibus etiam duplex quarta debeatur? 2.*
*Querelam deſertam exhæredatus non tranſmittit. numer. 3.*
*An teſtamentum pro parte reſcindi poſſit? 4.*

NOn minus Liberorum hæreditas parentibus debetur, turbato ordine naturæ, quam parentum
1 Liberis; quod de ipſo jure ſuccedendi, non de modo et remedio intelligendum eſſe, monet *Rol. à Valle conſ. 39. numer. 20. vol. 3 Confer. Marc. Mantua ſing. 511. 512.* Sed quemadmodum liberis parentibus ſuis ſuccedentibus
2 duplex quarta debetur per *c. Raynutius X. de Teſt.* ita etiam parentibus, quando liberis ſuccedunt, duplicem quartam deberi, ſtatuunt Dd. communiter. *Covar. in cap 16. X. de Teſtam. §. 11. num. 11. Molina Theol. de juſt. & jure tr. 2. d. 187. numer. 6. Molina JCtus l. 1. de jure*
3 *primog. cap 17. numer. 5. Carpz. lib. ſext. Reſp. 25. In §. 1.* dicitur exhæredatum filium non tranſmittere querelam etiam præparatam, ſi querelam deſeruit, quia non ſufficit litem inſtituere, niſi in ea perſeveret. Autor *ad L. 34. num. 1. 3. C. h. t. In §. ult.* dicitur, poſſe pro parte
4 reſcindi Teſtamentum, ſi querelans unum ſcriptum hæredem vicerit, ab alio vincatur; & ſic defunctus inteſtatus & teſtatus deceſſit. Unde *ex hoc §.* colligunt, ſuper eodem facto ſententias contrarias tolerari, inter diverſas perſonas latas. *Vid. Salgado in Labyrintho Credit. p. 2. c. 22. num. 130 & ſeq & p. 3. c. 1. num. 1. 4.*

## ad L. Filio. 16.

### SUMMARIA.

*Impugnans pro ſua parte Matris Teſtamentum exhæredatus filius, obtenta victoria ſorori exhæredatæ non prodeſt. num. 1.*
*Avus acceptum à filio trientem nepti à patre ſuo exhæredata, obtenta cauſa reſtituere tenetur. 2.*
*Sententia patris de jure ſuo agentis nepti non prodeſt. nu. 3.*

FIlius exhæredatus è Matre aut præteritus impugnat Teſtamentum Matris, ſed pro ſua tantum
1 parte, & obtinet victoriam, quæritur, an hæc victoria proſit ſorori, quæ etiam exhæredata vel præterita, & frater ſorori communicare teneatur partem ſuam? Quod negatur, nam res inter alios acta & de parte fratris tantum actum, & ſoror ſibi imputet, quod tacuerit. *In §. 1.* difficilis hæc facti ſpecies, Titius teſtamento
2 facto filiam exhæredavit. Pater Titii, qui eum reſervato jure manumiſſionis eum emancipaverat, ideoque petit bonorum poſſeſſionem ad exemplum patroni, & obtinet trientem, poſtea filia movat querelam & obtinet cauſam, an pater teneatur trientem nepti reſtituere? Quod affirmatur, quia filiæ potior eſt ratio, quam
3 patris in ſucceſſione. 2. Quæritur, annon ſententia patris proſit nepti? Quod negatur, quia pater non de jure Teſtamenti egerit, ſed de jure ſuo, dum petiit bonorum poſſeſſionem. Sed ſi pater moviſſet querelam contra totum Teſtamentum, hoc prodeſſet nepti, quia ſententia lata eſt de jure Teſtamenti.

## ad L. Qui repudiantis. 17. & ſeq.

### SUMMARIA.

*Caſus legis alias difficilis proponitur. num. 1.*
*Portio repudiantis hæreditatem, accreſcit querelanti. 2.*
*An filia repudiata querela, dotem petere poſſit? 3.*
*An ſententia contra teſtamentum lata præjudicet etiam hæredi abſenti? 4. ſeqq.*

1 DIfficilis *hæc lex*, ad cujus intellectum notandum monet *Donellus & Hilliger lib. 1 . cap. 9.* diverſas eſſe quæſtiones (1) an in querela locus juri adcreſcendi? quod affirmat *l. 23. §. ult. h. tit.* (2) an in Legitimæ relicta ad excluſionem querelæ ſit locus juri accreſcendi? quod negatur. Speciem facti propono ex *Hilligero d. cap. 9. lit. A.* fere totidem verbis: Qui habet mille in bonis, & duos filios, utroque exhæredato, ſed priori 125. loco Legitimæ relictis, deceſſit, jus autem ita fuit, ut cui legitima tota relicta, querela excluderetur, non vero, cui minus: hoc ſc. tunc juris fuit. Quæritur, an ſi is, cui nihil vel minus relictum, non moveat querelam, an per hoc querelam naneiſcatur alter, cui 125. relicta, qui alias non habiturus erat ſuam querelam, quia habebat integram quartam? Et ſic non obſtat *l. 23. de judic.* quia loquitur de eo, quod accrevit ex cauſa non de præterito, ſed ex nova cauſa *Barb. in d. l. 23. numer. 36.* id hic negatur. Sed pone, utrumque exhæredatum, neutri quid legatum Legitimæ loco, alter non queritur excluſus renunciatione vel tempore, partem non facit, ideoque alter totam hæreditatem conſequitur, ita ut dixi. *Hillig.* Aliter alii, quos citat *Hillig. d. l.* Aliter *Dn. Struv. th. 26* Collige autem ex *h. L. princ.*
2 *& l. 23. § fin. h. t.* qui repudiat hæreditatem, ejus portionem fratri, qui inofficioſi querelam movit, accreſcere, & ſic eum totam hæreditatem, petere poſſe. *Conf Gail. l. 2 obſ. 122. numer. 17. Peregrinus de fideicom. art. 38. num. 11. Hill. l. 7. c. 12 lit. O. Fachin. l. 4. c. 31. Berlich. p. 3. concl. 12. num. 36 Dn. Manzius de Teſtam. tit. 12. qu 4. num. 59.* Autor *ad Authent. Noviſſima. num. 2. & 3 C. h. tit.*
3 Quæritur vero, an filia, repudiata querela, dotem & legitimam petens ſit audienda? quod affirm. quia ſic non impugnat teſtamentum. *l. 30. C. h. t.*

*Ad §. 1. & l. 18* Sententia lata contra teſtamentum
4 præjudicat omnibus, Autor *ad L. 8. numer. 40. u. h. t.* ſed ſi contra præſentem hæredem ſcriptum lata, ſecus ſi eo abſente per contumaciam: nam tunc ob contumaciam potius videtur damnatus, quam ex juſtitia cauſæ. *Gail. l. 2. de pace publ. c. 5. numer. 9. Farin. qu. 11. numer. 92.*
5 Sed ſecus eſt, ſi judex fuit motus ad ſic pronunciandum ex juſta cauſa, vel veritate probationum, non autem ex ſola contumacia. *Bald. in L ingenuum. ſupra de ſtatu hom. Franc. de Clapperiis p. 2. deciſ. Cauſa 68. qu. 1. num. 4.* ſi ex actis de juſtitia cauſæ appareat, & nulla ſit ſuſpicio
6 colluſionis. Et ſic cum Procurator fiſci in Provincia diſtraxiſſet bona, in quibus uxor habeat ſpecialem hypothecam, & Procurator fiſci conquerente uxore ſuperatus, hæc ſententia contra emtores executioni data, ut refert *Franc. de Clapp. d. l. Confer. not. ad d. l. 14.*

## ad L. Mater. 19.

### SUMMARIA.

*Filia in teſtamento inſtituta, everſo eo, non repellitur ab inteſtato ſuccedere. nu. 1.*
*Ratio. 2.*
*A remedio inutili datur regreſſus ad utile. 3.*
*Nemo juri, quod ſibi competere ignorat, videtur renunciaſſe 4.*

1 QUerela non poteſt intentari, niſi pro ea parte, qua hæres eſt ab inteſtato. Et ſi teſtamentum plane everteretur, & filia inſtituta adiiſſet ex Teſtamento, ab inteſtati tamen ſucceſſione non repellitur;
2 quia licet ex Teſtamento adierit maternam hæreditatem, non tamen reſpuit ſucceſſionem ab inteſtato, ſi Mater aliquando per querelam ſororiа inteſtata redderetur. Sed ſoror exhæredata tenetur, poſtquam evertit teſtamentum, communicare cum ſorore inſtituta hæreditatem. Collige, Teſtamentum inofficioſum quaſi
3 à furioſo factum videri, & qui amplectitur remedium inutile,

inutile, non prohibetur redire ad utile, & qui utile
amplectitur, aliud utile poſtea amplecti non prohibe-
tur. *Dn. Mev. p. 5. deciſ.* 199. *confer. not.* Dn. Aut. *ad l.* 12.
*h.tit.* Ex eo etiam, quod hic dicitur, eum qui ex Teſta-
mento adiit hæreditatem, non videri repudiaſſe hære-
ditatem ab inteſtato, quam ſibi competere neſcivit,
rectè Dd. colligunt, neminem videri renunciaſſe juri,
4 quod ſibi competere ignorat. Doctores plures referun-
tur in *Barb. Locupl. locis communib. libr.* 16. *cap.* 31. *ax.* 6.
*Carpz. p.* 2. *juriſpr. Conſt.* 16. *d.* 19. *num.* 4.

## ad L. Qui de. 20.

### *SUMMARIA.*

*Filius impubes exhæredatus, mota ipſi ſtatus controverſia, bonorum poſſeſſionem petere nequit. nu.* 1. *&* 3.
*Effectus poſſeſſionis bonorum.* 2.

1 FIlius impubes exhæredatus intendit querelam,
opponitur ipſi controverſia ſtatus, quæritur, an
filius poſſit bonorum poſſeſſionem ex Carboniano Edi-
cto (*de quo infra*) petere? Cujus poſſeſſionis bonorum
2 tres effectus, 1. ut is qui eam agnovit, ſolus poſſideat,
niſi etiam Adverſarius ſit ex liberis, 2. ut interim ex
bonis alatur, 3. ut exerceat actiones fortè perituras.
3 Et hoc negatur ex hac ratione, ſi ſcriptus hæres fatere-
tur, impuberem eſſe filium Teſtatoris, non teneretur
tamen ſtatim decedere de poſſeſſione nec alimenta da-
re, ſi ejus ætatis ſit, ut poſſit cauſam ingratitudinis præ-
bere; utique multo minus tenetur, ſi neget filium.
Ideoque querela & quæſtio ſtatus vel differenda cauſa
cognita in tempus pubertatis aut mox utraque cauſa
conjungenda.

## ad L. Eum qui. 21.

### *SUMMARIA.*

*Exhæredatus, dolo inſtitutis hæredis, deſerens querelam, cognita fraude ad eam egreſſum habet. nu.* 1.
*Hæres dolo ſolvens exhæredato tertiam partem, eam ut indebitam non repetit.* 2.
*Scripto hæredi, evicta per querelam hæreditate ſalvæ ſunt actiones, quas contra defunctum habuit.* 3.

1 FIlius exhæredatus movet contra ſcriptum hæredem
querelam, hæres perſuadet exhæredato ſe rogatum
tacitè, ut reſtituat ei partem tertiam hæreditatis, quod
Exhæredatus credit verum eſſe, & querelam deſerit,
voluit fideicommiſſo eſſe contentus. Sed cognita frau-
de quæritur, an detur ipſi regreſſus ad querelam?
2 Affirm. ne fraus ſcripto hæredi proſit *hac in princ.*
*Sed in* §. 1. hæc ſpecies, pone, hæredem tertiam partem
ſolviſſe exhæredato, qui cognita fraude redintegrat
querelam: Scriptus hæres repetit partem tertiam, ut
indebitam. Sed non poteſt ſcriptus hæres repetere
tertiam, quia ſciens indebitum ſolvit. Indebitum re-
3 petere poteſt, qui per errorem ſolvit indebitum. Autor
*ad L.* 1. *numer.* 1. *ſeqq. C. de Condict. indeb. In* §. *ſecund.*
quæritur, ſi evicta ſit hæreditas per querelam, an ſalvæ
ſunt ſcripto hæredi actiones, quas fortè habuit contra
defunctum? videtur, quod non, quia aditione ſunt
confuſæ actiones. Autor *ad L.* 22. *numer.* 1. *C. h. t.* Reſp.
quod poſſit petere vel compenſare, quia aditio non
habuit effectum.

## Ad L. Filius. 22.

### *SUMMARIA.*

*An pater legatum ab uxore ſibi relictum amittat, cum teſtamentum nomine filii impugnat, nec tamen obtinet? num.* 1. 2.
*An hoc caſu patri competat jure novo uſusfructus? nu.* 3.
*Hæres exhæredati ob inſtitutam ab hoc querelam, ſi vincatur, Legatum ſuum non amittit.* 4.
*Sed ab exhæredato tantum comminatam movens querelam, ſi vincitur, Legatum ſuum amittit. nu.* 5.
*Filii exhæredati cæptam ante arrogationem querelam peragens & ſuccumbens Legatum non amittit. nu.* 6.

PAtri Legatum fuit in Teſtamento uxoris, quod
1 tamen per querelam nomine filii impugnavit, &
non obtinuit, quær. an Legatum amittat? Videtur, quod
ſic, ob *L.* 8. §. *meminiſſe.* 14. *h. tit.* Sed negatur (1) quia
querela competit ſoli filio, & in ea agitur de meritis
ſolius filii. (2.) Pater excitando querelam alteri com-
modum parat. Sed hæc ratio ſecunda non videtur ſub-
ſiſtere cum jure tunc ante Juſtinianum conſtituto. Sed
vid. *P. Barb. ad L. Lucius Titius. ff. ſol. matr. numer.* 12.
Alias reſponſiones cumulat *Jac. de Nigris in rep. l.* 1. *C.*
*qui admitti num.* 44. *& ſeq.* qui verba: *Alii commodum*
*victoria parat*; ſingulariter refert ad Adverſarium, ut &
*Pinellus* jam citandus. *Conf. Sebaſt. Sapia in d. l.* 1. *nu.* 49.
52. *& ſeq.* Sed placet mihi reſponſio, quod hæreditas
2 patri per filium hoc caſu non poſſit quæri, *arg. l.* 5. §. 3.
*ff. de his quib. ut indign.* ſed quæratur ſoli filio, & ſic
commodum ſolius eſt filii. Et hæc videtur eſſe mens
*Zuchardi in rep. d. l.* 1. *num.* 76. Ex quo ſenſu notabiliter
3 colligo, patri non competere, etiam jure novo, uſum-
fructum, ſi pater nomine filii impugnavit Teſtamen-
tum, & ſuccubuit. Conferri poteſt *Pinellus p.* 1. *Rubr. C.*
*de bonis mat. n.* 21. *& ſeq.* qui varias opiniones recenſet,
*conf. Alciatus l.* 4. *paradox. cap.* 3. *In* §. 2. hæc ſpecies.
4 Exhæredavit Titius filium alio ſcripto hærede extra-
neo, mihi verò centum legavit. Filius me inſtituit hæ-
redem & moritur, ego querelam à filio exhæredato cœ-
ptam continuo & victus ſum, quæritur, an meum lega-
tum amittam ex *d.* §. *meminiſſe* 14. *L.* 8. *h. t.* quod nega-
5 tur, quia teneor, ut hæres, actionem continuare. Sed
quid ſi comminata tantum ſit querela à defuncto filio,
an, ſi moveam querelam, quod poſſum facere ex *l.* 34.
*C. h. t.* & vincar, amittam legatum? Quod hic affirma-
tur. Quod in tutore ſecus, qui ratione officii loco pu-
pilli querelam movere tenetur. *In* §. 3. hæc ſpecies.
6 Filium exhæredatum cœpta lite arrogo & ſic domi-
nium bonorum ejus conſequor, ſi cœptam antè arroga-
tionem querelam peregero & ſuccumbam, non amitto
legatum, quia jure ſucceſſionis continuare litem debui,
niſi in expenſas velim condemnari lite deſerta.

## ad L. Si pœnas. 23.

### *SUMMARIA.*

*Filius emancipatus in Teſtamento præteritus, nepotem hæredem inſtitutum bonorum poſſeſſione contra Tabulas excludere nequit. nu.* 1.
*An idem jure Novo obtineat?* 2.
*Filius exhæredatus hæredi, ut hæredi, debitum ſolvendo amittit querelam.* 3.
*Altero exhæredatorum litem ab utroque motam deſerente, pars ejus alteri accreſcit.* 4.

PAter filium emancipavit, nepotem ex eo retinuit
in poteſtate, filium in teſtamento præteriit, nepo-
1 tem inſtituit hæredem, quæritur an in bonorum poſ-
ſeſſione contra tabulas filius emancipatus excludat ne-
potem? Quod negatur *per Edictum de Conjungendis*
*cum emancipatis liberis.* Sed concurrit filius emanci-
patus cum nepote in eandem hæreditatem vel partem:
Idem, ſi filius emancipatus ſit exhæredatus, nam con-
2 jungendus eſt cum nepote. Sed hæc perſequi opus
non eſt, nam jure novo *per Nov.* 118. filius emancipatus
3 ab inteſtato præfertur nepoti, de quo infra. *In* §. 1.
dicitur, filium exhæredatum, ſi aliquam rem hæredita-
riam emerit à ſcripto hærede, vel ei ut hæredi debitum
ſolverit, non habere querelam, quia agnuvit eum pro
hærede & per conſequentiam actu tali confirmavit
4 Teſtamentum. Autor *ad L.* 8. *nu.* 8. *& ſeqq. C. h. t.* Si duo
autem exhæredati & ambo moveant, ſed alter deſerat
litem vel poſt quinquennium & ita nulliter moveat,
illius pars alteri accreſcet.



Digitized by Google

## Ad L. Circa. 24.

*SUMMARIA.*

*An unus filius querelare poſſit contra extraneum cum altero filio inſtitutum? num.* 1.

*An fratris teſtamentum, in quo inter extraneos heredes inſtituta eſt turpis perſona, quoad hanc querela obnoxium ſit?* 2.

*An portio turpis perſona repudiantis reliquis accreſcat?* 3.

1 INſtituit quis filium & extraneum hæredem, alterum vero filium exhæredat, qui impugnat teſtamentum paternum pro parte extranei, anne hoc poteſt valere? Ratio dubitandi eſt, quia nemo pro parte teſtatus & inteſtatus decedere poteſt §. 5. ex. f. *I. de hered. inſtit. & L. 7. de R. J.* Sed affirm. quia ab initio non poteſt quis ſemel eſſe inteſtatus & teſtatus, ſed ex poſtfacto hoc fieri poteſt, ſi teſtamentum pro una parte tantum impugnetur. *h. L. 24. & L. 15 inf. de Hered. Inſtit. Gutierrez in rep. C. quando non petentium partes numer.* 11. Sic ſi ex *L. 27. C. h. t.* quis præterito fratre alios extra-
2 neos hæredes inſtituiſſet, & inter hos aliquem, qui infamia notatus: pro hujus parte reſcinderetur tantum teſtamentum, *Gomez. tom. 1. reſol. capit. 11. numer. 37. Ferd. Vaſquius de Succeſ. in tit. de Succeſſoris potentia* §. 10. *numer.* 575. & hos referens *Fr. de barry de Succeſſ. lib. 10. tit. 6. numer.* 2. Autor *ad L. 27. numer. 4. C. h. t.* Sed quid ſi turpis perſona repudiet ſuam partem, an ejus portio cæteris accreſcet? Id affir. Dd. commu-
3 niter, ut apparet ex traditis *Gomezii & Vaſquii d. l.* Licet alii diſſentiat. Et communis vera eſt: Nam querela non datur niſi contra eum, qui adiit, ergo nec ex teſtamento veniet frater, quia non ſcriptus, nec ab inteſtato quia Teſtamentum adeſt, quod impugnatum non eſt.

## ad L. Si non meritis. 25.

*SUMMARIA.*

*Quod donatum hoc animo, ut in quartam computaretur, excludit querelam. nu* 1.

*Filii contra Teſtamentum Patris non agentibus, fratres ob ratione turpis perſona, qua erat inſtituta, oppugnantes, ſoli ex victoria fructum habent.* 2.

1 IN *princ.* dicitur, donatum inter vivos filio ea intentione, ut computaretur in Quartam, querelam excludit. & ad ſupplementum agetur: nam ſimpliciter acceptando legatum non videtur actioni ſuppletoriæ renunciare. *l. 35. §. 2. C. h. tit. & ibi à Barboſ & à me notata. numer. 16. & ſeqq.* Præſupponendum igitur, Filium fuiſſe exhæredatum, non præteritum, *Vaſq. p. 1. contr. ill. cap. 106. numer. 21.* quæ alias in Quartam imputentur, *Vid Franzk. h. t. nu. 39. & ſeq.*

§. 1. *hac eſt ſpecies:* Teſtator quidam habebat alios
2 filios & duos fratres & inſtituit aliquos hæredes extraneos, intereſt una perſona turpis. Fratres non habent querelam, quia excluduntur à filiis. Filii non audent movere querelam, quia forte ſciunt, ſe juſtè exhæredatos, ideoque fratres agunt contra ſolam perſonam turpem, ergo pro parte tantum Teſtator fit inteſtatus & ſolis fratribus proficit victoria.

## ad L. Si ſub conditione. 26.

*SUMMARIUM.*

*Servus ab herede manumiſſus, impugnato poſtea teſtamento, non revocatur.*

HÆres ſum inſtitutus ſub hac conditione, ſi Stichum manumitero, igitur adita hæreditate manumitto. Poſtea filius, qui exhæredatus erat, impugnat Teſtamentum, & obtinet, quæritur an revocanda manumiſſio? Quod negatur, ſed manumiſſus ſui pretium ſolvere tenetur filio Teſtatoris.

## ad L. Si inſtituta. 27.

*SUMMARIA.*

*An filius, qui cum herede tranſegit, redire ad querelam valeat, quando heres fidem non praſtat? nu.* 1.

*An filius, quem filium eſſe Teſtator negavit, contrarium probans, querelam habeat?* 2.

*An militis Teſtamentum ſubjaceat querela?* 3.

*An litigans litiganti teneatur proſpicere de litis ſumtibus?* 4.

*Quanam ad hoc requirantur?* 5.

*Debitori ex bonis arreſtatis debentur alimenta. numer. 8. & 9.*

*Quanam requirantur, ut quilibet pauper ſumtus poſcere poſſit?* 10.

*An creditori egeno ſumtus ſint ſuppeditandi ad litem?* 11. *&* 12.

*Sumtus ad litem inter magiſtratum & cives ortam ex publico ærario ſumendi.* 13.

*Pro judice, qui priorem ſententiam tulit, præſumtio militat.* 14.

*Proviſionalis ſententia quando non præjudicet definitiva.* 15. *&* 16.

*In proceſſu quando quæritur,* wer den Vorſchuß thun ſoll; *neceſſaria eſt proviſionalis ſententia nu.* 17.

*Pendente concurſu, ſolet interim provideri perſonis miſeris.* 18.

*Matris filium pro mortuo habentis Teſtamentum querela ſubjacet.* 19.

SI filius, qui movit querelam, tranſigat, hæres autem fidem non præſtet, integra eſt querela ipſi ſcil.
1 tranſigenti, ſed aliud in hæredibus. *L. 6. C. de Tranſact.* quia hi in lite non præparata non ſuccedunt. *Donell. lib. 19. c. 6. & ibi Hillig. lit. A. Fach. l. 1. cap. 10. Pacius cent. 3. aſſert. 36.* Autor *in C. d. L. 6. num. 1. & 4.* Vel in *d. l. 6.* agitur de lite ipſo jure ſublata per pactum, ut *Alciatus lib. 5. paradox. cap. 6. Conf. Joſeph. Ludov. p. 1. dec. Peruſ. 46. numer. 5. & Iohan. Cephal. conſ. 127. num. 4.*
2 *vol. 1. Conf. etiam Buſius hic.* Licet Teſtator aliquem filium ſuum eſſe neget in Teſtamento, ſi tamen probare poſſit, ſe eſſe filium, habet querelam §. 1. *h. l.* quod per ſe liquidum. Militis etiam Teſtamentum non ſub-
3 jacet querelæ, licet miles conqueri velit §. 2. *h. l.* Autor *in L. 9. numer. 1. C. h. t.* Sed veterani Teſtamentum poteſt impugnari, licet confectum ſit de bonis bello adquiſitis *l. 8. § 3. h. t.*

4 *Ad* §. 3. Quamvis litigans non teneatur proſpicere de alimentis vel litibus ſumtibus *L. 17. ff. de Tut. & rat. diſtrah. Coler. de Alim. libr. 1. cap. 14. num. 18.* Aliud tamen eſt, quando reus bona, propter quæ agitur, poſſidet, & Actor pauper eſt. *Harten. Piſt. p. 1. quaſt. 20. Ioh. Bapt. Pontanus de alim. c. 19. numer. 3. Fachin. l. 1. capit. 77. Coler. de Alim. l. 3. cap. 15. Mynſinger. cent. 6 obſerv. 25. Pariſ. de Puteo tr. de Syndic. in verbo, Expenſa num. 1.* vel bona alicujus ſequeſtrata ſunt. *Alvar. Valaſc. deciſ. 1.*
5 Sed tria hic requiruntur, 1. ut ſit filius vel nepos Teſtatoris, 2. ut actor ſit pauper. 3. ut habeat ſententiam primæ inſtantiæ pro ſe, quod pluribus explicat *Covarr. in pr. quaſtion. c. 6. numer. 6. Menoch. l. 2. praſ. 67. numer. 41. Carpzov. deciſ. 48. numer. 19.* Sed tertium non requiri, ſed in facto tantum hic referri, vult citatus *Colerus & Afflict. dec. 11. Surdus de Alim. p. 1. quaſt. 28. numer. 11. &*
6 *qu. 112. num. 18 Fachin. l. 12. quaſt. 62.* Communiter etiam colligunt Dd. *ex hoc* §. ita, quod ſententia, etiam per Appellationem ſuſpenſa, habeat pro ſe ratione alimen-
7 torum præſumtionem. Quando autem litis expenſæ ab altero litigante ſint præſtandæ, diligenter explicavit per varios caſus *Menoch. de Praſ. libr. 2. qu. 35. conf. Ceph. libr. 1. conſ. 127. nu. 12. Alciat. de Praſumt. reg. 3. praſ. 9.* Collige,
8 Areſtatis bonis debitoris cum creditoribus litigantis, debere ipſi ex bonis areſtatis alimenta & litis impendia neceſſaria

9 neceſſaria porrigi *Dn. Mevius p.3. dec.*280. Nam ante-
quam res areſtatæ areſtantibus adjudicentur, nil detra-
hendum debitorum neceſſitati,& litis ſumptus præbendi
ad litem ſuper areſto? nec tantum ad hanc; Sed ad alias
etiam lites, ſi aliunde non habeat expenſas, in quo ju-
ramento ipſius credendum, & lis non appareat temera-
10 ria. *Dn. Mev. p.4. dec.*38. Si quilibet pauper, res com-
munes aut ſuas repetens, habet hoc jus, ut poſſit petere
ſumptus, ſi actor 1. ſit pauper; & 2. de ſuo aut commu-
ni litiget. 3. ut pro ipſo militet præſumptio. *Dn. Mevius
p. 4. dec.*194. *n.* 4. *Carpzov. p.3. dec.*243. Et nulla ap-
paret ratio diverſitatis, cur non etiam Creditori egeno
debitum repoſcenti idem ſit indulgendum, ſi ipſius in-
tentio ſit liquida, ſed exceptio ſit altioris indaginis.
11 Sicut aliquando, cum debitor Novationis exceptionem
opponeret creditrici viduæ, ſumptus huic adjudicatos
æque tradit. *Dn. Mev. d. l. Ex hoc textu* colligitur, æ-
quum eſſe, quando inter Magiſtratum & cives contro-
verſia eſt de Adminiſtratione bonorum Civitatis, de
Collectandi modo, & ſimilibus, ſicut Magiſtratus im-
penſas ſumit ex publico, ita etiam civibus ex publico
ærario ſolvendas eſſe per tradita *Dn. Mevii p. 5. deciſ.*
12 341. Nam ærarium non eſt Senatus ærarium, ſed ci-
vium & civitatis; Senatus tantum adminiſtrator eſt. Et
ſi eſſet pro Magiſtratu præſumptio, non tamen hæc
13 excluderet cives ab ærario in cauſa communi. Sic etiam
poſtquam apparet, deberi aliquid Titio, de quantitate
autem non conſtet, pauperi litiganti reus tenetur præ-
ſtare alimenta etiam ſine ſatisfactione, nec tum exigen-
14 da cautio. *Dn. Mev. p.5. dec.*376. Colligitur, etiam *ex
hoc* §. pro judice, qui primam ſententiam tulit, adhuc
militare præſumptionem. *Menoch. præſ.* 67. *num.*41. &
*Maſcard. concl.*16. *n.*14. *Carpzov. dec.*48. *n.*19. & ejus
aſſertioni tamdiu credi, donec probetur contrarium.
*Carpzov. d.l. Dn. Mevius p.*1. *dec.*118. *Maſcard. concl.*
951. *per totam* & ſi judex in ſententia à qua referat,
hoc vel illud confeſſum eſſe reum, hactenus judici cre-
dendum eſt, donec probetur contrarium. *Hic & cap.* 6.
*X. de Renunciat. cap.* 23. *de Elect. Late Berlich. p.* 2.
*dec.*212. ubi præjudicium refert, & Reſponſum JCto-
rum Marpurg. *nu.* 54. In genere notandum *ex hoc* §.
15 exemplum proviſionalis ſententiæ, quæ non debet præ-
judicare ſententiæ definitivæ, ut dicitur *in hoc* §. cujus
tria requiſita recenſet *Dn. Mev. p.3. dec.* 376. (1) ut ſi
ejus neceſſaria & juſta cauſa ad præveniendam aliquam
16 inſignem iniquitatem, vel incommoda majora; (2) ut
citetur alter, cujus intereſt; (3) ut tantum in neceſſariis
provideatur; de cætero omnia ſunt integra & in even-
17 tu litis parti alteri illæſa. Sic in proceſſu ſæpe quæri-
tur, quis interim expenſas litis ſolvere debeat? Wer
den Vorſchuß thun ſoll; ubi proviſionalis ſententia re-
quiritur. *Dn. Mev. p.2. dec.*276. & *Marta in Digeſt. de-
ciſ. tom.*6. *p.*207. & 214. Et ſic ſi ſtatim res definiri non
poſſit, & tamen differri iniquum, proviſionaliter citra
præjudicium cauſæ interim decernuntur nonnulla inci-
dentia. *Dn. Mev. p.4. dec.*67. *confer. Petr. Rebuffus in*
18 *tract. de proviſ. ſent.* Pendente etiam concurſu, piis cor-
poribus vel perſonis miſeris ſolet provideri, & mandari
liquidatis,ut interim ſolvant uſuras, ut factum memini à
*Dicaſt. Walgaſt. Regio An.*1664.*menſe Januario,in cau-*
19 *ſa Ruloff.* Knuthen *Creditoris.* Si Mater præteriit fi-
lium, quem pro mortuo habuit, ſubjacet ejus Teſta-
mentum querelæ, per §. 4. *h. t.* quod per ſe planum.

## ad L. Cum mater. 28.

### *SUMMARIA.*

*Cum mater credens filium eſſe mortuum alium inſtituit, an teſtamentum impugnatione opus habeat? n.*1.
*An verò legata præſtanda?* 2. & *ſeqq.*
*Reſponſum Facultatis cum rationibus decidendi.* 5.

Si mater credat filium mortuum, & alios inſtituat, 1
inſtitutio potius extendenda ad eum, qui mortuus
credebatur ex conjectura voluntatis, quam ut Teſta-
mentum impugnetur. Nam ſi ſciviſſet mater, filium vi-
vere, eum hæredem inſtituiſſet. Sed Legata tamen præ- 2
ſtanda ſunt, quia Teſtamentum impugnatur tantum ra-
tione ignorantiæ, non ratione præteritionis aut exhære-
dationis. *Hic & L.*3.*C.h tit. ibique* Autor. *num. Mantica
l.*4. *conject. tit.* 14. *conſ. Don. & ibi Hillig. lib.* 6. *cap.* 13.
*lit. G. Gallian. in Auth. ex cauſa n.*9. *vol.*8. *repet. Aliter
Raph. Fulgoſius in d. Auth. nu.* 42. *Fachin. l.*4. *cap.* 14.
*Zoeſ. ad h.tit.n.*37. Quamvis autem communiter ſentiant, 3
quando filius a patre vel matre pro mortuo habitus, aut
poſthumus à teſtatore aut teſtatrice ignoratus fuit, quod
tunc legata non debeantur, argumento ducto donatione
inter vivos, *ex L. Si unquam* 8. *C. de Revoc. donat. Gail.
l.*2. *obſ.*113 *n.*2. Id tamen per hanc Legem videtur con-
fundi. Nam verbum *Adnotatum* non corrigentis, ſed 4
notantis vox eſt, ut *rectè Donell. l.* 6. *cap.* 13. Et ſanè ſi
ſciens pater præteriit filium vel poſthumum, & re &
conſilio voluit fraudare filium, & tamen Legata deben-
tur,cur non idem ſit in caſu ignorantiæ, non video. Hinc
cum offerretur menſe Majo Anni 1668. caſus, quo ma- 5
ritus uxorem & proximos hæredes inſtituiſſet, & uxori
prælegaſſet 2000. thal. & uxor tribus ſeptimanis poſt pe-
periſſet filiam, reſpondimus in Facultate, deberi præle-
gatum (1) quia præſumebatur ſcientia uteri. (2) re tan-
tum præterit pater poſthumum, non conſilio, per hanc
Legem. (3) Continebatur etiam in diſpoſitione clauſula
codicillaris, quæ in hoc caſu conſervat legata, licet poſt-
humus ignoranter præteritus. *Gail. l.*2. *obſ.* 114. *n.* 5. (4)
Maritus diu ſupervixerat, & duas filias ſuſceperat ex ea-
dem uxore, & non mutaverat teſtamentum, *arg. L. Tra-
ctabatur. ff de Teſt. mil. Gail. d. obſ.*114. *in fin. Mynſ. cap.*
5. *obſ.*64. (5) Uxor erat marito & liberis ut Mater per-
ſona conjunctiſſima. *Menoch. l.*2. *A. qu. caſu* 157. *Barry
de ſucc. l.*10. *tit.*10. *n.* 10. (6) videntur poſthumæ inſti-
tutæ, dum dictum nechſte Erben.

## ad L. Si ſuſpecta. 29.

### *SUMMARIA.*

*Hærede victa, an etiam legatariis præjudicetur? n.* 1.
*Quando hodie interveniant uxores contra mariti credi-
tores?* 2.
*An ſpurii habeant querelam?* 5.
*Tranſactio ſuper querela facta efficit, ut Teſtamentum
maneat firmum.* 6.
*An à fœmina adoptatus & præteritus habeat querelam?*
7.
*Quodnam in querela ſit forum competens?* 8.

HÆres in hac querela primus & principalis de- 1
fenſor eſt, quo victo etiam Legatariis ignoran-
tibus præjudicabatur, licet Legatarii litem motam
ignoraverint. *Covarr. quæſt.* 13. *num.* 3. *Carpzovius p.*
1. *Juriſpr. cap.* 26. *d.* 16. *num.* 3. Si tamen litem mo-
tam eſſe ſciant, poſſunt adſiſtere hæredi ſcripto, &
teſtamentum defendere, ſed tenentur litem in eo ſta-
tu aſſumere, in quo fuit tempore Interventionis. *Co-
varr. d. pr. quæſt.* 13. *n.* 3. de quo vid. *Proceſſ. meum
civ. c.* 13. *Et* Autor *ad Tit. de Liberali cauſa. n.* 7. *C.*
Et hoc jure frequentiſſimè hodie utuntur uxores con-
tra mariti creditores jure, ſi in hypothecam ſpecialem 2
petatur executio: non jure, ſi prohibere tentent deſ-
criptionem bonorum mariti. *Dn. Mevius p.* 4. *dec.*107.
Et ſic etiam, quando inter debitorem & creditorem
primum lis eſt, probabilis eſt metus colluſionis, & ſic
in omnibus articulis litis admittendus eſt tertius *Dn.
Mev. p.* 4. *dec.* 285. Sic etiam ſimultaneæ inveſtitus
poteſt intervenire ob intereſſe ſuum. *Dn. Mev. p.* 4.
*dec.* 404.

5 *In* §. 1. dicitur, quod etiam ſpurii habeant querelam
contra Teſtamentum matris, ſi in eo exhæredati vel
præteriti, Autor *ad L.27.n.2. & ſeqq. C.h.t. Et in* §.2. ſi
6 ſuper querela tranſigatur & nulla ſententia deſuper fera-
tur, manet Teſtamentum in ſua firmitate & valent liber-
tates & legata, quod jure novo etiam obtinet (ſcilicet
quod de Libertatibus & legatis dictum) everſo per que-
7 relam Teſtamento. *In* §.3. quæritur, an aliquis, à fœmi-
na ſine diſpenſatione Principis adoptatus & ab ea præ-
teritus, habeat querelam? quod negatur, quia non eſt
filius adoptivus.

8 *In* §. *ult.* dicitur de foro competente hujus judicii, quod eſt domicilium hæredis. Vid. *Zoeſ. ad h. t. n.34.*

## ad L. Adverſus. 30.

### *S U M M A R I U M.*

*Patri præterito contra teſtamentum filii avo in adoptionem dati & poſt ſui juris facti, querela datur?*

PAter naturalis dedit filium in adoptionem avo paterno vel materno, & ideo filius tranſiit in poteſtatem patris adoptivi, hic filius adoptivus, fortè quia pater adoptivus mortuus, fit ſui juris, & fecit Teſtamentum, in quo patrem naturalem præteriit, quæritur, an patri detur querela? Quod affirmatur, quia ab inteſtato ſuccedit &c. hodie id non habet dubium.

## ad L. Pen. *& ſeqq.*

### *S U M M A R I A.*

*In querela locum habet Edictum ſucceſſorium, n.1.*
*Quid interſit inter querelam liberorum & parentum? n.2.*
*An filius à Patre exhæredatus & ab extraneo inſtituto iterum hæres inſtitutus querelam movere poſſit? 3.*
*Ratio.* 4.
*Quomodo quis approbare dicatur teſtamentum, ut à querela excludatur? 5.*
*Quare patrocinio ſibi aliquis præjudicet, non verò, cum pupilli nomine agit? 6. 7.*
*Quid hodie circa acceptationem legati obtineat?* 8.
*Quid hodie circa materiam Querelæ uſitatum ſit?* 9.

1 IN querela ſucceſſorium Edictum habet locum, ut ſi unus nolit aut non poſſit querelam movere, ſequens admittatur. *Donell. lib.19 c.7. & ibi Hill. lit. B.* ſcil. uno ordine deficiente, ut ſupra explicatum. *Conf. Buſius ad l.6. §. fin.* Autor *ad L.34. n.2. & 3. C. h. t.*

2 *In* §. 1. dicitur, nihil intereſſe inter querelam liberorum & parentum, quis inſtitutus ſit, an aliquis ex liberis an extraneus, an municeps. Sed in effectu aliquid intereſt, nam ſi aliquis ex liberis inſtitutus, non irritum redditur totum teſtamentum, ſecus ſi extraneus.

3 *In* §. 2. Eſt mira deciſio v. gr. pater meus me ex-
hæredavit, inſtituto extraneo, hic poſtea me hæredem
inſtituit, an poſſum querelam movere? Quod affirma-
tur; ſed ſi rem mihi legaverit extraneus, quam ex patris
bonis habet, & ego ſciens acceptavero, non poſſum que-
4 relam movere. Cur ſic, quia Hæreditas eſt quid univer-
ſale, & ſic non poſſum ſeparare hæreditatem extranei &
patris mei. Sed cauſa Legati eſt ſeparabilis. Sed contra
quem inſtituetur querela? Reſp. *Bart.* contra Legatarios.
Sed cum hodie Legata maneant, parum utilis eſt §.2. & 3.

*Ad* §. 3. *& 4. l. fin.* Agitur hic de Approbatione Te-
5 ſtamenti, quæ excludit à querela, quæ fit vel acceptan-
do Legatum ab eo, cui idem Legatum; vel Teſtamento,
ſi adſcripſerim, vel hæredi patrocinatus ſim. *per l. fin. pr.*
6 *h. t.* item ſi ab hærede quid emerim. *l. 23. §.1.* Sed cur
patrocinio ſibi præjudicat, & tamen non, quando ut Tu-
tor ex Teſtamento inofficioſo nomine pupilli Legatum
petit. *L. cum quadam. C. de Adm. Tut. ubique* Autor *n.5.*
Videtur hæc eſſe ratio, quod Tutor neceſſitate officii
teneatur agnoſcere Legatum pupillo ſuo relictum; ne
conveniatur actione tutelæ; ſed patrocinium præbere
eſt actus voluntarius, non neceſſarius. Unde conclu- 7
dunt, actum voluntarium nocere, non neceſſarium. *Hic
& L.26. §.1. de pign. Menoch. conſ.58. n.61. & ſeq. Don.
lib.19. cap. 6.* quod de acceptatione Legati *in his texti-* 8
*bus* dicitur, hodie non obtinet, nam cum everſo per
querelam Teſtamento legata conſerventur, filius accep-
tando legatum non amittit querelam. *Donell. l.19. cap.6.
lit. D.* Multo magis ſine periculo Legatario patris ut
hæres ſuccedet. Materia hujus judicii non eſt adeo fre-
quens moribus noſtris, quia ex communi & recepta ſen- 9
tentia datur uno tantum caſu, quando Exhæredatio facta
ex cauſa in Legibus probata, & in Teſtamento expreſ-
ſa, ſed quæ in hypotheſi & facto non poſſit probari.

---

# T I T U L U S III.

## *De Hæreditatis petitione.*

## Ad L. Hæreditas 1. *& duas ſeq. LL.*

### *S U M M A R I A.*

*Quotuplici jure hæreditas deferatur? n. 1.*
*Alia diviſio. 2.*
*Quis jure novo fiat hæres? 3.*
*Quibus caſibus hæres hæredis ſit etiam defuncti hæres? 4.*
*Pœna primo hæredi comminata ad hæredis hæredem non extenditur. 5.*

HÆreditas defertur vel jure vetere vel novo. Illo 1
quando ſucceditur vel *ex Lege 12. tabb.* qua Lege
defertur ſuis liberis, Agnatis, patronis, vel ex Teſtamen-
to. Nam Teſtamentaria ſucceſſio etiam apud veteres in
Comitiis fiebat. Deinde *in l.2.* alia diviſio proponitur, 2
quod hæreditas mihi deferatur vel meo jure vel per
alios ſcilic. filios, ſervos &c. nam ſi juſſerim perſonam,
quæ in mea poteſtate eſt, adire hæreditatem, per eam ad-
quiro hæreditatem. Sic ſi hæres ſim Titii, & hic ſit hæres
Seii, ſum etiam hæres Seii per Titium. Jure novo fit 3
hæres, qui ex SCtis aut novis conſtitutionibus ſuccedit,
ut emancipati, Mater, cognati & ſimiles.

*Ex hac Lege* id tantum colligimus ex *verſ. ſed & ſi.* 4
Hæres hæredis eſt etiam primi defuncti hæres, per *L.
hæredis appellatione. de V.S. Donell. & ibi Hilliger. lib.
19. cap.12. lit. E. Barboſ. libr.8. cap.5. axiom.5. Buſius hic*
& quidem propriè. *Menoch. rem.4. adipiſc. poſſ. n. 237.*
Sic hæres hæredis præſtare ea debet, quæ immediatus
præſtare debuit. *Menoch. conſ.89. n.127.* Et juſſus dare
hæredi, poteſt dare hæredis hæredi. *Menoch. d. l. n.131.*
Et hæres hæredis habet beneficium Legis ult. *C. de E-
dicto D. Adriani tollendo. Menoch. dec. conſ. n.132. & de
remed.4. qu.3. n.336.* Et ſic hæres hæredis etiam perſo-
nam defuncti repræſentat. *Menoch. d. conſ. n.133.* Autor
*ad L.14. nu 4. C. Ad L. Falcid.* Pœnam tamen hæredi 5
comminatam à Teſtatore non pertinere ad hæredis hæ-
redem, diſputat *Riminaldus vol.1. conſ.23. n.259.*

## ad L. Si hæreditatem. 4.

### *S U M M A R I A.*

*An actore unam rem petente, reus tamen de cæteris condemnari debeat? n. 1.*
*An ſi is, à quo hæreditas petitur, poſt litem conteſtatam alias res hæreditarias poſſidere cœperit, de illis teneatur? 2. ſeqq.*
*Utile eſt, res hæreditarias ſpecifice exprimere. 9.*

IN *hac L. 4.* Actor hæreditatem petierat, & unam 1
tantum rem petierat, quæritur, an reus de rebus
etiam

etiam poſtea apprehenſis condemnari debeat? Vid.
quod non, quia dum res certæ in judicium deductæ,
aliæ in judicium non videntur deductæ, quia videotur
coanguſtaſſe univerſalem petitionem, atque feciſſe ſin-
gulare judicium. *Achilles Perſon.de pet. hær. n.*557. *Me-
noch.l.2. A. quæſt. caſu* 176. Sed affirm. quæſtio, quia,
licet certa res expreſſa, petitio tamen, ſe hæredem decla-
rari, præceſſit. *Covarr.pr.qu.c.*12.*n.*6. *Gomez. in l. Tau-*
2 *ri.*45.*n.*166. *Hill. hos referens l.*19.*c.*14.*lit.D.* Et ſic is,
à quo petitur hæreditas, vel una pars hæreditatis, ſi poſt
litem conteſtatam etiam alias res hæreditarias poſſidere
3 cœperit, de illis etiam tenetur. Nec obſtat *L.*23. *ff. de
Jud.* quæ de ſpeciali actione loquitur. *Don.lib.*19.*c.*14.
& ibi formatur actio ex jure rei; hic ex jure actoris. *Cu-
jac. hic.* & alia ratio actionis de pluvia arcenda. Aliter
4 *Barboſa in d. l.*23. *nu.*24. Colliga, in hac actione non
opus eſſe, ut ras exprimantur in ſpecie, *Hillig. lib.* 19.
*cap.*14. *lit. D. P. Barboſ ad tit.ſol. matr.p* 3. *Rubr. n.*44.
5 *Achil. Perſonalis de pet. hær. nu.* 555. Quamvis autem
*Achil. Perſonalis numer.*556. tradat, quando res par-
ticulariter & expreſſe ſint ſpecificatæ in libello, tunc
res poſt litem conteſtatam reo ſupervenientes eodem
judicio peti non poſſe. Sententia tamen ea conſuta-
6 tur *per hanc L. & l.*18. §. 1. *l.*41. *pr. h. t.* Et quia
Actor petit, ſe hæredem declarari, & ſibi hæreditatem
reſtitui, ideoque virtualiter eæ ipſæ res petitæ videntur.
7 Et generalis petitio alias ex proſecutis in proceſſu decla-
ratur, cum magis proſecutio, quam petitio attendi de-
beat. *Roland. à Valle conſ.*79.*n.*37.*lib.*1. *Menoch. reme-*
8 *dio recup. paſſ.*1.*n.*77.*& conſ.*521.*n.*7. Et ab hac ſenten-
tia, quia juri & æquitati conformis, judici in judicando
non eſt recedendum, quicquid in contrarium dicat
*Achil. Perſon. d. l. n.*557.*verſ. Sed his non obſtantibus.* Uti-
9 le tamen illud eſſe putatur, ut res hæreditariæ cognitæ
ſpecifice in libello, quantum fieri poteſt, exprimantur,
ne poſt rem judicatam novo judicio opus ſit. *Gail.lib.*1.
*obſerv.*68. *Rauchbar.p.*1.*qu.*29.*n.*3. *Hillig. d.lit.D. Klo-
ck.vol.*2.*conſ.*47.*n* 22. *Achil. Perſ. h.l. n.*555. quamvis in
foro petitio Inventarii vel juratæ deſignationis cum hac
actione cumulari frequentiſſime ſoleat, & jure poſſit, per
tradita *Chriſtinæi volum.*2. *dec.*173.*n.*4. ubi reſpondet ad
*l. defenſionis* 7.*C. de Jure fiſci*, ubi res ſtatim occupanda
erat.

## ad L. Divus Pius. 5.

*S U M M A R I A.*

*Poſſeſſori mota controverſia petitionis hæreditatis nil di-
ſtrahere de hæreditate licet. n.* 1.
*Niſi cautione præſtita.* 2.
*Excipiuntur quidam caſus.* 3.
*Poſſidens hæreditatem proferentem teſtamentum, excep-
tione falſi repellere poteſt.* 4.
*In præjudicium hæreditatis nihil fieri debet.* 5.

1 HIc quæritur, an mota controverſia petitionis hæ-
reditatis poſſeſſor poſſit aliquid diſtrahere vel di-
minuere de hæreditate, & quidem quando controver-
ſia eſt, licet nondum ſit lis, id eſt judicialiter nondum
2 pendeat lis? Et reſpondetur, quod non, niſi præſtiterit
ſatisdationem de judicato ſolvendo, vel alia ſolita cau-
tio, ſcilicet de rebus hæreditariis conſervandis & non
3 diminuendis. Interdum ſine cautione admittitur diſtra-
ctio ob cauſam neceſſariam, v. gr. ob funerandum de-
functum, vel ut familiæ alimenta præſtentur, item ne
pignora pretioſa vendantur à creditore, vel ut ſolvatur
æs alienum hæreditarium, vel ſi res ſint tempore peri-
turæ. Autor *ad L.*1.*n.*11. *C. Commun. utr. Jud.* §.1. hæc
4 eſt ſpecies: tu poſſides hæreditatem Mevii, ego peto
hæreditatem & profero Teſtamentum, in quos hæres
inſtitutus ſum. Tu dicis, Teſtamentum eſſe falſum &
proponis accuſationem falſi, differenda eſt petitio hære-
ditatis, donec quæſtio de falſo decidatur; & iterum of-
ferenda eſt cautio de non diminuenda hæreditate: *In*
§. *fin.* dicitur, petitionis hæreditatis eam autoritatem 5
eſſe, ut nihil in præjudicium ejus fiat. Hic non poteſt de
familia herciſcunda agi, ne præjudicetur petitioni hæ-
reditatis *l.*3.*ff.fam.herc.* nec de tabulis exhibendis *l. ult.
ff.de Tabb.exhib.* Hæc & alia judicia differuntur, donec
actum de petitione hæreditatis.

## ad L. Si Teſtamentum. 6.

*S U M M A R I A.*

*An legitimus hæres Teſtamentum falſi accuſans legatum
petenti præſtare debeat? n.* 1.
*Quid ſi Legatarius ipſe de falſo accuſaverit?* 2.

IN Teſtamento es hæres inſtitutus, ego ut legitimus 1
hæres Teſtamentum falſi accuſo, venit Titius &
petit Legatum; quæritur, àn hoc legatum præſtandum?
Reſp. alterutrum eſſe faciendum, aut præſtandum eſt
Legatum, ſi Titius cautionem præſtet de Legato reſti-
tuendo, ſi Teſtamentum falſi convincatur, aut diffe-
renda eſt petitio legati, donec de falſo peractum. Si 2
autem Legatarius ipſe de falſo accuſaverit & ſuccubue-
rit, Legatum petere non poteſt.

## ad L. Si quis libertatem. 7.

*S U M M A R I A.*

*Caſus legis refertur. n.* 1.
*An pendente judicio petitionis hæreditatis, Creditor par-
ticulari judicio rem petere debeat? n.* 2.

SPecies facti eſt: Quidam ſervum hæredem ſcribit, 1
& filium exhæredat; filius nondum agit, ſed ſervo,
qui ſe jam pro libero agit, movet quæſtionem ſtatus;
Servus detrectat judicium liberale, & prius agendum
eſſe dicit de inofficioſo. Diſt. autem, utrum ſervus poſ-
ſideat hæreditatem, an filius; Si ſervus poſſidet, diffe-
randum liberale judicium; *in princ. hujus legis.* ſed ſi fi-
lius poſſideat, & tunc ſervus debet petere hæreditatem,
& filius excipiet de inofficioſo. *Vid. Cujac. ad hanc L.
tom.*2. *p.*379. Collige, quod, ſi Legatarius vel Credi- 2
tor, pendente judicio petitionis hæreditatis, contra Poſ-
ſeſſorem agat particulari judicio, differri hæc actio
propter petitionem hæreditatis non debeat. *L. fin. C. h. t.*
ſecus ſi ipſe Conlitigator petat aliquid titulo particulari,
quo caſu univerſali actioni non debet præjudicari. *h. l.
Valaſc.lib.*1. *Conſult.*90. *n.* 3. Aut. *ad L.ult. n.*4. *C.h.tit.*
Lex eſt obſcurior & prolixior quam utilior.

## ad L. Legitimam. 8.

*S U M M A R I A.*

*An, qui in facto errans accipit legatum, poſſit legitimam
ab inteſtato hæreditatem petere? n.* 1.
*Qui ignorans falſitatem teſtamenti, agnoſcit legatum, po-
ſtea de falſo agere poteſt.* 2.

SI quis in facto errans & vires Teſtamenti ignorans, 1
Legatum acceperit, propterea non videtur appro-
bare Teſtamentum, ſed poteſt legitimam hæreditatem
petere ab inteſtato, cum nemo ea, quæ ſibi competere
neſcit, remittere præſumatur *L.*35.*ff. de Pact* & error
non inducit repudiationem *l. mater.* 19. *tit. prac. Zoeſ.
ad h. tit. n.*14. *Donell. libr.*19. *cap.*12.*& Hilliger. lit.C.
Buſius ad h. l.* Autor *ad L.*22.*n.*3.6. *C. Famil. erciſc.* &
qui ignorat, falſum eſſe Teſtamentum, & acceptavit 2
legatum, non prohibetur poſtea de falſo agere. *l.* 3. *C.
ad L. Cornel. de falſis. Menoch. conſ.* 162. *nu.*18. *Barry
de Succeſſ. l.*10.*tit.*9.*n.*4. Autor *ad L* 3. *n.* 4. *&* 5. *C. ad
L. Cornel. de Falſ.*

## ad L. Regulariter. 9.

*S U M M A R I A.*

*Contra quemnam detur hac actio, & quid ſit pra hærede, pra paſſeſſare poſſidere? n.* 1.
*Titulus emptæ hæreditatis quiſnam?* 2.
*Au eantra emptorem hæredıtatis hac actio, an vera rei vindicatia detur?* 3.

1 PEtitio hæreditatis datur contra eum, qui titulo pro
hærede poſſidet, Autor *ad L. 1. nu.2. C. de inoffic.*
*teſtam.* aut pro poſſeſſore. Autor *ad L.8. n.2.C. de Jure*
*delib.* Pro hærede poſſidet, qui putat aut perhibet ſe
hæredem eſſe. *L. 11. h. t.* Pro poſſeſſore verò poſſidet
Prædo. *L. 11. in fin.* qui interrogatus, cur poſſideat, re-
2 pondet, quia poſſideo. *L.12.h.t.* Titulo vero pro hærede
adhæret titulus emptæ hæreditatis, ſi venditor non ex-
tet, aut modico vendiderit, vel contra venditorem age-
re non expediat. *Vid. Weſenb. in v. h.t.n.10. Don. l.13.c.*
*12. Treutl. & Bachov. vol.1.diſp.14.th.4.& 12. Franzk.*
*ad h.tit. n.15. Buſius hic.* Sed opponitur *L.2. C.h.t.* ubi
dicitur, emptorem rerum hæreditatis, ſingularum re-
rum jure conveniri, i. e. ſpeciali in rem actione. Reſ-
3 pondent DD. non dari petitionem hæreditatis contra
emptorem. *d. L.2.* niſi in caſibus exceptis, ut ſi res peti-
tori ſalva alias eſſe non poſſit, per *L.13.§.4.h tit. Donell.*
*l.19.c.12. Broncborſt.c.1.n.37.* Sed ab hac diſcedit *Wiſ-*
*ſenb. dip.17. th. 17.* & ſubdubitat *Hill. d.c.12. lit. Aa.*
Autor *ad L.2. n.3. C. h.tit.* Sed meliorem non adferunt.
Ex *hac L.* probatur titulum hæredis ex teſtamento, nul-
lo modo excludere actorem à petitione hæreditatis.

## ad L. Licet. 10.

*S U M M A R I A.*

*Petens hæreditatem petit ſe hæredem declarari. n.* 1.
*Quid verò Reo faciendum?* 2.
*Ratio.* 3.

1 QUi petit hæreditatem ſive ex aſſe ſive partem quo-
titativam, ille petit ſe declarari hæredem. Autor
2 *ad L.1.n.1.C.Fam.erciſc.* Sed reus non tenetur plus præ-
ſtara, quam quod poſſidet aut doloſe deſiit poſſidere.
3 Nam actor metitur intentionem ſuam ex ſuo jure, quod
eſt universale, ſed condemnatio eſt particulasis, in quan-
tum poſſidet reus.

## ad L. Pro hærede. 11. & L. Qui interrogatus. 12.

*S U M M A R I U M.*

*Quid ſit pro hærede, & quid pro poſſeſſore poſſidere?*

EXplicatur tantum, quid ſit pro hærede, quid ſit pro poſſeſſore poſſidere. Et quæritur hic, an ſiquis dicat ſe hæredem, ſed ſciens hoc falſum eſſe, habendus eſt, ac ſi pro hærede poſſideat. Et qui ut bonorum poſſeſſor poſſidet, pro hærede poſſidet, quia eſt hæres prætorius, qui bonorum poſſeſſionem agnovit, qui nec per mendacium contendit ſe hæredem eſſe, pro poſſeſſore poſſidet *l.2.h.t.*

## ad L. Nec ullam. 13.

*S U M M A R I A.*

*An fur pro poſſeſſore poſſideat? n.* 1.
*Quis parro pra hærede poſſidet?* 2.
*An & quomodo conveniendus ſit petitione hæreditatis, qui rem ſpeciali titulo poſſidet?* 3.
*Quando hac actio utilis detur contra emptorem hæreditatis?* 4.
*Juſſus hæres exiguo pretio alteri hæreditatem vendere, à petituro hæreditatem conveniri nequit.* 5.
*Secus ſi ipſa certa ſumma numerata fuerit.* 6.
*Au ſcienter alienam hæreditatem emens poſſideat pro poſſeſſore?* 7.
*Emens à fiſco hæreditatem vacantem conveniri poteſt. n.* 8.
*An paragraphus mutatus ſit?* 9.
*Cum uxor alienam hæreditatem in dotem dedit, tenetur maritus pet. hæred. utili.* 10. & 11.
*Si defunctus res alienas titulo emptionis poſſedit, quomodo hæres conveniri poſſit?* 12.
*An is, qui aliena namine poſſidet hæreditatem, teneatur hac actione?* 13.
*Qui dola deſiit paſſidere, quomodo liberari ab hoc judicio poſſidet?* 14. & 15.
*Quando hoc judicium contra eum detur, qui liti ſe abtulit?* 16.
*Au debitor hæreditatis hac fictione teneatur?* 17.
*An interdictum Quorum bonorum contra debitorem hæreditarium detur?* 18.

IN *principio* dicitur, furem & prædonem pro poſſeſ- 1
ſore poſſidere, quod per ſe planum. *Paragraphi* 1.
ſententia pariter clara eſt. Qui autem bona fide reſti-
tuit hæreditatem, non tenetur actione hac, niſi doloſè
poſſidere cœperit, *in* §. 2. quod in judiciis realibus eſt
uſitatum. Et ille pro hærede poſſidere dicitur §. 3. qui 2
non ita poſſidet, ſed ab alio hæreditario titulo accepit
rem, qui poſſedit pro hærede, licet modernus poſſeſſor
ignoret, defunctum poſſediſſe pro hærede. Qui ſpeciali 3
titulo rem poſſidet, non convenitur petitione hæredita-
tis, §.1. *h. l.* cujus rei rationes varias reddunt *ad h. tit.*
*Dd. & præſertim Buſius ad h.L.* Sed excipitur, niſi titu-
lus ille Jure Civ. notoriè ſit invalidus, v. gr. ſi emit à
populo, ſi uxor donatum accepit à marito &c. Nam hi
tituli ſunt vitioſi, & ſic pro poſſeſſore poſſident. *Weſemb.*
*ad h.tit.n.10. Dn. Struv.th.47.* Sed obſtat, quod prædo
non ſit, qui pretium numeravit, per §.8. *hujus legis.* Sed
reſp. prædonem eſſe, qui titulo invalido emit; non eſſe
prædonem, qui à non Domino titulo alias valido emit.
*Struv. ad h.tit.47. Franzk. h. t. n. 11.*

*In* §. 4. habetur illa materia, quam habui in *L. 9.* 4
ſcilicet quod contra emptorem hæreditatis etiam detur
petitio hæreditatis ſc. utilis, quando venditor ob abſen-
tiam vel paupertatem conveniri nequit. *Conſ. Alex. l. 5.*
*conſ.184. Covarr.pr.qu.1.cap.2.* In venditione rei parti-
cularis hæreditariæ communiter diſtinguunt, ut ſi titulus
ſit validus & quæſitus, ante mortem defuncti, non detur
petitio hæreditatis; ſi invalidus, vel validus quidem, ſed
quæſitus poſt mortem, detur hæc actio. *Afflictus dec.228.*
qua de re prolixe agit *Barry de Succeſſ. lib.11. tit.14. n.*
*2. & 3.*

*In* §. 5. quæritur, ſi inſtitutus ſim hæres cum hoc 5
tamen onere, ut hæreditatem tibi vendam certo, ſed
parvo pretio, an is, qui vult petere hæreditatem, te
convenire debeat, an me? Si juſto pretio vendidiſſem,
ego conveniri deberem, ſed quia exiguo pretio ven-
dere debui, tu tanquam fideicommiſſarius convenien-
dus es. Idem eſt, ſi à Teſtatore juſſus fuerim retenta
aliqua certa quantitate hæreditatem reſtituere tibi §. 6.
Sed quid ſi ſtatu libero hæreditatem reſtituere juſſus
ſim? Si ille certam quantitatem mihi numeret, hic ego 6
conveniri poſſum, quia videor pretium accepiſſe &
pecunia illa eſt hæreditaria & imputatur in falcidiam
*l.41. ff. de Donat. mortis cauſa.* hic & is, qui ſolos fru-
ctus ex hæreditate retinet, tenetur *paragraph. 7. h. l.*
*In paragraph.* 8. iſta ſaltem quæſtio, an qui ſciens alie- 7
nam hæreditatem emit, pro poſſeſſore poſſideat? quod
negatur *in paragraph* 8. quia nemo prædo eſt, qui pre-
tium numeravit, quæ regula ex *hoc* §.8. ſæpe allegari
ſolet. *In* §. 9. quæritur, an ſi emerim à fiſco hæredita- 8
tem vacantem, poſſim conveniri? Videtur quod non,
ſed quod fiſcus poſſit conveniri, quia pretium accepit;

Sed

Sed affirm. quod ego poſſim conveniri ob privilegium fiſci. Hic §.9. eſt mutatus per *l.2.C.de Quadrienn.Præſc. ibique* Autor *n.4.& 5. Et ad L.1.num.3. C.de Hæred. vel*
9 *act. vend. Gothofr. hic & Grœnvvegen. Coll. Arg. h. tit.* §.28. Sed *Zæſ. hunc* §. intelligit de eo caſu, ubi actio contra Fiſcum non datur, v. gr. ſi Fiſcus ea conditione vendidit, ne teneretur. *Zæſ. numer.12. ſecutus Donellum lib. 19. c. 12. circa finem.* Sed rectè ibidem dicit *Hillig. lit. BB.* ſe non videre, quomodo per pactum fiſci cum emtore poſſit veri hæredis jus minui. Ideoque puto, *illum* §. 9. eſſe mutatum. Nam emtor hæreditatis, qui à fiſco emit, ſtatim eſt ſecurus. Et ſic etiam ſentit *Petr. de Greve Exerc. 8. th. 2.* licet alii *hunc textum* de univerſitatis venditione intelligant, *illam* vero *legem ſecundam* de rei ſingularis venditione, ſed non apparet ratio differentiæ.

10 *Ad* §. 10. Habemus hic aliud exemplum utilis petitionis hæreditatis, ſi mulier hæreditatem alienam in dotem dedit. Nam directa petitio hæreditatis, datur contra uxorem, ſoluto matrimonio & dote reſtituta: ſed contra maritum datur utilis, & ſic probatur *ex hoc* §. quando dos ſoluto matrimonio ad uxorem redit, non id fieri prævio novo titulo. P.*Barb.ad l.ſi alienam.*
11 *12. num. 2. ff. ſol. matr.* Undè porro infertur, licet maritus in bona fide ſit, dum rem dotalem alienam poſſidet, hanc tamen bonam fidem mariti non prodeſſe uxori in mala fide conſtitutæ; nam quando res redit ad uxorem, non id fit per novum titulum, ſed redit res ad antiquum titulum; licet in contrarium inclinet *Barb. d. l. numer. 3.* præſertim id jure novo verum erit, per *Auth. mala fidei. C. de præſc. longi temp. ibique* Aut.
12 *numer.* 3. Quæritur, ſi res alienas defunctus poſſedit & quidem titulo emtionis, an ego etiam ut hæres petitione hæreditatis conveniri poſſim? Affirmatur de utili; quando vero defunctus abſque titulo poſſedit, ego hæres directa actione poſſum conveniri.

13 *Ad* §. 12. Quia alieno nomine poſſidet hæreditatem vel hæreditarias res, non poteſt conveniri petitione hæreditatis, quia hæc non datur, niſi poſſideat ſuo nomine, ut hæres, vel pro poſſeſſore: poteſt tamen condemnari ad edendum inventarium, quod is fecit ad præparandam actionem contra eum, cujus nomine poſſidetur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 293.*

14 *Ad* §. 13. *&* 14. Poſſeſſor hæreditatis tenetur hac actione, per *L. 9 h. t.* ſed interdum etiam, qui non poſſidet, ſi ſe liti obtulit, vel dolo poſſidere deſiit. Autor *ad L. 2. C. Ubi in rem actio. Hic & L. 45. h. tit. Donell. cap. 12. poſt lit. G.* Quia tamen dolo deſiit poſſidere, poteſt liberari hac actione, ſi novus poſſeſſor paratus ſit judicium pati, modo petentis non interſit, per §. 14. *hujus leg.* Cæterum ſi novus poſſeſſor rem aut æſtimationem præſtiterit, liberatur is, qui dolo deſiit poſſidere. *L. 95. §. 9. ff. de ſolut.* Sed ſi actor convenerit
15 prius eum, qui dolo deſiit poſſidere, & is æſtimationem præſtiterit, (nam rem præſtare nequit) non id prodeſt poſſeſſori novo, ſed hic ad rem tenebitur præſtandam, per §. 14. *& d. §. 9. legis 95. ff. de Solut. Struv. ad h. tit.*
16 *th.* 48. Quod ad eum attinet, qui ſe liti obtulit, non dabitur actio, ſi actor ſcivit ante litem conteſtatam, nihilominus peragitur judicium, & condemnatur, quanti interfuit non decipi. *L. 45. ff. h. t. Zæſ. h. t. nu. 30.*

17 *Ad* §. *fin.* Debitor hæreditatis tenetur hac actione, quia eſt poſſeſſor juris non tantum, ſi dicat ſe hæredem eſſe. *Achil. Perſ. h. t. num.* 634. ſed etiam ſi ideo non præſtet, quia non vult. *Donell. l. 19. c. 13. lit. E.* ſed ſi dubitet, an Actor ſit hæres, non datur actio. *L. 42. h. t. Zæſ. h. t. num.* 26. Et ideo omnes actiones hæreditariæ, ſcil. particulares, veniunt in hanc actionem, *L. 20. §. 4. h. tit.* Sed interdictum quorum bonorum non datur contra debitorem hæreditarium. *l. 2. ff. quor. bonor.* & ideo inter duas actiones hanc differentiam allegatur. *Maranta p. 4. diſt. 7. num. 8.* quod limitat *Achil. Perſonalis d. tit. de petit. hær. numer.* 481. niſi debitor in re & perſona obligatus ſit.

## ad L. Sed utrum. 14. & L. Vel aliquam. 15.

### *SUMMARIUM.*

*Quæſtiones quædam de debitoribus hæreditariis.*

IN his ambabus legibus declaratur ulterius, & quæritur, an etiam is ſit debitor hæreditarius, & ita petitione hæreditatis conveniri poſſit, qui ex delicto quid debeat hæreditati? quod affirmatur. Sed an is qui cum ſervo hæreditario vacante hæreditario contraxit & ſe obligavit? quod etiam affirmatur. Sed quid ſi jacenti hæreditati quis damnum dederit, & ita ad hoc reſarciendum ſit obligatus? quod itidem affirmatur. Sed quid ſi aliquis rem hæreditariam ſurripuit? itidem hoc liquido affirmatur. *l. 15.*

## ad L. Quod ſi. 16.

### *SUMMARIA.*

*An petitio hæreditatis detur contra debitorem in diem? nu. 1. & 2. 3.*

*An hoc caſu agatur ſine actione?* 4.

*Cum agitur ad cavendum, qualis cautio neceſſaria?* 5.

*Quis hæreditatem petere poſſit?* 6.

*An qui poſt mortem defuncti, hæreditatis debitor factus conveniri poſſit?* 7.

*Contra quos porro detur hæreditatis petitio? numer.* 8. 9. *&* 10.

*An venditor hæreditatis pretio nondum accepto conveniri poſſit?* 11.

*An accipiens rem à Liberto in fraudem Patroni alienatam conveniri poſſit?* 12.

*Quis porro hæreditatis petitione conveniri poſſit?* 13.

1 DIctum in *L. 13. §. fin.* petitionem hæreditatis dari etiam contra debitorem hæreditarium: hic quær. de debitore, qui in diem vel ſub conditione debet? Reſp. *in pr.* rei judicatæ tempore videndum, an dies venerit, an conditio extiterit; ſi autem non venerit, cavere debet de reſtituendo debito, cum dies venerit,
2 aut conditio extiterit. Nec obſt. *l. 35. ff. de judic.* quia hic non agitur cum eo ut debitore, quia debitor non eſt, qui ſub conditione debet, ſed ut cum poſſeſſore juris hæreditarii. *Don. l. 19. cap. 13. lit. H. & ibi Hillig.* Ex eo
3 vacillat explicatio *Cagnoli in l. Lecta. 40. numer.* 180 *ff. ſi certum pet.* qui hanc legem intelligit de conditione adjecta executioni, non debito. Sic fruſtra mirantur
4 Dd. quod hic ſine actione actor agat *Cag. d. l. num.* 165. Nam hic omnino actio, ſed petitio hæreditatis non ad ſolvendum, ſed ad cavendum. Hinc etiam omnia jura limitationem recipiunt, ſi credimus *Affl. Ilo. deciſ.* 279. *circa finem,* quæ ante diem non permittunt agere, ſcil.
5 ad ſolvendum. Qualis cautio hic requiritur? R. *Cagn. num.* 164. nudam promiſſionem, per *l. ſancimus 3. C. de V. & R. Signif. ibique* Autor *num. 1. ſeq.* niſi ſupervenerit nova cauſa ſuſpicionis. *L. in omnibus. 41. ff. de jud.* peti etiam poteſt hæreditas ab eo, qui ex debitore hæreditario quid exigit. §. 1.

6 Item qui pretium rerum hæreditariarum accepit, & qui, cum petiiſſet hæreditatem & fortè negligentia poſſeſſoris victricem ſententiam obtinuit, æſtimatio-
7 nem hæreditatis conſecutus eſt per §. 2. *h. l.* Supra dictum, debitorem hæreditarium convenire poſſe, ſed quæritur, an is, qui factus eſt hæreditatis debitor poſt mortem defuncti, teneatur hac actione? Quod affirm.
8 *Paragraph. tertii.* Et ab eo poteſt hæreditas peti, qui negotium hæreditatis geſſit, non ſi hæredis negotium geſſit, quia hic non eſt debitor hæreditatis; ſed hæredis *d.* § 3.

9 *In* §. 4. quæritur, an poſſeſſor hæreditatis, ſi ab alio vi dejectus ſit, poſſit conveniri Petitione hæreditatis?

Videtur,

Digitized by Google

10 Videtur, quod non, quia verè non poſſidet, nec dolo deſiit poſſidere. Sed affirm. quia eſt juris poſſeſſor, & habet interdictum unde vi, quod victua, ſi cedat, liberat ſe. Sed quid dicendum de violento poſſeſſure qui alium dejecit? Reſp. quia ille pro poſſeſſore & ut prædo poſſidet, ideò etiam poteſt conveniri. §. 4. & ſic petiturus hæreditatem habet electionem.

11 *In* §. 5. quæritur, quia venditor hæreditatis vel rerum hæreditariarum poteſt conveniri, ideò quæritur, ſi pretium nondum acceperit, an & tunc poſſit conveniri? Quod affirmatur, ſed ita ut cedendo actionem liberetur, unde regula ſumitur, quoties quis ideò tenetur, quod actionem habeat, cedendo eam liberatur. *hic & l. 51. ff. de peculio.*

12 *In* §. 6. agitur de patrono, in cujus fraudem libertus aliquid alienavit ſine titulo oneroſo conditionis, ubi fraus probanda, ſive titulo lucrativo donationis, ſive inter vivos, ſive mortis cauſa, ubi fraus præſumitur, an qui rem à liberto accepit, poſſit hac actione conveniri? quod negatur, 1. quia Calviſiana actione tenetur patrono, quæ ratio tamen vix concludit, cum hæc actio cum aliis concurrere poſſit. 2. Quia is, qui per fraudem aliquid à fraudulento liberto accipit, fraudis particeps eſt debitor non hæreditarius, ſed patroni.

13 *In* §. *ult.* hæc facti ſpecies: Inſtitutus ſum in Teſtamento invalido hæres, ita tamen ut hæreditatem tibi reſtituam, ego bona fide Teſtamentum pro valido habens reſtitui hæreditatem tibi, vel pretia rerum à me diſtractarum reſtituo, poſſum ne conveniri petitione hæreditatis? Quod affirmatur, quia ſum poſſeſſor juris & habeo condictionem indebiti contra te, quam ſi offero, libero me à petitione hæreditatis, quia etiam res hæreditariæ vindicari poſſunt, hic & *l. 2. C. Eodem.*

## ad L. Quod ſi. 17.

### SUMMARIA.

*Heres putativus bona fide legata de ſuo ſoluta repetit evicta hæreditate. n. 1.*

*Et ſi ſoluta recuperare nequit, ſibi ſatisfacit, retentione rerum hæreditariarum. 2.*

1 HÆres putativus bona fide legata à ſe relicta ſolvit de ſuo, hic convenitur petitione hæreditatis, & ſuperatur, quæritur, an poſſit repetere pecuniam Legatariis ſolutam? Videtur quod non, quia ſibi proſpicere debuiſſet ſtipulatione; Evicta hæreditate legata reddi: Sed reſpondetur, potuiſſe ſolutionem fieri nulla adhuc mota de hæreditate controverſia. Ideòque habet repetitionem.

2 Sed quæritur 2. quia fieri poteſt, ut à Legatario putativo ob paupertatem non poſſit ſolutum Legatum recuperare, an hoc caſu poſſit ſibi ſatisfacere retentione rerum hæreditariarum? Quod affirmatur, ſi actionem ſuam, quam habet contra Legatarium, ſcilicet condictionem indebiti, actori cedat.

## ad L. Idem videndum. 18.

### SUMMARIA.

*An contra hæredem ex invalido teſtamento, ob alienatas nonnullas res, detur petitio hæreditatis? n. 1.*

*An petitio hæreditatis contra eum detur, qui negat ſe poſſidere? 2.*

*Quid ſi inter moras judicii poſſidere incipiat? 3.*

*Quid de juribus hæreditariis? 4.*

1 IN *principio* hæc facti ſpecies. Inſtitutus ſum in Teſtamento invalido vel ab eo, qui non habuit facultatem teſtandi, hæres ego res hæreditarias nonnullas trado Argentario vendendas. Argentarius amittit illas caſu fortuito vel per culpam quidem à quo tamen pretium recuperare ob paupertatem non poſſum. Quæritur, an teneat petitione hæreditatis? Reſpondetur per diſtinctionem aut bona fide poſſedi, aut mala fide? ſi hoc, utique teneor ad æſtimationem rerum hæreditariarum; ſi bona fide poſſedi, teneor quidem, ſed poſſum me liberare cedendo actiones
2 contra Argentarium. Quær. ſi conveniam petitione hæreditatis eum, qui tamen negat, ſe aliquid poſſidere, an detur actio? Quod neg. & ideò merito rejicitur opinio *Gomez. in l. Tauri. 45. num. 166. ab Hilli-*
3 *ger. l. 19. c. 12. lit. N.* Sed quid ſi inter moras judicii res quaſdam hæreditarias poſſidere incipiat? R. tunc teneri, *per hunc textum*, quia in hoc judicium univerſale etiam futura veniunt, *l. 4. ſupr. h. t. Cagn. d. l. num.* 161. Vid. *Donell. l. 19. c. 14. lit. C. & ibi Hilleg.*

4 *In* §. *ult.* dicitur, non tantum corporales res hæreditarias, ſed etiam jura hæreditaria in hanc actionem venire, quod per ſe liquidum.

## ad L. Et non tantum. 19.

### SUMMARIA.

*Quales, ultra hæreditarias, res hac actione reſtituendæ? num. 1.*

*Quæ res ſpeciali actione peti poſſint? 2.*

*An, ſi hæres pro emtore res à defuncto poſſeſſas uſuceperit, has res petitione perſequi debeat? 3.*

*An & res, de quibus defuncto controverſia fuit, in hæreditatis petitionem veniant? 4.*

*An ob ſervitutes hæc actio detur? 5.*

1 NOn tantum res hæreditariæ ſunt reſtituendæ, ſed etiam, quarum periculum ſpectat ad hæredem ut res pignoratæ, conductæ, vel ita depoſitæ ut periculum ad defunctum pertineret. De quo *Weſenb. in ff. num. 11. Don. l. 19. cap. 13. poſt lit. A. Dn. Struv. th. 53.*

2 Quænam res autem ſpeciali actione in rem etiam peti poſſunt, ut hypothecæ per hypothecariam, res bona fide à non domino emtæ per publicianam, & tamen veniunt in petitionem hæreditatis, quædam verò actione reali peti non poſſunt, ut res commodatæ aut depoſitæ, quæ neceſſario veniunt in hanc actionem.

3 *In* §. 1. quæritur, ſi hæres pro emtore res à defuncto poſſeſſas uſuceperit, an has res petitione hæreditatis perſequi debeat vel poſſit? Quod negatur, quia dominium defunctus non habuit, ſed hæres demum conſecutus eſt, ergo rei vindicationem habet. Et non obſtat agenti exceptio præjudicialis, quod judicio centumvirali non debeat fieri præjudicium, quia res eſt hæredis, non verò unquam fuit defuncti, nec hæreditaria. Sed manet hic ſcrupulus, quomodo hæres rem à ſe non poſſeſſam uſucapere potuerit, niſi quia dicat? poſt uſucapionem completam rem amiſſam eſſe.

4 *In* §. 2. quæritur, 1. ſi defuncto de re aliqua fuit controverſia & is, qui ei controverſiam moverat, ipſi detulerit juramentum, rem non eſſe actoris, quo caſu vindicationem non habuit defunctus, ſed tantum jus retentionis *l. 11. ff. de jurejur.* an & hæres veniant in petitionem hæreditatis? quod affirmatur. 2. Quæritur, quid ſi res poſſeſſor ſua culpa amiſerit Et idem dicitur & hoc multo magis dicitur de prædone, qui non ob culpam ſimplicem, ſed ob dolum tenetur.

5 *Ad* §. *fin.* Ob ſervitutes non competit petitio hæreditatis, ſed opus eſt actione Confeſſoria. Rationem habet *Donell. & ibi Hill. l. 19. cap. 13. lit. K.* nam qui ſervitutem debet, non ad faciendum, ſed ad patiendum tenetur, ergo nulla reſtitutio. *Franzk. h. t. n. 26. Achil. Perſon. num. 634.* Idem in perſonalibus ſervitutibus, quæ ad hæredem non veniunt. *Dn. Struv. th. 53.* in feudis non dari volunt Dd. à quibus diſcedit *Bruſius ad h. l.*

ad

Digitized by Google

## ad L. Item veniunt. 20.

### *SUMMARIA.*

*An ad res hereditarias requiratur præciſè, ut emta ſint pecunia hereditaria? num. 1.*
*Tres caſus diſtincti diſtinctè rem explicant. 2.*
*In dubio, an præſumatur res eſſe hereditaria, an heredis nomine emta? 3.*
*An res vendita ipſa aut ejus pretium in petitionem hereditatis veniat? 4.*
*An ea, quæ acceſſerunt hereditati, in hanc actionem veniant? 5.*
*An etiam fructus? 6. & 7.*
*In hoc judicio reus tenetur de fructibus conſumtis, ſecus in rei vindicatione. 8.*
*An, ſi debitor hereditarius moriatur, contra ipſius heredem actio ex L. Aquilia in duplum detur? n. 9.*
*Quomodo ſurrogatum aſſumat naturam ejus, cui ſurrogatur? num. 10.*
*Poſt inſtitutam à defuncto actionem noxalem heres ad executionem agit. 12.*
*Ratio. 13.*
*SCti prima pars. 14.*
*Secunda pars. 15.*
*Tertia pars. 16.*
*Quarta pars, 17.*
*Quinta pars, agens de Poſſeſſore bonæ fidei & malæ fid. 18. ſeqq.*
*An quod de herede putativo dictum, etiam ad putativum bonorum poſſeſſorem extendendum? n. 22. & 23.*
*Quid per pecuniam redactam ex rebus venditis intelligendum? 24.*
*Quid ſi poſſeſſor b. f. rem in hereditate acceptam alteri vendat. 25.*
*In litem juratur contra reſtituentem. 28.*

1 IN petitionem hæreditatis veniunt etiam res hæreditatis cauſa comparatæ, etſi non ex pecunia hæreditaria, quia cum has poſſideat nomine hæreditatis, eas illi acquirit *L. 20. §. ult. de acquir. rer. dom.* ut tamen pretium reſtituatur, *per h. L. Don. l. 19. cap. 13. poſt lit.*
2 *B.* Sed uberius diſtingui à Dd. ut à *Baldo, Fulgoſo, &c.* ſolent hi caſus [1.] aut res ex pretio hæreditario nomine hæreditatis comparata, & tunc ſine diſtinctione, an bonæ, an verò malæ fidei poſſeſſor ſit, venit in petitionem hæreditatis, aut [2.] nomine hæreditario & in commodum hæreditatis comparata, ſed non ex pecunia hæreditaria, & tunc etiam res eſt hæreditaria *per h. l.* aut [3.] res ex pecunia hæreditaria emta, ſed non nomine hæreditatis, & tunc res non ſuccedit loco rei. *P. Barb. ad Rub. ſol. matr. p. 3. num. 73. Menoch. conſ. 213.*
3 *num. 7. & ſeqq. & n. 19. & ſeqq.* Sed quid ſi non appareat an nomine hæreditaris, an ſuo putativus hæres emerit? R. *Menoch. d. conſ. 213. nu. 36. & ſeqq.* quod præſumendum ſit, ipſum ſuo nomine emiſſe, per regulam *in L. Et magis. 4. ff. de Solut. & textum in L. ſi heres pecuniam. 68. ff. ad SCt. Trebell.* ideoque *in Rota Noviſſ. dec. 201. p. 1. n. 1.* dicitur conſtare debere, rem emtam fuiſſe nomine hæreditatis, cum hoc non præſumatur. Si quam rem ven-
4 didit poſſeſſor, quæritur, an res ipſa veniat in petitionem hæreditatis, an verò pretium? Reſp. *in §. 2.* ſi res fuit vendita ob æs alienum, tunc venit tantum pretium, ſi verò ſine cauſa, venit res ipſa cum fructibus.

5 *In §. 3.* Perſequitur JCtus materiam eam, quæ ſcil. veniant in petitionem hæreditatis; & dicit, ea etiam venire, quæ hæreditati acceſſerunt ante hæreditatem aditam indiſtinctè, poſt aditam verò hæreditatem ſi id, quod acceſſit, ex hæreditate ortum trahat, alias non
6 Et ſic, addit, etiam fructus rerum hæreditariarum indiſtinctè venire in petitionem, quia non poſſunt non ex hæreditate eſſe. Ratio horum aſſignatur, quia hæreditas, ceu res univerſalis, & augmentum recipit & deminutionem. Autor *ad L. 1. num. 5. C. h. t.* ideòque fructus hic veniunt non officio judicis, ut in rei vindicatione, ſed jure actionis. *Hipp. Riminaldus l. 5. conſ. 596 num. 8.* qui *hunc* §. etiam ad petitionem Legati
7 extendit. *n. 4. & 5.* Et hi fructus hæreditatis veniunt etiam, ſi poſſeſſor ante litem conteſtatam percepiſſet. *l. 28. h. t.* Et hi fructus debent adjudicari etiam parte non petente, utrumque ſecus in Rei vind. *Vid. Donell. l. 19. cap. 13. & ibi Hill. lit. C. & D.* Autor *ad L. 25. n. f. in*
8 *w. h. t.* Hanc differentiam, quod ſcil. in hoc judicio reus teneatur ad fructus conſumtos reſtituendos, quatenus ſc. factus eſt locupletior, non ita in Rei vindicatione) receptam eſſe in foro, teſtatur *Pinell. ad L. 2. C. de Reſc. vend. p. 1. n. 60. & ſeq. VViſſenb. Diſp. 17. th. 19. conf. Struv. h. t. th. 55. Rujins ad h. l. Petr. Greve Ex. 8. th. 5.* Autor *ad L. 9. num. 2. & ſeqq. C. Famil. erciſc.*
9 *Ad* §. 4. Dictum antea, quod contra debitorem hæreditarium detur petitio hæreditatis. Sed pone, Te defuncto damnum intuliſſe, hæres Te convenit ob damnum, ceu ex L. Aquilia debitorem; Tu negas damnum datum; an ob inficiationem in duplum agere poſſit hæres? Quod in §. 4. negatur; ob hanc rationem, quando una actio ſurrogatur alii, quod hoc fiat ſecundum primordialem actionis naturam, non accidentalem, ut hic omnes. Licet *Zæſius lib. 1. Re p. ſing.*
10 *cap. 14.* aliam rationem aſſignet, quod ſc. inficiatio poſt defuncti mortem accedat. Sed prior ratio communiter eſt recepta; & non malè inde inferunt Dd. ſurrogatum aſſumere naturam ejus, cui ſurrogatur Autor *ad L. 10. num. 3. de Advocat. diverſ. Judicior.* & hoc intelligendum eſſe de natura primordiali, non etiam accidentali. *plures Dd. allegat. Tiraq. in tr. Le mort ſaiſit p. 2. decl. 9. num. 22.* Sic juramentum aſſumit naturam contractus, per *L. ult. C. de non num. pec. ibique* Autor *n. 7.* ſed primordialem, non accidentalem. *Covarr. in c.*
11 *quamvis p. 1. §. 4. num. 2.* Et diſpoſitio quæ continet aliquos caſus, non recipit caſus continentes pœnam. *Lud. Gomez ad §. fuerat. Inſt. de Act. num. 12.*
12 *In* §. 5. habetur caſus, ubi noxali actione egerat defunctus, & obtinuit, & hæres agit petitione hæreditatis ad executionem rei judicatæ contra dominum.
13 Nam poſſeſſor potuiſſet ſe liberare ob damnum à ſervo datum, ſervum noxæ dedendo, ſcilicet intra quadrimeſtre ſpatium temporis judicatis datum, vel etiam poſt illud, antequam conveniatur. Sed poſtquam conventus eſt poſſeſſor petitione hæreditatis à vero hærede, jam præciſè ad damnum reſtituendum tenetur.
14 *In* §. 6. habetur SCtum, cujus 5. ſunt partes 1. pars eſt de uſuris, ſi unius hæredis pars fiſco ut caduca debeatur, poſſeſſores autem aliquid bona fide diſtraxerint, has pecunias non item uſuras fiſco & veris hæredibus deberi. per §. 6. & Autor *ad L. 1. n. 1. C. h. t.* quod etiam ad eum caſum, ſi fiſcus ex cauſa vacantium bonorum occupare velit hæreditatis partem vel totam, extenditur. §. 7. Item ſi civitati pars hæreditatis debea-
15 tur. §. 8. Imò ſi tantum inter privatos lis ſit. §. 9. Et habet hoc SCtum locum in peculio caſtrenſi §. 10. ſcilicet quando miles de eo fecit Teſtamentum. *Secunda* pars SCti eſt, ſi quis poſſeſſor res quaſdam hæreditarias vendiderit, licet res caſu perierit, quo etiam apud hæredem verum periiſſet, pretia tamen rerum iis
16 deberi. §. 6. & 18. Tertiæ partis eſt ſumma, ſi quis de facto occupet hæreditatem cum ſciret ad ſe non pertinere, de rebus ante litem conteſtatam diſtractis eum teneri, quia ab initio malæ fidei poſſeſſor eſt. *Quarta*
17 *pars* loquitur de eo poſſeſſore, qui probabiles habuit cauſas, cur exiſtimaverit, hæreditatem ad ſe pertinere; is enim tantum tenetur, quatenus locupletior
18 redditus. Autor *ad L. 1. num. 1. C. h. t. Quinta pars* agit de tempore, quando poſſeſſor bonæ fidei in malâ fide conſtituatur, ſcilicet cum primum ei denunciatum eſt, vel vocatus eſt ad judicium. Sed quid ſi
19 ſciat, hæreditatem ad alium pertinere, ſed nondum ſit denunciatum, an tunc pecuniæ ex venditione rerum hæredita-

hæreditariarum redactæ uſuras? Affirm. in §.11. quia in mala fide eſt. Quid ſi verò denunciatum ſit, puta ejus procuratori, ſed poſſeſſor non ſciat, nondum factus certior de certioratione? Reſp. tunc pro b. f. poſſeſſore habendum poſſeſſorem *in* §.11. & 12. Sed
21 quid ſi ſciens hæreditatem ad ſe non pertinere res hæreditarias diſtraxit, an ſufficit? ſi pretia accepta reſtituat vero hæredi? Hoc negat *paragraph.* 13. Sed tenetur hic malæ fidei poſſeſſor ad res diſtractas reſtituendas cum fructibus, ſed ſi eam rem onerosam fortè expedit, eſt in electione Actoris, rem vel pretium conſequi cum uſuris, quod & dicitur de eo, qui poſt petitam hæreditatem res ſteriles vel rempore pe-
22 rituras vendit juſto pretio. *In* §. 14. quæritur, quia Senatus loquitur de his, qui ſe hæredes exiſtimant, an idem, ſi quis ſe bonorum poſſeſſorem eſſe credat jure prætorio, vel qui ſe alia ratione ſucceſſorem eſſe credit: Scilicet, ſi peculium filii ad ſe pertinere credit, vel ſibi ut fideicommiſſario reſtitutam eſſe hæreditatem credat? Omnia hæc membra affirman-
23 tur *in d.* §. 14. Sed quid ſi pecuniam hæreditariam poſſeſſor hæreditatis penes ſe habeat, ſed eam non attigerit & in uſus ſuos non convertit, an tunc ad uſuras tenebitur poſſeſſor? Reſp. *in* §.15. *omnino*, negatur ex qua voce nonnulli colligunt; ne quidem malæ fi-
24 dei poſſeſſorem hoc caſu teneri. Quæritur autem *in* §. 16. quid per pecuniam redactam ex rebus venditis intelligendum? Et reſp. pecuniam licèt non exactam, ſed penes emtorem adhuc exiſtentem intelligendam eſſe, ſed tunc, ut *ſupra* dictum, actionem cedere poteſt
25 bonæ fidei poſſeſſor. Quod etiam in §. 18. proponitur. *In* §.19. hæc eſt quæſtio. Poſſeſſor b. f. in hæreditate accepit rem aliquam pretioſam, quam mihi vendit. Quæ res à Titio vindicatur, qui me convenit. Ego litem poſſeſſori denuncio. Sed obtinet Titius, cui rem teneor reſtituere, poſſeſſor hæreditatis mihi pretium reſtituere tenetur, quæritur, an illud pretium in petitionem hæreditatis veniat? Et reſponſio plana eſt, 1. quia pretium non habet: Et 2. res vendita non fuit hæreditaria.

26 *In* § 20. quæritur, quid ſi poſſeſſor rem hæreditariam vendiderit & poſtea ob vitium rei actione ædilitia conventus rem v. gr. animal, an pretium reſtituendum? Et reſponſio itidem plana, quia res eſt hæreditaria, & pretium, qui actione ædilitia poſſeſſorem convenit, refuſum eſt.

27 *In* §. 21. quæritur, ſi poſſeſſor rem hæreditariam vendidit & in hunc vel alium caſum emtori cautionem præſtiterit, an etiam viciſſim à vero hærede cautionem & adſecurationem petere poſſit? Quod affirmatur de b. f. poſſeſſore. De qua & quomodo cum *l. inſulam. ff. de V. O.* concilianda, prolixè *Jac. de Nigris in d. l. inſulam. num.* 221. *& ſeqq.*

28 *In* §. *ult.* dicitur, quod bonæ fidei poſſeſſor teneatur ad pretium redactum ex rebus venditis. Malæ fidei poſſeſſor ad rem ipſam cum fructibus, ſi extet aut recuperari poſſit. Sed ſi non poſſit rem recuperare contra eum in litem juratur, ſed ſi deperditæ res, verum pretium reſtituet, notetur ergo *ex* §. *ult.* quod, qui non reſtituit, cum reſtituere poſſit, vel dolo facit, ut reſtituere non poſſit, in dolo uterque ſit, & ſic contra eum in litem juretur. *Hic & l.* 25. §. 10. *h. t. Menoch. l. 2. A. Q.* 207. *n.* 15. *Hill. in Donell. lib.* 26. *c.* 8. *lit. A. Seiſerus de juram. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 10. *& plures alii.*

## ad L. Deperditum. 21.

*SUMMARIUM.*

*Differentia inter vocem Deperditum & Deminutum.*

Differentia hic tantum traditur inter vocem deperditum & deminutum; nam utrumque verbum in SCto reperitur. Deperditum autem refertur ad actum naturalem ſeu interitum, quando res in rerum natura eſſe deſiit. Deminutum verò ad actum civilem, quando quidem res adhuc eſt in rerum natura, ſed uſucapta.

## ad L. Si ad rem. 22.

*SUMMARIA.*

*An res pro pretio præſtari poſſit? n.* 1.
*Quando pretium ſuccedat loco rei.* 2.

1 Ponitur hic caſus *in l.* 22. Vendidit poſſeſſor hæreditatis rem ex hæreditate, & poſtea rem recuperat vel nullo vel exiguo pretio fortè poſteà deterioratam, quæritur, ſi hæres petat pretium, poſſeſſor vel reus rem ipſam deterioratam, fortè præſtare poſſit? Reſp; in Prædone certum eſt pretium ſemper poſſe peti, ſed quid in bonæ fidei poſſeſſore? Reſp. Et rem & pretium, per quod intelligo, quantum dedocto pretio à ſe dato ſupereſt, ſi redemit pretio à ſe dato ſupereſt, ſi redemit pretio, ne ex aliena re lucretur, nam & pretium pro re hæreditaria videtur hæredita-
2 rium. Collige, in univerſalibus judiciis pretium ſuccedere loco rei. *Hic & L.* 20. §. 6. *& L.* 29. *h. t. A. Barb. l.* 14. *cap.* 76. *ax.* 6. Autor *ad C. titul. de Caſtrenſi pecul. num.* 19. *& Petr. Barboſa ad Rubr. ff. Sol. matr. p.* 3. *n.* 73. ubi idem in dote eſſe ait. *Don. d. c.* 13. *& Hill. lit. B.* imò venit etiam, quicquid occaſione rei hæreditariæ eſt nactus. *L.* 25. *h. t.*

## ad L. Utrum autem. 23. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Pretium loco rei reſtituendum, ſi poſſeſſor locupletior factus. n.* 1.
*An poſſeſſor ſemper præſumatur locupletior factus? numer.* 2.
*An etiam pecuniam pœnæ loco acceptam reſtituat? numer.* 3.

1 Tum autem pretium reſtitui oportebit à b. f. poſſeſſore, ſi locupletior ſit, & talis duret, quod ab actore probandum. *Achil. Perſon. de petit. hæred. num.* 658. *Menoch. rem.* 15. *recup. Poſſ. num.* 585. *& Buſius hic.* Autor *ad L.* 11. *num.* 11. *C. Si cert. pet.* Pretia autem hæc reſtituenda, licèt res perierit, aut res deminutæ ſint. *l.* 20. §. 6. 17. *& fin. h. t.* Secus in ſingulari judicio, cum hic pretium per ſe petatur. *Donell. lib.* 19. *cap.* 14. *lit. R.*
2 *& ibi Hilig.* Non autem facimus cum illis, qui ex doctrina *Angeli* hic præſumunt, locupletiorem poſſeſſorem redditum, & ſic condemnandum, niſi probet, ſe pretium vel fructus malè conſumſiſſe, vel alteri donaſſe, vel aliud contigiſſe, ex quo liqueat, perventionis effectum non duraſſe, nec fuiſſe reum factum locu-
3 pletiorem. Plurimos *Dd.* refert *Pinell. ad L.* 2. *C. de Reſc. vend. p.* 2. *c.* 4. *num.* 64. Sed id in malæ fidei poſſeſſore non videtur dicendum, per ante tradita. Si etiam ob non juſto tempore ſolutionem factam, pœnam conſecutus ſit poſſeſſor, hanc etiam reſtituet; non verò quod ob acceptam injuriam aut dejectionem paſſus eſt: hæ enim ſunt perſonaliſſimæ actiones, per *h. L.* §. 1. *& ſequent.*

## ad L. Sed & ſi. 25.

*SUMMARIA.*

*Poſſeſſor hæreditatis omne lucrum, quod occaſione ejus acquiſivit, reſtituit. n.* 1.
*Res ex pecunia hæreditaria redacta, non ſemper eſt hæreditaria?* 2.
*Quis dicatur pro prædone poſſidere?* 3.
*An teneatur dolum præſtare & culpam?* 4.
*An teneatur omnes fructus reſtituere?* 5.
*Error juris inducit bonam fidem quoad fructus?* 6.
*Quo temperamento id verum ſit?* 7.

*Quare b. f. poſſeſſor in hac actione ob interpellationem incipiat malæ f. poſſeſſor eſſe?* 8. 9. & 10.
*Hac actione conventus, licet non cedat præſumitur tamen in b. f. eſſe.* 11.
*Quare poſt litem conteſtatam omnes fructus reſtituere teneatur?* 12.
*Quo reſpectu is, qui dolo deſiit poſſidere, habeatur pro poſſeſſore?* 13.
*An juramentum in litem locum habeat?* 14.
*Neque ob culpam, neque propter abuſum, ſed in quantum locupletior factus eſt poſſeſſor, tenetur hac actione?* 15.
*Quando ex hæreditate nihil deducere licet?* 16.
*Quid ſi hæres ex ſemiſſe, putans ſe eſſe ex aſſe, rem inutiliter conſumſerit?* 17.
*In quantum quis ſit rei ſuæ moderator & arbiter?* numer. 18.
*Poſſeſſor, quod ex hæreditate conſumſit, an totum illud hæreditati expenſum ferendum?* 19.
*An alienatio valida, ſi hæres juſſus eſt reſtituere, quicquid ex hæreditate ſuperfuerit?* 20.
*An hæres rem hæreditariam vindicare ab emtore poſſit, quam poſſeſſor vendidit, & pretium conſumſit?* 21. ſeqq.
*Actio hæc mixta eſt?* 25.
*Fructus augent hæreditatem.* 26.

1 IN *princ.* dicitur, poſſeſſorem hæreditatis omne id
lucrum, quod occaſione hæreditatis acquiſivit, hac
actione reſtituere teneri, v. g. vendidit fundum hæ-
reditarium 100. flor. & accepit 50. cum pacto Legis
commiſſoriæ, niſi reſiduum ſolverit emtor, res ſit in-
emta: non ſolvit emtor, rem recuperat poſſeſſor, & lu-
crum eſt in 50. flor. ſolutis. Et hoc reſtituendum vero
hæredi.

*Ad* §. 1. In judicio hoc univerſali pretium ſuccedit
2 loco rei, Autor *ad L.* 22. *numer.* 11. *h. t.* ſed non contra
res in locum pretii. Nam, ut ſupra dictum, res ex pe-
cunia hæreditaria comparata, non ſemper eſt hæredi-
taria *P. Barb. ad Rubr. ff. ſol. matr. p. 3. numer. 73. de quo
ſupra ad L. 10. pr. Men. conſ. 213. nu. 14. & ſeq.* Et ideo,
ſi ex pretio rei hæreditariæ venditæ aliam rem emit,
non tenetur rem ſuo nomine emtam reſtituere, ſed pre-
tium vel quatenus locupletior redditus.

Pro prædone poſſidet, qui nullam cauſam poteſt
3 obtendere, ne quidem commentitiam aut coloratam.
§. 2. & 3. *h. l.* Nam aliud eſt mala fide poſſidere, Autor
*ad L. 1. num. 5. C. h. t.* & aliud ut Prædo. *Weſenbec. ad tit.
Cod. hunc num.* 23. quem refert *Hill. ad Donell. l. 19. c. 12.
lit. R.* Ideoque præſtat, dolum etiam præteritum, i. e.
4 ante litem conteſtatam commiſſum & quoque culpam,
ſi nomina hæreditaria non exegit, ſi potuit, & nomina
præſcribi paſſus eſt, ſi non fecit illud, quod facere po-
tuit. Prædo etiam fructus percipiendos & quos verus
5 hæres percipere potuit, reſtituere debet §. *quart. h. l.*
quod eſt liquidum. Sed quantum ad fructus, paria
ſunt, ſive ab initio quis prædonis more hæreditatem
occupaverit, ſive ea poſtfacto mala fides ſupervenerit
§. 5. *h. l.* quod intelligo ratione fructuum, qui, poſt-
quam poſſeſſor in mala fide conſtitutus, percipi po-
tuerunt.

*Ad* §. 6. In bona fide eſt, qui in jure errat, & ſic fru-
6 ctus conſumtos non reſtituit *Den. lib. 19. cap. num. 4. lit.
M. Cov. lib. 1. Reſol. cap. 1. nu.* 8. Autor *ad L. 1. nu. 4. 5. C. h. t.*
Et hinc colligitur regulam illam, quod error juris non
inducat bonam fidem eſſe limitandam, quod non ha-
beat locum in fructibus. Autor *ad L. 4. numer. 3. 4. C. de
uſuc. pro Emt.* Nam titulus cauſatus errore juris prodeſt,
& non impedit bonam fidem quoad acquiſitionem
fructuum. *Hic & L. quod uxor. ff. de adqu. poſſ. Balbus
in rep. L. Celſus. de Uſucap. p. 1. numer.* 18. Sed illud du-
7 pliciter temperatur? 1.) ut error juris non præſumatur,
& ſic etiam juramento allegantis non committatur,
quia obſtat præſumtio juris. *Pinell. ad l. 2. C. de Reſcind.
vend. p. 2. c. 4. num. 42. P. Barb. ad L. ſi mora. 10. in praeled.
num. 15. ff. ſol. matr.* quod tamen in perſonis quibuſdam
locum habere puto, (2.) Non aliter audiri hunc erro-
rem, niſi adhibuerit peritiores, vel adhibere non po-
tuit. *Barb. d. L. num. 19. Pinell. d. l. num. 41.*

8 *Ad* §. 7. Bonæ f. poſſeſſor hæreditatis ob motam
controverſiam, imo ob interpellationem incipit malæ
f. poſſeſſor eſſe, Autor *ad L. 1. numer. 2. 3. C. h. t.* quia
in b. f. actione verſamur. Secus in Rei vindicatione,
quæ ſtricti juris. *Hartman. Piſt. lib. 4. quæſt. 27. num. 7.*
9 Sed obſt. *L. 40. h. t.* ubi dicitur, non teneri metu peri-
culi mortalitatis poſſeſſorem jus ſuum indefenſum re-
10 linquere. Sed reſpondendum (1.) ratione fructuum
tantum induci malam fidem, non item reſpectu mor-
talitatis eventum & caſum, quaſi hic eſſet præſtandus.
Autor *ad L. 2. numer. 2. C. de Fruct. & lit. exp.* (2.) prius
tunc demum verum eſſe, quando ita facta eſt denun-
ciatio, ut poſſit malam fidem inducere. *Vid. Garſ. de
Expenſ. c. 23. nu. 44. Hartman. Piſt. d. nu. 7. & Hill. lib.
19. cap. 14.* Autor *ad L. 1. numer. 3. C. h. t.* Qui interpellatur
11 & convenitur petitione hæreditatis, licet non cedat;
præſumitur tamen bona conſcientia ſe defendere, niſi
evidens calumnia appareat. Quod indiſtinctè omnes
12 fructus poſt litem conteſtatam reſtituendi, id non
tantum fit ea mala fide, ſed ea vi litis conteſtationis &
ſic ex quaſi contractu.

13 *Ad* §. 8. Qui dolo poſſidere deſiit habetur pro poſ-
ſeſſore quoad incommoda, & datur contra eum utilis
petitio hæreditatis. *Men. rem. 1. adipiſc. poſſ. numer. 66.
Hillig. in Donell. lib. 19. capit. 12. lit. H.* Autor *ad L. 13.
nu. 14. w. h. t.*

14 Quod *in* §. 9. dicitur, non tantum eum, qui poſſi-
det hæreditatem, ſed & qui dolo deſiit poſſidere, teneri
de fructibus, liquidum eſt. Juramentum etiam in litem
locum habet, & hæres poteſt mediante hoc juramento
æſtimare res hæreditarias contra eum, qui dolo deſiit
poſſidere, ſed & jurari poteſt contra eum, qui adhuc
poſſidet, ſed per contumaciam res hæreditarias reſti-
tuere recuſat.

15 *Ad* §. 11. Non agendum eſt aſpere cum bonæ f.
poſſeſſore hæreditatis, nec ob culpam aut abuſum rei,
ut putabat, ſuæ molectandus, ſed reſtituere tantum de-
bet; in quantum locupletior eſt redditus, ſc. civilem
obligationem, quatenus acquiſivit; non vero natura-
lem, v. g. ſi quid ex hæreditate donavit, licet ad anti-
dora obligaverit donatarium, hoc tamen in conſide-
rationem non venit, niſi quando antidora accepit. *P.
Peckius in c. locupletari, 48. de R. J. lib. 6. Pinell. de bon.
mat. p. 3. legis 1. num. 85. p. 375.* Quod hic de naturali
obligatione *in* §. *hoc* dicitur, id ad jus naturale refert,
quod ad honeſtatem pertinet, non ad jus gentium
coactivum, *Connan. lib. 1. Com. c. 6. num. 13. Conf. ad h. §.
Socinus jun. conſ. 4. num. 29. lib. 2. & conſ. 9. num. 45. lib. 3. &
conſ. 104. num. 34.*

16 Si poſſeſſor hæreditariis bonis cautius utatur, ideo
quia opimam hæreditatem ſe accepiſſe putavit, nihil
ea hæreditate deducet; quaſi ob hæreditatem pauperior
factus, ſe ipſum decipit. Etſi etiam mutuum accepit
intuitu hæreditatis ex ea latius, nihil deducet ex hæ-
reditate, quia ſe ipſum decipit. §. 13. Si rem hæredita-
riam pignori dedit, quia rei alienæ pignus jure non
ſubſiſtit. *per tit. Cod, ſi aliena res pignori data ſit, ibique*
Autor *ad L. 1. numer.* 2. ideo ipſe poſſeſſor hæreditatis
perſonali actione à creditore conveniri poteſt §. 14 §. 15.
obſcurior eſt, cujus ſenſum verbis *Collegii Argent. ad*
17 *h. t. theſi* 14. proponam; quod ſi quis ex aſſe ſe hæredem
putans, cum ex ſemiſſe tantum eſſet; hæreditatem oc-
cupaverit & partem ejus aliquam inutiliter; ſed ſine
dolo conſumſerit, neque in totum de ſuo ſemiſſe, neque
in totum de ſemiſſe alieno, ſed pro rata conſumſiſſe
videtur, & quod adhuc apud eum extat pro rata inter
petitorem & poſſeſſorem dividendum. Sed deciſionem
hanc iniquitatis accuſat *Ant. Faber. in Ration.*

18 Colligitur *ex hoc* §. quod quilibet in re ſua ſit mo-
derator & arbiter. *L. in re. 21. C. Mandati, ibique* Autor
*num. 2. & 3.* etiam abutendo; per *h.* §. ſi ſcil. in alterius

incommodum non tendat. *Dn. Struv. ad h. tit. th. 59.* alias ſecus, quia Reipubl. intereſt, divites habere cives. §. 2. *Inſt. de his, qui ſui vel alien. jur. Joh. Crotus in rep. l. Nemo poteſt. de Legat. 1. numer. 26. vol. 4. Petr. Rebuff. in rep. l. un C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt &c. nu. 560. in 8. vol. tract. tractat.*

19 *In* §. 16. Si poſſeſſor ex hæreditate aliquid conſum-
ſit; quær. an totum illud hæreditati expenſum feren-
dum? Et reſpondetur, eatenus tantum locupletiorem
redditum; quatenus ſolebat erogare ante adeptam hæ-
reditatem, in eo vero, ſi quid lautius contemplatione
hæreditatis accepit, non videtur locupletior factus:
quæ definitio bene notanda. Subjicitur hic caſus: ſi
20 hæres rogatus, quicquid ex hæreditate ſuperfuerit, re-
ſtituere mihi, hic alienatio valida, modo non fiat ad
fideicommiſſi deminutionem. *Hic & lib. 54. ff. ad SCt. Trebell.* ſed hodie diminutio conceſſa uſque ad quartam. *Grænwegen hic & vid. notata ad Auth. contra. ad SC. Trebell. nu. 3. & 9.*

21 *In* §. 17. *hac ſpecies:* Poſſeſſor hæreditatis rem aliquam
vendidit, ſed pretium inutiliter conſumtum; bona
tamen fide; quær. an verus hæres poſſit rem illam ab
emtore nondum uſucaptam repetere rei vindicatione?
R. non poſſe, ſi emtor regreſſum habeat contra ven-
ditorem, qui erat poſſeſſor hæreditatis; nam ſic poſſeſſor
tenetur plus præſtare, quam in quantum locupletior
factus, & ſic per obliquam præjudicaretur petitioni
22 hæreditatis. Sed quomodo emtor non poteſt habere
regreſſum contra venditorem? R. ſi convenerit; ne
venditor de evictione teneretur. *L. 16. C. de Evict. Don. L. 19. cap. 14. poſt lit. S.* Sed deciſ. hanc taxat *Grænwegen.*
& volt juri convenire, rem illam vindicari poſſe, licet
regreſſum emtor habeat: idque probat ex *l. 13. §. 4. h. t.*
23 Sed ibi agitur de emtore hæreditatis, qui de ſingulis
rebus evictis non habet regreſſum, per *l. 1. C. de Evict.*
Autor *d. L. 1. C. num.* 1. & ſic ex hac contraria juri ſen-
tentia ſequeretur, b. f. poſſeſſorem etiam in id teneri, ex
quo non eſt factus locupletior.

24 Multo magis emtor repellet hæredem verum rem
hæreditariam vindicantem, ſi pretium à poſſeſſore qua-
lecunque accepit. *per d. §. 17.*

25 *Ad* §. 18. Hæc actio mixta eſt, quia habet perſonales
præſtationes, ſcil. ea, quæ à Creditoribus exacta, vel
rerum pretia, & ſi quid in hæreditate geſſit poſſeſſor
&c. *Cov. pr. qu. 12. Hill. in Don. L. 19. cap. 12. lit. A. Zaſ. ad h. t. num.* 4. quæ autem in SCto de petitione hæreditatis
ſtatuta, ea etiam in judicio familiæ herciſc. locum ha-
bent per §. 19. *h. l.* ſc. in terminis habilibus.

26 *Ad* §. *fin.* Fructus augent hæreditatem. Autor *ad L. 9. num. 4. C. Famil. erciſc. Et ad L. 1. num. 5. C. h. tit.* etiam
rerum pignori acceptarum *l. 41. §. 1. hoc tit.* & ideo judex
hic in fructus etiam non petitos poſſeſſorem condem-
nabit. *Sichard. in Rubr. h. tit. C. num. 8. Hill. l. 19. c. 13. lit. C. Carpz. p. 1. conſt. 26. def.* 8. quod in Rei vindicatione
ſecus eſt. Autor *ad L. 20. num 8. π. h. t.*

## ad L. Quod ſi. 26. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Quæ res hæreditatem augeant? numer. 1.*
*Lucrum omni Poſſeſſori auferendum. 2.*

1 PArtus & fructus animalium & aliarum rerum hæ-
reditariarum augent hæreditatem, & ſic cum ipſis
animalibus & fundis reſtituendi. Et partus ancillarum
& penſiones urbanorum prædiorum; imo etiam, ſi ſu-
peris placet, & fructus lupanariorum, quod abomi-
namur, & valdè honeſtos viros oportet eſſe, ſcil. qui
tam fœdum quæſtum exercent etiam per alios.

Lucrum omni poſſeſſori auferendum eſt, ſive bona
2 ſive mala fide poſſederit, ob æquiſſimam juris natura-
lis regulam quod nemo cum alterius damno locuple-
tior reddi debeat, *L. 14. π. de Condict. indeb.*

## Ad L. Mercedes. 29.

*SUMMARIUM.*

*Quænam res ad fructus referantur?*

HIc recenſentur tres ſpecies, quæ ad fructus refe-
runtur & adeo ſunt reſtituendæ, ut 1. mercedes,
quas à prædiorum ruſticorum conductoribus accepit
poſſeſſor. 2. operæ ſervorum. 3. vecturæ navium & ju-
mentorum, quicquid ex his percepit; res eſt liquida.

## ad L. Julianus. 30.

*SUMMARIA.*

*Quid juris, ſi poſſeſſor hæreditatis mutuo dederit alicui pecuniam hæreditariam? num. 1.*
*An pecunia ſit res, quæ ſervando ſervari nequit? 2.*

1 POſſeſſor hæreditatis mutuo dedit tibi pecuniam
hæreditariam cum ſtipulatione uſurarum, ſi ſtatuto
tempore reſtituatur. Quæritur, an verus hæres, poſ-
ſeſſorem conveniens, electionem habet, utrum pecu-
niam reſtitutam poſſeſſori velit repetere; an vero ſor-
tem à debitore repetere periculo poſſeſſoris; an verò
ceſſum recipere nomen ſortis & uſurarum periculo ſuo?
quod negatur in b. f. poſſeſſore, quia fieri poſſet, ut
hæres verus petat ceſſionem ſortis periculo poſſeſſoris,
& poſſeſſor, quia tu non es ſolvendo, non poſſet
pecuniam extorquere. Cum tamen poſſeſſor in hac
actione eatenus tantum teneatur, quatenus locupletior
2 factus. Quamvis autem *Tiraq. de Retr. Lign. §. 1. gloſſ. 7. num. 103. ex hac lege* probare velit, pecuniam eſſe rem,
quæ ſervando ſervari non poſſit & *textum hunc* aper-
tiſſimum dicat, refutatur tamen *à Pinello in tr. de Bonis mat. part. 2. Legis primæ numer.* 42.

## ad L. Si poſſeſſor. 31.

*SUMMARIA.*

*Poſſeſſor m. f. ex ſuis bonis ſolutum Creditoribus non repetit? numer. 1.*
*Secus eſt in b. f. poſſeſſore. 2.*
*Quæ in favorem hæredis conſtituta, in odium ejus detorquenda non ſunt. 3.*
*Poſſeſſor m. f. damnum per culpam hæreditati datum reſtituit. 4.*
*Prædo, non exacta à Creditoribus hæreditariis pecunia, non tenetur. 5.*
*Solutum à Debitore hæreditario, poſſeſſori reſtituendum. 5.*

1 POſſeſſor malæ fidei, ex ſuis bonis ſolvit creditori-
bus hæreditariis, an hoc poteſt vero hæredi im-
putare & ſatisfactionem petere, ſi ab hærede hac actio-
ne conveniatur? Videtur quod ſic, quia liberavit hæ-
redem ab ære alieno. Sed quia non ipſo jure, non li-
beratur, cum ſolutionem fecerit poſſeſſor ſuo nomine,
ſed poterit tamen ſatisfactionem petere, ſi poſſeſſor
præſtiterit cautionem de hærede defendendo, ſi à cre-
2 ditoribus conveniatur. Sed ſi poſſeſſor ſit bonæ fidei,
non præſtabit cautionem, ſed cedet tantum condi-
ctionem indebiti, quam habet contra creditores hæ-
reditarios, qui ſuo nomine indebite ſolvit, imo non
præſtita cautione, nec conceſſione poterit ſe hæres de-
fendere contra creditores hæreditarios, nam his idem
3 peterent doloſe? M. fidei a. poſſeſſor, ſi quid ei debea-
tur, maxime ſi naturale tantum ſit debitum, non ſibi
ſolvet nec imputabit hæredi, niſi expediat hæredi &
fortè metuat, ne aliquando in pœnam aut uſuras con-
demnetur, ſi creditum ſit ſub pœnam vel uſurarium;
nam quæ in favorem hæredis conſtituta, in odium
ejus detorquenda non ſunt. *Paragraph. 1. h. l.* Secus
autem in b. f. poſſeſſore, qui ſibi ſolvere poterit. §. 2.
4 Malæ f. poſſeſſor damnum per culpam hæreditati
quando-

quandocunque datum reſtituit; b.f. vero poſſeſſor non, niſi litem conteſtatus ſit, quia cum adhuc bonam fidem haberet, quaſi rem ſuam neglexit, & re ſua ſe abuti putavit. §. 2. *h. l. Conf. Struv. ad h. t. th.* 59. Prædo
5 ſi non exegerit pecuniam debitam à creditoribus hæreditariis, qui interim inidonei ſunt facti, quæritur, an teneatur? Negatur, quia nemo ſine actione experiri poteſt *l. 9. §. 3. ff. de Adminiſtr. tutorum.* Autor *ad L. 40. nu. 4 C. de Tranſact.*

6 *In §. ult.* dicitur, ſi à debitore hæreditario quid ſolutum ſit poſſeſſori, hoc reſtitui debere etiam à bonæ fidei poſſeſſore, quæ reſtitutio, ſi facta, ipſo jure liberat debitores hæreditarios.

## ad L. Per ſervum. 32.

### *SUMMARIA.*

*Servus quod operis ſuis acquirit, hæredi acquirit. numer.* 1.

*Quid ſi poſſeſſor fuerit ſcriptus in teſtamento, quod poſtea expugnatur?* 2.

1 SErvus hæreditarius quid adquiſivit, cum eſſet penes poſſeſſorem hæreditatis, ex operis ſuis, quæritur, an quod operis ſuis adquiſivit, adquiratur poſſeſſori, an vero hæredi? Videtur prius, nam ſervus bona fide poſſeſſus adquirit b. f. poſſeſſori, quod ex operis ſuis aut ex re poſſeſſoris adquirit. Sed reſpondendum eſt, hoc verum eſt in b. f. poſſeſſore cum titulo. Sed ſi falſo titulo poſſidet, non poteſt hoc adquirere, pro hærede, qui poſſidet, non habet titulum. Sed quid ſi poſſeſſor fuerit ſcriptus in Teſtamento,
2 quod filius exhæredatus poſtea impugnat, quia hic habet titulum poſſeſſor, ergo per ſervum adquiret? Sed reſpondetur, ſi Teſtamentum aut inofficioſum expugnetur, cauſa ad non cauſam, titulus ad non titulum redigitur.

## ad L. Niſi ex re. 33.

### *SUMMARIA.*

*Limitantur, quæ de ſervo in præcedenti lege dicta ſunt numer.* 1.

*Mala f. poſſeſſor an ſervum venditum, an ejus pretium reſtituere debeat?* 2.

1 DIctum *in lege præced.* per ſervum hæreditatem nihil adquiri poſſeſſori, quod hic limitatur *in princ. legis*, niſi ex re hæredis ſcripti in Teſtamento inofficioſo, ſtipuletur ſervus. Nam hic 1. habet poſſeſſor aliquem titulum ſcil. ex Teſtamento, qui titulus in effectu juſtus eſſet, ſi per quinquennium filius tacuiſſet. Deinde adquirit ſervus ex re poſſeſſoris, ideoque merito apud poſſeſſorem manet.

2 *In §. 2.* agitur de homine ſervili diſtracto, præſertim à m. f. poſſeſſore. Si enim ſervus venditus fuit inutilis hæreditati, reſtituet pretium. Si autem fuit neceſſarius hæreditati & hæc ſervo non potuit carere, eo caſu reſtituendus eſt, ſi extat; ſi deceſſit, non tamen debet lucrari pretium, ſed hoc reſtituet.

## ad L. Filiifamilias. 34.

### *SUMMARIA.*

*An filiusfam. teſtari poſſit? numer.* 1.

*Filiofam. hæreditatem poſſidente pater convenire poteſt.* 2.

1 FIliusfamilias non poteſt teſtari. Autor *ad L. terti. numer. ſeptim. C. qui Teſtam. fac. poſſ.* niſi ſit miles & teſtetur de peculio caſtrenſi, Ergo ſi me hæredem inſtituit, quæritur, an poſſim petitione hæreditatis agere contra poſſeſſorem? Videtur quod non, quia filiusfamilias non poteſt habere hæredem. Sed reſp. quod hoc ſit verum ab inteſtato, ſed ex Teſtamento tali poteſt habere hæredem, quamvis hodie poſt *Novellam* 118. omnino poſſit habere hæredem, non tantum in peculio caſtrenſi, ut concedit *Ant. Faber.* ſed etiam in quaſi caſtrenſibus. Aut. *ad L. ult. nu. 1. & 6. C. Qui teſtam. fac. poſſ.*

2 *In §. 1.* quæritur, ſi filiusfamilias aut ſervus poſſideant hæreditatem, an pater vel Dominus poſſit conveniri? quod affirmatur, ſi facultatem reſtituendi habeant. Si etiam ſervus rem hæreditariam vendiderit, & pretium in peculio habeat, poteſt dominus, quia juris poſſeſſor eſt, conveniri.

## ad L. Idem Julianus. 35.

### *SUMMARIUM.*

*Actio venditi etiam ignoranti Domino acquiritur?*

SEd quæritur, ſi ſervus nondum accepit pretium ex re vendita, an tunc poſſit conveniri dominus? quod affirmatur, quia habet actionem venditi, quæ etiam ignoranti Domino adquiritur, quam poſſeſſor cedet hæredi.

## ad L. Si à Domino. 36.

### *SUMMARIA.*

*An Dominus vel pater poſt annum à manumiſſione numerandum conveniri poſſit? nu.* 1.

*Quomodo Actio de peculio ab hæreditatis petitione diſtet?* 2.

*Quando actio petendæ hæreditatis contra filiumfam. detur?* 3.

*Quæ actio locum habeat, ſi poſſeſſor hæreditatis ſervum hæreditarium occiderit?* 4.

*An prædo ſi à ſe diſtracta res hæreditaria periit, liberetur?* 5.

*Quonam tempore videndum ſit an ſit locupletior?* 6.

*An mala f. poſſeſſor detrahat impenſas?* 7.

1 SErvus vel filiusfamilias hæreditatem adiit alienam fortè bona fide, & diſtraxit res quaſdam hæreditarias, pretia rerum accipit filius vel ſervus, poſtea dominus vel pater manumittit vel emancipat ſervum & filium, quæritur, an pater vel dominus poſt annum ab emancipatione vel manumiſſione numerandum poſſit conveniri? quod negandum videtur *ob totum tit. ff. quando de peculio actio annalis eſt.* Sed affirmatur, quia actio de peculio multum diſtat à petitione hære-
2 ditatis. Nam in actione de peculio deducit Dominus, quod ſibi à ſervo naturaliter debetur, quod in petitione hæreditatis locum non habet. Quod ſi verò Dominus ex facto ſervi, quia hæreditatis debitor fuit, ſervus fuit, tunc locum habent ea, quæ de actione de peculio dicuntur. Idem ſi non fuit debitor, ſed pretia rerum conſumſerit, tunc dominus deducit, quod ſibi debetur.

3 *In §. 1.* dicitur hanc actionem petendæ hæreditatis etiam contra filiumfamilias dari, ſi poſſidet hæreditatem & ſic reſtituendi facultatem habet, & multo magis ſi paterfamilias fuerit, cum adiret hæreditatem, & poſtea per arrogationem factus ſit filiusfamilias & in alienam poteſtatem tranſierit.

4 *In §. 2.* refertur caſus, quod ſi poſſeſſor hæreditatis ſervum hæreditarium occiderit, & diſtinguitur, utrum id ante aditam à petitore hæreditatem fecerit, an vero poſt? Illo caſu Actio Legis Aquiliæ locum habet & petitio hæreditatis, ut tamen, ſi petitione hæreditatis damnum proſequatur, caveat de Actione Legis Aquiliæ non movenda (quamvis putem, ſine hac cautione petitorem agentem poſtea ex Lege Aquilia, exceptione doli, quod idem bis petat, repelli poſſe) poſteriori caſu actio Legis Aquiliæ locum habebit, quia proprius jam ſervus eſt hæredis.

5 *In* §. 3. proponitur hoc ſactum; prædo rem hæreditariam diſtraxit, quæ poſtea perit tali caſu, quo etiam apud poſſeſſorem periiſſet, quæritur, an prædo liberetur? quod negatur, ſed petitor hæres habet electionem, an velit verum pretium petere vel acceptum, ſi fortè pluris venierit res.

6 *In* §. 4. quæritur, quonam tempore videndum ſit, an ſit locupletior, & tempus judicati eſſe attendendum? Reſpondetur, non vero tempus litis conteſtatæ, ſi res

7 poſtea perierit. Impenſas in cultura agri factas vel pro colligendis fructibus, eas omnis poſſeſſor, etiam m. f. poſſeſſor & prædo detrahit. §. *ult. h. l. Romanus ſing.* 336. *Menoch. l.* 2. *A. qu. caſu* 258. *num.* 22. quia fructus non intelliguntur, niſi deductis impenſis. *Franzk. ad tit. de R.V. numer.* 85. *Donell. l.* 20. *cap.* 7. *& Dn. Struv. ad tit. de R.V. th.* 30 Autor *ad L.* 5 *numer.* 2. *C. de Rei Vindic. Et ad L.* 1. *num.* 1. 3. *C. de Fruct. & lit. exp.* qui duas exceptiones ſtatuit (1.) in fure. *l.* 27. §. 25. *ff. ad l. Aquil.* (2.) in *cap. Paſtoralis*, 28. *de Decimis.*

## ad L. Quod ſi. 37.

*SUMMARIUM.*

*An heres poſſeſſori hæreditatis refundere teneatur ſumptus quos fecit, nec in eo anno fructus percepit?*

SI poſſeſſor hæreditatis ſumtus fecit, & in eo anno 1 nullos percepit fructus, quær. an actor hos ſumtus refundere teneatur? Vid. quod non quia nec actor quid lucratur. Sed affirm. quia ſicut poſſeſſor hæreditatis tunc fructus reſtituit perceptos & conſumtos ſic exinde locupletior factus; ſic in contrario ſi ob fructus percipiendos pauperior factus in hoc caſu, debet indemnis ſervari *Petr. Barb. ad l. divortio* §. *fin. p.* 1. *nu.* 3. & 4. *Tiraq. de Retr. Conv.* §. 5. *gl.* 4. *num* 7.

## ad L. Plane. 38.

*SUMMARIA.*

*An & quando m. f. poſſeſſor expenſas utiles deducere poſſit? num.* 1.

*Diſtinguitur inter univerſale & ſingulare judicium n.* 2.

1 MAlæ f. poſſeſſor etiam utiles expenſas officio judicis repetit, ſi alter locupletior fieret. Sed *in L. domum.* 5. *C. de R. V. ibique* Autor *num.* 5 dicitur, malæ f. poſſeſſorem non poſſe repetere expenſas utiles, niſi ſeparari poſſint. Sed diſtinguit *Coſta de Jur. & Facti ignor. diſtinct.* 34. *num* 22 utrum aliquid novi aggreſſus ſit, de quo *d. l.* 5. An vero rem veterem fecerit utiliorem. *Conf. Donell. lib.* 20. *cap.* 7. *lit. H.* Deinde noterur

2 *ad hanc L.* diſtinctio inter judicium univerſale & ſingulare. In illo poſſeſſor retentionem habet, ſive res ſit peremta ſive non. Nam b. f. poſſeſſor ſemper poteſt deducere pretium meliorationis, ſed in Rei vindicatione conſiderantur res particulares, & ſic re illa peremta, non poteſt queri de melioratione. *P. Barb. ad l. divortio.* §. *fin p.* 1. *num.* 65. ſed & in univerſali judicio m. f. poſſeſſor deducit meliorationes tantum, ſi extet res meliorata. *Barb. d. l. numer.* 66. Sed b. f. poſſeſſor deducit expenſas neceſſarias, ſive extent adhuc ſive non. *Hic & l.* 10 *ff. de Neg. geſt. Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 227 Conf. *Franzk.*

3 *ad tit. de R. V. numer.* 88. Colligunt etiam ex verbis; *& id ipſum officio judicis continetur*, ſi ſtatuto dicatur, quod contra inſtrumentum non poſſit opponi exceptio niſi ſolutionis alia etiam exceptio, ſi alias actor locupletaretur cum alterius jactura, poſſet per modum implorationis officii judicis opponi. *Barb. Bald. hic & quos citat Berlich. p.* 2. *dec.* 270. *nu.* 1. & 2. Autor *ad C. c. L. nu.* 8.

## ad L. Utiles. 39.

*SUMMARIA.*

*Quænam utiles & neceſſariæ expenſæ? num.* 1.

*An voluntariæ expenſæ à poſſeſſore hæred. repetantur?* 2.

*Quibus voluptarias expenſas retinere liceat?* 3.

1 IN *principio* referuntur exempla utilium & neceſſariarum expenſarum, ut 1. ad refectionem ædium, quæ fiunt, 2. ad agros in culturam redigendos. 3. Si ſervi damnum dederunt & non expediat ſervos noxæ dedere, cum damnum datum valde à pretio ſervi ſu-

2 peretur & ſimiles. Voluptarias expenſas nec bonæ nec malæ fidei poſſeſſor in Rei vindicatione repetit, ſcilic. regulariter. Nam ſi probetur, Actorem eaſdem facturum eſſe, vel Actor rem venalem habuit, etiam hæ præſtandæ. *Hic & L.* 29. §. *f. de R. V.* Vid. *Don. l.* 20. *c.* 7. *lit. H. & conf. L.* 47 *de Solut.* Sed in petitione hæredi-

3 tatis bonæ fidei, poſſeſſori licet per exceptionem doli voluptarias expenſas retinere, non vero malæ fidei poſſeſſoribus. His tamen conceditur, ut tollant voluptaria opera, ſi ea ſine læſione rei tolli poſſint. §. 1. *h. l.* Autor *ad L. un. num.* 37. *C. de Rei ux. Act.*

## ad L. Illud quoque. 40.

*SUMMARIA.*

*An poſſeſſor teneatur de caſuali rei interitu? nu.* 1.

*Quis fructuum fructus præſtare tenetur?* 2.

*Poſſeſſori b. f. ob hæreditatem ſe obliganti hæres de indemnitate cavebit.* 3.

1 QUæris 1: an poſſeſſor teneatur ob caſualem rei interitum poſt litem conteſtatam? Contrariæ erant ſententiæ; ſed Paulus diſtinguit inter Prædonem & b. f. poſſeſſorem. Ille tenetur; hic non debet jus ſuum indefenſum relinquere. *Cujac. hic & Ruſ. & Donell. l.* 19. *cap.* 14. *& ibi Hilliger.* Autor *ad L.* 1. *num.* 3. *C. h. t.* Nullus ergo poſſeſſor tenetur rem dimittere ob contradictionem alterius. *Gail. l* 1. *obſ.* 5. *n.* 5 *Poſthius de Manuten. v.* 1. *obſerv.* 1 *nu.* 37. *Vid. L.* 24. *de uſuris.*

*In* §. 1. dicitur, prædonem debere fructuum fructus

2 præſtare, quia fructus augent hæreditatem & ſunt pars Univerſitatis. Sed b. f. poſſeſſor tenetur, quatenus locupletior factus eſt. Et ſi occaſione hæreditatis aliquam actionem adquiſivit v. g. Interdictum unde vi, debet illam cedere. *per* §. 2. *hujus legis. & l.* 16. §. 4. *h. tit.*

3 E contrario ſi poſſeſſor b. f. ſe obligaverit ob hæreditatem, v. gr. ſi damni infecti cavit, de indemnitate ipſi ab hærede cavendum eſt. §. 3. *hujus legis & l.* 19 *ff. de Rei vindic.* Sic etiam poſſeſſoris ſervus damnum dedit hæreditati, poſſeſſor ſervum noxæ dedendo ſe poteſt à damni præſtatione liberare *l. Si alius.* 7. §. 1. *ff. quod vi aut clam.*

## ad L. Si quo. 41.

*SUMMARIA.*

*Quæ res in hæreditatis petitionem veniant? num.* 1.

*Quid ſi fidejuſſores dati ad inopiam redigantur? nu.* 2.

*An poſſeſſor etiam rerum defuncto oppignoratarum fructus reſtituere teneatur?* 3.

1 IN petitionem hæreditatis non tantum veniunt res hæreditariæ, quas reus tempore motæ litis poſſidebat, ſed etiam, quas lite pendente poſtea adquiſivit, maximè quia eſt univerſale judicium. Sed quid ſi fidejuſſores de judicato ſolvendo dati in certam ſummam

2 dati ſint, & poſtea multo major numerus rerum hæreditariarum à poſſeſſore petatur, item quid ſi dati fidejuſſores ad inopiam redigantur, an de novo cavendum? quod affirmatur. Illum certum, ſi res pauciores poſt litem motam poſſideat, ſi modo cæteras ſine dolo malo poſſidere deſierit, ratione rerum amiſſarum abſolvendus erit.

3 *In* §. 1. quæritur, an etiam rerum defuncto oppignoratarum fructus poſſeſſor reſtituere debeat? Affirm. de rebus, quæ fructus ferre ſolent; nam pignorum fructus ad debitorem pertinet, niſi aliud conventum *l.* 22. §. 2. *ff. de pign. Act.* adeo ut etiam fructus percipiendi veniant. *l.* 3. *C. de pign. act.* Aliud conveniri ſolet in contractu antichretico.

ad

## ad L. Si debitor. 42.

*SVMMARIVM.*

*An hac actio detur contra eum, qui dubitat, hereditatem pertinere ad actorem?*

DEbitor hæreditatis hac petitione hæreditatis convenitur, ſi ſe hæredem eſſe dicat, aut ideo non præſtat, quia non vult; non autem ſi neget aut dobitet, hæreditatem pertinere ad Actorem. Hunc textum totum tit. gloſſare, dicit hic *Br.* unde non eſt neceſſe, ut debitor ſe hæredem eſſe concedat, ut *Cocheran. dec. 74. numer. 16.* quam opinionem reprobat. *Hillig. l.19.c.13.lit.E.Weſenbecius.Zaſ.h.t.nu.26.*

## ad L. Poſtquam. 43.

*SUMMARIUM.*

*An legatarius, accepto legato, petitionem hereditatis ab inteſtato inſtituens, legatum reſtituere debeat?*

MÆvius reliquit Teſtamentum, in quo mihi aliquid legatum eſt, hoc mihi ſolvit hæres ſcriptus. Poſtea inſtituo petitionem hæreditatis ab inteſtato, & dico Teſtamentum non eſſe ſolenne & juſtum (non vero dico inofficioſum; nam ſic emittebam legatum) quær. an Legatum prius reſtituere debeam? Quod affirmatur, modo poſſeſſor caveat de Legato reſtituendo, ſi in petitione hæreditatis ſuccubuero, modo non per calumniam hæreditatem peterem, ſed per errorem. Nam ſi per manifeſtam calumniam peterem, legatum amitto.

## ad L. Cum is. 44.

*SUMMARIUM.*

*An legatum non reſtituens, ex ratione cauſa, integram hereditatem petere poſſit?*

IN *lege præcedenti* dictum, eum, qui petere vult hæreditatem, debere prius reſtituere acceptum ex errore allegato legatum. Sed quæritur, ſi Legatum non reſtituerim ex aliqua cauſa allegata & poſtea me petente hæreditatem ſuccumbas, an poſſum petere, ut hæreditatem integram reſtituas non deducto Legato? videtur quod ſic; quia tibi imputare debes, quod legati reſtitutionem non uſſeris, ſed litem conteſtatus ſis. Sed negatur, quia idem bis peterem, quod bona fides non patitur.

## ad L. Qui ſe liti. 45.

*SUMMARIUM.*

*Qui ſe obtulit liti quando habeatur pro eo, ac ſi poſſideret?*

QUi ſe obtulit liti, quaſi poſſideat rem controverſam, ille tenetur ac ſi poſſideret, licet non poſſideat. Sed lim. *in L. 26. de R.V.* niſi Actor ſciverit, quod Reus non poſſideat; nam ſic à ſeipſo deciperetur. Sed declaratur hæc limitatio hoc loco, ſi ab initio ſciverit. Si enim ab initio ignoraverit, & pendente lite compererit, omnino tenetur is, qui ſe obtulit, quia per litis conteſtationem quaſi contraxit. *L.3. de peculio. Dn. Manzius in cent. dec. 157. num. 26.*

## ad L. Prædonis. 46.

*SUMMARIVM.*

*Quis prædonis loco habeatur?*

INſtitutus es hæres cum onere fideicommiſſi, ut hæreditatem incapaci reſtitueres, quod etiam te facturum promiſiſti. Fiſcus à te petit hæreditatem, *ex l. 17.§.2.ff. de Uſuris.* Quæritur, an pro prædone habendus ſis, & ita ad omnia obligeris, ad quæ alias prædo obligari ſolet? quod hic affirmatur.

## ad L. Lucius. 47.

*SVMMARIVM.*

*An, qui Teſtamentum falſum dicit ſed non probat, ſolennitates poſtea ejus accuſaturus ſit audiendus?*

TEſtamentum Cognati mei falſum dixi, ſed non potui probare. Poſtea dico Teſtamentum debitis ſolennitatibus deſtitui, quæritur an debeam audiri? Videtur quod non *per l. 19. princ. ff. de bonis Libert.* Sed affirm. quia hic poſterior actio non præjudicat prius inſtitutæ actioni, ſed bonorum poſſeſſio contra tabulas præſupponit validitatem Teſtamenti, quod hic non eſt, quia Teſtamentum idem poteſt eſſe falſum & ſolennitatibus debitis deſtitutum.

## ad L. In æſtimationibus. 48.

*SVMMARIVM.*

*Hæreditatem vendens ad quid reſtituendum teneatur?*

BOna fide poſſideo hæreditatem, & tamen à me petis hæreditatem, quæ conventione mala fide ficta inducitur, ego poſtea vendo hæreditatem vel res hæreditarias & quidem viliori pretio, quam valebat. Poſtea fertur ſententia contra me, quæritur, an ad pretium verum tenear reſtituendum; an vero tantum acceptum? Prius affirmatur, ſi ſponte & ſine neceſſitate vendidi more negotiatorum, ſed ſi ex neceſſitate feci, tantum ad acceptum pretium, quod ego ſi juſſus ſim in Teſtamento res hæreditarias vendere, vel alia neceſſitas id exegerit.

## ad L. Si bonæ. f. 49.

*SUMMARIA.*

*An pendente lite ſuper hereditate poſſeſſor b. f. poſſit convenire debitores hereditarios? nu. 1.*

*Quid ſi petitor rem hereditariam vindicare velit? num. ſecund.*

*An poſſeſſor poſſit hereditaria nomina arreſtare? numer. 3.*

QUær. an poſſeſſor b. f. qui hæreditatem poſſidet,
1 pendente lite ſuper hæreditate, poſſit convenire debitores hæreditatis? Affirm. Nam poſſent actiones præſcribi, & ille habetur interim pro Domino, donec contrarium probetur, & ſi ipſi adminiſtratio hæreditatis interim incumbit, modo præſtet cautionem debitori, & ſecurus ſaltem per depoſitionem reddatur petitor hæreditatis. *Dn. Mev. p. 3. dec. 46.* Si vero pe-
2 titor rem hæreditariam vindicare velit, ſimiliter id facere poterit ſub cautione, quia ſingularis rei vindicatio univerſali judicio non præjudicat. Sic per
3 Areſtum poſſeſſor hæreditatis non poteſt prohiberi, quo minus hæreditaria nomina pendente petitione hæreditatis exigat, niſi fraus & dilapidatio metuatur. *Dn. Mevius p. 3. dec. 189.*

## ad L. Hæreditas. 50.

*SVMMARIA.*

*Quid ſit hereditas? numer. 1.*

*An poſſeſſor expenſas repetere valeat, quas in monumento teſtatoris juſſu ipſius fecit. 2.*

HÆraditas eſt ſive in corporibus conſiſtat, ſive
1 non. nam eſt vox jus notans, hoc dicitur *in princ.* quod per ſe liquidum. *Paragraphi primi* hæc ſpecies. Juſſerat Teſtator, ut hæres ſibi monumentum
2 faceret, quod hæres putativus fecit, an poteſt has expenſas repetere? Aff. adeo ut non tantum retentionem, ſed & negotiorum geſtorum actionem habeat,

ſi modum non exceſſit, quia ad hoc poterat compelli. Unde elegantem Theoricam eliciunt Dd. Quando b. f. poſſeſſor facit illud, ad quod verus hæres tenebatur, & cogi poterat, tunc ille habet actionem negotior. geſtorum. *P. Barb. ad L. divortio. ſeptim. paragraph. fin. p. 2. numer. 2. Garcias de Expenſis cap ſeptim. numer. 23.* Conferri poteſt *Molinæus ad Conſuet. Pariſ.* §. 1. *gl.* 5. *numer.* 94.

## ad L. Hæres. 51.

### *SVMMARIA.*

*An furioſo ſubſtitutus ab hærede ejus fructus petere poſſit? num.* 1.

*Cur poſſeſſor b. f. fructuum poſt judicium acceptorum uſuras non ſolvat?* 2.

SEius furioſum Cajum hæredem inſtituit & ei, ſi in
1 furore deceſſerit, & ita hæreditatem non adierit, per vulgarem ſubſtitutionem, [ nam ſubſtitutio exemplaris *ex l. humanitatis. C. de Impub. & aliis ſubſtit.* tempore Papiniani nondum recepta, & *dicta lex* longè poſt Papin. lata ) furioſus moritur, ſubſtitutus petit hæreditatem, ab hærede furioſi, qui ab inteſtato foret hæres, ſi furioſus tempora intervalli habuiſſet, & hæreditatem adiiſſet, quæritur, an fructus medio tempore percepti reſtituendi? Quod affirmatur, quantum locupletior factus furioſus, ita tamen ut impenſæ utiles, & neceſſariæ in res hæreditarias factæ deducantur, ſi ex bonis ipſius furioſi hic furioſus ſuſtentari non
2 potuit. *Hæc in princ.* Difficilis *in* §. 1. nodus, quod b. f. poſſeſſor fructuum poſt judicium acceptorum uſuras non ſolvat, cum tamen eo tempore fiat malæ fidei poſſeſſor. Gloſſa *hic* dicit, hoc fieri ideo, quia b. f. poſſeſſor poſt litem motam tenetur fructus colligere. *Copus de fruct. l. 2. tit. 1. cap.* 1. dicit, ideo ſuccurri, quia alio ex capite gravatur, dum de percipiendis tenetur poſt litem conteſtatam, quod ſæpe in jure noſtro fit, ut qui in uno gravatur, in altero ſublevetur. Aliter *Perſonalis de petit. hæred. numer.* 659. Vid. *etiam Donell. & ibi Hill. lib.* 19. *cap.* 14. *lit. H.*

## ad L. Si poſſeſſor. 52.

### *SVMMARIVM.*

*An poſſeſſor fructus ex hæreditate inhoneſtos reſtituere teneatur?*

SI poſſeſſor inhoneſtos fructus ex hæreditate percepiſſet, debet & hos reſtituere. *Hanc Legem* cum *Autumno* abrogandam cenſet *Grœnwegen*; ſed non video, cur non illud lucrum apud verum hæredem debeat manere potius, quam poſſeſſorem; quia poſſeſſor nullum habet titulum retinendi hos fructus, & debet reſtituere omne id, quod occaſione hæreditatis acquiſivit. Sed melius hæc Fiſco acquiruntur, per *L. Lucius. 9. de Jure Fiſci.*

## ad L. Non ſolum. 53.

### *SVMMARIVM.*

*Quænam ſit neceſſaria alienatio?*

QUæritur hic, quænam ſit neceſſaria alienatio? Reſpondet per exempla. 1. Quæ ob æs alienum exſolvendum facta, 2. quæ ad conſervandas res hæreditarias facta, 3. quæ facta eſt in iis rebus, quæ tempore perituræ aut deteriores futuræ, ut fructus arborum, vinum, frumentum & ſim.

## ad L. Ei qui. 54.

### *SVMMARIA.*

*Qualem, à fiſco emens hæreditatem, habeat actionem? numer.* 1.

*Qualem hæres, contra Creditorem ratione pignoris à defuncto accepti, habeat actionem?* 2.

*An m. f. poſſeſſor damnum prædiis hæreditariis datum præſtare teneatur?* 3.

1 IN *princ.* dicitur eum, qui à fiſco caducam emit hæreditatem vel partem ejus, habere utilem petitionem hæreditatis, exemplo fideicommiſſarii, cui etiam utilis hæc actio competit. *t. t. infra de fideicommiſſaria hæred. petit.*

2 *In* §. 1. quæritur, ſi defunctus pignus dedit ſuo creditori, & ei ſatisfecit de debito vel hæres ei ſolvit, an habeat pigneratitiam actionem & pignus poſſit repetere? quod liquido affirmatur.

3 *In* §. 3. agitur de m. f. poſſeſſore, cujus negligentia prædia hæreditaria ſunt deteriorata, quod damnum id præſtare teneatur, quod non minus liquidum eſt, quam cætera *in hac Lege* ſunt.

## ad L. Evicta. 55.

### *SVMMARIVM.*

*An poſſeſſor teneatur de commodo, quod ob damnum, vel ex L. Aquilia, vel ex actione furti conſecutus eſt?*

POſſeſſor hæreditatis etiam illud commodum, quod ob damnum hæreditati datum ex actione L. Aquiliæ conſecutus eſt, vel quod ex actione furti habet duplum, debet hæreditati inferre; nam per ea etiam lucra augetur hæreditas. Idem in peculio, quod etiam quid univerſale eſt, per *l. 9. §. 1. ff. de pecul. & ibi Cujac. tit. 1. p.* 1691.

## ad L. Cum hæreditas. 56.

### *SVMMARIA.*

*An poſſeſſor lupanar in prædio exercens fructus reſtituere teneatur?*

POſſeſſor exercuit in prædio Lupanar & locupletior inde redditus; poſtquam tu petis hæreditatem, quæritur, an fructus Lupanaris à poſſeſſore perceptos reſtituere teneatur? videtur quod non, quia tu procul dubio Lupanar non exercuiſſes, ſi prædium habuiſſes; Sed affirmatur, quia nullum lucrum ſive honeſtum, ſive inhoneſtum penes poſſeſſorem manere debet.

## ad L. Cum idem penult.

### *SVMMARIA.*

*An, ſi duo à me diverſis proceſſibus hæreditatem petant, & alter vicerit, reſtitutio facienda, antequam cum altero proceſſus finitus? num.* 1.

*Unius petitio non impedit alterius executionem, numer.* 2. *&* 3.

PEtitur à me à duobus aliqua hæreditas diverſis in proceſſibus, Alter victricem obtinet ſententiam,
1 an huic facienda reſtitutio, antequam alter proceſſu finem conſequatur? Aff. ſed præſtita cautione, quod me indemnem ſervare velit. Collige, unius petitionem non impedire executionem alterius, ſi poſſeſſori de
2 indemnitate caveatur. *hic & l. 57. de R. V. Buſius ad h. l. Donell. lib. 10. capit. 7. lit. L. & lib. 29. capit. 14. lit. H.* Et ejus cautionis mentio in ſententia facienda eſt. *Cæſar Contardus in rep. l. un. in notabilibus. numer. 14. C. ſi de momentan. poſſeſſ.* Et ſic, ſi tertius interveniat ob jus ſuum à me ſeparatum, non auditur, ſed ego poſſum
3 ſententiam obtinere, præſtita cautione. *Cothman. vol. 4. conſ. 4. num. 173. Carpz. proc. tit. 4. art. 2. num.* 138.

## ad L. Filius. fin.

### *SVMMARIA.*

*Quod pater in honorem filii habentis bona adventitia, expendit, de cujusnam bonis dediſſe videatur? nu.* 1.

*An idem in dote filia datæ* 2.

Veterum

*Veterum mos, cum filiofam. volebant relinquere, ut pater non acquireret, quisnam?* 3.
*Hodie quid obtineat, & quibus caſibus uſusfructus patri auferri poſſit?* 4. & 5.
*An alieno filiofam. teſtator ratione talium bonorum tutorem conſtituere valeat?* 6.

QUæ pater in honorem filii habentis bona ad- 1 ventitia expendit, præſumitur de bonis filii dediſſe. Sed quia loquitur *hæc Lex* de erogatione facta in honorem filii, quod in dubio cenſeatur ex bonis 2 filii facta, ideo *hanc legem* nolunt extendere ad dotem filiæ datam, quia etiam in his terminis, ſcil. ſi pater filiæ bona adminiſtrat, cenſetur ex ſuis tamen bonis dotaſſe. *L. fin. C. de Dotis promiſ. ibique* Autor *numer.* 1. & *num.* 7. Nec hoc igitur ad cauſam ſtudii extendendum, quia cauſa dotis & ſtudii in jure æquiparantur. *gl. fin. in l. un. C. de ſtudiis lib. urbis Romæ. Petr. Barb. in l. 1. parte 7. numer. 29. ff ſol. matr. Ex hac L.* probatur ve- 3 terum mos, quando volebant Filiofamilias alterius hæreditatem relinquere, ut tamen patri non adquireretur, ſolebant ſub conditione emancipationis filio relinquere. Hodie talia bona non acquiruntur patri quoad proprietatem, ſed tantum quoad uſumfructum; Autor *ad L. ult. num.* 1. *C. de Collation.* ſed hic uſusfructus prohiberi poteſt, per *Auth. Excipitur. C. de Bonis quæ liberis.* non tantum verbis expreſſis, ſed etiam per conſequentiam, *Berl. p.* 1. *dec.* 135. aut ſi diſponatur, ut res ipſi filio tradatur, vel ut pater filio reſtituat, vel ſi alias verba nihil operarentur, vel ſi & inſtitutio & Fideicommiſſum relictum ſit favore filii, vel ſi integra bona ſine deminutione reſtitui jubeat, vel ſi ſpeciales Curatores dederit filio, quas aliasque præſumtiones 4 recenſet *Berlich. p.* 1. *dec.* 136. In Legitima ſanè Patri uſusfructus adimi non poteſt, per *Nov.* 117. *in Rubr.* & *§.* 1. *Vid. à me notata ad Auth. excipitur. d. t. num.* 5. & *Berlich. dec.* 137. quidem *Gloſſam* mavult ſequi, quam 5 clarum textum & tot Doctores, quos recenſet *num.* 5. quibus addatur *Gutierez. in capit. quamvis, in verbis: nullum ad paterna bona regreſſum &c. num.* 20. *Molina de J. & J. d.* 117. *nu.* 11. Autor *ad d. Auth. Excipitur n.* 6. 6 Nec pater commoditatem fructuum in illis bonis habebit *Berlich. dec.* 138. & in his bonis alieno filiofam. non tutorem, ſed curatorem Teſtator conſtituere poteſt. *Berlich. dec.* 139. qui patri tamen ob intereſſe rationem reddere tenebitur. *Berl. d. p.* 1. *dec.* 140. & 141.

---

## TITULUS IV.

### *Si pars Hæreditatis petatur.*

### ad L. Poſt actionem. 1.

#### SUMMARIA.

*An hic Titulus rectè nunc ſequatur? num.* 1.
*Hæres metiri ſuam actionem debet non ex facto adverſarii, ſed ex ſuo jure.* 2.
*Cum plures hæreditatem poſſident, & plures pro parte agant, an ſinguli à ſingulis petant.* 3. 4.
*Quomodo hæres ex ſemiſſe trientem poſſidens contra cohæredes agere poſſit?* 5.
*An pars incerta peti poſſit?* 6.

IN *principio* redditur tantum ratio Methodi, quod 1 titulum de totius hæreditatis petitione ſequatur rectè titulus de petitione partis hæreditatis. Petens hæ- 2 reditatem metitur actionem ſuam non ex facto adverſarii ſui, ſed ex jure ſuo; ſeu concluſio in petitione hæreditatis ſumitur reſpectu juris agentis, non reſpectu poſſeſſoris conventi, *Br. hic* Autor *ad L.* 1. *numbr.* 1. *C. Famil. erciſc.* ideoque hæreditatem petere poteſt ab eo, qui vel unam rem hæreditariam poſſidet. *Weſenb. in ff.* 3 *ad tit. præced. nu.* 6. Hinc hæres pro parte, etſi hæreditas magni, res autem poſſeſſa parvi ſit pretii, non tamen niſi partem conſequetur, cum *Gomezio & Oldendorpio Hilliger. in Donell. l.* 19. *cap.* 16. *lit. B.*

4 Quando plures poſſident hæreditatem, & plures etiam pro parte ad ſe pertinere hæreditatem dicunt, non ſinguli à ſingulis petent, ſed uterque ab utroque. §. 2. niſi unus cohæres cum extraneo poſſideat, & cohæres non plus dimidia poſſideat, ubi à ſolo extraneo petetur. §. 3. Et hoc contra juris ſummi rationem. *Vid. Donell. l.* 19. *capit.* 16. *poſt lit. B.* & ſatius eſſet, hæredes 5 ſimul in judicium vocare, ut agnoſcit hic *Cyprianus Reguer. in Conſ.* Si ſint tres poſſeſſores hæreditatis, ego & tu, qui verus cohæres eſt, & Mevius extraneus, ſinguli autem poſſidemus 4. uncias ſeu trientem, cum tamen ſemiſſis mihi debeatur, hic agere poſſem contra te, ut ſemiſſem tui trientis & Mevium, ut aliam ſemiſſem trientis ſui mihi reſtituat. Sed ſi habebo beſſem, nempe 4. uncias; habebam antea duas uncias à te ſeu ſextantem, & duas itidem à Mevio, quæ octo unciæ beſſem conficiunt? Reſp. te poſſe ſextantem i. e. duas uncias à me petere vel compenſare *hic in* §. 4. Sed non video, cur non debeam ab extraneo Mevio duas uncias petere, & tamen alias duas uncias à Mevio potes etiam petere.

6 *In §. ult.* conceditur, ut pars incerta peti poſſit, ſi ſint fœminæ vel uxores fratrum defuncti, quia incertum, quot liberos quælibet ſit paritura, vel an ſit paritura, fortè tum etiam collaterales in capita, non in ſtirpes ſuccedebant. Hodie ſi vel tres liberos pariat, unicam tamen portionem venter vel tres liberi fratris habebunt.

### ad L. Si ex pluribus. 2.

#### SUMMARIA.

*Inſtitutus pro parte, uno repudiante ſuam portionem, totam petere poteſt hæredit. nu.* 1.
*An poſſim integram hæred. petere, ſi ego pure, alter cohæres ſub conditione ſit inſtitutus* 2.

1 INſtitutus pro parte, altero deliberante, partem ſuam tantum petet; ſed altero repudiante, petet 2 totam. Hic quærit *Gloſſa*, an ſi alter ſub conditione inſtitutus, ego pure, an poſſim totam hæreditatem petere, pendente conditione? Et diſtinguitur: an primo ſim in ſolidum inſtitutus, & poſtea ſub conditione adjunctus Sejus; an vero ego in dimidia ſtatim ſim inſtitutus: Et illo caſu me totam hæreditatem petere poſſe, non vero hoc. *Conf. etiam ad hanc l. Hier. Gabriel. conſ.* 42. *nu.* 43. *lib.* 2. *Cephal. vol.* 5. *conſ.* 716. *nu.* 39.

### ad L. Antiqui. 3. & ſeq.

#### SUMMARIA.

*Si pars hæreditatis incerta ſit, quomodo ad certitudinem redigenda? num.* 1.
*An uſus ſit hodie hujus §. cum rare tergemini naſcantur?* 2.
*Quomodo leges attendant caſu rariores?* 3.

1 SI incertitudo partis ex conditione rerum oriatur, v. g. ſi mulier uterum gerat, & incertum ſit, quot ſint naſcituri, nunc incertitudo interpretatione juris Autorum ad certitudinem aliquam reducta; cum prægnans habenda ſit, ac ſi tres paritura ſit, quia id accidere poſſit. Sed poſtquam peperit, ad veritatem naturæ redditur. *Donell. l.* 1. *cap.* 15. & *lib.* 19. *cap. ult. lit. E.* & *F.* & 2 *ibi Hill.* Sed quia rari gemini, rariſſimè tergemini naſcuntur, vix *hunc* §. obſervari putem cum *Grænwegen.* 3 Collig. tamen *ex hac L.* & *L. ſi major.* 12. *C. de Legit. hær.* quod etiam Leges attendant caſus rariores, potiſſimum vero ſi à natura fiant, quæ facto hominis mutari non poteſt, & ſic ſemper in ſe certitudinem habet. *Cagnol. in L. ea quæ raro.* 65. *de R. J. nu. ſext.* & *ſeqq. Conf. d. h. §. Menoch. l.* 6. *præſ.* 51. *Tiraqu. ad L. ſi unquam, præf. nu.* 111.

*Socinus junior conſ. 35. numer. 30. lib. 2. & quos allegat. Hilig. d. lit. F.* Colligitur tamen ex eo, in dubiis caſibus mediam viam eſſe eligendam. *Bald. de Vbaldis in tr. de Pactis numer. 7. B rous vol. 3. conſil. 10 numer. 34.* Si autem pauciores, quam tres naſcantur, reſiduum ei pro rata adcreſcit, ſi plures quam tres naſcantur, quod portenti loco videtur, decreſcit pro rata ſingulis portio ſua *per l. 4. h. t.*

### ad L. Illud ſciendum. 5.

*SVMMARIVM.*

*Incertitudo naſciturorum, non impedit, quo minus cohæres adeat hæreditatem.*

INcertitudo naſciturorum ſeu poſthumorum pariendorum non impedit, quo minus cohæres adire poſſit hæreditatem, licet ipſe neſciat, quam portionem ſit habiturus. v.g. ſi quis paret liberos & Uxorem prægnantem & filius ita ſit ex aſſe hæres, hoc tamen neſciat, quo caſu incertam partem hæreditatis petet. Idem eſt ſi extraneus cum naſcituris inſtituatus hæres, modo certo ſciat, defunctum eſſe Teſtatorem & ſe inſtitutum eſſe pure vel ſub conditione, licet portionis debitæ quantitatem ignoret.

### ad L. Sorori. 6.

*SUMMARIUM.*

*Quam portionem ſoror poſt Teſtamentum matris nata fratribus detrahat?*

DEceſſit Mater relictis 4 filiis, quos hæredes inſtituerat & filia, quam poſt Teſtamentum enixa erat, vel quam Mater exhæredaverat, nam tunc temporis poterat exhæredatio fieri ſine cauſa, hoc caſu ſoror ſingulis fratribus portionem quartam detrahit. Et ſumtus, qui in hæreditatem juſtè facti ſunt, ei, qui aliquam partem à cohæredibus avicerit, pro rata ſunt imputandi. §. 1. *h. l.*

### ad L. Non poſſumus. 7.

*SUMMARIUM.*

*Per petitionem partis hæreditatis, non agitur ad dividendam hæreditatem.*

PEr petitionem partis hæreditatis non agitur ad dividendam hæreditatem, quippe ad diviſionem hæreditatis agitur actione familiæ herciſcundæ, ſed per hanc actionem conſequitur quis partem pro indiviſo, ut declaretur hæres pro illa vel iſta portione, ſed poſtea ad diviſionem agitur judicio familiæ herciſcundæ. Sed puto utrumque judicium eventualiter & ſucceſſive cumulari poſſe in uno judicio.

### ad L. Permittendum. 8.

POteſt quis pro parte cedere, & pro parte contendere. *Hic & L. 21. de reb. cred. Don. l. 19. poſt lit. A. Vid. not.* Dni Autoris *in d. l.* 21. v. gr. ſi quis à me petat hæreditatem ex aſſe, & ego fatear ipſum pro ſemiſſe eſſe hæredem.

### ad L. Cum multi. 9.

*SVMMARIVM.*

*Quomodo contra procuratorem hæredis ante teſtatorem defuncti agi poſſit?*

TItius fecit Teſtamentum, in quo abſentem Mevium pro vivo habitum cum aliis inſtituit hæredem. Petrus ut procurator Mevii ipſum Mevium adhuc vivere exiſtimans, partem hæreditatis accepit & bona hæreditaria vendidit, cum tamen Mevius jam tum mortuus fuerit, qui Mevius Petrum procuratorem ſuum cum alio hæredem conſtituit, an contra Petrum poteſt petitione hæreditatis agi, & pro qua parte? Videbatur quod non, quia non ſuo nomine poſſidet. Sed affirmatur, quia jam ſuo nomine poſſidet. Et poteſt tota hæreditas peti à Petro, niſi partem hæreditatis cohæredi jam reſtituit.

---

## TITULUS V.

### *De Poſſeſſoria Hæreditatis petitione.*

*SUMMARIA.*

*Cui detur poſſeſſoria hæreditatis petitio? num. 1.*
*An hodie hujus tit. utilitas ſit? 2.*

1 POſſeſſoria hæreditatis petitio datur ei, qui jure civili non eſt hæres, ſed ſuccedit jure prætorio, & eſt bonorum poſſeſſor, & in hac petitione hæreditatis prætoria eadem locum habent, quæ dicuntur de
2 petitione hæreditatis civili. Poſſeſſoria autem hæreditatis petitio hodie fere inutilis, cum ex Jure Civili ſuccedatur. *Grænwegen hic.* Niſi uſum ejus in caſibus ſpecialibus quis ponat, ut in *L. 12. & 17. ff. de injuſt. rupt. to.* Sic hodie ut plurimum utuntur remedio *legis ult. C. de Divi Adriani Edicto toll. de quo infra ſuo loco.* Sic & cognationem habet cum hac petitio curatelæ bonorum abſentis, cum oblatione cautionis, de qua *infra de Curatore bonis lib. 42.*

---

## TITULUS VI.

### *De Fideicommiſſaria hæreditatis petitione.*

### ad omnes 3. Leges hujus tituli.

*SUMMARIA.*

*Contra quemnam detur hæc petitio? num. 1. & 2.*
*Cur detur? 3.*
*Effectus reſtituta hæreditatis. 4.*

1 HÆc datur Fideicommiſſario, cui verbo reſtituta eſt hæreditas & pro hærede habetur in effectu §. 3 *inſt. de fideicom. hæred. l. 1. h. t.* Et hæc actio omnia habet, quæ de petitione hæreditatis ſupra dicta, nam ea omnia in hac fideicommiſſaria petitione hæreditatis locum habent *l. cap. h. tit.* Et hæc actio non tantum fideicommiſſario, ſed & hæredi ejus & bonorum poſſeſſori i. e. prætorio hæredi & aliis ſucceſſoribus competit. *lib. 3. ſeu ult. in princ.* non vero competit contra hæredem fiduciarium. *lib. tertii. paragraph. prim. h. tit.*
2 Nam quia is, quoniam verbo reſtituit hæreditatem ſatis confeſſus eſt, non ſe, ſed fideicommiſſarium in effectu eſſe hæredem. Si quid tamen non reſtituit, ſed ultra Trebellianicam quid retinuit, alia actione id
3 peti poteſt. *Weſenbec. in ff. h. t.* ſed contra tertium, qui hæreditatem, putans ſe eſſe hæredem, vel mala fide, poſſidet. Et omnia hic locum habent, quæ *tit. 3.* dicta ſunt, ſed debet prius verbaliter minimum fieri reſtitutio, aut ſi hæres bona omnia alienaverit; nam tunc reipſa videtur reſtitutionem feciſſe. *Sande l. 4. titul. 5.*
4 *def. 13.* Reſtituta igitur hæreditate omnia jura hæreditaria, quæ hæredi & in hæredem competunt, etiam fideicommiſſario & in fideicommiſſarium competunt *d. l. 3. §. fin.*

# LIBRI SEXTI

## TITULUS I.

## De Rei Vindicatione.

### ad L. Poſt actiones. 1.

*SUMMARIA.*

*In rei vindicationem quænam veniunt? nu.* 1. *&* 2.
*Quo jure pater filium vindicet?* 3. *&* 5.
*Quomodo Imperator ſit mundi Dominus?* 4.
*Hodie ruſtici vindicantur.* 7.

PEr Rei vindicationem petuntur res
1 ſingulæ, animatæ & inanimatæ,
mobiles & immobiles, imo etiam
collectiva corpora, ut grex, Equitium, & ſimilia: licet omnia corpora mea non ſint, major tamen
pars; ut tamen in reſtitutionem
aliena corpora non veniant. *L.* 1. *§. ult. &* §. 2. *h. tit.*
2 Et poteſt grex vindicari, licet quædam imo omnia
corpora ſurrogata ſint, *per l.* 3. *Donell. l.* 20. *c.* 4. *lit. O. &*
*ſeq.* Notetur *ex* §. 2. patrem filium vindicare poſſe,
3 non jure Gent. ſed jure Quiritium Romano. Vid.
*Pinell. p.* 2. *Rubr. de bon. mat. numer.* 5. ex quo etiam
notant, Imperatorem eſſe totius orbis Dominum, ſcilic.
4 ratione protectionis. *de quo vid. Covar. in c. peccatum.*
*p.* 2. *§* 9. *numer.* 7. *&* 8. Alias poteſt filius peti per actio-
5 nem præjudicialem de quibus actionibus *agitur in §.*
*præjudiciales.* 13. *Inſt. de Actionibus*, vel interdictis ſcil.
de liberis exhibendis vel cognitione prætoria. Colligitur etiam, Civem à Senatu vindicari poſſe. *Coraſius*
6 *in rep. L. frater à fratre. num.* 78 *ff. de Condict. indeb. &*
Autor *ad L.* 1. *nu.* 83. *C. de Decur.* ſic hodie ruſtici etiam
vindicari ſolent jure conſuetudinario, *arg. l.* 37. *§.* 1. *ff. ad*
7 *munic. l.* 14. *C. de Agric. & conſ. c.* 55. *X. de Appell.* Vid. *Hill.*
*in Donell. l.* 20. *cap.* 4. *lit. G.*

### ad L. Sed ſi. 2.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo gregis ad duos Dominos ſpectantis vindicatio inſtituenda?*

SI duorum Dominorum par eſt ovium v. g. numerus, in grege. v. g. quilibet habet 50. quæritur, an poſſit alter gregem vindicare? Quod negatur, quia grex non eſt alterius ſed amborum. Sed fortè partem dimidiam vindicare unus vel alter poterit? Negatur, quia ſi eſſet communis grex & alter dimidiam peteret, ſingulorum capitum pars media vindicaretur, quod dici non poteſt, quia ſingula capita non ſunt communia. Si grex eſſet communis, pars dimidia vindicari poſſet, quamvis incerta ſit *l.* 3. *§. ult. & l.* 76 *§.* 1. *h. tit.* Ergo petendum eſt, quantum patet in illo grege eſſe meum.

### ad L. Marcellus. 3.

*SUMMARIA.*

*Quomodo oves ſubſtitutæ vindicari poſſint? num.* 1.
*Quomodo armamenta navis vindicanda?* 2.
*An in petitione prædii omnia inſtrumenta exprimenda?* 3.
*Mixtæ res pro parte incertæ vindicantur.* 4.

HAbeo gregem 100. capitum, quorum centum oves ab aliquo, qui fuit Dominus vel bonæ fidei poſſeſſor; quæritur, an poſſim vindicare etiam illas 100. oves ſubſtitutas? quod affirmatur *argument. l. proponebatur.* 76. *ff. de judic.* Et ſi dominus fuit, qui mihi vendidit, datur rei vindicatio, ſi b. f. poſſeſſor publiciana datur.

2 *In* §. 1. de Armamentis navis dicitur, quod armamenta navis ſingula, vel ſcaphæ ſingulæ vindicandæ, quia ſunt diverſæ res, diverſa corpora, non partes navis, & exinde, quod de armamentis dicitur, quod non intelligantur nave petita, nonnulli concludere voluerunt,
3 in petitione caſtri vel prædii omnia inſtrumenta eſſe exprimenda, quos refutat *Mod. Piſt. conſ.* 50 *num.* 4. Videtur enim differentia eſſe inter hæc; & armamenta facile poſſunt exprimi.

4 *In* §. *ult.* agitur de rebus commixtis, quæ ſcilicet fiunt communes, & ſic pro parte incerta vindicantur, licet, quanta pars alterius fuerit, non conſtet.

### ad L. Quo quidem. 4.

*SUMMARIUM.*

*Quales dentur contra confundentem diverſa metalla actiones?*

SEd danturne aliæ actiones contra eum, qui confudit diverſa metalla? Reſp. contra eum, qui bona fide confundit, datur actio communi dividundo; contra eum, qui mala fide confudit, datur actio furti, vel ad exhibendum, & jurari poteſt contra eum in litem. Sed in actione ad exhibendum ratio bonitatis metalli habebitur, quantum ſcilicet unius materia alterius materia fuerit pretioſior.

### ad L. Idem Pomponius. 5.

*SUMMARIA.*

*Commixtio, abſque confuſione quæ ſit, dominium non mutat. num.* 1.
*De confuſione ſpeciem mutante, remiſſive.* 2.
*Res diverſi generis abſque mutatione ſpeciei, commixta quomodo vindicanda?* 3.
*Cui fœtus animalis cedat?* 4.
*Quando arbor in aliam tellurem translata Domino ſoli cedat, remiſſivè.* 5.
*Error in nomine non vitiat judicium* 6.
*Si plures ſint ſervi ejuſdem nominis, quis præſtandus, & annon ſententia ſequi poſſit.* 8. *&* 9.

1 IN *principio* agitur de commixtione & dicitur, quæ commixtione non confunduntur, eorum dominium remanet, quorum prius erat, niſi Dominorum voluntate ſit facta commixtio, quo caſu acervus ſit communis.

2 *In* §. 1. agitur de confuſione, quæ ſpeciem mutat, ut ſi ex melle & vino ſit mulſum, hoc caſu ſi alterius ſit mel, alterius vinum, ſed ejus qui fecit, quæ vocatur ſpecificatio modus adquirendi dominii, ſi res non poſſit redire ad priorem materiam, de qua *in* §. 25. *Inſt. de Rerum Diviſ.*

3 *In* §. 2. agitur de materiis diverſi generis, quæ commixtione non mutant ſpeciem, quæ ſi ſeparari poſſint, quilibet vindicabit ſuum, ſi ſeparari non poſſint, communia fiunt & quilibet ſuam partem vindicat. E. gr. ſi plumbum cum argento mixtum, ſeparari hæc poſſunt,

poſſunt. Si æs cum auro, non poſſunt ſeparari, cum æs
evaneſcat. *Hilliger. l.4.cap.31. l.G.Coll.Argent. h.t.th.32.
in fine de R.V.*

Fœtus animalis cedit ei, cujus eſt mater non verò
4 cujus pater eſt, quia ſequitur ventrem. §.3.

*In* §. 4. agitur de arbore, quæ in aliam tellurem
5 translata cedit, i. e. in dominium ejus tranſit, ſi ibi in
novo ſolo radices egit. *vid. notata* Dni Autoris *ad* §.31.
*Inſt. de rerum diviſ. Donell. l.4.cap.34.*

Error in nomine vel falſa demonſtratio non vitiat
6 judicium, ſi modo partes in re conveniant. §. *pen. h. l.*
& §. *ult.*

*Ex* §. *ult. notetur*, quod quando plures ſunt ejuſdem
7 nominis, quod tunc ſententia ſequi non poſſit. Cui
vulgo opponunt *L. ſi quis intentione. 66. ff. de judic.*
quod actoris ſit declarare, *ut Gl. & Dd. ad hunc* §.
quos refutare nititur *Bnſ. hic & Fab. Accorombonus in
rep. L. naturaliter.* §. *nihil intereſt. nu. 97. de acquir. poſſ.*
Ideoque negat *Joh. Franc. Purpuratus in rep. L. Edicta.
C. de Edendo. numer. 81. ex hoc* §. ſequi, quod *Bartolus*
deducit, ſcil. quod facultas declarandi non tranſeat ad
aliquem, licet juris fictione pro eadem perſona habe-
8 antur, ut defunctus & hæres, pater & filius. Sed certè
*in hoc* §. præſupponendum puto. actorem noluiſſe aut
non potuiſſe declarare. Sed declarationi hæredis omni-
no ſtandum eſſe, cum aliis etiam ſtatuit *Menoch. conſ.
179. num. 18.* Sed ſi defuncti intentio hæredi obſcura,
poterit hæc lex locum habere. *Donell. l. 20.cap.4. & ibi
Hill. lit. X. & quos hic allegat.*

## ad L. Si in rem. 6.

### SVMMARIA.

*Species vindicanda quomodo deſcribenda? num. 1.*

*Cum Titius vindicat prædium, ex inſtrumento dubio, Ti-
tius an reus probare debeat prædii terminos? 2.*

*An in hac actione libellus ſemper debeat eſſe ſpecialis? nu.
3.*

1 RES vindicanda debet eſſe ſpecies, & quidem certa
& adeo deſcribenda à loco, nomine & vicinis, ſi
res ſoli ſit; à ſexu, colore, ſi brutum; à pondere, men-
ſura & origine, ſi res in quantitate conſiſtat, de quo
*Donell. l. 20. c. 4. poſt lit. R. Coler. ad cap.2. X. de libello.
oblat. Conſ. Speculator lib. 4. tit. de cauſa poſſeſſionis &
proprietatis* §. 4. *ubi plures libellos proponit. Bnſ. hic.* Hic
2 quærebatur, cum Titius totum prædium vindicaret, &
produceret inſtrumentum, quod tamen ſcrupulum
movit, dum in eo hæc verba habebantur: So viel N. N.
daran gehabt tc. cui probatio imponenda? Reſp. à *Dn.
Mevio*, & ita judicatum teſtatur, quod non probatio
reo imponenda, quid exceptum velit, ſed actori quan-
tum habeat, cum Actor id quod autoris fuit, ſpecia-
liter deſignare debeat, *per hanc L. Dn. Mev. p.3 dec.290.*
Collige, libellum debere eſſe ſpecialem, niſi generale
3 ſit judicium, aut debitum ſit per judicium liquidandum.
*Mev. p. 5. dec. 40.* ubi agit de actione ad damnum ob
non ſervatum contractum refundendum, nam ſufficit,
ſi poſtea in proceſſu liquidetur.

## ad L. Si is. 7.

### SVMMARIA.

*Qui convenit liti ſe offerentem, etiam poſtea fundi poſſeſ-
ſorem convenire poteſt. num. 1.*

*Limitatio. 2.*

VOlui vindicare agrum, tu te obtuliſti liti & ita te
conveni, condemnatus igitur, ſolvis æſtimatio-
1 nem prædii à me æſtimati fortè per juramentum in
litem. Poſtea mihi relatum eſt, fundum, quem petii,
poſſideri à Mevio, quem convenire volo, quæritur, an
poſſim? Videtur quod non, quia idem bis peterem &
*per lib.51.* §. *1. ff. de Re judic. & lib. 26. ff. de Noxal. act.*
Sed affirmatur: quæſtio, quia diverſa ſunt in obliga-
tione, is, qui ſe obtulit tenetur ad æſtimationem, poſ-
ſeſſor ad ipſam rem tradendam. In *dictis textibus* autem
agitur de tali caſu, ubi idem ab utroque debetur. Li-
mitanda tamen *hæc lex* eſt, ſi do oſè ſe obtulit, ad de-
2 cipiendum actorem. Non ſi fecit ad liberandum poſ-
ſeſſorem & animo gerendi ejus negotium. Nam alias
poſſeſſor duobus obligatus eſſet, Domino ſcilicet rei
petitæ & negotiorum ſuorum geſtori.

## ad L. Pomponius. 8.

### SUMMARIUM.

*Quomodo ager à ſocio & extraneo poſſeſſus vindicandus?*

EST mihi tecum communis ager, hunc tamen pro
parte dimidia poſſides, & alius extraneus alteram
dimidiam, quæritur hic, an à te mediam partem tuæ
dimidiæ debeam petere, an verò totam dimidiam ab
extraneo? Reſp. Si poſſides cum Extraneo pro indiviſo,
ut quælibet pars agri ſit communis, tunc partem meam
à ſolo extraneo peto & vindico. Si autem poſſidetis
pro parte diviſa diviſis regionibus & tunc peto meæ
partis dimidiæ partem dimidiam à te, partem alteram
ab Extraneo, quia mihi communis eſt tecum ager, ergo
quælibet pars, quælibet area pro parte mea eſt.

## ad L. Officium. 9.

### SUMMARIA.

*Quænam actori hac actione probanda? num. 1.*

*Quid ſi agatur contra eum, qui ut colonus in poſſeſſione
eſt? 2.*

*An detur hac actio contra illos, qui à nobis titulum ha-
bent? 3. & 4.*

*Caſus ubi Dominus à depoſitario rem vindicare poteſt.
num. 5.*

*An pœna inficiationis in iis, qui ſine animo Domini poſſi-
dent, locum habeat? 6.*

DUo probanda ſunt in Rei Vindicatione; domi-
1 nium Actoris, de quo *in L. 23.* à parte Rei verò
poſſeſſio, per *h. l.* Poſſeſſor autem hic ille dicitur, qui
etiam nudam habet detentionem, modo facultatem
reſtituendi habeat. Vid. *Don. lib. 20. cap. 3. lit. D. & ibi
Hillig. plura habet notatu digna.* Sed quid ſi v. gr. agam
contra eum, qui ut colonus tantum in poſſeſſione eſt?
2 Reſp. ſi litem ſuſcipiat, porro contra eum pergitur in
judicio, ſed id Locatorio præjudicare nequit. *t. t. C. res
inter alios acta. Struv. h. t. th. 9.* Sed poteſt nominare
eum, cujus nomine rem poſſidet. Vid. *Don. l.20.c.3. lit.
G. & ſeq.* qua de re etiam actum *in Comm.* Dni Autoris
*ad L.2. nu.2. & ſeqq. C. ubi in rem actio. & Proc. Civ. c.11.*
Sed datur hæc actio contra eos etiam, qui à nobis ipſis
3 titulum habent, ſi titulus ſit vitioſus & jure improbatus
*L. 33.* §. *1. l.36. pr. & l.39. & l. 55. de Donat. int. vir. & ux.
Hill. d. c. 3. lit.* A. Autor *ad L. 2. num. 1. C. h. t.* Imò ſi à
nobis etiam habeat titulum, ſed qui ad transferendum
4 Dominium non eſt aptus, v. g. ſi conduxit, commo-
dato accepit, tunc poſſumus non tantum actione per-
ſonali ex Locatione, commodato & ſimilibus agere,
ſed etiam actione reali. Sed dati caſus tradit *Dn. Struv.*
5 *ad h. t. th. 10.* in quibus Dominus à Depoſitario & ſimi-
libus rem vindicare tenetur, quo refert *l. 6. ff. Commod.
l. 38. pr. ff. de pecul. l. 24. paragraph. 2. de reb. Auth. jud.
poſſid. l. 5. paragraph. 18. de Tribut. act. l. 2. C præſcr. 30 ann.*
Plures Dd. de hoc quod ipſe etiam v. gr. Deponens,
commodans, & ſim. rem vindicare poſſit, vid. apud
*Hilliger. d. cap. lit. G.* allegatos. Sed an in his, qui ſine
6 animo Domini in poſſeſſione ſunt, locum habeat pœna
inficiationis? R. ex *l. fin. h. t.* & affirmativam defendit
*Marcus Ant. Cuchus in tr. de mentiente circa poſſeſſionem.
numer. 369. & ſeqq.* Si in ſpecie modo interrogentur,
an detineant, & hoc negent: nam poſſent ſine falſitate
dicere, ſe non poſſidere. Sed hæc ſententia poſſeſſionis
ipſi

ipſi poſſeſſori non præjudicaret. Videtur *hanc legem* reſtringere ad caſum ubi non conſtat, quis poſſideat, *Ant. Rubeus in rep. l. naturali ar. §. nihil commune. nu.*
7 *227. ff. de adquir. poſſ. vol. 5.* Ex *hoc texta* videtur colli-
gi; probata ab Actore intentione, & dicicitis atteſtatis, Reum poſſe ſuam intentionem negativam probare. Sed hoc in teſtibus temperatur, per *Nov. 90. capit. 5.* Vid. *Secin. Senior. in tr. de Teſtibus num. 18. & Lanfr. de Orsano eodem tr. numer. 36.*

## ad L. Si res mobilis. 10.

### SVMMARIA.

*Vbinam res petita reſtituenda ſit? nu. 1.*
*An ſi civis Norimbergenſis Lipſiam equo vectus veniat, equus ejus Lipſiæ vindicari poſſit? 2.*

1 QUælibet res mobilis reſtituenda eſt, vel ubi res
ſita eſt, vel ubi petitur, ſumtu tamen & periculo
Actoris, niſi à malæ fidei poſſeſſore alio ſit translata.
Ex quo poterit refutari *Donelli* opinio, quod res tan-
tum vindicari poſſit in loco rei ſitæ, *Franzk. ad tit. de*
2 *judic. num* 71. Sed quid ſi Civis Norimberg. equo ve-
ctus Lipſiam veniat, an equus Lipſiæ poteſt vindicari?
Et cum *Azone* plerique tradunt affirmandum, hunc &
Lipſiæ in loco rei deprehenſæ, & in loco domicilii Nu-
rimbergæ conveniri poſſe, ut ex *Sichardo ad L. ult. C.*
*ubi in rem. nu. 3. & aliis allegat. Hill. d. c. 17. lit. M.*

## ad L. Niſi 11. & ſeq.

### SUMMARIUM.

*Vbi res mobilis reſtituenda ſit?*

DIctum *antea* eſt, rem mobilem ibidem reſtitui debere à b. f. poſſeſſore, ubi eſt; Sed hic habetur Exceptio, niſi Actor malit, ut ſuis expenſis, quæ in reſtitutionem præter alimenta faciendæ ſunt, ſuoque periculo, res reſtituatur in loco judicii, quo caſu ipſi de reſtitutione cavebitur. Atque hoc obtinet etiam in malæ fidei poſſeſſore, ſi alio loco rei poſſeſſionem nactus ſit, ſed ſi alio rem tranſtulit ſuis impenſis & periculo ibi, ubi petitur, debet reſtitui.

## ad L. Non ſolum. 13.

### SUMMARIUM.

*Reſtituenda res non deteriorata, ſecus Actio legis Aquil. locum habet.*

REſtituenda res non deteriorata, nam ſi v. g. homo debilitatus, deterioratio hæc eſt æſtimanda à judice, & locum etiam habet actio Legis Aquiliæ, ſed ſi æſtimationem damni per actionem realem intendat conſequi, promittere debet, ſe actione Aquilia non uſurum, ne bis idem petat & conſequatur.

## ad L, Quod ſi. 14.

### SUMMARIUM.

*Actor ad reſtitutionem damni cum rei vindicatione ſimul agere poteſt?*

ERgo Actor poteſt eligere, utrum reſtitutionem damni in re vindicanda perſequi una cum rei vindicatione, quo caſu ſimplum conſequeretur; an verò velit actione Legis Aquiliæ in caſum inficiationis & in pœnam ejus perſequi duplum, nam ſi ſucceſſive utraque actione poſſet agere in caſum inficiationis, non duplum, ſed triplum conſequeretur.

## ad L. Item ſi. 15. §. 1.

### SUMMARIA.

*Quomodo reſtituens ſervum vulneratum injuriarum teneatur? num. 1.*
*Malæ f. poſſeſſor, qui fructus corruptioni obnoxios vendidit, an teneatur de ſolida æſtimatione, an vero, quantum accepit? 2.*
*An qui rem meam emit viginti, vendidit autem quinque & viginti, teneatur de quinque tantum? nu. 4.*
*Quid per modicum in §. 3. intelligatur? 6.*
*Si res apud poſſeſſorem fato pereat, & actor vincat, cujusnam periculo hoc fiat? 7. & 8.*
*Quis dicatur in mora eſſe? 9.*
*Litis conteſtatio inducit malam fidem tantum quoad fructus. 10.*

1 REſtituens ſervum vulneratum injuriarum etiam
tenetur, *princ. h. l.* ſcilicet ſi id in odium & in-
juriam Domini fecerit. Malæ fidei poſſeſſor, qualis
2 etiam is eſt, qui bonæ fidei poſſeſſor fuit, ſed à quo
petita eſt hæreditas, ſi rem ex neceſſitate diſtrahat, v. g.
fructus corruptioni obnoxios, quær. an ad totius rei
veram & ſolidam æſtimationem ſit condemnandus;
an vero ad pretium tantum acceptum? Et poſterius
placuit; quia licet ſit m. f. poſſeſſor, ex neceſſitate
3 tamen diſtraxit. Voluerunt nonnulli *ex hoc §.* colli-
gere, quod poſſeſſor, ſi nondum lite denunciata ven-
diderit rem, teneatur uſque ad pretium, ſi ab emtore
res recuperari non poſſit. *Vid. Jac. Schultes. ad Mod. Piſt.*
*p. 2. quæſt. 6. numer. 14. & 21. & Pingizer. qu. 49. numer. 33.*
*& ſeqq. quos tamen refutat Hillig. in Donell. l. 20. c. 5. lit. E.*
4 qui tamen rectè concedit, ſi v. g. Titius rem meam
emeret à non Domino 20. flor. & eam iterum bona
fide vendat 25. flor. Cajo, Titium conveniri poſſe
tantum in augmento pretii, cum *Vſyllo in §. Si itaque.*
*14. Inſt. de Act. num.* 14. adeo ut in foro conſcientiæ ul-
terius non teneatur *Covar. in c. peccatum. de R. J. lib. 6.*
5 *part. 3. pr. a. 4.* & ſi donatam rem acceperit & vendiderit,
in totum pretium teneatur Titius; eamque ſententiam
alias ex *L. 52. h. tit. & L. ſi me & Titium. 32. ff. ſi certum*
*petat:* probat *Dn. Struv. h. t. th. 13.* qui in Facultate Jenenſi
ita pronunciatum refert, & *Carpz. pr. crim. q. 87. n. 71.*
6 *Ad* §. 2. Poſſe aliquem compelli, ut rem ſuam ven-
dat, de eo alibi. Autor *ad L. 11. numer. 3. C. de Contrah.*
*Emtion.* Sed quid eſt, quod modici pretii hic faciat
mentionem, cum tamen alias, qui rem coactus ob pu-
blicam utilitatem vendere cogitur, juſto id pretio poſſit
vendere, non modico, nec ſub fide: *Fabianus de Monte*
*de emt. qu. 3. nu. 40. Valaſcus t. 1. conſult. c. 22. num. 5. &*
*ſeq. Vaſq. p. 1. contr. ill. lib. 1. cap. 15.* Sed videntur tamen
Dd. hoc loco per modicum pretium intelligere juſtum,
quod modicum dicitur ratione coactionis. Videri poteſt
*Rimin. p. 2. conſ. 199. num. 171. & ſeq.* Sed non fuit hæc
venditio, ſed agri militibus adſignabantur, modico
dato honoris gratia, de quo *Donell. l. 4. capit. 27. & ibi*
*Hillig. lit. P. & L. 20. c. 5. & ibi quos Hillig. citat. lit. M.*
7 *Ad* §. 5. Si res poſt moram apud poſſeſſorem fato in-
teriit, & poſtea Actor vincat, Reus periculum rei ſu-
ſtinere cogitur. Nec obſt. ſi dicatur eodem modo apud
actorem rem perituram fuiſſe, quia reſpondetur quod
vendere potuerit, *hic & L. 47. §. fin. de Leg. 1. Covar. in c.*
*peccatum. p. 2. §. 6. num. 1. Jaſon. in leg. quod te mihi. ff. ſi*
*certum petatur, nu. 28. Carocius in tract. de depoſit. p. 1. t.*
*de Caſu num. 3. Zœſ. ad h. t. num 55. Donell. lib. 20. c. 5. lit. D.*
8 *& ib. Hillig.* Idem magis ſi juſſus reſtituere contumax
fuit, vel temere ad judicium provocavit *Dn. Mev. p. 3.*
9 *dec.* 412. Sed hic in mora non ſtatim eſt, à quo res pe-
titur ſed ſi ſciat, rem ad alium pertinere, & moram in
reſtituendo fecerit. Autor *ad L. 3 num. 1. ſeqq. in quibus*
*cauſ. in integr.* Nam reus indefenſam ſuam rem non te-
netur relinquere, nec mortalitatem præſtare. *l. 40 ff. de*
10 *pet. hæred. Zœſ. nu. 49 ad h. t.* Litis enim conteſtatio tan-
tum inducit malam fidem quoad fructus, Autor *ad L.*
*2. nu. 2. C. de Fruct. & lit. expenſ.* non tamen obligat eum
ad rei interitum, idque etiam probat *L. neque ſequens,*
ſi pendente lite res petita perierit. ſuper acceſſionis ta-
men ferendam eſſe ſententiam, quia ſcil. ſuper re perempta fieri non poterat. *P. Barb. ad L. divortio. 8. §. fin. ff. ſol. matr.*
*nu. 64.* Autor *ad L. 1, nu. 2. C. de petit. hæredit.*

ad L.

### ad L. Utique. 16.

*SUMMARIA.*

*Quomodo re poſt litem conteſtatam peremta judex reum condemnare debeat? nu. 1.*

*Malam fidem inducit litis conteſtatio, non ratione rei interitus? 2.*

*Emittens navim juſto tempore ob interitum ejus tenetur. 3.*

RE poſt litem conteſtatam peremta judex pronun-
1 ciabit, rem fuiſſe Actoris, ſed quia periit, abſolvet Reum, & condemnabit eum in fructus & acceſſoria. Ita Practicam *hujus Legis* deſcribit *Donell. l. 20. cap. 6. lit. A.* unde probatur, quod poſſeſſor bonæ fidei, ſi res poſt litis conteſtationem pereat, non teneatur de rei interitu, nam litis conteſtatio inducit malam fidem. Autor *ad L. 1. num. 2. de petit. hæredit.* reſpectu
2 fructuum poſtea perceptorum & percipiendorum, non ratione interitus. *P. Barb. ad l. divortio. 8. §. fin. p. 1. nu. 64. ff. ſol. matrim.* ubi etiam colligit *ex hac lege*, peremto principali, tolli acceſſorium quidem, Autor *ad L. 16. nu. 2. C. de pign.* ſed ſecus, ſi poſt litem conteſtatam pereat. *Barb. d. l. ubi nu. ſeq. plures citat & refutat Munoch. rem. 15. recup. poſſ. nu. 512. & 521.*

3 Si quis navem à me petat & ego idoneo tempore, quo ſolet navigari, navem emiſerim & ea abſorbeatur à mari in tempeſtate, quæritur, an tenear ob interitum? N. quia non eſt in culpa, ſi quis utatur re ad eum uſum, ad quem eſt deſtinata.

### ad L. Julianus. 17.

*SUMMARIA.*

*Emens bona fide ſervum, & m. f. eundem alienans tenetur ad ejus æſtimationem. num. 1.*

*Moram in reſtituendo ſervo nectens etiam ad fructus tenetur? 2.*

*Quid ſi dolo ſervum poſſidere deſiit præſtare debeat? numer. 3.*

EMi à te ſervum Mevii forte bona fide, quia te ha-
1 beo pro Domino. Poſtea Mevius à me vindicat eum ſervum, lite conteſtata eum vendo Titio, qui eum ſervum occidit, quæritur, an à me æſtimationem petere poſſi. Mevius? videtur quod non, quod ſit, iniquum, me alterius factum præſtare. Sed reſp. me factum meum præſtare, cum mala fide diſtraxerim.

*In §. 1.* quæritur, ſi moram fecit in reſtituendo ſer-
2 vo petito & hic moriatur, an etiam ad fructus teneatur & quouſque? Reſp. ratione fructuum teneri poſſeſſorem uſque ad diem ſententiæ percipiendorum *hic & l. 33. h. t.*

*In §. ſecund.* quod de fructibus dictum, ad om-
3 nem cauſam i. e. intereſſe extenditur & ad fructuum fructus. Et ſi poſſeſſor poſt litem conteſtatam uſucepit ſervum à Titio vulneratum, habet actionem Legis Aquiliæ, quam cedere debet. Sed quid, ſi dolo deſiit poſſidere ſervum poſſeſſor, & aliquis ſervum occidit, tunc præſtare debebit poſſeſſor? Reſp. aut pretium ſervi, quia dolo deſiit poſſidere, ſolvit, aut cedet actionem Legis Aquiliæ, ita ut electio competat Actori. Si poſſeſſor occaſione rei ab alio fructus accepit, reſtituere tenetur, quia lucrum ex aliena re percipere non debet.

### ad L. Si poſt. 18.

*SUMMARIA.*

*Quomodo reus per uſucapionem Dominus factus teneatur ad reſtitutionem? n. 1.*

*An hodie uſucapio pendente lite facta procedat? 2.*

1 SI Reus rem petitam uſuceperit lite pendente, res cum cautione reſtituenda: ſed quomodo tenetur Reus Dominus jam factus ad reſtitutionem? Reſ. uſucapionem pro juſta acquiſitione hic non haberi, quia debuit reſtituere initio litis. Factum igitur ei ſuum, non alii nocere debet, & in judicio quaſi con-
2 tractum, ita *Donell. l. 20. c. 6.* Sed hodie uſucapio non procederet, quia per denunciationem interrumpitur, & actum judicialem, prout habetur *in L. 2. C. de Annal. Excep. ibique* Autor *n. 3. 6. & 8.*

### ad L. Ipſi quoque. 19.

*SUMMARIUM.*

*An interdum reſtituenti poſſeſſori de indemnitate cavendum ſit?*

IN *l. præced.* dictum, quod ſervum uſucaptum reſtituens debeat cavere, quod eum non obligaverit in vim hypothecæ nec manumiſerit. Nam hæc in ſenſum non ſtatim cadunt, ſed quæritur hic annon interdum reſtituenti poſſeſſori cavendum ſit de indemnitate? quod affirmatur hic, de bonæ fidei poſſeſſore, ſi forte ille cavit vicino domus controverſæ de damno infecto, cui cavendum eſt de indemnitate, ſi domus ruinam patiatur & poſſeſſor ex ſtipulatione conventatur.

### ad L. Prætoria. 20.

*SUMMARIUM.*

*Servus cum omnibus per eum acquiſitis reſtituendus.*

QUicquid per ſervum adquiſitum eſt poſſeſſori, ut hæreditas, partus ancillæ una cum corpore ſervi, reſtitui debent. Actor enim omne id habere debet, quod habiturus fuiſſet, ſi eo tempore, quo judicium accipiebatur, ſervus fuiſſet reſtitutus, ſed hæc materia à noſtris judiciis alienior.

### ad L. Si a bona. 21.

*SUMMARIA.*

*An qui b. f. ſervum poſſedit, ſi aufugerit, æſtimationem ejus præſtare teneatur? 1.*

*Quando vindicans actiones ſuas poſſeſſori cedere debeat? 2.*

1 SErvum poſſideo bona fide, quem tu vindicas. Servus fugit à me poſt litem conteſtatam forte metuens crudelitatem; an teneor præſtare æſtimationem? Reſp. per diſtinctionem, utrum ſervus talis ſit, qui cuſtodiri debuit, forte quia ſtigmate notatus, annon, ſed fuerit integræ opinionis. Illo caſu teneor præſtare æſtimationem, nam tunc fuga mihi imputan-
2 da. *l. 36. §. ult. h. t.* & tu teneris cedere mihi actiones, quas habes, ſcilicet rei vindicationem & ad exhibendum, quia nondum uſucepi. Si autem uſucepi ſervum, cedere teneor ego actiones & fructus ejus temporis quo poſſedi. Sed ſi ſine culpa ſim, non quidem teneor cavere de perſequendo ſervo, benè tamen de ſervo reſtituendo, ſi ſervum nactus fuero.

### ad L. Quod ſi. 22.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi ſervus dolo poſſeſſoris fugerit?*

QUod ſi poſſeſſoris dolo & colluſione fugerit ſervus, damnandus erit poſſeſſor, ut ſervi pretium reſtituat, & jurari poteſt contra eum in litem, *l. qui reſtituere. 68. h. t.* nec actio ei cedenda eſt.

### ad L. In rem Actio. 23.

*SUMMARIA.*

*In rei vindicatione requiritur probatio dominii. nu. 1.*

*Exceptis caſibus, quando dominium ipſo jure transfertur? 2. ſeqq.*

Res

*Res ſacra à privatis vindicari nequeunt.* 5.
*Jure acceſſionis quis fiat Dominus?* 6. 8.
*Antilogia conciliatio remiſſive.* 7.
*Qua actione illa petenda, quæ corpori alieni per prævalentiam accedunt?* 9.
*An tignum alienum à ſuo Domino vindicari poſſit?* 10.
*An cæmenta vindicari poſſint?* 11.
*Interdum m. f. poſſeſſor melioris eſt juris quam b. f. poſſeſſor.* 12.

1 IN rem actio requirit probationem Dominii, quocunque jure illud acquiſiverit *Donell. lib. 30. c. 2. lit. B.* Autor *ad L. 2. numer. 1. C. de Probat.* & quidem non de tempore præterito, ſed præſenti id probandum. *Carpzov. p. 1. c. 16. d. 24.* Unde probatur, rem vindicanti non ſufficere ſolum titulum, ſed acquiſitionem dominii, Ideoque ei, qui ſolum titulum habet: conſultum eſt, ſi ab autoribus ſua jura ſibi cedi cu-
2 ret; nam tunc ceſſo jure experietur. *Mev. p. 3. dec.* 291. Excipiuntur tamen caſus, quando dominium ipſo jure, & per legem transfertur & acquiritur, nec traditione opus eſt. *Mev. d. l. per l. ult. C. de SS. Ec-*
3 *cleſ.* Autor *ad d. L. ult. num. 8. 9. C. d. t.* Hoc tamen *deciſ. ſeq.* limitat, ut locum habeat, quando Eccleſia agit cum eo, à quo titulum habet. Sed hoc quidem conceſſerim, ſi tertius acceperit ab alio, non ab autore, à quo Eccleſia Dominium habuit ipſo jure. Nam ſi Titius, qui per titulum tranſtuliſſet prædium in
4 Eccleſiam ſine traditione, & poſtea tertio venderet, tunc Eccleſia hoc tertio potius jus haberet, & Titius non potuit rem Eccleſiæ donare. Sed ſi Tertius per præſcriptionem quadragenariam præſcripſiſſet, tunc hoc concedere poſſum.

*In §. 1. hujus Legis* 23. agitur de rebus Sacris ſeu
5 locis Sacris & Religioſis, quod quaſi noſtra vindicari non poſſint, ſcilicet à privatis, ſecus ab Eccleſiis & earum Oeconomis. Sanè in Locis Religioſis habent privati aliquod jus ſcilicet interdictum. *L. 1. infra de mortuo inferendo.*

6 Jure acceſſionis fit is Dominus, qui alienam partem minorem vel viliorem ſuæ rei adjungit, fit Dominus materiæ alienæ, *per paragrap. 2. h. l. & §. 26. J. de Rerum diviſ.*

7 *In §. 3.* eſt vulgaris antilogia inter *h. §. & §. 34. Inſt. de R. D.* nam hic Domino tabulæ, ſed *in d. §. 34.* pictori tribuitur dominium. Quos textus conciliat *Donell. l. 6. c. 36. & ibi Hill. & Bac. in Treutl. vol. 2. diſp. 2. p. 240.*

8 *In §. 4.* Habetur regula generalis: qui per acceſſionem fit Dominus materiæ alienæ, ſi vindicet totum corpus à materiæ inſitæ Domino, tenetur pretium materiæ accedentis ſolvere, ſi poſſeſſor v. g. ſtatuæ non tantum, ut dixi, ſit Dominus materiæ, ſed etiam, ſi bona fide poſſideat totum. Et notandum *hic*, rem noſtram per prævalentiam trahere ad ſe rem alienam.

9 *In §. 5.* dicitur, ea quæ accedunt alicui corpori per prævalentiam, donec conjuncta ſunt, vindicari non poſſunt: Sed actione in factum priori Domino conſulitur vel ad exhibendum agi poteſt, ut ſeparetur res adjuncta & vindicetur; excipitur hic ferruminatio ſeu confuſio metallorum ejuſdem ſpeciei, Sed quando unio fit inter diverſa corpora & ſeperata, ut grex quilibet ſui corporis vel ſuæ rei v. g. arietis Dominus manet.

10 *In §. 6.* agitur de Tigno juncto. Nam nec vindicari poteſt Tignum alienum à ſuo Domino, vel hic ad exhibendum vel ſeparandum agere poteſt. Sed datur actio ad duplum. *vid. tit. infra in libro 47. de Tigno juncto.*

11 *In §. ult.* Agitur de cæmentis, quæ Dominus cæmentorum quamdiu aliis materialibus juncta vindicare non poteſt, ſed domo diſſoluta poſſunt vindicari, etiam poſt 30. annos, quia per ſe non poſſiderentur & Dominus cæmentorum ſtante domo non potuit vindicare, ſed ſi mala fide junxi, potuit contra
12 me Dominus cæmentorum agere: Et ſic hactenus in hoc puncto malæ fidei poſſeſſor melioris eſt juris, quam b. f. poſſeſſor ex allegata ratione, quod contra b. f. poſſeſſorem agi non poterit, ſed contra m. f. poſſeſſorem potuerit agi.

## ad L. Is qui deſtinavit. 24.

### SUMMARIA.

*Conſultum eſt volenti agere hac actione, ſi prius poſſeſſionem conſequi poſſit. nn. 1. 2.*
*An ſalva conſcientia hoc conſilio uti valeas, qui ſcit ſe in petitorio non obtenturum?* 3.

1 COntinetur hîc conſilium, quod rem vindicaturus utilius faciat, ſi per remedium poſſeſſorium poſſit conſequi poſſeſſionem; nam poſſeſſio relevat à probando. *Cludius rerum quotid. c. 1. num. 152. Vid. tamen legem Circa. infra de probat.* Autor *ad L. 13. un. C. de R. V.* Melius eſt poſſidere, quam ab alio poſſidente petere. Videatur tamen *Cothmann. Conſ. 55. numer. 90. & quos allegat. Hill. l. 20. tit. 2. lit. T.* Ex
2 *hoc textu* nonnulli voluerunt probare, nunquam poſſe in poſſeſſorio agenti Dominium opponi, ſed eos refutat *Menoch. rem. 1. recup. poſſ. numer.* 142. Sed hic
3 quær. An ſalva conſcientia is poſſit hoc conſilio uti, qui ſcit rem ad ſe non pertinere, & qui judicio petitorio ſcit, ſe non obtenturum? Puto his concluſionibus rem decidi poſſe. (1.) Si quis ſciat, rem ad ſe non pertinere, nec poſſeſſionem debet affectare. [2.] Si putet rem ad ſe pertinere, ſed de probatione dubitet, poſſe hoc conſilio uti. *Fr. Sarmientus lib. 2. ſelect. interpr. c. 13. num. 5. Gutierez. conſ. 6. numer. 12. & Klock vol. 1. conſ. 40. num.* 18. Multas enim habet commoditates. vid. Autor *ad L. 2. n. 2. & 3. C. de Probat.*

## ad L. Is qui ſe obtulit. 25.

### SUMMARIA.

*Qui liti ſe obtulit ante litem conteſtatam, revocare poteſt mendacium. nu. 1.*
*Quomodo porro liberetur?* 2.
*An poſſeſſor liberetur, ſi is, qui ſe obtulit liti, condemnatus ſit?* 3.
*Quiſnam intelligatur ſe liti obtuliſſe?* 4.
*An, qui actione reali conventus, lite finita velit dicere, ſe non poſſidere, excuſetur?*

QUi ſe obtulit liti, tenetur quaſi poſſidere, licèt non poſſideat, ſi ſcil. litem conteſtatus eſt; ſed ante litem conteſtatam revocare mendacium licèt impune, *per h. l. Donell. lib. 20. c. 3. lit. M. & ibi Hillig.* idem in petitione hæreditatis. *Donell. l. 19. c. 13. l. H. & ibi Hillig.* Intelligitur etiam hoc, ſi Actor
2 putet ipſum poſſidere; nam ſi contrarium ſciret, à ſe deciperetur Actor, ut dicitur in *Lege ſeq.* ſcilicet ſi ab initio ſcivit *Manz. dec. 57. numer.* 23. Et licèt, qui
3 ſe obtulit liti, ſit condemnatus, poſſeſſor tamen non eſt liberatus. *l. 7. h. t.* Pro eo autem, qui ſe obtulit,
4 non habendus eſt, qui judicium ſuſcepit, ſed non expreſſe dixit interrogatus, ſe poſſidere. *Bart. & Dd. ad h. L. Ex hac Lege* etiam probatur, eum, qui actio-
5 ne reali conventus, ſi lite finita vellet dicere: ego non poſſideo, & vellet ita nominare verum hæredem, non excuſari: nam hoc ante litem conteſtatam fieri debuiſſet. *Mevius p. 3. dec. 98. Ex hac L.* pro-
6 batur etiam, ſi contra tertium pignoris poſſeſſorem lis inter alios agitata, & ſententia nihil operetur, ſeu novo proceſſu opus ſit; ſi tamen tertius ille interveniat & liti ſe implicet, neque proteſtetur tantùm, ne ſibi præjudicium fiat, ſed exceptiones ſuas interveniendo alleget, & ſic merita cauſæ tractet, tunc is ſine novo proceſſu etiam condemnari vel abſolvi poteſt

teſt in eodem judicio. *Mevius p. 4. dec. 208.*

## Ad L. 26.

SCiens non decipitur. *Conf. cap. 27. de R. J. lib. 6. & Donell. ac ibi Hill. l. 21. c. 10. lit. L.* Autor *ad L. 22. numer. 4. C. de Tranſact.* & ſcienti non infertur dolus. *Mench. conſ. 98. num. 39. & q. 710. num.* 8. Autor *ad L. 34. num. 4. & 7. C. de Tranſact.*

## ad L. Sin autem. 27. & tres ſeqq.

### *SUMMARIA.*

*Poſſeſſor ob mendacium ante litem conteſtatam revocatum. n. 1.*
*An ſufficiat poſſidere tempore litis conteſtatæ? 2.*
*Fructuum nomine, ex quo poſſedit, tenetur. 3.*
*An poſſeſſor equi, eundem debilitans, petitori teneatur de deterioratione? 4.*
*An qui ante litem conteſtatam dolo deſiit poſſidere, ut poſſeſſor conveniri poſſit? 5.*
*Quid ſi pater per filium poſſideat? 6.*
*An poſſeſſor ſumtus in rem petitam factos recuperare poſſit? 7.*
*Hoc explicatur duplici exemplo. 8. & 9.*
*An reus, qui tempore judicati poſſidet, reſtituere teneatur, quamvis litis conteſtatæ tempore non poſſederit? 10.*
*An etiam, ſi nullo tempore litis poſſederit? 11.*
*An lite pendente unius litigantis jus corroborari poſſit per ſupervenientem tertium? 12.*
*Permittenda eſt abraſio meliorationis, ſi impenſæ utiles factæ. 13.*
*Quid ſi puerum alienum poſſeſſor reddat eruditum? n. 14.*
*Caſus duo, ubi tales impenſæ in puero facta repetuntur. 15.*
*Denunciationis effectus eſt, ut tacens pro conſentiente habeatur. 16.*

1 SI cum vellem Titium actione reali convenire,
tu te obtuliſti liti, & dixiſti, te poſſidere, hoc
mendacium ſi ante litem conteſtatam revocetur, non
es habendus, niſi damnum mihi dederis iſto mendacio
v. g. ſi interim Titius uſucapionem compleverit,
& ſic omni modo hoc caſu teneris. Non ſufficit autem
poſſidere tempore litis conteſtatæ, ſi ante ſen-
2 tentiam poſſidere deſiit, ſine dolo malo. E contrario
ſufficit ad condemnationem, ſi tempore ſententiæ
poſſideat, licèt antea non poſſederit. Et fructuum
nomine, ex quo poſſedit, tenebitur. §. 1. *h. l.* Sed
quomodo dabitur actio reo non poſſidenti? Reſp. *Don. l. 20. c. 5. lit. B.* ſi omiſſa quæſtione poſſeſſionis li-
3 tem ſuſcepit reus aut cum negaret, id probandum ſuſcepit
petitor. *Conf. tamen ibidem Hillig.*

*In* §. 2. proponitur hæc ſpecies, poſſedi equum,
4 quem tu petis extrajudicialiter vel petis judicialiter
quidem, ſed ego habeo rationabilem cauſam, cur non
reddam. Nunc equum notabiliter debilito, poſtea in
direptione militari mihi ſurripitur, an teneor de deterioratione?
Reſp. quod non, quia petitoris non intereſt,
quia in communi clade, etiam ipſi ſurreptus
fuiſſet equus, quia omnes equi rapti ſunt. Sed ſi intra
annum abreptus fuerit equus & petitor agat, tenetur
actione Legis Aquiliæ, quia in actione Legis Aquiliæ
attenditur æſtimatio quanti intra annum pluris valuit.
*l. 2. & l. 23. §. 3. ff. ad L. Aquil.* Et ita Lex Aquilia
retro reſpicit.

*In* §. 3. quæritur, an, qui ante litem conteſtatam
5 dolo deſiit poſſidere ut poſſeſſor conveniri poſſit?
Equidem de eo, qui poſt litem conteſtatam dolo deſiit
poſſidere, nullum eſt dubium: nam ille non ratione
fictæ poſſeſſionis, ſed veræ convenitur, poſt litem
conteſtatam omnis culpa præſtanda ſit. *Hillıger. in Donell. l. 20. c. 3. l. C.* Sed etiam is, qui ante litem conteſtatam
poſſidere dolo deſiit? Etiam affirmatur, quod
ut poſſeſſor condemnetur, idque probatur exemplo
petitionis hæreditatis.

6 *In* §. 4. Agitur de patre vel domino qui per filium
vel ſervum poſſidet, & filius vel ſervus abſit ſine dolo,
& quæritur, quid faciendum judici, an ſtatim ſententia
ferenda? Et reſpondetur, vel dilationem dandam
aut cautionem præſtandam de re reſtituenda, quam
primum reſtitui poteſt.

7 *In* §. 5. Agitur de ſumtibus in rem petitam ante
litem conteſtatam factis, an eos poſſeſſor recuperare
poſſit? Reſpondetur affirmative per exceptionem doli,
nam ſi petitor reſtitutionem rei peteret ſine reſtitutione
expenſarum, vellet ditari cum alterius damno:
quod exemplis duobus declaratur. Servum poſſedi,
qui dedit Titio damnum, ille convenit me actio-
8 ne noxali, potui ſervum dedere noxæ: ſed id non facio,
ſed præſto damni ſolutionem, eam mihi petitor
reſtituere tenetur. Alterum exemplum eſt, ſi in area
9 tua, per errorem habens aream pro mea, domum
extruxerim, petitor tenetur reſtituere expenſas aut
pati, ut ædificium deſtruam & auferam, quod etiam
in area donata à marito uxori obſervatum. Si tempore
judicati poſſidet Reus, tenebitur reſtituere, li-
10 cet tempore litis conteſtatæ non poſſideat. Potuit
enim fieri hoc, ſi omiſſa quæſtione poſſeſſionis judicium
ſuſceperit Reus. *Donell. l. 20. c. 5. lit. R.* ubi
*Hillig.* id nimis extenſum eſſe ait. Nam volunt Dd.
11 etiam tunc ferendam eſſe ſententiam, quando reus
nulla parte litis poſſidet, hoc effectu, ut ſi poſtea
conſequatur poſſeſſionem, ſine novo proceſſu executio
fiat, ſed id dubium *Hilligero.* Probant *ex h. t.*
12 quod litis pendentia non impediat, quo minùs jus
unius ex litigantibus poſſit roborari per tertium, &
quod ſuperveniens jus convalidet judicium. *Ant. Gabriel. in comm. concl. lib. 2. de judic. concl. 2. & 3. Lancellot. de Attentatis. p. 2. c. 4. Limit.* 20.

Si impenſa utilis in re facta, permittenda abraſio
13 meliorationis, ſi impenſam Dominus reſtituere nolit.
§. *ult. & ll. ſeqq. duabus.* Sed quid ſi puerum alienum
14 poſſeſſor eruditum reddidit, ſic abraſio certe fieri non
poteſt, ergo nec repeti poteſt impenſa hæc utilis à
malæ fidei poſſeſſore. *Garcias de Expenſ. c. 5. numer. 3.*
Sed hoc de inope accipiendum, qui impenſas non
15 poteſt reſtituere; ſecus in locuplete, ob verba Legis:
*quia neque carere ſervo meo debeam &c. Peir. Barb. ad L. divortio. §. fin. p. 1. num. 72. Cujac. l. 9. obſ.* 38. Sed
ſubjiciuntur duo caſus, ubi hæ etiam impenſæ utiles
reſtituendæ. (1) Si actor venalem habeat, & plus ex
artificio ſit conſecuturus. *L. 29. h. t.* (2) Si ſciente
Domino eruditus, ſcilic. ſi antequam inſtrueretur,
denunciavit poſſeſſor, ut vindicaret mancipium, ſi
ſuum eſſe putaret, & hoc non fecit, *per l. 30. h. t. Cujac. dicta obſ. 38. Neguz. de pign. memb. 4. partis. 5. num. 20. Menoch. l. 2. A. Q. caſu* 258. Ubi nota
inſignem effectum denunciationis, ex quo probari
poteſt, denunciationis hunc etiam effectum eſſe, ut ta-
16 cens alter nec contradicens pro conſentiente habeatur:
præſertim verò ſi in judicio fiat, de modico agatur
alterius præjudicio. *Gl. in L. ſi fidejuſſor. pr. in verbo: recuſare. ff. qui ſatisdare.* Autor *ad L. 1. num. 2. 3. C. de Filiisfamilias. Menoch. l. 2. præſ. 46. num. 5. & præſumt. 65. libri 29. numer. 6. Alex. in l. non ſolum. §. morte num. 27. ff. de Novi operis Nunc. Capolla cautela* 24.
*Rubeus in rep. de §. morte. num.* 262. denunciatio autem
quid ſit, docet Autor *in C. ad L. 2. num. 9. Ubi in rem actio.*

## ad L. Cæterum. 31. & ſeq.

### *SUMMARIUM.*

*An ſervi impuberis, quem vindico, opera conſideranda in hac actione? nu. 1.*
*An à poſſeſſore opera ex artificio, quo ab eo imbutus, percipienda repetantur? 2.*
*Quando m. f. poſſeſſor de fructibus percipiendis teneatur? 3.*

Quare

*Quare m. f. poſſeſſor non teneatur de fructibus, quos ex melioratione per ſe facta percipere potuit?* 4.
*B. f. poſſeſſor non tenetur de fructibus perceptis ex melioratione, niſi locupletior inde redditus?* 5. & 6.
*An b. f. Poſſeſſor adoleſcentuli reſtituat fructus ex artificio ejus quaſitos?* 7.
*Annon hi fructus cum expenſis in erudiendo eo factis compenſentur?* 8.
*Quanam concurrere debeant, ſi fructus cum talibus expenſis non compenſandi?* 9.
*Fructus percepti ex meliorationibus ad meliorantem pertinent.* 10.

1 SPecies facti: à te vindico ſervum, annos 16. natum, quær: (1) an etiam impuberis operæ veniant
conſiderandæ? Affirm. quia poſt 5. annum etiam operæ ejus eſſe poſſunt. *L. fin. ff. de Servor. operis.* (2)
An operas ex artificio, quo à Te imbutus, perci-
2 piendas repetere poſſim? Neg. quia artificium tu docuiſti. Malæ fidei poſſeſſor percipiendos fructus reſti-
3 tuere tenetur. Autor *ad L. 22 num. 1. 2. C. h. t.* Sed
hoc limitatur hic: niſi fructus percipi poterunt opera poſſeſſoris, aliàs non, v. g. Si artificium docuit;
idem in meliorationibus, licèt aliud in fructibus perceptis. Et de malæ f. poſſeſſore ex hoc arguitur, quod
percipiendorum fructuum faciat mentionem. *Donell.*
4 *d. c. 20. 5. poſt. lit. K. p. 634. in pr. Cov. lib 1. Reſol. c. 8. num 4. Carpz. P. 3. Juriſpr. Forenſis Conſtit. 32. def. ult. Barboſa in d. l. Divortio. 7. §. fin. p. 1. num. 51.* Autor *ad L. 1. num. 8. C. de Fide & jure haſt.* quod ſumme notandum eſſe, ait *Menoch. remedio 15. recup. poſſ. nu. 611.* & percepturus fuiſſet fructus ex re propria ſcilicet melioratione. Ratio autem hujus deciſionis eſt, ſi teneretur reſtituere etiam eos fructus, quos ex melioratione per ſe facta percipere potuit, ſua induſtria ſibi foret damnoſa, contra regulam *in L. fin C. de Alluv. Romanus ſing 37. P. Barboſ. d. t. Tiraq. de Retr. p. 1. §. 15. gl. 1. num. 29. Covarr. lib. 1. reſol. c. 8. numer. 4.* Sic ergo fructus meliorationum percipiuntur meliorante ut Domino. *Neguz. d. pign. m. 4. partis 5. nu. 20. Roſenthal. c. 10. concluſ. 42. lit. BB.* Unde duo conſectaria infert. *Barboſ. d. l.* 1. Licèt b. f. poſſeſſor te-
5 neatur fructus cum meliorationibus compenſare. *L. Sumtus. 48. h. t.* etiamſi ex fructibus non ſit redditus
locupletior. *Barboſ. d. l. num.* 4. non tamen tenetur
de perceptis ex ſua melioratione, ſi ex illis non ſit
6 factus locupletior; ſed extantes tantùm tenebitur reſtituere. *Barboſ. d. l. nu* 52.

*In ſeq.* autem *Lege* 32. habetur hæc ſpecies: Poſſedi
7 bona fide (nam in hoc diſſimilitudo *inter L. 31. & 32.*) ſervum adoleſcentulum, quam imbui artificio, ex quo artificio, fructus redundant ad poſſeſſorem. Hos fructus non reſtituit b. f. poſſeſſor. Sed quær. annon *juxta d. l. Sumtus. 48. h. t.* fructus hi compenſandi cum
8 expenſis in erudiendo ſervo factis? Reſp. *in l. 32.* ex operis ante 25. vel potius quintum ætatis annum præſtitis, nullam fieri compenſationem cum ſumtibus, ſed illa compenſatio incipit tantùm ab anno 26. Et
9 ſic tria hic requiruntur 1. ut ſint operæ provenientes ex artificio, non ex officio. 2. ut ſervus didicerit artificium ſumtibus poſſeſſoris. & 3. ut ſint præſtitæ annum 25. ætatis; nam poſtea in compenſationem veniunt. *P. Barb. d. §. fin. p. 1. num. 55. & 56.* Colligitur etiam, fructus perceptos ex meliorationibus ad me-
10 liorantem pertinere; imo etiam malæ fidei poſſeſſorem, qui melioravit fundum, ex meliorationibus percipiendos reſtituere non teneri. *Conf. Matth. de Afflictis dec. 87. nu. 6. & ſeq. Neguz. de pign. membr. 4. p. 5. princ n. 20. Card. Tuſchus concl. 178. num. 10. lit. M. Peregrinus de Fideicom. art. 50 numer. 67.* Et ita de prædio conducto meliorato non ſine conſenſu Locatoris Reſp. *in Facultat. die 19. Julii anno* 1653.

*In L.* 32. legendum puto: Poſt quintum annum,
11 *ex L. ult. ff. de Operis Serv. Vid. Cujac. ad L. 31. & ad hanc L. 32.*



## ad L. Fructus. 33.

### *SUMMARIA.*

*Mala fidei poſſeſſor, ſicut etiam b. f. poſt litem conteſtatam, reſtituunt percipiendos fructus.* n. 1.
*An in m. f. poſſeſſore bene diſtinguatur, num titulum habuerit?* 2. & 3.
*Ratio habetur fructuum* honeſte *percipiendorum.* 5.

1 MAlæ fidei poſſeſſor etiam percipiendos fructus reſtituere tenetur, Autor *ad L. 27. num. 1. 2. C. h. t. Et ad L. 3. num. 1. & 2. C. de Condictione ex Lege.* quod & in b. f. poſſeſſore locum habet in fructibus, qui poſt litem conteſtatam percipi potuerunt, *per L. 20 h. t. Donell. L. 20. c. 5. poſt. lit. R. p. 633. Carpz. d. num.* Sed malæ f. poſſeſſorem, qui titulum habet, non
2 teneri ad fructus ante litem conteſtatam percipiendos, *per L. Si fundum. 17. C. h. t.* probant *Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 28. num. 6. & Carpz. d. conſt. 32. def. ult. nu 8.*
3 Sed illa diſtinctio aliis diſplicet, quia etiam b. f. poſſeſſor poſt litem conteſtatam omnes indifferenter reſtituit. Et *L. 17. allegata* ad certam ſpeciem facti, nempe fructuum perceptorum directa, ad negationem aliorum fructuum non recte extenditur. *Vid. Don. L.*
4 10 *c. 5. Franzk. ad h. t. num. 73. & ſeq. Struv. ad h. t. th.* 18. Et ſi dolo res perierit, fructus tamen percipien-
5 di debentur uſque ad ſententiam, *per hanc L.* Nota tamen *ex hac Lege*, eorum fructuum habendam eſſe rationem, qui honeſte percipi potuerunt. Et ſi ego proprietarius petam rem à fructuario, & inter moras judicii finiatur uſusfructus, ab eo tempore fructuum habenda eſt ratio.

## ad L. Idem eſt. 34.

### *SUMMARIUM.*

*Quæ rei petitæ accedunt, à tempore acceſſionis etiam rei accedunt.*

IN *l.* 33. dixerat JCtus, petam fundum à fructuario vel ab eo, qui habet cauſam à fructuario, & inter moras judicii uſusfructus finiatur morte uſufructuarii vel alio modo, ab eo tempore fructus reſtituendos eſſe, idem hic eſſe dicitur in iis, quæ rei petitæ acceſſerunt, ut alluvione, inſula, ædificatione, ſcilicet quod à tempore acceſſionis etiam rei accedentis fructus veniant.

## ad L. Et ex diverſo. 35.

### *SUMMARIA.*

*Fructuum à tempore, quo à proprietate diſceſſerunt, habetur ratio.* nu. 1.
*Quando judex fundum ſine fructibus alteri adjudicavit, an hi tamen reſtituendi?* 2.
*Propter fructus datur etiam condictio ſine cauſa.* nu. 3.
*Expenſa poſt condemnationem an peti poſſint?* 4.
*An Dominus à poſſeſſore æſtimationem fundi accipiens, eidem de evictione teneatur?* 5.
*Reſponſio ad obſtantem legem.* 6.
*An partem rei vindicare poſſim?* 7.

SI plene proprietatis Dominus poſt litem cum poſ-
1 ſeſſore conteſtatam, uſumfructum ejus rei alii legaverit & deceſſerit tranſlato judicio in hæredem Domini; vel ſi poſt litem conteſtatam uſumfructum prædii alii donaverit, ab eo tempore quo fructus à proprietate diſceſſerunt, fructuum non habetur ratio, quia ex eo tempore petitor & hæres ejus fructus percipere non potuiſſent. Licèt judex per Errorem fundum Actoris eſſe pronunciaverit, nulla mentione fructuum; jubendus tamen eſt reus, ut fructus etiam reſtituit,
2 quia vi ipſa de his quoque pronunciatum, quod de fructibus lite pendente, non antea perceptis intelligitur, ut dictum antea, *per L. Ædiles. 25. parag. 8. de Ædil. dicto Hell. libr. 20. cca. 6. lit. B. ubi plures*



Digitized by Google

3 *allegati* Imo de fructibus etiam dabitur condictio ſine cauſa, qui ſine cauſa ſint fructus penes poſſeſſorem. *l. 1. §. fin. de Cond. ſine cauſa l. 3. de cond. ex Lege. ibique* Auto. *n. 3. Bruſius hic.* Sanè expenſæ litium poſt con-
4 demnationem à victo peti non poſſunt. *L. 3. C. de Fruct. & lit. expenſis. Bruſius hic & ibi* Autor *num. 6.*

5 *In §. 2. hujus l. 35.* hæc eſt ſpecies: peto fundum, quem probo eſſe meum, ſed poſſeſſor non vult reſtituere, ideo æſtimationem mihi ſolvit, preſertim ſi in litem jurem. Poſſeſſor petit, ut ipſe caveam ſuper evictione præſtanda, quæritur, an teneat cavere? Videtur quod ſic, quia quaſi vendidi rem. Sed reſp. quod
6 non quod coactus vendidi, ſibi imputet poſſeſſor, quod rem non reſtituit. Sed videtur obſtare *l. 36 pr. de Donat. inter virum & uxorem*, quæ in ſpecie de uxore loquitur, quæ habet cauſam à marito, nec *hic* præſtatur juramentum in litem & ſtipulatio ſimpli tantum locum habet.

7 *In §. fin.* quæritur, ſi partem rei tantùm velim vindicare & res ſine interitu dividi non poſſit, ut homo & navis, an poſſim partem petere? Reſp. affirmando de parte petita pro indiviſo.

## ad L. Qui petitorio. 36.

### *SUMMARIA.*

*In rei vindicatione reus poteſt interrogari, an poſſideat? n. 1.*
*An interrogationes abrogatæ ſint? 2. & ſeqq.*
*Quænam differentia ſit inter eum, qui dolo poſſidere deſiit, & qui alienavit judicii mutandi cauſa. 7.*
*Poſſeſſor, ſi ejus culpa res periit, ad æſtimationem tenetur. 8.*

1 IN rei vindicatione Reus poteſt interrogari, an poſſideat, vel non, ut actor non teneatur utrumque probare. De quo *Berell. tom. 2. dec. tit. 17 Hillan Do-*
2 *nell. l. 20. c. 3 lit. R.* Unde patet, interrogationes in jure non eſſe abrogatas, licet *Grænwegen* putet, interrogationes eſſe obſoletas, nec teneri Reum ad eas reſpondere. Sed quid ſi Reus jubeatur deſtincte reſpon-
3 dere ad libelli capita? Tunc enim omnino litem ſpecifice conteſtari debet, & ſi etiam ſpecifice dicere, an poſſideat, ex nuperrimo Receſſu Imperii de anno 1654 Quid ſi poſitiones formet, & una poſitio ſit, Reum poſſidere? Ideoque ex his videmus, omnino
4 hanc & ſimiles Leges non eſſe abrogatas. Et non poſſum ſatis aſſequi, quod *Grænvvegen* dicitur reſpondere interrogatori fore ſupervacaneum, quia ſi poſſeſſor conventus ſe poſſidere non neget, etiamſi non poſſideat, ſolere tamen condemnari, tanquam qui ſe
5 liti obtulit. Atqui ſi non neget ſe poſſidere, non poteſt haberi pro eo, qui ſe liti obtulit, ſed neceſſe eſt, ut quis pro eo, qui ſe obtulit, habeatur, expreſſe affirmet ſe poſſidere. Deinde ſi Reus, non negans ſe
6 poſſidere, poſſet condemnari ad æſtimationem, utique Actor rem ipſam poſſet petere à vero poſſeſſore; & ſic haberet rem & æſtimationem; quod procul dubio non admittet *Grænwegen*, ut apparet ex iis, quæ habet *ad §. Ex diverſo. 30. Inſtit. de R. D.* Licèt juri id ſit conveniens. *per l. 7. h. t.* Et *ex hac L.* apparet, eum
7 eſſe condemnandum, qui dolo deſiit poſſidere. Sed quæ eſt differentia inter eum, qui ex Edicto de Alienatione judicii mutandi cauſa facta convenitur; & eum, qui dolo poſſidere deſiit? Poteſt fieri, ut aliquis dolo deſierit poſſidere, qui tamen doluit duriorem Adverſarium ſubſtituere, ſed ſe tantùm moleſtia liberare; talem ex Edicto quidem non poſſe, ex hoc tamen capite condemnari. Sane ſi quis ſciens rem petitam, per latam culpam rem periculo præſentaneo expoſuerit, omnino ad latam culpam tenetur, quaſi dolo deſiiſſet poſſidere, *per hanc L. §. 1. Bruſius hic.*

8 *In §. 1.* habetur quæſtio, ſi poſſeſſoris culpa res periit poſt litem conteſtatam, v. g. ſi ſervam petitam per inſidioſas & periculoſas vias miſit, vel in arena pugnare permiſerit, vel ſervum fugitivum non cuſtodiat, vel incommodo tempore navim fluctibus commiſit, & hæc abſorpta, bis inquam caſibus an ad æſtimationem ſolvendam teneatur? Et reſponſio eſt plana, quod ſic.

## ad L. Julianus. 37.

### *SUMMARIUM.*

*An b. f. aream emens & m. f. eidem ſuperædificans exceptione doli expenſas ſervare poſſit?*

BOna fide aream emi, eo fine, ut aliquod ædificium in ea ponerem. Sed antequam ædificatem, refertur mihi, aream non eſſe nec fuiſſe venditoris, ſed alienam, ædifico nihilominus, quæritur, ſi Dominus verus repetat aream, an per exceptionem doli poſſim expenſas ſervare? Quod negatur, quia ædificavi mala fide, licèt bona fide aream emerim. Sed habeo hoc juris tantùm, ut poſſim ædificium tollere ſine diſpendio areæ Domini.

## ad L. In fundo. 38.

### *SUMMARIA.*

*Quinam caſus ſint, ubi b. f. poſſeſſor expenſas utiles deducit? n. 1.*
*An impenſæ meliorationis, an verò ipſa melioratio reſtituenda? 2.*
*Quid ſi pauper ſit Dominus, nec poſſit reſtituere impenſas? 3.*
*Annon Domino pauperi licentia detur redimendi rudera, quæ poſſeſſor auferre vult? 4.*
*Quid ſi abraſio ad nihil utilis ſit? 5.*
*Quid ſi impenſa quam melioratio major? 6.*
*Deciſio legis locum habet, quamvis poſſeſſor cauſam à Domino habeat. 7.*
*Dominus emphyteutæ æſtimationem ruderum offerre poteſt. 8.*
*Undenam impenſa æſtimanda? 9.*

BOnæ fidei poſſeſſor deducit utiles expenſas tri-
1 bus caſibus, ut tradit *Garcias de Expenſis c. 1. n. 25. Donell. l. 20. c. 7. & Menoch. l. 2. A. qu. caſu 258. n. 51. & ſeqq. & num. 57. & ſeqq. & num. 64* Autor *ad L. 5. num. 5. 7. C. h. t.* (1.) Si Dominus aliàs eas erat facturus, nam conſuetudo Domini eſt prima eorum, quæ impenſa ſunt, regula, & recte imputatur, qui ſumtus facit, quos ipſe Dominus facturus erat. *Dn. Mevius p. 6. dec. 187.* (2.) Si illico rem illam melio-
2 ratam erat venditurus. (3.) Si ſit dives, & habeat, unde illas expenſas refundat. Sed quæritur (1.) An impenſam ſufficit reſtituere, v. g. ſi meliorationis expenſæ poſſint æſtimari 15. flor. ipſa verò melioratio 10. florenis? Et ſufficit ſi decem tantùm refundantur, quia forte melioratio tempore attrita. *Negus. de pign. m. 4. partis quinta nn. 11. & 16. Harem. Piſt. l. 2. p. 2. 42. nu. 18. & ſeq. conf. Roland. à Valle conſ. 28. nu. 18. vol. 1.* Sed quær. (2.) quid ſi pauper ſit Dominus, ut non poſſit expenſas meliorationis reſtituere? Reſp. tunc permittendum poſſeſſori, ut meliorationem tollat ex fundo; ita tamen, ne deterior ſit fundus, quam ab initio fuit, antequam ædificaretur. Ergo aliud in divite, qui tenetur reſtituere expenſas utiles. *Menoch. caſ. 258.*
3 *n. 65.* Sed quando jam poſſeſſor volebat tollere, quæritur (3) annon detur Domino pauperi licentia redimendi rudera, quantum ſcil. habiturus eſſet poſſeſſor ablatis ruderibus? Aff. Non ergo totius meliorationis æſtimationem conſequi poteſt. *Hartm. Piſt. p. 2. lib. 2.*
5 *qu. 42. n. 15.* Sed ſi abraſio vel ablatio conceſſa, an etiam eo caſu licita, quando abraſum ad nihil utile eſſet poſſeſſori? Neg. nam malitiis hominum indulgendum non eſt, *per hanc L.* quæ ſolet ſemper
6 ob hanc ſententiam allegari. Sed ſi impenſa pluris ſit, quam ipſa æſtimatio, non tamen in plus

conden-

condemnandus eſt, quam meliorata res eſt: vel ſi me-
liorata ſit res pluris, quam impenſa rei, nihil tamen præ-
ter impenſam eſt teſtituendum. Et ita concurrere hæc
duo oportet, ut non minùs impenſum ſit, & tanti-
dem ſit melioratio. *Neguz. de pign. m. 4. part. 5. princ.*
7 *nu.* 21. Et ſic deciſio *hujus Legis* non tantùm locum ha-
bet in eo, qui cauſam non habet à Domino rei, ſed
etiam in eo, qui cauſam habet à Domino. *Rimin. conſ.*
*411. n. 71. & ſeq. v. 4. licèt ſecus Rota Rom. Noviſ. d. 186. p. 2.*
8 *Ex hac L.* etiam colligitur, Emphyteutæ, ſi velit
auferre meliorationes, Dominum poſſe offerre æſtima-
tionem tuderum. *P. Barboſa ad L. Divertio.* 8. §. *ult. p.*
1. *num.* 111. Nonnulli *ex hac L.* & exemplo picturæ vo-
9 luerunt probare, circa voluptarias etiam impenſas di-
ſtinguendum eſſe inter divitem & pauperem: ſed reſp.
quæſtionem *in hac L.* tantùm eſſe de utilibus impen-
ſis; ad declarandum autem hominum malitiam tantum
ſumtum eſſe exemplum ſimile à voluptariis, *Menoch.*
*l. 2. A. qu. caſu* 258. *num.* 78. *Gilken. de Expenſis p. 3. c. 1.*
10 *n.* 25. Sanè impenſam in rem non ex fructuum quanti-
tate, ſed ex Rei neceſſitate & utilitate æſtimandam eſ-
ſe, monet *Dn. Mev. p. 2. dec.* 210. De expenſis autem
arbitraria & ſummaria eſt quæſtio. *Mev. p. 3. dec.* 42.

## ad L. Redemtores. 39. & ſeqq.

*SUMMARIA.*

*An cæmenta, ex quibus ædificatur, ſtatim cedunt in dominium ejus, cujus eſt area? nu.* 1.

*Mulier rem ſuam Creditori pignori datam & ab hoc diſtractam vindicare poteſt.* 2.

SI quis locet ſuam operam, ut in ædificando ope-
1 re & ex cæmentis ſuis ædificet, quæritur, an cæ-
menta ſtatim transeant in dominium illius, cujus eſt
area? Videtur, quod non, quia ex locatione, non trans-
fertur dominium; Sed aff. quia dominium non trans-
fertur ex locatione, ſed ex ædificatione in alieno ſo-
lo. Autor *ad L. 16. C. h. t.*
2 *In* §. 1. proponitur, mulierem ſe obligaſſe pro alio
& rem ſuam pignori dediſſe creditori. Creditor di-
ſtrahit pignus, an mulier poteſt vindicare rem à cre-
ditore diſtractam? Et reſponſio plana eſt, quod poſ-
ſit, ob SCtum Vellejanum & quia nullum pignus cre-
ditor diſtraxiſſe videtur. *per l. 40. h. t.*

## ad L. Si quis hac Lege. 41.

*SUMMARIA.*

*In addictione in diem poſt allatam conditionem non licet actione in rem uti.* 1.

*Servus ex mandato Domini rem vendens dominium tradit.* 2.

1 ADdictio in diem ſi fiat per verba directa, qui-
bus ſcil. ipſa venditio eventualiter pro ea habe-
tur, ac ſi non ſit facta, ut res ſit inemta, ſi melior con-
ditio affeatur, ipſo jure reſolvitur dominium etiam
ſine traditione, ut *ex hoc aliisque textibus hic in gloſſa
allegatis* probatur; quod etiam eſt in Lege Commiſſo-
ria. *Covarr. l. 3. Reſol. c. 8. n. 2. Mantica lib. 4. de tac.
& ambig. convent. tit. 28. n. 14. Molina de J. & J. diſp. 378.
num. 9 Zœſ. ad tit. de Addict. in diem. num 13. Struv. ad
d. t. th.* 35. Sed antequàm fiat adjectio, i. e. antequàm
melior conditio ab alio offeratur, emtor habet actio-
nem in rem *per hanc l.* 41.
2 *In* §. 1. igitur de ſervo habente liberam adminiſtra-
tionem peculii, vel ſpeciale mandatum Domini, qui
ſi mihi vendiderit rem, habeo actionem in rem. Quia
ipſe Dominus mihi vendidiſſe fingitur.

## ad L. Si in rem. 42.

*SUMMARIUM.*

*Poſſeſſore rei petitæ poſt litem conteſtatam mortuo, hæ-*



*res ex defuncti, non ſua perſona tenetur.*

SI poſt litem conteſtatam poſſeſſor rei petitæ de-
ceſſerit, non tenetur hæres ex perſona ſua, ſed ex
perſona defuncti. Si quid defunctus commiſerit, i. e. ſi
quid fecit defunctus, propter quod damnari potuit, &
ſi non poſſederit, ut ſi dolo deſiit poſſidere, ſi dolo
aut culpa ejus res periit *l. 40. pr. de pet. hered.* quibus
caſibus transfertur actio in rem ad hæredem non per
ſe, ſed per conſequentiam actionis rei judicatæ *l. 3. §.
11. de pecul. Donell. l. 26. c. 3. in fine. ubi Hill. lit. T.* idem
eſſe dicit, ſi per defunctum ſteterit, quo minùs lis
conteſtata fuerit. *l. 10. §. ult. ff. ſi quis in cautionibus.*

## ad L. Quæ religioſis. 43.

*SUMMARIUM.*

*An & quomodo lapides ſepulchrorum vindicari poſſint.*

LApides ſepulcrorum ſunt religioſi, & ideo licèt
ſint exemti, non poterunt vindicari, ſed ei, cu-
jus eſt ſepulchrum vel monumentum extra ordinem
ſuccurritur. Sed ſi me invito lapides mei monumento
adjecti, potero vindicare, ſi ſeparati fuerint quacun-
que ex cauſa, licèt ideo ſeparati, ut refecto ſepulchro
reponerentur.

## ad L. Fructus pendentes. 44.

*SUMMARIA.*

*Fructus pendentes pars fundi ſunt. num.* 1.

*Utilitatem hujus legis cernere eſt in variis caſibus.* 2. *&* 3.

*In petitione fundi fructus inſunt.* 4.

*Fructus per ſe non ſunt pars fundi.* 5.

FRuctus pendentes ſunt pars fundi, & fundus cum
1 fructibus pro una & eadem re habetur. *L. ult. §. 6.
ff. quæ in fraud. Cred.* Utilitatem *hujus legis* in exempli,
probat *Buſius* hic, ut in revocatione alienatorum per
2 fraudem, in fructibus in feudo pendentibus &c. *Car-
pzov. p. 3. Conſt. 13. def.* 1. Et ideo fructus pendentes in
venditione fundi continentur, vel in ſolutum datio-
ne, *l. 13. §. ff. de Act. emti.* & idem in Legato fundo.
3 *Carpz. ad Tiraq. de Retr. lign. §. 1. gl. 6. 7. 42.* qui ex *num. ſeq.*
ad fundum huc extendit, aliaque exinde deducit. *n. 37.
& ſeqq. Marc. Manc ſing.* 310. Exinde colligitur, in pe-
4 titione fundi ineſſe fructus, & in ſententia, qua fundus
mihi adjudicatur, ineſſe fructus pendentes. *Covarr. L. 1.*
5 *reſol. c. 3. nu. 2. & c. 15. num.* 1. Quando autem fructus
conſiderantur per ſe, tunc non conſiderantur ut pars
fundi. *Hartm. Piſt. p. 1. qu. 24. n.* 13. Idem in reditibus
nundum ceſſis. *Gail. lib. 2. obſ. 10. num.* 3.

## ad L. Si homo. 45.

*SUMMARIUM.*

*Quis poſſeſſor & quando tenetur etiam de culpa?*

SEntentia manifeſta eſt, quod bonæ fidei poſſeſſor
ante litem conteſtatam teneatur de dolo tantùm,
non de culpa, quia credidit, ſe in ſuis rebus negligen-
tam eſſe. Sed malæ fidei poſſeſſor ante litem conteſta-
tam tenetur etiam de culpa, ſed poſt litem conteſta-
tam etiam is, qui bona fide antea rem poſſederat, te-
netur etiam de culpa, quæ omnia ſunt certa.

## ad L. Eius rei. 46. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Ejus rei, quæ per in rem actionem petitu, tanti æſtimata, quanti actor in litem juraverit, quando conſequatur reus dominium n.* 1.

*Quid ſi reus non ſit præſens, an actor teneatur cavere de re tradenda?* 2.

SI Reus non vult reſtituere rem & actor juraverit
in litem, reus quidem conſequitur dominium
quaſi emtor, ſi præſens ſit; ſi abſens, cum Reus poſ-
ſeſſionem conſecutus fuerit, ſed petitor ad evictionem

non tenetur, *per L. 35. §. 2. h. t.* ubi ratio, quia ſibi
imputare debet, cur non reſtituerit. Sed quid ſi reus
2 non ſit præſens, an Actor tenetur cavere, ſe rem tra-
diturum? Neg. Sed per ſe non futurum, quo minus
res tradatur. *l. 47. h. t.* ne ſcilicet aliàs litis æſtima-
tione percepta impedire poſſet, ne reus unquam Do-
minus fiat. *Hill. in Don. l. 20. c. 7. lit. O.* & actor cede-
re cogitur Actionem ſuam, quam ratione rei habet, ſi
non dolo amiſit hic poſſeſſionem. *L. 63. juncta L. 69. &
ſeq. h. t.* Licèt detur etiam ſine ceſſione auxilium Præ-
3 toris, & Publiciana etiam contra priſtinum Dominum.
*Hill. d. l. lit. P. Conf. Seſſ. de juramentis. l. 5. c. ult. n.* 10.
Colligitur etiam, extra res dotales per æſtimationem
4 contrahi venditionem, & æſtimationem in locum rei
ſuccedere. *hic & L. 7. §. 1. tit. ſeq. Maſcardus concl. 666.
per totam, Schultes. q. pr. 53. nu. 39. p. 2. & Finckelth.
obſ. 65. nu.* 16.

## ad L. Sumtus. 48.

### *SUMMARIA.*

*Ad expenſas recuperandas quo remedio utendum? n.* 1.
*Qua diſtinctione res dirimenda?* 2.
*B. f. poſſeſſor fructus conſumtos lucratur, quando nulla
ſunt meliorationes factæ.* 3.
*Poſſeſſori de meliorationibus excipienti actor opponit com-
penſationem fructuum.* 4.
*An fructus compenſandi in re ſubjecta reſtitutioni?* 5.
*Facultatis Reſponſum.* 6.
*An, qui rem dotalem à marito emit, & melioramenta
fecit, ea computentur cum fructibus?* 7.
*An Emphyteuta emphyteuſin cum meliorationibus reſti-
tuens, computet fructus?* 8.

1 AD expenſas recuperandas Actio non datur, ſed
tantùm exceptio doli vel rei retentio. *Hic &
L. 33. ff. de condict. indebit.* Autor *ad L. 16. num. 3. C.
de Evict.* Additur tamen inſignis diſtinctio *in h. l.*
utrum fructus conſumti excedant pretium meliora-
tionum, & tunc pro fructibus conſumtis, ſi non eſt
2 factus locupletior, conveniri non poterit: An verò
fructus ſint æquales meliorationis ſumtibus, & tunc
fiet compenſatio fructuum & impenſarum: an verò
meliorationes excedant expenſas, & tunc pro concur-
rente ſumma fiet compenſatio, id, quod deeſt, ſol-
vendum eſt b. f. poſſeſſori. Ideoque totum fundamen-
tum *hujus Legis* eſt in æquitate. Unde colligitur in-
3 ſignis limitatio ad regulam, quod b. f. poſſeſſor fru-
ctus conſumtos ſuos faciat; nam hæc locum habet,
quando ab eo nullæ ſunt factæ meliorationes. Nam
ſi melioravit, tenetur ex æquitate fructus conſumtos
cum meliorationibus compenſare, licèt non ſit factus
locupletior. *P. Barboſ. ad L. divortio. §. fin. p. 1. num.
41. & ſeq.* Quando autem locupletior redditus, etiam
ceſſantibus meliorationibus reddere tenetur, & fru-
ſtra de Compenſatione quæritur. *Craveta volum. 3.
conſ. 408. num.* 13. Et ſic quando b. f. poſſeſſor conven-
4 tus rei vindicatione, excipit de meliorationibus per
ſe factis, actor poteſt replicare de compenſandis fru-
ctibus cum meliorationibus, quæ eſt Practica *hujus
Legis*, quam commodat *Barb. d. l. numer.* 42. Sed
quid in re ſubjecta reſtitutioni, v. gr. ſi fideicommiſ-
5 ſo ſubjecta? Hic non compenſantur fructus cum me-
liorationibus; nam *hæc lex* loquitur de eo caſu, quan-
do fructus percipiuntur ex re aliena, ſecus, ſi ex re mea
propria, licèt reſtitutioni ſubjecta. *Franc. Cremenſ.
ſing. 106. Craveta d. l. num. 13. Rol. à Valle conſ. 30.
num. 4. lib. 1. Car. Ruinus conſ. 155. nu. 14. vol.* 3 Hanc-
que communem opinionem fatetur ipſe aliàs contra-
rius *Achilles Perſonalis de Adipiſc. poſſ. nu. 688. Conf.
Dn. Mev. p. 3. dec. 41. num.* 2. Et ideo, cum propone-
6 retur caſus, quod Prælati mortui filius in anno gra-
tiæ prædium devaſtatum vendidiſſet ſine conſenſu
clericorum, & poſt 25. annos capitulum repeteret, poſ-
ſeſſor autem, quia erat bona fide conſtitutus, (ven-
ditor enim ſe conſenſum impetraturum promiſerat)
peteret meliorationes: reſponſum, ſi fructus excedant
vel æquent præſentem meliorationis æſtimationem,
locum habere compenſationem: ſecus, ſi melioratio-
nis æſtimatio excedat. *die 19. Maji 1668. Conf. Not.*
Dni Autoris *ad L. 55. ff. Locat.* Sic ſi quis à marito
7 emat rem dotalem, & feciſſet in re melioramenta, hæc
non computarentur cum fructibus, quia, ſi res non
fuiſſent alienatæ per maritum, fructus illius fuiſſent
mariti durante matrimonio: ergo æquitas hujus legis
ceſſat. *Neguz. de pignor. m. 4. part. 5. nu.* 13. Sic etiam
8 Emphyteuta reſtituens rem Emphyteuticam cum me-
liorationibus, non computat fructus, quia hos non
percipit ratione nudæ promiſſionis, ut *in hac Lege*,
ſed ratione utilis dominii. *Neguz. d. l. num.* 14. Con-
tra ſuperiorem Practicam *hujus Legis* videtur diſpu-
tare *Achill. Perſon. de adipiſc. poſſ. num. 689. & ſeqq.*

## ad L. Solum. 49.

### *SUMMARIA.*

*Solum eſt pars ædium. n.* 1.
*Declaratur per exemplum.* 2.

QUæritur, an ſolum ſit pars ædium? Quod affir-
matur, quia duæ ſunt partes ædium ſolum &
1 ſuperficies, ideoque ſi ædes incendio periiſſent, ſo-
lum tamen vindicari poteſt, quia meum eſt, quod ex
re mea ſupereſt, cum jus vindicandi habeo *per h. l. §.*
2 1. Gloſſa dat exemplum de bove meo, cujus corium
ſupereſt; nec obſtat *l. 49. de Leg.* 2. quia ibi bos non-
dum erat legatarii.

## ad L. Si ager. 50.

### *SUMMARIA.*

*Res emta, ſed nondum tradita, vindicari nequit.* 1.
*Exceptio in harede.* 2.
*Caſus, in quibus Dominium ſine poſſeſſione quæritur.* 3.

REm emi, ſed nondum mihi tradita eſt, an poſ-
1 ſum eam vindicare? Reſp. quod non quia ex ſo-
lo contractu dominium non transfertur. Autor *in C.
tit. de SS. Eccleſ. ad L. 23. num.* 7. Secus autem in
2 hærede, qui poteſt vindicare omnes res, quæ defun-
cti fuerunt, licèt earum poſſeſſionem nunquam ha-
buerit, quia adita hæreditate omnia jura in eum tran-
ſeunt; excepta poſſeſſione. Hic notat Gloſſa caſus, in
3 quibus dominium ſine poſſeſſione quæritur, ut in
hærede, in Legatario, in bonorum poſſeſſore, in fidei
commiſſaria hæreditate, in donatione, & venditione
facta Eccleſiæ, in pacto Legis Commiſſoriæ, & ad-
dictionis in diem.

## ad L. Si in rem. 51. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Hæres poſſeſſoris tenetur ut poſſeſſor, ſed annon etiam ex
delicto defuncti teneatur? num.* 1.
*Hæres und ſuncte ex ſuo facto tenetur.* 2.
*An teneatur hæres, ſi defunctus, qui facto ſuo nocuit, an-
te litem conteſtatam mortuus?* 3.

HIc & *ſeqq. LL. aliquot* agitur de Poſſeſſoris hæ-
1 rede, qui tenetur, non ut hæres, ſed ut poſ-
ſeſſor, & ideo ex hæredibus ille tantùm tenetur, qui
poſſidet. *L. 55. h. t.* Tenetur tamen etiam ex facto de-
functi, ſi ille quid deliquit, *L. 41. h. t.* & à Defun-
cto lis conteſtata. Tunc enim cum omni cauſa tranſit
actio in hæredem. Sed hæres indiſtincte ex facto ſuo
2 tenetur, ſi per dolum vel culpam circa rem quid de-
liquit, *per h. l.* 51. Sed quid ſi ante litem conteſtatam
mortuus defunctus, qui facto ſuo nocuit? Nega-
tur, quod hæres teneatur, niſi locupletior inde redditus:
nam

nam teneretur actione in factum. *L. 52. Vid. Donell. l. 20. c. 3. lit. S. & ibi Hillg. Struv. ad h. t. th. 12. Zaeſ. ad h. t. num. 39.*

ad L. Si fundi. 53.

*SUMMARIUM.*

*Poſſeſſor b. f. agrum conſeminans, fructum ſuperveniente Domino colligere nequit.*

SI poſſeſſor b. f. agrum conſeviſſet & poſtea petatur ab eo fundus, quæritur, an frumentum poſſeſſor colligere poſſit? Quod videtur affirmandum, quia ipſe conſevit. Sed negatur, quia ſemen fit jam fundi & eſt pars fundi, non vero negatur, quia ſumtus poſſit per exceptionem ſervare. Alii de m. f. poſſeſſore intelligunt hanc legem.

ad L. Inter officium. 54.

*SUMMARIA.*

*An, qui vindicanti aut convento patrocinium præbet poſtea vero competit, rem ſuam eſſe, dominium amittat? num. 1.*

*Conciliatio cum* l. ult. de inoff. teſt. 2. & 3.

1 QUi vindicanti aut convento patrocinium præbuit, poſtea autem competit, rem eſſe ſuam, an dominium amittit? Videtur quod ſic, quia judicialiter confeſſus eſt rem, eſſe alterius, cui adiuvit; ſed contrarium reſpondetur, quia confeſſio errans non eſt confeſſio. Autor *ad L. 10 num. 1. & 2. C. h. t.* Et ideo non obſtat *l. ult. ff. de inoff. teſtam.* quæ nullum habet errorem. Et hîc agitur de Actu, qui à ſolo con-
2 ſenſu & declaratione animi ooo pendet, *ut in d. l. ult.* Sed requirit quid plus, ut traditionem rei alicujus aut juris. *Bart. hic & Monoch. conſ. 58. num. 63. Tiraq. de*
3 *Retr. Conſang. §. 1. gl. 9. num. 268.* Sed hic *num. 269.* videtur potius *hos textus* ita conciliare, quod *hæc Lex* loquatur de ignorante; illa de ſciente. Et videtur illi tationi differentiæ præferre hanc etiam *Hill. d. l.* Ratio *in l. 35. de A. R. D. Donell. l. 20. c. 2. lit. O. ibi Hill.*

ad L. Si poſſeſſor. 55.

*SUMMARIUM.*

*Hæres ſolus poſſidens fundum ſolus conveniri poteſt.*

TItius reliquit duos hæredes, quorum alter fundum poſſidet, quem vindicare intendo, quæritur, an illum hæredem, qui ſolus fundum poſſidet, in ſolidum convenire poſſem? Quod affirmatur, quia ſolus poſſidet. Hæredes enim poſſeſſoris ante litem conteſtatam conveniuntur hac actione, ſecundum quod poſſident, non proportione hæreditaria.

ad L. Vindicatio. 56.

*SUMMARIUM.*

*Peculium vindicari nequit.*

QUæritur, an peculium vindicetur? Videtur quod ſic, quia grex vindicari poteſt. Sed negatur, quia grex conſtat ex pluribus corporibus; peculium vero conſtat non tantum corporibus, ſed etiam Juribus, ideoque vindicari non poteſt, ſed res ſingulas petere is debet, cui legatum eſt peculium. Sed difficultas eſt, quomodo res ſingulas ſpecialiter exprimere poſſit.

ad L. Is a quo. 57.

*SUMMARIA.*

*Cum contra poſſeſſorem ſententia fertur, cujus executionem Tertius impedire vult, an audiendus ſit? numer. 1. 2.*

*Quo caſu hæc locum habeat?* 3.

*Quid ſi Tertius interveniens opponat ſe actori, negando jus ad ipſum pertinere, an tum impedienda executio?* 4.

*Quid ſi lata ſententia in rem judicatam tranſierit, an differenda executio?* 5.

*An hæc lex in beneficialibus locum habeat?* 6.

1 CUm contra aliquem poſſeſſorem fertur ſententia, & alius tertius velit impedire executionem in re ipſa petita, hæc non impedienda eſt, ſed præſtanda à victore cautio de præſtanda re ſi tertius obtinuerit, ſcil. per fidejuſſores & pignora, ſic aliter cautum eſſe nequeat, vel per ſolam reſervationem juris in re, ubi nullum periculum. *Mev. p. 5. dec. 212. Conf. Gail. l. 1.*
2 *obſerv. 70. num. 20. & ſeq.* Cauſa tamen intervenientis coram competente judice ventilanda. *Mev. p. 5. dec.*
3 407. Sed hæc lex locum tantum habet, ſi tertius interveniens me conveniat de eadem re peculiari judicio, vel ob cauſam à præſenti judicio diverſam: nam tunc victor tenetur cavere, reſtiturum ſe alteri in ca-
4 ſu victoriæ, *per hanc L.* Sed aliud, ſi Tertius in eodem judicio interveniat, & opponat ſe primo Actori, & petat eum excludi, allegando jus ad eum non pertinere, ſed potius ad ipſum. Nam tunc ſuperſedendum in primo judicio, donec tertius doceat de jure ſuo, & ſic impedienda reſtitutio. *P. Barboſ. ad l. ſi alienam num. 15. ff. ſol. matr.* Sed ſi lata ſententia,
5 quæ in rem judicatam tranſiit, lis de eadem re moveatur ab alio, nec executio differenda, nec cautio præſtanda. *Covarr. d. l.* cum tunc victor potius habendus ſit pro poſſeſſore. Nec facta concluſione in cauſa, cautioni locus. *Barb. d. l. numer. 16. Conf. Gail. lib. 1. obſ. 60. num. 21.* niſi jus intervenientis liquidum, & potius victoris jure probetur. *Vid. Mev. p. 5.*
6 *d. 334. Ant. Faber l. 7. Cod. t. 20. d. 39.* Jus tamen reconveniendi reſervari poteſt. *Mev. p. 5. dec. 335.* An habebat hæc lex locum in beneficialibus? Videtur affirmari per *Matth. de Afflict. in c. cum de re. §. res autem. n. 10. tit. de inveſt. de re al. facta. & in decimis Prædialibus num. 11. & in c. ſi duo homines. tit. ſi de feudo fuerit controverſia int. dom. & agn. 33. & in c. imperialem. §. præterea int. duos de probib. feudi alien. per Frid. num. 67. Vid. & Franc. Pont. conſ. 90. num. 1.* Probant etiam *ex hac Lege*, inſtantiam non tranſire in ſingularem ſucceſſorem. *Klock. conſ. 39. num. 46. vol. 2.*

ad L. à quo. 58.

*SUMMARIUM.*

*An, ſi ſervus vindicetur, de ejuſdem nomine furti agatur per alterum judicium, alteri præjudicium creetur?*

POſſideo ſervum, quem tu vindicas à me, quia autem ſervus ille furtum commiſerat, convenior à Titio, cui furtum factum noxali actione. Quæritur, an per alterum judicium alteri præjudicium creetur? Diſtinguitur, an prius tibi condemner, an vero Titio. Si tibi condemnor, ut ſervum reſtituam, tu debes cautionem mihi præſtare de indemnitate, ſi forte Titius etiam contra me obtineat: Si vero Titio condemnor & ego illi ſervum dedam, nulla condemnatio locum habet, nec poſſum tibi condemnari, quia nec poſſideo, nec dolo deſii poſſidere.

ad L. Habitator. 59.

*SUMMARIUM.*

*Conductor feneſtras domui conductæ à ſe impoſitas vindicare nequit.*

EGo, vel ut conductor, vel ut uſufructuarius, habitavi in domo aliena, & quia domus feneſtris deſtituebatur & nonnullis januis, ideo impono deſideratas feneſtras & januas, quæritur, an poſt annum, poſtquàm tempus conductionis finitum vel uſusfructus tempore finitus eſt, poſſim feneſtras vindicare? Reſp. quod non; quia ſequuntur dominium domus. Sunt enim partes ædium. Pone autem, proprietarium ipſum exemiſſe illas feneſtras & januas, forte ut aliis ædibus jungeret, & hoc caſu poſſunt vindicari, quia redeunt ad ſuam priſtinam conditionem.

### ad L. Quod infans. 60.

*SUMMARIUM.*

*Furioſus aut infans impune rem poſſeſſam corrumpunt.*

LEgis ſenſus planus, quod infans aut furioſus impune rem poſſeſſam corrumpunt, quia illum innocentia conſilii, hunc infelicitas fati excuſat.

### ad L. Minicius. 61.

*SUMMARIA.*

*Navis ex aliena materia refecta, reficientis manet. n. 1.*
*Secus ſi de novo ex aliena materia ædificetur. 2.*
*Reſponſio ad objectionem. 3.*

EGo refeci meam navem ex aliena materia, an eadem navis mea maneat, quæritur? Et affirmatur.
2 Sed ſi navem de novo ædificem ex alienis tabulis, videtur eſſe navis ejus, cujus tabulæ ſunt ad navem fa-
3 ciendam exaſciatæ Sed ſi carina tua erit, etiam navis. Objici ſolet *l. 26. de adquir. rerum dominio*, ſed ibi ſermo eſt de arboribus nondum præparatis, niſi forte hîc veſtigium ſit diſſenſionis inter Sabianos & Proculianos.

### ad L. Si navis. 62.

*SUMMARIA.*

*An m. f. poſſeſſor penſiones, quas ex navi &c. locari ſoluta, percipere potuiſſet, ſolvere teneatur? num. 1.*
*Solvit fructus, non uſuras m. f. poſſeſſor. 2.*
*Quotuplices fructus ſint? 3.*
*An fructus reſtituendi, qui à poſſeſſore, an vero, qui a petitore percipi potuerunt? 4. & ſeqq.*

IN *hac L. 62.* hæc ſpecies: malæ fidei poſſeſſor na-
1 vis vel tabernæ vel areæ, non locavit has res, cum
locari ſolerent, quær. an penſiones, quas percipere
potuit, teneatur ſolvere? Vid. quod non, quia malæ
fidei poſſeſſor, qui non attigit pecunias hæreditarias,
ad uſuras ejus pecuniæ non tenetur. *l. 20. §. 14. ff. de
pet. her.* ſed affirmatur, quia hîc ſine ſuo periculo tempeſtate
commoda locare potuit, ſed pecunia dantis pe-
2 riculo mutuo datur. Vid. *Cujac. tom. 4. h. t. ad h. L.*
Collige *ex hac L.* fructus differre ab uſuris. Nam de
uſuris m. f. poſſeſſor non tenetur, ſed de fructibus. Vid.
*Cujac. l. 18. obſ. c. 3. & hunc referens Dn. Struv. ad h. t.*
3 *th.* 18. Notetur hîc diſtinctio fructuum, alii enim natura
proveniunt, ſive ſponte, ſive adhibita opera hominis.
*Donell. lib. 4. c. 25.* Alii jure, & dicuntur Civiles,
ut ex uſu rei, mercedes; ex vecturis, penſiones:
quæ tamen ſunt potius loco fructuum.
*Ad* §. 1. Circa percipiendos fructus dubium oc-
4 currit, an conſiderentur illi, qui a poſſeſſore, an vero,
qui à petitore percipi potuerint? Et poſterius placuit,
per hunc §. *Don. lib. 20. c. 5 lit. I. Vinn. ad Proceſſ.
diſp. 31. n. 17. Phil. Matth. ad L. 78. in fin. d. R. J.*
Nec obſtat *L. domum. 5. C. h. t.* quia ibi talis ſpecies
5 propoſita, ubi penſiones ab utroque percipi potuerunt.
*Donell. l. 20. c. 5. lit. I.* Nec enim ſpectandum,
quid poſſeſſor, ſed quid petitor habere potuerit, ſi
6 res ab initio reſtituta fuiſſet: Autor *ad d. L. 5. num. 4.
C. h. t.* nam petitor perſequitur ſuum damnum: *Vid.
Menoch. rem. 1. recup. poſſ. num. 414. & ſeq.* ubi *nu.* 140.
7 tradit, idem contineri *in L. domum 5.* quod hîc: nam
ibi dicitur, cum omni cauſa damni dati; ſub quibus
verbis continetur, quod petat Actor fructus, quos
ipſe Actor percipere potuit; Hoc enim utique damnum
eſt, quod ibi latius probat *Dn. Struv. ad h. t. th.*
8 18. Et hoc, quod malæ fidei poſſeſſor fructus reſtituat
percipiendos, ſive titulum habeat, ſive non, hodie
plerique affirmant. *Et* Autor *L. 4. num. 3. C. unde vi.*

### ad L. Si culpa. 63.

*SUMMARIUM.*

*Poſſeſſor, qui rem culpa amittit, quando teneatur eam præſtare?*

SI poſſeſſor culpa etiam levi poſſeſſionem amiſerit, tenetur rem præſtare. *Hic & L. 36. §. 1. h. t. Menoch. adipiſc. poſſ. remed. 1. num. 66. Cæſar. Bargalius de Dolo lib. 6. regula 17. num. 18. Peregrin. de Fideicomm. art. 46. num. 27.* Quod tamen de amiſſione poſt litem conteſtatam facta recte intelligit *Hill. lib. 20. c. 3. lit. L. in fin.* Nam ſi facto ſuo liberatur poſſeſſor, ſi transtulit; magis, ſi quod omiſit. *Hillig. d. l.* & ſic etiam de lite conteſtata intelligit *Struv. h. t. th. 27.* licet antea b. f. poſſeſſor fuerit.

### ad L. Cum in rem. 64.

*SUMMARIUM.*

*In rei vindicatione fructus pariter & quaſi fructus attenduntur.*

IN rei vindicatione ratio habenda non tantum fructuum, quæ ex re percipiuntur, ſed etiam eorum, quæ uſui ſunt, & quaſi fructus v. g. vaſa & alia, quibus utimur, vel ut alii interpretantur, quæ ad uſuarium pertinent.

### ad L. Emtor. 65.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis refertur. nu. 1.*
*Quod in dotem datur, auferri nequit, bene tamen quod in peculium. 2.*

1 SPecies facti: Creditori meo prædium meum obli-
gavi in ſortem & uſuras; Deinde Titius prædium
illud emit à Cajo non Domino, Creditor meus agit
actione hypothecaria cum Titio, qui ſolvit ipſi ſortem
& uſuras debitas; Ego illud prædium vindico à Titio,
ille mihi reputabit ſortem & uſuras, quas creditori
meo ſolvit, & à tempore ſolutionis etiam ſortis
uſuras, quas Creditori ſolvere debuiſſem, at de uſuris
uſuras ſolvere non teneor, quia magis rei ſuæ ſervandæ,
quam meæ cauſa ſolvit, ſi magis mei gratia,
etiam de uſuris uſuras deberem ſolvere, fructus
autem percepti ante litem conteſtatam, pro modo
concurrentis quantitatis, compenſantur cum uſuris
novis, vel cum ſumtibus in rem factis. *Vid. L. ſumtus.
48. h. t. & Cujac. in L. 2. reſp. Papin. tom. 4. conſ. Ruinus
vol. 1. conſ. 13. h. num. 14. Rol. à Valle vol. 1. conſ. 30.
num. 24.*
2 *In* §. 1. agitur de ancilla in peculium data, non in
dotem. Nam quod in dotem datur, non poteſt filiæ
auferri, quia eſt proprium patrimonium filiæ; pone
ergo in peculium datam eſſe filiæ ancillam, hanc pater
poteſt adimere. Patet ergo facto Teſtamento exhæredas
filiam addita ratione, quod ſatis amplum peculium
habeat. His verbis non videtur legatum peculium.
Ergo non poteſt vindicare ancillam in peculium
datam, ſed poteſt ſe defendere, per exceptionem
doli, dum ex his verbis voluntas Patris eluceſcit.

ad

## ad L. Non ideo minus. 66.

*SUMMARIA.*

*Rei vindicatio locum habet in re, cujus dominium a nobis abire ſperatur. nu. 1.*
*Exemplum de gravato ex fideicommiſſo generali. nu. 2.*

1 Licet dominiom ſub conditione reſolutiva ſit receſ-
ſurum, interim datur tamen Rei vindicatio *Tiraq.*
*de Retr. Conven. §. 2. gloſſ. uni-n. num. 36. Don. lib. 20.*
2 *c. 3. lit. H. & ibi Hill* Sic qui Fideicommiſſo conditio-
nali gravatus, interim poteſt rem vindicare, & de ea
diſponere. *Sande l. 4 tit. 5. def. 16.* & alienare, ita,
ut conditione veniente tamen irrita alienatio, & res io-
præſcriptibilis. *L. fin. §. 3. C. Commun. de legat.*

## ad L. à Tutore. 67.

*SUMMARIA.*

*An venditer dominium amiſerit illius rei, quam in domo emta emtor reperit? nu. 1.*
*Quid ſi Theſaurum inveniat? 2.*
*Quid ſi emtor id præſciverit? 3. & ſeqq.*

1 Emtor reperit rem aliquam venditoris in domo em-
ta, dominium non amiſit venditor. Sed forte em-
2 tor reperit theſaurum? R. Eſt ille emtoris, quia em-
tor non habet ratione venditionis, ſed inventionis. &
3 ſic ex diverſo titulo. Autor *ad L. 1. num. 2. C. de The-*
*ſaur.* Sed quid ſi emtor præſciverit, nullum hîc reme-
dium venditori dari, eo, quod ſit donum fortunæ, di-
cit *Petr. Barboſ. ad L. divortio. §. ſi fundum. num. 31. &*
*32. ff. ſolut. matrim. Cagnolus in L. 2. num. 171. C. de*
4 *Reſcind. vendit.* Sed ſi non ſit theſaurus, ſed pecunia à
venditoris prædeceſſoribus abſcondita, hæc à vendi-
tore poteſt vindicari. *Cagnol. d. l. num. 172.*

## ad L. Qui reſtituere. 68.

*SUMMARIA.*

*Reo, qui non vult reſtituere, manu militari res auferenda eſt. num. 1. & 2.*
*Manus militaris caſtrenſis, & non caſtrenſis, quid utraque? 3. & 4.*
*Cum reus ſive dolo ſive culpa deſiit poſſidere, quomodo condemnatio facienda? 5.*
*An judex in hoc vindicationis judicio taxare valeat? 6.*
*An æſtimatio litis duplum excedere poſſit? 8.*

1 SI Reus non vult reſtituere, dicens, ſe non poſſe, ſi
tamen habeat rem, poteſt manu militari res ab ipſo
2 auferri; Autor *ad L. 21. num. 4. C. h. t.* Nec obſtat
*L. 1. C. de offic. militar. judic.* quia de executione ſen-
tentiæ non loquitur. Vide defenſionem h. l. contra
*Ant. Fabrum.* apud *Donell. & Hill. l. 20. c. 6. lit. G. Ra-*
*chov. in tr. de Action. diſp. 7. th. 11.* Dn. Autor *in C.*
*tit. de offic. militar. Judic. ad L. 1. num. 4. & ſeqq.* Nam
manus militaris duplex, Caſtrenſis & non Caſtren-
ſis; hæc eſt Apparitorum & Stiparorum, quibus om-
3 nes judices armati erant. Et de his *hac Lex & L. ult. §.*
*ult. quod metus cauſa.* Illa vero eſt militarium judicum,
quæ manus in executione privatarum cauſarum prohi-
4 bita. *L. 1. C. de Offic. Milit. judicum,* & de hac intelli-
genda *L. 5. de Juriſd.* quæ de vetito judicio loquitur,
quod ita eſt incompetens, ut per prorogationem com-
petens fieri non poſſit, ut judicium militare inter non
5 milites. *Vid. Vult. ad d. l. 5.* Et ſic reſponſum *Anno*
*1655. menſ. Sept.* Rerum non poſſeſſarum nomine, ſi-
quidem dolo factum, quo minus poſſiderentur, quan-
tum in litem ſine ulla taxatione juratum fuerit, con-
demnatio facienda; ſi autem dolo non ſit factum, quo
minus reſtitutio fieri poſſit, per culpam tamen hoc
facit, quanti res eſt i. e. quanti adverſarii interfuit,
rem præſtitam non eſſe. *Olendorp. in Progymn. Claſſ. 3.*
*act. 2. circa fin. Peregrin. de art. 46. num. 16. Klock.*
6 *vol. 2. conſil. 55. num. 2.* Sed quæritur, an poſſit in hoc
judicio vindicationis judex taxare? quod negare vide-
tur *Coraſ. l. 6. miſc. c. 1. & 2.* ubi dicit, hic eſſe ali-
quid ſpeciale ex verbis textus (ſine ulla taxatione.)
Sed *Donellus* hunc ſenſum his verbis tribuit, cum
nulla taxatione à judice præfinita juravit, id judex
ſequi debet. *Donell. l. 26. c. 11.* Vulgo intelligunt ita:
ſine alia taxatione, ſcil. à Lege *Pac. cent. 3. qu. 88. &*
7 *quos d. c. 11 lit. E. citat. Hill* Non videtur mihi *Coraſii*
explicatio inepta, præſertim cum *Donelli* interpreta-
8 tioni videantur obſtare verba *in infinitum:* & Doctorum
reſponſio inconcinnior. *Ex §.* autem *hoc* colligitur,
æſtimationem litis factam poſſe excedere duplum, quia
agitur hîc non de certa æſtimatione rei, ſed pœna con-
tumaciæ. *Struv. ad tit. de in litem jur. th. 67 Donell.*
*l. 26. c. 11. & ibi Hillig. lit. C. Duar. in l. 5. ff. de jurejur.*
*in lit. num. 27. & 35. Ummius d. 20. num 26.*

## ad L. Is qui. 69.

*SUMMARIUM.*

*An ei, qui dolo deſiit poſſidere, vindicans actiones cedere debeat?*

VOlo vindicare fundum. Sed tu deſiiſti dolo poſſidere, ideo admittor ad juramentum in litem; ſed tu petis, ut caveam de evictione, vel potius, ut actiones illas, quas ob illam rem habeo, tibi cedam. Quæritur an recte? quod negatur, quia pœna contumaciæ hæc eſt.

## ad L. Nec quaſi. 70.

*SUMMARIUM.*

*An poſſeſſor, qui dolo deſiit poſſidere, Publiciana uti poſſit?*

SEd hîc quæritur, an poſſeſſor, qui dolo deſiit poſſidere, & ſic pretium à me taxatum ſolvit, poſſit publiciana uti? Videtur, quod ſic, quia habet jam titulum ſc. emtionis. Sed negatur addita eleganti ratione, ne in poteſtate cujuſque ſit, per rapinam ab invito Domino rem juſto pretio comparare vel potius extorquere.

## ad L. Quod ſi. 71.

*SUMMARIUM.*

*An, ſi in litem jurare renuo, judex pretium æſtimare poſſit?*

POſſeſſor dolo deſiit rem, quam vindico, poſſidere, ergo poſſum in litem jurare; ſed ego Religione ductus, cum, forte incognitum ſit pretium, nolo in litem jurare, ſed peto, ut judex verum pretium æſtimet, an audiendus ſim, quæritur? quia juramentum in litem inventum eſt in pœnam contumacis & favorem meum. Ergo poſſim huic favori meo renunciare.

## ad L. Si à Titio 72.

*SUMMARIUM.*

*An non Dominus fundum à ſe alienatum, ſi vero Domino ſuccedat, vindicare poſſit?*

A Titio emo fundum, qui tamen me neſciente tuus eſt, traditur etiam mihi fundus ſoluto pretio. Titius moritur, te hærede inſtituto, quæritur, an tu vindicare poſſis fundum? Videtur, quod ſic, quia à non-Domino emi; Sed negatur, quia Tu ut Titii hæres præſtare teneris factum defuncti. Et poſ-

tuum etiam fundum à te petere, & ſic notetur caſus, ubi publiciana datur contra Dominum, & Dominus interdum non poteſt vindicare, quod ſit, quando petitor & poſſeſſor cauſam habent ab eodem.

### ad L. In ſpeciali. 73.

*SUMMARIUM.*

*An quis partem domini probare teneatur?*

VIndico partem fundi a te, & pero, ut jubearis declarare, pro qua parte tua ſit? R. ad id te non teneri. Nam ego teneor probare dominium & pro qua parte ſim Dominus. Sed teneris tamen reſpondere, pro qua parte poſſideas & pro qua parte ſis hæres *L. 20. §. 1. ff. de Interrog. Act.*

### ad L. Id eſt. 74. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*Quis ſit ſuperficiarius?*

SUperficiarius eſt is, qui habet jus in ſuperficie aliquid habendi, ædificandi vel implantandi, de quo *infra de Superficiebus*. Hoc ſolebat canonem ſolvere quotannis & quamdiu canonem ſolvit, habet jus in re & ideo competit ei actio in rem *hic & l. 1. §. 3. de Superficiebus*, quando ſcil cet eſt ſuperficies perpetua. *Zoe us ad d. tit. de Superfi. num. 3. Struvius ad d. tit. th. 125. & th. 128.*

### ad L. Quæ de tota. 76.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo pars incerta vindicari poſſit?*

QUod juris in toto quoad totum, idem juris eſt in parte, quoad partem. *Menoch. l. 3 præſumt. 35. n. 27. Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gl. 7. n. 46. Carpzov. p. 2. conſt. 28. d. 5. Hillig. l. 20. c. 4. lit. T. Barboſ. Locupl. l. 18. c. 22. ax. 4.* Legatus mihi eſt fundus. Sed cum notorie ultra dodrantem legata aſcendant, locum habet Lex Falcidia. Sed cum vires hæreditatis ignorem, vindico in certam partem, quantum quidem deducta falcidia ſupererat. Nam ſi nihil hæredi relictum & tota hæreditas exhauſta legatis, tunc certa eſt pars, minimum quarta in ſingulis rebus; ſed quatenus hæredi aliquid relictum eſt, non tamen integra parte, tum Legatarius non poteſt quartam partem exprimere.

### ad L. Quædam mulier. 77.

*SUMMARIA.*

*Venditor, qui rem venditam conduxit, hoc ipſo & poſſeſſionem & dominium transfert. n. 1.*
*Videtur venditor conſtituere ſe poſſidere nomine emtoris. 2.*

1 SI venditor vel donator rem conducit ab eo, cui
dedit, ipſa conductio transfert poſſeſſionem, quam
habet, & dominium. Et colligitur exinde modus trans-
ferendæ poſſeſſionis ac dominii, & venditor condu-
cen ab emtore videtur conſtituere, ſe poſſidere nomi-
2 ne emtoris. *Tiraq. de poſſ. conſt. p. 3. limit. 9. numer. 3.*
Et *ex verbis finalibus* colligitur, eum, qui emit rem
aliquam, ſi in poſſeſſione reperiatur, videri ex præce-
daneo titulo in poſſeſſione eſſe. *Bald. ad l. 2. C. de*
3 *acquir. poſſ.* & ſic *hanc Legem* accommodare ſolent ad
materiam pacti cum Creditore de ingrediendo pro-
pria autoritate. Præſumitur interim poſſeſſio reſpectu
illius tituli. *Menoch. rem 5 adipiſc. poſſ. num. 171. &*
*ſeq. lib. 3. præſumt. 101. num. 10. & lib. 6. præſ. 67. Maſcardus de Probationib. concl. 1203. Barboſa Locupletatus lib. 14. c. 44. axiom. 8. Carol. Ruinus conſ. 73. nu. 16. v. 4. Cravetta conſ. 957. nu. 14. vol. 5.*

### ad L. Si ejus fundi. 78.

*SUMMARIUM.*

*An b. f. poſſeſſor fructus non coactos reſtituere teneatur?*

QUæritur, an b. f. poſſeſſor non coactos fructus teneatur reſtituere? Reſpondet Labeo quod non; quod ex parte corrigit Paulus; nam fructus non perceptos non tenetur reſtituere. Sed poſſunt fructus eſſe percepti, i. e. ſeparati à fundo; & tamen non coacti in granaria reconditi. Ergo tenetur etiam non coactos reſtituere, ſi modo ſint percepti, licet non coacti nec collecti.

### ad L. Si hominem. Penult.

*SUMMARIUM.*

*An b. f. poſſeſſor fructus non coactos reſtituere teneatur?*

POſſedi Servum vel Vaccam bona fide, tu vindicas ſervum vel vaccam, poſt litem conteſtatam moritur ſervus vel vacca, an teneor ad fructus? Aff. Sed ad quos. Reſp. quos poſt litem conteſtatam percepi, nam non teneor meum jus indefenſum relinquere; ſed ad quod uſque tempus? Reſp. uſque ad mortem, Paulus dicit, ſi ante mortem aliquamdiu ægrotavit, nec tempore morbi fructus percipiendos me reſtituere.

### ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*Pœna inficiationis ejus, qui falſo negat ſe poſſidère, quænam? num. 1.*
*Eadem pœna ejus, qui falſo dicit ſe alieno nomine poſſidere. 2.*
*Requiſita ad hanc inficiationis pœnam, quæ ſint? 3. 4. 5. & 6.*
*Inficiationis pœna, an hodie uſitata? 7. & 8.*

1 POena inficiationis, ſi falſo quis dicat, ſe non poſſi-
dere, eſt, ut negans rei negatæ poſſeſſione prive-
tur, ſi ſcil. dolo malo, vel lata culpa, & directo hoc
neget, de quo pluribus *Hillger. libr. 20. c. 3. lit. R.*
*Marc. Anton. Cuchus in tr. de mentient. circa poſſ. Me-*
2 *noch. conſ. ſecundo num. fin. Ricc. coll. deciſ. 210.* Idem
eſt, ſi quis ſe alieno nomine poſſidere reſpondeat,
& tamen poſſidere convincatur nomine proprio.
*Afflict. deciſ. 18.* ubi *præjudicium allegat. Hippol. de*
*Marſil. ſing. 242. & Guido Papa deciſ. 609. Ma-*
*ranta p. 6 ſpec. memb. 6. numer. 1. Beccius conſ. 64.*
3 *num. 3.* Autor *ad L. fin. num. 5. C. de Probat.* Negatio-
nem autem factam oportet dolo eſſe factam vel lata
culpa. *Alexand. conſ. 35. num. 1. vol. 6. Gutierez. in*
*Auth. Sacramenta. num. 61. C. ſi adverſus vendit. Vid.*
4 *Hill. Donell. l. 20. c. 3. lit. R.* Præter id autem, ut dolo-
ſe falſo reſpondeat, neceſſe eſt, ut ſpecialiter reſpon-
deat; non ſi reſpondeat, nego narrata. *Hill. d. l.* &
ut in negatione perſiſtat; quia revocare poteſt, ante-
quam convincatur. *Gutierez. d. l. num. 69. & Hill.* &
ut actor hoc beneficium petat, quod omnino tunc fie-
5 ri poſſe puto, licet in libello ſe Dominum declarari
petierit: quomodo enim mendacium Rei præſcire
6 poterit? Denique requirunt, ut convincatur Reus,
non ſi aliunde id conſtet; ſed recte hoc rejicit *Hillig.*
7 Quod vero *Grœnwegen ad h. l.* pœnam inficiationis
hanc ceſſare vult, id non intelligendum de univerſali
conſuetudine, quam tot Conſulentium & Decidentium ſcripta confutarent, ſed de unius vel alterius Pro-
vinciæ

vinciæ conſuetudine. Sit ſane, alicubi ceſſet mentien-
tium pœna, apud alios in dubio præſumitur valere.
Neque apparet ratio, cur non falſa ac doloſa confeſſio
8 confitentis noceat, & adverſario non proſit, nec un-
quam probari poteſt, ex mendacio pœnam Fiſco debe-
ri, & ſane in hypotheſi, ſi poſſeſſio à reo negata in
fiſcum transferretur, redderetur actoris conditio dete-
rior, dum poſſeſſor potentior ſubrogatur, quod con-
tra *Dn. Cyprianum Regnerum* hic etiam movere volui.

## TITULUS II.

*De Publiciana in rem actione.*

### ad L. Ait Prætor. 1.

*SUMMARIA.*

*Quinam actione Publiciana uti ſoleat? num. 1.*
*An, qui uſucepit rem, opus ea habeat? 2.*
*An, qui rem immobilem per 10. annos poſſedit. 3.*
*An ea uti poſſit m. f. poſſeſſor. 4.*
*An qui b. f. per 30. annos poſſedit? 5.*
*Reg. Quibus caſibus circa traditionem transfertur dominium à Domino, in iis etiam locum habet Publiciana à non Domino? 6.*
*Quinam ſunt illi caſus? 7.*
*An poſſim hac actione experiri, ſi quis rem meo nomine poſſidere conſtituat, & amittat? 8.*
*An Publiciana detur Domino? 9. & 10.*
*Cumulari ſolet hodie rei vindicatio cum hac actione. 11.*
*An uſucapionis jus in deſuetudinem abierit? 12.*

1 QUi nondum uſucepit rem bona fide traditam, &
poſſeſſionem amiſit, habet Prætoriam actionem
Publicianam, quæ etiam ob difficultatem probationis
dominii, quæ in rei vindicatione requiritur, cum vin-
dicatione cumulari ſolet. *Oldendorp. Claſſ. 3. act. 3.
Schneidvv. ad §. 3. Inſt. de act. n. 61. Gail. l. 1. obſ. 62.
num. 5. & Hill. l. 20. c. 8. lit. S.* Sed ſi quis rem uſuce-
2 perit, non eſt opus honoraria actione, *per h. l. 1. §. 1.*
Idem eſt, ſi quis rem immobilem per 10. annos poſſede-
rit juſto titulo, non opus habet Publiciana, ſed rei
vindicatione; cum per præſcriptionem longi tempo-
ris acquiſiverit verum dominium. *P. Buſius ad l. 1. tit.
præc.* Sed quando quis mala fide poſſedit agrum, tunc,
3 ſi agri poſſeſſionem amittat, eum vindicare non po-
teſt: nam longiſſimi temporis præſcriptio non tribuit
titulum vel dominium, ſed tantum actionem exclu-
dit. Eſt tantum præſcriptio actionis, non vero rei ac-
quiſitio vel uſucaptio. Sed ſi bona fide quis poſſedit per
5 30. annos, tunc poteſt vindicare agrum. *per l. pen. C.
de Præſcr. 30. annor. Buſius ad l. 1. in fin. & vid. not. ad
d. l. pen. §. 1.* Colligitur etiam *ex hac Lege in fine & L.
6 ſeq.* In quibus caſibus à Domino citra traditionem po-
teſt transferri dominium, iis caſibus à non Domino
etiam citra traditionem transferri vel dari actionem
7 Publicianam. *Struv. ad h. t. th. 43.* Ut ſi inſtituatur quis
hæres. *Menoch. rem. 4. adipiſc. poſſ. num. 601.* vel ſi cui
legetur res aliena à Teſtatore poſſeſſa, vel ſi rea mortis
cauſa donata, ſi hæreditas verbis fideicommiſſario re-
ſtituta, aliiſque caſibus, quos hic proponit *Gloſſa in L.
ſunt & alia. 3. h. t. Ex hac* etiam *L.* deducitur; ſi quis
8 rem ſuam meo nomine ſe poſſidere conſtituat, & ille
poſſeſſionem amittat, me poſſe Publiciana actione ex-
periri. *Tiraq. de Conſtit. poſſeſſ. p. 1. num. 16.* Et quam-
vis quærant Doctores, an Publiciana detur Domino,
fruſtranea tamen hæc quæſtio videtur, quia Dominus
9 utique poterit ſe gerere pro quaſi Domino, ſi autho-
ris ſui dominium non valeat probare. Pone, me emiſſe
à Titio, quem ſcio Dominum fuiſſe, quia per decem
10 annos poſſedit fundum: ſed non poſſum præſcriptio-
nem hanc probare; quidni poſſem ego, qui tamen ve-
re Dominus ſum, actione Publiciana agere ex quaſi
11 domino. Sed fruſtra de hoc diſputatur ex hoc etiam ca-
pite; quod rei vindicatio cum Publiciana actione al-
ternative aut disjunctive cumulari ſoleat, teſte praxi
quotidiana. Miror, *Dn. Grœnwegen ad h. t.* dicere,
Uſucapionis jus apud Belgas in deſuetudinem abiiſſe.
Sed id ſuo loco relinquo. Sed in noſtris aliiſque pro-
vinciis in viridi eſt obſervantia, & ſic etiam Publicia-
na, licet actionis nomen in libello non ſoleat ex-
primi.

### ad L. Vel mortis. 2.

*SUMMARIUM.*

*Rei alienæ legatæ Dominus Legatarius non fit niſi traditione.*

IN *l. præcedente* dictum, Legatum adquiri ſine tradi-
tione, ſcilicet ſi defunctus habuit dominium; ſi
autem res aliena fuit legata, tunc non aliter Lega-
tarius fit Dominus, niſi traditione aut uſucapione.
Autor *ad L. 10. & 20. num. 1. 8. C. de Legat.* Si ergo
adquiſiverit poſſeſſionem rei alienæ legatæ non ex ma-
nu hæredis, & amittat rem legatam, tunc non poteſt
vindicare, ſed Publicianam habet actionem, quod
idem hic dicitur in re mortis cauſa donata; quid do-
nationes mortis cauſa donata, quia donationes mortis
cauſa ad ſimilitudinem legatorum redactæ ſunt.

### ad L. ſunt & aliæ. 3. & tres ſeqq.

*SUMMARIA.*

*Præter venditionem & traditionem etiam alii tituli ad dandam actionem publicianam ſunt idonei, num. 1 & 2.*

1 IN Materia Publicianæ actionis ſæpe fit mentio ven-
ditionis & traditionis. Sed alii etiam tituli ſunt ido-
nei ad dandam actionem Publicianam. v. gr. Si dotis
cauſa data res aliena & nondum uſu capta, licet non
ſit æſtimato data, & quando quid cauſa judicati da-
tur: item cauſa donationis, permutationis, & ſim:
2 *In l. 4.* refertur alia cauſa & alius titulus, ſc. datio
in ſolutum, quæ inſtar venditionis eſt *per h. t.* Autor
*ad L. 13. num. 6. C. de pignor.* item datio noxæ cauſa,
etiamſi cauſa ſit falſa *per l. 5. h. t.* item ſi ſervum à ne-
mine defenſum juſſu prætoris duxerim & poſtea poſ-
ſeſſionem amiſerim *per l. 6.* quæ omnia ſunt plana.

### ad L. Sed & ſi res. 7.

*SUMMARIA.*

*An juſtus ſit titulus ſi Reus litis æſtimationem offerat & actor acceptet? n. 1.*
*An hanc actionem habeat, qui à furioſo ignorans emit? 2.*
*An titulus lucrativus etiam inducat Publicianam? 3.*
*An qui à minorenne annis putans eum eſſe majorennem, uſucapere poſſit? 4.*
*An etiam permutatio inducat Publicianam? 5.*
*Publiciana imitatur naturam interdictorum. 6.*
*Quid ſi rem petenti, ſed probare non valenti juramentum deferatur? 7.*
*In quibus conveniat hæc actio cum Rei Vind.? 8.*
*An etiam hæredi hæc Actio competat? 9.*
*An, ſi alius meo nomine emat, publicianam habeam actionem? 10.*
*An b. f. emtori contra m. f. venditorem detur publiciana? 11.*
*Defuncti m. f. heredi nocet, ſed ejus b. f. eidem prodeſt. 12.*
*Venditoris m. f. non nocet emtori. 13.*
*Extenditur hoc ad ſervum ementem? 14.*
*Bonam fidem ad hanc act. requiri. 15.*
*An mala fides ſuperveniens irritam reddat hanc actionem? 16.*

In

1 IN *l. 7. pr.* continuat *præcedentium legum materiam*, & *in princ.* dicitur, ſi res adjudicata ſit alicui in judicio communi dividundo, vel familiæ herciſcundæ. Sic etiam juſta cauſa vel titulus eſt, ſi reus litis æſtimationem offerat & Actor acceptet, nam ſic quaſi vendit Actor rem petitam & reus emit, qui ſi poſſeſſionem amittat, poteſt publiciana actione repetere rem.

2 Si quis à furioſo ignorans emit, actionem Publicianam habet, §. 2. *h. l.* non contra furioſum *l. 2. §. 16. ff. pro Emptore*, ſed contra extraneum, per *hunc* § Et ſic *hos textus* conciliat *Donell. l. 20. c. 8. lit. Q.* quam conciliationem defendit *Hill. d. lit. Q.* alii tamen inter æquitatem & jus ſtrictum diſtinguunt. *Cuj. l. 16. obſ. 29. Zoeſ. ad h. t. nu. 7. & Struv. th. 41.*

3 *In* §. 3. quæritur, an donatio vel titulus lucrativus etiam inducat publicianam? Ratio dubitandi, quia ſemper ſolet deterior eſſe conditio ejus, qui de lucro certat, quam de damno; Sed affirmatur, quia honeſtus eſt titulus pro donato, qui præſupponit bona merita, ideoque etiam contra ipſum donatorem hæc actio datur.

4 *In* §. 4. quæritur, ſi a minorenne emam, habens eum pro majorenne poſſum uſucapere & rem amiſſam poſſum petere per publicianam; imo idem, ſi à pupillo emam, habens eum pro pubere, ſed ſecus, ſi in jure errem, ſi ſciens ipſum eſſe minorem & habere curatorem, vel ſi ſciens eum eſſe pupillum; ſed putem à talibus perſonis emere poſſe, nam hic eſſet error juris, qui non ponit uſucapionem. *l. 2. §. ſi à pupillo. 15. ff. pro emtore.*

5 *In* §. 5. dicitur, etiam permutationem eſſe juſtum titulum & inducere publicianam, quod etiam *ſupra* dictum.

6 *In* §. 6. quæritur, an publiciana imitetur naturam interdictorum, vel rei vindicationis? Et affirmatur; nam licet detur non domino, datur tamen fictione juris ut domino, nam fingitur uſucepiſſe. Et ideo declaratur b. fid. poſſeſſor, & non obtinet Actor cauſam, quia poſſedit, ſed quia poſſedit juſto titulo, probandus eſt, ut in rei vindicatione.

7 *In* §. 7. agitur de juramento judiciali v. g. petii à te rem, ſed non potui probare dominium vel titulum, ideoque defero tibi juramentum, quod res tua ſit, quod præſtas, ſed amittis poſſeſſionem, poſſumne petere hanc rem per publicianam? Reſp. ita, ſed contra te tantum utor, qui detuliſti non contra alium. Sed pone, te mihi detuliſſe juramentum, quod res petita non ſit mea, eo caſu non habeo publicianam, ſed exceptionem tibi ſoli & non alii opponendam. Quomodo hîc §. *cum l. 24. ff. de Except. rei judic. Videatur Weſenb. ad tit. Cod. de Rei vindic. num. 57.*

8 *Ad* § 8. Omnia hîc eadem, quæ in R. V. niſi ſcil. Leges diverſum quid ſanciant. *Vid. Dd. quos citat Hill. l. 20. c. 8. lit. L.*

9 *In* §. 9. *hujus legis* quæritur, an competat hæc actio etiam hæredi, & bonorum poſſeſſori, ſeu hæredi prætorio ſeu honorario? Quod affirmatur; quia jus bonæ fidei poſſeſſoris ad hæredem tranſit.

10 *In* §. 10. quæritur, ſi ſervus meus emit vel procurator meus, vel tutor meus, aut curator aut negotiorum geſtor nomine meo quid emerit, an ego habeam actionem publicianam? quod ſine dubio affirmatur.

11 *In* §. 11. agitur de malæ fidei venditore, qui ſciens rem alienam mihi vendidit, ſed ego bona fide emo ab eo, quem habui pro domino, an habeam publicianam? Quod affirmatur; quia bona fides ex parte emtoris à Lege requiritur. Antea dictum, hanc actionem publicianam dari hæredi.

12 *In* §. 12. autem *hujus legis* quæritur, quid ſi defunctus emtor fuerit in bona fide, ſed ego in mala fide; aut ſi defunctus in mala fide ſit conſtitutus & ego in bona fide reſpondetur, quod mala fides defuncti mi-
hi noceat & bona fides defuncti mihi proſit, enim re-
13 quiritur bona fides in emtore § 15. Sic ergo autoris
vel venditoris mala fides nocet emtoris hæredi & ſucceſſori etiam ſingulari per tradita Hilligeri *ad Don. l.*
14 *20. c. 8. lit. R.* Et hoc *in* §. 13. extenditur ad ſervum
meum ementem, qui ſi mala fide, ſciens rem non eſſe
venditoris emat, ipſius mala fides mihi fraudis ignoto
prodeſt. Ratio redditur *in* §. 14. quia, an emtor
extra dolum ſit, non ſolum tempus emtionis inſpici-
15 tur, ſed & tempus traditionis *per* §. *fin.* Bona fides re-
quiritur ad id, ut quis habeat Publicianam; ſicut in
uſucapione, & quidem in emtione tempore contra-
16 ctus & traditionis. *Donell. d. c. lit. R.* Et licet in uſu-
capione mala fides ſuperveniens irritam reddat uſucapionem Jure Canonico; ſecus tamen hîc, ubi Domino nihil aufertur. *Schneidw. d. l. numer. 55. Ant. Burgoſ. ad Rubr. decret. de Emt. vend. num. 10. Gilken. de Præſcript. p. 2. m. 2. c. 7. n. 3. Hill. d. lit. R. Struv. ad h. t. 42.*

## ad L. de pretio. 8.

### *SUMMARIUM.*

*Ad Publicianam, pretium eſſe ſolutum, non requiritur.*

IN *hac lege* quæritur, an ad Publicianam requiratur, ut pretium ſit ſolutum? Quod negatur, quia prætor non requirit; ubi ergo lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

## ad L. Sive autem. 9. ſeq.

### *SUMMARIA.*

*An, quando res emtori non eſt tradita, ſed ejus hæredi, detur publiciana? num.* 1.
*Quid ſi emtionem traditio præceſſit?* 2.
*An hæreditatis emtor, rem unam hæreditariam amittens, publicianam habeat?* 3.
*Quando eadem res ab eodem duobus vendita, quis præferendus?* 4. & 5.
*Ratio deciſionis.* 6.
L. 15. C. de rei vind. *variis modis limitatur, & quid de ea ſentiendum, diſquiritur.* 7. *ſeqq.*
*Conciliatio cum* l. 31. §. fin. de act. emti. 12. & *ſeqq.*
*An mala fides autoris noceat in Publiciana?* 16.
*Quid ſi res duobus vendita, ab uno ſignata, alteri vero realiter tradita ſit?* 17.
*Quæ uſucapi non poſſunt, nec per publicianam peti poſſunt.* 18.
*An per ſervum hæreditarium hæc actio acquiratur? n.* 19.

IN *principio hujus legis* quæritur, an, ſi emtori res
1 non ſit tradita, ſed ejus hæredi, detur publiciana?
Quod affirmatur; quia non requiritur à prætore, ut
emtori defuncto tradita fuerit. Sed & locum habere
poteſt publiciana, ubi nulla traditio vera ſit facta, ut ſi
emtor rem ſibi commodatam oppignoratam vel depoſi-
2 tam penes ſe habeat & emat §. 1. *h. l.* 9. Ergo idem in
Conſtituto. Quid autem, ſi præceſſit emtionem traditio, v. g. vendo tibi agrum, ſed ſub conditione, ſi cognatus meus, cujus hæres ſum futurus, in Italia mortuus ſit. Interim trado tibi agrum, hîc traditio proceſſit emtionem, quæ exiſtente conditione demum perficitur.

3 *In* §. 3. quæritur, an, ſi hæreditatem emerim, rem
unam hæreditariam mihi traditam amiſero, habeam
publicianam? videtur, quod non; quia ſingulæ res
hæreditariæ non ſunt emtæ *l. 1. C. de Evict. ibique*
Autor. Sed affirmatur, quia traditio rerum ſingularum
hæreditariam facit, ut res ſingulæ habeantur pro em-
4 tis. Quando ab eodem res duobus vendita eſt, is præ-
fertur, cui res primum tradita, quia traditio demum
transfert dominium, & ſic uſucapiendi conditionem

& Py-

& Publicianam, *per L. quoties. 15. C. de Rei Vind. ibi-*
*que* Autor *nu.* 1. *&* 2. & ſi Titius mihi vendat & tra-
dat, poſtea tibi vendat & tradat, mihi contra Te da-
tur Actio Public. *Bachov. de Act. diſp. 3. theſ. 22. Struv.*
5 *ad h. t. theſ. 45. Oldendorp. c. 3. act. 3. & quos allegat.*
*pro communi ſententia Hilliger. l. 20. c. 8. lit. Z.* Ratio
hujus eſt, quia ille, qui me in priorem transtulit poſ-
6 ſeſſionem, jus omne, quod habuit in me transtuliſſe
videtur, *Dn. Franzk. ad h. t. nu. 6. Bachov. de Action.*
*diſp. 3. th. 22.* Quod ſi duobus à diverſis vendita ſit res,
potior eſt cauſa poſſidentis. Nupera die incidi *in d.*
*Legem 15 C. de Rei vind.* & vidi, variis modis eam li-
mitari, v. g. (1) Si à perſona Eccleſiaſtica prius mihi
vendatur, ſed mihi non, tibi autem poſtea ementi
tradita. Autor *ad L. d. 15. num. 3. C. de R. V.* (2) Si
ſecundus emtor ſciat; *per l. 26. ff. h. t.* (3) Si poſte-
rior titulus lucrativus, quas breviter hic examinabo:
Primum quod attinet, quæram, quam actionem pri-
7 mus, qui ab Eccleſiaſtica perſona emit, habeat contra
ſecundum? num Rei vindicationem? imo non ha-
bet, quia utique Dominus non eſt; quamnam ergo?
quia ex contractu non habet, nec ex delicto. In ſecun-
8 da limitatione idem poſſet dici; ſed putarem, contra
conſcium fraudis ſecundum emtorem, primo dandam
actionem doli. Tertiam autem limitationem falſam
9 puto, quia is, cui prius emta, nulla competit actio
contra ſecundum, qui ex titulo lucrativo factus jam
10 eſt Dominus. Nec objiciat mihi aliquis, hodie non
exprimenda in foro genera actionum. R. imo certum
competere neceſſe eſt genus actionum, idque Actori &
11 judici cognitum eſſe oportere. Nec venditor in om-
nibus his ſpeciebus habet actionem, niſi velit propriam
turpitudinem aperire. Si autem à diverſis, ceſſat hæc
actio, quia poſſeſſio juncta titulo fortior eſt nudo ti-
tulo; & uterque non Dominus par jus habet in re alie-
na: ergo prioritas temporis alteri præjudicare nequit.
12 Sed poſteriori membro videtur obloqui *l. 31. §. fin. ff. de*
*Act. Emt.* Communis diſtinctio eſt, utrum agat unus
eorum, qui à diverſis emerunt, ſcil. emtor cum alio
emtore, qui ab alio emit; & de hoc caſu hic agitur;
an vero agatur de duobus illis emtoribus agentibus
cum poſſeſſore tertio in Actione Publiciana; &
de hoc agitur *d. paragrap. fin. Bach. d. th. 22.* Li-
13 cet diſſenſionem agnoſcat *Cujac. lib. 18. obſer. 31.* Quam-
vis autem *Hill. in Donell. l. 20. c. 8. lit. Z.* à recepta hac
interpretatione recedat, & de illo ſaltem caſo, quan-
do alter emit ſolum, & nondum traditum accepit, in-
telligat, ea tamen interpretatio infert vim textui, ut
14 recte *Dn. Franzk. d. l. num. 7.* Illi rationi *Hilligeri*,
quam quarto loco ponit, quod ſemel quæſitum priori,
quaſi dominium, ac jus poſſidendi illi ſine facto ſuo
quæcunque ſit bona fides poſſeſſoris poſterioris, adimi,
nequeat: forte reſponderi poteſt, debile hoc jus eſſe,
15 & fictione juris introductum, & non ſemper locum
habere contra illum, qui ſimile jus habet ab alio, licet
poſterius. Sed limitandum membrum poſterius, niſi
res veniat ad poſteriorem affecta vitio reali; nam ita
prior poſſet à poſteriori avocare per Publicianam: Nam
is, ad quem res venit cum vitio, non videtur habere
titulum conſiderabilem, quod ad hanc actionem, &
ſic pro eo habendus, ac ſi haberet nudam poſſeſſionem
ſine titulo §. 5. *h. t. P. Barboſa ad l. ſi alienam. 12. numer.*
*42. ff. ſol. matr. Zuchardus in rep. Legis fin. C. de Edict.*
16 *D. Adr. num.* 397. *vol.* 8. Et quamvis mala fides auto-
ris alias ſoleat nocere b. f. poſſeſſori, *per Auth. mala*
*fides. C. de longi temp. Præſcr. ibique* Autor. ſecus tamen
eſt in Publiciana. *P. Barboſa d. num* 44. nec remedium
poſſeſſorium datur contra b. f. poſſeſſorem poſterio-
rem. *Menoch. rem. 15. recup. poſſ. num. 91. Barb. d. l. nu.*
17 45. Sed quæritur, ſi merces ab uno ſignatæ, alteri vero
realiter traditæ eſſent? & illum præferendum eſſe, *hic*
reſpondet *Buſius*, cum per ſignum tradita videatur
poſſeſſio *L. 14 ff. de Peric. & Com.* ſic ſi Eccleſiæ prius
vendita, non tradita, illa præfertur *ex l. fin. C.*
*de S S. Eccl. Buſius hic.*
18 *Ad* §. 5. Quæ uſucapi non poſſunt, nec poſſunt per
Publicianam peti. *Hic & l. 12. §. 4. h. t.* Sed exceptio
in fundo vectigali *d. l. 12. §. 2.* Confer ea, quæ ex *Bar-*
19 *boſa* notata de vitio rei. Per ſervum hæreditarium hæ-
redi adquiri poteſt publiciana. *per §. ult. h. l.* Idem in
Civitatis ſervo & civitate, quod *in l.* 10. ampliatur ſive
ex peculio ſive non emerit.

## ad L. Si ego emi. 11.

### *SUMMARIA.*

*An Emtor, ſi rem emtam voluntario tradidit alteri à habeat Publicianam? nu.* 1.
*An de ſervitute competat actio publiciana?* 2.
*An furtivæ ancillæ partus publiciana peti poſſit?* 3.
*Extenditur ad partum partus.* 4.
*An contra poſſeſſorem extraneum ratione tigni detur Publiciana?* 5.
*Pars per alluvionem accreſcens ſequitur fundum.* 6.
*An area emta inædificans habeat Publicianam?* 7.

1 HIc quæritur *in principio*, ſi res à me emta, ſed
mea voluntate alii tradita, an ego habeam pu-
blicianam? quod affirmavit; quod vero Accurſius in-
telligit de donatione, ita ut illi, cui tradita eſt, dona-
tam eam velim, id non concedo, nam ita non haberet
pro poſſeſſore. Quæritur in §. 1. an de ſervitute compe-
2 tat Actio? & reſpondetur affirm. quod duobus exem-
plis probatur: (1) Si non dominus fundi ſervientis
mihi ſervitutem conſtituerit (nam ſi Dominus conſti-
tuiſſet, non Publiciana, ſed Confeſſoria daretur.)
(2) Si dominus ſine titulo me ſervitute uti pateretur,
quæ patientia ſoli Domino competit. *Longevall. in*
*rep. l. imperium. ff. de juriſd. n. 278. vol. 1.*
*In* §. 2. *h. l.* agitur de partu ancillæ furtivæ, an hic
3 partus publiciana actione peti poſſit? Et affirmatur, ſi
apud b. f. poſſeſſorem conceptus & apud furem con-
ceptus ſit; ſed fur non habet publicianam nec hæres
ejus, quia ſuccedit defuncto invito. *Gœdd. ad l. 26. de*
*V. S. num. 9. Donell. l. 5. c. 25 lit. D. & ibi Hill. lit. D.*
*& G.* Quæritur tamen *in* §. 3. an, ſi mihi ancilla furtiva
donata, partus apud me conceptus & natus peti poſſit
per Publicianam? Quod affirmatur, ſi tempore eo, quo
pero vitium furtivitatis ignoro, & ſi etiam tempore eo,
quo naſcitur, ego in bona fide fui, quod per ſe pla-
num videtur. Et in omnibus caſibus, in quibus mater,
ſi non ſit furtiva, poteſt per Publicianam peti, in iis
caſibus furtivæ ancillæ partus poteſt peti, ſi petitor ma-
trem furtivam eſſe ignoravit; *per* §. 4. quod extenditur
*in* §. 5. ad partum partus licet non natum, ſed exciſum.
4 Sed id planum eſt, ut pleraque in hoc titulo. Quid
5 ſi vero ædes emerim & poſtea dirutæ ſint ædes & forte
nonnulla tigna non fuerunt mei autoris, an datur mihi
actio publiciana contra poſſeſſorem extraneum? Ratio
dubitandi forte eſt illa, quia tigna non poſſideo, ſed
ædes, ſed ſubtilis hæc ratio hic non attenditur §. *6. h.*
*l.* & dirutis ædibus poſſedi. De Alluvione quæritur.
*In* §. 7. Ubi habetur certa definitio, quod Alluvio
6 vel pars per alluvionem accreſcens ſequatur fundum.
Unde, ſi fundus per Publicianam peti non poteſt, nec
alluvio poteſt, quia alluvio ſequitur principale, quod
ante de Tignis dictum, ad partes ſtatuæ reciſas ex-
7 tenditur *in* §. 8. Sic etiam, ſi aream emi & ædificave-
rim in ea domum, ſi non poſſim probare dominium
Autoris mei, datur hæc actio, *per* §. 9. Idem in caſu
inverſo, ſi domum emerim & ad aream ea pervenerit.
§. *ult. h. l.*

## ad L. Cum ſponſus. 12.

### *SUMMARIA.*

*Qualis actio detur ſponſæ ad repetendum ſervum à ſponſo ſibi donatum? num.* 1.

*An fideicommiſſarius rem hereditariam ab extraneo poſſeſſore petere poſſit?* 2.
*An Publiciana detur ratione fundi vectigalis?* 3.
*An res, quas lex alienari prohibet, Publiciana peti poſſint?* 4.
*Etiam infans ſervus hac actione peti poteſt.* 5.
*An res pro parte per hanc actionem peti poſſint?* 6.
*Etiam, qui momento rem poſſedit, hac actione uti poteſt.* 7.

1 IN *l. 12. princ.* Sponſa tua accepit à te ſervum alienum donatum bona fide, ſiquidem inter deſponſatas perſonas donatio non eſt prohibita. Poſtea ſecutis nuptus ſponſa eundem ſervum tibi dedit in dotem, ſecuto divortio, antequam ſervus uſucaperetur, ſponſa repetit ſervum actione de dote à marito ab alio actione publiciana, quia habet juſtum titulum, & quia, cui damus actionem, multo magis exceptionem, habet illa, ſi ab extraneo oh ſervum illum conveniatur, exceptionem, ſed non contra verum dominum ſervi, qui porior eſt, nam publiciana non datur contra verum dominum, cujus conditio porior eſt, quam b. f. poſſeſſoris *l. pen. h. t.*

2 *In* §. 1. hæc eſt ſpecies. Defunctus per fideicommiſſum reliquit hæreditatem mihi, quam mihi verbo tenus in judicio reſtituit hæres. Sed inter alias res etiam librum habuit defunctus, cujus poſſeſſionem amiſerat. Ego ab extraneo poſſeſſore peto illum librum. Quæritur, an poſſim? Videtur, quod non, quia poſſeſſionem libri nunquam habuit, nec hæreditatis, ſi quidem verbis tantum reſtituta hæreditas, hæres ſum. Sed affirmatur, quia loco hæredis eſt fideicommiſſarius & defunctus poſſedit.

3 *Paragraphi* 2. hæc ſpecies. Emi fundum vectigalem ſeu Emphyteuticum, ſed habeo pro proprio venditoris, hunc uſucapere non poſſum ob rei qualitatem, niſi municipum negligentia cauſam det uſucapioni *l. 15. §. 27. ff. de damno infecto.* Aſt publiciana datur, quia ratio, quæ uſucapioni obſiſtit, hîc ceſſat. *Ex Ant. Fabro Hill. in Donell. lib.* 20. c. 8. *lit. N.* Idem ad ſuperficiarium extendit §. 3.

4 *In* §. 4. agitur de rebus illis, quas Lex aut Conſtitutio prohibet alienari, & quæritur, an per Publicianam peti poſſint, ut res ſacræ, fundus dotalis &c.? Quod negatur, quia titulus vitioſus eſt.

5 *In* §. 5. dicitur, infantem anniculo minorem etiam peti poſſe per Publicianam, ratio ex jure antiquo ſumta, quam hîc inſinuat Gloſſa.

6 *In* §. *pen.* agitur de ea quæſtione, an res pro parte peti poſſit per actionem publicianam? Videtur, quod non, quia res pro parte non poteſt uſucapi: E. uſucapio hic fingi poteſt. Sed affirmatur, nam res pro parte vindicari poteſt, ergo etiam peti per quaſi vindicationem ſeu Publicianam; quia quæ in rei vindicatione locum habent, ea etiam de Publiciana dicenda. *l. 7 §. 8. h. t.* Et non eſt novum, rem aliquam uſucapi non poſſe, & tamen per Publicianam poſſe peti, ut de agro vectigali jam dictum, ut & de anniculo nondum
7 anniculo. Etiam, qui momento poſſedit rem, hac actione uti poteſt §. *ult. h. l.* ſicut etiam ſufficit, ut momento quidem ad aliquam pervenerit. *per l. cum prætor. 127. de Reg. Jur.*

## ad L. Quæcunque. 13.

### *SUMMARIA.*

*Qui a pupillo emit, ſolennitatem adhibitam probare debet. num.* 1.
*Qua non præſumitur.* 2.
*Conſenſus capituli probandus in re ab Eccleſia emta.* 3.
*Quæ cauſa ad Dominium transferendum, ea etiam ad Publicianam ſufficit.* 4.
*An, qui ex pignore rem poſſidet, hac actione uti poſſit?* 5.

1 QUi à pupillo emit, debet probare ſolennitatem debitam, i. e. autoritatem tutoris, &, ſi res immobilis ſit, decretum interveniſſe. §. *ult. h. l.* Unde
2 colligere ſolent, ſolennitatem extrinſecam non præſumi, ſed probandam eſſe. *Hic & h. l. Gloſſa & l. 30. ff. de V. O. Vid. Dd. & Limitationes poſita à Domino Tabore ad Barb. d. l. 17. c. 37. ax* 3. cujus primam limitationem in antiquis probat etiam *Vaſquius illuſtrium. lib. 1. c. 39. num.* 10. *Conf. Menoch. l. 3. præſumt.* 132. *per totam.*

3 Ex hoc §. colligit etiam *Binſius*, in iis, quæ ab Eccleſia emta ſunt, probandum eſſe conſenſum capituli. Quæ-
4 cunque cauſa eſt idonea ad transferendum dominium, ſi ex cauſa fiat traditio à vero Domino, ea etiam ſufficit ad publicianam, ſi tradatur res a non Domino illi, qui bona fide accipit, v. g. permutatio, donatio, in dotem datio, in ſolutum datio, ſocietas, & ſim. Hæc regula traditur *in princ. h. l.*

5 *In* §. 1. quæritur, ſi quis titulo pignoris aut precarii poſſeſſionem acceperit à non Domino, an poſſit illam rem forte amiſſam per hanc actionem petere, quod fere caret ratione dubitandi. Nam oportet adeſſe titulum ad transferendum dominium, qualis titulus hîc non reperitur.

## ad L. Papinianus. 14.

### *SUMMARIUM.*

*An ſi procurator volente Domino rem vendat, & eo invito tradat, emtor contra Dominum Publiciana agere poſſit?*

SPecies *legis* 14. hæc eſt. Mandavi meo procuratori, ut agrum meum venderet. Quod fecit procurator & pretium accepit. Poſtea prohibeo, ne procurator tradat, ſed procurator non attenta mea prohibitione nihilominus tradit. Quæritur, an emtori competat actio publiciana contra me? Quod affirmatur; quia ſi emtor amiſit rem, poteſt à me petere rem, ſi autem ego petam ab emtore, ut dominus, agrum illum, emtori competit exceptio, ſi non, Autor, i. e. venditor ex voluntate tua vendidit. Et ſi in hoc exemplo Publiciana etiam contra dominum, quia adhuc ſum Dominus, dum me prohibeore fuit traditus ager.

## ad L. Si Servus. 15.

### *SUMMARIUM.*

*An Dominus rem, quam ſervus fugitivus emit & amiſit, Publiciana petere poſſit?*

SErvus meus in fuga eſt & emit rem aliquam à non Domino, quæritur, ſi ſervus amiſerit poſſeſſionem, an petere poſſim per Publicianam Actionem? Videtur, quod non, quia poſſeſſionem nunquam accepi: Sed reſpondetur, quia fuga ſervi mihi fraudi eſſe non debet, & prætor ex æquitate Dominum fugientis ſervi habet pro poſſeſſore rei à ſervo fugitivo emtæ. *l. 34. Caſtillo. p.* 475.

## ad L. pen. & ult.

### *SUMMARIA.*

*An hæc actio contra Dominum detur? n.* 1.
*Quibus caſibus contra dominum locum habeat.* 2.

1 HÆc actio contra omnem poſſeſſorem datur, præterquam contra Dominum, cui datur Exceptio dominii. Æquius enim eſt tueri Dominum, quam poſſeſſorem bonæ fidei. *Vid. Hill. l. 20. c. 8. lit. A A. & Donell. lib. 9. c. 9. in pr. p.* 804. Interdum tamen Dominus non habet Exceptionem, ut ſi contra poſſeſſo-
2 rem noxali judicio actum eſſet. *l. 28. ff. de Noxal. act.* aut ſi mandante Domino res vendita &c. *per l. 14. h. t.* item ſi ex cauſa damni infecti poſſideatur. *Vid. Gl. in l. f. h. t. Buſ. ad l. 7. §. Prætor ait. h. t. Zœſ. ad h. t. num.* 5. aut ſi nondum Dominus vendidit & poſtea

Dominus

Dominus ſactus alii vendidit *l. 72. tit. praced.* ſi quis
conventus à Domino abſolutus ſit, & dominus poſtea
conſequatur poſſeſſionem *l. 4 ff. de Exc. rei judic.* item,
ſi quis culpa deſiit poſſidere & æſtimationem ſolvit *l.
62. tit. praced.* Aliud caſus in *l. 57. ff. Mandati.*

---

## TITULUS III.

*Si ager Vectigalis, i. e. Emphyteuticarius petatur.*

### ad L. Agri. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Quinam ſint agri vectigales? num.* 1.
*Conductores agrorum Civitatis habent jus in re.* 2. 3.
*Ratio differentia inter publica & privata pradia locata.* 4.
*Majus jus habet conductor agrorum Principis.* 5.
*An hic etiam agatur de agris emphyteuticariis?* 6.
*De quonam dominio, directo an utili hic agatur?* 7.

1 DE agris à Civitate locatis *hic* agitur; & diſtingui-
tur, utrum civitas in perpetuum agrum locet,
an vero eo more, ut privati, ad tempus. Illi agri vo-
2 cantur Vectigales, quia vectigal quotannis ſolveba-
tur; hi vero non vectigales. Sed in utriſque colonus
habet jus in re, ſeu Dominium, ut Practici volunt,
utile. Nam non agitur hic niſi de Civitatis & Reip.
3 agris; & horum Conductores, ſive in perpetuum, ſive
ad tempus etiam modicum locati fuerint, habent jus
reale ſeu in re, quod in Conductoribus agrorum pu-
blicorum eſt ſpeciale. *arg. l. 1. ff. de loco publ. fruendo.
Gl. ibid. & Pinell. ad l. 1. C. de bon. mater. p. 3. num. 67.*
4 Ratio differentiæ inter publica & privata prædia loca-
ta, ſumitur tum ex fide, quæ in Civitate major, quam
in privato eſſe debet; tum ex majore concedentis po-
5 teſtate, tum ut publica facilius colonos reperiant. Ma-
jorem adhuc poteſtatem in conductorem agrorum
Principis transferre, probatur *ex l. 12. in fin. C. de fun-
dis Patrim.* In Principe enim & veritatis obſervatio &
6 poteſtas requiritur, & præſumitur longe maxima. At-
que ſic de agris Emphyteuticariis hic adæquate non
agitur; ſed communiter tamen Dd. hanc Legem ita
intelligunt, quod, qui in perpetuum conduxit præ-
dium, habeat in rem actionem, etiam contra ipſum
Dominum, & jus hoc reale, nec ipſi nec hæredibus
ejus, quamdiu Canon ſolvitur, auferri debeat. *per l.
2. h. t. Vid. Don. l. 9. c. 13. & ſeq. & Carpz. p. 2. c. 38. d.
16. Tiraq. de Retr. Conſang. §. 14. l. 14. num. 79. Valaſc.
de Jure Emphyt. q. 27. Gutierez. l. 2. can. qu. c. 8. n. 2.*
7 *Vid. Dn. Franzk. ad tit. de Locato n. 34. & ſeqq.* Quam-
vis autem Dominium tum de directo, tum de utili
uſurpetur; hic tamen in §. 1. quando dominium em-
phyteutis negatur, ex adjunctis & ex oppoſitione ap-
paret, de directo hic ſermonem eſſe. *Cign. ad Rubr.
ff. ſi quis jus dic. n. 14. & Menoch. l. 3. conſ. 226. num.
177. Fabius Accoromb. in rep. L. naturaliter. §. nihil
commune. num. 16. ff. de Adquir. poſſ.*

### ad L. Idem eſt. ult.

*SUMMARIA.*

*Emphyteuſis natura ſua in perpetuum conſtituitur, vel in tempus non modicum. num.* 1. 2.
*Tempus non modicum quantum.* 3.
*An locatio in longum tempus in fundo Minoris aut Eccleſia fieri poſſit?* 4. & 5.
*Quanam differentia inter emphyteuſin & locationem ad longum tempus?* 6.
*Utilitas hujus differentia.* 7.
*An locatio perpetua praſumenda, ſi quis poſſiderit fundum conductum per multos annos?* 8.
*Diverſus contractus eſt cenſiticus, de quo remiſſive.* 9.

1 EMphyteuſis natura ſua in perpetuum conſtituitur.
*L. 1. h. t.* juxta communem intellectum. *Carpz.
part. 2. conſt. 39. d. 21.* interdum vero ad tempus non
2 modicum: nam ita ſupplent Dd. Legem ult. *arg. L. 1.
§. 3. ff. de Superficie.* quod de tempore 10. annorum in-
telligit *Accurſius, Donellus & alii ad L. 1. Donell. d. l.
3 9. c. 13. poſt. lit. M.* Et hanc locationem ad longum tem-
pus, eſſe volunt ſpeciem alienationis, ſeu per eam
transferri utile Dominium. *Mantica de tac. & amb.
convent. l. 5. tit. 4. num. 6. & quos refert Finckelth. obſ.
4 3. nu. 2.* Hanc locationem ad longum tempus in fundo
minorennis fieri non debere, dicunt *Covarr. l. 2. reſ. c.
16. Trentac. l. 2. tit. de minor reſ. 2. Montanus de Tutel.
c. 33. num. 401. Sande l. 2. tit. 9. d. ult.* nec puto locum
5 habere in fundis Eccleſiæ, pro quibus, ſi quis per 40.
annos uniformem penſionem præſtitit, ſed ex Scriptu-
ra non appareat, nec canon ille emphyteuticus, præ-
ſumitur mera Locatio. *Mev. p. 3. d. 288* Licet autem
6 Dd. hodie confundant Emphyteuſin cum Locatione
ad longum tempus, putarem tamen adhuc aliquam
differentiam manere. Nam licet per utrumque contra-
ctum, juxta communem intellectum harum LL. ex
utroque, ſi accedat traditio, jus in re conferatur, in
eo tamen videntur differre, quod in Locatione ſit ex
natura contractus quædam proportio inter fructus, qui
communiter percipi poſſunt, & inter penſionem, quæ
proportio in Emphyteuſi, ubi tantum ad recognitio-
7 nem Domini ſolvitur canon, non attenditur. *Conf. Joh.
à Sande lib. 3. tit. 6. def. 10.* quæ diſtinctio poterit utilita-
tem habere in petenda remiſſione Canonis ob incurſum
8 hoſtium. Licet autem per annos, quis fundum condu-
ctum poſſederit, & eandem penſionem dederit, non
tamen præſumenda eſt Locatio perpetua, nec colonia
perpetua, niſi aliud conſuetudine introductum, nam
nova ſemper reconductio præſumitur. *per l. 13. §. ult. de
Locat. per tradita Dn. Mevius p. 1. dec. 163.* Emphy-
teuta jus ſuum non amittit, licet per triennium non
ſolverit; ſi modo alius, ſc. poſſeſſor, ſolvat, refert
9 Autor *ad L. 25. nu 5. & C. de R. V.* Alius ab Emphyteu-
tico contracto putatur contractus cenſiticus. *Carpz. p.
3. c. 39. d. 8. conf. Mynſ. c. 3. obſ 65. in fin.* Plura de Em-
phyteuſi *hic Dd. methodici & Zaſ. ad tit. de Locat.
Conferri poſſunt Notata ad tit. C. de Jure Emph.*

---

# LIBRI SEPTIMI
## TITULUS I.
## De Uſufructu & quemadmodum quis utatur, fruatur.

### Ad L. Uſusfructus. 1.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſit uſusfructus, remiſſive?*

LEx 1. continet definitionem, quod ſit jus alienis rebus utendi fruendi ſalva rerum ſubſtantia; quam prolixe explicat *Donell. lib. 10. c. 2.* præſertim vero *Caſtillo de Uſufr. cap. 4. & ſeq. Dn. Manz. ad princ. Inſt. h. t. & ibi Dd. cæteri & alii paſſim*, quorum erudite tradita huc transferantur.

### ad L. Eſt enim. 2.

*SUMMARIUM.*

*Quodnam ſit ſubjectum Uſusfructus?*

Uſusfructus eſt jus in corpore, quo ſublato tollitur Uſusfructus, nam ſerviente fundo ſublato, tollitur ipſa ſervitus, quod eſt planum.

### ad L. Omnium. 3.

*Qualis traditio in uſufructu neceſſaria? n. 1.*
*Uſusfructus annon facto hæredis conſtitui debeat? 2.*
*An uſusfr. ipſo jure, an vero facto hæredis conſtituatur, remiſſive? 3.*
*Etiam pacto nudo uſusfructus conſtitui poteſt. 4.*
*Etiam in rebus mobilibus eſt uſusfructus. 5.*
*Quibus modis finiatur uſusfructus? 6.*
*Quid ſit uſus & quibus modis conſtituatur? 7.*

1 Uſusfructus debet tradi; quæ traditio in hoc ju-
re talis eſt, ut proprietarius fructuarium in fun-
dum inducat, eumque uti frui patiatur. *Don. lib. 10.
c. 5. lit. D. Bachov. in Treutl. vol. 1. Diſp. 16. th. 3. lit. A.*
Et ideo pacto nudo conſtituitur. *Caſtillo in tr. de Uſufr.*
2 *c. 10. num. 10. & ſeq.* Sed videtur hîc innui, quod
etiam ei, cui teſtamento relictus uſusfructus, facto hæ-
redis debeat dari, i. e. conſtitui Uſusfructus. Et ideo
colligere licet, quamvis uſusfructus legatus adita hæ-
reditate ipſo jure acquiratur Legatario, debere tamen
Legatarium ex manu hæredis accipere rem, cujus uſus-
fructus legatus eſt, ita ut quaſi poſſeſſio ſine quaſi tra-
ditione non transferatur, *hic & L. 23. ff. de adquir.
Poſſ. Pinell. ad L. 1 p. 2. C. de bon. mat. p. 3. num. 61. &
65. & varios Dd. allegans Caſtillo de Uſufr. c. 6. nu. 62.
& ſeq. & c. 9. nu. 14. Dn. Struv. ad h. t. th. 12.* licet huic
textui reſpondere conetur *Berous vol 2. conſ. 241. n. 12.*
3 Vide de hac quæſtione, an legatus Uſusfr. ipſo jure
conſtituatur, an vero facto hæredis opus ſit, in utram-
que partem prolixe diſputantem *Manz. Cancell. Neo-*
4 *burg. ad h. t. num. 41. & multis ſeqq. Ex principio hu-
jus legis* poteſt forte colligi etiam pacto nudo poſſe
uſumfructum conſtitui, de quo *Caſtillo d. tr. c. 10. n.
9. & ſeqq.* quicquid ſit, hodie nuda pactione conſti-
tui poſſe, mihi dubium non eſt.
5 *In §. 1. legis tertiæ* quæritur, an uſusfructus etiam
in rebus mobilibus v. g. ſervo vel jumento conſtitua-
tur? quod affirmatur.
6 *In §. 2.* aſſeritur, ne uſufructuarium corpus pro-
prietario eſſet plane inutile, ſi perpetuo inhæreret,
ideoque placuit, ut certis modis finiatur ſc. morte
fructuarii, conventione, & ſim. de quo poſt fu-
ſius.
7 *In §. ult.* confertur inter ſe uſusfructus & uſus, id eſt,
jus utendi ad neceſſitatem tantum & traditur regula:
Quibus modis uſusfructus conſtituitur, iis modis etiam
uſus v. gr. Teſtamento, conventione & ſimil. & qui-
bus modis uſusfructus finitur, ſcil. morte fructuarii vel
conventione, iis modis etiam uſus finitur. Exceptio
vel declaratio ſumi poteſt ex *l. 19. ff. de uſu & habitatio-
ne* ubi dicitur uſus partem conſtitui non poſſe, licet
uſusfructus pars poſſit conſtitui.

### ad L. Uſusfructus. 4. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Uſusfructus formalis & cauſalis quiſnam? num. 1.*
*An admittenda hæc diſtinctio? 2.*
*Quomodo uſusfructus ſit pars dominii? 3.*
*Formalis quam diverſe conſtituatur? 4.*
*Ut pro parte conſtitui, ita pro parte diminui poteſt. 5.*
*Uſusfructus ſervitus eſt dividua. 6.*

1 Videtur hæc fuiſſe mens JCti, quod voluerit
inſinuare diviſionem uſusfructus in cauſalem &
formalem. Nam uſusfructus cauſalis eſt, quando uſus-
fructus cum proprietate conjunctus eſt: Formalis eſt,
ubi proprietas eſt penes unum, uſusfr. vero penes
alium; quam multis defendit *Caſtillo d. tr. c. 1. & Bu-
ſius ad h. L. 4.* Fruſtra autem in hac diſtinctione refu-
2 tanda laborant quidam Neoterici. Nemo enim ta-
men abſurdus quam, ut opinor, fuit, qui hanc di-
xit eſſe diviſionem generis in ſpecies, ſed eſt diſtin-
ctio nominis ſeu vocis uſusf. *Vid. Franzk ad h. t. num.*
3 *9. & ſ.* Quod *hic* dicitur, uſumfr. eſſe partem domi-
nii, ei non videtur obſtare *L. 25. ff. de V. S.* nam
aliud eſt de fundo loqui, aliud de Dominio fundi;
hujus ſcil. pleni & perfecti pars eſt uſusfructus;
non vero fundi. *Vid. Donell. l. 10. c. 2. lit. C. Pinell.
ad L. 1. C. de bon. mat. p. 3. num. 1. & alii.* De Cauſali
4 *pars prima Legis. de* Formali *pars ſecunda* loqui vide-
tur: ubi dicitur, quod uſusfructus pure, vel ex die,
vel etiam ad diem dari poſſit. *Vid. Bach. ad d. loc. th.
1. lit. G & Don. lib. 10. c. 5. poſt. lit. B. & c. 16.* Idem
pro diviſa vel indiviſa parte poteſt conſtitui. *L. 5. h. t.*
ſcilicet ratione fructuum & emolumentorum. *Bach. d.
th. 3. lit. K. Cancell. Manzius ad h. t. num. 91. Struv.*
5 *ad h. t. th. 14. Buſius ad h. l.* Et quia pro parte con-
ſtitui poteſt uſusfructus, ideo pro parte diminui po-
teſt, ſi uſusfructus excedat quadrantem; item, ſi
6 minuat Legitimam portionem liberis vel parentibus
debitam, ſed quæritur hîc, ſi aliquis uſumfructum
promiſerit, & decedat pluribus hæredibus relictis, an
quilibet hæredum pro parte ſua tenetur ad uſumfr.
conſtituendum? Quod affirmatur; quia uſusfructus
eſt dividua ſervitus.

### ad L. Uſusfructus. 6.

*SUMMARIA.*

*Quibus modis conſtituatur uſusfructus? 1.*
*Uſusfructus ſervo conceſſus competit etiam Domino. 2.*

1 Perſequitur hæc lex materiam illam, quibus modis
uſusfructus conſtitui poſſit, ut ſi 1. uſusfructus
mihi legetur, vel 2. ſi mihi proprietas legata deducto
uſufructu; nam tunc penes hæredem manet uſusfru-
ctus ad vitam. 3. A judice & in judicio conſtituitur,
quando de dividenda hæreditate vel alia re commu-
ni dividenda agitur. Quando enim res commode di-
vidi non poteſt, tunc uni proprietas, alteri uſusfru-
2 ctus conſtitui poteſt. Deinde quæritur, an uſusfru-
ctus filiofamilias vel ſervo conceſſus patri & Domino
competat? Quod affirmatur *in §. 2.* & ſi ſervus meus
inſtituatur hæres, alii poteſt legari proprietas dedu-
cto uſufructu, quia ſervo quæſita hæreditas mihi ad-
quiritur & ita quoque uſusfr. *§. ult. h. t.*

### ad L. Uſufructu legato. 7.

*SUMMARIA.*

*Ad uſufructuarium pertinet omnis utilitas. num. 1.*
*Declaratur hoc per exemplum. 2.*
*Dominus ædes, quarum uſusfructus penes alium eſt, altius tollere poteſt. 3.*
*Sed in area cujus uſumfructum alius habet, ædificare nequit. 4.*
*Fructuarius reficere rem debet & modicas impenſas facere. 5.*
*Quid ſi velit deſerere rem? 6.*
*Ad quales expenſas Miniſtri verbi divini in refectione ædium teneantur? 7.*
*An ad collectas obſtrictus ſit fructuarius? 8. & 11.*

An

*An ad ſervitia militaria?* 10.
*An ad modicas refectiones?* 11.
*Quid ſi proprietarius id prohibeat?* 13.
*An voluptaria refectiones prohiberi poſſint?* 14.

1 OMnis utilitas ex re proveniens vel occaſione rei,
ad uſufructuarium pertinet, v. gr. Laudimia, de
2 quibus *in L. 9. h. t.* Hinc ſi habeam uſumfructum
ædium, & vicinæ ædes ruinam minitentur, ex qua
ædibus, quarum uſumfructum habeo, periculum im-
mineat, & vicinus cavere nolit, poſſum petere, ut
immittar in ædes vicinas ex cauſa damni infecti. Et ſi
ob contumaciam vicini ex ſecundo decreto immittar,
ſi finitus uſusfructus, ego tamen vel mei hæredes, vi-
cinaa ædes retineo, quia in eo etiam uſusfructus earum
ædium, quarum uſumfructum habeo, conſiſtit. Nam
ſicut fructus perceptos retineo, ita etiam, quicquid
3 occaſione uſusfructus adquiſivi. Quid autem, ſi vellet
dominus illarum ædium, quarum uſumfructum habeo,
ædes illas altius tollere, an poſſum prohibere? Vide-
4 tur quod non; quia ædes altiores ſunt pretioſiores. Sed
affirm. quia exaltatio ædium ſine mea turbatione &
impedimento fieri non poteſt. Unde ſequitur, ſi ha-
beam uſumfructum areæ, & dominus vellet in area
ædificium exſtruere, quod hoc prohibere poſſim. Nam
non potero poſtea uti frui area, ut tali.

5 *Ad §. 1.* Fructuarius debet rem reficere, ut tamen
modicas tantum impenſas faciat, & factas tectas ædes
conſervare teneatur, quæ vero vetuſtate lapſa, eorum
refectio ad proprietarium pertinet. *Caſtillo c. 56. na. 3.
& ſeq. Carpz. p. 3. conſt. 31. d. 9. & Bach. h. t. th. 13.*
6 Autor *ad L. 7. num. 5. C. h. t.* Sed ſi vult fundum dese-
rere, nec ad modicas expenſas tenetur. *L. 48. h. t.* Au-
tor *ad d. L. C. num. 6.* niſi propter culpam fructuarii
res deteriorata. *l. 64. & ſeq. Manz. ad h. t. num. 181.*
7 Exemplo uſufructuarii etiam Miniſtros Verbi Divini
ad refectionem ædium Parochialium obligatos eſſe,
hinc concludit *Carpzov. in Jurſpr. Eccl. lib. 2. def. 352.*
quod de modicis expenſis intelligo, per ea, quæ jam
8 tradita ſunt: non de caſu, ubi ob vetuſtatem quid col-
lapſum &c. quæ diſtinctio etiam habetur quoad Paro-
chiales ædes ruri ſitas, *in Ordin. Conſiſt. noſtra c. 25.*
Ad collectas etiam & tributa fructuarium teneri, *hic*
dicitur. *Carpz. p. 1. c. 32. d. 90.* Autor *ad L. 7. num. 9.*
10. quod ampliat *Pinellus ad l. 1. C. de Bon. mat. p. 2. nu.*
72. (1) in marito poſſidente bona dotalia. *l. 13. ff. de
Impenſ.* (2) in Emphyteuta & Vaſallo, *per l. 1. C. de
Jure Emphyt* quæ aliæque ampliationes in *Pinello* vide-
ri poſſunt & *Berlich. p. 1. deciſ. 228. per totam, præcipue*
9 *n. 8. & quos ibi citat.* Et poſt mortem collectæ etiam ab
hæredibus mariti ſolvendæ *Vid. not.* Dni Autoris *ad l.*
10 *1. & 5. num. 7. & 3. C. de Annon. & Tribut.* Sic etiam
fructuarius ſervitia militaria præſtat. *Roſenthal. de feu-*
11 *dis c. 10. concl. 6. nu. 16.* Sed hoc limitat *Carpz. lib. 1.
Reſp.* 105. niſi fructus ſuperentur à collectis, *arg. hujus
textus & l. 30. §. 1. de Leg. 3.* cum quo etiam ſentit *He-
ring. de Fidejuſſ. c. 30. nume. 52. multos allegans, & Klock.
de Contrib. c. 11. num. 130. Richter dec. 20. numer. 7. &
8. Franciſcus Barry in tract. de Succeſſ. lib. 9. tit. 24. nu.
38. & quæ habet Dn. Struvius ad h. t. th. 24. Dn.
Manzius ad h. t. num.* 178. Annuos reditus etiam in-
cumbere uſufructuario, tradit *hic Buſius & Regne-
rus.*

12 *In §. 3.* dicitur, fructuarium per judicem vel Ar-
bitrum etiam compelli poſſe, ut modicas refectiones
ſuſcipiat. Sicut etiam arbores novas in locum demor-
tuarum ſubſerere vel ſubſtituere tenetur, ſed non ſi vi
13 ventorum fuerint dejectæ *per l. 59. h. t.* Sed quid ſi
proprietarius ob aliquam cauſam forte ex invidia &
malitia vellet prohibere fructuarium, ne reficiat?
Prohibitio hæc nulla eſt quia ſi non reficiat, amit-
tit utilitatem. Et eſt ſimilis prohibitio, ne aret
14 agrum; nec colat. Nam fructuum perceptio hæc ut
& refectionem requirit. Sed quid de voluptariis re-
fectionibus, anne hæ prohiberi poſſunt? Reſp. non,
niſi vellet ædes ampliores facere vel utiliores, ita ut
facies rei mutetur, vel res nova fiat.

ad L. Quamvis. 8.

*SUMMARIA.*

*An fructuarius & quomodo meliorem fundum reddere
valeat?* na. 1.
*An ædificium cœptum perficere?* 2. & 3.

1 MEliorem quidem licet facere fundum fructua-
rio, *per l. 13. §. 4. & ſeq.* ſcilicet colendo; mo-
do non ſubſtantiam mutet, *per h. l. & l. 44. Don. l. 10.*
2 *c. 10. lit. C. Struv. h. t. th.* 22. unde nec ædificium no-
vum exſtruere poteſt, nec cœpta perficere. *L. 15. pr.
& l. 61. h. t. Struv. d. l.* niſi uſufructu aliter uti non
poſſit. *Wiſſenb. d. 19. th. 9. h. t.* Utcunque *Neratius*
ex ſubtilitate juris mera nec hoc concedere videatur.
3 Sed videtur hoc rectæ rationi contrariari, nam eluſo-
rium eſſet hoc legatum uſusfructus, & qui largitur
uſumfructum, ille concedit etiam id, ſine quo uti
frui non poteſt. Et quando ædificium imperfectum
perficitur, ſubſtantia rei non mutatur. Et non præ-
ſumendum, voluiſſe Teſtatorem, ut imperfectum
ædificium, injuriis cœli expoſitum, potius colla-
batur, quam perficiatur.

ad L. Item ſi fundi. 9.

*SUMMARIA.*

*Quænam ad fundi fructus pertineant?* n. 1. & 4.
*Quando lapides in fructu ſint?* 2.
*Quando metalla?* 3.
*Quando Venationes?* 4.
*An inſula nata?* 5.
*An Laudimia?* 6. & 7.
*An inveſtitura?* 8.
*Quomodo ſeminarii fructus ad fructuarium ſpectent?* n. 9.
*Quomodo inſtrumentum agri?* 10.
*Quomodo ligna cædere liceat?* 11.

1 AD fructus feudi pertinet, (1) quicquid ex fun-
do percipi poteſt, ſi modo arbitrio boni viri
percipi poſſit. Ut Apes, Lapidicinæ, Metalla etiam
2 noviter inventa. Circa quæ tamen diſtinguitur *in L.
7. §. 13. ff. ſol. matr.* an lapides renaſcantur vel non, ut
illo caſu tantum in fructu ſint. *Caſtillo de uſufr. c. 37.*
3 *num. 9.* Deinde in fructu hæ venæ erunt, ſi ſint anti-
quæ, *per L. Si ſuadas. 8. ff. ſol. matr. Caſtillo d. l. n. 6.*
Et demum licet non ſint antiquæ, ſi modo Uſufru-
ctuarius fundum meliorem reddat, non deteriorem.
*Caſtillo d. c. 37. num. 15. & ſeq. P. Barboſ. ad L. Divor-
tio. §. ſi vir. n. 4. & ſeq. Manzius ad h. t. nec agricultu-*
4 *ræ noceat. Manz. d. l. nu.* 128. (2) Fructus Alluvio-
num, Aucupiorum & Venationum; nam & hæ pro
fructibus agri habentur, ſcilicet quando locus ad ve-
nandum comparatus, & cujus utilitas in venatione,
*per L. 26. ff. de uſur.* non vero quatenus jure Gentium,
omnibus uſus venationis patet. *Conf. Manzius ad h. t.
num. 126. Vid. not.* Dni Autoris *ad L. 26. de uſur. Mo-
deſt. Piſtor. part. 1. quæſt. 15. Carpz. p. 3. c. 32. d. 9.*
5 *Hillig. lib. 10. c. 8. lit. F. & Caſtillo c. 36. numer.* 28. Sed
inſulæ prope flumen natæ non accedunt uſufructui vel
uſufructuario. Quia eſt quaſi proprius & ſeparatus fun-
dus. Et ex generalitate *hujus Legis*, ut & *L. 7.* con-
cludunt, non ad Proprietarium, ſed ad uſufru-
ctuarium Laudimia pertinere. *Guido Pap. dec. 477.*
6 *Oldradus conſ.* 24. & quos refert ac ſequitur *Franc.
de Clapperiis part. 2. cauſa 64. q. 1. Caſtillo de Uſufr.*
7 *c. 36. num.* 34. Unde etiam, filius habeat directum
dominium in fundo Emphyteutico, Laudimium
ad patrem pertinebit, ut Uſufructuarium *Molina*

*de J. & Jure tr.* 2. *numer.* 21. *Franzk. de Laudmio*
*cap.* 7. *num.* 8. Inveſtitura tamen à Domino perfi-
cienda. *Herman. Storre in vol. Baſil. d.* 14. *th.* 24. Se-
minarii fructus quidem ad fructuarium pertinent, ita
tamen ut in locum ſeminarii venditi ſemper ſubſti-
tuat aliud, nam ſeminarium ut inſtrumentum Agri
9 ſemper debet eſſe paratum, ſi forte mortuo fructua-
rio ager cum inſtrumentis ſit reſtituendus. Puto ve-
teres frumentum ad ſerendum vel ſementem ſemper
habuiſſe ſeparatum & hoc fine ſepoſitum *per* §. 6. *h.*
*l.* inſtrumentorum etiam agri colendi uſusfructus ad
fructuarium pertinet, ſed vendere ea nequit. quia non
11 ſunt fructus, ſed pertinent ad rem, cujus uſusfructus
eſt §. 7. *h. l.* De eo non eſt dubium, quin ex ſylva vel
ſalicto fundi uſufructuarii materiam ad facienda in-
ſtrumenta agri ſumere poſſim, ſed ligna cædere &
vendere non licet, niſi in ſpecie ſylvæ vel arundineti
uſusfructus ſit legatus, ita tamen, tunc cædere lice-
bit, quando in ſpecie ſylvæ uſusfructus conſtitutus,
ut ad modum boni patrisfamilias cædat, nec neceſſe
eſt, id declarare ex conſuetudine defuncti, ſed ex con-
ſuetudine boni patrisfamilias in genere, quod inſi-
nuant illa verba, quod ad modum hoc referendum
ſit, non ad qualitatem utendi.

## Ad L. Ex ſylva. 10. & ſeq.

### *S U M M A R I A.*

*Quomodo uſumfructum ſylvæ habens lignis uti debeat? num.* 1.

*Quomodo in ſylva non cædua materiam ſuccidere liceat?* 2.

*Quomodo grandibus arboribus?* 3.

1 QUi habet ſylvæ uſumfructum, ad modum pa-
trisfamilias, ſicut ille cædere ſolebat, debet uti
lignis, & debet parcere grandibus & frugiferis arbo-
ribus, niſi arbores ſint depulſæ, quibus ad uſum
ſuum & villæ, & non amplius uti poteſt. *L.* 12. *pr.*
2 *h. t. Barry d. t.* 24. *num.* 15. & *Donell. lib.* 10. *c.* 7. &
*ibi Hill. lit. B. ſeq.* Omnia enim debet is, cui uſuſtru-
ctus legatus, ad conſuetudinem Domini dirigere.
*Caſtillo c.* 22. *nu.* 9. & *ſeq.* Si verò non ſit cædua ſyl-
va, nihilominus tamen materiam ſuccidere poteſt fru-
ctuarius, quantum ſatis ad refectionem villæ, vel ad
fulciendam vineam. Palamenta tamen & ramos ex ſyl-
va ſumere ſemper licebit, licèt Dominus pro cædua
non habuerit, nec ſuccidere ſolitus.

3 Quod *in L.* 11. de grandibus arboribus dicitur, id
in Gallia antiquatum eſſe, dicit *Dn. Grœnwegen hic.*
Sed id explicandum eſt ex traditis à *Buſio ad h. l.* Nam
ſi ſylva magna ſit conſtans frugiferis arboribus, ſolet
quotannis certa quantitas ex arboribus areſactis cædi
à bono patrefamilias, & ideo etiam ab Uſufructuario,
non tantùm in prædii utilitatem, ſed etiam ad uti-
litatem Uſufructuarii. Sed id omnes ex more boni
patrisfam. & ex magnitudine ſylvæ definiendum.

## Ad L. Arboribus. 12.

### *S U M M A R I A.*

*Arboribus frugiferis vi ventorum evulſis quomodo utatur? num.* 1.

*Arbores dejectæ in ſylva non cædua proprietarii ſunt. num.* 2.

*Uſufructuarius evulſas arbores non poteſt vendere. numer.* 3.

*Nec excidere frugiferas, pro reparatione fundi.* 4.

*Niſi domino denunciaverit.* 5.

*Quomodo navi, quæ eſt in uſufructu, utendum ſit? numer.* 6.

*Uſufructuarius ſuum jus alteri vendere poteſt.* 7.

*Quamdiu ceſſionarius hoc jure utatur?* 8.

*An Uſufructuarius domino potius, quam extraneo vendere jus ſuum teneatur?* 9. & 10.

*In ſervo fugitivo uſusfructus retinetur.* 11.

*Ratio.* 12.

*Uno actu ſingulari retinetur poſſeſſio totius juris.* 13.

*Cujus ſint fructus à ſure ſeparati, diſquiritur?* 14. & 15.

1 IN *pr. hujus L.* dicitur de arboribus non cæduis,
ſed frugiferis, ſi ventorum vi aut terræmotu de-
pulſæ aut evulſæ ſint, poteſt arboribus illis uti ad
comburendum, vel refectionem domus: ſcil. quando
aliunde non habet materiam ignis. Et ſic ſupponitur
hic, arbores in ſylva non cædua vi dejectas proprie-
2 tarii eſſe, & uſufructuario nullum jus competere *Man-*
*zius ad h. t. num.* 133. niſi ad neceſſarios uſus. Et ſic
etiam uſufructuarius, ſi vellet vendere tales arbores
evulſas, male faceret, quia in fructu non ſunt, nec
3 adeſt cauſa neceſſaria refectionis. *P. Barboſa ad L. di-*
*vortio.* §. *ſi fundum. numer.* 13. & *ſeq.* & *num.* 22. *Ca-*
*valcanus d. tr. num.* 157. *Guittierez. de Tutel. p.* 3. *c.* 27.
*numer.* 2. *Caſtillo cap.* 25. *numer.* 23. Et ideo non po-
4 teſt excidere arbores frugiferas etiam pro repara-
tione fundi *Caſtillo d. cap.* 25. *numer.* 25. Notabilis li-
5 mitatio *Legis noſtræ* hæc eſt, niſi Fructuarius denun-
ciaverit proprietario, ut tolleret, ille verò pro dere-
6 licto habeat. *Barboſ. in d.* §. *ſi fund. num.* 21. Si na-
vis uſumfructum habeam, poſſum illam navigatum
mittere, licèt metui poſſit periculum naufragii, quia
ad illum uſum parata navis modo non tempore in-
ſolito v. gr. hiemali mittat *l.* 16. *paragrap.* 1. *ff. de Rei*
*vindic.* & *l.* 16. *C. de Officio Rect. provinc.* Unde pro-
bat *hic Gloſſa*, quando ſocius utitur re communi,
prout ſolent ea uti, & ſi ad eum finem res parata,
prohibitionem alterius nihil operari.

7 *Ad* §. 2. Uſufructuarius jus ſuum alteri vendere
poteſt vel locare, vel cedere, ut Emtor & Condu-
ctor vel Ceſſionarius loco fructuarii utantur. *Hic* &
*l.* 76. *h. t.* Aut. *ad L. n.* 7. *C. h. t.* nam ſic ipſe Fructua-
8 rius per eos uti videtur. *Hic* & *l. non utitur.* 38. *h. t.*
Et conductor vel Emtor nil habet ratione ſuæ perſo-
næ, quam effectum uſusfructus & commoditatem.
Ideoque Conductor vel Emtor ad vitam uſufructua-
rii tantùm fructus percipit. *de quo vid. Carpzov. p.* 1.
*c.* 32. *d.* 21. & *part.* 2. *conſt.* 42. *d.* 9. & *deciſ.* 138. *Pi-*
*nell. p.* 3. *Legis* 1. *C. de bon. mat. num.* 63. *Cavalcanus*
*de uſufr. mulieri relicto. n.* 171. *Bachov. d. l. th.* 10. *lit.*
*A.* & *B. Manzius ad h. t. nu.* 196. & *ſeqq. Donell l.*
10. *c.* 8. *lit. G.* & *ſeq.* Antor *ad L.* 2. *num.* 6. *C. h. t.*
idem ſi negotiorum meorum geſtor locet vel vendat
& ego ratum habeam. Et ex generalitate hujus *para-*
*grap.* probat *Caſtillo de Uſufr. c.* 74. *num.* 5. non ha-
9 bere Dominum proprietatis prærogativam, quaſi Uſu-
fructuarius ei potius locare vel vendere Uſumfru-
ctum teneatur, quam extraneo, quod etiam probat
*l. cui uſufr. c.* 67. *h. t.* Et ibi *numer.* 6. de *Cavalcano*
contemtim ſcribit, eum parum accurate ſcribere, &
ſine ullo delectu omnia congerere in unum. Et poſtea
examinat autoritates allegatas, dicitque, eas aut non
probare, aut in diverſis caſibus loqui. Et cum *Caſtil-*
*lo* ſentit etiam *Covarr. l.* 3. *var. reſol. c.* 14. *numer.* 6.
& *Carpzov. p.* 2. *dicta dec.* 138. *numer.* 8. & *ſeqq.* Sed
10 quia tamen Dd. communiter ſententiam contrariam
defendunt, ut agnoſcit *Carpzov. d. l. num.* 6. & ſen-
tentia communis nullam habet iniquitatem; puta-
rem, ſi adhuc res ſit integra, Proprietarium admit-
tendum, niſi uſufructuarius intereſſe aliquod, cur non
hunc ſed alium eligere velit, allegare & probare
poſſit.

11 *In* §. 4. dicitur, quod, ſi ſervus fugitivus, in quo
uſumfructum habeo, ex re mea vel ex operis ſuis quid
adquirat, per hoc ipſum, quaſi utar, retineam uſum-
fructum. Et licèt alius, vel prædo vel is, cui hære-
ditas vendita eſt, vel cui proprietas legata, nactus
12 ſit poſſeſſionem, uſusfructus tamen retineri affectum
volentis & ſervum uſufructuarii nomine aliquid face-
re.

te. *Coll. Arg. ad h. t. th.* 50. Unde Dd. inferunt, per
13 unum actum ſingularem retineri poſſeſſionem totius juris in univerſo.

14 *In* §. 5. *ſeu ultimo* quæritur, quia fructuarius non aliter facit fructus ſuos, quam ſi ipſe aut alius ejus nomine perceperit, quid ſi fur fructus ſeparaverit, cujus erunt? Reſp. interim proprietarii ſunt, & is habet condictionem furtivam, ſed uſufructuarius habet actionem furti, quia ipſius eſt intereſſe. Sed ſi uſufructuarius nanciſcatur poſſeſſionem, fit dominus fructuum
15 & habet condictionem furtivam, ſi ipſi auferantur. Ideoque dominium, quod proprietarius habere dicitur, eſt interimiſticum. Sicut fructus rei ſub conditione legatæ eſt interim penes hæredem, ſed poſt conditionem exiſtentem, penes Legatarium.

## Ad L. Si cujus rei. 13.

### *SUMMARIA.*

*Uſufructuarius de quo cavere debeat? num. 1.*
*An ante cautionem præſtitam fructus ſuos faciat? 2. & 3.*
*Quid ſi ea petita ſit? 4.*
*Cautio non debetur niſi petita. 5.*
*Quomodo Uſufructuarius de deterioratione teneatur? 6.*
*An ſemper detur Actio L. Aquiliæ contra uſufructuarium? 7.*
*Qua teneatur propter negligentiam Actione? 8.*
*Quando inter fructuarios lis eſt, judex poteſt proviſionaliter ſtatuere? 9.*
*Quid ſit Proviſionale remedium ſeu interim? 10.*
*Quo in poſſeſſorio locum habeat? 11.*
*Quando ſubſtantiam non mutat Uſufructuarius, poteſt meliorare fundum? 12. 13.*
*Limitatur. 14.*
*Ædium qualitatem uſufructuarius mutare nequit. numer. 15.*

1 AGitur hic de ſatiſdatione, qua promittit fructuarius, ſe uſurum boni viri arbitrio, i. e. ad modum boni patrisfam. & ante hanc cautionem præſtitam, ſi petita ſit, fructus ſuos non faciet *Cavall. in ſpecul. qu.* 408. *Gail. l.* 2. *obſ.* 46. Autor *ad L.* 4. *num.* 8. *C. h. t.* Sed accipiendum hoc eſt de Uſufructuario non poſſidente, aut vitioſe poſſidente, aut poſſiden-
2 te legitime, ſed ubi hæres vel Proprietarius cautionem petiit. Nam ſi non vitioſe, nec clam poſſideat uſufructuarius rem uſufructuariam, omnino fructus
3 ſuos faciet, licèt cautionem non præſtiterit, modo ea petita non ſit. Nam cautio hæc non eſt de ſubſtantia uſusfructus, & cautio hæc remitti poteſt expreſſe &
4 tacite. Et plurimos pro hac ſententia adducit Doctores. *Caſtillo. c.* 16. *num.* 9. & cautio hæc aliàs non debetur, niſi petatur. *An. Gabriel. l.* 5. *concl. comm. tit.*
5 *de Uſufr. concl.* 2. *num.* 13. *Manzius ad tit. Uſufructuarius quemadm. caveat. num.* 25. *conf. Gail. l.* 2. *obſ.* 46. *Struv. ad tit. ult. h. lib. num.* 8.

6 *In* §. 1. & 2. agitur de deterioratione rei uſufructuariæ, quæ ſi facta fuerit ante ſatisdationem præſtitam, tenetur fructuarius ex L. Aquilia. Et interdicto quod vi aut clam *de quo in libro* 43. *tit.* 24. item furti etiam tenetur, quia, antequam ſatisdet, non debet rem occupare, multo minùs deteriorare.

7 *In* §. 3. [illegible]iqoe Conſultus quæritur, an ſemper detur Legis Aquiliæ actio contra uſufructuarium? Quod negatur; quia actio legis Aquiliæ datur ob factum nocivum, non autem ob non factum, ſi negligens fuit, i. e. ſi non proſcidit agrum, ſi vites non ſubſevit, ductus aquarum corrumpi paſſus ſit. Sed his caſibus datur actio ex cautione in præteritum,
8 ſi ante præſtitam cautionem quid damni per negligentiam dederit.

*Ad* §. *Æquiſſimum.* 3. Si inter duos Fructuarios lis
9 ſit, & verendum, ne interea, dum cauſa plene cognoſcitur, partes ad arma veniant, poteſt judex proviſionaliter ſtatuere, quomodo interim comportare ſe habeant: Autor *ad L. un. num.* 8. & *ſeqq. C. de Prohib.*
10 *Sequeſtr.* vel etiam ſuper alimentis &c. quod dicitur proviſionale remedium, Hiſpanis, interim, de quo plura *Gail. l.* 1. *obſ.* 5. *ubi numer.* 2. *plures allegat Criſtinæum vol.* 1. *dec.* 276. Et hoc in poſſeſſorio retinen-
11 dæ tantùm obtinet, non adipiſcendæ, nec recuperandæ. *Mevius p.* 2. *dec.* 236. Et cautio de non turbando exigi poteſt. *Mevius p.* 3. *dec.* 193. *vid. not.* Dni Autoris *ad l.* 27. §. 3. *de Inoff. Teſt.*

12 *Ad* §. 4. Uſufructuarius poteſt uſusfructus conditionem facere meliorem, non deteriorem. Autor *ad L. ult. numer.* 16. *C. de bon. quæ lib.* Illud declaratur, modo ſubſtantiam rei non mutet, ſed tantùm qualitatem. *Donell. l.* 10. *c.* 10. Ex poſteriori membro concludit *Mev. p.* 4. *dec.* 136. nec Paſtorem Eccleſiæ cum patrono paciſci poſſe de ſalario in præjudicium Eccleſiæ.

Quæritur *in* §. 5. an poſſit uſufructuarius meliorem
13 & utiliorem facere fundum? Quod affirmatur, niſi neceſſariam partem agri adimat & in ea calcis, cretæ, imo auri, argenti fodinam velit inſtituere; ſi tamen major fructus ex auro & argento, ſi id in mediocri copia repetiatur, indiſtincte fodina inſtitui po-
14 teſt. Si tamen, quod poſuit fructuarius, aërem corrumpat, vel multum graver proprietarium, ſi forte id, quod inſtituitur, magnum apparatum aut operariorum copiam requirat, quod grave futurum proprietario, non fecit officium boni viri aut patrisfamilias. Nec ædificium ponet, niſi id fiat colligendorum fructuum cauſa. *hoc in* §. 6.

15 *In* §. 7. & *ult.* agitur de uſufructu ædium, quod, qui in ædibus uſumfructum habet, non poſſit qualitatem ædium mutare vel diætas transformare, nec domum per cænacula dividere. Et ſi locare velit, quaſi domum debet locare, non quaſi ſtabulum jumentorum, aut piſtrinum, nec privatum balneum locabit, aut publice lavare ſinet *per* §. *ult. h. l.*

## ad L. Licet. 14.

### *SUMMARIUM.*

*Tantùm ad habitandum Uſufructuarius domum locare poteſt.*

NOn debet uſufructuarius in alium uſum locare domum, quam ad habitandum. Sed quid ſi majorem fructum inde percipere poſſit, ſi ut ſtationem jumentorum locet? Reſp. neque tum licere ad alium uſum locare, quia, ſi ad alium uſum locaretur, facile ſubſtantia rei corrumpi poſſit, cum tamen ſalva debeat retineri ſubſtantia.

## ad L. Sed ſi quid. 15.

### *SUMMARIA.*

*Fructuarius debet uti, non abuti, & quid ſit abuti numer. 1.*
*Quod exemplis declaratur? 2.*
*Cur à domino, ne quidem conſentiente uſufructuario, ſervitus imponi non poſſit, diſquiritur? 3.*
*Noſtris Moribus quid obſervetur? 4.*
*An veſtium uſusfructus ſit? 5.*

FRuctuarius ita debet uti re, ut non abutatur, i.
1 e. aliter non utatur, quam ad eum uſum, ad quem parata eſt. Idque declaratur exemplis, (1.) Inædificatorum, quæ tollere nequit, *in princ. Legis*, (2.) Man-
2 cipiorum, ut iis fruatur ſecundum eorum conditionem §. 1. & *ſeq.* (3.) Veſtimentorum, quæ non debet locare, hoc enim vir bonus non facit. § 4. Aliud in ſcenica veſte, & ſimil. Sed illud plane ſingulare,
3 quod *in fine L.* dicitur, ſervitutem à Domino, nequidem fructuario conſentiente, imponi poſſe, quod

ſcntiui communi videtur contrarium, ideoque varias
conquirunt rationes D⁎. quas vid. apud *Donell. lib.*
10. *c.* 11. *lit. A. & Bachov. th.* 10 *lit. D.* Caſtillo, exa-
minatis aliorum rationibus, ſed & correctionibus,
quibus *huic Legi* lucem offerre poſſunt, *Fu'goſii* ratio-
nem approbat, ſcilicet uſufructuarium imponere ſer-
vitutem non poſſe, quia non eſt Dominus, nec poſſe
eum per conſenſum ſuum jus deminutum proprieta-
rii facere integrum, uſufructu remanente Et hanc de-
fendit contra *Pinellum c.* 35. *num.* 15. *& ſeq.* quæ etiam
placere videtur *Dn. Struvio ad h. t. th.* 21. Sed nec
*Hilligero* hæc ſatisfacit *d. c.* 11. *lit. A.* Credamus er-
go, interdum JCtos ſpinoſiores habuiſſe rationes. Et
4 ſi talis caſus contigeret, dubitari poſſet, an *juxta
hanc legem ſpinoſam*, ob rationem imperveſtigabilem,
& procul dubio ſcrupuloſiorem, reſponderi debeat?
imo noſtris moribus non obſervari credo cum *Dn.
Grœnwegen ad h. l. in fine. Vid. Weſenb. in tit. Cod. de
Servit. num.* 33.

5 Occurrit hic quæſtio, an etiam veſtium poſſit eſſe
uſufructus? Et communiter diſtinguitur inter feſtivas
ac ſcenicas ex una, & quotidianas ex altera parte,
ut in illis, non his verus competat uſusfructus; ſed
quoniam veſtes quotidianæ quidem, non tamen ad
uſum quotidianum, concedi poſſunt, ideo diſtinguunt
alii, quid actum, an ipſæ reſtituendæ an aliæ ſimiles.
*Franzk. ad tit. de uſufr. earum rerum. Dd. Struv. th.* 39.
quæ etiam accipienda diſtinctio. Sed quando de lo-
catione quæritur, ibi diſtinctio prima adhibenda, ut
facit *Caſtillo cap.* 51. *in fine.*

## Ad L. Niſi. 16.

### *SUMMARIUM.*

*Quomodo Servitus fundo, qui eſt in uſu, imponi poſſit?*

Dictum *antea*, ne quidem conſentiente fructua-
rio proprietarium ſervitutem fundo imponere
poſſe, quod hic limitatur, niſi ſervitus deteriorem
conditionem fructuario non faciat *v. gr.* ſi vicino
conſtituat ſervitutem de altius non tollendis ædibus.
Nam id uſumfructum nec perceptionem fructuum
impedit.

## ad L. Locum autem. 17.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo proprietarius locum religioſum ex puro facere
poſſit? n.* 1.
*An proprietarius ſervum, in quo habeo fructum, coer-
cere poſſit?* 2.
*An ſervo noxæ dato uſusfructus exſpiret?* 3.
*Qualem propter occiſum ſervum uſufructuarius habeat
actionem?* 4.

1 IN *princ.* quæritur, an proprietarius locum reli-
gioſum ex puro facere poſſit? Quod affirmatur,
ſi conſentiat fructuarius, idque conſtitutum favore
Religionis, ſed id apud nos locum non habet, quia
non agnoſcimus locum religioſum, niſi publicum.
2 *In* §. 1. agitur de coercitione ſervi, in quo habeo
uſumfructum, an proprietarius hunc coercere poſſit?
Quod affirm. ita ut ſeverior caſtigatio Proprietario
competat, ſine dolo tamen, quam mihi fructuario,
cui tantùm modica coercitio competit.
3 *In* §. 2. quæritur, ſi proprietarius noxæ dederit
ſervum, in quo habeo uſumfructum an mihi com-
petat adhuc uſusfructus, ut poſſim petere? Quod
affirmatur, ſi offeram litis æſtimationem.
4 *In* §. *fin.* ſubjicitur quæſtio, an uſufructuarius, ſi
ſervus ejus à re occiſus, habeat utilem actionem Le-
gis Aquiliæ? Quod videtur negandum, quia non
eſt dominus; Sed affirmatur *hic & l.* 11. §. *fin. & l.
ſeq. ff. L. Aquil.*

## ad L. Agri. 18.

### *SUMMARIA.*

*In locum arborum demortuarum, aliis ſubſtitutis prio-
res ſunt fructuarii n.* 1.
*Quare evulſa non ſint fructuarii?* 2. *&* 3.
*In legato gregis uſufructu, alias oves ſubmittere debet.*
4.
*Quid ſi ſingularum ovium uſusfructus relictus?* 5.

1 QUando agri vel Sylvæ uſusfructus legatus, in
locum demortuarum aliæ arbores ſubſtituendæ
ſunt, & priores mortuæ ad fructuarium pertinent;
quamvis ſecus ſit in evulſis. *l.* 12. *pr. & L. arbores.* 59.
*pr. h. t. Donell. l.* 10. *c.* 8. *lit. E. c.* 13. *poſt lit. D. Caſtillo
d. tr. c.* 25. *num.* 21. *Cavalc. de uſufr. mul. rel. numer.*
159. Scilicet quod ultimo loco dictum de eo caſu, ſi
2 non fructuarius in locum earum, quæ vento dejectæ
ſunt, alias ſubſtituerit, intelligit *P. Barboſ. ad l. divor-
tio.* 8. §. *Si fundum num.* 21. *ff. ſol. matr. qui etiam citat
Paul. de Monte pico in rep. L. Titia cum Teſt.* §. *fin nu.*
3 118. *infr de L.* 2. Sed de hac reſtrictione multum du-
bito. nec videtur ineſſe vis argumento *Barboſæ.* Nam
arefactas arbores facit ſuas, non tantùm ob ſubſtitu-
tionem, ſed quia arefactio non ex cauſa externa, ſed
intrinſeca procedit, & ſubſtitutio aliarum arborum eſt
4 tantùm cauſa ſine qua non. Eadem ratione uſufru-
ctu gregis legato, in locum demortuorum alia capi-
ta ſubſtituenda ſunt, *per L. vetus.* 68. *h. t.* Nam aliàs
non uteretur arbitrio boni viri, & ſubſtituta capita
deſinunt eſſe uſufructuarii, ſed ſi ex grege nova ca-
pita ſubſtituere non poſſit, ad id non tenetur, *arg.* §.
38. *Inſt. de R. D. ibi, ex fœtu & d. l.* 68. *ibi, ex agnatis*
(zugezogen) *Cephal. qu.* 325. *Caſtillo de uſufr. c.* 27. *nu-
mer.* 11. *Cavalc. de uſufr. mulieri relicto num.* 84. *Gomez.
t.* 2. *reſol. c.* 15. *num.* 7. *Manzius de uſufr. qu.* 15. *num.*
5 188. Nec ſurrogare tenetur, quando non gregis, ſed
ſingulorum capitum uſusfructus legatus *L.* 70. §. 3. *h.
t.* nam oves ſingulæ non recipiunt augmentum ut
grex, & mortuo capite finitur uſusfructus. *Manz. d.
l.* 187.

## ad L. Proculus. 19.

### *SUMMARIA.*

*In legato uſufructu ædium, hac conditione, ne altius tol-
lantur, uſusfructus, an proprietas legata videatur?
num.* 1.
*Probatur quod proprietas legata.* 2. *&* 3.
*An, ſi uſusfructus legetur, cum hoc onere, ut ſervitutem
alii prædio debeat, annon proprietas legata cenſea-
tur?* 4. *&* 8.
*Quid ſi legetur uſusfructus ea lege, ne alienetur?* 5.
*&* 6.
*Quid ſi legetur, ut liceat transferre in alium?* 7.
*Quid ſi legetur, ut poſt mortem meam reſtituam Titio?*
9.
*Evulſis arboribus, proprietario licitum domino denun-
ciare, ut aut tollat, aut pro derelicto habeat.* 10.

QUidam legat mihi uſumfructum ædium, hac
1 conditione, ut illæ ædes altius non tollantur, &
ita lumen aliarum ædium hæreditariarum obſcuretur
&c. Quæritur, an uſusfructus, an verò proprietas
legata videatur? Illud videtur, quia uſusfructus no-
minatur; ſed huic rationi reſponderi poteſt, quod mul-
ti caſus ſint, quibus ſub nomine uſusfructus plena pro-
prietas intelligitur. *Menoch. l.* 4. *præſ.* 131. *Hillig. in
Don. l.* 10. *c.* 5. *lit. A.* Et reſpondetur igitur, quod
2 proprietas legata videatur, non quidem ex hac ratio-
ne, quod uſufructuarius aliàs altius non poſſit ædifi-
care, & ſic hanc prohibitionem debuiſſe aliquid ope-
rari; ſed quia, ſi uſusfructus hic eſſet legatus, & rei
uſuſru-

Digitized by Google

uſufructuariæ ſervitus altius non tollendi eſſet impo-
ſita, tunc res ſuo Domino ſerviret, & una res hæ-
reditaria, ſcilicet domus, cujus uſumfructum habe-
rem, (nam proprietas eſſet hæredis) ſerviret aliis
ædibus ejusdem hæredis, quod in jure noſtro abſur-
dum. Atque hanc rationem allegat *Cujac. ad l. gene-*
3 *rali capite. ff. de Uſufr. leg. tom. 2. pag. m. 676. eam-*
*que laudat Caſtillo c. 30. numer. 27.* Et eam rationem
confirmant argumenta *Pinelli*, quæ contra commu-
nem intellectum *Legis hujus* cumulat, *ad l. 1. de bon.*
*mater. num. 42. & ſeqq.* Ergo recte colligitur *ex hac*
4 *Lege*, ſi teſtator leget uſumfructum cum hoc onere,
ut ſervitutem debeat alii prædio hæreditario, quod
tunc legata videatur proprietas; & quod proprietas
hic legata, convincunt verba: *Inſulam &c.* NB. inſu-
lam ita poſſe legari. Et ita recte ſentit *Menoch. d.*
*præſ. 133. num. 2. Mantica de Conject. l. 9. tit. 5. num.*
*8. & quos citat Caſtillo d. c. 30. numer.* 25. Licèt diſ-
ſentiat cum *Pinello Fach. l. 5. c. 43. & Buſius hic.* Sed
alterum illud, quod *ex hac Lege* volunt deducere,
ſcilicet quando Uſusfructus legatus ea Lege, ut non
5 alienetur, tunc proprietatem videri legatam, quod *ex*
*hac lege* volunt probare Dd. quos magna ſerie alle-
gat. *Caſtillo num.* 31. illud, inquam, poſtquam vera
ratio decidendi cognita eſt, *ex hac Lege* non ſequi-
6 tur, ut recte *Caſtillo d. c. n.* 33. Sed potius dicendum,
ex abundante tactam prohibitionem alienationis. Et
ſic in hoc puncto aſſentior *Pinello & Struvio ad h. t.*
*th. 11. & Buſio ad h. L. & Wiſſenb. th. 3. Fach. l. 5. c. 44.*
7 Cæterum ſi uſusfructus conceſſus, ut liceat alienare &
transferre in alium, vel ipſa proprietas videtur lega-
ta. *Menoch. l. 4. præſ. 133. num. 1. Sande l. 5. t. 3. d. 4.*
ubi cautio de quadrante reſtituenda neceſſaria. *Nov.*
8 10. niſi remiſſa. *Sande d. l. Dd. citat. d. l. Struv.* vel
uſusfructus regularis. Legato uſufructu interdum pro-
prietas legata, ſi Legatario imponatur onus conſtituen-
dæ in fundo ſervitutis. Sed & alii reperiuntur caſus,
in quibus ſub nomine uſusfructus plena proprietas
intelligitur, *Conf. l. ult. ff. de Uſufr. earum rerum l. 34.*
*§. 3. de leg. 2. l. 15. de Auro & Arg. legato Menoch. l. 4.*
9 *præſ. 133. Caſtillo de Uſufr. c.* 30. Hinc placuit, ut ſi
uſusfructus bonorum ad vitam legaretur mihi, ut
poſt mortem meam, reſtituam Titio, non uſumfru-
ctum, ſed proprietatem legatam videri. *Sande l. 5. tit.*
*1. def. 2. de hac L.* diſſentit *Pinell. in L. 1. C. de bon.*
*mat. p. 3. num. 41. & Buſius hic.*
*In §. 1.* Confirmatur ſententia ſuperius allegata, quod
10 evulſis tempeſtate arboribus uſufructuario liceat expe-
riri contra proprietarium, ut aut tollat, aut pro dere-
licto habeat. *Gl. hic Barb. in d. l. diverſio. 8. §. ſi fun-*
*dum. n. 2. ff. ſol. matr.*

## ad L. 20.

Vid. Notat. *ad Leg. 38. infra de Uſufructu Legato.*

## ad L. Si ſervi. 21.

### *SUMMARIA.*

*Servus fructuarius quid Legatario acquirat? nu. 1.*
*Cui ſervus fructuarius, ſi ſit hæres inſtitutus, hæredita-*
*tem acquirat? 2.*

SErvi Stichi uſusfructus mihi legatus, quæritur,
1 quid mihi adquirat? Et reſponſio eſt plana, quod
illud mihi adquirat, quod ex operis meis vel ex re
mea adquiſivit: Sed quæritur, quid ſi hæres inſtitutus
2 vel legatum ei ſit relictum? Et diſtinguitur, utrum
in gratiam proprietarii vel ipſius ſervi, an verò intui-
tu fructuarii hoc relictum ſervo; ut illo caſu ad pro-
prietarium; hoc caſu ad fructuarium pertineat.

## Ad L. Sed & ſi. 22.

### *SUMMARIUM.*

*Cui id, quod ſervo fructuario donatum, cedat?*

QUæſtio *legis præcedentis* applicatur ad donatio-
nem ſi quid ſervo, in quo uſumfructum habeo,
donatum ſit, & ſimilis diſtinctio proponitur, an in-
tuitu meæ perſonæ, aut proprietarii, vel ipſius ſervi;
gratia quid donatur? Deinde eam diſtinctionem etiam
applicat, ſi quid conditionis implendæ cauſa ali-
quid accipiat ſervus *v. g.* ita inſtituitur. Titius hæres
ſi illi ſervo 50. ſolvat.

## ad L. Sed ſicuti. 23.

### *SUMMARIA.*

*Quibus modis ſervus, qui eſt in fructuario proſit? 1.*
*& 2.*
*Quomodo fructuarius ſervum ad operandum compelle-*
*re poſſit? 3.*

1 HÆc lex continuat iſtam materiam *legum præce-*
*dentium* nobis non adeo utilium, & quærit 1. an
paciſcendo poſſit ſervus prodeſſe fructuario? Et affir-
matur, ita ut ei quærat exceptionem, non actionem;
quamvis ſi ſervos haberemus, quia ex pacto nobis da-
tur actio, etiam ſervi fructuariis adquiſituri eſſent ac-
tionem. Sic etiam ſervus ei, qui in ſervo uſumfru-
2 ctum habet, adquirere poteſt exceptionem, qui per
acceptilationem liberat fructuarium à ſuo creditore,
hoc modo habesne acceptum, quod Titius tibi de-
bet, qui in me habet uſumfructum.
*In §. 1.* autem quæritur, an fructuarius compelle-
3 re poſſit ſervum ad operandum? Quod affirmatur,
modo id fiat per modicam caſtigationem, non ut tor-
queat vel flagellis cædat.

## ad L. Si quis. 24.

### *SUMMARIUM.*

*An ſervus fructuario ſtipulari poſſit?*

SI ſervus mihi, in quem uſumfructum habeo ſti-
puletur, promiſſo mihi obligatur, quia hoc eſt
uſitatum. Unde notant hic argumentum ab uſitatis
& ſolitis. *l. 34. de Reg. juris. Everhard. in pecul. loco ab*
*uſitatis & ſolitis.*

## ad L. Sed & ſi quid. 25.

### *SUMMARIA.*

*Quæ ſervo ſolvuntur, fructuario acquiruntur. n. 1.*
*Hoc ipſum tamen interdum in pendenti eſt. 2. ſeq.*
*Incertitudo vitiat actum. 4.*
*Si ſervus operas ſuas locavit, an fructuario penſio de-*
*beatur & quamdiu? 5.*
*Quid ſi uſusfructus in ſingulos annos legatus ſit? 6.*
*Quomodo ſervus fructuarius acquirat proprietario? 7.*
*& 8.*
*Quomodo fructuario? 9.*
*Servus conducens operas ſuas à fructuario, nihil agit.*
*10.*
*Ratio. 11.*
*Quid ſi ſervus duobus ſit in uſumfructum datus? 12.*
*An hæc hodie habeant aliquam utilitatem? 14.*

1 HAbeo in Sticho ſervo uſumfructum, tamen ſti-
pulatis à Titio centum, ut illa tibi, aut ſervo
illi Sticho præſtentur eo animo, ut per Stichum mi-
hi adquirantur. Si ea Sticho ſolvantur, adquiruntur
mihi, quia Stichus eſt hic adjectus ſolutionis gratia,
ergo ei recte ſolvitur. Sed adjicitur ſtipulationi non
proprietarii gratia, ſed intuitu mei, ergo mihi adqui-
rit. *hac in Princ.* Sed

2 Sed *in* §. 1. vult JCtus probare, quod interdum in
pendenti eſt; quod declarat hoc exemplo. Ego habeo
uſumfructum in Sticho ſervo, hic ſervum alium emit,
& ſatisfacit venditori per pignora data vel fidejuſſo-
rem datum, quæritur, an ſervum emtum Stichus mi-
hi adquiſiverit, an proprietario? R. in pendenti eſt
dominium, & pendet eventus ex numeratione pecu-
niæ; nám ſi pretium numeret ex meo, ſervus emtus
retro videtur meus, ſi ex pecunja proprietarii, pro-
prietarii etiam retro fingitur eſſe ſervus, ſi ex utriuſ-
que pecunia ſolvit pretium, communis mihi eſt ſer-
vus cum proprietario. Idem eſt ſi per capitis demi-
nutionem uſumfructum amiſerim. Nec obſtat *l.* 24.
3 *pr. ff. de Act. emti*, ubi dominium non erat adquiſitum,
nec venditori ſatisfactum. Sed quid ſi plus pretio ſol-
vit ſervus? Reſp. quos ultimo ſolvit; ii à Domino
vindicabuntur, aut ſi conſumti ſint, condicentur con-
dictione indebiti. Sed ſi confuſæ ſint utriuſque pecu-
4 niæ ob incertitudinem, nihil agitur. Unde notatur re-
gula, *ex hoc* §. quod incertitudinis ratione neutrum
valeat, quod *ut hic ex l.* 17. *ff. de In diem Addict. l. in
tradendis.* 7. *ff. communia præd. l.* 17. §. 14. *ff. de inſtru-
cto leg. l.* 10. *ff. de Rebus dub. Late Barboſa locuplet. l.*
9. *c.* 28. *axiom.* 4. Cæterum ob incertitudinem mul-
ta admittuntur, quæ aliàs non admitterentur. Autor
*ad L.* 34. *nu.* 31. *C. de donat.*

5 *In* §. 2. Proponitur, ſervum illum, in quo uſum-
fructum habebam, ſuas operas per ſtipulationem lo-
caſſe, quæritur, an mihi & quandiu penſio debeatur?
Affirmatur prius, & ad poſterius reſpondetur, uſu-
fructu per capitis deminutionem finito ſtipulationem
vel effectum ejus tranſire ad proprietarium, quod aliàs
non ſolet regulariter fieri, niſi ad hæredem, vel arroga-
torem, bonorum poſſeſſorem vel fideicommiſſarium.
Sed quid ſi uſusfructus in ſingulos annos legatus?
6 Hic ſingulis annis per deminutionem capitis poteſt
amitti & ſequenti anno reſtitui. Et ſic effectus ſtipu-
lationis, ſervus poteſt ob meam deminutionem ca-
pitis, amitti, qui tamen ſequenti anno ab hærede
ad me redit, quia ſingulis annis poteſt amitti & re-
cuperari uſusfructus, quando in ſingulos annos le-
gatus *l.* 1. §. *ult. ff. quibus modis uſusfr. &c.*

7 *In* §. 3. quæritur, quia dictum eſt, quæcunque ſer-
vus adquirit ex operis ſuis vel ex re fructuarii & ea
res ab uſufructuario poſſideri nequeat; pone, fructuá-
rium eſſe judæum ſanguine, & à ſervo emtum manci-
pium Chriſtianum. Cui adquiratur? Et reſpondetur,
id adquiri proprietario. Sed quid ſi ex re fructuarii
8 ſervus ſtipuletur proprietario? Et reſpondet huic ad-
quiri. Licèt fructuarius à proprietario condicere poſ-
ſit *per l. pen. ff. de ſtipul. ſer.* Sed quid ſi ſervus ex re
proprietarii ſtipuletur fructuario? Et reſpondetur, fru-
ctuario nihil adquiri.

*In* §. 4. dicitur ſi ſervus, cujus uſumfructum ha-
9 beo, à me ſtipuletur uſumfructum, ut ipſi jus meum
cedam, eum non ſibi, ſed proprietario uſumfructum
adquirere: Nam ſibi utiliter ſtipulatur, ſicut ſervus
communis, ſi rem alterius ipſi domino ſtipuletur, ni-
hil agit, quod meum eſt, meum amplius fieri nequit.
§. 11. *I. de Legat.*

10 *In* §. 5. Servus, in quo uſumfructum habeo, à me
conducit operas ſuas. Forte dico, *ut vult Cujac.* vive
jure tuo, & quam maximum poteris ex tuis operis
quæſtum facere, ſatis habebis, ſi mihi quotannis in-
tuleris aureos viginti, hic nihil agitur, niſi proprie-
tarii nomine ſervus operas ſuas à me conduxerit *per*
11 *l.* 37. §. *ult. ff. de Pecul.* Ideo autem ſervus, in quo ha-
beo uſumfructum, operas ſuas vel rem meam ſti-
pulatur inutiliter à me, quia fieri non poteſt, ut quis
ſibi obligatus ſit vel ut in ſe ipſum habeat actio-
nem.

12 *In* §. 6. proponitur hîc caſus: Stichus ſervus habuit
proprietarium Titium, Et fuit in uſufructu Sempro-
nii & Mevii. Servus ex re Mevii ſtipulatur certam
ſummam, an id, quod ſtipulatus eſt, adquirat totum
vel pro parte Mevio? R. Sempronio nihil adquirit;
quia non ex re ejus ſtipulatur, nec operis ſuis quid
adquirit: Ideo reſpondetur, partem mediam adquiri
Mevio. partem proprietario, quod tamen forte de-
clarandum, ut proprietarius per condictionem ſine
cauſa reſtituere Mevio teneatur *arg. l.* 53. §. *fin. ff. de
Adquir. rerum dom. & l.* 19. *ff. de ſtipul. ſervorum.* Si
autem nominatim Mevio ex re Mevii ſtipuletur ſer-
vus, ſolidum ei recta via adquiſivit.

13 § *fin.* fere caret dubitandi ratione, dicit enim, per
fructuarium ſervum acquiri uſumfructum habenti ex
duabus cauſis 1. operis ſuis vel ex re uſufructuarii,
quacunque ratione conſtitutus ſit uſusfructus, ſive ti-
tulo legati, ſive per ſtipulationem vel traditionem,
14 ſive titulo dotis &c. Hæc omnia, quæ hactenus de
fructuario, ſervo dicta, parum utilitatis in judiciis
noſtris habent.

## ad L. Si operas ſuas. 26.

### *SUMMARIA.*

*Operis locatis, ſi intereat uſusfructus, quid ad Fru-
ctuarium pertineat? num.* 1.

*Si marito & uxori domus communis legata, quid penſio-
nis marito mortuo debeatur.* ? 2.

SI operæ locatæ, conſideratur tempus, quo dura-
1 vit uſusfructus, quoniam operis ſervi uſufructua-
rii locatis, non poteſt perceptionis, per quam fructus
fiunt uſufructuarii, aliter iniri ratio, niſi etiam ipſum
tempus in conſiderationem veniat, cum hoc ipſo,
quod fructuarius ſervum alteri locat, & is operis ſer-
vi nomine Fructuarii utitur, ipſe Fructuarius uti, at-
que inde fructus percipere videatur. *l.* 12. §. 2. *& L.
non utitur.* 38. *ff. h. t. Hartmann. p.* 1. *qu.* 14. *num.* 22.
2 Deinde hic fructus ſingulis diebus percipiuntur. Et
hinc dubitare licet de deciſione *Berlich. p.* 2 *dec.*
217. ubi de domo, marito & uxori communi lega-
ta agit, & penſiones eas tantùm aſſignat marito,
quarum dies venit & ceſſit marito vero. Nam ut *ex
hac L. & L.* 56. *h. t.* apparet, penſio pro habitatio-
ne inter uſufructuarii hæredes & uxorem pro rata
dividenda, licèt dies nec venerit, nec ceſſerit, per
tradita *in d. L.* 56. Autor *ad L.* 5. *numer. fin. C. de
Uſufr.*

## ad L. Si pendentes. 27.

### *SUMMARIA.*

*Fructus pendentes ad uſufructuarium pertinent. n.* 1.

*Taberna uſufructuarius pro lubitu uti poteſt.* 2.

*Vi & arte ſervi fructuarii.* 3.

*Quare Fructuarius onera publica agnoſcere debeat?
num.* 4.

*Servitutem fundo à defuncto impoſitam fructuarius pa-
ti debet.* 5.

IN *princ. legis* 27. quæritur, an fructus pendentes
1 arborum, vel ſtantes agrorum pertineant ad eum,
cui uſusfructus horti vel agri relictus? Quod affir-
matur, ſi jam debeatur legatum. Nam ſi non debea-
tur, ſunt hæredis.

2 *In* §. 1. habetur hæc quæſtio, ſi Teſtator, qui mi-
hi tabernarum uſumfructum legavit, certas merces
ſolitus fuit deponere in tabernis hiſce, quæritur, an-
non locare poſſit tabernas iſtas ad alias merces in iis
deponendas? Quod merito affirmatur; nam uſufru-
ctuarius poteſt uti pro lubitu, modo non abutatur,
aut contumelioſe, aut injurioſe, re utatur.

3 *In* §. 2. revertitur JCtus ad tædioſam illam mate-
riam de ſervo fructuario, quo Teſtator ad operas vi-
les & ſordidas uſus eſt, quem uſufructuarius libera-
libus aliiſve artibus imbuit, hoc caſu non eſt du-
bium, quin arte ejus uti poſſit.

*In*

Digitized by Google

4 *In* §. 3. habetur materia de oneribus publicis, quod ea agnoſcere teneatur uſufructuarius. Ratio, quia hæ publicæ penſitationes ſunt onera fructuum, quamvis teſtator hæredi hoc onus imponere poſſit. *L. 23. h. t.* Licèt Fiſco contra Fructuarium jus ſit integrum *arg. L. 42. de Pact. juncta Lege 7. de Publicanis. Donell. l. 10. c. 13. lit. H. Conf. Berous conſ. 146. num. 16. vol. 1. Klock. de Contr. cap. 11. num. 119. & ſeqq.* qui *num. 130.* id limitat, niſi fructus minores ſint collectis. *Videatur Franc. de Clupperiis p. 2. dec. cauſa 85. qu. unica. Hart. Piſt. p. 1. qu. 46. num. 33.* quod etiam ad extraordinaria onera extendit *Carpzov. p. 3. Juriſpr. for. conſt. 16. def. 25.* Autor *ad L. 7. num. 8. & ſſ. C h. t.*

5 *In* §. 4. agitur de onere ſervitutis, ſi defunctus ſervitutem fundo impoſuit, & quidem tunc nullum dubium eſſe poteſt, quin ſervitutem eum pati debeat uſufructuarius, quia res tranſit cum onere. Sed quid ſi defunctus ſtipulanti promiſerit ſervitutem? Nam hoc caſu ſervitus nondum videtur conſtituta. Sed tunc contra ſervitutem nihil agere valet uſufructuarius, quia non debet reluctari voluntati defuncti.

*In* §. *ult.* proponitur hæc ſpecies, venditus eſt Ti-
6 tio ſervus, ita tamen ut Romæ non debeat morari ſub certa pœna, Emtor in eo ſervo uſumfructum mihi legat. Quæritur an ego etiam tenear curare, ne ſervus ille Romæ moretur? Et affirmatur, eſt enim hoc quaſi onus, quod una cum re ad omnes ſucceſſores tranſit. *per l. 56 ff. de contrah. emt.*

## ad L. Numiſmatum. 28.

*SVMMARIVM.*

*An numismata aurea poſſint in uſumfr. dari?*

QUæritur, an numismata aurea poſſint in uſumfr. dari? Videtur quod non, quia eorum non videtur alius eſſe uſus, quam erogatio; Sed aff. quia eorum uſus eſſe poteſt in eo, quod inſtar gemmarum & monilium portari ſoleant ad pectus; quod videtur apud nos ceſſare.

## ad L. Omnium bonorum. 29.

*SVMMARIA.*

*In uſufructu omnium bonorum ſalva debet eſſe liberis legitima nu. 1.*
*An etiam nomina hic veniunt? 2.*
*Quid intelligatur ſub uſufructu bonorum mobilium? 3.*
*In uſufructu omnium bonorum æs alienum detrahendum. 4.*

OMnium bonorum uſusfructus relinqui poteſt,
1 ſed ſalva debet manere liberis Legitima, *per Auth. Noviſſ. C. de inoff. Teſt. Grænwegen ad h. L. Gail. l. 2. obſ. 144. num. 1. Barry d. t. 34. nu. 32. Gruſſus §. legatum. qu. 25.* quid autem in uſufructu omnium bonorum veniat, de eo vid. *Card. Mantica l. 9. de Conject. ult. vol. tit. 6. Menoch. l. Præſ. 138. & conſ. 407.* & quos allegat *Caſtillo d. c. 38. toto & aliquot ſequentibus.* Nam ſi ſimpliciter omnium bonorum uſuſ-
2 fructus legatus, etiam nomina venient: Sub uſufru-
3 ctu bonorum omnium mobilium, in dubio intelliguntur ea mobilia, quæ uſu non conſumuntur. Etſi omnium mobilium uſusfructus legatus ſit, non tamen pecuniæ uſusfructus videtur legatus. *vid. dicta* Dni Autoris *ad l. ſi chorus. 79. §. 1. de Leg. 3.* Sanè uſu-
4 fructu omnium bonorum relicto, æs alienum à bonis deducendum eſſe, probat *L. 69. ad L. Falc. L. ult. ff. de uſufr. leg. Covar. lib. 2. obſ. 146. Wiſſenb. ad h. t. th. 6.* Autor *ad L. 7. num. 4. 5. C. h. t.* ubi aliud in patre uſufructuario bonorum filii &c.

## ad L. Si is, qui binas. 30.

*SUMMARIUM.*

*An quis ædes altius tollendo, alterius lumina obſcuriora reddere poſſit?*

TEſtator binas ædes habuerat, & harum ædium uſumfructum uni ſi legat, quæritur, an hæres poſſit alteras ædes extollendo harum ædium, quarum uſusfructus mihi legatus eſt, lumina obſcuriora reddere? Quilibet diceret quod non, quia ita præjudicat mihi hæres. Sed affirmatur, quia cuilibet licet ſuas ædes tollere, niſi contraria ſervitus fuerit conſtituta, & hæres proprietarius eſt etiam harum ædium. Sed hoc ita conceditur, ut modicum lumen concedatur, quod habitantibus ſufficiat.

## ad L. Ex re. 31.

*SUMMARIUM.*

*Quod ſervo uſufructuario dono, an etiam ex re mea ſit?*

SÆpe dictum per ſervum, in quo uſumfructum habeo ex duabus cauſis adquiri 1. ſi ex operis ſuis quid adquiſierit, 2. ſi ex re mea, hic quæritur, an id etiam ex re mea quæſitum videatur, quod ipſi donavi, vel in peculium dedi, & quod lucrum ex adminiſtratione rerum mearum fecit? Quod utrumque affirmatur. Res clara.

## ad L. Si quis. 32.

*SUMMARIUM.*

*Ut uſusfructus ita & alia ſervitus perſonalis, ab eo reſervari poteſt, qui domum alienat.*

UT uſusfructus, ita & alia ſervitus perſonalis v. g. uſus, habitatio ad tempus, vel in perpetuum, jus paſcendi, perſonæ competens poteſt ab eo reſervari, qui alteri domum, vel alium fundum vendit, vel donat. Idque hodie frequentiſſime contingit, ut vendentes domum ſibi habitationem reſervent & excipiant.

## ad L. Si Titio. 33.

*SUMMARIA.*

*Mortuo uſufructuario accreſcit uſusfructus proprietario. num. 1.*
*Quid ſi uſusfructus duobus legetur & ab uno repudietur? 2.*
*Quid ſi proprietas duobus legata? 3.*

TEſtator Mevio proprietatem fundi Tuſculani legat, Titio uſumfructum legat. Sed Titius vivo
1 Teſtatore moritur, quæritur, an uſusfructus ad hæredem pertineat? Videtur, quod ſic, quia Mevio ſola proprietas relicta. Sed negatur, quia jure conſolidationis uſusfructus adquiritur Mevio, & fit cauſalis uſusfructus, quia Teſtator noluit uſumfructum ad hæredem pertinere, & multo magis id verum eſt, quando mortuo teſtatore & conſtituto uſufructu Titius mortuus eſt.

2 *In* §. 1. hæc eſt ſpecies, ut eam proponit *Hilliger in Donell. l. 10. cap. 23. lit. C.* Uſusfructus fundi eſt legatus Viro A. & B. A. repudiat, vel agnitam partem amittit; Deinde & B. repudiat & amittit. Pars deficiens B. adcreſcit A. modo is eo in ſtatu ſit, ut capere poſſit, quia 1. legatur utrique in ſolidum, ergo ſic & altera pars legata cenſetur; Et 2. quia conſiſtit in facto perſonæ, facilius adcreſcit perſonæ. Secus eſt, ſi proprietas duobus legata, mihi & Titio &
3 ergo partem meam petam, ſed ſuccumbam & abſolvitur reus. Titius poſtea repudiat ſuam partem, quam petenti mihi obſtat exceptio rei judicatæ, quia hic portio portioni accedit.

## ad L. Quoties. 34.

*SUMMARIA.*

*Duobus relictus eſt uſusfructus alternis annis, uter primo anno habeat? nu. 1.*

Ex

*Ex duobus præſentatis uter confirmandus?* 2.
*Legatum propter incertitudinem vitiatur* 3.
*Uſufructuarius proprietatem emendo uſumfructum non retinet.* 4.
*Sed proprietatem iterum vendendo uſumfructum recuperat.* 5.
*Si Colono relictus eſt uſusfructus, quid hæres ipſi reſtituere debeat?* 6.
*Quando fructus intelligantur non deductis expenſis?* 7.
*Quare combuſtis ædibus uſufructuarius totus pereat uſusfructus, non verò in uſufructu omnium bonorum?* 8.
*Quid ſi uſusfr. omnium immobilium relictus?* 9.

1 IN *princ.* hæc facti ſpecies habetur: Titius & Sejus
alternis annis habere debent uſumfructum, quis
primo anno? Res non eſt obſcura. quod ordinem
ſcripturæ debeamus ſequi, quod *ex hac L* probare ſo-
lent. *Decius in L. in Teſtamen. n.12. C. de Teſt. mil. Dn.
Tabor. in Bars. l. 13. tit. 30. ax. 7. Zæſ. conſ. 13. num 15.*
2 *vol. 2. Ex hoc princ. Legis* colligunt, quando duo ſunt
præſentati alternative, & ſint paria cætera, primum
eſſe confirmandum in dubio, quod de Adſeſſoribus
3 præſentatis tradit *Blum. de jure Cam. t. 7. §. 34.* Dein-
de dicitur *in princ.* ob incertitudinem Legatarios ſe
ipſos impedire, quia Legatum vitiatur per incertitudi-
nem. *Hippol. de Marſil. ad Rubr. de Probat. nu. 390.
Tabor. d. tr. l. 9. 28. ax. 4.*
4 Demum *in princ. hujus legis* 34. quæritur, ſi alter-
ter ſcil. Sejus proprietatem emerit ab hærede, an re-
tineat legatum uſusfructus? Quod negatur, quia jam
habet plenam proprietatem ſeu plenum dominium, res
ſua ſibi ſervire nequit. Sed pone, Sejum proprieta-
tem iterum poſtea vendere, an recuperat uſumfru-
5 ctum? Quod non videtur, quia ſemel amiſit. Sed
affirmatur, quia ſi alternis annis relinquatur uſusfru-
ctus & ſingulis annis recurrentibus novus eſt uſusfru-
ctus.
6 *Ad §. 1. In hoc §.* proponitur, quis ſuo colono re-
liquit uſumfructum: hic colonus poſt mortem Teſta-
toris agit cum hærede, ut ſe liberet ab obligatione
penſionis, & reſtituat ſibi impenſas in culturam fundi,
7 imo in fructus factas. *Ex hoc §.* colligunt: Licet aliàs
fructus non intelliguntur, niſi deductis expenſis *per
l. 7. ff. ſol. matr.* Autor *ad L. 7. nu. 4. 5. C. h. t.* id ta-
men exceptionem pati in diſpoſitione hominis: nam
ſi ibi reperiantur fructus extantes vel pendentes, il-
lud intelligi, non deductis expenſis. *Capyc. dec. 20.
num. 16. Tiraq. de Retr. Conſang. §. 15. gl. 1. num. 18.
& quos refert P. Barboſa in l. 7. num. 22 ff. ſol. matr.
Franzk. lib. 3. Reſol. 18. num. 6. & ſeq.* ubi *hunc §.* ſo-
lennem textum vocat, ut ita ſuperior regula ad diſpo-
ſitiones Legum ac ſtatutorum reſtringenda ſit. Autor
*L. 1. num. 3. C. de Fructib. & Lit. Expenſ.*
8 *Ad paragrap. fin.* Quando ædium uſusfructus le-
gatus eſt, combuſtis ædibus perit totus uſusfructus,
ſed ſi omnium bonorum Uſusfructus legatus ſit, areæ
tamen uſusfructus competit, quia in prima ſpecie tota
forma mutata, in ſecunda non: vel qui legat univerſi-
tatis uſumfructum, certam rem non reſpicit. *Caſt. de
Uſufr. c. 72. num. 11. Donell. l. 10. c. 18. lit.* A. Exin-
de deducit *Caſtillo d. l. & Surdus conſ. 26. num.* 11. li-
9 cèt non omnium bonorum uſusfructus legatus ſit, ſed
tamen univerſitas, v. g. uſusfructus omnium immo-
bilium, quod tunc etiam deciſio *hujus legis* locum ha-
beat. Et licèt ædium pars maneat, area ſcil. ea tamen
ædium nomen non meretur. Sed alium in Servit.
realibus, de quibus ſuo loco, & videatur *Caſtillo d.
l. num. 15. &c.*

## ad L. Si uſusfructus. 35.

### *SUMMARIA.*

*Si hæres in fraudem uſufructuarii tardius adit hæreditatem, ob id tenetur.* n. 1.
*Servus, qui finito uſufructu liber fieri debeat, æſtimationem ejus præſtante hærede, liber non fit.*

1 HÆres ea mente & ita intentione tardius adit
hæreditatem, ut eo tardius ego, cui uſusfructus
legatus eſt, ad perceptionem veniam, & ipſe fru-
ctus percipere interim poſſit, hoc ipſum præſtabit hæ-
res.
2 *In §. 1.* proponitur hæc ſpecies. Teſtator mihi
uſumfructum ſervi ſui Stichi legat, ita ut finito uſu-
fructu ſervus debeat eſſe liber. Hæres non ipſum
ſervum vult. præſtare, ideoque æſtimationem legati
præſtat, quæritur, an Stichus jam ſtatim fiat liber? Vi-
detur, quod ſic, quia deſiiſſe videtur uſusfructus etiam-
ſi pertinere ad me nunquam cœperit. *l. 3. §. 1. ff. Uſu-
fruct. quemadmodum caveat.* Sed negatur, imo expe-
ctandum eſt tempus, quo per mortem meam vel de-
minutionem capitis aliàs finiretur uſusfructus, quia
æſtimationem uſusfructus habeo, & ſic in effectu utor,
fruor.

## ad L. Qui uſumfructum. 36.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi Teſtator areæ uſumfructum mihi leget, & poſtmodum ipſe in illam ædificet?* nu. 1.
*Sublata domo, ejus uſusfructus non debetur.* 2.
*An ſcyphorum uſusfructus legatus, redactis iiſdem à Teſtatore primo in maſſam, & poſtea iterum in priſtinam formam, debeatur?* 3.
*Stipulatio nudam à defuncto proprietatem plenum dominium hæres præſtare tenetur.* 4.
*Declaratur hoc exemplo.* 5.
*In quantum propter moram ratione ſervi fructuarii teneatur?* 6.

1 IN *princ.* tria habentur, 1. Teſtator mihi legat uſum-
fructum areæ, poſtea verò in illa area domum ædi-
ficat, quæ domus tamen vivo adhuc Teſtatore cor-
ruit, quia ergo mortuo Teſtatore eſt area, utique
2 ejus uſusfructus mihi debetur. 2. Si reliquit mihi uſum-
3 fructum domus, ſi domus, corruit, nec areæ uſusfru-
ctus debetur. 3. Si ſcyphorum uſumfructum mihi le-
gavit, poſtea verò Teſtator ſcyphos conflat & in
maſſam redigit, tandem verò iterum ſcyphos ex maſ-
ſa eadem fecit, quæritur, an horum ſcyphorum no-
vorum uſusfructus mihi debeatur; Quod affirman-
dum videtur, quia eſt eadem materia & eadem forma.
Sed nimis ſcrupuloſe JCtus hoc negat, quaſi non
iidem ſcyphi eſſent, quos Teſtator legavit.
4 *In §. 1.* proponitur hic caſus. Stipulatus ſum à Ti-
tio proprietatem nudam fundi. Poſtea moritur Ti-
tius, quæritur, quid mihi hæres præſtare debeat, an
nudam proprietatem, an verò plenum dominium;
Et reſpondetur poſterius, quia in dubio Titius ſibi
reſervaſſet uſumfr. ad dies vitæ. Nam non poteſt fa-
cile fingi, quod hæc fuerit mens Titii, ſibi & hæ-
5 redibus ſuis reſervare uſumfructum, niſi hoc expreſſe
dictum. Declaratur hoc alio exemplo. Teſtator mihi
legat proprietatem hujus prædii deducto uſufructu:
Hæres, antequam ego peterem, moritur. Hujus hæ-
res hæredi plenum dominium tradere debet, quia
uſusfructus hæredi primo reſervatus videtur. Idem ſi
Teſtator mihi legavit fundi proprietatem deducto
uſufructu, ſi navis ex Aſia venerit, pendente condi-
tione moritur hæres, mihi debetur dominium ple-
num.
6 *In §. 2.* proponitur hic caſus. Legatus mihi eſt
ſervi uſusfructus, ſed hæres in mora eſt, & detinet
ſervum per tres menſes eundem, donec ſervus mo-
riatur, lapſis tribus menſibus à tempore moræ, hoc ca-
ſu præſtabit mihi hæres æſtimationem uſusfructus
trium menſium. Eodem modo ſi ego ceu uſufructua-
rius moriar, interim ejus temporis æſtimationem
præſtabit hæres meo hæredi.

Ad

## ad L. Quæſitum eſt. 37.

*SUMMARIUM.*

*Promiſſor propter moram ad fructus tenetur vel eorum æſtimationem?*

A Legato tranſit JCtus ad ſtipulationem. Stipulor à te uſumfructum fundi ad decennium. Per integrum quinquennium me fruſtraris & in mora es, ne mihi tradas, quæritur, an iſtius quinquennii fructus vel eorum æſtimationem mihi tenearis præſtare? Videtur, quod non, quia ſtipulatio eſt contractus ſtricti juris, in quo non veniunt fructus. Sed reſp. niſi ipſi fructus in ſtipulationem veniant, ut hic fit in ſtipulatione uſusfructus. Idem eſt ſi decem annorum operas ſervi tui ſtipulatus ſim.

## ad L. Non utitur. 38.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo Uſusfructus non utendo amittatur?*

USufructuarius amittit uſumfructum, non utendo per decennium. de quo *infra tit.* 4. Autor *ad L. 16. n. 3. C. de Servitut.* Sed pone, me vendidiſſe uſumfructum vel locaſſe, vel donaſſe, ſi per decennium non uſus fuerim, an tunc etiam amiſerim? Reſpondetur, tunc non utendo amitti uſumfructum, ſi nec ipſe, nec alius ejus nomine utatur. Imo ſi vendiderit fructuarius uſumfructum, & emtor non fuerit uſus fructibus non tamen amittitur uſusfructus, quia fructuarius pretio utitur loco fructuum *leg. ſeq.* Imo ſi quis quaſi negotium meum gerens uſus fuerit uſufructu, non amittitur uſusfructus, quia non ſuo, ſed uſufructuarii nomine percepit fructus. Unde probabiliter colligi poſſet. ſi alius pro me vectigal ſolverit, quaſi negotium meum gerens, quod tunc merces meæ non cadant in commiſſum.

## Ad L. Quod ſi. 40.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo differant venditio uſusfructus & ejuſdem donatio?*

IN *hac lege* conſtituitur differentia inter venditionem uſusfructus, & ejuſdem donationem. Si vendidero uſumfructum, licet emtor non utatur, retineo tamen uſumfructum, quia utor pretio. At ſi donaverim & donatarius non utatur, amitto uſumfr. Cur ſic? quia nihil habeo, quo utar, ut in venditione.

## ad L. Statuæ. 41.

*SUMMARIA.*

*An ſtatuæ & imagines ſint in uſufructu & quomodo. n. 1.*
*Etiam ſterilium fundorum uſusfructus legari poteſt.? 2.*

IN *hac l.* quæritur, an ſtatuarum & imaginum uſus-
1 fructus ſit? Et affirmatur, ſed quæreret aliquis, quis
fructus ſtatuarum? Reſp. Acc. ſi quilibet viſurus ſtatuam
daret nummum. Sicut Florentiæ videre volens
Leonem, id in medio relinquo. An etiam ſterilium
2 fundorum uſusfructus legari poſſit, ubi expenſæ cul-
turæ ſuperant fructus? Videtur, quod non; quia nulla
hujus fundi utilitas: Sed affirmatur, quia 1. aliquem
fructum tamen fert, licet minorem expenſis. 2. Poſ-
ſet à fructuario ejuſque opera fertilius reddi.

## ad L. Si alii uſus. 42.

*SUMMARIA.*

*Fructuarius percipit omnia commoda, niſi quid à Teſtatore detractum. num. 1.*
*Quid interſit omnium bonorum uſumfructum, & omnium bonorum æſtimationis uſumfructum eſſe legatum? 2.*



1 SI Teſtator uſumfructum alicui leget, Fructuarius omnia commoda habebit, niſi Teſtator quid detraxerit, ut ſi uni uſum, alteri fructum legavit; id enim percipit fructuarius, quod uſuario ſupereſt, ut tamen & ipſi fruendi cauſa uſus ſuperſit, *hic & l. 14. §. pen. & ſeq. de uſu & habit. Donell. l. 10. c. 7.* Nec obſt. *l. 5. §. 2. ff. Uſufructuarius quemadmodum caveat*, quia ibi dicitur fructum non uſumfructum legatum eſſe. *Vid. Hill. d. c. 7. lit. A. & Bach. d. diſp. 16. th. 8. lit. D.*

2 *In §. 1. Legis hujus* 42. habentur duæ ſpecies inter ſe collatæ, prima hæc eſt: Legavit Teſtator mihi uſumfructum omnium bonorum; & præterea Legavit etiam mihi proprietatem fundi alicujus. Altera ſpecies eſt: quod juſſerit Teſtator æſtimari omnia bona ſua, & æſtimationis hujus uſumfructum mihi legat, & præterea fundi alicujus proprietatem, quæritur, quid inter hæc duo interſit? Reſp. in prima ſpecie deducendus eſt fructus prædii ipſius legati, quia res ſua nemini ſervit: *L. 5. pr. ſi uſusfr. pet.* & *L. 26. de S. U. P.* Sed in ſecunda ſpecie ab æſtimatione non deducitur fundus legatus, ſed videtur idem his legari, ſcilicet fundus, cujus proprietas, ut ſimul ejus æſtimati fructus legentur.

## ad L. Etiam partis. 43.

NOn tantùm omnium bonorum, ſed & partis bonorum uſusfructus legari poteſt. Quando pars non definita, dimidia intelligitur. *Vid. Barb. loc. lib. 14. c. 3. ax. 6.*

## ad L. Uſufructuarius. 44. & 61.

*SUMMARIA.*

*Fructuarius nihil de novo ædificare valet, melius etiam repoſiturus. num. 1.*
*Quod ampliatur. 2.*
*Proprietarius, qui nullum intereſſe, id impediendo, allegare poteſt, non auditur. 3.*
*Annon extruere poſſit lapidicinas? 4.*
*Annon ædificium extruere? 5.*

FRuctuarius nihil de novo ædificare debet, etiam
1 melius repoſiturus, niſi velit uſufructu privari:
aliud vero eſt, ſi velit tueri, quod accepit. Quod
2 extenditur *in l. 61. h. t. Ex quibus duabus Legibus* ap-
patet triplex ampliatio. (1) Ne quidem in melius poſ-
ſe mutare uſumfructum. (2) Ne quidem à defuncto
inchoata perficere. (3) Ne quidem, ſi aliter uſufructu
uti non poſſit; quorum omnium ratio fluit ex ratione
juris, quod non conſiſtat uſusfructus, mutata rei for-
ma. *Pinellus plures citans ad l. 1. C. de bon. mat. p. 2.
numer.* 53. ubi *num.* 53. excipit patrem in adventitiis.
Et rationem *Pinelli* ſupra allegatam probat etiam
*Caſtillo c. 53. num. 16. conf. tamen Hillig. l. 10. lit.* F. Li-
cet in tertia ampliatione aliàs omnes contrarium dice-
rent. *arg. l. 2. ff. de juriſd.* & merito ex æquitatis ſum-
ma ratione contrarium dicendum, de *quo ſupra ad*
3 *l. 8.* & ſane proprietarius hoc caſu vix aliquod intereſſe
allegare poſſet; & ſine intereſſe litigans merito à foro
cum canibus arcendus. Ideoque multæ inanes tricæ
hic apparent. Sed obſtare videtur *L. 13. §. 5. h. t.*
ubi lapidicinas exſtruere poteſt. R. ſed ita, ſi agricul-
turæ non noceant, atque ſic forma non mutetur. Vid.
*Caſtillo c. 33. num. 23. & ſeq.* Obſtat etiam *d. l. 13. §.
6.* Sed ibi de ædificio ad fructus percipiendos poſito,
cujus magnus favor. *Donell. l. 10. c. 10. in fine & ibi
Hill. ac Pinell. d. p. 2. num. 54.*

## ad L. Sicut. 45.

### SUMMARIA.

*Impendia in certitudinem ſervi fructuarii facta, uſufructuario ferenda ſunt. nu. 1.*
*Limitatur. 2.*

1 IMpendia in valetudinem & curam ſervi fructuarii, ab uſufructuario facta, uſufructuario ferenda, quis
2 etiam cibaria ſervo tali ſuppeditare tenetur. Sed de impendiis modicis intelligendum: quid enim ſi morbo inveterato laboret ſervus, antequam eo frueretur uſufructuarius? Ideoque magnæ impenſæ ex parte, ſi non in totum, ad proprietarium pertinebunt.

## ad L. Si extraneo. 46.

### SUMMARIA.

*Filius à patre præteritus, matri, cui ſola fundi proprietas erat relicta, plenum dominium obtenta cauſa reſtituere tenetur. n. 1.*
*Res in uſumfructum legata refectio ad hæredem pertinet. 2.*

1 PAter filium emancipatum præteriit, extraneum inſtituit, matri ſuæ proprietatem ſolam fundi hujus reliquit. Filius petit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & obtinuit, quæritur, an matri nuda proprietas fundi præſtanda? Videtur quod ſic; quia nuda proprietas ipſi legata; Sed reſpondetur, matrem debere habere plenum dominium, proprietatem cum uſufructu. Nam Teſtator voluit, fundi Uſumfructum pertinere ad hæredem extraneum inſtitutione, qui cum non ſit in effectu, ſed filius emancipatus, & filio non ſit reſervatus uſusfructus, exinde ſequitur proprietatem & uſumfructum jure conſolidationis ad matrem pertinere, quia hæres extraneus, cui reſervatus erat uſusfructus pro mortuo habetur, quam deciſionem juvat pietatis reſpectus.

2 *In* §. 5. dicitur, quod rei in uſumfructum legatæ refectio ad hæredem pertineat, & hic ex Teſtamento conveniri poſſit, ſi hoc onus Teſtator ei impoſuit.

## ad L. Quod. 47.

### SUMMARIUM.

*Hæres propter rem uſufructuariam non refectam, tenetur legatarii hæredibus.*

TEſtator injunxit hæredi, ut rem, cujus uſumfr. Titio reliquit, hæres reficeret. Sed hæres non reficit, ideoque Titius non potuit uſufructu frui, poſt biennium moritur Titius, quæritur, an Titii hæres intereſſe non refecti fundi pro tempore præterito ab hærede petere poſſit! Quod affirmatur & eſt per ſe planum.

## ad L. Si abſente. 48.

### SUMMARIA.

*Ad modicam refectionem uſufructuarius tenetur. n. 1.*
*Hæres tamen eo abſente erogatas modicas expenſas repetit. 2.*
*Uſufructuarius etiam immaturos fructus percipiendo ſuos facit. 3.*
*Quomodo hodie ligna immatura cadere poſſit? 4.*

1 MOdica refectio rei pertinet ad uſufructuarium,
2 & ejus onus eſt. Abſente igitur eo, cui uſusfructus legatus, hæres interim modicas impenſas facit in re reficienda, & quidem, animo gerendi negotium abſentis fructuarii, quæritur, an repetere poſſit expenſas modicas erogatas? Quod negandum videtur, quia ſibi in futurum proſpicere videtur, ob ſpem redituri uſusfructus ad proprietatem. Sed affirmatur, quia pro tempore præſenti alienum negotium geſſit, idque ſatis declaravit. Si verò uſufructuarius paratus ſit relinquere uſumfructum, tunc non tenetur ad reſtitutionem expenſarum hic *& l. 64. h. t.* Autor *ad L. 7. num. 6. 7. C. h. t.*

3 *In* §. 1. agitur de uſufructuario, qui immaturos fructus cædit & percipit, quod immaturos fructus, & ligna immature cæſa ſua faciat. Sed quod de lignis
4 immature cæſis dicitur, ita puto moribus noſtris declarandum, ut tamen fructuarius ratione deteriorationis teneatur, nam valde nocet ſaltibus & ſylvis, ſi arbores immature cædantur.

## ad L. Si mihi. 49.

### SUMMARIUM.

*Quomodo duo certi fundi uſumfructum à duobus hæredibus petere poſſint?*

TEſtator ſcriptis duobus hæredibus, fundi certi uſumfructum mihi, & tibi reliquit: Quæritur, à quonam meam dimidiam debeam petere? Reſpondetur, hujus dimidiæ partem mediam me petere debere ab uno hærede, & alteram mediam partem ab altero hærede, quod eſt planum.

## ad L. Titius. 50.

### SUMMARIUM.

*Quomodo legatarius partem uſusfructus reſtiturus impenſas repetere poſſit?*

TItius mihi fundum certum legavit, ſed ita, ut partis dimidiæ uſumfructum Meviæ præſtarem. Ego, priuſquam reſtituam, horreum collapſum reædifico, quæritur, an Mevia pro parte ſua dimidiam partem expenſarum reſtituere teneatur? Quod affirmatur, quia pro parte dimidia in commodum uſufructuariæ hæ impenſæ factæ, & ſi non reſtitutis impenſis uſumfructum conſtituerim, datur mihi actio negotiorum geſtorum, *l. 48. pr. h. t.* aut poſſeſſio condicetur condictione incerta *l. 40. §. 1. ff. de Condict. indeb.*

## ad L. Titio. 51.

### SUMMARIUM.

*Uſusfructus in tempus mortis legari nequit.*

VSusfructus non poteſt legari in id tempus cum morteris, ſiquidem tunc finiretur uſusfructus, ſi antea eſſet conſtitutus, quia non debet actus incipere ab eo caſu, quo debet finiri. *hic & l. 5. ff. de uſufr. leg. l. 76. de jure dotium. l. 4 C. de Donat. ante nupt. l. 17. ff. de Manumiſſ. Teſtam.* Autor. *ad L. 9. num. 3. C. de hæred. inſtit.*

## ad L. Uſufructu. 52.

### SUMMARIUM.

*Cur uſufructuarius tributa ſolvere teneatur?*

TRibuta ſunt onera fructuum, ergo ab uſufructuario ſunt ſolvenda. *vide nota.* Dni Autoris *ad l. 27. §. 3. h. t. num. 4.*

## ad L. Si cui. 53.

### SUMMARIUM.

*Collapſa parte domus fructuariæ, ejus uſusfructus non perit.*

DOmus alicujus uſusfructus mihi relictus, maxima pars domus collapſa, pauxillum reſtat. Si tota domus collapſa eſſet, finitus eſſet uſusfructus. Sed quia pars reſtat, per eam totius areæ ac ſoli uſusfructus retinetur. *hic & l. 22. §. fin. C. de Agric & cenſ. ubique* Autor *nu.*



Digitized by Google

## ad L. Sub conditionē. 54.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi fundus vendatur, cujus uſusfructus ſub conditione relictus?*

Teſtator mihi legat uſumfructum certi fundi ſub conditione aliqua, poſt mortem Teſtatoris hæres ejus vendidit proprietatem ejus fundi deducto uſufructu, quæritur 1. ſi conditio extiterit, & ego habuerim uſumfructum, ſed puſtea amiſerim? Reſp. uſusfructus conſolidatur cum proprietate, & emtor proprietatis habet plenum dominium. Sed quæritur 2. ſi conditio defecerit, ad quem pertinebit uſusfructus? Et reſp. ad hæredem, quia ab illo legatus eſt uſusfructus; Ergo ex intentione Teſtatoris manet penes hæredem, niſi in emtione exceptus uſusfructus, Legatarii cauſa. &c.

## ad L. Si infantis. 55.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo infantes uſus eſſe poſſit?*

Servi, qui adhuc infans eſt, uſus vel uſusfructus mihi relictus eſt, quæritur, an valeat legatum? Videtur quod non; quia infantis quis uſus eſſe poterit? Reſp. affirmatur, quia, cum adoleverit, incipit illius eſſe uſus, vel uſusfr. notetur, verbum *tantummodo* eſſe JCti, non Teſtatoris.

## ad L. An uſusfructus. 56.

*SUMMARIA.*

*Uſusfructus morte finitur. n. 1.*
*Quomodo pereat civitati relictus? 2.*
*Terminum longævæ vitæ eſſe centum annorum, quomodo intelligatur? 3. & ſeqq.*
*In uſufructu ſi de hærede actum, ad primum reſtringendum. 6.*

1 Morte naturali fructuarii finitur uſusfructus. Autor *ad L. 10. num. fin. C. h. t.* Quod uti certiſſimum, ita rationem præbet multis legibus, v. g. Legi, *hæres meus. 79. §. quamvis. 3. de Cond. & demonſtr.* quia ibi confertur in id tempus, quo extingui debet. *Caſtillo c. 61. num. 15.* Eadem ratio *l. 24. §. 1. de leg.*
2 1. Sed quia Civitas vix perire poteſt, ideo placuit, ut longiſſimo humanæ vitæ ſpatio etiam uſusfructus civitati relictus periret. *Hic & l. 8. ff. de Uſufr. leg. Barry d. t. 34. num. 44. Wiſſenb. ad tit. quib. mod. Uſusfr. amit. & Manzius num. 130. Cujac. lib. 15. obſ. 12. Franzk. ad tit. quib. mod. uſusfr. amit. in fin.* Idem in Eccleſia
3 *Hill. l. 10. c. 17. lit. B. & ſeq.* Collige, vitæ longævæ hominum terminum eſſe centum annorum. Autor *ad L. 23. num. 3. & 12. ſ. C. de SS. Eccleſ.* Sed exinde non ſequitur præſumi hominem centum annos vivere, *Wiſſenb. Exerc. 43. th. 16.* Nam præſumtio debet fieri
4 ſuper iis, quæ ut plurimum fiunt. Sed præſumtio de hoc tantum effectu intelligenda, ut ante centeſimum annum non poſſit certo mors præſumi, ut hæredi detur hæreditas, ut explicat *Bach. ad Tr. vol. 2. diſp. 4.*
5 *th. 12.* Alias pronior ſum in eam ſententiam, quod jura non præſumant vitam centum annorum, ſed terminum tantum longiſſimæ vitæ conſtituant. *Vid. Menoch. lib. 6. præſumt. 49. licet diſſentiat Finkelth. obſ. 100. qui num. 14. plures citat, ut Maſcardum, Menochium*
6 *ſibi contrarium & alios.* Autor *ad L. 23. num. 3. & 12. C. de SS. Eccleſ.* Ideoque etiamſi actum, ut in hæredem tranſiret, de primo tantum hærede id interpretatur Imper. *in L. Antiquitas. C. h. t. ubi vid.* Dni Autoris *notam ad d. L. num. 5. & Caſtillo d. c. 61. nu. 24. & ſeqq.*

## ad L. Dominus. 57.

*SUMMARIA.*

*Reſtituta proprietate uſusfructus remanet. n. 1.*
*Reſponſio ad obſtantem legem. 2.*
*Quid jure noviſſimo obtineat? 3.*
*Uno ex libertis, quibus certi prædii uſusfructus erat relictus, mortuo, ejus portio cæteris non accreſcit. numer. 4.*

1 Habui jam ante uſumfructum certi prædii, cujus proprietatem mihi legat Titius. Sed quia Titius filium juſte exhæredavit, ideoque hic movet querelam inofficioſi teſtamenti, & obtinuit pro ſe ſententiam, & ideo reſtituere cogor proprietatem, quæritur, an retineam uſumfructum? Videtur quod non, quia conſolidatione antea extinctus fuit uſusfructus. Sed quia expugnato Teſtamento omnia in eo ſtatu ſunt quaſi nunquam accepiſſem quicquam ex Teſtamento *per l. qui repudiantis 17. §. ult. de inoff. Teſtam.*
2 Nec obſtat *l. ſi tibi. 17. ff. quibus modis uſusfr. amit.* quia *in illa lege* vere extinctus fuit uſusfructus conſolidatione, *hic* non. Nec condemnatio hîc prodeſt mihi, quia uſumfructum antea habui & Teſtamentum evacuatum. Sed jure noviſſimo hæc deciſio non
3 valeret, quia hodie querela legata non infirmat; Sed ſolam inſtitutionem.
4 *In §. 1.* Habetur hæc ſpecies: Teſtator libertis ſuis per fideicommiſſum reliquit certorum prædiorum uſumfructum cum hac adjectione (*ob alimenta:*) igitur ab hæredibus præſtantur libertis ad alimenta
5 fructus. Poſtea unus ex Libertis moritur, quæritur an ejus portio cæteris libertis adcreſcat? Quod affirmandum videtur, *ob tit. ſeq.* Sed negatur, nam ſi illa verba (*ob alimenta*) non fuiſſent adjecta, jus adcreſcendi locum haberet, ſed ex hoc additamento apparet, Teſtatorem voluiſſe non plus quemlibet libertum habere debere, quam ut vitam ſuam toleraret. Ergo portio mortui ad hæredem, recurrit.

## ad L. Defuncta. 58.

*SUMMARIA.*

*Si Fructuarius, agro locato, moriatur, quantam penſionem tranſmittat, ſi ante ſolutionis terminum, omnes fructus collecti ſint? 1. & 4.*
*Quare penſio tota Fructuarii ſit, ſi fructus in prædio ruſtico collecti, ſecus ſi in urbano? 2.*
*Quid de decimis, cenſibus? 3.*
*Quando certa pars fructuum quotannis legatur, an uſusfructus ſit? 5.*
*An ſi pars ſexta fructuum legata ſit, eadem quotannis præſtanda? 6.*

1 Species facti eſt: Uſufructuaria agrum locaverat colono, colonus fructus perceperat menſe Octobri, penſio ſolvenda erat menſe Martio ſequentis anni; uſufructuaria moritur menſe Decembri, & ſic diu ante terminum ſolvendæ penſionis, & tamen tranſmittit integram penſionem in ſuum hæredem; Autor *ad C. t. de Primipilo. n. 8.* quia ante mortem percepti fructus à Colon. *Hartm. Piſtor. p. 1. q. 24. num. 21.* Si
2 ergo locavit rem fructuarius, & conductor fructum percipit, penſio tota fructuarii eſt, ſi ſcil. fundi fructus ſemel colligantur, ut in prædio ruſtico: aliud in conductione ædium, ubi penſio debetur pro rata temporis, quo ſtetit uſusfructus *L. 26. h. t. Donell. lib. 10. c. 9. lit. B. & ibi Hill. Vid. Cujac. ad h. t. P. Barb. ad L. divortio. pr. p. 2. numer. 25. Caſtillo c. 77. nu. 20. & ſeq. ff. ſol. matr. Wammeſ. cent. 2. conſ. 29. num. 3. & cent. 5. conſ. 81. numer. 1. Bach. diſp. 16. th. 18. lit. D. Struv. ad h. t. numer. 19.* Autor *ad L. 5. nu. fin.*
3 *C. h. t.* ubi idem dicit de cenſibus, decimis, quia
4 ratione juris in re percipiuntur. Sed ſi colonus mortuo fructuario nihil perceperit, jus percipiendi non habet, extincto jam uſufructu.

5 *Ad* §. 1. Quando pars certa fructuum, & quidem
non omnium, ſed certi frumenti legetur, non intelli-
gitur uſusfructus, ſed hæres tenetur certam partem
fructuum Legatario ſolvere: quia ſi uſufructuarius
eſſet, omnes fructus lucraretur, & ſi certam partem
fructuum omnium percipere potuit, eſſet fructuarius
pro parte. Sed quia certa ſpecies fructuum deſignata,
ſcilicet oletia & porrinæ, uſusfructus eſſe nequit. *Do-
nell. l. 10. c. 5. & ibi Hill. lit. G. & Connanus l. 4. c. nu.
4. Caſtillo c. 29. num. 25. Pinel. ad L. 1. C. de bon.mat.
p. 2. num. 13.*
6 *In* §. 2. *hujus legis* 58. quæritur, ſi Teſtator mihi le-
gaverit partem ſextam fructuum, an illam partem
quotannis præſtare debeat, an verò ſemel præſtitiſſe
ſufficiat? Et illud affirmatur, niſi hæres probaverit, te-
ſtatoris hanc mentem fuiſſe, ut ſemel tantùm præſte-
tetur.

## ad L. arbores. 59.

### SUMMARIA.

*Arboribus vi dejectis alias ſubſtituere fructuarius non tenetur. 1.*
*Penſio fundi locati ſpectat ad uſufructuarium. 2.*
*Si verò id ſpecialiter non dictum, ſpectat ad heredem. 3.*
*Uſufructuarius conductorem poteſt expellere. 4.*
*Arundo caſa quomodo ad uſufructuarium pertineat? numer. 5.*

1 QUi habet uſumfructum ſylvæ, & quædam ar-
bores vi tempeſtatis dejectæ ſint, illis ſubſtitue-
re fructuarius alias arbores non tenetur, quia hæ ar-
bores vi dejectæ non adquiruntur fructuario, ſed pro-
prietario, & hic caſus à vi externa contingit, à re pro-
ficiſcitur. *conf. Donell. l. 10. c. 13. lit. C. & D.*
2 *In* § 1. agitur de agro à Teſtatore illo tibi locato,
cujus uſumfructum mihi legavit, ad quem penſio il-
la pertineat? Et reſpondetur, ad me, quia omne,
quod ex fundo naſcitur, ad uſufructuarium pertinet,
3 ſi modo hoc ſpecialiter dictum. Sed quid ſi non ſit
ſpecialiter dictum, tunc penſio debetur hæ-
redi. Sed ut emtor conductorem poteſt expelle-
4 re, ita & ego conductorem expellere poſſum, niſi mi-
hi penſionem ſolvat; niſi ſpecialiter penſio ſit excep-
ta, & dictum, ut hæres eam penſionem recipiat, quo
caſu expellere non poſſum. Autor *ad L. 54. num.
4. 5. & 6* ff. *Locati Cond.*
*In* §. 2. dicitur, arundinem cæſem, ſi in ea etiam
5 utilitas prædii conſiſtat, & ſoleat cædi, ad uſufructua-
rium pertinere.

## ad L. Cujuſcunque. 60.

### SUMMARIA.

*Dejecto aut ſpoliato uſufructuario omnia cum fructibus ſunt reſtituenda. n. 1.*
*Quid ſi verò medio illo tempore jus, quod in fundo habuit, amiſit? n. 2.*
*Actio confeſſoria pro uſufructu contra Dominum, & non dominum datur. 3.*
*Quid ſi fundus, cujus uſusfructus mihi legatus, à tertio poſſideatur? 4.*

LEgatus mihi eſt fundi certi uſusfructus. Et cum in-
1 trare vellem, non ſum admiſſus, vel ſum etiam
dejectus e poſſeſſione, & ſimul ablata omnia mobi-
lia à me in fundum illata, quæ procul dubio reſti-
tuendæ ſunt cum fructibus medio tempore perceptis,
2 aut percipiendis. Sed quid ſi medio tempore amiſerim
jus illud, quod in fundo habui, forte quia capitis
deminutionem paſſus ſim? Et hoc caſu de fructibus
uſque ad tempus amiſſi uſusfructus agere poſſum.
3 *In* §. 1. dicitur, actionem confeſſoriam pro uſufru-
ctu conſtituto dari non tantùm contra Dominum,
ſed & contra eum, qui non eſt Dominus; Sed pone,
4 mihi eſſe legatum uſumfructum, & fundum poſſi-
deri à tertio, contra quem agit hæres rei vendica-
tione, & ego confeſſoria? Et tunc diſtinguitur, an
uterque confiteatur, me eſſe uſufructuarium, & de-
bet mihi reſtitui uſusfructus, aut uterque diffiteatur,
mihi competere uſumfructum, & differenda eſt re-
ſtitutio, ſed poſſeſſor cavere tenetur de reſtituendis
fructibus.

## De Lege 61. vid. Not. ad L. 44.

## ad L. Uſufructuarium. 62.

### SUMMARIA.

*Uſufructuarius in fundo fructuario etiam venari poteſt. num. 1.*
*Quas feras vivarii uſumfructum habens mactare poſſit? 2.*

1 IN *hac lege* 1. *quæritur in princ.* an uſufructuarius
poſſit venari in eo fundo, in quo habet uſumfru-
ctum? Quod affirmatur, quia & jure gentium ſuas
facit feras, quia nullius ſunt & occupantis fiunt, §.
12. *J. de Rer. diviſ.* & jure civili, quia habet uſum-
fructum.
2 Deinde *in* §. 1. quæritur, ſi mihi vivarii uſusfru-
ctus ſit conſtitutus, an poſſim feras incluſas capere &
mactare? Reſp. de iis feris, quas fructuarius incluſit,
vel quæ durante uſufructu delapſæ in vivarium, nul-
lum eſt dubium, ſed & de feris, quæ tempore tra-
diti uſusfructus incluſæ erant? Idem affirmatur, ſi
modo eundem numerum, qui tempore traditi uſuſ-
fructus fuit, præſtet, quia non poſſunt alias dignoſ-
ci illæ quæ noviter inciderunt à veteribus. Et ſic ob
difficilem diſcretionem aliquid fit, quod alias non
fieret.

## ad L. Quod noſtrum. 63.

### SUMMARIUM.

*Plenum dominium qui habet, qualem uſumfructum habeat?*

QUi plenum dominium rei habet, is habet uſum-
fructum cauſalem, non vero formalem, qui
apud Dominum eſſe non poteſt, cum res ſua nemini
ſerviat. *L. 5. pr. Si uſusfr. pet.* Ergo ſi concedat mihi,
vel alii concedat uſumfructum formalem, transfert
ille id, quod ipſe non habet, dum ſeparat uſumfru-
ctum à proprietate *Caſtillo de uſufr. cap. 1. nu. 39.*

## ad L. Cum fructuarius. 64.

### SUMMARIA.

*Fructuarius uſumfructum cedens, liberatur ob onere quovis num. 1.*
*An idem in Vaſallo? num. 2.*
*An idem in domino cedente peculium ſervi? 4.*
*An idem in aqua pluvia arcenda? 5.*
*An Emphyteuta refutare Emphyteuſin poſſit? 6.*
*Quibus caſibus hoc locum? 7.*
*An renuncians uſui communis putei à refectione liberatur? 8.*

1 FRuctuarius, cum cedere vult uſumfructum, libe-
ratur ab onere, quod ſibi ob uſumfructum incum-
bit, v. gr. refectione, quia ſcil. ſolius fructuarii cau-
ſa conſtituitur uſusfructus *Carpz. p. 2. dec. 139. n. 18.* Au-
2 tor *ad L. 7. nu. 7. C. h. t.* idem in Vaſallo refutante
*Lib. 2. Feud. tit. 38.* quia vaſallus indefinite ad ſer-
3 vitia tenetur propter rem. Sic metuens litem poteſt
rem deſerere odio litis. *L. 4. §. 1. de Alien. judic. mut. cau-
4 ſa.* Et Dominus poteſt cedere peculio ſervi, ut tributo-
5 toriam evitet Actionem. *L. 8. §. 1. de Tribut. Act.* Sed in
aqua pluvia arcenda hoc non procedit, quia poſſeſ-
ſor ad onus ſuis ſumptibus faciendum tenetur. *L. 7.
pr. ff.*

6 *pr. ff. de Aqua pluv. arc.* Nec Emphyteutam poſſe refutare Emphyteuticum prædium, communiter receptum, quia Emphyteuta ad culturam & Canonem ſolvendum ſuam perſonam etiam obligavit, *per l. 3. C.*
7 *de fund. patrim. ibique* Autor *numer. 5. c. 3. de immun. Eccl. Roſenthal. de feudis c. 9. m. 1. concluſ. 50. num. 13. lit. G. & quos refert.* Ac ita deciſum teſtatur *Carpz. p. 2. dec. 139. num. 10. Et ſeqq.* id limitat, ſi juſta ſuperveniat cauſa; ut ſi res periit, aut ſi onus aucto nume-
8 ro Dominorum fiat importabile, vel quando Emphyteuta non ad certum canonem; ſed incerta ſervitia eſſet obſtrictus. Sane ſi quis vellet uſui putei communis renunciare, à refectione tamen ſe liberare is non poſſet. *Rom. ſing. 68. Cæpolla de ſerv. Vrb. Pr. cap. 47. Conf. Guido Papa dec. 444.*

## ad L. Sed cum. 65.

### *SUMMARIA.*

*Vſufructuarius de deterioratione tenetur. nu. 1.*
*Domum vetuſtam uſufructuario hæres reficere non tenetur. 2.*

1 SI fructuarius rem, in qua uſumfructum habet ſua vel ſuorum negligentia deteriorem reddidit, non poteſt ſe liberare cedendo fundum, quia ad modum boni patrisfamilias bene adminiſtrare debet rem. Sed
2 quæritur *in* §. 1. Si Teſtator domus vetuſtate corruptæ uſumfructum mihi legaverit, an hæres teneatur reficere prius? Quod negatur, quia legata videtur ut eſt, ſicut ſi proprietatem mihi legaſſet, hæres non teneatur reficere.

## ad L. Cum Uſufructuario. 66.

### *SUMMARIUM.*

*Qua actione uſufructuarius propter rem deterioratam à proprietario conveniri poſſit?*

SI uſufructuarius rem deteriorem fecerit, poteſt à Domino proprietaris actione Legis Aquiliæ conveniri, etiam actione ſervi corrupti, ſi ſervi animum corrupit vel actione injuriarum: ſi ſervum torquendo deteriorem fecit; res plana eſt.

## ad L. Cui Uſuſfructus. 67.

### *SUMMARIA.*

*Vſufructuarius uſumfructum alii vendere poteſt. n. 1.*
*Etiam invito Domino. 2.*
*An hic retractus locum habeat, remiſſive? 3.*

1 USufructuarius uſumfructum ſeu commoditatem uſusfructus alii vendere poteſt, ita ut emtor tamdiu fruatur, quamdiu fructuarius vivit. Autor *ad L. 2. num. 6. C. h. t. Et ad L. 9. numer. 3. C. h. t.* Et
2 hoc quidem etiam invito proprietario facere poteſt, ſcil. vendere, quod in Emphyteuta ſecus. Cæterum an in uſuſfructu vendito Retractus locum habeat, vid.
3 *Caſtillo de uſufr. c. 74.*

## ad L. Vetus fuit. 68.

### *SUMMARIA.*

*Partus ancillæ in fructu non eſt. 1.*
*Niſi etiam expreſſe ſit legatus. 2.*
*Secus in fœtu pecoris. 3.*

1 ANcillæ uſusfructus mihi legatus eſt, an partus ad me pertinet? Et negatur, quia partus hominis in fructu non eſt. Sed ſi non ancillæ tantùm, ſed
2 & partus uſusfructus mihi relictus, tunc utique partus meus eſt, non jure proprietatis, ſed uſusfructus in eo conſtitui, quia partus naſciturus legari poteſt. Sed aliud in fœtu pecorum, nam ſi gregis uſusfructus
3 ſit relictus, fœtus pecoris ad fructuarium pertinet cum onere tamen, ut ſubſtituat ex fœtu alia capita.

## ad L. Vel inutilium. 69.

### *SUMMARIUM.*

*Capita gregis demortua fiunt uſufructuarii & ſubſtituta proprietarii.*

INutilia vel demortua capita gregis deſinunt eſſe proprietarii, & fiunt uſufructuarii: E contrario ſubmiſſa vel ſubſtituta à fructuario capita ſtatim adquirunt proprietarii, & deſinit dominium fructuarii. *Vid. Donell. lib. 10. cap. 13. lit. G. Caſtillo de uſufr. cap. 27. num. 11.*

## Ad L. Quid ergo. 70.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi fructuarius non ſubſtituat? n. 1.*
*Quando fœtus ovium proprietarii, quando uſufructuarii ſit? 2.*
*Fœtus ante ſubſtitutionem perit fructuario. 3.*
*Subſtitutio ubi locum habeat? 4.*
*Quid ſi fœtus ante & poſt caſum fuerit editus? 5.*
*Quid ſit ſubmittere? 6.*

1 SI fructuarius non ſubſtituat capita ex fœtu, non tenetur domino proprietatis, qui agit ex cautione vel in factum.

2 *In* §. 1. dicitur, fœtum ovium, quando jam ſubmiſſus vel ſubſtitutus eſt, eſſe proprietarii, ſed ante ſubmiſſionem eſſe fructuarii, quod *ex l. 69.* clarum. Ex eo etiam perſpicue ſequitur *in* §. 2. ſi fœtus ante
3 ſubſtitutionem periret, eum fructuario perire, & hujus eſſe periculum, & ejus quoque eſſe commodum ſi quid commodi ex pecude mortua percipi poſſit.

4 *In* §. 3. Illud, quod de ſubſtitutione aliorum capitum dictum, declaratur, ut locum tantùm habeat, quando univerſitas fuit legata e. g. grex, non vero, ſi certus numerus legatus v. gr. centum oves, quæcunque moriuntur nihil eſt ſupplendum, quia rem tueri debet, ut accepit. *l. 44.* Grex autem ſubſtitutis aliis capitibus idem manet. *l. 22. de Leg. 1. Donell. l. 10. c. 13. lit. F. Caſtillo d. tr. c. 27. n. 14.*

5 *In* §. 4. nimis curioſe quæritur, ſi nullæ oves mortuæ & ante caſum fuerit editus fœtus & poſt caſum, an ex priori fœtu ſubſtituenda capita? Et responde-
6 tur, priorem fœtum eſſe fructuarii: Sed ſi omnis fœtus poſt caſum mortuarum ovium editus, ex priori fœtu ſubſtitutio facienda: Submittere autem eſt diſpertire ac diviſionem facere §. *ult.* ſcil. utilia ſubmittendo & inutilia ſibi ſervando & hæc diviſio non ipſo jure fit, ſed facto fructuarii.

## ad L. Si in area. 71.

### *SUMMARIUM.*

*Quomodo, area mutata, uſusfructus reſtituatur?*

HAbebam in area uſumfructum. Sed in area quis ædificavit, & ſic facies rei mutata, ſed ſi intra decennium aufertur domus, areæ uſuſfructus reſtituitur.

## ad L. Si dominus. 72.

### *SUMMARIUM.*

*An, qui ſolum fundi proprietatem habet, utiliter uſumfructum leget?*

SI is, qui ſolam proprietatem fundi habet, mihi uſumfructum legaverit, utile eſt legatum, non tantùm, ſi vivo Teſtatore, aut eo mortuo ante aditam hæreditatem defuncto, vel hæredi accedat, ſed etiam ſi poſt aditam hæreditatem accedat.

## ad L. Si areæ. 73.

### *SUMMARIUM.*

*An area uſumfructum habens caſam in ea poſſit?*

IN *hac lege* quæritor, an is, cui relictus eſt uſuſfructus areæ, in ea caſam ponere queat? Videtur quod non; quia ita facies rei mutatur. Sed affirmatur, quia cuſtodiæ rerum cauſa non ad habitandum caſa poſita.

## ad L. Si Sticho. ult.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi uſuſfructus duobus ſervis diverſis legatus ſit?*

SI meo ſervo & tuo uſuſfructus legatus, uſuſfructus ad nos Dominos pertinet pro parte æquali.

---

# TITULUS II.

## *De Uſufructu Adcreſcendo.*

## ad Rubr.

*SUMMARIA.*

*Jus accreſcendi locum non habet in contractibus. num. 1.*
*De quonam uſufructu hic titulus loquatur? 2.*

1 JUs accreſcendi non habet locum in contractibus.
*Duarenus de Jure adcreſc. l. 1. c. 15. num.* 16. Autor
*ad L. un. num.* 3. *C. Si liberal. Imperial.* adeoque nec in
donationibus. *Carpzov. p. 2. dec. 154. num. 11. & ſeq.*
*Mev. de Jure Lubec. l. 1. tit. 5. art.* 14. niſi promiſſoris
2 interſit. Autor *ad L. ult. n. 5. C. de Inutil. ſtip.* Et ideo
titulus hic non poteſt accipi de uſufructu inter vivos
conſtituto, ſed per ultimam voluntatem relicto. *Svevus
de jure adcr. l. 2. c. 2. Donell. l. 10. cap. 23. & ibi Hill.
l. A. & Coll. Arg. ad h. t. th.* 2. Excipitur donatio
Principis, *per l. un. C. Si liberalitatis Imperialis ſocius
ſine herede deceſſerit, & ibi notata* Dni Autoris. *n. 5. 8.
& 9. Carpzov. dec.* 134.

## ad L. Quoties. 1. & L. Ideoque. 2.

*SUMMARIA.*

*Jus accreſcendi quomodo in varie conjunctis locum habeat? num. 1.*
*Quid ſi pluribus libertis ad alimenta uſuſfr. relictus, & unus deficiat, an locus erit juri accreſcendi? 2. & 3.*
*Quid in legato, veſtium aut legatis veſtibus teſtatoris? num. 4.*
*Quid ſi pars fundi uſufructuaria huic, & alia alteri aſſignata? 5.*
*Uſumfructum ſervo communi legatum, uno, repudiante, alter totum habet. 6.*
*Quid, ſi uſuſfructus duobus conjunctim & tertio ſeparatim legetur? 7.*
*Quinam re tantum conjuncti? 8.*
*Specialia in uſufructu accreſcendo quænam ſint, à proprietate? 9. & ſeqq.*
*An ſi proprietas nuda alicui legata, jus accreſcendi detur? 13.*
*Jus accreſcendi jure conſolationis fortius eſt 14.*

2 IN materia Legatorum conjuncti dicuntur vel *Re*;
ſi eadem res duobus diverſis commatibus legata, in
ſolidum; vel *Verbis*, ſi duobus æquis partibus eadem
res legata; vel; *Re, & Verbis*, ſi duobus copulative
res eadem legata; & in his omnibus, etiam qui verbis tantum conjuncti, jus accreſcendi eſſe, communis
videtur eſſe ſententia, *per l. un. §. 10. C. de Caduc.
toll. l. 66. de Hered. inſt. l. 16. §. ult. de Leg. 1. L. 89. de
Leg. 3. Bart. in L. Re conjunct. 89. de. Leg. 3. num. 23.
Donell. lib. 7. c. 13. Berl. p. 2. dec. 285. numer. 15. Struv.
ad h. t. th. 28. Wiſſenb. d. 19. th. 12.* Autor *ad L. un.
num. 52. C. de Caduc. toll.* Et hanc in judicio ſervandam, ſuadet *Menoch. lib. 4. præſumt. 159. num. 17.*
ubi hanc quæſtionem prolixe tractat. Exceptio ha-
2 betur *in L. Dominus. 57. §. 1. ff. de Uſufr.* ubi pluribus
libertis ad alimenta legatus eſt Uſuſfructus, & ſi eorum unus amiſerit uſumfructum, ejus pars non acquiritur Collegatariis, ſed proprietario, quia non voluit
teſtator, ut eorum onus plus haberet, quam ut vitam
3 toleraret. Et ſic uſufructu limitato ad finem alimentorum, ceſſat jus accreſcendi. *Cujac. lib. 7. Reſp. Papin.
tom. 4. p. 980. & Wiſſenb. d. d. 9. th. 14. in fin.* ubi diſerte hanc rationem probat. Idem in legato veſtitu; aliud
4 vero in legatis veſtibus Teſtatoris, ubi uſumfructum
omnino locum habere, tradit *Berlich. p. 2. dec.* 286.
*num. 5. & ſeq.* quia in uſufructu portio non portioni,
ſed perſonæ accreſcit *Berlich. d. l.* Sed id aliter ſe ha-
5 bere videtur in uſufructu, ſi partis fundi uſuſfructus
huic, & alterius alteri ſit relictus; nam hic ceſſare dicitur jus accreſcendi, *In L. h. princ. Vaſq. de Succeſſ. progreſſ. §. 23. n. 28. Fachin. lib. 5. controv. c. 50. & Berl.
num.* 21.

6 *In §. 1. hujus legis.* 1. dicitur, ſi ſervo communi meo
& tuo uſuſfructus legetur, tunc nos eſſe conjunctos *hic
& l. 20. & 40. de Leg.* 2. Et ſic uno repudiante vel amittente uſumfructum alter totum habet, non jure adcreſcendi, ſed pro partibus dominicis, quando ſervo ſimpliciter legatum eſt, pro æquis vero ſeu virilibus partibus, cum legatus eſt contemplatione dominorum. Aliud in proprietate ſervo communi legata *l. 20. de Leg.
2. vid. Donell. l. 11. c. 23. lit. G. & quos ibi refert Hill. &
Coll. Arg. hoc. tit. th. 4. & 12.*

7 *In §. 2.* agitur de eo caſu, ſi meo & tuo ſervo communi uſuſfructus legatus, & in alia periodo etiam Titio legetur, ſi tu deficias, Titio nihil adcreſcat, ſed
mihi, quia ſumus magis conjuncti inter nos, quam Titius, cui ſeparatim legatus uſuſfructus, quod *in §. 3.*
extenditur, ſi mihi & tibi legetur uſuſfructus, & poſtea ſeparatim Titio.

8 *In §. 4.* dicitur 1. inter conjunctos re tantum, ut ſi
mihi totius fundi uſuſfructus relictus, & poſtea etiam
tibi diverſa in periodo legetur. Et idem dicitur eſſe in
proprietate relicta.

9 Dantur in Uſufructu quoad jus accreſcendi nonnulla ſpecialia, quia hic etiam conſtitutus & acquiſitus
uſuſfructus, & poſtea amiſſus, jus accreſcendi admit-
10 tit. Secus in proprietate. *L. un. §. 4. C. de Caduc. toll.
ibique* Autor *n. 18. & ſeqq.* Proprietas enim ſemel conſtituitur, cum vindicatur: uſuſfructus vero quotidie
conſtituitur, quia in fructuum perceptione conſiſtit.
11 *Cujac. hic* ergo pars uſuſfructus omiſſa vel amiſſa adcreſcit alteri, ſed pars proprietatis omiſſa tantum. *Cujac. t. 4. p. 370. Gomez. t. 1. reſol. c. 10. num. 41. Dn.
Franzk ad h. t. n. 17. & Dn. Struv. th. 29. Zæſ. num. 6.*
12 *Wiſſenb. ad Pand. d. d. 9. th.* 10. Si etiam accreſcit, qui
partem ſuam jam amiſit, *per l. 10. §. 1. h. t.* quia portio
vacans non rei, ſed perſonæ cohæret, *de quo vid. Donell. & Hill. l. 10. c. 23. Franzk. h. t. nu. 24. Struv. d. l.
Svev. de Jure Accreſc. l. 1. c. 4. Zæſius ad h. t. num. 7.
Wiſſenb. d. d. 9. th.* 11.

13 *In §. ult. legis* 1. habetur hæc ſpecies. Teſtator duobus hæredibus inſtitutis mihi proprietatem nudam legavit, & ſic uſumfructum reſervavit duobus hæredibus, in hac ſpecie non datur jus adcreſcendi, quia videtur uſuſfructus hæredibus pro portionibus hæreditariis. Ideoque ſi alter ex uſufructuariis amittat uſumfructum, quæritur, ad quem perveniat pars amiſſa? Et
reſpondet, ad proprietarium jure conſolidationis.
14 Nam licet jus adcreſcendi alias fortius ſit jure conſolidationis, ubi tamen illud ceſſat, huic locus erit. Et
ſic amiſſa pars uſuſfructus non ad cohæredem venit,
ſed jus conſolidationis ad me proprietarium & legatarium.

## ad L. Idem Neratius. 3.

*SUMMARIA.*

*Juri adcreſcendi quando locus ſit? num. 1.*

*Quo*

*Quo reſpectu duo ſolidum & partem uſusfructus habeant ? 2.*
*Quomodo, ſi duo Domini proprietatem tradiderint alteri, jus accreſcendi ceſſet ? 3.*
*Quomodo Jus accreſcendi locum habeat, ſi alteri proprietas, alteri uſusfructus ſit legatus ? 4.*

1 PRoponitur hic regula, toties jus accreſcendi eſſe,
quoties in duobus, qui in ſolidum habuerunt,
concurſus diviſus eſt. Non enim contraria ſunt, in
2 ſolidum habere, & partem habere. Nam ſolidum
initio debetur, ſi non concurrant; partes vero ab
initio hac conditione, ſi concurrant. *Hill. l. 8. t. 20. lit. E. Franzk. ad h. t. nu. 8. & ſeqq.* quomodo autem hæc regula in diverſis conjunctis ſpeciebus procedat, *vid. Hill. in Donell. lib. 7. c. 13. lit. K.*

3 *In* §. 1. alius caſus proponitur, in quo ceſſat jus adcreſcendi, ſcilicet ſi duo domini deducto & ſibi reſervato uſufructu proprietatem mihi tradiderint, ſi alter eorum amittit ſuum uſumfructum, non ad alterum dominium venit uſusfructus, quia à diverſis partibus diviſim datus, ſed ad me redit uſusfructus jure conſolidationis, ſeu ad proprietarium, non ad totius fundi, uſumfructum, ſed pro parte, quam habuit is in fundo qui mihi tradidit.

4 *In* §. 2. hæc ſpecies. Teſtator mihi legavit fundum (ſcilicet non detracto uſufructu, & tibi ejusdem nudum uſumfructum. Si tu deficias vel amittas uſumfructum, ad quem perveniat, an ad hæredem jure conſolidationis, vel an ad me jure adcreſcendi? Et affirmatur poſterius: Sicut e contrario, ſi moriatur, qui plenam proprietatem habet, uſusfructus ad collegatarium tranſit, & non tantum conſtitutus, ſed etiam amiſſus uſusfructus jus adcreſcendi amittit.

## ad L. Si Tibi. 4.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo ſi uni proprietas & duobus uſusfructus legatus, jure accreſcendi locus ?*

TEſtator tibi proprietatem fundi, mihi & Mevio uſumfructum legavit, hic quilibet noſtrum habet partem tertiam uſusfructus, nam tu hæres plenum dominium, id eſt, uſumfructum proprietati annexum ſeu cauſalem. Si Mevius amittit uſumfructum, pars ejus accreſcit mihi & tibi, & ſic tu habes dimidiam partem uſusfructus & ego alteram.

## ad L. Et ſi tradideris.

*SUMMARIUM.*

*An, ſi proprietas vendita ſit, juri accreſcendi locus ?*

SEd quæritur *circa legem præcedentem*, ſi tu proprietatem alii vendideris deducto uſufructu, an etiam deficiente me, vel Mevio jure accreſcendi fruaris? Et videtur quod non, quia non videtur idem uſusfructus, antea fuit cauſalis, jam formalis; ſed aff. quia eſt idem uſusfructus, licet ratione annexæ vel ſeparatæ proprietatis ita diſtinguatur.

## ad L. Idem & 6.

*SUMMARIA.*

*Quæ de vendente proprietatem antea dicta, ad Legatarium hic extenduntur. num. 1.*
*Quid ſi uſusfructus alteri pure, alteri ſub conditione, legatus ? 2.*

1 QUod antea dictum de eo, qui vendidit proprietatem deducto uſufructu, id extenditur, ſi alter ex Legatariis uſumfructum nactus fuerit, nam non eſt
diverſus uſusfructus. Si tibi proprietas, mihi uſus-
fructus pars legata ſit, ſi unus deficiat, non eſt jus ad-
creſcendi, quia non ſumus conjuncti, ne verbis qui-
2 dem, ideo amiſſus à me uſusfructus ad te ut proprie-
tarium jure Conſolidationis accedit. Sed quid ſi Teſtator mihi & tibi legaverit uſumfructum, mihi pure, tibi ſub conditione? Reſp. *in* §. 2. interim pendente conditione uſusfr. totus eſt meus, ſed exiſtente conditione, ſi amiſerim per deminutionem capitis, totus uſusfructus eſt tuus.

## ad L. Si quis Attio. 7.

*SUMMARIUM.*

*Qui mihi & hæredibus ſuis uſumfructum legat; quam partem habeam ?*

LEgavit quis Attio & omnibus hæredibus ſuis uſumfructum, hic Attius dimidium habebit, quia tantum habet unus nominatus, quantum plures innominati conjuncti per nomen collectivum. Notetur autem, hic non de Attii, ſed Teſtatoris hæredibus ſermonem eſſe *Dec. conſ. 470. num. 10. & 11. Seb. Sapia in rep. l. fin. C. de impub. ſubſt. num. 16. Zœſ. l. 1. ſing. Reſp. c. 19. num. 6. & lib. 2. c. 20.*

## ad L. Si mulieri. 8.

*SUMMARIA.*

*Matri amiſſis liberis uſusfructus totus accreſcit. numer. 1.*
*Quomodo filii matris collegatarii non ſunt ? 2.*

1 SI mulieri cum liberis ſuis uſusfructus legetur, amiſ-
ſis liberis mater jure adcreſcendi totum habet uſum-
fructum. Item in caſu contrario. Sed quid pater
2 ſolos filios ſuos hæredes ſcripſerit, uxori autem à filiis
legaverit uſumfructum, ut eo ſimul frueretur cum liberis ſuis? Quo caſu filii matris collegatarii non ſunt, nec eſſe poſſunt, quia hæredibus à ſemetipſis fruſtra legatur, & nihilominus inter matrem, & filios verſatur jus adcreſcendi atque ſi collegatarii eſſent.

## ad L. Si proprietas. 9.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi duobus fundus ſit legatus & uni uſusfructus ejus ?*

TEſtator legavit mihi & tibi fundum & uſumfructum ejus fundi legavit Titio, quæritur, quas partes habeamus in uſufructu, nam ego & tu habemus partem uſusfructus cauſalis? Et reſp. me & te habere ſemiſſem in uſufructu & alterum ſemiſſem habere Titium, quia idem eſt in inſtitutione hæredis *per l. 59. §. 2. ff. de Hered. inſt.* Idem ſi duo ſint fructuarii & uni fundus legatus, nam tunc illi duo habebunt ſemiſſem unum, & alterum ille unus.

## Ad L. Interdum. 10.

*SUMMARIA.*

*Ex Cujacio legis hujus difficilis interpretatio affertur num. 1.*
*Habet hodie parum ſucci. 2.*

1 OBſcurior *hæc Lex* & ſpinoſior, de cujus intellectu concertant Doctores, & ideo in foro parum utilis. Diſſidentes interpretationes adducit ex *Cujacio* & Generoſo Sverino *Hill. in Don. lib. 10. c. 23. lit.* C. Ex quo breviter repetam Cujacii interpretationem, quam habet *lib. 9. obſ.* 11. tripartitam, (1) Si A. & B. legatus eſt uſusfructus & portio A. ei

2 Sed *in* §. 1. vult JCtus probare, quod interdum in pendenti eſt; quod declarat hoc exemplo. Ego habeo uſumfructum in Sticho ſervo, hic ſervum alium emit, & ſatisfacit venditori per pignora data vel fidejuſſorem datum, quæritur, an ſervum emtum Stichus mihi adquiſiverit, an proprietario? R. in pendenti eſt dominium, & pendet eventus ex numeratione pecuniæ: nam ſi pretium numeret ex meo, ſervus emtus retro videtur meus, ſi ex pecunia proprietarii, proprietarii etiam retro fingitur eſſe ſervus, ſi ex utriuſque pecunia ſolvit pretium, communis mihi eſt ſervus cum proprietario. Idem eſt ſi per capitis deminutionem uſumfructum amiſerim. Nec obſtat *l.* 24.
3 *pr. ff. de Act. emti*, ubi dominium non erat adquiſitum, nec venditori ſatisfactum. Sed quid ſi plus pretio ſolvit ſervus? Reſp. quos ultimo ſolvit, ii à Domino vindicabuntur, aut ſi conſumti ſint, condicentur condictione indebiti. Sed ſi confuſæ ſint utriuſque pecu-
4 niæ ob incertitudinem, nihil agitur. Unde notatur regula, *ex hoc* §. quod incertitudinis ratione neutrum valeat, quod *ut hic ex l. 17. ff. de In diem Addict. l. in tradendis. 7. ff. communia præd. l. 17. §. 14. ff. de inſtructo leg. l. 10. ff. de Rebus dub. Late Barboſa locuplet. 9. c. 28. axiom.* 4. Cæterum ob incertitudinem multa admittuntur, quæ aliàs non admitterentur. Autor *ad L. 34. nu. 31. C. de donat.*

5 *In* §. 2. Proponitur, ſervum illum, in quo uſumfructum habebam, ſuas operas per ſtipulationem locaſſe, quæritur, an mihi & quandiu penſio debeatur? Affirmatur prius, & ad poſterius reſpondetur, uſufructu per capitis deminutionem finito ſtipulationem vel effectum ejus tranſire ad proprietarium, quod aliàs non ſolet regulariter fieri, niſi ad hæredem, vel arrogatorem, bonorum poſſeſſorem vel fideicommiſſarium. Sed quid ſi uſusfructus in ſingulos annos legatus?
6 Hic ſingulis annis per deminutionem capitis poteſt amitti & ſequenti anno reſtitui. Et ſic effectus ſtipulationis, ſervus poteſt ob meam deminutionem capitis, amitti, qui tamen ſequenti anno ab hærede ad me redit, quia ſingulis annis poteſt amitti & recuperari uſusfructus, quando in ſingulos annos legatus *l. 1. §. ult. ff. quibus modis uſusfr. &c.*

7 *In* §. 3. quæritur, quia dictum eſt, quæcunque ſervus adquirit ex operis ſuis vel ex re fructuarii & ea res ab uſufructuario poſſideri nequeat; pone, fructuarium eſſe judæum ſanguine, & à ſervo emtum mancipium Chriſtianum. Cui adquiratur? Et reſpondetur, id adquiri proprietario. Sed quid ſi ex re fructuarii
8 ſervus ſtipuletur proprietario? Et reſpondet huic adquiri. Licèt fructuarius à proprietario condicere poſſit *per l. pen. ff. de ſtipul. ſer.* Sed quid ſi ſervus ex re proprietarii ſtipuletur fructuario? Et reſpondetur, fructuario nihil adquiri.

*In* §. 4. dicitur ſi ſervus, cujus uſumfructum ha-
9 beo, à me ſtipuletur uſumfructum, ut ipſi jus meum cedam, eum non ſibi, ſed proprietario uſumfructum adquirere: Nam ſibi utiliter ſtipulatur, ſicut ſervus communis, ſi rem alterius ipſi domino ſtipuletur, nihil agit, quod meum eſt, meum amplius fieri nequit. §. 11. *t. de Legat.*

10 *In* §. 5. Servus, in quo uſumfructum habeo, à me conducit operas ſuas. Forte dico, *ut vult Cujac.* vive jure tuo, & quam maximum poteris ex tuis operis quæſtum facere, ſatis habebis, ſi mihi quotannis intuleris aureos viginti, hic nihil agitur, niſi proprietarii nomine ſervus operas ſuas à me conduxerit *per*
11 *l. 37. §. ult. ff. de Pecul.* Ideo autem ſervus, in quo habeo uſumfructum, operas ſuas vel rem meam ſtipulatur inutiliter à me, quia fieri non poteſt, ut quis ſibi obligatus ſit vel ut in ſe ipſum habeat actionem.

12 *In* §. 6. proponitur hîc caſus: Stichus ſervus habuit proprietarium Titium, Et fuit in uſufructu Sempronii & Mevii. Servus ex re Mevii ſtipulatur certam ſummam, an id, quod ſtipulatus eſt, adquirat totum vel pro parte Mevio? R. Sempronio nihil adquirit; quia non ex re ejus ſtipulatur, nec operis ſuis quid adquirit: Ideo reſpondetur, partem mediam adquiri Mevio partem proprietario, quod tamen forte declarandum, ut proprietarius per condictionem ſine cauſa reſtituere Mevio teneatur *arg. l. 23. §. fin. ff. de Adquir. rerum dom. & l. 19. ff. de ſtipul. ſervorum.* ſi autem nominatim Mevio ex re Mevii ſtipuletur ſervus, ſolidum ei recta via adquiſivit.

13 § *fin.* fere caret dubitandi ratione, dicit enim, per fructuarium ſervum acquiri uſumfructum habenti ex duabus cauſis 1. operis ſuis vel ex re uſufructuarii, quacunque ratione conſtitutus ſit uſusfructus, ſive titulo legati, ſive per ſtipulationem vel traditionem,
14 ſive titulo dotis &c. Hæc omnia, quæ hactenus de fructuario, ſervo dicta, parum utilitatis in judiciis noſtris habent.

## ad L. Si operas ſuas. 26.

### *SUMMARIA.*

*Operis locatis, ſi intereat uſusfructus, quid ad Fructuarium pertineat? num.* 1.

*Si marito & uxori domus communis legata, quid penſionis marito mortuo debeatur.* 2.

1 SI operæ locatæ, conſideratur tempus, quo duravit uſusfructus, quoniam operis ſervi uſufructuarii locatis, non poteſt perceptionis, per quam fructus fiunt uſufructuarii, aliter iniri ratio, niſi etiam ipſum tempus in conſiderationem veniat, cum hoc ipſo, quod fructuarius ſervum alteri locat, & is operis ſervi nomine Fructuarii utitur, ipſe Fructuarius uti, atque inde fructus percipere videatur. *l. 12. §. 2. & L. non utitur. 38. ff. h. t. Hartmann. p. 1. qu. 24. num.* 22.
2 Deinde hic fructus ſingulis diebus percipiuntur. Et hinc dubitare licet de deciſione *Berlich. p. 2 dec.* 227. ubi de domo, marito & uxori communi legata agit, & penſiones eas tantùm aſſignat marito, quarum dies venit & ceſſit marito vero. Nam ut *ex hac L. & L. 56. h. t.* apparet, penſio pro habitatione inter uſufructuarii hæredes & uxorem pro rata dividenda, licèt dies nec venerit, nec ceſſerit, per tradita *in d. L. 56.* Autor *ad L. 5. numer. fin. C. de Uſufr.*

## ad L. Si pendentes. 27.

### *SUMMARIA.*

*Fructus pendentes ad uſufructuarium pertinent. n.* 1.

*Taberna uſufructuarius pro lubitu uti poteſt.* 2.

*Vis & arte ſervi fructuarii.* 3.

*Quare Fructuarius onera publica agnoſcere debeat? num.* 4.

*Servitutem fundo à defuncto impoſitam fructuarius pati debet.* 5.

1 IN *princ. legis* 27. quæritur, an fructus pendentes arborum, vel ſtantes agrorum pertineant ad eum, cui uſusfructus horti vel agri relictus? Quod affirmatur, ſi jam debeatur legatum. Nam ſi non debeatur, ſunt hæredis.

2 *In* §. 1. habetur hæc quæſtio, ſi Teſtator, qui mihi tabernarum uſumfructum legavit, certas merces ſolitus fuit deponere in tabernis hiſce, quæritur, an non locare poſſit tabernas iſtas ad alias merces in iis deponendas? Quod merito affirmatur; nam uſufructuarius poteſt uti pro lubitu, modo non abutatur, aut contumelioſe, aut injurioſe, re utatur.

3 *In* §. 2. revertitur JCtus ad tædioſam illam materiam de ſervo fructuario, quo Teſtator ad operas viles & ſordidas uſus eſt, quem uſufructuarius liberalibus aliiſve artibus imbuit, hoc caſu non eſt dubium, quin arte ejus uti poſſit.

*In*

Digitized by Google

4 *In* §. 3. habetur materia de oneribus publicis, quod ea agnoſcere teneatur uſufructuarius. Ratio, quia hæ publicæ penſitationes ſunt onera fructuum, quamvis teſtator hæredi hoc onus imponere poſſit. *L. 23. h. t.* Licèt Fiſco contra Fructuatium jus ſit integrum *arg. L. 42. de Pact. juncta Lege 7. de Publicanis. Donell. l. 10. c. 13. lit. H. Conf. Beroni conſ. 146. num. 16. vol. 1. Klock. de Contr. cap. 11. num. 119. & ſeqq.* qui *num. 130.* id limitat, niſi fructus minores ſint collectis. *Videatur Franc. de Clapperiis p. 2. dec. cauſa 85. qu. unica. Hart. Piſt. p. 1. qu. 46. num. 33.* quod etiam ad extraordinaria onera extendit *Carpzov. p. 3. Juriſpr. for. conſ. 16. def. 25.* Autor *ad L. 7. num. 8. & ff. C h. t.*

5 *In* §. 4. agitur de onere ſervitutis, ſi defunctus ſervitutem fundo impoſuit, & quidem tunc nullum dubium eſſe poteſt, quin ſervitutem eum pati debeat uſufructuarius, quia res tranſit cum onere. Sed quid ſi defunctus ſtipulanti promiſerit ſervitutem? Nam hoc caſu ſervitus nondum videtur conſtituta. Sed tunc contra ſervitutem nihil agere valet uſufructuarius, quia non debet reluctari voluntati defuncti.

6 *In* §. *ult.* proponitur hæc ſpecies, venditus eſt Titio ſervus, ita tameo ut Romæ non debeat morari ſub certa pœna, Emtor in eo ſervo uſumfructum mihi legat. Quæritur an ego etiam tenear curare, ne ſervus iſte Romæ moretur? Et affirmatur, eſt enim hoc quaſi onus, quod una cum re ad omnes ſucceſſores tranſit. *per l. 56 ff. de contrah. emt.*

## ad L. Numiſmatum. 28.

*SUMMARIUM.*

*An numiſmata aurea poſſint in uſumfr. dari?*

QUæritur, an numiſmata aurea poſſint in uſumfr. dari? Videtur quod non, quia eorum non videtur alius eſſe uſus, quam erogatio; Sed aff. quia eorum uſus eſſe poteſt in eo, quod inſtar gemmarum & monilium portari ſoleant ad pectus; quod videtur apud nos ceſſare.

## ad L. Omnium bonorum. 29.

*SUMMARIA.*

*In uſufructu omnium bonorum ſalva debet eſſe liberis legitima nu. 1.*
*An etiam nomina hic veniant? 2.*
*Quid intelligatur ſub uſufructu bonorum mobilium? 3.*
*In uſufructu omnium bonorum æs alienum detrahendum. 4.*

1 OMnium bonorum uſusfructus relinqui poteſt, ſed ſalva debet manere liberis Legitima, *per Auth. Noviſſ. C. de inoff. Teſt. Grænwegen ad h. L. Gail. l. 2. obſ. 144. num. 1. Barry d. t. 34. nu. 32. Graſſus §. legatum. qu. 25.* quid autem in uſufructu omnium bonorum veniat, de eo vid. *Card. Mantica l. 9. de Conject. ult. vol. tit. 6. Menoch. l. Praeſ. 138. & conſ. 407.* & quos allegat *Caſtillo d. c. 38. toto & aliquot ſequentibus.* Nam ſi ſimpliciter omnium bonorum uſuſ-
2 fructus legatus, etiam nomina venient. Sub uſufru-
3 ctu bonorum omnium mobilium, in dubio intelliguntur ea mobilia, quæ uſu non conſumuntur. Etſi omnium mobilium uſusfructus legatus ſit, non tamen pecuniæ uſusfructus videtur legatus. *vid. dicta* Dni Autoris *ad l. ſi chorus. 79. §. 1. de Leg. 3.* Sanè uſu-
4 fructu omnium bonorum relicto, æs alienum à bonis deducendum eſſe, probat *L. 69. ad L. Falc. L. ult. ff. de uſufr. leg. Covar. lib. 2. obſ. 146. Wiſſenb. ad h. t. th. 6.* Autor *ad L. 7. num. 4. 5. C. h. t.* ubi aliud in patre uſufructuario bonorum filii &c.

## ad L. Si is, qui binas. 30.

*SUMMARIUM.*

*An quis ædes altius tollendo, alterius lumina obſcuriora reddere poſſit?*

TEſtator binas ædes habuerat, & harum ædium uſumfructum uni ſi legat, quæritur, an hæres poſſit alteras ædes extollendo harum ædium, quarum uſusfructus mihi legatus eſt, lumina obſcuriora reddere? Quilibet diceret quod non, quia ita præjudicat mihi hæres. Sed affirmatur, quia cuilibet licet ſuas ædes tollere, niſi contraria ſervitus fuerit conſtituta, & hæres proprietarius eſt etiam harum ædium. Sed hoc ita conceditur, ut modicum lumen concedatur, quod habitantibus ſufficiat.

## ad L. Ex re. 31.

*SUMMARIUM.*

*Quod ſervo uſufructuario dono, an etiam ex re mea ſit?*

SÆpe dictum per ſervum, in quo uſumfructum habeo ex duabus cauſis adquiri 1. ſi ex operis ſuis quid adquiſierit, 2. ſi ex re mea, hic quæritur, an id etiam ex re mea quæſitum videatur, quod ipſi donavi, vel in peculium dedi, & quod lucrum ex adminiſtratione rerum mearum fecit? Quod utrumque affirmatur. Res clara.

## ad L. Si quis. 32.

*SUMMARIUM.*

*Uti uſusfructus ita & alia ſervitus perſonalis, ab eo reſervari poteſt, qui domum alienat.*

UT uſusfructus, ita & alia ſervitus perſonalis v. g. uſus, habitatio ad tempus, vel in perpetuum, jus paſcendi, perſonæ competens poteſt ab eo reſervari, qui alteri domum, vel alium fundum vendit, vel donat. Idque hodie frequentiſſime contingit, ut vendentes domum ſibi habitationem reſervent & excipiant.

## ad L. Si Titio. 33.

*SUMMARIA.*

*Mortuo uſufructuario accreſcit uſusfructus proprietario. num. 1.*
*Quid ſi uſusfructus duobus legetur & ab uno repudietur? 2.*
*Quid ſi proprietas duobus legata? 3.*

TEſtator Mevio proprietatem fundi Tuſculani legat, Titio uſumfructum legat. Sed Titius vivo
1 Teſtatore moritur, quæritur, an uſusfructus ad hæredem pertineat? Videtur, quod ſic, quia Mevio ſola proprietas relicta. Sed negatur, quia jure conſolidationis uſusfructus adquiritur Mevio, & fit cauſalis uſusfructus, quia Teſtator noluit uſumfructum ad hæredem pertinere, & multo magis id verum eſt, quando mortuo teſtatore & conſtituto uſufructu Titius mortuus eſt.

2 *In* §. 1. hæc eſt ſpecies, ut eam proponit *Hilliger in Donell. l. 10. cap. 23. lit. C.* Uſusfructus fundi eſt legatus Viro A. & B. A. repudiat, vel agnitam partem amittit; Deinde & B. repudiat & amittit. Pars deficiens B. adcreſcit A. modo is eo in ſtatu ſit, ut capere poſſit, quia s. legatur utrique in ſolidum, ergo ſic & altera pars legata cenſetur; Et 2. quia conſiſtit in facto perſonæ, facilius adcreſcit perſonæ. Secus eſt, ſi proprietas duobus legata, mihi & Titio &
3 ergo partem meam petam, ſed ſuccumbam & abſolvitur reus. Titius poſtea repudiat ſuam partem, quam petenti mihi obſtat exceptio rei judicatæ, quia hic portio portioni accedit.

## ad L. Quoties. 34.

*SUMMARIA.*

*Duobus relictus eſt uſusfructus alternis annis, uter primo anno habeat? nu. 1.*

*Ex duabus præſentatis uter confirmandus ? 2.*
*Legatum propter incertitudinem vitiatur 3.*
*Uſufructuarius proprietatem emendo uſumfructum non retinet. 4.*
*Sed proprietatem iterum vendendo uſumfructum recuperat. 5.*
*Si Colono relictus eſt uſusfructus, quid hæres ipſi reſtituere debeat ? 6.*
*Quando fructus intelligantur non deductis expenſis ? 7.*
*Quare combuſtis ædibus uſufructuarius totus pereat uſusfructus, non verò in uſufructu omnium bonorum ? 8.*
*Quid ſi uſusfr. omnium immobilium relictus ? 9.*

1 IN *princ.* hæc facti ſpecies habetur: Titius & Sejus
alternis annis habere debent uſumfructum, quis
primo anno ? Res non eſt obſcura, quod ordinem
ſcripturæ debeamus ſequi, quod *ex hac L.* probare ſo-
lent. *Decius in L. in Teſtamen. n.12. C. de Teſt.mil. Dn.*
*Tabor. in Bart. l. 13. tit. 30. ax. 7. Zaſ. conſ. 13. num 15.*
2 *vol. 2. Ex hoc princ. Legis* colligunt, quando duo ſunt
præſentati alternative, & ſint paria cætera, primum
eſſe confirmandum in dubio, quod de Adſeſſoribus
3 præſentatis tradit *Blum. de jure Cam. t. 7. §.34.* Dein-
de dicitur *in princ.* ob incertitudinem Legatarios ſe
ipſos impedire, quia Legatum vitiatur per incertitudi-
nem. *Hippol. de Marſil. ad Rubr. de Probat. nu. 390.*
*Tabor. d. tr. l. 9. 28. ax. 4.*
4 Demum *in princ. hujus legis* 34. quæritur, ſi alteru-
ter ſcil. Sejus proprietatem emerit ab hærede, an re-
tineat legatum uſusfructus ? Quod negatur, quia jam
habet plenam proprietatem ſeu plenum dominium, res
ſua ſibi ſervire nequit. Sed pone, Sejum proprieta-
tem iterum poſtea vendere, an recuperat uſumfru-
5 ctum ? Quod non videtur, quia ſemel amiſit. Sed
affirmatur, quia ſi alternis annis relinquatur uſusfru-
ctus & ſingulis annis recurrentibus novus eſt uſusfru-
ctus.
6 *Ad §. 1. In hoc §.* proponitur, quis ſuo colono re-
liquit uſumfructum: hic colonus poſt mortem Teſta-
toris agit cum hærede, ut ſe liberet ab obligatione
penſionis, & reſtituat ſibi impenſas in culturam fundi,
7 imo in fructus factas. *Ex hoc §.* colligunt: Licet aliàs
fructus non intelliguntur, niſi deductis expenſis *per*
*L. 7. ff. ſol. matr.* Autor *ad L. 7. nu. 4. 5. C. h. t.* id ta-
men exceptionem pati in diſpoſitione hominis: nam
ſi ibi reperiantur fructus extantes vel pendentes, il-
lud intelligi, non deductis expenſis. *Capye. dec. 20.*
*num. 16. Tiraq. de Retr. Conſang. §. 15. gl. 1. num. 18.*
*& quos refert P. Barboſa in l. 7. num. 22 ff. ſol. matr.*
*Franzk lib. 3. Reſol. 18. num. 6. & ſeq.* ubi *hunc §.* ſo-
lennem textum vocat, ut ita ſuperior regula ad diſpo-
ſitiones Legum ac ſtatutorum reſtringenda ſit. Autor
*L. 1. num. 3. C. de Fructib. & Lit. Expenſ.*
8 *Ad paragrap. fin.* Quando ædium uſusfructus le-
gatus eſt, combuſtis ædibus perit totus uſusfructus,
ſed ſi omnium bonorum Uſusfructus legatus ſit, areæ
tamen uſusfructus competit, quia in prima ſpecie tota
forma mutata, in ſecunda non: vel qui legat univerſi-
tatis uſumfructum, certam rem non reſpicit. *Caſt. de*
*Uſufr. c. 72. num. 11. Donell. l. 10. c. 18. lit.* A. Exin-
de deducit *Caſtillo d. l. & Surdus conſ. 26. num. 11.* li-
9 cèt non omnium bonorum uſusfructus legatus ſit, ſed
tamen univerſitas, v. g. uſusfructus omnium immu-
bilium, quod tunc etiam deciſio *hujus legis* locum ha-
beat. Et licèt ædium pars maneat, area ſcil. ea tamen
ædium nomen non meretur. Sed aliam in Servit.
realibus, de quibus ſuo loco, & videatur *Caſtillo d.*
*l. num. 15. &c.*

## ad L. Si uſusfructus. 35.

### *SUMMARIA.*

*Si hæres in fraudem uſufructuarii tardius adit hæreditatem, ob id tenetur. n. 1.*
*Servus, qui finito uſufructu liber fieri debeat, æſtimationem ejus præſtante hærede, liber non fit.*

1 HÆres ea mente & ita intentione tardius adit
hæreditatem, ut eo tardius ego, cui uſusfructus
legatus eſt, ad perceptionem veniam, & ipſe fru-
ctus percipere interim poſſit, hoc ipſum præſtabit hæ-
res.
2 *In §. 1.* proponitur hæc ſpecies. Teſtator mihi
uſumfructum ſervi ſui Stichi legat, ita ut finito uſu-
fructu ſervus debeat eſſe liber. Hæres non ipſum
ſervum vult præſtare, ideoque æſtimationem legati
præſtat, quæritur, an Stichus jam ſtatim fiat liber ? Vi-
detur, quod ſic, quia deſiiſſe videtur uſusfructus etiam-
ſi pertinere ad me nunquam cœperit. *l. 3. §. 1. ff. Uſu-*
*fruct. quemadmodum caveat.* Sed negatur, imo expe-
ctandum eſt tempus, quo per mortem meam vel de-
minutionem capitis aliàs finiretur uſusfructus, quia
æſtimationem uſusfructus habeo, & ſic in effectu utor,
fruor.

## ad L. Qui uſumfructum. 36.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi Teſtator areæ uſumfructum mihi leget, & poſtmodum ipſe in illam ædificet ? nu. 1.*
*Sublata domo, ejus uſusfructus non debetur. 2.*
*An ſcyphorum uſusfructus legatus, redactis iiſdem à Teſtatore primo in maſſam, & poſtea iterum in priſtinam formam, debeatur ? 3.*
*Stipulatio nudam à defuncto proprietatem plenum dominium hæres præſtare tenetur. 4.*
*Declaratur hoc exemplo. 5.*
*In quantum propter moram ratione ſervi fructuarii teneatur ? 6.*

1 IN *princ.* tria habentur, 1. Teſtator mihi legat uſum-
fructum areæ, poſtea verò in illa area domum ædi-
ficat, quæ domus tamen vivo adhuc Teſtatore cor-
ruit, quia ergo mortuo Teſtatore eſt area, utique
2 ejus uſusfructus mihi debetur. 2. Si reliquit mihi uſum-
5 fructum domus, ſi domus, corruit, nec areæ uſusfru-
ctus debetur. 3. Si ſcyphorum uſumfructum mihi le-
gavit, poſtea verò Teſtator ſcyphos conflat & in
maſſam redigit, tandem verò iterum ſcyphos ex maſ-
ſa eadem fecit, quæritur, an horum ſcyphorum no-
vorum uſusfructus mihi debeatur; Quod affirman-
dum videtur, quia eſt eadem materia & eadem forma.
Sed nimis ſcrupuloſe JCtus hoc negat, quaſi non
iidem ſcyphi eſſent, quos Teſtator legavit.
4 *In §. 1.* proponitur hic caſus. Stipulatus ſum à Ti-
tio proprietatem nudam fundi. Poſtea moritur Ti-
tius, quæritur, quid mihi hæres præſtare debeat, an
nudam proprietatem, an verò plenum dominium?
Et reſpondetur poſterius, quia in dubio Titius ſibi
reſervaſſet uſumfr. ad dies vitæ. Nam non poteſt fa-
cile fingi, quod hæc fuerit mens Titii, ſibi & hæ-
5 redibus ſuis reſervare uſumfructum, niſi hoc expreſſe
dictum. Declaratur hoc alio exemplo. Teſtator mihi
legat proprietatem hujus prædii deducto uſufructu:
Hæres, antequam ego peterem, moritur. Hujus hæ-
res hæredi plenum dominium tradere debet, quia
uſusfructus hæredi primo reſervatus videtur. Idem ſi
Teſtator mihi legavit fundi proprietatem deducto
uſufructu, ſi navis ex Aſia venerit, pendente condi-
tione moritur hæres, mihi debetur dominium ple-
num.
6 *In §. 2.* proponitur hic caſus. Legatus mihi eſt
ſervi uſusfructus, ſed hæres in mora eſt, & detinet
ſervum per tres menſes eundem, donec ſervus mo-
riatur, lapſis tribus menſibus à tempore moræ, hoc ca-
ſu præſtabit mihi hæres æſtimationem uſusfructus
trium menſium. Eodem modo ſi ego ceu uſufructua-
rius moriar, interim ejus temporis æſtimationem
præſtabit hæres meo hæredi.

## ad L. Quæſitum eſt. 37.

*SUMMARIUM.*

*Promiſſor propter moram ad fructus tenetur vel eorum æſtimationem?*

A Legato tranſit JCtus ad ſtipulationem. Stipulor à te uſumfructum fundi ad decennium. Per integrum quinquenninm me fruſtraris & in mora es, ne mihi tradas, quæritur, an iſtius quinquennii fructus vel eorum æſtimationem mihi teneatis præſtare? Videtur, quod non, quia ſtipulatio eſt contractus ſtricti juris, in quo non veniunt fructus. Sed reſp. niſi ipſi fructus in ſtipulationem veniant, ut hic fit in ſtipolatione uſusfructus. Idem eſt ſi decem annorum operas ſervi tui ſtipulatus ſim.

## ad L. Non utitur. 38.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo Uſusfructus non utendo amittatur?*

U Suſructuarius amitrit uſumfructum, non utendo per decennium. de quo *infra tit.* 4. Autor *ad L.* 16. *n.* 3. *C. de Servitut.* Sed pone, me vendidiſſe uſumfructum vel locaſſe, vel donaſſe, ſi per decennium non uſus fuerim, an tunc etiam amiſerim? Reſpondetur, tunc non utendo amitti uſumfructum, ſi nec ipſe, nec alius ejus nomine utatur. Imo ſi vendiderit fructuarius uſumfructum. & emtor non fuerit uſus fructibus non tamen amittitur uſusfructus, quia fructuarius pretio utitur loco fructuum *leg. ſeq.* Imo ſi quis quaſi negotium meum gerens uſus fuerit uſufructu, non amittitur uſusfructus, quia non ſuo, ſed uſufructuarii nomine percepit fructus. Unde probabiliter colligi poſſet. ſi alius pro me vectigal ſolverit, quaſi negotium meum gerens, quod tunc merces meæ non cadant in commiſſum.

## Ad L. Quod ſi. 40.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo differant venditio uſusfructus & ejuſdem donatio?*

IN *hac lege* conſtituitur differentia inter venditionem uſusfructus, & ejuſdem donationem. Si vendiderim uſumfructum, licet emtor non utatur, retineo tamen uſumfructum, quia utor pretio. At ſi donaverim & donatarius non utatur, amitto uſumfr. Cur ſic? quia nihil habeo, quo utar, ut in venditione.

## ad L. Statuæ. 41.

*SUMMARIA.*

*An ſtatuæ & imagines ſint in uſufructu & quomodo. n. 1.*
*Etiam ſterilium fundorum uſusfructus legari poteſt.? 2.*

IN *hac l.* quæritur, an ſtatuarum & imaginum uſus-
1 fructus ſit? Et affirmatur, ſed quæreret aliquis, quis fructus ſtatuarum? Reſp. Acc. ſi quilibet viſurus ſtatuam daret nummum. Sicut Florentiæ videre volens Leonem, id in medio relinquo. An etiam ſterilium
2 fundorum uſusfructus legari poſſit, ubi expenſæ culturæ ſuperant fructus? Videtur, quod non; quia nulla hujus fundi utilitas: Sed affirmatur, quia 1. aliquem fructum tamen fert, licet minorem expenſis. 2. Poſſet à fructuario ejuſque opera fertilior reddi.

## ad L. Si alii uſus. 42.

*SUMMARIA.*

*Fructuarius percipit omnia commoda, niſi quid à Teſtatore detractum. num. 1.*
*Quid interſit omnium bonorum uſumfructum, & omnium bonorum æſtimationis uſumfructum eſſe legatum? 2.*



1 SI Teſtator uſumfructum alicui leget, Fructuarius omnia commoda habebit, niſi Teſtator quid detraxerit, ut ſi uni uſum, alteri fructum legavit; id enim percipit fructuarius, quod uſuario ſupereſt, ut tamen & ipſi fruendi cauſa uſus ſuperſit, *hic & l.* 14. *§. pen. & ſeq. de uſu & habit. Donell. l.* 10. *c.* 7. Nec obſt. *l.* 5. *§.* 2. *ff. Uſufructuarius quemadmodum caveat*, quia ibi dicitur fructum non uſumfructum legatum eſſe. *Vid. Hill. d. c.* 7. *lit. A. & Bach. d. diſp.* 16. *th.* 8. *lit. D.*
2 *In* §. 1. *Legis hujus* 42. habentur duæ ſpecies inter ſe collatæ, prima hæc eſt: Legavit Teſtator mihi uſumfructum omnium bonorum; & præterea Legavit etiam mihi proprietatem fundi alicujus. Altera ſpecies eſt: quod juſſerit Teſtator æſtimari omnia bona ſua, & æſtimationis hujus uſumfructum mihi legat, & præterea fundi alicujus proprietatem, quæritur, quid inter hæc duo interſit? Reſp. in prima ſpecie deducendus eſt fructus prædii ipſius legati, quia res ſua nemini ſervit: *L.* 5. *pr. ſi uſusfr. pet.* & *L.* 26. *de S. V. P.* Sed in ſecunda ſpecie ab æſtimatione non deducitur fundus legatus, ſed videtur idem bis legari, ſcilicet fundus, cujus proprietas, ut ſimul ejus æſtimati fructus legentur.

## ad L. Etiam partis. 43.

NOn tantùm omnium bonorum, ſed & partis bonorum uſusfructus legari poteſt. Quando pars non definita, dimidia intelligitur. *Vid. Barb. loc. lib.* 14. *c.* 3. *ax.* 6.

## ad L. Uſufructuarius. 44. & 61.

*SUMMARIA.*

*Fructuarius nihil de novo ædificare valet, melius etiam repoſiturus. num. 1.*
*Quod ampliatur. 2.*
*Proprietarius, qui nullum intereſſe, id impediendo, allegare poteſt, non auditur. 3.*
*Annon extruere poſſit lapidicinas? 4.*
*Annon ædificium extruere? 5.*

FRuctuarius nihil de novo ædificare debet, etiam
1 melius repoſiturus, niſi velit uſufructu privari: aliud vero eſt, ſi velit tueri, quod accepit. Quod
2 extenditur *in l.* 61. *h. t. Ex quibus duabus Legibus* appatet triplex ampliatio. (1) Ne quidem in melius poſſe mutare uſumfructum. (2) Ne quidem à defuncto inchoata perficere. (3) Ne quidem, ſi aliter uſufructu uti non poſſit; quorum omnium ratio fluit ex ratione juris, quod non conſiſtat uſusfructus, mutata rei forma. *Pinellus plures citans ad l.* 1. *C. de bon. mat. p.* 2. *numer.* 53. ubi *num.* 53. excipit patrem in adventitiis. Et rationem *Pinelli* ſupra allegatam probat etiam *Caſtillo c.* 53. *num.* 16. *conf. tamen Hillig. l.* 10. *lit.* F. Licet in tertia ampliatione aliàs omnes contrarium dicerent. *arg. l.* 2. *ff. de juriſd.* & merito ex æquitatis ſumma ratione contrarium dicendum, de *quo ſupra ad*
3 *l.* 8. & ſane proprietarius hoc caſu vix aliquod intereſſe allegare poſſet; & ſine intereſſe litigans merito à foro cum canibus arcendus. Ideoque multæ inanes tricæ hic apparent. Sed obſtare videtur *L.* 13. *§.* 5. *h. t.* ubi lapidicinas exſtruere poteſt. R. ſed ita, ſi agriculturæ non noceant, atque ſic forma non mutetur. Vid. *Caſtillo c.* 53. *num.* 23. *& ſeq.* Obſtat etiam *d. l.* 13. *§.* 6. Sed ibi de ædificio ad fructus percipiendos poſito, cujus magnus favor. *Donell. l.* 10. *c.* 10. *in fine & ibi Hill. ac Pinell. d. p.* 2. *num.* 54.

## ad L. Sicut. 45.

*SUMMARIA.*

*Impendia in certitudinem ſervi fructuarii facta, uſufructuario ferenda ſunt. nu. 1.*
*Limitatur. 2.*

1 IMpendia in valetudinem & curam ſervi fructuarii, ab uſufructuario facta, uſufructuario ferenda, quis etiam cibaria ſervo tali ſuppeditare tenetur. Sed de
2 impendiis modicis intelligendum: quid enim ſi morbo inveterato laboret ſervus, antequam eo frueretur uſufructuarius? Ideoque magnæ impenſæ ex parte, ſi non in totum, ad proprietarium pertinebunt.

## ad L. Si extraneo. 46.

*SUMMARIA.*

*Filius à patre præteritus, matri, cui ſola fundi proprietas erat relicta, plenum dominium obtenta cauſa reſtituere tenetur. n. 1.*
*Res in uſumfructum legata refectio ad hæredem pertinet. 2.*

1 PAter filium emancipatum præteriit, extraneum inſtituit, matri ſuæ proprietatem ſolam fundi hujus reliquit. Filius petit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & obtinuit, quæritur, an matri nuda proprietas fundi præſtanda? Videtur quod ſic; quia nuda proprietas ipſi legata; Sed reſpondetur, matrem debere habere plenum dominium, proprietatem cum uſufructu. Nam Teſtator voluit, fundi Uſumfructum pertinere ad hæredem extraneum inſtitutione, qui cum non ſit in effectu, ſed filius emancipatus, & filio non ſit reſervatus uſusfructus, exinde ſequitur proprietatem & uſumfructum jure conſolidationis ad matrem pertinere, quia hæres extraneus, cui reſervatus erat uſusfructus pro mortuo habetur, quam deciſionem juvat pietatis reſpectus.
2 *In* §. 1. dicitur, quod rei in uſumfructum legatæ refectio ad hæredem pertineat, & hic ex Teſtamento conveniri poſſit, ſi hoc onus Teſtator ei impoſuit.

## ad L. Quod. 47.

*SUMMARIUM.*

*Hæres propter rem uſufructuariam non refectam, tenetur legatariis hæredibus.*

TEſtator injunxit hæredi, ut rem, cujus uſumfr. Titio reliquit, hæres reficeret. Sed hæres non reficit, ideoque Titius non potuit uſufructu frui, poſt biennium moritur Titius, quæritur, an Titii hæres intereſſe non refecti fundi pro tempore præterito ab hærede petere poſſit? Quod affirmatur & eſt per ſe planum.

## ad L. Si abſente. 48.

*SUMMARIA.*

*Ad modicam refectionem uſufructuarius tenetur. n. 1.*
*Hæres tamen eo abſente erogatas modicas expenſas repetit. 2.*
*Uſufructuarius etiam immaturos fructus percipiendo ſuos facit. 3.*
*Quomodo hodie ligna immatura cædere poſſit? 4.*

1 MOdica refectio rei pertinet ad uſufructuarium,
2 & ejus onus eſt. Abſente igitur eo, cui uſusfructus legatus, hæres interim modicas impenſas facit in re reficienda, & quidem, animo gerendi negotium abſentis fructuarii, quæritur, an repetere poſſit expenſas modicas erogatas? Quod negandum videtur, quia ſibi in futurum proſpicere videtur, ob ſpem redituri uſusfructus ad proprietatem. Sed affirmatur, quia pro tempore præſenti alienum negotium geſſit, idque ſatis declaravit. Si verò uſufructuarius paratus ſit relinquere uſumfructum, tunc non tenetur ad reſtitutionem expenſarum hic & *l. 64. h. t.* Autor *ad L. 7. num. 6. 7. C. h. t.*
3 *In* §. 1. agitur de uſufructuario, qui immaturos fructus cædit & percipit, quod immaturos fructus, & ligna immature cæſa ſua faciat. Sed quod de lignis
4 immature cæſis dicitur, ita puto moribus noſtris declarandum, ut tamen fructuarius ratione deteriorationis teneatur, nam valde nocet ſaltibus & ſylvis, ſi arbores immature cædantur.

## ad L. Si mihi. 49.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo duo certi fundi uſumfructum à duobus hæredibus petere poſſint?*

TEſtator ſcriptis duobus hæredibus, fundi certi uſumfructum mihi, & tibi reliquit: Quæritur, à quonam meam dimidiam debeam petere? Reſpondetur, hujus dimidiæ partem mediam me petere debere ab uno hærede, & alteram mediam partem ab altero hærede, quod eſt planum.

## ad L. Titius. 50.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo legatarius partem uſusfructus reſtiturus impenſas repetere poſſit?*

TItius mihi fundum certum legavit, ſed ita, ut partis dimidiæ uſumfructum Meviæ præſtarem. Ego, priuſquam reſtituam, horreum collapſum reædifico, quæritur, an Mevia pro parte ſua dimidiam partem expenſarum reſtituere teneatur? Quod affirmatur, quia pro parte dimidia in commodum uſufructuariæ hæ impenſæ factæ, & ſi non reſtitutis impenſis uſumfructum conſtituerim, datur mihi actio negotiorum geſtorum, *l. 48. pr. h. t.* aut poſſeſſio condicetur condictione incerti *l. 40. §. 1. ff. de Condict. indeb.*

## ad L. Titio. 51.

*SUMMARIUM.*

*Uſusfructus in tempus mortis legari nequit.*

VSusfructus non poteſt legari in id tempus cum morieris, ſiquidem tunc finiretur uſusfructus, ſi antea eſſet conſtitutus, quia non debet actus incipere ab eo caſu, quo debet finiri. *hic & l. 5. ff. de uſufr. leg. l. 76. de jure dotium. l. 4 C. de Donat. ante nupt. l. 17. ff. de Manumiſſ. Teſtam.* Autor. *ad L. 9. num. 3. C. de hæred. inſtit.*

## ad L. Uſufructu. 52.

*SUMMARIUM.*

*Cur uſufructuarius tributa ſolvere teneatur?*

TRibuta ſunt onera fructuum, ergo ab uſufructuario ſunt ſolvenda. *vide nota.* Dni Autoris *ad l. 27. §. 3. h. t. num. 4.*

## ad L. Si cui. 53.

*SUMMARIUM.*

*Collapſa parte domus fructuariæ, ejus uſusfructus non perit.*

DOmus alicujus uſusfructus mihi relictus, maxima pars domus collapſa, pauxillum reſtat. Si tota domus collapſa eſſet, finitus eſſet uſusfructus. Sed quia pars reſtat, per eam totius areæ ac ſoli uſusfructus retinetur. *hic & l. 22. §. fin. C. de Agric. & cenſ. ibique* Autor *nu.*

ad

## ad L. Sub conditionē. 54.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi fundus vendatur, cujus uſusfructus ſub conditione relictus?*

TEſtator mihi legat uſumfructum certi fundi ſub conditione aliqua, poſt mortem Teſtatoris hæres ejus vendidit proprietatem ejus fundi deducto uſufructu, quæritur 1. ſi conditio extiterit, & ego habuerim uſumfructum, ſed poſtea amiſerim? Reſp. uſusfructus conſolidatur cum proprietate, & emtor proprietatis habet plenum dominium. Sed quæritur 2. ſi conditio defecerit, ad quem pertinebit uſusfructus? Et reſp. ad hæredem, quia ab illo legatus eſt uſusfructus; Ergo ex intentione Teſtatoris manet penes hæredem, niſi in emtione exceptus uſusfructus, Legatarii cauſa. &c.

## ad L. Si infantis. 55.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo infantes uſus eſſe poſſit?*

SErvi, qui adhuc infans eſt, uſus vel uſusfructus mihi relictus eſt, quæritur, an valeat legatum? Videtur quod non; quia infantis quis uſus eſſe poterit? Reſp. affirmatur, quia, cum adoleverit, incipit illius eſſe uſus, vel uſusfr. noteturque, verbum *tantummodo* eſſe JCti, non Teſtatoris.

## ad L. An uſusfructus. 56.

*SUMMARIA.*

*Uſusfructus morte finitur. n. 1.*
*Quomodo pereat civitati relictus? 2.*
*Terminum longævæ vitæ eſſe centum annorum, quomodo intelligatur? 3. & ſeqq.*
*In uſufructu ſi de hærede actum, ad primum reſtringendum. 6.*

1 MOrte naturali fructuarii finitur uſusfructus. Autor *ad L. 10. num. fin. C. h. t.* Quod uti certiſſimum, ita rationem præbet multis legibus, v. g. Legi, *hæres meus. 79. §. quamvis. 3. de Cond. & demonſtr.* quia ibi confertur in id tempus, quo extingui debet. *Caſtillo c. 61. num. 15.* Eadem ratio *l. 24. §. 1. de leg.*
2 1. Sed quia Civitas vix perire poteſt, ideo placuit, ut longiſſimo humanæ vitæ ſpatio etiam uſusfructus civitati relictus periret. *Hic & l. 8. ff. de Uſufr. leg. Barry d. t. 34. num. 44. Wiſſenb. ad tit. quib. mod. Uſusfr. amit. & Manzius num. 130. Cujac. lib. 15. obſ. 12. Franzk. ad tit. quib. mod. uſusfr. amit. in fin.* Idem in Eccleſia
3 *Hill. l. 10. c. 17. lit. B. & ſeq.* Collige, vitæ longævæ hominum terminum eſſe centum annorum. Autor *ad L. 23. num. 3. & 12. ſ. C. de SS. Eccleſ.* Sed exinde non ſequitur præſumi hominem centum annos vivere, *Wiſſenb. Exerc. 43. th. 16.* Nam præſumtio debet fieri
4 ſuper iis, quæ ut plurimum fiunt. Sed præſumtio de hoc tantum effectu intelligenda, ut ante centeſimum annum non poſſit certo mors præſumi, ut hæredi detur hæreditas, ut explicat *Bach. ad Tr. vol. 2. diſp. 4.*
5 *th. 12.* Alias pronior ſum in eam ſententiam, quod jura non præſumant vitam centum annorum, ſed terminum centum longiſſimæ vitæ conſtituant. *Vid. Menoch. lib. 6. præſumt. 49. licet diſſentiat Finkelth. obſ. 100. qui num. 14. plures citat, ut Maſcardum, Menochium*
6 *ſibi contrarium & alios.* Autor *ad L. 23. num. 3. & 12. C de SS. Eccleſ.* Ideoque etiamſi actum, ut in hæredem tranſiret, de primo tantum hærede id interpretatur Imper. *in L. Antiquitas. C. h. t. ubi vid.* Dni Autoris *notata ad d. L. num. 5. & Caſtillo d. c. 61. nu. 64. & ſeqq.*

## ad L. Dominus. 57.

*SUMMARIA.*

*Reſtituta proprietate uſusfructus remanet. n. 1.*
*Reſponſio ad obſtantem legem. 2.*
*Quid jure noviſſimo obtineat? 3.*
*Uno ex libertis, quibus certi prædii uſusfructus erat relictus, mortuo, ejus portio cæteris non accreſcit. numer. 4.*

1 HAbui jam ante uſumfructum certi prædii, cujus proprietatem mihi legat Titius. Sed quia Titius filium juſte exhæredavit, ideoque hic movet querelam inofficioſi teſtamenti, & obtinuit pro ſe ſententiam, & ideo reſtituere cogor proprietatem, quæritur, an retineam uſumfructum? Videtur quod non, quia conſolidatione antea extinctus fuit uſusfructus. Sed quia expugnato Teſtamento omnia in eo ſtatu ſunt quaſi nunquam accepiſſem quicquam ex Teſtamento *per l. qui repudiantis 17. §. ult. de inoff. Teſtam.*
2 Nec obſtat *l. ſi tibi. 17. ff. quibus modis uſusfr. amit.* quia *in illa lege* vere extinctus fuit uſusfructus conſolidatione, *hic* non. Nec condemnatio hîc prodeſt mihi, quia uſumfructum antea habui & Teſtamentum evacuatum. Sed jure noviſſimo hæc deciſio non
3 valeret, quia hodie querela legata non infirmat; Sed ſolam inſtitutionem.
4 *In* §. 1. Habetur hæc ſpecies: Teſtator libertis ſuis per fideicommiſſum reliquit certorum prædiorum uſumfructum cum hac adjectione (*ob alimenta:*) igitur ab hæredibus præſtantur libertis ad alimenta
5 fructus. Poſtea unus ex Libertis moritur, quæritur an ejus portio cæteris libertis accreſcat? Quod affirmandum videtur, *ob tit. ſeq.* Sed negatur, nam ſi illa verba (*ob alimenta*) non fuiſſent adjecta, jus accreſcendi locum haberet, ſed ex hoc additamento apparet, Teſtatorem voluiſſe non plus quemlibet libertum habere debere, quam ut vitam ſuam toleraret. Ergo portio mortui ad hæredem, recurrit.

## ad L. Defuncta. 58.

*SUMMARIA.*

*Si Fructuarius, agro locato, moriatur, quantam penſionem tranſmittat, ſi ante ſolutionis terminum, omnes fructus collecti ſint? 1. & 4.*
*Quare penſio tota Fructuarii ſit, ſi fructus in prædio ruſtico collecti, ſecus ſi in urbano? 2.*
*Quid de decimis, cenſibus? 3.*
*Quando certa pars fructuum quotannis legatur, an uſusfructus ſit? 5.*
*An ſi pars ſexta fructuum legata ſit, eadem quotannis præſtanda? 6.*

1 SPecies facti eſt: Uſufructuaria agrum locaverat colono, colonus fructus perceperat menſe Octobri, penſio ſolvenda erat menſe Martio ſequentis anni; uſufructuaria moritur menſe Decembri, & ſic diu ante terminum ſolvendæ penſionis, & tamen tranſmittit integram penſionem in ſuum hæredem; Autor *ad C. t. de Primipilo. n. 8.* quia ante mortem percepti fructus à Colon. *Hartm. Piſtor. p. 1. q. 24. num. 21.* Si
2 ergo locavit rem fructuarius, & conductor fructum percipit, penſio tota fructuarii eſt, ſi ſcil. fundi fructus ſemel colligantur, ut in prædio ruſtico: aliud in conductione ædium, ubi penſio debetur pro rata temporis, quo ſtetit uſusfructus *L. 26. h. t. Donell. lib. 10. c. 9. lit. B. & ibi Hill. Vid. Cujac. ad h. t. P. Barb. ad L. divortio. pr. p. 2. numer. 25. Caſtillo c. 77. nu. 20. & ſeq. ff. ſol. matr. Wammeſ. cent. 2. conſ. 29. num. 5. & cent. 5. conſ. 81. numer. 1. Bach. diſp. 16. th. 18. lit. D. Struv. ad h. t. numer. 19.* Autor *ad L. 5. nu. fin.*
3 *C. h. t.* ubi idem dicit de cenſibus, decimis, quia
4 ratione juris in re percipiuntur. Sed ſi colonus mortuo fructuario nihil perceperit, jus percipiendi non habet, extincto jam uſufructu.

5 *Ad* §. 1. Quando pars certa fructuum, & quidem non omnium, ſed certi ſrumenti legatur, non intelligitur uſusſiuctus, ſed hæres tenetur certam partem fructuum Legatario ſolvere: quia ſi uſufructuarius eſſet, omnes fructus luctaretur, & ſi certam partem fructuum omnium percipere potuit, eſſet fructuarius pro parte. Sed qoia certa ſpecies fructuum deſignata, ſcilicet oleris & porrinæ, uſusfructus eſſe nequit. *Donell. l. 10. c. 5. & ibi Hill. lit. G. & Connanus l. 4. c. nu. 4. Caſtillo c. 29. num. 25. Pinel. ad L. 1. C. de bon. mat. p. 2. num. 13.*

6 *In* §. 2. *hujus legis* 58. quæritur, ſi Teſtator mihi legaverit partem ſextam fructuum, an illam partem quotannis præſtare debeat, an verò ſemel præſtitiſſe ſufficiat? Et illud affirmatur, niſi hæres probaverit, teſtatoris hanc mentem fuiſſe, ut ſemel tantùm præſtaretur.

## ad L. arbores. 59.

### SUMMARIA.

*Arboribus vi dejectis alias ſubſtituere fructuarius non tenetur.* 1.
*Penſio fundi locati ſpectat ad uſufructuarium.* 2.
*Si vero id ſpecialiter non dictum, ſpectat ad heredem.* 3.
*Vſufructuarius conductorem poteſt expellere.* 4.
*Arundo caſa quomodo ad uſufructuarium pertineat? numer.* 5.

1 QUi habet uſumfructum ſylvæ, & quædam arbores vi tempeſtatis dejectæ ſint, illis ſubſtituere fructuarius alias arbores non tenetur, quia hæ arbores vi dejectæ non adquiruntur fructuario, ſed proprietario, & hic caſus à vi externa contingit, à re proficiſcitur. *conf. Donell. l.* 10. *c.* 13. *lit. C. & D.*

2 *In* § 1. agitur de agro à Teſtatore illo tibi locato,
cujus uſumfructum mihi legavit, ad quem penſio illa pertineat? Et reſpondetur, ad me, quia omne,
quod ex fundo naſcitur, ad uſufructuarium pertinet,
3 ſi modo hoc ſpecialiter dictum. Sed quid ſi non ſit
ſpecialiter dictum, tunc penſio debetur hæredi. Sed ut emtor conductorem poteſt expellere,
4 ita & ego conductorem expellere poſſum, niſi mihi penſionem ſolvat; niſi ſpecialiter penſio ſit excepta, & dictum, ut hæres eam penſionem recipiat, quo caſu expellere non poſſum. Autor *ad L. 54. num. 4. 5. & 6 ff. Locati Cond.*

*In* §. 2. dicitur, arundinem cæſam, ſi in ea etiam
5 utilitas prædii conſiſtat, & ſoleat cædi, ad uſufructuarium pertinere.

## ad L. Cujuſcunque. 60.

### SUMMARIA.

*Dejecto aut ſpoliato uſufructuario omnia cum fructibus ſunt reſtituenda. n.* 1.
*Quid ſi verò medio illo tempore jus, quod in fundo habuit, amiſit? n.* 2.
*Actio confeſſoria pro uſufructu contra Dominum, & non dominum datur.* 3.
*Quid ſi fundus, cujus uſusfructus mihi legatus, à tertio poſſideatur?* 4.

LEgatus mihi eſt fundi certi uſusfructus. Et cum in-
1 itare vellem, non ſum admiſſus, vel ſum etiam dejectus e poſſeſſione, & ſimul ablata omnia mobilia à me in fundum illata, quæ procul dubio reſtituenda ſunt cum fructibus medio tempore perceptis,
2 aut percipiendis. Sed quid ſi medio tempore amiſerim jus illud, qood in fundo habui, forte quia capitis deminutionem paſſus ſim? Et hoc caſu de fructibus uſque ad tempus amiſſi uſusfructus agere poſſum.

3 *In* §. 1. dicitur, actionem confeſſoriam pro uſufructu cqoſtituto dari non tantùm contra Dominum, ſed & contra eum, qui non eſt Dominus; Sed pone,
4 mihi eſſe legatum uſumfructum, & fundum poſſideri à tertio, contra quem agit hæres rei vindicatione, & ego confeſſoria? Et tunc diſtinguitur, an uterque confiteatur, me eſſe uſufructuarium, & debet mihi reſtitui uſusfructus, aut uterque diffiteatur, mihi competere uſumfructum, & differenda eſt reſtitutio, ſed poſſeſſor cavere tenetur de reſtituendis fructibus.

## De Lege 61. vid. Not. ad L. 44.

## ad L. Vſufructuarium. 62.

### SUMMARIA.

*Vſufructuarius in fundo fructuario etiam venari poteſt. num.* 1.
*Quas feras vivarii uſumfructum habens mactare poſſit?* 2.

1 IN *hac lege* 1. *quæritur in princ.* an uſufructuarius poſſit venari in eo fundo, in quo habet uſumfructum? Quod affirmatur, quia & jure gentium ſuas facit feras, quia nullius ſunt & occupantis fiunt, §. 11. *J. de Rer. diviſ.* & jure civili, quia habet uſumfructum.

2 Deinde *in* §. 1. quæritur, ſi mihi vivarii uſusfructus ſit conſtitutus, an poſſim feras incloſas capere & mactare? Reſp. de iis feris, quas fructuarius incluſit, vel quæ durante uſufructu dalapſæ in vivarium, nullum eſt dubium, ſed & de feris, quæ tempore traditi uſusfructus incluſæ erant? Idem affirmatur, ſi modo eundem numerum, qui tempore traditi uſusfructus fuit, præſtet, quia non poſſunt alias digoſci illæ quæ noviter inciderunt à veteribus. Et ſic ob difficilem diſcretionem aliquid fit, quod alias non fieret.

## ad L. Quod noſtrum. 63.

### SUMMARIUM.

*Plenum dominium qui habet, qualem uſumfructum habeat?*

QUi plenum dominium rei habet, is habet uſumfructum cauſalem, non vero formalem, qui apud Dominum eſſe non poteſt, cum res ſua nemini ſerviat. *L. 5. pr. Si uſusfr. pet.* Ergo ſi concedat mihi, vel alii concedat uſumfructum formalem, transfert ille id, quod ipſe non habet, dum ſeparat uſumfructum à proprietate *Caſtillo de uſufr. cap. 1. nu. 39.*

## ad L. Cum fructuarius. 64.

### SUMMARIA.

*Fructuarius uſumfructum cedens, liberatur ob onere quovis num.* 1.
*An idem in Vaſallo? num.* 2.
*An idem in domino cedente peculium ſervi?* 4.
*An idem in aqua pluvia arcenda?* 5.
*An Emphyteuta refutare Emphyteuſin poſſit?* 6.
*Quibus caſibus hoc licitum?* 7.
*An renuncians uſui communis putei à refectione liberetur?* 8.

1 FRuctuarius, cum cedere vult uſumfructum, liberatur ab onere, quod ſibi ob uſumfructum incumbit, v. gr. refectione, quia ſcil. ſolius fructuarii cauſa conſtituitur uſusfructus *Carpz. p. 2. dec. 139. n. 18.* Au-
2 tor *ad L. 7. nu. 7. C. h. t.* idem in Vaſallo refutante *Lib. 2. Feud. tit. 38.* quia vaſallus indefinite ad ſer-
3 vitia tenetur propter rem. Sic metuens litem poteſt rem deſerere odio litis. *L. 4. §. 1. de Alien. judic. mut. cau-*
4 *ſa.* Et Dominus poteſt cedere peculio ſervi, ut tributo-
5 toriam evitet Actionem. *L. 8. §. 1. de Tribut. Act.* Sed in aqua pluvia arcenda hoc non procedit, quia poſſeſſor ad onus ſuis ſumptibus faciendum tenetur. *L. 7. pr. ff.*

6 *pr. ff. de Aqua pluv. arc.* Nec Emphyteutam poſſe refutare Emphyteuticum prædium, communiter receptum, quia Emphyteuta ad culturam & Canonem ſolvendum ſuam perſonam etiam obligavit, *per l. 3. C.*
7 *de fund. patrim. ibique* Autor *numer. 5. c. 3. de immun. Eccl. Roſenthal. de feudis c. 9. m. 1. concluſ. 50. num. 13. lit. G. & quos refert.* Ac ita deciſum teſtatur *Carpz. p. 2. dec. 139. num. 10.* Et *ſeqq.* id limitat, ſi juſta ſuperveniat cauſa; ut ſi res perit, aut ſi onus aucto nume-
8 ro Dominorum fiat importabile, vel quando Emphyteuta non ad certum canonem; ſed incerta ſervitia eſſet obſtrictus. Sane ſi quis vellet uſui putei communis renunciare, à refectione tamen ſe liberare is non poſſet. *Rom. ſing. 68. Cæpolla de ſerv. Urb. Pr. cap. 47. Conſ. Guido Papæ dec. 444.*

## ad L. Sed cum. 65.

*SUMMARIA.*

*Uſufructuarius de deterioratione tenetur. nu. 1.*
*Domum vetuſtam uſufructuario hæres reficere non tenetur. 2.*

1 SI fructuarius rem, in qua uſumfructum habet ſua vel ſuorum negligentia deteriorem reddidit, non poteſt ſe liberare cedendo fundum, quia ad modum boni patrisfamilias bene adminiſtrare debet rem. Sed
2 quæritur *in* §. 1. Si Teſtator domus vetuſtate corruptæ uſumfructum mihi legaverit, an hæres teneatur reficere prius? Quod negatur, quia legata videtur ut eſt, ſicut ſi proprietatem mihi legaſſet, hæres non teneatur reficere.

## ad L. Cum Uſufructuario. 66.

*SUMMARIUM.*

*Qua actione uſufructuarius propter rem deterioratam à proprietario conveniri poſſit?*

SI uſufructuarius rem deteriorem fecerit, poteſt à Domino proprietatis actione Legis Aquiliæ conveniri, etiam actione ſervi corrupti, ſi ſervi animum corrupit vel actione injuriarum: ſi ſervum torquendo deteriorem fecit; res plana eſt.

## ad L. Cui Uſusfructus. 67.

*SUMMARIA.*

*Uſufructuarius uſumfructum alii vendere poteſt. n. 1.*
*Etiam invito Domino. 2.*
*An hic retractus locum habeat, remiſſive? 3.*

1 USufructuarius uſumfructum ſeu commoditatem uſusfructus alii vendere poteſt, ita ut emtor tamdiu fruatur, quamdiu fructuarius vivit. Autor *ad L. 2. num. 6. C. h. t. Et ad L. 9. numer. 3. C. h. t.* Et
2 hoc quidem etiam invito proprietario facere poteſt, ſcil. vendere, quod in Emphyteuta ſecus. Cæterum an in uſufructu vendito Retractus locum habeat, vid. *Caſtillo de uſufr. c. 74.*
3

## ad L. Vetus fuit. 68.

*SUMMARIA.*

*Partus ancillæ in fructu non eſt. 1.*
*Niſi etiam expreſſe ſit legatus. 2.*
*Secus in fœtu pecoris. 3.*

1 ANcillæ uſusfructus mihi legatus eſt, an partus ad me pertinet? Et negatur, quia partus hominis in fructu non eſt. Sed ſi non ancillæ tantùm, ſed
2 & partus uſusfructus mihi relictus, tunc utque partus meus eſt, non jure proprietatis, ſed uſusfructus in eo conſtituti, quia partus naſciturus legari poteſt. Sed aliud in fœtu pecorum, nam ſi gregis uſusfructus
3 ſit relictus, fœtus pecoris ad fructuarium pertinet cum onere tamen, ut ſubſtituat ex fœtu alia capita.

## ad L. Vel inutilium. 69.

*SUMMARIUM.*

*Capita gregis demortua fiunt uſufructuarii & ſubſtituta proprietarii.*

INutilia vel demortua capita gregis deſinunt eſſe proprietarii, & fiunt uſufructuarii: E contrario ſubmiſſa vel ſubſtituta à fructuario capita ſtatim adquirunt proprietarii, & deſinit dominium fructuarii. *Vid. Donell. lib. 10. cap. 13. lit. G. Caſtillo de uſufr. cap. 27. num. 11.*

## Ad L. Quid ergo. 70.

*SUMMARIA.*

*Quid ſi fructuarius non ſubſtituat? n. 1.*
*Quando fœtus ovium proprietarii, quando uſufructuarii ſit? 2.*
*Fœtus ante ſubſtitutionem perit fructuario. 3.*
*Subſtitutio ubi locum habeat? 4.*
*Quid ſi fœtus ante & poſt caſum fuerit editus? 5.*
*Quid ſit ſubmittere: 6.*

1 SI fructuarius non ſubſtituat capita ex fœtu, non tenetur domino proprietatis, qui agit ex cautione vel in factum.
2 *In* §. 1. dicitur, fœtum ovium, quando jam ſubmiſſus vel ſubſtitutus eſt, eſſe proprietarii, ſed ante ſubmiſſionem eſſe fructuarii, quod *ex l. 69.* clarum. Ex eo etiam perſpicue ſequitur *in* §. 2. ſi fœtus ante
3 ſubſtitutionem periret, eum fructuario perire, & hujus eſſe periculum, & ejus quoque eſſe commodum ſi quid commodi ex pecude mortua percipi poſſit.
4 *In* §. 3. Illud, quod de ſubſtitutione aliorum capitum dictum, declaratur, ut locum tantùm habeat, quando univerſitas fuit legata e. g. grex, non vero, ſi certus numerus legatus v. gr. centum oves, quæcunque moriuntur nihil eſt ſupplendum, quia rem tueri debet, ut accepit. *l. 44.* Grex autem ſubſtitutis aliis capitibus idem manet. *l. 22. de Leg. 1. Donell. l. 10. c. 13. lit. F. Caſtillo d. tr. c. 27. n. 14.*
5 *In* §. 4. nimis curioſe quæritur, ſi nullæ oves mortuæ & ante caſum fuerit editus fœtus & poſt caſum, an ex priori fœtu ſubſtituenda capita? Et reſponde-
6 tur, priorem fœtum eſſe fructuarii: Sed ſi omnis fœtus poſt caſum mortuarum ovium editus, ex priori fœtu ſubſtitutio facienda: Submittere autem eſt diſpertire ac diviſionem facere §. *ult.* ſcil. utilia ſubmittendo & inutilia ſibi ſervando & hæc diviſio non ipſo jure fit, ſed facto fructuarii.

## ad L. Si in area. 71.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo, area mutata, uſusfructus reſtituatur?*

HAbebam in area uſumfructum. Sed in area quis ædificavit, & ſic facies rei mutata, ſed ſi intra decennium aufertur domus, areæ uſusfructus reſtituitur.

## ad L. Si dominus. 72.

*SUMMARIUM.*

*An, qui ſolam fundi proprietatem habet, utiliter uſumfructum leget?*

SI is, qui ſolam proprietatem fundi habet, mihi uſumfructum legaverit, utile eſt legatum, non tantùm, ſi vivo Teſtatore, aut eo mortuo ante aditam hæreditatem defuncto, vel hæredi accedat, ſed etiam ſi poſt aditam hæreditatem accedat.

## ad L. Si areæ. 73.

*SUMMARIUM.*

*An area uſumfructum habens caſam in ea poſſit?*



Digitized by Google

*Quo reſpectu duo ſolidum & partem uſusfructus habeant? 2.*

*Quomodo, ſi duo Domini proprietatem tradiderint alteri, jus accreſcendi ceſſet? 3.*

*Quomodo Jus accreſcendi locum habeat, ſi alteri proprietas, alteri uſusfructus ſit legatus? 4.*

1 PRoponitur hic regula, toties jus accreſcendi eſſe, quoties in duobus, qui in ſolidum habuerint, concurſus diviſus eſt. Non enim contraria ſunt, in
2 ſolidum habere, & partem habere. Nam ſolidum initio debetur, ſi non concurrant; partes vero ab initio hac conditione, ſi concurrant. *Hill. l. 8. c. 20. lit. E. Franzk. ad h. t. nu. 8. & ſeqq.* quomodo autem hæc regula in diverſis conjunctis ſpeciebus procedat, *vid. Hill. in Donell. lib. 7. c. 13. lit. K.*

3 *In* §. 1. alius caſus proponitur, in quo ceſſat jus adcreſcendi, ſcilicet ſi duo domini deducto & ſibi reſervato uſufructu proprietatem mihi tradiderint, ſi alter eorum amiſit ſuum uſumfructum, non ad alterum dominum venit uſusfructus, quia à diverſis partibus diviſim datus, ſed ad me redit uſusfructus jure conſolidationis, ſeu ad proprietarium, non ad totius fundi, uſumfructum, ſed pro parte, quam habuit is in fundo qui mihi tradidit.

4 *In* §. 2. hæc ſpecies. Teſtator mihi legavit fundum (ſcilicet non detracto uſufructu, & tibi ejuſdem nudum uſumfructum. Si tu deficias vel amittas uſumfructum, ad quem perveniat, an ad hæredem jure conſolidationis, vel an ad me jure adcreſcendi? Et affirmatur poſterius: Sicut e contrario, ſi moriatur, qui plenam proprietatem habet, uſusfructus ad collegatarium tranſit, & non tantum conſtitutus, ſed etiam amiſſus uſusfructus jus adcreſcendi amittit.

## ad L. Si Tibi. 4.

### SUMMARIUM.

*Quomodo ſi uni proprietas & duobus uſusfructus legatus, juri accreſcendi locus?*

TEſtator tibi proprietatem fundi, mihi & Mevio uſumfructum legavit, hic quilibet noſtrum habet partem tertiam uſusfructus, nam tu hæres plenum dominium, id eſt, uſumfructum proprietati annexum ſeu cauſalem. Si Mevius amittit uſumfructum, pars ejus accreſcit mihi & tibi, & ſic tu habes dimidiam partem uſusfructus & ego alteram.

## ad L. Et ſi tradideris.

### SUMMARIUM.

*An, ſi proprietas vendita ſit, juri accreſcendi locus?*

SEd quæritur *circa legem præcedentem*, ſi tu proprietatem alii vendideris deducto uſufructu, an etiam deficiente me, vel Mevio jure accreſcendi fruaris? Et videtur quod non, quia non videtur idem uſusfructus, antea fuit cauſalis, jam formalis; ſed aff. quia eſt idem uſusfructus, licet ratione annexæ vel ſeparatæ proprietatis ita diſtinguatur.

## ad L. Idem & 6.

### SUMMARIA.

*Quæ de vendente proprietatem antea dicta, ad Legatarium hic extenduntur. num. 1.*

*Quid ſi uſusfructus alteri pure, alteri ſub conditione, legatus? 2.*

1 QUod antea dictum de eo, qui vendidit proprietatem deducto uſufructu, id extenditur, ſi alter ex Legatariis uſumfructum nactus fuerit, nam non eſt diverſus uſusfructus. Si tibi proprietas, mihi uſusfructus pars legata ſit, ſi unus deficiat, non eſt jus adcreſcendi, quia non ſumus conjuncti, ne verbis qui-
2 dem, ideo amiſſus à me uſusfructus ad te ut proprietarium jure Conſolidationis accedit. Sed quid ſi Teſtator mihi & tibi legaverit uſumfructum, mihi pure, tibi ſub conditione? Reſp. *in* §. 2. interim pendente conditione uſusf. totus eſt meus, ſed exiſtente conditione, ſi amiſerim per deminutionem capitis, totus uſusfructus eſt tuus.

## ad L. Si quis Attio. 7.

### SUMMARIUM.

*Qui mihi & hæredibus ſuis uſumfructum legat; quam partem habeam?*

LEgavit quis Attio & omnibus hæredibus ſuis uſumfructum, hic Attius dimidium habebit, quia tantum habet unus nominatus, quantum plures innominati conjuncti per nomen collectivum. Notetur autem, hic non de Attii, ſed Teſtatoris hæredibus ſermonem eſſe *Dec. conſ.* 470. *num.* 10. & 11. *Seb. Sapia in rep. l. fin. C. de impub. ſubſt. num.* 16. *Zaſ. l.* 1. *ſing. Reſp. c.* 19. *num.* 6. & *lib.* 2. *c.* 20.

## ad L. Si mulieri. 8.

### SUMMARIA.

*Matri amiſſis liberis uſusfructus totus accreſcit, numer. 1.*

*Quomodo filii matris collegatarii non ſunt? 2.*

1 SI mulieri cum liberis ſuis uſusfructus legetur, amiſſis liberis mater jure adcreſcendi totum habet uſumfructum. Idem in caſu contrario. Sed quid pater
2 ſolos filios ſuos hæredes ſcripſerit, uxori autem à filiis legaverit uſumfructum, ut eo ſimul fruetetur cum liberis ſuis? Quo caſu filii matris collegatarii non ſunt, nec eſſe poſſunt, quia hæredibus à ſemetipſis fruſtra legatur, & nihilominus inter matrem, & filios verſatur jus adcreſcendi atque ſi collegatarii eſſent.

## ad L. Si proprietas. 9.

### SUMMARIUM.

*Quid ſi duobus fundus ſit legatus & uni uſusfructus ejus?*

TEſtator legavit mihi & tibi fundum & uſumfructum ejus fundi legavit Titio, quæritur, quas partes habeamus in uſufructu, nam ego & tu habemus partem uſusfructus cauſalis? Et reſp. me & te habere ſemiſſem in uſufructu & alterum ſemiſſem habere Titium, quia idem eſt in inſtitutione hæredis *per l. 59. §. 2. ff. de Hæred. inſt.* Idem ſi duo ſint fructuarii & uni fundus legatus, nam tunc illi duo habebunt ſemiſſem unum, & alterum ille unus.

## Ad L. Interdum. 10.

### SUMMARIA.

*Ex Cujacio legis hujus difficilis interpretatio affertur. num. 1.*

*Habet hodie parum ſucci. 2.*

1 OBſcurior *hæc Lex* & ſpinoſior, de cujus intellectu concertant Doctores, & ideo in foro parum utilis. Diſſidentes interpretationes adducit ex *Cujacio* & Genevenſi Suevino *Hill. in Don. lib.* 10. *c.* 23. *lit.* C. Ex quo breviter repetam Cujacii interpretationem, quam habet *lib.* 9. *obſ.* 11. tripartitam, (1) Si A. & B. legatus eſt uſusfructus & portio A. ei

## ad L. Quæſitum eſt. 37.

*SVMMARIVM.*

*Promiſſor propter moram ad fructus tenetur vel eorum æſtimationem?*

A Legato tranſit JCtus ad ſtipulationem. Stipulor à te uſumfructum fundi ad decennium. Per integrum quinquennium me fruſtraris & in mora es, ne mihi tradas, quæritur, an iſtius quinquennii fructus vel eorum æſtimationem mihi tenearis præſtare? Videtur, quod non, quia ſtipulatio eſt contractus ſtricti juris, in quo non veniunt fructus. Sed reſp. niſi ipſi fructus in ſtipulationem veniant, ut hic fit in ſtipulatione uſusfructus. Idem eſt ſi decem annorum operas ſervi tui ſtipulatus ſim.

## ad L. Non utitur. 38.

*SVMMARIVM.*

*Quomodo Uſusfructus non utendo amittatur?*

USufructuarius amittit uſumfructum, non utendo per decennium, de quo *infra tit.* 4. Autor *ad L. 16. n. 3. C. de Servitut.* Sed pone, me vendidiſſe uſumfructum vel locaſſe, vel donaſſe, ſi per decennium non uſus fuerim, an tunc etiam amiſerim? Reſpondetur, tunc non utendo amitti uſumfructum, ſi nec ipſe, nec alius ejus nomine utatur. Imo ſi vendiderit fructuarius uſumfructum, & emtor non fuerit uſus fructibus non tamen amittitur uſusfructus, quia fructuarius pretio utitur loco fructuum *leg. ſeq.* Imo ſi quis quaſi negotium meum gerens uſus fuerit uſufructu, non amittitur uſusfructus, quia non ſuo, ſed uſufructuarii nomine percepit fructus. Unde probabiliter colligi poſſet, ſi alius pro me vectigal ſolverit, quaſi negotium meum gerens, quod tunc merces meæ non cadant in commiſſum.

## Ad L. Quod ſi. 40.

*SVMMARIVM.*

*Quomodo differant venditio uſusfructus & ejuſdem donatio?*

IN *hac lege* conſtituitur differentia inter venditionem uſusfructus, & ejuſdem donationem. Si vendiderim uſumfructum, licet emtor non utatur, retineo tamen uſumfructum, quia utor pretio. At ſi donaverim & donatarius non utatur, amitto uſumfr. Cur ſic? quia nihil habeo, quo utar, ut in venditione.

## ad L. Statuæ. 41.

*SUMMARIA.*

*An ſtatuæ & imagines ſint in uſufructu & quomodo. n. 1.*
*Etiam ſterilium fundorum uſusfructus legari poteſt.? 2.*

IN *hac l.* quæritur, an ſtatuarum & imaginum uſus-
1 fructus ſit? Et affirmatur, ſed quæreret aliquis, quis fructus ſtatuarum? Reſp. Acc. ſi quilibet viſurus ſtatuam daret nummum. Sicut Florentiæ videre volens Leonem, id in medio relinquo. An etiam ſterilium
2 fundorum uſusfructus legari poſſit, ubi expenſæ culturæ ſuperant fructus? Videtur, quod non; quia nulla hujus fundi utilitas: Sed affirmatur, quia 1. aliquem fructum tamen fert, licet minorem expenſis. 2. Poſſet à fructuario ejuſque opera fertilior reddi.

## ad L. Si alii uſus. 42.

*SUMMARIA.*

*Fructuarius percipit omnia commoda, niſi quid à Teſtatore detractum. num. 1.*
*Quid interſit omnium bonorum uſumfructum, & omnium bonorum æſtimationis uſumfructum eſſe legatum? 2.*

1 SI Teſtator uſumfructum alicui leget, Fructuarius omnia commoda habebit, niſi Teſtator quid detraxerit, ut ſi uni uſum, alteri fructum legavit; id enim percipit fructuarius, quod uſuario ſupereſt, ut tamen & ipſi fruendi cauſa uſus ſuperſit, *hic & l. 14. §. pen. & ſeq. de uſu & habit. Donell. l.* 10. *c.* 7. Nec obſt. *l. 5. §. 2. ff. Uſufructuarius quemadmodum caveat*, quia ibi dicitur fructum non uſumfructum legatum eſſe. *Vid. Hill. d. c. 7. lit. A. & Bach. d. diſp. 16. th. 8. lit. D.*

2 *In §. 1. Legis hujus* 42. habentur duæ ſpecies inter ſe collatæ, prima hæc eſt: Legavit Teſtator mihi uſumfructum omnium bonorum; & præterea Legavit etiam mihi proprietatem fundi alicujus. Altera ſpecies eſt: quod juſſerit Teſtator æſtimari omnia bona ſua, & æſtimationis hujus uſumfructum mihi legat, & præterea fundi alicujus proprietatem, quæritur, quid inter hæc duo interſit? Reſp. in prima ſpecie deducendus eſt fructus prædii ipſius legati, quia res ſua nemini ſervit: *L. 5. pr. ſi uſusfr. pet.* & *L. 26. de S. V. P.* Sed in ſecunda ſpecie ab æſtimatione non deducitur fundus legatus, ſed videtur idem his legari, ſcilicet fundus, cujus proprietas, ut ſimul ejus æſtimati fructus legentur.

## ad L. Etiam partis. 43.

NOn tantùm omnium bonorum, ſed & partis bonorum uſusfructus legari poteſt. Quando pars non definita, dimidia intelligitur. *Vid. Barb. loc. lib. 14. c. 3. ax. 6.*

## ad L. Uſufructuarius. 44. & 61.

*SUMMARIA.*

*Fructuarius nihil de novo ædificare valet, melius etiam repoſiturus. num. 1.*
*Quod ampliatur. 2.*
*Proprietarius, qui nullum intereſſe, id impediendo, allegare poteſt, non auditur. 3.*
*Annon extruere poſſit lapidicinas? 4.*
*Annon ædificium extruere? 5.*

FRuctuarius nihil de novo ædificare debet, etiam
1 melius repoſiturus, niſi velit uſufructu privari: aliud vero eſt, ſi velit tueri, quod accepit. Quod
2 extenditur *in l. 61. h. t. Ex quibus duabus Legibus* apparet triplex ampliatio. (1) Ne quidem in melius poſſe mutare uſumfructum. (2) Ne quidem à defuncto inchoata perficere. (3) Ne quidem, ſi aliter uſufructu uti non poſſit; quorum omnium ratio fluit ex ratione juris, quod non conſiſtat uſusfructus, mutata rei forma. *Pinellus plures citans ad l. 1. C. de bon. mat. p. 2. numer.* 53. ubi *num.* 53. excipit partem in adventitiis. Et rationem *Pinelli* ſupra allegatam probat etiam *Caſtillo c. 53. num. 16. conf. tamen Hillig. l.* 10. *lit. F.* Licet in tertia ampliatione aliàs omnes contrarium dicerent. *arg. l. 2. ff. de juriſd.* & merito ex æquitatis ſumma ratione contrarium dicendum, de *quo ſupra ad*
3 *l. 8.* & ſane proprietarius hoc caſu vix aliquod intereſſe allegare poſſet; & ſine intereſſe litigans merito à foro cum canibus arcendus. Ideoque multæ inanes tricæ hic apparent. Sed obſtare videtur *L. 13. §. 5. h. t.* ubi lapidicinas extruere poteſt. R. ſed ita, ſi agriculturæ non noceant, atque ſic forma non mutetur. Vid. *Caſtillo c. 33. num. 23. & ſeq.* Obſtat etiam *d. l. 13. §. 6.* Sed ibi de ædificio ad fructus percipiendos poſito, cujus magnus favor. *Donell. l. 10. c. 10. in fine & ibi Hill. ac Pinell. d. p. 2. num. 54.*

## ad L. Sicut. 45.

### *SUMMARIA.*

*Impendia in certitudinem ſervi fructuarii facta, uſufructuario ferenda ſunt. nu. 1.*
*Limitatur. 2.*

1 IMpendia in valetudinem & curam ſervi fructuarii, ab uſufructuario facta, uſufructuario ferenda, quis
2 etiam cibaria ſervo tali ſuppeditare tenetur. Sed de impendiis modicis intelligendum: quid enim ſi morbo inveterato laboret ſervus, antequam eo frueretur uſufructuarius? Ideoque magnæ impenſæ ex parte, ſi non in totum, ad proprietarium pertinebunt.

## ad L. Si extraneo. 46.

### *SUMMARIA.*

*Filius à patre præteritus, matri, cui ſola fundi proprietas erat relicta, plenum dominium obtenta cauſa reſtituere tenetur. n. 1.*
*Res in uſumfructum legata refectio ad hæredem pertinet. 2.*

1 PAter filium emancipatum præteriit, extraneum inſtituit, matri ſuæ proprietatem ſolam fundi hujus reliquit. Filius petit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & obtinuit, quæritur, an matri nuda proprietas fundi præſtanda? Videtur quod ſic; quia nuda proprietas ipſi legata; Sed reſpondetur, matrem debere habere plenum dominium, proprietatem cum uſufructu. Nam Teſtator voluit, fundi Uſumfructum pertinere ad hæredem extraneum inſtitutione, qui cum non ſit in effectu, ſed filius emancipatus, & filio non ſit reſervatus uſusfructus, exinde ſequitur proprietatem & uſumfructum jure conſolidationis ad matrem pertinere, quia hæres extraneus, cui reſervatus erat uſusfructus pro mortuo habetur, quam deciſionem juvat pietatis reſpectus.

2 *In* §. 1. dicitur, quod rei in uſumfructum legatæ refectio ad hæredem pertineat, & hic ex Teſtamento conveniri poſſit, ſi hoc onus Teſtator ei impoſuit.

## ad L. Quod. 47.

### *SUMMARIUM.*

*Hæres propter rem uſufructuariam non refectam, tenetur legatarii hæredibus.*

TEſtator injunxit hæredi, ut rem, cujus uſumfr. Titio reliquit, hæres reficeret. Sed hæres non reficit, ideoque Titius non potuit uſufructu frui, poſt biennium moritur Titius, quæritur, an Titii hæres intereſſe non refecti fundi pro tempore præterito ab hærede petere poſſit! Quod affirmatur & eſt per ſe planum.

## ad L. Si abſente. 48.

### *SUMMARIA.*

*Ad modicam refectionem uſufructuarius tenetur. n. 1.*
*Hæres tamen eo abſente erogatas modicas expenſas repetit. 2.*
*Uſufructuarius etiam immaturos fructus percipiendo ſuos facit. 3.*
*Quomodo hodie ligna immatura cadere poſſit? 4.*

1 MOdica refectio rei pertinet ad uſufructuarium,
2 & ejus onus eſt. Abſente igitur eo, cui uſusfructus legatus, hæres interim modicas impenſas facit in re reficienda, & quidem, animo gerendi negotium abſentis fructuarii, quæritur, an repetere poſſit expenſas modicas erogatas? Quod negandum videtur, quia ſibi in futurum proſpicere videtur, ob ſpem redituri uſusfructus ad proprietatem. Sed affirmatur, quia pro tempore præſenti alienum negotium geſſit, idque ſatis declaravit. Si verò uſufructuarius paratus ſit relinquere uſumfructum, tunc non tenetur ad reſtitutionem expenſarum hic *& l. 64. h. t.* Autor *ad L. 7. num. 6. 7. C. h. t.*

3 *In* §. 1. agitur de uſufructuario, qui immaturos fructus cædit & percipit, quod immaturos fructus, & ligna immature cæſa ſua faciat. Sed quod de lignis
4 immature cæſis dicitur, ita puto moribus noſtris declarandum, ut tamen fructuarius ratione deteriorationis teneatur, nam valde nocet ſaltibus & ſylvis, ſi arbores immature cædantur.

## ad L. Si mihi. 49.

### *SUMMARIUM.*

*Quomodo duo certi fundi uſumfructum à duobus hæredibus petere poſſint?*

TEſtator ſcriptis duobus hæredibus, fundi certi uſumfructum mihi. & tibi reliquit: Quæritur, à quonam meam dimidiam debeam petere? Reſpondetur, hujus dimidiæ partem mediam me petere debere ab uno hærede, & alteram mediam partem ab altero hærede, quod eſt planum.

## ad L. Titius. 50.

### *SUMMARIUM.*

*Quomodo legatarius partem uſusfructus reſtiturus impenſas repetere poſſit?*

TItius mihi fundum certum legavit, ſed ita, ut partis dimidiæ uſumfructum Meviæ præſtarem. Ego, priuſquam reſtituam, horreum collapſum reædifico, quæritur, an Mevia pro parte ſua dimidiam partem expenſarum reſtituere teneatur? Quod affirmatur, quia pro parte dimidia in commodum uſufructuariæ hæ impenſæ factæ, & ſi non reſtitutis impenſis uſumfructum conſtituerim, datur mihi actio negotiorum geſtorum, *l. 48. pr. h. t.* aut poſſeſſio condicetur condictione incerti *l. 40. §. 1. ff. de Condict. indeb.*

## ad L. Titio. 51.

### *SUMMARIUM.*

*Uſusfructus in tempus mortis legari nequit.*

VSusfructus non poteſt legari in id tempus cum moriens, ſiquidem tunc finiretur uſusfructus, ſi antea eſſet conſtitutus, quia non debet actus incipere ab eo caſu, quo debet finiri. *hic & l. 5. ff. de uſufr. leg. l. 76. de jure dotium. l. 4 C. de Donat. ante nupt. l. 17. ff. de Manumiſſ. Teſtam.* Autor. *ad L. 9. num. 3. C. de hæred. inſtit.*

## ad L. Uſufructu. 52.

### *SUMMARIUM.*

*Cur uſufructuarius tributa ſolvere teneatur?*

TRibuta ſunt onera fructuum, ergo ab uſufructuario ſunt ſolvenda. *vide nota.* Dni Autoris *ad l. 27. §. 3. h. t. num. 4.*

## ad L. Si cui. 53.

### *SUMMARIUM.*

*Collapſa parte domus fructuaria, ejus uſusfructus non perit.*

DOmus alicujus uſusfructus mihi relictus, maxima pars domus collapſa, pauxillum reſtat. Si tota domus collapſa eſſet, finitus eſſet uſusfructus. Sed quia pars reſtat, per eam totius areæ ac ſoli uſusfructus retinetur. *hic & l. 22. §. fin. C. de Agric & cenſ. ibique* Autor *nu.*

ad

## ad L. Sub conditionē. 54.

### SUMMARIUM.

*Quid ſi fundus vendatur, cujus uſusfructus ſub conditione relictus?*

TEſtator mihi legat uſumfructum certi fundi ſub conditione aliqua, poſt mortem Teſtatoris hæres ejus vendidit proprietatem ejus fundi deducto uſufructu, quæritur 1. ſi conditio extiterit, & ego habuerim uſumfructum, ſed poſtea amiſerim? Reſp. uſusfructus conſolidatur cum proprietate, & emtor proprietatis habet plenum dominium. Sed quæritur 2. ſi conditio defecerit, ad quem pertinebit uſusfructus? Et reſp. ad hæredem, quia ab illo legatus eſt uſusfructus; Ergo ex intentione Teſtatoris manet penes hæredem, niſi in emtione exceptus uſusfructus, Legatarii cauſa. &c.

## ad L. Si infantis. 55.

### SUMMARIUM.

*Quomodo infantes uſus eſſe poſſit?*

SErvi, qui adhuc infans eſt, uſus vel uſusfructus mihi relictus eſt, quæritur, an valeat legatum? Videtur quod non; quia infantis quis uſus eſſe poterit? Reſp. affirmatur, quia, cum adoleverit, incipit illius eſſe uſus, vel uſusfr. notetur, verbum *tantummodo* eſſe JCti, non Teſtatoris.

## ad L. An uſusfructus. 56.

### SUMMARIA.

*Uſusfructus morte finitur. n. 1.*
*Quomodo pereat civitati relictus? 2.*
*Terminum longævæ vitæ eſſe centum annorum, quomodo intelligatur? 3. & ſeqq.*
*In uſufructu ſi de hærede actum, ad primum reſtringendum. 6.*

1 MOrte naturali fructuarii finitur uſusfructus. Autor *ad L. 10. num. fin. C. h. t.* Quod uti certiſ-
ſimum, ita rationem præbet multis legibus, v. g. Legi, *hæres meus. 79. §. quamvis. 3. de Cond. & demonſtr.*
quia ibi confertur in id tempus, quo extingui debet.
*Caſtillo c. 61. num. 15.* Eadem ratio *l. 24. §. 1. de leg.*
2 1. Sed quia Civitas vix perire poteſt, ideo placuit,
ut longiſſimo humanæ vitæ ſpatio etiam uſusfructus
civitati relictus periret. *Hic & l. 8. ff. de Uſufr. leg. Barry d. l. 34. num. 44. Wiſſenb. ad tit. quib. mod. Uſusfr. amit. & Manzius num. 130. Cujac. lib. 15. obſ. 12. Franzk. ad tit. quib. mod. uſusfr. amit. in fin.* Idem in Eccleſia
3 *Hill. l. 10. c. 17. lit. B. & ſeq.* Collige, vitæ longævæ
hominum terminum eſſe centum annorum. Autor *ad L. 23. num. 3. & 12. ſ. C. de SS. Eccleſ.* Sed exinde non
ſequitur præſumi hominem centum annos vivere,
*Wiſſenb. Exerc. 43. th. 16.* Nam præſumtio debet fieri
4 ſuper iis, quæ ut plurimum fiunt. Sed præſumtio de
hoc tantum effectu intelligenda, ut ante centeſimum
annum non poſſit certo mors præſumi, ut hæredi detur hæreditas, ut explicat *Bach. ad Tr. vol. 2. diſp. 4.*
5 *th. 12.* Alias pronior ſum in eam ſententiam, quod
jura non præſumant vitam centum annorum, ſed terminum tantum longiſſimæ vitæ conſtituant. *Vid. Menoch. lib. 6. præſumt. 49. licet diſſentiat Finkelth. obſ. 100. qui num. 14. plures citat, ut Maſcardum, Menochium*
6 *ſibi contrarium & alios.* Autor *ad L. 23. num. 3. & 12. C de SS. Eccleſ.* Ideoque etiamſi actum, ut in
hæredem tranſiret, de primo tantum hærede id interpretatur Imper. *in L. Antiquitas. C. h. t. ubi vid.* Dni
Autoris *notata ad d. L. num. 5. & Caſtillo d. c. 61. nu. 24. & ſeqq.*

## ad L. Dominus. 57.

### SUMMARIA.

*Reſtituta proprietate uſusfructus remanet. n. 1.*
*Reſponſio ad obſtantem legem. 2.*
*Quid jure noviſſimo obtineat? 3.*
*Uno ex libertis, quibus certi prædii uſusfructus erat relictus, mortuo, ejus portio cæteris non accreſcit. numer. 4.*

1 HAbui jam ante uſumfructum certi prædii, cujus proprietatem mihi legat Titius. Sed quia Titius filium juſte exhæredavit, ideoque hic movet querelam inofficioſi teſtamenti, & obtinuit pro ſe ſententiam, & ideo reſtituere cogor proprietatem, quæritur, an retineam uſumfructum? Videtur quod non, quia conſolidatione antea extinctus fuit uſusfructus. Sed quia expugnato Teſtamento omnia in eo ſtatu ſunt quaſi nunquam accepiſſem quicquam ex Teſtamento *per l. qui repudiantis 17. §. ult. de inoff. Teſtam.*
2 Nec obſtat *l. ſi tibi. 17. ff. quibus modis uſusfr. amit.*
quia *in illa lege* vere extinctus fuit uſusfructus conſolidatione, *hic* non. Nec condemnatio hic prodeſt
mihi, quia uſumfructum antea habui & Teſtamentum evacuatum. Sed jure noviſſimo hæc deciſio non
3 valeret, quia hodie querela legata non infirmat; Sed
ſolam inſtitutionem.
4 *In* §. 1. Habetur hæc ſpecies: Teſtator libertis ſuis
per fideicommiſſum reliquit certorum prædiorum
uſumfructum cum hac adjectione (*ob alimenta:*)
igitur ab hæredibus præſtantur libertis ad alimenta
5 fructus. Poſtea unus ex Libertis moritur, quæritur an
ejus portio cæteris libertis adcreſcat? Quod affirmandum videtur, *ob tit. ſeq.* Sed negatur, nam ſi illa verba (*ob alimenta*) non fuiſſent adjecta, jus adcreſcendi locum haberet, ſed ex hoc additamento apparet, Teſtatorem voluiſſe non plus quemlibet libertum habere debere, quam ut vitam ſuam toleraret. Ergo portio mortui ad hæredem, recurrit.

## ad L. Defuncta. 58.

### SUMMARIA.

*Si Fructuarius, agro locato, moriatur, quantam penſionem tranſmittat, ſi ante ſolutionis terminum, omnes fructus collecti ſint? 1. & 4.*
*Quare penſio tota Fructuarii ſit, ſi fructus in prædio ruſtico collecti, ſecus ſi in urbano? 2.*
*Quid de decimis, cenſibus? 3.*
*Quando certa pars fructuum quotannis legatur, an uſusfructus ſit? 5.*
*An ſi pars ſexta fructuum legata ſit, eadem quotannis præſtanda? 6.*

1 SPecies facti eſt: Uſufructuaria agrum locaverat colono, colonus fructus perceperat menſe Octobri, penſio ſolvenda erat menſe Martio ſequentis anni; uſufructuaria moritur menſe Decembri, & ſic diu ante terminum ſolvendæ penſionis, & tamen tranſmittit integram penſionem in ſuum hæredem; Autor *ad C. t. de Principio. n. 8.* quia ante mortem percepti
fructus à Colon. *Hartm. Piſtor. p. 1. q. 24. num. 21.* Si
2 ergo locavit rem fructuarius, & conductor fructum
percipit, penſio tota fructuarii eſt, ſi ſcil. fundi fructus ſemel colligantur, ut in prædio ruſtico: aliud in conductione ædium, ubi penſio debetur pro rata temporis, quo ſtetit uſusfructus *L. 26. h. t. Donell. lib. 10. c. 9. lit. B. & ibi Hill. Vid. Cujac. ad h. t. P. Barb. ad L. divortio. pr. p. 2. numer. 25. Caſtillo c. 77. nu. 20. & ſeq. ff. ſol. matr. Wammeſ. cent. 2. conſ. 29. num. 3. & cent. 5. conſ. 81. numer. 1. Bach. diſp. 16. th. 18. lit. D. Struv. ad h. t. numer. 19.* Autor *ad L. 5. nu. fin.*
3 *C. h. t.* ubi idem dicit de cenſibus, decimis, quia
4 ratione juris in re percipiuntur. Sed ſi colonus mortuo fructuario nihil perceperit, jus percipiendi non
habet, extincto jam uſufructu.

5 *Ad* §. 1. Quando pars certa fructuum, & quidem non omnium, ſed certi frumenti legatur, non intelligitur uſuſfructus, ſed hæres tenetur certam partem fructuum Legatario ſolvere: quia ſi uſufructuarius eſſet, omnes fructus lucraretur, & ſi certam partem fructuum omnium percipere potuit, eſſet fructuarius pro parte. Sed quia certa ſpecies fructuum deſignata, ſcilicet oleris & porrinæ, uſusfructus eſſe nequit. *Donell. l. 10. c. 5. & ibi Hill. lit. G. & Connanus l. 4. c. nu. 4. Caſtillo c. 29. num. 25. Pinel. ad L. 1. C. de bon. mat. p. 2. num. 13.*

6 *In* §. 2. *hujus legis* 58. quæritur, ſi Teſtator mihi legaverit partem ſextam fructuum, an illam partem quotannis præſtare debeat, an verò ſemel præſtitiſſe ſufficiat? Et illud affirmatur, niſi hæres probaverit, teſtatoris hanc mentem fuiſſe, ut ſemel tantùm præſtaretur.

## ad L. arbores. 59.

### SUMMARIA.

*Arboribus vi dejectis alias ſubſtituere fructuarius non tenetur.* 1.
*Penſio fundi locati ſpectat ad uſufructuarium.* 2.
*Si verò id ſpecialiter non dictum, ſpectat ad hæredem.* 3.
*Uſufructuarius conductorem poteſt expellere.* 4.
*Arundo cæſa quomodo ad uſufructuarium pertineat? numer.* 5.

1 QUi habet uſumfructum ſylvæ, & quædam arbores vi tempeſtatis dejectæ ſint, illis ſubſtituere fructuarius alias arbores non tenetur, quia hæ arbores vi dejectæ non adquiruntur fructuario, ſed proprietario, & hic caſus à vi externa contingit, à re proficiſcitur. *conf. Donell. l. 10. c. 13. lit. C. & D.*

2 *In* §. 1. agitur de agro à Teſtatore illo tibi locato, cujus uſumfructum mihi legavit, ad quem penſio illa pertineat? Et reſpondetur, ad me, quia omne, quod ex fundo naſcitur, ad uſufructuarium pertinet,
3 ſi modo hoc ſpecialiter dictum. Sed quid ſi non ſit ſpecialiter dictum, tunc penſio debetur hæredi. Sed ut emtor conductorem poteſt expellere, ita & ego conductorem expellere poſſum, niſi mi-
4 hi penſionem ſolvat; niſi ſpecialiter penſio ſit excepta, & dictum, ut hæres eam penſionem recipiat, quo caſu expellere non poſſum. Autor *ad L. 54. num. 4. 5. & 6 ff. Locati Cond.*

*In* §. 2. dicitur, arundinem cæſam, ſi in ea etiam
5 utilitas prædii conſiſtat, & ſoleat cædi, ad uſufructuarium pertinere.

## ad L. Cujuſcunque. 60.

### SUMMARIA.

*Dejecto aut ſpoliato uſufructuario omnia cum fructibus ſunt reſtituenda. n.* 1.
*Quid ſi verò medio illo tempore jus, quod in fundo habuit, amiſit? n.* 2.
*Actio confeſſoria pro uſufructu contra Dominum, & non dominum datur.* 3.
*Quid ſi fundus, cujus uſusfructus mihi legatus, à tertio poſſideatur?* 4.

1 LEgatus mihi eſt fundi certi uſusfructus. Et cum intrare vellem, non ſum admiſſus, vel tum etiam dejectus e poſſeſſione, & ſimul ablata omnia mobilia à me in fundum illata, quæ procul dubio reſtituenda ſunt cum fructibus medio tempore perceptis,
2 aut percipiendis. Sed quid ſi medio tempore amiſerim jus illud, quod in fundo habui, forte quia capitis deminutionem paſſus ſim? Et hoc caſu de fructibus uſque ad tempus amiſſi uſusfructus agere poſſum.

3 *In* §. 1. dicitur, actionem confeſſoriam pro uſufructu conſtituto dari non tantùm contra Dominum, ſed & contra eum, qui non eſt Dominus; Sed pone,
4 mihi eſſe legatum uſumfructum, & fundum poſſideri à tertio, contra quem agit hæres rei vindicatione, & ego confeſſoria? Et tunc diſtinguitur, an uterque confiteatur, me eſſe uſufructuarium, & debet mihi reſtitui uſusfructus, aut uterque diffiteatur, mihi competere uſumfructum, & differenda eſt reſtitutio, ſed poſſeſſor cavere tenetur de reſtituendis fructibus.

## De Lege 61. vid. Not. ad L. 44.

## ad L. Uſufructuarium. 62.

### SUMMARIA.

*Uſufructuarius in fundo fructuario etiam venari poteſt. num.* 1.
*Quas feras vivarii uſumfructum habens mactare poſſit?* 2.

1 IN *hac lege* 1. *quæritur in princ.* an uſufructuarius poſſit venari in eo fundo, in quo habet uſumfructum? Quod affirmatur, quia & jure gentium ſuas facit feras, quia nullius ſunt & occupantis fiunt, §. 12. *J. de Rer. diviſ.* & jure civili, quia habet uſumfructum.

2 Deinde *in* §. 1. quæritur, ſi mihi vivarii uſusfructus ſit conſtitutus, an poſſim feras incluſas capere & mactare? Reſp. de iis feris, quas fructuarius incluſit, vel quæ durante uſufructu delapſæ in vivarium, nullum eſt dubium, ſed & de feris, quæ tempore traditi uſusfructus incluſæ erant? Idem affirmatur, ſi modo eundem numerum, qui tempore traditi uſusfructus fuit, præſtet, quia non poſſunt alias dignoſci illæ quæ noviter inciderunt à veteribus. Et ſic ob difficilem diſcretionem aliquid fit, quod alias non fieret.

## ad L. Quod noſtrum. 63.

### SUMMARIUM.

*Plenum dominium qui habet, qualem uſumfructum habeat?*

QUi plenum dominium rei habet, is habet uſumfructum cauſalem, non vero formalem, qui apud Dominum eſſe non poteſt, cum res ſua nemini ſerviat. *L. 5. pr. Si uſusfr. pet.* Ergo ſi concedat mihi, vel alii concedat uſumfructum formalem, transfert ille id, quod ipſe non habet, dum ſeparat uſumfructum à proprietate *Caſtillo de uſufr. cap. 1. nu. 39.*

## ad L. Cum fructuarius. 64.

### SUMMARIA.

*Fructuarius uſumfructum cedens, liberatur ob onere quovis num.* 1.
*An idem in Vaſallo? num.* 2.
*An idem in domino cedente peculium ſervi?* 4.
*An idem in aqua pluvia arcenda?* 5.
*An Emphyteuta refutare Emphyteuſin poſſit?* 6.
*Quibus caſibus hoc licitum?* 7.
*An renuncians uſus communis parti à refectione liberetur?* 8.

1 FRuctuarius, cum cedere vult uſumfructum, liberatur ab onere, quod ſibi ob uſumfructum incumbit, v. gr. refectione, quia ſcil. ſolius fructuarii cauſa conſtituitur uſusfructus *Carpz. p. 2. dec. 139. n. 18.* Au-
2 tor *ad L. 7. nu. 7. C. h. t.* idem in Vaſallo refutante *Lib. 2. Feud. tit. 38.* quia vaſallus indefinite ad ſer-
3 vitia tenetur propter rem. Sic metuens litem poteſt rem deſerere odio litis. *L. 4. §. 1. de Alien. judic. mut. cau-*
4 *ſa.* Et Dominus poteſt cedere peculio ſervi, ut tribu-
5 toriam evitet Actionem. *L. 8. §. 1. de Tribut. Act.* Sed in aqua pluvia arcenda hoc non procedit, quia poſſeſſor ad onus ſuis ſumptibus faciendum tenetur. *L. 7.*

*pr. ff.*

Digitized by Google

6 *pr. ff. de Aqua pluv. arc.* Nec Emphyteutam poſſe refutare Emphyteuticum prædium, communiter receptum, quia Emphyteuta ad culturam & Canonem ſolvendum ſuam perſonam etiam obligavit, *per l. 3. C.*
7 *de fund. patrim. ibique* Autor *numer. 5. c. 3. de commun. Eccl. Roſenthal. de feudis c. 9. m. 1. concluſ. 50. num. 13. lit. G. & quos refert.* Ac ita deciſum teſtatur *Carpz. p. 2. dec. 139. num. 10. Et ſeqq.* id limitat, ſi juſta ſuperveniat cauſa; ut ſi res pereat, aut ſi onus aucto nume-
8 ro Dominorum fiat importabile, vel quando Emphyteuta non ad certum canonem; ſed incerta ſervitia eſſet obſtrictus. Sane ſi quis vellet uſui putei communis renunciare, à refectione tamen ſe liberare is non poſſet. *Rom. ſing. 68. Cæpolla de ſerv. Urb. Pr. cap. 47. Conf. Guido Pape dec. 444.*

## ad L. Sed cum. 65.

### SUMMARIA.

*Uſufructarius de deterioratione tenetur. nu. 1.*
*Domum vetuſtam uſufructuarii hæres reficere non tenetur. 2.*

1 SI fructuarios rem, in qua uſumfructum habet ſua vel ſuorum negligentia deteriorem reddidit, non poteſt ſe liberare cedendo fundum, quia ad modum boni patrisfamilias bene adminiſtrare debet rem. Sed
2 quæritur *in* §. 1. Si Teſtator domus vetuſtate corruptæ uſumfructum mihi legaverit, an hæres teneatur reficere prius? Quod negatur, quia legata videtur ut eſt, ſicut ſi proprietatem mihi legaſſet, hæres non teneatur reficere.

## ad L. Cum Uſufructuario. 66.

### SUMMARIUM.

*Qua actione uſufructuarius propter rem deterioratam à proprietario conveniri poſſit?*

SI uſufructuarius rem deteriorem fecerit, poteſt à Domino proprietatis actione Legis Aquiliæ conveniri, etiam actione ſervi corrupti, ſi ſervi animum corrupit vel actione injuriarum: ſi ſervum torquendo deteriorem fecit; res plana eſt.

## ad L. Cui Uſusfructus. 67.

### SUMMARIA.

*Uſufructuarius uſumfructum alii vendere poteſt. n. 1.*
*Etiam invito Domino. 2.*
*An hic retractus locum habeat, remiſſive? 3.*

1 USufructuarius uſumfructum ſeu commoditatem uſusfructus alii vendere poteſt, ita ut emtor tamdiu fruatur, quamdiu fructuarius vivit. Autor *ad L. 2. num. 6. C. h. t. Et ad L. 9. numer. 3. C. h. t.* Et
2 hoc quidem etiam invito proprietario facere poteſt, ſcil. vendere, quod in Emphyteuta ſecus. Cæterum an in uſufructu vendito Retractus locum habeat, vid. *Caſtillo de uſufr. c. 74.*
3

## ad L. Vetus fuit. 68.

### SUMMARIA.

*Partus ancillæ in fructu non eſt. 1.*
*Niſi etiam expreſſe ſit legatus. 2.*
*Secus in fœtu pecoris. 3.*

1 ANcillæ uſusfructus mihi legatus eſt, an partus ad me pertinet? Et negatur, quia partus hominis in fructu non eſt. Sed ſi non ancillæ tantùm, ſed
2 & partus uſusfructus mihi relictus, tunc utique partus meus eſt, non jure proprietatis, ſed uſusfructus in eo conſtituti; quia partus naſciturus legari poteſt. Sed aliud in fœtu pecorum, nam ſi gregis uſusfructus
3 ſit relictus, fœtus pecoris ad fructuarium pertinat cum onere tamen, ut ſubſtituat ex fœtu alia capita.



## ad L. Vel inutilium. 69.

### SUMMARIUM.

*Capita gregis demortua fiunt uſufructuarii & ſubſtituta proprietarii.*

INutilia vel demortua capita gregis deſinunt eſſe proprietarii, & fiunt uſufructuarii: E contrario ſubmiſſa vel ſubſtituta à fructuario capita ſtatim adquirunt proprietarii, & deſinit dominium fructuarii. *Vid. Donell. lib. 10. cap. 13. lit. G. Caſtillo de uſufr. cap. 27. num. 11.*

## Ad L. Quid ergo. 70.

### SUMMARIA.

*Quid ſi fructuarius non ſubſtituat? n. 1.*
*Quando fœtus ovium proprietarii, quando uſufructuarii ſit? 2.*
*Fœtus ante ſubſtitutionem perit fructuario. 3.*
*Subſtitutio ubi locum habeat? 4.*
*Quid ſi fœtus ante & poſt caſum fuerit editus? 5.*
*Quid ſit ſubmittere: 6.*

1 SI fructuarius non ſubſtituat capita ex fœtu, non tenetur domino proprietatis, qui agit ex cautione vel in factum.
2 *In* §. 1. dicitur, fœtum ovium, quando jam ſubmiſſus vel ſubſtitutus eſt, eſſe proprietarii, ſed ante ſubmiſſionem eſſe fructuarii, quod *ex l. 69.* clarum. Ex eo etiam perſpicue ſequitur *in* §. 2. ſi fœtus ante
3 ſubſtitutionem periret, eum fructuario perire, & hujus eſſe periculum, & ejus quoque eſſe commodum ſi quid commodi ex pecude mortua percipi poſſit.
4 *In* §. 3. Illud, quod de ſubſtitutione aliorum capitum dictum, declaratur, ut locum tantùm habeat, quando univerſitas fuit legata e. g. grex, non vero, ſi certus numerus legatus v. gr. centum oves, quæcunque moriuntur nihil eſt ſupplendum, quia rem tueri debet, ut accepit. *l. 44.* Grex autem ſubſtitutis aliis capitibus idem manet. *l. 22. de Leg. 1. Donell. l. 10. c. 13. lit. F. Caſtillo d. tr. c. 27. n. 14.*
5 *In* §. 4. nimis curioſe quæritur, ſi nullæ oves mortuæ & ante caſum fuerit editus fœtus & poſt caſum, an ex priori fœtu ſubſtituenda capita? Et reſpondetur, priorem fœtum eſſe fructuarii: Sed ſi omnis fœ-
6 tus poſt caſum mortuarum ovium editus, ex priori fœtu ſubſtitutio facienda: Submittere autem eſt diſpertire ac diviſionem facere §. *ult.* ſcil. utilia ſubmittendo & inutilia ſibi ſervando & hæc diviſio non ipſo jure ſit, ſed facto fructuarii.

## ad L. Si in area. 71.

### SUMMARIUM.

*Quomodo, area mutata, uſusfructus reſtituatur?*

HAbebam in area uſumfructum. Sed in area quis ædificavit, & ſic facies rei mutata, ſed ſi intra decennium aufertur domus, areæ uſusfructus reſtituitur.

## ad L. Si dominus. 72.

### SUMMARIUM.

*An, qui ſolum fundi proprietatem habet, utiliter uſumfructum leget?*

SI is, qui ſolam proprietatem fundi habet, mihi uſumfructum legaverit, utile eſt legatum, non tantùm, ſi vivo Teſtatore, aut eo mortuo ante aditam hæreditatem defuncto, vel hæredi accedat, ſed etiam ſi poſt aditam hæreditatem accedat.

## ad L. Si areæ. 73.

### SUMMARIUM.

*An area uſumfructum habens caſam in ea poſſit?*



Digitized by Google

IN *hac lege* quæritur, an is, cui relictus eſt uſusfructus areæ, in ea caſam ponere queat? Videtur quod non; quia ita facies rei mutatur. Sed affirmatur, qoia cuſtodiæ rerum cauſa non ad habitandum caſa poſita.

### ad L. Si Sticho. ult.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi uſusfructus duobus ſervis diverſis legatus ſit?*

SI meo ſervo & tuo uſusfructus legatus, uſusfructus ad nos Dominos pertiner pro parte æquali.

---

## TITULUS II.

## *De Uſufructu Adcreſcendo.*

### ad Rubr.

*SUMMARIA.*

*Jus accreſcendi locum non habet in contractibus. nu. 1.*
*De quonam uſufructu hic titulus loquatur? 2.*

1 JUs accreſcendi non habet locum in contractibus.
*Duarenus de Jure adcreſc. l. 1. c. 15. num.* 16. Autor
*ad L. un. num.* 3. *C. Si liberal. Imperial.* adeoque nec in
donationibus. *Carpzov. p. 2. dec. 134. num. 11. & ſeq.*
*Mev. de Jure Lubec. l. 1. tit. 5. art.* 14. niſi promiſſoris
2 interſit. Autor *ad L. ult. n. 5. C. de Inutil. ſtip.* Et ideo
titulus hic non poreſt accipi de uſufructu inter vivos
conſtituto, ſed per ultimam voluntatem relicto. *Svevus
de jure ader. l. 2. c. 2. Donell. l. 10. cap. 23. & ibi Hill.
l. A. & Coll. Arg. ad h. t. th.* 2. Excipitur donatio
Principis, *per l. un. C. Si liberalitatis Imperialis ſocius
ſine herede deceſſerit, & ibi notata* Dni Autoris. *n.* 5. 8.
*& 9. Carpzov. dec.* 134.

### ad L. Quoties. 1. & L. Ideoque. 2.

*SUMMARIA.*

*Jus accreſcendi quomodo in variis conjunctis locum habeat? num. 1.*
*Quid ſi pluribus libertis ad alimenta uſusfr. relictus, & unus deficiat, an locus erit juri accreſcendi? 2. & 3.*
*Quid in legato, veſtitu aut legatis veſtibus teſtatoris? num. 4.*
*Quid ſi pars fundi uſufructuaria huic, & alia alteri aſſignata? 5.*
*Uſumfructum ſervo communi legatum, uno, repudiante, alter totum habet. 6.*
*Quid, ſi uſusfructus duobus conjunctim & tertio ſeparatim legetur? 7.*
*Quinam re tantum conjuncti? 8.*
*Specialia in uſufructu accreſcendo quænam ſint, à proprietate? 9. & ſeqq.*
*An ſi proprietas nuda alicui legata, jus accreſcendi detur? 13.*
*Jus accreſcendi jure conſolationis fortius eſt 14.*

1 IN materia Legatorum conjuncti dicuntur vel *Re*, ſi eadem res duobus diverſis commatibus legata, in ſolidum; vel *Verbis*, ſi duobus æquis partibus eadem res legata; vel; *Re*, *& Verbis*, ſi duobus copulative res eadem legata; & in his omnibus, etiam qui verbis tantum conjuncti, jus accreſcendi eſſe, communis videtur eſſe ſententia, *per l. un. §. 10. C. de Caduc. toll. l. 66. de Hæred. inſt. l. 16. §. ult. de Leg. 1. L. 89. de Leg. 3. Bart. in L. Re conjunct. 89. de. Leg. 3. num. 23. Donell. lib. 7. c. 13. Berl. p. 2. dec. 285. numer. 15. Struv. ad h. t. th. 28. Wiſſenb. d. 19. th. 12.* Autor *ad L. un. num. 52. C. de Caduc. toll.* Et hanc in judicio ſervandam, ſuadet *Menoch. lib. 4. præſumt. 159. num. 17.* ubi hanc quæſtionem prolixe tractat, Exceptio ha-
2 betur *in L. Dominus. 57. §. 1. ff. de Uſufr.* ubi pluribus
libertis ad alimenta legatus eſt Uſusfructus, & ſi eorum unus amiſerit uſumfructum, ejus pars non acquiritur Collegatariis, ſed proprietario, quia non voluit
teſtator, ut eorum unus plus haberet, quam ut vitam
3 toleraret. Et ſic uſufructu limitato ad finem alimento-
rum, ceſſat jus accreſcendi. *Cujac. lib. 7. Reſp. Papin.
tom. 4. p 980. & Wiſſenb. d. d. 9. th. 14. in fin.* ubi diſerte hanc rationem probat. Idem in legato veſtitu; aliud
4 vero in legatis veſtibus Teſtatoris, ubi uſumfructum
omnino locum habere, tradit *Berlich. p. 2. dec. 286.
num. 5. & ſeq.* quia in uſufructu portio non portioni,
ſed perſonæ accreſcit *Berlich. d. l.* Sed id aliter ſe ha-
5 bere videtur in uſufructu, ſi partis fundi uſusfructus
huic, & alterius alteri ſit relictus; nam hic ceſſare dicitur jus accreſcendi, *In L. h. princ. Vaſq. de Succeſſ. progreſſ. §. 23. n. 28. Fachin. lib. 5. controv. c. 50. & Berl. num.* 21.

6 *In §. 1. hujus legis.* 1. dicitur, ſi ſervo communi meo
& tuo uſusfructus legetur, tunc nos eſſe conjunctos *hic & l. 20. & 40. de Leg.* 2. Et ſic uno repudiante vel amittente uſumfructum alter totum habet, non jure adcreſcendi, ſed pro partibus dominicis, quando ſervo ſimpliciter legatum eſt, pro æquis vero ſeu virilibus partibus, cum legatus eſt contemplatione dominorum. Aliud in proprietate ſervo communi legata *l. 20. de Leg. 2. vid. Donell. l. 11. c. 23. lit. G. & quos ibi refert Hill. & Coll. Arg. hoc. tit. th. 4. & 12.*

7 *In §. 2.* agitur de eo caſu, ſi meo & tuo ſervo communi uſusfructus legatus, & in alia periodo etiam Titio legetur, ſi tu deficias, Titio nihil adcreſcat, ſed mihi, quia ſumus magis conjuncti inter nos, quam Titius, cui ſeparatim legatus uſusfructus, quod *in §. 3.* extenditur, ſi mihi & tibi legetur uſusfructus, & poſtea ſeparatim Titio.

8 *In §. 4.* dicitur 1. inter conjunctos re tantum, ut ſi mihi totius fundi uſusfructus relictus, & poſtea etiam tibi diverſa in periodo legetur. Et idem dicitur eſſe in proprietate relicta.

Dantur in Uſufructu quoad jus accreſcendi nonnul-
9 la ſpecialia, quia hic etiam conſtitutus & acquiſitus
uſusfructus, & poſtea amiſſus, jus accreſcendi admit-
10 tit. Secus in proprietate. *L. un. §. 4. C. de Caduc. toll.
ibique* Autor *n. 18. & ſeqq.* Proprietas enim ſemel conſtituitur, cum vindicatur: uſusfructus vero quotidie
conſtituitur, quia in fructuum perceptione conſiſtit.
11 *Cujac. hic* ergo pars uſusfructus omiſſa vel amiſſa ad-
creſcit alteri, ſed pars proprietatis omiſſa tantum. *Cujac. t. 4. p. 370. Gomez. t. 1. reſol. c. 10. num. 41. Dn.
Franzk ad h. t. n. 17. & Dn. Struv. th. 29. Zoeſ. num. 6.*
12 *Wiſſenb. ad Pand. d. d. 9. th.* 10. Si etiam accreſcit, qui
partem ſuam jam amiſit, *per l. 10. §. 1. h. t.* quia portio
vacans non rei, ſed perſonæ cohæret, *de quo vid. Donell. & Hill. l. 10. c. 23. Franzk. h. t. nu. 24. Struv. d. l.
Svev. de Jure Accreſc. l. 1. c. 4. Zoeſius ad h. t. num. 7.
Wiſſenb. d. d. 9. th. 11.*

13 *In §. ult legis* 1. habetur hæc ſpecies. Teſtator duo-
bus hæredibus inſtitutis mihi proprietatem nudam legavit, & ſic uſumfructum reſervavit duobus hæredibus, in hac ſpecie non datur jus adcreſcendi, quia videtur uſusfructus hæredibus pro portionibus hæreditariis. Ideoque ſi alter ex uſufructuariis amittat uſumfructum, quæritur, ad quem perveniat pars amiſſa? Et
reſpondet, ad proprietarium jure conſolidationis.
14 Nam licet jus adcreſcendi alias fortius ſit jure conſoli-
dationis, ubi tamen illud ceſſat, huic locus erit. Et ſic amiſſa pars uſusfructus non ad cohæredem venit, ſed jus conſolidationis ad me proprietarium & legatarium.

### ad L. Idem Neratius. 3.

*SUMMARIA.*

*Juri adcreſcendi quando locus ſit? num. 1.*

Qua

*Quo reſpectu duo ſolidum & partem uſusfructus habeant? 2.*

*Quomodo, ſi duo Domini proprietatem tradiderint alteri, jus accreſcendi ceſſet? 3.*

*Quomodo Jus accreſcendi locum habeat, ſi alteri proprietas, alteri uſusfructus ſit legatus? 4.*

1 PRoponitur hic regula, toties jus accreſcendi eſſe,
quoties in duobus, qui in ſolidum habuerint,
concurſus diviſus eſt. Non enim contraria ſunt, in
2 ſolidum habere, & partem habere. Nam ſolidum
initio debetur, ſi non concurrant; partes vero ab
initio hac conditione, ſi concurrant. *Hill. l. 8. c. 20.
lit. E. Franzk. ad h. t. nu. 8. & ſeqq.* quomodo autem
hæc regula in diverſis conjunctis ſpeciebus procedat,
*vid. Hill. in Donell. lib. 7. c. 13. lit. K.*

3 *In* §. 1. alius caſus proponitur, in quo ceſſat jus ad-
creſcendi, ſcilicet ſi duo domini deducto & ſibi reſer-
vato uſufructu proprietatem mihi tradiderint, ſi alter
eorum amiſit ſuum uſumfructum, non ad alterum do-
minium venit uſusfructus, quia à diverſis partibus di-
viſim datus, ſed ad me redit uſusfructus jure conſoli-
dationis, ſeu ad proprietarium, non ad totius fundi,
uſumfructum, ſed pro parte, quam habuit is in fundo
qui mihi tradidit.

4 *In* §. 2. hæc ſpecies. Teſtator mihi legavit ſundum
(ſcilicet non detracto uſufructu, & tibi ejusdem nu-
dum uſumfructum. Si tu deficias vel amittas uſum-
fructum, ad quem perveniat, an ad hæredem jure con-
ſolidationis, vel an ad me jure adcreſcendi? Et affir-
matur poſterius: Sicut e contrario, ſi moriatur, qui
plenam proprietatem habet, uſusfructus ad collegata-
rium tranſit, & non tantum conſtitutus, ſed etiam
amiſſus uſusfructus jus adcreſcendi amittit.

## ad L. Si Tibi. 4.

### SUMMARIUM.

*Quomodo ſi uni proprietas & duobus uſusfructus legatus, jure accreſcendi locus?*

TEſtator tibi proprietatem fundi, mihi & Mevio uſumfructum legavit, hic qualibet noſtrum habet partem tertiam uſusfructus, nam tu hæres plenum dominium, id eſt, uſumfructum proprietati annexum ſeu cauſalem. Si Mevius amittit uſumfructum, pars ejus accreſcit mihi & tibi, & ſic tu habes dimidiam partem uſusfructus & ego alteram.

## ad L. Et ſi tradideris.

### SUMMARIUM.

*An, ſi proprietas vendita ſit, juri accreſcendi locus?*

SEd quæritur *circa legem præcedentem*, ſi tu proprietatem alii vendideris deducto uſufructu, an etiam deficiente me, vel Mevio jure accreſcendi fruaris? Et videtur quod non, quia non videtur idem uſusfructus, antea fuit cauſalis, jam formalis; ſed aff. quia eſt idem uſusfructus, licet ratione annexæ vel ſeparatæ proprietatis ita diſtinguatur.

## ad L. Idem & 6.

### SUMMARIA.

*Qua de vendente proprietatem antea dicta, ad Legatarium hic extenduntur. num. 1.*

*Quid ſi uſusfructus alteri pure, alteri ſub conditione, legatur? 2.*

1 QUod antea dictum de eo, qui vendidit proprie-
tatem deducto uſufructu, id extenditur, ſi alter
ex Legatariis uſumfructum nactus fuerit, nam non eſt
diverſus uſusfructus. Si tibi proprietas, mihi uſus-
fructus pars legata ſit, ſi unus deficiat, non eſt jus ad-
creſcendi, quia non ſumus conjuncti, ne verbis qui-
2 dem, ideo amiſſus à me uſusfructus ad te ut proprie-
tarium jure Conſolidationis accedit. Sed quid ſi Te-
ſtator mihi & tibi legaverit uſumfructum, mihi pu-
re, tibi ſub conditione? Reſp. *in* §. 2. interim pen-
dente conditione uſusfr. totus eſt meus, ſed exiſten-
te condinone, ſi amiſerim per deminutionem capi-
tis, totus uſusfructus eſt tuus.

## ad L. Si quis Attio. 7.

### SUMMARIUM.

*Qui mihi & hæredibus ſuis uſumfructum legat; quam partem habeam?*

LEgavit quis Attio & omnihus hæredihus ſuis uſumfructum, hic Attius dimidium habebit, quia tantum habet unus nominatus, quantum plures innominati conjuncti per nomen collectivum. Notetur autem, hic non de Attii, ſed Teſtatoris hæredibus ſermonem eſſe *Dec. conſ. 470. num. 10. & 11. Seb. Sapia in rep. l. fin. C. de impub. ſubſt. num. 16. Zæſ. l. ſing. Reſp. c. 19. num. 6. & lib. 2. c. 20.*

## ad L. Si mulieri. 8.

### SUMMARIA.

*Matri amiſſis liberis uſusfructus totus accreſcit. numer. 1.*

*Quomodo filii matris collegatarii non ſunt? 2.*

1 SI mulieri cum liberis ſuis uſusfructus legetur, amiſ-
ſis liberis mater jure adcreſcendi totum habet uſum-
fructum. Idem in caſu contrario. Sed quid pater
2 ſolos filios ſuos hæredes ſcripſerit, uxori autem à filiis
legaverit uſumfructum, ut eo ſimul frueretur cum li-
beris ſuis? Quo caſu filii matris collegatarii non
ſunt, nec eſſe poſſunt, quia hæredibus à ſemetipſis
fruſtra legatur, & nihilominus inter matrem, & fi-
lios verſatur jus adcreſcendi atque ſi collegatarii eſ-
ſent.

## ad L. Si proprietas. 9.

### SUMMARIUM.

*Quid ſi duobus fundus ſit legatus & uni uſusfructus ejus?*

TEſtator legavit mihi & tibi ſundum & uſumfructum ejus ſundi legavit Titio, quæritur, quas partes habeamus in uſufructu, nam ego & tu habemus partem uſusfructus cauſalis? Et reſp. me & te habere ſemiſſem in uſufructu & alterum ſemiſſem habere Titium, quia idem eſt in inſtitutione hæredis *per l. 59. §. 2. ff. de Hered. inſt.* Idem ſi duo ſint fructuarii & uni fundus legatus, nam tunc illi duo habebunt ſemiſſem unum, & alterum ille unus.

## Ad L. Interdum. 10.

### SUMMARIA.

*Ex Cujacio legis hujus difficilis interpretatio affertur num. 1.*

*Habet hodie parum ſucci. 2.*

1 OBſcurior *hac Lex* & ſpinoſior, de cujus intellectu concertant Doctores, & ideo in foro parum utilis. Diſſidentes interpretationes adducit ex *Cujacio* & Generoſo Svetino *Hill. in Don. lib. 10. c. 23. lit. C.* Ea quo breviter repetam Cujacii interpretationem, quam habet *lib. 9. obſ. 11.* tripartitam, (1) Si A. & B. legatus eſt uſusfructus & portio A. ei

ſunt uſusfructus & repetiti. Singulis annis alius eſt uſusfructus, & commemoratio temporis vim repetitionis habet.

In §. *ult.* negatur, ſi uſusfructus alternis annis reli- 5 ctus, Legatarios concurrere poſſe, ut uno ſimul anno fruantur, quia voluntas Teſtatoris repugnat.

## ad L. Sicut in annos. 3.

### *SUMMARIA.*

*Uſusfructus capitis deminutione amiſſus legari poteſt. num. 1.*

*Item ſi ad tempus ſit legatus. 2.*

*An repetitio amiſſi per capitis deminutionem uſusfructus, jus decreſcendi ſecum habeat? 3.*

*Quid ſi ſaltem partem amiſſi uſusfructus repetere liceat? 4.*

*Mortuo fructuario, proprietarius propria authoritate poſſeſſionem capere poteſt. 5.*

*Quando capitis deminutione non finiatur? 6.*

1 IN *l. 3. princ.* agitur de repetitione uſusfructus, quæ eſt nova legatio uſusfructus, ſi capitis deminutione amiſſus fuerit, his forte verbis, quoties capite minutus eſt, vel quoties amiſſus eſt ei lego, vel quamdiu 2 vivit, ei lego. Idem ſi ad tempus ſit legatus, ad decennium v. gr. & ita tacite repetitus intelligitur uſusfructus, expreſſe vero ſi legatus, quoties capitis deminutione amiſſus fuerit.

3 *In* §. 1. proponitur hæc ſpecies; Teſtator legavit Mevio & Titio uſumfructum, ſed eſt in perſona Titii repetitus expreſſe vel tacite, quæritur, ſi Titius deminutionem paſſus & poſtea ex repetitione uſumfructum recuperavit, an Titius & Mevius ſint conjuncti, & mortuo Titio ex jure adcreſcendi ſuccedat ipſi Mevius, vel contra? Et affirmatur, quia, licet non verbis, re tamen conjuncti ſunt, etiam poſt repetitionem jus adcreſcendi ſalvum manet.

4 *In* §. 2. hæc ſpecies: Mihi & tibi legatus eſt uſusfructus, ita tamen ut in perſona tua fiat repetitio, ſi amiſeris uſumfructum, ita tamen ut non recuperes totum uſumfructum, ſed partem. Hic conjuncti ſumus etiam poſt repetitionem, quia pars ineſt toti, ſed licet jus adcreſcendi alias ſit reciprocum, hic tamen non eſt; nam ſi moriaris, totus tuus uſusfructus mihi adcreſcit, ſed ſi ego moriar, pars tantum uſusfructus tibi adquiritur, ne fiat contra voluntatem Teſtatoris qui voluit ut partem tantum reſumeres. Morte adeo finitur uſus- 5 fructus, ut poſſeſſionem Dominus propria autoritate capeſcere poſſit. *Caſtillo c. 61. Hill. l. 10. c. 17. lit. A.* 6 Sic & capitis deminutione finitur, Autor *ad L. 3. nu. 1. C. de Uſufructu.* niſi repetitum ſit legatum, vel expreſſe, ſi in ſingulos annos ſit relictum; vel tacite relictum, quoad vivet Fructuarius, *per h. L. Don. & Hill. lib. 10. c. 22.*

## ad L. Si Legatum. 4.

### *SUMMARIUM.*

*Magis ex fideicommiſſarii quam legatarii perſona uſusfructus perit. num. 1.*

*Incapaci poteſt dari, ut capaci reſtituat. 2.*

1 SI Legatarius uſumfructum alii debet reſtituere, magis ex Fideicommiſſarii quam Legatarii perſona perit Uſusfr. *Manz. ad h. t. num. 15.* Exinde probari 2 poſſet, incapaci aliquid dari vel legari poſſe, ut alteri reſtituat capaci, i. e. propter incapacitatem legatarii non perit Uſusfructus, ſed propter incapacitatem Fideicommiſſarii, quia non videtur cujuſquam id eſſe, quod ei neceſſe eſt alteri reſtituere, v. gr. Chriſtianum mancipium Judæo.

## ad L. Repeti poteſt. 5.

### *SUMMARIA.*

*Per fructuarii hæredes quinam intelligantur? num. 1.*

*Uſusfructus amiſſus quando repeti poſſit? 2.*

*Uſusfructus per ſervum acquiſitus etiam ſervo vendito retinetur. 3.*

*Re mutata tollitur uſusfructus. 4.*

*Uſusfructus areæ, poſito in eam ædificio, tollitur. 5.*

1 POteſt legari uſusfructus, ut etiam fructuarii hæredibus acquiratur, ſed tunc primi hæredes tantum intelliguntur, *L. Antiquitas. 14. C. de uſufructu. Caſtillo d. c. 61. num. 24. & ſeq. Noalis de Tranſmiſſ. c. 65. numer. 4. Struv. h. t. theſ. 33. Molin. tr. 5. Diſp. 9. num. 1. Tiraq. in tr. Le Mort. part. 4. declar. 4. num. 2. Don. lib. 10. c. 17. lit. E.* Autor *ad d. L. 14. num. 2. 3. 4. C. de* 2 *Uſufr.* Et ſic uſusfructus, quocunque modo amittatur, per repetitionem recuperatur, modo non morte amittatur, niſi hæredum etiam facta mentio.

3 *In* §. 1. quæritur de ſervo, in quo uſumfructum habeo, cui uſusfructus fundi fuit legatus, qui mihi adquiritur, poſtea ſervi uſumfructum vendo, an retineo uſumfructum fundi per ſervum quæſiti? Et reſponſio eſt plana, quod uſumfructum fundi ſemel quæſiti retineam.

4 *In* §. 2. proponitur alius modus tollendi uſumfructum præter deminutionem capitis maximam & mediam & præter mortem, ſcilicet Mutatio Rei, quia uſusfructus eſt in re, qua ſublata tollitur etiam uſusfructus, v. gr. ſi ædes, quarum uſusfructus legatus eſt, incendio conſumtæ ſint vel vitio ſuo corruant, & ad aream deductæ; nam tunc nec areæ Uſusfructus permanet.

5 *In* §. 3. quæritur, ſi areæ uſusfructus legatus & in ea ædificium ſit poſitum, an uſusfructus areæ tollatur? Quod affirmatur, Autor *ad L.* nec intereſt, an per dominum, an per extraneum illud exſtructum ſit, ita tamen ut contra Dominum agatur ex Teſtamento, vel de dolo.

## ad L. Sed & 6.

### *SUMMARIUM.*

*Quod interdictum contra ædificantem in area fructuaria detur?*

COntra ædificantem in area, cujus, uſusfructus mihi relictus eſt, competit interdictum quod vi aut clam. *l. 13. pr. & l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam.*

## ad L. Niſi. 7.

### *SUMMARIUM.*

*An ſublato ædificio areæ uſus recuperetur?*

SEd quid ſi is, qui ædificavit, iterum tollat ædificium, an recupero uſumfructum? Reſp. ſi intra decennium tollatur, ipſo jure reſtituitur uſusfr. ſi tranſacto decennio hæres mihi denuo cedere debet uſumfructum *per h. l. 7.* Autor *ad L. 71. ff. de Uſufr. accreſ.*

## ad L. Fundi. 8.

### *SUMMARIUM.*

*Diruto ædificio fundi uſusfructus non tollitur.*

SI fundi uſusfructus mihi ſit relictus & villa ſeu ædificium ſit dirutum, non amittitur uſusfructus, quia villa eſt acceſſio fundi, ſicut arbores ſylvæ. Sic ergo mutatio in acceſſorio non tollit principale.

## ad L. Sed eo. 9.

### *SUMMARIUM.*

*Exuſta villa ſi fundi uſusfructus legatus ſit, ſolo frui licet.*

QUid ſi fundi Uſusfructus legatus ſit, & villa exuſta ſit, quæritur, an ſolo illo, cui impoſita

ſita villa fuit, frui poſſem? Videtur quod non. Sed affirmatur, quia non eſt legatus villæ, ſed totius fundi quaſi cujuſdam univerſitatis.

## ad L. Qui tamen. 10.

### SVMMARIA.

*Domo diruta fundi, licet ejus ſit acceſſio, uſusfructus non tollitur. n. 1.*
*Sed nova domo exſtructa uſusfructus non remanet. 2.*
*Si ex fundo per inundationem ſit palus, tollitur uſusfructus. 3.*
*Et contra ſi ſtagnum fiat ager. 4.*
*Idem ſi ſylva excisa fiat ager. 5.*
*Secus eſt in arvo ſi in eo vites plantentur. 6.*
*Maſſa uſusfructus perit, ſi ex ea vaſa fiant, & contra. 7.*
*Secus in proprietate legata. 8.*
*Res, quæ mutata aliud nomen adſumit, perire uſumfructum, declaratur exemplo navis & quadrigarum. 9. 13. & 14.*
*Quare ædium reſtitutarum uſusfr. non reſtituatur, ſecus atque in ſervitutibus realibus? 10.*
*Cum res reſtituta vetus, non nova eſt, uſusfructus redit. 11.*
*An ſi receſſerit aqua, reſtituatur uſusfr. 12.*

1 IN *l.* 10. *pr* proponitur ſpecies; quod ſi domus uſus-
fructus ſit legatus & fundi, & fundus ſit villæ vel
domus acceſſio, ſicut prata apud nos ſunt ædium ac-
2 ceſſiones, ſi domus diruta, tamen fundi uſusfructus
non eſt ſublatus. Sed quid ſi demolitis ædibus novas
exſtruxerit, an uſusfructus manet? Quod negatur,
quia eſt res alia, aliud ſi per partes refecerit & plane
3 nova domus ſit; Sic ſi ex fundo per inundationem fiat
palus vel ſtagnum, tollitur uſusfructus fundi, quia ex-
4 terna forma mutata eſt §. 2. *h.l.* idem in contrario caſu,
ſi ſtagni uſusfructus legatus & exaruerit fiatque ager,
5 ob eandem rationem *paragrap. prim.* Idem ſi ſylvæ
6 uſusfructus & ſylva exciſa fiat ager *per parag.* 4. ſe-
cus ſi arvi legatus uſusfructus & vites plantentur in eo
7 arvo *d.* §. 4. Si maſſæ uſusfructus legatus (quamvis
non intelligam, quos fructus generet rudis maſſa) &
8 ex ea fiant vaſa, uſusfructus finitur, & caſu converſo
idem, ſi vaſorum uſusfructus legatus & vaſa conflen-
tur *per* § 5. *h. l.* Alia ratio in proprietate legata, ſi res
ad ſua principia redire poſſit *l.* 24. *de Adquir. rerum
domin.* Diſſolutio etiam ornamentorum alicujus rei,
quæ facit diverſam figuram, tollit uſumfructum. Sic
9 ergo mutatione rei, ſi in aliud nomen tranſeat, tolli-
tur uſusfructus. Item licet eædem partes reſtaurentur,
10 diſſoluta prius nave. §. 7. *h. t.* Quadrigæ Uſusfr. lega-
tus, ſi unus pereat, uſusfructus tollitur §. *ult. h. l.* de
qua materia pluribus agit *Donell. d. l.* 10. *c.* 17. Sed mu-
tatæ rei exempla hic notanda, ut in ædibus, ſi diſſol-
vantur; nam reſtitutarum etiam ædium uſusfructus non
reſtituitur. §. 7. *h. leg.* & *L.* 36. *tit.* 1. quod in uſufru-
11 ctu ſpeciale. Nam ſecus eſt in ſervitutibus realibus.
*L.* 20. §. 2. *ff. de S. V. P.* nam hic ſubtilitatem ſequun-
tur Leges, ut eo citius uſusfructus redeat ad proprie-
tarium. *Donell. l.* 10. *c.* 18. *lit. B. Franzk. h. t. num.* 7.
12 Sed ſi res reſtituta nova non eſt, ſed vetus, reſtituitur
uſusfr. ut areæ uſusfructus ædificio extinctus, hoc de-
ſtructo, reſtituitur. *L.* 36. *pr.* & *L.* 81. *de Uſufr.* Si
aqua receſſerit, quæ agrum inundaverat, reſtituitur
agri uſusfructus. *l.* 23. & *ſeq.* Secus ſi flumen novum
alveum fecit *L.* 24. *h. t.* & *Wiſſenb. d. d.* 19. *th.* 20.
13 Quod de nave ſupra dictum, ei videtur obſtare *L.*
83. §. 5. *ff. de M. O.* Sed videatur *Wiſſenb. d. d.* 19. *th.*
14 18. Sed id, quod de quadriga in fine *h. l.* dicitur,
minimam ſubtilitatem ſapit, & non puto, eſſe in uſu,
cum *Dn. Wiſſenb. d. d.* 10. *theſ.* 19.

## ad L. Niſi alius. 11.

### SUMMARIMM.

*Quando quadrigæ uſusfructus mortuo uno equo non extinguatur?*

UNo mortuo equo quadrigæ uſumfructum extingui *dictum in praeced. lege, num.* 10. Quod hic limitatur, niſi antequam dies legati cedat forte ante aditam ab hærede hæreditatem, equus alius ſubſtitutus ſit, quod etiam in proprietate quadrigæ legata locum habet *l.* 65. §. 1. *de Leg.* 2.

## ad L. Si cui. 12.

### SUMMARIUM.

*Balnei uſusfructus perit, ſi ex eo habitatio fiat.*

EX *dictis* patet, quod, nomine rei mutato, amittatur uſusfructus, quia hic ſubtilitatem reſpiciunt Leges, ex quo ſequitur, ſi quis mihi balnei uſumfructum legaverit & fecerit ex balneo habitationem vel tabernam, vel ſi hiſtrione ſervo legato ad aliud artificium eum transferat, extingui uſumfructum.

## Ad L. Si Fructuarius. 13.

### SUMMARIA.

*Fructuarius ipſe percipere debet fructus. nu. 1.*
*Cur non idem in b. f. poſſeſſore? 2.*
*In Fundo fructuario locato, quæ ratio fructuum ineunda? 3.*
*An prædio urbano hæredes fructuarii lucrantur fructus pro rata temporis. 4.*
*In prædio ruſtico, tota penſio debetur Fructuarii hæredibus, ſi modo, vivente eo à colono fructus ſint percepti. 5.*
*Quid transmittat Fructuarius in uſufr. penſionum? numer. 6.*
*Juris Saxonici diſpoſitio æquior. 6.*

1 FRuctuarius fructus ſuos non facit, ſi ipſe per-
cepit, hoc eſt, à ſolo ſeparaverit, vel alius ejus
nomine; ſed bonæ fidei poſſeſſor ſemper percepiſſe
dicitur, quacunque ratione & à quocunque ſint ſepa-
rati, *hic* & *l.* 15. §. 1. *de Uſuris. Donell. l.* 10. *c.* 9. & *ibi
Hill. lit. A. Bachov. in Treutl. diſp.* 15. *vol.* 1. *th.* 11. *lit.*
2 *E.* & *F.* Autor *ad L.* 5. *num.* 6. *C. de Uſufr.* Nam b. f.
poſſeſſor eſt quaſi Dominus, hic autem acquirit do-
minium fructuum, à quocunque ſeparentur. *Petr.*
3 *Barboſa ad l. divortio.* 8. *pr. parte* 3. *num.* 26. Sed ſi
fundus fructuarius locatus, diſtingui ſolet inter præ-
dium urbanum & ruſticum, ut in illius uſufructu di-
vidatur inter Fructuarium vel ejus hæredes, & pro-
4 prietarium pro rata temporis, ſed in ruſticis prædiis
diſtinguitur, utrum à colono ſint percepti, an non,
ut illo caſu penſio tota debeatur fructuarii hæredibus;
5 licet dies ſolvendæ penſionis longe poſt mortem Fru-
ctuarii eveniat, idque probat *ex l.* 26. & *l.* 58 *ff. de
Uſufr.* Si uſusfructus penſionum alicui conſtitutus,
mortuus fructuarius non tranſmittit penſionem, cujus
dies nondum ceſſit. *Vid. Carpz. p.* 3. *Juriſpr. c.* 16. *d.*
5. & *Berlich. p.* 3. *concl.* 22. *num.* 29. & *quos hic citant.*
6 Sed juris Saxonici diſpoſitio æquior, quæ agro raſtro
ſubacto ob culturam & laborem fructus nondum per-
ceptos uſufructuarii hæredibus attribuit, idem *Carp-
zov. p.* 1. *Conſt.* 5. *def.* 21.

## ad L. Excepta. 14.

### SUMMARIUM.

*Quomodo uſusfructus in totum & pro parte tollatur?*

MOrte & capitis deminutione uſusfructus in totum tollitur, Autor *ad L.* 3. *num.* 1. *C. de Uſufr.*

Et

Digitized by Google

*Et ad L. 16. num. 11. 12. C. d. t.* niſi aliud actum. Sed reliquis modis etiam pro parte tollitur, ut ſi pro parte non ſit uſua vel pars fundi mutata *per l. 25. h. t.*

### ad L. Interdum. 15.

*SUMMARIUM.*

*Manumiſſo ab herede ſervo, ejus uſusfructus tollitur.*

SErvi uſusfructus mihi eſt legatus, donec manumittatur, quæritur, an ſi hæres manumittat, finiatur uſusfructus? Quod affirmatur, quia proprietario videtur facultas data, ut quoque tempore poſſit manumittere ſervum.

### ad L. Si ſub conditione. 16.

*SUMMARIA.*

*Inter quoſnam locum non habeat jus accreſcendi? numer. 1.*
*Adveniente conditione finitur uſusfructus. 2.*

1 JUs accreſcendi non eſt inter eos, qui diverſo ſucceſſionis genere, vel ex diverſo jure, vel diverſis Teſtamentis ſuccedunt. *Gomez. l. 1. reſol. c. 10. nu. 16.*
2 *& alii quos allegat Hill. in Donell. l. 7. c. 13. lit. A. Ex hac lege* notetur etiam, finiri uſumfructum per adventum conditionis, v. gr, ſub conditione mihi legatus, quem interim hæres alii conſtituit, qui finitur, exiſtente conditione.

### ad L. Si tibi. 17.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Qui in libello ſe dixit proprietarium & probavit utile dominium, ſententiam obtinere poteſt? 2.*

1 FUit mihi uſusfructus pure legatus, proprietas vero tibi ſub conditione, ſi Doctor creaberis. Pendente conditione emo proprietatem, ſed poſtea impletur conditio: Tu petis à me proprietatem & uſumfructum cauſalem, an recte? Videtur quod non, quia ſola proprietas Tibi legata. Sed affirm. quia uſumfructum formalem non poſſum retinere, cum per acquiſitionem Proprietatis etiam revocabilem, & ita per conſolidationem fuerit extinctus. Ita ICti ſubtiliter & mirabiliter potius deciderunt, quam ex dictamine
2 rationis naturalis. Ideoque *hanc Legem* ut ſingularem commendat *Rom. ſing. 61.* quia notat ſimilem textum *in L. Is cujus. 26. de Leg. 2.* ut ſi proprietarius ſervi inſtituit hæredem uſufructuarium, & eundem ſervum alteri legavit, non poteſt Fructuarius retinere uſumfr. per confuſionem extinctum. *Tiraq. de Retr. Conſ. §. 1. gl. 7. num. 62.* Hanc legem iniquitatis poſt alios accuſat hic *Grænwegen.* Certe ſpinoſa magis eſt, quam æqua. Ex verbis, *dominium proprietatis,* Colligit *Pinellus C. de bon. mat. in l. 1. p. 2. num. 7. & ſeq.* quia hic intelligitur res ipſa, ideo ſi actor in libello ſe dixerit proprietarium, probaverit dominium utile, eum ſententiam obtinere debere.

### ad L. Si ſervo. 18.

*SUMMARIUM.*

*Uſusfructus ſervo hæreditario à Teſtatore relictus ad heredem pertinet.*

SErvo hæreditario ante aditam hæreditatem relictus ab aliquo Teſtatore uſusfructus. Quæritur, an uſusfructus ad hæredem pertineat? Videtur quod non, quia videtur hæreditati jacenti relicta, ergo cum per aditionem hæreditatis deſinat hæreditas, videtur extinctus uſusfructus. Sed affirmatur, quia dies uſusfructus non cedit, niſi adita hæreditate & ratio decidendi eſt etiam, *in l. ſeq.*

### ad L. Neque. 19.

*SUMMARIUM.*

*Mutatione proprietarii uſusfructus non tollitur.*

MUtatione proprietarii non tollitur uſusfructus. Autor *ad L. 3. num. 2. C. de Uſufructu.* Ideo ſi hæres proprietatem vendet tibi, & tu alii & ille iterum alii, non amitto uſumfructum, qui mihi competit. Quod idem in ſervitutibus realibus eſt.

### ad L. Is qui uſumfr. 20.

*SUMMARIA.*

*Uſu patris retinetur jus totius à ſciente. n. 1.*
*Uſu unius ſpeciei jurisdictio univerſalis retinetur. num. 2.*
*Facultas exigendi de omnibus vectigalia retinetur, exigendo de quibusdam. 3.*

1 USu partis retinetur jus totius à ſciente, ſecus ab ignorante: quia illo caſu uſus eſt parte juris, quatenus pars eſt; hic vero ut toto jure. Colligunt
2 exinde cum *Baldo*, eum, qui habet jurisdictionem univerſalem, uſu unius ſpeciei jurisdictionem univerſalem retinere. Et per unum actum retinetur poſſeſſio
3 totius juris univerſalis *Franc. de Clapperus Cauſa 52. qu. 3. nu. 9.* Sic ſi Princeps in genere juſſerit, ut de omnibus mercibus ſolvantur vectigalia, ſi de quibusdam tantum ſunt exacta, retinetur facultas exigendi de
4 omnibus. *Franc. de Clapper. d. l. num. 8.* qui petere poterat annua decem in antiqua moneta, ſi ſciens accipiat in minore, non ſibi præjudicat. *Bart. & Bald. hic.*

### ad L. Si Uſusfructus. 21.

*SUMMARIUM.*

*Civitas aratrum paſſa amittit uſumfructum.*

UT homo morte, ita Civitas aratrum paſſa amittit uſumfructum, quod planum.

### ad L. Si mulieri. 22.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo uſusfructus per alium retineatur?*

USusfructus vel uſus retinetur per alium, ſi uſufructuarius per decennium abfuerit, & ita non ſit uſus. Sic ſi maritus peregrinetur, per uxorem retinet uſumfructum, ſi ea fundo utatur & idem in caſu converſo.

### ad L. Si ager. 23. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Inundatione an dominium tollatur? nu 1.*
*Quid apud Hollandos circa fundum inundatum? 2.*
*Uſusfructus arena ſublata & alia terra ſuggeſta non tollitur. 3.*

1 INundatione impeditur uſusfructus, imo tollitur dominium, niſi aqua ſtatim uno impetu recedat, & non fecerit alveum: Autor *ad L. 1. n. 1. 2. C. de Alluvionib.* nam ſi hoc, deſertus etiam alveus publici juris eſt, *Colleg. Argentor ſub tit. de Ac R. Dom. th. 29. n. d. Donell. c. 18. poſt lit. C. Hugo Grot. L. 2. de Jure*
2 *Pac. & Belli c. 8 num. 8.* ubi *n. 10.* teſtatur, apud Hollandos contra Jus Romanum poſſeſſorem fundi inundati per piſcaturam poſſeſſionem retinere poſſe, ut & *Wiſſenb. ad h. t. th. 20.*
3 *In §. 1. l. 24.* dicitur idem, quod de inundatione dictum

dictum in uſu locum trahere. *Et in* §. 2. dicitur, non fioiri uſumfructum, ſi arena ſeu ſuperiot terra arenoſa ſublata & alia regeſta.

### ad L. Placet. 25.

*SUMMARIUM.*

*Non uſu etiam pars uſusfructus amittitur.*

VSusfructus totus non tantum non uſu amittitur, ſed etiam pars vel diviſa vel indiviſa. *de quo etiam ſupra dictum. L. 38. w. de Vſufr.* Autor *ad L. 16. num. 2. & 3. C. de Vſufructu.*

### ad L. Si ager. 26.

*SUMMARIUM.*

*Fundo reſtituto ejus uſusfructus revertitur.*

SI habeam uſumfructum fundi & ſervi adſcriptitii, & fundus ab hoſte captus poſtea reſtitutus ſit, revertitur uſusfructus jure poſtliminii. Nam & res inanimatæ habent jus poſtliminii. *l. 20. §. 1. ff. de Capt. & poſtlim. reverſis.*

### ad L. Si Servus. 27.

*SUMMARIUM.*

*Alius modus tollendi uſumfructum.*

HAbetur hic etiam modus tollendi uſumfructum, v. g. habeo in ſervo uſumfructum; Tu proprietatem, is mihi inſigne damnum dedit. Ego te convenio noxali actione, tu ipſum noxæ dedis, quæritur, an etiam uſumfructum mibi præſtare teneris forte in alio ſervo? Quod negatur, quia per confuſionem ſublatus eſt uſusfructus. Nam res mea (ſcil. ſervus noxæ datus) mihi ſervire nequit, & uſusfructus eſt rei alienæ.

### ad L. Si Vſusfructus. 28.

*SUMMARIUM.*

*An uſusfructus alternis annis relictus non utendo amittatur?*

VSusfructus non amittitur non utendo, ſi alternis annis relictus; nam ſic ſunt plures uſusfr. *Conf. l. 1. §. ult. Manz. ad h. t. num.* 86. ubi refert, nonnullos putare, tempore duplicato amitti per non uſum *L. fin. C. de Servit.* Sed id videtur textui huic aut ejus rationi contrarium. *Vid. not.* Dn. Aut. *ad d. l. fin.*

### ad L. Pomponius. 29.

*SUMMARIA.*

*An amittam uſumfructum, ſi proprietarius fundum à me conductum alteri vendidit? n. 1.*

*Legatarius uſufructu non utens fideicommiſſario non nocet.*

1 PRoprietarius conduxit à me fructuario fundum fructuarium, & eum poſtea vendit tibi, an amittitur uſusfructus? Aff. licet penſionem ſolverit, quia emtor ſuo nomine poſſidet, aliud ſi locavit meo nomine, non ſuo. *Manz. hic num.* 115. Sed videtur derogatum huic legi *per l. fin. C. de Acquir. poſſ. vid. Groenwegen hic.* nam ratio legis ult. æquior, quod noſtrum ſine facto noſtro ad alium transferri non poſſit, & ratio hujus legis ſcrupuloſior. *Cypr. Regn. hic.*

2 *In* §. 2. *hujus legis* 29. agitur de amiſſione uſusfructus, quæ ſit non utendo, & quæritur, ſi mihi legatus uſusfructus, ut tibi reſtituam uſumfructum, ſi ego non uſus ſim intra ſtatuta tempora, an id tibi ceu fideicommiſſario non noceat? Vid. quod ſic, quia uſusfructus ipſo jure mihi quæſitus, per reſtitutionem non videtur deſinere. Sed fideicommiſſarii perſonam ſpectandam eſſe hic dicitur, & ita fideicommiſſarii morte non mea exſtinguitur, & *in l. 4. h. t. & l. 29. de Vſuf. legato l. 3. ſi uſus pet.*

### ad L. Caro & corium. penult.

*SUMMARIUM.*

*Corium bovis mortui uſufructuarius non percipit.*

BOvis uſusfructus mihi legatus moritur, an corium & caro meum ſit? Et negatur, quia per mortem bovis ſtatim deſinit uſusfructus.

### ad L. Cum gregis. ult.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo gregis uſusfructus amittatur?*

SI gregis uſusfructus mihi legatus ſit, & numerus ovium ita deminutus, ut grex amplius dici non poſſit v. g. ſi ad novem vel pauciora capita deminuantur. *l. 3. ff. de Abig.* tollitur uſusfr. quia hic ſubtilitatem verborum ſequimur.

---

## TITULUS V.

## *DE*

## *Vſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur vel minuuntur.*

### ad L. Senatus. 1.

*SUMMARIA.*

*Quaſi uſusfructus adhibita cautione conſtituitur. numer. 1.*

*Exemplum, quod in Vſufr. eſt in uſufructu omnium bonorum. 2.*

*Et in uſu nominum. 3.*

1 VSusfructus proprie eſt earum rerum, quæ uſu non conſumuntur, ſed per SCtum & adhibitam cautionem factum eſt, ut hodie earum rerum quaſi Uſusfructus daretur, ex quo colligunt, cautionem hic eſſe de ſubſtantia, nec à teſtatore remitti, poſſe. *Gail. lib. 2. obſ. 46. num. 3. Schneid. ad pr. de Vſufr. num. fin. Donell. lib. 10. c. 4. & ibi Hillig. lit. P. Treutl. diſp. 16. th. 5. Surdus dec.* 109. *num.* 3. Autor *ad L. 2. num. 2. 3. C. Vt in poſſeſſ. legat.* Licet diſſentiat *Fachin. l. 8. c. 93. Pinell. de bon. mat. ad l. 1. part. 2. & Bachov. ad Tr. d. l.*

2 Hujus quaſi Uſusfructus notabile exemplum hodie eſt in Uſufructu omnium bonorum, cum in ea contineantur, quæ uſu conſumuntur. *Carpz. p. 3. c. 13. def. 5.*

3 Et in uſu nominum, ubi ſors reſtituenda *l. 5. h. t.*

### ad L. Sed de pecunia. 2.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo pecunia numeratæ ſit quaſi uſusfructus?*

PEcuniæ numeratæ etiam quaſi uſusfructus mediante cautione. Licet enim ſingulorum nummorum corpora in ſua ſubſtantia maneant, videntur tamen quodammodo extingui ipſo uſu per aſſiduam dominii translationem, dum expenduntur, ut ratione dominii conſumti recte & ipſi nummi conſumpti dicantur. *Coll. Arg. hic th. 3.*

### ad L. Poſt quod. 3. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*Etiam nominum uſusfructus legari poteſt.*

IN *hac lege* quæritur, an nominum uſusfructus concedi poſſit? Quod affirmatur, quia omnium bonorum

Digitized by Google

bonorum uſusfructus legari poteſt, imò nominis uſusfructus ipſi debitori legata putait, cujus effectus eſt, ut uſuræ ei videantur remiſſæ, cautio tamen hoc caſu præſtanda *l.* 4. unde patet, patrem habentem adminiſtrationem bonorum filii etiam nominibus quoad uſuras uti poſſe.

## ad L. Hoc SCtum. 5.

*SUMMARIA.*

*In re aliena quaſi uſusfructus conſtitui poteſt n.*1.
*Qua actione cautione non præſtita exigi poſſit?* 2.
*An cautio ſit de ſubſtantia quaſi uſufr.?* 3.

1 IN hac *lege quinta in princ.* dicitur, in re aliena quaſi
2 uſumfructum conſtitui poſſe. Cautio non præſtita
poteſt à Proprietario (qui tamen impropriè in hoc
quaſi uſuſructu ita dicitur; nam & ipſa proprietas
tranſit in uſufructuarium ſi conſtituens habuit (conditione
cauſa dari &c. ut ſcil. aut rem reſtituat, aut
caveat, imò finito uſufructu, licet nulla præſtita,
res condici poteſt. *Donell. l.* 10. *capit.* 4. *poſt lit. E.*
3 Et ſic *ex hoc textu* dubia redditur & refutatur communis
ſententia Doctorum, quaſi hæc cautio ſit de
ſubſtantia. *Pinell. de bonis mat. ad l.*1.*p* 2.*num.* 68.quid
ſi dicatur, neceſſarium eſſe in favorem proprietarii
non verò in favorem uſufructuarii, quaſi reſtituere
non teneatur.

In §. 1. Idem eſſe dicitur in uſu pecuniæ quod de uſufructu pecuniæ *antea* dictum, ſcilicet quia coincidunt uſus pecuniæ & uſusfructus pecuniæ.

## ad L. Si tibi decem. 6.

*SUMMARIA.*

*Si teſtator leget uni* 10000. *alteri uſumfructum quid uterque habeat? num.*1.
*Quid ſi verò duobus uſusfructus* 10000. *legatus?* 2.
*Cur invicem cavere debeant?* 3.

1 SIcut ſi res uni & alteri uſusfr. legatur, ambo in uſufructu
concurrunt. *l.*9. *& 26. de Uſufr. Leg.* ita ſi
teſtator uni 10000. legaverit, alteri uſumfructum, tum
ambo uſufructu 5000. *Cujac.t.*1.*p.m.*2114. Sed ſi duo-
2 bus uſusfructus decem millium legatus, quilibet quinque
millia in uſufructu habebit, & præſtabunt ambo
cautiones hæredi, ſed cur hic dicitur, invicem
eos debere cavere? Exiſtimant quidam, ob jus adcreſ-
3 cendi debere etiam alterum Legatarium alteri præſtare
cautionem, quæ interpretatio nihil abſurdi
habet.

## ad L. Si vini. 7.

*SUMMARIA.*

*Conſultius eſt, caveri in hac materia de certa æſtimatione. n.*1.
*Per q. Uſumfr. transfertur dominium.* 2.

1 EX *hac L.* notabimus, commodius eſſe in quaſi
Uſufructu, ut de certa pecunia vel æſtimatione
reſtituenda caveatur, quia poſſit diſputari, an res
ſit ejuſdem quantitatis, &c. *Cujac.ad Papin quæſt. lib.*
2 17. *pag.*378. *tom.* 4. Notetur etiam per hunc quaſi
Uſumfructum transferri dominium. Verba autem
ultima (*idem ſcilicet de cæteris*) ad præcedentia referenda,
non quoad effectum coactionis alternativæ admittendæ,
ſed quoad hoc, ut proprietas ad Legatarium
transferri debeat, & æſtimatione facta pecuniæ nomine
cavendum ſit *Caſtillo cap.*17.*num.*22.*ubi à numero*
16. *multa de hac lege habet.*

## ad L. Tribus 8.

*SUMMARIA.*

*Poteſt hæres unus in Teſtamento juberi, ut pro eo, cujus uſu fructus legatus, fidejubeat. num.*1.
*Caſus, ubi fidejuſſor ſolvens non habet actionem mandati contra principalem.* 2.
*An teſtator hæresve cautionem remittere valeat Fructuario? num.*3.

1 TEſtator tres hæredes inſtituit, legavit Titio uſumfructum
quindecim millium, & duos hæredes
juſſit pro Titio fidejubere de reddenda ea pecunia ſoluto
Uſufr. Duplex hic Legatum, unum eſt uſusfr.
quod ab omnibus hæredibus petet; alterum cautionis,
quod à duobus tantum petit actione incerti
ex teſtamento. Finito Uſufr. duo illi actione mandati
non agent, quia non ex mandato Titii, ſed
voluntate defuncti fidejuſſerunt. *Vid. Cujac. tom.* 4.
2 *d. l.* Collige, caſum, ubi Fidejuſſor ſolvens pro debitore
non habet regreſſum, quem etiam *ex hac
Lege* notat *Hering. de Fidejuſſ c.*25. *num.*77. ubi limitat
ex aliis: niſi plus ſolviſſet lucro accepto, de
qua limitatione dubitat tamen *Roman ſing.* 896 Et
caſum illum *ex hac L. notata Manzius de Fi ej.cap.*10.
3 *numer.* 30. Quamvis autem noſtro hi *ex h. l.* probare
velint, quamvis Teſtator non poſſit remittere hanc
cautionem, poſſe non tamen jubere, ut paupere fidejuſſore
contentus ſit proprietarius, quod tamen
*ex hac lege* non inferri putat *Pinell. ad l.*1. *C. de Bon.
mat.p.*2.*num.*86. ubi multis agit de remiſſione hujus
cautionis, quod ſcil. non à Teſtatore, tamen ab hærede
remitti poſſe, quoad ſecuritatem, non quoad
conſtitutionem. *Confer. Caſtillo de Uſufructu. cap.* 15.
*per totum.*

## ad L. In ſtipulatione. 9. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Cur q. Uſusfr. non intereat interitu rei? n* 1.
*Cur non utendo?* 2.
*An in veſtimentis propriè uſusfructus ſit?* 3.
*Cur & quando in pecuniæ legato cautio præſtanda ſit?* 4.

1 QUaſi Uſusfructus non interit, niſi morte aut capitis
deminutione, non verò interitu rei *L. incendium.*
11. *C. ſi certum pet.* neque non utendo; quia
fructuarius ſit Dominus, qui non utendo rem ſuam
2 non amittit. Circa veſtimenta quæritur, an iis propriè
Uſusfructus ſit? Reſp. Aff. Si hoc agatur, ut
eadem reſtituantur, quod in pretioſioribus & Scenicis
3 fieri ſolet. Aliud, ſi conventum, ut æquidem valoris
alia veſtis reſtituatur, *Vid. Franzk. ad d.t. num.*5.
*Struvius theſi* 19. *Conf. Donell l.*10.*cap.*4.
4 *In* §. 1. *Legis* 10. dicitur, etiam uſu pecuniæ
legato debere cautionem præſtari, quia uſus pecuniæ
eſt uſusfructus in effectu; nam omnis utilitas pecuniæ
ad uſuarium pertinet, & cautio ſive ſatisdatio vel
ſtipulatio poteſt præſtari ſive ante ſolutionem pecuniæ
ſive poſt eam, ſicut hoc generaliter in fidejuſſione
verum eſt, quod etiam poſt contractum
principalem interponi poſſit. *per* §. *fidejuſſor.* 2. *Inſt. de
fidejuſſ.*

## ad L. Si Lanæ penult.

*SUMMARIUM.*

*Lana & aromatum quaſi uſusfructus eſt.*

LAnæ, odorum & aromatum non verus ſed quaſi uſusfructus eſt, ideoque cautione opus eſt, quod fructuarius finito uſufructu non idem, ſed tantundem ſit reſtituturus, nam quomodo quis his uti poſſet ſine abuſu i. e. conſumtione.

## ad L. Cum pecunia. fin.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo proprietas tranſeat in fructuarium?*

Teſtator legavit mihi centum ad uſum meum, ita tamen, ut poſt mortem meam tibi reſtituatur, an proprietas pecuniæ ſit mea? Quod affirmatur, quia eſt idem, ac ſi quaſi uſusfructus mihi legatus, quo cum tranſit proprietas in fructuarium.

---

## TITULUS VI.

### *Si Vſusfructus petatur vel ad alium pertinere negetur.*

### Ad L. Si fundo. 1.

#### *SUMMARIA.*

*In rebus incorporalibus datur actio confeſſoria & negatoria & quid utrumque?* n. 1.
*Qui uſumfructum habet, etiam iter habet.* 2. & 3.
*Conciliatio cum* l. un. § 4. de remiſſ. 4.

1 IN rebus incorporalibus datur duplex Actio Realis,
prima Confeſſoria, pro aſſerenda ſervitute; Se-
cunda Negatoria pro aſſerenda libertate. §. *æque* 2. *In-
ſtitut. de Action.* Confeſſoria autem Actio datur non
tantum contra dominum: ſed etiam contra quem-
cunque poſſeſſorem *L. pen.* §. 1. *h. t.* Imò licet tan-
tum vim faciat, & me impediat, quo minus uti
frui poſſim, *p. l.* 10. §. 1. *ff. ſi ſervit. vind. Donell. d.
lib.* 10 *cap.* 12. *Oldendorp. Claſſ.* 3. *act.* 4. *num.* 3. Et qui
2 uſumfructum habet, poteſt etiam iter conſequi, licet
iter ſit prohibitum, & ſic ea omnia ex teſtamento
conſequetur, ſine quibus omninò uti frui non poteſt;
& quæ uſusfructus perceptio neceſſario deſiderat,
etiam lumina, aquam &c. Et ſi ipſe hæres non poſ-
ſit præſtare, ab alio emat. Non vero ea, ſine qui-
3 bus commodè uti frui nequit. *d. l.* 1. *in fin.* Unde col-
ligunt, pacta contra rei ſubſtantiam appoſita pro
4 non adjectis habenda eſſe. *Gail. l.* 1 *obſ.* 4 *num.* 12. Illa
videtur pugna inter *hanc l.* 1. § 1. & *l. un.* §. 4. *de remiſſ.*
In qua dirimenda operoſus eſt *Caſtillo cap.* 7. qui tan-
dem reſpondet, uſufructuarium nomine Domini, non
vario ſuo, vindicare poſſe ſervitutem realem.

### ad L. Si ab hærede. 2.

#### *SUMMARIUM.*

*In fundo ſub conditione legato, uſufructuarius omne damnum ab hærede datum actione confeſſ. repetit.*

PEr Confeſſoriam repetere poteſt uſufructuarius omne damnum, quod hæres fundo dedit, vel ſi ſervitutem fundo impoſuit, quod ita intelligendum, ſi ſub conditione legatus uſusfructus; nam alias ipſo jure non ſubſiſteret impoſitio ſervitutis. *Harprecht. in* §. 2. *inſt. de Vſufruct. num.* 121.

### ad L. Qui uſumfructum. 3.

#### *SUMMARIUM.*

*Vſusfructus per non uſum amiſſus repeti nequit.*

LEgatus eſt mihi uſusfructus ea lege, ut tibi reſtituam, tu accepto uſufructu rei immobilis, eo intra decennium non es uſus; quæritur, an eum ex hac cauſa amiſſum iterum petere poſſis? Quod negatur, quia, qui ex fideicommiſſo accepit uſumfructum, non eſt Dominus uſusfructus, quia prætor, ad quem tuitio fideicommiſſorum pertinet dominium tribuere, jam verò abſurdum eſt, ut qui non eſt jure civili Dominus, plus juris habeat, quam ille, qui eſt verè Dominus hujus juris ſcilicet uſusfructus, quem conſtat ſine ſpe reſtitutionis per non uſum decennalem rei immobilis uſumfructum amittere.

### ad L. Fundus. 4.

#### *SUMMARIUM.*

*Vſusfructus ſub conditione alicui legatus, pendente ea ad proprietarium pertinet.*

TEſtator quidam mihi legat fundum detracto uſufructu & ejuſdem fundi uſumfructum ſub conditione tibi legat, pendente conditione, quæritur, ad quem pertineat utilitas fundi? Videtur ad hæredem, quia mihi proprietatem legavit, Sed negatur, ſed ad me plenum dominium interim pertinet; nam dum tibi ſub conditione legat, videtur voluiſſe, ut pendente conditione proprietarii eſſet uſusfructus, quod agere intelligitur Teſtator pro cauto habetur.

### ad L. Utifrui. penult. &c.

#### *SUMMARIA.*

*Cui competat de uſufructu Actio confeſſoria?* n. 1.
*Cui negatoria?* 2.
*Domino non probante uſufructuarius abſolvitur.* 3.
*Quando poſſeſſor jus ſuum probare teneatur.* 4.
*Confeſſoria contra quem detur?* 5.
*Hæ actiones etiam de parte uſusfructus dantur.* 6.
*Quando de præteritis tantum fructibus agatur?* 7.
*Quid in has actiones veniat?* §. 8. & 9.
*Cui dentur hæ actiones?* 10.
*Quid porro Confeſſoria petatur?* 11.
*Quid in Negatoria?* 12.
*Non ex verbis, ſed a cauſa finali actiones illæ diſtinguendæ ſunt.* 13. & 14.
*In negatoria reo imponitur probatio ſervitutis.* 15.
*Quando uſufructuarius fructus ſuos faciat, non perceptos?* 17.
*An agnatus vidua in anno gratiæ ob cladem publicam parum ex feudo percipiens, ex reliquis annis reſarcire teneatur?* 19.

1 IN *l.* 5. *ſeu penultima* agitur *in principio*, 1. cui com-
petat de uſufructu Actio Confeſſoria? Et reſpon-
detur, quod detur fructuario, non verò Domino,
qui non habet uſumfructum formalem, de quo
hic agitur, ſed tantum cauſalem, & ita Dominus rei
2 vindicatione aget. Hujus formula eſt, ajo mihi
competere uſumfructum in fundo illo. 2. quærit cui
competat Actio negatoria: Et reſpondetur, Domino.
3 Sed quid ſi Dominus non poſſit probare, ſe eſſe Do-
minum, an tenetur is, qui rem veluti fructuarius
poſſidet, probare, ſibi competere uſumfructum? Quod
negatur, quia poſſeſſor omnis, ſi intentionem ſuam
actor non poſſit probare, in ſua poſſeſſione defen-
4 dendus. Undè probatur, licet in actione negatoria
poſſeſſor teneatur ſuum jus probare, id tamen in-
telligendum eſſe, ſi Actor dominium ſuum proba-
verit vel de eo conſtet.
5 In §. 1. dicitur, quod confeſſoria actio in rem,
quæ directa tantum, detur contra Dominum, ſed
utilis vindicatio uſusfructus contra quemlibet impe-
dientem.
6 In §. 2. dicitur, confeſſoriam & negatoriam actio-
nem etiam de parte uſusfructus dari. In his actioni-
7 bus fructus etiam veniunt §. 3. *h. l.* Et ſi lite penden-
te finitus fuerit uſusfructus, pro præteritis tantum
fructibus agitur, non de futuris. §. 4. quod per ſe
8 planum. In has actiones venit omnis cauſa fructuarii
ſeu intereſſe v. gr. ſi ſervi uſusfructus legatus, ſed mi-
hi præreptus, debetur mihi, quicquid ex re mea vel
ex ſuis operis conſecutus eſt ſervus. §. 5. Si etiam
9 facto rei amiſſus uſusfructus, renovandus non tan-
tum eſt uſusfructus, ſed etiam cavendum de evi-
ctione in caſum; ſi res forte pignori data. §. 6. *h. l.*

Demum

10 Demum hæ actiones dantur poſſidenti etiam ( quod ſe-
cus in corporum vindicatione ) qui agit, ut adverſa-
rius à vi & turbatione deſiſtat, fructus autem non con-
ſequitur, ſed confeſſoria agitur, ut fructuarius ſecutus
conſequatur fruendi licentiam & proprietatis Domi-
11 nus non inquietetur. §. *ult.* Confeſſoria Actio datur
ideo, ut declaretur, Actori uſumfructum competere.
*L. 8. §. 3. Si Servus vindicetur.* ut Reus condemne-
tur de re reſtituenda, aut de deſiſtendo à vi, aut fru-
ctibus interceptis reſtituendis, ita & uſufructuarius
ſecure conſequatur fruendi licentiam. *h. l. pen. in fin.*
12 *Donell. d. l.* 10 *c.* 12. *circa fin.* Negatoria actio datur
Proprietario, ut fundus liber pronuncietur, & impo-
13 ſterum non inquietetur. *in §. ult.* Et de Negatoria Actio-
ne hac notandum (1) Diſcrimen harum actionum
ſcil. Confeſſoriæ & Negatoriæ non ex conceptione
verborum, ſed à proprietate & cauſa finali eſſe ſu-
14 mendum, v. gr. Quando ego & dico, vicinum non
poſſe altius ædificare, eſt in ſpeciem Negatoria, ſed
re ipſa confeſſoria. Contrarium eſt, quando dico,
mihi eſſe jus altius ædificandi, *Cujac. in l. 15. ff. de no-
vi operis nunc. Donell. l.* 10. *c.* 12. Deinde (2) note-
15 tur, in Negatoria Actione non Actori imponendam
probationem libertatis, ſed Reum teneri probare ſer-
vitutem, cum pro libertate ſit præſumtio, ſcilicet ſi
de dominio Actoris conſter. *L. 8. C. de Serv. Carpzov.
p. 1. c. 41. d. 18. & l. 1. Reſp. 67. & ſeq. Dn. Richter dec.*
16 98. *num.* 63. *& Dn. Struv. ad h. t. th.* 49. Et Actor hic
non ſemper dominium, ſed etiam poſſeſſionem pro-
bans auditur, ex ſtylo Cameræ, de quo teſtatur *Mynſ.
c. 1. obſ.* 10. Colligitur *ex* §. 4. uſufructuarium poſſe
17 ſuos facere fructus, etiam non perceptos, eoſque ad
ſuum hæredem tranſmittere. Pone enim, Fructua-
rium Confeſſoria agere, & pendente lite mori, hic
condemnatio fiet in præteritos fructus non perceptos,
etiam finito Uſufructu: Nam quia Uſufructuarius ab
alio impeditus fuit, quo minus fructus perciperet, ju-
ris interpretatione perinde habetur, ac ſi fructus per-
cepiſſet. *Vid. Hartm. Piſt. p. 1. qu. 24. num. 23.*

*In §. ult.* dicitur, præſtandam eſſe licentiam fruen-
18 di in Actione Confeſſoria, Dominum autem non in-
quietandum in Negatoria. Hinc quæſitum, ſi vidua in
19 anno gratiæ ex feudo parum fructuum perceperit ob
cladem publicam, an Agnatus ex ſeqq. annis hos fru-
ctus reſarcire debeat? Quod negatur, quia hic eſt
caſus fortuitus, & Dominus Fructuario non tene-
tur præſtare fructus, ſed fruendi licentiam. *Ita reſp.
menſe Februar.* 1654.

## ad L. Qui de Uſufructu. fin.

### SUMMARIUM.

*Quomodo interdum poſſidens abſolvatur & non poſſidens damnetur?*

INterdum, qui poſſidet rem, in quam uſusfructus mihi competit, abſolvitur, ſi ſine dolo deſiit poſſidere lite pendente: Interdum, qui non poſſidet, damnatur, ſi ſe liti obtulerit.

---

# TITULUS V. I.
## De Operis Servorum.
## Ad L. 1.

### SUMMARIA.

*Opera ſervorum in actu conſiſtit. num.* 1.
*Opera quando debeantur?* 2 *&* 3.
*Quomodo legatum operarum cum legato naſcituri partus conferatur?* 4.
*An Dominus operas exigere valeat, cui ruſticus diu pro iis certam pecuniam præſtitit.* 5.
*Quatenus opera præſcribantur.* 6. *& quid jure Saxon?* 7.

1 OPera Servorum in Actu conſiſtit, & ſicut Meta-
phyſici loquuntur, eſt Ens tranſiens, non perma-
neus, & ſic non conſiſtit in jure, cum tamen inter ju-
ra ſeu ſervitutes perſonales tractetur. Sed vid. *Hill. lib.*
10. *c.* 21. *lit. B.* & videtur non improbabilis ſententia
*Hotomanni* ab *Hill.* allegata. His tricis non immora-
2 bor. Deinde dicitur *in hac lege*, diem operarum non
3 venire, niſi à die, quo debentur. Sed quo die deben-
tur? R. quando operæ requiſitæ *L. 7. ff. de Uſufr. legato.*
4 Et ideo confertur Legatum operarum hic cum legato
ejus, quod ex Arethuſa natum erit. Nam ſicut in hoc
Legato tacite ineſt conditio, ſi naſcetur, ita etiam in
Legato operarum, ſi exactæ erunt. *Vid. Cujac. tom. 1.*
5 *ad hanc L.* Ex hac ratione & illud evinco quoniam ope-
ræ ruſticorum non debentur, niſi exactæ, utique ſi diu
ruſticus pro operis certam pecuniam præſtiterit, non
tamen Dominus prohibetur ipſas operas exigere. & con-
tra, quia operæ ſingulis annis debentur, ſi exactæ. *Hu-
ſanus de homin. propr. c. 2. num. 32. Koppen. q. 13. num. 11.*
6 *Wehnerus in obſ. voce* Dingnotul. Ex quo ſequitur, præ-
ſcriptionem operarum in ſingulis annis conſiderari &
ſi diu non ſint præſtitæ, non tamen amittuntur in futu-
rum. *Mynſ. c. 3. obſ. 13. Gail. l. 2. obſ. 73. n. 1.* qui ambo de
recepto jure Camerali teſtantur Conf. *Manzius in cent.*
7 *dec. q.* 29. Et uniformis præſtatio non præjudicat Domi-
no in futurum. Secus jure Saxon. *Manzius d. l. n.* 4.

## ad L. Operæ ſervi. 2.

### SUMMARIA.

*Operarum legatum non perit morte. n.* 1.
*An & quare opera debeantur etiam hæredi ejus, cui relicta ſunt?* 2. 3. *&* 4.
*Quod in noſtris ruſticis etiam obtinet.* 5.

1 OPerarum Legatum non perit capitis deminutio-
ne; nec morte, *per L. 2. ff. de Uſufruct. Leg.* Sic
2 igitur jus ad hæredem ejus, cui debentur operæ, perti-
net. *Weſenb. in tt. hic in fine & Manzius ad h. t. numer.
16. & ſeq.* Ex hac ratione, quod hæ in facto ſervi, non
in facto ejus, cui debentur, conſiſtant; vel forte, quia
3 ſervus, qui operas debet alii, quam Domino, non ita
inutilis eſt proprietatio, cum tantum operæ ad alium
ſpectent, non alia nec operæ ad eum ſemper ſpectant,
ſed ſi indictæ, ſi requiſitæ; & ſi ad hæredem non per-
tinerent, fieri poſſet, ut Legatum hoc eſſet fruſtraneum.
4 Pone Legatarium ob locatos agros ſuos, non opus ha-
buiſſe operis, nec eas igitur requiſiviſſe. Hoc poteſt ac-
5 commodari ad operas noſtrorum ruſticorum, v. gr. ſi
mihi legatæ eſſent operæ ruſtici alicujus, tunc dicerem,
naturam hujus Legati eſſe, ut quamdiu ruſticus ille vi-
vit, operas mihi aut hæredibus meis præſtare teneatur,
& cum vita ruſtici hoc legatum, niſi aliud actum appa-
reat, expirare.

## ad L. In hominis. 3.

### SUMMARIUM.

*In hominis uſufructu etiam opera ſunt.*

AD *l. 3. hujus Legis* breviſſimus ſenſus hic eſt: in hominis uſufructu, in quo & alia ſunt, etiam operæ ſunt; ſic ut uſufructuario non tantum ex operis, ſed & aliunde adquiratur; nam ſi ſervus, cujus uſumfructum habeo, hæres inſtituatur, hæreditatem mihi adquirit, ſi ejus contemplatione relictum. *Caſtillo de uſufr. c. 50. nu.* 4. Et cui operæ legatæ, eas locare poteſt, & mercedem accipere.

## ad L. Fructus hominis. 4. & 5.

### SUMMARIA.

*Fructus hominis ſunt opera ejus. n.* 1.
*Et præſcribuntur, ſicut uſusfructus.* 2.
*Servi uſusfr. & ejus opera idem non ſunt.* 3.

1 FRuctus hominis in operis conſiſtunt, & in fru-
ctu hominis operæ ſunt; ergo videntur ha-
bere naturam uſusfructus. Unde probat *Carpzov.*

*p. 2. Juriſpr. c. 4. d. 1.* Operas ruſticas eodem modo
2 p.æſcribi, quo præſcribitur uſusfructus. Sed repugna-
re videtur *Lex 5. h. t.* quæ ad uſum refert, quam ta-
men *Donellus* implicative intelligit, *lib. 10. c. 21.* ut
etiam uſus videatur relictus. Aliter *Bachov. diſp. 16. in*
5 *Treutl. lit. f. Hill. d. c. 21. lit. B.* Non tamen ex *l. 4.* ſe-
quitur quod uſusfructus ſervi & operæ ejus legatæ
idem ſint. *vid. Caſtillo de uſufr. d. c. 50. num. 5.*

## ad L. Cum de ſervi. ult..

### *SUMMARIUM.*

*Quid petendum, ſi opera legata non praſtentur?*

AGit *hæc lex*, quid petendum, ſi operæ mihi legatæ non præſtentur. Et primo notandum, operas ſervorum non æquali pretio æſtimari, ſed aliter operas ſervi, qui artificio imbutus æſtimari, aliter ſervi mediaſtini operas. Sed quid ſi a ſervo ob ætatem vel debilitatem operæ præſtari non potuerunt? Hic æquum eſt, nullam æſtimationem deberi. *per §. 1.* Nec voluptatis ut ſi minus ſit ſervus affectionis domini ratio in æſtimatione non eſt habenda. §. 2. Et deducendæ impenſæ neceſſariæ *§. ult. h. l. & l. 4. §. 1. h.*

---

## TITULUS VIII.

### *De Vſu & Habitatione.*

## Ad L. 1. & ſeqq. 6.

### *SUMMARIA.*

*Uſus conſtituitur ad nudam indigentiam. n. 1.*
*An indigentia illa omnes omnino perſonas excludat? 2. & 3.*
*Jus familiaritatis quas perſonas recipiat? 4.*
*Hoſpitem recipere licet, quatenus fere honeſtas. 5. & 6.*
*Nimis familiariter cum hoſpita converſans, ut alibi habitet, à Magiſtratu juberi poteſt. 7.*
*An ſeorſim habitationem aliis locare valeat uſuarius? 8.*
*Quomodo clientes & inquilinos recipere liceat? 9.*
*Quid ſi legata ſit tantum habitandi facultas? 10.*
*Quid ſi domus ad habitandum legata? 11.*

1 VSus conſtituitur iiſdem modis, quibus uſusfru-
ctus conſtituitur *l. 1. §. 1. h. t.* ſcil. vel in teſta-
mento vel actu inter vivos, & conſtituitur ſine fructu,
2 i. e. ad nudam indigentiam, non ad utilitatem *l. 2. pr.*
*h. t.* Indigentia autem illa non excludit communionem
uſus etiam aliarum perſonarum, ſine quibus uſuarius
commode vivere non poteſt, *per l. 2. & ſeq.* ut uxorem,
3 libertos *l. 2. §. 1. h. t.* & clientes *l. 3. h. t.* Sic uſus lega-
tus viduæ communicatur etiam ejus marito ſecundo,
*per l. 4. §. 1. h. t.* jure Familiaritatis. Ita ſocer cum nu-
4 ru habitare poteſt, *l. 5. h. t. ex qua lege* probare ſolent,
argumentum à filia ad nurum duci poſſe. Sicut & ſo-
cer & gener in pluribus cauſis aſſimilantur patri & fi-
lio. *Menoch. conſ. 22. num. 3.* & ſocer & pater à pari
procedunt. *Menoch. conſ. 23. num. 27.* Et mulier poteſt
libertos, ac multo magis liberos, imo omnes perſonas
5 recipere, quos Mas recipere poteſt. *l. 6. h. t.* Non ali-
ter autem mulier hoſpitem recipere poteſt, quam ſi is
honeſte cum uſuaria habitare poſſit. *L. non aliter. 7.*
*h. t.* ex natura uſus, in quo non eſt, niſi quod utenti
commodum, quale non eſt, quod inhoneſtum *L. 125.*
6 *de V. S. Donell. l. 10. c. ult. poſt lit. A.* Ideoque etiam
propter meretrices inductas poteſt locator conducto-
rem ante tempus expellere. *Molina diſp. 499. num. 12.*
7 Et ideo ſequitur, Magiſtratum habere debere cu-
ram, ut non recipiantur perſonæ, in quas cadere
ſuſpicio inhoneſtatis poteſt. Et ſupra etiam tradidi,
ſi fama ſit, inquilinum cum Hoſpita nimis familia-
riter converſari, debere Magiſtratum jubere, ut
alibi habitationem conſtituat cum proteſtatione, ſe
non credere famæ, ſed ut ſcandala tamen remove-
antur & ſpecies mali, ideo ſe hoc jubere. Neque
8 ſeorſim locabunt habitationem, *L. ſed neque. 8.*
*h. t. Donell. lib. 10. c. ult. lit. A.* Poteſt tamen alii
locare, ſi & ipſe inhabitet una cum inquilino.
9 *Carpzov. p. 2. dec. 69. numer. 12. l. 2. §. 1. h. t.* Sed
clientes non recipit, niſi ipſe inhabitet & inquili-
nos non recipit, niſi hoc faciat gratis. *l. 4. h. t.*
*& ibi Gloſſa.* niſi uſuarius ſit perſona mediocris, quæ
portiuncula aliqua vult eſſe contenta, cui parva
merces non eſt invidenda. *d. l. 4. verſ. ſecundum*
*hæc.* Ubi dicitur, quo etiam has perſonas poſſit re-
cipere, quibus loco ſervorum utitur, licet ſint li-
beræ aut bona fide poſſideantur. Idem in viduis uten-
tibus jure retentionis in ædibus. *Carpz. dec. 69. nu-*
10 *mer. 13.* Sed ſi habitandi facultas tantum legata,
quia tantum in facto conſiſtit, plane non videtur
locari poſſe, *per l. 15. pr. de Uſufr. legat. Mantic. de*
*Conjectur. ultim. volunt. lib. 9. tit. 4. num. 9. Man-*
*zius ad h. t. num. 85. & 97. Caſtillo de Uſufr. c. 24.*
11 *numer. 27.* Autor *ad L. 13. num. 8. C. de Uſufr.* Aliud
ſi domus ad habitandum legata, nam tunc proprie-
tas legata eſt quia legatum domus, quod per ſe
proprietatem continet, illa adjectione (ad habitan-
dum) minui non poteſt. *arg. l. 31. §. 2. de Dona-*
*tion. Mantica d. l. num. 8. Manz. h. t. num. 84.*

## ad L. Sed neque. 8.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo uſum ædium habens alias perſonas recipere poſſit? num. 1.*
*Conditio turpis uſus legato adjecta, non attenditur. 2.*

1 IN *princ.* repetitur id, quod *ſupra* dictum, quod
eæ perſonæ, quæ uſum ædium habent alias per-
ſonas recipere non poſſint, niſi uſuaria perſona ipſa
ſimul inhabitet.
2 *In §. 1.* quæritur de conditionibus v. g. ſi uſus ædi-
um uxori legetur, ut tamen à marito divertat? Hæc
conditio turpis eſt, quam mulier implere jure pro-
hibetur. Ideoque talis conditio ipſi remittitur, ut
poſſit habitare, licet non diverterit, poſſit tamen
uti ædibus cum marito ſuo, licet hoc ſit contra vo-
luntatem Teſtatoris iniquam. *l. reprehendenda. 5. C. de*
*inſtit. & ſubſtit.*

## ad L. Cæterarum. 9.

### *SUMMARIUM.*

*Quando & quarum perſonarum indigentia attendenda?*

SI cui ſit legatus uſus aliarum rerum, v. g. gregis, vineæ, ſylvæ, tunc non tantum attenditur indigentia perſonæ, cui fuit relictus uſus, ſed etiam perſonæ conjunctæ ut marito vel uxori, vel liberis.

## ad L. Si Habitatio. 10.

### *SUMMARIA.*

*Habitatio & uſus ædium fere coincidunt. n. 1.*
*Cur per non uſum ſervitus habitationis & opera libertorum non amittantur? 2. & 3.*
*An hoc per* l. 13. C. de ſervit. *mutatum? 4.*
*Quid per* χρῆσιν *legatam intelligatur? 5.*
*Legato domus uſufructu ſola habitatio relicta eſt. 6.*
*Quamdiu duret habitationis legatum? 7.*
*An uſuarius fundi dominum prohibere poſſit, ne illic habitet? 8. & 9.*
*Cella vinaria uſuarius utitur. 10.*

Habitatio

1 HAbitatio & uſus ædium fere coincidunt, Autor
*ad L. 13. num. 3. C. de Uſufr.* nam neutrum donari
poteſt, & quas perſonas recipere poteſt uſuarius, eas
etiam is recipere poteſt, cui legata habitatio. Sed
differt in eo, quod habitatio locari poſſit *l. 13. C. h. t.* &
civili morte ſeu capitis deminutione non pereat *per*
2 *hanc l.* & non utendo non pereat, quia toties habitationis
legatæ dies cedit, quoties Legatario commodum
eſt, licet antea non habitaverit, ſicut & in liber-
3 torum operis id verum eſt. *Weſenb. in ff. h. t. numer. 6.
Caſtillo cap. 28. in fin. Cujac. in π. h. t. Manz. num. 116.*
4 Quod per *l. ſicut. 13. C. de Servitut.* mutatum eſſe, putat
*Vultej. §. 3. num. 1. de Uſufr.* Sed per Leges generales
non tolluntur deciſiones caſuum ſpecialium.

5 In §. 1. dicitur, per χρῆσιν legatam non videri uſumfructum
legatum, ſed uſum tantum, quod ipſa vox
ſatis innuit.

6 In §. 2. quæritur, ſi cui uſusfructus domus legatus
habitandi cauſa, an ſola habitatio ſit relicta? Quod
affirmatur, multo magis ſi dixiſſet, uſum ædium habitandi
cauſa.

7 In §. 3. quæritur, quamdiu duret Habitationis legatum?
Et reſpondetur, non unius tantum anni habitationem
videri relictam, ſed donec vivat habitator,
cujus morte extinguitur. Autor *ad L. 13. num 3. & 4.
C. de Uſufr.*

8 In §. *ult.* quæritur, an uſuarius fundi dominum prohibere
poſſit, ſi & illic habitare velit? Quod affirmatur,
quia ita uſus ædium impediri per dominum poſſit.
Sed ſi domui ſint conjuncta prædia ruſtica, tunc non
poterit uſuarius impedire familiam domini colendi
9 agri cauſa ad ædes miſſam. Sed urbanam familiam
miſſa prohibere & arcere poteſt uſuarius, ſicut ipſe
Dominus prohiberi poteſt, niſi ipſe Dominus propriis
manibus laboret & colat, nam tunc dominus prohiberi
poteſt, ſicut ipſius familia ruſticana prohiberi po-
10 teſt. Cella vinaria & olearia ſolus uſuarius utetur, quia
compoſſeſſio horum locorum infida eſſe ſolet.

## ad L. Inque eo fundo. 11.

### *SUMMARIA.*

*Uſuarius Domino moleſtus eſſe non debet. num. 1.*
*An ſicut fructuarius, ita & Uſuarius ſui juris commoditatem in alium transferre poſſit? 2.*
*Quomodo limitetur? 3.*

1 VSuarius autem non debet moleſtus eſſe, vel Domino,
ſi ille non habitare, ſed colere velit vel
familiæ ejus ruſticanæ à Domino illuc miſſæ, & non
2 poteſt jus ſuum locare vel vendere. Licet Uſufructuarius
commoditatem ſui juris per venditionem, vel Locationem
in alium transferre poſſit; non tamen hoc jus
vel hujus commoditatem in alium transferre poteſt
uſuarius, quia uſuarii neceſſitas ſpectatur, & pro diverſitate
perſonarum, diverſa eſt neceſſitas. *Manz. nu-*
3 *mer. 15. h. t.* Niſi uſus alias eſſet inutilis, ſi commoditas
non vendatur, vel locetur. *l. 22. pr. h. t. Manz. d. l.
num. 16.*

## ad L. Plenum. 12.

### *SUMMARIA.*

*Villa pro Domino exſtructa uſus legatus plenior eſt. numer. 1.*
*Uſuarius annon fructibus uti poſſit? 2.*
*Uſus hic conſiderandus in concreto, non in abſtracto. 3.*
*Verba intelligenda ſecundum qualitatem perſonarum. 4. 8. & 9.*
*Uſuario fructus in oppidum ad ædes ſuas transferre licitum eſt. 5. & 6.*
*Quid videatur relictum, ſi pecoris uſus relictus? 7.*
*Quando uſus alteri locari poſſit? 8.*
*Quid ſi uſus bovis relictus? 9.*
*Materia de ſervo legato nobis inuſitata. 10. & 11. De eodem. 12.*



1 SI villæ prætorii ſeu ædium, quæ in fundo ruſtico
pro Domino fundi extructæ ſunt, uſus legatus,
plenior uſus legatus videtur. Et licet ſupra dictum,
Dominum prohiberi poſſe ab uſuario, id tamen locum
non habet, ſi ad fructus colligendos & eo tem-
2 pore ibi degere velit *l. 12. pr. Uſuarius etiam &c.* Uſuarius
etiam naturalibus fructibus uti poteſt, ſed ad neceſſitatem
ſuam, & ne agriculturam impediat, *per l.
11. h. t.* quod hic exemplo foliorum, olei, frugum,
&c. declaratur, cum folia fuerint ad alenda pecora
deſtinata. *Hillig. d. c. ult. lit. B. Molin. tr. 2 diſp. 5. nu. 8.*
Sicut etiam apud nos, ubi fœni inopia. Sic & aqua
utetur ad proprium Uſum, non ad compendium,
3 ut vendat. Notetur etiam *in hac L.* quod uſus non in
abſtracto conſiderandus, ſed in concreto: nam largius
agendum eſt cum Uſuario, pro ratione dignitatis
*§. 1. h. l. Manzius ad h. t. numer. 23. Struv. th. 57.*
4 *h.* Unde colligunt, verba, & ita etiam privilegia, ſecundum
qualitatem perſonæ, cui data ſunt, intelligenda
eſſe. *Vid. Jaſ. in Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccl. numer.
36. Afflict. in cap. 1. num. 18. titul. ex quibus cauſis*
5 *feudum amittatur. Menoch. conſ. 738. numer. 12.* Abundantes
etiam in fundo fruges in oppidum transferri
6 poſſe ad ædes uſuarii, dicitur *in d. §. in fin.* Nam
alias ſi Uſuarius in urbe habitaret, legatus uſus nullum
haberet effectum. Verba autem & diſpoſitionum
& privilegiorum ita interpretanda, ut aliquid operentur.
*Menoch. conſ. 19. num. 8.* Et ideo etiam cum convivis
interdum utetur §. 1.

7 *In* §. 2. quæritur, quid videatur relictum, ſi pecoris
uſus relictus? Et reſpondetur, pecoris uſus ad ſtercorandum
tantum & ad modicum lactis ſumendum videri
datum, quia non tam ſtricte voluntates ultimæ
interpretandæ *per hunc §. 1. & 2. Inſt. eodem.* Alia ergo
ratio eſt fructuum fundi & pecoris, fœtus editus
pars ovis non eſt, lanæ nullus uſus ut lana eſt: Nera
& texta lana eſſe deſinit. *vid. Donell. l. 10. cap. ult.*

8 In §. 3. agitur de uſu boum relicto, & quod ad
arandum ab uſuario poſſit, & ad alia, ad quæ boves
apti ſunt. Uſus locari vel alteri concedi nequit, niſi
conjectura alia ſit voluntatis teſtatoris; vel ex conditione
Legatarii: ſi aurigæ equitii uſus relictus. *§. 4. h. l.*
vel ex genere relicti alias inutilis futuri, ut ſi ſylvæ
9 uſus procul habitandi ſit relictus. *L. pen. pr. h. t.* Collige
ex perſona Legatarii Legatum ſumere interpretationem.
*Surdus de alimentis tit. 2. quæſt. 12. num. 3.*
10 Unde infert *Baldus*, legato lecti facto uxori viduæ,
non venire culcitras ex ſerico.

11 In §. 5. *ſeu ultimo* multa habentur de uſu miniſterii
vel ſervi legato, materia nobis inuſitata. Nam primo
dicitur, miniſtri uſu relicto poteſt uſuarius uti cum
conjuge ac liberis, ſi tamen filiofamilias, vel ſervo
uſus ſervi ſit relictus, non tamen niſi patri vel Domi-
12 no competit uſus, non vero aliis liberis. Ex operis
tiam ſervi non poteſt uſuarius mercedem capere, nec
uſuarius ſervum, neque ſervus ſeipſum locare poteſt,
ut ex operis mercedem capiat uſuarius, poteſt tamen
uſuarius pro opera mercedem imponere, ut ſervus vel
operas vel mercedem uſuario præſtet. Utitur etiam ſervi
opera in fundo conducto, in lana conducta expedienda,
in veſtimentis conductis texendis, in navi
fabricanda, quia ita non locat operas uſuarii ſervi,
ſed opus, quod conduxit perficit.

## ad L. Sed ipſi ſervo 13.

SI ſervi vel ancillæ uſus mihi relictus, pro opera
merces imponi poteſt, *ut ad legem præcedentem*
dictum.

## ad L. Per ſervum. 14.

### *SVMMARIA.*

*Quando ſervus uſuarius mihi acquirat ? nu.* 1.
*Quid inter uſum & uſumfructum interſit ?* 2.
*Vſusfructus ſine uſu legari nequit.* 3.
*Ademtis fructibus uſusfructus legatus adimitur.* 4.
*Vſus naturaliter ineſt uſufructui.* 5.
*Quando uſus & uſusfructus confundantur?* 6.
*Vſus ab uſuario amiſſus ad uſufructuarium redit.* 7.
*Quando uſusfructus abſque uſu eſſe poſſit ?* 8.
*Quid in uſufructu vel uſu contineantur ?* 9.

1 PEr ſervum uſuarium adquiro, ſi ex re mea ſtipule-
tur, ſed quæritur, an ex operis ſuis extra rem meam
quid ſtipuletur vel adquirat, an mihi adquirat ? Quod
negatur, nam in eo conſiſtit inter alia diſcrimen
inter uſufructuarium ſervum & uſuarium, quod ille
ex operis ſuis adquirat uſufructuario, ſed uſuarius
non.

2 *In* §. 1. comparatur inter ſe uſusfructus & uſus. In-
ter uſumfructum & fructum legatum nihil intereſt, ſed
inter uſumfructum & uſum intereſt, quod in uſufru-
ctu inſit uſus, ſed in uſu non eſt fructus, nam uſus
3 poteſt eſſe ſine fructu; ſed non contra. Sed quid ſi
uſusfructus ſine uſu legetur ? R. inutile eſſe legatum,
quia fructuum perceptio ſine uſu non poteſt eſſe. Sed
4 quid ſi uſusfructus legatus eſt, poſtea fructus adiman-
tur, vel alii legentur? Totus uſusfructus videtur adem-
tus vel translatus, quia uſusfructus legatus, vel fru-
ctus legati inter ſe non differunt: quod ſi uſusfructus
ſine uſu i. e. nulla mentione uſus facta legetur, ta-
5 men, quia uſus ineſt fructui, utrumque videtur le-
gatum. Sed ſi uſusfructus ſine uſu i. e. excluſo uſu
legetur, ademtio uſus nulla eſt, quia uſus naturali-
ter ineſt uſufructui, quatenus ſcilicet frui aliquis
non poteſt, niſi fruendi cauſa ſimul utatur. *vid. Ca-
ſtillo de uſufr. cap.* 28. *num.* 14 *& ſeq. Donell. & ibi Hil-*
6 *liger. l.* 10. *cap.* 7. *lit. A.* quando eidem perſonæ uſus-
fructus & uſus legatur, confunditur utrumque. Sed ſi
mihi uſusfructus, tibi uſus rei legatur, concurrimus
in uſu, ſed fructus, quos res fert ad me ſolum perti-
7 nent. §. 2. *&* 3. *h. l.* Unde quæritur, ſi tu amittas
uſum, an uſus ad hæredem ceu proprietarium, vel ad
me redeat? Et poſterius affirmatur, quia uſus natura-
liter fructui ineſt, & recipit ita fructus naturam ſuam.
8 *Coll. Arg. hic th.* 3. Poteſt igitur apud alium eſſe uſus-
fructus ſine uſu, apud alium vero uſus tantum, quod
intelligendum formaliter, quatenus uſus ut ſeparata
ſervitus conſideratur, non vero materialiter, qua ra-
tione uſus Uſufructui ſemper ineſt. *Harpr. ad* §. 1. *Inſt.
de Uſufr. n.* 3. *& ſeq. Donell. l.* 10. *c.* 7. *in pr.* Sed quid
habet uſuarius, quid fructuarius? Reſp. ille habe-
9 bit neceſſaria, reliqua habebit fructuarius *l.* 42. *de
uſufr. Manz. ad h. t. num.* 11.

## ad L. Fundi uſu. 15.

### *SUMMARIA.*

*Vſuarius ex fructibus naturalibus pro indigentia ſua in totum annum una vice ſumere poteſt numer.* 1.
*An familia aucta, augeatur etiam uſus familiæ relictus.* 2.
*Quid ſi proprietarius hoc pacto nihil fructuum percipiat?* 3. *&* 4.
*An uſuarius proprietarium prohibere poſſit ?* 5.

1 VSuarius ex collectis fructibus naturalibus tantum
una vice ſumere poteſt, quantum ad uſum to-
tius anni ſufficit, licet Proprietarius nullam utilita-
2 tem, nulloſque fructus percipiat. Hinc quæritur, an
ſi oppido vel familiæ uſus relictus, aucto oppido vel
familia uſus amplificato oppido debeatur, licet Pro-
prietarius fere nihil ita ex fructibus percipere poſſit?
3 Quod affirm. *Zaſ. l.* 2. *ſing. intell. c.* 15. *quem laudat
Buſius ad h. l.* & ita etiam *Wiſſenb. ad h. t. th.* 28. ubi
4 diſſentientem refert *Mornacium in L.* 12. *C. de Serv.*
Putarem eſſe aliquod diſcrimen inter uſum alicui ad
vitam legatum, & inter uſum conceſſum oppido
vel familiæ perpetuum. De illo loquitur hæc Lex; de
poſteriori caſu dubitarem *ex L.* 12. *h. t.* Nam ita pro-
prietas plane inutilis foret Proprietario. Et teſtator
ad præſentem tunc ſtatum familiæ reſpexiſſe creditur,
5 ſed de hoc alibi actum memini. Uſuarius dominum
proprietatis, vel ejuſdem colonos, ac familiam pro-
hibere non poteſt, quæ operas ruſticas exercet, quo
minus agri colendi cauſa ibi verſentur & fructus
percipiant, ſed ſi alterius rei gratis ibi verſari velint,
paterfamilias & familia ejus urbana prohiberi poteſt
*ſupra l.* 10. §. *ult. h. t.*

## ad L. Si ita. 16.

### *SUMMARIA.*

*Vſus fundi ita legatus uti inſtructus eſt, etiam inſtrumentis uti permittit. num.* 1.
*An proprietarius poſſit, invito uſuario, cuſtodem ſaltus conſtituere ?* 2.
*Officialis quando ſine expreſſione cauſa officio ſuo deſtitui poſſit ?* 3. *&* 4.
*Intereſt Superioris, ſubditos quam ſecuriſſime vivere & juſtitiam adminiſtrari.* 5.
*Quod ſervo uſuario dono, ipſi retineo* 6.

1 VSus fundi ita mihi legatus, uti inſtructus eſt
poſſum ne inſtrumentis uti? Videtur quod non,
quia inſtrumentorum uſus non eſt relictus; Sed affir-
matur, quia verba, ut inſtructus eſt, debent habe-
re aliquem effectum & aliquid operari, *de hoc in princ.
legis.*

2 *In* §. 1. hæc ſpecies. Habes in ſaltu meo Uſumfru-
ctum vel uſum, ſed volo cuſtodem ſaltus vel caſtri con-
ſtituere, quær. an poſſim Te invito eum conſtituere?
Videtur quod non, quia poſſet tibi eſſe moleſtus;
Sed affirm. ex hac ratione, quia intereſt mea, fines
3 prædii mei tueri. Colligunt *ex hoc:* Licet Officialis
officio aliquo perpetuo ſine juſta cauſa non poſſit de-
ſtitui. *Cavall. q.* 425. *num.* 16. *Boer. dec.* 149. *num.* 24.
*Petr. Anton. de Petra de quaſito jure non toll. c.* 39. *num.*
4 4. *Menoch. l.* 1. *A. qu.* 69. *num.* 10. Excipiuntur tamen
cuſtodiæ agrorum, caſtrorum &c. *Boer. d. l. num.* 25.
& juriſdictionalia. *Men. d. l.* 1. *q.* 55. *num.* 4. *Klock.*
5 *vol.* 1. *conſ.* 32. *numer.* 11. Nam in his variare poteſt Su-
perior, cum ipſius interſit, ut quam ſecuriſſime vi-
vant ſubditi, & jus illis omnium optime adminiſtre-
tur. Ideoque non expreſſa cauſa tales perſonæ dimitti
6 ſolent. Servi uſus mihi legatus eſt huic quid dono i. e.
in peculium do, procul dubio in meam utilitatem de-
di, ergo ſicut id, quod ex re mea negotiando adqui-
rit, mihi adquirit, ita etiam quod ipſi dono reti-
neo.

## ad L. Filiofam. 17.

### *SUMMARIA.*

*Uſus ædium relictus filiofam. an etiam patri concedatur ? num.* 1.
*An Patri ex bonis adventitiis, hac conditione filio relictis, ut ne Pater uſumfr. haberet, aliqua tamen commoditas competat ?* 2.

1 FIliofamilias vel ſervo uſu ædium relicto, patri
etiam abſente filio vel ſervo, & magis præſente,
uſus ædium conceditur, quod etiam habetur *in L.*
2 12. §. 5. *h. t.* Unde colligunt Dd. quando bona ad-
ventitia ita legata ſunt filiofamilias, ut uſusfructus patri
non

non acquiratur, Patri tamen aliquam commoditatem competere, ob quam filius ea bona alienare non poſſit, ſine patris voluntate. *Pariſ. conſ. 157. nu. 5. p 4. quem refert Aſc. Clem. Amer. in tr. de patria poteſt. c. 6. effectu 2. num. 44. diſcedens à Cravetta conſ. 39. n. 2. vol. 1.* Sed hoc punctum valde dubium, & argumentum *ex hac lege* formatum fragile.

## ad L. Si domus. 18.

### SUMMARIA.

*Vſuarius, ſi omnes fructus percipit, ad onus etiam reficiendi tenetur. nu. 1.*
*Si modica tamen expenſæ ſint. 2.*

1 SI omnis fructus rei pro ejus conditione ad uſua-
rium ſpectat, ad eum etiam ſolum ſpectat onus re-
ficiendi, aliud ſi ad utrumque fructus pertineat, & hoc
juri conveniens eſt, ut ex ratione commodi etiam
æſtimentur onera. *Donell. d. c. ult. in fin. Manzius ad
h. t. num. 42. & num. 65. & Roman. ſing. 149.* ubi glo-
riatur, ſe utiliter allegaſſe legem hanc Romæ. Sed in-
tellige Legem hanc, ſi expenſæ modicæ, non ſi magnæ,
2 forte abſorbeant uſum. *Vid. Rom. ſing. 157.*

## ad L. Vſus pars. 19.

### SUMMARIA.

*Vſus cur ſit ſervitus individua? n. 1.*
*Annon dimidia pars neceſſariorum fructuum mihi legari poſſit? 2. 3. & 4.*
*Ratio. 5. & 6.*

1 USus eſt ſervitus individua, & ideo pro parte uti
poſſumus. Sed ſi rationem naturalem conſula-
mus, non videtur aliquid obſtare, quo minus mihi
2 dimidia pars neceſſariorum fructuum, lignorum, piſ-
cium, legari poſſit, v. gr. indigeo ſingulis annis 9.
3 struibus ligni, cur non poſſunt legari tres ſtrues ex
ſylva, & ut reliquum emere tenear? ſicut & non im-
4 pedit ratio naturalis, cur non mihi & Titio ſylvæ uſus
legari poſſit? Ideoque forte aliæ ſubſunt rationes. Non
5 enim omnes rationes in Legibus allegatæ ſemper ad-
æquatæ ſunt. Forte enim hæc eſſe poteſt ratio, quod
6 uno tempore aliquis pluribus indigeat, quam alio tem-
pore, & poſſet eſſe materia litis, ſi duo eſſent vel tres
uſuarii &c.

## ad L. Servus, cujus. 20.

### SUMMARIUM.

*Quomodo uſuarius ex operis ſervi acquirat?*

SUpra dictum, quod uſuarius ex operis ſervi nihil adquirat ei, qui ejus uſum habet. Sed hoc declaratur; niſi ſervus certa arte imbutus, aut certæ negotiationi addictus, nam eo caſu, ſi, verbi gratia, ſervus ſit inſtitor, & ego ipſum tabernæ præficiam omnino operis ſuis mihi acquirit, quamvis dici poſſit, eum non tam ex operis ſuis, quam circa res meas vel ex rebus meis quid adquirere. Sed ſi juſſu meo quid traditum accipiat, mihi adquiret.

## ad L. Vſus aquæ. 21.

### SUMMARIUM.

*Vſus aquæ ad heredes cur non tranſeat?*

USus aquæ perſonalis ſervitus eſt, ideoque ad hæredem non tranſit, quod per ſe planum eſt.

## ad L. Divus. Penult.

*Annon in legato uſu ſylvæ cæduæ uſuario ligna vendere liceat? num. 1.*
*In quantum vero hoc conceſſum uſuario? 2. 3. & 4.*
*An uſuarius prohibere proprietarium poſſit, ne inhabitet? 5.*
*An nulla conclavia uſuarius locare valeat? 6.*

IN *principio* notandum, quod interdum uſu lega-
to uſusfructus videatur legatus, v. gr. ſi ſylvæ cæduæ
1 uſus mihi legatus ſit, tunc ſi forte ad uſum meum non
poſſim cædere arbores ob ſylvæ diſtantiam, poſſum
ad modum fructuarii ligna vendere, ſicut dominus
ſolebat cædere, & ſic de Uſufructu intelligit hanc Le-
gem *Carpz. p. 3. conſt. 13. def. 4. num. 8 & deciſ. 669.
num. 10. Menoch. conſ. 352. num. 13. conf. Buſius hic.* Li-
2 cet *Donell. l. 10. c. 24. hanc Legem* intelligat, ut ta-
men mihi hoc caſu non plus vendere liceat, quam
quantum ſatis eſt ad ligna familiæ meæ neceſſaria coëmenda.
Sed textus dicit, tantum licere vendere, quan-
tum uſufructuario licet. Colligitur itaque *ex hac Le-*
3 *ge* notabili, ne relictum maneat inutile, extendi jus
de minori ad majus, contra proprietatem verborum
*Pinell. d. l. 1. C. de bon. mat. p. 2. num. 57.* ubi tamen
communem illum intellectum, quod de ſylva remo-
tiori agatur, negat. *num. 58.* quod etiam facit *Buſius.*
4 Sed illum rejiciendum non eſſe puto cum *Wiſſenba-
chio ad h. t. numer. 28.* Notetur ergo, ne diſpoſitio
reddatur inutilis, recedendum eſſe à proprietate vocis,
non ſi minus utilis, ut *hanc legem* declarat *Pariſ. vol.*
5 *3. conſ. 58. num. 29.* In §. 1. dicitur, uſuarium ædium
poſſe prohibere Proprietarium, ne ipſe utatur, ex hac
ratione, quia, licet ipſe pro hoc tempore non habeat
opus totis ædibus, in futurum tamen opus habere
6 poteſt. Et ideo poteſt conclavia nonnulla locare, ſi
velit, quod videtur pugnare cum natura uſus; quod
forte placuit, ideo ſi proprietarium cohabitatorem
ædium admittere cogeretur, hoc materiam litibus
præbere poſſet, & receptio inquilini tutum ipſum ab
inſidiis furum præſtare poteſt. *Vid. Manz. h. t. n. 33. &
num. 40.* Officio judicis incumbit cavere & prohibe-
re, ne aliter, quam debet, utatur.

## ad L. Neratius. ult.

### SUMMARIA.

*Proprietarius fundum uſuarium meliorem, non deteriorem reddere poteſt. nu. 1.*
*Annon poſſit agrum arbuſtis conſitum excidere? 2. & ſeqq.*

PRoprietarius meliorem fundum facere uſuario,
1 deteriorem efficere non poteſt: ut ſi ex prato faciat
agrum, de quo *Manzius h. t. nu. 66.* Sed aliud putem,
ſi fundi uſus mihi relictus, in quo certa pars conſeri
2 ſolita. Nam ſi injuria temporis totus fundus fiat in-
cultus & arbuſtis conſitus, proprietarius omnino ad
veterem formam reducere poſſet. Sic interdum inter
3 venatores & ruricolas ſolent eſſe lites. Nam ſylvæ
injuria temporis factæ ampliores, & quando ru-
ticolæ ſuos agros purgare volunt, ab iis, qui foreſtis
4 præſunt, impediuntur. Sic & Senatus interdum ſolet
prohibere civilibus, ne prata à fruticetis purgent. Ita
etiam lucrum ex publicis calamitatibus capiamus!

---

# TITULUS IX.

## *Vſufructuarius quemamodum caveat.*

## Ad L. 1.

### SUMMARIA.

*In Vſufructu proprio duplex cautio requiritur. n. 1.*
*Quam late ſe extendat cautio de utendo boni viri arbitrio? 2. & 3.*
*An à teſtatore hæc cautio remitti poſſit? 4.*
*Annon ab herede 5. Et annon donatori, fiſco, parenti remittenda? 6. & ſeqq.*
*Pro cautione iſta duplex conſilium affertur. Scil. quales vos adſint, in teſtatum redigendum. 10. & 16.*

*An heres contra prohibitionem teſtatoris legatarium ad inventarium compellere valeat?* 11.
*An Pater teneatur inventarium conficere de bonis adventitiis filii?* 12. *& ſeqq.*
*Ad minimum deſignationem conficiat.* 17.
*Si Pater adminiſtrator legitimus ſit, an cavere teneatur?* 18.
*II. Conſilium eſt, quod, ſi non utatur boni viri arbitratu, ſtatim committatur ſtipulatio.* 19.
*An ob abuſum ipſo jure amittatur uſusfructus?* 20. 21. *&* 21.
*Cautio de tantodem reſtituendo in quaſi uſufructu requiritur.* 23.
*Qualis cautio in mobilibus, quæ uſu conſumuntur neceſſaria?* 24.

1 DUplax cautio requiritur ab Uſufructuario, (1.) In
Uſufructu proprio, ſcilicet ſe boni viri arbitrio
uſurum (2.) Se reſtituturum rem finito Uſufructu. *l. 1.*
*pr. h. t.* & habet locum in uſufructu rerum mobilium &
immobilium *l. 1. §. 1.* & ſi uſusfructus per fideicommiſ-
ſum vel per donationem mortis cauſa, vel quocunque
alio modo conſtitutus *§. 2. d. l.* & promittet uſufructua-
rius ſe reſtituturum id, quod inde extabit *d. l. 1. § ult.* Et
2 ex primo membro ſtatim agi poteſt, quando quid
contra promiſſionem actum eſt. Etiam durante uſufru-
3 ctu & ſic ſæpius agi poteſt per *hanc l. 1.* §. 5. Sed prius
membrum late patet, nam debet idem facere, quod in
re ſua faceret. *d. l. 1 § 3* & non deteriorare *d. §. 3.* nec pa-
ti, ut res uſucapiatur. *§. fin.* & cuſtodiam præſtare. *l. 2.*
*h. t. conf. Manz. h. t. n. 75.* Utraque cautio tam neceſſa-
4 ria eſt, ut nec à Teſtatore remitti poſſit. per *l. 1. C. de*
*Uſufr. Gail. L. 2. obſ. 145. Weſenb. conſ. 11. num. 5. & 17. Ca-*
*ſtillo de Uſufr. c. 15. Ant. Gabriel. d. Concl.* 1. Autor *ad L.*
5 *2. num. 2. 3. C. ut in poſſ. legat.* Bene tamen ab hærede re-
mitti poteſt, quæ eſt prima limitatio. *Manz. num.* 100.
6 Altera eſt, ſi donator in re donata ſibi uſumfructum
reſervaverit, quod tunc non teneatur ad talem cautio-
nem. *Gabr. d. concl. num. 45. Gail. d. l. num. 13. Mynſ. c.*
*5. obſ. 36. & Manz. d. l num. 19.* quia convenitur ex Li-
beralitate. *Coll. Arg. hic. th 3 per l. 62. ff de Ædil. Edict.*
7 Tertia limitatio, ſi fructuario proprietas ex die relicta *l.*
*9 §. 2. h. t. Manzius d. l. num. 10 Gabr. num.* 46. Quarta
8 exceptio in fiſco *arg. l. 1. §. 18. ut legat. nom. cav. Manz.*
*num.* 21. Quinta in parente. *l. ultim. §. 4. de bon. qualib.*
9 quod limitat *Manz. h. t. num.* 17. niſi ſecundas nuptias
contraxerit. *l. 6. §. 1. C. de ſecundis nupt. Pinellus ad l. 1. C.*
*de bon. mat. p. 2. n. 21.* Ut autem hæc cautio facilius ſor-
tiatur effectum, duplex, hic ſuppeditatur conſilium.
10 (1.) Ut qualis res ſit, in teſtatum redigatur, i. e. in-
ſtrumentum publicum ſuper rei qualitate conſtituatur,
vel inventarium. *l. 1. § 4. h. t.* de quo *Caſtillo c. 3. nu* 87.
*& ſeq. & c. 14. num. 4: Theſſaur. deciſ. 80. num 3. Manz. h.*
*t. num. 85. & ſeq. Donell. l. 10. cap. 14. Franzkius h. t. num.* 4.
11 *Struv. th. 67.* Et ex eo inferunt, hæredem poſſe Legata-
rium compellere, ut mediante inventario res in uſum-
fructum conceſſas accipiat, utcunque Teſtator prohi-
buerit. *Gail. l. 2. obſ. 145. num. 10. & ſeq. Carp. p. 3. cap. 13. d.*
*14. vid. not.* Dni Autoris *ad l. 1. n. C. de uſufr.* Ubi quæri-
12 tur, an pater uſumfructum habens bonorum filii, te-
neatur Inventarium conficere? Quod puto affirmandum
cum *Speculat.* quem citat Myn*ſing. loco citando*, ſi aliunde
conſtare non poſſit, quid reſtituendum ſit. Et miror *Myn-*
13 *ſing. c. 2. obſ 93.* aliosque hoc negantes hac ratione niti,
quod non obſtrictus pater ad rationes reddendas, cum
tamen nullus fructuarius ad rationes reddendas tenea-
tur, & tamen, ubi de numero & qualitate rerum in
uſumfructum datarum non conſtat, Inventarium facere
14 tenetur. Ergo hæc ratio non concludit. Nec conclu-
dit reverentia, quam filius habet erga patrem: nam
filius non diffidit patri, ſed in omnem eventum ſibi
15 providet. Pone patrem mori, quantæ liberorum con-
tentiones ſunt de bonis paternis, præſertim ſi Nover-
cam induxerit? Etſi non relinquat viduam, inter li-
16 beros tamen diverſorum matrimoniorum contentio-
nes oriri poſſunt. Et ipſi Doctores contrarii tandem
fateri coguntur, aliquam deſcriptionem neceſſariam
eſſe. Vid. *Manz. h. t. num 94. conf. Pinellus de bonis mat. p.*
*2. l. 1. n. 23. Garcias de Expenſis cap. 11 num. 65. & quos re-*
17 *fert Caſtillo c. 3. nu. 87. & ſeqq.* Nec his me oppono, qui
deſignationem requirunt ad minimum, modo de eo
18 conſtet, quid reſtituendum ſit. Sed cavere non tenetur
pater, ſi eſt legitimus Adminiſtrator; aliud ſi ut tutor
gerat negotia filii. *Pinellus ad l. 1. C. de bon. mat. p. 2. n. 27.*
Nec mater à redditione rationum excuſabitur. *Pinell.*
*d. l. 28.*
19 Alterum conſilium eſt, ut per ſtipulationem cavea-
tur, ut ſi boni Viri arbitrio non utatur, ſtatim com-
mittatur ſtipulatio, (i. e. ex ſtipulatione quid deberi
incipiat) nec expectetur amiſſio Uſusfructus. *l. 1 §. 5. &*
*ſeq. h. t. Weſenb. hic num. 2. Manz. h. t. num.* 47. Unde obi-
20 ter colligi poſſet, non eſſe tutam eorum ſententiam, qui
ob abuſum ipſo jure amitti volunt uſumfructum, ſicut
Emphyteuſis amittitur. *Vid. Harpr. §. 3. Inſt. de Uſufr. num.*
*43. & 59. Weſenb. ad tit. ff. Quib. mod. uſusfr. amitt. num.*
21 4. 8. Sed communior eſt ſententia, ob inſignem & per-
petuam deteriorationem autoritate judicis expelli poſ-
ſe fructuarium. *per L. 9. § fin. ff. de Domino infecto.* Nec
22 obſt. *hic §.* quia diverſa ſunt remedia, & unum alte-
rum non tollit. *Caſtillo c. 21 num. 12. & ſeqq. P. Barboſa*
*ad L. Divortio. §. ſi fundum. n. 17 ſeq. ff. ſol. matr.* Alia cau-
23 tio eſt in quaſi uſufructu de tantodem reſtituendo, de
qua *Theſſaur. deciſ. 50. & Surdus dec. 67.* quam etiam non-
nulli admittunt in mobilibus, quæ uſu paulatim dimi-
24 nuuntur & inveteraſcunt. Sed illud in dubium alii
vocant, *per L. 9. §. 3. h. t.* ubi dicitur liberari Fructuarium
ſi veſtam ſine dolo malo attritam reddiderit. *Manz.*
*num.* 70.

## Ad L. Nam fructuarius. 2.

### SUMMARIA.

*Uſusfructuarius tenetur uſucapionem interrumpere. numero* 1.
*Tenetur porro cuſtodiam adhibere.* 2.
*An ad leviſſimam culpam teneatur?* 3. *&* 4.

1 EX *L. 1. in fine* apparet, quod uſufructuarius te-
neatur interrumpere uſucapionem & præſcriptio-
nem, ne amittantur res vel actiones. Huic ſubjicitur
2 *in L.* 2. quod cuſtodiam adhibere debeat. i. e. maxi-
mam curam & diligentiam, & facere omnia, quæ di-
ligentiſſimus paterfamilias facere poſſet & deberet
ut multis allegatis Doctoribus ſtatuit *Caſtillo dict.*
*tract. cap. 20. numero quarto, & ſeqq.* unde etiam
3 probat *numero decimo ſeptimo*, fructuarium leviſſimam
culpam præſtare. *per L. 13. §. 2. verſ. denique ff. de uſufruct.*
*juncta l. 44. de uſufr.* Nam fructuarius omittendo cultu-
ram tenetur, ex qua omiſſione non datur Actio ex L.
Aquilia, utique fructuarius magis tenetur, quam qui
4 damnum dedit, jam hic ex leviſſima culpa tenetur. Et
*Donelli* ſententiis, levem culpam tantum præſtari, ra-
tio non quadrat; nam in conſtitutione uſusfructus
qua tali, non agitur de commodo Proprietarii, ſed in
cautione.

## Ad L. Omnes autem. 3. & ſeq.

### SUMMARIA.

*Ad quos caſus cautio pertineat?* n. 1.
*Quibus caſibus cautio ex poſt-facto inutilis reddatur?* 2.

1 CAutio pertinet, ut dixi, ad rem finito uſufructu
reſtituendam, & dicitur *in leg. 3. princip.* quod ad
omnes caſus, quibus uſusfructus finitur v. gr. morte, de-
minu-

minutione capitis. Autor *ad L. 3. nu. 1. C. de Uſuſf.*
Imo pertinet ad eum etiam caſum, quo uſusfructus
amittitur, licet nondum cœperit, v. g. ſi conditione
pendente moriatur fructuarius §. 1. *h. l.* Stipulatio &
Cautio fit interdum inutilis ex poſt facto, ut (1.) ſi uſuſ-
2 fructus repetitus, ut *L. 3. §. 2.* nam ſubinde quaſi no-
vus uſusfructus ſubrogatur. (2.) Si proprietatius pro-
prietatem alienaverit: nam novus poſſeſſor ex ſtipu-
latu non aget, ſed actione in rem. *d. l. 3. §. ult.* (3.)
Si fructuarius conſequatur proprietatem, ubi finitur
quidem uſusfructus formalis, ſed cautio inutilis. *Do-
nell. l. 10. c. 14. in fin.* (4.) Si proprietas ſub conditio-
ne fructuario legata. Manz. *ad h. n. 80. & ſeqq.*

## ad L. Huic ſtipulationi. 5. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*An uſufructuarius tantum ratione ſua perſona promit-
tat ſe dolum non commiſſurum? n. 1.*
*Cautio locum habet etiam in uſu, habitatione, operis ſer-
vorum, reditu prædii. 2. & 3.*
*Fidejuſſoria cautio hic requiritur, ſed annon pignora-
titia ſufficiat? 4. 5. & 6.*
*Annon interdum cautio juratoria admittenda? 7. 8.*

1 QUæritur hic 1. quoniam in ſtipulatione promit-
titur dolum malum abfuturum, an uſufructua-
rius promittit de ſua tantum perſona, quod dolum
malum non ſit commiſſurus; an vero etiam hæredis
& parentis adoptivi? Videtur prius, quia de ſuo
quilibet promittit: Sed affirmatur poſterius, quia do-
li mali clauſula indefinite & in rem concepta, ſcili-
2 cet dolum malum abfuturum. Deinde in §. 1. agitur
de extenſione cautionis, ut locum etiam habeat in
aliis ſervitutibus Perſonalibus, licet uſumfructum per
omnia non imitentur, ut in uſu & Habitatione, etſi
ſimul habitet hæres. *l. pen. h. t.* & operis ſervorum.
3 *§. ult. h. l.* item in reditu prædii. *l. 6. h. t. Manz. ad
tit. prac. c. 9. Weſenb. in ff. h. t. nu. 3. Oldendorp. claſſ.
3. act. 6. quæſt. 5. Manzius h. t. n. 26.* Probatur autem
4 *ex hac Lege,* Cautionem hanc à Fructuario præſtan-
dam fidejuſſoriam eſſe debere. *Gail. l. 2. obſ. 47. nu.
2. Mynſ. c. 6. obſ. 48. num. 2. & hos aliosque referens*
Manz. *h. t. num. 45. & ſeq.* Autor *ad L. 4. num. 4. C. de
5 uſufructu.* Sed pignoribus etiam caveri poſſe, putat
*Manz. h. t. num. 48.* quod ex hac ratione confirmo;
cur in prætoris ſtipulationibus non poſſit per pigno-
ra caveri, in cauſa eſt incertitudo illius debiti, ſuper
6 quo cautio interponenda. Aſt hic quantitas rei reſti-
tuendæ per inventarium atque æſtimationem facile
7 conſtare poteſt. Illud ſolet ventilari, ſi nec fidejuſſo-
res recipere, nec pignora poſſet, an juratoria cautio
admittenda? Ubi puto, receptiorem & veriorem eſſe
ſententiam, ad juratoriam admittendum eſſe Fructua-
8 rium, ſi nulla ſiniſtra opinione laboret. Sed ſi non ſit
perſona adeo fide digna, vel per curatorem res admi-
niſtrandæ, conſtituto ei ex fructibus ſolario, donec
poſſit Fructuarius cautionem præſtare. Pluribus hanc
quæſtionem allegatis variis ſententiis tractat Manz.
*num. 56. & multis ſeq. Caſt. c. 18. Koppen. dec. 33. num.
17. & 19.*

## ad L. Etſi uſusfr. 7.

### *SUMMARIA.*

*Si ultro res Fructuario tradatur, an ideo cautio remiſſa
intelligatur? num. 1. & 2.*
*Fructuarius, à quo cautio petitur, fructus interim non
facit ſuos. 3.*
*Proprietario hoc caſu datur condictio traditionis. 4.*
*Quot modis uſusfr. pecunia amittatur? 5.*

1 QUod ſi ultro res tradita Fructuario, non ideo
remiſſa cautio eſt, Autor *ad L. 4. num. 9. C. de
Uſufr.* ſed datur Rei Vindicatio, exceptione per do-
2 li Replicationem repulſa, per *h. L. 7.* Nam ſi Proprie-
tarius rem vindicet, & Fructuarius excipiat de re
uſusfr. nomine tradita; replicari poteſt, ſi cautionem
præſtiteris. *Oldendorp. cl. 3. act. 6. q. 1. num. 3.* Manz.
*ad h. t. n. 128. Donell. l. 10. 15. lit. A.* Unde colligi po-
teſt, Fructuarium præſentem ſi ab ipſo cautio pe-
3 tita, non poſſe interim fructus ſuos facere *Cavall. qu.
408. nu. 4. & 16. Tuſchus lit. U. concl. 306.* Autor *ad L.
4. n. 7. de Uſufr.* Sed de hoc ſupra. Datur etiam con-
4 dictio non rei ipſius, quia Dominus non concedit
rem ſuam, niſi furti. *l. fin. h. t.* ſed ſtipulationis & tra-
ditionis. *P. Barboſ. ad L. Divortio. §. fin. p. 2. num. 28.*
5 Quando pecuniæ uſusfructus legatus eſt, duo caſus ex-
primendi ſunt, cum morieris, vel cum deminutus fue-
ris capite; nam aliis modis non poteſt amitti uſusfru-
ctus pecuniæ vel alterius rei, cujus quaſi uſufructus
eſt v. gr. interitu non amittitur quaſi uſusfructus nec
non utendo. *rationem vide in notatis* Dni Autoris *ad
l. 9. & ſeq. ſupra de uſufructu earum rerum &c.*

## ad L. Si Tibi uſusfr. 8.

### *SUMMARIUM.*

*Quibusnam cavendum ſit, & annon collegatario?*

CUi cavendum ſit, *h. l.* explicatur, ſc. Proprie-
tario ſemper, ſive jam ſit ut hæres, ſive ſpere-
tur, ut ſi alii ſub conditione legata Proprietas; inter-
dum Collegatario ob jus accreſcendi. *Vid. Donell. lib.
10. cap. 14. Conf. Manzius ad h. t. nu. 33. & multis
ſeqq.*

## ad L. Si uſusfr. 9.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi quis uſumfructum alteri reſtituere rogatus fue-
rit? n. 1.*
*An in uſufr. jure Civili incognito cautione ſit opus? 2.*
*Quando ex die proprietas Fructuario legatur, non præ-
ſtatur cautio. 3.*
*Quid ſi veſtis uſusfructus ſit relictus? 4.*

1 SI uſusfructus mihi ſit legatus & rogatus fuerim
uſumfructum tibi reſtituere, tunc *in princ. hujus
legis* diſtinguitur, aut ſpes eſt, quod uſusfructus a te
amiſſus poſſit recidere ad me, ſi ſorte hoc diſpoſuit
Teſtator: primo caſu teneris mihi, & ego teneor hæ-
redi cavere; ſecundo caſu tu, tanquam fideicommiſ-
ſarius, directo teneris cavere hæredi.
2 *In §. 1.* quæritur, an in uſufructu jure civili inco-
gnito, ſed quem prætor tuetur, cautione ſit opus?
Quod affirmatur, ut ſi per fideicommiſſum relinqua-
tur, item quando jure prætorio valent legata, ſed id
hodie planum. *In §. 2.* habetur caſus, ubi præſtanda
3 cautio non eſt, ſcil. ſi ex die Proprietas Fructuario ſit
legata, quia certum eſt, ad eum vel ejus hæredem pro-
prietatem perventuram. *Vid. Tuſchus tom. 8 concl. 305.
nu. 1. Dn. Richter. deciſ. 19. nu. 4. & ſeqq. Donell. l. 10.
c. 14. lit. D.* niſi proprietas partis tantum legata. *Ri-
4 chter. d. l. nu. 5.* Veſtis uſusfructus ſit relictus, non po-
teſt in eadem bonitate reſtitui, ſi igitur attrita ſit, po-
terit ita reddi. *§. 3. h. t. Conferantur de veſtis uſufructu
Donell. l. 10. c. 4. & ibi Hill. lit. B.* Sed *in §. ult.* agitur
de pluribus proprietariis, quod ſinguli pro parte poſ-
ſint ſtipulari ſingulis præſtanda cautio.

## ad L. Si ſervi. 10.

### *SUMMARIUM.*

*Quid ſi quis in ſervo communi partis ſuæ dimidium
uſumfructum alteri leget?*

HAbeo ſervum tecum communem pro partibus
æqualibus. In hoc partis meæ dimidium uſum-
fructum tibi lego, hoc caſu hæredi manet dimidia pars
proprietatis; ſed quæritur, an hæredi meo ſit neceſſa-
ria cautio? Videtur quod non, quia habet actionem
com-

communi dividondo; Sed affirmat JCtus, quia actio communi dividondo de uſufructu non competit, nec datur ad id, quod in cautione continetur, præſtandum.

ad L. Uſu quoque. pen.

*SVMMARIVM.*

*An mater, ſi ipſi cum liberis uſusfructus domus legetur, cavere teneatur?*

MAritus uxori legat uſumfructum domus & diſponit, ut liberi cum matre in iiſdem ædibus habitant; quæritur, an Mater teneatur cavere? Videtur quod non, quia, cum liberi in iiſdem ædibus habitent, poterunt omnem deteriorationem impedire. Sed affirmatur, qoia præſtat, ex ſtipulatione Matrem eſſe obligatam.

ad L. fin.

*SVMMARIVM.*

*Dominus quibus caſibus rem ſuam condicere poſſit?*

DOminus non condicit rem ſuam, niſi furi. Unam declarationem baboimus *in l. 7.* altera proponitur *à Menochio rem. 4. adipiſc. poſſ. num.* 339. quod, qui Dominus jure fingitur, poſſit rem ſuam condicere. *L. qui mortis cauſ. ff. de don. mort. cauſ. l. 1. C. de Don. quæ ſub. modo.* & idem Legati exemplo probat. *nn.* 341. quod tamen peti poteſt etiam actione perſonali.

# LIBRI OCTAVI,

## TITVLVS I.

## De Servitutibus.

ad L. Servitutibus. 1.

*SVMMARIA.*

*Quotuplices ſint Servitutes? nu. 1.*
*An Servitutum diſtinctio à loco, materia & qualitate prædiorum deſumenda? 2.*

1 ALiæ ſervitutes competunt perſonis propter perſonas, aliæ verò perſonis propter res ſeu prædia. Et hæ vel ſunt Urbanæ vel Ruſticæ; qua in diviſione diſſentiunt JCti. Nam Neratius Urbana vocat, quæ in urbe ſunt, ruſtica, quæ ruri facta *l. 2. ff. de Servit. Ruſt. præd.* Sed cæ-
2 teri diſtinguunt non à loco, ſed à materia, & qualitate prædiorum. Ideoque prætoria ruri ædificata urbana vocant *l. 1. ff. Commun. præd. l. 198. de V. Sign.* Sicut etiam urbana mancipia à ruſticis diſtinguuntur, non loco, ſed genere operis *l. 166. de V. S.*

ad L. Unus ex Dominis. 2.

*SUMMARIA.*

*Cur in ædibus communibus ſervitus non poſſit ab uno dominorum imponi? nu. 1.*
*Quid ſi diviſus ſit fundus? 2.*

1 UNus ex Dominis communibus ædibus ſervitutem imponere nequit, & ne quidem pro parte ſua. *Hic & L. unus. 34. de Servit. Ruſtic. præd. l. 6. §. 1. Communia prædiorum.* Nec enim poſſet onerari res ſua, quin oneretur res aliena. *Donell. & ibi Hill. lib.*
2 *2. c. 9. lit. E. Manzius ad h. t. num. 190. & ſeqq.* Sed ſi diviſus ſit fundus, in parte diviſa conſtitui poteſt ſervitus *l. 6. h. tit.* quia pars diviſa prædium eſt, ſed pro parte indiviſa ſervitus imponi nequit. Poſt plures allegatos *Dn. Wiſſenb. d. 20. th. 2.*

ad L. Servitutes. 3.

*SUMMARIA.*

*Alia ſervitus eſt in ſolo, alia in ſuperficie. n. 1.*
*Servitutes urbanæ inhærent ædificiis. 2.*
*Ruſtica inhærent ſolo. 3.*
*Servitutes conſiderantur abſolute & relative. 4.*
*Iter, & ſerv. altius tollendi. diverſa conſideratione ruſtica & urbana ſerv. ſunt. 5.*
*An ſtabulum ſit prædium ruſticum? 6.*
*Quædam ædificia, ratione pignoris vel alius effectus, ſunt ruſtica prædia. 7. & 8.*
*An vaſallus, & emphyteuta ſervitutem imponere poſſint? 9.*

1 SErvitus hic dividitur, quod alia ſit in ſolo, alia in ſuperficie; quæ coincidere videtur cum ea qua alia Ruſticorum, alia Urbanorum prædiorum eſſe dicitur. *Franzk. ad h. t. num. 83. Manzius ad h. num. 21.*
2 Et ſic vera erit ſententia *Bachovii in notis ad Weſenb. ad tit. de S. V. P.* quod ſervitutes urbanorum prædiorum ſint hæ, quæ inhærent ædificiis qualibuscunque,
3 etiam condendis fructibus, aut pecoribus conſtructis, & ſervitutes ruſticæ inhæreant ſolo; licet hortus, qui in ſolo eſt, cenſeatur urbanum prædium, quando accedit ædibus. *L. urbana. 198. de V S. Wammeſ. vol. 1.*
4 *conſ. 442. num.* 14. & ſtillicidium in ſolo caſſat *Buſius hic.* Sed ob alios textus videtur diſtinguendum, utrum conſiderantur ſervitutes abſolute an relative?
5 Abſoluta conſideratione, v. g. iter eſt ſervitus ruſtica, quia inhæret ſolo; e contrario ſervitus altius non tollendi, eſt natura ſua ſervitus urbani prædii. Sed ſi iter meis ædibus conſtituatur, vel ſi ſervitus non tollendi agro, vel horreo meo conſtituatur, tunc iter fit in conſideratione relativa urbani prædii ſervitus, & altera ruſtici, *per L. 2. ff. de S. R. P. Conf. Donell. lib. 11. c. 4. & ibi Hilliger. lit. D. late differens. Dn. Franzk. ad h. t. num. 55. & ſeqq. Manzius num.* 7. Sanè in *l. 4. §. 1. ff. in quibus cauſis pignus tacite contrahitur.*
6 Stabulum dicitur eſſe prædium ruſticum. Idem eſt de horreo dicendum. Sed videtur eſſe diſtinguendum
7 etiam in ædificiis, quod alia ædificia conſiderentur in ſe, & tunc in materia ſervitutes ipſis inhærentes, etiam ſtabulis, ſunt ſervitutes urbanorum prædiorum; Aliud
8 vero, ubi conſiderantur ratione pignoris taciti, vel alterius effectus, & eo ſenſu quædam ædificia, quæ fructibus condendis, vel pecoribus conſervandis inſerviunt, ſunt ruſtica; & tamen licet invecta in prædia ruſtica non ſint ſimpliciter obligata loco pignoris; in horreis tamen locatis aliud, quia horrea non fuerunt fructus, ſed tantum condunt, *per d. l. 4. §. 1.* Sed hic tot fere ſententiæ, quot capita. *Conf. Wiſ-*
9 *ſenb. d. d. 20. th. 2.* Illud hic quæri poteſt, an etiam Vaſallus vel etiam Emphyteuta, qui ſuperficiario ſimiles ſunt, ſervitutem imponere poſſint? Qood hic affirm. *Buſius* ſed reſoluto jure Vaſalli vel Emphyteutæ, reſolvitur & finitur jus ſervitutis. *l. Lex vectigali.*

*li. 31. ff. de pign. Dn. Struv. ad h. lib. 8. th. 29.*

## ad L. Servitutes ipſo. 4.

*SVMMARIA.*

*Servitutes ad tempus aut conditionem non quidem conſtitui; at promitti poſſunt. n. 1. & 5.*
*Quid ſi in ipſa conſtitutione adjiciatur tempus? numer. 2. & 3.*
*Quid ſi conditionate promiſſa ſit ſervitus? 4.*
*Modus in conſtitutione ſervitutis adjectus obſervandus eſt. 6.*

SErvitutes neque ex tempore, neque ad tempus,
1 neque ſub conditione. neque ad certam conditionem conſtitui poſſunt; ſed promitti tantum, quia
per promiſſionem non conſtituitur jus in re, ſed jus
ad rem. *Don. lib. 11. cap. 10. lit. C. D. & E. & ibi Hilllig. Cæpoll. de Servit. V. P. c. 21. num. 1. Zaſ. ad tit.*
2 *Communia Præd. n. 6.* Sed ſi in ipſa tamen conſtitutione adjiciatur tempus vel conditio, dabunt exceptio-
3 nem doli vel pacti. Ideoque ſi ultra tempus conventum velis uti ſervitute, poſſum Te impedire; & Tu
velis contra me actione confeſſoria agere, poſſum
Tibi opponere exceptionem pacti vel doli *Donell. d. l.* ubi effectum hujus rei declarat *Dn. Manz. ad h. t. nu. 24. & ſeqq. Dn. Franzk. ad tit. Communia Præd.*
4 *num. 28. & ſeqq. ut & Buſius hic.* Et ſi conditionate promiſſa ſervitus vel ex die, obligatio quidem ſtatim
oritur, ſed conſtitutio vel patientia, poſtquam conditio impleta & dies venit. *l. 25. §. 10. & ſeqq. ff. Fam. herc. l. 23. §. ult. de Servit. V. P. Struv. ad l. 8. ff. th.*
5 *35.* Aliud ergo promiſſio, aliud conſtitutio; licet interdum in ſervitutibus negativis, ubi Dominus prædii
ſervientis quid non ſe facturum promittit, eodem tempore & conſtitutio fieri videatur, de qua *Struv. d. th. 35.*
6 *Ad §. 1.* Modus poteſt adjici Servituti, ita ut aliter ipſo jure uti non liceat. v. g. ut pedes eat, certa
pecora traosducat, certo vehiculi genere utatur; & ſi
alio modo quis uſus ſit, non utendo amittat. *l. 10. & ſeq. Quemadm. ſervitus amittatur. Zaſ. ad d. t. Comm. Præd. num. 7. Donell. d. c. 10. poſt lit. F. Manz. numer.* 246. Et huc pertinent intervalla temporum. *§. fin. h. l. 4. & l. 5. §. 1. Manz. d. l. nu. 245. Buſius hic nu. 4.*

## ad L. Via. 5.

*SUMMARIA.*

*Servitutes quomodo conſtituantur? nu. 1.*
*Conſtituuntur alio, atque uſusfructus, modo. 2.*
*Non obſtat §. 1. hujus legis. 3.*

SErvitutes iiſdem fere modis conſtituuntur, qui-
1 bus uſusfructus, v. gr. per Teſtamentum, vel per
contractum inter vivos. & ſecutam traditionem, vel
quaſi, ſeu patientiam. *Manz. n. 30. & ſeq. Donell. lib. 11. cap. 19.* Dicitur autem *in hac lege quinta* [ fere ]
2 quia eſt aliqua differentia; nam proprietas poteſt legari ſine uſufructu, ſed non ſine ſervitute fundo debita fundus legari poteſt. Deinde uſusfructus ex certo
3 tempore & ad certum tempus conſtitui poteſt; Sed
ſervitus non. Nec obſtat §. 1. *hujus legis*, quod ſervitus temporibus ſecerni poſſit, nam ibi tempus ſuſtinet naturam modi, non ipſa ſervitus ad tempus conſtituitur, ſed uſus ſervitutis interdum per tempus modificatur.

## ad L. Ad certam. 6.

*SUMMARIA.*

*Quæ diverſa & quæ indiviſa fundi pars ſit? n. 1.*
*Pro qua parte fundi ſervitus imponi poſſit? 2.*

FUndi pars eſt vel diviſa ſeu certa, quæ digito
1 monſtrari & oculis cerni poteſt; alia indiviſa quæ
2 ſolo intellectu abſtrahitur, ut pars media. Quando
ergo quæritur, an pro parte fundi ſervitus poſſit imponi de parte diviſa, quæ in ſe quodammodo totum
quoddam eſt? Id affirmatur, non de parte indiviſa,

## ad L. Jus cloacæ. 7.

*SVMMARIA.*

*Servitus cloacæ quid ſit? n. 1.*
*An ſit ſerv. urbani Prædii? 2.*
*Hac ſervitute utendum civiliter. 3.*

1 JUs cloacæ eſt jus habendi foramen vel fiſtulam,
vel tubum, per quem colluvies defluit. Eam au-
2 tem ſervitutem urbani prædii eſſe exinde patet, quia
ea indigent plerumque ædificia. Et ideo in *L. 2. ff. de S. R. P.* hoc tantum innuitur, hanc ut & alias urbanas ſervitutes interdum ruſticis prædiis deberi.
*Manzius ad tit. de S. V. P. num. 164.* Notandum ta-
3 men, per Cloacam non licere ſordes, excrementa,
aliaque fœtentia ejicere, ſed civiliter hac ſervitute
utendum. *Vid. Cæpolla de S. V. P. cap. 31. & ex eo Dn. Struv. ad h. t. th. 18.* de quo alibi. Autor *ad L. 9. nu. 2. π. h. t.*

## ad L. Ut pomum. 8.

*SUMMARIA.*

*Conceſſio, ut ſpatiari liceat in alieno horto, an ſervitus appellanda? nu. 1.*
*Annon perſonalis ſit? 2.*
*Varia ſervitutes perſonales innominata. 3.*
*Jus Venandi quando ſervitus realis ſit? 4.*
*Annon jus coquendi cereviſiam ſit ſervitus? 5.*
*Multa ex conſuetudine recepta ſervitutes, juri noſtro incognita, referuntur. 6. & ſeqq.*
*Servitus pro parte retineri, non acquiri poteſt. 11.*
*Declaratur per exemplum. 12.*

1 COnceſſio, ut alter pomum decerpere poſſit in
meo horto, vel ut ei ſpatiari liceat, non inducunt aliquam ſervitutem, quia non inſerviunt utilitati fundi. *Manz. in cent. deciſ qu. 28. num. 8. & ſeqq.*
Imo ne perſonalem quidem ſervitutem eſſe, nonnulli volunt. *Joh. Lengevall. ad l. imperium. num. 221.*
2 *ff. de Jurisdict. Petr. Barboſa ad L. quia tale. 14. n. 47. in fin. & nu. ſeq. ff. ſolut. matr. Cæpolla de Serv. R. Pr. c. 2. num. 12.* Videtur tamen ſervitus perſonalis innomi-
3 nata dici poſſe, ſicut jura venandi in alieno, hauriendi aquam ex puteo alieno, ligna cædendi, &c. non
ſunt ſervitutes reales, ſed perſonales ſervitutes & innominatæ dici poſſunt. *Hill. in Donell. l. 11. c. 1. lit. B. Franzk. ad tit. de ſervit. num. 73. & ſeqq. Struv. ad lib. 8. th. 33. Zaſ. de S. R. P. num. 12.* Si tamen jus venan-
4 di ratione prædii mihi competat in alieno, erit ſervitus realis. *Hill. d. l.* ſicut & jus coquendi cereviſiam
poteſt dici ſervitus, juxta *Carpz. p. 2. c. 41. d. 15.* quod
intelligo, ſi à me cereviſiam emere cogantur cives:
5 nam erit ſervitus realis irregularis. Multæ hodie ſervitutes, quæ non habent ex omni parte naturam juris
6 noſtri Servitutum. Licet ergo jure noſtro non ſit ſervitus, ſi quis jubeatur in meo molendino molere. *arg.*
7 *l. 15. §. 1. de Servit. Struv. d. th. 33. ad L. 8.* quin tamen de conſuetudine talia jura realia introducta,
dubitari nequit. Sic incolis pagi competit jus paſcen-
8 di, piſcandi, glandis legendæ, &c. ut de moribus
Germaniæ teſtatur *Zaſius l. 1. ſing. intell. c. 11. & Buſius hic n. 4.* Sic jus venandi in alieno nemore huic
Caſtro vel Burgo conſtitui poteſt. *Gail. lib. 2. obſ. 66.* Huc etiam poſſe referri puto alias præſtationes,
ut quod ex hoc alieno molendino meum molendi-
9 num quotannis tot modios frumenti accipiat, quod
ruſtici frumentum ad meum molendinum vehere co-
10 gantur. Idem jus coquendi cereviſiam ædibus competens. *Carpz. p. 2. conſt. 41. d. 15.* & ſimilia jura realia,
quæ

quæ quidem ſecundum Leges Juſtiniani veræ ſervi-
tutes non ſunt, ſed conſuetudine tamen ſunt ſervi-
11 tutes. In §. 1. dicitur, pro parte acquiri non poſſe,
12 ſed retineri poſſe ſervitutem. E. gr. tuum prædium
mihi debet ſervitutem, ſi emerim tuum prædium,
abſorbetur ſervitus, quia prædium meum alii meo
prædio ſervire nequit. Sed ſi tui prædii partem eme-
ro, retinetur ſervitus, quia licet pro parte fundi in-
diviſa conſtitui non poſſit ſervitus per *l. 6. h. t.* po-
teſt tamen per partem retineri, quia facilior retentio,
quam adquiſitio. *Menoch. conſ. 146. num. 23. Conf. l.
34. & 30. §. 1. de S. V. Pr.*

## ad L. Si cui. 9.

### *SUMMARIA.*

*Cum certus locus demonſtratus eſt in fundo, per quem eundem, cætera partes libera ſunt. n. 1.*
*Quid ſi nullus locus definitus ſit? 2.*
*An locum ſervitutis aſſignatum variare liceat? 3.*
*An audiendus dominus fundi ſervientis, ſi, ut alio modo conſtituatur ſervitus, petat? 4. & 5.*
*Cuinam electio loci ſervientis relinquenda, hæredi an legatario? 6.*

1 SI certus locus demonſtretur in fundo, per quem
eundum ſit, cæteræ partes liberæ ſunt. *l. certo. 13.
§. 1. de Servit. R. Pr.* Sin generaliter conſtituta ſer-
vitus, aut ita, ut totus ſerviter, & tunc omnes glebæ
2 ſerviunt. *d. l. 13. §. 1.* aut indefinite, & ſerviunt qui-
dem omnes, ſed ſervitute civiliter eſt utendum, i. e.
ut id fiat cum minori ſervientis fundi detrimento.
*Socinus conſ. 141. num. 4. & ſeqq. l. 1. Carpz. d. c. 41.
d. 4. Klock. vol. 1. conſil. 21. num. 121.* Ex quo loco
vel cui loco primitus ſervitus impoſita, mutari non
3 debet, *per h. l.* quia omnis variatio odioſa. *Barboſa
Locupl. l. 19. c. 2. ax. 1.* & electa ſemel via variari
nequit. *Ant. Fab. l. 3. Cod. tit. 24. d. 4. Petr. Barboſa
4 ad l. 2. p. 2. pr. num. 36. ff. ſol. matr.* Sed ſi ſervitutis
fundi dominus peteret, ut alio modo ſervitus conſti-
tueretur, audiendum eum eſſe, tradit *Dn. Mev. p. 3.
dec. 371.* modo fundus dominans ex determinatione
per leviora media idem obtineat, quod per graviora
præſtatur, cum ultra alterius intereſſe ceſſet, & reſi-
ſtendum malitiæ eſt, ubi aliquid per æquipollens fie-
ri poteſt. Eaque ſententia probatur, *per l. 2. §. pen. de
Religioſ. & ibi Bart. Surdus de alim. tit. 4. qu. 4. n. 10.
5 & ſeq.* Nam iniquum eſt denegare alteri, quod tibi
non noceat, alteri vero proſit. Malitiis hominum nul-
lo modo indulgendum *l. 38. de Rei vind.* Autor *ad L.
6 1. n. 5. w. de Aqua & aq. pl. arc.* Electionem autem
loci, quamvis nonnulli Legatario vel Actori tribuant;
melius tamen tribuere videntur Reo ſeu hæredi. *l. ſi
via 26. ff. de S. R. Pr. Hillig. in Donell. lib. 11. c. 13. lit.
B. Wiſſenb. d. d. 20. th. 5. Car. Molin. in Labyr. 3. n. 42.
Dn. Struv. ad h. t. th. 30. Buſius hic.* quod limitat
*Dn. Franzk. ad tit. com. præd. n. 38. per l. ult. ff. de Aqua
quot.*

## ad L. Si iter. 10.

### *SUMMARIUM.*

*Quomodo in prædio serviente ædificare liceat?*

IN prædio ſerviente licet ædificare vel aliquid fodiendo, ſubſtruendo operari, ut dominus fundi dominantis commode ea ſervitute v. gr. itineris uti poſſit. *Confer notata* Dni Autoris *ad l. 11. ff. Communia præd.*

## ad L. Pro parte. 11.

### *SUMMARIA.*

*Servitutem pro parte indiviſa domini conſtitui non poſſe, declaratur. num. 1. & 2.*
*An ſervitus per Teſtamentum pro parte conſtitui vel adimi poſſit? 3.*

1 PRo parte indiviſa dominii ſervitus conſtitui non
poteſt. *Hic & l. 6. §. 1. ff. Com. Præd. Buſius hic. Do-
nell. l. 11. c. 11. poſt. lit. M.* dum utimur pro ſolido,
pro parte ire non poſſumus. *Zoeſ. ad tit. Com. Præd. n. 8.*
2 Pone ergo, me ſtipulatum eſſe pro meo fundo iter
perpetuum, & poſtea antequam iter conſtituatur par-
tem fundi alieno, non poſſum jam ſervitutem pro
parte petere, quia non poſſum pro parte uti itinere.
*Vid. Cujac. ad h. l. c. 2. & Manz. ad h. t. num. 247. &
3 252.* Et ut per ſtipulationem ac inter vivos ſervitus
pro parte indiviſa non poteſt conſtitui, ita neque po-
teſt per ultimam voluntatem ita pro parte conſtitui,
imo nec poteſt pro parte v. g. dimidia indiviſa adi-
mi.

## ad L. Non dubito. 12.

### *SUMMARIUM.*

*Servus municipii ſervitutem municipio acquirere poteſt.*

IN *hac l.* quæritur, an ſervus municipii vel Reip. Municipio ſervitutem adquirere poſſit? Videtur quod non: quia non videntur poſſidere per ſervum publicum; Sed affirmatur, quia poſſunt ex SCto poſſeſſionem adquirere civitates per ſervum publicum *l. 2. ff. de Adquir. poſſ.* ſicut etiam per liberam perſonam v. g. procuratorem Municipia adquirere poſſunt poſſeſſionem *d. l. 2.*

## Ad L. Si tam angusti. 13.

### *SUMMARIA.*

*Cum via tam anguſta conſtituitur ut vehiculum duci, aut jumentum agi non poſſit, intelligitur iter conſtitutum. n. 1.*
*Actus qui non valet ſecundum verba, valet tamen ex mente conſtituentium, ex eo modo, quo valere poteſt. 2. & 3.*

1 VIa ſi conſtituta ſit tam anguſta, ut vehiculum
duci non poſſit, nec jumentum, iter potius, quam
via videtur conſtitutum; nam verba intelligenda ſunt,
ut inſerviant intentioni loquentium, & ut actus po-
tius valeat, quam pereat. Et via Actum & iter con-
tinet, quare ſi conjunctim haberi nequeunt, ſingula ta-
men recte habentur. *Dd. hic & Donell l. 11. c. 13. in
fine. & ibi Hillig. lit. D. Petr. Loriot. intr. de transact.
ax. 147.* Colligitur *ex hac L.* regula: quando in mo-
do conſtituendi non eſt differentia inter actum, qui
agitur, & eum, qui valere poteſt, tunc quod non va-
2 let, ut ago, valet ut valere poteſt. *Alciat. in repet. L.
1. §. Si quis ita. de V. O. nu. 26. & ſeq. vol. 6. Jacob.
de Nigris in rep. d. §. nu. 47. Conf. tamen Hieron. Bu-
tigella in rep. d. §. num. 27. & Car. Molina num. 9. in
d. §. nu. 42. & Loriotus de Tranſact. axiom. 147. præ-
ſertim lit. N.* & notetur regula, quod in ſervitutibus
3 realibus, ſi non valet ſecundum verba, valeat ta-
men ſecundum mentem conſtituentis, ut valere po-
teſt.

## ad L. Servitutes. 14.

### *SUMMARIA.*

*Quare Servitutes propriæ non uſucapiantur? n. 1.*
*Acquiritur tamen longo uſu. 2.*
*Serv. continua longo; diſcontinuæ, immemoriali tempore præſcribuntur. 3.*
*Quæ diſtinctio communi ſententia recepta eſt, à qua non facile recedendum. 4.*
*Iter ac ſepulchrum privati juris eſt. 5.*
*An medius locus publicus impediat uſum ſervitutis? 6. & 7.*

Servi-

SErvitutes proprie non uſucapiuntur, quia 1. Non ſunt res corporales. 2. Non habent cauſam continuam, quæ ratio ruſticis tantum competit. 3. Quia non per ſe, ſed cum prædio poſſidentur. 4. Quia harum nulla traditio. *Vid. Wiſſenb. in ff. hic num. 5.* 2 Sed longo uſu acquiri poſſunt. *L. ſi quis, diuturno. 10. ff. ſi ſervitus vind. & l. foramen. lit. C. & T. & Donell. lib. 11. c. 11.* Ex hac l. & l. 3. §. 4. *ff. de aqua quot.* Dd. hauſerunt illam ſervitutum diviſionem, quod ſcil. continuæ longo tempore, diſcontinuæ tempore immemoriali præſcri- 3 bantur: quam tradunt Dd *hic Baldus de præſcript. p. 2. part. 4. pr. qu. 1. Cepoll. de Servit. Urb. Pr. cap. 19. Gomez. t. 2. reſol. cap. 15. numer. 27.* Autor *ad L. 2. numer. 2. ſeqq. C. h. t. & quos refert Harpr. ad §. 4. I. de Servit. numer. 9.* ubi tradit, hanc uſu receptam eſſe, licet refutata ſit à modernis. *Weſenb. in ff. h. t. numer. 4. Donell. l. 11. cap. 11. Dn. Franzk. ad tit. Communia Præd. num. 7. & ſeq. Conf.* 4 *Buſius hic.* Sed non ſuaſerim, ut à communi ſententia in pronnociando quis recedat, niſi alicubi receptum, ut omnes ſervitutes longo tempore adquirantur. Quod quia ſimplicitati magis conſorme, utiliter à Superioribus ſtatueretur. Licet autem ſepulchrum ſit religioſa res & publici quaſi juris manet, & de ea diſponi poteſt, 5 ut de ſervitute privati. *per §. 1. hujus legis 14.* Medius locus publicus impedit interdum ſervitutem: quando ſcil. nicta communem uſum loci publici aliquid in eo faciendum eſt v. g. ducenda aqua *per §. ult. h. l.* Sed & hoc licet, ſi à Principe licentiam impetremus *Donell. lib. 11. cap. 2. lit. B. & ſeq.* Sed quod dicitur *in fine*, ſacri & religioſi loci interventum etiam itineris ſervitutem non impedire, id ad mores noſtros non facere, tradit *Grænwegen*, quod intelligo, ſi modo per locum ſacrum vel religioſum tranſitus.

## ad L. Quoties. 15.

### SUMMARIA.

*An valeat ſervitus, ne per tuum fundum eas? nu. 1.*
*An in ſervit. requiratur ſemper utilitas præſens? 2.*
*Natura ſervitutum in quo conſiſtat? 3.*
*Si mihi promittat vicinus, quod velit proſpectus mei cauſa tollere viridarium ſuum, an ſit ſervitus nu. 4.*
*Servitutes ſunt affirmativæ, vel Negativæ. 5. & 6.*

SErvitutis finis eſt, ut alicui ſerviam, i. e. utilitatem adferam; ergo non valet ſervitus, ne per fundum tuum eas, & ſimiles. *Donell. l. 9. capit. 21. & ibi Hill. lit. M. Menoch. rem. 6. retin. poſſ. num. 100.* Sed non requiritur utilitas præſens, ſed ſufficit, ſi aliquando utilis eſſe poſſit fundo meo. *Donell. d. capit. 21. in fin. Hotom. lib. 8. obſ. 11. Harpr. in pr. Inſt. h. t. nu. 12.*

*Ad* §. 1. Servitutum ea natura eſt, non ut aliquid faciat, ſed ut quid patiatur in ſuo i. e. nos ire, agere; aut non facere teneatur, i. e. altius non tollere. Autor *ad L. 1. numer. 7. C. h. tit. & ad L. 2. numer. 3. ſeq. C. h. t.* In alterutro ſervitus conſiſtit. Si vero v. gr. vicinus promittat, ſe ſublaturum Viridarium proſpectus noſtri cauſa, datur quidem mihi actio in perſonam, ſed non eſt ſervitus. Ex *hac Lege* ſequitur, quod duplices ſint ſervitutes, affirmativæ & negativæ. Affirmativæ ſunt, quibus quid pati tenetur in ſuo; negativæ, quibus quid non facere tenetur. Autor *ad L. 1. numer. 9. C. h. t.* v. g. affirmativæ ſervitutes ſunt itineris, actus, viæ, ſtillicidii, oneris ferendi, tigni immittendi: Negativæ ſunt, altius non tollendi, ſervitus ne luminibus officiatur, item ſtillicidia non avertendi, & aliæ, quos enumerat *Molina. tr. 2. de Juſt. & Jure d. 11. numer. 11. & ſeq. Manzius loc. cit. numer. 28.*

## ad L. Ei, qui pignori. 16.

### SUMMARIUM.

*Vindicatio quotuplex & cui detur?*

DUplex eſt vindicatio, ſervitus ſeu confeſſoria: Alia directa, quæ datur Domino fundi *l. 2. §. hæc autem. 1 ff. ſi ſervit. vind.* alia utilis, quæ datur Creditori, cui prædium pignori obligatum eſt, quia Creditor etiam utilem vindicationem ipſius fundi habet, ſcil. Hypothecariam actionem, & defendit jus hypothecæ. Idem in Emphyteuta, qui propriè Dominus non eſt.

## ad L. Viæ itineris. 17.

### SUMMARIA.

*Cur ſervitus pro parte indiviſa conſtitui nequeat? numer. 1.*
*Uſus ſervitutis apud plures in ſolidum eſſe poteſt. 2.*

1 NEmo poteſt ſtipulari ſervitutem pro parte indiviſa, qua uſus ſervitutis eſt indiviſus, ſicut etiam uſus perſonalis ſervitutis indiviſus eſt. Temporibus quidem ſecerni poteſt uſus ſervitutis realis. Si ergo vel dominus fundi dominantis, vel promiſſor ſervitutis, plures reliquerit hæredes, illi ſinguli in ſolidum petent ſervitutem, ſi ſinguli præſtare in ſolidum debent ſervitutem, uſus ergo apud plures eſſe poteſt in ſolidum.

## ad L. Papinianus. 18.

### SUMMARIA.

*Confuſione ſervitutes exſtinguuntur. num. 1.*
*An fundus ſerviens Legatario liber ſit præſtandus? 2.*
*Legatario fundum liberum ſibi præſtari petenti exceptio doli opponitur. 3.*

1 SErvitutes extinguuntur confuſione, ſi ſcilicet dominus fundi ſervientis adquirat fundum dominantem, aut vice verſa. Quia nemo ſuo prædio ſervi- 2 tutem debet. Quæritur ergo, ſi Teſtator hærede inſtituto domino fundi dominantis, ab eo fundum ſervientem alteri legaverit, an hic fundus liber præſtandus ſit Legatario? Quod videtur affirmandum, quia videtur confuſa ſervitus, dum hæres fundum dominantem habet, & jam ſervitus extinguitur. Sed negatur 3 quæſtio. Sed ſi Legatarius petat fundum liberum ſibi præſtari, opponitur ei exceptio doli, ut patiatur Legatarius, iterum ſervitutem fundo imponi, quia fundus legatus talis dandus eſt, qualis relictus eſt. Cur autem aliud ſit in uſusfructu *vid. notata* Dni Autoris *ad l. 76. §. dominus. 2. d. leg. 2.*

## ad L. Si fundo. 19.

### SUMMARIA.

*Ad ſervitutis conſtitutionem requiritur utilitas. nu. 1.*
*Utilitas eſt, ſi majori pretio vendi poteſt. 2.*
*An ſufficiat imaginaria utilitas 3.*
*An amœnitas ſub utilitate comprehendatur? 4. ſtatua. 5.*

1 AD conſtitutionem Servitutis requiritur, ut Servitus aliquando utilis eſſe poſſit, licet jam non ſit; modo ſperetur aliquando profutura: & ſic etiam tum utilitas erit, quando ob utilitatem majori pretio po- 2 terit vendi, vel fundus factus amœnior. *Weſenb. in ff. h. tit. numer. 3. & ibi Bachov. &* Manz. *ad h. t. num. 260. Donell. l. 9. cap. 21. in fin.* Nam poteſt eſſe ſervitus per ſe utilis, quæ tamen per Accidens pro ſtatu rei præſente 3 ſit inutilis. *Hillig. d. l. lit. N.* Quod vero nonnulli imaginariam utilitatem ſufficere putent, *huic Legi* id non convenit; nam ſic nulla eſſet inutilis ſervitus, quia nemo niſi ſub utilitatis opinione ſervitutem ſtipulabitur. 4 *Hilliger. d. l.* Sanè ſub utilitate etiam amœnitatem poſſumus complecti, ut ejus quoque gratia ſervitus imponi queat. Nam & hæc prædium facere poteſt melius & pretioſius. *arg. L. hoc jure. 3. pr. de Aqua quot. & æſt.* & 5 quod ſtatuæ etiam uſufr. relinqui poſſit, *per L. 41. de uſufr. Buſius hic.*

## ad L. Quoties. fin.

*SUMMARIA.*

*In ſervitutibus patientia pro traditione eſt. nu. 1.*
*Quid ſi Dominus fundi alterum uti prohibeat? 2.*

PAtientia hic pro traditione eſt. Autor *ad L. 1. nu. 7.*
1 *C. h. t.* Sic ergo dominus fundi ſervientis tenetur
cavere de præſtanda patientia. Et ſi ille impediat alte-
2 tum uti, dabuntur interdicta quaſi poſſeſſoria, de iti-
nere actuque privato, quod eſt directum itemque utile,
& uti poſſidetis.

---

## TITULUS II.

*De Servitutibus Urbanorum Prædiorum.*

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*An & in quibusnam prædiis requiratur vicinitas? numer. 1.*
*Diſtinguitur, an loco intermedio impediatur uſus ſervitutis nec ne? 2.*
*Nonnullæ ſervitutes requirunt majorem vicinitatem. 3.*
*Si debetur mihi ſervitus oneris ferendi à vicinis ædibus, an contra proprietarium, an verò Fructuarium agere debeam propter ædes reficiendas? 4. & 5.*

VUltejus *lib. 1. Juriſpr. cap. 63. numer. 50.* diſtinguit
1 inter Servitutes ruſticas & urbanas, ut in illis
requiratur vicinitas; in his non ut & *Treutl. vol. 1. diſp.*
*17. th. 1. lit. B.* Sed in Urbanis quoque vicinitatem re-
quiri, *h. l. 1.* aliæque probant. *Bachov. d. th. 1. lit. B.* Sed
2 diſtinguitur, utrum locus intermedius ſervitutis uſum
impediat, nec ne: ſic via publica non impedit ſervi-
tutem itineris, quia etiam in publico ire licet, ſed
immittendi, protegendi non admittit. Deinde diſtin-
guendum inter diverſas naturas ſervitutum. Aliæ aliis
3 majorem vicinitatem requirunt. Servitus proſpectus à
remotiori ædificio deberi poteſt. *Donell. lib. undecim.*
*capit. ſecund. lit. A. & ſeqq. Bach. in Tr. verſ. prim. dec.*
*ſeptim. th. prim. lit. B. Franzk. ad titul. de Servit. numer.*
*vigeſim. non. & ſeqq. Struv. h. titul. th. 31. Cujac. tom.*
*2. p. 411.*

*Ad* §. 1. Debes mihi ſervitutem oneris ferendi ex
4 tuo ædificio, quod dediſti in Uſumfructum, quær. an
contra Te, an vero contra Uſufructuarium agere poſ-
ſim ad reficiendas ædes? Reſp. contra Te, non con-
tra fructuarium, qui rem collapſam reſtituere non te-
netur. Sic igitur *hic* §. de Servitute oneris ferendi in
5 ſpecie intelligendus: non in aliis, ubi contra omnes
prohibentes agitur, hic ad reficiendum. *Cujac. d. l. Weſenb. ad l. 1. C. de Servit. nu. 15.*

## ad L. Urbanorum. 2. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*Species ſervitutum prædiorum urbanorum numer. 1. & ſeq.*

PRoponuntur *hic* ſervitutes urbanorum prædiorum
1 ut 1. ſervitus altius tollendi, & officiendi lumini-
bus vicini, quando ſcilicet, tibi competit ſervitus in
ædes meas, ne altius tollam, & poſtea conveniat inter
nos, ut ad certam altitudinem extolli ædes meæ poſ-
ſint, ut *Cujac.* intelligit, alii de caſu, ubi ædes ex ſta-
tuto certam altitudinem habent, ita tamen ut liceat vi-
cino conſentiente altius tollere.

2. Servitus non extollendi ædes.

2 3. Servitus ſtillicidii avertendi in tectum, vel aream
vicini.

4. Stillicidii non avertendi, ubi ſimilis diſtinctio
adhibeti ſolet, quam proponit in prima ſervitute ur-
bana *Cujacius.*

3 5. Jus immittendi tigna in parietem vicini.

6. Projiciendi & protegendi.

7. Ne proſpectui officiatur, i. e. ut liber quacun-
que verſus proſpectus relinquatur, cui ſimilis eſt, ne
luminibus officiatur, quæ continet, ne feneſtræ obſcu-
rentur, & ne cœli aſpectus intercipiatur. Lumen eſt ex
ſuperiori loco, proſpectus etiam ex inferiori.

## Ad L. Luminum. 4.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo ſervitus luminum, & ne luminibus officiatur, differat?*

DIfferentia hic proponitur inter ſervitutem lu-
minum, & ne luminibus officiatur: Illa eſt jus
immittendæ feneſtræ in ædes alienas; hæc eſt jus, quo
prohibetur vicinus ædificare, ſi intercludat feneſtras
meas vel inutiles ædificando faciat.

## ad L. Invitum. 5.

*SUMMARIA.*

*Quis dicatur invitus. numer. 1.*
*Nemo invitus ad agendum compelli debet. 2.*

QUia *in l. præc.* dixerat, ne jus ſit vicino invitis
1 nobis ædificare, ideoque hic quæritur, quis in-
vitus dicatur? Et reſpondetur, eum non tantum in-
vitum dici, qui expreſſe contradicit, non qui tacet & pa-
titur. Nam ſunt quædam negotia, in quibus VELLE
exigitur, nec ſufficit pati i. e. tacere, & in his, qui ta-
cet, conſentire videtur, ut *in l. 1. §. 3. ff. de Tribut. act. l.*
*2. §. 2. ff. ſol. matrim.* Sed in ſervitutibus exigitur ut vi-
cinus nominatim concedat jus ſervitutis. Imo genera-
tim in omnibus negotiis, & infans & furioſus invitus
dici poteſt. Quod autem nemo invitus ad agendum,
2 vel accuſandum compelli debeat, docet Autor *ad L.*
*un. num. 1. & ſeqq. C. ut nemo invit.*

## ad L. Hæc autem jura. 6.

*SUMMARIA.*

*Præter non uſum requiritur in ſervitute urb. Præd. amittenda, etiam actus aliquis poſitivus. nu. 2. & 3.*
*Idem de Jure Saxon. 4.*
*Quæ hujus rei ratio ſit? 5. & 6.*

1 LIbertas contra ſervitutem Urbanorum Prædiorum
non præſcribitur non utendo, ſed requiritur ab
altera parte actus aliquis poſitivus. Aliud in ruſtico-
2 rum prædiorum ſervitutibus, v. g. Si ædes Tuæ meis
debeant ſervitutem tigni immittendi, licet per 10.
3 annos tignum non habeam immiſſum, ſervitutem non
amitto, niſi tu aliquo facto libertatem tuarum ædium
conteſtatus ſis, v. g. foramina obſtruxeris, & ego non
utar poſtea, *per hanc l. ſext. & per l. decim. octav. §. ult.*
*ff. quemadmodum ſervitutes amittantur. Franzk. ad tit.*
*ult. hujus libri numer. trigeſim. ſext. ubi numer. ſeq. ra-*
*tionem reddit.* Conf. *Carpz. p. terti. dec. 288.* ubi cum
4 *Harprechto* rationes examinat, & idem in foro Saxo-
nico eſſe dicit, & præjudicio confirmat. *Weſenb. in tit.*
*de Servitut. numer. quint. verſ. Urbana vero Servitutes.*
*Cujac. tom. ſecund. p. 400. Harpr. paragraph. ult. de ſerv.*
*numer. trigeſim. quart. & ſeq. Don. lib. undecim. cap. ult.*
5 *lit. D.* Autor. *ad L. 13. numer. ſext. & 7. C. de Servitutib.*
Hanc autem aſſignant rationem quod Ruſticorum
uſus non aliter explicentur, quam ejus facto, cui de-
beantur: urbanæ vero ſola ejus, qui debet, patientia.
Præter non uſum igitur facto opus eſt, quod argu-
6 mentum ſit interruptæ patientiæ. *Hilig. d. cap. ult. lit.*
*F.* ubi plures Dd. citat, qui tamen in rationibus variant.

Fortè

Fortè & hæc ratio addi poteſt, quia tignum immittere fortè jam non expedit, nec ædificio illo indigeo; ſed non uti ſervitute ruſtica vix alii cauſæ, quam negligentiæ, deputari poteſt.

## ad L. Quod autem. 7.

### *SUMMARIA.*

*Quid ad libertatem à ſervitutibus prædiorum urbanorum præſcribendam requiratur? num.* 1.
*Vſus ſervitutum ruſticarum in facto verſatur?* 2.
*An per arboris implantationem uſucapiatur libertas à ſervitute urbana?* 3.

1 UT libertas à ſervitutibus prædiorum urbanorum
præſcribatur, opus eſt. 1. Ut in ſuo aliquid poſitum habeat, quo uſus ſervitutis impediatur. 2. Ut illud
2 immotum ſit. 3. Ut ædes per conſtitutum tempus
poſſideat. Aliud in ruſticis prædiis, ubi non poteſt imputari Domino, quod nihil habuerit poſitum ad impediendam ſervitutem, quia non in opere, ſed in fa-
3 cto earum uſus verſatur. *Donell. l. 11. cap. ult.* Quæritur
igitur hoc loco, circa ſecundum requiſitum, an per Arboris implantationem uſucapiatur libertas à ſervitute urbana? Et reſpondetur quod non, quia non eſt immota, vel quod vi ventorum agitetur, vel quod arbor creſcat vel frondes deponit, vel quod tranſplantari poſſit, ac ſoleat, non ita paries, *Hillig. in Donell. d. l. lit. E.*

## ad L. Parietem. 8.

### *SUMMARIA.*

*Parietem communem non poteſt ſocius altero invito reficere. num.* 1.
*Reſponſio ad obſtantem legem.* 2.

1 IN re communi non poteſt ſocius quid facere, invi-
to altero *l. Sabinus. 27. ff. communi divid.* Ergo nec communem parietem licet reficere, *per hanc l. 8.* Autor *ad L. 8. numer. 6. C. de Servit.* Sed videtur obſtare, *l. 12.*
2 *Communi divid.* Verum illa non dicit competere alteri
ſociorum actionem, ſibi competere jus reficiendi, ſed dicitur, quod habeat actionem communi dividundo, & interdictum uti poſſidetis, ſi alter prohibere velit ſocium, nec ipſe tamen curam reficiendi pro parte ſuſcipere.

## ad L. Cum eo. 9.

### *SUMMARIA.*

*Contra eum, qui tollendo ædes ſuas obſcurat lumina, nulla datur actio. nu.* 1.
*Niſi æmulationis cauſa fiat.* 2.
*Idem ſi æmulationis cauſa aperiat feneſtras.* 3.
*Reſponſum Scab. Lipſenſ.* 4.
*An hæres poſſit obturare lumina ædium, alteri à defuncto relictarum?* 5.

SI quis extollendo ædes ſuas obſcuret lumina vici-
1 ni, contra eum nulla eſt actio. *Hic & l. 8. & 9. C.*
*de Servit. Donell. lib. 11. capit. 5. lit. E. & H. Cæpolla de S. V. P. capit. 62. numer. 5. Franzk. ad h. tit. numer. 20.* Conferatur multa de hac re habens *Chriſtinæus in ſtatutis Mechlin. tit. 14. art. 27. per totum.* Sed limitanda
2 eſt deciſio *hujus legis*, niſi quis extollat ædes, vel ape-
riat feneſtras æmulationis gratia. *arg. l. 3. ff. de operib.*
3 *publ. Hippol. de Marſil. ſing. 154. Maſcard. de probat.*
*concl. 621. numer. 17.* Autor *ad L. 8. numer. 1. 5. & 8. C. de Servitut. Chriſt. in Stat. Mechlin. l. 14. art. 28. num. 2. P. Greg. l. 14. capit. 11. numer. 7. Doring. in Biblioth. in voce, ædes, numer. 182.* ubi *num. præc.* refert reſponſum Scabin Lipſ. his formalibus: Daß ihr nicht Fug
4 habt / euren Nachbauren an ſolchem Fenſter-Bau
zu verhindern / es wäre dem Sache / daß er wol an andern Enden genugſam Licht zu ſeinem Bau bringen konte / und dieſe Fenſter gegen euren Hoff / aus keine Nothdurfft / ſondern allein euch zum Ver-
5 druß machete. Sed præter æmulationem limitatur *hujus*
*Legis* deciſio, ut locum non habeat in hærede volente obturare lumina ædium, alicui à defuncto relictarum. *l. trigeſim. ſext. h. tit.* quod ad Donatorem extendit *Padilla ad L. altius C. de ſervit. & aqua. nu. vigeſim. ſeptim.* de quo dubito. Sed melior eſt limitatio, Si quis Scholarum lumina vellet impedire, & in donatario, &c. *Vid. Padilla d. l.*

## ad L. Gaurus Marcello. 10.

### *SUMMARIA.*

*Hæres altius ædes tollere & legatus obſcurare poteſt. numer.* 1.
*Ratio.* 2.
*Reſponſio ad rationem dubitandi.* 3.

1 TEſtator habuit vicinas duas ædes, quarum alte-
ras mihi legat, alteras hæres retinet, quæritur ergo, an hæres has altius poſſit extollere, & ita obſcurare ædes mihi legatas? Videtur quod non, quia hæres tenetur præſtare aditum Legatario ad ædes legatas; Ergo debet etiam præbere lumen. Sed affirmatur quæ-
2 ſtio, quia cuilibet naturali libertate liberum eſt ex-
tollere ſuas ædes, licet obſcuret lumina vicini; *L. 8. C.*
3 *de Servitut.* Et ad rationem dubitandi reſpondetur,
quod ideo hæres debeat præſtare acceſſum, quia ſine acceſſu uſus ædium nullus eſt, ſed obſcuratis ædibus, hæ habitari poſſunt: Et ampliatur hæc deciſio, ſi uſusfructus ædium mihi legatus: Sed declaratur, ut tamen hæres neceſſarium lumen relinquere, nec omne lumen legatis ædibus eripere queat, quia fere Inutiles redderentur ædes, quod Teſtatoris voluntati non conveniret:

## ad L. Qui luminibus. 11.

### *SUMMARIA.*

*Quatenus ex libertate naturali altius tollere ædes poſſim? num.* 1.
*Quid ſi propter utilitatem publicam certa forma præſcripta?* 2.
*In ſervitute altius tollendi facultas, non neceſſitas ſpectatur.* 3. & 4.
*An ſervitus per hoc conſtituatur, ſi ſententiam impetravi, licere mihi in meo pariete verſus aream vicini feneſtram aperire?* 5.

JUre Libertatis naturalis quidem licet altius tollere
1 ædes, niſi forma publica & ſtatus ædificiorum hoc
vetet, ne ſcilicet liceat, invitis vicinis; nam ſi propter incendia vel aliam utilitatem publicam id ſit pro-
2 hibitum, pactio privatorum utilitati publicæ non offi-
ciet. Autor *ad L. prim. numer. 2. 3. C. de Ædif. priv.*
3 Et ita hæc ſervitus de altius tollendo, de facultate con-
tra ſtatutam formam data, intelligenda atque interpretanda eſt, *ex L. 12. ſeqq.* non vero de neceſſitate altius exſtruendi, ut *poſt Br. Cæpolla de Servit. cap. 26. Carpz. p. 2. conſt. 41. d. 12. numer. 7. & Manz. ad h. tit. numer. 72. & ſeqq.* Sed rectius, ut dixi de facultate accipitur, *per*
4 *tradita Dn. Franzkii ad h. t. numer. 92. ubi Weitzeneggerum allegat. Conf. Donell. l. 11. cap. 5. poſt lit. H. Cæpolla de Serv. Urb. Pr. c. 27. nu. 4.* Aut. *ad L. 8. nu. 8 C. de Serv.* Quæritur autem, an ſi pro me ſententia lata, licet mihi
5 feneſtras habere in meo pariete, licet ſpectent aream
vicini, an per hoc ſervitus conſtituta, ut vicinus ea obſcurare ædificando nequeat? Neg. hoc rectè *Sim. Piſtor Conſ. 12. per totum*, quia non jure ſervitutis, ſed libertatis feneſtras aperui. Si autem de menſura altitudinis inter partes non conveniat, recurritur ad arbitrum.

## ad L. Ædificia. 12.

### *SUMMARIA.*

*An, ſi ſervitutem in tuis ædibus habeam, arbores in tecto tuo plantare poſſis? num.* 1.
*Per arbores vel viridaria proſpectus adimi nequit.* 2.

QUando habeo ſervitutem in tuis ædibus, quæri-
1 tur, an poſſis arbores in tecto tuo plantare? Reſp.
quod ſic, quia ſervitus altius non tollendi loquitur de
non extollendo ædificio. Sed ſi habeam ſervitutem, ne
proſpectui officiatur, non potes per arbores vel viri-
2 daria proſpectum adimere.

## ad L. Quidam. 13.

### *SUMMARIA.*

*Super pariete communi nihil faciendum, per quod reddatur deterior. nn.* 1.
*Non licet tubulos ad aquam vel fumum ducendum habere.* 2.
*Parietem communem licitum eſt incruſtare.* 4.

NOn licet ſupra vel juxta parietem communem
1 aliquid facere, per quod deterior reddatur pa-
ries: ſicut & ſocius communem parietem reficere ſine
conſenſu Condomini non poteſt. *L. parietem.* 8. *h. tit.*
*Donell. lib.* 11. *cap.* 5. *poſt lit. F.* Antot *in C. tit. de Comm.*
*rer. alien. ad L.* 1. *numer.* 2. Exempli gratia, non licèt
tubulos habere juxta communem pariatem, per quos
aqua ducatur, nec per quos fumus emittatur, quia per
eos madeſit, per hos torretur paries. *Manz. in append.*
*de Muro commun. num.* 46. Colligitur etiam *ex hac L.*
interpellationem extrajudicialem eſſe de honeſtate.
3 *Vid. Lud. Roman. ſingulari* 401. In §. 1. dicitur, quod
liceat incruſtare parietem communem, & picturas fa-
4 cere, ut tamen vicinus ad damnum demolitionis præ-
ſtandum non teneatur. *Conf. Manz. in Append. nn.* 45.

## ad L. Imperatores. 14.

### *SVMMARIVM.*

*Aream à ſervitute liberam habens pro lubitu in ea ædificare poteſt.*

QUi habet aream à ſervitute liberam, i. e. ex qua
nemini ſervitutem debet, poteſt pro lubitu
ædificare in area, vel aliis hoc permittere, modo ſpa-
tium legitimum, & ex ſtatuto debitum relinquat. Res
eſt plana.

## ad L. Inter Servitutes. 15. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Servitus proſpectus & luminum quid differant? nn.* 1.
*Serv. Luminum, & ne luminibus officiatur, quid diſcrimins habeant?* 2. *&* 3.

ALia eſt Servitus proſpectus, alia luminum; per
1 hanc non debet impediri, quo minus lumen è
cœlo veniat, per illam verò ne faciat, quo minus lon-
giſſimè circumquaque reſpicere liceat. Et ſic hæc ſer-
vitus etiam amœnitatem reſpicit. *Donell. l.* 11. *cap.* 5. *lit.*
*G. Dn. Franzk. ad h. tit. num.* 43. *Manz. ad h. tit. nu.* 121.
*& ſeq. Harpr.* §. 1. *Inſt. de Serv. numer.* 35. *& ſeq. Buſius*
*ad l.* 4. *h. tit. num.* 3. *Weſenb. in ff. h. tit.* Sed quæri poſſit,
annon ſit diſcrimen inter ſervitutem Luminum, & ne
2 Luminibus officiatur? Reſp. *Dn. Struvius ad lib.* 8. *th.* 13.
Illam eſſe, qua vicinus noſtra lumina vel feneſtras, qui-
bus lumen haurimus & cœlum intuemur, cogitur exci-
pere in ſuo vel communi pariete, *L.* 4. *juncta l.* 16. *h. tit.*
hanc verò nominant eam, qua prohibetur vicinus fa-
3 cere quicquam, quo noſtra lumina, etiam illa, quæ
non excipit, obſcurentur, *per d. l.* 4. *& l.* 15. *& l.* 17. *h. t.*
Conf. *Manz. ad h. t. num.* 115. *&* 116.

## ad L. Si arborem. 17.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo arborem ponens contra ſervitutem agat & non agat? nn.* 1. *&* 4.
*Qui ſervitutem, ne luminibus officiatur, debet, non conveniri poteſt, ſi in commodum vicini ſolem adimat.* 2.
*Extra ſervitutem, quando licitum mihi ſit, alterius lumina obſcurare?* 3.
*Quomodo ædes deponendo luminibus offici poſſit?* 5. *&* 6.
*Quem ſenſum habeant verba: ſtillicidia uti nunc ſunt, ita ſint.* 7.
*In venditione cum mentio ſit ſervitutum, activæ non paſſivæ intelliguntur.* 8.

QUi arborem ponit, agit contra ſervitutem, ſi
1 debeat ſervitutem proximo, ne luminibus offi-
ciatur, quia arbor impedire poteſt lumen cœli, ſed ſi
eo loco quis ponat arborem, quo loco grata erat um-
bra, non agit contra ſervitutem, quia alter intereſſe
damni non poteſt prætendere. Sic ergo qui ſervitutem,
ne Luminibus officiatur, debet, ſi ſolem adimat, idque
2 vicino commodum, & utile, & ſalutare, non poteſt
conveniri, quaſi contra ſervitutem egerit; nam in
omni actione agentis intereſſe quærendum eſt. Et *ex*
*hoc textu, argumento ducto à contrario ſenſu*, probatur ſi
3 ſervitutem non debeam, licere mihi alterius lumina
obſcurare, ſi ob utilitatem meam fiat, & non ex æmu-
latione. *Franc. de Clapperiis c.* 22. *qu.* 1. *numer.* 6. *& ſeqq.*
Qui deponit ædificium, quod antea domum opacam
4 faciebat, & qui ramos arboris dejicit, non agit contra
ſervitutem §. 1. quod per ſe patet. Sed *in* §. 2. dicitur,
quod etiam deponendo ædes vel deprimendo lumini-
5 bus officere poſſit, quod fieri poſſe per [illegible]
ſeu preſſuram fieri poſſe dicitur *in* §. 2. quod per re-
verberationem explicat *Accurſ. adducto textu ex lib.* 1.
*Maccab.* 6. Refulſit Sol in clypeos aureos, & reſplen-
duerunt montes ab eis. Sed res tamen manet obſcura,
6 niſi ponas, vicinum ex ſervitute obligatum eſſe, ut ſuis
ædibus affixam habeat tabulam ex auro vel alio ſplen-
dido metallo factam, in quam incidentes radii ſola-
res reverberentur, & in meas ædes retro illabantur. Sed
nihil hic certo affirmo.

*Ad* §. 3. Si domus ita vendita: ſtillicidia uti nunc
7 ſunt, ut ita inpoſterum ſint; hoc de ſervitute venditæ
domui debita, non de illa, quam debet, intelligendum.
*Videatur L. Veteribus,* 39. *ſupra, de pactis Donell. l.* 11. *c.*
14. *in pr.* Hæc, quæ de ſtillicidiis dicuntur, etiam in
aliis ſervitutibus locum habent. *Card. Mant. de tac. &*
*amb. convent. tit.* 27. *numer.* 15. *&* Manz. *h. tit. numer.* 150.
Et ita libera res præſumitur vendita, non vero ſerviens,
8 & quando ſervitutum in venditione facta mentio, po-
tius de activis, quam de paſſivis ſervitutibus hoc eſt
intelligendum.

## Ad L. Si fiſtulæ. 18.

### *SUMMARIA.*

*Si fiſtulæ alterius meo parieti damnum dent, qualis mihi actio competat. num.* 1.
*Cur detur actio utilis?* 2.

COnceſſi tibi ſervitutem, ut poſſis per fiſtulas, pa-
1 rieti meo perforato, applicatas, aquam in tuum
fundum ducere. Si fiſtulæ meo parieti damnum dent
poſſum utili actione Legis Aquiliæ agere, ſi tua culpa
id factum, quod præſumendum eſt. Utilis autem actio
2 hic datur, quia corpore tuo non nocuiſti, ſed cauſam
damni tantum præbuiſti: Aut datur actio ad caven-
dum, ſi fortè damnum nondum factum, ſed metuatur
adhuc.

## ad L. Fiſtulam. 19.

### *SUMMARIVM.*

*In pariete communi nihil innovare licet, invito ſocio.*

In pa-

IN pariete communi non licet aliquid habere, per
quod paries corrumpatur, nec licet communi pa-
rieti adſtruere, quod ſublato pariete per ſe non ſtat.
*Theſſaur. deciſ.* 115. *Cœpolla de Servit. Urb. Pr. capit.* 40.
*Coraſ. in Miſcel. lib.* 6. *cap* 10. *numer.* 1. *& ſeq. Vid. etiam l.
parietem.* 8. *h. t.* ubi dicitur, non licere parietem com-
munem demoliri, reficiendi cauſa, de quo *Hillig. ad
Donell. l.* 11. *c.* 5. *& Menoch. conſ.* 1237. *numer.* 22. ubi ex
*d. l.* 8. probat, ne quidem extolli poſſe parietem, invito
ſocio. Autor *in C. tit. de Comm. rer. alien. ad L.* 1. *nu.* 2.

## ad L. Servitutes. 20.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo ſervitutes retineantur? numer.* 1.
*Quid ſi per aream, in qua ſervitutem itineris habeo, ad
ædes meas pervenire nequeam?* 2.
*Ædificium ſi collapſum & reſtitutum eſt, ſervitus priſtina
iterum debetur.* 3.
*Idem in fonte exſiccato, & ad venas ſuas redeunte.* 4.
*Aliud in ſervitutibus perſonalibus.* 6.
*Eccleſia reædificata recipit priſtina privilegia.* 7.
*An, ſtillicidium recipere qui tenetur, in eo loco ædificare
poſſit?* 8. *&* 12.
*Servitutem non licet reddere graviorem.* 9.
*Stillicidium poteſt elevari, non vero deprimi.* 10.
*Uſus ſervitutis non debet difficilior reddi.* 11.
*Fundus ſerviens non poteſt ad culturam reduci.* 13.

1 IN *princ.* quæritur, quomodo retineantur ſervitutes
urbanæ? Et reſpondetur, quod per continuam &
veram poſſeſſionem tigni immiſſi *v. g.* retineatur ſer-
vitus urbana, cum ruſtica ſervitus retineatur per uſum,
qui non eſt continuus *v. gr.* per uſum itineris, viæ,
&c.

*In* §. 1. quæritur, ſi tu mihi conſtituas ſervitutem
2 itineris per aream tuam ad domum meam, ſed tua area
ſit altior, ita ut per aream tuam non poſſim pervenire
ad ædes meas, an mihi liceat prope domum meam
facere gradus vel clivos, vel ſcalas, ut ex meis ædibus
poſſim pervenire in aream tuam, & per tuam aream
in meam domum? Quod affirmatur, ſi nihil ultra,
quod neceſſe eſt, itineris cauſa demoliat. Si ſublatum
3 ſit ædificium, ex quo ſtillicidium debebatur, & poſtea
ſit repoſitum, eadem debetur ſervitus, cum hic ædifi-
cium exſtructum & reſtitutum pro eodem habeatur.
4 Idem ſi fons exaruerit, & poſtea ad venas ſuas redie-
rit. *l.* 34. §. *ult. de Serv. Ruſt. præd.* vel ſi flumen receſſe-
rit. *Carpz. p.* 2. *c.* 41. *d. ult. Donell. lib. ult. in fin. & ibi
Hillig. lit. G. Tholoſan. l.* 4. *Syntagm. titul.* 23. *Dn.* Manz.
*ad tit. ff. quemadm. ſervit. amit. numer.* 29. *& ſeqq.* Me-
*noch. remed.* 6. *retinend. poſſ. nu.* 147. *Cœpolla de Servit.
R. Pr. cap.* 4. *num.* 38. Notetur hic diſcrimen inter ſervi-
5 tutes reales, ut in his re peremta & reſtituta, reſtituta
etiam videatur ſervitus, ſed aliud in perſonalibus. Et
6 *hujus Legis argumento* concludunt Dd. Eccleſia deſtru-
7 cta ſi ædificetur, omnia tamen novæ Eccleſiæ compe-
tere privilegia, quæ priori debeantur. *Zaſius ad l. inter
ſtipulantem* 83. §. *ſacram.* 5. *de V. O. numer.* 20. *& ſeq.*
Conf. *Ripa in rep. l. quo minus. numer.* 115. *ff. de Flumin.
Corneus conſ.* 74. *vol.* 3.

*In* §. 3. quæritur, an is, qui ſtillicidium recipere te-
8 netur, poſſit in eo loco ædificare? Et plana eſt reſpon-
ſio, quod non; nam faceret contra ſervitutem. Nemo
propria autoritate ſervitutem deteriorem facere poteſt,
9 *per* §. 4. *&* 5. licet meliorem facere poſſit, *Gail. lib.* 2.
*obſ.* 67. *numer.* 6. *Donell. lib.* 11. *c.* 14. *in fine.* Hoc expli-
catur *in* §. 5. exemplo ſtillicidii, quod elevari vel re-
10 troduci poteſt, non vero deprimi vel produci, quia
hoc caſu durior, illo vero levior fit conditio fundi
ſervientis. *Menoch. conſ.* 1237. *nu.* 31. Sed nec Dominus
11 prædii ſervientis difficiliorem uſum ſervitutis reddere
poteſt, v. gr. ſi quercetum habeam in paſtum porcorum
habeas in eo, non poſſum pro lubitu virides, vel vi-
rentes, & glandiferas arbores cædere. *ita reſp. in Facult.
noſtra menſe Septemb. Anno* 1667. Et è contrario Do-
12 minus prædii dominantis non poteſt aliquid facere,
quo ſervitutis uſus diminuatur. *Modeſtin. Piſtor. quæſt.*
106. *Dn.* Manz. *ad tit. Com. præd. numer.* 40. *Padilla in
l. altius.* 8. *C. de Serv. numer.* 24. *Cœpolla de Servit. R. Pr.
cap.* 9. *numer.* 40. *Berlich. p.* 2. *concluſ.* 49 *Koppen. deciſ.* 15.
Ideoque nec fundus alteri ſerviens in præjudicium do-
13 minantis prædii, ne quidem ad culturam reduci poteſt.
Not. Meurer in tr. vom Jagt-Recht / *art.* 88. *& Pan-
tſchmann. de Loc. & Cond. quæſt.* 22. *numer.* 76. contra-
riam à *Corneo in vol.* 4. *conſ.* 188. *numer.* 9. *& Cravetta
conſ.* 292. *numer.* 4. propoſitam ſententiam rejicit, & ita
judicatum eſſe ſcio in *Cam. Cuſtr. Elect. Brand die* 22.
*Junii Anno* 1613. Stillicidium autem cadit jure ſervitu-
tis vel in aream vicini, vel in tectum vicini. Quando in
aream caſitat, non poteſt in eo loco ædificare, niſi ad
eum locum, ex quo ſtillicidium cadit. Sed ſi cadit in
alterius ædificium, non poteſt ædificium altius tollere,
niſi recte ſtillicidium recipiatur & dominantis prædii
conditio non fiat deterior, *per* §. *ult. h. t.*

## ad L. Si domus tua. 21.

### *SUMMARIA.*

*Remiſſa ſervitute altius non tollendi, non propterea re-
mittitur ſervitus ſtillicidii. nu.* 1. *& ſeq.*
*Cum remitto injuriam, damna & expenſa non ſtatim ſunt
remiſſa.* 4.

1 SI habeam ſervitutem in tuo fundo altius non tol-
lendi, & ſervitutem ſtillicidii, ſi illam remiſero
non tamen remiſi hanc. Unde Colligunt Dd. *hic*,
2 quando unum remittatur, non videri etiam alterum
remiſſum. *Guido Papa dec.* 38. *Tiraq. de Retr. conſangu.* §.
1. *gl.* 2. *numer.* 163. Ita autem potes altius ædificare, ut
3 tamen ſtillicidii ſervitus mihi ſalva ſit *Cujac. ad h. l. tom.*
2. Sic ſi remitto injuriam, non tamen damna videor &
4 expenſas remiſiſſe. *Gail. de Arreſt. capit. ult. numer.* 7.
*& quos ibi refert.*

## Ad L. Qui ædificium. 22. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Si ſervitus conſtituitur, ne luminibus officiatur, an etiam
futurum ædificium intelligatur? nu.* 1.
*Quid ſi exprimantur lumina, ut nunc ſunt?* 2.
*Immunitas à collectis conceſſa an etiam de futuris bonis
intelligenda?* 4.
*Quid ſi per immunitatem alii onerentur?* 5.
*An & quatenus futuro prædio ſervitus acquiratur?* 6.
*Servitus conſtitui poteſt, ut aqua quæratur & ducatur.*
7.

QUi ſervitutem ædibus ſuis conſtituit, ne lumi-
1 nibus officiatur, non tantum de præſentibus,
ſed etiam de futuris ædificiis videtur ſenſiſſe. Ratio
eſt in oratione indefinita, quæ æquipollet univerſali.
Ergo. Aliud ſi expreſſe de præſentibus loquatur, v. g.
2 lumina ut nunc ſunt. *Dn. Manz. ad h. tit. numer.* 107.
Ad *l.* 12. *C. h. tit.* reſpondet *Manzius d. lib. numer.* 108.
*Harpr. in* §. 1. *de Servit. numer. quadrageſim. ſeptim. &
ſeqq. Conf. Albert. Brunus de Augmento concl.* 10. *numer.*
21. *& ſeq. Cephal. conſ.* 273. *numer.* 8. *&* 92. Autor *ad L.*
12. *numer.* 1. *& ſeqq. C. de ſervitut.* Unde colligunt *hic*
3 Dd. regulam: Quod indefinita æquipolleat univerſali
*Barb. locupl. l.* 9. *tit.* 37. *axiom* 2. Unde quær. Si Prin-
ceps concedat mihi & hæredibus meis immunitatem à
4 collectis, ob bene merita, an etiam de futuris bonis
id intelligendum? Videtur quod non, quia immu-
nitates reſtringendæ; Sed affirm. ob verba generalia,
& quia ob merita data immunitas & hæredibus.
*Berlich. dec.* 104. quod quidem facile largior in ſpecie
5 propoſita; ſed ſi per immunitatem alii oneratentur,
diſſentirem.

6 *In* § 1.*leg*.23. dicitur, futuro etiam prædio acquiri
poſſe ſervitutem. Sed quomodo ei, quod non eſt,
ſervitus acquiri poteſt? Reſp. *Donell. lib.*11. *cap.* 9. *lit.*
*M*. quod non ædificio, ſed areæ acquiratur. Sed
opponit *Hillib.* quod ipſi ædificio imponi & acquiri
dicatur. Sed poſſet dici, imponi eam ædificio in ſpe,
ſed areæ in re, &c. *Conf. Manz. ad tit. de Servit.n.*204.
7 Hujus exemplo etiam inductum, ut ſervitus ita con-
ſtituatur, quo aquam quærere, & inventam ducere li-
ceat.*l.*10.*ff.de S.R.& l.fin.ff.Si ſervitus vind.*licèt *in L.ult.*
*h.t.* Labeo videatur reprehendi à Paulo, qui tamen idem
dicit *d. L.* 10. *Vid. Bach. in Tr. d.*17. *th.*5. *lit. A. Donell.*
*lib.*11. *capit.* 10. *lit. H. & ibi Hillig. Franzk. ad tit. de*
*Servit. n.*78. *& ſeqq.*

## ad L. Cujus ædificium. 24.

### *SUMMARIA.*

*Dominus habens ſervitutem altius tollendi, ædes in infi-*
*nitum tollere poteſt. num.*1.
*Servitus non augenda eſt, quamvis augeatur familia, cui*
*conſtituta ſervitus.*2.
*Exempla in ſervitute paſcendi, cædendi ligna, jure gratis*
*molendi.*3.4.*&* 5.

1 DOminus ædium, quibus ſervitus ab alia domo
debetur, poteſt in infinitum ſuam extollere,
dum ne ſervienti domui nimium noceat, nec gravio-
2 rem reddat ſervitutem *Ex qua lege* poteſt regula gene-
ralis conſtitui, ſi jus aliquod conſtituitur domui vel
Familiæ in fundo alterius, ſi aucta ſit domus vel Fami-
lia, non augeri ſervitutem, ſed conſiderandum tem-
pus illud, quo conſtituta fuit ſervitus. *L. Non modus*
3 12. *C. de Servit.* Exemplo ſit ſervitus paſcendi, quam
augere & deteriorem reddere is, cui id jus in alieno
competit, non debet. *Koppen. dec.*17. *Schneidw. de Ser-*
4 *vit. R. Pr. n.*31. idem in jure cædendi ligna, *Cæpolla de*
*S.V.Pr.c.*50. *num.*18. Et in jure gratis molendi frumen-
5 tum. *Boer dec.*213. *n* 9. *Albert. Brunus augmento concl.*
19.*n.*7.*Conf. Corneus conſ.*90.*n.*27.*& ſeqq. vol.*2.

## ad L. Hoc quod. 25.

### *SUMMARIA.*

*An ſervitutem tigni habens ſupra domum vicini ſervien-*
*tem ædificare poſſit? n.*1.
*Quid ſi tres ſint ædes aliæ in ſupremo, aliæ inferiore, aliæ*
*medio loco?* 2.

1 IS, qui habet ſervitutem tigni immittendi; an po-
teſt ſupra domum vicini mihi ſervientem ædificium
extruere, vel cœnaculum immiſſum habere? Negatur.
hoc, nam jure naturali ſuperpoſita cedunt inferiori-
bus, ſi ſuperædificavero, id ſtatim cedit inferiori ædi-
ficio ut ſuperficies cedit ſolo. Id habetur *in princ.*
2 Sed *in* §.1. hæc ſpecies: Tres ſunt ædes, aliæ ſunt
in ſupremo loco, aliæ in inferiore loco, aliæ in me-
dio. Ego mediam domum habeo, in qua tibi, qui ſu-
periorem locum obtines, debetur ſervitus altius non
tollendi. Sed infimo loco poſita domus eſt libera. Sed
fingamus, me & inferioris prædii dominum habere
communem parietem, quæritur an vicinus inferior
poſſit ædes & ſic etiam parietem communem altius
tollere? Quod affirmatur, quia per illam conſtitutio-
nem ſervitutis, nec potui, nec volui obligare commu-
nem parietem.

## ad L. In re communi. 26.

### *SUMMARIA.*

*Jure ſervitutis ſocius à ſocio prohiberi nequit, ſed bene*
*judicio communi dividundo. n.*1.
*Rei communi non poteſt imponi, ut bene ab uno ſocio re-*
*tineri ſervitus.*2.

1 IN re communi non poteſt aliquis facere aliquid,
vel prohibere, ea ratione, quod res communis ſi-
bi ſerviat. Sed alio modo poſſum ſocium prohibere ne
faciat, ſcilicet judicio ſocietatis vel communi dividun-
do. Autor *ad L.*8. *num.*6. *C. de Servit.* Et ſic non ſtat.
*l. Sabinus.* 28. *ff. comm. div.* nam jure ſervitutis non
poteſt ſocius à ſocio prohiberi, ſed communi dividun-
2 do judicio bene. Ex *hoc textu* etiam infertur, Rei com-
muni non poſſe ab uno imponi ſervitutem, ſed retineri:
nam ſervitus pro parte retinetur. *Surdus vol.*1.*conſ.*17.
*n.*21. *Cæpolla de S.V.P.c.*16.*in fine.* facilius enim indul-
getur retentio ejus, quod jam habet, quam ut quis
conſequatur id, quod non habet. *Gratianus in diſcept.*
*forenſ. tom.*1.*cap.*356.*num.*7. *Menoch.conſ.*146.*num.*22.

## ad L. Sed ſi inter me. 27.

### *SUMMARIA.*

*Contra immittentem ex communibus ædibus in meas ti-*
*gnum, Negatoria datur actio. n.*1.
*Quomodo ſocius, ut ædificet in aream communem, prohi-*
*beri poſſit?* 2.

1 SPecies *hujus legis in pr.* hæc eſt: Inter meam &
tuam domum ſita eſt domus communis nobis: Tu
ergo ex Ædibus communibus immittis tignum in
ædes meas proprias an rectè ago actione negatoria,
tibi non eſſe jus immittendi? Quod affirm. nam alias
perdo libertatem mearum ædium, ſi enim non agam,
communibus ædibus adquiritur tempore ſervitus. Idem
eſt ſi ex ædibus tuis propriis quid immitas in commu-
nes.
2 *In* §. 1. habetur hæc ſpecies. Habeo tecum aream
communem, quæ area debuit ſervitutem vicino. Vi-
cinus tibi concedit, ut poſſis ædificare, ego volo
prohibere, quæritur an rectè? Quod affirm. non qui-
dem per actionem negatoriam, ſed actionem com-
muni dividundo.

## ad L. Foramen. 28. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Servitutes Urb. Præd. debent habere cauſam perpetuam.*
*num.*1.
*Quid ſit cauſa perpetua?* 2.
*Jus foraminis habendi & aquæ effundendæ non habet cau-*
*ſam perpetuam.*3.4.
*An igitur moribus noſtris ſit ſervitus?* 5.6. *&* 7.
*Servitutum ruſticarum aliæ cauſam perpetuam non ha-*
*bent, quomodo igitur præſcribantur?* 8.

1 LEgem hanc ſubtiliorem, quam utiliorem eſſe, di-
cit *Cujac.* Omnes ſervitutes Urbanorum Prædio-
rum debent habere cauſam perpetuam & continuam:
Cauſa autem illa eſt, cujus arcendæ, vel habendæ
cauſa ſervitus eſt conſtituta; quæ perpetua eſt, ſi ha-
2 beat cauſam naturalem, quæ quidem non ſemper ope-
ratur: quia tamen non ab arbitrio hominum pendet,
pro perpetua habetur. *Vid. Dn. Struv. ad h. lib.* 8. *th.*34.
3 Sic quando in pavimento eſt foramen, per quod ſor-
des eluantur, niſi in eum locum pluvia cadere poſſit,
non eſt cauſa perpetua. Ob eandem cauſam neque ex
ſtagno, vel lacu aquæ conductus concedi poteſt. Et ſi
4 ex eo foramine, in quo non conſiſtit ſervitus, dam-
num ſentiat, de damno infecto agendum per *l.* 29.*ſeq.*
Sed ſubtilitatem hanc mores noſtri non curant. Nam
moribus noſtris qualecunque jus foraminis habendi &
5 effundendæ aquæ, licet non confluat aqua pluvia, ad
inſtar ſervitutis cloacæ, exploſa Juris Romani ſcru-
puloſa ſubtilitate, tuitione Prætoris conſtituitur, &
acquiritur longi temporis præſcriptione, ut aliæ
6 ſervitutes. *Buſius hic & Grænwegen.* Et hodie ex quo-
cunque loco duci poteſt. *l.* 9. *ff. de S. R. P. Cujac. lib.*3.
*obſ.*28. Conſentit *Dn. Manz. ad h.t.nu.*168. ubi *hanc legem*
ſubtilem

ſubtilem magis, quam probabilem eſſe dicit, & rectè
ſcribit, in praxi illum ritum mertturum, qui moleſtiam
illam pro ſervitute non haberet. Conf. Baeh. Wef. h. t.
numer. 11. Cum vero Servitutes Ruſticorum Pr. non
videantur habere cauſam perpetuam, licet nonnullæ
habeant, ut Aquæductus, itaque de illis ſtatuunt Dd.
quod longo tempore, de his vero, quod immemoriali
tempore acquirantur. *Carpz. p. 2. conſt. 4. d. 8. Klock.
conſ. 37. numer.* 23. Quæ ſententia communiter recepta
in foro, licet alii contra diſputent, ut *Wieſenb.* qui pro-
lixe Doctorum ſententiam refutat *ad tit. de Servitut.
Manz. ad tit. de Servit. num. 68. & multis ſeqq. Fachin.
lib. 4. cap. 22. Donell. lib. 11. c. 3. nu. 11. Berlich. part. 2. concl.
6. & alii.*

## ad L. Si quis ædes. 30.

*S U M M A R I A.*

*Confuſione ſervitus tollitur, nec reviviſcit, ſi vendam iterum fundum, qui antea mihi ſerviebat. num. 1.*

*Jus decimarum; quando alienum prædium emo, extinguitur, quamvis iterum vendam? 2.*

*Quid ſi confuſio facta ſit per aditionem hæreditatis, quæ iterum vendita. 3.*

*Quid ſi tantum partem dominii ex fundo ſerviente conſequar? 4. & 5.*

1 Confuſione tollitur ſervitus, quando idem utrinſ-
que Dominus fit. *Hic & l. 1. ff. quemadm. ſervit.
amit.* adeo ut ſi is, qui fundum ſervientem emit, poſtea
eum alienet, non reviviſcat ſervitus, niſi denuo con-
ſtituatur *per hanc l. Manz. ad tit. quemadm. Serv. amit.
numer. 6. Surdus vol. 1. conſ. 17. numer. 6.* Unde ſi mihi de-
2 beantur decimæ ex illo prædio, id autem emerim, ex-
tinguitur hoc jus, & ſi illud prædium, quod antea ſer-
vierat, iterum vendam, non reviviſcet illa ſervitus, niſi
hoc exprimatur, quare cautum emtorem revendentem
eſſe oportere, tradit *Caepolla cautela 92. & Surdus d.
3 conſ. 17. numer. 9.* Niſi hæc confuſio fiat per aditionem
hæreditatis, & hæres hæreditatem vendat. *l. 9. ff. Comm.
Pr.* quia hoc actum, ut emtor eſſet quaſi hæres. *Manz.
d. l. num.* 7. niſi partis fundi ſervientis dominium quis
conſequatur, quia pro parte retinetur ſervitus, cujus
ſublimitationem dicit *Manz.* eſſe *in l. 27. de S. R. P. n. 12.*
4 cujus ratio, quia fundi ſervientis emti nulla pars eſt,
quæ non ſit mea, non etiam ſit ſocii. Alia limitatio
regulæ noſtræ in *lib. 15. ff. quemadm. ſervit. amittantur.*
ſcil. ſi via per plures agros meo fundo debeatur, ſi unum
agrum ſervientem emero, non poteſt tolli tota ſervitus,
*per l. 31. de S. R. P. Donell. l. 11. c. 17. pr. Manz. d. l. num. 13.*
ubi plures limitationes *numeris ſeqq.* habet.

## ad L. Si Teſtamento. 31.

*S U M M A R I A.*

*Hæres deſtruens ædes hæreditarias à ſervitute non liberatur. num. 1.*

*Non reſtitutis eis reſtituitur & ſervitus. 2.*

1 Teſtator damnavit te hæredem ſuum, tu meis
ædibus conſtitueres ſervitutem luminum, Tu de-
ſtruis ædes hæreditarias, fortè eo fine, ut à ſervitute li-
berares, poſtea denuo ædificas, & vis altiores ædes
extruere, quæritur an poſſim prohibere? Videtur
quod non, quia, ædificio deſtructo, amiſſa eſt ſervitus.
Sed affirmatur, quia datur utilis actio, licet non directa
2 *hic & l. 20. §. 2. h. t.* nam voluiſti circumvenire Teſta-
toris voluntatem. Reſtituto ergo ædificio, reſtituitur
ſervitus, quia idem Ædificium intelligitur, ſed non
datur directa, ſed utilis vindicatio.

## ad L. Si ædes meæ. 32.

*S U M M A R I A.*

*An, ſi ædes duobus ſervientes, altero precario concedente altius evecta ſint, libertas decennio præſcribatur? n. 1.*

*Quænam ſit ratio ſpecialitatis, quod præſcriptio libertatis à ſervitute urbana interrumpatur per ſucceſſorem? 2.*

1 Species hujus legis hæc eſt: Ædes meæ ſerviunt
tum ædibus Titii, tum Mevii, ut non debeant al-
tius tolli. A Titio impetravi precario, ut liceret mihi
altius tollere, quamdiu ipſi placuerit, ut tenerer ipſo
revocante conceſſionem, deponere faſtigium, quæritur,
ſi ita altius evectas ædes habeam per decennium, an
præſcripſerim libertatem contra Titium? Quod negatur.
quia precario poſſidens non præſcribit; ſed an con-
tra Mevium præſcripſit? Quod affirmatur, ſi 10. annis
poſſedi libertatem. Singulare eſt *hic*, quod Præſcriptio
libertatis à ſervitute Urbana interrumpatur per ſucceſ-
ſionem alterius poſſeſſoris, nec continuentur tempora;
cum tamen alias inter venditorem & emtorem in uſu-
capionibus ſoleant continuari poſſeſſiones. Sed ſpecia-
2 litatis hujus ratio, quod ſervitus urbana non utendo
non amittatur ſine facto ejus, qui vult libertatem præ-
ſcribere, ut dictum ſupra, *per l. 6 h. tit. & l. 18. §. ult.
quemadm. ſerv. amit.* Factum autem perſonæ cohæret.
*Connanus lib. 4. Comm. c. 12. num. 14. & ex eo Hilliger
ad Donell. lib. 5. cap. 20. lit. A.*

## ad L. Eum debere. 33.

*S U M M A R I A.*

*In ſervitute oneris ferendi, ſerviens reficere teneatur parietem. nu. 1.*

*Ad idem tenetur, ex cujus foſſa ad meum fundum aqua defluxit. 2.*

1 In ſervitute oneris ferendi hoc eſt ſpeciale, quod
per hanc teneatur ille, qui ſervitutem debet, etiam
reficere. *Hic & l. 6. §. 2. ff. Si ſerv. vind.* Alias enim ſer-
vitus non conſiſteret. *Donell. & ibi Hillig. lib. 9. cap. 21.
lit. I. & N. Buſius ad l. quoties. 15. §. Servitutum ff. de
ſervit.* Prolixè *Dn. Manzius ad h. tit. num. 42. & ſeqq.*
2 Ubi id etiam extendit ad eum, ex cujus foſſa ad meum
fundum inferiorem aqua defluit, nam dominus foſſæ
eam reficere debet. *l. 2. §. 4. de Aqu pluv. arc. Buſius hic.*
Aliud in tigno immittendo, *l. 8. §. 2. ff. ſi ſerv. vind. con-
ferri poteſt Corneus vol. 3. conſ. 74. num. 5.*

## ad L. Et qui. 34.

*S U M M A R I U M.*

*Quomodo quis rei ſuæ ſervitutem acquirat?*

Licet aliquis ſuæ rei non poſſit ſervitutem impo-
nere, ſi tamen rem ſuam tradat, poteſt in tradi-
tione ſua alteri fundo ſervitutem adquirere & ſi in tra-
ditione poteſt traditas retentarum ædium ſervas facere
*hic & l. 6. ff. communia prædiorum.*

## ad L. Si binarum. 35.

*S U M M A R I A.*

*Reſervata ſervitute, ſed in traditione non excepta, ædes liberæ traduntur. nu. 1.*

*Succurritur tamen duplici actione. 2.*

1 Habebam duas ædes, alteras vendidi cum reſer-
vatione ſervitutis, poſtea ædes tradidi, ubi in
2 traditione non excepi ſervitutem, ideo tradidi liberas,
licet convenerit, ut cum ſervitute venderem. Sed ſuc-
curritur mihi duabus actionibus 1. actione venditi in
id, quod ſua intereſt ſervitutem imponi. Deinde datur
mihi condictio indebiti, quia debui ædes ſervas tra-
dere, quæ condictio eſt incerti, quales illæ ſunt,
quibus jura traduntur. Sic ergo condictiones con-
currunt cum actionibus bonæ fidei. *Cujac. tom. ſecund.
ad h. l.*

### ad L. Binas quis. 36. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Inter duos Legatarios binarum ædium una contignatione tectarum actio, jus non eſſe immittendi, non datur. num. 1.*
*Hoc ampliatur dupliciter. 2.*

1 QUidam habebat duas ædes una contignatione te-
ctas, i. e. una tignorum textione, unas mihi le-
gavit, alteras Tibi. Tigna inter nos ſunt communia
pro regione contignationis, i. e. pro modo & regione
ædium: Ergo Tigna ſunt pro diviſo, i. e. ex certis re-
gionibus & partibus communia, an inter nos detur
actio, jus non eſſe immittendi nec immiſſum habendi?
Quod neg, quia ſervanda eſt ea forma, quæ obtinuit
vivo teſtatore. Quod dupliciter ampliatur. 1. Idem eſt
2 ſive pure mihi, & ſub conditione tibi ædes legaverit,
*per hanc l. 36.* 2. Idem eſt ſi duobus ceſſerit ædes, i. e.
ſi vendiderit, vel alio modo alienaverit, per contractum
ſeu actum inter vivos.

### ad L. Si ædes meę. 38. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Servitus proſpectus ædibus, quæ in conſpectu non ſunt, inutiliter imponitur. nu. 1.*
*Datur tamen caſus, ubi talis ſervitus inutilis non eſt.*

1 QUoniam ſervitus proſpectus vel luminum vel al-
terius non tollendi, imponi poteſt, non tantum
vicinis ædibus, ſed etiam ulterioribus *l. 6. ff. communia
prædiorum.* quæritur ergo, an illis etiam ædibus imponi
poſſit, ſi ædes plane non ſint in conſpectu. Ubi liquida
eſt reſponſio negativa, inane foret iſtis ædibus ſervitu-
tes iſtas imponere: Sed puritem, dari poſſe caſum, ubi
utilis & non inanis foret iſta ſervitus. Pone, te habere
2 ædes à conſpectu meo ob ædes intermedias remotas.
Sed in tuo ne altius tollas tuas ædes & conſpectum
Horologii publici adimas, & ſic, altius ſi tollantur,
conſpici à me poſſent, & impedirent proſpectum mihi
utilem.

### ad L. Eos. pen.

*SUMMARIA.*

*In pariete communi non licet facere feneſtras ſocio invito. num. 1.*
*Quando ex apertione feneſtrarum colligatur proprietas parietis. 2.*

1 IN pariete communi feneſtras facere non licet,
ſocio invito, alias in ſuo licet cuilibet, quamvis &
alteri ædificando obſtruere liceat *Donell. l. 11. cap. 5. lit.
F. & ibi Hillig. Carpzov. p. 2. conſt. 41. d. 12. Dn. Franzk.
ad h. t. numer. 33. & ſeq. Manz. in append. de muro com-
muni. num. 50 Zæſ. ad h. t. numer. 10. Cæpolla de Servit.
Urb. Pr. cap. 4. num. 25. Bachov. in Tr. vol. 1. diſp. 17. th. 3. lit. A.*
2 Autor *ad L. 8. numer. 7. & 8. C. de Servitut.* Colligitur
etiam, ex feneſtrarum apertione colligi proprietatem
parietis. *Surdus vol. 1. conſ. 126. numer. 24. Menoch. conſ.
1257. num. 13. & 39.* niſi abdito loco facta, ubi conſpici
vix poſſit. Nam tunc clam facta præſumitur. *Menoch.
d. l. num. 40. & ſeq.*

### ad L. ult.

*SUMMARIA.*

*An legatarius teneatur hæredi aditum præſtare per domum, cujus habitatio ipſi legata? nu. 1. & 2.*
*Jannam in pariete ſuo, ſi vicino non nocet, quivis ædificare poteſt. 3.*

1 SI ad hortum ſemper per domum, cujus habitatio
legata eſt, aditus fuit, per domum hæredi aditum
præſtare debet Legatarius; Scil. ſi alius aditus non detur,
& 2. hæres redemerit. *per L. 44. §. fin. de Legatis. 1.*
2 *Grœnwegen ad h. L.* Sic ſi via publica tempeſtate vel à
flumine deſtructa, vicini coguntur vendere viam ei,
qui habet prædium inter eos medium. *Petr. Gregor. L. 4.
Syntagm. cap. 14 numer. 4. Addition. ad Chriſtin. in ſtat.
Mechlin. tit. 12. art. 50.*
3 §. 1. hæc ſpecies. Ego aperto pariete domus meæ
januam ad viam publicam ducentem feci. Idque fecà
intra ambitum domus meæ, quatenus ſtillicidii rigor,
i. e. rectitudo & tecti protectio competebat. Ea janua
vicino non nocet, ſed vicinus tamen vult probibere,
quæritur an poſſit? Quod *hic in §. 1.* negatur, quia nul-
lum habet intereſſe. Malitiis autem hominum indul-
gendum non eſt. *L. 38. ff. de R. V.*

---

## TITULUS III.

### *De Servitutibus Ruſticorum Prædiorum.*

### ad L. Servitutes. 1.

*SUMMARIA.*

*Species ſervitutum Ruſticarum. num. 1.*
*Conſtituuntur interdum prædio, interdum perſonæ. n. 2.*
*Quomodo id intelligendum, quando dicitur, ſervitutum patientiam inducere officium Prætoris. 3.*

1 REcenſentur hic ſpecies ſervitutum ruſticarum, &
quidem nominatarum. Quales ſunt, Iter, Actus,
Via, Aquæductus, & innominatæ, traduntur ſcilicet
Aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, jus calcis
coquendæ, arenæ fodiendæ, jus paſcendi. Definitio-
nes non repeto, quia *in textu* ſatis perſpicuè propoſitæ.
2 Notandum autem, has ſervitutes interdum prædio
conſtitui, interdum perſonæ. Quando intuitu prædii
conſtituuntur, ſunt reales; quando perſonæ ſine men-
tione prædii conceduntur, ſunt perſonales, ut habe-
3 bimus exemplum *in l. pen.* Quid autem eſt, quod *in fine*
dicitur, quod traditio & patientia ſervitutum inducat
officium prætoris? *Accurſius* putat, hunc eſſe ſenſum,
quando per conſenſum & quaſi traditionem ac patien-
tiam conſtituta eſt ſervitus, tunc petente eo, cui de-
betur, in futurum etiam injungitur officio judicis pa-
tientia, ſed in corporalibus officium judicis non pro-
ſpicit in futurum, vel patientia efficiet, ut hanc poſſeſ-
ſionem prætor quaſi poſſeſſorii Edictis tueatur.

### Ad L. Ruſticorum. 2.

*SUMMARIA.*

*Annon ſervitus altius tollendi ſit ruſtica? num. 1.*
*Duplicem conſiderationem habent ſervitutes. 2.*
*Relative urbana ſervitus ſit ruſtica. 3.*
*Aquaductus pluribus concedi poteſt. 4.*

1 SErvitus altius tollendi vocatur hic Ruſtici prædii
ſervitus, quamvis uſu juris potius urbani prædii
ſervitus ſit. Sed notandum, ſervitutem duplicem conſi-
derationem habere: Jus altius tollendi, cloacam ha-
2 bendi, item protectum, per ſe ſunt urbanorum prædio-
rum ſervitutes; Sed ſi conſiderentur relative ad domi-
3 nans prædium ruſticum, eo reſpectu fieri poteſt ruſtica
Servitus, v. g. ſi agro, ſi horto, ſi vineæ, imo etiam ſi
Prætorio debeatur, de *quo ſupra.* De mira hac Lege vide
*Donell. l. 11. capit. 4. poſt lit. D. Dn. Franzk. poſt lit. D. ad tit.
de Servit. num 64. Bach. in Tr. vol. 1. diſp. 17. th. 1. lit. B.
Harpr. in §. 1. Inſt. de Servit. nu. 4.*
4 *In §. 1. & 2. hujus legis* 2. dicitur, aquæductum &
aquæhauſtum, pluribus concedi poſſe, ſi omnibus ſuffi-
ciat, & non tantum ut diverſis diebus, aut horis alter-
natim utantur, ſed etiam ut iiſdem temporibus utan-
tur. Idem in urbanis ſervitutibus *l. 15. communia præd.*

## ad L. Item ſic. 3.

### *S U M M A R I A.*

*Species nonnullæ ſervitutum ruſticarum. n. 1. & 2.*
*Interdum una conceſſa ſervitute videtur & alia conſtituta. num. 3.*
*Interdum etiam ratione præſumptionis alia ſervitus conceſſa videtur. 4.*
*Expreſſo vitiato etiam tacitum in eo comprehenſum vitiatur. 5.*

1 HIc recenſentur ſpecies nonnullæ ſervitutum ruſticarum v.g. *in princ.* jus paſcendi in tuo fundo jumenta, per quæ ager meus colitur.
2 *In* §. 1. dicitur, quod poſſit conſtitui ſervitus, ut fructus collecti in meo agro, in tuo horreo recondantur, item jus pedamenta ad vineam ſumendi, item ut liceat lapides ex meo fundo in tuum projicere, quod ci-
3 tra ſervitutem non licet §. 2. Interdum autem conceſſa una ſervitute videtur & alia ſervitus conſtituta v. gr. ſi mihi hauſtus aquæ conſtitutus, iter etiam videtur conſtitutum, quod ſua luce patet; nam per aërem ad fontem volitare non poſſum. Interdum
4 etiam ratione præſumtionis alia ſervitus conceſſa videtur. v. g. Si quis mihi conſtituat iter ad fontem, videtur etiam dediſſe aquæ hauſtum. Nam cui bono mihi concederetur iter ad fontem. Aquæ hauſtus ex publico flumine non poteſt cedi, quia eſt aqua publici juris & uſus. Sed iter ad flumen publicum concedi poteſt, hæc *in* §. 3 quæ omnia ſunt naturali intellectui congrua. Et ſolent Dd. *ex* §. *ult. ſeu tertio* probare regulam, expreſſo vitiato etiam tacitum in eo comprehenſum vitiari. Non tamen vitiatur tacitum æquè principale *Vid. Caſtrenſis lib. 2. conſ. 106. num. 3. & Barb. locupl. l. 5. cap. 6. axiom. 20. & quos ibi refert.*

## ad L. Pecoris. 4.

### *S U M M A R I A.*

*Servitus pecoris paſcendi quando realis ſit? n. 1.*
*Quando item Aquæductus ſervitus? 2.*
*Quando perſonales ſint? 3.*
*In perſonali ſervitute utimur ad lubitum, in reali ad neceſſitatem prædii. 4.*

1 SErvitus pecoris paſcendi & aquæductus eſt ſervitus realis: quando pecora ad ſtercorandum agrum habentur, vel per ea colitur fundus, ut ſi boves ad arandum habentur. *Cæpolla de S. R. P. c. 8. num. 2. & Hill.*
2 *in Donell. c. 7. lit. D.* vel ſi aquæductus ad irrigandum hortum, vel ad balneum conſtituatur. *Menoch. rem. 6. retin. poſſ. n. 30. & ſeq.* Si verò non reſpiciat utilitatem
3 prædii perſonalis ſervitus eſt, & ad hæredem vel emtorem non tranſit. *Menoch. d. rem. 6. ret. Poſſ. nu. 25. & ſeq. Bachov. d. diſp. 7. th. 5. lit. B & Cæpolla de Serv. V. Pr. cap. 4. num. 4. & ſeq. Conf. Manzius de S. R. P. num. 285. & ſeq.*
4 *Cephal. conſ. 491. n. 26.* Hoc etiam intereſt inter ſervitutem perſonæ & prædialem, ut perſona illa uti poſſit ad lubitum, cum moderatione tamen debita & civiliter; hac verò, quantum ad prædium dominans neceſſarium & utile eſt, *per L. ſeq.*

## ad L. Ergo ſecundum. 5.

### *S U M M A R I A.*

*Fundus dominans ſi non amplius indigeat aqua, ſervitus aquæductus ceſſat. n. 1.*
*Jus compaſcuorum qui habet, quantum pecorum paſcere poſſit? 2.*
*Quid in Electoratu Brandenb.? 3.*

1 NOn poſſum ſervitute aliter uti, quam meo fundo opus eſt, & ideò ſi fundus dominans aqua illa ex vicino flumine privato ducta non amplius indiget, deſinit etiam ſervitus, *Capolla d. cap. 4. num. 17. Frantzk. ad tit. Communia Præd. n. 45. Don. l. 11. c. 14. & ibi Hill. lit. C.* Et nemo majori copia aquam ducet, ſed eatenus tantum, quatenus opus habet ad ſui prædii utilita-
2 tem. *Menoch. rem. 6. ret. poſſ. num. 69.* Mutua quaſi ſervitus eſt jus Compaſcuorum, quod ſi prædio debetur, non poteſt alter omnia pecora undecunque quæſita paſcere in communibus agris, ſed quæ ad prædium illud, cujus intuitu habet, pertinent, Welches er in ſeinem Gute ausfüttern oder auswintern kan. *Dn.*
3 *Mev. p. 5. dec. 251.* quod etiam in Electoratu Brandenb. receptiſſimum, nam alia compaſcua non ad perſonarum utilitatem, ſed prædiorum, & ab iis jus compaſcuorum regulatur. De hoc mutuo jure vid. *Koppen dec. 12. Wehnerus in obſ. in voce* Kuppelweide/ *& Beſoldus in Theſauro pract. in pract. in eodem verb.* Kuppelweide.

## ad L. Veluti. 6.

### *S U M M A R I A.*

*Quomodo meo prædio in alterius figulina ſervitus conſtitui poſſit? num. 1.*
*An liceat in utilitatem prædii, in alterius fundo tuguriolum ædificare? 3.*
*Differt uſusfructus figulinæ & ſervitus figulinæ. 4.*

1 QUæritur, an in tua figulina ſervitus meo prædio conſtitui poſſit? Reſp. affirmando, ſi prædium meum indigeat ollis vel calce vel arena, v. g. ſi vaſa fiant ad exportandos fructus fundi. Nam ſi hæc jura mihi concedantur, ut ex iis rebus quæſtum faciam,
2 tunc hæc jura perſonæ videntur conceſſa, non prædio. Sed quid ſi ideò ſint conceſſa hæc jura, non quaſi eſſent neceſſaria meo fundo, ſed quia eum fundum utiliorem faciant? Reſp. affirmando, quia utilitatem prædii mei reſpiciunt. Demum quæritur, an ita poſ-
3 ſit ſervitus conſtitui, ut mihi liceat in utilitatem mei prædii tuguriolum habere in fundo tuo? Quod affirmatur *in fine.* Colligitur *ex hac lege* diſcrimen uſus-
4 fructus figulinæ & ſervitutis figulinæ. Si enim Dominus figulinarum concedat eas vicino, ut exerceat ad ſui commodum, & vaſa vendat, non eſt aliud, quam dare uſumfructum totius. Si verò Dominus concedit vicino hactenus, ut ibi vaſa faciat, vel etiam capiat pro commoditate fundi ſui, ſive amphoras ad fructus exportandos, ſive regulas ad ædificia regenda, ſervitus eſt prædialis. *Caballinus ſeu potius Molinæus in tract. Dividus & Indiv. p. 3. n. 304.*

## ad L. Qui ſella. 7.

### *S U M M A R I A.*

*Convenientia & diſconvenientia ſervitutum ruſticarum, n. 1. & ſeqq.*
*Quomodo ſervitutibus utendum? 5.*

1 IN *lege hac* tractatur convenientia & diſconvenientia ſervitutum ruſticarum. 1. Quæritur, an qui iter habet, poſſit ſella, aut lectica vehi? Quod affirmatur; nam alias ex pedibus laborantes itinere uti
2 non poſſunt. 2. An, qui iter tantum habet jumentum ducere poſſit? Quod neg. quia hoc ad Actum perti-
3 net, 3. An, qui actum habet, plauſtrum ducere poſſit? Quod aff. ſed exinde videtur ſequi, inter actum & viam nullam eſſe differentiam. Sed differentia videtur eſſe in latitudine *vid. Hilliger. in Donell. l. 11. c. 6. l. H.* 4. An,
4 qui Actum habet, trahere ingens lignum, aut lapidem, aut erectam haſtam ferre queat? Quod negatur, quia per haſtam fructus decuti poſſent, quæ tamen licita ſunt conceſſa via, quia hæc latior, quam Actus.
5 In ſumma, ita ſervitutibus nobis competentibus uti debemus, ut ne quid fiat extra cauſam earum, extra utilitatem prædii noſtri, quod vicinis damno eſſe poſſit,

Digitized by Google

poſſit, videlicèt ſi nihil laturi ſumus, niſi ut vicino officiamus. Nam malitiis hominum indulgendum non eſt per *l.38. de Rei vind.Cujac hic.*In §.t.d citur, medium prædium impedire uſum ſervitutis.

## ad L. Viæ latitudo. 8.

*SUMMARIUM.*

*Quanta via latitudo eſſe debeat?*

LAtitudo viæ *hic* definitur in porrectum, *ex L. 12 tabu* *...um* habeat 8. pedes, in anfractum 16. ſcilicet ſi conſtituens hanc ſervitutem nullam quantitatem latitudinis expreſſerit; nam poteſt latiorem viam determinare, vel anguſtiorem, dummodo eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poſſit, nam alias erit iter, non via *l.23. h.t. Cæpolla de Servit. ruſt.præd. cap.3. num.4.*

## ad L. Servitus. 9.

*SUMMARIUM.*

*Servitus aquæ ducendæ unde concedi poſſit?*

SErvitus aquæ ducendæ vel hauriendæ non tantum ex capite vel fonte, ſed etiam aliunde concedi poteſt, modo ſit aqua habens cauſam perpetuam. v.g. Ex Rivo vel Caſtello i. e. receptaculo aquæ manantis ex flumine. Nam cauſa ſervitutis perpetua eſſe debet *conf. l. 1. § 41. ff. de Aqua quotid. & æſt. conf. Donell.l.11.cap.3.lit.C.*

## ad L. Labeo. 10.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo ſervitus aquæ ducendæ conſtitui poſſit*

POteſt ſervitus ita conſtitui, ut aquam quærere & repertam ducere liceat, de quo etiam dictum ſupra ad *l.22. §.1 tit.præced.*

## ad L. per fundum. 11.

*SUMMARIA.*

*Plures ſi ſucceſſivè cedant ſervitutem, an idem ſit, ac ſi ceſſiſſent ſimul. n.1.*
*In re communi pluribus ut ſingulis majoris partis non habetur ratio 2.*
*Quomodo id, quod ab initio nullum eſt, reconvaleſcat? num. 3.*
*Qui conſenſerunt non poſſunt revocare conſenſum, cæteris licet diſſentientibus 4.*
*Idem in cauſa matrimoniali circa conſenſum parentum. num. 5.*

1 SI plures cedere velint ſervitutem, nec tamen ſimul, ſed unus poſt alium; noviſſima ceſſione priores omnes confirmantur, ut perinde ſit, ac ſi omnes ſimul ceſſiſſent. *hic & L. ult. ff. comm. præd.* Si modo tempore primæ conceſſionis ultimo cedens partem ſuam habuerit, & tempore ultimæ ceſſionis etiam primus. *Donell. l. 11. cap.9. lit.G. & I. Bachov. d. diſp.17. th.6. lit.B. Mauritius in tr. de Reſt cap.186. num 2. & 3.*
2 *Dn.Manzius ad h tit.n.193.* Colligitur etiam *ex hac L.* ſi tractetur de re communi pluribus ut ſingulis, omnium conſenſum requiri, & non præjudicare cæteris majorem partem. *c.quod omnes.de R.J in 6 Felinus in c. cum omnes nu.15 X de Conſtit. & ibi Decius Hartm. Piſt. lib.1.qu 37.num.11. Klock vol 1. conſ.35. num.310. & ſeqq. Berlich. p.1.d. c.52. num 2.* Colligitur etiam, id quod ini-
3 tio nullum eſt, interdum reconvaleſcere, quando actus non eſt omnino nullus, ſed ex eventu validus fieri poteſt *Decius in l. quod ab initio. 29. de R. J. numer. 9.* & quando nullitas eſt ex parte ejus, ratificare vult

actum, & ita ſuo juri vult renunciare. *L. non eo minus*
4 *14. C. de Procur. l.56. ff. de Procur.* Collige etiam, eos qui antea conſenſerunt, licet aliorum conſenſus deficiat, interim conſenſum ſuum revocare non poſſe, ut
5 hic expreſsè dicitur. Quod ad matrimonialem cauſam & parentum conſenſum ſemel adhibitum accommodat *Carpzov.l.2. Juriſpr.Eccl.d.59.n.8.*

## ad L. Inter actum. 12.

*SUMMARIA.*

*Iter, & actus quid ſit? num.1.*
*Quid per armenta intelligatur? 2.*
*In ſervitute actus & pecora agi poſſunt. 3.*

1 DIſtinctio Itineris, Actus, & Viæ traditur; quod iter ſit, quo quis pedes vel eques commeare po-
2 teſt, Actus verò, ubi armenta trajicere, & vehiculum ducere licet; ubi per armenta non pecora tantum aratoria, ſed alia etiam intelligenda eſſe, monet *Carpzov. p.2.dec.107 num.8.& ſeq.* unde probat, actus ſervitute
3 conceſſa, etiam pecora agi poſſe omnia. *ibid.* Conf. *Donell.lib.11. cap 6. Dn.Frenzk.ad h.t num.5.& ſeqq. Bachov.d.diſp.17.th.4.lit.C.* Quæ autem ſit latitudo, habetur *in l.8 & l.13.ſeq.h.t.*

## ad L. Certo generi. 13.

*SUMMARIA.*

*An vineæ ſervitus impoſita ſublatis vitibus perimatur? num 1.*
*Cum omnes partes fundi ſerviunt, quid incumbat proprietario? 2.*
*Quid ſi indefinitè conſtituta ſit ſervitus? 3.*
*Ita definienda eſt, ut quam minimum damnum ſervienti afferat? 5.& 6.*
*Commiſſariis in determinanda ſervitute quid obſervare deceant? 7.*

1 IN *pr.* dicitur, ſi certo generi agrorum, v. g. vineis ſervitus impoſita, ſublatis vitibus non perimi ſervitutem, quia Via ſolo, non ſuperficiei impoſita, vineas nominavit, ſed ipſum ſolum intellexit, Vid. *Cujac.ad h.l.tomo ſecundo Manz.ad tit.ult.num.*34. In *cæteris* §§. de itinere, Actu & via agitur, & quidem aut ita legata ſervitus, ut omnes partes fundi ſerviant, v.
2 g. ut in toto prato vel nemore haberem jus paſcendi & proprietarius nihil in hujus ſervitutis præjudicium facere debet; aut indefinitè legatum iter vel Actus, & tunc arbiter conſtituet locum ſervientem, cui com-
3 modè ſervitus imponitur, aut Via ad quantitatem à Lege conſtitutam determinabitur. Ex quo collige, ita
4 ſervitutem decerni & determinari, ut quam minimo cum Domini damno fieri poſſit. *Chriſtinaus in ſtat.*
5 *Mechlinen. tit. 14. art. 44. num.5. & art. 50. num. 5. Molinæus in tr. de dividuo & individuo p.3. n.87. Menoch.*
6 *remed.5 ret.poſſ num.11.* Nam utens ſervitute æquagii, v.g. poteſt quicquid ad commodiorem uſum ſervitutis pertinet, efficere, ſed fundum ſervientem deteriorem reddere nequit. *l.15.in f.h.t.* Arbitri autem hi Commiſſarii vocantur, quibus incumbit 1. Loci ocularis in-
7 ſpectio. 2 peritorum in arte adhibitio. 3. Accurata locorum circumſpectio & conſideratio. 4. Arbitrii edi-
8 tio, quæ tamen non habet vim judicati, niſi à judice per ſententiam ſit approbata, licet pars, quæ per arbitrum ſe gravatam ſenſit, emendationem petere poſſit. *Dn.Mev.p 3.dec.382.*

## ad L. per quem. 14.

*SUMMARIUM.*

*Servitus antea mihi conſtituta per aliam ſervitutem impediri nequit.*

SI mihi ſervitus primo conſtituta ſit, quæritur, an tibi alia ſervitus conſtitui poſſit, per quã mihi conſtituta ſervitus impediatur? Quod negatur & exemplis *in hac lege* declaratur; nam mihi jus quæſitum, quod mihi tolli vel reſtringi nequit. Autor *ad L. 4. num. 2. & ſeq. C. de Servitut.*

## ad L. Quintus. 15.

*SUMMARIA.*

*Domino præd. dominantis omne licet, quod ad conſervandam ſervitutem facit. n. 1.*
*An etiam meliorem ſervitutem facere ei liceat? 2.*

1 DOmino prædii dominantis licet in prædio ſerviente quicquid facere, quod ad conſervandam
ſervitutem pertinet; nam & operarios inducere, terram egerere, novos canales ponere, & ſimilia poteſt;
ſed & meliorem conditionem ſervitutis ei licet facere,
2 modo non novum incommodum fundo ſervienti attrahat, idque magis ex lege charitatis, quam ſervitutis. *Dn. Mev. p. 3. deciſion. 35. Vid. Not. ad L. 11. ff. Communia præd.*

## ad L. Divus pius.

JUtis non eſt, invito Domino in alieno aucupium facere, quia fundi Dominus prohibere poteſt, ne quis in ſuo venetur. *§. fera. Inſt. de R. D. Ricc. deciſ. 306. Cæpolla de S. R. P. c. 21. num. 1. Surdus conſ. 390. num. 20. Corneus conſ. 211. num. 3. lib. 4. Dn. Kohl. Exerc. legali. 6. & Klock. conſ. 29 vol. 1. num. 251.* ubi id ad omnes venationes extendit. *Dn. Kohl. d. Exerc. 6.*

## ad L. Imperatores. 17.

*SUMMARIA.*

*Aqua ex flumine publico deducta ſecundum modum poſſeſſionum dividenda eſt. n. 1.*
*In compaſcua pro modo poſſeſſionis pecora agenda. 2.*
*Ruſticus ad ſufficientiam Oeconomicam ſua pecora alere debet. 3.*
*Quid in Electoratu Brandenb.? 4.*
*An ad numerum ovium certum agni computandi? 5.*

1 QUando ex flumine publico aquæ derivatio conceſſa, & de diviſione aquæ quæritur, tunc ſecundum modum poſſeſſionum etiam aqua dividenda.
2 Hoc eſt primum *in hac Lege*; ex quo nonnulli deducere volunt; etiam in uſu paſcuorum communium, quando quæritur, an quis tot pecudes vel pecora in paſcua publica agere poſſit, quot vult? attendendum eſſe modum poſſeſſionum *Albericus hic, quem refert*
3 *Menoch. l. 2. A. caſu 245. numer. 2.* Et ea quidem ſententia in Ruſticorum prædiis non eſt iniqua, ut ruſticus non plura pecora alere debeat, quam quot ad Oeconomiam ſuam, ad culturam agri, &c. opus eſt. Sed pleriqne id cum *Menoch. citato* arbitrio judicis committunt. *Manz. in cent. dec. qu. 16.* Extant hac de re ſta-
4 tuta ferè omnibus in locis. In Electoratu Brandenburgico nemo plus alere tenetur, quam quot ſuo proprio fœno in hyeme ſuſtentare poteſt, ſo viel er aus eigenem und gewonnenen Futter auswintern kan. Ut *ſupra*
5 etiam dictum. Si tamen certus numerus ovium determinatus, agni non ſunt computandi, niſi in ſecundo anno, quod quidem jure Bavarico conſtitutum. Sed id tamen ſpeciem habet æquitatis. *Vid. Manz. in cent.*
6 *dec. qu. 27.* Deinde dicitur, quando alicui facta eſt poteſtas aquam ducendi ex flumine publico, id citra damnum & præjudicium alterius eſſe intelligendum, h. e. ejus, qui prior jus illud conſecutus eſt, niſi Princeps ei expreſſe derogel. *Gl. in L. 2. ff. de Flumin. Cæpoll. d. c. 4. num. 23. Petr. Greg. lib. 4. cap. 15. nu. 6. Dn Manz. h. 1. n 44* Et intelligendum id eſt citra præjudicium navigationis, ſi flumen ſit navigabile, aut aliud ex eo navigabile fiat. *l. 2. Flumin. l. 10. in fine ff. de Aqua pluvia arc.*

## ad L. Una eſt via. 18.

*SUMMARIUM.*

*Servitus, quæ mihi debetur per plures fundos, non exſpirat, ſi unius fundi Dominus fiam. 1.*

UNa eſt ſervitus, quæ per plures fundos mihi competit, ideò ſi unius fundi Dominus fiam, retineo tamen ſervitutem per omnes fundos. *Conf. l. 15. ff. quib. mod. ſerv. amit. & L. 31. h. t. & Donell. l. 11. c. 17. in pr. Dn. Manz. ad h. t. de S. R. P. n. 131. & ſeq* Sed *hanc legem* limitat *Albericus ad L. Hæc autem jura. 6. tituli præc. n. 2.* niſi ob factum hominis, v. g. prohibitionem, pereat ſervitus.

## ad L. Si unus. 19.

*SUMMARIUM.*

*Theſes quædam de fundo communi.*

IN *hac lege* ſequentes theſes habentur. 1. Unus ex ſociis ſervitutem communi fundo adquirere vel remittere non poteſt. 2. Unus ex ſociis ſervitutem ſtipulari aut promittere non poteſt. 3. Qui ſuo fundo ſtipulatus eſt ſervitutem, ſi poſtea communem fecit fundum & partem pro indiviſo vendidit, corrumpit ſtipulationem, quæ in emtorem non tranſit; aliud eſt, ſi ſtipulatus ſervitutem plures reliquerit hæredes. Non obſtat ei, quod de ſervo communi hic dicitur *l. ſi fundum 3. ff. de Servit. leg.* quia diſtinguendum eſt inter legatum & ſtipulationem *Cujac. ad h. l.*

## ad L. Si mihi. 20.

*SUMMARIA.*

*Duo jura habens unum remittendo non videtur remittere alterum. n. 1.*
*Servitus fundum ſervientem naturaliter lædere poteſt. num. 2.*
*An ſervitus emto medio fundo amittatur? 3.*
*Quomodo aquæ hauſtus ſit jus prædii? 4.*

QUi habet duo jura, remittendo unum non vide-
1 tur remittere alterum v. g. ſi habeam in tuo fundo iter & uſumfructum, remittendo hunc, iter tamen retineo. Item ſi habeam aquæductum, poſſum tibi concedere, ut ædifices, ſed ita ut aquæductus mihi non adimatur.

*In* §. 1. hæc eſt ſpecies, habui ſervitutem aquædu-
2 ctus ex tuo ſundo, poſtea Rivus ille, ex quo aquam duxi, crevit admodum ex nimia pluvia, quæ aqua excreſcens tuo fundo damnum dedit, quæritur, an ad reſtitutionem damni iſtius tenear? Quod negatur, ſi damnum ex opere à me facto ortum, mihi id damnum imputari poſſet, ſed quia natura loci ex nimia aqua pluviæ nocuit, naturale id damnum eſt, nec ego teneor ad reſtitutionem.

3 *In* §. 2. Habeo aquæductum, ſed quia ad rivum illum pervenire non poſſum, niſi per tuum fundum, ideòque mihi ſervitutem conſtituis per tuum fundum, quem fundum poſtea emi, ubi quæritur, an amittam ſervitutem aquæductus? Videtur quod ſic, quia confuſione tollitur ſervitus. Sed, negatur, quia illa eſt ſervitus, quam mihi rivi Dominus debuit, & alia, quam tu mihi præbebas. Ergo ſervitutem aquæductus retineo, licet medius fundus factus ſit meus.

4 *In fine* dicitur, aquæ hauſtum eſſe jus prædii, ſcilicet ſi perſonæ, non verò prædio, jus hoc ſit conſtitutum.

ad L.

Digitized by Google

## ad L. Si mihi. 21. & ſeq.

*SVMMARIA.*

*Conſtituta ſervitute & non expreſſa parte fundi, totus fundus ſervit. num.1.*
*Cum tamen pars eligenda ſit certa, quæritur, quis eligere debeat? 2.*
*Cur loca fundi vacua ſola ſervire debeant? 3.*

1 SI quis mihi conſtituerit vel Legaverit ſervitutem
itineris, vel Actus, non expreſſa fundi parte, per
quam eatur, vel agatur jumentum, totus fundus ſervit
*hic & l.9. ſupra de Servit.* & hoc caſu per quamlibet
fundi partem agere licet. Sed eligenda eſt pars fundi,
per quam eatur, & ſic coarctanda eſt ſervitus. Sed quæ-
2 ritur, quis eligere debeat? Reſp. ſi per contractum
promiſſa & conſtituta, electio eſt ejus; cui ceſſa eſt
ſervitus *d. l. 9.* In legata ſervitute electio eſt hæredis
*l. 26. h. t.* ut tamen non ſit captioſa Legatario. *Conf.
Donell. l.11. cap.13. lit. A. & B. & quos ibi refert Hilliger.*
Sed quando quædam partes, ædificiis, arboribus, &
3 vineis vacuæ erant tempore eo, cum ſervitutes ſunt
conſtitutæ, eæ ſolæ ſervient, non verò ea loca, quæ
ſine damno Domini fundi ſervie tis occupari non poſ-
ſunt. Nam indefinita permiſſio reſtringitur ad loca mi-
nus damnoſa. *l.9. ff. ſupra de ſervit.*

## ad L. Via conſtitui. 23.

*SVMMARIA.*

*De via latitudine conveniri poteſt. n.1.*
*Per lacum perpetuum ſervitus navigandi conſtitui poteſt. 2.*
*An fundi, ſi publicentur, jura ſua retineant? 3.*
*Emtorum quilibet ſervitutem in ſolidum uti poteſt. 4.*
*Servitute conceſſa conceditur & illud, ſine quo ſervitute uti non poſſumus. 6.*
*Hoc de quonam intelligendum? 7.*

1 VIæ latitudo ſupra *l. 8. ex L. duodecim Tabularum*
deſcripta, tunc locum habet, quando aliud non
eſt actum. Nam plures pedes vel pauciores viæ attri-
bui poſſunt. modo illud ſpacium relinquatur, ut poſſit
2 vehiculum duci. Per lacum perpetuum in tuo fundo
exiſtentem ſervitus navigandi conſtitui poteſt, ſecus ſi
lacus in æſtate exſiccetur, nam cauſam oportet eſſe
perpetuam. *§. 1. h. l.*
3 *In §. autem ſecundo* quæritur, an fundus ſerviens,
qui debet ſervitutem, vel dominans, cui debetur, ſi
publicentur i. e. ad fiſcum deveniant, retineant illa ju-
ra activa & paſſiva? Quod affirmatur, quia cum ſua
cauſa vel ſtatu res quælibet publicatur.
4 *In §. fin.* quæritur, ſi mihi conſtituiſti viam per
tuum fundum, & ego duas partes mei fundi dominan-
tis vendidem, aut quilibet emtorum in ſolidum poſſit
uti ſervitute? Quod affirmatur hic, quia ſervitus præ-
dialis eſt in toto fundo tota & in qualibet parte. Sed
5 an hoc æquitati naturali conveniat, ut ex una ſervi-
tute invito Domino fundi ſervientis fiant plures? De
6 eo merito dubitatur. Sed quid ſi emtor partis mei fun-
di partem pro diviſo habeat, & tenutam quidem à
tuo fundo, ita ut non poſſim in tuo fundo ire, agere
&c. niſi in intermedio fundo ſervitutem eandem con-
ſequar. *in §. fin. h. l.* nam licet conceſſa ſervitute, etiam
illa conceſſa ſint, ſine quibus ſervitute uti non poſ-
ſum. *Carpzov. p.2. Conſt. 41. def.16. Zaſius ad titul. Com-
7 munia præd. numer. 13.* id tamen non de alio, ſed
de eodem, qui ſervitutem conſtituit intelligendum
eſt.

## ad L. Ex meo. 24.

*SVMMARIA.*

*Alteri non poſſum iterum commodare aquam, ex aquæductu mihi conceſſo. num. 1.*
*Conciliatio cum* l. 1. §. 26. de aqua quot. 2. & 3.

1 EX Aquæductu mihi conceſſo non licet alteri com-
modare aquam; niſi illud pactis vel ſtipulatio-
nibus obtentum, ubi dabitur exceptio pacti. Quomo-
2 do autem *hac Lex* cum *L. 1. §. illud. 16. de Aqua quotid.*
eſt concilianda? Reſpondent quidam, hic haberi re-
gulam; In *dicto* §. 16. haberi exceptionem? niſi com-
municatio fiat, cum nullo Domini aquæ damno, *Caſp.
Caballinus in tr. divid. & individ. p.3. num. 345.* ubi
3 tamen aliam conciliationem ſubjicit *Donell. l. 11. c. 14.
lit. C. Bach. ib. in lit. A.* Autor *ad L. 4. num. 5. & 6. C. de
Servitut.* Frigida autem correctio *Hotomanni lib. 8. obſ.
c. 14. Conf. Petr. Barboſa in L. uſufr. ſol. matr. n. 9.*

## ad L. Si partem. 25.

*SVMMARIVM.*

*Non ſervitus, ſed commoditas dividitur.*

COnceſſiſti mihi aquæductum in fundo tuo, in uti-
litatem prædii mei. Ego partem prædii mei ven-
do Titio. Cui etiam adquiritur commoditas aquæ. Sed
quomodo dividitur Servitus inter me & Titium? Reſp.
Servitus non dividitur *l. 17. ff. de Servit.* ſed commo-
ditas dividitur, *Harpr. ad §. 3. I. h. t. num.* 12. nec hic
diſtinguitur vel quæ pars ſit potior, an pars vendita
an vero retenta.

## ad L. Si via. 26.

*SVMMARIA.*

*Indefinitè ruſtica ſervitute legata hæredis eſt electio. num.1.*
*Ratio. 2.*

1 SI indefinite ruſtica ſervitus mihi legetur, quæritur,
cujus ſit Electio? Reſp. hic hæredis, qui poteſt
2 definire locum, per quem eatur: Sed qui fit, quod hic
ſit electio hæredis, cum tamen alias in Legatis ele-
ctio ſit Legatarii? Sed hic fortè Teſtator nimium gra-
vare velle videtur hæredem. *Ut Pacius cent. 3. qu. 52.
& Hill. in Donell. lib. 11. capit. 13. lit. B. licet aliter Do-
nellus d.l.*

## ad L. Si communi. 27.

*SVMMARIA.*

*An ſervitus extinguatur, cum Prædium fundo communi ſerviens à ſociis redimitur? n.1.*
*An idem in prædiis, quæ mutuo ſerviebant, communicatis? 2.*
*Quo caſu non confundatur ſervitus, cum Dominus prædii Dominantis ſit Dominus ſervientis? 3.*

1 PRædium ſerviens fundo communi à ſociis in com-
mune redimitur, & quæritur, an extinguatur ſer-
vitus? Et affirm. quia alias cujuſque ſocii pars, quæ
in ſervitute fundi acquiſita, videretur ſuæ parti in
Dominante prædio ſervire, quod jus non patitur.
*Vid. Donell. lib. 11. cap. 17. lit. B. Franzk. ad tit. ult. h. l.
2 num.* 10. Sed aliud, ſi prædia, quæ ſibi mutuo ſerviebant,
communicentur, tunc enim ſervitutes manent. *Dn.
Struv. ad h. L. theſ. 53. Conf. Dn. Manz. ad tit. ult. h. l. nu.* 12.
Autor *ad L. 1. num. 5. C. de Hæred. Act.* Colligitur ergo
regula, quando Dominus Prædii Dominantis adquirit
3 dominium Prædii ſervientis, confundi ſervitutem,
quam regulam limitant, niſi revocabile dominium,
v. g. per contractum de retrovendendo, emerit præ-
dium ſerviens. *Tiraq. de Retr. conſang. § 1. gloſſ. 7.
numer. 71.*

ad

## ad L. Itinere. 28.

*SUMMARIUM.*

*Non convenientibus de itineris loco legatariis ſervitus nec conſtituitur, nec amittitur.*

MIhi tecum commune eſt prædium, cui legat Titius iter. Sed non poſſumus convenire circa locum itineris. Hæres, qui alias fortè habebat arbitrium, nobis committit, ſed nos circa locum non poſſumus convenire, quæritur, an ſervitus ſit quæſita? Quod negatur, atque ideo non utendo non poteſt amitti, quia, quod non eſt, perire nequit.

## ad L. Is, qui. 29.

*SUMMARIUM.*

*Ex fundo emto non vero ex aliis agris, aquam per fundum venditoris derivare licet, ſi ita conventum.*

HAbui duos fundos vicinos, unum ſuperiorem, inferiorem alterum. illum tibi vendidi cum hoc pacto, vel hac lege, ut tibi liceat ſulco aperto aquam derivare in meum inferiorem fundum retentum. Sed Tu ex aliis etiam agris vis colligere aquam & per eundem canalem vel ſulcum derivare in meum fundum inferiorem, quæritur, an rectè? Quod negatur, quia actum videtur de aqua in tuo fundo regurgitante, non vero de alia, vicinorum aqua collecta.

## ad L. Qui duo. 30.

*SUMMARIUM.*

*An venditor fundi reſervatum ſibi cum aqua terra ſpatium in dominio habeat?*

HAbebam duo prædia & in uno aquam perennem, quem fundum aquam vivam habentem vendo, reſervata tamen aqua & circa aquam illam pedes 10. quæritur, an illi decem pedes terræ propter illam exceptionem, & reſervationem ſint in dominio meo? Et affirmandum videtur, quia decem pedes hi non ſunt venditi, & uſusfructus nomine interdum venit dominium. Sed negatur, nam ſolum iter videtur conceſſum. Nam pactum illud ita intelligendum, ut fiat cum minimo ſervientis prædii damno, & ob fontem vel lacum ego retineo pedes 10. Ergo ſervitutis cauſa accedit, & ſic conditionem ſervitutis ſequitur.

## ad L. Tria prædia. 31.

*SUMMARIA.*

*Fundi venditi ſervitus in emtorem transfertur. nu. 1.*
*Servitus non amittitur confuſione, niſi omnes partes fundi redimantur. 2.*

1 HAbet Titius ſupremum fundum, infimum ego, intermedium tu habes. Adquiſivi ſervitutem aquæ ducendæ ex prædio Titii, & ducendæ per tuum intermedium prædium. Poſtea emi à Titio fundum ſupremum, & vendo meum priſtinum fundum inferiorem, quæritur, an in emtorem infimi agri transferam ſervitutem, quam habui reſpectu ſuperioris & medii fundi? Videtur quod non, quia dum ſupremi fundi Dominus factus ſum, & inferioris fundi Dominus jam antea fui, videtur confuſa ſervitus, quia concurrit in eandem perſonam. Sed reſp. hanc rationem concludere, ſi non aliam ſervitutem haberem in medio fundo, in quo retineo ſervitutem. Nam ſicut ſervitutem in infimo prædio meo adquirere aquæductum non potui, niſi & ſervitutem hanc in medio adquirerem. Ita ſervitutem in infimo prædio non poſſum amittere, niſi in medio quoque fundo ſervitutem

2 amittam. Redemtione partium ſervientium etiam pro indiviſo ſervitus non amittitur, niſi omnes redimantur. Unde Gloſſa hic regulam facit, quando plura ſunt neceſſaria in acquiſitione, quod etiam omnia ſint neceſſaria in amiſſione, quam regulam *ex hac lege* colligi, notat *Jaſon. ad L. Si ita ſcriptum. 13. §. regula. ff. de Lib. & Poſth. hæred. inſt. Conf. Socinus jun. Conſ. 2. num. 25. lib. 3. Conſ. not. ad L. 30. tit. præc.*

## ad L. Fundus. 32.

*SUMMARIA.*

*Ad partem fundi communis, ſi ſit unius Domini, rectè ſervitus conſtituitur. nu. 1.*
*Quomodo parti fundi ſervitus imponi poſſit? 2.*
*Regula de tempore permiſſo & prohibito. 3.*

1 FUndus hic inter me & te communis eſt, tu mihi partem tuam vendis & tradis & ad eundem fundum viam per vicinum tuum proprium fundum concedis, quæritur, an rectè conſtituta ſit ſervitus? Videtur quod non, quia ſervitus ad partem fundi communis non rectè conſtituitur, jam vero hic via conſtituitur ad partem fundi communis; Sed negatur, conſtitui hanc ſervitutem fundo communi, ſed in eum caſum, & in id tempus, quo per traditionem partis tuæ fundus ex
2 aſſe meus futurus eſt. Nota parti fundi ſervitutem imponi non poſſe pro indiviſo, ſed bene pro diviſo, quia
3 hæc pars eſt quid totum. Notes etiam paria eſſe, fieri aliquid tempore permiſſo, & fieri quidem tempore prohibito, ſed effectum conferri in tempus permiſſum. *hic & l. 6. C. de plagiariis. Sanchez. in Decal. lib. 7. cap. 2. num. 54. Barb. locupl. lib. 14. cap. 3. axiom. ult.* ubi idem dicit de tempore prohibito.

## ad L. Cum eſſent. 33.

*SUMMARIA.*

*Si fundi duobus communes dividantur, ut quilibet totum retineat, rectè iis ſervitus imponitur. nu. 1.*
*Maxime ſi per ſtipulationem hoc actum. 2.*
*Quomodo ſervitutem aquaductus habens alteri aqua hauſtum concedere poſſit? 3.*
*Cum ei, qui aquaductum habet, permittitur, ut alteri cedat aquaductum, an inde ſervitus conſtituatur? 4.*

1 EGo & tu habuimus duos fundos communes, alter Titianus, alter Sejanus dicti. Placuit poſtea, ut tu haberes Titianum ex aſſe totum & ego Sejanum ex aſſe totum, tu tuam partem, quam habebas in Sejano, mihi tradis, & ego meam partem tibi trado, quam habueram antea in Titiano, & ſimul placuit, ut tibi aquam ducere liceat in Titianum per Sejanum, & mihi etiam aquæductus competat per Titianum in meum Sejanum. Quæritur, an rectè ita conſtituta ſer-
2 vitus? Ratio dubitandi eadem, quæ *in l. præc.* Sed affirm. ob eandem rationem decidendi: maximè ſi per ſtipulationem hoc ſit actum. quæ limitatio tamen moribus non convenit, nec ipſi juri civili, ſi actui traditionis junctum hoc pactum etiam ſine ſtipulatione.

3 *In* §. 1. dicitur, eum, qui habet ſervitutem aquæductus, non poſſe alii concedere hauſtum aquæ ex rivo, niſi hoc pepigerit cum Domino fundi ſervientis.
4 Si ergo permiſſum fuit, ut, qui habet aquæductum, alteri ex eo aquæductum aut hauſtum cedat, hoc non valet ut ſervitus vel realis vel perſonalis, ſed ut nuda obligatio perſonalis, & tranſit ad hæredes. *Franzk. ad tit. Comm. Præd. nu. 47. Du. Manz. de S. R. Pr. num. 166. & ad tit. 1. nu. 186. Bach. in Treutl. vol. 1. diſp. 17. th. 10. lit. A. qui* Dd. cum in omnium pene manibus ſint, videri poſſunt, qui fuſius hanc explicant. Conſ. *etiam Caſp. Caballinus in tr. dividui & individ. p. 3. nu. 35.* qui facti ſpeciem proponit obſcurius.

## ad L. Unus ex ſociis. 34. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Fundo communi alter ſocius ſervitutem acquirere vel remittere nequit. nu. 1.*
*Bene tamen pro parte indiviſa retinere. 2.*
*Reuen te ad ſuas venas aqua, redit ſervitus. 3.*
*Servitus aquam hauriendi non amittitur, cum fons exaruit. 4.*
*Agere non valenti præſcriptio non occurrit. 5.*
*Privilegium non amittitur, cum privilegii uſus non occurrit. 6. & 10*
*Agnato præſcriptio ante aperturam feudi non nocet numer. 7.*
*Præſcriptio rerum utenſilium quando currere incipiat? 8.*
*Tempore hoſtilitatis aut peſtis præſcriptio non currit. numer. 11.*
*Niſi culpa ejus, qui privilegium habet concurrat. 12.*

1 SI duo ſint Domini fundi alicujus pro parte indiviſa, quæritur, an alter ſociorum ſervitutem fundo
communi adquirere, vel adquiſitam remittere poſſit?
Quod negatur; ſed quæritur ulterius, an pro parte in-
2 diviſa retineri poſſit ſervitus, v. g. fundum meum, cui
tuus ſerviebat, tibi communicavi, an retineo pro parte
indiviſa ſervitutem, atque ita proprius tuus fundus
communi ſerviet? Quod affirm. quia retentio favorabilior eſt quam adquiſitio. *per l. per retentionem. 4. C. de Uſuris Barb. locuplet. l. 16. cap. 52. axiom. 1.*

3 *In §. 1.* proponitur hæc quæſtio, fons, ex quo jure
ſervitutis ducebam aquam, exaruit. Ideoque per decennium non fui uſus iſta aqua. Poſtea rediit ad ſuas
venas aqua, an redeat etiam ſervitus; Et in *l. ſeq.* reſpondetur huic quæſtioni, reſtituendam eſſe ſervitutem,
quia non ſum uſus per negligentiam, ſed per neceſſitatem. Servitus hauriendi aquam ex fundo alterius non
4 amittitur, ſi fons exaruit, ut ſervitute uti non potuerit.
*Menoch. rem. 6 retin. poſſ. numer. 149. Franzk. ad tit. ult. numer 29. Weſenb. ad tit. ult. numer. 6. Dn. Manzius ad tit. ult. numer. 55.* Unde regula: agere non valenti
5 non currit præſcriptio. *Hic & l. 1. C. de Annali præſcr.*
6 Autor *ad L. 3. numer. 2. ff. de Uſurp. uſuc.* Sic privilegium
datum ad aliquid faciendum non poteſt præſcribi vel
amitti, niſi inchoata ſit ab eo tempore, quo privilegii
uſus eſſe potuit. *Ant. Faber. l. 7. Cod. tit. 13. deciſ. 10.*
*Carpzov. p. 2. dec. 115 numer.* 12. Sic Agnato non nocet
7 præſcriptio, niſi ab eo tempore, quo ipſi apertum feu-
dum *Hartm. Piſt. p. 2. qu.* 8. Sic præſcriptio utenſilium
8 & Expeditoriarum rerum non currit. niſi poſt lapſum
diem triceſimum à morte defunctæ. *Carpzov. d. l. nu. 11.*
Sic nec præſcriptio facta contra Conductorem præju-
9 dicabit Locatori, quia Locator agere & expellere
conductorem non potuit. *Carpz. d. dec. 115 per totam.*
Sic tempus hoſtilitatis & peſtis deducendum eſt à præ-
10 ſcriptione, ut interim dormiat; quia vel plane non,
vel non ſine periculo agi potuit. *Carpzov. p. 2. dec. 116.*
11 Ex *h. L.* colligunt Dd. ſi quis privilegio non ſit uſus
per decennium, quia caſus ſe non obtulit, non utendo
non amittere privilegium. *Gail. lib. 2. obſ. 60. nu. 1. & 2. & quos refert Dn. Tabor ad Barb. Axiom lib. 14. c. 83. ax. 10. limit. 2. Balbus p. 4. quinta partis princip. qu. 4. n. 3.*
Ex non uſu neceſſario non perditur jus. *Felinus in c. cum acceſſiſſent. nu. 25 X. de Conſtit. Ripa in l. quo minus. numer. 97. & 115. ff. de Flumin.* Quod limitat tamen
12 *Menoch. remed 6. retin. poſſ. num. 149 & ſeq.* niſi culpa
ei, qui habet jus, imputari poſſit; ut ſi habens molendinum cum aquæductu, & illud deſtructum fuerit, &
dominus non refecerit molendinum.

## Ad L. Cum fundo. 36.

### *SUMMARIUM.*

*Cur ſervitus etiam ad ſecundum emtorem tranſeat?*

DUos fundos continuos habebam, unum fundum vendidi & tradidi, alterum retinui, & fundo
retento impono ſervitutem aquæductus, quam deberet agro vendito. Ego autem emtori ſtipulanti pœnam, pecuniæ certam ſummam promitto, ſi ei ſervitute frui per me non liceret. quæritur, ſi emtor alii hunc fundum vendat, an ſervitus ad ſecundum emtorem perveniat? Videtur quod non, quia ſtipulatio afficit ſolam perſonam; Sed affirmatur, quia ſervitus ſemel conſtituta ob mutationem Domini non amittitur, & mens fuit, ut prædio quæreretur ſervitus. Mens contrahentium ſemper ſpectanda.

## ad L. Lucius Titius. pen.

### *SUMMARIA.*

*Servitus ſua natura realis quomodo perſonalis fiat? num. 1. & 2.*
*Qui ſub pœna promittit, ſe non aperturum in muro feneſtram, is non inſtituit ſervitutem? 3. & 4.*

1 SErvitus ſua natura realis, ſi ad perſonam referatur
v. gr. do, concedoque tibi de aqua gratuito, ſive
ad domum tuam, ſive quocunque volueris) fit perſonalis, quia ſervitus realis ad certum prædium dominans refertur. Hic vero ex verbis: (ſive quocunque
volueris) apparet, indeterminate hoc conceſſum; ergo
eſt tantum gratificatio perſonalis. *Alciatus lib. 2. diſp. c. 7.*
qui in verbo, concedo gratuito vel gratificor, ſuam
explicationem fundat. Sed *Johan. Longovallius in rep. l.*
2 *imperium. numer. 223. & ſeq. ff. de juriſd.* ſuam interpretationem fundat in verbis: *ſive quocunque &c.* alii
in voce fratris *Cujac. ad l. 1. h. t. tomo. 2.* Et ideo ſingularem *hunc textum* vocat cum *Baldo hic Lud. Romanus ſing. 70. & Franc. Cremenſis ſingul. 61.* Et *per hunc textum* concludit poſt *Speculat. Hippol. de Marſil. ſing.*
334. Cum fœmina nobilis tranſigeret, ſub pœna pro-
3 mittendo, ſe in muro non aperturam feneſtram, hanc
non fuiſſe ſervitutis conſtitutionem, ſed obligationem
perſonalem, nec exinde obligatum emtorem. Conf.
*Cæpolla de S. R. Pr. cap. 4. pr. Decius conſ. 262. numer. 7.*
4 *Gomez. in §. æquo. nu. 9. Inſt. de act.* Et aliud exemplum
de lapidis cædendi jure, habetur in *l. 39. §. 4. de Legat. 1. & ibi Zaſius numer. 3. Conſ. 12. p. 435. Harpr. in pr. Inſt. de Servit. num. 75. Uſillus ad paragraph. 2. Inſt. de Act. numer. 88. & ſeq* & conf. *l. fin. ff. de Contrah. Emt.* Aut. *ad L. 3. num. 11. 12. C. de Servitutib.*

## ad L. Flumine. ult.

### *SUMMARIA.*

*Flumen publ. interrumpit ſervitutem via. num. 1.*
*Sed quid ſi flumen duorum dominorum prædia interfluat? 2.*
*Quomodo ceſſio ſervitutis fieri poſſit? 3.*

QUæritur, an flumen publicum interrumpat ſer-
1 vitutem viæ? Quod affirmatur, ſi flumen poſſit
tranſiri vado, vel per pontem. Aliud eſt ſi flumen
2 pontonibus trajiciatur: Sed quæritur, ſi duorum dominorum prædia flumen interfluat. v. g. tuus fundus eſt
mihi vicinus, ultra tuum eſt flumen publicum, ultra
flumen eſt fundus Titii? Deinde eſt via publica, volo
3 ad viam publicam per tuum fundum pergere. Quæritur, an poſſim petere, ut mihi conſtituas viam ad
flumen publicum, & Titius ultra flumen ad viam publicam? Quod affirmatur, poteſt ita cedi ſervitus,
Ideo ceſſio ſervitutis fieri poteſt. ſi etiam unius prædium interfluat flumen, licet hoc pontonibus trajiciatur.

TITULUS

## TITULUS IV.

*Communia prædiorum tam Urbanorum, quam Ruſticorum.*

### Ad L. Ædificia. 1.

*SUMMARIA.*

*Servitus ſine prædio acquiri nequit. nu. 1.*
*Quænam ſint ſervitutes Prædiorum urbanorum? 2.*

1 SErvitutes prædiorum ſine prædio actuali, aut
2 ſpeciato adquiri non poſſunt. Sed quæ ſunt ſervitutes
prædiorum urbanorum? Reſp. non tantum illa
prædia urbana vocantur, quæ in urbibus ſunt, ſed
omnia ædificia habitandi cauſa etiam ruri exſtructa.
Non autem ſunt urbana, quæ ædificia fructibus colligendis
exſtructa, nam ea ſunt prædia ruſtica. *Cæpolla de
Serv. urb. præd. cap. 11. num. 2. & Hilliger. in Donell. l. 11.
cap. 4 lit. B.*

### ad L. De aqua. 2.

*SUMMARIA.*

*Cum aqua per rotam ex flumine hauritur, non propriè
ſervitus eſt. nu. 1.*
*Prætor tamen tuetur hoc pactum. 2.*
*Quaſi ſervitutes ſunt, quæ non habent cauſam naturalem.
3.*

1 SI per rotam aqua ex flumine publico vel privato
hauritur, non eſt propriè ſervitus: fit enim per
artem, ut aqua aſcendat; Nihilominus eſt quaſi ſervitus,
& tuendus eſt is, qui poſſidet. Vid. *Franzk. de S. R.
P. numer. 21. & Menoch. rem. 6. ret. poſſ. num 68. & ſeqq.*
2 Nam Prætor omnia pacta ſervat ac defendit, quæ à
ſervitutis natura quidem aliena, ſed tamen dominanti
prædio utilia ſunt. *Weſenb. ad tit. C. de Servit. num. 57.*
Item de omni ſervitute dici poteſt, quæ non habet
3 cauſam naturalem. *Harpr. §. 1. de Servit. nu. 6.* Et nota
hic limitationem *l. foramen. 28. ſupra de Servit. Urb. Pr.
& conferantur ibidem notata* Dni Autoris.

### ad L. Duorum. 3.

*SUMMARIUM.*

*Prædio alteri tradito rectè ſervitus imponitur.*

HAbeo duo prædia, quorum alterum tibi tradidi
ea lege, ut meo prædio retento ſerviat, quæritur,
an ſit vera conſtituta ſervitus? Videtur quod non, quia
utriuſque Dominus ſum; ſed effectus ſervitutis confertur
in id tempus, quo amplius Dominus non ero.

### ad L. Caveri. 4.

*SUMMARIA.*

*Quare monumentis ſacris ſervitus non imponatur? n. 1.*
*Jus cloacæ in loco religioſo, civiliſſime exercendum. 2.*

MOnumentis vel religioſis, vel ſacris non poteſt
1 imponi ſervitus, quia impoſitio ſervitutis eſt
quædam ſpecies alienationis, *per l. fin. C. de Rebus
alienis non alienandis.* Ergo cum hæc prohibita, illam
etiam prohibitam eſſe, ſequitur. *Cæpolla de S. V. Pr.
cap. 18. num. 2. Don. lib. 11. cap. 9. D. Manz. de ſervit. num. 218.
Zæſ. ad h. t. numer. 17.* Sed ſi antiquiſſima præſcriptione
2 quis habeat jus cloacæ, vel ex conſenſu ſuperiorum,
&c. tunc tamen civiliſſime hæc ſervitus exercenda.

### ad L. Proprium. 5.

*SUMMARIA.*

*Communi fundo ſervitutem acquirere non poſſum. nu. 1.*
*Cur, ſi mihi & extraneo ſtipuler, mihi acquiram; non
vero, ſi mihi & ſocio? 2. 3. & 4.*

1 NOn poſſum communi fundo ſervitutem acquirere,
& ita nec ſocio; ſed ſi mihi & extraneo ſti-
2 puler ſervitutem, mihi tantum acquiritur, non quidem
jure accreſcendi, ſed jure non decreſcendi, ob individuam
ſervitutis naturam. *Alciatus in rep. legis 1. §. ſed
ſi mihi. nu. 26. ff. de V. O. Hillig. lib. 7. in Donell. c. 11. lit. L.*
3 Et hic adjectio ſocii videtur vitiare ſtipulationem, extranei
vero non; quia quando mihi & ſocio ſtipulor,
non poteſt mihi competere ſervitus, ut non ſocio etiam
4 competat. Sed ſi mihi & extraneo ſtipulor in perſona
mea ſubſiſtit ſtipulatio & extraneus inutiliter adjicitur.
*Vid. Hilliger. l. 11. cap. 9 lit. N. Adde Franzk. tit. 1. num. 16.
Buſius hic.*

### ad L. Si quis duas. 6.

*SUMMARIA.*

*Utrique tradito prædio, ut alterum alteri ſerviat, effici
nequit. nu. 1.*
*An quis parti fundi alienatæ ſervitutem imponere poſſit?
2.*
*An ſocii alteras ex communibus ædibus ita vendere poſſint,
ut alteris retentis ſerviant? 3.*
*An ædes proprias ſervas quis facere poſſit communibus?
4.*
*An ædes, ſi quis ante venditionem eas ſervas fore dixerit,
tales fiant: 5.*
*Sed quid. ſi per oblivionem poſtea ut liberæ tradantur? 6.*

HAbeo duas ædes vel duo prædia ruſtica, unum
1 ea contractu trado alteri. Dum trado, poſſum
conſtituere alteri ſervitutem in eo fundo, quem retineo,
vel contra. *Hoc in l. 36. tit. praced. habuimus.* Sed
quid ſi duas ædes habens ambas tradiderim, unas tibi,
alteras Titio, tunc non poſſum efficere, ut alteræ alteris
ſerviant, quia ſic alteri adquirerem ſervitutem, &
alteri ſervitutem imponerem, quod fieri non poteſt per
notiſſimam regulam, quod alteri adquirere non poſſum.
De quo tamen alibi dictum. *infra in tit. de V. O.*
2 *In §. 1. ſi quis partem*, quæritur, an quis, ſi partem
fundi alienet, ſervitutem parti traditæ imponere poſſit?
Et diſtinctio eſt plana, an pro indiviſo partem
tradat, an vero pro diviſo. Illud fieri non poteſt, quia
non poſſum partem indiviſam gravare, quin etiam
alteram gravem. Sed pro parte diviſa poſſum gravare
partem fundi vel ædium, ſi in duas vel plures regiones
ſit diviſus fundus. Quod *in tit. præced.* etiam habuimus.
3 *In §. 2.* quæritur, an, ſi ego & tu habeamus duas
ædes communes, & alteras vendamus, cum reſervato,
ut alteri communi retentæ domus ſervirent, an hoc
fieri poſſit? quod affirmatur, ſive uno continuo actu
hoc agamus ambo, ſive alter prius hanc legem dixerit,
& poſtea ex intervallo alterius conſenſus quoque accedit.
Nam per conſenſum poſteriorem prior validatur,
de quo etiam ſupra actum, ubi prior ad poſteriorem
trahitur. *Conf. Don. & ibi Hilliger. l. 11. cap. 9. lit. G.
& ſeqq.*
4 *In §. 3.* quæritur, ſi ſint duæ ædes, alteræ propriæ,
alteræ communes, an potero proprias ædes ſervas facere
communibus, vel contra? Vid. quod ſic, quia
prædium commune ſervire poteſt proprio. *l. 27. tit. præc.*
Sed hoc verum eſt, quando per communionem adquiſita
ſit ſervitus. Poſt communionem ſervitus imponi
non poteſt communi, quia per partes ſervitus non adquiritur.
*l. ut pomum. 8. §. 2. ſupra tit. 1.* Sed hæc ſubtilitas
an in foro obſervari ſoleat, non diſputo.
5 *In §. 4.* quæritur, ſi quis dixerit in venditione ædium
ante traditionem eas ſervas fore: Et reſpondetur affir-
6 mativè, quod ſervitutem imponere poſſim. Sed quid ſi
per oblivionem poſtea ut liberas tradidit? reſpondetur,
hoc caſu dari actionem venditi, ut patiatur emtor ſervitutem
imponi. *conf. Cujac. tom. ſecundo ad hanc legem*
ubi lectori circa §. 4. explicationem ſatisfaciet, nam
ſubtilitatibus his excutiendis prolixiores nos eſſe non
convenit.

## ad L. In tradendis. 7. & L. Quicquid. 10.

*SUMMARIA.*

*In ædibus venditis tradendis in ſpecie exprimendæ ſunt ſervitutes, quæ debeantur. nu. 1.*
*Reſervatio nihil operatur, niſi conſtet de jure reſervato. 2.*
*An ſervitus in fundis, inter quos medius aliquis interpoſitus eſt, conſtitui poſſit 3.*
*Quomodo ſervitus itineris urbani reconvaleſcat? 4.*
*Declaratur exemplo. 5. & 6.*

1 QUando vendo & trado ædes, non ſufficit, ſi in
genere ſervitutum mentionem faciam, ſed opus
eſt, ut in ſpecie, quænam ſervitutes debeantur, expri-
mam. *Alex. vol. 1 conſil. 28. num. 4. & ſeq.* Aliud in ex-
traneo, cui in genere reſervare poſſum ſuas ſervitutes,
2 ſed non mihi. Ratio in *L. 10.* Nota, reſervationem
incertam nihil operari, *per L. hanc & L. duo ſunt Titii.
30 ff. de Teſtam. Tut. Menoch. conſ. 1285. num. 14. & ſeq.*
& Reſervatio nihil operatur, niſi conſtet de jure reſer-
vato. *Cruvetta L. 5. conſ. 570. nu. 2. Menoch. conſ. 1111. nu. 17.*
Et qui generaliter aliquid reſervat in venditione, &
muſſitat aliquid in genere, non expreſſo aliquo in ſpe-
cie, videtur in dolo eſſe. *Menoch. conſ. 1134. num. 16.
ubi alios citat.*

3 *In §. 1. legis 7.* quæritur, an ſervitus conſtitui poſſit
in fundis, inter quos medius aliquis interpoſitus eſt?
Et diſtinguitur alias inter ſervitutes ruſticorum præ-
diorum & urbanorum. In illis impeditur uſus ſervitutis
ab interpoſitis fundis. Sed non in his altius non tol-
4 lendi, ne proſpectui officiatur. Et notetur hic iter in
ædibus ad urbanas ſervitutes referri. Sed ſervitus iti-
neris urbani reconvaleſcit, ſi etiam per medias ædes
poſtea iter adquiſiero. Nam per plurium prædia ſervi-
tus diverſis temporibus conſtitui poteſt, quod hac ſpe-
5 cie facti declaratur: Habeo tria prædia continua, ex-
tremum autem ab una parte fundum alienum, an po-
teſt fundo vendito adquiri, & retentis autem fundis
imponi ſervitus? Quod aff. Sed & retentis fundis po-
teſt adquiri ſervitus, & imponi vendito. Sed poteſtne
ſervitus fundo meo ab altera parte extremo adquiri, &
vendito extremo alteri imponi? Affirm. quia non
obſtat medius fundus, quia meus eſt. Quod ſi tamen
aut fundum medium vel eum, cui adquiſita eſt ſervi-
tus, alienavero? Interpellatur uſus ſervitutis, vel inter-
rumpitur ac impeditur, donec mihi cedatur ſervitus
in fundo impediente.

## ad L. Si cum duas. 8.

*SUMMARIUM.*

*Duas ædes ſimul tradens alteri domui ſervitutem acquirere, alteri imponere nequit.*

SI quis binas ædes habeat, & utraſque ſimul tradat duobus nec ullas retineat, an in tradendo poteſt alteri domui adquirere, alteri imponere ſervitutem? Quod negatur, nam ita alii adquireret, ſecus autem ſtante traditionem eam legem dixerit, unde ſequitur me poſſe ædibus ſervitutem imponere, vel adquirere, etiam ſi ſtatim eas traditurus ſim, & dominium earum ſtatim à me receſſurum ſit. *Cujac. ad l. 6. h. tit. tomo ſecundo.*

## ad L. Si ei. 9.

*SUMMARIA.*

*Servitus amiſſa quomodo reſtitui poſſit. num. 1.*
*Exemplum remiſſive. 2.*

1 IS, cui prædium meo prædio ſerviit, me hæredem
inſtituit, ego adii hæreditatem & ſic confuſa eſt
ſervitus. Sed poſtea hæreditatem tibi vendidi, an reſti-
tuitur mihi ſervitus? Quod affirmatur, quia dum
vendidi hæreditatem, hoc egi, ut omnia, quæ hæredi
competunt, in te tranſeant, *hic & l. 2. §. pen. ff. de hæred.
2 vend.* Et ſic habemus hic caſum, in quo ſervitus ipſo
jure amiſſa reſtituitur: Alia exempla ſunt *in l. 18. de Ser-
vit. in l. 14. quemadm. ſervit. amit. l. unus. 34. §. ult. in. lege
ſeq. ff. tit. præd. quos caſus recenſet ad hanc l. Cujac.*

## ad L. Refectionis. 11.

*SUMMARIA.*

*Servitutem qui debet, pati tenetur, ut alter refectionis cauſa accedat. nu. 1.*
*Domino etiam conceſſa ſunt, quæ ad commodiorem uſum ſervitutis faciunt. 2. & 3*
*An meliorem ſervitutem facere poſſit? 4.*
*Cujusnam ſumtibus refectio facienda? 5.*

1 QUi debet ſervitutem alteri, ille debet etiam pati
ut alter refectionis gratia accedat, & ſubſtituat,
minore tamen, quoad id fieri poteſt, ſervientis
detrimento. *L. 10. ſupr. de Serv. ib. & ad L. 11,
ff. Commun. præd. Dn. Franzk. ad tit. Com. Præd. num. 41.*
2 *D. Mev. p. 3. dec. 35.* Ut & ea, quæ ad commodiorem
uſum faciunt, conceſſa videantur Domino prædii do-
minantis. *Donell. lib. 11. cap. 14 poſt lit. B. Petrus Gregor.
lib 4. Synt. cap. 14. num. 8. Cæpolla de S. U. Pr. cap. 23. nu. 9.*
3 modo non ultra, quam neceſſe eſt, itineris cauſa demo-
4 liar. *Franzk. ad h. t. numer. 44.* Meliorem autem uſum
ſervitutis facere non poſſum, nec alter permittere te-
netur, niſi id ſine novo incommodo vel onere ſervien-
tis fundi fieri poſſit. *lib. 15. de S. R. Pr.* idque potius ex
Lege charitatis, quam jure ſervitutis. *Dn. Mevius d. l.*
5 Refectio autem facienda ab eo, ejuſque ſumtibus, cui
debetur ſervitus, excepta ſervitute oneris ferendi, per
*l. 6. 2. ff. ſi ſerv. vindic. & l. 33. de Serv. U. Pr. Cæpolla de S.
Urb. Pr. cap. 59. numer. 25.*

## ad L. Cum Fundus. 12.

*SUMMARIUM.*

*Servitus realis ſequitur fundum.*

PErſpicua *hæc lex* eſt, quod ſervitutes reales ſemper fundum ſequantur nec mutatione dominorum extinguantur. Et idem ſi ſervitutes ſint diverſi generis; nam prædium ruſticum poteſt ſervire urbano, & viciſſim urbanum ruſtico, & ſemper ſequitur ſervitus prædium, cui adquiſitum eſt, vel cui eſt impoſitum.

## ad L. Venditor. 13.

*SUMMARIA.*

*In mari & aqua publica non poteſt conſtitui ſervitus, bene tamen jure obligationis valet, de quo paciſcuntur. num. 1.*
*An in alieno fundo lapides quærere licitum ſit? 2.*
*Poteſt ob utilitatem publicam quis compelli ad vendendum, reſtituto tamen ipſi pretio. 3. & 4.*
*Fundus ſerviens ſi neque ſuo neque prædii dominantis Domino ſatis fructuum præbeat, uter præferatur? 5.*

1 MAri, quod natura omnibus patet, ſervitus im-
poni nequit; ſi tamen accola maris ſe ſuoſque
obliget, ut non niſi in aliqua parte maris liceat piſcari,
contractui ſtandum eſt, *per h. L.* idem in alia aqua pu-
blica jure obligationis conſiſtit, quod jure ſervitutis
non conſiſtit. *Caſtrenſis & Cæpolla de S. V. Pr. c. 26. nu. 1.
Dn. Manz. tit. 1. nu. 217.*

2 *Ad §. 1.* Non licet quærere lapides in alieno fundo,
invito Domino: quod intelligunt Dd. ſi lapides paſ-
ſim reperiantur, aliud vero ſi rarius: ubi propter
utilitatem publicam etiam in alieno inquirere licet,
3 *per l. Cunctis, C. de metallariis.* Et poteſt quis compelli ad
vendendam,

vendendam, vel conſtituendam ſervitutem ob utilitatem publicam. *Cæpoll. de S.R.P. c.22.nu.4.Petr.Barb. ad l.Divortio.8 § ſi vir num. 26. ff. ſolut. matr. Afflict. ad Conſt. Neapol. in prælud. qu. 3. num. 11 Riminaldus vol 1. conſ. 45.num.70.Peregrinus de Jur Fiſci lib.4.cap.2.nu.13.* Colligit etiam *Cagnolus ex h. §. in proœm. ff. numer. 39.*
4 civitatem non poſſe auferre rem meam ſine juſta cauſa, & non reſtituto pretio; & contrariam conſuetudinem eſſe diabolicam. *Affl. d. l. num. 12. Jaſon. in l. Barbarius Philipp. de Offi. Prætor. num.* 44. Et quia *in fine hujus §.*
5 dicitur, uſum neceſſarii lapidis non intercludendum, neque commoditatem rei Domino adimendam, ideo colligunt ex eo Doctores, quando fundus ſerviens ita deminutus ut Domino fundi ſervientis & Domino fundi dominantis ſatis fructuum præbere non poſſit, quod hac neceſſitate imminente ſit præferendus Dominus. *Matth. de Affl. deciſ.* 29. *Covar. lib. 1. var. reſol. c. 17. num. 11. §. his vero quæ de jure paſcendi.* ubi hunc textum optimum vocat. *Ant. Gabr. lib.5.cent. concluſ.lib. 5.tit. de Preſcr. concl. 1. n. 111. & ſeq. Beſoldus conſ.239.n.20,* Conf. *l.6.C.de Servit. ibique* Aut. *nu.7. & ſeqq.*

## ad L. Iter. 14.

### *SUMMARIUM.*

*Quomodo iter in urbanis conſtitui poſſit?*

ITer etiam in urbanis præſtari poteſt, v. g. ut per tuas ædes mihi ire liceat. Sed eo & ſimilibus caſibus lex certa dici poteſt, ut quis eat, non noctu, ſed interdiu. Item ut certo anni tempore prohibeatur Actus per fundum &c.

## ad L. Qui per certum. 15.

### *SUMMARIUM.*

*Dominus pluribus per eundem locum ſervitutem conſtituere poteſt.*

NOn poteſt prohiberi Dominus, quo minus per eundem locum pluribus conſtituat ſervitutem, modo id ſine ejus, qui primo acquiſivit, præjudicio fiat. *L. Lucio. 4. ff. de Aqua quot. & æſt.*

## ad L. Poteſt. 16.

### *SUMMARIUM.*

*Servitus etiam Teſtamento conſtitui poteſt.*

SErvitus ruſtici prædii vel urbani poteſt etiam Teſtamento conſtitui, v. g. ne hæres in gratiam mearum ædium non altius tollat, vel ne luminibus meis officiat, vel ut iter mihi ex fundo meo per fundum hæreditarium concedat, &c.

## ad L. Si precario. penult.

### *SUMMARIA.*

*Materiam, quam vicinus precario in meo fundo duxit, propria autoritate deſtruere poſſum. nu. 1.*
*Ob materiam precario exſtructam libertas non uſucapitur. 2.*
*Sed interdicto de precario agi poteſt. 3.*

1 DUæ ſunt factorum ſpecies. Prima hæc. Tu mihi debes iter, ego tibi non abſolutè nec perfectæ donationis gratia, ſed precario concedo, ut materiam duceres in meo fundo, poſſumne agere, ut tu materiam deſtruas, quia eſt precarium? Reſp. non opus eſſe interdicto de precario, ſed ego propria autoritate poſſum deſtruere, nam ſuperficies cedit ſolo, & *per l. quemadmodum. 29. ff. ad L. 2. num. 9. C. Ut nemo privat.* nec ſervitus per precarium remiſſa videtur. Altera quæ-
2 ſtio eſt, ſi tu mihi debeis iter, & ego tibi precario conceſſi, ut in tuo materiam exſtrueres, an hoc caſu tu uſucapias libertatem? Quod negatur, licet tanto tempore materiam obſtantem itineri in tuo fundo habueris, quo ſervitus alias amitti ſolet. Et interim de materia in tuo fundo exſtructa, per interdictum de
3 precario agere poſſum. Quando vero ea mente id permitto, ut donaretur i. e. remitteretur ſervitus, nec de precario, nec de ſervitute agetur.

## ad L. Ult.

### *SUMMARIUM.*

*Cum plures Domini ſervitutem conſtituunt, annon noviſſima conſtitutione confirmetur?*

SI plures Domini ſeparatim ſervitutem conſtituant, noviſſima conſtitutione ſervitus confirmatur, niſi mutatio ratione vitæ aut alienationis contigerit in perſona conſtituentis vel acquirentis, vel alterius ſocii. Conf. *Notata* Dni Autoris *ad l. 11. ff. de Servit. R. Pr.* & nota *in fine* regulam: quod actus defunctorum non ita ſuſpendantur, ut actus inter vivos, de qua *Bart. hic Marcus Mantua ſingul. 213. Gratus conſ 116. numer. 13. lib.1.* Videatur *Carolus Molinæus in Labyr. 16. legum*, ubi *nu. 92. & multis ſequentibus* prolixè *hanc legem* examinat, *pag. mihi 26. & ſeqq. conf. Donell. & ibi Hilliger. l. 11. cap. 9. lit. G. & H & Cuj. tit. 2. ad h. l.* qui ſatis prolixè etiam *hanc* explicat.

---

## TITULUS V.

## *Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.*

## Ad L. Actiones. 1.

### *SUMMARIUM.*

*Quomodo ſervitutes prædiales peti poſſint?*

SErvitutes prædiales peti poſſunt per eos, qui habent dominium prædii dominantis. Interdum tamen illa res non eſt in dominio noſtro, & tamen ſervitus itineris ad ſepulchrum vindicari poteſt. Sic via ad flumen publicum vindicari poteſt, licet ipſum flumen ſit publici juris.

## ad L. De Servitutibus. 2. & 3.

### *SUMMARIA.*

*Propter ſervitutes reales datur etiam Actio Confeſſoria & negatoria. nu. 1.*
*Quid probandum ſit in confeſſ.? 2.*
*Iter interdum petitur ut pars uſusfructus 4.*
*Hodie actiones hæ locum habent etiam in quaſi ſervitutibus, & aliis juribus. 6.*
*Qui volens cerevisiam coquere impeditur, agit negatoria. 7.*
*Qui ex privilegio ſolus cerevisiam coquit, agit confeſſoria 8.*
*Idem de decimis juriſdictione, &c. 9.*
*Iter ſervitus ſemper non eſt. 10.*
*Qua actione uſufructuarius uti poſſit? 11.*

1 PRopter ſervitutes reales ad exemplum perſonalium datur actio Confeſſoria & Negatoria: Illa datur Domino prædii dominantis *Don. lib. 11. capit. 15.* Et
2 quidem dominium probandum eſt, quando Confeſſoria Actione agitur contra Dominum prædii ſervientis; ſed contra tertium me impedientem v. g. Colonum vel alium, ſufficere videtur poſſeſſio. *Weſ. ad l. 1. C. de Ser-*
3 *vit. num. 22.* Et ideo libellus & ſententia debet formari ratione prædii, non perſonæ. *Cæpol. de S.U.Pr. capit. 2. in pr.* Et datur contra Dominum prædii *L. 6. §. 3. h. tit.*
4 Interdum iter petitur non ut ſervitus realis, ſed ut

pari uſusfructus. §. 2. *h. L. Harpr. in pr. Inſt. de Serv. num.*44. De natura hujus actionis Confeſſoriæ. *Vid. Oldendorp. Claſſ.3. act 4. & VVeſenb. in ff. h. t.* Sanè hodie in foro hæ actiones non tantum in veris ſervitutibus, & quaſi ſervitutibus, ut in ſervitute ſcaminis, ſed etiam in omnibus aliis juribus adhibentur. Sic ſi vellem in meis ædibus cereviſiam coquere, & alii me vellent impedire, quaſi mihi jus coquendi non competat, hoc caſu, quia me in libertate fundo, actione negatoria utor, qua dico, tibi non competere jus prohiben-
8 di me, &c. ita ſi habeam privilegium, ut ego ſolus cereviſiam coquam in uſum totius civitatis, ſi alius id juris uſurpet, habeo actionem Confeſſoriam qua aſſero jus prohibendi. Sic ratione juris decimarum, juriſdictionis, patronatus, cenſuum, &c. dantur hæ actio-
9 nes. *Dn. Struv. ad h. t. th.*51. *Dn. Manz. ad h. t. num.* 33. *& ſeq. Oldendorp. Claſſ.3. Act.4. quaſt. 3. num.5. Bunſius ad L.2.h.t.*

10 *In* §. 2. *legis ſecundæ* quæritur, an iter ſemper ſit ſervitus, Quod negatur, nam quando uſusfructus mihi legatus eſt, & non poſſum niſi per fundum hæreditarium pervenire ad fundum, cujus uſumfructum habeo, hic mihi debet iter conſtitui per conſequentiam, non ut ſervitus, ſed ut requiſitum uſusfructus. Sed ſi fundo, cujus uſumfructum habeo, jam antea adquiſita ſit ſervitus, tunc illa ſervitus ſequitur fundum, & ita etiam uſufructuarium.

11 *In* §. 3. quæritur, an fructuarius actione confeſſoria uti poſſit? Et reſpondetur, eum non poſſe uti confeſſoria itineris, ſeu alterius ſervitutis, ſed uſumfructum poteſt petere contra impedientem & poteſt uti Interdicto de itinere actuque privato, quia hoc de jure non agit, ſed de facto, an uſus ſit non minus 30. diebus. Et hoc interdictum datur hæredi & emtori, & datur etiam emtori partis per *l.3.h.t.*

## ad L. Loci. 4.

### *SUMMARIA.*

*Servitus infert jus in eum locum, per quem conceſſa eſt. num.*1.
*Iter vel actum habens alterutrum confeſſoria petet.*2.
*Fructuum in Confeſſoria etiam habenda eſt ratio.*3.
*Socius de ſervitute communis prædii agit in ſolidum.*4.
*Damna verò reſtituenda ſunt actori tantum, non omnibus ſociis.*5.
*Quid ſi ſocius actor ſuccumbat?* 6.
*Cur ſocius de re communi agere, non verè ſervitutem acquirere valeat?* 7.
*Quomodo intereſſe æſtimandum?* 8.
*Quando Confeſſoria detur?* 9.
*Idem in aqua hauſtu locum habet?* 10.
*Negatoria tenetur, qui ſervitutem uſurpat.*11.
*Quid ſi actor alii, quam reo, ſervitutem debet, an propterea repellatur?* 12. & 13.
*Quando exceptio juris Tertii in hac actione repellet actorem?* 15. & 16.
*Quid de exceptione habendum; ſolvam, ſi judex debitor meus mihi ſolvet?* 18.
*An Princeps poſſit condemnare eum, qui pro ſe fidejuſſit? num.*19.
*Caſus, quibus exceptio de jure Tertii agentem excludit?* 20.21. & 22.
*Servitus altius non tollendi etiam in remotioribus ædibus conſtitui poteſt.*23.

1 LOcus eſt pars fundi, per quam ſervitus conſtituta eſt. Ergo cui debetur ſervitus, jus habet in loco, per quem ſervitus conceſſa eſt, hocque *in princ. legis quartæ* dicitur.

2 *Sed in* §.1. dicitur, eum, qui iter vel actum habet, alterutrum confeſſoria actione peti debere. Nam qui actu ſolum habet actum, ſolum vindicabit, licet ſine itinere Actus exerceri non poſſit.

3 *In* §. 3. quæritur, an fructuum etiam in confeſſoria habenda ſit ratio? Quod affirmatur, ſed per fructus intelligenda utilitas, quam habuiſſet ille qui confeſſoria utitur, ſi non fuiſſet impeditus, vel in Negatoria utilitas, quam habuiſſet petitor, ſi adverſarius non fuiſſet uſus ſervitute aſſerta. Autor *ad L. 5. num.* 2 3 4.
4 *C. de Servitutib.* Si de ſervitute communis prædii unus ex ſociis agat, ille in ſolidum aget, & quia ſententia non perſonæ, ſed prædio datur, ideo ſententia prodeſt ſocio. *per* §.3. *hujus legis Donell. l.* 11. *cap.* 13. *in princ. Zæſ. ad h. t. num.*3. Sed intereſſe i. e. damnum im-
5 peditæ ſervitutis eſt dividuum, & ſic ratione intereſſe vel damni reus in id condemnabitur, quanti actoris non aliorum ſociorum intereſt, *per hunc* §.3. *Zæſ. d. l. Manz. num.*75. Autor *ad L.2. num.6. C. de Conſort. ejuſd.*
6 *lit.* Sed ſi ſuccumbat Actor, ſociis non præjudicat. *Manz.*
7 *d. l.* Sed opponitur *huic* §. quod Socius non poſſit acquirere ſocio ſervitutem, ergo neque obtinere per ſententiam. Reſp. aliud eſſe acquirere, aliud antea competentem defendere, & in judicio obtinere. *Cujac. hic tomo ſecundo.* Æſtimatio tamen ejus, quod intereſt,
8 ad ſolum intereſſe petentis referendum. Et ſi plures ſint Domini fundi ſervientis contra ſingulos in ſolidum agitur *per* §.4.*h.l.* Et datur confeſſoria actio non
9 tantum ſi alter ſervitutem neget. Sed & ſi refectionem itineris vel viæ prohibeat, vel arborem habeat, quæ mihi uſum viæ adimit, vel alias impedit, quamvis interdictum de itinere actuque privato etiam compe-
10 tat §. 5. *h. l.* Idem quod de itinere & Actu dictum, etiam in aquæ hauſtu locum habere dicitur *in* §.6. quod per ſe planum eſt.

11 *Ad* §. *pen.* Actio negatoris datur contra eum, qui ſervitutem uſurpat, licet alii ſervitutem debeat; nam
12 exceptio juris tertii hic non perimit jus agentis, ideò
13 non attenditur hic. Nec exceptio Servitutis alteri competentis infringit dominium, niſi excipiens dicat, ſe ſucceſſiſſe in jus tertii. *Petr. Barboſ. ad L. divortio.*
14 *num.* 55. *ff. ſol. matr.* & notetur hic exceptio, quoad Te liberas ædes habeo. Sed ſi exceptio juris tertii infrin-
15 gat jus agentis, tum de defectu juris agentis rectè opponitur, cum hoc ipſum propriè non ſit excipere. *Rota Genuenſis de cauſis Mercaturarum deciſ.*14.*nu.*55. *Franc. Vivius deciſ.*291. *num.*2. *Klock. vol.*1.*conſ.*19.*nu.*81.*& ſeq.*
16 Licet enim ex jure tertii non liceat excipere. *Vult. vol.* 3.*conſ. Marp.*35.*num.*242. Autor *ad L.*15.*num.*7.*C. de Non numer. pec.* exceptionem tamen habet hæc regula, ſi exceptio juris tertii excludat agentem. *Cacher. dec.* 4. *num.*1. *Zanger. de Except. p.*3.*cap.*20.*num.*235. *Pacianus de Probat. lib.*1.*cap.*7.*num.*60. *Tiraq. ad L. ſi unquam. verbo, revertatur. n.*356. *de Rev. donat. & quos Dn. Tabor. refert ad Barboſam l.*5.*cap.*23. *axiom.*15. Scil. ſi ſufficiat reo
17 jus agentis peremiſſe, ut in Rei Vind. *Hill. in Donell. l.*20.*c.*7.*lit. D. Conſ. Klock. vol.*2.*conſ.*29.*n.*59.*& Dn. Mev. p.*4.*dec.*284. Autor *ad L.*27.*n.*5.*C. de R. V.* Alias ſi excep-
18 tio juris tertii eſt invalida, v. g. Solvere volo, ſi alii mihi ſolvant; item ſi pars victa, cui judex ipſe debet, ſolutionem retardet; ob id debitum hæc fruſtra opponetur: Nam licet Magiſtratus injuſtè faciat, ſuum debitum non ſolvendo, injuſtè tamen non facit, credi-
19 tori cum effectu jus dicendo. Alius reſpectus perſonæ, qua debet & qua jus dicit. Sic juſtè Princeps condemnavit eum, qui pro ſe fidejuſſit, injuſtè verò eum non liberavit. Hæc *Dn. Mevius p.*5. *dec.* 209. Alia ſuperioris
20 regulæ exceptio eſt, ſi quis in jus tertii ſuccedat, de
21 qua *Barboſ. d. l.* item ſi fidejuſſoriè obligatus eſt pro ter-
22 tio. *L. Exceptio. ff. de Exceptionib.* Item ſi jure diſponente remedium alicui tertio competat, ut *in l.*10.§.*fin. de bon. poſſ. contra tabb. Peck. ad c. fruſtra.*75. *de R. J. in* 6.*n.*8.

23 *In* §. *ult. legis quartæ* notatur, quod ſervitus altius non tollendi, non tantum in proximis ſed etiam ulterioribus & remotioribus ædibus conſtitui poſſit, quo caſu domus intermedia depreſſa non impedit ſervitutem. Sed ſi media domus elevetur, interpellatur ſervitus, donec media domus elevata ſteterit.

ad

## ad L. Et ideò. 5.

*SUMMARIUM.*

*Idem, quod in §.ult.l.4.dictum, hic traditur.*

IDem *quod iam dictum, in hac lege*, traditur, ſcilicet ulterioribus ædibus poſſe imponi ſervitutem altius non tollendi, vel ſervitutem proſpectus, licet tuæ mediæ ſint liberæ, quamdiu enim tu non extollis, utilis mihi iſta ſervitus, ſed ſi tu extollas, interpellatur ſervitus.

## ad L. Etſi fortè. 5.

*SUMMARIA.*

*An remotiores ædes mihi ſervitutem debentes altius trahentem prohibere poſſim? n.1.& ſeq.*
*Quis poſſideat in his ſervitutibus? 4.ſeq.*
*Quomodo ex ſervitute oneris ferendi agere poſſim? num.7.& ſeq.*
*Servitus hæc realis eſt. 9.*
*Contra quem detur? 11.*
*Actio Confeſſoria datur contra plures Dominos in ſolidum? 12.*
*Exceptio eſt in ſervitute oneris ferendi. 14.*
*Idem in actione pro cenſu, juriſdictione.15.*
*Quomodo refectio parietis in hac ſervitute fieri debeat, remiſſivè? 16.*
*Dominus fundi ſervientis parietem onus ferentem meliorem facere poteſt.17.*

1 SEd quid ſi tu medias tuas ædes altius extuleris, & is, qui ulteriores ædes, mihi hanc ſervitutem altius non tollendi debentes, jam altius etiam extrahat, an eum impedire poſſum per actionem confeſſoriam? Affirmandum id videtur, quia per elevationem ædium mediarum non amittitur ipſo jure ſervitus ulterioribus
2 ædibus impoſita; Sed negatur, quia hoc tempore mea non intereſt, cum ſervitute mihi debita uti non poſſim.
3 Sed ſi intra decennium depreſſæ fuerint ædes mediæ, ſervitus vindicari poteſt.
4 *In* §. 1. explicatur, quis poſſideat in his ſervitutibus. Nam is, qui ſervitute utitur v. gr. qui tigna immiſſa habet, ille poſſidet jus immittendi. Contra ſervitutem poſſidet is, qui contra ſervitutem aliquid
5 factum habet *l.8. §. 3. h. t.* Si tibi igitur debeam ſervitutem altius non tollendi, donec ego ædificaverim, tu es poſſeſſor ſervitutis, & ſi ædificare velim, tu agis contra me actione confeſſoria. Et ſi contra prohibitionem ædificem, datur contra me interdictum
6 quod vi aut clam. Poſſum etiam lapilli jactu ſeu per nunciationem novi operis impediri? Sed ſi homo nihil faciat, ſed patiatur me ædificare, fio poſſeſſor libertatis. Autor *ad L.1 num.7.C.de Servitutib.*
7 *In* §. 2. agitur de ſervitute oneris ferendi. Ex qua ſervitute ago non tantum, ut vicinus onera ferat, ſed hoc amplius, ut vicinus parietem reficiat vel columnam, cui onus incumbit. Namque hoc ſpeciale eſt
8 in ſervitute oneris ferendi, ut licet aliàs Dominus fundi ſervientis teneatur aliquid pati, non facere, hic tamen & facere ſeu reficere tenetur is, qui ſervitutem
9 debet. Et ſervitus hæc eſt realis, non perſonalis, nam ſi quis velit evitare actionem confeſſoriam & parietem vel columnam cedere, poteſt hoc facere, quod eſt judicium actionum realium. Et datur hæc actio
10 Domino fundi dominantis & contrà Dominum ædium
11 ſervientium. Sed ſervitus oneris ferendi contra alium impedientem non datur, ut aliæ actiones confeſſoriæ, ratio, quia refectio non niſi ad Dominum ſpectat *l.25. paragraph.ult.ff. de Servit.* Nam ſicut actio Con-
12 feſſoria unicuique Dominorum in ſolidum datur, licet in condemnatione ad intereſſe ſpeciale eorum
13 intereſſe conſideretur. *L. 4. §.3. h. t.* Ita contra plures Dominos ſingulos hæc actio datur in ſolidum, quia res
14 hæc diviſionem non recipit. *d.l.4. §. 4.* Sed hic *in l. 6. §. 4.* exceptio habetur in ſervitute oneris ferendi, quia hic eſt obligatio facti, in qua pecunia præſtanda eſt, quæ eſt dividua. *Donell. libro undecimo. capit. decimo quinto. in fin. Conf. Dn. Manz. ad h. t. numero*
15 *ſexageſimo nono.* Atque idem in actione Confeſſoria pro cenſu, pro juriſdictione. Nam hæc jura dividi non poſſunt, ideoque quilibet, qui hoc de jure agere volet, de ſua tantum parte aget. *VVeſenb. ad l.1. C. de Servit.n.13.* Et Confeſſoria directa pro ſervitute competens dividitur, quando ad intereſſe agitur *L.4. §.3. h. t.*
16 Refectio autem parietis fieri in ſervitute oneris ferendi debet eo modo, de quo in conſtituente ſervitute actum *§.5. hujus l.6.* Et veniunt in hanc actionem etiam fructus, i. e. intereſſe ſeu commodum, quod percipere potuiſſet Dominus fundi dominantis, ſi vicinus onera ſuſtinuiſſet *§.6.h.l.*
17 *In §. ult.* quæritur, an Dominus fundi ſervientis poſſit parietem vel columnam, quæ onus fert, meliorem facere vel deteriorem? Ratio dictitat, affirmandum eſſe prius, negandum poſterius. Et ſi de facto deteriorem faciat Dominus fundi ſervientis, dicitur vel hæc actio confeſſoria vel nunciatio novi operis.

## Ad L. Harum actionum. 7.

*SUMMARIA.*

*Concluſio in actione Confeſſ. & Neg. quomodo formanda? num.1.*
*Particula* Aut *quando hic capiatur? 2.& 3.*
*Declaratur exemplo ſervitutis oneris ferendi.4.*

1 COncluditur in hac actione ita, ut ſervitus noſtra declaretur, *per h. l.* aut res præſtetur; aut cau-
2 tio: ubi particulam *Aut*, pro copulativa poſitam putant *Treutl. d.diſp.17. th.15. lit. A. Donell. lib.11. cap.15.* Sed poteſt dici, hæc interdum eſſe disjuncta. Nam in
3 ſervitute itineris & ſimilibus, non opus eſt præſtatione, ſed tantum cautione. In ſervitute tigni immittendi tantum præſtatione ſeu receptione opus eſt. *Bachov. in Treutl.d.l.& in notis ad VVeſenb.n.4.quem laudat Manz.*
4 *ad h.t. num.60.* Et declaratur hoc exemplo ſervitutis oneris ferendi. Nam res præſtatur in hac ſervitute, ſi jubeatur Dominus ſervientis prædii emendare vitium parietis. Cautio in futurum præſtatur & ſi nec rem nec cautionem præſtabit, jurare contra eum poteſt in litem, & ſic actiones hæ ſcil. confeſſoria & negatoria ſunt actiones arbitrariæ.

## ad L. Sicut autem 8.

*SUMMARIA.*

*Quis columnam reficiendam fulcire debeat? n.1.*
*An ſervitutem tigni habens ſuper tignum conclave facere poſſit? 2.*
*Quod mihi ſervit, meum dici poteſt 3.*
*In poſſeſſione eſt, qui tigna immiſſa habet.4.*
*An unus actus juriſdictionalis ad poſſeſſionem acquirendam ſufficiat? 6.*
*De forma condemnationis in actione confeſſoria.7.*
*Sententia lata in actione reali novum jus non tribuit.8.*
*Negatoria tenetur, qui vel fumum emittere, vel aquam demittere vult habitanti gravem.9.& 10.*
*Ignis ſolitus haberi poteſt, licet aliis incommodet.11.*
*An fumum gravem facere liceat? 12.*
*Jure proprio in ſuo quid facere quilibet poteſt.13.*
*An in balneis cuniculum pro vapore emittendo habere liceat? 14.*

1 DIctum antea, eum, qui debet ſervitutem oneris ferendi, debere reficere columnam vel parietem cui meum onus incumbit. Sed quia facile ædes meæ incumbentes poſſent corruere, ſi paries ſuſtinens eas

reficiatur, quis interim meas ædes fulciet? Forte tu, qui ſervitutem debes. Sed negatur; verum ego ædes meas interea fulcire teneor, ne nimis gravetur is, qui ſervitutem oneris ferendi debet.

2 *In* §. 1. agitur de ſervitute tigna immittandi & quæritur, an, qui habet ſervitutem tigni immittendi, poſſit ſuper tigna immiſſa ambulatorium vel conclave aliud facere? Quod affirmatur, nam ita non gravatur Dominus ædium ſervientium, dum meia ſumtibus hæc ſuperſtruo. Nam ut *in* §. 1. *legis octavæ* habetur, utraque quidem ſervitus ſcil. oneris ferendi & tigni immittendi continet onus portandi quid alienum. Sed hoc eſt
3 diſcrimen, quod in ſervitute oneris ferendi inferior debeat aliquid agere ſcilicet reficere, ſed in poſteriori tantum tenetur pati. *In* §. 2. notetur, aliquid dici poſſe meum, quod mihi ſervit *l. 1. pr. ff. quod cum eo &c.* Is eſt in poſſeſſione, qui tigna immiſſa habet. Unde col-
4 ligit *Bartol.* ex uno Actu ſequi poſſeſſionem, quem ſequuntur Dd. communiter. *Menoch. conſ.* 948. *num.* 30. *Borcholt. conſ. 9. quæſt.* 1. *Berlich. dec.* 55. *numer.* 2. Alia exempla *in libro* 43. habebimus. Illud hic mirandum non eſt, cum habitu tigni in alieno quaſi continuus
6 ſit onus actus. Sic etiam unus actus juriſdictionalis ad poſſeſſionem vel quaſi adquiſitionem ſufficit, & ex eo vel tota juriſdictio habita aut poſſeſſa intelligitur, ſi non repetitur alius, in univerſali poſſeſſione juriſdictionis in eodem loco. *Gail. de Pignorat. c. ult. num.* 4. *Dn. Mev. p. 4. dec.* 291.

7 *In* §. 4. *Legis octavæ* quæritur de forma condemnationis in actione confeſſoria. Nam non debet cedi. Nam ſi competit jam antea ſervitus, non poteſt cedi, ſed debet ſervitus, quæ mihi competit, declarari. Si autem uſucapta ſit ſervitus poſt litem conteſtatam, (nam jure civili non interrumpebatur litis conteſtatione uſucapio) debet reſtitui ſervitus, ſicut in uſuca-
8 pione rerum immobilium ſ. domino ædium. Colligunt Dd. *ex hoc* §. 4. ſententiam latam in reali actione novum jus non tribuere, ſed vetus declarare, nec novi quid per ſententiam induci, ſed quod eſt, demonſtrari. Ut pluribus allegatis Dd. tradit. *Hilliger. in Donell. l. 20. cap. 6. lit. D.*

9 *Ad* §. *Ariſto & ſeq.* Si quis fumum in ſuperiorem partem ædium velit emittere jure ſervitutis, cum eo agetur Actione Negatoria. Sicut & ſuperior aquam
10 demittere non poteſt, quæ ſit inferiori gravis: in ſuo enim cuique facere licet, quatenus nihil in alienum immittat, per *hanc L.* De Caſeariis ædibus, & more infumandi caſeos, *vid. Manz. ad t. de S. U. Pr. nu.* 270.
11 *& ſeq.* poterit tamen aliquis ſolitum ignem habere, licet aliis incommodet. *Vid. Cæpolla de S. U. Pr. cap.* 53. De Camino alte ſubducendo, ne noceat, *vid. Chriſtin. in ſtatutis Mechlin. tit. 14. art.* 43. Quæritur porro *in d.* §.
12 *Ariſto & ſeq.* an ita liceat agere, jus mihi eſſe in meo lavare, vel jus tibi non eſſe in tuo lavare vel ſedere, vel jus non eſſe fumum non gravem facere? Et reſpondetur, talia jura non conſtitui, & ita de his agi non poſſe Jure proprio in ſuo quid facere quilibet poteſt,
13 nec alterius intereſt; & ideo non datur actio alteri, ſive in proprio me lavem vel non lavem. Sine intereſſe autem nemo aget. *l. 1. C. ſine cenſu & reliquis. Vaſq. l. 2. ill. contr. cap.* 85. *num.* 1. Demum in §. *fin.* quæritur, an ita
14 poſſit ſervitus conſtitui, jus tibi non eſſe in balneis cuniculum habere, per quem vapor meas ædes intret? hic & *l. 3. §. 6. ff. de Rivis.* Cum Actione autem confeſſoria concurrere interdictum uti poſſidetis notetur *ex* §. *Ariſto.* 5. *hujus legis.*

## ad L. Si eo loco. 9.

*SUMMARIA.*

*Contra ædificantem in loco itineris datur Confeſſoria. n.* 1.
*Quid diſcriminis ſit, ſi ob ſervitutem realem & ſi ob perſonalem agatur Confeſſoria?* 2.
*Quæ Confeſſoriæ ſit natura in Realibus ſervitutibus? n.* 3.

1 DEbes mihi iter, & ædificas in loco itineris, poſſum experiri actione confeſſoria tibi non eſſe jus ædificandi, idem in ſervitute perſonali ſeu uſufru-
2 ctu. Sed in hoc datur diſcrimen, quod ob ſervitutem realem agens impetret reſtitutionem ejus, quod contra ſervitutem exſtructum eſt, ſed ſi contra uſumfructum quid ædificaverit alter, quia facies rei mutata, amiſſus eſt uſusfructus, & agi poteſt non confeſſoria ad de-
3 ſtruendum, ſed actione de dolo. Collige, naturam confeſſoriæ in realibus ſervitutibus hanc eſſe, ut per eam deſtruatur, quicquid eſt factum contra debitam ſervitutem.

*In* §. 1. dicitur, ſervitutem per uſum partis retineri, *hic & l. una eſt via. 18. de Serv. ruſt. præd. de quo Donell. l. 11. cap. 17. lit. B. & ibi Hill.*

## ad L. Si quis diuturno. 10.

*SUMMARIA.*

*Longo tempore acquiritur ſervitus ſine titulo ſciente Domino nu.* 1. 2 & 3.
*Quando poſſeſſor criminalis juriſdictionis titulo opus non habeat?* 4.
*An idem in Regalibus?* 5.
*Quænam requirantur ad præſcriptionem ſervitutis?* 6. 10. 12. & 13.
*Ad quaſi poſſeſſionem Serv. Affirmativarum quot actus ſufficiant?* 7. & 8.
*In ſerv. Negativis poſſeſſio acquiritur per prohibitionem & patientiam.* 9.
*B. f. an præſumenda præciſe ex titulo?* 11.
*Si fundum ſervientem poſſidet non Dominus, an tum neceſſarius titulus?* 13. *ſeqq.*

1 PEr longum tempus utendo ſervitute aliqua, eandem acquirimus etiam ſine titulo, à Domino patiente. Ratio eſt, qui titulum habet à Domino, præſcriptione non eget. Idque etiam probatur *per hanc L.*
2 *& L. 16. h. tit. & L. fin. ff. de Aqua pluv. Gomez. tit. 2. reſol. cap. 15. numer.* 15. & quos laudat *Dn. Manzius tit. 1. num. 130. & ſeq. Dn. Franzk. ad tit. Comm. Præd. numer.* 11.
3 Autor *ad L. 2. num. 16. & ſeqq. C. h. t.* Sufficit enim, ſi nec clam, nec precario, nec vi uſus ſit, per decem vel 20. annos. *Longovallius in rep. legis, Imperium. 3. ff. de juriſd. num. 241. & ſeqq. tomo. 1. repet. juris* ſciente tamen Domino *Cævallus qu.* 47. *Menoch. rem. 5. Retin. poſſ. nu.* 45. *Bachovius d. diſp. 17. th.* 9. Autor *ad L. 14. numer. 10. C. de R. V.* Sic poſſeſſor criminalis juriſdictionis defendi-
4 tur, etſi titulo careat, ſi ex moribus ſit poſſeſſio, i. e. ſi ex moribus adquiratur mecum imperium, ut fieri hodie ſolet, v. gr. Si quis emat pagum, cui adhæret juriſdictio criminalis, & ſimul cum fundo venditur & emitur. *Dn. Mevius p. 4. dec.* 292. Aliud vero in rega-
5 libus, quo etiam Venatio refertur, de quo alibi. Re-
6 quiritur ergo ad Præſcriptionem (1) quaſi poſſeſſio
7 ſervitutis, idque diverſimode: nam in ſervitutibus affirmativis, quæ effectum poſt ſe relinquunt, tigni immittendi, aquæ ducendæ, unicus actus ſufficit, in
8 itinere vero vel ſimilibus per uſum 30. dierum quaſi poſſeſſio inducitur *arg. lib. 1. §. 2. ff. de itinere actuque privato.* In ſervitutibus negativis per prohibitionem
9 unius & patitionem alterius inducitur poſſeſſio. Ut hæc bene explicat *Dn. Manz. ad tit. 1. num. 107. & ſeqq.*
10 (2) neceſſe eſt, ut bona fide uſus fuerit ſervitute, credens eam ſibi competere. *arg. L. fin. ff. tit. ſeq.* & hanc præſumi, ſi titulus adſit, non præſumi, ſi abſit titulus,
11 tradit *Dn. Manz. d. L. num.* 115. Sed neutrum univerſale puto. Quod enim, ſi mihi ſcienti conſtituatur ſervitus à non Domino? quid ſi uſus ſim ſine titulo, ſed non ſine cauſa probabili? Pone, me reperiſſe ſemitam ab
12 aliis tritam &c. (3) Ut uſus ſit ſervitute tanquam ſervitute, non precario. *d. l. fin. tit. ſeq.* (4) Communiter Doctores requirunt, ſi Dominus non poſſideat fundum
13 ſervientem, ſed non Dominus, quod ſit neceſſarius titulus.

*Vid. Manzius. d. l. nu.* 57. Sed non abs re id in dubium
14 vocat *Franzk. d. t. Comm. Præd. num.* 18. *& ſeq.* Nam ſi
ſervitus per expreſſum bonæ fidei poſſeſſoris conſen-
ſum conſtituitur, cor non poſſit etiam conſtitui per
15 tacitum conſenſum ejus, qui b. f. poſſidet fundum
ſervientem? Nec Lex hæc ad caſum, ubi contra Domi-
num præſcriptio inchoata, commode reſtringi poteſt.
Deinde probatur à *Franzk.* per *L. 2. C. de Serv.* aliaſque
leges, quæ ſententia mihi verior & ſimplicior videtur.
*Conf. Vaſq. p. 1. contr. l. 2. cap. 65. nu. 7. & cap. 87. nu. 6.* ubi
habet nonnulla, quæ pro ſeotentia *Franzkii* faciunt.

## ad L. An unus. 11.

### SUMMARIUM.

*Socius ſocium, ne in fundo communi ædificet, an prohibere poſſit?*

SI fundus ſit plurium Dominorum, unus ex ſociis non poteſt agere, jus ſibi eſſe in loco eo ædificandi invito ſocio, nec alter ſocius ita agere poteſt ſibi eſſe jus prohibendi, quamvis facilius ſit, dare jus prohibendi, quam faciendi. Sed hæc de confeſſoria actione intelligenda. Nam per actionem Communi dividundo procul dubio ſocius prohiberi poteſt, item per interdictum uti poſſidetis *l. ſi ædes. 12. ff. communi divid.*

## ad L. Egi jus. 12.

### SUMMARIUM.

*In Negatoria, à Reo cautio exigenda eſt.*

IN negatoria actione officio judicis incumbit, cautionem ad inſtantiam partis à reo exigere, ut caveat, ſe in futurum quoque ſervitute prætenſa non uſurum.

## ad L. Fiſtulas. 13.

### SUMMARIUM.

*Quid ſi fiſtulæ ruptæ vicini parietem inundent?*

HAbeo fiſtulas in publico, quibus aquam duco per ſpecum, fiſtulis ruptis inundatur paries tuus, ideoque potes agere mecum, mihi non eſſe jus ita flumen ferri, i. e. ut aqua veluti *flumen defluat cum impetu & cum damno tuo.*

## ad L. Si cum. 14.

### SUMMARIA.

*Qui tigna in meo prædio habuit, iis corruptis, prohiberi poteſt alia immittere. nu.* 1.
*Vera ſententia legis quænam:* 2.
*An igitur talis conceſſio ſervitus ſit?* 3.
*Quid ſi opere facto paries communis in alterius ædes incumbat?* 4.

CUm paſſus eſſem, ut tigna haberes in meo præ-
1 dio, corruptis his tignis, alia tigna immittere
jure prohiberis. Qui textus mirabilis habetur, ideoque
varias habet explicationes, quas proponit *Dn. Manzius*
2 *ad tit. de Servit. Urb. Pr. num.* 18. *& ſeqq.* Sed puto hunc
eſſe ſenſum: immiſiſti clam tigna in meas ædes, cum
hoc reſciviſſem, volo ut eximas, tandem rogatu tuo
conſentio, ut hæc tigna immiſſa habeas, an hoc de
futuris tignis intelligendum? Neg. quia conceſſio ad
hæc reſtringitur. Atque hæc facti ſpecies ex verbis
3 (quæ antea habueris) videtur colligi. Non eſt ergo
vera ſervitus, ſed permiſſio reſtricta. Sed nec hæc in-
terpretatio dubio caret, ideoque, ut aliæ leges, quæ
dubiæ ſunt interpretationis, non magnum in foro uſum
habet hæc lex.
4 *In §. 1. legis* 14. quæritur, ſi paries mihi tecum com-
munis, opere abs te manufacto procumbat in ædes
meas proprias & ventrem faciat, mihi tecum eſt actio,
te non habere jus ita parietem habere.

## ad L. Altius. 15.

### SUMMARIA.

*Tutor, qui contra ſervitutem pupilli quicquam facit, tenetur confeſſoria & tutela actione. nu.* 1.
*Qui ex officio alium prohibere debet, ipſe non debet committere.* 2.
*Fidejuſſor non poteſt à Creditore pignus emere.* 3.
*Fidejuſſor non debet ab officiali immobilia emere.* 4.
*Milites noſtri non debent deprædari provinciales.* 5.

1 NEmo debet aliquid contra debitam ſervitutem
facere, multo minus id debet facere tutor vel cu-
rator in prædio pupilli vel minoris. & ſi contra fa-
2 ciat, & confeſſoria & tutelæ actione tenetur. Collige,
quod alium facientem prohibere eo officio debes, id
ipſum committere non debes, ut Tutor debet ab omni
injuria pupillum vel pupillam defendere, ergo ipſe
omnium minime debet injuriam inferre. Sic fide-
3 juſſor, qui à creditore pignus emit, non videtur emiſſe
ob hanc ipſam rationem. *L. 2. ff. de Diſtract. pign. l. 59.
de Fidejuſſ.* Qui pro officiali fidejuſſit, non debet ab eo
4 immobilia emere, ne ipſe eum inidoneum reddat. Qui
alteri præſtat cautionem de indemnitate, non debet
5 ipſe in alterius præjudicium aliquid tentare &c Mili-
tes noſtri debent provinciales defendere, ergo omnium
minime lædere & deprædari.

## ad L. Si a te emero. 16.

### SUMMARIUM.

*Titulata poſſeſſio præfertur in poſſeſſorio non titulatæ.*

EX titulo & quaſi poſſeſſione adquiritur jus agendi & excipiendi *Menoch. remed.* 5. *adipiſc. poſſeſſ nu.* 9. *& ſeq.* & in poſſeſſorio titulata poſſeſſio non titulatæ præfertur. *Gail. l. prim. obſ.* 81. *numer. ſeptim. & de pignorat. cap.* 22. *numer.* 9.

## ad L. Si quando. 17.

### SUMMARIA.

*Contra lumina impedientem Confeſſoria datur. nu.* 1.
*Unde ſit æſtimanda* 2.
*Vicinus ſterquilinium, quod juxta parietem alterius fecit, hac act. tollere cogitur.* 3.
*Idem, ſi humorem muro conciliet.* 4.

1 IN *princ. hujus legis* 17. repetitur id, quod antea
dictum *in §. 1. legis* 14. & notetur generaliter, ſi
ædificium vicini in meum procumbat per negatoriam
actionem tollere cogetur. *In §. 1. hujus legis* 17. pro-
ponitur hæc ſpecies; Habeo ſervitutem luminum in
tuis ædibus. Sed tu plantas vel cucumeres ſera, quæ
foliis ſuis lumen impedire poſſunt, quæritur, quæ
actio mihi detur? Reſp. Confeſſoria, quæ hic verbis
negativis exprimitur, jus tibi non eſſe eo loco id poſi-
2 tum habere. Nam quæ ſit confeſſoria non ex figura
orationis & conceptione verborum, ſed ſententia ac re
petita æſtimandum eſt. *Donell. l. 10. cap. 12. & ibi Hilleg.
lit. C.*
3 *In § ult.* hæc ſpecies: Vicinus juxta cujuſdam pa-
rietem ſterquilinium fecerat, & quær. an cogi poſſit id
tollere per actionem de ſervitute, vel per interdictum
in loco publico? Quod affirm. Conf. *l. 24. §. 5 ff. de
Damno infecto. l. 19. ff. de S. V. Pr. & l. 13. h. tit. Chriſtin.
ad ſtat. Mechlin. tit. 14. art. 29. numer. 2.* quod intelli-
4 git *Cæpolla de Serv. capit.* 78. ſi tangat fimus murum
communem aut alienum; ſi vero non tangit quidem,
ſi tamen humorem conciliet muro, idem juris eſt.
*Chriſtin. d. l. Petr. Gregor. lib. 4. cap. 7. num.* 28 *Menoch.
conſ. 43. num.* 15.

ad L.

Digitized by Google

## ad L. Is cujus. 18.

*SUMMARIA.*

*Actor ex confeſſoria contra vicinum latitantem immiſſionem petit. num.* 1.

*Si Dominus in controverſia de operis latitet, judex poteſt prohibere ſubditos, ne ullas operas interea faciant.* 2. *&* 3.

1 QUi confeſſoria agit contra vicinum latitantem, poteſt petere immiſſionem ex primo decreto, id quod commune eſt beneficium, & habetur ratio fructuum. *Donell. lib.* 11. *capit.* 16. *lit. C. Bachov. d. diſp.* 17. *th.* 15. *lit. B.* Argumento *hujus legis* colligitur, ob con-
2 tumaciam rei licitam eſſe ſequeſtrationem, v. gr. inter Dominum, & ſubditos controverſia eſt de operis, Dominus ſubterfugit judicium, ut fatiget miſeros ſubditos, poteſt judex prohibere ſubditos, ne ullas etiam
3 debitas operas præſtent, donec Dominus veniat reſponſurus. Ita ob nimiam crudelitatem in ſubditos ad tempus ſequeſtrata fuiſſe ſervitia memini.

## ad L. Si de communi. 19.

*SUMMARIA.*

*Actor in cauſa communi ſuccumbens non præjudicat ſociis. num.* 1.

*Quid ſi dolo [ce]ſſerit per colluſionem cauſam?* 2.

1 QUi in cauſam communis ſervitutis ſuccumbit, & quidem culpa ſua, non præjudicat ſociis. Nam utique vincit & vincitur ſociis, ſed ſocii agunt communi dividundo, vel negotiorum geſtorum actione
2 adverſus eum, qui culpa ſua ſuccubuit. Sed ſi dolo ceſſit per colluſionem cauſam, tunc actio de dolo dabitur contra adverſarium, utique ſi contra ſocium inanis actio, nam alias actio doli non daretur. Vid. *Cujac. ad l.* 4. §. 3. *tomo* 2. *p.* 458. *Conf. etiam Dn. Manz. h. t. nu.* 75. *& Zaſ. h. t. numer.* 3.

## ad L. Teſtatrix. 20.

*SUMMARIA.*

*Fundus, per quem teſtator ad ædes ire ſolebat, legatus, præſtare adhuc debet eam ſervitutem Domino ædium. num.* 1.

*Fundus legatus intelligitur cum ſervitute, ex aliis fundis debita.* 2.

*An ſervitus cloacæ debeatur, cum ex duabus ædibus alteras vendiderim?* 3.

*Si ſaltus communis emtus eſt ad pecora paſcenda, an unus ex ſociis vendendo prædium, hoc jus ad emtorem transferat.* 4. *&* 5.

*In dubio ſervitus pro reali habetur.* 6.

*An igitur huic juri compaſcendi renunciare poſſit?* 7. 8. 9.

*Apud nos renunciari poteſt.* 10. *&* 11.

TEſtator habebat fundum & ædes, ad quas ire ſolebat per eum fundum, fortè commode ad eas pervenire aliter vix poterat fundum autem mihi legat, an legatus fundus eam ſervitutem adhuc præſtare debeat hæredi, cujus ædes ſunt? Et videtur, quod non, quia dum fundum habuit, non fuit iſta ſervitus, nam in rebus unius & ejuſdem Domini non eſt ſervitus. Sed affirm. ob tacitam Teſtatoris voluntatem. Qui legat rem alteri, videtur concedere quoque ſervitutem, ex aliis ſuis fundis, qua ipſe in fundo legato utebatur. Ex *qua Lege* decitus eſt caſus talis: habuit quis duas ædes contiguas, ita ut alteræ ex alteris cloacam reciperent, unas vendidit, an maneat ſervitus, quæritur? Videtur quod non, quia dum ambæ unum habebant Dominum, nulla erat ſervitus: Sed affirm. quia dum vendidit cum uſu ſervitutis, videtur ſervitutem conſtituiſſe. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 34.

4 *Ad* §. 1. Aliquot cives pro compaſcendis pecoribus ſaltum communem emerant, nonnulli ex his ſua propria prædia vendiderunt aliis. quæritur primo, an jus compaſcendi tranſeat ad emtores, ceu ſucceſſores ſingulares? Reſp. attendendum eſſe, quid actum ſit, an illi pro prædiis ſuis comparaint ſaltum, & ſic eſſet ſervitus prædialis, & ſequeretur emtorem, imo
5 etiam Legatarium, de quo ſecunda quæſtio. Sed quid
6 ſi non appareat? Reſp. in dubio pro prædiali eſſe habendam. Et ideo colligo *ex hac lege*, quando verba conceſſionis dubia, an ad perſonam tantum, an vero ad prædium pertineant, pro prædiali eſſe habendam. *Dn.*
7 *Mev. p.* 5. *deciſ.* 251. *num.* 6. Et ſic hoc caſu juri compaſcendi non poterat renunciari, ſicut alias communioni renunciari poteſt, ut tradit *Mev. p.* 5. *deciſ.* 252. Nam quamvis hic de tali jure compaſcendi non ſit ſermo,
8 quod apud nos in pagis reperitur. Nam apud nos conſtituitur ſervitus in propriis feudis ad prom ſcuum
9 uſum, ſed *in hoc* §. habetur de compaſcuis in uno communi ſaltu vel fundo; *Ex arg. tamen hujus* §. id ſequi videtur. Sed huic juri compaſcendi, quod apud nos in mutuo paſcuorum uſu conſiſtit, ſemper renunciari poſſe, communiter receptum eſt quia jure familiaritatis tantum concedi ſolet, de quo *Joh. Koppen dec.* 12. *Carpzov. p.* 2. *cap.* 41. *d.* 9. *Pruckman. conſ* 14. *num.* 25. *& hos alioſque referens Dn. Struv. ad h. t. th.* 16. Si tamen conſtaret animus in perpetuum hanc ſervitutem reciprocam ſuis prædiis imponendi, non putarem improbandam eſſe talem conventionem, niſi novum emergens interveniat.

## ad L. Ult.

*SUMMARIA.*

*Conſtitui poteſt ductus aquæ nondum apparentis. nu.* 1.

*Conciliatio cum* l. 10. de S. R. P. 2.

1 POteſt etiam aquæ nondum apparentis ductus conſtitui, ut eam quærere & ducere liceat, quod Labeonem negaſſe *hic* Paulus ait; quod tamen repu-
2 gnat *L.* 10. *ſupr. de S. R. Pr.* Ideoque vel Paulus non rectè intelligit Labeonem, *ut Bachov. d. diſp.* 17. *th.* 5. *lit. A* Aut Labeo ſenſit, licere quidem, ſed ſi expreſſe hoc convenerit, ut quærere liceret. *Donell. in Hillig. lib.* 11 *cap.* 10. *lit. H.*

---

# TITULUS VI.

*Quemadmodum Servitutes amittantur.*

## ad L. Servitutes. 1.

*SUMMARIUM.*

*Confuſione tollitur Servitus.*

COnfuſione tollitur ſervitus, ſi idem utriuſque Dominus, ſi ſervitus per unum prædium debita & id debitum adquiſitum fuerit. *vid. notata* Dni Autoris *ad l.* 30. *ſupra de Serv. urb. præd. numer.* 1. *& ſeqq. Donell. l.* 11. *cap.* 17. *lit.* A. *& ibi Hill.*

## ad L. Qui iter. 2.

*SUMMARIA.*

*Servitus amittitur per non uſum. num.* 1.

*Quid ſi utatur ſed non jure ſuo, ut via publica? numer. ſecund.*

*Quid ſi jure familiaritatis* 3.

*Quid ſi pro parte uſus ſit* 4.

*Via & actus retinentur, ſi itinere uſus ſim.* 5.

*Quid ſi tutor ſervitute fundi dominantis cum pupillo communis non uſus ſit* 6. *&* 7.

*Quid ſi non uſus ſit itinere ad ſepulchrum, cum in moriendo nulla negligentia?* 9.

*Quid ſi per plures fundos conſtituta ſervitus?* 10.

Non

NOn uſu amittitur Servitus, ſi nec ipſe Dominus,
1 nec alius ejus vel fundi nomine uſus ſit. *L.5 §. 2.*
*h.tit.* Nec ſocius *L. 10 h.tit.* Vel uſus quidem, ſed non
2 jure ſuo *L fin. h. tit.* ſed v.g. precario uſus ſit; velut via
3 publica. *L. ult. h.t. Dn. Manz. num. 41. h. tit.* Hinc qui
jure familiaritatis aliquo jure uſus eſt, per mille annos
id non acquirit. *Carpzov. p 2. conſt. 4. def. 14. in fine.*
Sed ſi pro parte uſus ſit, totam retinet ſervitutem. Ut ſi
4 viam habeat, ſi ſtatoto tempore iverit, non etiam
egerit jumentum, vel vehiculum, retinet viam, quia
5 ea uſus eſt pro parte: & qui actum habet, ſi iverit
tantum ſolus ſine jumento actum retinet. *Cujac. tom. 2.*
6 *ad h. L. p. 467. Don. dict. lib. 11. c. ult. lit A.* Sic etiam
retineo, ſi communem cum pupillo fundum dominantem
habeam, & nemo noſtrum uſus ſit. *L. 10. in pr. h.t.*
Nam propter vinculum connexitatis cauſæ incapax
7 gaudet beneficio capacis. *Schurf. cent. 3. conſ. 94. nu. 4.*
8 *Petr Frid. Mind. de proceſſ. lib. 1. cap. 34. numer. 20.* item
ſi inundatione periit, nam tunc reſtituitur, *L. 14. h. tit.*
9 Sic iter ad ſepulchrum non perit non uſu. Nam in
non moriendo nulla negligentia *L. 4. h. t.* item ſi per
plures fundos conſtituta ſervitus; ratio in *L. 18. de S.R.P.*
Videantur apud *Dn* Manzium hæ & aliæ rationes *ad*
10 *h. tit. num. 54. & multis ſeqq.*

## ad L. Jura. 3.

*SUMMARIUM.*

*Cur ſervitutes prædiales morte Domini non pereant?*

SErvitutes prædiales morte Domini aut capitis deminutione non pereunt, quia perſonis non debentur immediate, ut ſervitutes perſonales, ſed dantur immediate prædiis.

## ad L. Iter ſepulchro. 4.

*SUMMARIA.*

*Cur iter ad ſepulchrum non utendo non amittatur? num. 1.*

*Merum imperium non utendo non amittitur, cum nulla occaſio fuit. 2.*

SErvitus itineris ad ſepulchrum non utendo non
1 amittitur, quia non adſunt ſemper ſepeliendi. Ergo defuit cauſa & occaſio ſervitutis uſurpandæ. *Donell. l. 11. cap. ult. lit. C.* licet aliter *Arumaeus diſp. 9. ad Pand. th. ult. Ex hac Lege & ratione* probari poteſt, quod
2 merum imperium non utendo non amittatur, ſi nulla occaſio ejus exercendi adfuit, de quo alibi *Vid. not.* Dni Autoris *ad L. 35. ff. de S. R. Pr.*

## ad L. Servitus. 5.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo per non uſum ſervitus non amittatur?*

DEbitor ſervitute non fuit uſus per decennium, ſed ſocius meus, cui fundus mecum communis eſt, vel ut uſufructuarius vel ut b. f. poſſeſſor, retineo per eos ſervitutem, nec amitto ob non uſum, ſufficit, ſi aliquis utatur ſervitute fundi nomine *per l. ſeq. princ.* cui principaliter debetur. Item ſi Mercenarius, hoſpes, colonus, Medicus, Amicus negotiorum geſtor, & ſervus uſus ſit *l. 20. & ſeqq. h. t.*

## ad L. Nam ſatis. 6.

*SUMMARIA.*

*Quæſtio gemina quomodo ſervitus non utendo vel retineatur vel amittatur? nu. 1. & ſeqq.*

*Cum ex uno fundo duo facti ſunt, retinetur via per totum fundum, utendo via in una parte. 5.*

1 IN *princ.* traditur id, quod jam dixi in *in L. præc.* non amitti ſervitutem, ſi alius fundi nomine ſit uſus.

In §. 1. ſatis prolixe hanc analyſin proponit *Coll. Arg. ad h. t. th. 5.* quod duæ quæſtiones principales hic proponantur, primo; an fundo communi dominante diviſo alter utendo ſibi ſervitutem retinere poſſit, alter
2 vero non utendo poſſit amittere? Altera quæſtio, an fundo communi ſerviente regionibus diviſo, is cui ſervitus debetur, ea in parte ſervitutem amittat, per quam ſervitute conſtituta non utitur. Priori quæſtioni reſpondetur fundo dominante regionibus diviſo ita ut ex uno fundo duo ſint facti, ſibi quemque Dominorum uſurpare ſervitutem, ſibi quemque deperdere non ſecus ac ſi ab initio duo fundi fuiſſent. Alteri
3 quæſtioni ita reſpondetur, aut certus viæ locus eſt, aut non. Illo caſu dividitur fundus vel per longitudinem vel latitudinem. Si per longitudinem, tunc interfecta eſt via in medio & ſic idem eſt, ſi ab initio duo fuiſſent fundi & ſic in duobus fundis una conſiſtet ſervitus, & licet in una parte iverim, retineo tamen ſervitutem *l. 18. de ſervit. præd. ruſt.* Si per viæ latitudinem
4 fundus dividatur, tunc altera parte utendo tota retinetur. Si autem non ſit certus viæ locus, ſed ita jus conſtitutum, ut quolibet loco ire liceat, tunc idem obſervandum quaſi duæ ſervitutes conſtitutæ, ut alteram amittamus &c. *Conferatur explicatio obſcurioris hujus §. apud Donellum lib. 11. c. ult. lit. B.* Senſus eſt: ſi
5 mihi via debeatur per unius fundum, qui fundum in duas partes diviſit, & ita duos fundos effecit, utendo via in una parte, totam retineo; ſive per longitudinem, ſive per latitudinem fundus ſit diviſus *Don. d. cap ult. lit. B. & Bach. th. 18.*

## ad L. Si ſic conſtituta. 7.

*SUMMARIA.*

*Si ſervitutis tempus continuum, amittitur non utendo 10. vel 20. annis. nu. 1.*

*Duplicato, ſi alternis menſibus vel annis uti liceat. 2.*

*Quid ſi tertio anno uti contingat, an triplicatum tempus requiratur? 3.*

SI tempus ſervitutis ſit continuum, vel ſi horis alternis, vel diebus alternis uti liceat, decem vel viginti annis non utendo amittitur ſervitus; Si vero alternis menſibus vel annis, duplicato tempore amittitur. Unde *Donell. d. c. ult. lit. C.* colligit: ſi tertio anno liceat uti, triplicandum eſſe tempus; quod tamen non concedunt Dd. adeo ut in caſu abſentiæ alterius vicennium non ſit duplicandum, quia decennium ob abſentiam jam duplicatum eſt. Vid. *Cæpolla de S. V. Pr. c. 24 num. 5. Thoming. dec. 54. numer. 7. Franzk. ad h. tit. numer. 35. Dn. Struv. th. 56. Wurmſ. L. 1. pr. obſ. 3.* Autor *ad L. fin. num. 2. & ſeqq. C. de Servitut.*

## ad L. Si ſtillicidia. 8. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Ex conceſſione actus ſervituti contrarii amittitur ſervitus, num. 1.*

*Pro parte ſervitute uſus eam totam retinet. 2.*

SI patiar Te in area tua ædificare, in quam ſtillici-
1 dium cadebat, amitto ſervitutem, quia permiſſione ſeu facto videor remittere ſervitutem. *Don. lib. 11. c. 17. poſt. lit. B.* Unde colligitur, ex conceſſione actus, qui ſervituti contrarius eſt, ut durare ſimul nequeant, tacitè videri remiſſam ſervitutem. *Weſ. in n. nu. 3. & Zaſ. nu. 3. & Manz. nu. 27.*

2 *In §. 1. Legis 8. & in l. 9. ſeq.* quæritur, ſi pro parte tantum ſim uſus ſervitute, an tota retineatur? Quod affirmatur. Sic qui aquam duxit in partem agri, cum ſervitute aquæductus toti agro eſſet quæſitus: uſurpat, i. e. retinet ſervitutem aquæductus in toto agro *lib. 9. Nec obſtat. l. 1. §. 6. ff. de itinere actuque privato*, quia loquitur de eo, qui non eſt uſus ut ſuo jure. *Don. l. 11. c. ult. lit. A.*

ad L.

## ad L. Si communem. 10.

### SUMMARIA.

*Via communis cur retineatur uſu unius ſocii? nu. 1.*
*In individuis retinetur res beneficio alterius. 2.*
*Lam. ſi reſtituendus in individuis aliàs non poſſet gaudere effectu reſtitutionis. 3.*
*Regula locum habet in præſcriptione. 4.*
*An idem in pignoribus? 5. & 6.*
*An idem inveſtitura, immixtione? 7. 8. 9. 10.*
*Privilegium miſerabilium perſonarum ad conſortes pertinent. 11.*
*Inhabiles communionis occaſione fruuntur beneficio habilium. 12. & 13.*
*An in probatione, præſcriptione, &c. beneficium minoris majori communicetur? 14. 15. 16. & 17.*
*Appellatio de re individua unius prodeſt alteri. 18.*
*Non utendo debito tempore & loco amittitur ſervitus. 19. 20. & 21.*
*An amittatur ſervitus paſcendi, ſi alio genere pecudis uſus ſit? 22.*
*Quid ſi numerum definitum exceſſerit? 23.*

1 VIa tecum mihi communis eſt, non ego ſed tu
uſus es, quær. an amiſerim? Negatur; quia vi. &
omnis ſervitus realis, imo etiam perſonalis, excepto
uſufructu, eſt indiviſibilis; ergo retineo rem non per
2 me, ſed per Te. Unde regula, quod in individuis res.
retineatur beneficio alterius; unde reſtitutio minori
facta in individuis prodeſt majori. Vid. not. Dni Aut.
in l. un. C. ſi in una eademque cauſa. Oddus de reſt. p. 1.
3 qu. 46. art. 4. Berlich. p. 2. dec. 180. numer. 2. Afflict. d. 213.
Tunc autem præter ſervitutes dicitur res individua,
quando is, qui reſtituendus eſt, non poteſt ſentire
effectum reſtitutionis plene & integre, niſi proſit etiam
cæteris. Oddus d. art. 4. numer. 12. & art. 5. num. 15. Heig.
p. 2. qu. 19. num. 29. Berl. d. l. num. 6. qui nu 8. accommodat
4 ad præſcriptionem, cum Heig. p. 2. qu. 19 nu. 9. & nu. 43.
Oddus d. qu. 46. art. 6. nu. 22. Berlich. nu. 9. idem in fidei-
5 commiſſis, & feudis, & pignoribus ſtatuunt Heig. d. l. nu.
6 29 & 22. Berl. d. l. nu. 11. & ſeqq. Sed quod de hypothecis
dictum, reſtringit Oddus ad eum caſum, ſi plures hæ-
redes pro indiviſo poſſideant. d. qu. art. 5. numer. 20.
7 Idem in inveſtitura intra annum à majore & minore
non petita, ſi alter minor 14. annis Schrader. de feudis
8 p. 6. cap. 2. num. 17. Berl. num. 15. & non præſtito canone
Emphyteutico. Ber. nu. 16. Et immixtione hæreditaria
9 inconſulta Berl. num. 19. & in alienatione prædii mi-
10 noris tacitè per quinquennii lapſum adprobata Berlich.
11 num. 20. & in probatione d. l. num. 13. Sic privilegium
miſerabilium perſonarum ex tit. Cod. quando Imp. per-
12 tinet etiam ad conſortes. Natta conſ. 590. num. 16. Cov.
pr. quaeſt. cap. 6. & 7. Theſaur. deciſ. 77. nu. 2. Et inhabiles
13 communionis occaſione fruuntur privilegiis habilium,
quod exemplis declarat Hip. de Marſil. ſing. 180. Sic
ſpurius ob ſocium poteſt capere ex bonis patris. Cor-
ſetus ſing. 298. Conf. Covarr. l. 1. pr. quaeſt. cap. 34. num. 2.
Balbus de præſcript. part. 1. partis quintæ princ. quaeſt. 4.
14 Sed mihi multa hic videntur dubia, quia regula ſupe-
rior, quod ſcilicet ſæpe aliquis conſequatur ex alterius
perſona, quod ex ſua conſequi non poſſet, locum tan-
tum habet in individuis. Cagnolus in l. diem functo. 4. ff.
de Officio Aſſeſſor. numer. 163. Afflictus deciſ. 123. Menoch.
15 conſ. 2. nu. 225. & ſeq. Autor ad L. 32. nu. 7. C. de Appellat.
Præſertim dubium eſt, quod de probatione dicitur,
ſi ſc. res ipſa ſit dividua, imo diviſa, ut quantitas;
nam tunc minor contra omiſſam probationem ſine ullo
16 ſuo damno reſtitui poteſt. Ergo non videtur ipſius in-
tereſſe. In prædio communi poſſet color eſſe, quod
17 minor in communionem incideret, cum quo forte in
communione ſtare nollet. Sed an hic color ſufficiat
dubito, in quantitate debita, nec in probatione, nec
in præſcriptione concedo beneficium majori commu-
18 nicari. Conf. Not. Dn. Autoris ad L. 1. h. tit. Sanè ſi res
individua & contra ambos pronunciatum, ſi unus ap-
pellaverit, ea appellatio prodeſt etiam alteri. arg. h. l.
Hartm. Piſt. p. 1. qu. 47. nu. 26.
19 Ad §. 1. Si quis certo tempore & loco uti debuit ſer-
vitute, & alio tempore vel loco uſus eſt, amiſit ſervi-
tutem, v. gr. ſi quis certis horis ducere aquam debuit,
20 & is nulla parte horarum, ſed alio tempore uſus ſit,
ut hic. Vel ſi quis latiore, quam debuit, via uſus ſit.
21 l. 9. §. 1. tit. prec. Sed videtur obſtare l. 5. §. 1. ff. de Aqua
quot. Verum rejectis aliorum reſponſionibus reſpondet
Menoch. rem. 6. retin. poſſ. num. 104. Hic agi de una per-
ſona, illic de duabus, quarum altera beneficio alterius
22 utitur. Et ex arg. h. l. colligit Cæpolla de S. R. Pr. c. 9. n. 33.
Si debeatur ſervitus paſcendi cum certo genere pecu-
23 dum, & ſervitute uſus ſim cum alio genere, me amiſiſſe
ſervitutem: aliud autem, ſi mihi debeatur ſervitus cum
certo numero pecudum, & ego ampliori numero ſim
uſus, quia plus uſus ſum, quam debui. arg. l. ſeq. 11.
Cæpolla d. l. nu. 32. confer. poteſt Crotus conſ. 49. nu. 15. l. 1.

## ad L. Is cui. 11.

### SUMMARIA.

*Quomodo differant aliud facere & plus facere? n. 1. & ſeq.*
*Heres fundo ſub conditione legato, pendente ea, ſervitutem imponere poteſt. 4.*
*Quæ exiſtente conditione exſpirat. 5.*
*Quænam facere hæres pendente conditione non poſſit? 6.*
*Tali fundo tamen hæres ſervitutem requirere poteſt. nu. 7.*

1 DIfferentia inter hæc duo conſtituenda eſt, quod
ad amittendam ſervitutem attinet, ſcil. aliud eſt,
aliud facere & aliud plus facere. Qui aliud facit, ſervi-
tutem amittit v. gr. ſi alio genere vehiculi utatur, quam
2 de quo actum eſt. Sed qui plus facit, ſervitutem non
amittit, ut qui altiori via utitur vel ſi aquæ mihi con-
ceſſæ aliam aquam admiſcuero, vel ſi plura jumenta
3 agam quam oporteat. Sed dici poſſit, ſi aliud faciam,
me quidem conventam ſervitutem amittere, ſed aliam
ſervitutem adquirere per patientiam Domini, ſi patiatur
me longum tempus aliud agere.
4 In §. 1. Proponitur duplex quæſtio 1. ſi Teſtator leget
tibi à me hærede ſuo fundum, ſed ſub conditione,
pendente conditione, quia nondum factus eſt dominus,
ſervitutem impono illi fundo, poſtea exiſtit conditio,
5 quæritur, an iſta ſervitus duret? Quod negatur. Nam
licet pendente conditione ſim Dominus, & ſic liceat
mihi rem obligare, alienare, vel ei ſervitutem impo-
6 nere, hæc tamen exſtinguuntur conditione exiſtente;
quamvis quædam ſint, quæ hæredi pendente condi-
tione non ſint licita. v. g. non poteſt ſervum ſub con-
ditione tibi legatum manumittere, quia libertas ſemel
data revocari non poteſt. l. 3. & l. 29. §. ult. ff. qui & à
quibus manumiſſi &c. nec poteſt locum religioſum fa-
7 cere. l. 34. de relig. Altera quæſtio eſt, an ſi hæres ad-
quiſiverit fundo tibi ſub conditione legato ſervitutem,
ea permaneat fundo? Aff. quia alia hujus ratio. Facilius
gratificamus alteri, quam nocemus.

## ad L. Qui fundum. 12.

### SUMMARIA.

*Servitus retinetur per malæ f. Poſſeſſorem. nu. 1.*
*Civitas à Tyranno occupata retinet juriſdictionem. nu. 2.*
*Idem ſi aqua ſua ſponte profluat. 3.*

1 PEr malæ fidei poſſeſſorem etiam retinetur ſervitus.
2 Unde ſi civitas habens juriſdictionem à Tyranno
ſit occupata, qui uteretur juriſdictione, per eum reti-
neret civitas juriſdictionem. Bartolus hic. Idem dicen-
3 dum, ſi aqua ſua ſponte profluat, nemine ducente; nam
& tunc retinetur ſervitus per hanc legem.

## ad L. Si quis. 13.

*SUMMARIUM.*

*Parte fundi dominantis vendita ſervitus interpellatur non amittitur.*

Debes meo fundo ſervitutem viæ, ſed partem mei prædii dominantis diſtraho pro diviſo, & quidem eam partem, quæ proxima eſt tuo prædio ſervienti, per quam partem in tuum fundum commeo. Ergo interpellatur ſervitus, non amittitur, niſi per decennium non utar. Nam ſi intra decennium recuperem partem venditam; recupero ſervitutem interpellatam per medium fundum.

## ad L. Si locus. 14.

*SUMMARIA.*

*Recedente à via flumine redit ſervitus. n. 1.*
*Publica via caſu deſtructa, officio judicis vicinus per ſuum fundum tranſitum concedere debet. 2.*
*An à Fiſco reſtituendum ei pretium ſit? 3.*

1 Habeo ſervitutem viæ per tuum fundum, ſed fundi tui pars, per quam via debetur, à flumine occupata, recedente flumine redit uſus ſervitutis. Idem ſi alluvione pars reſtituta, ſed ſi ultra decennium ſteterit aqua fluminis & poſtea alluvione pars reſtituta tibi
2 fuerit, teneris mihi ſervitutem reſtituere. Cum caſu deſtructa eſt via publica, tunc vicinus debet tranſitum concedere per ſuum fundum, idque non via actionis, ſed officio judicis. *Ludovic. Romanus ſing.* 798. *Petr. Gregor. l.* 4. *c.* 14. *n.* 3. *Maſuerius in pract. t.* 39. *n.* 2. *Chriſtin. in ſtat. Mechlin. tit.* 14. *art.* 50. *in addit. Surdus d.* 42 *n.* 1. *Klock. vol.* 3. *conſ.* 48. *n.* 63. *& conſ.* 249. *n* 76. *& ſeqq. Pariſius conſ.* 115. *n.* 2. *& ſ. p.* 1. Autor *ad L.* 11.
3 *n.* 1. *& ſeqq. C. de Servitutib.* Cui pretium loci à Fiſco reſtituendum eſt; quod licet uſu non obſervari hic dicat Gloſſa, contradicunt tamen eidem *Natta conſ.* 54. *n.* 23. *tom.* 5. *& Hippol. Rimnald. lib.* 2. *conſ.* 199. *n.* 181. *& Buſius hic in fin.* ubi in Belgio id obſervatum meminit.

## ad L. Si cum ſervitus. 15.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo per confuſionem ſervitus non tollatur?*

Si per plures fundos mihi ſervitus debeatur & aliquem fundum ex his emo, non tollitur ſervitus per confuſionem, ſed in reliquis non comparatis retinetur ſervitus.

## ad L. Aquam. 16.

*SUMMARIA.*

*Quomodo ſervitus per aliorum uſum non conſervetur? n.* 1.
*Quomodo per aliorum uſum conſervetur?* 2.

1 Si ſervitus pluribus diverſo loco & tempore debeatur, iis, qui non ſunt uſi per eos, qui uſi ſunt ſervitus non conſervatur, quia ſunt diverſæ ſervitutes, quod hic exemplo aquæductus explicatur, niſi forte cum duobus ſervitus deberetur, illi tempus inter ſe
2 commutaverint *l.* 5. §. *ult. ff. de Aqua quotid.* Sed ſi fundo communi ſit debita ſervitus, per unius uſurpationem cæteris conſervatur. Sed illa aqua, quam non utendo unus ex iis, quibus ſervitus in pluribus fundis debetur, amiſit, non adcreſcit aliis, quibus etiam ſervitus debetur, ſed adcreſcit Domino ſervientis prædii.

## ad L. Labeo ait. 17.

*SUMMARIUM.*

*An aqua hauſtus amittatur, cum intra decennium non hauſta aqua, itum tamen ad fontem eſt?*



Habui aquæ hauſtum, per decennium aquam non hauſi, ſed ivi tamen ad fontem, quær. an per illam itionem retinuerim ſervitutem? Videtur quod ſic, per *L.* 2. *h. t.* Sed negatur. Nam ut hanc ſervitutem quis retineat, neceſſe eſt, ut eat ad hauriendam aquam, non ut eat ſimpliciter, qui vero actum habet, ille per ſe ire poteſt, etiam ſine jumento.

## ad L. Si quis. 18.

*SUMMARIA.*

*Servitus per non uſum decennio amittitur. num.* 1.
*Quomodo libertas in urbanis ſervitutibus non præſcribatur remiſſive?* 2.

1 Si conſtituta mihi ſervitus aquæ ducendæ ex certo fonte & ego aliam duxerim, per decem annos amitto priorem ſervitutem quia non plus, ſed aliud facio. Tempus autem negligentiæ Autoris conjungitur cum negligentia ſucceſſoris *per* §. 1. *h. l. v. gr.* Si per 6. annos non fuerim uſus ſervitute, & tu, cui vendidi fundum dominantem, per 4. annos non uſurpaſti, jam amiſſa eſt ſervitus.

2 In §. *ult. hujus legis* dicitur, quod libertas in urbanis ſervitutibus non præſcribatur, niſi factum Domini prædii ſervientis intervenerit, *de quo pluribus actum ad l.* 6. *ff. de ſerv. urb. præd.*

## ad L. Si partem. 19.

*SUMMARIA.*

*Quare jus aquæductus lapſu temporis non amittatur, rivo nondum ducto? nu.* 1.
*Actio pignoratitia, non ſoluto pretio, non præſcribitur.* 2.
*In Camera oppida oppignorata poſt* 200. *annos reſtituuntur.* 3.
*Quod non fuit, deſinere dici nequit, remiſſive.* 4.
*Servitute legata intra decennium non uſus eam amittit.* 5.

1 Servitus aquæductus, rivo nondum ducto, non poteſt præſcribi lapſu annorum, quia nondum con-
2 ſtituta, ſed tantum promiſſa. Exinde colligitur, actionem nondum natam præſcribi non poſſe, & ſic actionem pignoratitiam debito non ſoluto nec oblato, non eſſe natam, ergo non poſſe præſcribi. *Ant. Gabriel. l.* 5. *tit. de Preſ. concl.* 7. *n.* 1. *Balbus de præſcr. part* 5. *princ. part. qu.* 2. *n.* 1. *Mynſ. cent. decade* 4. *Reſp* 31. ubi refert, in Camera multa oppida oppignorata poſt 200. annos eſſe reſtituta, & in Camera hanc ſententiam eſſe receptiſſimam, teſtantur *Gail. l.* 2. *obſ.* 18. *Mynſ. c.* 1. *obſ.* 16.
3 *Wurmſ. lib.* 1. *obſ. tit.* 29. *obſ.* 4. Obiter nota, quod deſinere dici non poſſit, quod non fuit, de quo tamen pluribus differentem *vid. Menoch. conſ.* 1063. *per totum.*
4 Sed alia ratio eſt ultimarum voluntatum, ſi enim mihi legaverit aliquis viam, & hæres adierit hæreditatem ego autem intra 10. annos legata ſervitute uſus non fu-
5 erim, amitto ſervitutem: Sed quid, ſi per ſeptennium, ab adita hæreditate numerandum non fuerim uſus, poſtea vendiderim illum fundum, cui fundo via fuit legata & emtor fundi uſurpaverit ſervitutem viæ, eo caſu non eſt amiſſa ſervitus. *per* §. 1. *h. l.* 19.

## ad L. Uſu retinetur. 20.

*SUMMARIUM.*

*Servitus retinetur uſu meo & ſervi, & amici, & aliorum.*

Uſu retinetur ſervitus, licet non ipſe uſus ſim, ſed meus ſervus, amicus, Medicus, qui me viſitat &c. Autor *ad L.* 13. *num.* 1. *ſeqq. C. de Servit.* Unde recte colligitur, faciliorem eſſe juris retentionem, quam acquiſitionem. *Pruckm. v.* 1. *conſ.* 44. *num.* 9. *& Finckelthaus obſ.* 18. *num.* 25. *ibid. notat.* Dn. Autoris *ad tit. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt. A. Barb. locupl. l.* 16. *cap.* 52. *ax.* 1.

# LIBRI NONI,

## TITULUS I.

## Si Quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

### Ad L. Si quadrupes. 1.

*SUMMARIA.*

*Damnum culpabile eſt vel præter jus vel contra jus. num.* 1. *& ſeq.*
*Hic agitur de damno præter jus dato.* 5.
*Quid noxia ſit?* 6.
*Quid pauperies?* 7.
*Quando actio de pauperie locum habeat?* 8.
*An, ſi quis intraſſet ædes à cane cuſtoditas?* 9.
*Quid ſi culpa aliqua præcedat?* 10. 11. 12. *& ſeq.*
*Quid ſi fera à fera concitata nocuerit?* 15.
*Quid ſi fera non corpore, ſed per aliud nocuerit? n.* 16.
*Conciliatio* §. 1. h. l. & §. fin. Inſt. h. t. 17.
*An, ſi unum animal alterum occiderit, hodie actio detur?* 18. *&* 19.
*Si duo pœna promiſſa pacem fecerint, punitur tantum, qui prior rupit.* 21.
*In retorſione ſi quis modum exceſſerit, principium attenditur.* 22.
*An pœnæ mendacii hodie abolitæ ſint?* 23.
*Cur emtor quadrupedis, quæ nocuit, de noxa teneatur.* 24.
*Cum animal ante litem conteſtatam moritur, an actio ceſſet?* 25.
*Quid ſi poſt litem conteſt. moriatur?* 26.
*Quid ſi animal ſit plurium Dominorum?* 27.
*Dominus interrogatus, an ipſius animal ſit, & falſo negans, præſtat pauperiem in ſolidum.* 28.
*Quid ſi animal noxa dandum ab alio ſit occiſum? numer.* 29.
*Ceſſio Actionis ab actione liberat.* 30.

Damnum eſt deminutio patrimonii, & eſt
1 vel Fatale, quod datur à Furioſo, infante, &c. vel culpabile, i. e. à jure impro-
2 batum; & quidem vel præter jus, ut pauperies, quæ præſupponit aliqualem culpam in Domino: & hic agitur, vel ad damni reſtitutionem, vel ad deditionem animalis: aut datur contra jus ut *in tit. ſeq.* vel eſt tertio damnum, jure probatum pro-
3 pter defenſionem. De quo etiam in *Tit. ſeq. Conf. Vult. in*
5 *pr. Inſt. de L. Aquil. num.* 8. Sed hic agitur de damno dato à quadrupede, feritate contra naturam commota. *Hac l.* 1. §. 3. cujus ratio in æquitate naturali. *Vid. Dn. Struv. hoc th.* 8.

*In* §. 1. *legis* 1. dicitur, noxiam eſſe ipſum delictum
6 ſcilicet improprie, nam animal brutum proprie non delinquit. Et hæc actio, quæ ex *Lege* 12. *Tabularum* datur, ad omnes quadrupedes pertinet. §. 2. *h. l.* Pauperies eſt
7 damnum ſine injuria facientis datum. §. 3. Ut autem
8 actio de pauperie detur, requiritur, ut non facta ſit ex caſu fortuito, nec ex vi extrinſeca, aut manifeſta hominis culpa, etiam leviſſima, §. 4. & v. gr. ſi quis in-
9 traſſet ædes à cane cuſtoditas, ſi Dominus debitam cautelam adhibuit. *Molin. de J. & J. tr.* 2. *d.* 712. *num.* 10. Sed ut animal ſe ipſum commoverit. Nam ſi alicujus
10 culpa factum damnum, ceſſat hæc actio, & ex L. Aquilia agitur, ut ſi culpa paſtoris immiſſum. *L. ult. C. de L. Aquil.* Ut ſi Titius inſidens trahæ citatiore curſu impel-
11 lat equum, ut alius fuerit obtritus. *Sande l.* 5. *tit.* 7. *d.* 6. *Dn. Johan. Thom. in tr. de noxa animal. c.* 3. *n.* 74. *&*
12 *ſeq. Dn. Struv. ad h. t. th.* 6. Sic ſi quis canem ferocem
13 teneat, & canis evaſerit. §. 5. *h. l. Molina t.* 2. *d.* 697. *n.* 27. Multo magis dabitur Actio Legis Aquiliæ, ſi ani-
14 mal inſtigatu alterius nocuerit. *per* §. 6. Sed quid ſi equum quis percuſſerit & equus alium adſtantem calce petierit? Reſp. non quidem dari actionem legis Aquiliæ directam, ſed actionem in factum, quia non immediate corpore ſuo dedit damnum: Verum quid ſi permulſerim equum & palpatus ſim, & equus impatiens palpi calce alium petierit, tunc extra culpam ſum, & datur actio ſi quadrupes *per* §. 7. Sic ergo permulcere
15 equum extra culpam eſt. Sed quid ſi fera una alteram concitaverit, & altera concitata nocuerit? Reſp. erit locus huic actioni, contra Dominum ejus quadrupedis, qui alium concitavit. §. 8.

16 *In* §. 9 Quæritur, ſi fera ipſa non nocuit immediate corpore ſuo, ſed per aliud, ut ſi plauſtro everſo obtrivit aliquem. An hæc actio detur? Quod affirmatur *d.* §. 9.

17 *Sed in* §. 10. quæritur, an in feris locum habeat hæc Actio? Quod hic negatur, *ſed in* §. *fin. Inſt. h. t. affirmat.* Poteſt reſponderi, quod detur hæc actio, ſcilicet utilis, non detur ſcil. directa. Vel 2. hic fera cuſtodiam noſtram evaſit. Illic adhuc eſt in cuſtodia noſtra. *Oldenderp, claſſe* 6. *Act.* 12. *n.* 2. *Harpr. ad d.* §. *fin. n.* 6.

18 Ad §. 11. Si animal meum à tuo provocatum tuum occiderit, nulla datur actio contra me, ſed ſi meum periit, datur contra Te actio. *Mol. d.* 712. *n.* 4. *Dn. Struv.*
19 *th.* 13. *Dn. Franzk num.* 10. Hoc moribus non obſervari tradit *hic Grœnwegen*, cur ſi fides adhibenda, de ſuo
20 foro loquitur. Si autem non appareat, utrum prius alterum aggreſſum ſit, damnum caſuale eſt. *Ex hoc* §.
21 probat hic *Buſius*, ſi duo pacem ineant, ſub pœna imminente ei, uter prius ruperit, eum tantum puniendum
22 eſſe, qui prior rupit. Et ex *hoc* §. concluſum *die* 14. *Martii* A. 48. eum, qui modum in retorſione excedit, non teneri, quia principium rixæ attendendum, *Pruckm. vol.* 1. *conſ.* 22. *n.* 95. *Carpz. p.* 4. *c.* 12. *def.* 8. *num.* 12.
23 Hanc pœnam, ut & omnes mendacii pœnas, de quibus *in* §. 15. *h. l.* agitur, abolitas eſſe tradit, ſed non probat *Grœnwegen*, cui ſi credendum, ad forum illud, in quo verſatus eſt, reſtringendum. Præſtaret ſane, pœnas mendaciorum augere, quam deminuere.

24 *In* §. 12. *legis primæ* dicitur, quod actio detur contra Dominum quadrupedis. Sed pone, poſt damnum à quadrupede meo datum, me illam quadrupedem vendere, quis inter nos tenetur? Reſp. emtorem ſeu novum poſſeſſorem teneri, quia noxa caput ſequitur,
25 ut in ſervis & in noxali actione. Si animal quod damnum dedit, ante litem conteſtatam moriatur, ceſſat actio fundamento deſtituta, non adhibita diſtinctione, an culpa, an caſu pereat, modo non dolo deſierit poſſide-
26 re, aut moram in accipiendo judicio fecerit. Sed ſi poſt conteſtatam periit, tenetur Dominus, qui tamen, ſi ab alio interfectum fuerit, cedendo actionem liberatur. §. 3. Vid. *Molina d. d.* 712. *num.* 7. *&* 8 *Dn. Struv.*
27 *th.* 17. Si autem animal, quod noxiam dedit, plurium ſit dominorum, an contra ſingulos in ſolidum datur hæc actio? Affirmatur. *hoc* §. 14.

28 *Ad* §. 15. Si quis interrogatus, an ſua quadrupes eſſet, falſo id negaſſet, in pœnam mendacii non habet facultatem dedendi noxæ animal, ſed in ſolidum pauperiem

pauperiem præſtare tenetur, & Actor quandocunque hanc pœnam petere poteſt. *Molina d. d. 712. nu. 11. Joh.*
29 *Thomæ d. tr. cap. 12. num. 20. & ſeq.* Species facti *in §. 1. penult. legis primæ* eſt. Tuum animal mihi damnum dedit, ego per hanc actionem repeto damnum lite conteſtata, Titius animal illud tuum occidit, tu agis ex L. Aquilia contra Titium ad reſtitutionem æſtimationis, & ego contra te, an in æſtimatione ratio, quod tibi facultas noxæ dedendi animal per Titii factum adempta ſit, habeatur, quæritur? Quod affirmatur, niſi tu
30 actionem contra Titium cedere velis. Et hic notetur exemplum, quo per ceſſionem actionis quis ſe ab actione liberat. Datur autem hæc actio hæredibus ut Dominis, & contra hæredes, ſi Domini ſint quadrupedum. Idem in rei vindicatione & ad exhibendum *l. 12. §. fin. ff. ad Exhib.*

## ad L. Hæc actio. 2.

### SUMMARIA.

*Actio de pauperie datur omnibus, quorum intereſt. n. 1.*
*An hæc actio ad canem ſit extendenda? 2.*
*Quid ſi in via publica à cane quis læſus ſit, quales actiones habeat: 3.*

1 HÆc actio non tantum Domino datur, ſed & ei, cujus intereſt, ut commendatario & fulloni. Et
2 deinde *hic* notetur, hanc actionem ad canem, licet pecus non ſit, tamen eſſe productam, ſi ſcil. à cane ſoluto læſus; aliud ſi ad ligatum acceſſerit. Conf. *l. 1. §.*
3 *5. & Cujac. ad h. l. tomo* 1. Et ſi in via publica à ſoluto vel ligato cane læſus ſit, datur hæc actio, & concurrit cum actione ædilitia, ut quod non ſum conſecutus illa, poſſim conſequi per Ædilitiam, ſcil. alterum tantum, vel duplum. *Dn. Struv. hic th. 15.*

## ad L. Ex hac lege. 3.

### SUMMARIA.

*Quadrupes ſi nocuit homini, habetur ſolum ratio operarum. n. 1.*
*Si homo occiſus ſit, annon heredes habeant actionem? 2. & 3.*

1 SI quadrupes nocuit homini libero, non habetur ratio æſtimationis ſiminis vel deformitatis, ſed impenſarum curationis & operarum amiſſarum, vel quibus cariturus eſt. *Vid. L. 5. — Liber homo. 13. tit. ſeq. Calcrus p. 1. d. 168. num. 7. D. Thom. d. tr. c. 9. &*
2 *10. Et hos laudans Dn. Struv. th.* 14. qui in eo caſu, quo homo occiſus, hæredem non habere actionem, putat
3 *ex L. 5. §. 5. ff. de his qui dejecerunt.* Sed ſi homo occiſus eſt ab eo, qui quid e domo eſſudit & dejecit, datur actio ex bono & æquo, cur non etiam ex bono & æquo daretur actio viduæ, liberis, parentibus, de marito, patre, aut liberis à quadrupede occiſis? *Conf. Ant. Matth. ad L. 48. tit. de Sicar. c. 27. numer. 12. & Joh. à Sande l. 5. t. 7. def. 5.*

## ad L. Hæc actio utilis. 4. penult.

### SUMMARIA.

*Actio utilis datur, ſi aliud animal quam quadrupes damnum dederit. num. 1.*
*Pignorationes hodie uſitatæ. 2.*
*Feræ poſſunt canibus abigi 3.*
*Quando porci damnum dantes globis feriri poſſint? numer. 4.*
*Pignoratum animal magiſtratui offerendum. 6.*
*Quare damnum præſens, non meſſis inſpiciatur? 8.*

1 HÆc actio utilis datur, etiamſi non quadrupes, ſed aliud animal damnum dederit, ut pluri-
mum autem hodie animalia, quæ noxam dederunt,
2 includuntur, ut de domino conſtare poſſit. *Bachov. in Tr. vol. 1. diſp. 18. th. 7. lit. C.* Sed & pignorationes paſſim ubique uſitatæ. *Carpz. 2. conſt. 27. definit. 1. Auttor ad L. 5. numer. 4. & ſeqq. C. de L. Aquil. Joh.*
3 *Koppen. dec. 41. Joh. Thoma d. tr. c. 23. & ſeq. Richter deciſ. 5. Conf. L. 39. §. 1. tit. ſeq.* Sicut & ferarum damnum dantium numerum diminuere jure communi licere videtur, ex traditis *Klocku vol. 1. Conſil. 30. nu. 1. & ſeq. Carpz. d. l.* vel poſſunt etiam canibus abigi ani-
4 malia ferociora, etiamſi lædantur. *Dn. Richter. d. dec.* 5. Apud nos ſi porci v. gr. includi non poſſunt, globis feriri ſolent. Sed id non facile admittendum, niſi aliis mediis omnibus tentatis, & niſi damnum datum ab ani-
5 mali æquet animalis pretium. Statutum tamen ejuſmodi, ut liceat animal, quod dedit damnum, interficere,
6 ſubſiſtere putat poſt alios *Molina de J. & J. d. 697. n. 12.* pignoratum animal intra 24. horas Sax. Magiſtratui of-
7 ferendum *Richt. d. dec. 5. num. 7.* & ſic caveat Dominus de damno æſtimato reſtituendo, reſtitutio animalis ocyus facienda: in æſtimatione autem damni, præſens damnum, non meſſis reſpicienda; quia ex aliis caſibus poterat meſſis impediri, & dubia itaque ſpes
8 *L. propter ſpem. 21 ff. famil. herc.* & quia ex L. Aquilia non futurum, ſed præſens damnum attenditur. Et hæc in illius locum ſucceſſit. *Berlich p. 2. concl. 34. n. 64. & ſeq. Richter dec. 5. num. 16.* Si autem cuſtodis culpa damnum datum, hic tenetur *Richter. d. l. n. 16.* Si autem Dominus animal pro deſerto habere velit, hoc ipſi integrum. *Richter. d. l. num. 23.*

## ad L. ult.

### SUMMARIA.

*Etiam criminaliter agi poteſt contra Dominum ex hac actione. n. 1.*
*De feris damnum dantibus quæ actio? 2.*

1 LEgem *ult. Dn. Grænwegen* riſu dignam judicat, cauſam neſcio. Decima hæc eſt: mula ductori equi ejus fregit, & datur actio contra Dominum mulæ quod agaſonem non admonuerit, *Vid. Dn. Stryk. de jur. ſenſ. Diſſ. 5. cap. 2. nu. 44.* Notandum tamen, juxta jus divinum & Conſtit. Carolinam. *art. 136. & art. 150.* etiam criminaliter agi poſſe, ſi Dominus ſciverit feri-
2 tatem beſtiæ, & monitus fuerit. De feris *hic* non agitur, nam ſi negligenter habita, dabitur actio ex L. Aquil. Si ibi habita, ubi vulgo iter ſit, datur actio ædilitia; ſi cicurata, & tum hæc utilis actio datur. *Dn. Struv. ad h. t. th. 9.* Plura de hac actione apud *Petr. Gregor. l. 38. & d. Dn. Joh. Thomaſ in peculiari hac de re tract.*

---

# TITULUS II.

## *Ad Legem Aquiliam.*

## Ad L. 1.

### SUMMARIA.

*Lex Aquilia derogat prioribus Legibus. n. 1.*
*An per novam conſtitutionem veteres abrogentur? numer. 2.*

1 DIcitur hic, quod plebiſcitum hoc ſeu Lex Aquilia, cujus capitulum primum habetur *in L. 2. pr. h. t.* tertium vero (quia ſecundum non extat) *in L. 27. §. 5. h. t.* deroget prioribus legibus de
2 damno latis. Unde quær. an per novam conſtitutionem veteres actiones pœnam irrogantes abrogentur? Quod neg. ob *L. 41. pr. ff. de Obl. & A. & ad hanc Legem* reſpondetur, quod *hac Lex* nominatim

natim derogavit veteribus legibus. Vid. prolixam hac de re diſputationem apud *Menoch. remed. 9. recup. poſſ. num. 338. & multis ſeqq. Donell. l. 21. c. 3. in pr.*

## ad L. Lege Aquilia. 2.

### *SVMMARIA.*

*Primum caput L. Aquiliæ. num. 1.*
*Quænam animalia pecudum nomine veniant? 2.*

1 RE cenſetur *hic* primum caput Legis Aquiliæ, quod agit de occiſo ſervo alieno aut ſervo, de aliena quadrupede aut pecude, ſi non jure occiſa hæc ſunt, quod is, qui tale damnum dedit, æſtimationem ſervi aut pecudis, non quomodo tempore mortis, ſed quanti eo anno pluris æſtimari potuit, præſtare debeat, & quidem ita, ut contra inficiantem detur actio
2 in duplum. Fetæ autem nomine quadrupedum *hic* non veniunt, ſed congregatim paſcuntur, non igitur Canes, Leones &c. Continentur vero Elephanti & Cameli, quia jumentorum operam præſtant & Cameli gregatim paſcuntur.

## ad L. Si ſervus. 3.

### *SUMMARIUM.*

*Cur in L. Aquil. vox (injuria) adhibeatur?*

IN *l. 3.* redditur ratio, cur in L. Aquilia adhibeatur vox (*injuria*) nam poſſet ſervus occiſus eſſe non injuria, ſi alii vim intuliſſet, & quis animo propulſandi injuriam eum percuſſiſſet. Quod *in leg. ſeq.* ulterius declaratur.

## ad L. Itaque. 4.

### *SUMMARIA.*

*Adverſus periculum me defendere poſſum cum occiſione invaſoris. n. 1.*
*Moderamen inculp. tut. in quibus conſiſtat? 2.*
*An autor rixæ ordinaria homicidii pœna plectendus? numer. 3.*
*Quid ſi autor rixæ in neceſſitate ſe defendendi conſtitutus ſit? 4.*
*An & quatenus furem nocturnum aut diurnum occidere liceat? 5. & 6.*

1 ADverſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere; itaque ſi ſervum tuum mihi inſidiantem occidero, ſecurus ero, ſi ſcil. moderamen inculpatæ tutelæ probavero, quod conſiſtit 1. in cauſa,
2 ſcil. inſultu. 2. Modo. 3. Tempore; de qua materia ulterius *Carpz. in pract. Crim. qu. 28. Molina de Juſt. & J. tr. 2. d. 697. num. 4. Richt. dec. 2. Ant. Matth. ad l. 47. tit. 3. c. 1. num. 4. & ad l. 48. tit. 5. c. 3. Biſius hic.* Autor *ad L. 2. numer. 1. ſeqq. C. ad L. Corn. de Sicar.*
3 *Franc. Zoanellus* & alii, qui de defenſione ſcripſerunt. Sed hic quæro, quid, ſi quis autor rixæ, ſed non pugnæ? Hunc quidem de damno teneri palam eſt. Autor *ad L. 2. num. 4. C. ad L. Corn. de Sicar.* ſed ad ordinariam pœnam homicidii condemnandum non eſſe, ſi provocatus occiſus, tradit *Sande l. 5. t. 9. d. 7.* Sed quid
4 ſi autor rixæ in neceſſitate ſit conſtitutus ſe defendendi, & alterum interficiat, an pœnam ordinariam merebitur? *Aff. Carpz. pr. Crim. qu. 29. num. 48. in aliquo præjudicio.* Sed in præjudicio, quod *Sande* refert, autor rixæ fuit in periculo vitæ conſtitutus. Difficile eſt *hic* in genere aſſurgere præjudicio *Carpzoviano*, niſi præſupponas, autorem fuiſſe pugnæ & autorem rixæ non obtuliſſe pacem &c.
5 *Ad* §. 1. Furem nocturnum occidere licet, cum terrorem tenebræ augeant, incerto & anxio patrefamilias, ad auferendum, an ad occidendum fur venerit. *Ant. Matth. ad l. 48. tit. 5. cap. 2. numer. 7.* ſed cum clamore, quo furem adeſſe conteſtari debet. Furem diurnum non aliter, niſi armis ſe defendat, ubi tamen cla-
6 more opus. Sed prius limitatur *in l. 9. ff. de Sicariis*, ſi ſine periculo parcere non potuit, & niſi potuerit apprehendere, & maluerit occidere. *l. 5. h. t. L. 54. §. 2. h. l. 1. & 2. C. quando liceat &c. Cujac. lib. 11. obſ. c. 17. & lib. 14. c. 15. Azoſius l. 5. de caſibus conſc. c. 52. qu. 6. Farinac. qu. 125. num. 199. Carpzov. pr. Crim. qu. 32. nu. 37. Ant.* Matth. *d. l. Wiſſenb. ad h. t. th. 12. Grœnwegen ad h. l.* Autor *ad L. 1. nu. 4. C. Quando liceat unicuique ſine Jud. Et ad L. 4. n. 4. 5. C. ad L. Corn. de Sicar.*

## ad L. Sed etſi. 5.

### *SUMMARIA.*

*Quis hac Actione teneatur? n. 1.*
*Actio L. Aquiliæ cum Act. injuriarum conjungi poteſt. 2.*
*Etiam cum aliis concurrit. 3.*
*Quid ſi in alia act. plus ſit, quam in act. L. Aquiliæ? numer. 4.*
*Furioſus hac Actione non tenetur, ſed tamen impubes. 5.*
*In Præceptoribus ſævitia culpæ annumeratur. 6.*
*Percuſſiones in cervice oculis nocent. 7.*
*An liceat marito uxorem verberare? 8.*

1 IN *princip. legis quintæ* dicitur, ſi quis ferro ſe petentem occiderit vel metu mortis furem occiderit, eum non teneri actione Legis Aquiliæ. Sed qui furem occidit, quem potuit apprehendere, nec in vitæ peri-
2 culo fuit, tenetur *ex Lege Aquil. & ex Lege Corneliæ de Sicariis.* Actio Legis Aquiliæ cum Actione injuriarum conjungi poteſt, licet utraque actio ex uno facto oriatur. Nam & damnum & contumelia diverſimode æſtimantur. Vid. *Gail. lib. 1. obſ. 63. num. 9. Mynſ. c. 1.*
3 *obſ. 25. Hilig. lib. 21. c. 3. lit.* A. Sed & cum aliis concurrere poteſt, ut cum actione vi bonorum raptorum, cum actione de damno in turba dato, actione de ſervo corrupto, & ſimilibus. *Ant. Matth. ad l. 47. ff. tit. 3.*
4 *c. 2. num.* 4. Et ſi in alia actione plus ſit, quam in Legis Aquiliæ actione, etiam illa ad plus agitur, *per L. 34. pr. ff. de O & A. ibi Zaſius.* Sed ſi duriore actione actum ſit, tollitur altera, non contra. *Matth. d. c. 2. in fine.* Actio autem furti non conſumit hanc actionem, nec conſumitur. *Cujac. l. 8. obſ. 24. Coll. Arg. h. t. §. 21. ubi plures recenſet actiones.*
5 *In* §. 2. *legis quintæ* negatur, furioſum, ſi damnum dederit, vel infantem teneri ex L. Aquilia. Sed impuberem infantem majorem, ſi injuriæ inferendæ capax ſit, poſſe puniri ex L. Aquilia. Sic & pupillum *de Reg. jur. l. impunitas. 7. C. de pœnis.*
6 *Ad* §. *ult.* Magiſtris & Præceptoribus levis caſtigatio permiſſa eſt: Autor *in C. tit. Ex quibus cauſ. infam. irrog. ad L. 17. nu. 6.* ſævitia autem culpæ annumeratur, & eſt injuria, & tenetur Magiſter ad impendia & præſtandum defectum operarum, *Hic & l. 13. §. Item Julianus. ff. Locati Cujac. tom. 1. p. 2306. Molina d. d. 697. num. 13. Don. lib. 3. c. ult. lit. B.* Autor *ad L. un. nu. 3.*
7 *C. de emend. propinq.* Et *ex hac l.* ut & ex *l. 13. §. 4. ff. Locati* notetur, percuſſiones in cervice, oculis nocere, quod allegato loco *Cujac.* ex Plutarcho exemplo Alex. M. probat. Quod Præceptoribus in ſcholis, imo
8 & Scholarchis notandum propono. Probat *ex hoc* §. *Carpzov. l. 2. Jurispr. Eccl. d.* 212. licitum eſſe marito, verberibus coercere uxorem; quamvis vim argumenti non capiam ſatis. Hoc exinde etiam colligitur, quod
9 ob læſum ac eluſcatum filium pater habeat actionem, non tantum ob expenſas curæ ac funeris, ſed etiam in ſolatium. *Dn. Mev. p. 1. dec. 211.*

## ad L. Præceptoris. 6.

### *SUMMARIUM.*

*Nimia ſævitia Præceptoris culpæ annumeratur.*

Nimia

Digitized by Google

Nimia ſævitia in Præceptoribus culpæ adſcribitur, ita etiam ob nimiam ſævitiam aliquis Magiſtratus juriſdictione privari poſſit: *Gail. l. 1. obſ. 17. nu. 2. Mevius p. 2. dec. 85.*

## ad L. Qua actione. 7.

### *SUMMARIA.*

*Quid pater ob filium eluſcatum conſequatur?* 1.
*An in hac actione inſtrumenta quoque conſiderentur?* 2.
*Quid ſi quis plus juſto ſe oneraverat?* 3.
*Quid, ſi quis ab alio propulſus & lapſus nocuerit?* 4.
*In ludo conceſſo qui nocet alteri, de damno non tenetur.* 5.
*Nec, ſi moriatur laeſus, probato opus eſt, quo caſu perierit.* 6.
*Quid, ſi ſervus leviter percuſſus moriatur?* 7.
*Quomodo diſtinguatur actio L. Aquiliæ?* 8.
*Utilis quando locum habeat?* 9.
*Actione in factum quando utendum?* 10.
*Actio in factum ſæpe pro utili ſumitur.* 11.
*Exemplum Actionis L. Aquiliæ.* 12.

1 IN *princip. Legis* 7. quæritur, quid pater conſequatur ob filium eluſcatum vel vulneratum? Reſp.
2 æſtimationem operarum & impenſas curationis. Circa occiſionem quæri poterat, an neceſſe ſit ad hanc actionem, ut quis gladio ſive fuſte vel manu nuda petatur? & poterat forte dici, quod ſic, exemplo actionis Legis Corneliæ, ubi reſpectus habetur ad inſtrumenta necis, ſed hic culpa etiam conſideratur; in L. Cornelia
3 vero dolus. Si quis plus juſto ſe oneraverit, & onus dejiciendo alium læſit ex L. Aquilia tenetur, quia qui-
4 libet ſuas vires ponderare tenetur. Sed quid ſi propuliſti me, ut caderem & lapſus puerum oppreſſi, uter tenetur? Reſp. *in* §. 3. te teneri, nam licet corpore tuo non nocueris & ſic directa actio Legis Aquiliæ locum non habeat, datur tamen actio in factum, quando
5 quis non ſuo corpore læſit alium. Ex §. 4. *hujus L.* notetur, ſi quis in ludo ac certamine conceſſo (ſecus ſi eſſet propter periculum prohibitus. *l.* 10. *ff. h. t.*) leges ludi non excedens nocumentum alteri inferat, quod tunc ad reſarciendum damnum non teneatur. Vid. *Molina d. d. 637. n. 12. Damhouder. in pr. crim. c. 86. n. 3.*
6 Nam licet torneamenta & digladiationes ſtrictis gladiis factæ ſint prohibitæ, non tamen alia exercitia corporis, ut colluctatio; nam virtutis cauſa talia exercitia permittuntur. *Hippol. de Marſil. in pract. ſua criminali* §. *ulterius. n. 9. & ſeq.* & clericus ob tale improviſum homicidium non fit irregularis. *c. Interfeciſti 2. X. de homicid.* Et ita non neceſſe, in puncto lu-
7 di liciti probare, quo caſu perierit. *Decius conſ. 9. n. 5.*
8 *In* §. 5. quæritur, ſi leviter ſervum meum percuſſeris, ex levi percuſſione ſervus meus fuit mortuus, forte quia jam antea ægritudine correptus, vel debilis? Et omnino hic culpa concurrit. Ergo datur hæc actio. Scire debuiſti, alios eſſe debiliores, & planam eſſe viam ad mortem.
9 *Ad* §. 6. Diſtinguitur hic inter actionem L. Aquiliæ & in factum. Actio L. Aquiliæ iterum eſt vel directa, vel utilis. Directa eſt, quæ datur Domino ob damnum
10 corpori à corpore datum. Utilis eſt, quæ vel dicitur ratione perſonæ, cui datur, ſcil. non Domino, ut Fructuario. *L. 11. ff. h. l.* vel ob modum, ſi damnum corpori quidem datum, ſed non à corpore, vel ob qualitatem
11 rei læſæ, ſi liber homo. Actio autem in factum ſeu ſubſidiaria eſt, ubi neque corpori, neque à corpore datum damnum, *per* §. *ult. Inſt. h. t.* Sed actio in factum ſæpe ſumitur pro utili actione, qua ratione textus varie loquentes conciliari poſſunt. *Bachov. in Treutl. d. diſp. 18. th. 10.* Neque in praxi hæc diſtinctio
12 adeo attenditur. Exemplum actionis Legis Aquiliæ eſt *in* §. *pen.* ſi quis de ponte dejecerit ſervum, & is in flumine perierit. Et *in* §. *ult.* ubi quidam Medicus ſervum imperite ſecuerat &c.



## ad L. Idem juris. 8.

### *SUMMARIA.*

*Imperitia & negligentia Medici culpæ annumeratur. num.* 1.
*Infirmitas culpæ annumeratur.* 2.
*An h. L. hodie obſervetur?* 3.
*Quid ſit in judice?* 4.
*Quid in Advocato ſeſe offerente?* 5.
*Privilegiis non gaudet, qui munus affectat.* 6.

1 SI Medicus medicamento perperam uſus ſit, vel perite ſatis ſecuerit ſervum, ſed ſectum deſeruerit, & curam non abſolverit, vel ſi mulio mulam ob infirmitatem vel imperitiam retinere ac gubernare non
2 potuerit, & mula ſervum alienum obtriverit. Idem in equite. Infirmitas enim culpæ annumeratur; cum affectare quiſque non debeat; in quo intelligit vel intelligere debet, infirmitatem ſuam aliis periculoſam futuram. Vid. *Cavalcan. p. 1. dec. 26. in fin. Ant.*
3 *Matth. ad l. 47. tit. 3. c. 1. n. 3.* Hanc Legem non adeo obſervari videtur hic ſtatuere *Grænwegen*, dum ſe refert ad dicta *in* §. 7. *I ſt. h. t.* ubi tamen de judice
4 & Advocato tantum agit. De judice concedo, & alibi hac de re ago, quia neceſſarium munus eſt, & alias nullum reperire poſſumus judicem, ſi exactiſſimam
5 peritiam requireremus. Sed in Advocato ſe offerente non concedo, ut & in aliis, qui ſponte ſuſcipiunt, cui pares non ſunt. Et non prodeſt alicui, quod affectatum eſt. Cujus rei exempla habet *Tiraq. de Retr. Conſ.* §. 35. *gl. 4. num. 28. & ſeqq. & Surdus vol. 3. conſ.*
6 377. *in fin.* Ubi dicit eum, qui affectat officium, non gaudere ejus privilegiis, Sed puniendum eum eſſe, qui alienis officiis ſe immiſcet. Autor *ad Tit. Cod. de Proximis Scrin. num.* 35.

## ad L. Item ſi. 9.

### *SUMMARIUM.*

*Varia exempla eorum, qui L. Aquiliæ rei ſunt. nu. 1. ſeq.*

1 REcenſentur hic varia exempla eorum, qui Legis Aquiliæ rei ſunt, ut 1. obſtetrix, ſi medicamentum noxium dederit & homo perierit, cum hoc tamen diſcrimine, ut ſi obſtetrix ipſa dedit & applicavit, directa actione teneatur; ſi vero dedit, actione in factum. Sed differentia hæc in foro non attenditur Nam in judiciis indiſtincte, qui mortis cauſam per culpam præbuit, ex L. Aquilia tenetur.
2 *Idem in* §. 1. ſi quis per vim vel dolo, vel culpa noxium medicamentum infundat, de quo etiam in *Conſt. Crim. art.* 134. *agitur.* ſi quis hominem fame necaverit.

*In* §. 2. qui ſervo equitante equum concitaverit, & equus ſe in flumen præcipitarit & homo perierit.

3 *In* §. 3. ubi etiam in factum datur actio. Idem ſi ſervum meum quis in inſidias pertraxit. Idem ſi à jaculantibus in campo aliquis fuerit occiſus, niſi locus ille jaculanti ordinarie deſtinatus & ſervus improvide ibidem ambulans perierit, niſi quis data opera in eum ejaculatus ſit, *per* §. *ult. h. l.* & per ea, quæ *conſtituit Imper. Carol. V. in conſt. crim. art.* 146. Luſus enim noxius etiam in culpa eſt.

## ad L. Item Mela. 11.

### *SUMMARIA.*

*Quædam exempla eorum, qui hac Actione tenentur? num.* 1.
*In rixa plures vulnerantes vel occidentes omnes in ſolidum tenentur.* 2.
*Quod expenſ… quilibet pro virili tenetur?* 3.

*Portio illius, qui nihil in bonis habet, cæteros aggravat.* 4.
*Plures vulnerantes, unde mors ſecuta, omnes ex l. publica tenentur.* 6.
*Si conſtet, cujus ictu perierit, ſolus tenetur ex l. publica, quamvis animus deliberatus non adfuerit.* 7.
*Quid ſi ab uno lethaliter vulneratus, ab altero non lethaliter, animo tamen occidendi, an hic ex L. Cornelia puniendus?* 8. *&* 9.
*Uter ex duobus ſervum lethaliter vulnerantibus de acciſo teneatur?* 10. *&* 11.
*Duo exempla eorum, qui hac actione tenentur.* 12.
*Quid ſi ſerva redhibendo damnum datum?* 13.
*In diſcrimen actionis L. Aquiliæ directæ & utilis & in factum inquirere ſupervacuum.* 14.
*An commodatario hæc actio concedenda?* 15.

1 ET hic exempla recenſentur: Si quis pila luſerit, & violenta repulſione pilæ cauſam præbuerit tonſori, ut noceret alii, niſi locus ludo deſtinatus: Item ſi alius tenuit ſervum, alius occidit, ambo tenentur, tenens actione in factum, occidens ex ipſa Lege Aquilia; faciens enim & conſentiens eadem pœna digni ſunt. *c. 1. de Offic. jud. delegati. Gail. lib. 1. de pace publ.*
2 *c. 1. num.* 45. *&* 47. Si plures in rixa vulneraverint aliquem & occiderint, omnes tenentur, & alterius pœna alterum non relevat. *Conf. l. 34. de injur. l. 7. §. ult. de juriſd. Carpzov. p. 2. dec. 190. nu. 16. & ſeq.* Et ſic quilibet integrum damnum in ſolidum reſtituit. *Conf. l. 51. §. fin. h. t. Zæſ. h. t. numer. 21. Struv. th. 28. Sande l. 5. t. 9. def. 5. Clarus §. ult. qu. 84. numer. 7. Damhoud.*
3 *praxi Crim. c. 26. num.* 26. Sed quod expenſas curæ concernit, quemlibet pro virili vidi condemnatum, v. g. Tres vulnerant unum, hic vulneratus chirurgo ſolvere debet 10. thal pharmacopœo quatuor, ob intermiſſas operas adjudicantur quatuordecim thaleri, ſum-
4 ma eſt 28. thalerorum. Singuli ferunt tertiam partem. Sed pone, unum horum nihil habere in bonis, hujuſne portio deficiens cæteros aggravat? Omnino, nam conſuetudo ita intelligenda, ne nimis à jure ſcripto diſ-
5 cedat. *Conf. Molina d. d. 697. num.* 38. Imo *Carpzov. p. 2. dec.* 90 vult etiam, ſi omnes delinquentes præſentes
6 ſint & ſolvendo, quemlibet non niſi de rata teneri. Et ſi plures animo occidendi unum vulneraverint, & ſecuta mors, omnes ex L. Publica *de Sicariis* obligantur, præſertim *ex Conſt. Carol. artic.* 148. Vid. *Chriſtin. in ſta. Mechlin tit. 2. art. 33. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 362. num. 25. Gail. lib. 2. obſ. 4. num. 17. Anton. Matth. ad l. 48. Pand. tit. 5. c. 3. in fine Carpzov. in pract. Crim. qu.*
7 25. *per tot.* Conf. tamen *Wiſſenb. ad h. t. th. 3.* Sed ſi conſtet, cujus ictu perierit, ille tenetur ſolus ad pœnam Legis Aquiliæ, licet non adfuerit deliberatus animus occidendi, tamen pœnam legis Corneliæ de Sica-
8 riis ſuſtinebit. *Menoch. d. caſu 362. num.* 4. Et ſi aliquis ab illo lethaliter vulneratus, ab alio vero poſtea vulneratus non lethaliter, appareat tamen animus occidendi ex qualitate armorum, poteſt ille ex Lege
9 Cornelia puniri. *Menoch. num.* 8. Quod non admitto, quia ex hoc vulnere poſteriori non eſt ſecuta mors. Conf. *Alex. conſ. 46. lib. 4. & conſ. 50. num. 7. lib. 1. Roland. à Valle conſ. 63. num. 10. vol. 2.*
10 *Ad* §. 3. Si ſervum à te lethaliter vulneratum alius vulneret etiam lethaliter, non primus ſed ſecundus de occiſo tenetur; cum quo videtur pugnare *L. 51. h. t.* Ideoque nonnulli diſſenſionem agnoſcunt; niſi dica-
11 mus, diſtinguendum eſſe, an ex poſteriori vulnere ſtatim exanimatus fuerit, an non. Vel an priora vulnera abſolute & certiſſime lethifera, an non, talia tamen, ut mors ſequi potuerit. *Vid. Zaſ. tom. 5. oper. p. 54. Cujac. lib. 27. obſ. 13. Molina d. d. 697. num. 41. Arumæus d. 10 ad Pand. §. 3. Bach. diſp. 18. th. 9. Zæſ. num. 22.*
12 *h. t. d. 14. th* 24. *Wiſſenb. ad h. lib. th.* 14. Si plures trabem dejecerint, unde aliquis periit, omnes ex L. Aquilia tenentur *per* §. 4. item ſi quis canem irritaverit, ut alium morderet §. 5. Datur autem directa
13 actio Legis Domino rei læſæ *per* §. 6. de quo infra. Sed quid ſi ſervum redhibere volo, & interim datum damnum ſit ſervo, an mihi datur actio? Affirm. quia interim ſum Dominus, dum redhibere debeo *per* §. 7. *hujus legis* 11. Sed ſi ſervo vel libero, qui mihi bona fide ſervit, datum damnum, datur in factum actio; ſed ſupervacuum eſſe puto, adeo in diſcrimine actio-
14 nis Legis Aquiliæ directæ ut utilis & in factum operam inſumere & ſollicite diſtinguere.
15 *Ad* §. *pen. & ult.* Hanc actionem utilem uſufructuario dati, vult §. *ult.* ſed non commodatario. §. *pen. Struv. ad h. t. th.* 22. quod Molina *d. d. num.* 44. declarat, niſi Dominus abſens vel Commodatarius damnum aliquod ex vulnerato, v. g. equo acceperit. *arg. L. 30. §. 1. h. t.*

## ad L. Sed etſi. 12.

### SUMMARIA.

*Uſufructuario equi &c. contra hæredem occidentem eundem Actio L. Aquil. datur. num.* 1.
*Æſtimatur utilitas, quæ percipi potuiſſet.* 2.

1 HAbeo uſumfructum in ſervo hæreditario vel in equo &c. Sed hæres, qui habet proprietatem ſervi vel equi, occidit eundem. An mihi datur Actio Legis Aquiliæ contra hæredem? Videtur quod non:
2 quia non ſum Dominus. Sed affirmatur de Actione utili *per* §. *ult. legis præcedentis.* Sed quomodo æſtimare poſſum ſervum vel equum? Reſp. non æſtimo proprietatem, quia non mea; ſed æſtimo utilitatem, quam hactenus habere potui & in futurum habere poſſem, niſi occiſus fuiſſet.

## ad L. Liber homo. 13.

### SUMMARIA.

*Ratione corporis læſi, cur non directa detur actio? nu.* 1. *&* 2.
*Ab autophonia non excuſantur, qui pulvere nitrato ſuccendunt navem.* 3.
*Quomodo liberi corporis vulnera computanda ſint? numer.* 4.
*An deformitatis ratio habeatur?* 5. *&* 6.
*An duella & periculoſa exercitia ſalva conſcientia ſubiri poſſint?* 7.
*Servum fugitivum vulnerans tenetur Domino.* 8.
*Quid ſi homo liber b. f. ſerviens damnum dederit?* 9.
*Quid ſi ſervus hæreditarius vel legatus acciſus fuerit?* 10.

1 NEmo eſt Dominus membrorum ſuorum, ideoque non directam, ſed utilem L. Aquiliæ actionem habet, ratione læſionis corporis ſui. *Carpzov. in pr. Crim. qu. 93. num. 30. Ricc. coll. deciſ. 578. Barboſ. Locupl. l. 20. c. 16. numer. 7. Hartmannus Hartm.*
2 *tit. 50. obſ. 10. Arumæus ad ff. d. 10. §. 2.* Obſtat *l. 9. §.*
3 *7. ff. de pecul.* quæ ex Stoicorum ſchola profecta. *Wiſſenb. ad lib. 9. th.* 19. ubi recte ſtatuit eos, qui pulvere nitrato ſuccendunt navem, qua vehuntur, ne ho-
4 ſtis ea potiatur, ab Autophonia ægre abſolvi. Sed quæro, quomodo liberi corporis vulnera computanda, cum damnum in rebus externis tantum contingat? Reſ. ideo dari hanc actionem, quia ex læſione perſonæ oritur damnum in rebus externis, quia impendere multa debuit in chirurgos, ceſſare coactus fuit ab operis; & deinde ineptior manet ad deinceps laborandum & lucrandum *Molina d. J. & J. tr. 2. d. 679. n. 2. Ant. Matth. ad lib. 47. tit. 3. c. 1. n. 2 Pinell. de bon.*
5 *mat. l. 1. p. 1. num.* 4. Cicatricum & deformitatis non habetur ratio, *per L. fin. tit. ſeq.* quod communiter limitant in puellis innuptis, quarum facies fœdata æſtimatur, cum ampliore dote opus habeant. *Gomez.*
6 *l. 3. reſol. c. 6. n. 12. Farin. qu. 119. n. 119. Zæſ. ad h. t. n. 3.*

quod

quod tamen magis moribus, quam legibus conveni-
re, tradit *Ant. Matth. d. tit. 3. c. 3. num.* 4. & hoc ob
atrocitatem majorem in utroque ſexu locum habere in
Gallia, teſtatur *Groenwegen ad L. fin. tit. ſeq. Ex hac
lege* etiam inferunt, non valere ſtatutum, ut qui of-
fendit alium, ſeſe ponat in manus offenſi punien-
dum. *Boer. dec.* 262. *num.* 4. *Cum hac lege* pugnant
omnia Duella. Nemo ſalva conſcientia corpus ſuum
& vitam periculo exponere poteſt, ſicut etiam om-
7 nia exercitia cum magno corporis periculo conjuncta
*ob hanc legem* prohibenda. Autor *ad L. un. num* 1. *&
ſeqq. C. de Gladiator. penit. toll.* Cur autem de fugitivo
8 ſervo ſtatim ſubjiciat, videtur ob rationem dubitan-
di factum, nam quæri poteſt, quid ſi ſervum meum,
ſed fugitium vulnerer & debilitet, an mihi detur
actio? Videtur quod non, quia in poſſeſſione liberta-
tis eſt. Sed affirm. quia fuga ſua mihi jus meum adi-
mere non potuit, maneo Dominus, & ſpero me re-
cuperaturum.

*In* §. 1. agitur de homine libero, qui mihi bona-
9 fide ſerviit, & damnum dedit, & quæritur, an poſ-
ſim cum eo agere ex Lege Aquilia? Et videtur quod
non, quia ut ſervus damnum dedit. Sed affirmatur,
quia plus attendendem eſt, quod in veritate, quam
quod in opinione eſt. *c. nuper.* 4. *X. de Bigam. non
ordin. c.* 18. *X. de ſent. & re judic.* ita tamen ut ex
culpa non levi tantum teneatur. *l. homo liber.* 45. §.
2. *ff. de Adquir. rerum domin.* Si ſervus hæreditarius
10 occiſus, hæres aget poſt aditam hæreditatem §. 2. *h. l.*
ſed quid, ſi ſervus mihi legatus poſt aditam hære-
ditatem fuerit occiſus, an mihi datur actio? Quod
affirmatur, niſi expreſſe repudiem legatum. *per.* §. *ult.
h. l.*

## ad L. Sed & ſi. 14.

### *SVMMARIVM.*

*Heres ob ſervum legatum à ſe occiſum Legatorio ex L.
Aquil. tenetur.*

SEd pone, ſervum mihi legatum occiſum eſſe ab
ipſo hærede, an datur mihi actio contra hæredem?
Quod affirm. quia Legatarius, niſi expreſſe repudia-
verit, eſt Dominus rei legatæ. Ergo datur ei actio
Legis Aquiliæ.

## ad L. Huic ſcripturæ. 15. & ſeq.

### *SVMMARIA.*

*Si ſervus legatus ante hæreditatem occiſus ſit, legata-
tario Actio non datur. num.* 1.

*Quod ſi ſervus vulneratus ruina poſtea oppreſſus fuerit?*
2.

*Servus vulneratus ſi heres inſtituatur, ex L. Aquil.
agere nequit.* 3.

*Ratione curæ & expenſarum funeris etiam de libero ho-
mine agi poteſt utili Actione L. Aquil.* 4.

1 SErvus mihi legatus ante hæreditatem occiſus eſt,
quæritur, an mihi detur actio? Videtur quod
ſic; quia ſum Dominus; Sed negatur, quia non per-
fecte ſum Dominus, ſed tunc datur actio hæredi. Sed
ſi vulneratus ſit ſervus ante hæreditatis aditionem?
Cedere tenetur hæres actionem mihi Legatario.

2 *In* §. 1. quæritur, ſi ſervus meus vulnere, quod ha-
betur pro lethali, afflictus, poſtea ruina oppreſſus pe-
riit, an de occiſo teneatur is, qui vulneravit, an vero
tantum de vulnerato? Et poſterius placuit. Nam non
fuit certo lethiferum vulnus, ſed ſi nullo alio caſu
ſecuto moriatur, ex vulnere præſumitur deceſſiſſe, &
vulnerans de occiſo tenetur. Autor *ad L. un. num.* 4.
3 *ſeqq. C. de Emend. Serv.* Sed ſi vulneratum ſervum
meum manumiſerim, & hæredem inſtituerim, non
poteſt hæres vulnerati ex L. Aquilia agere. Ratio
additur, quia in eum caſum res pervenit, à quo inci-
pere non poteſt, nam moritur, ut liber, cujus mor-
4 tem Lex Aquilia non punit. Sed punit tamen Lex Cor-
nelia. Imo ratione curæ & deficientium operum & ex-
penſarum funeris etiam de libero homine agi poteſt
utili actione Legis Aquiliæ, & ſic §. *ultim legis* 15. *&
l.* 16. hodie in foro non attenditur. Hanc Regulam *leg.*
16. in ſpeciem contrariam habemus *in c.* 73. *de R. J.
lib.* 6.

## ad L. Si Dominus 17.

### *SUMMARIA.*

*Poſſidens b. f. ſervum contra Dominum, ſi eum occiderit,
recte agit. num.* 1.

*Quid ſi ſervus duobus legatus ab alio fuerit occiſus?*
2.

1 SErvum meum tibi aliquis dolo dedit, & ſic habes
titulum, ſed erroneum, bona tamen fide poſſides,
vel datus tibi pignori, hunc ſervum ego verus Do-
minus occido, quæritur, an tibi teneat? Videtur
quod non, quia Dominus habet actionem, non vero
datur actio contra Dominum; Sed affirmatur de actio-
ne in factum, quia tu ex titulo vel ex oppignoratio-
ne habes jus agendi ad tuum intereſſe. Et ſi mihi &
2 tibi idem ſervus fuerit legatus, & à Cajo occiſus, ſi
tu repudies legatum, mihi in ſolidum datur actio
Legis Aquiliæ, ne delicta maneant ex parte impunita.
*per* §. 1. *hujus legis* 17. *& L.* 51. *num.* 8. *ad π. h. t.*

## ad L. Sed & ſi is. 8.

### *SUMMARIUM.*

*Qualis detur actio contra Creditorem, ſi ſervum oppi-
gnoratum occiderit?*

OPpignoravi tibi creditori ſervum meum, tu eun-
dem vulneras vel plane occidis, non eſt dubium,
quod mihi detur actio Legis Aquiliæ; quia ſum
ſervi etiam oppignorati Dominus, ſed an etiam mihi
detur pignoratitia actio, quæritur? Quod affirmatur,
ſed altera me oppotret eſſe contentum, quia utraque
ad intereſſe tendit, quod bis peti nequit.

## ad L. Sed ſi. 19. & ſeq.

### *SUMMARIUM.*

*Quid ſi duo habeant ſervum communem & alter eum
occiderit?*

SI ego & tu habeamus communem ſervum, ita
ut mihi duæ tertiæ competant in eo, tibi vero uni-
ca tertia pars. Tu eum occidiſti, quæritur, an mihi
contra te detur actio? Quod affirmatur *in l.* 19. quate-
nus autem competat, explicatur *in l.* 20. ſcil. pro ea
parte, qua ſum Dominus & ſic habebo actionem ad
duas tertias æſtimationis ſervo. Idem ſi vulneraveris,
ubi duæ tertiæ damni mihi adjudicandæ.

## ad L. Ait Lex. 21. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Quanti ſervus occiſus æſtimandus? nu.* 1.

*A quo termino annus retrorſus ſit computandus? n.* 2.

*In L. Aq. æſtimatur corpus cum omni utilitate. nu.* 3. 4.
*&* 5.

*Tam commodum extra rem, quam in re.* 6.

*Ut tamen ſpes commodi ſit certa.* 7.

*Ad quid teneatur, qui corruptis retibus piſcatoris ſpem
fefellit?* 8.

*In quantum, qui mercatoris tonnas halecum areſto de-
tinet.* 9.

*In quantum, qui boves aratoris commodatos exercendo inutiles labori reddit?* 10.

1 IN *principio legis* 21. repetitur id, quod *ſuper* di-
ctum, quod ſcilicet in Lege Aquilia æſtimetur ſer-
vus, non quanti æſtimari potuit tempore vulneratio-
nis, ſed quanti in anno eo retrorſum computato plu-
2 rimum fuit & æſtimari potuit. Sed quæritur *in* §. 1.
unde & à quo termino annus ſit retrorſus computan-
dus à tempore occiſionis, an vero à die vulnerationis?
Et reſpondetur à die occiſionis, niſi poſt longum in-
tervallum temporis poſt vulnerationem moriatur; nam
tunc annus à die vulnerationis computatur. Nam po-
teſt eſſe vulnus lethiferum, quod tamen nun mox
vitam adimit; nam ſi à die mortis computetur annus,
3 poſſet leviter æſtimari damnum, ſi per totum annum,
quod non eſt impoſſibile, decubuit. In Lege Aquilia
non tantum corpus æſtimamus, ſed etiam utilitatem,
id eſt, quod conſequi potuimus, vel erogare eugi-
mur. *L.* 33. *h. t. Weſenb. in. n. hic num.* 6. Quod hic
exemplis declaratur; *& duab. leg. ſeq. Et* §. 9. *& ſeq.*
4 *Inſt. h. t.* Sic ſi rem debeat ſub pœna, hujus etiam ha-
benda ratio. *L.* 22. *h. t.* In ſumma omnia commoda
5 reſtituenda, quæ intra annum ſervum vel pecudem
pretioſiorem reddere poſſunt. *L. inde Neratius.* 23. §.
6 6. *h. t.* Ut adeo tam damnum extra rem, quam in re
ſit reſtituendum. *Dn. Franzk. ad h. t. num.* 12. *Zaſ. nu.*
7 24. Exempla *in textibus* ſunt perſpicua. Sed bene ob-
ſervandum, ſpem debere eſſe certam *per l.* 29. §. 3.
*h.* 1. *& l.* 21. §. 3. *ff. de Act. Emti. Weſenb. ad h. t. th.* 9.
8 Sed *ad d. L.* 29. §. 3. Cogitabam aliquando, annon
corruptis retibus ſpes capturæ piſcium, præſertim in
his regionibus, & eo tempore, quo ſolet captura piſ-
cium eſſe ditior, debeat æſtimari, cum ſpes capturæ
in his regionibus, præſertim vero juſtis temporibus,
non adeo ſoleat eſſe incerta. Certe procul dubio ali-
9 quid cepiſſet. Aliud exemplum Facultati noſtræ nu-
per ſuggeſſit factum. Mercator Hamburgenſis civi no-
ſtro aliquot tonnas halecum areſtu detinuit: coactus
igitur civis aliunde comparare majori pretio, & Ura-
tiſlaviam mittere. Forte tonnæ areſtatæ aëri expoſitæ
vitium contraxere; omne damnum in re & extra rem,
ſi areſtum injuſtum, reſtituendum. Sic quidam boves
10 aratorios commodato acceperat, ſed eos ita exercuit,
ut labori in meſſe faciendo minus idonei redderentur,
& tunc commodatarius damnum deterioratorum
boum, & damnum impeditæ meſſis debet reſtituere.

## ad L. Inde Neratius. 23.

### SUMMARIUM.

*Subſtituto, ſi ſervus hæres inſtitutus occidatur, actio non competit.* n. 1.
*Reſponſio ob obſtantem legem.* 2.
*Hæres ita inſtitutus ſi ſervum manumiſerit, an eo occiſo hæreditatis pretium conſequatur?* 3. *& ſeq.*
*Quid ſi pictori pollex præſcindatur & idem poſtea occidatur?* 7.
*Quid ſi ſervus alterius inſtinctu Domini res male adminiſtraverit?* 8.
*Porro de æſtimando intereſſe.* 9.
*Quid ſi infans occiſus?* 10.
*An actio L. Aquilia contra hæredem datur?* 11.
*Annon & in quantum ex ratione Juris Civ. contra hæredem inſtitui poſſit?* 12. *& ſeqq.*
*An actio ex L. Aquil. tollat actionem legis Corneliæ?* 16. *&* 17.
*Qui in hac actione damnum datum negat, ad alterum tantum tenetur.* 18.
*Quæ pœna debetur, licet in libello non petita.* 19.
*An hodie ceſſet hæc pœna?* 20.
*Quare is, qui occiſum eſſe fatetur, ſed non à ſe, nihilominus condemnandus?* 22.
*In foro Civili tamen probatio innocentiæ admittenda.* 23.

1 IN æſtimatione damni, ut dictum eſt, etiam inte-
reſſe extra rem conſideratur, v. g. ſi ſervum, qui
ab alio hæres inſtitutus eſt, occidiſti *per h. l.* Sed quid
ſi Titius ſervum ſuum cum libertate hæredem in-
ſtituit, & ipſi fratrem ſuum ut & me ſubſtituit. Tu
enim vulneraſti & occidiſti, an fratri teſtatoris vel
mihi actio Legis Aquiliæ contra te competit? Quod
2 negatur, quia non ſumus læſi, ſi enim occiſus non
eſſet, ipſe fuiſſet hæres & liber. Nec obſtat *l.* 36. §.
*un. h. t.* nam loquitur de alio caſu, ſi ſervo ſint cohæ-
res pro parte adjunctus.
*In* §. 2. hic caſus: inſtitutus ſum hæres à Titio, ſi
3 Stichum manumiſero, Stichus autem fuerit à te oc-
ciſus, tunc hæreditatis pretium conſequor per L.
Aquiliæ actionem. Sed aliud ſi vivo Teſtatore occi-
4 ſus ſit, nam cum teſtator potuerit mutare voluntatem
ſuam, non poteſt retro certa computatio iniitui. *per
d.* §. 2. Aliud etiam eſt, ſi ſervus naturali fato deceſ-
5 ſerit, conditio habetur pro impleta, & non poteſt
alius conveniri. Teſtator enim officium magis, quam
præciſam neceſſitatem exegiſſe, videtur. *l.* 4. *t. de* [illegible]
1. *Donell. l.* 8. *c.* 34. *poſt lit. F.* Quodſi autem occiſor
6 ſolvendo non ſit, putat Gloſſa habendam eſſe condi-
tionem pro impleta *l. fin. ff. de eo, per quem factum
erit &c.* quod in medio relinquo.
*In* §. 3. agitur de eleganti pictore, cui pollex in eo
7 anno retrorſum computato erat præciſus; nam æſtima-
tur ſecundum id tempus, quo adhuc habebat polli-
cem, & quo ut elegans pictor conſiderari potarat.
Alia æſtimatio ejus, quod intereſt, habatur *in* §. 4. ſi
8 ſervus male adminiſtravit negotia mea & habuit ma-
litiæ ſuæ complices, quos indicare potuiſſet, ſi non eſſet
occiſus, tibi non tantum ſervus, ſed hoc intereſſe
æſtimari poteſt. Sed quærat aliquis, quomodo hoc
9 intereſſe probari poſſit? Idem ſi occiſus ſervus dege-
ner, qui tamen eo anno bonæ frugis fuit *per* §. 5. Nam
omnia commoda, quæ intra annum pretioſiorem ſer-
vum facerent, æſtimanda ſunt *per* §. 6. Infante anni-
10 culo occiſo non ſit æſtimatio ante nativitatem, ſed
poſtquam vixit §. 7. nam ante nativitatem nulla fieri
poſſet æſtimatio. Aliud in uſufructu. *per l.* 12. *h. t. In* §. 8.
dicitur, actionem Legis Aquiliæ non dari contra hæ-
11 redem ejus, qui damnum dedit, niſi factus ſit locu-
pletior, aut lis cum defecto ſit conteſtata, quia tunc
hæres ex quaſi contractu tenetur. *Zaſ. num.* 53. ſed in
foro conſcientiæ eum teneri, ſi defunctus ex notabili
culpa obligatus fuiſſet, ad reſarciendum damnum, tra-
dit *Molina de J. & J. d. d.* 697. *nu.* 34. & ex æquitate
juris Canonici id affirmat *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 39. per
*c. fin. X. de Sepulturis. c. in literis. X. de Raptoribus*,
quod etiam multis autoritatibus confirmat *Petr. Bar-
boſa ad l. filiusfam.* 15. *num.* 139. *ff. de jud.* licet nullum
12 intervenerit mandatum defuncti expreſſum vel tacitum.
Quin etiam ex ratione juris civilis actionem Legis
Aquiliæ, quatenus tantum intereſſe damni dati, &
non pœnam perſequitur, contra hæredem dari & ſic
nullum diſcrimen eſſe inter jus Civile & Canoni-
cum in hoc puncto, tradit *Barb. d. l. num.* 146. ut ta-
men hæres nunquam ultra vires hæreditatis teneatur.
13 Quicquid ſit, omnino juxta æquitatem juris Cano-
nici actionem dandam eſſe, & in conſcientia obli-
gari hæredes, & ſic ſecundum jus Canonicum, præ-
ſertim in ſummis tribunalibus pronunciandum, exi-
14 ſtimo. Sic ut in Facultate noſtra in cauſa Civitatis ali-
cujus, contra Perſonæ Illuſtris Filium Illuſtrem reſ-
ponſum memini. Si vero per culpam leviſſimam dam-
15 num datum ſit, non præciſe putarem ad damni reſti-
tutionem in foro conſcientiæ obligari hæredem, ſed
ex bono & æquo hic judicandum. Verum id altio-
ris eſt indaginis.
16 *In* §. 9. Ex uno facto datur actio & Legis Aquil.
& Leg. Cornel. nec una alteram tollit §. 1. *Inſt. h. t.*
Sed obſtat *l.* 4. *ff. de publ. judic.* ubi dicitur, actione
Legis Aquiliæ præjudicium fieri publico. Sed puto,
reſponden-

Digitized by Google

17 reſpondendum eſſe, fieri ita præjudicium, ſi ſuccumbar in hoc judicio civili, ut repellatur à c‑imiοalι,ſecus ſi vincat. *Vid. Bachov. in Treutl. d. d. 18. th. 10. lit. H. Ant. Matth. ad lib. 47. ff. tit. 3. c. 2. nn. 5. Cujac. l. 20. obſ. 25. Wiſſenb. ad h. l. th. 17.*

18 *Ad* §. 10. Si quis damnum datum neger, non tantum totum intereſſe ſolvere tenetur, ſed etiam alterum tantum. Autor *ad L. 4. numer. 1. ſ. C. de Condict. Indeb. Hic & l. contra negantem. 4. C. h. t. ubique* Autor *nu. 1. & ſeqq.* idqoe etiam in actione utili vel in factum *L. penult. C. h. t. Bargalius in tr. de dolo. l. 5. c. 14. nu. 43. & ſeq.* idem dicunt *Baldus & Sichardus ad d. l. 4.* modo damnum probatum fuerit, & reus forte delato ipſi juramento confeſſus fuerit. *Molinn d. d. 697. nu.*
19 *36. Bargalius de dolo d. c. 14. nu. 47.* Quæ pœna etiam poſt inficiationem peti poteſt, licet in libello non ſit petita, cum aptitudine huic actioni inſit. *Bald. & Saſycet. in d. l. 4. Bach. d. diſp. 18. th. 10. lit. F.* Pœna hæc tamen à parte petenda. *Buſius ad l. 2. h. t. §. & infra. num. 2. & Bargal. d. l. numer. 45. & ſeq.* Hanc pœnam ceſſare, pro more tradit *Du. Grænwegen*, cui tamen
20 noo aſſentior. De mendacio vide plura *in l. 26. §. 5. tit. ſeq.*

21 *Ad §. ult.* Si quis confeſſus, ſe occidiſſe, tenetur ex L. Aquilia, & condemnandus eſt, ſed ſi probet, hominem eum vivere, tunc abſolvendus eſt. Sed quid ſi probare velit, eum eſſe quidem occiſum, ſed non à
22 ſe? Reſp. ob confeſſionem prius factam eum non audiendum, quia civiliter agitur. Nam actio Confeſſoria, i. e. actio Legis Aquiliæ à confeſſione orta id actori tribuit, ut à probatione releveιur, & reus ſuam innocentiam probaturus, ſi modo occiſum eſſe conſtet, in hoc judicio non audiatur. Sed aliud in criminali judicio *Conf. Myuſ. c. 3. obſ. 81. Boer. dec. 27. & P. Bu-*
23 *ſius hic.* Sane in foro civili etiam probationem innocentiæ hoc caſu admitterem. Nam innocentem damnare etiam pecuniariter, iniquiſſimum videtur.

## ad L. Hoc apertus. 24.

QUod de falſa confeſſiune homicidii dictum *in l. præced.* ejuſque §. *ult.* id locum habet in falſa confeſſione vulnerationis.

## ad L. Proinde ſi. 25. & ſeqq.

*SUMMARIA.*

*Ex falſa confeſſione nemo tenetur. nu. 1.*
*Confeſſio procuratoris an Domino noceat? 2.*
*Confeſſus non opus habet cauſa cognitione. 3.*
*Quatenus nec condemnari debeat. 4.*
*Declaratur exemplo. 5.*

1 SI fatearis, te occidiſſe Titium, licet mortuus ſit, ſed non à te occiſus, non obligaris ex ea confeſſione. Nec falſa confeſſio procuratoris aut Tutoris aut
2 Defenſoris præjudicat Domino, ſed ex confeſſione datur utilis actio civilis confeſſoria, i. e. ex confeſſione (nam ita hic vocatur confeſſoria actio *Lud. Rom. ſing. 22.*) contra ipſos confitentes, niſi ſpeciale mandatum ad confitendum habeat procurator, vel Dominus ratam habeat confeſſionem; nam ita Actio Legis
3 contra Dominum daretur. In confeſſum autem nullæ ſunt partes judicandi, ſcil. ut cauſa cognoſcatur, bene tamen ſunt partes condemnandi, quippe jubendus eſt ſolvere. *Don. l. 28. c. 1. poſt lit. H. Wiſſenb. ad. h. t. th.*
4 *18.* Autor *ad L. 1. n. 2. 3. 4. C. de Confeſſ.* Imo nec condemnatione opus eſt, ſi ſtatim confiteatur reus, ſed ſi litem conteſtetur, & poſtea fateatur, omnino opus eſt condemnatione, de quo alibi. *Conf. Du. Tabor in Barb. lib. 3. c. 44. ax. 6. De §. 1. hujus Leg. poteſt videri Alexand. ad lib. 1. C. de Inſt. & Subſt. num. 3. & ibi*
5 *Decius nu. 10.* Hoc exemplo declaratur *in l. 26.* ſi reus fateatur damnum datum & ad reſtitutionem damni ſe offerat, ſed in æſtimatione damni diſſentiunt partes, dum actor magni æſtimat litem, nam tunc judice opus etiam fatente reo.

## ad L. Si Servus. 27.

*SUMMARIA.*

*Quomodo hæc Actio cum Actione furti concurrat? n. 1.*
*An, ſi ſervus communis ſervum meum occiderit, mihi noxalis detur actio? 2.*
*Quid, ſi ſervus nobis communis ab alterius ſervo fuerit occiſus? 3.*
*An, b. f. mihi ſerviens ſi alterius ſervum occiderit, ego tenear? 4.*
*Quid ſi ſervus meus in fuga conſtitutus alium occiderit, an ego tenear? 5.*
*Quod de damno vel intra annum vel dies 30 æſtimando ſtatutum fuit, hodie non obtinet. 7.*
*Quare læſi hæredes non poſſunt agere? 8.*
*Exempla damnorum, quæ in tertio cap. L. Aquil. vindicantur. 9.*
*Conductor, cujus fornacarii obdormientis culpa villa exuſta eſt, hac act. tenetur, & ex locato. 10.*
*An culpa in omittendo commiſſa in act. L. Aquil. veniat? 11. & 12.*
*Nomine liberorum hominum tenetur etiam præponens Dominus. 13.*
*De ſumine prope parietem communem conſtituto. numer. 14.*
*An Dominus noxios & perverſos ſervos, qui villam exusſerunt, dedendo liberetur? 15. 16. 17.*
*Alia exempla L. Aquiliæ. 18. & 19.*
*Cur tot exempla damnorum poſita ſint? 20.*
*Servum alienum virga cadens injuriarum tenetur. numer. 21.*
*Si veſtimenta ſcidit, tenetur ex L. Aquilia 22.*
*Item qui frumentum meum in flumen effuderit. 23.*
*Quid, ſi quis nummos de manu mihi excuſſit? 24.*
*Quid, ſi quis mulierem gravidam percuſſerit? 25.*
*Quid, ſi mulum locatum nimium oneraverit? 26.*
*Alia exempla. 27.*
*Qui vina ſpurcant. & corrumpunt, ex L. Aquil. tenentur. 28.*
*An, qui olivas alterius decuſſit, expenſas à Domino repetere valeat? 31.*
*Qui poſſidet, poteſt repetere expenſas meſſis. 33.*
*Lignum immaturum cadens ex L. Aquilia tenetur. 34.*
*Ex qua Actione puerum caſtrans teneatur? 35.*
*An & quando artifex, cui calicem gemmeum perforandum dedi, ex L. Aquil. teneatur, cum frangatur? 36.*
*An communio bonorum inter conjuges obtineat in Electoratu Brandenb.? 39.*
*Alia ſpecies damni dati. 40.*

1 IN *princ. hujus legis* agitur de concurſu hujus actionis cum actione furti; ſcilicet ſi ſervum meum ſurripueris & poſtea occideris; quod mirum & ſingulare non eſt, cum oriantur ibi diverſæ actiones ex diverſis actibus. Nec una aliam tollet, quia altera damnum, altera pœnam perſequor.

2 *In* §. 1. quæritur, ſi ſervus mihi tecum communis ſervum meum occiderit, an datur mihi contra te actio noxalis? Et diſtinguitur, utrum tua voluntate fecerit, an non; ut illo caſu mihi detur actio, ſed non hoc. Ex eleganti ratione, quod ſervus communis ideo forte poteſt occidere ſervum meum, ut me ſolum haberet Dominum & ex delicto commodum habere poſſet.

3 *In* §. 2. quæritur, ſi ſervus tibi mecum communis ſit occiſus à ſervo Titii, an uterque noſtrum agere poſſit, & an in ſolidum? Reſp. Ad æſtimationem ſervi occiſi quiſque pro parte aget, ad noxæ deditionem quilibet in ſolidum, quia hæc res diviſionem

non

Digitized by Google

non recipit. Si tamen unus egerit ad noxæ deden-
dum, & obtinnerit, alter non aget.
4 *In* §. 3. quæritur, ſi is, qui mihi pro ſervo bona
fide ſervit, alterius ſervum occiderit, an teneat ego?
Reſp. *hic*, quod non; quod forte intelligendum, ſi
actio contra me moveatur, quando non amplius poſ-
ſideo. *Ob l. 11. ff. de Noxal. act. & l. pen. C. de furtis.*
Sed de eo, ut materia abolita, nolo eſſe ſolicitus.
5 Secundo quæritur, ſi in fuga ſervum habeam, qui
occidit alterius ſervum, an teneat? Quod affirmatur
*d.* §. 3. intelligendum forte eſt, ſi facile ſiſti poſſit,
alias enim tenetur ad cavendum *l. 21. §. 3. ff. de Noxal.
act. l. 5. § fin. ff. Ad exhibendum.* Hactenus de primo
capite Legis Aquiliæ. Secundum caput in deſuetudi-
nem abiit *per* §. 4.
6 *In* §. 5. habetur tertium caput, (quod alii ſecun-
dum vocant, plane obliterato eo, quod veteribus di-
cebatur ſecundum) in quo de damno dato, præter-
quam in homine & pecude, agitur, ubi æſtimatio in-
ſtituitur, quanti fuit intra triginta dies, quod hic
7 prolixe explicatur, & *Weſenb. in ff. h. t. n. 8. & 9.* Sed
quod hic habetur de damno æſtimando, quanti fuit
intra 30. dies; & in prima parte Edicti, quanti res
pretioſior fuit intra annum, id in praxi non obſerva-
tur. Poſt *Schneidvv. Reinhardum, Grotium, & alios.
Ant. Matth. ad L. 47. tit. 3. cap. 3. n. 4. Et Struv. ad
h. t. th. 25. Grænwegen ad §. 9. Inſt. h. t.* & Advocatos
hoc præterire refert *Sich. ad Rubr. C. h. t. num. 13. &
8 ſ. Buſius hic.* De foro Saxon. ad *L. 28. infra h.* Et ſi
adhuc obſervatur, læſi hæredem ad id, quanti pluris
fuit intra annum vel menſem, non puto poſſe agere,
quia hujus reſpectu eſt pœnalis. §. 9. *inf. h. t.*
9 *In* §. §. *ſequentibus* habentur exempla damnorum,
quæ in tertio capite vindicantur, quæ brevibus tranſ-
mittenda, ut ſi quis ſervum meum occiderit vel pe-
cudem, ſed adusſerit eum face objecta vel fregerit §.
6. *h. t.* vel ſi villam meam aut arbuſtum incenderit
§. 7. Si incendere voluit domum meam, & vicini
domum accendit, tunc enim vicino tenetur, & inqui-
linis ejus §. 8. *h. l.*
10 *Ad* §. 9. Si Fornacarius obdormiit ad ignem, &
villa exuſta eſt, tenetur conductor tam ex Locato,
quam ex L. Aquilia, ſi Dominus negligentior fuit
11 in negligendis miniſtris, id eſt, cum alium diligen-
tiorem nanciſci potuiſſet. *Ex hoc* §. videtur colligi,
etiam culpam in omittendo commiſſam ex Lege Aqui-
lia teneri. Sed reſpondet *Pet. Barboſa ad L. ſi mora. 10.
num. 34. ff. ſol. matr.* hic etiam factum verſari, cum ip-
ſe fornacarius immiſerit ignem. Atqui idem dicit,
ſi alius immiſit. Sed reſpondet idem alium loco for-
nacarii immiſiſſe, eo vel jubente vel permittente.
12 Deinde quando Dd. dicunt, culpam in omittendo
conſiſtentem non venire in hoc judicium, id de leviſ-
ſima intelligunt. Atqui hic agitur de levi etiam cul-
pa, nam alias ex locato colonus non teneretur. Et an
leviſſimam quis culpam dicat, quando is, qui cuſto-
13 diendo igni præpoſitus obdormiit? Collige etiam lo-
co liberorum hominum culinæ præfectorum teneri Do-
minum præponentem, ut idem *Barb. d. l. numer.* 38.
quod intelligo, ſi in eligendis miniſteriis negligen-
tior fuit. Si quis furnum habeat prope parietem com-
14 munem, & paries ſit exuſtus, in factum actio datur.
§. 10. *h. l.* Sed quid ſi à furno periculum metuatur, à
furnario de damno infecto ut caveatur, peti poteſt
Aliud ſi non à furno, ſed à furnario periculum me-
tuatur. *Cæpolla de ſervit. urb. prædiorum cap. 50. ubi
pluribus agit de furno.*
15 Ad §. 11. Coloni ſervi villam exuſſerunt, an te-
netur Dominus? Quod affirm. Sed poteſtne noxæ de-
dendo ſe liberare? Affirm. Sed quis ſi noxios & per-
verſos habuit ſervos? Reſp. non liberatur, ſed in
ſolidum obligatur. Sed ei obſtat *Lex un. §. pen. ff.
16 furti adverſ. nautas* Recte diſtinguit *Barb. ad d. L. ſi
mora. 10. num. 37.* inter rem alienam & propriam. Hic
§. de colono & exuſta villa loquitur; dictus §. *pen.*
autem de navi propria. Ideoque colligendum hinc
17 videtur, levius agendum cum eo, cujus familia dam-
num dedit in re heri propria, quam colono, cujus fa-
milia nocuit aliis. Aliud exemplum actionis Legis
18 Aquiliæ eſt, *in* §. 12. ſi dum apes meæ ad tuas ad-
volaſſent & tu eas exuſſeris, vel rem aliam meam ru-
perit i. e. corruperit §. 13. Aliud exemplum *in* §. 14.
ſi quis lolii aut avenæ ſemen alienæ ſementi injiciat,
19 quo ſeges contaminaretur, quo caſu Dominus vel co-
lonus ager & concurrit interdictum quod vi aut clam,
ſcilicet ſi non frumento collecto ſed ſementi injicia-
tur *l. 7. §. 5. ff. quod vi aut clam.* colonus tamen tene-
tur cautionem præſtare de indemni ſervando reo, ſi
ab ipſo Domino ob conſpurcatum & contaminatum
agrum aliquando conveniatur.
20 *In* §. 16. moveri videtur objectio, cui bono tot
exempla damnorum poſita ſint, cum generale voca-
bulum (corruptum) ſufficere videatur? Sed reſponde-
tur. Leges ſolere ſpeciebus enumeratis generale ver-
21 bum ſubjicere, quod ſpecialis complectatur. Qui
ſervum alienum virgis vel pugnis cæcidit, vel corpus
ſcidit, ſi ſervum nullo pretio viliorem deteriorem fe-
cit, non tenetur ex L. Aquilia, ſed injuriarum tan-
tum, ſi ad injuriam Domino inferendam, & intuitu
Domini cæcidit, niſi ſumtus in ſanitatem ejus facti
ſint; nam ob hos ſumtus locum habet Actio Le-
22 gis Aquiliæ *per* §. 17. Si quis veſtimenta ſciderit vel
inquinarit, tenetur ad damnum reſarciendum ex Le-
23 ge Aquilia *per* §. 18. Item ſi quis frumentum meum
in flumen effuderit §. 19. Vel ſi quis frumento alie-
no immiſcuerit, cujus difficilis eſt ſeparatio §. 20. Si
24 quis de manu mea mihi nummos excutiat, aut faciat
ideo, ut perirent, puta ſi in flumen vel in mare vel in
cloacam caderent, & datur actio Legis Aquiliæ in fa-
ctum, aut ideo, ut alius ſubtraheret, tunc datur furti
actio §. 21. *hujus Legis & l. 52. §. 13. ff. de furtis,* licet
hoc etiam caſu actio in factum dari queat. Mulier
gravida ſi percuſſa abortum fecerit, is, qui percuſſit,
25 ex Lege Aquilia tenetur. Idem ſi mulum ſibi loca-
tum plus juſto oneraverit & aliquid ruperit, quo ca-
26 ſu concurrit actio locati *l. 30. §. 2. ff. locati.* Idem ſi
quis navem perforavit & inde merces merſæ & cor-
27 ruptæ §. 24. idem in eo, qui immaturam olivam de-
cerpſerit, vel ſegetem immaturam deſecuerit, §. 25.
28 *Ad* §. 15. Si quis vinum ſpurcaverit, corruperit, ex
L. Aquilia tenetur. Sed hem! quot fraudes hodie in
vino committuntur? cui malo vix datur remedium;
29 niſi forte prohibeantur exoticorum vinorum vendito-
res ac caupones, ne vina noſtra ſimul in cella habeant.
30 Quale ſtatutum in Bavaria eſſe, refert *Manz. in cent.
dec. q. 25.* Deberent etiam in bene conſtituta Republ.
interdum tabernæ vinariæ viſitari, nam interdum no-
xia vina vendi poſſunt.
31 Circa quem §. quær. An, qui olivas decuſſit, poſſit
ab eo, ad quem fructus pertinebant, expenſas re-
petere? Diſtinguitur, utrum immaturos fructus ſepa-
raverit, & tunc expenſas procul dubio non repetit,
quin etiam ex Lege Aquilia tenetur; ſed ſi maturos
collegerit? Videtur, dicendum eſſe, ſi non eos inter-
verterit, reſtituendas eſſe impenſas, quia etiam m. f.
poſſeſſor impenſas neceſſarias repetit. *L. 38. ff. de petit.
hered.* Sed contrarium hic deciditur, quia ſciens im-
pendit in rem alienam, quam non poſſidet. Qui au-
tem ſciens in rem alienam ſumtus facit, quam poſſi-
det, alii donare non videtur, quia ſibi gerit, non alii.
*Cujac. l. 10. obſ. 1. & 4. Wiſſenb. d. d. 21. & 19. Petr.
32 Barb. ad l. fructus. 7. nu. 9. ff. ſoluto matr.* Colligitur
ergo hinc caſus, ubi quis donare præſumitur, &
33 propterea notandus *hic textus.* Notandum *hic* etiam
commodum poſſeſſionis; nam qui poſſidet, expenſas
meſſis repetit, non vero, qui non poſſidet; nam hic
& fructus & damna reſtituit, & expenſas perdit.
*Barb. d. l. & numer. 10,* ubi dicit, hanc rationem
deciſivam

deciſivam non intellexiſſe *Garciam de Expenſis. c. 1.*
34 *numer.* 13. Idem in eo, qui ligna immatura cædit, nam is ex lege Aquilia tenetur, aliud ſi ſalictum quis maturum cædat § 2. *& ſeq.* Si quis puerum ca-
35 ſtret, licet pretioſiorem fecerit, oun quidem ex Lege Aquilia tenetur, ſed injuriarum, vel ex Edicto Ædilitio *per l. 7. ff. de Ædil. Edicto* vel in quadruplom *ex L. 12. tabular. per* §. 28.

*Ad* §. *Si calicem.* 29. Dedi gemmeum calicem per-
36 foraodum artifici, ſed calix etiam leviſſima culpa artificis frangitur, hic non eſt dubinm, ex culpa teneri ad damnum reſtituendnm artificem. Sed hic duo caſus excipiuntur. (1) Si habuit rimas, oam tune fractnra ſit vitio materiæ. (2) Si ipſe artifex proteſtatus eſt, ſe nolle teneri de pericolo; nam tunc ex Lege Aquilia, neqoe ex actione Locati tenebitur; nam de culpa levi & leviſſima non tenetur, ergo neutra actio locum haber. Ubi nota vim proteſtationis Vid. *Barboſa ad l. ſi mera. 10. numer. 30. ff. ſol. matr. Alciatus & Cujac. ad leg. prim. C. de excuſatat. artificum.*

Ad §. 30. Mulier, quod margaritas à marito in nſum
37 datas perforaviſſet, legis Aquiliæ actione teneri dicitur, Autot *ad L. 2. numer.* 1. 2. *C. Rer. amot.* quod ob communionem bonornm hodie ceſſare ait *hic*
38 *Grœnwegen.* Sed non video conſequentiam, cum & in communi re qui damnum dat, hac actione teneatur. *L.* 19. *& ſ. h. t.* Taceo, quod illa communio apud omnes (non obtincat. Certe in noſtro Electoram id à
39 *Dn. Prückmanno & Dn. Koblio* negatur, *de quo alibi.* Ulpianus *in* §. 31. *& ſeqq.* alias ſpecies damni dati ni-
40 mis operoſe deſcribit. Et quis omnia damoa recenſere poſſet? v. gr. ſi quis ædium mearum fores confregerit, vel feoeſtras *in* §. 31. Idem ſi quis aquæductum mihi ab alio conceſſum diruat §. 32. Idem ſi ex plauſtro lapis male compoſitus delapſus damnum det §. 33. Idem ſi ſervo conducto mulum regendum committat & ille pollicem avellat ſervo §. *pen.* & ſi quis vas vinarium perforaverit &c. §. *fin.* Satis prolixus fuiſti, Ulpiane, in damnis datis recenſendis, ſed nemo iis recenſendis ſufficiet.

## ad L. Qui foveas. 28. & princ. leg. ſeq.

### *SVMMARIVM.*

*Qui propter feras capiendas facit foveam, quatenus ex L. Aquil. teneatur, ſi quis incidat?*

QUi ferarum capiendarum cauſa foveas faciunt, ſi quis incidat, quæritur, an is, qui foveam fecit, teneatur ex L. Aquilia? Item ſi quis laqueos ponat. In *l. ſeq.* diſtinguitur hic: an in loco, quo iter fieri ſolet, fecerit, vel non, nt illo loco ex L. Auil. teneatur, hoc vero non. *Molina d. d. 697. num.* 16. Nam cooſueta faciens culpæ reus non eſt, oec tenetur de damno. *Dn. Mevius p. 3. dec. 147. num. 7. Cravetta conſ. 6. nu. 68. & quos refert Barb. lib. 3. cap. 59. ax. 12.*

## ad L. Quemadmodum. 29. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Propria autoritate poſſum deſtruere, quod quis in meo prædio facit, non, quod in ſuo, n. 1. & 2.*
*Caſus præcipui referuntur, ubi quis judex eſſe poteſt in propria cauſa. 3. & 4.*
*An deſtruere poſſit ſocius, quod à ſocio in re communi extructum eſt? 5.*
*An cum Domino navis agatur, ubi navis fune rupto, in aliam incurrit? 6.*
*Quid ſi id fiat culpa nautarum? 7.*
*Leges nauticæ ab hac lege receſſerunt. 8.*
*Si navis incidat in retia ad piſces capiendos expoſita, damnum non piſcium, ſed retium reſarciri debet. 9.*
*Continuatur materia de navibus. 12.*
*Quinam ex ſecundo capite conveniantur? 13.*
*An ex hac Lege teneatur magiſtratus, qui animantia eppignorata fame necat? 14.*
*An idem, ſi magiſtratus contra reſiſtentem violentius quid egerit? 15.*
*An h. L. de magiſtratu hodie ceſſet? 16.*

1 SI quis in meo prædio quid fecerit, poſſum propria autoritate deſtruere; Autor *in C. tit. Ut nemo privatus. tit. præd. ad L. 2. numer.* 7. ſecus ſi in ſuo fecerit, licet ſupra meum fundum; nam tunc
2 officium jodicis implorandum. Prius probatur, quia poſſeſſio rei tribuit facultatem, ſuam poſſeſſionem propria autoritate defendendi. *Weſenb. in ff. de adquir. poſſ. numer. 7. in fine. Gail. lib. 1. obſerv. 147. numer. 2. Borcholt. conſ. 9. qu. 1. Bart. in L. 1. parag. 2. de novi operis nunc. Aut. Matth. ad L. 47. tit. 3. cap. 1. numer. 4. Surdus dec. 168. numer. 1. Meiſchnerus tit. 3. d. 9. numer. 143. Matth. Steph. de jurisd. l. 1. c. 40. Menoch. rem. 3. retin. poſſ. numero 29. Roſenthal. de Feudis cap. 10. concl. 41. numer. 49. Colerus de Proceſſ. p. 1. cap. 3. numer. 143. Hill. in Donell. lib. 15. cap. 45. lit. Q.* Autor *ad L. 5. numer. 6. C. de Servitut.* Alii caſus, in qoibus quis in propria
3 cauſa poteſt eſſe judex, recenſentur à *Speculatore lib.*
4 *1. part. 1. tit. de Actore. numer. 55. & ſeqq.* Quorum præcipui ſunt, ſi hoc conventum inter partes, ſi judicis copia non ſit, item caſus præſens in apprehenſione vacuæ poſſeſſionis, ſpolio in continenti ſpoliatori erepto, in jure retentionis, in captivatione furis nocturni, in deſtructione ædium proximarum incendio, & ſim. *Bart. & Alex. ad l. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam. Matth. de Afflictis in c. 1. pr. de pace juram. firm. Gæden. conſ. 10. num. 11.* Sed poteſtne ſocius in com-
5 muni loco, quod à ſocio exſtructum, in continenti vel ex intervallo propria autoritate demoliri? Reſp. negando communiter, *ob l. 26. & ſeq. ff. de Ser. U. Pr.* Doctores citat *Cothman. vol. 1. conſ. 38. numer.* 177. (licet ipſe diſſentiat) *Gylman. tom. 4. Symph. p. 1. voto 16. numer. 34. & ſeqq. Conf. Vaudus l. 2. qu.* 30. Item *Dn. Struvius in tr. de priv. vindicta.*
6 *Ad* §. 2. *juncto* §. 4. Si fune rupto, aut cum à nemine regeretur navis, in alienam navem incurriſſet, com Domino navis agendum non eſt. Negativam lectionem receptiſſimam contra *Ant. Fabrum* tuetur *Bach. ad Treutl. v. 1. d. 18. th. 5. lit. C. Cujac. l. 25. obſ. 10. & Dn. Wiſſenbach. ad h. t. num.* 20. nam & ſubita atque improviſa tempeſtate, ſineque cnlpa nautarum hoc fieri potuit, ſtante io anchoris nave. Sed quid ſi culpa nautarum una navis in aliam impegiſſet? Tuno
7 aliod dicendum *per §. ſeq. Molina d. d. 697. numer. 6.*
8 Leges vero nanticas hujus temporis ab hac lege receſſiſſe, refert *Wiſſenbach. d. l. & refert. Grotium, Ant. Matth. ad lib. 74. tit. 3. cap. 3. numer.* 2. nbi rationem legis nauticæ reddit *Beneven. Stracha de Nautis p. 3. numer. 45. & 46.* ubi *hunc textum* prolixe interpretatnr.
9 *Ad* §. 3. Notetur hic, quod ſi navis incidat in retia, ad piſces capiendos expoſita, & quidem culpa nautarum, debeat damnum reſarciri retium ruptorum, ſed non piſcinm, qui capi poterant; nam hoc damnum eſt incertum, quia lucrum incertum erat. Et
10 *hunc* §. notandum eſſe, ait *Natta conſ. 450. num. 6.* quod hic piſcatores pervenerint ad actum piſcaturæ
11 proximum; utique multo minus illud lucrum æſtimandum, quod quis feciſſet ex emtiooe fundi & mercium, à qua emtione à me fuit retractos. Nam piſcatores ad proximum actum pervenerant; ſed ad talem actum oondum mercator pervenit. Et ideo *hunc textum* ootabilem etiam eſſe, dicit *Hip. Riminaldus l. 1. conſ. 52. & l. 2. conſ. 218. nu. 103.* ubi refert *Caſtrenſem & Iaſonem hunc textum* commendantes, & *conſ. Ant. Gabriel, l. 3. tit. de Solut. concl. 10. n. 3. verſu: contrarium.*

*In*

Digitized by Google

12 *In* §. 4. Cootinuatur materia de Navibus, ſi quis
navem ſibi occurrentem ſua nave ſubruiſſet, quod aut
vi tempeſtatis citra culpam gubernatoris navis factum,
& non datur actio, aut vero culpa nautarum & in hos
danda actio. Si quis funem, quo navis alligata, præ-
ſciderit, ſi navis perierit, actio Legis Aquiliæ in factum
datur §. 5. *h. t.* Et *ex hoc ſecundo capite* conveniuntur
13 ii, qui in aliis animalibus, quæ in pecudum numero
non ſunt, damnum dant, v. gr. cane, qui occidit vel
apium vel avem &c. §. 6. *h. t.*

14 *Ad* §. *pen.* Ex L. Aquilia tenetur etiam Magiſtratus:
ſi res animatas oppignoratas fame necavit. *Molina d.
d.* 697. *num.* 19. item res pignori captas licite vel il-
15 licite attritas & corruptas reddidit. Aliud ſi contra
reſiſtentem violentius quid egit; quia ubi defenſio
illicita, ibi offenſio licita, & officii neceſſitas eas à
dolo excuſat, ſi eum occidant, quem aliter prehen-
dere nequeant. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 110. *num.* 40. *Dam-
houd. pract. crim.* 84. *num.* 35. Autor *ad L.* 1. *num.*10. *&*
16 11. *C. de deſertorib.* Hanc legem *Dn. Grœnwegen* non
obſervari dicit, quia ſcil. judex ob imperitiam male
judicans non tenetur. Sed nulla hic conſequentia:
Nam hic de judice non male judicante, ſed fame ne-
cante incluſas beſtias, vel res pignoratas deteriorante
ſermo eſt; niſi velimus dicere, quidlibet Magiſtratui aut
judici impune licere. Ideo *hic* §. omnino obſervari
debet. Sed de ipſa re, an judex ex leviſſima vel levi
17 culpa male pronuncians teneatur, *alibi* actum. Vox
(plurimi) in capite tertio Legis Aquiliæ repetenda
eſt ex primo capite, dicta enim in uno capite legis, ta-
cite intelliguntur repetita in alio capite.

## ad L. Qui occidit. 30.

### SUMMARIA.

*Cur ſervum alienum in adulterio occidens ex L. Aquil. non teneatur? num.* 1.

*Si ſervus pignori datus à Titio interemtus ſit, creditori an vero debitori Domino ſervi actio ex h. L. detur?* 2.

*Quid ſi debitor non ſit ſolvendo?* 3.

*An obnoxius ſit L. Aquil. qui vinum meum ebibit, aut frumentum conſumſit?* 4.

*Occaſionem damni qui dat, pro eo habetur, quaſi damnum dediſſet.* 6.

*Quid per occaſionem intelligatur?* 7. *& ſeqq.*

1 QUi deprehendit ſervum alienum in adulterio &
eum occidit, non tenetur ex Lege Aquilia,
*in princ. hujus legis*, cauſa eſt juſtus dolor. Dediſti
2 mihi pignori ſervum vel animal pro 30. thaleris, ſer-
vum occidit Titius, cui dabitur actio ex L. Aquilia?
Reſp. non mihi, ſed tibi, quia tu es Dominus, cui
3 ſoli hæc actio datur. Sed pono, te non eſſe ſolvendo,
vel actionem perſonalem eſſe præſcriptam, & tempo-
re excluſam, annon æquum eſt, mihi contra Titium
dari actionem? Affirm. de utili, ſed non in plus, quam
tu mihi debebas, in ſuperfluum non; quia ſubſidiaria
4 hæc tantum actio. Hinc apparet, 1. interdum utilem
actionem Legis Aquil. dari non domino. Actionem
perſonalem poſſe eſſe præſcriptam, remanente hypo-
thecaria. *Vide Cujac. t. t. ad h. L. p.* 1101. *& notata mea
ad L.* 2. *num.* 8. *C. de L.* 2. *num.* 8. *C. de Luit. pign.*

5 *Ad* §. 2. Frumentum meum abſumſiſti, vinum ebi-
biſti, an ex L. Aquilia teneris? R. proprie non, quia
res eæ ad uſum vel abuſum potius à Deo conditæ; Sed
quia meum fuit, teneris mihi utili, vel in factum actio-
ne *Cujac. d. l.*

6 *Ad* §. 3. Qui non prævidet, quod prævidere debuit,
in culpa eſt. Qui occaſionem damni dat, damnum de-
diſſe intelligitur. Sed per occaſionem hic cauſa intel-
7 ligenda eſt. Nam occaſio ſignificat alias cauſam remo-
tam & per accidens, quæ non eſt ordinata ad eum effe-
8 ctum. Ideoque improprie hic videtur locutus ICtus,
ut tradit *Tiraq. in tr. ceſſante cauſa. limit.* 20. *num.* 8.
nam eventus non adſcribitur principio remoto, ſed
cauſis proprioribus. *Baldus conſ.* 136. *quem refert Tiraq.
d. l. n.* 9. & exemplum allegat *num.* 10. Si aliquem pul-
ſem, & ille incidat in lapidem & vulneretur. Hinc
9 etiam infert *num.* 12. munera Legatis oblata iis acqui-
ri, quia reſpectus Principis eſt tantum occaſio. Decla-
rat tamen hanc regulam pluribus *num.* 13. *& ſeqq. Conf.
de hac. reg. Dn. Tabor. in Barb. l.* 13. *c.* 11. *axiom.* 1. ubi
limitat: niſi dans cauſam remotam in actu illicito ver-
ſetur, vel in actu licito, ſed minus circumſpecte agat,
10 *per Leg. ſeq.* Qui ſervum vulnerat alienum, & ſervus
non ex vulnere, ſed ex negligentia periit, non tene-
tur de occiſo, ſed tantum de vulnerato. §. *ult.* quia
vulneratio eſt tantum cauſa per accidens & remota mor-
tis.

## ad L. Si putator. 31.

### SUMMARIA.

*An putator arboris frondes dejiciens & lædens teneatur h. L.? n.* 1.

*An auriga extra culpam ſit, ſi ſupervehat puerum, ſi acclamavit antea?* 2. *&* 3.

*Duo ad homicidium caſuale requiruntur.* 4.

1 CUlpa eſt, cum quid à diligenti provideri potuit,
& non eſt proviſum. Sed quær. *in hac Lege*, ſi
putator arboris in privato loco, ubi iter non ſit, fron-
des dejecerit & aliquem læſerit. Et reſpondetur hic, do-
lum & latam culpam præſtandam eſſe. Et ſic hic eſt li-
2 mitatio *legis* 44. *h. t. Conf. Molina d. d. num.* 14. *Ex hac
Lege* probatur, aurigam in platea ſupervehendo pue-
rum occidentem extra culpam eſſe, ſi exclamando præ-
3 monuerit *Dn. Mev. p.* 1. *dec.* 221. Putarim tamen,
debere ſiſtere curſum, animadverſo periculo, & com-
mittendum ipſius juramento, ſi dixerit; ſe ſiſtere non
potuiſſe; nam ſi potuit ſiſtere, animadverſo periculo,
4 utique in culpa eſt, ſi non pepercit homini, & qui-
dem puero. Collige ad id, ut homicidium dicatur ca-
ſuale, duo requiri (1) ut opus ſit per ſe licitum. (2)
ut fiat juſto loco ac tempore. *Conſt. Crim. art.* 146.
*Carpzov. in pract. criminali qu.* 27. *nu.* 17. *& ſeq. conf.
&c.* 23. *& fin. X. de Homicid.* Autor *ad L.* 5. *num.* 3. 4.
*ſeqq. C. ad L. Corn. de Sicar.*

## ad L. Illud quæſitum. 32.

### SUMMARIUM.

*Si plura delicta diverſis temporibus facta de quolibet pœna imponenda eſt.*

QUando familia mea, i. e. ſervi coadunati damnum tibi dederunt, ſemel tantum, vel ſimplam pœnam exolvere ſufficit. *Vid. notata* Dni Autoris *l.* 9. *ſupr. de juriſd. & Pacius cent.* 1. *qu.* 516. *& Cujac. lib.* 8. *obſ.* 20.

*In* §. 1. quæritur, ſi quis primo ſervum alienum vulneraverit, & poſtea ex intervallo occiderit, an tam de occiſo, quam de vulnerato teneatur. Et affirmatur, quia ſunt plura delicta. Et hic colligitur *ex textu*, quando plura delicta diverſis temporibus facta, de quolibet imponenda eſt pœna, ſecus ſi pluries delinquat uno impetu.

## ad L. Si Servum. 33.

### SUMMARIA.

*Pretium verum & juſtum unde æſtimandum? n.* 1.

*An ex nobilitate rei?* 2.

*An vero ex communi hominum æſtimatione?* 3. *&* 4.

1 IN damni æſtimatione non conſideratur ſingu-
laris affectio ad rem. Verum & juſtum cujuſque

pretium

pretium non ex cujuſlibet affectione, ſed ex communi æſtimatione omnium perpenditur. *Hic & l. pretia rerum 63. ff. ad L. Falcid.* Et ſi etiam æſtimatio damni, non ſecundum affectionem ejus, qui damnum paſſus eſt, neque ex nobilitate rei, aut natura, ſed ex communi hominum æſtimatione debet. Si qui gemmam contudit magni pretii, procul dubio majus quid reſtituit, quam ſi equum interficiat, quamvis hic illa ſit nobilior. *Covar. d. l.* Cæterum regulæ hujus utilitatem, & quæ exinde contectaria ſequantur, docet *Covar. lib. 2. reſol. c. 3. nu. 4. & ſeq.* Et pretium juſtum eſt, quod communiter à cæteris præſtatetur. *Menoch. conſ. 114. num. 20. & conſ. 137. n. 2.*

## ad L. Titio. 34. & ſeq.

### SUMMARIUM.

*Quid, ſi ſervus duobus legatus occiſus fuerit & alter Legatum repudiet?*

TItius mihi & tibi legat Stichum. Dum tu deliberas, an tu velis acceptare legatum, Stichus occiditur à Cajo, poſtea tu repudias legatum, quæritur, an mihi ſolida actio de occiſo Sticho competat, contra Cajum? Et hoc affirm. *text. 34.* & ratio aſſignatur ex jure adcreſcendi vel non decreſcendi.

## ad L. Nam ſicut. 36.

### SUMMARIA.

*Quid, ſi ſervus uni legatus occiſus fuerit & hic legatum repudiaverit? n. 1.*

*An, ſi ſervus hæres inſtitutus ſit, & ex vulnere lethali moriatur, ejus hæres de occiſo agere poſſit? 2.*

*Quid, ſi ſervo tali cohæres datus fuerit? 3.*

1 IN *l. præcedente* dictum, ſervo duobus legato & occiſo, altero repudiante, alterum legatarium, qui acceptavit in ſolidum, ex L. Aquilia agere, hoc declaratur alio exemplo *in principio hujus legis*, ſi v. g. mihi ſoli legatus Stichus & ille fuerit occiſus & ego repudiaverim legatum: Tunc actio legis Aquiliæ penes hæredem manet. Nam repudiatum legatum pro non legato eſt.

2 *In §. 1.* hæc proponitur facti ſpecies. Teſtator ſervum ſuum Stichum inſtituit hæredem, & liberum eſſe jubet. Sed ſervus ille lethaliter vulneratus eſt & moritur, relicto me hærede: quæritur, an ob occiſum Stichum poſſim agere ex Lege Aquilia; Reſp. quod non, quia defunctus ſui pretium petere non potuit, & ita nec hæres ejus defuncti æſtimationem petere poterit, quia defunctus & hæres cenſentur eſſe una perſona. Et ſi verum fateri fas eſt non ſenſi damnum ex Stichi interitu, ſed potius commodum. Aliud autem

3 eſt, ſi ſervo datus ſit cohæres, nam hic habebit actionem, de quo *ad l. 23.* actum, ubi de ſubſtituto ſermo fuit.

4 *In §. 2.* habetur eadem ſpecies, quæ *in l. 1. §. 16. ſupra tit. 1. hujus libri* fuit propoſita, nam poteſt illi, contra quem ago ex noxa quadrupedis utilius eſſe, noxæ dedere, quàm æſtimationem damni, ad quam occiſa quadrupede jam præciſe teneor.

## ad L. Liber homo. 37.

### SUMMARIA.

*Cum mandatarius parere neceſſe habet, & mihi damnum dat, cum mandante ago. nu. 1.*

*Quid, ſi atrox ſit delictum. 3.*

*Quid, ſi non habuit neceſſe parere exequens? 4. & 5.*

*An quid mandatarius habeat facultatem denuntiandi litem mandanti? 6. & 7.*

1 SI juſſu alterius quis mihi damnum dedit, ſi parere habuit neceſſe, cum mandante ago; *hic & l. 11. §. 5. l. 7. §. 5. ff. de injur. l. 7. §. 4. ff. arb. furt.*

2 *caſ. l. 15. §. 1. ff. de Sicar.* adeo ut exequenti in levioribus ignoſcatur, *l. 167. §. 1. & l. 169. ff. de R. J.* in atrocioribus vero pœna mitigetur. *l. 20 ff. de O. &*

3 *A. l. 8. C. ad l. Jul. de vi. Ant. Matth. ad lib. 48. tit. 18. c. 4. num. 14. Farin. qu. 97. Tiraq. de pœn. temperandis.*

4 *Buſius ad h. l.* Si non neceſſe habuit parere, cum exequente ago. Sed & poſteriori caſu cum mandante agere poſſum, ſi mandatarius alias non erat facturus. *l.*

5 *11. §. 3. ff. de injur. d. l. 15. de Sicar. l. 6. C. de his quibus ut ind. Molina de J. & J. diſp. 550. numer. 2. Farinac. qu. 7. num. 48. Clarus §. fin. qu. 89. Decianus lib. 9. pr. crimin. c. 39. Ant. Matth. d. l. n. 15.* Habet tamen man-

6 datarius facultatem denuntiandi litem mandatori. *Auth. qua in prov. §. eo autem abſente. C. ubi de criminibus*, non eum in finem, ut liti eximatur mandatarius, ſed ut à mandante exceptionibus inſtruatur. *Berlich. dec. 75. num. 1. & 2.* Sic etiam Advocatus inju-

7 riarum actione impeditus, poteſt litem denuntiare clienti, cujus mandata quid ſcripſit, *Berlich. d. l. n. 5.*

## ad L. Si eo tempore. 38.

### SUMMARIUM.

*Quid, ſi ſervum meum b. f. tibi ſervientem alius tuus ſervus vulneraverit?*

EMiſti meum ſervum ignorans, quem ſervum alius tuus ſervus vulneravit, quæritur, an ex L. Aquilia actione noxali te convenire poſſim? Quod affirmatur. Hoc Gloſſa non ait procedere in petitione hæreditatis, per *l. 25. §. 11. ff. de pet. hæred.* & in actione ſervi corrupti. *l. 1. §. 1. ff. de Servo corrupto.*

## ad L. Quintus Mutius. 39.

### SUMMARIA.

*Cauſam abortus dans equæ prægnanti, Domino tenetur, num. 1.*

*Propter damnum, quod alienum pecus in agro meo dedit, habeo actionem de paſtu. 2.*

*Annon includere liceat? 3.*

*Quid ex conſuetudine hodie? 4.*

*Oblata cautione pecus reſtituendum. 5.*

1 IN *princ. hujus legis* agitur de equa prægnante in alieno agro reperta, ſi agri Dominus in eam manum injiciendo per culpam abortui cauſam præbeat,

2 an teneatur Domino? Quod affirmatur præſuppoſita ſcil. culpa. Quicunque pecus alienum in agro ſuo deprehendit, ita debet abigere, ac ſi ſuum deprehendiſſet, i. e. non includat, neque damnum det, adeoque tenetur actione L. Aquiliæ: haberet tamen actionem de paſtu, de quo *Dn. Joh. Thoma d. tr. c.*

3 *14. & ſeqq.* Unde colligitur, incluſionem fieri non debere, niſi forte eo fine fiat, ut cognoſcatur, quis ſit Dominus. *Bach. in Treutl. d. 18. th. 2. lit. C. Molina d. d. 697. nu. 23. Dn. Mev. p. 1. dec. 34. numer. 13.* Autor

4 *ad L. 1. num. 4. 5. C. de Fund. & Saltib.* Sed de conſuetudine paſſim pignorationes ſunt receptæ, & incluſiones. *Dn. Richter. dec. 5. Dn. Mev. ad jus Lubec. l. 3. tit. 11. num. 9. ad Rubr. & Dn. Thoma d. tr. c. 23. & ſeqq.* quos laudat *D. Struv. h. tit. th. 4. Groenwegen ad h. l.* Autor *ad L. 5. num. 4. & ſeqq. C. h. t.* Oblata autem cautione de reſtitutione damni æſtimandi, ſolet im-

5 perata reſtitutio. *Dn. Richt. d. dec. 5. nu. 14.*

## ad L. In L. Aquil. 40.

### SUMMARIA.

*Actio utilis L. Aquil. datur propter chirographum deletum. n. 1.*



Digitized by Google

*Quod ſi ſub conditione quid debeatur ex eo? n. 2. & 3.*
*Pendente conditione poteſt agi ad damnum eventualiter. 4.*
*An & quando teſtes ad perpetuam rei memoriam ab actore producti examinentur? 5. & 6.*

1 DAtur etiam utilis actio Legis Aquiliæ ob chi-
rographum deletum vel ſubreptum, & quidem
2 licet in eo mihi ſub conditione aliquid promiſſum,
quia poſſent teſtes mori; ſed executio ſententiæ dif-
ferenda, quia pendente conditione nullum habeo in-
3 tereſſe, cum conditio deficere poſſit. Sed quia ſpes
eſt exſtituræ conditionis, & metus mortalitatis te-
ſtium; ideo prærnatore agi poteſt ſummarie. *Nellus Gemin. de teſtibus num.* 78. quod hic agat is, qui non
4 habet actionem, ſed habere ſperat. Unde apparet,
pendente conditione agi poſſe ad damnum eventu-
aliter; quare ſingulariſſimam *hanc legem* vocat hic
*Bart.* & multa ſibi objicit, perſertim *legem* 20. *C. de de Probat.* ubi nil quicquam niſi furtum aut dilace-
ratio chirographi requiritur; & reſpondet de damno
ab ipſo dato, de quo obligato documentum loquitur,
agi; hic vero de tertio dilacerante ſermonem eſſe.
Et notabilem *hanc legem* dicit eſſe *Baldus in c. quo-*
5 *niam frequenter.* & ex eo *Pinell. de bonis mat. l. 1. p.* 3. *num.* 78. *Bartolus* hic agit de examine ad perpe-
tuam rei memoriam *Petrus Ravennus ſing.* 25. Nam
6 hic ob metum, ne teſtes moriantur, ad perpetuam
rei memoriam teſtes examinari petuntur, quod alias
Actori non ſolet concedi, niſi impediatur agere im-
pedimento juris vel facti: hic impedimentum juris,
conditione nondum exiſtente. *Camill. Borell. lib. 2. dec. tit. 8. num. 9. Petr. Gilken. ad Auth. Sed & ſi quis. C. de Teſtibus num.* 16. *Conf. Dd. ad tit. Decret. ut lite non conteſt.*

## ad L. Si quis. 41.

### *SUMMARIA.*

*Propter Teſtamentum deletum cui competat Actio? numer.* 1.
*Quæ detur Actio, ſi quis depoſitas apud ſe teſtamenti tabulas aliis legaverit?* 2.

1 PRopter Teſtamentum deletum non quidem com-
petit actio Legis Aquiliæ Teſtatori; bene tamen
hæredi, & Legatario, quorum intereſt.
In §. 1. quæritur, ſi quis Tabulas Teſtamenti apud
2 ſe depoſitas aliis legaverit, quæritur, quæ actio detur?
Et reſponderit, ſi id faciat ob injuriam inferendam, ac-
tio injuriarum dabitur; ſi fecit animo nocendi, datur
in factum actio; & ſi animo lucri id faciat, datur
actio furti.

## ad L. Qui tabulas. 42.

### *SUMMARIUM.*

*Quæ detur Actio contra delentem verba inſtrumenti apud ſe depoſiti?*

QUi delevit verba Teſtamenti vel alterius inſtru-
menti apud ſe depoſiti in damnum alterius, is
actione Legis Aquiliæ tenetur; ſed & actione depo-
ſiti tenetur & ad exhibendum. Scilicet ſi corruptio fa-
cta ſit poſt aditam hæreditatem, ſi antea datur actio
de dolo. *Pac. cent. 2. qu* 87. *Hilliger in Donell. l. 15. c.* 40. *B.*

## ad L. Ob id. 43.

### *SUMMARIA.*

*Hæredi contra inferentem damnum ante aditam hæreditatem, Actio datur. n.* 1.
*Alias tria ſequerentur abſurda.* 2. *ſeq.*

EGo ſum inſtitutus hæres, antequam autem adi-
1 rem hæreditatem damnum dediſti in rebus hæ-
reditariis, quæritur, an poſtea mihi adeunti hæredi-
tatem detur actio Legis Aquiliæ? Videtur quod non;
quia tunc, cum damno daretur, non eram Domi-
nus, ſi quidem jacente hæreditate non committitur
furtum. *l. 68. ff. de furtis.* Sed affirmatur, quia ſi non
daretur hæredi actio, tria ſequerentur abſurda vel ini-
2 qua. 1. Si præſens Dominus tantum haberet actio-
nem, neque ab hærede ad hæredem poſſet tranſire
hæc actio, cum tamen actio Legis Aquiliæ ad hære-
dem tranſeat. 2. Si quis apud hoſtes captus eſſet & ei
3 damnum daretur, reverſo ei non daretur actio, quia
tunc, cum damnum daretur, non erat Dominus, quod
4 eſſet iniquum. 3. Si poſthumus hæres eſſet & datum
eſſet, interim hæreditati damnum, poſthumus non
haberet actionem hanc, quia tempore damni dati non
erat dominus, quod etiam iniquum. Sic *in actione arborum furtim caſarum.* & in *Interdicto quod vi aut clam,*
quæ competunt, de eo quod jacente hæreditate fa-
ctum.

## ad L. In L. Aquil. 44.

### *SUMMARIA.*

*In L. Aquil. leviſſima culpa ſufficit. n.* 1.
*In cuſtodiendo igne ſumma cuſtodia neceſſaria eſt. n.* 2.
*An pulſandus ſit hac act. qui ex natura contractus ad leviſſimam culpam non tenetur?* 3. 4. 6. & 7.
*An qui gratis ſanat aliquem, & leviſſimam culpam committit, teneatur h. act.?* 5.

IN L. Aquilia etiam leviſſima culpa ſufficit; quod
tamen de culpa in committendo intelligunt. Au-
1 tor *ad L. 1. num.* 5. *C. h. t.* Majus enim delictum, quod
facto committitur, quam quod omiſſione perpetratur
Et ſic Dd. ſentiunt communiter cum *Gl. hic Covar. de Matrim. p. 2. c. 6. §. 8. num.* 17. *Rolandus à Valle l. 2. conſ. 95. num. 29. Afflictus dec. 57. numer. 8. Donell. l. 15. c. 42. poſt lit. C. P. Barboſa in l. ſi mora. 10. num. 32. ff. ſol. matr. Vid. Schrad. part. 2. de feud. part. 9. princ. ſect. 7. num. 62. Zœſ. ad h. t. num.* 7. qui omnes mo-
ventur. *l. 13. §. 2. ff. de uſufruct.* Sed diſſentit *Buſius ad l. 27. h. t. Anton. Matth. ad l. 47. tit. 5. c. 6. in fin. & Dn. Struv. h. theſ. 20. per l. 8. & 27. §. 9. h. t. Molina d. d 697. num 9 & ſeqq.* Sed illis legibus ſatisfa-
cit *Zœſ. d. l. & P. Barboſa in l. ſi mora. num. 34. ff. ſol.*
2 *matr.* Et ſane in cuſtodiendo igne ſumma diligentia,
etiam ne quid omittatur, neceſſaria eſt. Aliam etiam
3 addunt limitationem *hujus legis*, ſcilicet, ſi quis con-
traxerit cum alio, & ex natura negotii non ad levíſ-
ſimam, ſed ad levem vel latam tantum culpam te-
4 neatur, v. g. Conduxi prædium, per negligentiam le-
viſſimam datum eſt damnum; vel adhibuit quis cu-
5 ram in ſanando ægroto, & quidem gratis, ſed com-
miſit culpam leviſſimam, non tenetur ex L. Aquilia.
*Covar. de matrim. p. 2. c. 6. §. 8. num. 14. Molina d. d. 697. num. 8. Menoch. l. 2. A. qu. caſu 3. qu.* 9. ubi
6 tamen de culpa omiſſionis videtur loqui. *Struv. ad h. t. th.* 20. Sed hanc ſententiam merito io dubium
vocat. *Petr Barboſa ad d. l. ſi mora. num.* 32. Nam in
*l. 5. §. fin.* dicitur, dubitari, an in eo caſu actio locati
locum habeat, ſed de actione Legis Aquiliæ non du-
bitatur. Et *in l. 45. pr. ff. Locati* datur actio ex L. A-
7 quilia. Et cum *Barb.* ſentit etiam *Zœſius ad h. t. nu.* 9.
Et ſane ponamus, duos dediſſe damnum per culpam
leviſſimam prædio, quorum unus fuit ipſe conductor,
alter extraneus, ex contraria opinione extraneus,
conveniri poſſet, non conductor, cum tamen hic
magis ſit culpandus. Alia limitatio *hujus legis* habe-
8 tur in *L. Si putator. 31. h. t.* & alia *in l. 54. §. 2. de Adquir. rerum dom.* Hancque legem etiam in foro
conſcientiæ procedere probabilius eſſe, dicit *Covar. p. 2. de Matrim. c. 6. §. 8. num.* 16. Conf. *Bertrandus vol. 5. conſ. 104. num.* 4.

ad L.

## ad L. Scientiam. 45.

### *SUMMARIA.*

*Qui videt damnum dare eum, quem pro poteſtate prohibere poteſt, damnum reſtituere debet. n. 1.*
*Quando mitius puniatur, qui prohibere poterat, nec prohibuit? 2.*
*An qui ratum habet delictum, h. act. pulſetur? 3.*
*Quomodo, ſi ſervus vulneratus ſanatus fuerit, agi poſſit? 4.*
*An, cum in congreſſu duo ſe vulnerarunt, unus occiſus repertus pro aggreſſore habendus? 5. & 6.*
*Quid hoc caſu in criminali judicio? 7.*
*In inſultato non præſumitur ulciſcendi cauſa quid factum? 8.*
*Qui lapidem in aggreſſorem mittit, & occidit tertium, an teneatur ex L. Aquil.? 9. 10.*

1 IN *princ. hujus legis* dicitur de eo, qui videt dam-
num fieri, & prohibere poteſt ratione poteſtatis,
quam habet in eam perſonam, quæ damnum dedit;
nam tunc ipſe damnum dediſſe videtur, & ſic tene-
tur reſtituere damnum. *Hic & l. 3. ſeq. tit. ſeq.* Licet enim
2 alias is, qui prohibere poteſt, ſed non prohibuit, mitius
puniatur, cum ex præſumtione condemnetur. *Menoch.
l. 2. arb. qu. caſu 345. num. 13. Ant. Matth. d. num.* 16.
id tamen de criminali judicio intelligendum: hic au-
tem agitur de civili judicio reſtitutionis. *Molina de
3 juſt. & j. d. 729. num. fin.* Sane ratum habens de-
lictum ſuo nomine commiſſum non tenetur ad re-
ſtitutionem. *Ant.* Matth. *in proleg. crim. c. 1. num.* 14.
*& ſeqq.* ne quidem in foro conſcientiæ *Molina d. l.
numer.* 3. Licet *Clarus* diſſentire videatur. §. *fin. qu.* 87.
*num.* 5.
4 *In* §. 1. *legis* 45. quæritur, an ſi ſervus vulneratus
ſit ſanatus, poſſit ex L. Aquilia? Quod affirmatur ra-
tione impenſarum & operarum, quid ſi vero ſervum
meum vulneraſti, quem liberum putaſti? Reſp. ex
Lege Aquilia, te teneri *in* §. 2. licet aliud videatur di-
cendum in injuria *l. 15. §. 45. ff. de injur.* quando duo
concurrerunt, dum ſtramenta ardentia tranſiliunt, &
ambo collapſi, unus vero flamma conſumtus eſt, eo
caſu neuter tenetur, quia non conſtat, uter alterum
everterit §. 3.
5 *Ex quo* §. probant Dd. multi, quod quando in con-
greſſu duo ſe vulnerarunt, & unus mortuus reperi-
tur, occiſus aggreſſor præſumatur. Sed vix *ex hoc* §.
6 id probatur, cum ſuperſtes, quia de eo, an aggreſſus
fuerit, non conſtat, in dubio abſolvendus ſit. *Vid. Me-
noch. l. 2. A. qu. caſu 363. num. 16. & l. 5. præſ.* 39. Sed
7 in criminali judicio non ſtatim abſolvetur. Sed inter-
dum, niſi præſumtiones probitatis pro ſuperſtite mi-
litent, torturæ locus eſſe poteſt.
8 *Ad* §. *pen.* Illud videtur animo defendendi factum,
quod non ulciſcendi cauſa eſt factum, licet hoc præſu-
mendum non ſit in inſultato; & aggreſſus omnia præ-
ſumatur facere ad ſui defenſionem. Autor *ad L. 1. n.
9 1. ſeqq. C. unde v. Gail. lib. 2. obſ. 110. numer.* 11. ubi
hanc communem vocat & plures citat. Sed quid ſi
lapidem miſerit in aggreſſorem, ſed ferierit tertium
innocentem, an tenetur ex L. Aquilia ad damnum re-
ſtituendum tertio? Quod affirm. *hic.* Sed id tempe-
rat *Molina d. d. 697. num.* 10. modo aliqua ſua culpa
id faciat. Sed tunc aggreſſor potius tenebitur tertio,
10 ut qui occaſionem præbuit damni. *Mol. d. l.*
*In* §. *ult. legis* 45. datur exemplum dati damni per
ſublatum idoneum parietem.

## ad L. Si vulnerato. 46.

### *SUMMARIUM.*

*Quid, ſi ſervus vulneratus, propter quem ago ad damnum reſtituendum, moriatur?*



SErvum meum vulneraſti, ago contra te, & con-
demnaris ad damnum reſtituendum. Poſtea vero
ex vulnere moritur, an de occiſo poſſim tecum age-
re; Quæritur? Et reſpondetur, quod ſic.

## ad L. Sed ſi priore. 47.

### *SUMMARIA.*

*Qui de ſervo vulnerato egit, an poſtea, ſi moriatur, de occiſo agere valeat? nu. 1.*
*Quatenus qui ex L. Aquil. condemnatus eſt, ex L. Cornelia condemnari poſſit? 2.*

1 EGi de ſervo vulnerato, poſtea moritur ex vul-
nere ſervus, & volo agere de ſervo occiſo, an
recte? Neg. Sed obſtat mihi exceptio doli, niſi in
id tantum agam, quantum ex priori actione non fui
conſecutus; & ita ex actione ſecunda deducendum,
quod ex prima conſecutus eram, quod actio de oc-
ciſo ſervo illam de vulnerato abſorbeat. *Cujac. t. 1. pag.*
2304. *Ex hac lege* ſequitur, eum, qui condemnatus eſt
2 L. Aquilia, ſi ſequatur mors, ex Lege Cornelia etiam
criminaliter poſſe condemnari, ſi modo vulnus certa
& immediata cauſa mortis. *Hippol. Riminalam vol. 2.
conſ.* 121. *n.* 13. ubi de vulnere lethali plura.

## ad L. Si ſervus. 48.

### *SUMMARIUM.*

*Quid, ſi ſervus in teſtamento liber juſſus, hæreditati damnum dederit?*

TEſtator, me hærede inſtituto, ſervum ſuum ju-
bet eſſe liberum, is ſervus damnum dedit hære-
ditati ante aditam hæreditatem. Poſtea denuo dam-
num infert, quæritur, an ob utrumque poſſit conve-
niri? Aff. quia ſunt diverſa facta. Imo ſi prius dam-
num fuerit datum lata culpa, etiam in duplum con-
venietur. *L. 1. pr. ff. Si quis Teſtamento liber eſſe juſſus
fuerit.*

## Ad L. Si quis. 49.

### *SUMMARIA.*

*Apes facto fumo fugans, in factum tenetur. nu. 1.*
*Qui arcendi incendii cauſa vicinas ædes diruit, an teneatur ex L. Aquil. ſi ignis eo non pervenerit? 2.*
*An h. L. hodie abrogata ſit? 3.*

1 IN *princ. legis* agitur de apibus alienis fumo fa-
cto fugatis, vel necatis, quod actione in factum
teneatur is, qui hoc fecit, quia magis cauſam mor-
2 tis præſtitiſſe videtur, quam occidiſſe. Sed illa otio-
ſa eſt ſubtilitas in noſtris judiciis. Si quis arcendi in-
cendii cauſa ædes alienas diruerit, ne ignis ad ſe per-
veniret, licet ignis eo uſque non pervenerit, actio-
ne tamen L. Aquiliæ non tenebitur propter juſtum
metum, ſed à tota vicinia reſarciendum damnum §.
1. *h. l. arg. L. 2. ff. ad L. Rhod.* quod benignius eſt.
*Buſius ad hanc legem. Gail. lib. 2. obſ. 22. numer.* 3.
*& ſeq. Molina d. d. 697. numer.* 4. qui tamen in re-
ſtitutione damni diſſentit. Sed affirmativa verior.
3 Quod autem *Grœnwegen*, *hanc legem* non ſolvere,
obſervari, dicit, id non poteſt concedi. Nam & re-
periuntur exempla, & non uſus non abrogat legem,
& non amittit jus, qui eo non utitur, niſi ſibi: &
quod, licet non L. Aquilia teneatur deſtruens, tamen
teneatur ex æquitate Legis Rhodiæ, non tam de-
ſtruens, quam vicini, probat *Mod. Piſt. conſ. 16. n.
9. & 16.* & ordines Friſiæ condemnatos, refert *Sande
lib. 5. tit. 7. d.* 3.

## ad L. Qui domum. 50.

*S V M M A R I V M.*

*Domum alienam deſtruens & loco ejus balneum ædificans ex L. Aquil. tenetur.*

DEſtruxiſti domum meam & feciſti balneum, quæritur, an tenearis mihi ex L. Aquilia? Videtur quod non; quia balneum exſtructum cedit ſolo, & ſic loco domus balneum habeo. Sed aff. quia damnum ſenſi, quod domus mea deſtructa. Si tamen balneum mihi utile ſit, hujus æſtimationem deducendam putarem.

## ad L. Ita vulneratus. 51.

*S V M M A R I A.*

*Cum unus ſervum vulneravit lethifere, alter poſt aliquot dies uno ictu ipſum confecit, an uterque de occiſo teneatur? num. 1.*
*In quantam vero æſtimationem condemnentur illi duo, ſi ſervus poſt vulnera ante mortem hæres inſtitus ſit? 2. 3. 4. & 5.*
*Utilitas præponderat ſubtilitati juris. 6.*
*Quid: ſi criminaliter agendum, an uterque pœna ordinaria afficiendus? 7.*
*An ſub ſpe impunitatis liceat judici elicere confeſſionem? 9.*
*An judex inferior hoc caſu teneatur ſtare promiſſis? numer. 10.*
*An confeſſio ſub ſpe impunitatis elicita ſufficiat ad condemnationem? 11.*

SPecies facti eſt; vulneravit Titius meum ſervum
1 lethifere, ſed aliquot diebus ſupervixit, interim à Cajo hæres inſtitutus, mox à Sempronio uno ictu confectus eſt, quæro, an uterque teneatur de occiſo? Quod affirmat hic Julianus, his rationibus. (1) Quia etiam Titius inflixit ictum mortiferum. (2) Et ille tenetur de cæde, ex cujus ictu poſt aliquot dies aliquis deceſſit. (3) Quando plures vulnerarunt, & non apparet, ex cujus ictu mortuus, omnes tenentur de occiſo. *l. 11. §. 2. h. t.* Sed ergo quæritur, in quam æſtimationem uterque condemnetur? Reſp. diverſimode: nam Titius condemnatur in pretium ſervi,
2 quanti retro intra annum valuit; ſed Sempronius condemnatur etiam ratione amiſſæ hæreditatis: nam retrorſum, non prorſum damnum à Titio datum computandum. Videntur refragari Ulpianus &
3 Celſus *in l. 11. §. 3. h. t. & in l. 21.* Ideoque apparet, fuiſſe diſſenſionem JCtorum, quod fatetur etiam *Cujac. in explic. hujus legis t. 1. p. 2305.* Sed movet Ju-
4 lianus hic objectionem, quod forte abſurdum ſit dicere, unum à duobus eſſe occiſum. Sed reſpondet, abſurdius eſſe ſi teneretur neuter. Multa contra communem rationem diſputandi recepta eſſe pro utili-
5 tate communi, quod exemplo declarat: ſi tres trabem furati ſint, quilibet, tenetur ad duplum trabis, licet unus non ſurripuerit, nec movere potuerit. Ideoque
6 utilitatem præponderare ſubtilitati & regulis juris; quotidie, *ex hac Lege* colligunt *Dd. Gail. l. 2. obſ. 56. num. 4. Weſenb. in Com. Cod. ad h. t. 72. Surdus conſ.*
7 210. *num.* 29 Sed ſi criminaliter agendum eſſet, & hæc cauſa decidenda, prior ordinaria pœna non affligeretur, quia ex ejus vulnere licet lethali non eſt mortuus.
8 Colligunt etiam, publice intereſſe, delicta non relinqui impunita. *Et ex L. 17. numer. 2. ad w h. t.* Qua
9 occaſione quæro, an liceat ſpe impunitatis elicere confeſſionem? Et, an talis confeſſio ſufficiens ad condemnationem? Prius quod attinet, diſtinguend. (1) inter judicem, qui à pœna ordinaria ob gratiam recedere poteſt: & inter alium inferiorem. Ille poteſt, ſi Reipubl. interſit maleficium detegi, & quidem ultra commune intereſſe, ex ſpeciali quadam ratione, ut ſi conſpiratio metuatur, vel ſi literæ diffidatoriæ projectæ vel grandia furta. *Conſ. Far. q. 81. n. 277. &c.* (2) Si pœna non ſit ſimpliciter jure divino conſtituta, ut in
10 homicidio. Alius autem judex inferior non debet confeſſionem ita elicere, ut probavi *in proc. Crim. c. 8. m. 1. num.* 53. Et ſi fecerit promiſſionem, ipſe non poteſt ſtare promiſſis, quia pœnæ perſecutio non voluntati judicis committitur, ſed legis autoritati reſerva-
11 tur. *l. 1. §. 4. ff. ad SCtum Turpil. Finckelth. obſ.* 105. Poſterior quæſtio negatur, quia confeſſio iſta fiducia promiſſæ impunitatis, & deſiderio liberationis à carcere conſequendæ non ſufficiet, præſertim ſi vero fruſtratus revocet confeſſionem reus. *Farin. d. q. 81. nu. 287. & 293. Menoch. l. 2. A q. caſu 367. n. 3. Conſ. varias opiniones recenſens Berlich. dec. 61.*

## ad L. Si plagis. 52.

*S V M M A R I A.*

*Medici imperitia vel malum vulnerati regimen an delictum percuſſoris augeat? num. 1. ſeq.*
*Stuprum ſubſecuto infanticidio gravius punitur. 4.*
*An is dici poſſit principium injuria, qui per iram aliquid fecit? 5.*
*An & quando in homicidio ira liberet à pœna ordinaria? 6. 7.*
*Quinam ſenſus Reg. Ex facto jus oriri? 8.*
*An, ſi bos in experiendo ſervum percuſſerit, Actio detur? 9.*
*Cur, ſi pila ludens alium impulerit & hic crus fregerit, Actio non detur? 10.*

1 MEdici imperitia vel negligentia infirmi, aut Domini ejus non imputatur percuſſori, nec auget delictum, ſcil. ut teneatur percutiens de occi-
2 ſo. Cæterum ſi criminaliter extra ordinem agatur, putarem ex eventu ſequiori augendam eſſe pœnam extraordinariam. Nam ſi ex malo regimine moriatur vulneratus, certum eſt, quod pœna ordinaria non re-
3 quatur, quod optime norunt Patroni cauſarum. Dum communiter mortem malo regimini adſcribere ſolent. Sed quia tamen prima cauſa eſt vulnerans, putarem, percuſſorem graviore pœna extraordinaria plectendum eſſe, quam ſi reconvaluiſſet vulneratus, ſicut ſtupratorem, cujus pœna eſt hodie extraordinaria, gravius puniendum eſſe puto, ſi ſequatur infanticidium, ob
4 triſtem eventum. Debebat enim ſtuprator ſcire, talem eventum facile ſequi poſſe & ſolere.
5 *Ex* §. 1. colligitur regula: Non is, qui per iram aliquid facit, ſed qui alium ad iram provocat, Princeps & principium dicitur injuriæ, & culpa penes eum eſt, qui prior percuſſit. *Hic & l. 4. C. de Serv. fugit. Pruckman. conſ. 22. vol. 1. num. 95. Modeſt. Piſt. vol. 2. conſil. 4. numer. 36. Carpz. par. 4. Juriſpr. conſt. 9. def. 4. & conſt. 12. def. 8. numer. 13.* In cri-
6 mine homicidii ſane ira non ſemper liberat à pœna ordinaria, per *art. 137. Conſtitutionis Carolinæ. Vid.*
7 *in Pract. crimin. qu. 147. num. 44. & ſeqq.* Sed ſi injuria reali ac atroci ſupra modum commotus occiderit aliquem, tunc extraordinaria pœna ſolet dictari, præſertim ſi talis injuria, quæ vel in furorem poſſit agere, ut ſi quis reperiat adulterum cum uxore, &c.
8 *Ad* §. 2. Species facti eſt clara. Noterur autem, *ex hoc* §. colligi communem illam regulam: ex facto jus oriri. Cujus hic ſenſus, quod jus ſecundum facti circumſtantias variet, & facti mutatio minima in circumſtantia aliqua, mutet etiam jus, qua de re prolixe *Petr. Barb. ad l. Titia. 35. n. 25 ff. ſoluto matr. Purpuratus in l. precibus. C. de Imp. & aliis ſubſtit. nu. 24. & quos refert. Ang. Barboſa lib. 6. c. 3. axiom. 12.*
9 *In* §. 3. proponitur hæc ſpecies. Vendo tibi juge duo

duo boum hac conditione, ut experiaris, & periculum facias, an tibi expediant. Servus tuus à bove uno cornu petitur, an ob damnum illud tibi teneor? Reſp. Si boves retines, tibi nulla datur actio; ſed ſi nolis retinere, datur tibi actio, modo non hominis culpa bos cornibus tuo ſervulo nocuerit.

10 *Et in* §. 4. agitur de pilæ luſu, ſi cum pilam capere velles, impuleris meum ſervum, & ideo lapſus hic crus fregit, non datur actio Legis Aquiliæ, cum id caſu magis, quam culpa videatur factum. In ludo quod fit, non præſumitur factum animo nocendi. *Barb. locupl. l.* 10. *cap.* 32. *axiom.* 1.

### ad L. Boves. 53.

VAccas alienas in anguſtum locum compulit, unde factum, ut una & altera abortiretur, vel damno aliquo afficeretur, datur actio in factum exemplo Legis Aquiliæ.

### ad L. Legis Aquiliç. 54.

*SVMMARIVM.*

*An ei, qui promiſit ſervum, quem ante traditionem ſtipulator interfecit, concedatur actio ex L. Aquil.?*

STipulatus ſum à te Stichum, interfeci eum, an tibi ut Domino, quia nondum tradidi, detur actio Legis Aquiliæ? Reſp. aut ante moram, aut poſt moram interfeci. Si ante moram, tunc datur tibi actio; nam licet liberatus ſis, privatus es commodo intermedii temporis. & ratione hujus ages: Si vero interfecerim poſt moram, tunc nulla tibi datur actio, quia mihi potius, quam tibi intuli injuriam. *Cujac. tom.* 4. *p.* 728.

### ad L. Stichum. 55.

*SUMMARIVM.*

*An, ei qui promiſit Stichum* 10. *aut Phamphilium.* 20. *valentem, ex quibus ſtipulator occidit Stichum, concedatur actio ex L. Aquil.?*

QUidam promiſit Stichum, aut Pamphilum, ille 10. aureis, hic 20. vendi poterat. Creditor vel extraneus interfecit Stichum. quær. an detur actio ex Leg. Aquilia? Aff. quia peremto viliori ſcil. Sticho, tenetur, Pamphilum tradere. *Vid. Cujac. d. t.* 4. *p.* 729. & *t.* 1. *p.* 778. nec putarem, compelli poſſe creditorem, ut mortui pretium acceptet, licet interdum id conſentiente creditore fieri poſſit. *L.* 47. §. 3. *de Leg.* 1.

### ad L. Mulier pen.

MUlier, ſi damnum mariti rebus intulit, etiam ex Lege Aquilia tenetur.

### ad L. Equum ult.

*SVMMARIVM.*

*An, ſi equi commodati crus fractum ſit, Actio Leg. Aquil. detur?*

SI equi mihi commodati crura fracta ſunt, non datur actio Legis Aquiliæ contra me, niſi mea culpa factum illud ſit; ſi vero equi culpa, contra Dominum datur actio. *lib.* 41. *ff. de Ædil. Edicto.*



## TITULUS III.

*De His qui effuderint vel dejecerint.*

### ad L. Pretor ait. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*De quonam delicto in hoc edicto agatur?* nu. 1.
*Ad quid teneatur habitator ædium?* 2.
*Habitatori datur regreſſus contra dejicientem.* 3.
*An ſolus habitator teneatur?* 4.
*An hodie adhuc duplum ſolvatur ex hoc Edicto?* 5.
*An pœna occiſi hominis hodie* 50. *aurei?* 6.
*Si quid poſitum habeatur, cujus caſu noceri poſſit prætereuntibus, qualis actio detur?* 7.
*Civitas tenetur præſtare ſecuritatem viarum, aut damna reſtituere.* 8.
*Quid pro dejecto habendum?* 9.
*Contra quem detur hæc actio?* 10.
*Dejectum à filio non gravat patrem.* 11.
*Si ſervus effuderit, extra ordinem corrigitur.* 12.
*Hoſpes de effuſo non tenetur.* 13.
*Contra plures habitantes datur actio in ſolidum.* 14.
*Quare in hoc edicto unius ſolutione cæteri liberentur; non vero in L. Aquil.* 15. & 16.

1 AGitur *hic* de quaſi delicto, & quidem de primo edicto, ubi damnum, datum, ſi ex ædibus ſine præmonitione quid effuſum vel dejectum in eum locum, ubi vulgo eo tempore iter fieri ſolet, ſive ſit publicus ſive privatus, nam *hic* de via publica propter ſic dicta non agitur. *Per hanc l.* 1. §. 2. *ſup.*
2 *Rimenaldus vol.* 6. *conſ.* 626. *numer.* 43. & *ſeq.* & tenetur habitator ædium ad damnum reſtituendum in duplum; ſi vero liberi hominis corpori nocitum ſit, ad pœnam arbitrariam agetur, de quo *Cephal. conſ.* 204. *n.* 260. non ſi veſtimentis nocitum ſit corpori § 6. *h. l.* Si vero Liber occiſus, ad 50. aureos, ſed intra annum;
3 ſed habitatori datur regreſſus contra eum, qui vere dejecit. *L.* 5. §. 4. *C. h. t.* Idque in bonum commune ita ſtatutum, ut cum hoc onere habitarentur ædes. *Molina tr.* 2. *d.* 697. *num.* 15. & *diſp.* 710. *nu.* 3. Et ſolus quidem habitator vel caput domus tenetur, niſi
4 conſtet, ex ea parte effuſum, quæ alicui inquilino locata; nam tunc, qui eam partem conduxit, ſolus tenetur. *l.* 5. § 1. & *ſeq. h. t. Molina d. l. nu* 4. Sed ho-
5 die non duplum, ſed ſimplum, & quantum damnum datum eſt, reſtitui vult *Grænwegen ad* §. 1 *Inſt. de Oblig. ex qu. delicto.* & *Dn. Struv. ad h. t. th. fin.*
6 Sed de eo dubito, nam conſtat, non uſu non tolli leges. Sed pœnam occiſi hominis non eſſe hodie 50. aureos, idem *Grænwegen* dicit, quod non invitus concedo. Nam gravior etiam, imo corporalis pro modo culpæ poſſet dictari pœna. *Struv. d. l. th.* 41. Vel dam-
7 num metuitur, ſi quis poſuit, vel ab alio poſitum ſciens patitur, cujus caſus prætereunti nocere poſſit; ubi datur actio popularis ad 10. ſolidos; ſed ſi poſitum deciderit, datur actio L. Aquiliæ contra eum, qui poſuit. *L.* 5. §. 6. *h. t. vid. Bach. in Treutl. diſp.* 18. *th.* 11. *lit. C.*
8 *Ad* §. 1. Dicitur hic, publice utile eſſe, itinera tuta conſervare. Unde colligunt, Principem vel Civitatem teneri præſtare ſecuritatem viatum iter facientibus, vel damna reſtituere. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 64. *num.* 8. *Roſenthal. de Feudis c.* 5. *concl.* 3. *num.* 22. Pro dejecto autem habendum eſt, quod ſuſpenſum eſt, & ſua ſponte delapſum, unde damnum datum. *per* §. 3. *h. l.* 1.
Et actio de dejecto non datur contra Dominum
10 ædium, ſed contra inhabitantem, penes quem culpa eſt. Nec dicitur, hic, quod in inficiantem detur actio in duplum, ut in L. Aquilia, ſed hæc actio ſtatim in duplum datur, ſive fateatur ſive inficietur & convi-

11 catur reus. §. 4. Nec effuſum aut dejectum à filio familias gravat patrem, quia pater peculio tenus tenetur, non ex delicto, ſed contractu filiusfamilias. Si ve-
12 ro ſervus effuderit vel dejecerit, nec noxalis actio ſola, nec de peculio locum habet, ſed ſervus extra ordinem judicis officio corrigitur. §. 8. *h. l.* Circa ha-
13 bitatorem non diſtinguunt, an in ſuo, an in conducto, vel an gratuito habitet. Sed hoſpes non tenetur, quia hic poteſt ignorare & præſumitur ignorare, quod eo loco commeare ſolent cives §. 9. *Oldend. claſſe 6. act.* 20. *n.* 3.

14 *Ad* §. *ult.* & *L. ſeq.* Contra plures in eodem cœnaculo habitantes in ſolidum datur actio, idque ob incertitudinem, ob quam ex facto alieno culpa præſu-
15 mitur. *Dn. Struv. ad h. t. th.* 33. Sed ſi unus ſolvit, repetit ſolutum pro parte à correis *per l.* 4. *h. t. Vid. Ronchegall. ad l.* 9. *ff. de duob. reis num.* 314. & *ſeq. Molina d. d.* 710. *num.* 4. Aliud ſi ex proprio delicto
16 quis obligetur. *d. lib.* 9. & §. 1. Et hinc apparet ratio, cur in lege Aquilia unius ſolutione non liberantur reliqui, quia hic de unius hominis admiſſo agitur. Unus tantum effudit vel dejecit, licet plures inhabitent, & de unius hominis facto ſæpius quæri, non eſt æquum. *l. pen. in f. v. Nautæ, Caupones &c.* In Lege Aquilia agitur de facto plurium. *l.* 11. *ff. de L. Aquil. pr. Cujac. ad l.* 4. *h. t. tomo* 1. *p.* 1027.

## ad L. Et quidem. 3. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Si plures ſunt habitatores, contra ſingulos hæc datur Actio. nu.* 1.

*Qui ſolvit pro pluribus, à conſorte partem repetit. numer.* 2.

1 QUando plures ſunt habitatores, contra ſingulos in ſolidum datur, quia difficile eſt ſcire, quis dejeciſſe *per l.* 2. Sed ſi unus ſit exactus, cæteri liberantur, quia ſcilicet habitator habet regreſſum contra verum dejicientem, ſicut fidejuſſor cæteros confidejuſſores, vel principalem debitorem liberat. *Conferan-*
2 *tur notata* Dni Autoris *ad l. item Mela* 11. *paragraph. ſi plures. tit. præced.* Et quod unus præſtat ſocietatis judicio, vel utili actione recuperat ab altero, qui non ſolvit, *per l.* 4. *ſeq. h. t.* unde colligitur, quando plures tenentur ex quaſi delicto, ſi ſolvas unus, repetere eum partem a conſorte. Aliud in vero delicto.

## ad L. Si vero. 5.

### *SUMMARIA.*

*Qui effudit, ipſe tenetur. num.* 1.

*Majorem ædium partem habens ſolus tenetur. numer.* 2.

*Quid ſi Dominus modicum hoſpitiolum ſibi retinuerit? num.* 3.

*In eum datur actio, ex cujus parte quid dejectum eſt. numer.* 4.

*Dominus ædium id, quod propter inquilinum ſolvit, ab eo repetit.* 5.

*Civis ob debitum Civitatis prehenſus, damnum à civitate repetit.* 6.

*An hæc actio detur heredi aut contra heredem?* 7.

*De libero homine occiſo. quiſnam agat?* 8.

*Ne quis in protecto id poſitum habeat, cujus caſus nocere poſſit?* 9.

*In quonam utilitas hujus edicti conſiſtat?* 10. *ſeq.*

*An, ſi quis me ignorante ex ædibus meis quid poſuit, contra me actio detur?* 12.

*Qualis hæc ſit actio?* 13.

1 SI plures diviſo in cœnaculo habitent & certo ſciri poſſit, ex cujus cœnaculo fuit effuſum, is, qui in eo cœnaculo habitat, ſolus tenetur. Si autem quis
2 cœnaculariam exercens, vel hoſpitiola diſtribuens, maximam partem ædium habeat, ſolus tenebitur. Idem ſi gratuitas habitationes libertis & clientibus ſuis vel uxori, vel amicis ſuis modica hoſpitiola diſtribuit *per* §. 1. *h. l.* quia eorum operis plerumque utebantur; Si autem Dominus modicum ſibi hoſpitiolum
3 retinuerit, (ut hodie ſæpe fieri ſolet inter parentes & liberos) reſiduum pluribus locaverit, omnes tenebuntur, qui ibi habitant *d.* §. 1. Interdum tamen ſi
4 ſine captione actoris id fieri queat, prætor æquitate motus dat in eum potius actionem, ex cujus parte quid dejectum vel effuſum eſt, licet plures in ea domo habitaverint, quod ſi autem ex ea parte quid dejectum
5 eſt, ubi omnes convenire ſolent, omnes tenebuntur §. 2. *d. l.* 5. Si Horrearius dejecerit vel effuderit, vel conductor Apothecæ, vel qui in hoc tantum conductum locum habebat, ut ibi opus faciat vel doceat, hac in factum actione conveniri poterit, ſi operantium vel diſcentium quis dejecerit vel effuderit *Damh. in pra-*
6 *xi rerum crimin. cap.* 143. *num.* 6. Si ob id, quod ex cœnaculo inquilini ejectum eſt, condemnatus eſt Dominus ædium, merito id repetit ab eo. Ex quo proba-
7 tur, ſi civis ob debitum civitatis comprehendatur ab aliis, licet id fieri non debeat, ſi tamen factum ſit ex aliqua probabili cauſa quod damnum id à civitate repetere poſſit, ſi conſtat de contumacia civitatis. *Franc. de Clapper. Cauſa* 14. *qu.* 1. & 2. *ubi plures citat.*

8 *Ad* §. 5. Hæc actio datur hæredi, quia ejus reſpectu perſecutoria eſt, non vero contra hæredem, §. *fin.* quia reſpectu rei eſt pœnalis. De libero homine autem occiſo datur uni ex populo, ſi tamen cognatus & extraneus velint agere, cognatus præferendus, ut qui ſuum dolorem perſequitur. Unde forte adparet, hanc pœnam actori deberi totam, licet *Weſenbec.* inter Fiſcum & Actorem dividat, *per l.* 25. *fin. ff. de SC. Syll.* Sed ſi libero homini nocitum, ipſi perpetua eſt actio, aliis annalis. Nec tranſit ad hæredes damnum libero corpori datum *per d.* §. 5.

9 *In* §. 6. *Legis quintæ* proponitur poſterior Edicti pars his verbis. Ne quis in ſuggrunda protectove ſupra eum locum, quo vulgo iter fit, inve quo conſiſtitur, id poſitum (vel ſuſpenſum) habeat, cujus caſus alicui nocere poſſit. Qui adverſus ea fecerit, in eum ſolidorum decem in factum judicium dabo: Si ſervus inſciente Domino feciſſe dicetur, aut æſtimationem dare, aut noxæ dedi jubebo. Utilitas Edicti hu-
10 jus conſiſtit in ſecuritate viarum. §. 7. *h. l.* & explicatur §. 8. & *ſeqq.* nam verba (*ne quis*) pertineot ad omnes inquilinos vel Dominos, ſive inhabitent ſive non inhabitent *d.* § 8. ubi verba (*ſive non inhabitent*) ad Dominos refero; nam poteſt Dominus in domo alteri locata quid ſuſpenſum vel poſitum habere, quod
11 nocere poſſit. Et qualecunque ædificium intelligitur, §. 9. & poſitum habere is etiam dicitur, qui patitur, ut ab altero ponatur. §. 10. Et in hoc Edicto non requiritur, ut poſitum nocuerit, ut in priori Edicto, ſed ut nocere potuerit §. 11. *h. l.*

12 §. 12. Obſcurior, ſed ſenſus poteſt hic eſſe: poſuit aliquis ex meis ædibus me ignorante, quod delapſum erat & nocuerat. Hic contra me actio non datur, quia non habui poſitum, cum ignoraverim, *per hanc l.* 5. §. 10. ergo hoc edictum ceſſat. Ergo dabitur actio contra eum, qui poſuit. *Vid. Bach. in Tr. vol.* 1. *d.* 11. *lit. C. Hill. in Donell. l.* 15. *c.* 42. *lit. A.*

*In* §. *ult.* dicitur, popularem eſſe actionem & da-
13 tur hæredibus, ſed non contra hæredes, quia pœnalis eſt.

## ad L. Hoc Edictum. 6.

### *SUMMARIA.*

*An teneatur h. actione, ſi quis noctu effudit? numer.* 1. & 2.

Quid,

*Quid, ſi quis habitet extra civitatem prope viam?* 3.

1 ACtio hæc pertinet ad civiles vicos, imo & vias
publicas; ſed quær. ſi quis noctu effuderit, an
teneatur hac actione? Neg. nam in civitatibus ac vicis
2 noctu commeari non ſolet; hoc enim proprium eſt non
honeſtorum hominum, ſed furum & expilatorum. *l. 1.
pr. de furtis* Unde noctem furibus (forte etiam adulte-
ris) amicam dixit Homerus. Sed extra civitatem ſi
3 quis prope viam publicam habitet, nocte etiam effun-
di non debet, quod peregrinantibus noceat, nec ex
navi in portu, quod aliis navibus noceat, & habita-
tor ſuorum etiam culpam præſtat *Vid. Cuj. tom. 1. p. 1028.*

## ad L. Cum liberi. 7.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi liberi hominis corpori damnum datum?*

QUando liberi hominis corpori damnum datum, judex computare debet mercedes Medicis præſtitas, & cæteras expenſas & quod ad operas fuit factus inutilis &c. *confer. notata* Dni Autoris *ad l. liber homo. 13. tit. praced.*

---

# TITULUS IV.

## *De Noxalibus Actionibus.*

## ad L. Noxales. 1.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſint noxales Actiones?*

NOxales actiones ſunt qualitas actionum ex delicto ſervi contra Dominum competentium, ubi Domino condemnato licet deditione ipſius ſervilis corporis evitare litis æſtimationem.

## ad L. Si ſervus. 2.

*SUMMARIA.*

*Si ſervus ſciente Domino alterius ſervum occidit, Dominus tenetur in ſolidum. n. 1. & 3.*
*Secus ſi ignorante Domino ſervus fecit.* 2.
*Quid ſi conviventе Domino ſervus proprio motu deliquit?* 4.

1 QUando ſciente Domino ſervus occidit alterius
ſervum, ſi id Dominus potuit prohibere, ſed
non prohibuit, tunc Dominus tenetur in ſolidum ad
damni æſtimationem, nec liberatur, ſi velit noxæ de-
dere ſervum, quia ipſe occidiſſe videtur. Sed ſi igno-
2 rante Domino fecit ſervus, Dominus ſervum noxæ de-
dendo parti læſæ liberatur. De hoc agitur *in princ.
3 legis.* Et hanc ſi Dominus ſcivit, tunc licet is deſinat
eſſe Dominus, & ſervum alienet vel manumittat, ma-
net tamen obligatus Dominus, quo ſciente ſervus
damnum dedit, & noxa caput non ſequitur. Autor
*ad L. ult. num. 3. & ſeqq. C. h. t.* Sed quia ſi Dominus
4 non juſſit, ſed ſervus connivente Domino proprio
motu deliquit, annon ſervus ipſe tenetur? Reſp. *ex
L. 12. tabb.* ſervus noxæ dabatur, ſed Dominus non
tenebatur. Sed ex L. Aquilia etiam Dominus teneba-
tur; ſed quia priores Leges ad poſteriores trahendæ,
placuit, ut & cum Domino agi poſſit ad noxam de-
dendam, & ad æſtimationem damni, cum ipſo ſcien-
te ſervus damnum dederit.

## ad L. In omnibus. 3.

*SUMMARIUM.*

*Scientia abſque poteſtate prohibendi non nocet.*

QUandocunque dicitur, ſervum ſciente Domino quid perpetraſſe, id intelligendum eſt ſi Dominus prohibere potuit, & non prohibuit. Nam ſola ſcientia Dominum non onerat, niſi & prohibere potuerit. Quid ſi enim Dominus ſervum ſuum delinquentem ex turri excelſa proſpiciat & ob diſtantiam loci id prohibere non poſſit?

## ad L. In delictis. 4.

*SUMMARIA.*

*In delictis ſervorum quatenus ſcientia Domini ipſi præjudicet? num. 1. & 2.*
*Abſens licet ſciens pro approbante non habendus.* 3.
*Duplex datur Actio contra Dominum ſcientem.* 6.
*Si contra Dominum quaſi ſcientem egerim, quod non probare poſſim, an poſtea noxali actione agere valeam?* 7.
*An actori libellum mutare liceat?* 8. & 9.
*In judiciis univerſalibus mutatio libelli admittitur. n.* 10.
*An qui ad recantationem injuriæ egit, poſtea ad æſtimationem agere poſſit?* 11.
*In criminali jud. nova indicia proponi poſſunt poſt lit. conteſt.* 12.
*An licita ſit mutatio libelli quoad qualitatem vel ſubſtantiam?* 13. 14. & 15.

1 SCientia ergo Domini tunc præjudicat Domino in
delictis ſervorum, quando prohibere potuit, quod
*P. n. in c. cum cauſam. num. 10. & c. conſtitutis. 1. nu. 3.
de teſtibus.* reſtringit ad delicta ſucceſſiva, in quibus
2 aliqua mora contingit. Nam ſi momentaneum ſit fa-
ctum, potius ſocordia quam conſenſio præſumenda,
niſi aliqua circumſtantia concurrat, ex qua conſenſio
vel mandatum Domini poteſt colligi. Nec tamen in
priori caſu culpa vel ſocordia citra omnem pœnam
eſt. *P. Barboſa in L. ſi mora. to. p. 2. num. 41. & ſeq.
3 ſol. matr. Ex hoc textu* probare intendunt, abſentem li-
cet ſcientem, non pro approbante haberi. *Car. Ruinus
l. 3. conſ. 66. nu. 14.* de qua materia prolixe agit *Petr.
Barboſa ad L. qua dotis 34. ff. ſolut. matr. n. 152.* Et *ex
4 hac lege* reſtitutio damni dictata patri, quo ſciente &
patiente filius ſclopetum in pago exploſerat. *ita reſp.
die 3. Jan. anno 1645.*
5 *Ad* §. 1. Qualitas adjuncta verbo, intelligitur juxta
tempus illius verbi, cui adjungitur. Ideoque ſcientia
eo tempore intelligitur, quo fuit Dominus *Gail. lib. 1.
obſ. 136. nu. 2. Carpz. p. 2. conſt. 43. def. 14. n. 4. Bar-
boſ. l. 15. tit. 3. ax 21. conf. Raudenſis lib. 2. reſp. 24. n. 55.*
6 *In* §. 2. *legis quartæ* traditur, duplicem dari actio-
nem ex delicto ſervi commiſſo ſciente Domino, unam
Dominus in ſolidum tenetur ob ſcientiam, & tenetur ad
ſervum noxæ dedendum, ſed una actio alteram tollit.
Secus ſi à familia furtum dicatur factum *L. 1. §. 1. ff. ſi
familia furtum feciſſe dicetur.*
7 *Ad* §. *fin.* Egeram contra Dominum, quaſi eo ſci-
ente damnum dediſſet ſervus, ſed cum ſcientiam pro-
bare non poſſem, actione noxali tantum egi, & quær.
an recte ita libellum mutare poſſim? Quod affirmatur.
Autor *in C. t. de Edendo ad L. 3. num. 11.* Videtur quod
non, ſecundum communem Dd. ſententiam, de qua
multis *Carpzov. p. 1. Juriſpr. conſt. 21. def. 1. & ſeq.*
8 ubi tamen non ſine dubio tranſit, quod *defin.* 8. tra-
dit, ne quidem, ſi expenſas actor reſtituere valit, ad-
mittendum eſſe actorem, ſi velit mutare libellum.
Nam ſi plane actioni renunciare poteſt, ut traditur à
Dd. ad *L. deſtitiſſe. 10. de judic.* & ipſe *Carpz.* tradit *d.
conſtit. 11. d. 9.* neſcio, quomodo actori poſſit denega-
ri emendatio novi libelli, & novi judicii formatio, ſi
9 expenſas reſtituat. Aut. *ad L. 3. num. 5. C. de Interd.*
Declarationem tamen libelli obſcuri concedunt Dd.
10 quos ſequitur *Carpz. d. conſt. 11. def. 12.* ſicut etiam in
judiciis univerſalibus, ut petitione hæreditatis, muta-
11 tionem concedunt. *Carpz. def. 13.* Hinc quæſitum me-
minit *Carpzovius*, cum aliquando injuriatus ad recanta-



Digitized by Google

tionem intra annum egiſſet, poſt annum vero emenda-
re volebat, & ad æſtimationem injuriæ agere, an
hæc admittenda emendatio? Videtur quod non, quia
videtur nova actio, quæ poſt annum non datur. Sed
affirm. quia præſcriptio annalis per actionem interrup-
ta, & petitio tantum mutata, ipſa actione injuriarum
12 manente. *Vid. Carpzov. p.3. dec.* 223. ſicut etiam in cri-
minali judicio nova indicia poſt Guarandam & litem
conteſtatam proponi poſſunt, per tradita *Carpz. p.* 1.
13 *Juriſpr. c.* 4. *def.* 7. Qualitas in ipſa actione pendente
judicio addi vel detrahi poteſt, & licita eſt emendatio
libelli in qualitate, uſque ad ſententiam. *Cagnol. ad l.
Edicta.* 3. *n.* 137. *C. de edendo.* Aut. *ad L.* 4. *n.* 10. *C. de*
14 *L. Aquil.* Imo etiam in ſubſtantia, ut ex §. 33. *queſt. de*
15 *Act.* ibidem probavit *Weſenb. & ego alibi.* Videtur ta-
men illa ſententia in foro recepta, quod libellus poſt
litem conteſtatam emendari non poſſit, qua tamen ſtan-
te illam limitant, niſi ob qualitatem additam augeatur,
vel diminuatur res petita, manente eadem actione, ut
in *hoc* §. *ult.* quam materiam prolixe tractat *Joh. Purpu-*
16 *ratus in repet. Legis, edita. C. de edendo. n.*161. *& ſeqq.
& in d. l. edita. cæteri interpretes.* Colligunt etiam *ex
hoc textu*, ſententiam abſolutoriam parere exceptio-
nem judicati, licet ex nova qualitate adjecta petatur.
*Bart. hic.* Hoc notari poteſt ad *Coll. Arg. tit. de Except.
Rei jud.*

## ad L. Si plurium ſervus. 5. & ſeq.

### SUMMARIA.

*Quid, ſi plurium ſervus deliquerit ſcientibus vel ignoran-
tibus Dominis? n.* 1.
*Differentia harum Actionum.* 2.

1 SI ſervus plurium deliquit, aut omnes Domini
ignorant, aut omnes ſciunt, aut quidam ſciunt,
quidam ignorant. Primo caſu actio noxalis datur con-
tra omnes, & poſſunt ſe dedendo ſervum liberare; ſe-
cundo caſu omnes tenentur ad damni æſtimationem,
2 nec dedendo ſervum liberantur. Tertio caſu is, qui
neſcit, poteſt noxæ dedere, ſed qui ſcit ad æſtimatio-
nem damni præciſe tenetur. Differentia autem harum
actionum conſpicitur non tantum in facultate deden-
di, ſed etiam in eo, quod qui ob ſcientiam conveni-
tur, teneatur etiam Dominus, ſi alienaverit noxium
ſervum vel manumiſerit vel ſervus deceſſerit, quia
ipſe videtur deliquiſſe Dominus. Et ſervus ipſe, licet
manumiſſus, tenetur. Sed Domini ſcientis hæres non
tenetur, quia eſt pœnalis actio.

## ad L. Noxalis autem. 7.

### SUMMARIUM.

*Noxalem Actionem caput ſequi, declaratur per exem-
plum.*

NOxalis actio caput ſequitur, Autor *ad* L. 22. *n.* 1.
*C. de Pœnis.* ergo ſi ſervus tuus mihi venditus
apud te deliquit, poſſum tamen conveniri actione no-
xali, licet tunc temporis, cum delinqueret, meus
ſervus non fuerit, ſi tamen te ſciente tum deliquit,
tum etiam teneberis, licet non amplius poſſideas, ſed ſi
is, qui damnum, paſſus, me convenerit & ſervum ac-
ceperit, non poterit contra te agere ob ſcientiam tuam.
Sequentes in hoc titulo leges non omnes explicavi,
quia continent materiam à noſtris judiciis remotiorem.

## ad L. Si ſervus. 8.

### SUMMARIA.

*An de furto à ſervo communi commiſſo in ſolidum conveni-
ri poſſim? n.* 1.
*Cedere poſſumus liti, ante, non poſt conteſtationem.* 2.

1 SI ſervus meus & Titii furtum fecit, & ego conve-
niar, teneor in ſolidum, neque poſſum me liberare
ſolvendo partem æſtimationis poſt litem conteſtatam,
2 bene autem ante litem conteſtatam. Ubi notat *Baldus*,
quod quis cedere poſſit liti ante litem conteſtatam, non
poſt. *Conf. Car. Molinæus ſive Caſpar Cavallinus in tra-
ctatu de dividuo & Indiv. p.* 2. *n.* 424. *&* 426. *& Lud.
Bologninus in rep. l.* 4. §. *Cato. n.* 125. *ff. de V. O.* Autor
*ad* L. 12. C. *Qui dare tut. vel Cur.*

## ad L. Si communis. 9.

### SUMMARIA.

*Titii ſcientis & Caji ignorantis communis ſervus furtum
fecit, in quantum contra alterutrum agam? nu.* 1.
*Conciliatio cum* L. pen. ſi fam. furtum. 2.

1 HAbuerunt Titius & Cajus communem familiam.
Hæc mihi furtum fecit Titio ſciente, Cajo igno-
rante. Si Titius conveniatur, ille toties duplum ſolvere
tenetur, quot ſunt perſonæ ſerviles, nec partem recu-
petat. Cajus ſi conveniatur, pro tota familia ſolvit pœ-
nam, ac ſi unus tantum ſervus furtum feciſſet, juxta
2 *tit. ff. ſi familia furtum &c.* Sed priori parti videtur ob-
ſtare, *l. pen. dicto tit.* Reſpondet *Cujac. hic tomo.* 1. *pag.*
1361. tres caſus diſtinguendo, 1. Si Dominus ſcivit &
juſſit, 2. Si non juſſit, ſed tamen non prohibuit,
cum prohibere poſſet. 3. Si non prohibuit, nec pro-
hibere potuit. De illo caſu loquitur *hac Lex*; de iſto
*d. l. pen.* juxta quam non prohibens conſequitur tantum
ſimplum ejus, quod pro uno ſervo ſolviſſet.

## ad L. Si quis. 14.

### SUMMARIA.

*Quando occupantis melior ſit conditio? num.* 1. *&* 5.
*Inter plures areſtantes diligentioris conditio melior eſt.* 2.
*Item pendente concurſu fieri poteſt.* 3.

1 PLuribus ex noxali cauſa ſervum petentibus, ei de-
dendus ſervus, non qui prior egit, ſed qui prior ad
ſententiam pervenit, occupantis melior eſt conditio,
ſcil. ſi prior non tantum agat, ſed etiam ſi prior ad ſen-
2 tentiam pervenerit, *per h. l. & l.* 10. *de peculio.* Unde
probatur, ſi inter plures areſtantes unus fuerit, cæteris
diligentior in pari omnium cauſa citius ſententiam pro
ſe impetraverit, eum ante omnes juvandum eſſe, nec
differendam executionem, ob aliatum litium difficul-
tatem. *Du. Mevius de Areſtis cap.* 19. *& ſeq. num.* 26.
3 *Pock. de jure ſiſt. cap.* 4. *nu.* 8. quod etiam pendente
concurſu fieri poteſt, ſi unius cauſa liquida & habens
paratam executionem inſtrumentum, & quod procul
dubio primum. *Pruckman. vol.* 1. *caſ.* 15. *nu.* 87. *& ſeqq.
Mevius d. l.* Alibi tamen occupaſſe ille dicitur, qui in
4 jus vocat. *l. ſupra de judic.* alibi, qui litem conteſtatus
5 eſt. *l.* 9. *de V. O. l.* 32. *de Procur. Hilliger. in Don. l.* 27. *c.*
9. *lit. MM.* Sed regula textus limitanda: ſi jus concur-
rentium ſit æquale. *Carpz. lib.* 2. *Reſp.* 46. *num.* 8. *Me-
vius d. l. num.* 31.

## ad L. Quoties. 21.

### SUMMARIA.

*Juſſus jurare recuſans pro confeſſo habetur. nu.* 1.
*Quando juramentum purgationis à Principali præſtan-
dum?* 2.
*Quid jure Can.?* 3.

1 SI juramento ſe quis purgare juſſus, nolit jurare, pro
confeſſo & convicto habendus, *hic & cap.* 10. *X.
de Purg. Canon. Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 10. *Gail. lib.* 1. *obſ.*
86. *& ſ. Carpzov. p.* 1. *Juriſpr. conſt.* 23. *d.* 17. Autor
*ad L.* 9. *nu.* 2. *& ſeqq. C. de reb. cred. & jurejur.*
3 *Ad* §. 5. Juramentum purgationis per ipſum princi-
palem præſtandum, non per Procuratorem, niſi ſit
perſona

perſona illuſtris. *l. 2. §. 3. C. de jurejur. propter calum. Ordin. Cam. d. tit. 10. Setſerus de juram. lib. 3. c. 11.*
3 *num. 41.* Sed hoc mutatum jure Can. non ſine jactura
juſtitiæ. *Vid. Proceſſum meum cap. 15. num. 7.*

### ad L. Si ſervus. 22.

*SUMMARIA.*

*Dominus aut damnum, aut noxam præſtare debet. n. 1.*
*Quid, ſi commodaverit ſervum? 2.*
*Quid, ſi pignori dederit? 3.*
*Quid, ſi Dominus non habet in promtu pecuniam, ut luat, an dicatur habere facultatem tradendi? 4.*
*Caſus referuntur, quibus Dominus in ſolidum de ſervi noxa condemnatur. 5. & 6.*
*Facultatem ſolvendi non habet, cui non eſt parata pecunia, licet bona adſint. 7.*

1 DOminus ſervi noxalis tenetur aut damnum reſar-
cire, aut ſervum noxæ dedere, ſi modo poteſta-
2 tem dandi habuit. Sed quid ſi depoſuerit vel commo-
daverit eum? R. quia habet poteſtatem repetendi, uti-
3 que poteſt dedere. Sed quid ſi pignori dedit Dominus?
Non convenitur Creditor, ſed debitor Dominus. Sed
4 hic tunc habet facultatem dedendi, quando pecuniam
habet in promtu, qua luere poſſit ſervum pignori da-
tum; nam ſi pecuniam non habet, licet res habeat, ex
quarum venditione pecunia iſta redigi poſſit, non ta-
men videtur habere facultatem tradendi, ne ſuas res
5 vendere cogatur. Sed ſi non exhibeat, cum poſſet, aut
abſentem non defendat, aut deſuper caveat, aut ſer-
vum forte precario alteri datum non repetat, aut cum
pecuniam haberet, non tamen redimat ſervum pigno-
ri datum, aut ſi ſervum ſuum eſſe per calumniam neget,
modo probetur, ſervum ejus eſſe, vel delato jureju-
rando noluit jurare, vel qui dolo talem ſervum no-
xium deſiit poſſidere; his omnibus caſibus tenetur
Actione Prætoria in ſolidum. *Cujac. ad h. l. tom. 1. pag.*
6 1009. Nec obſtat *l. 88. de V. S.* quia aliud eſt quærere,
quid quiſque in bonis habeat; & aliud, an quis ha-
beat facultatem redimendi, exhibendi, &c. Colli-
7 ge: Non videri habere facultatem ſolvendi præſentem,
qui non habet pecuniam paratam, licet bona habeat.
*Baldus hic.* Unde non eſt ita facilis ſolutio, ſi fide-
juſſor vel debitor tantum bona, non pecuniam ha-
beat.

### ad L. Electio. 26.

*SUMMARIA.*

*Inficiatio defuncti an hæredi noceat? num. 1. & 2.*
*Quo caſu nec ipſi neganti? 3.*

1 INficiatio defuncti non nocet hæredi, nec ipſi ne-
ganti, ſi inficiationem revocet. Prius etiam in de-
poſito ſit. Nam licet dolus à depoſitario defuncto ad-
2 miſſus, & hic ab hærede præſtandus, mendacium ta-
men defuncti non nocet hæredi. *l. 1. §. 1. & l. 18. ff. de-
poſit.* Poſterius patet ex iis, quæ dicta ſunt *ad L. 23. §.
3 10. ff. ad L. Aquil.* Nam ſi nondum damnum probatum,
& tunc poſtea confiteatur, non habet locum pœna
mendacii. *Bargalius de dolo lib. 5. c. 14. n. 47.*

### ad L. Et generaliter. 28.

*SUMMRIA.*

*An, ſi b. f. poſſeſſor ſervum noxa dedit, accipiens exceptionem vero Domino ſupervenienti opponere poſſit? numer. 1.*
*An, ſi verus Dominus caſu recepit ſervum, Publiciana hoc caſu detur? 2, & 3.*
*An ſervus noxa deditus uſucapi poſſit à ſciente, eum non fuiſſe dedentis? 4. & ſeqq.*

1 BOna fide poſſideo ſervum, qui tibi noxam dedit,
ego tibi eum noxæ dedi, non quidem transferen-
do in te jus dominii, quod non habeo, ſed omne jus
meum, quod habeo. Dominus ſervi verus poſtmodum
à te vindicat ſervum, potes opponere exceptionem, ut
2 prius ſolvat æſtimationem damni. Sed quid ſi Domi-
nus caſu recuperet poſſeſſionem ſervi, an tibi com-
3 petit Publiciana? Affirm. & licet hæc alias contra
Dominum non detur, hic tamen datur, quia ſi exci-
peret de Domino, replicare poſſes de ſatisfactione
4 damni ſeu de dolo. Sed an poſſum talem ſervum uſu-
capere, ſi ſciam eſſe alienum? Quod hic affirm. Nam
non ſemper ſcientia rei alienæ malam fidem inducit,
ſcil. quando non adeſt ſcientia injuſtæ poſſeſſionis.
5 Nam ita cogitare potes: licet non ſit rei ſervus, de-
buiſſet tamen ipſe Dominus mihi de damno ſatisface-
6 re, aut ſervum dedere. Caſus ergo hic ſpecialis eſt,
ubi illi datur Præſcriptio, qui tamen bona fide deſti-
7 tuitur, quod communiter hic Dd. ſecundo decreto ad-
ſcribunt. Sed ratio eſt in ipſa deditione ſervi, quæ à
Domino facta transfert dominium, ſi a b. f. poſſeſſore,
transfert uſucapiendi conditionem, & hic Publiciana
datur contra Dominum, quia etiam Dominus, ſi poſſe-
diſſet, damnum ſarcire, aut dominium dedere debuiſ-
ſet. *Cujac. ad h. l. tom. 2. pag. 1566. & Buſſius ad h. l.*
qui nec jure Canonico aliud eſſe contra Conſtantium
contendit. *Conf. Arum. d. 8. ad Pand. §. 8.* Sed utut non
8 fuerit uſucapta, nunquam tamen Dominus habere po-
terit hunc ſervum, niſi de damno ſatisfaciat.

### ad L. Quoties. 34. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*Ex delicto filiifam. quomodo contra Patrem agatur?*

EX delicto filiifam. non datur noxalis actio contra patrem, ſed agitur contra filium, qui ſi condemnatus eſt, actio ex judicato datur contra patrem, quatenus in peculio eſt, quia eſt jam non ex delicto, ſed quaſi contractu. In judiciis enim quaſi contrahimus.

### ad L. Quemadmodum. 38.

*SUMMARIA.*

*Dominus qui ſervum pro derelicto habet, liberatur. numer. 1.*
*Annon hoc caſu Dominus dicatur dolo poſſidere? 2.*

DOminus ſervi poteſt ſe liberare ab actione noxali, ſi ſervum pro derelicto habeat, nam Dominus tantum tenetur. Nec hic dici poteſt, quod dolo deſierit poſſidere, nec enim cauſa actoris fit durior; nam aut alius eum apprehendit, aut fiet liber: ſi illud, habet quem conveniat Actor; ſi hoc, ipſe ſervus qui fuerat, convenietur.

### ad L. Cum ſervus. 41.

*SUMMARIUM.*

*An actio noxalis contra ſocium detur, in delicto ſervi communis.*

EGo & tu habuimus ſervum communem, is tibi nocuit, an potes habere contra me actionem noxalem? Negatur, nam ſi extraneo dediſſet, etiam contra te is in ſolidum poſſet agere, quia noxalis actio non recipit diviſionem. Sed poteris mecum agere actione communi dividendo, ut damnum dividatur. *Cujac. t. 1. p. 2338.*

LIBRI

# LIBRI DECIMI,

## TITULUS I.

## Finium Regundorum.

### ad L. Finium. 1.

*SUMMARIA.*

*Quomodo hæc Actio tum perſonalis, tum realis ſit? numer.* 1.

*Principaliter tamen in rem potius, quem perſonam eſt.* 2.

1 ACtio finium regundorum eſt tum perſonalis tum realis. Realis eſt, dum quilibet ſuam partem vindicat; perſonalis vero ob præſtationes perſonales v. gr. quando peto, ut aliter dirigantur termini, & ex tuo fiat meum. Vel quando alter utiliter quid impendit in utilitatem communium finium. *l.* 4. §. 1 *h. t.* vel ſi damnum dedit alter in confinibus *per*

2 *l.* 4 §. 3. *& ſeq. h. t.* Nam in his conſiſtunt perſonales præſtationes. Principaliter tamen potius in rem quam perſonam videtur Actio. Quamvis evenire poſſit, ut modo finium regundorum agatur, tantum præſtationum perſonalium habeatur ratio: modo ut tantum rei vindicationis natura ſervetur *Coll. Arg. ad h. t. th.* 30.

### ad L. Hæc actio. 2. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Cum fines commode non poſſunt dividi, per condemnationem & adjudicationem judex dirigit. num.* 1. *&* 2.

*Jus fines dirigendi eſt pars juriſdictionis.* 4.

*Cum veſtigia terminorum adſunt, ad veterem formam rediguntur.* 5.

1 QUod ſi fines commode dirimi non poſſunt, poteſt judex, quamvis hæc actio non ſit b. fidei, *per l.* 4. §. 2. *h. t. Zæſ. ad h. t. num.* 2. *Wiſſenb. th* 5. amovendæ obſcuritatis gratia, novos fines per aliam regionem, ubi commodum fuerit, dirigere;

2 idque per condemnationem & adjudicationem ex bono & æquo. *Veſenb. in ff. h. t. num.* 7. Alter vero in certam pecuniam condemnandus *l.* 3. *h. t.* & ſic fieri poteſt, ut ſententia cum libello non conſentiat. *Hieron. de Monte in tr. de finibus regund. c.* 101. *n.* 4. *&* 5.

3 Et ita hoc judicium ad diviſoria judicia recte refertur. *Bachov. diſp.* 2. *de Action. th.* 8. *lit. A. Boer. deciſ.* 42.

4 *num.* 39. Et eſt hoc jus fines dirigendi pars juriſdictionis. *Klock. vol.* 1. *conſ.* 10. *num.* 489. Autor *ad L.* 2. *nu.* 7. *C. h. t.* Licet ſubditi ſine conſenſu Magiſtratus de finibus tranſigere poſſint. *arg. l.* 12. *h. t. Carpzov. p.* 2.

5 *co ſt.* 41. *def* 17. Autor *ad L.* 2. *num.* 6. *C. h. t.* Quando vero veſtigia terminorum veriſimiliter inveniri poſſunt, tunc omnino vetera monumenta attendenda ſunt, & ſic res ad veterem formam reducenda: *Myn-ſing. c.* 6. *obſ.* 27. *Dn. Franzk. ad h. t. num.* 29. *per c.* 3. *X. de probat.* Autor *ad L.* 2. *numer.* 3. *&* 5. *C. h. t.*

### ad L. Sed & loci. 4.

*SUMMARIA.*

*In hoc judicio habetur etiam ratio intereſſe. num.* 2.

*Fructuum qualis ratio habenda?* 3.

*Cur, ſi Agrimenſor ab uno conductus eſt, ab adverſario tamen pars quaſi mercedis ſolvenda ſit?* 4.

*An judex datus de crimine termini moti, cognoſcere queat de finibus regundis?* 5.

*Quid, ſi portio fundo pluribus communi adjudicanda ſit?* 6.

*Quomodo, ſi fundo communi proprium meum fundum ſit commune, agere poſſim?* 7.

*Utilis hæc actio datur Emphyteutæ, uſufructuario &c.* 8.

*An vero ſociis?* 9.

*An & quando detur hoc judicium in Prædiis urbanis, & quando non in ruſticis?* 10. 11. *&* 12.

*An detur de juribus, v. gr. juriſdictione? &c.* 15.

1 PRæ ipſa hæc lex; & *in princ.* dicitur, quod non tantum circa fines totius agri, ſed & unius controverſi loci diviſio & ſciſſura ab arbitro fieri poſſit; & ſic eſt extenſio ejus, quod *in l.* 2. *&* 3. dictum erat.

2 Sed in §. 1. duo habentur, quod etiam ejus, quod intereſt, habenda ſit ratio, ſi ſcilicet poſſeſſor aliquam utilitatem perceperit ex eo loco, quem repertis veris

3 terminis vicini fuiſſe apparet. *Chriſtin. vol.* 2. *dec.* 183. *num.* 3. & recte ſubjicitur *in* §. 2. quod fructuum habenda ſit ratio, ſcilicet quos poſt litem conteſtatam poſſeſſor loci controverſi percepit ex eodem. Nam antea bona fide perceptos & conſumtos lucratur poſſeſſor, ut in rei Vindicatione, *per hanc L. Pet. Greg. lib* 5. *c.* 5. *& Chriſtinæus d. l. Dn. Struv. ad h. t. th.* 58. & aliud videtur in aliis diviſoriis judiciis, per *l.* 44. §. 3. *tit. ſeq. Dn. Franzk. h. t. nu.* 40. *& ſeq.* Alterum quod in

4 §. 1. *hujus legis* reperitur, licet agrimenſor ab uno conductus, ab altero tamen etiam pars quaſi mercedis (nam vera conductio non eſt) ſolvenda, cum id inter præſtationes perſonales referatur, & utriuſque negotium geratur in duplici hoc negotio. Autor *ad L.* 3. *num.* 5. *&* 17. *C. h. t.*

5 Ad §. 4. In §. 4. *hujus Legis* habetur hæc facti ſpecies: datus judex criminali judicio de termino moto, apparet ex teſtium dictis, quinam fuerint juſti & genuini fines. quær. an de his etiam cognoſcere poſſit? Quod hic affirm. quia ſi incidat civile judicium criminale, de civili etiam cognoſcet judex, & pronunciabit quoque, ſi utramque juriſdictionem habeat. *Ant. Matth. ad lib.* 48. *tit.* 17. *c.* 2. *num.* 1. *& Conf. Decianus lib.* 4. *Pr. Crim. c.* 30. *Conf. & Bruſius hic, qui hic aliquid ſingulare*

6 *agnoſcit.* Et ſi vicinus fundus communis pluribus & huic fundo pluribus communi portio mei fundi adjudicanda juſto pretio, tunc fundo iſti adjudicatur hæc portio non homini, & quam quis ſociorum partem habet in fundo communi pro indiviſa, eam etiam partem habet in adjudicata parte, quoniam magis fundo adjudicantur fines, & inter fundos eſt lis. *per* §. 5. *&* 6. *h. l.*

7 *Paragraphi* 7. ſenſum hunc tradit *Cujac. ad l.* 23. *Pauli ad Edictum. tomo* 1. *p.* 1114. Ego & tu communem fundum habemus & ego ſolus in confinium proprium meum habeam fundum, inter nos judicium de finibus regundis fundi communis & fundi proprii neque directum neque utile reddi poſſe, quia ego & tu pro una perſona habemur in fundo communi, ergo non poſſumus litigare, ſed ſi velimus de finibus agere, teneor

vel

vel meam partem fundi communis vel fundum proprium vendere. Neque ſolum inter duos, ſed etiam inter tres pluresve fundos judicium hoc accipi poteſt, ſi ſinguli plurium fundorum confines ſint.

8 *In* §. 9. dicitur, quod utilis hæc actio detur emphy-
teutæ, uſufructuario, imo & creditori, pignoris poſ-
ſeſſori. Et hoc ad Prælatos Eccleſiarum accommodat
9 *Dn. Franzk. hic nu.* 16. quia & hi uſufructuarii ſunt:
non vero datur inter ſocios quia ſic idem contra ſe age-
ret. *l.* 4. §. *6. h. t. Zœſ. h. t. num. 7. Dn. Franzk. nu-
mer.* 14.

10 In prædiis urbanis, quatenus talia ſunt, cum confi-
nia non dicantur, ſed vicina, non habet locum hoc
judicium §. *pen. & ult. h. l.* Unde probat *Tholoſ. lib.* 4.
*c. 7. num.* 19. *& Hippol. Rimin. vol.* 4. *conſ.* 367. *nu.* 22.
*& num* 28. in prædiis urbanis legem finalem non ha-
11 bere locum. Sed nec in ruſticis datur ſemper, quando
locus publicus intercedit. *l.* 4. §. *fin. & l. ſeq. h. t.* E
12 contrario in urbe quoque habet locum, quando horti
urbani vicini. *hoc* §. *fin.* Sed ad jura incorporalia, v.gr.
13 juriſdictionem, jura venandi & ſimilia, hoc judi-
cium, ut etiam in aliis factum, quodammodo exten-
ſum fuit, teſte *Henn. Hammelio de action. c.* 52. *nu.* 14.
*& ſeqq. quem laudat Dn. Struv. ad h. t. th.* 52.

## ad L. Quia magis. 5. & ſeq.

### *SUMMARIUM.*

*Cur interveniente flumine confinium non intelligatur?*

IN *præcedente lege* §. *fin.* dictum erat, ſive flumen, ſive via publica interveniat, confinium non intelligi; nam ita cum *Haloandro* legendum eſſe poſt *Cujac.* teſte tradit *Autor Collegii Argentor. ad h. t. th.* 12. huic ſubjicitur ratio *in h. l.* 5. quia meo fundo magis ſit confinis via publica vel flumen publicum, quam ager vicini. Sed ſi rivus privatus interveniat, contra Dominum rivi etiam agi poteſt finium regundorum.

## ad L. De modo. 7.

### *SUMMARIUM.*

*Unde hanc actionem arbitrariam eſſe colligatur?*

QUando aliquis de territorio majorem, quam par eſt, quam ipſi aſſignatus erat modus, occupaſſe partem dicitur, dari ſolent arbitri, qui majorem locum diminuunt & alteri partem aſſignant. Unde colligunt Dd. hanc actionem eſſe arbitrariam, non ſtricti juris. *Hieron. de Monte de finibus cap. 69. num. 2. & Colleg. Arg. hic th.* 38.

## ad L. Si irruptione. 8.

### *SUMMARIA.*

*Nihil intereſt, caſu fortuito an facto hominis obſcurati ſint fines? n.* 1.
*Agrimenſores in regendis finibus mittendi, qui rem oculis ſubjiciant.* 2. *&* 3.
*Quibus creditur; modo non ſint ſuſpecti.* 4.
*Hodie controverſia de finibus per commiſſarios deciditur.* 5.
*Exemplum citationis ad inſpectionem ocularem.* 6.
*Probatio per inſpectionem ocularem nunquam excluditur.* 7. *&* 8.
*Repeti poteſt ſumtibus petentis.* 9.
*Debet præcedere cauſæ cognitio, & citari, quorum intereſt.* 11. *&* 12.
*Oculari inſpectioni comparatur judicium peritorum. numer.* 13.
*Hæc actio durat* 30. *annos.* 14. *&* 15.
*Fines Parochiarum nunquam præſcribuntur.* 16.

1 NIhil intereſt, caſu fortuito fines obſcurati ſint
ut cum inundatione ac irruptione fluminis, an
vero facto hominis ſint confuſi. Nam omni caſu ſuum
2 cuique reſtituendum, & jubebit præſes ſubditos alie-
no abſtinere & ſuo eſſe contentos. In finibus regendis
agrimenſores mittendi, & res ipſa oculis ſubjicienda.
Autor *ad L. 3. num. 4. 5. C. h. t.* Nam quod patet ex-
preſſe non eſt probare neceſſe. *Weſenb. in ff. n. 7. Myn-
ſing. 6. obſ. 37. num. 5. Hieron. de Monte in d. tr. c. 30.
3 num. 2. Schepliz. in promt. tit.* 41. §. 1. & hæc ſpeciali
commiſſione opus habere videtur, niſi res ipſa requi-
rat, ut teſtes, niſi in rem præſentem ducantur, depo-
4 nere nequeant. *Dn. Mev. p. 5. dec.* 310. Nam hic re-
rum peritis credendum, modo non ſint ſuſpecti. Nam
in talibus perſonis non tantum ſcientia, ſed & conſcien-
tia & fides attendenda. *Chriſtin. vol. 2. dec. 184. Hie-
ron. de Monte d. tr. c. 30. num. 2. & c.* 101. *nu.* 10. & mit-
5 tendi arbitri. *l. 8. h. t. & l. 44. de Arbitris.* Hodie per
Commiſſarios ſolent hæ controverſiæ decidi, de quo
*Roland. de Commiſſ. p. 1. lib. 4. c. 5. & c.* 20. Exemplum
6 citationis ad ocularem inſpectionem ſubjicio: Nun
tragen Wir / ob ſolch euer Beginnen / ein ungnädi-
ges Mißfallen / wollen euch auch daſſelbige hiermit
ernſtlich verwieſen / und darneben anderweit befohlen
haben / daß ihr gegen den 26. Julii / als welchen Tag
Wir ex officio, zu Verrichtung ob erſtandener Com-
miſſionen / hiermit angeſetzt haben wollen / euern
Commiſſarium, welchen Wir auf euer unterthänig-
ſtes Bitten an euer Seiten darzu hiebevor verordnet /
und denen vorhin zu dieſer Sachen deputirten Com-
miſſarien / die doch ohne das mehrentheils von euch
gleichfals vorgeſchlagen waren / gnädigſt adjungirt,
zur Stelle ſchaffet / euch auch ſelbſten / nebſt dem Aus-
ſchuß der Gemeine aus der Stadt N. vor den depu-
tirten und adjungirten Commiſſarien / mit eure Noth-
durfft gefaſt geſtellet / und nach eingenommener Be-
ſichtigung und angeſtallter Erkundigung darauff güt-
licher Handlung / oder Verabſcheidung gewartet / mit
der endlichen Commination und Verwarnung / dafern
ſolches von euch nicht erfolgen ſolte / daß die alsdann
anweſende Commiſſarii in contumaciam zu verfahren
hiermit befehlicht ſeyn / und ihr darwider nicht weiter
gehöret werden ſollet / wornach ihr euch zu achten /
ſeynd euch ſonſten mit Gnaden gewogen / gegeben
Cöllen an der Spree am 23. Junii Anno 1650.
7 Et hæc probatio, ſcilicet ocularis inſpectio, ita eſt
privilegiata, ut nunquam excluſa videatur, licet aliæ
probationes excluſæ ſint. *Maſcard. de probat. in proœm.
qu. 8. Berl. p. 1. concl. 47. in pr.* Autor *ad L. 3. num.* 15.
8 *C. h. t.* Et hoc ſenſu verum, quod dicunt, ſententiam
finium regundorum non tranſire in rem judicatam,
ſi ſcil. per ocularem inſpectionem aliud probari poſſit,
Et ſic intelligo *Chriſtinæum ad Stat. Mechlin. tit.* 14.
9 §. 2. Et poteſt hæc inſpectio ſemel facta repeti ad in-
ſtantiam ejus, qui petit, ejuſque ſumtibus. *Chriſtin.
d. tit.* 14. §. 3 *num.* 2. Et ſic inſpectio, citatis & audi-
tis prius partibus, à judice decernenda. *V. d. Chriſtin.
10 d. tit.* 14. §. 4. Et facta inſpectione oculari non ſtatim
ferenda eſt ſententia, ſed Rotulum prius partibus com-
municandum, & illæ deſuper audiendæ, ne ſenten-
11 tia nullitate laboret. Debet etiam aliqua cauſæ cogni-
tio præcedere ocularem inſpectionem, per verba §. *ſi
12 res ita exigit. Dn. Mev. p. 4. dec. 139. num.* 3. & debent
citari omnes, quorum intereſt. *Dn. Mev. d. l. nu. 5. &
in proceſſu meo c. 22. num.* 6. & res in eo verſari debet,
ut ad probationem perventum fuerit. *Dn. Mev. d. l.
num.* 4. Nam intereſt utriuſque partis, ut præſentibus
omnibus fiat inſpectio. *Dn. Mev. p. 5. dec.* 226. De
oculari inſpectione vid. *Maſc. d. Probat. in Proœm. d.
qu. 8. Klock. vol. 1. conſ. 29. num. 239. & quos allegavi in
13 Proceſſu Civ. c. 22. num.* 1. Huic oculari inſpectioni
comparatur judicium peritorum, quod tamen per ſe
non eſt ſententia, ſed ſi temere judex ab eo recedit,
litem

14 litem ſuam facere videtur. *Dn. Mev. p. 2. dec. 261.* Et
ſpeciale eſt in hoc judicio, ut non niſi triginta annis
huic actioni præſcribatur. *L. fin. C. h. t.* Aut *ad L. 6.*
*num. 8. & 9. C. h. t. Et ad d. L. fin. n. 1. & ſeqq.* quod
non ita intelligendum, quaſi poſſeſſores agrorum, poſt-
quam confines agros per 30. annos poſſederunt, non
poſſint amplius actionem hanc inſtituere, ſed quod
de mutatis terminis, poſtquam 30. anni à mutatione
fluxerunt, non poſſit agi. *Chriſtin. d. dec. 183. nu. 4.*
15 *Paulus Buſius ad L. 1. h. t. num. 7.* Et ſi igitur intra 30.
annos veteres termini reperiantur, novi evellendi
erunt, & juxta veteres fines regendi; Sed ſi poſt lap-
ſum 30. annorum veteres appareant, novi retinendi.
16 *Chriſtin. ad ſtat. Mechlin. tit. 14. art. 7. num. 4.* Sane
fines Parochiarum Jure Can. præſcribi nunquam poſ-
ſunt. *c. pen. X. de Paroch. Buſius ad L. 1. h. t. Rach. in*
*Tr. vol. 1. diſp. 19. th. 8. lit. C. & D. Hieron. de Monte d.*
*tract. c. 74. Dn. Struv. ad h. t. th. 60.* Autor *ad L. 6.*
*num. 11. & 12. C. h. t.*

## ad L. Judicium. 9.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi duo ſocii fundum communem diviſerint?*

SI duo Socii fundum communem diviſerunt, aut aliquis fundum alienavit, pertinet ad ſocios vel ad emtorem judicium familiæ herciſcundæ, quia mutatio Dominorum non mutat cauſam actionis finium regundorum, quia hæc actio magis fundorum, quam perſonarum propria eſt. *L. 4. §. 5. h. t.*

## ad L. Judicium. 10.

*SUMMARIA.*

*Judicium finium regundorum duplex eſt. n. 1.*
*Qui prior provocavit, prior probabit. 2.*

1 JUdicium finium regundorum, ut & familiæ herciſ-
cundæ & de communi dividundo ſunt judicia du-
plicia, ubi uterque & Actoris & Rei perſonam ſuſti-
net. Et ideo in his judiciis utrique ſimul probatio in-
2 jungi ſolet, quod in aliis ſecus. Notandum tamen,
quia in judiciis ordo neceſſarius, & non poſſunt duo
actus contrarii ſimul expediri, ideoque ejus probatio-
nem prius audiendam, qui prior provocavit. Si tamen
alter nihil contra petat, ſed tantum ei, qui ad ju-
dicium provocavit, intentioni contradicit, tunc is ni-
hil tenebitur probare *Dn. Struvius ad h. t. th. 54. &*
*Franzkius num. 8.*

## ad L. In finalibus. 11.

*SUMMARIA.*

*Quomodo probatio in hoc jud. inſtituatur? numer. 1. & 2.*
*An etiam per teſtes de auditu? 3.*
*An etiam per ſolutionem cenſus & alios modos? 4. 5. & 6.*
*Situs ſolet per ichnographiam deſcribi. 7.*
*Si probationes utrinque pares, pro reo pronunciatur. 8.*

1 AGitur hic de Probatione in hoc judicio Finium
Regundorum, ſc. per vetera monumenta, per
autoritatem cenſus ante litem motam ordinati. Aut.
2 *ad L. 2. nu. 5. C. h. t.* Ad vetera monumenta referun-
tur foſſæ, aggeres, lapides, ſtrues lapidum, arbores
notatæ, fama, &c. *c. 13. X. de probat.* atque ſic etiam
3 teſtes de auditu hic admittuntur in re antiqua, *arg. l.*
*28. de Probat. l. 2. §. 8. de aqua pluv. arc. Buſius hic*
4 *Mynſ. c. 6. obſ. 16. nu. 3. & ſ. Wiſſenb. ad h. t. th. 6.* Item
per recognitionem aut ſolutionem alicujus cenſus *c. cum*
*olim. de cenſibus.* per confeſſionem partis, per cu-
ſtodum appoſitionem. *l. 15. §. ult. ff. de fundo Inſtr.*
5 *Leg.* per exercitium juriſdictionis. *c. cum ad ſedem X.*
*de Reſtit. Spoliat.* per libros valde antiquos. *d. c. cum*
*cauſam. 13. X. de Probat.* de qua materia uberius lo-
6 quentes videantur. *Mynſ. d. c. 6. obſ. 15. & ſeq. Gui de*
*Pape dec. 193. Chriſtin. d. d. 103. num. 5. & ſeqq. Maſ-*
*card. concl. 393. & aliquot ſeqq. Card. Tuſchus concl.*
*700. Menoch. l. 6. de Præſumpt. 143. & ſeq. Schepli᷑z.*
7 *in Promt. tit. 41. §. 2. & ſeqq.* Autor *ad L. 2. num. 4. C.*
*h. t.* Et ſolet loci ſitus pro informatione judicis abſen-
8 tis per Ichnographiam deſcribi. Et ſi probationes utrin-
que pares, pro Reo, qualis is habetur, qui provoca-
tur, erit pronunciandum. *c. ex Literis. 3. de Probat.*
*Hier. de Monte de Finibus c. 59. in fine.* Nec locus hic
juramento ſuppletorio, ut poſt *Vivium & Vaſq. tradit*
*Hillig. in Donell. l. 24. c. 19. lit. Q. & Berlich. p. 2. dec. 23.*

## ad L. Eos terminos. 12.

*SUMMARIUM.*

*Emtor meus, cui demonſtravi certos fines, an ad terminos antiquos provocare poſſit?*

HAbui fundos duos, & vendidi tibi unum, demonſtratis certis finibus forte novis; poſtea moves mihi controverſiam, vel alii tibi, vel tu aliis, & provocas ad antiquos terminos, quæritur an recte? Videtur quod ſic, quia res ad antiquum ſtatum reducenda? Autor *ad L. 1. num. 3. C. h. t.* Sed negatur hic, quia non potes alios terminos petere, quam qui tibi venditi & demonſtrati ſunt, fundorum finitio in arbitrio duorum eſt. Vid. *Cujac. ad h. l. tom. 1. p. 1609. Buſius ad h. l.* Autor *ad L. 1. num. 6. C. h. t.*

## ad L. Sciendum. fin.

*SUMMARIA.*

*Spatium à ſepimento, materia &c. quantum obſervandum? num. 1.*
*An hæc lex hodie obſervetur? 3.*
*Latrunculatores facinoroſum in alieno territorio perſequi poſſunt. 5.*

1 LEx hæc ſpatium relinquendum deſcribit à ſepi-
mento, materia, domo, juxta agrum alienum
facienda, ſepulchro, puteo, arbore &c. Conferatur.
*l. 1. C. de Aquaductu, & ibi Dd. Tholoſanus lib. 4. c. 7.*
*num. 18. Viv. dec. 243. Theſſaurus dec. 129.* Et hæc lex
2 non de prædiis Urbanis, ſed ruſticis loquitur, ut con-
veniat Rubro. *Tholoſ. l. 4. c. 7. num. 19. Hipp. Rimin.*
*conſ. 367. num. 22. & ſeqq. Surdus conſ. 74. num. 1.* Sed
3 & hæc lex non in ruſticis, multo minus in urbanis ob-
ſervatur. Sed hac de re ſtatuta & conſuetudines Loco-
rum attendendæ, teſte *Nevizano conſ. 58. num. 10. Sur-*
*do d. conſ. 74. num. 2. Buſio hic. Grœnwegen ad l. 9. C. de*
4 *Ædif. privat.* Solet hic quæſtio ventilari, an ſi quis
reperiatur occiſus in confinio, ad cujus juriſd. hoc per-
tineat? Sed de hoc alibi ad *lib. 11.* agetur, *tit. de Relig.*
5 Sed hoc colophonis loco addam: ſi facinoroſus effu-
giat, & e manibus Latrunculatorum elabatur, & in
aliud territorium veniat, poſſe eos ſequi, & eum ap-
prehendere. Vid. *Receſſ. Imper. de Anno 1559.* §. Und
wiewohl *2. Gail. de P. P. l. 1. c. 16. num. 25. Mynſ. cent.*
*2. obſ. 28. Addit. ad Zœſ. in hoc tit.*

---

## TITULUS II.

### *Familiæ herciſcundæ.*

## ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Quænam origo hujus actionis? n. 1.*
*Cuinam concedatur hæc actio? 2.*

Qui

*Qui eſt in poſſeſſione, indiſtincte admittitur.* 3.
*Cum actor non poſſidet, nec reus eum pro cohærede agnoſcit, non habet hanc act.* 4.
*Quando judex poſthabitis negatione iſtis, ad diviſionem progrediatur?* 5.
*An poſſit hæc actio cum petit. hæred. conjungi?* 7.
*In quantum poſſeſſio pro poſſeſſore probet?* 7.

1 IN *l.* 1. origo actionis hujus deſcribitur, ſcilicet quod ſit à Lege 12. Tabb. introducta hoc fine ut cohæredes haberent actionem, ſi vellent à communione
2 recedere, *& in* §. 1. deciditur quæſtio, cui detur judicium Familiæ herciſcundæ, & ponuntur tres caſus, qui tamen ad dichotomiam referri poſſunt. Qui vult agere judicio Familiæ herciſcundæ, aut eſt in poſſeſſione hæreditatis (nam de hujus diviſione hic agitur) aut non eſt in poſſeſſione. Si illud, tunc indiſtincte admit-
3 titur, ſive Reus eum fateatur cohæredem, ſive non, quia præſumtio ex poſſeſſione pro eo militat. Sin non eſt, tunc ſubdiſtinguitur, utrum Reus provocatus ad hoc
4 judicium Actorem habeat pro cohærede, an vero non? ut illo caſu admittatur, non hoc; quia præjudicium non debet fieri hæreditati, & debet prius conſtare, quis hæres ſit, & datur igitur ei petitio hæreditatis, Exceptio enim (Tu non es hæres) eſt præjudicialis, & tollit jus agendi. *Marpurg. vol. 1. conſ. 26. num. 5. & 6.* Vid. *Buch. in Treutl. v. 1. d. 1. th. 8. lit. A. Dn. Franzk. ad h. t. numero* 10. *Dn. Struv. th. 5. Alvarus Valaſcus in tr. de*
5 *partitionibus cap. 2. numero* 21. etſi tamen judex videat, eum protelandi judicii cauſa negare, actorem eſſe hæredem, poſthabita ea negatione, ad diviſionem pro-
6 gredietur. *Valaſcus d. l. numero 26. & ſeqq.* Poterit etiam petitio hæreditatis cum hoc judicio Fam. herciſc. conjungi, ut tamen de petitione hæreditatis prius cognoſcatur. *Buſius hic.* Non autem ſe defendere poteſt, quo minus admittat cohæredem, ſi dicat, ſe aliquid erogaſſe in alimenta. *Dn. Mevius par. 2. dec.* 19. Probatur etiam ex *h. L. 1. §. 1.* Sententia *Cyni in L. 1. C. ubi cauſa ſtatus. in*
7 *5. queſt.* poſſeſſionem vel quaſi alicujus Juris non pro-
8 bare Jus, niſi reſpectu qualitatis, quæ ratione præparatoriorum fuiſſet probanda: non autem reſpectu qualitatis incidentis, cum ad deciſionem cauſæ principalis neceſſario eſſet probanda. Conſ. *Baldus hic n. 3. & Franc. de Clapperiis p. 2. dec. cauſa 47. q. 3. n. 3.*

## Ad L. Per Familiæ. 2. & L. ſeq.

### SUMMARIA.

*Omnis hæreditas per hanc Actionem dividitur. n.* 1.
*An quarta, quam arrogatus petit, etiam in hoc judicium veniat?* 2.
*Hoc judicium duplex eſt.* 4.
*Quid ſi duo plures ſint cohæredes?* 5.
*Nomina hac actione quidem non dividuntur, ſed cedi poſſunt.* 6. & 7.
*An creditor ſecundum ſtatutum de ære alieno ex feudo ſolvendo, poſſeſſorem feudi paterni ſolum convenire poſſit?* 9.
*Quando exceptio, citentur omnes quorum intereſt, opponenda?* 10. & 11.
*Quare debita ſingulis pro ſolido adjudicentur?* 12.
*An creditor agnoſcere cogatur alium pro ſuo debitore?* 13. 14. & 15.
*Quare ſi unus hæres in ſolidum litem ſuſcipiat, in ſolidum condemnetur?* 16.
*Particularis ſolutio approbata ex Rec. Imp.* 17.

1 IN *l. 2. princ.* agitur de objecto hujus actionis, quid ſcilicet per hanc actionem dividatur, & illud eſt Hæreditas qualiſcunque ſive ex Teſtamento deferatur, an ab inteſtato, ſive ex *L. 12. tabb.* ſive ex recentiore lege, ſive ex SCto, ſive ex Conſtitutione Principis deferatur, quod eſt planum. *Sed in* §. 1. quæritur, ſi
2 arrogatus ſis à Titio & quartam petas, an etiam hæc veniat in judicium familiæ herciſcundæ. Videtur quod non, quia non es hæres, neque bonorum poſſeſſor ſeu hæres prætorius. Sed affirmatur de utili judicio fami-
3 liæ herciſc. Ex *hoc* §. contra VViſſenbecium & Pacium infert *Autor Collegii Argent.* quod bonorum poſſeſſori directum hoc judicium competat. Sed id non multum in receſſu habet.

4 *In Paragrapho* 2. dicitur, quod etiam ſuper militis filiifamilias peculio Caſtrenſi detur hoc judicium. Et hoc judicium duplex eſt, nam partes ſingulæ actoris & rei locum tenent. §. 3 *h. l. de quo dictum ad legem 10. tit. præced.*

5 *In* §. 4. quæritur, ſi plures ſint, quam duo cohæredes, an hoc judicium inter omnes eſſe debeat, vel an inter pauciores eſſe poſſit? Prius negatur, poſterius affirmatur, inter potiſſimum ratione præſtationum perſonalium; ſi verbi gratia, unus quid expendit vel damnum dedit, ſed etiam ratione diviſionis, ſi tertius abſit.
6 Nomina quidem non veniunt in judicium familiæ herciſcundæ, quia ſunt ipſo jure diviſa *per Legem 12. Tabb.* tum activa tum paſſiva. Autor *ad L. 6. num 1. 2. C. h. t.*
7 Sed poſſunt tamen invicem per ſtipulationem vel per ceſſionem integra cedi nomina, & ſic cohæres unus eſt alterius procurator in rem ſuam. Verbi gratia, ſunt tres cohæredes, ſunt in hæreditate tria nomina activa. A. debet hæreditati 100. B. debet 150. C. debet 90. Hic nomina integra aſſignari poſſunt verbi gratia, totum nomen quod debet. A. primo hæredi aſſignatur, qui poteſt partim ſuo, partim cedentium cohæredum no-
8 mine, agere. Autor *ad L. 6. num. 2. & ad L. 14 numer 4. ſeqq. C. h. t.* Sed quæritur, ſi quis hæredem debitoris
9 citare velit, tenetur omnes citare. Sed quid ſi habeamus ſtatutum de ære alieno ſolvendo ex feudo, ut in Marchia Brandenb. Elector. Pomerania &c. poteſt ne creditor poſſeſſorem feudi paterni ſolum convenire? Hoc negatur; nam ſtatutum nullam tribuit hypothecam, ſed tantum executionem in feudo permittit, deinde poſſeſſor feudi habet beneficium Excuſſionis, ut prius Allodium excutiatur. Excuti hoc non poteſt, niſi omnes hæredes conveniantur, & citentur. *Dn. Mevius*
10 *par. 4. deciſ.* 21. Reus ergo habet exceptionem: citantur
11 omnes quorum intereſt. Quod ſi non opponat, & de integro debito contra ſe agi paſſus eſt, poteſt quidem pendente judicio hanc exceptionem allegare, ſed poſt
12 ſententiam non, quia ſe obtuliſſe videtur toti liti. *Dn. Mevius part. 5. dec.* 42. Quia tamen particularis ſolutio multa habet incommoda *L. 3. h. t. Carpz. part. 2 Juriſpr. conſt. 28. defin.* 13. ideo judex ſingula debita & credita ſingulis pro ſolido, alia aliis, attribuere poteſt, & licet Creditor cum alio agat, poteſt tamen ille ſubſtituere illum, in quem nomen paſſivum translatum eſt officio judicis *Carpz. par 3. Conſt. 14. d. 19 num. 2. Dn. Franzk. ad h. t. num.* 17. Unde nota, nomina paſſiva in alium transferri poſſe. Autor *ad L. 1. numer 1. 2. C. ſi unus ex*
13 *plur. hæred.* Sed an Creditor eum pro Reo agnoſcere
14 teneatur? Negatur id in *l. 29. ſeq de Procur.* Hic affirmari videtur. Gloſſa hic varie conciliat. Mihi dicendum videtur, neminem debitorem in alium vinculum ſuum per ceſſionem ita transferre poſſe, ut creditor cum eo litigare teneatur, nec litem in cedentem trans-
15 ferre poſſit. Sed quando judex ex officio ſuo & poteſtate à lege ſibi data, nomen hoc paſſivum uni hæredi alterum alteri hæredi aſſignavit ſolvendum, tunc actor illum agnoſcere tenetur, quia hoc à judice factum modo non lædatur inde creditor ſi forte aſſigna-
16 tus hæres non idoneus. Et hæc mens videtur *Dn. Struvii ad h. t. th.* 8. ni fallor. E contrario ſi unus hæres idemque bonorum hæreditariorum poſſeſſor litem in ſolidum ſuſcipiat, omnino poteſt in ſolidum condemnari, quia ſe obtulit liti. *L. is, qui ſe obtulit. 25. ff. de Rei Vind.* & litem conteſtando factus eſt Dominus. Sed in aliis cauſis habet exceptionem diviſionis ipſo jure à
17 Lege factæ. *Dn. Mev. par. 3. dec.* 99. Particularis autem

ſolutio admittitur & approbatur in Rec.de Anno 1654.
§.172. quod tamen perſonale privil.vocat. *Dn.Mev.p.4.
dec.345.*Autor *ad L.fin.n.2.π. Quibus mod.pignus ſolv. Et
ad L.2 .n.3.7.8.π de reb.credit.Et ad L.9.nu.4.C.de ſolut.
Et ad L.4.n.3.C.de collat.fund.*

## Ad L. Cæteræ. 4.

### *SVMMARIA.*

*Interdum nomina in judicium veniunt. n.1.*
*Quod res pernicioſa in hoc judicium veniant.2.*
*Quid cum inſtrumentis faciendum? 3.*
*Quid, ſi vendita hæreditate de inſtrumentis controverſia oriatur? 4.*

1 IN *principio hujus legis* dicitur, quod etiam nomi-
na veniant interdum in judicium familiæ hercis-
cundæ, quando ſcilicet Legata ſint nomina. Autor *ad
L.6.& 14 h t. Et ad L.1.num.1.2.ſi unus ex plurib.hæ-
red. Et ad L.1.num.2.C de Except.* Et ſi reperiantur in
2 hæreditate venena & mala medicamenta aut libri ma-
gici vel improbatæ lectionis, aut aliæ res pernicioſæ,
& hæc veniunt in hoc judicium, non ut dividantur, ſed
ut aboleantur, corrumpantur, cum judex officio boni
& innocentis viri fungi debeat, & ſi quæ res male
quæſitæ reperiantur, debent à rebus hæreditariis ſepa-
rari & reſtitui iis, ad quos eæ res de jure pertinent §.
3 1. & 2.*h.l.* Si autem de inſtrumentorum depoſitione
agatur, ſi plures ſint hæredes, ea ſub cautione ei, qui
ex majori parte hæres eſt, relinquenda, vel in æde ſa-
cra aut publica deponenda. Si autem hæres vendiderit
4 hæreditatem & inter venditorem & emtorem contro-
verſia ſit de inſtrumentorum poſſeſſione, originale
Teſtamentum hæredi relinquendum, vel deponendum
in Æde ſacra, ſed exemplum emtori tradendum, quia
hæres à creditoribus conveniri poteſt, & tenetur emto-
rem defendere.

## Ad L. Si quæ ſunt. 5.

### *SUMMARIA.*

*Inſtrumenta communia cui relinquenda? nu.1.*
*Quid, ſi omnes ex æquo hæredes ſint? 2.*
*Inter duos Jure Saxon. circa rem dividendam, quid obtineat? 3 & 4.*
*Quid; ſi unus ſortem, alter diviſionem, cum electione velit? 5.*

1 INſtrumenta communia ei relinquenda, *ut jam di-
ctum*, qui ex majori parte hæres eſt, cæteri deſcripta
& cognita habeant; cautione interpoſita, ut, cum res
exigeret, originalia exhibeantur; ſi omnes ex æquo
2 hæredes, eligendus eſt dignior & ſenior, vel ſorti res
committenda. *L.fin.ff.de fide Inſtrum. Gail.pr.2.obſer.
149 num.9 Chriſtin vol 2 dec.179.numer.4.Myns.cent.4.
obſ.37. num.14.Meiſchnerus tom.3.dec.13.num 2 8 & dec.
24.num.5.VVeſenb. in ff hic num.6.* Autor *ad L.5. num.1.
& ſeqq. C.Communia utr.Jud.* vel in publico deponen-
3 da. *Dn.Franzk. ad h.t num.23 Dn. Mevius par.5. deciſ.*
331.Hic igitur etiam ſortis judicium commendatur, de
quo etiam in *leg.fin.C.Comm. de Legat.* Sed notandum
hoc remedium ſortis extraordinarium eſſe. In foro Sa-
4 xon.non tantum, ſed & alibi moris eſt, ut duo diviſuri,
5 rem non facile dividendam communem habeant, ut
tunc major æſtimet, minor eligat, ſi igitur alter hunc
modum amplectatur, alter vero ſortem, illius votum
præferrem, quia judicium ſortis eſt extraordinarium &
ſubſidiarium.Conf. *Dn.Mev.p.2.dec.21.*

## Ad L. Nam ad. 6.

### *SUMMARIA.*

*An in quæſtione, apud quem Inſtrumenta deponenda, ad licitationem veniendum? n.1.*
*An inter hæredes ſubhaſtatio licita. 2.*

1 IN quæſtione, apud quem Inſtrumenta deponenda,
non eſt veniendum ad licitationem; Autor *ad L.5.
num. fin. C. Commun. utr. Jud.* ſecus tamen ſi de pretio
res uni cohæredi adjudicandæ convenire non poſſunt,
*per L. ad officium, 3.C. Comm.divid. Carpz.part.3.conſt.
25 def 40.Morquecht. de Diviſ.bon.l.2.cap.10. numer.7.*
2 Autor *ad d.L 3.num. 14. C.Commun. divid.* Sed *Carp-
zov.par.3. dec.*274 tractat, non habere locum ſubhaſta-
tionem, ſi inter hæredes agatur, cum ſubhaſtatio in-
tentioni hæredum ſit contraria. Autor *ad L. 2.n.2.C.Si
propter publ.penſit. Et ad L ult.d.t.* Verum ſubhaſtatio
videtur ſecurior, quam taxatio judicialis, ubi ſæpe va-
riatur.

## ad L. Si Hæres. 7.

### *SVMMARIVM.*

*Victoria ejus, qui in ſolidum putatur hæres, prodeſt etiam illi, quem poſtea cohæredem eſſe apparet.*

VIctoria ejus, qui in ſolidum putatur hæres, pro-
deſt ei, ad quem pro parte pertinere ex poſtfacto
apparet; ut ſi ſub conditione inſtitutus, aut tempore
ſententiæ apud hoſtes fuit. Sic ſententia obtenta à So-
cio alteri Conſocio prodeerit. *Cravetta conſ 206. nu 7.
Alex.in L.Sæpe.nu 52.de Re j du .Camil. Borell.t.2. dec.
tit.30.n.452.Confer.Coll Arg.hic.th.9.*

## Ad L. Pomponius. 8.

### *SUMMARIA.*

*Quid, ſi mihi rationum liber prælegatus ſit, cohæredi præſtare tenear? n.1.*
*Animalia manſuefacta quomodo veniant in hoc judicium? 2.*

1 SI Teſtator mihi rationes ſuas ſeu librum rationum
prælegat vel ſervum actorem qui univerſæ ejus
negotiationi præfuit & notitiam rerum omnium habet,
quæritur, quid à me hæredi Præſtandum? Reſp. 1. ſi
rationes prælegatæ, debent eæ prius deſcribi & exem-
plum tradi cohæredi. 2. Si ſervus Actor mihi legatus,
debet prius compelli, antequam tradatur, ut rationes
reddat. 3. præſtanda cautio de exhibendo libro ratio-
num originali, quoties opus erit.
2 *In* §. 1. agitur de animalibus natura feris, quamdiu
habent revertendi conſuetudinem, ut columbis & api-
bus quod etiam illæ veniant in diviſionem hæredita-
tis, quia in iis furtum committi poteſt §. 1. h.l.§. 15.*Inſt.
de rerum div.* Eadem ratio pecoris noſtri, quod à lu-
po aliaque beſtia nobis ereptum & non conſumtum
§. 2. h. l.

## ad L. Veniunt. 9.

### *SUMMARIA.*

*In hoc jud. veniunt etiam à defuncto b. f accepta & ab hærede uſucapta.n.1.*
*Etiam, quæ defuncto vendita, at hæredi tradita.2.*

1 IN hoc judicium veniunt ea, quæ à defuncto bo-
na fide accepta, & ab hærede uſucapta, licet in
petitionem hæreditatis non veniant. L. 19. §. 1. *ff. de
3 petit. hæred.* Latius enim hoc judicium. Sic veniunt
etiam, quæ defuncto vendita, non tradita, ſed hæredi
tradita, quæ nunquam defuncti fuerunt *per h.L.Cujac.
t.1.pr.*1116. Alias autem hæc adjudicatoria bolizate di-
cuntur à *VVeſenbecio conſ.3.nu.35.& Marpurg.vol.2.conſ.
29. num.*204.

ad L.

## Ad L. Item prædia. 10.

*SUMMARIUM.*

*Etiam prædia Emphyteutica in hoc judicium veniunt.*

QUæritur, an prædia emphyteutica vel ſuperficiſcia in hoc judicium veniant, ut & res alienæ bona fide poſſeſſæ? Quod affirm. *Ex hoc textu* colligit Baldus, emphyteuticum fundum inconſulto Domino, dividi poſſe.

## ad L. Partum quoque. 11. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Partus quando & cur in hoc judicium veniat? n.1.*
*Etiam res ſub conditione legata in hoc judicium venit. 2.*

1 PArtum poſt aditam hæreditatem editum in hoc judicium venire, manifeſtum eſt, nam & fructus aliæque acceſſiones tam poſt quam ante litem conteſtatam accedentes veniunt in hoc judicium per hanc *l.11. & ſeq. in princ. & l.51. pr. & l 56. in fin. h.t.* Et quod ſervo hæreditario datum eſt ab extraneo *lib.12. §.1.* Res ſub conditione legata & ſtatu liber interim ſunt hæredum pendente conditione, ideoque recte in hoc judicium
2 veniunt. Et ideo interim alicui hæredum adjudicari poſſunt cum ſua cauſa, ut exiſtente conditione res ad cohæredes revertatur, prout conventum eſt diviſione *per l.12. §. ult.* unde colligitur regula, quod omnis ſententia intelligatur ſalvo jure tertii *Conf. l. ultim. §.3. C. Comm. de Leg. & ibi not.* Dni Autoris *Dom. lib.8. c.8. lit.D.*

## Ad L. Alienationes. 13.

*SUMMARIA.*

*Ante litem motam hæres pro parte ſua indiviſa rem vendere poteſt. num.1.*
*Annon pendente lite conſortum unus cum adverſario tranſigere valeat? 2.*
*Non eſt prohibita alienatio neceſſaria. 3. & 4.*
*Maritus rem dotalem quo caſu vendere poſſit. 5.*
*Pendente hoc judicio, ob utilitatem etiam res alienari poteſt. 6.*

1 ANte litem motam licitum eſt hæredi pro ſua parte indiviſa rem vendere, ſed Alienatio poſt judicium acceptum eſt interdicta, per *totum titulum ſupr. de alien.*
2 *jud. mutandi cauſa facta.* Et ſic *ex hac Lege* colligit *Berlich. p.1. dec.*132. Pendente lite unum litis conſortem cum
3 adverſario tranſigere non poſſe. Sed hic illud limitatur: Niſi alienatio neceſſaria, ut ſi res ſub conditione legata, uni hæredi interim addicatur, & poſtea conditio eveniat. *Cujac. tom.4. pag.*118. Sic non eſt prohibita diviſio neceſſaria. *Nov.112. c.1. §.1. Hartm. Piſtor. p.1. q.40. in fin. Afflictus ad Conſt. Neapol. lib.2. Rubr.*41. Notetur diſtio-
4 ctio, inter neceſſariam & voluntariam alienationem, quam proſequitur *Riccius d. coll.*630. Aut *ad L.1. n.11. & ſeqq. C. Communia utriuſque Iud.* Nam prohibita alienatione, nunquam cenſentur prohibita ea quorum cauſa & origo prohibitione eſt antiquior, ut ſi res antequam fieret dotalis, pignori data. *L.1. ff. de fundo dot. L. ultim.*
5 *C. de fundo dot. ibique* Autor. Sic maritus poteſt alienare rem dotalem, quam defunctus Pater vendere promiſit.
6 *Tiraquell. de LL. Connub. gloſſ.8. numero* 194. *Caldas de Emt. cap.8. numero* 8. Idem in pupilli bonis. *L. fin. ff. de Rebus cor.* Collige *ex Lege* pendente judicio Familiæ herciſc. ob neceſſitatem non tantum, ſed & utilitatem rem alienari poſſe, & ſi non ſatis ſecurum ſit penes venditorem poteſt ea in judicio deponi. *Dn. Mev. p.3. d.*142. vel alias per Areſtum alteri conſoli poteſt. *Dn. Mev. p.3. dec.*189.

## ad L. Sed & ſi uſucapio. 14. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Quæ in hoc judicium non veniant? n.1.*
*Uſusfructus etiam poteſt in diviſionem hæreditatis venire. 2.*

1 IN judicium famil. herciſc non veniunt res hæreditariæ ab extraneo ante judicium famil. herciſ. cœptum titulo juſto poſſeſſæ & poſt litem conteſtatam uſucapræ, exemplum *in l fin. pro dote.* Uſusfructus etiam poteſt
2 in diviſionem hæreditatis venire, verbi gratia ſi mihi proprietas fundi legata deducto uſufructu, nam interim uſusfructus in diviſionem veniet, idem ſi ſervo hæreditario uſusfructus legatus ſit.

## ad L. Ex Puto. 16.

*SUMMARIA.*

*Quid ſi hæredes in communione uſusfructus ſtare nolint? num. 1.*
*Judicialis uſusfructus quando conſtituatur? 2. & 5.*
*Quare hoc caſu fructus non communicentur? 3. & 4.*
*Qualis proportio inter proprietatem & uſumfructum obſervanda? 6.*
*Sæpe uſusfructus pluris quam proprietas æſtimatur. n.7.*
*Quæ porro in hoc judicium veniunt? 8.*
*Quid ſi hæres dolo vel culpa in hæreditariis rebus quid deliquerit? 9.*
*Quid, ſi hæres in rationibus hæreditariis quid deleverit? 10.*
*Quid, ſi ſervus hæreditarius unius hæredis rem propriam ſubtraxerit? 11.*

1 PErſequitur *hæc Lex* materiam uſusfructus, ſi enim hæredibus in communi competit uſusfructus, & nolint in communione ſtare hæredes, tunc uſumfructum dividere poſſunt præſtitis invicem cautionibus qualiter fruantur *hic in princ. l.13. §.3. de uſufructu.* Ju-
2 dicialis Uſusfructus in his judiciis diviſoriis conſtitui poteſt, cum jure, quæ commodam diviſionem non fert, ubi proprietas, alteri uſusfructus adjudicatur. *L.6. §.1. infra. Comm. divid.* Et hoc caſu fundus non com-
3 municatur, vel uſusfructus fundi non eſt communis, per *hunc §.1.* licet aliud ſit, ſi uni fundus, alii uſusfructus legetur. *L.19. ff. de uſufr. leg.* Ratio differentiæ eſt, quod in Teſtamentis, à proprietate verborum non recedamus, hic vero agatur, ut à communione *Donell. l. 10. cap.6.* Vel poteſt uſusfructus alternis annis adju-
5 dicari per *trad. §.2.* Sed in priori caſu videtur nulla eſſe
6 proportio inter proprietatem, quæ perpetua eſt, & inter uſumfructum? Reſpondet *Don. d.l.* rem ad æquitatem redigendam, ſi eum, cui uſumfructum adjudicat judex, in fructuum partem aut ejus æſtimationem; cui proprietatem, cum in partem æſtimationis fundi finito uſufructo ſolvendam, condemnet. Sed fieri poteſt, ut
7 qui liberos non habet, uſumfructum tanti æſtimet, & pluris quam proprietatem. Plura vide *in notis* Dni Au-
8 toris *ad l.22. §.1.* In judicium hoc veniunt etiam quæ alluvionis jure accedunt *§.3. h.l.16.*
9 *In §.4.* quæritur, ſi quis cohæres, dolo vel culpa in hæreditariis rebus vel in uſufructu hæredibus competente quid deliquerit, an id etiam veniat in hoc judicium? Et diſtinguitur, an ut hæres fecerit; tunc enim incurrit tanquam res præſtanda perſonaliter, licet alia actio etiam detur, an vero non ut hæres, verbi gratia, ſi vivo teſtatori quid ſubtraxerit, & non datur hæc actio *§. 4. h.t.* Autor *ad L. 19. numer.1. ff. C. h.* quod de-
10 claratur *§. 5. hujus Legis* ſi unus hæredum deleverit quid in rationibus hæreditariis; nam tunc tenetur ille non tantum actione Legis Aquiliæ *l. qui tabulas. 42. ff. Ad L. Aquil.* Sed etiam actione familiæ herciſcundæ, in quam,

ni notum eſt, veniunt perſonales præſtationes, Si ſervus hæreditarius unius hæredis rem propriam ſubtraxerit, per judicium familiæ herciſcundæ conſequetur, aut adjudicationem ſervi aut æſtimationem litis in ſimplum *§.ult.h.l.*

## Ad L. Damno. 17.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo damnum ab hærede hæreditati datum in hoc judicium veniat?*

SI unus hæredum damnum dederit hereditati, hujus damni præſtatio etiam in judicium familiæ herciſcundæ venit, ſed in ſimplum tantum, licet alias ob illud damnum extraneus condemnetur in duplum Et hoc pertinet ad præſtationes perſonales hujus actionis.

## Ad L. His conſequenter. 18.

*SUMMARIA.*

*Servus in fraudem hæredum fruſtra optatur. n.1.*
*An hæres dignus cohæredem repellere valeat, propterea quod non ultus ſit necem defuncti? 2.*
*Portio ejus, qui teſtatorem occidit, fiſco vindicatur. 3.*
*Quæ teſtator fieri juſſit etiam hoc judicio veniunt. n.4.*
*Item ſumtus ab hærede in hæreditatem facti. 5.*
*Hæres à cohærede hac actione conveniri poteſt ut tertio ſolvat. 6.*
*Filiusfamilias ex peculio contrahens poſt mortem patris ſolus totum ſolvere non tenetur. 7.*
*Quid, ſi unus ſolvat miſſo in bona hæreditaria?* 8.

1 IN *principio hujus Legis* hæc ſpecies. Legatus à Teſtatore ſervus, quem tu optaveris. Interim unus ſervorum Stichus Tabulas hæreditarias corrupiſſe dicitur, hunc, poſtquam hæredes tibi hoc denunciarunt, optas. Quæritur, an valeat optio? Quod negatur, quia dolo in fraudem hæredum facti. Et ſic ſervus Stichus non obſtante optione torturę ſubjici poteſt. Hæres dignus co-
2 hæredi indigno, quod forte necem defuncti non ſit ultus, vel alia ratione ſit indignus, non movet quæſtionem, quod ad fiſcum pertineat hæreditas, ratio eſt, quia eſt, quia eſſet exceptio juris tertii, quæ non repellit.
3 Colligunt *Dd.ex hoc* §. ejus, qui occidit teſtatorem vel ejus filium, portionem non fratribus adquiri, ſed fiſco. *Boer.dec 25.n.9.Lud Romanus ſing 467.P.Barboſa in l. ſi ab hoſtibus §.ſi.n.30.ff. ſoluto matr. Vaſq. de Succeſſ. reſol.§. 20.n.25.* In judicium familiæ herciſcundæ etiam ea, quæ
4 Teſtator fieri juſſit, ut ſi diſpoſuit ſervum exportandum eſſe, vel monumentum ſibi eſſe faciendum. *§.*· *h l.* item
5 ſi cohæres ſumtus fecit in communem hæreditatem, nam horum uſuras à cohæredibus petet. *§.3.h.l.* Poteſt
6 etiam hac actione conveniri cohæres à cohærede, ut tertio ſolvat; quid enim ſi emerit, cohæres in commodum hæreditatis rem aliquam, & venditor nolit rem tradere, niſi totum pretium accipiat? Tunc enim is hęres qui cæterorum nomine emit, contra cohæredem agere poteſt, ut ſuam partem ſolvat.

7 In §. 5. proponitur hæc ſpecies, filiusfamilias alicujus contraxit mecum ex peculio, ego poſt mortem patris convenio ejus filiumfamilias meum debitorem, poteſtne partem à cohæredibus recuperare, ut non cogatur mihi totum ex ſua crumena ſulvere? Quod affirmatur; nam 1. teneor ipſi cedere actionem contra cohæredes. Debitor meus aget contra cohæredes ſuos judicio famil. hercisc. *confer. l. frater à fratre. 38. in princ. in verſ. idque maxime ff. de condict. indeb.*

8 *In §. 6. ſeu pen.* etiam miſſus legatorum ſervandorum cauſa in bona hæreditaria, unus cohæredum mihi ſolvit legatum, hic datum pro parte repetet à cohæredibus per hanc actionem. Autor *ad Leg. 6. numero quar.* *Codice de diſtr. pignor.* Idem *in §. ultim.* Si unus hæredum rem hæreditariam pignori nexam redem erit, ne veniret.

## Ad L. Item ex diverſo. 19.

*SUMMARIUM.*

*In hoc judicio commoda & incommoda dividenda.*

JUdex in hoc judicio partietur commoda & incommoda, ut unus ſolus non habeat commodum, alter ſolus incommodum. Sic ergo pro commodo aliquem hæredum ad ſolutionem pecuniæ alteri condemnabit, aut cautionem interponi curabit. *Vide l. 47. h. t.*

## ad L. Si Filia. 20.

*SUMMARIA.*

*Si filia dotis collationem promiſerit, tenetur quoque ad eam ejus hæres. n. 1.*
*Declaratur per exemplum 2. ſeqq.*
*Neptis quando repræſentet perſonam matris? 6.*
*Quid ex hæreditate filius præcipiat? 7.*
*Quænam dos in hoc judicium veniat? 8.*
*Judex diviſionem à patre inter liberos factam ſequi debet. 9.*
*Modo patris voluntas juri contraria non ſit. 10.*
*Quibusnam aſſertio patris jurata præjudicet? 11.*
*Judicium hoc ſemel inſtituitur. 12.*
*Annon repeti poſſit? 13. & 14.*
*Hæres ad ſolutionem à teſtatore ſibi injunctam compelli poteſt 15.*
*Quod pater pro filio fidejuſſit, hæredes agnoſcere tenentur. 16.*
*Quid ſi maritus unum ex hæredibus dotis ſolvendæ onus ſuſcipere juſſit? 17.*
*Filiusfamilias quod pro conſequenda dignitate promiſit, ex tota hæreditate ſolvendum. 18. & 19.*
*Cum Pater filium in Academiam mittit, donec abſolverit ſtudium, ex communi hæreditate exhibendus eſt. 20.*

1 FIlia nupta cohæredibus cavit, ſi quid dotis à marito acceptura ſit vel recuperatura, tantum ſe velle conferre, & cohæredibus pro parte competenter præſtare. Sed illa nihil dixit de hærede ſuo. Moritur ille ante collationem, an hæres ejus tenetur conferre dotem à marito uxoris recuperatam? Videtur quod non; quia de hærede non eſt actum. Sed affirmatur; nam imperitia hæredum juriſdictionis formam mutare non potuit. Hinc legem conſideravi in aliquo caſu Faculta-
2 ti oblato. Proponebatur, filiam dotatam à parente 6000. thal. renunciaſſe hæreditati paternæ, maternæ & fraternæ. Antequam autem pater moreretur, ipſa filia in matrimonio denata relicta poſt ſe filia. Hæc neptis volebat poſtea Avo mortuo & Aviæ ſuccedere, opponebat frater matris renunciationem, ſororis. Neptis re-
3 plicabat, ſibi matris renunciationem non obſtare, ſed ſe proprio jure adire hæreditatem Avi, ut jam proximam gradu, nec ſe repræſentare perſonam Matris, ſed gradum per ſententiam Dd. receptam. *Covarr. ad c. quamvis. part. 3. §. 2. num. 4. Guttierez. ad d. cap. in verbis nec redundat num. 2. Hartm Piſtor. p. 417 Carpzovius p.*
4 *2. Juriſpr. for. conſt. 35. def. 11.* Verum contra neptem poterat urgeri, quod mater ejus renunciaverit pro hæredibus & liberis ſuis. *Carpzov. def. 12 n. 7. Ant. Faber l. 2. Cod. tit. 3. def. 1. n. 14.* Si autem liberorum non fuiſſet facta mentio, *argt. hujus textus* poſſet dici, nec eo caſu nepotes ſuo jure venire poſſe ad Avi hæreditatem: Sane mihi ſuſpecta diu viſa fuit iſta ſententia Doctorum. Nam ſic Parentes & fratres filiarum elocatarum nunquam
5 certi poſſunt eſſe de effectu renunciationis; nam ſi illa relinquat liberos, hi potuerunt avi hæreditatem petere.

petere. Et ſane neptis aut confere: matri datam dotem,
aut non, ſi illud, utique repræſentat perſonam matri;
ſin hoc, manifeſta foret iniquitas & læſio fratrum ſo-
roris renunciantis. Sed de eo alibi fuſius. *conf Bart. Muſ-
culus de Succeſſ. Anon. claſſ. 1. membr. 2. concl. 6. lit. D. num.
margin. 247. & ſeqq.* ubi pluribus contra illam Dd. ſen-
7 tentiam diſputat. Sed ad rem, ſi juſſu patris ſe obligavit
filius, aut in rem patris vertit aut ex peculii cauſa obli-
gatus eſt filius, illud ex hæreditate præcipiet filius §. 1.
*h. l. 29. & l. 13. C. h. t.*
8 *In* §. 2. agitur de dote, quæ patri pro filio data eſt, no-
mine uxoris filii cedit, ut præcipua filio, cujus nomine
data eſt, & qui onera matrimonii fert. Autor *ad L. un.
num. 73. C. de R. U. Actione.* Nec dos ea in hoc judicium
venit, quam pater defunctus ab uxore nepotis acce-
pit. Sed hodie aut dos à patre profecta, de cujus hæ-
reditate agitur, & tunc conferenda eſt, niſi aliud di-
ctum *Nov. 18. cap. 16.* aut data filio ab extraneo propter
uxorem filii. Et hanc dotem pater non accipit, ſed ipſe
filius: Et fruſtra quæritur, an hæc in diviſionem hæ-
9 reditatis paternæ veniat? Diviſionem autem à patre fa-
ctam judex debet ſequi & diſpoſitio parentis inter li-
beros etiam imperfecta, & ſine ſcriptura, in judicio
eſt obſervanda, nec obtinet ſpeciem donationis ſimpli-
cis. *Per* §. 3 *h. l.* Conf. *l. fin. C. h. t. ibique* Dn. Autor *Et
alibi Dd. Gail. lib. 2. obſerv. 116. Chriſtin. v. 2. dec. 179. nu-
mer. 5. Trentl. & ibi Bachov. d. diſp. 19. th. 12. Hondedaus
volum. 1. conſ. 59. Trentacinq. leg. 3. tit. de Donat. reſol.* 8.
*Finckelthaus. obſer. 78. Buſius hic,* ubi etiam plura habet
de Teſtamento inter liberos, & diviſione paterna. De
qua materia poſſunt etiam legi, quæ habeo *in l. 21. §. Ex
imperfecto & ſeq. Auth. C. de Teſtam & dict. l. fin. C. h. t.*
10 Sed hæc intelligenda, modo voluntas patris juri non
contraria, & ſalva legitima *l. 20. § 5. h. t.* Autor *ad L. 2.
num. 1. C. de inoff. donat.* & Falcidia *l. 10. C. h. t.* nec aſſertio
patris non jurata præjudicat liberis. *leg 10. C. communia
utriusque judicii.* Secus ſi jurata, quæ tamen creditoribus
non præjudicat, ſed hæredibus tantum.
11 Judicium hoc Familiæ herciſcundæ tantum ſemel
poteſt inſtitui, §. 4. *h. l.* & ſi aliquid indiviſum rema-
neat, judicium communi dividundo locum habet. *We-
13 ſenb. in ff. h. t. n. 7. Buſius hic.* Sed cauſa cognita poteſt,
ob præſtationes perſonales, repeti hoc judicium per
*hanc legem collatam cum l. 39. h. t. Cujac. tom. 1. par.* 1820.
14 Sed ſi diviſio extrajudicialis facta, & quædam indiviſa
remanſerunt. §. 4. *h. l.* tunc hoc judicio agi poteſt. *Vid. No-
tata mea ad l. 1. C. h. t.*
15 *In* § 5. *h. l.* quæritur, ſi Teſtator uni hæredum injun-
gat ſolutionem æris alieni, an ad hoc hæres gravatus ſit
compellendus? Quod affirmatur, ut tamen hæres quar-
tam partis ſuæ habet liberam.
16 *In* §. 7. quæritur, an, ſi pater pro filio honorem con-
ſecuturo fidejuſſit, aut muneribus gerendis conſenſit,
mortuus, hoc omnes hæredes agnoſcere teneantur?
17 Quod affirmatur. Si maritus unum ex hæredibus dotis
ſolvendæ onus ſuſcipere juſſit, & uxori legavit, ut vel
dotem repeteret, vel pro dote acciperet ab utroque
legata, mulier ante dotem petat ab utroque, tunc is,
qui dotem ſolvere juſſus eſt, debet alterum defende-
re; ſed judicio familiæ herciſcundæ conſequetur, ut
ipſi adjudicentur legata, quæ ab altero hærede uxori
data erant, ut qui onus dotis ſolvendæ ſuſtinet, lega-
torum pro dote relictorum emolumentum ferat. *per* §.
8. *h. l. & l. 53. de Leg. 2. Coll. Arg. hic th. 14. numer.* 11. Nec
venit dividendum in hoc judicio, quod ſtatu liber uni
cohæredum ſolvit conditionis implendæ cauſa *per* §.
*ult. h. l.*
18 *Ad* §. 6. Pater expreſſe vel tacite conſenſerat, ut filio
deferretur munus publicum, tunc id, quod pro conſe-
quenda dignitate promiſit filius, ex hæreditate tota re-
ſtituendum eſt: malo enim cum Dd. hic verba (reli-
quatus eſt) ita accipere, quam quod ille filius ex admini-
19 ſtratione officii debuerit. Nam ſi ex adminiſtratione
reliquatus eſt, ſine ejus culpa veriſimiliter fieri non
20 poteſt. Ex quo colligitur, debita propter dignitatem
filii contracta ex tota hæreditate ſolvenda quia voluit
pater hæc eſſe filii præcipua, & honor filii eſt honor
patris, & eſt honor fratrum, & ſororum, *per hunc* § 6.
*& 7. Carpz. part. 3. conſt. 11. def.* 17. Conf. tamen *Franc.
Barry. de Succeſſ l. 14. tit. 4. num.* 14. Ex eo etiam probari
poſſe videtur, quod tunc ex hæreditate communi fi-
21 lius in Academiis exhibendus, quando pater eum in
Academiam mittit, donec abſolverit ſtudium; ſed quia
pater potuit filium ſemper revocare, ideoque contra-
rium pleriſque placuiſſe, teſtatur *Chriſtinæus vol. 2. dec.
180. n. 2. Groenwegen.* autem hic notat, non teneri patrem
pro adminiſtratione filii ex tacita fidejuſſione. Sed de
hoc *alibi.*



## Ad L. Idem. 21.

### *SUMMARIUM.*

*Pecunia, quam ſtatu liber uni ex hæredibus ſolvit, in quod judicium veniat?*

Pecunia quoque illa, quam ſtatu-liber uni ex hære-
dibus ſolvit, ne quidem in judicium communi di-
vidundo venit; nam interdum concurrunt hæc judicia,
& magnam habent inter ſe affinitatem, adeo ut ab uno
ad aliud, ubi non reperitur differentia in jure expreſ-
ſa, argumentum ducere liceat.

## Ad L. Idem Labeo. 22.

### *SUMMARIA.*

*An theſaurus in hoc judicium veniat?* n. 1. & 2.
*Quomodo judex procedere debeat in hoc judicio?* 3.
*In licitatione quando extraneo præferatur cohæres?* 4. & 5.
*An fundus uni ita adjudicari poſſit, ut ſervitus ei imponatur?* 6.
*Præſtationes perſonales hic occurrentes quænam ſint?* 7.
*An præſtationes rei, quæ apud hoſtes eſt, in hoc judicium veniant?* 8.

1 In diviſionem hæreditatis venit etiam theſaurus à
Teſtatore defoſſus, qui improprie theſaurus dicitur,
ſed quid ſi unus hæredum theſaurum cum extraneo
ſoire & theſauri indice partitus ſit, an ob totum the-
ſaurum conveniri poſſit, quæritur? Quod negandum vi-
detur; quia in cohæredem, qui ſuam tantum partem ha-
bet, non datur cohæredi actio. *l. Lucius*, 38 *ff h. t.* quam
2 ſolent huic legi opponere. Sed affirmatur, quia cohære-
dem fraudare voluit ſua parte, cum extraneo partiendo
theſaurum inventum in hæreditate, quem cum cohære-
de partiri debuit. At *in d. l. Lucius*, nulla facta fraus co-
hæredi *Cujac. ad lib. 3. Reſp. Julii Paul. tomo 1 p.* 1610
3 *In* §. 1. & 2. informatur judex, quomodo in diviſione
interdum procedere debeat, ut pluribus ſimul eandem
rem addicat, aut uni per licitationem adjudicet. Ubi res
bene dividi non poteſt, habemus ſortis alias judicium, ſi
4 id partibus placeat. *L. 3 C. Comm. de* Leg. In licitatione
autem præfertur cohæres extraneo, per *l. 35. de Minor.
5 & l. 16. de reb. autoritate judicis poſſid.* Sed idem pre-
tium, quod extraneus offert, iisdemque conditionibus
offerre debet, nec invitis cohæredibus partialis ſolutio
obtrudenda. *Dn. Mevius part. 4. deciſ.* 397. vel res offe-
renda illi, qui majorem partem in hæreditate habet. *leg.
3. §. 2. de Donat. Mev. d. l. nu. . Carpz. p. 3. Juriſpr cap.
15. def. 3. & l. Berlich p. 2. d.* 300. vel regionibus dividen-
6 dus fundus, ſi dividi poſſit §. 2. *h l.* Poteſt judex etiam
uni adjudicare fundum, ut hunc alterius cohæredis
fundo ſervum faciat & ſervitutem imponat, modo hoc
7 faciat in continenti, dum adjudicat, non ſi ex intervallo
hoc faciat. §. 3. *h. l. 22.* Judicium autem hoc conſtat 1. ex
rebus. 2. Præſtationibus perſonalibus, quæ §. 4. *h. l.* ſcili-

cet ab alio ratione culpæ, doli, ſumtuum, fructuom, ſunt præſtandæ; nam & ſumtus cum ceteris hæredibus teſtitoendi ſunt, à tempore moræ per *l. 18. §. 3. h. t. Weſenb. in ff. hic nu. 5.*

8 *In §. ult.* quæritur, an præſtationes perſonales ejus rei nomine, quæ apud hoſtes eſt, in hoc judicium veniant, puta ſi unus ex hæredibus ex ea re fructus perceperit, antequam veniret in poteſtatem hoſtium, vel ſi quid in eam rem expenderit ſolus? Quod negabat Marcellus refutatus à Papiniano, cum etiam res ipſa apud hoſtes exiſtens in hoc judicium veniat, & quia ratione rei peremtæ præſtationes veniunt in hoc judicium *l. 24. l. 31. h. t. & l. 11. tit. ſeq.* multo magis ergo ejus rei præſtationes venient, quæ adhuc exiſtit, licet in hoſtium poteſtate.

## ad L. Propter ſpem, 23.

### SUMMARIA.

*An & quomodo res apud hoſtes exiſtens cohæredi adjudicari poſſit? n. 1. & 2.*
*Uſus hujus legis in aliis materiis. 3.*

1 HÆc *lex* perſequitur materiam *legis præcedentis ejuſque §. ult.* & quærit, an etiam res apud hoſtes exiſtens adjudicari poſſit cohæredi? Quod affirm. quia non interiit res, ſed propter ſpem poſtliminii & quia virtute militum recuperari poteſt. Et propter hanc ſpem res ab hoſte capta legari poteſt *l. 9. de leg. 1.* vel vendi.
2 *l. ult. de act. emti.* Sed poteſt tamen ita adjudicari, ut indemnis ille, cui adjudicatur, conſervetur, & ei de indemnitate caveatur, ſi forte recuperari non poſſit. Additur autem hic limitatio, niſi ob dubium eventum res parvi æſtimata fuerit, cui cavendum non eſt de indemnitate, ſiquidem eventum rei ſequiorem quod forte recuperari non poſſit, in ſe ſuſcepit. Collige, eventum du-
3 bium æſtimari poſſe *Barboſ. locupl. lib. 5. c. 19. axiom. 3.* Et poteſt hæc lex utilitatem habere in aliis materiis, ſi ſcilicet alicui ob dubium eventum res viliori pretio vendita, quod non habeat regreſſum.

## Ad L. Sed & ejus rei. 24.

### SUMMARIA.

*An præſtationes perſonales ob res, quæ eſſe deſierunt, veniant? n. 1.*
*Hæc actio etiam Fideicommiſſariis datur. 2.*

1 UT antea *ad L. 22. nu. 8 in h. t.* etiam dictum, præſtationes perſonales veniunt in hoc judicium, etiam ejus, et nomine, quæ in rebus humanis eſſe deſiit.
2 *hic & l. 31. h. t. l. 11. Communi div.* Actio Famil. herciſcundæ datur etiam Fideicommiſſariis & Bonorum poſſeſſoribus, ſcilicet utilis non directa. *Weſ. in ff. h. t. numer. 4. Trent. d. diſſ. 19. th. 9. lit. F. Valaſcus. d. c. 2. n. 36.* Licet cum *Bocerio Collegium Argentorat. th. 6.* directam Actionem det bonorum poſſeſſori, per *l. 2. §. 1. h. t.* de quo ſupra *ad l. 2.* actum.

## Ad L. Hæredes. 25.

### SUMMARIA.

*An ejus hæredes, qui apud hoſtes deceſſit, hoc judicio experiri poſſint? num. 1.*
*Si miles alios hæredes in bonis caſtrenſibus, alios in cæteris inſtituit inter ipſos hoc judic. non datur. n. 2.*
*Idem ſi tota hæreditas in nominibus conſiſtat. 3.*
*Datur & hoc judicium contra eum, qui nihil poſſidet? 4.*
*De pluribus hæreditatibus communibus unum judicium famil. herciſc. ſuſcipi poteſt. 5. & 6.*
*Rationes, quare judex partem rei communis, quam defunctus habuit, uni hæredum adjudicare debeat. n. 7. & ſeqq.*
*Non debet judex facile in minutas particulas rem dividere. 10.*
*Legitima debetur ex ſubſtantia, non tamen in omnibus rebus hæreditariis. 11.*
*An, ſi cohæres negat, rem eſſe hæreditariam: hoc judicium detur? 12.*
*An cohæres habeat contra me hanc actionem cujus partem ego à Tertio emi, à quo cohæres meus victus erat? 13.*
*Per accidens res judicata Tertio prodeſt. 14.*
*Promiſſor via tenetur ſingulis hæredibus. 15.*
*Æſtimatio via dividi poteſt. 16.*
*Hæredi in ſolidum convento danda eſt dilatio ad vocandos conſortes. 18.*
*Ratione via legata ſinguli hæredes in ſolidum tenentur. 20.*
*Uno hæredum prohibente factum à defuncto promiſſum omnes tenentur 21.*
*Sed qui prohibuit, cæteris cavere debet. 22.*
*Si defunctus ſub pœna promiſit, mutua cautione inter cohæredes opus eſt ſuper indemnitate. 23. & 24.*
*Idem ſi defunctus rem, pignori dederit. 25.*
*Idem, ſi unus noxali judicio conveniatur. 26.*
*Qualem culpam cohæredi cohæres præſtet? nu. 28. & 29.*
*Qualis actio detur, ſi hæres ſuam rem ſolam agere potuerat? 30.*
*Quid, ſi debitum hypothecarium ſolverit? 31.*
*Contra impedientem legatum hoc judicium datur. n. 32.*
*Culpa eſt, pertinaciter ſuam ſententiam tueri contra plures. 33.*
*Alia culpæ ſpecies. 34.*
*An filiusfamilias præcipere poſſit, quod pro parte ſolvit? numer. 35.*
*Quid ſi cohæres defunctum habuit obligatum, an ante detrahat? 36.*
*Quid, ſi cohæres defuncto debuit, an hac action. præcipiat 33.*
*Iudex nihil indiviſum relinquere debet. 39.*
*Judex debet ordinare, ut hæredes ſibi mutuo de evictione caveant 40.*
*Quid ſi non caverint, annon cohæres ad evictionem obligatus? 41.*
*Qualem actionem habeant cohæredes, ſi nulla cautio de evictione interpoſita? 42. 43.*
*An mutua obligatio ad evictionem, abſque expreſſa conventione, in diviſione à Patre facta obtineat? numero 45.*
*Cum uni certa quantitas prælegata, illa ex communi hæreditate ſolvenda. 46.*

1 IN *princ. hujus legis* quæritur, an ejus, qui apud hoſtes deceſſit, hæredes, hoc judicio experiri poſſint? Quod affirmatur; quia licet hæredes is qui apud hoſtes deceſſit, non habeat, habere tamen fingitur per L. Corneliam, quaſi, ex quo tempore captus eſt, deceſſit, nec unquam in poteſtatem hoſtium perveniſſet.
2 *In §. 1.* quæritur, ſi miles alium hæredem fecerit in caſtrenſibus bonis, alium in cæteris, an inter eos judicium familiæ herciſcundæ locum habeat? Quod negatur: quia ipſo jure diviſa & diverſa ſunt hæc patrimonia per Conſtitutiones Principum. Ergo quia inter eos hæredes nulla eſt communio, non etiam locum habet ju-
3 dicium familiæ herciſcundæ Idem eſt, ſi tota hæreditas in nominibus activis & paſſivis conſiſtat; nam nomina ſunt ipſo jure diviſa. Sed poſſunt tamen adjudicationes fieri, circa nomina, de quo *ſupra.*
4 *In §. 2.* quæritur, an judicium familiæ herciſcundæ detur etiam contra eum, qui nihil ex hæreditate poſſidet? Videtur, quod non, quia petitio hæreditatis, cui hoc judicium affine eſt, non niſi contra poſſidentem datur; Sed aff. nam licet cohæres nullum corpus hæreditarium poſſideat, poteſt tamen agi ad diviſionem, quia cohæres eſt poſſeſſor juris. Idem in judicio communi dividundo per *l. pen. tit. ſeq.*

In §. 3.

Digitized by Google

5 *In* § 3. quęritur, ſi ego & tu plures hæreditates ba-
beamus communes,an de omnibus his unum judicium
familiæ berciſcundæ ſuſcipi poſſit ? Quod affirmatur,
Autor *ad L.8.n.2.& ſeqq.C.h. t.* namque idem in actio-
ne pro ſocio *l.52.§ 14.ff.pro ſocio.* Hoc extenditur *in* §.4.
6 ut ſi Titii hæreditas ſit mihi & tibi communis; & Lu-
cii hæreditas non tantum mihi & tibi , ſed etiam Cajo
ſit communis. Namque inter nos tres unum judicium
familiæ herciſcundę inſtitui poteſt. Fruſtra enim fit per
plura judicia , quod per unum expediri poteſt. E con-
trario licet plures hæreditates mihi , & tibi communes
ſint,poſſumus tamen de una hæreditate judicium fami-
lię herciſcundę inſtituere, ſi ita lubet.
7 *In* §.6. hæc ſpecies: Habuit defunctus rem extraneo
communem , partem illam , quę defuncti fuit , Judex
uni hæredum attribuet. Item ſi defunctus rei ex aſſe
8 ſuę partem mihi legaverit , alteram partem uni hære-
dum aſſignabit;non vero inter hæredes divider. Item,
ſi hæres ſuam partem , quam babet in re hæreditaria,
ante judicium cœptum alienaverit, altera pars non in-
9 ter hæredes cæteros dividenda , ſed uni aſſignanda.
Ratio horum eſt. 1. Ne alter plures acquirat ſocios,
quam u um , quæ res moleſtiarum plena. 2. Ne par-
10 tium etiam tot minutiæ & ſectiones fiant. *Cujac. t.* 1.
*p.* 120. Non debet facile concedere judex, ut res in
minutas particulas ſcindatur. *Boer. deciſ.46. numero* 1.
ubi id livoti hæredum tribuit, *Valaſc.de partit. cap.22.*
11 *numero* 20. Hinc licet legitima debeatur liberis ex ipſa
ſubſtantia patris , non tamen debet in omnibus rebus
hæreditatis legitima aſſignari , ſed judicis arbitrium
verſatur , in qua re legitimam aſſignare velit, Autor *ad
L.32.numero duodecimo C. de inoff. teſtament.* ne com-
munionem inducat , diſcordiarum matrem. *Oldradus
conſ.* 113. *Menoch. de A Q. leg. 2. caſu 163. numero 22.
Rolan. a Valle l.1. conſ. 78. numero 15. Suarez ad leg. 32.
C.de Inoff.Teſtam.ampl.11 numer.20 & Valaſcus d.tr.cap.
18.numero 4.& ſeqq.& dict.cap. 22.in fin.Carpzov.part.3.
dec.266.*
12 Ad § 7. Quando cohæres meus negat,rem eſſe hæ-
reditariam , ſed ſuam , ſpeciali titulo forte præſcriptio-
nis, tunc non datur hoc judicium, ſed agendum eſt rei
vindicatione, & quidem partis pro indiviſo, & ſi obti-
nuerit,tunc datur hoc judicium.*Cujac.vol.1. p.1122.vi-
de notata* Dn.Autoris *ad l.45.*
13 Ad §. 8. Ego & tu ſumus cohæredes , partem tuam
fundi hæreditarii petis à Sempronio ; ſed ſuccumbis, &
pronunciatur totus fundus eſſe Sempronii : Te itaque
excluſo , ego partem quæ Tua fuerat , emo à Sempro-
nio, qui mihi totum fundum tradidit, quæritur, an tu
contra me hoc judicium inſtituere poſſis ? Neg. quia
alteram partem jure hæreditario , alteram vero titu-
lo emtionis poſſideo , & Tu tuam amiſiſti. Nam dum
14 ſuccubuiſti,pars mea exiit ex communione. *Cujac. t.* 1.
*p.* 1122. Notes *hic* , rem judicatam etiam extraneo pro-
deſſe poſſe,ſed per accidens, dum per ſententiam tolli-
tur communio,quæ inter nos fuit,& victor liberam po-
teſtatem accipit,de re pro lubitu quicquid ſtatuendi,&
in me transferendi.
15 Ad §. 9. & *ſeq.* Stipulatus eſt defunctus ſibi viam,
hoc debitum non poteſt dividi , ergo promiſſor in ſo-
lidum tenetur ſingulis hæredibus,& ſinguli ergo in ſo-
lidum agent, Autor *ad leg.1.num.4.C.Si unus ex plurib.*
16 *hæred.* ſed quando ad æſtimationem ejus, quod inter-
eſt, ventum eſt , pro parte tantum condemnabitur ſin-
gulis , quia præſtatio viæ ei rei individuæ,præſtatio in-
17 tereſſe recipit diviſionem. Idem ſi vice verſa defun-
ctus promiſit viam, & reliquit hæredes ubi tamen cau-
tione opus. *Cujac.t.1.part.1124.Hier. Butigellan rep. l.
4. Paragrapho Catonis de V. O.* Notandum tamen,
18 ſi hæres unus in ſolidum conveniatur , dilationem
dandam ad conſortes vocandos , & debet ipſi dari re-
19 curſus contra cohæredes. *Car. Molinæus in tract. de
Divid & individ.par 3.n.97.* Et unus hæredum,cum de-
functus promiſit viam, poteſt conſtituere viam nomine
20 ſuo, & cohæredum, tanquam eorum negotiorum gerens.
*Molin.d l.n.101.* Idem eſt,ſi teſtator viam legavit. *§.11 h.
l.* Nam ſinguli hęredes Teſtatoris tenentur Legatario in
ſolidum,ut viam præſtent,aut litis æſtimationem in ſo-
lidum , quam tamen ſi quis eorum præſtiterit , æquum
eſt , ut à cohæredibus illud , quod præſtitit , pro parte
conſequatur judicio familiæ herciſcundæ , ut ſi non-
dum quicquam præſtitit , ut ſibi invicem caveant co-
hæredes , ſi quis eorum conventus ex Teſtamento viæ
legatæ nomine ſolidam litis æſtimationem præſtiterit.
21 *Cujac.dict.l.* Si etiam defunctus factum promiſerit, vel
non factum per ſe aut per hæredem ſuum non fieri,quia
facta ſunt individua , ſi unus ex hæredibus prohibeat,
non in ipſum pro ſua parte tantum,ſed adverſus omnes
hæredes,ac ſi omnes prohibuiſſent,committi ut ſtipula-
tio, & ſinguli pro parte ſua, quaſi fecerint contra ſtipu-
22 lationem,conveniri poſſunt.Sed judicio familiæ herciſ-
cundæ is,qui prohibuit, cavere debet cæteris cohæredi-
bus,quod illi conventi ex ſtipulatione eo nomine præ-
ſtiterint,id ei reſtitutum iri. *§.11.hujus legis & in l.2.§.5.
& ibi Cujac.le.de V.O & l.4.§.Cato.h.t.*
23 *Ad* §.13.& *ſeq.* Si defunctus aliquid ſub pœna debuit,
ſinguli hæredes ſibi mutuo per ſtipulationem, ſi pœna
ab uno hærede in ſolidum petatur , ſuper indemnitate
cavere debent. Nam licet debita & nomina paſſiva ipſo
jure inter cohæredes ſint diviſa ; adjectio tamen pœnę
24 facit , ut obligatio pœnalis ſit individua. Et ſic hære-
des ſe mutuo per cautiones & promiſſiones ſecuros
reddere debent de præſtanda indemnitate, ſi unus ex
contraventione alterius in ſolidum conveniatur.Eadem
25 ratio pignoris nam ſi pignus adjectum, hoc, niſi totum
debitum ſolvatur, pro parte ſua hæres unus liberare ne-
quit,de quo *Dn. Franck. Exerc.10.qu 4.& 5.& ad h.t.
num.15.Dn.Struv.ad h.t. th.8. Cujac.t.1.p.1125. conf.Buti-
gella dict.l.* Idem ſi unus noxali judicio conventus litis
26 æſtimationem præſtiterit. *§.15.hujus L.* & ſi unus Lega-
27 totum nomine caverit,*d.§.5.* quia hæc judicia ſunt indi-
vidua.
28 *Ad* §.16.Hæres cohæredi præſtat culpam tantum la-
tam, & eandem diligentiam debet communibus rebus,
quam exhibet ſuis, quia neceſſitas gerendi ipſum excu-
ſat. Non contrahimus ſocietatem , ſed incidimus. Non
eſt voluntaria Societas. *Donell.lib.7.cap.22.circa fin.Cu-
jac.ad h.§.tom.1.pag.1127.*Autor *ad L.19. n.4.& 5.C.h.t.*
29 Nam circa hoc diſtingui ſolet inter ſocietatem inciden-
tem & conventionalem ; quod in conventionali Socius
teneatur adhibere eam diligentiam , qua in rebus ſuis
tempore contractus utebatur ; in incidenti autem So-
cietate ſatis eſt, eam præſtare diligentiam , quam tem-
pore actus celebrati ſolebat in ſuis adhibere , non au-
tem tempore incidentis ſocietatis. V.d. *Pet.Barb.ad L.
Si mora.10.nu.41.ff ſol.matr.* Autor *ad L.ult.num. 5. C.de*
30 *Commun. rer. al.* Sed quid ſi cohæres tuam rem ſolam
agere poſſit ? Tunc datur Actio Negot. geſt . non hæc
L.3.*C.de Neg. Geſt.* ſi ſcilicet perſonale debitum ſolvat
31 hæreditarium ; ſi vero quis hypothecarium debitum
ſolvat , concurrit actio Neg. geſt. & hæc actio; illa reſ-
pectu obligationis perſonæ,hæc circa obligationem hy-
pothecæ *d.l.3. Cujac. d.l.*
32 *In* §. 17. Hæc ſpecies: Legatus mihi homo vel ſervus
generaliter, mortuo Teſtatore morior & transmitto le-
gatum ad hæredem meum. Hæredes mei diſceptant in
electione, & facit unus, ut legatum ob incertitudinem
perimeretur,is tenetur judicio familiæ herciſcundæ cæ-
teris. Sed hodie non perimitur legatum vide *§.optionis.*
33 *Inſt.de Leg & ibi not.* Interim colligitur *ex hoc* §. cul-
pam eſſe ſuam ſententiam pertinaciter tueri contra plu-
res collegas, quis autem pertinax dicatur, *videre poteſt*
34 *Menoch.conſ.149.n.51.* Alia culpę ſpecies *In* §.18. ſi unus
hæredum, cæteris deliberantibus , ſi dicit hæreditatem
& ſervitutes prędiis hæreditariis debitas paſſus ſit amit-
ti non utendo , ille cæteris tenetur cohæredibus poſtea
adeuntibus.
35 *Ad* §. 19. Si filiusfamilias pro patre ſponte ſolvit,



Digitized by Google

licet ſubtilitate juris nulla inter Patrem & Filium ſit obligatio, id tamen præcipere poteſt Filius qui ſolvit,
37 ex æquitate, & quia ſubeſt naturalis obligatio. Sic ſi cohæres huic defuncto ſit obligatum, poteſt ille ante diviſionem *per hanc Legem*, præcipere. Et ſic ſolutum vel ſolvendum pro parte debet detrahi de tota hære-
39 ditate *Bald. hic.* Notetur hic effectus naturalis obligationis. Sed ſi cohæres defuncto debuit, alter contra eum non hoc judicium, ſed petitionem hæreditatis habebit, *L. 51. in fin. h. t.*

39 *In* §. 20. Monetur judex, ne quid indiviſum relinquat, cum totam cauſam debeat definire: ſi quid autem forte indiviſum relinquerit, non agitur de illo familiæ herciſcundæ judicio, ſed communi dividundo.

40 *Ad* §. *pen.* Judex debet cavere, ut cohæredes ſibi mutuo de evictione caveant; unde colligi videtur, ſi non caveant, hæredem cohæredi ad evictionem non eſſe obligatum ut ſtatuere videtur. *Dn. Carpz. p. 3. conſt. 14. d. 19.* Loquitur tamen Vir Clariſſ. de eo caſu, ubi nomen non evincitur, ſed ob debitoris inopiam eſt inexigibile; ubi circa ſtipulationem non dabitur Actio.
42 Vel ubi periculum eſt commune. Alias Dd. ſtatuunt communiter, per *L. 14. C. h. t. & L. 17. C. Commun. divid. ibique* Autor, quod etiam ſine conventione cohæredes
43 ad præſtationem evictionis teneantur. Ergo, ſi ibi mutui non caverint, non datur Actio ex ſtipulatu, datur tamen Actio præſcriptis verbis quaſi ex permutatione. *Cujac. ad h. §. tom. 1. pag. 1130. Et quos allegat. Treutl. d. ſp.*
44 *19. th. 12. lit. D. Zoeſ. ad h. t. num. 1.* Quod etiam in meliorationibus rei hæreditariæ eſſe volunt, ſi expenſas ſuis ſumtibus fecit in re evicta, & eas meliorationes ſine ſua culpa à vindicante recuperare non potuit. *Garcias*
45 *de Expenſ. cap. 18. c. 1. Chriſtin. v. 2. dec. num. 12. & ſeq.* Si tamen divisio facta à parte vel teſtatore, tunc nulla fingi poteſt mutua permutatio & ſic ſine expreſſa conventione, nulla eſt mutua obligatio ad præſtandam evictionem. *L. 21. C. h. t. leg 77. §. 8. de Legat. 2. Menoch. lib. 3. præſ. 118. & quos allegavi ad d. L. 4. C. h. t. ubi vide* Quibus adde *Chriſtin. vol. 2. dec. 179. num. 4. Treutl. d. l.* Autor *ad L. 14. num. 3. C. h. t.* Ubi tamen de eo dubitat *Bachov. & Dn. Struv. th. 12.*

46 *Ad* §. *ult.* Quando uni cohæredum certa quantitas prælegata, tunc illa ex communi hæreditate ſolvenda, ſive pecunia ſit inventa in hæreditate ſive non & cohæredes reliqui duo, ſcilicet ſi ponamus tres hæredes, ſinguli pro ſua tantum parte ſolvunt. *Cujac. ad h. §. part. 1130* Et ſic prælegata uni hæredi pecunia pro parte hæreditaria præſtatur à cæteris cohæredibus.

## Ad L. Officio. 26.

### *SVMMARIVM.*

**Materia** §. *ult. praced. legis.*

HÆc lex continuat materiam §. *ultimi legis praced.* nam quando uni hæredum prælegata eſt pecunia, quæ in hæreditate non reperitur, tunc una vel altera res hæreditaria, in qua omnes hæredes, & ſic etiam ille, cui pecunia prælegata eſt, vendenda & pecunia ex illa re redacta Legatario præſtanda.

## Ad L. In hoc judicio. 27.

### *SUMMARIA.*

*Quatenus ex pluribus haredibus pauciores hac actione experiri poſſint? n. 1. & 2.*

*Sententia Judicis excedentis quantitatem ſibi datam, per omnia invalida eſt. 3.*

*Sententia non poteſt pro parte valere, pro parte non?* 4.

1 LIcet Actio hæc inter pauciores cohæredes ex pluribus inſtitui poſſit. *L. 2. §. 4. h. t.* Inter eos tamen cohæredes qui in judicio agunt, & ſuper iis rebus, quæ in judicium deductæ, plena debet eſſe ſententia; ut neque perſona, neque res in Judicium deducta omittatur. Alias neque in cæteris rebus valebit, licet res quædam ſingulares, ſuper quibus hoc Judicium non ver-
2 ſatur, indiviſæ relinqui poſſint. Nam ſunt diverſæ quæſtiones: An de diverſis rebus, altera bene, altera male judicatum ſit? Et an de re una vel altera plane non judicaverit, cum tamen fuerit in judicium deducta, præſertim ſi ſint indiviſibilia puncta, vel ſuper concurſu creditorum ſententia ferenda? Vid. *Vantius de Nullitate §. ex defectu proceſſ. nu. 100 Card. Tuſc Concl 399 lit. I. Fe-*
3 *lin. ad c. cum iter. num. 6. & ſeqq. X. de Re Judic.* Sic ſi Judex excedat quantitatem ſibi datam, ſententia etiam in ea quantitate, in qua alias cognoſcere poſſit, eſt invalida, *per hanc L. Monachus in L. fin. ff. de jurisd. num. 14. Conf. Hill. in Donell. l. 27. c. 2. lit. R. Peckium ad c. 26. d. R. J. l. 6. num fin. Cujac. ad h. L. tom. 1 par. 131. Treutl. & Bach. d. d. ſp. 19. th. 11 lit C. Wiſſenb. h. t. th. 10.* Autor *ad L. 13. nu. 5. C. de Jur.* Colligit ex h. L. *Gail. lib. 1 obſer. 110. n. 1.* ſententiam pro parte non valere. Autor *ad L. 3 a. 1. C. de Sent. &*
4 *interlocut.* Non obſtat *leg. 41. h. t.* ubi ſententia plana, ſed pro parte injuſta *Wiſſenb. d. l.*

## Ad L. Rem Pgnori. 28.

### *SUMMARIUM.*

*Qui, agrum oppignoratam, ſi uni prælegetur, reluere debeat?*

TEſtator mihi oppignoravit agrum, hunc agrum uni hæredum ſuorum prælegat; quæritur, an ſoli hæredes, excepto illo, cui ager prælegatus eſt, debeant reluere agrum & mihi ſolvere debitum? Quod negatur ſed ex pecunia omnibus hæredibus communi res reluenda eſt, aut ſi non reperiatur pecunia, res hæreditaria vendenda.

## ad L. Si Pignori. 29.

### *SVMMARIA.*

*Quomodo res defuncto creditori pignori data in hoc jud. veniat? num. 1.*

*An a cohærede hic opus ſit cautione, de indemnitate?* 2. & 3.

*An hæres, cui pignus adjudicatum, debitorem compellere poſſit, ut totum luat?* 4.

*Quid, ſi hæredi non adjudicatum ſit pignus, ſed ipſe emerit ſponte, an tam coget debitorem?* 5.

*Quo caſu cohæres, cui adjudicatum pignus, non valeat agere, ut id debitor luat?* 6.

*Quod cohæres præſtitit ob adjudicationem cohæredi, id repetit à debitore.* 7.

1 REs defuncto Creditori pignori data venit in hoc judicium, non ut dividatur res, ſed ut uni adjudicetur cum ſua cauſa; & is cohæredi in partem non pre-
2 tii, ſed debiti, pro quo res obligata, condemnetur, nec opus eſt cautione de indemnitate, ſi eam petat à cohærede poſſeſſor pignoris, quia non poteſt repeti res, niſi debito oblato. Et ſic ſupervacanea eſſet cautio, qua
3 nemo onerandus. Sed ſi Hypothecaria egerim contra Te poſſeſſorem pignoris, & æſtimationem litis, i. e. debitum, pro quo res obligata, à te conſecutus ſim, non teneor tibi cautionem præſtare, quia debitor rem à Te
4 vindicare nequit, niſi debito ſoluto. Hæres autem, cui pignus adjudicatum, an debitorem compellere poteſt, ut totum luat? Et affirmatur, quia habet actionem pi-
5 gnoratitiam contrariam, luitio pignoris pro parte fieri nequit, & ita hic habet actionem. Sed pone, alteri cohæredi non fuiſſe adjudicatum totum pignus, ſed eum ſponte emiſſe à cohærede, an habeat actionem contra debitorem ut ei poſſet offerre pignus & petere, ut id

luat

Digitized by Google

luat? Negatur, quia ei imputari poteſt à debitore, quod totum pignus ſponte emerit, jam ipſi non eſſe poſſibile, totum luere, vel totum debitum ſolvere. Sed nec ille, cui adjudicatum pignus, ſemper agere poteſt, ſi animoſe nimis licitatus ſit, & plus juſto præ aliis obtulerit, ut haberet pignus, quod forte ſe retenturum putavit, quia ipſi imputari poteſt, quod nimis incaluerit ac inſanierit in licitando. Quod autem cohæres ob ad-
7 judicationem præſtitit cohæredi, à debitore contraria
pignoratitia actione repetit. Vide *Cujac. d. leg. pag. 1133. in fin. & ſeq. Cyprian. Regner. in h. l.*

## Ad L. Fundus. 30.

### *SUMMARIA.*

*An locus religioſus altero invito vendi poſſit? n. 1.*
*Non locus religioſus ſed ejus jus in actionem venit. n. 2.*

EST mihi & pupillo forte fratris filio fundus communis, in quo majores noſtri ſepulti ſunt. Tutores
1 totum fundum vendere volunt, nam licet religioſus locus per ſe & ſpecialiter vendi poſſit, poteſt tamen vendi cum fundo. *l. 24. ff. de contrah. emt.* ego contradico, & provoco ad diviſionem, quod facere poſſum, licet ille me provocare non poſſit. Provocu autem per judicium communi dividundo, ſi de illius ſolius agri diviſione agatur, vel familiæ herciſcundæ, ſi etiam de totius hære-
2 ditatis partitione agatur, quæritur, an diviſio locum habere poſſit? Quod aſſirmat. ſed locus non venit in actionem, ſed locorum religioſorum jus ſingulis hæredibus in ſolidum competit, licet quis ex minima parte hæres ſit. *l. 6. ff. de Relig.*

## Ad L. Si ſervus. 31.

### *SUMMARIUM.*

*Qui ſervum oppignoratum luit, cæteros hæredes obligatos habet.*

SErvum, quem defunctus pignori obligaverat unus ex hæredibus ſua pecunia luit, deinde egit judicio familiæ herciſcundæ cum ſuis cohæredibus, pendente judicio ſervus deceſſit, an cohæredes ipſi hæredi, qui luit, obligati ſint, quæritur? Quod affirmatur, ob præſtationes perſonales, quæ ſervum iſtum reſpiciunt, nam licet res deſierit, præſtationes tamen ſuperſunt. Ergo pro rata pecunia, pro luitione ſervi ſoluta, pro portione reſtituendæ. Idem *in l. 9. & 11. tit. ſeq.* Idem in rei vendic. *l. utique. 16. ff. de rei vind. Cujac. ad l. 7. qu. Papin.*

## Ad L. Quæ pater. 32.

### *SUMMARIA.*

*Si pater inter liberos diviſione facta, nonnulla bona non diviſerit, quomodo ſuccedent in hiſce liberi? n. 1. & 2.*
*Exceptiones, ubi non in viriles partes ſuccedunt.*

PAter inter duos filios nonnulla diſtribuit bona,
1 hęc voluntas patris, licet non ſolennis, á judice
famil. herciſc. obſervanda, modo legitima non ſit læſa.
Sed quid ſi quædam pater non diviſit, quæritur, quo-
2 modo ſuccedunt in illis bonis indiviſis liberi? Reſp.
ſuccedunt pro parte hæreditaria, id eſt, pro virili, *per l.*
*21. C. h. t.* Nam hæc diviſio paterna non eſt Teſtamentum, ergo ab Inteſtato ſuccedent, ergo in viriles portiones. Excipitur 1. Niſi illas res indiviſas in unum fi-
3 lium generaliter contulerit. 2. Niſi illud, quod amiſſum, ſequatur aliud, ut villa fundum. *Cujac. tom. 4. pag. 798.* & ſic non diviſa in vita, dividuntur poſt mortem.

## ad L. Si Paterfam, 34.

### *SUMMARIA.*

*Si teſtator duo prædia hæredibus duobus ab inteſtato prælegavit, quorum unum pignori obligatum, an hoc à legatario uno liberari debeat? n. 1.*
*An hic diſtinguatur, ſciverit, an ignoraverit teſtator onus? 2.*

1 PAterfamilias duobus hæredibus ab inteſtato prælegavit prædia, Tuſculanum primo reliquit, Livianum
ſecundo, ſed Livianum erat pignori obligatum, quæritur, an ſolus ſecundus luere debeat, & liberare à pignore? Et reſp. quod non, ſed uterque debet ſolvere, quia
ut primus partem habuit in Liviano, ita & hujus onus a-
2 gnoſcet, Et hic non habet locum diſtinctio iſta, an ſciverit onus teſtator, quia illa diſtinctio ceſſat in prælegatis, quę hæredibus pariter dilectis relinquuntur. *Cujac. t. 4. pag. 981.*

## Ad L. Servos. 34.

### *SUMMARIUM.*

*An alter hæres ſub conditione portionem ſuam reſtituere rogatus, de damno pendente ea orto teneatur?*

SPeciem *hujus legis ad lib. 8. Reſp. Papin. tom. 4. p. 1015.* ex mente Græcorum ita proponit *Cujacius* Quidam duos hæredes ſcripſit Cajum & & Mevium, Cajum rogavit ſub conditione portionem ſuam Sempronio reſtituere. Pendente conditione fideicommiſſi hæredes invicem egerunt judicio familiæ herciſcundæ, in hæreditate autem erant ſervi, quod judex Cajo in ſolidum adjudicavit, ea lege, ut his viciſſim certam pecuniam pro parte, quam Mevius in ſervis habet, numeraret Mevio cohæredi: Poſtea ſervi mortui ſunt ſuo facto, & deinde extitit conditio fideicommiſſi, quæritur, an Cajus teneatur præſtare fideicommiſſario Sempronio pretia ſervorum, quaſi Cajo perierint non Sempronio, quia Cajo adjudicati erant æſtimato, & ſic Cajus videtur emtor *l. 7. §. ſi debitor. tit. ſeq.* Cujus ex adverſo urget, nec pro ſua parte ſervos ſibi deperiiſſe, quia eos non emit ſimpliciter, ſed diviſionis cauſa, aliam rationem eſſe emtionis ſimplicis, aliam ejus, quæ ſit cauſa emtionis, exemplo donationis in emtione pignoris cauſa *l. 2. ff. de Diſtract. pign.* hanc emtionem eſſe neceſſariam. Reſpondetur, ſervos periiſſe tam hæredi, quam fideicommiſſario, hæredi quod quadrantem, fideicommiſſario pro dodrante. Et ſic quadrantem pretii ſervorum ſuſcipit Cajus, dodrantem fideicommiſſarius. *ita Cujac. d. l.*

## Ad L. Pomponius. 35.

INter Patrem & Filiam conſiſtit donatio ex cauſa dotis, quia *hac Lege* videtur filię data res, ut fructus ad generum pertinerent. *P. Barb. ad L. 2. §. quod ſi in patris. num. 2. ff. ſoluto matr. Vid. Decius conſ. 414. n. 15. Jaſon. ad L. 1. n. fin. ff. ſoluto matrim.* Declarat hoc *Cravetta l. 4. conſ. 116. n. 2. conf. Fachin. l. 3. contr. 60. Donell. l. 9. c. 5. & ibi Hill. diſſentientem Ant. Fabrum referens lit. K.*

## ad L. Cum putarem. 36.

### *SUMMARIA.*

*Si res hæreditariæ ſint diviſæ cum putativo hærede, an diviſio reſcindenda? n. 1.*
*Quid, ſi per judicem adjudicatio & ſolutio facta? 2.*
*Quid, ſi error juris ſit commiſſus? 3.*
*Quid, ſi decretum tantum interpoſitum? 4.*
*Quomodo vero ſuccurratur decepto? 5.*
*Res judicata obligationem naturalem non tollit. 7.*

1 SI quis cum illo dividat res hæreditarias, quem putat eſſę cohæredem, cum tamen non ſit, cognito errore diviſio reſcinditur, ſi ſcilicet extra judicium ſit
2 facta; ſi vero per judicem adjudicatio & ſolutio facta, vindicatio ceſſat, quia per adjudicationem translatum eſt dominium, & condictio indebiti ob rem judicatam ceſſat,

Digitized by Google

ceſſat, cum ex judiciali cauſa ſolviſſe dicatur; & res.
judicata ex nigro faciat album. *Cujac. t. p. 560. & ſeq*
*Modeſt. Piſt. conſ. 5. q. 1. vol. 1. Dn. Franzk. ad h. t. n.*
*11. Dn. Struv. th. 5. Zœſ. ad. h. t. n.* 18. *Berlich. p. 2.*
*deciſ.* 263. *numer.* 17. Autor *ad L. 22. n. 1. & ſeqq. C. h.*
3 *t. Et ad L. 1. n. 9. C. de Cond. indeb.* Et hoc exten-
dunt, licet error juris commiſſus. *Plotus de in lit. juram.*
*§. 15. n. 6. Heig. ad §. quadam. num. 6. & ſeq. de act.*
*Franzk. d. l.* Aut. *ad L. 4. num. 10. C. de Jur. & facti*
*ignor.* Quod tamen limitatur, niſi ſtatutum doloſe alle-
getur & per calumniam. *Jacob Schultes ad quæſt.* 140.
*Modeſt. Piſt. n. 133. & Berl. d. l. n.* 42. Neque locum
habebit hæc lex, ſi tantum decretum interpoſitum. *Dec.*
4 *conſ. 351. n. 7. & Berl. n. 56.* Ultima verba legis poſt
*Alciatum* aliter legit *Menoch. conſ. 310. n. 13.* Dari ta-
men reſtitutionem ex clauſula generali, vult *Buſius hic.*
5 Item *ex L. 2. C. de Reſcind. vend.* ſubveniri poſſe, non-
nulli volunt. Et competeret procul dubio denunciatio
6 Evangelica; nam in conſcientia ſua hæres putativus non
eſſet ſecurus, licet pro ſe habeat ſententiam. Res judi-
cata ex præſumptione pro juſta habetur, ſed ubi mani-
7 feſta eſt iniquitas, ceſſat in conſcientia præſumptio.
Autor *ad L. 1. n. 10. & 11. C. de Cond. indebit.* Res ju-
dicata eſt juris Civilis vinculum, quod non ſtringit in
conſcientia.

## ad L. Qui Familiæ. 37.

### SUMMARIUM.

*An qui cum alio Fam. herciſc. actione agit, hoc ipſo vi-*
*deatur ipſum pro hærede agnoſcere.*

LIcet, qui cum alio Familiæ heriſc. actione agit,
videatur ipſum fateri hæredem; non tamen per
hanc actionem protinus generatur ei præjudicium,
neque impeditur quo minus mutata ſententia, Hære-
ditatis petitionem inſtituere poſſit, lite nondum con-
teſtata. *Poſt gloſſam Marpurg. vol. 1. conſ. 26. num. 15.*
*Trentl. & Bach. d. th. 9 lit. D. Dn. Franz. ad h. t num. 9.*
paulo aliter *Cujac. l. 9. obſ. 36.* qui dicit, ſicut Reus exci-
piens non videtur intentionem Actoris approbare. *L. 9.*
*de Except.* & vindicans rem non videtur poſſeſſioni, ſi
quam habet renunciare, quam interpretationem etiam
probat *Wiſſenb. ad h. t. th. 9.* Allii negationem tollunt.

## ad L. Lucius. 38.

### SUMMARIA.

*An Soror (cum Fratre communia prædia habens, cui a*
*curatore ſua centum ex reditibus ſoluta, Sorori vero*
*tantum quinquaginta) contra Fratrem, an contra cu-*
*ratorem de reliquis 50. agere valeat? n. 1.*
*Idem, ſi fratri & ſorori à judice 100. pro alimentis*
*decreta, & Sorori tantum 50. accepit? 2.*

1 SPecies facti hæc eſt: Lucius & Titia Germani
habuerunt communia prædia. Ex iis curatores
utrique dederunt reditus; debuit quilibet habere ex
reditibus 100. thal. quæ accepit Lucius, Titia vero
tantum 50. an Soror habet actionem contra fratrem?
Negatur, quia licet frater acceperit plus filia, non
tamen plus accepit debito? quia debuit habere cen-
tum, quæ accepit, & nihil amplius, ergo Soror non
2 fratrem, ſed curatores conveniet. Idem eſt, ſi Judex
decrevit fratri 100. & ſorori 100. pro alimentis, ſed
ſoror tantum 50. percepit. Hic ſoror non aget con-
tra fratrem, qui non accepit plus debito, ſed mi-
nus. Vid. *Cujac. tom. 1. p. 1610.*

## ad L. Exparte. 39. pr.

### SUMMARIA.

*Unus hæredum, qui contra alium hæreditatem defendit,*
*ab alio conventus cohærede, ſumptus pro parte re-*
*petit. n. 1. & 2.*
*Filia dotem, ſi bona a patre diviſa ſunt, conferre non te-*
*netur. 3.*
*Quare alimenta ſervo proprio præſtita non petantur? 4.*
*& 5.*
*Fratri cohæredi fratris debita ante mortem patris con-*
*tracta imputari poſſunt. 6.*
*Non vero poſt mortem. 7.*
*Peculium ſervi uni filiorum prælegati & poſtea manumiſſi,*
*ad utrumque ſpectat. 8.*
*Quid, ſi pater diviſis inter filios bonis poſtea conſentiat,*
*ut prædium aliquod hypotheca detur? 9.*

1 QUando unus hæredum hæreditatem contra Fiſ-
cum vel alium defendit, tunc ſi hoc judicio im-
petatur ab alio cohærede, poteſt opponere exceptionem
doli, niſi ſumptus velit pro parte reſtituere, imo habe-
bit actionem ad ſumptus reſtituendos, & quidem hoc
judicio: nam licèt judicium hoc iterari non poſſit, fieri
2 tamen poteſt ob præſtationes naturales, & cauſa cogni-
ta. *l. 20. §. 4. h. t. Cujac. tom. 1. p.* 1820. Sed tunc poterit
ſumtus repetere, ſi ideo ampliores impendat ſumtus
quia partem cohæredis etiam defendit, ex quo proba-
tur non poſſe expenſas in rem communem factas repeti,
niſi probet, ob partem alterius ſe majores ſumtus face-
re debuiſſe. *tr. Caldas de Emt. c. 27. num.* 42. Autor
*ad L. 1. numer. 5. C. de bonis Matern.*

3 *In §. Legis* 39. agitur de collatione dotis: Certum
eſt, filiam dotem a patre acceptam cum fratribus patri
ſucceſſuram conferri teneri, tantum ſcilicet remit-
tendo in bonis patris; quæritur ergo, ſi pater codi-
cillis factis ab inteſtato prædia & bona ſua omnia
diviſerit inter filium & filiam, inæqualiter tamen,
ut filius longe amplius habeat, quam filia, teneatur
dotem conferre? Quod negatur, quia pater nihil in-
diviſum reliquerat, ergo non videtur voluiſſe pater
ut filia dotem conferret; nam ſi quid indiviſum re-
liquiſſet, filia deberet conferre, ſi vellet venire in
partem ejus, quod pater indiviſum reliquit.

4 *Ad §.* 2. In alimentis hoc ſpeciale, quod licet
legatum alimentorum non valeat, v. g. ſi proprio ſer-
vo legata, tamen præſtita non repetantur. Unde for-
te probari etiam poteſt ſententia Dd. quod incapa-
ci alias alimenta recte legentur. Vid. *Surdus de Ali-*
*ment. tit. 8. priv. 7. & quos ille allegat.* Sed videtur hic
5 reſpectus haberi ad conſumptionem. Nam conſum-
ptio pecuniæ ſolutæ interdum confirmat actum ipſo
jure nullum, *arg. l. 13. §. 1. ſi certum pet.* quod etiam
in donationis revocatione nonnulli volunt, quos re-
futat *Donellus lib. 14. c. 31. lit. A.*

6 *In §. 3. Legis* 39. Habetur hæc facti ſpecies, habe-
bat Titius duos filios, primus ſciente patre factus eſt
decurio, defuncto patre ille primus filius reputare
poteſt fratri, ſi quid ex cauſa geſti officii publici de-
7 debuit, ob patrem pro filio decurione obligatum. Sed
aliud eſt, quod poſt mortem patris decurio Reipu-
blicæ debere cœpit, quia id debitum non eſt hæredi-
tarium, cum poſt mortem patris cœperit; Ergo æs
alienum ex geſtione publici muneris poſt patris mor-
tem contractum non tenetur agnoſcere frater Decu-
rionis, niſi eſſent ex conventione ſocii omnium bono-
rum. *l. Lucius. 21. §. idem reſpondet. 2. ad Municip. l. 15.*
*de Muner. & honor.* Aut. *ad L. 1. n. 18. & ſeq. C. de decurion.*

8 *In §.* 4. hæc ſpecies proponitur, ut eam format
*Cujac. tomo. 1. pag.* 1812. Pater duos filios hæredes
ſcripſit, & uni prælegavit Stephanum ſervum ſuum
cum peculio, quem Stephanum tamen vivus adhuc
manumiſit, quæritur, an peculium Stephani ad eum
filium pertineat, cui legatus erat Stephanus, an vero
ad utrumque? Et hoc affirmatur, ſcilicet ad utrumque
pertinere. Principali legato extincto etiam acceſſorium
eſt extinctum, per manumiſſionem, quæ regula ex *hoc*
§. colligitur.

9 *In §. ult.* hæc ſpecies: Pater inter filios ſuos bona ſua
diviſit, aſſignatis iis certis prædiis, quam diviſionem
teſtamento

teſtamento confirmavit, ac diſpoſuit, ut qnisque filio-
rum æs alienum, qood in peculio contractum eſt, ſu-
ſtineret, & ex ſuis bonis ſolveret. Sed poſt Teſtamen-
tum pater conſenſit, ut unus ex filiis prædia hypothecæ
vinculo creditori necteret, quæritur, an ad luenda ea
prædia, quicquam pro ſua parte alter filius conferre de-
beat, judicio familiæ herciſcundæ? Quod negatur, qoia
in hac ſpecie non patet, ſed filius æs alienum contraxit
principaliter, cujus cauſa & pignoris acceſſionem ſeqni
convenit. *vid. Cujac. d. l. vel. 1. pag. 1823.*

## ad L. Si ex aſſe. 40.

FIdeicommiſſatio utile judicium familiæ herciſcun-
dæ competit.

## Ad L. Quædam mulier. 41.

### SUMMARIA.

*An judex appellationis nullitatem non allegatam ſupple-
re poſſit? nu. 1 & 2.*

*Lim. ſi cauſa merita concernat nullitas. 3*

*In ſupremis Tribunalibus nullitas in proceſſu non attendi-
tur. 4.*

1 HAbui cum muliere hæreditatem communem, ju-
dex dividit libertos & alimenta, appello, ſed ob
præbitum poſtea à me conſenſum in ſecundo pacto
ſuccumbo, an poteſt judex appellationis in altero mem-
bro nullitatem non allegatam ſupplere, quia liberti
non ſunt in bonis? Aff. & ſic nullitas venit appellatio-
nis tacite continetur. *Maſcard. concl. 687. num. 8.* licet ap-
2 pellans nullam fecerit mentionem nullitatis. Et ſic in
cauſa Appellationis venit nullitas incidenter, & poteſt
judex ſententiam pro parte confirmare, pro parte nul-
lam pronunciare, licet nullitatis remedium non ſit in-
tentatum. *Bart. & Dd. in h. L. Vantius de Nullit. tit. co-
ram quo Nullitas nu. 4. & 7. Gail. lib. 1. obſ. 127. n. 2. Matth.
Steph. de Offic. jud. l. 7. cap. 5. nu. 9. Dn. Manzius in cent. dec.
9. 60. num. 3. Mind. proceſſ. l. 3. c. 11. num. 24. Mynſ. c. 5. obſ. 91.
nu. 3.* Hoc intelligendum eſt de Nullitate, quæ cauſæ
3 merita concernat; nam ſi non concernat merita cauſæ,
ſuperius judicium nullitatem non attendit. *Dn. Mev. p. 5.
dec. 139. num. 4* idque potiſſimum in ſupremis tribunali-
4 bus locum habet, ubi ſi de meritis cauſæ conſtet, non
attenditur nullitas in proceſſu priori admiſſa. *Gail. d.
obſ. 127. n. 3. Mynſ. cent. 1. obſ. 27. Manz. d. l. n. 10.*

## ad L. Si Legatum. 42.

### SUMMARIUM.

*Quid, ſi legatario debitum ſit legatum?*

SI teſtator mihi hæredi ex parte inſtituto prælega-
verit debitum, quo ipſi obſtrictus ſum, cohæredes à
me mihi exigere poſſunt. Sic ſi ab extraneo debitum
mihi leget teſtator, cohæredes mihi tenebuntur præſta-
re, vel cedere actiones. Quæ plana ſunt.

## ad L. Arbitrium. 43.

### SUMMARIA.

*An unus hæredum ad diviſionem provocare poſſit, cæteris
invitis? n. 1.*

*Limit. ſi facultatem alienandi habeat. 2.*

*An minor, Eccleſia, prodigus provocare ad diviſionem poſ-
ſint? 3. & 4.*

*An abſente uno poſſit fieri rei hæreditariæ diſtractio, &
pretii diviſio? 6.*

*An diviſio nulla ſit, non petito abſenti curatore? 7. 8. & 9.*

1 AD diviſionem hæreditatis vel unus hæredum pro-
vocare poteſt, cæteris invitis. *Zaſ. ad h. t. num. 3.*
2 Quod tamen cæteris paribus intelligendum, ſi alienan-
3 di facultatem habeat. Sic minor provocari poteſt ab
alio ad diviſionem, ſed alios provocare non poteſt. Idem
4 in Eccleſia & prodigo. Vid. *Petrus Sant Morquens de
Diviſ. Bon. l. 1. c. 2. nu. 6. & ſeqq.* Caſus excepti in judicio
5 Communi divid. ſunt, *in l. fin. ſupra ff. de Alienat. judic.
6 mutandi cauſa & l. 19. §. 1. tit. ſeq.* Sic & abſente vel al-
tero hærede, poteſt fieri hæreditariæ rei diſtractio, ac
diviſio pretii, modo abſenti ſalva ſit ſua portio, ſuum-
que jus, vel melius, poterit abſenti curator peti. *Dn.
7 Mev. p. 4. dec. 398.* ſed ſi id non ſit factum, non eſt nulla
diviſio, quia ſi præſens fuiſſet, diſtractionem ac divi-
8 ſionem impedire non potuiſſet, niſi commodam divi-
ſionem res patiatur, ut ſuam partem ſeparatim capere
poſſit, nam tunc non erit tata diſtractio rei totios. *Dn.
9 Mev. d. l.* ſemper tamen neceſſe erit, ot præſentes ca-
veant emtori; nam abſens retinet ſuum jus pro parte.
*vid. l. 17. C. h. t. & ibi à me notata*, & actio familiæ herciſc.
integra eſt abſenti contra eos, qui diviſerunt. *l. 44. §. 2.
h. t.* multo minus abſentiam allegabit tertius præſens,
nam fuerit exceptio juris tertii *Dn. Mev. d. l. n. 8.*

## Ad L. Inter cohæredes. 44.

### SUMMARIA.

*An inter cohæredes communi dividundo agi poſſit? nu-
mero 1.*

*Quid, ſi uno cohærede abſente res hæreditaria doloſe ſit
vendita? 2.*

*An fructus ante aditam hæreditatem hoc judicio ve-
niant? 3.*

*Duplex hoc eſt judicium. 4.*

*Ex facto unius cohæredis alter non tenetur. 5.*

*An pars ſoluta dotis hoc judicio recuperari poſſit? 6.*

1 IN *princ. hujus legis* quæritur, an duo cohæredes de
certis rebus judicio communi dividundo invicem
experiri poſſint integro judicio familiæ herciſcundæ ma-
nente? Quod affirmatur. In judicio familiæ herciſcun-
dæ fiunt adjudicationes, ubi prætor dat alteri rem, alte-
2 ri actionem vel exceptionem *§. 1. h. l.* Si etiam abſente
uno cohærede reliqui cohæredes rem hæreditariam do-
loſe vendiderunt, teneniur judicio familiæ herciſcun-
dæ, ſi fatentur, eum eſſe hæredem, alias vero petitione
hæreditatis, ſi negent §. 2. ſi cohæres ante hæreditatem
3 aditam fructus ex re haereditaria perceperit, quaeritur,
an hi in hoc judicium veniant? Reſp. per diſtinct. Si
ſciens rem eſſe haereditariam ex ea fructus percepit, ut
haeres, tunc affirmatur, per *l. 16. §. 4. h. t.* non, ſi igno-
4 rans *§. 3. h. l.* Duplex autem eſt hoc judicium, ut & com-
muni dividundo & finium regundorum, nam oterqoe
actoris & rei perſonam ſuſtinet, & uterque de calum-
nia jurat, ſiquidem etiam in ſimplicibus judiciis actor
jurat, ſe non calumniæ cauſa judicium intendere, &
reus, ſe non calumniæ cauſa negare intentionem, acto-
ris *§. 4. h. l.*
5 *In §. 5.* haec ſpecies, tu cohaeres meus prohibes Ti-
tium uti via, quam ſub pœna Teſtator conſtituerat Ti-
tio, quaeritur, an partem pœnæ poſſis à me petere ju-
dicio familiæ herciſc.? Quod negatur, quia hoc dam-
num ſentis ex tuo facto, imo ſi ego ſolverim pœnam
ob iſtud tuum factum, tu mihi hoc judicio teneberis.
Notetur, factum unius alteri nocere non debere *Barboſ.
locupl. l. 1. cap. 3. axiom. 23.* Idem ſi defunctus ſub pœna
promiſit, ſe & ſuos haeredes ratum habituros aliquid,
ſi unus nolit ratum habere, is ſolus tenebitur. §. 6.
6 *In §. 7.* haec ſpecies: Quidam legavit uxori uſum-
fructum, donec ei dos ſolveretur, unus cohaeredum ſol-
vit dotem & reluit uſumfructum, quaeritur, an judicio
famil. herciſc. poſſit recuperare partem à ſe ſolutæ do-
tis? Videtur, quod non, quia poterat ſuam partem ſolam
ſolvere, ergo negotiorum geſtorum actionem habet: Sed
affirm. quia pignus ſeu rem uſuifructui aſſignatam pro
parte non potuit liberare, Teſtator ſi duobus filiis ſuis
anju...

injunxerit, ut ſibi ſtatuam erigerent. ſi unus fecerit, habet actionem famil. hercisc. ad repetendas pro parte impenſas. Omnia *in hac lege* plana.

## Ad L. Si id quid. 45.

### *SUMMARIA.*

*Cum actor petit rem ut hæreditariam, quam reus negat, an hoc judicio agendum?* n. 1.
*Quod unius hæredis ſervus doloſe egit, hoc judicio non venit.* 2.

1 ACtor petit rem aliquam, ut haereditariam, dividi, reus negat, rem eſſe haereditariam, tunc eſſectu non venit haec res in hoc judicium, ſed prius rei vindicatione agendum, aut publiciana. *Surdus vol.3. conſ.154.n.11.& conſ.377.n.2.con.l. 5.§.8.h t.*

2 *In §.1. legis* 45. quæritur, ſi unius haeredis ſervus doloſe quid in haereditariis bonis admiſerit, an id in judicium familiæ herciſcundæ veniat? Et negatur; poteſt tamen actione noxali Dominus ſervi conveniri; ſed nec hoc fieri poteſt, ſi ſervus mortuus vel alienatus, ut notum eſt. Sed ſi haereditarius ſervus uni haeredum nocuit, eſt famil. hereiſc. actio. *l.16.§.ult. h.t. & l.41.de Nox. act.*

## ad L. Si Maritus. 46.

### *SUMMARIUM.*

*Sententia genuina legis.* n 1.
*An hodie utilitatem habeat?* 2. & 3.

1 SEnſus Leg.46. eſt Maritus, cujus Pater dotem acceperat, ſub conditione inſtitutus erat à patre, pendente conditione, pendet actio uxoria poſt divortium quia incertum eſt, an ſit inops nec ne. Maritus tamen, quia fert onera matrimonii, utili judicio Famil. hercisc. petit dotem Vid. *Cujac.lib.14.obſerv.cap.31 P. Barboſ.in L.Si conſtante.25.§.1.num.5 ff.ſol.matr.* Sed hæc hodie parum utilitatis habet; nam dos non patri, ſed

2 marito ſolvitur, & filius ſub conditione non inſtituitur hæres, de quo ſuo loco. Poſſet tamen *hæc lex* locum ha-

3 bere in caſu, ſi pater Filium cum nuru in familia ſua, & ſic etiam in poteſtate ſua Filium retinuerit, & poſtea Filium exhæredarit. Nam ſi Filius cauſam exhæredationis neget & querelam inſtituat, interim mulieris actio de dote pendet.

## Ad L. In Judicium. 47.

### *SUMMARIA.*

*Quid, ſi quis contra ſervitutem fundo hæreditario debitam egerit?* n.1.
*Quid, ſi cohæredes, contra tertium confeſſoria agant?* 2.
*Quid, ſi pendente hoc judicio furtum fuerit commiſſum?* 3.
*An ad ſingularem ſucceſſorem tranſeat inſtantia judicii?* 4. & 5.
*An à cedente in ceſſionarium tranſeat inſtantia?* 6.

1 DUm enim cohaeredibus ago judicio familiæ herciſc. quidam contra ſervitutem fundo haereditario debitam aliquid agit forte ædificando: Tunc omnes cohaeredes agere poſſunt cum tertio illo actione confeſſoria, vel nuntiando novum opus. Sed quid

2 ſi mihi fundus dominans fuerit adjudicatus, & cohæredes egerint confeſſoria contra tertium, ſi aliquid conſecuti fuerint, an mihi teneburtur præſtare? Quod affirmatur, debent enim cavere de reſtituendo eo, ſi quid occaſione illius fundi lucrati fuerint, & ego teneor cavere de expenſis ab ipſis factis in illa actione. Sed ſi actione confeſſoria ante adjudicationem mihi factam non fuerit, actum, mihi ſoli competet confeſſoria poſt adjudicationem.

3 *In* §. 1. quæritur, ſi inter cohæredes agatur judicio familiæ herciſcundæ, & pendente judicio furtum rei mobilis haereditariæ fiat, an actio furti datur tantum illi, cui res poſtea adjudicata, an vero omnibus hæredibus? Et poſterius affirmatur, quia non ſpectatur in actione furti, an hoc tempore interſit mea quo agitur, ſed an interfuerit eo tempore, quo furtum factum, *leg.40. princ.ff.de furtis.* ſed hic tempore furti omnium interfuit. Communiter ex hac lege ſolent probare, in ſingu-

4 larem ſucceſſorem tranſire inſtantiam judicii. *Bart. ad L. Non ſolum.§.morte.ff. de Operis Novi nunt. Herman.*

5 *Detius ad d §.morte.n.18. Ant. Rubeus ib num.13.* Sed hanc

6 opinionem refutat *Petr. Barboſ. ad L. Si conſtante. 25.§. fin num.25.ff ſol matr.* Sicut etiam à Cedente in ceſſionarium, ex hac ipſa ratione, quod inſtantia non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem; volunt, non tranſire inſtantiam, ſed de novo litem movendam eſſe. *Aſinius in Praxi ſua §.2.c.13.nu.36. Berous lib.1.conſ.187.n.21. quos refert & ſequitur Menoch.conſ.198. in fin.*

## Ad L. Si familiæ herciſc. 48.

### *SUMMARIA.*

*Plures conſortes litigantes juberi poſſunt, ut per unum Procuratorem cauſam exponant.* n.1.
*Eſt medium abbreviandarum litium.* 2.

1 PLures Conſortes unam communem cauſam agentes, vel defendentes, juberi poſſunt, ut communem cauſam per unum Procuratorem defendant ne in plures diſtrahatur adverſarios, & expeditior proceſſus. *Dn. Mevius p.2.dec.342. & notata* Dni Autoris *ad l.42. § 6. ſupra de Procur. Conf. Cæpolla ad L. Quod ſi nolit. 31.§. Si plures. 5. de Ædil. Edict. n.15. Galvanus ad L.4.§. Cato.n.110.*

2 *de Verb Obl. & ibi Ruinus nu.86.* Optandum eſſet, ut hoc medium abbreviandæ litis in noſtris judiciis obſervetur, ne quis omnes hæredes vel plures conſortes in omnibus partibus judicii citare cogatur, ut alibi notavi.

## Ad L. Qui erat. 49.

### *SUMMARIUM.*

*Hæres ex neceſſitate ſervum vendens contra cohæredem actionem habet.* n. 1. & 2.

1 QUidam duos inſtituit hæredes, Prætor unum jubet Teſtatorem ſepelire. Ut hoc facere poſſet, is ſervum vendidit hæreditarium, cui libertas erat Teſtamento relicta, & præſtat cautionem duplam emtori, ſi evinceretur. Servus poſtea in libertatem ex Teſtamento ſe vindicat: Ergo venditor ſervi præſtat duplum emtori, quæritur, an habet actionem contra cohæredem? Videtur quod non; quia cavit ex errore, non tenebatur cavere, quia ex neceſſitate vendidit, ex juſſo Prætoris, non

2 ex voluntate ſua ſpontanea. Sed affirmatur quæſtio, quia, ſi vendidit juſſu prætoris ante hæreditatem aditam, non quidem directam actionem famil. herciſc. habuit, quia non fecit ut hæres; ſed utilem, & ſic ob cautionem erroneam habet regreſſum, cum ex parte ſtipulantis hic juſta cauta ſit; licet alias ex cautione erronea non ſoleat ſemper agi. *l.4.§.ult.ff.ſi quis cautionibus. l.20. ff.de Donat. l.37.ff.de Fidejuſſ. l.1.pr.& §.1.ff.ut in poſſ. Legat.* Collige *ex hac lege* cautionem etſi non neceſſariam, oblatam tamen & præſtitam non eſſe ſine effectu. *Conf. Mev.p.5.dec.53.*

## Ad L. Quæ Pater. 50.

### *SUMMARIA.*

*Quare expenſa à Patre ſtudiorum cauſa filio ſuppeditata non præſumantur animo repetendi data?* n.1. & 2.
*An idem in matre.* 3.
*Quid, ſi filiofam. data?* 4.

Qua-

*Qun expenſa non intelliguntur de commeſſationibus, & luxurioſis veſtibus.* 5.
*Quid ſi ſint expenſa immodicæ & lædant legitimam?* *num.* 6.
*Quod tutor plus in unum, quam in alium impendit, conferendum eſt.* 7.

1 EXpenſæ ſtudiorum à Patre fillo ſuppeditatæ, non
præſumuntur animo credendi vel repetendi datæ,
niſi deſuper Pater ſit proteſtatus, ſed præſumuntur
datæ pietate paterna, & ideò non conferuntur. Ratio
2 eſt partim in publico ſtudiorum favore, propter quæ ſi
quid legatum, pro legato ad pias cauſas habetur.
*Meſcherus dec. Cam.* 26. *tom.* 3. *Tiraq. Privil. piarum
cauſarum priv.*157. *& ſeq. Carpz. Juriſpr. Eccl.l.*2. *def.*
328.*num.*15. Partim præſumta Patris voluntate, qui voluit
antecedens, ſcil. ſtudia *Finckelthaus obſ.*11. *per totam,
plures referens.* Quæ lex in matre etiam procedit,
3 quia eadem pietatis ratio. Et multo magis ſuperior
præſumptio valet, ſi illæ expenſæ datæ à patre filiofa-
4 milias. *Matth Stephans lib.*3 *de Juriſd.p.*2.*cap.*5. *Hartm.
Piſt.p.*1. *qu.* 19. *Trentl. diſp* 19. *th.*13. *& quos refere Berl.
part.*1. *deciſ.*8. *numer.*3. Sed hoc de expenſis in ſtudia
5 verum eſt, quæ ſunt neceſſariæ ad ſtudia, non quæ
in ludo, commeſſationibus, veſtibus pretioſis & ſimil.
factæ. Sæpe lautè vivit in Academiis, cujus parentes
6 atro interdum veſcuntur pane domi. Denique dictæ
impenſæ conferendæ non ſunt, niſi quatenus ſunt im-
modicæ, & reliquorum liberorum legitimam demi-
nuunt, per tradita *Berlich. p.* 2. *dec.*249. *& qua nota-
vi ad L.*10 *ff.de Collat.Bon.* Etſi non Pater, ſed Tutores
7 plus in unum filium impenderint, quam ad alterum,
hic exceſſus omnino fratri conferendus eſt, per tradita
*Berlich.p.*2.*dec.*295.

## ad L. Fundus. 51.

### SUMMARIA.

*An fructus dotis à patre cæteriſque filiis percepti hoc judicio veniant?* *n.*1.
*Non datur caſus. qui deductionem expenſarum fructuum cauſa factarum impediat.* 2.
*An cum hoc judicio petitio hæreditatis concurrere poſſit?* 3. & 4.

1 PAter pro filio dotem accepit à nuru, & fructus
percepit, & poſt ejus mortem fructus etiam per-
ceperunt filii cæteri ſeu cohæredes filii, quæritur, an
fructus veniant in judicium famil. herciſc.? Reſp.
eos fructus venire, qui poſt litem conteſtatam per-
cepti, ſi e extent, ſive non, & ſi quid impenderint
cohæredes, id viciſſim hæredibus præſtandum eſſe.
2 Notatur *ex hac lege*, quod nullus caſus intervenire poſ-
ſit, qui deductionem expenſarum fructuum cauſa fa-
ctarum impediat. *hic. & l.*36. *§. fin. de pet.hæred.de quo
pluribus agit Garcias in tract.de Expenſ.& Meliorat.cap.*
1.*n.*11.*& ſeqq.* Autor *ad L.*5. *n.*9. *C.de uſufructu. Et ad L.*
1.*n.*1.*&* 3.*C.de Fruct.& lit exp.*
*In §.* 1. quæritur, an petitio hæreditatis concurre-
3 re poſſit cum judicio familiæ herciſcundæ? Reſp. non,
unum alteri nullum faciat præjudicium v.g. ſi ego to-
tam hæreditatem poſſideam, te vero pro parte dimi-
dia cohæredem agnoſcam volo tamen tecum dividere
hæreditatem; nam tunc debeo agere judicio familiæ
herciſcundæ. Et poteſt eſſe cauſa, cur tu potius peti-
4 tione hæreditatis agas, quod hic exemplo declaratur,
ſi ego debitor hæreditarius ſim, & tu velis partem
crediti à me petere, non poteſt ea pars peti per ju-
dicium familiæ herciſcundæ. quia in hoc non veniunt
nomina, ſed fiet per petitionem hæreditatis. Sed
hæc videtur eſſe mera ſubtilitas, quia in judicio fa-
miliæ herciſcundæ, nomina etiam hodie aliis ad-
judicantur.

## ad L. Mævius. 52.

### SUMMARIA.

*Quid ſi defunctus rem communem aliquibus legaverit?* *num.*1.
*Servus hæres inſtitutus à cohæredibus hoc judicio conveniri poteſt.* 2.
*Judex ſumtus invicem compenſare poteſt* 3.
*Non ſingulæ partes, ſed univerſæ ſunt in hoc judicio æſtimandæ.* 4. & 5.
*Res ſeparata minus, quam conjuncta æſtimatur.* 6.

1 MÆvius habuit cum Attio communem fun-
dum. Ipſe Mævius me & te hæredem inſti-
tuit, nos ambo cum Attio communi dividundo egi-
mus, & fundus nobis eſt adjudicatus, noſque ſu-
mus condemnati ad pecuniam Attio præſtandam,
poſtea inter nos actum judicio familiæ herciſcundæ,
& de hoc fundo etiam dividundo agi poſſe nullum
eſt dubium.
2 *In* §. 1. hæc ſpecies, ſervus meus rationes meas
geſſit, & ex adminiſtratione illa quippiam penes ſe
habet, hunc ſervum cum duobus aliis hæredem
inſtituo, quæritur, an ſervus poſſit à cohæredibus
judicio familiæ herciſcundæ conveniri? Quod vide-
tur negandum per *l. quamvis*, *C. An ſervus ex ſuo
facto poſt manumiſſ. teneatur.* Sed affirmatur, quia non
ratione geſtionis tenetur, ſed quia rem hæreditariam
poſſidet.
3 *In* §. 2. hoc tantum dicitur, quod poſſit judex ſum-
tus invicem compenſare, & in eo, quod alterius por-
4 tio excedit, eum, condemnare; quod plarum. Uni-
verſæ res æſtimandæ ſunt in hoc judicio, non ſingu-
læ partes: §. *fin.* nam non eſt tanta utilitas & æſtima-
tio partis reſpectu partis, quam totius quat.tale. *Hic &
L.*46 *pr.de Solut. Tiraq.de Retr. Conſangu.*§ 23.*gl.*2. *n.*17.
5 Sæpè minus æſtimatur res ſeparata, quam conjuncta,
res eſt æſtimanda, quatenus eſt conjuncta, non quate-
nus diviſa. Quod limitatur, niſi grandis ſit læſio, v.g.
6 ſi aliquis fundus hæreditatius, qui poterat 400.thal.
vendi, 100. thaleris æſtimetur, ut declarat *Hottoman.
conſ.*69. *num.*5.*&* 8.

## ad L. Pecuniam. 53.

### SUMMARIA.

*Pecunia à filio alicui credita mortuo patre in diviſionem non venit.* *n.*1.
*Limitatur* 2.

1 PEcuniam filius meus emancipatus credidit tibi hac
lege, ut mihi ſolveretur. quæritur me mortuo,
poſtquam judicium familiæ herciſcundæ inter filios
meos motum, an iſta pecunia veniat in diviſionem
Quod negatur, quia ea pecunia non eſt in hæreditate
mea, nec etiam ideò mihi ſoluta, ut mea fieret, ſed
ut à me mox perveniret ad filium meum emancipatum
2 verum creditorem, quod tamen hic limitatur. niſi tan-
tundem filius emancipatus mihi debeat; nam tunc vo-
luit pecuniam eam cedere in ſolutum ejus debiti no-
mine, quod is mihi debuit.

## ad L. Ex hæreditate. 54.

### SUMMARIA.

*Cum unus ex pluribus hæredibus certæ rei partem alienavit, quatenus illa veniat in hoc judicium?* *numer.* 1. & 2.

1 SI unus ex hæredibus certæ rei partem alienaverit,
non venit illa res in judicium Familiæ herciſc. ut
pſis alienata, quia deſiit eſſe communis, quod de-
clarandum ex *L.*25.§.6.*h.t.* ſcilicet ut illa res dividatur,

ſed ita tamen illa pars non alienata venire poteſt, ut uni in compenſationem adjudicetur. Unde colligitur contra alienatam partem ſuam, non competere hoc judicium. *Valaſc. d.c.2.n.28 & ſeq.* ſcilicet ſi ante judicium cœptum facta alienatio.

### ad L. Si familiæ. 55.

*SUMMARIUM.*

*Cum res non poteſt dividi, adjudicanda eſt uni heredum, & quiſnam alteri præferatur?*

SI diviſio rei impoſſibilis, tota uni adjudicanda, & hic in partem pretii alteri condemnandus, & præferuntur hic Deſcendentes extraneis, imò & deſcendentibus præfertur ille, licet extraneus, qui majus pretium licitatur, *per l.22. §.1. h. t.* Vid. *Modeſt. Piſt.conſ. 39.quæſt.1.volum.2. Rauchbar.p.1.q.47. Carpz.p.3.conſt.15. def.34. & multis ſeqq.*

### ad L. Non ſolum. pen.

IN hoc judicium ut & finium regundorum etiam veniunt fructus præteriti, ſcilicet poſt litem conteſtatam percepti ſive extent, ſive non. *hic. & l. 4. §.2. tit. praced.*

### ad L. ult.

*SUMMARIUM.*

*Fratres omiſſa lite tranſigentes funguntur pietatis officio.*

QUando fratres mota lite de dividenda hæreditate tranſigunt inter ſe intra domeſticas ædes, pietatis officio funguntur. Pietas eſt, de patrimonio relicto privatim tranſigere. Pietas eſt, non altercari de bonis relictis. Pietas eſt, parentum inæquale judicium ſeponere, & æqualitatem præferre; Pietas hæc etiam ad omnia utilis.

---

## TITULUS III.

## *Communi dividundo.*

### Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Differentia inter actionem pro ſocio communi dividundo, quæ ſit? 1.4.5.*
*Inter largitatis Principalis ſocios eſt actio communi dividundo. 2.*
*In act. pro ſocio non agitur ad diviſionem, ſecus in hac.3.*
*An detur hac actio, quando res non eſt communis? 6.*

1 TRactatur hic differentia inter actionem Communi dividundo, & pro ſocio. Nam (1) Illa eſt,
2 ubi nulla eſt ſocietas, v. gr. Si à Principe donatus mihi ſit fundus & Petro, hic eſt communio; ſed non ſocietas, licet impropriè ſocietatem incidentem vocent, quaſi in eam communem inciderimus, & ſic inter nos actio communi dividundo, non pro ſocio. (2)
3 Actio pro ſocio non dirigitur propriè ad diviſionem bonorum ſeu ſortis, quia ex contractu ad diſtractum non facilè agitur, ſed hic agitur ad diviſionem. E contrario in actione pro ſocio agimus magis ad præſtationes perſonales. (3) In actione pro ſocio Reus
4 habet beneficium competentiæ; non verò in Comm. divid. [4] In Actione pro ſocio Reus fit in-
5 famis, ſi ex dolo condemnetur, hic non. Denique
6 ceſſat actio hæc, ſi communis res non ſit, ut dicitur *in fine hujus legis.* Sed obſtare videtur, quod inter eos detur etiam hoc judicium, qui ſocii adhuc non ſunt *L.11. h. t.* Sed hoc fit ob reliquias rei, quæ antea fuit communis. *Cujac. t.1.p.1157. Zœſ.ad h. t.num 8. Cavalc.p.1.dec.18.Oldend.cl.4.act.22.§.3.Donell.l. 15. cap.17.Franzk.h.t.num.4.Wiſſenb.th.21.h.*

### ad L. Nihil autem. 2.

*SUMMARIA.*

*Quocunque modo res communis ſit, hac actio datur. num.1.*
*An inter eos, qui ſimul aliquam rem emunt, in dubio communio, an ſocietas ſit? 2.*

1 SIve res ex Societate ſint communes, ſive ex quaſi contractu, ſive alio modo, datur hæc actio Communi dividundo, interdum etiam de Univerſitate, cum ſocietas bonorum univerſalis eſſe poſſit *Bachov. in Treutl.d.diſp.19. th.4.lit.C.* Nota eos, qui ſimul ali-
2 quam rem emerunt, videri ſocietatem contrahere. *hic & l. 2. C. de Societ.* niſi alia deprehendatur voluntas contrahentium. *l.10. ff. pro ſocio vid. Hill. in Donell. l. 15.cap.15.lit.G.* In dubio ſanè potius communio, quam ſocietas præſumenda. *Beſoldus in Theſ.pract. voce* Geſellſchafft. *Paragraphus primus hujus legis habetur ſupra in l.In tribus.13.ff de judic.ubi vide.*

### ad L. In communi. 3.

*SUMMARIA.*

*Ad quid detur hac actio? n.1.*
*An, ſi res aliundè quam ex re communi ad alterum pervenit? 2.*
*Quid, ſi ex pecunia communi res emta ſit? 3.*

1 DAtur hæc actio ad id; ut res dividatur, & ut præſtetur Actori, quod ipſi abeſt, aut quod pervenit ad alterum, occaſione rei communis, vel quod inter partes conventum *§.1. h.l. Vid. Oldend. d.*
2 *loc.7. §.7. Weſenb.in ff.h.t.num.4.* Autor *ad L.1.num.14. C.h.t.* Non tamen veniet, quod aliundè quam ex re
3 communi ad alterum pervenit. *Carpz. p.3. conſt.15. d. 45.* Neque res ex pecunia communi emta, *l.4 C.Comm. utr.judic.* neque quæ ex re communi vendita acquiſita. *Weſ.in Comm.C.h.t.num.15 Carpz.p.3.conſt.15.d.45.Ant. Faber.in Cod.l.4.t.27.def.5.*

### ad L. Per hoc judicium. 4.

*SUMMARIA.*

*Ad quid hac actio detur? num.1.*
*Quomodo de puteo detur? 2.*
*De rebus aliquibus communibus qui judicio famil. herc. egit, an de reliquis hoc judicio agere poſſit? 3.*
*Hoc judicium eſt mixtum.4.*

1 IN *princ.* dicitur, hanc actionem dari ad corporalium rerum diviſionem, non verò ad diviſionem hæreditatis.

2 *In* §.1. dicitur, ſi duo utantur puteo communi, quod tunc de puteo detur hoc judicium, ſi ſolum putei commune ſit; nam ſi ſolum meum, & tibi conceſſus uſus putei, non eſt res communis.

3 *In* §.2. quæritur, ſi multæ res ſint inter nos communes, & de nonnullis rebus egerimus judicio familiæ herciſcundæ, & reliquæ remanſerint communes, an de aliis quoque rebus poſtea hoc judicio agi poſſit? Quod affirm. quia hoc judicium non ſemel tantum ut judicium familiæ herciſcundæ, ſed aliquoties inſtitui poteſt. Ut judicium familiæ herciſcundæ eſt mixtum, & continet præſtationes perſonales, ita & hoc, ſic igitur & fructus repetentur, & expenſæ præſtabuntur, ſcilicet ii, poſtquam res communis facta, fructus

percepti

percepti, vel expenſæ factæ. Quod etiam in judicio familiæ herciſcundæ locum habet *l.16. §.4. tit. præced. d. §. ult. ad l. ſeq.*

## ad L. Sed ſi res. 5. cum §. ult. præced. leg.

### SUMMARIUM.

*An huic actioni locus, ſi ſumtus in vicini ædes reparandas fecerim?*

EGo & tu habemus domum communem, cui Titius vicinas habet ædes ſed ruinoſas, nos agimus cum Titio, ut caveat damni infecti, ſed cum nollet cavere, mittimur ex primo decreto; ego nonnullas pecunias expendi in reparandis Titii ædibus, quas repeto à te hac actione communi dividundo, quæritur, an rectè? Quod videtur negari *in l.4. §. fin.* ſed id de directo judicio intelligit *Gloſſa*. Sed utile tamen judicium locum habere apparet *ex l. ſeq. 5.* Verum poſtquam ex ſecundo decreto immiſſi, & ſic dominium conſecuti ſumus, tunc datur directum judicium. Sed illa diſtinctio in foro non attenditur.

## ad L. Si quis putans. 6.

### SUMMARIA.

*In communi re, ſi impenſas feci, hac actio datur, quamvis partem meam alienaverim. n.1.*
*Idem, ſi communis res periit. 2.*
*Qui communem rem communi nomine ſuis impenſis curat, neque lucrum neque damnum ſolus fert. 3.*
*Quid, ſi ſuo nomine impenſas in re communi faciat?* 4.
*Quid, ſi ſuam partem ſolus curare potuerit, quæ actio detur?* 5.
*Partus, lucra & damna hoc judicio veniunt. 6.*
*Contra mortuum inferentem in locum communem purum in factum agi poteſt. 7.*
*Socius in ſolidum vicino cavens contra ſocium hoc judicio agere nequit.* 8.
*Quid, ſi agrum communem pro mea parte pignori dederim:* 9.
*Quid, ſi ſocius meus partem ſuam mihi pignori dederit?* 10.
*Quomodo adjudicatio fieri poſſit:* 11.
*Hoc judicium b.f. eſt. 12.*
*Quid ſi ſocius contra nuntiationem, ædem communem reficiat?* 14.

1. QUæ *in principio hujus legis* habentur, explicata
ſunt *in l.29. h. t. In §. 1.* dicitur, ſi communem
poſſideam fundum cum Titio, & impenſas fecerim
ex meo, licet alienaverim poſtea meam partem, poſ-
ſum tamen, licet res communis amplius communis non
ſit, actione communi dividundo agere cum eo, qui
fuerat ſocius: nam ſublata communione, manet actio
2 utilis ad præſtationes. Idem ſi periit res communis.
*l.9. §. 11. h. t.*
3 *Ad §. 2.* Quando unus rem communem colit ac
curet, & quidem communi nomine, tunc nec lucrum
nec damnum ſolus ſentit, ſed hoc judicio partem ex-
4 penſarum repetit. Autor *in C. tit. de Comm. rer. alien. ad
L. 1. numer. 2.* Si vero ſolum ſuo nomine curet, & ob
ſuum lucrum, tunc ſolus ſuſtinet periculum, licet
5 lucrum hoc judicio communicare teneatur. Si verò
ſuam partem ſolus curare potuit, ſed curavit totum,
tunc datur actio negotiorum geſtorum, de quo alibi,
& habetur exemplum *in l.18 §. . tit. præced.*
6 Partus etiam venit in familiæ herciſcundæ judi-
7 cium, ita & in hoc judicio §.4 *h. l.6.* Sicut etiam lu-
cra accepta & damna perpeſſa. §. 5. Si quis in locum
communem purum mortuum intulerit, ignaro ſocio,
non facit quidem locum religioſum, ſed tamen in
factum agi poteſt. §.6. *h. l.* ut aut corpus tollatur, aut
partis ſuæ pretium præſtetur *l. 2. ff. de Religioſis.*

Sed utilis actio communi dividundo etiam hoc caſu videtur danda, *l. 2. §. 1. ff. de relig.* ſed hoc parum utilitatis habet.

8 *In §.7.* hæc reſolvitur ſpecies facti. Ego & tu com-
munes ædes habemus ruinoſas, ideoque vicinus me
convenit damni infecti actione. Ego in ſolidum præſti-
ti cautionem, quæritur an poſſim judicio hoc par-
tem repetere, vel ob partem ſtipulationis ac cautio-
nis ad præſtandam ſecuritatem tecum agere? Et nega-
tur; quia non tenebat in ſolidum cavere, ſed tantum
pro parte, ergo potius negotiorum actio mihi datur,
9 quam hæc actio *hic & l.40. ſupra de Neg. geſt.* Sed quid
ſi ego & tu habeamus agrum communem, & ego pro
parte mea extraneo creditori obligavi pignori, poſtea
verò inter nos communi dividundo agatur, & mea
pars tibi adjudicetur? Judex æſtimabit intereſſe, quod
creditor illam partem alienare poteſt. §.8. *h. l.* ubi note-
tur, quod illud intereſſe, quod creditor diſtrahere pi-
gnus poſſit, ſit æſtimabile.
10 Alia ſpecies *in §. 9.* Si Socius meus mihi pignori de-
derit partem ſuam jure communi, & deinde agat com-
muni dividundo, potui eum pignoratitia exceptione
repellere, quod tamen non feci. Quod ſi igitur
tibi adjudicetur fundus, in meæ partis æſtimationem
condemnandus es, ſalvo manente pignore in par-
te tua; quod ſi mihi adjudicet Arbiter fundum,
tanti me tibi tantum condemnat, quanto pluris
pignus eſt, quam pecunia credita, & teneor li-
berare.
11 *In §. 10.* dicitur, adjudicationem ita fieri poſſe, ut
mihi uni ſocio proprietatis fundi, alteri uſusfructus
adjudicetur, quod planum eſt; nam improli poteſt eſſe
gratior uſusfructus, quam proprietas; habenti autem
liberos, proprietas.
12 *Ad §. pen.* Omnia, quæ in Familiæ herciſcundæ
judicio dicta ſunt, etiam in hac Actione locum ha-
bent. *V. Veſenb. in ff. hic num. 5. Perez. in titul. C. commun.
utriuſque Jud. num. 1.* Et ideò patet, bonæ f. judicium
hoc eſſe, quod etiam expreſſè habetur in *l.4. §.2. & l.*
13 *14. §. 1. h. t.* Et ideò quæ in b.f. judiciis admittuntur,
hic etiam locum habent. *Petrus Gregorius in ſyntagm.
l.5. cap. 2. num 3.*
14 *In §. ult. legis 6.* agitur de nuntiatione novi operis.
Communem domum ego reficere & aliquid mutare
volo cum conſenſu tuo. Sed vicinus novum opus
nuntiat nobis, ego vero non obſtante prohibitione
aliquid in ædibus tibi mecum communibus extruo,
ideoque condemnor à judice, an poſſum id, in quo
demnatus ſum, repetere à te pro parte? Affirmatur
hoc ſi neceſſitas vel inſignis utilitas ædium commu-
nium hoc popoſcit, aliàs non: quia meum factum tibi
nocere non debet.

## ad L. Communi divid. 7.

### SUMMARIA.

*An prædia vectigalia, feudalia dividantur hac actione? num. 1. & 2.*
*An feuda regalia dividantur?* 3.
*An per diviſionem fundo ſervitus imponi poſſit?* 4.
*Datur hoc judicium etiam illis, quibus Publiciana. 5.*
*Poſſeſſores hoc judicio acturi juſtam debeant habere poſſeſſionem. 6.*
*Precaria non ſufficit. 7.*
*Utilis actio datur Uſufructuariis, Creditoribus pignoratitiis. 8.*
*Eadem de rebus incorporalibus, ut Juriſdictione. 9. & 10*
*An duobus ex damni infecti cauſa miſſis detur hoc judicium?* 13.
*Quomodo res uſufructuaria dividenda?* 14.
*Cur conductoribus & depoſitariis non detur?* 15
*Quomodo res duobus oppignorata æſtimatio fieri debeat?* 16.
*An creditor, qui a Domino res communis accepit partem, ab altero Domino ad diviſionem provocari poſſit?* 18.

*An ſi creditori licitanti tota res communis adjudicata ſit, debitor ſolvendo debitum, ſuam partem recuperare poſſit? 19.*
*Quare nulla ſit datio in ſolutum rei, quæ pluris, quam debitum eſt, conſtet 20.*

1 LIcet vectigalia prædia prohibeantur dividi per
regiones, ne præſtatio vectigalium confundatur,
ſi tamen aliter fieri non poſſet, tale prædium, ut &
Emphyteuticum, & Feudale dividendum eſt, de quo
2 *Weſenb. in Comm. C. h. t. num.3. & Morquechean Tract.*
*de Diviſ. bonor. lib. 1. cap.6. & 7.* Sicut etiam Feuda
3 regalia de conſuetudine dividi poſſe, pluribus tradit
*Schurfius cent. 2. conſ.37. num. 3. & ſeqq. & Roſenthal.*
*de feud. cap.9. concl.56.*
4 *In §. 1. hujus legis 7.* quæritur, ſi judex agrum inter
me & te communem diviſerit in duas partes, quarum
unam mihi, alteram tibi adjudicat, an poſſit meæ
parti ſervitutem imponere & dominium ejus ſervitutis
tuæ parti attribuere? Quod affirmatur, quia
per diviſionem jam duo fundi ſunt facti, & ſic idem
non ſervit ſibi.
5 *In §. 2. h. l.* dicitur, hoc judicium dari etiam illis,
quibus competit publiciana, ſcilicet qui nondum dominium
habent, ſed tamen titulum & bonæ fidei poſſeſſionem
habent. Et hoc judicium utile eſt, quippe
conjunctum eſt cum opinione Dominii. Unde, qui
indebitum aliquid accepit à non Domino; poteſt
uſucapere & ſic ipſi cum ſocio competit hoc judi-
6 cium. *per §. 3.* Notetur autem *in §.4* poſſeſſores, qui
inter ſe communi dividundo agere volunt, oportere
habere juſtam poſſeſſionem. Prædones igitur, &
qui per vim aut dolum vel poſſeſſionem arripuerunt,
hoc judicio agere non poſſunt. Sed quæritur, an duo,
qui precariam habent poſſeſſionem, poſſint communi
dividundo agere? Videtur quod ſic, quia non eſt
7 violenta aut doloſa poſſeſſio. Sed negatur, quia non
vergit ad judicii vigorem, ideſt, non imitatur naturam
vindicationis *Coll. Arg. h. t. th. 10.* Item eſſe dicit
*§.5* ſi ei, qui ad judicium hoc provocat, objiciatur,
quod poſſideat vi, clam, aut precario, cum enim
habeant interdictum quod poſt annum etiam Actori
objiciant, quod ab ipſis vi, clam aut precario poſſideant,
ad utile judicium communi dividundo non
ſunt admittendi.
8 *Ad §.6. & 7.* Utilis hæc Actio datur non Dominis,
ſed qui Jus reale habent in re, ut bonæ f. poſſeſſoribus,
uſufructuariis, Creditoribus pignoratitiis. *We-*
9 *ſenb. d.l. n.64.* Utilis etiam actio datur, quando putavi
fundum tecum eſſe communem, ſi cum alio communis
ſit. *l. 7. pr. h. t.* Vel ſi à communione jam an-
10 tea diſceſſum. *d.l.6. §. 1.* Utile quoque datur in rebus
incorporalibus *VVeſenb. in ff. num.3.* non quatenus talia,
ſed quatenus corporalia continent. *Bach. diſſ.19. th.15.*
11 Sic juriſdictionis exercitium poteſt ratione locorum
aut temporum dividi. *Schurfius cent. 2. conſ.37. num.4.*
12 Alia ratione utilis dicitur, ſi petam impenſas in re communi
factas, quam pro propria habui. *L.14. h. t. pr.*
13 Duobus legatorum ſervandorum cauſa miſſis datur
hoc judicium. *§. 8.* De duobus ex cauſa damni infecti
immiſſis hic quæritur, an habeant hoc judicium?
Quod affirmatur de directo poſt impoſitum decretum
ſecundum. Sed negatur de utili. *§. 9.* quid ergo opus
utili ſi datur directum.
14 *In §. 10.* informatur judex, quomodo inter duos
uſufructuarios rem uſufructuariam dividere poſſit ſc.
per regiones, vel ut uni vel tertio locet, & dividat
penſionem vel tempora.
15 *In §. 11.* negatur, conductoribus & depoſitariis, quia
licet dici poſſit, naturalem eos habere poſſeſſionem,
ſeu potius detentionem, non tamen habent talem naturalem
poſſeſſionem, quæ hic requiritur, quia animo
Domini non poſſident, nec ſibi.
16 *In §. 12.* quæritur quomodo æſtimatio fieri debeat,
ſi duo creditores, quibus in communi una res oppignorata?
Et reſpondetur, non pignoris pretium, ſed
debiti quantitatem eſſe attendendam, quia pignus
plerumque pretioſius eſt debito. Sed pone, pignus uni
fuiſſe adjudicatum, poteſtne debitor poſt adjudicationem
uni factam illud luere? Quod affirmatur;
nam judicium inter creditores ſuſceptum debitori
17 præjudicare nequit. Qua occaſione quæritur *hic in*
*§. 12.* ſi creditor amiſſo pignore hypothecariam inſtituerit
contra me actionem & ego ipſi ſolverim
æſtimationem pignoris, & pignus retineam, poſtea
verò contra me actione reali agat debitor? Hic habet
jus offerendi & luendi, ſi offerat mihi æſtimationem
luis à me ſolutam. *hic & L.28. ff. de pign. act.*
18 *Ad §. 13.* Creditor accepit rem pignoratam, quæ
duobus erat communis, ab uno Domino, poteſtne
ab altero condomino ad diviſionem provocari? *Aff.*
hic, adeò ut debitor cogatur iſtam diviſionem ratam
habere, tanquam neceſſario factam. Sed pone,
19 licitanti Creditori, rem fuiſſe adjudicatam, poteſtne
debitor ſolvendo debitum, recuperare ſuam partem?
Quod negatur, niſi & eam partem velit recipere,
quam creditor per adjudicationem emit, ne ſcil.
creditor invitus incidat in communionem. *Zœſ. ad h.*
*t. n.7.* quia Communio eſt mater diſcordiarum. *Ex hoc*
20 *§.* poteſt probari, ſi res aliqua judicialiter ſit in ſolutum
data, & res ſit pluris quam debita pecunia, quod tunc
datio in ſolutum ſit nulla, quia in communionem inciderent,
ut pluribus autoritatibus pro more confirmat
*Tiraq. de Retr. conſang. §.23. gl.2. n.26.* Sic ſi Titius rem
ipſi mihique communem vendat, an poſſum redimere
partem Titii, relicta mea parte? Et non poſſe reſpondet
*Tiraq. d. gl. n.32.*

## ad L. Et ſi non omnes. 8.

### SUMMARIA.

*An, ſi omnes nolunt dividere, inter aliquos volentes judicium hoc ſubſiſtat? n.1.*
*Sed an reſpectu reliquorum hoc caſu ſoluta ſit communio? 2. & 3.*
*Juxta legem Falcidiam legata dividuntur. 4.*
*Sed quid ſi æs alienum hereditarium ſit incertum? 5. & 6.*
*Hoc judicio veniunt etiam præſtationes perſonales. 7.*
*Quid, ſi unus ex ſociis ob ſervum communem conventus, litis æſtimationem ſolverit. 8.*
*Quid, ſi noxæ eum dederit? 9.*
*Quid, ſi ultra vires peculii ſolverit? 10.*

1 SI non omnes velint dividere, ſed duo tantum, inter
duos tantum ſubſiſtet judicium, ſcil. ut omnia
bona inter ſe dividant, & nolentes dividere partes
ſuas, in ſingulis bonis diviſis retineant. *Cujac. tom.1.*
2 *p. 1136.* Sed an reſpectu reliquorum etiam ſoluta communio?
Neg. & ſic inter cæteros durant ejuſdem Societatis
vel Communionis priſtinæ leges & conditio-
3 nes. *Dn. Mev. p.4. dec. 360.* ubi concludit, male ex
obtentu diviſionis Prætorum cum aliis, alterum, cui
cum cæteris res communis manſit, alia pecora in iis
paſcere intendiſſe, quam quæ in prædio, cui paſtio debetur
ex conventione, haberi debebant.
4 *In §. 1. legis 8.* agitur de lege falcidia. Certum enim
eſt, juxta Legem falcidiam legatum dividi inter hæredem
& Legatarium, ita ut ille quadrantem, hic do-
5 drantem habeat. Sed pone, æs alienum hæreditarium
eſſe incertum; & tamen ſubducto demum ære alieno
falcidia debetur? Eo caſu incertæ partis vindicatio
datur aut communi dividundo actio datur Legatario,
illud ſi neget hæres legatum, hoc ſi fateatur.
6 Sic ſi peculium ſervi ſui mihi legaverit Teſtator, &
incertum ſit. quid ſervus debuerit Domino, quod prius
deducendum, ut *infra* dicetur de Peculio tunc juxta
illam diſtinctionem dabitur mihi vindicatio incerti
vel communi dividundo actio. *Cujac. ad l.23. Pauli ad*
*Edictum.*

Digitized by Google

7 *Edictum.* In Judicium Communi dividundo veniunt etiam præſtationes perſonales, ſi quid ſocius dolo malo aut culpa in re communi admiſit, ut ſi ſervum communem volneravit, val corrupit ejus animum ſi arbores fundi communis exciderit, ex quibus factis in hac actione non pœnam ſed intereſſe proſequimur *para-*
8 *grapho tertio. h. l.* Aliud exemplum habetur *in paragrapho quarto.* ſi ſervi communis nomine unus ex ſociis ex delicto iſtius ſervi noxali actione conventus litis æſtimationem præſtiterit, cum tamen expedierit ſervum potius noxæ dedere, quod æſtimatio damni longè ſuperaret pretium ſervi, tunc is actione communi dividundo à ſocio non partem totius æſtimationis, quam præſtitit, ſed tantum partem pretii ſervi. E contrario, ſi ſocios conventus ſer-
9 vum noxæ dederit, ubi expediebat potius æſtimationem ſolvere, ſi ſervus pretioſior, tunc æſtimationis
10 partem à ſocio hac actione conſequetur. Idem ſi ſervi communis nomine unus ex ſociis conventus actione de peculio ex contractu ſervi integram quantitatem ultra vires peculii ſolverit, nam non ſoluti debiti, ſed peculii partem conſequetur à ſocio.

## ad L. Sed poſtquam 9.

### *SUMMARIUM.*

*Socius de peculio ſervi condemnatus, ſi id perierit, contra reliquos ſocios utilem habet actionem.*

QUid autem ſi de peculio ſervi contentus Dominus unus condemnatus eſſet, & peculium ſervi ſine culpa perierit, anne tunc in caſu *§. ult. l. præced.* poterit peculii partem conſequi? Quod affirmatur, ſiquidem iniquum foret, ſi ſolus ille ſocius conventus periculum peculii ſuſtinere teneretur, quia, ſi etiam mandatu Domini defendit ſervum, peculii periculum non ſuſtinet; poſſet tamen ſocius conventus in ſpecie hujus Legis ex æqua cauſa cedere peculium petitori.

## ad L. Item quamvis. 10.

### *SUMMARIA.*

*An heredes Titii, qui in communi mecum pago ruſticos emunxit mulctis, ut nonnulli aufugerint, hac actione conveniri poſſint? num. 1.*
*Uſus hoc judicio non venit. 2.*
*Quomodo ergo uni adjudicandus? 3.*
*Quid in hoc judicio judici faciendum? 4.*

1 COmmunis mihi fuit cum Titio pagus. Ille poſtquam ruſticos emunxerat variis mulctis, & nonnulli aufugerant, mortuus eſt. quæritur, an Titii hæredem convenire poſſim? Neg. de Legis Aquil. act. quia pœnalis. Aff. de Communi divid. quia ex quaſi contractu datur hæc actio. Nec iniquum eſſe, *ſupra* dixi, ſi quis evidenter damnum dederit, ejus hæredes ad reſtitutionem intereſſe teneri.

*In §. 1. legis decimæ* agitur de duobus Uſuariis, qui-
2 bus conjunctim uſus legatus ſit. Hic uſus ipſo jure non venit in judicium communi dividundo, quia uſus eſt individuus *l. uſus pars 19. ſupra de uſu & habitat.* Ergo ſi inter ſe uſuarii agant, neceſſitas rei efficit, ut
3 permittatur judici, communi dividundo uni ſociorum uſum in ſolidum adjudicare, ſub onere præſtandæ alteri ſocio certæ mercedis vel certæ penſionis pro ejus parte. Facit hæc lex ad probandum, quod neceſſitas vincat legem, & qui plus facit, facere etiam minus.

*In §. ult.* requiritur, ut judex in hoc iudicio iu-
4 ſto pretio rem æſtimet, & curet, quo iis, quibus res adiudicatur, caveatur de evictione *hic & l. 25. paragraph. pen. titul. præced.*

## ad L. In ſumma. 11.

### *SUMMARIUM.*

*Expenſas in rem communem factas, etiamſi ea perierit, ſocius repetere poteſt.*

SI unus ſociorum in rem communem impenſas fecerit, & illi res communis poſtea perierit, quæritur, an illas expenſas repetere poſſit? Quod affirmatur, quia præſtationes perſonales etiam re peremta peti poſſunt *leg. 24. tit. præced.* Sed ille ſocius, qui expenſas repetit, deduci ſibi patiatur commoda, quæ ex re communi accepit, ſcilicet operas ſervi.

## ad L. Si ædes. 12.

### *SUMMARIUM.*

*Quomodo, ſi ædes communes reficiendæ, agendum ſit?*

SI habeam tecum communem domum, aut parietem, ſi opus ſit refectione vel immiſſione, quod tamen alter ſocius prohibet, judicio Communi dividundo contra prohibentem experiri poſſum, vel interdicto uti poſſideris, quia vim facit, qui non patitur me re mea uti *l. vim facit. 11. ff. de Vi & vi arm.*

## ad L. In Judicium. 13.

IN judicium communi dividundo omnes res communes corporales veniunt, ſi plurium rerum ſit communio, niſi aliquid ſpecialiter ſit exceptum communi conſenſu.

## ad L. In hoc Judicium. 14.

### *SUMMARIA.*

*In rem communem nomine communi quod impenditur hoc judicio repetitur. n. 1.*
*An, qui in fundum communem tanquam ſuum impendit, hac actione utatur? 2.*
*Quid, ſi impenſæ ſint factæ in fundo, quem cum Petro communem eſſe putavi, qui tamen cum Johanne eſt? 3.*
*Jus retinendæ res ob expenſas in ſingularem ſucceſſorem tranſit. 4.*
*Jus retentionis in executione opponitur. 5.*
*An valeat pactum, ut perpetuo in Communione ſtetur? 6.*
*An Pater in teſtam. perpetuam communionem liberis injungere poſſit? 7. & 8.*
*Prohibitio diviſionis ad tempus facta valet 9.*
*Poſt 30. annos diviſio poteſt peti. 10. & 11.*
*An ſi unus non poſſedit, alterum poſſidentem poſt 30. annos ad diviſionem provocare valeat? 12.*
*An ſocius, ſi conventum, ne ſocietas intra certum tempus ſolvatur, ſuam partem vendere poſſit. 13.*
*Quo pacto ſocietas tollatur? 14.*

1 IN *principio legis* 14. agitur de præſtationibus perſonalibus, ſi enim nomine communi quid impendi in rem communem, id hoc judicio pero reſtitui pro parte, & ſi quid neglexi v. g. ſi non uſus ſervitute debita communi fundo; & ideò amiſſa eſt ſervitus, teneor
2 ſocio. Summa *paragraphi* eſt, quando quis impendit in fundum, quem exiſtimat eſſe ſuum, ſed qui verè communis eſt, hæc impendia non veniunt in judicium hoc, ſed poſſeſſori retentio dabitur, quæ
3 etiam ad ſingularem poſſeſſorem tranſit. Verum cum impendi in fundum, quem cum Petro communem eſſe puto, qui tamen communis eſt cum Johanne, poſſum Negotior. geſt. actione agere cum Joh. Ex *hoc* notabi-
4 li *textu & §. 3. hujus legis* nota, quod jus retinendæ ob expenſas utiles & neceſſarias à venditore factas, tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, ſcil. emtorem. *Dd. hic Romanus ſing. 176. Boer. deciſ. 44. num. 14. & 19.*

*Nezuzant. de Pignor. membro 4. quinta partis princ.*
*num 23. Tiraq. de Retract. Convent.* §.7.*gl.*1.*n.*17. *Roſen-*
*thal. de Feudis concl.*43.*in gloſſa lit. Z. Cravetta conſ.* 148.
*n.*1. *Surdus de Aliment. tit.*8 *privil* 16 2.*n.*11. *Sebaſt. Medi-*
5 *ces tr. de Compenſat. p.*2.*qu.*16.*nu.*18. Colligunt *ex hoc* §.
etiam in executione ſententiæ Jus retentionis opponi
poſſe. *Cravetta d. conſ. num.*2. *Surdus d. l. n.*10. *& quos hic*
6 *refere.* Non valet pactum, ut in Commonione per-
petuo ſtetur, nec res unquam dividatur; Autor *ad*
*L.* 5 *num.*1. 2. *C. Communi dividundo.* § 2. *h. l.* quod tamen
non habet locum in pacto jurato. *Menoch. conſ.* 609.
*num.* 31. *& ſeq. Ludovicus Gomez. ad* §. *quædam. n.*24.
*Inſt. de Act. Treutl. d. diſp. th.*14. *lit. I. Wiſſenb. ad h. t. th.*
7 22. *Conf. Carpzov. p.*3. *conſt.*15. *d.*43. *A. d. l. num.*8. Nec
etiam Pater in teſtamento Liberis injungere poteſt, ut
perpetuo ſtent in Communione. *Boer. deciſ* 87. *num.*3.
*Clarus* §. *Teſtamentum qu.*67. *Vivius dec.*294. niſi ad-
dat privationem hæreditatis, aut ſub conditione Com-
8 munionis leget. Nam ſi ſub certa pœna poteſt prohi-
bere alienationem, & hæc prohibitio tenet. *l.*1. *C. quæ*
*ſub pœnæ nomine*, cur non liceat prohibere diviſionem
ſub pœna? *Rol. à Valle conſ.*84. *num.* 14. *& ſeq. vol.*1.
9 Sic etiam prohibitio diviſionis facta ad tempus vali-
10 da, *l.* 4. *princ. ff. de condit. Inſt. Roland. d. conſ. n.*10. Et
poſt triginta annos ad diviſionem provocare licet. *Ceph.*
*quæſt.*820. *Balthaſar lib.*9. *Reſol. Bavaricar. reſol.*4. *num.*2.
11 Quod etiam in judicio Fam. herciſc. obtinet; nam, ſi
cohæredes per 30. annos in communione fuerint, ſem-
per tamen ad diviſionem provocare poterunt. Autor
12 *ad L. ultim. num.* 3. *C. Communi divid.* Sed ſi unus ſo-
lum poſſederit hæreditatem, tunc præſcriptione amiſit
Jus hæreditarium, & ſic nec petitio hæreditatis dabi-
tur, quia huic 30. annis præſcribitur, nec Famil. her-
ciſc. quia non poſſidet. *L.* 1. §. 1. *tituł. prec. Bach. ad*
*Treutl. d.*19. *th.*8. *lit. A. & B. VViſſenb. ad h. t. th.*23. *Fachin.*
*lib.* 6. *capit.* 36.

13 *In* §. 3. quæritur, ſi conventum, ne intra certum
tempus communio vel ſocietas dividatur, & unus ſo-
ciorum vendat ſuam partem, quod per tale pactum non
eſt prohibitum, an emtor ex hoc pacto impediatur,
quo minus ad diviſionem provocare poſſit? Videtur
quod non; quia eſt ſingularis poſſeſſor. Sed affir-
matur *hic & l.* 16. §. *ult. pro ſocio*, quia pactum eſt in
rem, neque ex hoc pacto actio, ſed exceptio, ideo-
que concludunt, ut *ſupra* dixi, jus excipiendi etiam
in ſingularem ſucceſſorem tranſire.

14 *In* §. *fin.* dicitur, per pactum, ne alter ſocius ſuam
partem petat, ipſo effectu tolli ſocietatem, quia partem
ſuam donat, ergo ceſſat communio.

## ad L. Si ſocius. 15.

*S U M M A R I U M.*

*Socius ſervum communem ſolvens, contra ſocium agere poteſt.*

SErvum communem tecum habui, ob debitum pe-
culiare à ſervo contractum convenior in ſoli-
dum, poſſumne agere, ut mihi præſtes partem pecu-
lii apud te exiſtentis? Quod affirmatur. Sic ſi noxa-
li judicio ob ſervi delictum conveniar, poſſum poſt
litem conteſtatam hoc judicio contra te agere, ut
partem tuam, quam in ſervo habes, mihi des, ut no-
xæ deducere poſſim, ſi caveam me redditurum, ſi non,
fuero condemnatus.

## ad L. Cum ſocii. 16.

*S U M M A R I U M.*

*Quomodo id, quod ſub conditione debetur, dividen-dum?*

SEd quid ſi jura conditione ſuſpenſa inter res com-
munes reperiantur, quid in illorum diviſione ob-
ſervandum? Reſp. ſibi mutuo cavere debent in even-
tum conditionis exiſtentis, quod partem debiti vel
partem crediti præſtare velint.

## Ad L. Qui cohæredes. 17.

*S U M M A R I U M.*

*Socius pignus emens in hoc judicio conveniri poſſit?*

TEſtator me & te inſtitutis hæredibus, pignus dat
ſuo creditori. Creditor præmiſſa denunciatione
ſub haſta vendere vult pignus. Ego illud emo, quæro,
an tu me jodicio communi dividundo convenire
poſſis ob pignus emtum? Quod merito negatur, quia
emi non ut hæres, ſed ut quilibet extraneus.

## ad L. Ut fundus. 18.

*S U M M A R I A.*

*Judicis poteſtas non excedit ed, quod in judicium deductum. n.*1. *&* 2.

*Quid, ſi petitio actoris inepta ſit, ſed intentio apta? num.*3. *&* 4.

*An judex de non petitis, in articulis tamen probatoriis mentionatis, ſententiam ferat?* 5.

*An ſententia difformis ſit, cum judex indefinitum intereſſe determinat?* 6.

*Quid, ſi non petita ſint de natura petitorum? num. 7.* 8. *&* 9.

1 EUm fundum, de quo actum eſt, ei fundo, de quo
actum non eſt, ſervum facere judex vel Arbiter
in hoc judicio non poteſt, & vice verſa. Nam ultra
id, quod in judicium deductum eſt, excedere po-
teſtas judicis non poteſt. Unde colligunt *hic* regu-
lam: Sententiam debere eſſe libello conformem. De
2 qua *Riccius Collect. deciſ.* 343. *Hillig. lib.* 26. *cap.* 4 *lit.*
*A. & Carpzov. p.*1. *conſt.*26. *d.* 8. Sed non videtur hæc
3 lex obſtare, quo minus judex, ubi petitio inepta, in-
tentio apta, præſertim ubi clauſula ſalutaris ad habita,
ſecundum intentionem pronunciet aptam, v. gr. Con-
4 ductor damnum accepit ab hoſtibus, agit ad intereſſe
contra Locatorem, debuiſſet agere ad remiſſionem. Et
vid. *l.*33 *de Locato. Proc. meus Civ. cap.*5. *num.*3. Conf.
*Menoch. de A. J. Q. l.*1. *qu.*31. *Maranta p.* 4. *ſec. d.* 9.
*n.* 33. Sed quær. *Si* quædam narrata in libello non ſint,
5 ſed eorum obiter fiat mentio in articulis probatoriis,
an ſuper iis, virtute clauſulæ ſalutaris poſſit judex ſi-
mul ſententiam ferre? Reſp. quod non; niſi ſint con-
nexa, & ſeparari nequeant, alias illius clauſulæ vis
non eſt, ut ultra narrata in libello extendat. *Cravetta*
*conſ.*151. *n.*4. *& per allegata Carpzov. p.*1. *dec.* 49. *n.*20.
Conf. *Dn. Mev. p.*3. *deciſ.*308. *Berlich. dec.*37. Sed notan-
dum ex *Carpzovio p.*1. *cap.* 26. *d.* 8. (1.) non dici ſen-
6 tentiam difformem libello, ſi, ubi pars ad intereſſe agat
indefinitè, judex certam quantitatem determinet, (2.)
7 Quod illa regula intelligenda ſit, quoad cauſam & res
in libello petitas; non quoad concluſionem. *(3.)* Sen-
8 tentiam fieri poſſe ſuper non petitis, ſi ſint de natura
petitorum, ex eodem fonte fluant. Hinc judex peti-
9 tione hæreditatis intentata, ſuper fructibus etiam Re-
um condemnare poteſt. *Hartman. Piſt. obſ.*102. *num* 8.
*Hill. ad Donell. l.* 26. *cap.*4. *lit. A. Conf. Barboſa axiomata lib.*
17. *cap.*19. *ax.* 5. Sicut etiam ſententia ex libello inter-
10 pretationem recipit. *c. licet. & ibi Felin. X. de Sponsal.*
*Menoch. conſ.*139. *num.*5. *& conſ.*501. *num.*6. Autor *ad L. ult.*
*num.* 25. *C. de Fideicommiſſar. libert.*

## ad L. Arbor. 19.

*S U M M A R I A.*

*Quando arbor pro diviſo, & quando pro indiviſo ſit communis? nu.*1.

*An*

*An, ſi duæ ædes unum aditum habent, ad diviſionem provocare liceat? 2.*
*In hoc caſu, in re communi non licet ad diviſionem provocare. 3. & 4.*
*Quæ actio detur ob impenſas in viam communem factas? num. 5.*
*An aquæductus hoc judicio veniat? 6. & 7.*

1 IN *princ.* hoc tantum dicitur, quod arbor vel lapis,
ſi ſolo adhuc cohæreat, dicatur communis pro par-
te diviſa, qua ſolum dividitur, ſed ſi arbor vel lapis
ſeparatus à ſolo eſt, pro indiviſo communis ſit & qui-
libet partem eam in ligno ſucciſo pro indiviſo habet,
quam, dum arbor in terra radicabatur, in arbore
habebat pro diviſo; exemplo maſſæ aureæ vel argenteæ
duorum maſſis confuſæ, *hic & l. 83. ff. pro ſocio.* Si duæ
2 ædes unum veſtibulum vel unum aditum habeant, ex
quo ad utraque pateret aditus, invito altero nec divi-
ſio nec licitatio admittitur, quia iniquum eſſet, tam
vilis acceſſionis nomine cogi totas ædes diſtrahere,
nam ſi aditum non habeam, quid mihi proſunt ædes?
Notetur ergo caſus, quo non licet provocare ad divi-
3 ſionem rei communis, quem obſervavit *Cujac. in l.
29. n. f. h. t.* ſcilicet quando facta diviſione res fieret ad
uſum inhabilis. *Cephalus conſ. 507. num. 56.* Non verò,
4 ſi major utilitas ex communione, quam ex diviſione
percipi poſſit; nam lex hæc ſingularis eſt, & non tra-
henda ad conſequentiam *Cephal. d. l. num. 58.* quando
tamen major utilitas ex communione, quam ex divi-
ſione contingere poteſt, cavendum tutori à diviſione.
Si per eundem locum duobus competat ſervitus vel jus
5 viæ, ſi quid unus eorum impenderit in viam iſtam, non
repetit id actione communi dividundo, quia non in-
telligitur una communis via; ſed alia atque alia datur
tamen actio negotiorum geſtorum §. 2. *h. l.* quamvis
autem SCto prohibitum ſit, ſervum fugitivum ven-
dere vel alienare, in judicio tamen hoc ad licitationem
admittendæ partes, ut illi, qui in licitatione vincit,
ſervus in fuga exiſtens adjudicetur *per §. 3. h. l.* Quam-
6 vis autem Aquæductus in judicium communi dividun-
do non videatur venire, ſi duobus diverſorum præ-
diorum Dominis competat aquæductus, quia commu-
nio ſervitutis in individuo non eſt, ſed plures ſervitutes
per eundem fundum debentur, quæ ut per ſe ſepara-
tæ & diſtinctæ ſunt, ita uſus eorum diſtinguitur tem-
poribus. Sed quia in judicium familiæ herciſcundæ
7 aquæductus venit, nulla videtur eſſe ratio, cur non
utile judicium communi dividundo circa aquæductum
conſtitui queat. Arbiter autem ita dividat, ut vel men-
ſura dividat, ſcilicet utrumque dimidiam partem du-
cat, vel temporibus ſecernat. *hic in paragraph. ult. &
l. 4. & 5. ff. de Aqua quotid. & æſt.*

## ad L. Si iis, cum quo. 20.

### SUMMARIA.

*Judex, qui fundum diruit, ſocio damnum reſarcire debet. num. 1.*
*Olim contumacia fuit devaſtatione punita. 2.*

1 SI judex ob contumaciam unius ſocii fundum di-
ruit, tunc eam culpam præſtare debet alteri. Col-
2 lige ex hoc, olim contumaciam fuiſſe devaſtatione
prædii punitam, ſed hodie id non fieri debet, ob *l. fin.
C. de modo mult.* Pro verbis: an delictum, lege odum,
ad delectum. Vid. *Cujac. l. 13. obſ. 29 & Godofr. hic.*

## ad L. Judicem. 21.

IN dividendis prædiis, quod omnium utiliſſimum eſt, tum publicè, tum privatim, aut quod malunt litigatores ſequi, debet judex vel Arbiter, & magis quod jam olim inter ſocios convenit *l. 3. §. 1. h. t.*

## ad L. Si meo. 22.

SI tuo nomine communem parietem ædificem, paries fiet communis, ſi area communis ſit, ſive animo repetendi expendam communes expenſas, eaſque recuperare poſſum actione neg. geſtorum, vel communi divid. ſive donandi animo id faciam. Ubi expenſæ non repetentur.

## ad L. Si convenerit. 23.

### SUMMARIUM.

*Quæ detur ſocio actio, ſi in fructus alternis annis percipiendis impediatur?*

QUando conventum inter ſocios, ut fructus ex fundo communi alternis annis perciperent, ſed unus alterum poſtea impedit, ne ſuo in anno percipiat, forte ſi per pignorationes id faciat, vel pecus immiſerit, & fructus ſequenti anno percipiendos devaſtaverit, quæritur, qua actione alter ſocius contra eum, qui prohibuit, vel damnum dedit? Et neſcio qua ratione Ulpianus dubitaverit, annon actio locati conducti locum habet, cum ut ipſe adducit, nulla ſit merces, ideoque non debuit dubitare, quod detur actio communi dividundo. Interim colligitur *ex hac lege* affinitas inter actionem locati & communi dividundo, quamvis hæc realis ex parte ſit, illa verò purè perſonalis.

## ad L. Communis. 24.

### SUMMARIA.

*Quomodo ſervus communis utrique non acquirat? n. 1.*
*Quid, ſi ſocius, cum vellem eum communi divid. convenire, partem ſuam vendat? 2.*

1 SErvus communis ex unius ſocii domo locata pen-
ſionem accipit, quæritur; an utrique adquirat?
Videtur quod ſic; ſed negatur *hic & l. 45. ff. de Adquir.
rerum domin.* ſed debet hæc pecunia illi ſoli præſtari, ex
cujus re ſervus eam accepit *pr. h. l.* non venit ergo in
hoc judicium, ut dividatur, ſed ut ab uno præcipia-
tur, antequam ad diviſionem cœterorum bonorum
2 procedatur. Sed ſi ſocium vellem communi dividundo
convenire & ille hoc metuens moleſtias refugiens mihi
creaturus ſuam partem vendat, judicii mutandi cauſa,
an tenetur ſocius actione prætoria de judicii mutandi
cauſa facta alienatione? Et reſpondetur *in §. 1.* quod ſic
*conf. l. fin. ſupra de Alienatione judicii mutandi cauſa facta.*
Nam agere poſſum ad intereſſe, quia fortè duriorem
poſſet ſocium ſubſtituere, aut ditiorem, qui me licii-
rando facilè vincere poſſet.

## ad L. Si Stichus. 25.

### SUMMARIUM.

*Quomodo hæc actio detur, ſi ſervus communis in peculiò præter vicarium nihil habuerit?*

QUando ſervus eſt duorum ſervus, & ſervus habuit peculium, tunc actione de peculio conveniri poteſt in ſolidum *l. 2. §. ult. ff. de Peculio. l. 2. de exercit. act.* Jam pone me ob ſervi communis contractum conveniri in ſolidum, ſed ſervus ille nihil habuit in peculio niſi vicarium conſtantem 10. florenis; igitur condemnatus præſto decem florenos, quæritur, an partem dimidiam à ſocio repetere poſſim, maximè ſi vicarius ſervus deceſſerit? Quod affirmatur: quia ære alieno ſocium liberavi eum, idque etiam tunc verum eſt. Si ſervus communis ordinarius poſt mortem vicarii alium vicarium ejuſdem pretii comparaverit, quia peculium, quod interciderat, reſtitutum videtur, &

fingitur idem peculium permanſiſſe. *L. 11. §. denique ſcribit. ff. de Pecul. conf. L. 28. ff. de Pecul. Cujac. ad l. 12. Dig. Salvii Julian. v. 1. p. 1937.*

## ad L. Communis. 26.

### *SVMMARIVM.*

*Quid, ſi ſervus culpa alterius ſocii crus fregerit?*

SI ſervus communis crus fregit, non ſimpliciter caſu, ſed culpa ejus, in cujus labore hoc contigit, quæritur, an alter ſocius damnum recuperare poſſit ab illo, cujus culpa præceſſit caſum? Quod affirmandum eſt. Nam in hoc judicium veniunt præſtationes perſonales, ad quas etiam præſtatio culpæ pertinet.

## ad L. De Communi. 27.

### *SUMMARIA.*

*Servus ſuper proprio facto torturæ traditur. n. 1.*
*Sed ob negotium unius ſocii proprium non item. 2.*

1 SUper facto proprio ſervus torturæ tradi poteſt etiam in caſu Civili. *L. 15. C. de Quæſtion.* vel ob
2 cædem Domini. *L. 1. ff. ad Silan.* Sed quæritur, ſi ſervus ſit communis, an ob negotium unius ſocii proprium poſſit torturæ ſubjici? Quod hic negatur; ſcilicet in cauſa civili; ſecus putarem, ſi alter ſocius occiſus in domo reperiatur & ſic in cauſa criminali.

## ad L. Sabinus. 28.

### *SVMMARIA.*

*In re communi potior cauſa prohibentis. n. 1.*
*Forma h. caſu neque in melius mutari poteſt. 2.*
*Unus omnes prohibere valet. 3.*
*Quomodo Reg. limitetur? 4. ſeqq.*
*Fallit, in refectione neceſſaria. 5. & 11.*
*Fallit, ſi ſocius utatur re, ad quem uſum deſtinata. 6.*
*Idem, ſi hæres proteſtetur de diviſione bonorum. 7.*
*An ſi ſocius in communi re ædificavit, ad tollendum agere poſſim? 8.*
*An, ſocius ſocium prohibere poſſit, cum res uni non nocet, alteri prodeſt? 9. & 10.*

1 IN re communi potior eſt cauſa prohibentis. Non igitur poteſt quid novum facere, invito ſocio, nec formam rei mutare. Ampliatur (1). Ne quidem in
2 melius. *Gail. de Pign. obſ. 20. Hector F. hic. de ſociet. c. 28. num. 16. & 55. Petr. Peckius ad c. 56. de R. J. in 6. Menoch. lib. 2. Arb. qu. caſu 156. Surdus conſ. 447. num. 15. Natta conſ. 244. Klock. conſ. 16. num. 18. Ruinus conſ. 135.*
3 *n. 4. v. 1.* Ampl. (2) hæc regula, ut unus reliquos conſortes omnes poſſit prohibere. *Gomez. l. 2. reſolut. tit. 3. n. 14. Felicius d. l. n. 9. Teſſaur. dec. 41. n. 20. Gail. d. l. n. 3.* Limit. vero (1) in fiſco. *l. 2. C. de Com. rer. alienat. ibique Au-*
4 *tor in C. num. 2.* (2) In caſu *legis 8. de Pactis Peckius ad*
5 *c. 56. de R. J. lib 6.* (3) In refectione rei communis neceſſaria, quo caſu, intra 4. menſes pretium non pro parte reſtituat ſocius ſuam partem amittit. *l. 52. §. 10. pro ſocio.* Li-
6 mit. (4) regula quod non locum habeat ſi ad eum, uſum, quem intendo, res ſit comparata, uſus à parte mea licitus etiam retinente ſocio, v. gr. ſi velim in commune ſepulchrum mortuum inferre. *Hondedeus vol. 1. conſ. 80. num. 33. Gail. de pignorat. obſ. 20. num. 9. Mynſ. obſ. 20. cent. 3. Klock conſ. 29. num. 712* etſi etiam prohibentis interſit. *Sande l. 3. tit. 8. def. un. Schultz ff. cent. 2. conſ. 45. n. 2. Weſenb. ad §. Religioſa & ibi Heigius n. 8. Inſt. d. R. D.* Sic
7 quando fit, quod fieri debet, prohibitio alterius non nocet. v. gr. Si cohæres proteſtetur contra diviſionem bonorum; nam nemo invitus detineri poteſt in communione. *Du. Mevius p. 4. dec. 398.* Sed illud dubium
8 quod ſi ſocius meus in re communi quid ædificaverit, non poſſum agere, ut tollat, quia non contradixi, & tamen poſſum agere de damno fatiendo ſi conſenſi tacite; cur de damno ago? R. non conſenſi quia tamen faciendum non impedii, factum ut tollat, compellere eum non poſſum. *P. Barb. ad L. Quæ dotis 34 num. 170. ff. ſol. matr.* Alia limitatio regulæ, ſi quid faciat in re communi, quod alteri non nocet, ſibi vero prodeſt ut ſi parietem incruſtavit & pinxit *L. 13. §. ult. de Servit.*
10 *V. Pr.* Nam quando prohibentis nihil intereſt, oppoſitionis nulla habenda ratio eſt, ut judicatum dicit *Sande l. 3. tit. 8. def. un.* Sic reficere rem communem poſſum, etiam prohibente altero, ſi res opus habeat refectione, ut dixi *ſupra*, & habeo actionem communi dividundo etiam contra prohibentem. *L. 32. ff. de damno inf.* Idem favori religionis, per *L. Sunt perſonæ 43. ff. de Religioſis.* vel ſi fiat cum conſenſu judicis. *Sande d. l. Conf. Faber hic.*

## ad L. Si quis. 29.

### *SUMMARIA.*

*An ſi fundum (quem putavi eſſe cum Titio communem, qui fuit cum Sempronio) refeci, contra Sempronium hæc actio detur? n. 1.*
*Quid ſi fundum tanquam meum, qui tamen eſt communis reficiam, an hac actione contra ſocium utar? 2. & 3.*
*Etiam unus ſociorum ad diviſionem provocare poteſt num. 4.*

1 SCivi fundum mihi eſſe communem cum alio, refeci fundum, Socium putavi eſſe Titium, ſed erat Sempronius, quær. an contra Sempronium mihi detur actio Communi dividundo? Videtur quod non; quia ejus contemplatione nihil geſſi. Sed affirm. quia error non in re, ſed in perſona. Atqui hæc actio potius in re eſt, cum & pupillus ſocius obligetur, & furioſus.
2 Aliud igitur erit, ſi error in re, ut ſi fundum Cornelianum totum pro meo habeam & reficiam qui tamen eſt communis, non habeo hanc actionem, quia eſt in re, quia nullam intentionem habui quicquam erogandi in alterius utilitatem, & alium mihi obligandi, ſed poſſim tantum rem retinere per exceptionem doli, niſi expenſas reſtituat, actionem directam vel utilem non
3 habeo, ſtricto jure. Sed de eo actum *infra in Tit. de Condict. indeb. l. ſi in area. 33.* Sicut in judicio familiæ
4 herciſcundæ vel unus ad diviſionem provocare poteſt, *l. 43. Tit. præced.* ita idem in hoc judicio in re communi facere licet, ut vel unus ſociorum ad diviſionem provocans audiatur.

## ad L. Communi. penult.

### *SUMMARIUM.*

*Ad hoc judicium, uterque ut ſit in poſſeſſione neceſſe non eſt.*

NOn eſt neceſſe ad hoc judicium conſtituendum, ut uterque ſit in poſſeſſione; nam ſi neuter poſſideat, vel ſi alteruter non poſſideat, poteſt tamen dari hoc judicium, exemplo judicii familiæ herciſc. *lege 25. §. 2. tit. præced.* nam ob præſtationes perſonales datur hoc judicium non tantum re communi amiſſa, ſed & peremta.

## ad L. Bina. ult.

### *SUMMARIUM.*

*An mancipia pupillis reſervata iiſdem quoque ſint adjudicata?*

PRætor ſolet alimenta decernere. *L. Lucius. 38. tit. præced.* ita etiam miniſteria certorum mancipiorum, quoad puberes facti fuerint, ſed ea aſſignatione non

non ſunt adjudicata illi mancipia, ſed uſus tantum reſervatus uſque ad annos pubertatis; & ita ratione proprietatis in communione manſerunt & finita imperi ætate per hoc judicium de communi dividundo ſunt dividenda *l.20. §.4. tit. præced.*

---

## TITULUS IV.

### *Ad Exhibendum.*

### Ad L. Hæc Actio. 1.

USus hojus actionis hic commendatur, quia eſt præparatoria vindicationis, Autor *ad L.1.nu. 4. C. h. t.* ſcilicet qoa mobilia vindicantur, non verò ſervitutes, quæ in prædiis hærent. *Donell. & ibi Hill. l.20. cap.9. lit.K.*

### ad L. Exhibere. 2.

*SUMMARIA.*

*Exhibere quid ſit? n.1.*
*Quomodo a reſtituere differat? 2.*

NOtetur Exhibitionis definitio *Conf. L. 3. §. 8.ff.*
1 *de Tabul. exhib.* ubi dicitur, extra ſecretum ha-
bete, & *L. 22. & ult. de V. S.* Et differt à Reſtitutione,
2 quæ petitur in Iudiciis realibus. Nam reſtituere eſt
poſſeſſorem facere; hic verò eſt rem oſtendere. *Petr.
Greger. in Synt. l.29. c.7. numer.2.*

### ad L. In hac actione. 3.

*SUMMARIA.*

*Ad exhibendum acturus dominium probare non tenetur. num. 1.*
*Cum reus, contra quem præſumtio eſt, non vult exhibere, quomodo procedendum? 2.*
*Actio ad exhibendum quare perſonalis ſit? 3.*
*Cur in rem ſcripta vocetur? 4.*
*Cur omnibus actionibus præmitti ſoleat? 5.*
*An eum principali actione cumulari poſſit? 6.*
*Etiam uſumfructum petenti datur. 7.*
*An & quando cum interdicto cumuletur? 8. & 9.*
*Hac actione quoque ad eligendum agere poſſumus. num. 10. & 11.*
*An teſtamentum petens ad hanc actionem admittendus? 12.*
*Intereſſe ſuum probare debet, qui ad exhibendum agit. 13.*
*Quomodo conſtet de intereſſe? 14. & 15.*
*An ſuper iiſdem articulis hujus jud. in ordinario proceſſu teſtes alii produci poſſint? 16. & 17.*
*Pars pœnam petens non auditur, niſi intereſſe ſuum probet. 20.*
*Quid non habeatur pro intereſſe? 21.*
*Qui intereſſe habet, exhibitionem petere poteſt. 22.*
*Sed intereſſe ex juſta cauſa eſt. 23.*
*Hoc declaratur exemplo. 24.*
*Ad exhibendum plures agere poſſunt. 25.*
*An detur hac actio pro inſtrumento? 26.*
*In Summariis præparatoriis exceptiones non expeditæ in Ordinarium proc. rejiciuntur. 27.*
*Reus in continenti ſuum dominium probans audiendus. num. 29.*
*Quænam Exceptiones illiquidæ admittantur? 28. 29. 30. 31. & 32.*
*An exceptio præſcriptionis ſemper litis ingreſſum impediat? 33. & 34.*
*An agere ad Exhibendum valeam, contra non Dominum? 35.*
*Convenientia actionis ad exhibendum cum rei vindicatione. 36. & 37.*

1 QUi vult ad exhibendum agere, debet noſſe &
explicare qualitates rei exhibendæ *per pr. l. 3.*
Sed ſe Dominum eſſe dicere & probare non tenetur,
cum multæ ſint cauſæ, ex quibus ad exhibendum
2 agere poſſumus §. 2. *d. l. 3.* Quando præſumptio eſt
contra Reum, quod habeat Inſtrumentum, contra eum
nolentem exhibere, datur Iuramentum in litem, pro-
pter præſumtam occultationem. *Hic & L.4.C.h.t. Men.
lib.2. A.Q. caſ.207. n.19. Farinac. q.176. n.46.*
3 Ad §. 3. Actio hæc eſt perſonalis, quia per eam
non petimus, rem nobis reſtitui, ſed petimus tan-
tum factum, i. e. exhibitionem, licet non ex con-
tractu, ſed æquitate fluat; Ex Regula: quod tibi
nocet, mihi expedit, ad id ex æquitate obligaris. *L.
2. §.5. ff. de aqua pluv. arcend. Oldend. Claſſ. 3. act. 1.
q.2. Gylman. l.2. d.52. n.3. Mindan. l.2. de Mandat. c.50. n.4.*
4 *Hill. l.20. c.9. lit. D.* Quia tamen poſſeſſorem ſequitur, vo-
catur in rem ſcripta *Gylman. d. l. n.3. Mindan. l.2. de man-
dat. c.50. n.4. Hill. lib. 20. c.9. lit. D. Setſer. de Juram. l.5. c.5.*
5 *n.29.* Præmitti autem ſolet actioni reali, vel pignoratitiæ, imò
omni, quæ ad rem certam dirigitur, ut certus ſit Actor
rem non occultari aut immutari. *Hillig. d. cap.9. lit. K.*
6 Cum principali autem actione, ob quam inſtituitur
hæc actio ad exhibendum, cumulari poteſt ob li-
tium compendium, licet hoc præparatorium Iudi-
cium citius ſit expediendum *Oldend. d. act. 1. qu. 7.
Sich. ad Rubr. Cod. num.8. Gylman. l.2. Rerumpubl. deciſ.
52. num.1. Hill. c.9. in fine.*
*In* §.4. *legis* 4. dicitur, quod etiam illi detur, hæc
7 actio, qui uſumfructum petere vult; quod intelli-
go de uſufructu rei mobilis, in qua ſola actio ad ex-
hibendum locum habet, *l.56. ff. de Procur.*
Ad §. 5. Si quis interdicto uti velit, poteſt prius ad
8 exhibendum agere, niſi ipſum interdictum ad exhi-
bendum ſit directum, ut de tabulis exhibendis, vel
libero homine exhibendo, quia præparatoria actio-
ne id conſequeretur, quod ea ipſa conſequeretur, cujus
gratia conſtituta. *Don. c.9. lit. M. & N. & ibi Hill.* Datur
autem non tantum ob interdictum Utrubi, *de quo Cu-
9 jac. l.5. obſerv.23. & Menoch. remed. 2. retin. poſſ. in fin.* ſed
etiam ob alia interdicta, *per hunc* §.5. & 11. ſcilicet ubi
idem eſt periculum, ejuſque amovendi neceſſitas, ut in
Precario. *Oldend. d. act.1. num.4. Hill. d. l. M.* Ad exhi-
10 bendum agere poſſum non tantum ad agendum vel
præparatione judicii, ſed etiam ad eligendum; nam ſi
in genere ſit Legatus ſervus, vel volumen, vel equus,
ita ut mihi ſit relicta & conceſſa optio; poſſum ad ex-
hibendum agere, §. 6. *h. l.* Sic ſi noxali judicio velim
11 agere contra te ob damnum mihi ab aliquo ſervo tuo
datum, quem tamen ignoro, qui neque à perſona
12 neque à nomine mihi eſt cognitus, *per* §. 7. Si quis
petat Teſtamentum vel tabulas, tunc quæritur, an ad
hanc actionem ſit admittendus? Reſp. *in* §. 8. per di-
ſtinctionem: Aut petens exhibitionem Tabularum,
eſt hæres, aut alius; ille poteſt admitti, ſed non alius:
Sed cur hic prohibetur? Reſp. quia habet interdictum
exhibitorium, de Tabulis exhibendis, quod ipſi ſuffi-
cere debet; ſed non puto hanc ſubtilitatem in foro
13 attendi. Si quis ad Exhibendum agit, debet tantum
probare intereſſe ſuum, §.9. idque ſummariè, vel pleno
vel per Juramentum, quia non eſt res magni præjudi-
cii *Sichardus ad rubr. C. h. t. Hill. dict. cap.9. lit. N.
14 & X.* qui putat, eo ipſo de intereſſe conſtare, quod
velit vindicare, quod tamen mihi dubium videtur;
ſed levior probatio ſufficit, quia ubi non paratur ple-
15 num præjudicium, ipſum judicium tam ratione pro-
bationis, quam ſolennitatis ſummarium eſt. *Maranta
16 p.4. diſt.9. num.46.* Ideoque Acta hujus judicii non ſuf-
ficiunt in proceſſu Ordinario. *Sich. ad L.1. C.h.t. n. 88.*
& poſſunt ſuper iiſdem articulis alii teſtes produci.
17 Nam mutata natura judicii, etiam probationis natu-
18 ra mutatur. *Hill. d. l.* Per mandatum itaque etiam exhibi-
19 tio imperari poteſt. *Mind. de Mandatis l.2. c.50. n.4. Mev.
part.3. deciſ.126.* Nec ſufficit, ſi domi coram Notario,
vel

velit exhibere, *Mev. d. l.* Et exceptiones, quæ altioris
ſunt indaginis, rejiciendæ. *h. l. §. 13.* Autor *ad L. 1. num.*
*22. C. h. t.*

20 Colligitur etiam *ex hoc* § 13. Si pars agat ad pœnam
ſibi applicandam, eo quod adverſarius quid neglexe-
rit, vel in judicium non venerit, vel ſine mandato
comparuerit, aut Legitimatione perſonæ, ſemper hoc
deberi fieri, ſi partis pœnam petentis id interſit. *Dn.*
*Mevius p. 2. dec. 126. num* 8. Intereſſe, cujus non eſt ju-
ſta & rationabilis cauſa non habetur pro intereſſe, ne-
que venit in conſiderationem. *Dn. Mevius p. 1. deciſ.*
22 111. *num. 14. Hill. in Donell. lib. 21. cap. 12. lit. L.* Inter-
dum is petit exhibitionem, qui non habet rei vindi-
cationem, modo intereſſe habeat *in* §. 10. v. g. ſi mi-
hi legatus ſervus, quem Titius optaſſet, ante electio-
nem à Titio factam non habeo dominium illius ſer-
vi. Sed habeo intereſſe, ut citius fiat optio à Titio;
ut dominium alicujus ſervi conſequar. Ideò petere
poſſum ut tota familia Titio exhibeatur ad optandum.
Intereſſe autem debet ejus, qui exhibitionem petit, ex
23 juſta & probabili cauſa, quod declaratur, *in* §. 11.
24 exemplo hoc. Ago contra te ad exhibendum ſervum,
quem vindicaturus ſum, tu amittis poſſeſſionem ſive
dolo, ſive per culpam, an potes ad exhibendum age-
re contra Tertium, apud quem ſervus ille eſſe dicitur?
Negatur hoc; quia nemo ex improbitate ſua conſequi-
25 tur actionem. *l. §. 1 ff. de Furtis.* Ad exhibendum age-
re poſſunt plures ob diverſum intereſſe, quod quili-
bet eorum prætendit, ut ſi primus dominium, alter
uſumfructum, tertium jus pignoris in ſervo prætendat,
quod notatur *in* §. 12. *hujus l. 3.*

26 Quæritur autem *in* §. *pen.* an pro inſtrumento detur
hæc actio ad exhibendum. v. g. ſi tu poſſideas ſervi mei
rationes? Reſp. aut charta illa, in qua rationes ſcrip-
tæ ſunt, mea eſt, *l. 23. §. 3. ſupra de R. V.* & tunc da-
tur actio; aut non eſt mea, & non datur actio in fa-
ctum. Sed hæc eſt futilis ſubtilitas. In cauſis Summa-
27 riis Præparatoriis non attenduntur Exceptiones, quæ
altiorem indaginem requirunt, ſed hæ reſervantur
Principali judicio. §. 13. *h. l. 3.* Autor *ad L. 1. num. 22.*
28 *C. h. t.* Quædam tamen exceptiones, etiamſi non
ita liquidæ, tamen in hoc judicio etiam examinan-
dæ, ut doli, pacti, jurisjurandi, & rei judic. *Bartol.*
*hic & Hillig. d. cap. 9 lit. T.* Sed ſi reus in continenti
29 ſuum dominium, & quod Actoris non interſit, pro-
bare velit, audiendus eſt. *Hill. d. l.* Colligitur *ex hoc*
30 *textu*, quando Exceptio litis finitæ opponitur, ſc.
Rei judicatæ, tranſactæ, & jurisjurandi, hoc fine,
ut à lite conteſtanda liberetur Reus poſſit ea opponi,
licet ea adeò liquida non ſit ante litem conteſtatam,
ita ut omnino diſcrimen agnoſcatur inter tres illas ex-
ceptiones litis finitæ, & inter reliquas; quæ in conti-
nenti probari poſſunt, ut hæ quidem litis conteſtatio-
nem impediant, ſi in continenti probentur; illæ verò
litis conteſtationem impediant, licet illiquidæ quo-
dammodo ſint, aut per replicam actoris fiant dubiæ.
Vid. *Hill. ad Donell l. 22. cap 8. lit. I. p. 949. verſ. quoad illas*
*autem tres.* Sed hoc de illo caſu videtur intelligendum,
quando replica reddit dubiam exceptionem *Dn. Mev.*
33 *part. 3. dec. 226.* Sanè in Except. Præſcriptionis ſæpè
hoc occurrit, ut fiat illiquida, ob allegatam ab actore
malam rei fidem, & notitiam oneris, quo caſu putarem
de hac replica judicandum eſſe. Nam ex ſolo temporis
34 lapſu & numero annorum non poſſum judicare de Præ-
ſcriptione, quia hæc plura requiſita habet, ſcilicet bo-
nam fidem, & ſic memini judicatum, ſcil. quod excep-
tio præſcriptionis ante litem conteſtatam propoſita, ob
oppoſitam malam fidem, poſt tempus litis conteſtatæ
fuerit rejecta.

*Ad* §. *ult.* Etiam contra eum agere poſſum ad exhi-
35 bendum, qui non animo Domini poſſidet, ſed tantum
naturaliter detinet, Autor *ad L. 5 num. 1. C. h. t.* v. gr.
contra creditorem pignus poſſidentem, vel deten-
torem, quia contra eum etiam Rei Vindicatio datur
*L. Officium 9. ſupra de R. V.* nam ab uno ad aliud li-
36 cet argumentari. *Hill. d. l. lit. Z.* Sic ſicut duo extrema
in Rei vindicatione probanda, ſcil. Actoris domi-
nium & poſſeſſio rei, ita hic probandum intereſſe
Actoris, & præſumpta poſſeſſio rei. *Sichardus ad l.*
*3. C. h. t. n. 1.* Et ſicut in R. V. pœna inficiantis eſt priva-
tio poſſeſſionis, ita eadem hic. *Hill. d. c. 9. l. 2. Oldend. d. l.*
*in fine*, quin & majus delictum in denegata exhibitione
ex qua nullum damnum. Sic & hic contra hæredem
agitur, quatenus locupletior redditus. *Hill. d. l.*

## ad L. Nam &c. 4.

### SUMMARIA.

*Datur hæc actio contra depoſitarium, commodatarium &c. num. 1.*

*Sed cui datur contra tales detentores?*

1 LEx quarta perſequitur materiam *paragraphi ult.*
*legis præcedentis.* quod ſcilicet hæc actio detur
contra Depoſitarium, commodatarium ut conductorem
nam hi non civiliter, ſed tantum naturaliter poſſident.
2 Sed hic quæſtio; cui contra tales detentores detur
actio? De Domino, qui vult vindicare, nullum
eſt dubium. Sed ſunt, qui ad hunc volunt reſtrin-
gere *hanc legem.* Sed generalius videtur loqui, & ſic
etiam ob actiones perſonales dari poterit hæc actio,
ſi de qualitate rei dubium incidat. *Myns. ad §. 31. Inſt. de*
*Act. n. 44.* quem ſequitur *Hilliger in Donell. l. 20. c. 9. lit. P.*

## ad L. Celſus. 5.

### SUMMARIA.

*Quid, ſi auriga merces meas in horreo tuo depoſuerit? num. 1.*

*An & quando in poſſeſſionem legatorum cauſa miſſus & uſufructuarius ad exhibendum obligentur? 2. & 3.*

*Emtor rutu caſa exhibere tenetur.* 4.

*An quis fimum, quem in alterius agrum conjecit, tollere poſſit?* 5.

*Hac actione tam ad exhibendum quam tollendum agitur.* 6.

*An ratis in alterius agrum delata invito Domino tolli poſſit?* 7.

Quid, *ſi damnum datum ſit:* 8.

*An rudera de domo in alterius aream delapſa tolli poſſint?* 9.

*An fructus ex arbore in alterius aream delapſi?* 10.

*An, qui poſſidet, ad exhibendum ſemper teneatur? numer.* 11.

1 DEdi merces meas vehendas Lipſiam Aurigæ, hic
deponit merces in tuo horreo, & poſtea moritur,
quæritur, quando eſt dubium, quarum merces meæ
ſint, adverſus quem poſſim agere? Et reſpondetur agi
poſſe contra Aurigam, qui in horreo depoſuit, vel eo
mortuo contra ejus hæredem; ſi nullum habeat hære-
dem, contra Dominum horrei, qui, ut depoſitarius, na-
turaliter res poſſidet.

2 *In* §. 1. agitur de eo, qui in poſſeſſionem Legato-
rum ſervandorum cauſa miſſus eſt, & de uſufructuario,
an etiam hi ad exhibendum obligentur & quando? Et
reſpondetur affirmativè, ita quidem, ut quidem pri-
ma ſpecie ut miſſus ſit in poſſeſſione is, qui ad exhi-
bendum agit, prætendat ſe eſſe poſſeſſorem civilem
rerum illarum, in quas miſſus eſt Legatarius condi-
3 tionalis. Quando autem uſufructuarius convenitur,
ut reus actu fruatur, actor verò poſſeſſionem civilem
prætendat & ſummariè doceat. Hic notat *Bart.* quod
reſtitutio, quam facit Uſufructuarius, privet Domi-
num poſſeſſione, quod, quomodo *ex textu* ſequatur,
non capio.

4 *In* §. 2. agitur de Rutis cæſis i. e. de cæmentis,
vel aliis rebus effoſſis, quæ non ſunt partes domus;
nam

tam ſi domus vendatur, hæc venditori debentur, li-
cet antea fuerint ædium. Ideoque; venditor, ut vin-
dicare poſſit, exhibitionem eorum petere poteſt, *hic
& l. 17 §. 6. infra de Act. emt.* & niſi emtor exhi-
beat, permitti debet venditori, ut in litem juret, &
intereſſe ſuum jurato æſtimet. Nam quia emtor con-
ventus non vult parere arbitrio judicis jubentis, ut ex-
hibeatur, & ita contumax eſt in non exhibendo, juſtè
contra eum in litem juratur.

5 *In* §. 3. caſus ſingularis continetur v. gr. ſi congeſſi-
ſti finium fortè uvillum in agrum vel aream meam,
ex eo quidem non apparet, quod volueris mihi do-
nare, ut it qui in alieno ædificat; ſed poteſt tamen
tollere, non quidem me invito, ſed per actionem
id conſequi potes, ut me invito tollere poſſis, ſi to-
tum tullere velis, ne incommodo afficias, ſi par-
tem velit relinquere. Et in hac actione ſpeciale hoc eſt,
quod hic non tam ad exhibendum, quam tollendum
agatur; nam alias acervus fimi oculos incurrit, & nares
afficit. Similis caſus proponitur *in* §. 4. ſi ſcilicet ratis
7 tua vi fluminis in meum agrum delata ſit, & tu ages
ad videndam & tollendam ratem tuam, (nam me invito
ne quidem ingredi poſſes agrum meum) debes cavere
de damno futuro, ſcil. ſi per detractionem navis ager
aut ſementis quippiam damni ſenſerit, ut fieri ſolet. Sed
quæritur de damno præterito, quod ratis dedit, cum
8 in meum agrum deferretur, non videtur æquum, ut
ad id damnum reſtituendum teneatis vel id promittere
debeas, quia nullum tuum factum intervenit? Sed
reſpondetur, quod ſic *hic & l. 9. §. 3. ff. de Damno
inf. l. 8. ff. de incendio & Ruina.* Nam licet æquum
non videtur, ut damnum, quod ſine facto tuo conti-
git, reſtituere tenearis, iniquius tamen eſt, ut res tua,
quæ uſui mihi non fuit, mihi noceat, minor autem
æquitas à majore ſuperatur *l. 61. §. 5. ff. de furtis.* Similis
9 caſus proponitur *in* §. 5. ubi ut in præcedentibus non
tam agitur, ut facias i. e. exhibeas & reſtituas, ſed ut
patiaris me in tuo agere, & id, quod meum eſt; te
invito tollere v. gr. ſi domo mea collapſa quædam ru-
dera in aream tuam delapſa, & ego ea auferre velim;
nam licet propriè non poſſideas, habes tamen reſtituen-
10 di facultatem. Idem dici poteſt de fructibus ex arbore
mea in tuam aream delapſis.

11 *In* §. *ult. hujus legis* quæritur, an, qui poſſidet, ſem-
per teneatur ad exhibendum? Autor *ad L. 5. numero 1.
C. h. t.* Et reſpondetur, per diſtinctionem inter poſſeſ-
ſionem naturalem & civilem; qui illam habet, ſemper
tenetur, probato intereſſe Actoris. Sed qui civilem
tantum habet, tenetur tantum cavere, ſe rem exhi-
biturum, ſi in poteſtatem ſuam iterum perveniat, quod
hic triplici exemplo probatur; Si 1. ſervus in fuga
ſit. 2. Si permiſero ipſi, ut poſſit, ubi velit, morari.
Aut 3. ſi peregrè eum miſerim &c. Nam his caſibus ca-
vere tantum dicto modo teneor.

## ad L. Gemma incluſa. 6.

### SUMMARIA.

*Gemma mea ab alio incluſa annulo, non vindicatione, ſed
hac actione petitur. n. 1. & 2.*
*Idem ſi optio ex pluribus relicta. 3.*

1 GEmma mea ab alio annulo incluſam à me vindi-
cari nequit, quia acceſſionis jure ei cedit, per
*hanc L. 6. & l. 7. ſeq. paragraph. 1. & l. 23. paragraph. 5.
de R. V. Dn. Franzk. ad h. t. numero decimo quinto.* Ergo
2 per hanc actionem res prius ſeparari petenda eſt, ut
poſſit vindicari; & hoc caſu hæc actio videtur neceſſa-
ria, per *l. 23. §. 5. de R. V. Donell. d. capit. 9. lit. Q. Olden-
dorp. in arg. h. t.* Eadem neceſſitas, ſi una res ex plu-
ribus mihi legata, & mihi optio relicta *l. 3. paragraph.*
3 *6. h. t.* Tignum verò cum diſſolvi nequeat, ad exhi-
bendum id agi nequit.

## ad L. Tigni 7.

### SUMMARIA.

*Quid tigni nomine veniat? n. 1.*
*Quid, ſi quis rotam alieno ſuo vehiculo aptaverit? 2.*
*Quomodo alienas res ſuas explicans hac actione tenea-
tur? 3. & 4.*
*An contra Collegium hac Actio detur? 5.*
*An, qui pendente jam judicio alienum poſſidere incipit, ad
exhibendum damnari poſſit? 6. & 7.*
*An reus abſolvendus, à quo rei exhibitio petita, quæ poſt
lit. conteſt. periit? 8.*
*Tempore ſententiæ quem poſſidere ſufficit. 9.*
*Intereſſe Actoris duplici tempore requiritur. 10.*

1 IN *princ. hujus legis* explicatur, quid nomine Tigni
accipiatur? Et reſpondetur, quod *in L. 12. tabb.* om-
nis Materia intelligatur, ex qua domus conſtat *hic &
l. 62. ff. de V. S. Donell. lib. 11. c. 4. lit. E. & ibi Hill.*
2 *In* § 1. quæritur, ſi rotam meam vehiculo tuo ap-
taveris, an tenearis ad exhibendum? Et videtur, quod
non, quia civiliter non poſſides, quia non potes tuo
ſolum facto dominium vel poſſeſſionem civilem inde
transferre; Sed affirmatur, quia ſufficit naturalis
poſſeſſio, & quod habeas facultatem exhibendi Idem
3 eſſe dicitur *in* §. 2. ſi armario vel navi tabulam meam
vel anſam ſcypho tuo junxeris, vel ornamenta phia-
læ tuæ, vel purpuram meam veſtimento tuo intexue-
ris; nam hic militat eadem ratio, quæ in priori militat
4 § Limitat tamen Gloſſa, quam probat *hic A. Faber.* ſi
ſunt hæc adjuncta per adplumbaturam, ſecus ſi per fer-
ruminationem. *l. in rem. 23. §. 5 ff. de rei vind.*
5 *Sed quæritur in* §. 3. an contra Municipium, vel con-
tra Collegium, agi poſſit ad rem exhibendam? Et af-
firmatur, quia poſſidere & uſucapere poſſunt. *L. 2. ff.
de Adquir. poſſ.*
6 *Sed in* §. 4. quæritur, ſi contra te hodie agam ad
exhibendum, & tu hodie non poſſideas, ſed tu poſ-
ſeſſionem poſt aliquos dies, pendente eodem judicio,
poſt litem conteſtatam fortè, tum debeo probare inte-
reſſe meum, vel poſſeſſionem tuam naturalem, poſ-
ſeſſionem accipias, an debeas poſtea condemnari ad
exhibendum &c? Videtur quod non, quia per litis
conteſtationem quaſi contrahitur *per l. 3. §. idem
ſcribit. 11. ff. de peculio.* Sed affirmatur, quia ſi poſt
7 litem conteſtatam cauſa condemnationis ſuperveniat
in perſona rei perinde condemnari debet, ac ſi ab
initio poſſediſſet. *L. 27. §. 1. ff. de Rei Vind. l. 16. ff. ſu-
pra de petit. hered. l. 30. pr. de Peculio.* Imò quod plus
eſt, licet propterea, quod non poſſideas abſolutus
ſis, ſi tamen poſt ſententiam poſſeſſionem adquiras,
potes adhuc ad exhibendum conveniri. *l. ſi quis ad
8 exhibendum. 18. ff de Except. rei judic.* Quando exhi-
bitio rei petitur, & ea poſt litem conteſtatam ſine cul-
pa poſſeſſoris periit, an reus abſolvendus eſt? Vid.
quod non, quia mora ipſi imputari poteſt, quod ſtatim
non reddiderit. Sed Reſp. in §. 5. Non teneri, niſi talis
caſus contigiſſet, qui in perſona actoris, ſi ei res re-
ſtituta, non contigiſſet, ſi is habuiſſet. *L. 12. §. 4 h. t.
Vid. Dn. Struv. Exerc. 15. th. 36.* quamvis dici etiam poſ-
ſit, per ultima verba corrigi ſententiam priorem, ut
vult *Don. l. 20. c. 9. poſt lit. Bb.*
9 *In* §. 6. *hujus legis* quæritur, ſiquis tempore litis
conteſtatæ poſſederit, ſed poſtea amiſerit poſſeſſionem,
pendente judicio tamen recuperet poſſeſſionem, an
condemnari debeat? Ubi facilis eſt reſponſio affirma-
tiva; quia ſufficit tempore ſententiæ, quod poſ-
ſideat.
10 *In* §. 7. quæritur, ſed quid de Actore, nam ſufficit
[ *ut jam dictum* ] ſi reus tempore judicati poſſideat,
ſed quonam tempore intereſſe Actoris requiritur Reſ-
pondetur duplici tempore requiri intereſſe, tempo-
re litis conteſtatæ & judicati, quia intentio actoris
tempore

tempore litis conteſtatæ ſi injuſta ſit, actio etiam injuſta eſt.

## ad L. Si ad exhibendum. 8.

### *SUMMARIA.*

*An ſententia ſequi poſſit, cum peto inſtrumentum, quod reus non habet, at pendente judicio nactus eſt?* n. 1.
*An reus abſolvendus, qui non exhibuit inſtrumentum, quod poſtea deperditum eſt?* 2.
*Verba:* ex eadem cauſa, *quam ſententiam habeant.* 3.
*An ad exhibendum & quomodo de immobilibus agi queat?* 4.

1 EXhiberi peto documentum, quod non habes ſed pendente judicio conſequeris poſſeſſionem, fortè quod hæres exſtiteris ei, qui antea poſſederat, an ſequi poteſt ſententia? Quidni? Nam in hoc judicio exitus ſpectatur, & perſona Rei in exitu. Actor ex ſuo jure rem metitur, ideò ſufficit, ſi Reus exhibendæ rei facultatem pendente judicio conſequatur. Sic etiam
2 abſolvitur Reus, qui tempore litis conteſtatæ poſſedit, ſed pendente lite dominium ſine dolo amiſit, maximè ſi juſtam & probabilem ab initio contradicendi cauſam habuit. *Cujac. t. 1. pag.* 1921. Sed quid eſt quod
3 dicit JCtus; ex eadem cauſa? An aliud eſt, ſi ex diverſa cauſa, hæres poſſidere cœperit? Reſp. ſi ex diverſa cauſa, non convenitur ut hæres, ſed ut poſſeſſor. *Cujac. d. l.* Ex verſic. alt. probat *Dn. Hahnius ad VVeſenb.* & *Mindanus l. 2 cap. 6. num. 5.* etiam de immobili-
4 bus utile dari hoc judicium, non quidem ut exhibeantur, ſed ut in rem præſentem mihi incognitam deducat, & ita utilis hæc actio dici poſſet.

## ad L. Julianus. 9.

### *SUMMARIA.*

*Quid ſi poſſeſſor dolo poſſidere deſierit?* n. 1.
*An glans in fundum meum incidens mea fiat?* n. 2.
*Quando poſſeſſor dolo quid feciſſe videatur.* 3.
*An etiam rem deteriorem exhibeas tenetur.* 4.
*Mutata forma res, non videtur idem.* 5.
*An prohibitio exportationis frumenti includat prohibitionem farinæ.* 6.
*An ſi uni decem numiſmata ſub conditione, & alteri eorundem uſufr. purè legetur, legatarius exiſtente conditione ad exhibendum agere poſſit.* 7. & *ſeqq.*
*Res exhibenda, qualis ſit in conteſtatione litis* 10.
*An uſucapio interrumpatur demum per ſententiam.* nu. 11. & 12.
*An qui inter moras judicii hujus rem uſucepit, adhuc tenentur reſtituere.* 13.
*Quid, ſi quis rem exhibendam conſumſit, corrupit, quomodo tenetur.* 14.

1 DIctum antea poſſidentem ad Exhibendum teneri, ſed quid ſi non poſſideat, ſed dolo deſierit poſſidere, Antor *ad L. 5. num. 1. C. h. t. Et ad L. 4. nu. 3. C de expil. hæred.* v. gr. ſi hominem exhibendum occiderit, vel in potentiorem alienaverit, vel rem corrupeſit, ut nulli ſit futura uſui, vel vinum, aut oleum effuderit, & taliter dolo deſinentem exhibere teneri *hic in princ & l. 7. §. 5. h. t. & l. qui dolo. 131 de Reg. jur.*
2 Hinc 14 §. 1. quæritur, ſi glans ex arboribus tuis in fundum meum inciderit, & ego immiſſo pecore depaverim; Et reſpondetur, ſi dolo immiſi pecus, me actione ad exhibendum teneri, idem eſt ſi glans extaret, nec patiar te tollere, quo caſu etiam datur interdictum de glande legenda, quæ collectio etiam tertio die fieri poteſt, ſi caveris de damno futuro, id eſt, nullum damnum mihi datum iri per eos, qui glandes colligent.
3 *In* §. 2. tantum hoc dicitur, quod ſi poſſeſſoris facto & dolo, fortè ſine venditione aliove contractũ res ad alium pervenerit, videtur is dolo feciſſe quo minus poſſideas, ſi modo doloſè fecerit, v. g. ſi rem habuerit pro derelicta.
4 *In* § 3 An etiam ille teneatur, qui rem deteriorem & ſub alia forma exhibeat? Quod affirmatur, ſcilicet tenetur ad intereſſe, ut ſi ex ſcypho maſſa facta ſit, quia non exhibet ſcyphum.
5 Mutata Forma non videtur idem. Unde vulgò colligunt eſſe de Subſtantia rei. *Riccius Collect. deciſ. 266. A. Barboſ. Locuple. libr. 6. cap 20. axiom. 7.* Hinc non-
6 nulli colligunt, ſi prohibeatur exportari frumentum, non eſſe prohibitum, farinam exportare. Sed id non concedo, ſed attendendus eſt finis prohibitæ exportationis. Si in utroque idem, etiam farina prohibita.
7 *In* §. 4. proponitur, quod Teſtator mihi ſub conditione legat 10. numiſmata, & tibi uſumfructum decem numiſmatum, hæres tibi præſtat uſumfructum decem numiſmatum, & quidem ſine cautione, quæritur, ſi poſtea exiſtat conditio, ſub qua mihi decem legata ſunt, an poſſum ad exhibendum agere contra hæredem, quaſi dolo deſierit poſſidere? Videtur quod non, quia cautio interponitur in favorem proprietarii ſeu hæredis, cui ille renunciare poteſt. Sed affirmatur, quia hic non ſimplex cautio præſtanda erat, quæ alias ab uſufructuario præſtanda eſt, & favorem proprietarii reſpicit; ſed ea, quæ ad ſubſtantiam quaſi uſusfructus, qualis hic eſt in nummis, requiritur. Hic enim fecit hæres, ut Legatum evaneſceret, quia illa decem cœperunt eſſe debita per modum ſpeciei, poſtquam uſufructuario ſoluta ſunt, quia non aliorum decem nummorum proprietas mihi legata fuit, quam quorum uſusfructus tibi relictus. Et id multo magis obti-
8 net hoc caſu, quod fecerit hæres omittendo cautionem, ut à me 10. illa vindicari non poſſint. Sed tunc poſſum agere contra hæredem, quando conditio, ſub qua mihi legata ſunt decem eſt impleta.
9 Non neceſſaria autem mihi eſt actio ad exhibendum, namque poſſum per ſtipulationem cautionem adquirere ab hærede de Legato in eventum conditionis exiſtentis ſolvendo. Si autem hæres tibi conſtituerit uſumfructum, legatum autem meum fortè in codicillo ſcriptum ignoraverit, eo caſu dici non poteſt, quod dolo deſierit poſſidere. Ergo ad exhibendum contra eum agendum non eſt, ſed datur actio in factum contra uſufructuarium.
10 *In* §. *ſequenti* 5. dicitur, quod Res exhibenda ſit in eadem cauſa, in qua fuit tempore litis conteſtatæ, non qualis res facta inter moras judicii, v. gr. Si uſucapta interim, Reus eſt condemnandus, niſi ab ipſo tempore litis conteſtatæ ſuſcipere velit Rei Vindicationem.
11 *Donell. d. cap. 9. poſt lit. D.* Colligunt *ex hoc* §. Uſucapionem interrumpi demum per ſententiam. *Carpzov.*
12 *p. 2. cap. 7. def. 6. num.* 2. Nam *in* §. 6. proponitur hæc ſpecies. Egi ad exhibendam vindicaturus rem, ſed tu tergiverſaris, & non vis exhibere, & lite conteſtata uſucapis, quæritur, an poſſis condemnari ad rem in priſtino ſtatu exhibendam? Quod affirmatur, quocunque enim modo fiat, ut inter moras exhibitionis actio intercidat, res exhiberi non videtur, debes ergo ſuſcipere actionem in rem ex eo die, quoad exhibendum actum eſt *Donell. l. 20. cap. ult. poſt lit. Dd. Franc. Curtius in rep. l. ubi pactum. num. 37. C. de tranſact. vol. 7.*
13 *rep. juris.* ubi §. *hunc* ſingularem vocat. Quod verò antea dixi de uſucapione per ſententiam demum interrumpenda, habet limitationem ex Jure canon. in ju-
14 diciis noſtris. Confer notata à me ad *l. 2. C. de Ann. præſcript.* Sed ut redeam ad materiam noſtram, is etiam tenetur, qui rem exhibendam corrupit, vel dolo malo conſumſit, *per* §. *ſeq.* non quidem, ut exhibeat quod facere non poteſt, ſed ut contra eum in litem juretur. *Marpurg. conſil. 13. num. 14. volum. 1. Gylman. d. deciſ. 52. num. 8. & hos allegans Hillig. lit. Aa.* Quod autem de fructuum reſtitutione dicitur *in* §. *pen. & ult.* id de eo caſu intelligendum, quando poſſeſſor hac actione victus

victus de re ipſa in judicio principali contendere non vult. *Dn. Struv. de Exerc. 15. th 37.*

### ad L. Si optione. 10.

*S V M M A R I A.*

*An, ſi hæres ſervos non exhibuit, ut optare potuerim, lapſis 30. diebus, de hoc intereſſe mihi teneatur? n. 1.*
*Jus optandi adhuc ſalvum eſt, cum hæres citatus in jud. emanſit. 2.*

1 LEgavit quis mihi ſervum vel equum, quem optavero intra 30. dies, ſcil. à tempore hæreditatis
aditæ volui optare, interpellavi hæredem, ut exhiberet, qui forte id ſe facturum non negavit, ſed ille die in
diem id extraxit, donec 30. dies præterlaberentur, ideoque amiſi Jus Optionis: Poteſtne illa ſpes Legati etiam æſtimari, quod ea exciderim, dum mihi ſervos non exhibuit? Affirm. quia non tantum damnum
datum, ſed & lucri ſpes certa ob tergiverſationes amiſſa hic conſideranda, quod *ex hac Lege* bene notan-
2 dum, Quod ſi vero intendiſſem judicium ad exhibendum, & Reus emanſiſſet, & noluiſſet litem conteſtari, tunc procul dubio tempus eligendi elapſum mihi non præjudicaret, *per L. Intra utile. 39. ff. de Minor. L. 18. ff. de Excuſ. Tut. Cujac. Tom. 1. p. 1148. & ſeqq.*

### ad L. Sed etſi. 11.

*S U M M A R I A.*

*Damnum ex mora datum etiam in condemnationem venit. n. 1.*
*Exhibitio petentis facienda expenſis. 2.*
*An quis ob res, quas dolo deſiit poſſidere, condemnandus? 3.*

1 EGi adverſus te de exhibendo ſervo, qui erat inſtitutus hæres à Teſtatore, & cui ſum ſubſtitutus
per fideicommiſſum, tu moras nectis. Interim ſervus
ille moritur, & forte ob defectum conditionis amit-
n 2 titur ſpes conſequendæ hæreditatis; tunc hoc damnum etiam in condemnationem veniet. Exhibitio autem ſemper facienda ejus expenſis, qui petit, unde Theorici generalem colligunt? Expenſas illi ferendas, in cujus gratiam actus celebratur. *Riccius dec. collect.* 115. de quo paſſim agitur *in proceſſu.* Interim paſtus & veſtitus ſervo præſtandus ab eo, qui poſſidet, niſi ſervus ex proprio labore ſe ſuſtentare debeat. Tunc enim paſtus etiam ab actore offerendus eſſet.

3 *In* §. 2. quæritur, ſi quis conveniatur à me de pluribus rebus exhibendis, quas etiam omni tempore litis conteſtatæ poſſedit; ſed nonnullas ſine dolo malo poſſidere deſiit, an ratione earum ſit condemnandus, à cæterarum rerum vero exhibitione, abſolvendus? Quod affirm. quia ſi judicium accipiatur de pluribus rebus, poteſt reus de quibusdam rebus condemnari, de aliis abſolvi, quando una res aliis non cohæret, nec eadem cauſa vincendi in omnibus *l. 29. §. 1. Supra de Minor.*

### ad L. De eo exhibendo. 12.

*S V M M A R I A.*

*An, ſi velim Stichum à te pro ſervo poſſeſſum in libertatem vindicare, ad exhibendum agere poſſim? n. 1.*
*An exceptio rei judicatæ opponi poſſit, cum ex justa cauſa denuo inſtrumenti exhibitio petitur. 2?*
*An, ſi poſt lit. conteſt. res ſine culpa poſſeſſoris pereat, adhuc teneatur? 4.*
*Quid, ſi ob abſentiam res ſtatim expediri nequeat? numer. 5.*

1 IN *l. hac 12. principio* quæritur, an ſi velim Stichum à te poſſeſſum pro ſervo in libertatem vindicare, ad exhibendum agere poſſim? Et videtur quod non; quia vix videtur intereſſe pecuniarium hic locum habere. Sed reſpondetur, facile poſſe, ut pecuniariter, interſit, ſi omnino legendum ſit pecuniariter. Tenetur autem hac actione etiam filiusfamilias, ſi exhibere rem valeat, §. 1. *h. l.* quia ob poſſeſſionem
tenetur, quæ facti eſt, & non eſt apud patrem ſed
2 filium. Summa *paragraphi* 2. eſt: qui non habet cauſam juſtam ad petendam exhibitionem, ſi poſtea ſuperveniat nova & juſta cauſa, non prohiberi actorem denuo agere, nec obſtituram exceptionem rei judicatæ, quod hic tribus exemplis declaratur, quæ ſunt plana. Nam regula eſt certiſſima; quod ob novam cauſam agenti non obſtet res judicata.

3 *In hac lege* notanda eſt regula *in* §. 3. quod ex re noſtra ſit, noſtrum eſſe videtur, quod in exemplo hoc admittit *Donell. lib. 4. c. 12. poſt lit. A.* Si mala fide mutuum expreſſerit, *ob* §. 25. *Inſt. de R. D.* nam malam fidem hic requirunt communiter *Schneidew. ad d.* §. 25. *num.* 5. licet ab hac communiter ſententia mala receſſerit *Bach. in Treutl. v. 2. de 20. th. 7. lit. A. B.*

*In* §. 4. quæritur, ſi poſt litem conteſtatam res
4 pereat fato, ſine dolo & culpa poſſeſſoris, an teneatur Reus? Affirm. Si duo concurrant, ſi mala fide non juſta cauſa reſiliat, & ſi res eo modo apud Actorem non periiſſet; nam vox MAGIS hic non impli-
5 cative, ſed reſtrictive capienda. *Cujac. tom. 1. p. 1154. Dn. Struv. ad h. t. th* 36. Si ob abſentiam & loci diſtantiam non poſſit ſtatim res expediri, ſtatuendus eſt dies, quo poterit exhibere, & reus cavere debet, ſe eo die exhibiturum.

6 *In* §. *ult.* dicitur, quod hæredi non detur ut hæredi, ſed ut intereſſenti, vel, ut Politici loquuntur, Intereſſato, & contra hæredem detur, ut poſſidere deſinentem etiam ex dolo defuncti, quando locupletior factus hæres. *Dn. Struv. d. l. n.* 33. Autor *ad L. 9. num. fin. C. h. t.*

### ad L. Si liber homo. 13.

*S V M M A R I A.*

*An, inſtituta actione Principali, ad exhibendum inſtrumentum agatur? n: 1.*
*An re ſemel exhibita, deteriorata, agatur ad æſtimationem damni ex h. lege? 3.*
*Practici mandatis compulſorialibus magis, quam hac actione utuntur. 4.*

REquiritur hic 1. Intereſſe Actoris pecuniarium.
1 Autor *ad L. 2. n. 5. C. h. t.* Ut interſit ad actionem inſtituendam, & ſic ſi inſtituta actione ad probationem requiratur exhibitio inſtrumentorum, non agitur hac actione. *Oldend. d. l. q* 8. Hill. *c. 9. lit. R* qui
2 *lit. T.* Florentinam defendit lectionem (peculiariter) & ſic ſufficiet probare juſtam & probabilem cauſam actionis, propter quam exhiberi rem deſidero, *Hill.*
3 *d. c. 9. lit. B.* Notandum etiam *ex hac lege*, re ſemel exhibita, etiamſi ſit deteriorata, non agi ad æſtimationem damni, ſed eam per Actionem ex Lege Aqui-
4 lia peti debere. *Sichard. ad l. 7. C. h. t. num. 5. & 6. Hill. in Donell. c. 9. lit. Dd.* Sane hodie raro Actione ad exhibendum utuntur Practici, ſed per mandata compulſorialia exhibitio ſolet impetrari. *Mindan. c. 50. nu. 11. & ſeqq. Dn. Struv. Exerc. 15. th.* 38. ſed propterea actiones ad exhibendum ceſſare non affirmo.

### ad L. S[illegible]r. 14.

*S V M M A R I V M.*

*Quomodo maritus ob donationem ab uxore acceptam ad exhibendum teneatur?*

UXor ſuo marito dooat 50. thal. Donationem autem ioter conjuges prohibitam & invalidam eſſe ſcimus *ex titul. ff. de Donat. inter virum & Ux.* Ideoque vitioſe poſſidet Maritus, ideo is tem aliquam emit pro illis 50. thaleris. Uxor vel ejus hæredes vindicare voluor illos 50. thal. & agunt ad exhibendum, quæritur ao teneatur Maritus ad exhibendum? Videtur quod non; quia noo amplius poſſidet, licet rem emtam poſſideat, quæ tamen exhiberi oon petitur. Sed affirm. quia dolo deſiit poſſidere, ſcivit enim aut certe ſcire debuit, pecuniam ſibi noo eſſe vere & legitime donatam, & ſic non eſſe ſuam ſcivit.

### ad L. Theſaurus. 15.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo ratione theſauri in domo vendita abſconditi agere poſſim?*

HAbeo theſaurum improprie ſic dictum, ſeu pecuniam à me abſconditam in domo tua, quam forte à me emiſti. Ego volo theſaorum effodere, quod pati, renuis, poſſumne ad exhibendum agere? Et negatur; quia nec poſſides, nec dolo deſiiſti poſſidere, oiſi effodiſſes; ſed furti agere licet, qoia nondum contrectaſti. Sed poſſum tamen implorare officium judicis, & interdictu n extra ordinem petere aut in factum agere, ut ſi juramentum malitiæ præſtem, & caveam de damno non dando per meos homines, patiaris me eximere, quod meum eſt; Autor *ad L. 11. num. 9. de Servitut.* Sed ſi contrectaveris etiam hanc defoſſam pecuniam, datur mihi actio etiam furti. *Ex hac lege* colligitur, prætorem perſpecta rei æquitate etiam nova interdicta, vel actiones in factum extraordinarias dare.

### ad L. Cum ſervus. 16.

*SUMMARIA.*

*An, ſi ſervus meus rem tuam poſſideat, ad exhibendum teneatur? n. 1.*
*Quid, ſi ſervus dolo poſſidere deſiiſſet? 2.*

SErvus meus rem tuam poſſidet, quæritur, an ego ex hac poſſeſſione ſervi ad exhibendum teoear?
1 Quod affirmatur; quia ſervus non poteſt cooveniri. Sed quid ſi ſervus meus dolo deſiiſſet poſſidere, an ego
2 actione ad exhibeodum tenear, quæritur? Quod negatur; quia ſic ob factum ſervi ad totum intereſſe obligarer forte ultra æſtimationem ſervi. Sed agi poteſt contra me actione noxali, furti, vel doli, niſi doli ſervilis ſim particeps.

### ad L. Si quis. 17.

EGo cootra te ad exhibendum ſervum ago, ut illum ſervum, antequam exhibeas, debilitas v. gr. eluicas, quæritur. ſi exhiberi juſſus eum ita debilitatum, ſi exhibens judici paruiſti? Quod affirmatur, ſed damoum illatum peculiari actione repeto, ſc. actione legis Aquiliæ.

### ad L. Solutione. 18.

*SUMMARIA.*

*An debitori, debito ſoluto, adverſus Tertium poſſeſſorem chirographi hac actio detur? nu. 1.*
*An debitor petere poſſit, ut ante ſolutionem chirographum deponatur? 2.*

1 SOluto debito, chirographum extinguitur, & pignora liberantur, ſi tamen chirographum ſit penes alium, ita, ut debitor à creditore accipere non poſſit, quæritur, an contra tertium debitori, (nam voce debitoris & creditoris tranſpoſitas eſſe res ipſa docet, & recte notarunt hoc *Cujac. & Gothofredus hic. Conferatur tamen Hilliger in Donell. l. 20. c. 9. lit. C. qua in re judicium Lectori committimus,*) Actio ad exhibendum detur? Videtur quod non; quia chirographum ſine effectu eſt. Sed affirm. quia intereſt debitoris, ut chirographum ſit diſcerptum, ne forte amiſſa apocha denuo cooveniatur ex eodem chirographo.
2 *Conf. l. C. h. t. & c.* Sed poteritne debitor petere, ut Chirographum aote ſolutionem depooatur? Id recte negat *Dn. Mevius p. 3. dec. 146.* quia creditoris intereſt, cautiooem retinere potius, quam ex manibus ſuis dimittere.

### ad L. Ad exhibendum. pen.

*SUMMARIUM.*

*Cui intereſſato Actio ad exhibendum detur?*

ACtio ad exhibendum datur ei, cujus intereſt; ſed quid ſi dicam, mea intereſſe, ut rationes Adverſarii mei mihi exhibeantur, vel ſi petam ut mihi exhibeantur libri tui ad legeodum, ut ex lectiooe doctior evadam. Videtur mihi actio danda *ex l. 3. §. 9. h. t.* Sed negatur hic, quia non oportet jus Civile calumniari, aut verba legis captare. Ergo illi intereſſato datur actio, cujus ita intereſt, ut ſi exhibeatur, præſentem actionem habeat vel ſperatam, quod pluribus *Don. l. 20. c. 9.*

### ad L. Quæſtionis. fin.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo ſervus quæſtioni ſubjici poſſit?*

SErvus tuus mihi cum aliis ſervis fecit furtum. Servus tuus furtum fatetur, ſed complices nominare non vult, ſed peto ut exhibeatur ſervus & quæſtioni ſubjiciatur, & de ſociis interrogetur, intereſſe meum eſt notorium. Ergo omnino ad exhibendum ſervum tuum & torturæ ſubjiciendum agere poſſum.

---

# LIBRI UNDECIMI,

## TITULUS I.

## De Interrogationibus in jure faciendis, & Interrogatoriis Actionibus.

### Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Interrogationum origo & uſus. nu. 1.*
*Actiones interrogatoriæ ab uſu receſſerunt. 2.*
*Quid ſint actiones interrog. 3.*
*An ipſæ interrogationes etiam in deſuetudinem abierint 4. & 5.*
*In locum illarum ſucceſſerunt Poſitiones, ſub juramento dandorum & reſpondendorum. 6. & 7.*
*Poſitiones impertinentes non reſponſales, 8.*

Rens

*Reus poſitioni non reſpondens pro confeſſo habetur.* 9.
*An con umax in conveniendo pro confeſſo habeatur?*
*numer.* 10.

IN *principio hujus Legis* otigo io-
1 tertogatiouum, & uſus demonſtra-
tur. Propter perſooales actionea in-
veotæ ſunt interrogationes; nam
io realibus aliquis convenitur ob
rei poſſeſſiooem: Sed quando ob
debitum v. gr. mutoum cooveni-
tur hætes Debitoris, neceſſe eſt, ut ſciat Actor, ex qua
parte reus ſit hætea, ne ſi ex parte eſſet hæres, con-
veniator in ſolidum, & Actor incurrat pœnam plus
petentium, & ideo poteſt petere Actor, ut intertoge-
tur Reus, ex qua parte ſit hæres. Dicitur hie, inter-
2 togatorias actiones in deſuetudinem abiiſſe, cum ne-
mo cogatur ante judicium de ſuo jure aliquid teſ-
3 pondere; & ideo non tantum actiones intertogatoriæ,
quæ ita à qualitate dicebantur, & dabantur ei etiam,
qui nullam habebat cauſam agendi, ſed ex confeſſio-
ne adverſatii cauſam agendi ſumebat, ſed etiam ipſæ
interrogationes, ſcilic. quæ ante judicium fiebant ad
4 fundandam actionem, deſierunt eſſe in uſu. Sed non
eſt negandum, poſſe partem in judicio jam petere ju-
5 dicem, ut partem adverſam ſuper hoc vel illo nego-
tio intertoget, *per l. pen. h. t.* & ubi ergo judex æquum
id eſſe judicaverit, admittuntur. *Borll. tom. 2. deciſ.
tit. 17. num. 3. Menoch. lib. 2. A. Q. caſu 51. Zaſ. ad h.
t. num. 5.* & judex ex officio intetrogare poteſt etiam
poſt cooclusionem in cauſa, ſicut tradit *Weſſenbach. d.*
6 *23. theſ. 9.* In harum locum ſucceſſeruot hodie poſi-
tiones, quæ non fiunt per ioterrogationem, ſed aſ-
ſertionem credolitatis, & fiunt eo fiue, ot is, cui onua
probandi impoſitum, teneatur omnes circumſtantiaa
probare, com multas fateatur Reus, & proferuntur
tam ab Actore quam Reo, & ponens tenetur jura-
7 mento dandorum oblato ea producere, & Reus te-
netur mediante juramento reſpondere. Et de his agi-
tur *in cap. un. X. de litis Conteſt. cap. 2. X. de Confeſ.
in 6. Ordin. Camer. p. 3. tit. 5 Gail. l. 1. obſ. 79. Ummius
ad Proceſſum diſp. 13. Scaccia de Judic. l. 1. c. 60. Tho-
loſanus l. 48. c. 7. Hillig. in Donell. l. 23. c. 7. lit. K.* Et
8 reperiuntur aliquot tractatus de poſitionibus. Et ſi-
cut interrogationes impertioentes non ſunt reſponſa-
les, ita nec poſitiones impertinentes: qua in re judi-
cum diligentiam deſiderat *Dn. Mevius p. 3. deciſ. 241.*
Et quando Reus tali poſitioni non vult reſpondere,
pro coofeſſo babetur. *c. 2. de Confeſſ. in 6.* Sed contu-
9 max in non veniendo non habetur pro confeſſo. *Vid.
Not.* DNI Autoris *ad l. 53. de Re judic.* Sed interdum
tamen etiam hic contumax pro confeſſo haberi po-
teſt ex ſententia *Dn. Mevii p. 5. deciſ. 191.* ut ſi factor
10 probationem non poſſit aggredi ob ignoraotiam fa-
cti alieni, v. gr. debitor agat contra immiſſum Credi-
torem, qui debitor quot fructus percepti à Credi-
tore, ſcire vult; ubi tamen *dec. ſeq.* monet, telinquen-
dam cootumaci ulteriorem deductionem in puncto
conoexo, ut de impenſis in dato exemplo, ſcilicet ut
creditor condemnetur, quod fructus acceperit, ſalva
tamen ipſa detractione expenſarum.

## ad L. Edictum. 2. & ſeq.

### SUMMARIA.

*Cur Edictum de interrogationibus introductum? nu-
mer.* 1.
*Probatio aditionis quia eſt difficilis, interrogationes ad-
mittuntur.* 2.

IDeo prætor introduxit Edictum de Interrogatio-
1 nibus, qoia difficile, eſt probare, aliqnem hæ-
redem eſſe, quia aditio hæreditatis fit ſolo animo. *§.
fin. Inſt. de hered. qual. & differ. l. 88. ff. de Adquir.*



2 *hered.* Difficilis ideo eſt probatio aditionis hæredi-
tatis, quia ſcilicet ut plurimum verba & facta, qui-
bus hæreditas dicitur adiri, adeo ſunt ambigua, ut
ſciri non poſſit, an adire voluerit hæreditatem, an
non. *Menoch. l. 4. præſ. 99. num. 34.* de præſumtioni-
bus aditæ hæreditatis agit in ſequentibus præſumtio-
nibus. Atque ita exiſtimo io omnibus rebus, quæ
ſua natura difficilis ſunt probationis, æquum eſſe, ut
interrogationes admittantur.

## ad L. Voluit. 4.

### SUMMARIA.

*Quotuplex hujus Edicti finis? n.* 1.
*Ibi jus eſt, ubi prætor eſt.* 2.
*Locus juris duplex, ordinarius & momentaneus.* 3.

IN *principio* legis quattæ agitur de hujus Edicti fi-
1 ne, qui duplex eſt 1. ex parte rei, ut confeſſione
ſua conveniatur, vel ob mendacium puniatur, *de quo
infra.* Alter finis, ut in re difficili actor ſubleveiur,
nam oiſi reus interrogari poſſet, an & ex qua parte ſit
hæres, difficilis & impoſſibilis fere redderetur proba-
2 tio actoris. Ibi jus eſt, ubi Prætor ſedet cauſam co-
gnoſcens, ſive domi, ſive in itinere. *Vid. Cujac. lib. 4.
obſ. 11. Et Bachov. in Treutl. vol. 1. diſp. 4. th. 1. lit. B.
& D.* Ideoque teſte *Weſſenback. diſp. 23.* duplicem fa-
3 cit locum juris, ordinarium & ſtatutum pro tribu-
nali, alium momentaneum in plano ſella poſita, ſive
domi, ſive in itinere. Breviter ubi Imperator eſt, ibi
Roma; ubi Prætor, ibi judicium, quod autem de
judicio Prætoris, de certis cauſis intelligit *Menoch. de
A. J. Q. l. 1. qu. 2. num. 11. & ſeqq.*

## ad L. Qui interrogatus. 5.

### SVMMARIA.

*Interrogato, pro qua parte, &c. hæres ſit, dandum eſt
deliberandi ſpatium. n.* 1.
*An interrogatus titulum allegare teneatur?* 2. & 3.
*Poſſeſſor Regalium, an & quando titulum allegare debe-
at?* 4. & 5.

SI quis interrogatur, an, & pro qua parte, & quo
1 titulo hæres ſit? vel an in poteſtate habeat eum,
ob quem noxali judicio convenitur; petenti dabitur,
ſpatium deliberandi, neque urgendus, ut in continen-
2 ti reſpondeat. *Menoch. lib. 2. A. Q. caſu 52. n. 8.* Quod
de titulo hic habetur, in petitione hæreditatis tan-
tum obtinet, *per l. Cogi. 11. C. de Pet. hær. ubi vide no-
tata* Dni Autoris. Nam in aliis negotiis poſſeſſor ti-
3 tulum allegare non tenetur. Sed in Regalibus, qui ea
poſſidet, v. gr. qui eſt in poſſeſſione juris Epiſcopa-
4 lis, vel percipiendi vectigalia, aut decimas, vel juris
venandi tenetur allegare titulum, quandocunque enim
præſumtio juris contra poſſeſſiooem eſt, tunc titulus
ab allegante probandus, niſi poſſeſſio ſit immemoriali
5 tempore adquiſita, *de quo alibi.*

## ad L. Et quia. 6.

### SUMMARIA.

*Cur hæreditatis poſſeſſor reſpondere teneatur? n.* 1.
*Quando reſpondere teneatur?* 2.

1 IN *princ. legis* allegatur ratio *legis quinta*, qood in
hoc puncto intereſſe verſetur vivorum & mortuo-
rum illorum; quia confeſſio eos in periculum præ-
cipitare poſſet: horum, ut habeant hæredem, quia ſi in
continenti cogerentur hæredes reſpondere, facile
negarent metu perculſi ſe hæredes eſſe. *In §. 1.* habetur
Exceptio in aliquo caſu, ubi non tenetur poſſeſſor
hæreditatis reſpondere interrogationi, an hæres ſit?
2 Nam ſi mihi controverſia à tertio de hæreditate mo-
veatur, qui à me petit hæreditatem, & tu me

convenias actione in perſonam, ex debito, & à te interrogatus teſponderem, me non eſſe hæredem, hæc reſponſio præjudicium aut præſumtionem mihi pareret in altero judicio, aut ſi reſponderem me eſſe hæredem,& poſtea in altero judicio ſuccumbam, aut hæreditas mihi auferatut,indebite reperiar obligatus & demnatus. Sed novo jure per *l. fin. parugrup. fin. autem. 1. C. de petit. hered.* tenetur hoc caſu reſpondere.

## ad L. Si quis. 7.

SI ex damno à tauro tuo mihi dato contra te agere velim, ex titulo, ſi quadrupes, an interrogatus, an taurus ſit tuus, reſpondere teneris? R. quod ſic, & ex confeſſione ſua teoetur reus.

## ad L. Si quis. 8.

### *SVMMARIVM.*

*Reus ex falſa confeſſione obligatur, & condemnatur.*

REus interrogatus ſi falſo confiteatur, ex falſa confeſſione obligatur, & condemnatur v. gr. ſi ſervus Titii mihi damnum dederit, & egu te conveniam, putaos eum tuum eſſe ſervum. & tu interrogatus à me, forte ob majorem certitudinem fateris, eum eſſe tuum, tunc ex falſa tua confeſſione, niſi error commiſſus, teneris actione legis Aquiliæ noxalis, & Titius liberatur, quia non eſt æquum, ut idem bis conſequar.

## ad L. Si ſine Interrogatione. 9.

### *SVMMARIA.*

*Sine interrogatione confeſſus quomodo teneatur? numer. 1.*
*Quivis intereſſatus interrogare poteſt. 2.*
*Servus interrogari nequit. 3.*
*An, qui non convenitur, interrogari poſſit? 4.*
*Defenſor interrogatus reſpondere debet. 5.*
*In dubio heres in ſolidum intelligitur, niſi ex interrogatione aliter declaretur. 6.*
*Dubia teſtis depoſitio ex articulo interpretationem recipit. 7. & 8.*
*Heres interrogatus quomodo heres ſit, reſpondere debet. 9.*
*Sic & heres prætorius. 10.*
*Sic & fideicommiſſarius. 11.*
*An pater de peculio conventus reſpondere teneatur? numer. 12.*
*Quomodo impertinentes quæſtiones admittendæ? n. 13.*

SI quis etiam ſine interrogatione fateatur, ſe eſſe
1 hæredem, omnino tenetur; & quidem magis, ac
ſi interrogatus hoc confeſſus fueris; quia ſpontaneo motu hoc confeſſus es. Quod intelligendum eſt in eodem judicio, nam in alio judicio eſſet res inter alios. Nihil autem intereſt, an à Prætore; an vero ab Ad-
2 verſario, vel ejus Advocato quis interrogetur §. 1. *h.*
*l.* quod *ex principio* fluit, quia ſi etiam ejus confeſſio, qui non eſt interrogatus valet, magis valebit, ſi fuerit interrogatus ab hoc, vel illo, modo ad illum cauſa quacunque ratione pertinuerit. Servus autem non
3 poteſt interrogari, nec alium interrogare, quia non
habet perſonam ſtandi in judicio *per L. 32. ff. de R. J.*

*In* §. 3. quæritur, an aliqois, qui non conveni-
4 tur, interrogari poſſit? Quod negatur, quia de ſe
interrogari poteſt non de alio, quod tamen intelligitur, ut ex tali interrogatione ac reſponſione contra alium oriatur actio. Et *parag.* etiam intelligitur de eo, qui ſuo nomine convenitur; nam alias Tutor Defenſor licet ſuo nomine non conveniantur, reſpondere tamen tenentur, *ut in* §. *ſeq. Nam in ſeq.* §. 4. quæritur, an Defenſor interrogatus reſpondere
5 debeat? Videtur, quod non, quia alienam cauſam gerit, per §. *præced.* Sed affirm. quia defendere eſt eandem cum reo vicem ſubire *L. minor. 51. §. 1. ff. de procurat.* Sed ſi defenſor fateatur reum defenſum eſſe hæredem, hoc defenſo non præjudicat; ſed ipſi defenſori, quia reſpectu defenſi eſt res inter alios acta. Si autem defenſor interrogatus nolit reſpondere, non rite defendit reum, cum tamen eandem vicem ſubire
6 debeat. *d. l. 51.* §. 1. Dicitur hic, eum, qui dicit ſe
hæredem, intelligi in dubio in ſolidum, niſi ex præcedente interrogatione aliter declaretur, Unde colligitur, reſponſionem à præcedenti interrogatione declarari ſolere & debere, *hic* §. *præteren. J. de inutil.*
7 *ſtipulat. Menoch. lib. 4. præſ. 190. numer. 3. & L. 2.*
*præſ. 574. numer. 2. Idem conſ. 82. numer. 31. & conſ. 47. num. 1. Bach. ad Weſ. de V. O. nu. 4.* Unde etiam colligitur, dubiam depoſitionem teſtis ex articulo, cui reſpondit, interpretationem recipere, per allegata *Farinacei qu. 68. num. 58.* Et præſumendum eſt, te-
8 ſtem de eo tempore loqui, de quo fit mentio in ar-
ticulo. *Decius conſ. 271. n. 7. &c.*
9 *In* §. *6. quæritur,* an reus interrogatus, an ex
Teſtamento hæres ſit, vel ab inteſtato, item an per ſe adierit hæreditatem, vel an per alium adquiſiverit eandem, reſpondere teneatur? Et reſpondetur, ſi ad actionem fundandam ſit neceſſarium, & inte-
10 reſſe interrogandi liquidum, etiam ad hæc interroga-
ta reſpondere tenebitur plenius. Idem dicitur eſſe in hærede prætorio, ut interrogetur, quo jure bonorum poſſeſſionem adquiſiverit.
11 *In* §. 7. idem in fideicommiſſario, ut poſſit in-
terrogare, an ipſi reſtituta ſit hæreditas? Et demum
12 *in* §. *fin.* quæritur, an pater, vel Dominus de peculio
conventus teneatur reſpondere, an filius vel ſervus in poteſtate ſit? Sed an peculium filii vel ſervi ſit penes conventum; qui ad eam quæſtionem reſpondere tenetur; nam licet filius eſſet emancipatus ſi tamen peculium eſſet penes patrem, pater tenetetur.
13 *per totum tit. quando actio de peculio eſt annalis.* Ideo-
que impertinentes interrogationes & poſitiones admittendæ non ſunt, in dubio autem admittendæ cum clauſula ſalvo jure impertinentium.

## ad L. Non alienum. 10.

### *SUMMARIUM.*

*De ædibus ruinoſis interrogatus reſpondere tenetur.*

EX tuis ædibus ruinoſis periculum imminet meis ædibus, volo agere de damno infecto, ideoque interrogo te, an ſis ædium ruinoſarum Dominus & pro qua parte, reſpondere teneris? Quod affirmatur, ut ad eam partem damni ſtipulationem accommodemus, & ſtipulationem rite concipiamus, aut ſi falſo neges ædes eſſe tuas, decedere jubeatis.

## ad L. De ætate. 11.

### *SUMMARIA.*

*De ætate interrogatus reſpondere debet nu. 1.*
*Confeſſione alicujus, licet falſa ſit, ſtatur. 2.*
*Niſi probabilis error intervenerit. 3.*
*Quando fides habeatur reſponſioni mendaci contra reſpondentem, non pro illo? 4. 5. & 6.*
*An pœna mendacii hodie exoleverit? 7.*
*Qui affirmat ſe heredem doloſe, condemnatur ut hæres. 8.*
*Varia Exempla pœnarum mendacii. 9.*
*Inter mentiri, & mendacium dicere, quid interſit? 10.*

Quid

*Quid ſit mendacium in ſimulatis operibus?* 11.

*Quid ſit mendacium doloſum, jocoſum & offi ioſum?* 12. 13. 14. & 15.

*An officioſum etiam mendacium peccatum ſit?* 16.

*Octo mendaciorum genera.* 17.

*An mendacium jocoſum punibile?* 18. 19.

*An Jure Civ. ob juſtam cauſam mentiri liceat?* 20.

*Annon leges Civ. jubeant mentiri?* 21.

*In dignitate conſtituti quam maxime à mendaciis abhorrere debent.* 22.

*An Advocatis liceat mentiri in judiciis?* 23.

*An mercatoribus in fraudem alterius mentiri liceat? num.* 24.

*An ſponſalia mendaciis inita ſiat firma?* 25.

*An ad mendacium requiritur dolus.* 26.

*Dolus quomodo probetur?* 27. & 28.

*Caſus, ubi circa vendendum mendacium committitur.* 29. 30. & 31.

*Filiusfam. ſi ſe Patremfam. dixerit, quatenus puniatur?* 32.

*An vaſallus amittat jus ſuum, qui ad fraudandum Dominum parte laudemiorum, minus pretium in inſtrumento poſuit?* 35.

*Diſtinctio inter ob & ſubreptionem an probanda?* 36.

*In precibus falſitatis inculpandis cui probatio incumbat?* 38.

*An totum reſcriptum corruat, ſi per falſa narrata circa unum capitulum impetratum ſit?* 40.

*Quomodo puniatur mendacium extra judicium commiſſum?* 41.

*An, qui in judicio mentitur, regulariter privetur jure ſuo?* 42.

*An pœna circa privationem juris expreſſa ad ſimiles caſus ſint extendendæ?* 43.

*Quomodo pœna mendacii evitari poſſit?* 44.

*In actionibus realibus quid agatur, ſi reus falſo dixerit, ſe non poſſidere?* 45.

*Quænam requirantur, ut pœna privationis locum habeat?* 46. & ſeqq.

*An pœna privandæ poſſeſſionis in omni reali actione locum habeat?* 51.

*Quid. ſi dicat reus, ſe juſte poſſidere?* 52.

*An Actor poſſeſſione obtenta, in petitorio procedere poſſit?* 53.

*An, qui rem in ſequeſtro depoſitam negat poſſidere, hac pœna teneatur?* 54.

*Quænam requirantur, ut is, qui ſe liti obtulit, pœna mendacii teneatur?* 57. 58. & 59.

*An & quatenus Vaſallus rem feudalem negans, amittat feudum?* 60. & ſeqq.

*An creditor poſſeſſione pignoris privandus ſit, qui, cum alter creditor illud vindicat, negavit falſo illud in bonis debitoris fuiſſe?* 64.

*Quænam requirantur, ut puniatur, qui propriam ſcripturam negat?* 65.

*An eadem pœna illius, qui apocham negat?* 66.

*An eadem pœna tutorum, ſcripturam propriam negantium?* 67.

*An eadem pœna, ſi ſcriptura tantum ad probationem facta dicatur?* 69.

*Quid ſi inſtrumentum publicum negetur?* 72.

*Practica* Auth. contra qui propriam. C. de non num. pec. *quænam ſit?* 75.

*Depoſitum miſerabile negans quomodo puniatur?* 76.

*Quid, ſi aliud depoſitum ſit, ubi ſimilis neceſſitas?* 77.

*Legatum piis locis relictum negans punitur.* 78.

*An idem in legato Fiſco vel relicto?* 79.

*Pœna dupli propter odium delicti.* 80.

*Quid, ſi tantum negetur qualitas delicti.* 81.

*An pœna hoc caſu peti neceſſario debeat?* 82.

*An maritus ſe maritum negando, amittat beneficium competentiæ?* 84. & 85.



*An hæc pœna ad alios extendatur, qui negant cauſam beneficii?* 86.

*An fidejuſſor, qui ſe talem negat, amittat beneficia diviſionis & excuſſionis?* 87.

*An idem in Tutoribus?* 88.

*Verus intellectus* §. fin. Inſtit. de fideicomm. hæredit. *quiſnam ſit?* 89.

*An hæres falſo negans rem eſſe hæreditariam, amittat beneficium L. Falcidiæ?* 90.

*An negata parte hæreditaria totum beneficium amittatur, an vero pro illa parte?* 91.

*An pœna mendacii in compenſatione locum habeat?* 93.

*An debitor negans debitum, amittat beneficium, ceſſionis?* 94.

*Pœna mendacii circa probationem quomodo locum habeat?* 95. & 96.

*Mentiens in judicio reddit ſe ſuſpectum.* 97.

*Teſtis mentiens quatenus torturæ ſubjiciatur?* 98.

*An ſtatutum, quo confitentibus pœna minuitur, admittendum?* 99.

*An, qui primo negavit, poſtea confitetur, commodo ſtatuti fruitur?* 100.

*An minor contra mendacium reſtituatur?* 101.

*Qui juſſus reſpondere tacet, habetur pro confeſſo, prout ei nocivum.* 102. 103. 111.

*Jure Canon. Camerali & Saxon. idem obtinet.* 104. 105. 106.

*Debet tamen peti, ut tanquam confeſſus condemnetur.* 107. 108.

*Actores probationes ſuas fictæ confeſſioni ſuper addere ſolent.* 109.

*Pœna mentientium ad tacentes per contumaciam extenditur.* 112.

*His tacentibus comparantur, qui non ad interrogata reſpondent.* 113.

*Obſcure, inepte, & plane non reſpondere, paria ſunt.* 114.

*Ad ſimplicem reſponſionem requiritur articulus ſimplex, non prægnans.* 116.

*Falſam ex errore reſponſionem interdum ſine pœna eſſe, exemplo probatur.* 117. 118.

*De novo emergentia novo indigent remedio.* 119.

*Quid ſi quis ſuper contractu interrogatus eundem falſo fateatur?* 121.

*Ex probabili errore reſpondens eo probato excuſatur. numer.* 122.

*Confeſſio falſa num revocari poſſit?* 123.

IN *princ. hujus Legis* quæritur, an reus interroga-
1 tus ſuper ætate, cujus ætatis ſit, teneatur reſpon-
dere? Quod affirmatur; quia valde intereſt actoris
ſcire, cujus ætatis reus ſit. Nam ſi minorennis ſit, ne-
que reus cum curatore compareat, nihil agetur, &
fruſtraneum foret judicium. & judicium de ætate ex
externo adſpectu eſt valde fallax. Autor *ad L.
9. numer. 2. C. de Probat. Et ad L. 43. π. de Minor.
& ad L. 13. π. de Probat.* Statur igitur confeſſioni
2 alicujus, licet falſa ſit, v. gr. ſi quis, cum ex parte
dimidia tantum hæres, reſpondeat, ſe ex aſſe hære-
dem eſſe, fides enim ei contra ſe habebitur §. 1. *hujus
legis.* Idem ſi dixerit, ſe eſſe hæredem, cum tamen
hæres plane non eſſet. §. 2. *h. l.* Idem cum eſſet ex
minore parte hæres, de majore reſpondit. §. 3. Ubi
3 habetur limitatio, niſi error probabilis interveniat: nam
ad pœnam Mendacii dolus requiritur. v. gr. ſi neſciat
partem aliquam adcreviſſe, vel ſi ex incerta parte fue-
rit inſtitutus, cohæredum vero partes ignoret. Qui
mentitur reſpondendo, Interrogationi fides habenda
4 eſt contra ſe, *verbi gratia*; ſi reſpondeat, ſe ex ſe-
miſſe hæredem eſſe, cum tamen ex quadrante tan-
tum hæres eſſet, is ex ſemiſſe convenitur. Sed non
5 ei creditur in iis, quæ pro ſe loquitur, quod *Menoch.*

*lib. 2. Arb. Quæſtion. caſu 53. num.* 29. intelligit de
ſimplici confeſſione; nam ſi fateatur partim pro ſe,
partim contra ſe, ſi loquimur de connexis, confeſ-
ſio ſeparanda non eſt. *Menoch. d. l.* conferri poteſt
6 *Socinus jun. vol. 1. conſ. 45. numer.* 26. Regula *hujus* §.
limitatur *in L. Confeſſionib.* 13. *h. t.* niſi Jus & natura
repugnat, & ibidem *Bartolus*. Sed hanc pœnam men-
7 dacii exoleviſſe, affirmat hic *Grænwegen*, quod vi-
deri poſſit hodie dicendum eſſe, abrogatis actionibus
interrogatoriis, niſi quis dicere velit, eum, qui plane
non eſt hæres, ex falſa confeſſione non poſſe conve-
niri; quia nulla datur actio, Eum vero, qui ex ſemiſſe
hæres ſit, ſi ex aſſe hæredem ſe judicialiter dixerit, ex
aſſe conveniri poſſe; quia confeſſio reperit actionem
ex parte, & reſpondens habetur pro eo, ac ſi ſe obtu-
8 liſſet; ſed melius dicitur eum, qui ſe affirmat hæredem,
ex oblatione ſua pro hærede habendum, ſi doloſe id
affirmavit, & factum ſit Jus agentis deterius; nam ſi
id non ſit, pœnitendi hoc caſu ſpatium datur. *h. L.* 11.
9 §. *fin.* Notetur hæc pœna mendacii. Aliam habuimus
*in L. fin ff. de R. V.* Alia eſt *in L.* 1. §. 15. *ff. ſi quadr.* &
alia in *L.* 22. §. *fin. de Noxal. action.* Alia in *L.* 2 . §.
1. *de Rend.* Alia in *L. ſi dubitet.* 10. §. 1. *de fidej.* Alia
in *L. fin* §. 1. *C. de compenſ. L.* 2. & 3. *C. ſi minor ſe
majorem.* Alia in *Nov.* 18. *c.* 8. & *c.* 10. Alia in §. *fin.
J. de fideicomm. hæred.*

Cum vero *in* §. *h.* ordinaria ſedes materiæ de men-
dacio ſit. eam hic ex variis locis collectam ordine
proponere lubet, quod lectori haud ingratum fore
10 exiſtimo. Non autem inconvenienter definiri poſſe
arbitror Mendacium, quod ſit vitium, quo quiſpiam
contra ac ſentit, enunciat. *Thomas 2. quæſtion.* 110 Seu
mendacium eſt aliter ſentire, aliter loqui. *Chryſoſtom.
homil.* 19. *in Epiſt. ad Hebr.* Inter mentiri autem, &
mendacium dicere, multum diſtat, per allegata *Hie-
ronymi de Cavallos, in ſpeculo aureo communium opinio-
num. quæſtion.* 128. *num.* 5 *ſeq.* Non enim omnis qui
falſum dicit, mentitur, ſi credit aut opinatur verum
eſſe, quod dicit, inquit *Auguſtin. libr.* 1. *de mendacio
cap.* 2. Qui enim mentitur, ipſe non fallitur, ſed al-
terum fallere conatur, qui tantum mendacium dicit,
ipſe fallitur; item qui mentitur, fallit quantum in ſe
11 eſt; at qui tantum mendacium dicit, ipſe non fallit
quantum in ſe eſt. Item: Vir bonus præſtare debet,
ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat, alterum
incidit in hominem, alterum non. Verba hæc *Nigidii*
refert *Aul. Gell. libr.* 11. *cap.* 11. Ad homonymiam
pertinet, quod aliud mendacium ſit in verbis falſis,
aliud in ſimulatis operibus, *ut Auguſtinus* inquit in
*can. Cavete. C.* 22. *quæſtion.* 5. Ubi poſterius declarat
exemplo. Mendacium namque, inquit *Auguſtin. d. can.*
eſt, Chriſtianum ſe dicere, & Chriſti opera non fa-
12 cere; ſed ego de mendacio verborum hic ago. Hoc
vero vel prim. Malignitatis. ſecund. Jocoſitatis.
Vel tert. ut vocant Pietatis, quæ eſt vulgaris DD.
diſtributio. *gloſſ. in can. ne quis. C.* 22. *quæſt.* 2. quam
communiter & Theologi quoque paſſim inculcant. Il-
lud alii doloſum, iſtud Jocoſum, hoc officioſum,
13 vocant alii honeſtum, alii neceſſarium, alii miſeri-
cors mendacium appellant. Doloſum ſeu pernicio-
ſum definio eſſe orationem menti contrariam cum
animo fallendi. Vel eſt ſecundum *Auguſtinum*, quem
refert *gl. in L. de ætate.* 11. §. *ſi cum eſſet.* 3. *in verb.
mendacii. ff. de interrog. act.* & *ex gl. Maſcard. tract.
de probation. concluſ.* 1043. *nu.* 1. falſa ſignificatio vo-
14 cis cum intentione fallendi. Jocoſum eſt, quod ne-
mini nocet, ſed animi cauſa profertur? ad jocoſum,
vel etiam alio reſpectu ad officioſum poteſt referri
illud Philippi Macedoniis, qui iter faciens invitatus
ad cœnam ab hoſpite quodam, multos ſecum ad-
duxerat, hoſpitam ubi perturbari vidit, quod non
eſſet ſatis apparatus, miſit ad ſingulos, qui placen-
tæ locum relinquere eos juberent: iiſque obtempe-
rantibus, & ob placentæ exſpectationem parcius eden-
tibus cœna omnibus ſuffecit. *Plutarch. in apophth.* &
15 *Imperat. pag.* 339. Officioſum eſt, quod alicui profu-
turum creditur, vel ei ſaltem qui loquitur, ut datur
exemplum obſtetricum piarum. *Exod.* 1. *verſ.* 18. 19.
Rachab. *Joſue 2. verſ.* 4. 5. 6. quibus etiam benefecit
Deus, non quia mentitæ, ſed quia miſericordes fue-
runt in homines Dei, & Deus uno tempore, & in
una cauſa vidit factum miſericordiæ, & factum fal-
laciæ, bonorum remuneravit, & propter hoc bonum
malum illud ignovit, ut ait *Auguſtin. lib.* 1. *de men-
dac. cap.* 15. *Celſus Bargalius* etiam aliud mendacium
dicit eſſe affirmativum, aliud negativum. *lib. 5. de do-
16 lo cap.* 10. *numer.* 38. Sed Q. An omne atque adeo
officioſum mendacium ſit peccatum? Theologorum
hanc exiſtimo eſſe ſententiam, mendacia omnia eſſe
peccata; omnium inſtar mihi ſit auguſtiſſimus Au-
guſtinus, qui duos libros ad Conſentium ſcripſit con-
tra mendacium, is toto libro primo oſtendit, per-
verſiſſime dici, ut alter corporaliter vivat, debere al-
terum ſpiritualiter mori, & neminem ait æternam vi-
tam pro alterius vita temporali debere amittere: imo
nec orbem, ſi periclitaretur, aliquo mendacio mi-
nimo ſervandum eſſe. *In ſecundo autem libro* oſten-
dit, ne quidem eo fine mentiendum, ut Priſcillianı-
ſtarum ſecreta explorentur, & *eodem libro cap. penult.*
nec pro alterius vita æterna mentiendum eſſe docet,
& demum concludit *c. ult. Aut ergo cavenda menda-
cia recte agendo, aut confitenda pœnitendo; non autem
cum abundent, infeliciter vivendo augenda ſunt & do-
cendo.* Priſcillianiſtis autem adſcribit *cap.* 2. quod
dogmatizent mendacium, & quod doceant in corde
retinendum eſſe, quod verum eſt, ore autem ad alie-
nos proferre falſum, non eſſe peccatum. Etiam jure
Canonico omnia mendacia prohibita eſſe, DD. com-
muniter ſentiunt, *per can. primum.* 8. *C.* 22. *quæſt.* 2.
Ubi Auguſtinus octo genera mendacii recenſet. Pri-
mum, inquit, eſt capitale mendacium longeque fu-
17 giendum. Quod fit in doctrina religionis, ad quod men-
dacium nulla conditione quiſquam debet adduci. Se-
cundum, ut aliquem lædat injuſte, quod tale eſt, ut
nulli proſit & obſit alicui. Tertium quod ita prodeſt
alteri, ut obſit alteri, quamvis non ad immunditiem
obſit corporalem. Quartum quod fit ſola mentiendi
fallendique libidine, quod merum mendacium eſt.
Quintum quod fit placendi cupiditate de ſuaviloquio.
Sextum quod & nulli obeſt & prodeſt alicui, quoad
fortunas, veluti ſi quiſpiam pecuniam alicujus injuſte
tollendam ſciens, ubi ſit, neſcire ſe mentiatur, quo-
cunque interrogante. Septimum quod & nulli obeſt
& prodeſt alicui quoad perſonam, veluti ſi nolit ho-
minem ad mortem quæſitum prodere, mentiatur:
(Quamvis in ipſo loco Auguſtinus aliter videatur di-
ſtinguere hæc duo mendacia.) Octavum eſt ge-
nus mendacii, quod & nulli obeſt, & ad hoc pro-
deſt, ut ab immunditie corporali aliquem tueatur. &
*in fin. ejus can.* ſubjicitur. *Quiſque autem eſſe aliquod
genus mendacii, quod peccatum non ſit, putaverit, deci-
piet ſeipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem ar-
bitratur aliorum*: monet idem. *can. ſeq.* 9. nec humi-
litatis cauſa mentiendum eſſe, *& incaute ſunt humiles,
qui ſe mendacio illaqueant, inquit Gregor. in can. in-
caute.* 10. *d. quæſtion.* 2. item *can. mihi autem*, 12. &
*can. ne quis arbitretur.* 14. & *in can. faciat.* 15. dicit
Auguſtinus *Faciat homo etiam pro temporali hominum
ſalute quod poteſt. Cum autem ad hunc articulum ven-
tum fuerit, ut tali ſaluti conſulere niſi peccando non
poſſit, jam ſe exiſtimet non habere quid faciat, quando
id reliquum eſſe perſpexerit, quod non recte faciat, quod
idem habetur cap. ſuper eo.* 4. *X. de uſuris.* quod etiam
*ex can. juramenti.* 21. *C.* 22. *quæſt.* 5. colligere licet,
18 Nam ſi inter juramentum & loquelam noſtram nulla
debet eſſe diſtantia, ut dicitur *in d. can.* 12. certe
jocoſitatis aut pietatis cauſa, ut pejerare ita nec
mentiri licebit, atque ita ſentiunt Canoniſtæ
commu-

communiter. *Hoſtienſ. l. 5. ſumm. ſua tit. de pœnitentia. numer. 32. Covarr. lib. 1. Variar. reſolut. cap. 2. numer. 1. Guttierez. l. 1. pract. quæſt. 60. num. 4.* atque & ſane exemplis docemur eos, qui ad mendacia officioſa & jocoſa ſe aſſuefaciunt, paulatim ad mendacia doloſa delabi, juxta proverbium, quod catelli lora arrodendo corium comedere diſcant; tutius igitur eſt ab omni mendacio abſtinere. Nam ut rectè *Auguſtinus lib. 1. de mendac. cap. 1.* nunquam tutius erratur, quam in amore nimio veritatis, & rejectione nimia falſitatis erra-
19 tur. Sed jure civili annon & mendacium jocoſum punibile? Reſp. Negando, cum *Gomez. in §. perſonam. nu. 17. Inſt. de actionibus.* qui requirit, ut mendacium noceat. Niſi per culpam damnum iſto mendacio datum ſit, quo caſu actionem legis Aquiliæ utilem vel in factum competere, non dubito, *per l. fin. ff. quod*
20 *falſo. tut. auth. geſt. & l. 7. §. fin. ff. de dolo.* Sed annon in Jure Civili ob juſtam cauſam mentiri licet? Caſum, ut contentio melius pateat, talem communiter proponunt. Si quis mutuo ſecreto centum accepiſſet, & ea ſecreto ſolviſſet, ac à creditore quaſi non ſoluto debito conveniretur, quid tum faciendum? Anne mentiendum, & mendacium alio mendacio eludendum? Ita volunt *Decius in l. ea eſt natura. 65. num. 3. ff. de R. J. Mynſing. cent. 3. obſ. 6.* qui etiam Juramentum addi poſſe exiſtimat, errore Mynſingeri alias non convenienti. *Baldus* ſane, quem allegat in *rubr. Cod. de fide inſtrum. num.* 30. de Juramento nihil ad rem. *Tiraq. in præf. tract. de Retract. n.* 71. decipi poſſe adverſarium exiſtimat, ſed ſine falſitate. Ego iſtam ſententiam de mendacio defenſionis gratia proferendo, ſuis autoribus remitto, & ſtatuo, ne quidem in juſta cauſa licere mentiri, ſiquidem ait *Alciat. in l. Ea eſt natura cavillationis. numer.* 11. nunquam convenire gravi bonoque viro, magis victoriam quam veritatem quærere, & qui victoriæ potius, quam veritatis eſt ſollicitus, incidit in vitium prudentiæ contrarium, & juſta cauſa juſtis eſt argumentis vincenda; præſertim cum tanta ſit veritatis vis & potentia, *autore Tullio in Catilinam*, ut nullis machinis aut arte poſſit ſubverti, & ſeipſam ſine patrono tueatur ac defendat, nec unquam ſunt faciendi mala, ut inde eveniant bona, nec malum pro malo reddendum, docet *Paulus ad Roman. 12. verſ.* 17. Et ſane ipſum juramentum calumniæ, quod à partibus in quacunque litis parte, ſi poſtuletur, præſtari debet, omne mendacium ſaltem officioſum, vel, ut alii vocant, neceſſarium excludit. Nam juramento calumniæ quis promittere tenetur, ſe vera dicturum; qualis formula juramenti calumniæ paſſim habetur etiam in *Ordinatione judiciorum Pomerania, Rubr.* Form des Eydes für Geſärden. ibi: Und ſo offte ſie in Rechten gefraget Werden / die Warheit nicht verhalten / ſondern ehrbarlich und auffrichtig anzeigen / und auſſagen. Quam ſententiam amplectitur *Ceiſus Bargalius*, egregie & copioſe de hac quæſtione in utramque partem diſſerens *lib. 1. cap. 7. in pr. tractat. de Dolo*, cui ſuffragantur *Johann. Gutierez. lib. 1. quæſt. civil. 60. nu. 4. & Fulvius Pacian in tract. de probation. cap. 21. num. 3. & 9. Hieron. de Cavallos in ſpeculo commun. opinion. quæſt.* 361. ubi his verbis concludit, *quæ, inquit, eſt Verior & communior & tenenda, licet contra (de quo doleo) magis uſitetur.* Quas autem cautelas *Covarruv. libr. 1. reſolut. c.* 2. proponit ratione tacitorum intellectuum, eæ videntur ad æquivocationes quodammodo accedere. Sed annon ipſæ leges jubent interdum mentiri, v. gr. in Publicianæ actionis formula? Reſp.
21 negando cum *Bargalio d. libr. 5. cap. 13. & ſeqq.* & conferatur *Donell. lib. 20. cap. 8. & ibi Hilliger. lit. T.*

22 Cauſa prima mendacii eſt diabolus mendacii pater. *Johann. 8. verſ.* 45 Omnes deinde, qui patris hujus veſtigia ſequuntur, nec jure unquam excuſabitur, quicunque mentitur, in quacunque dignitate ſit conſtitutus, ſed alienum eſſe debere tetricum hoc vitium à Principe, monet ſapientiſſimus Regum *Salomon. Proverb. 17. verſ 7.* & veracium ſolum amator eſt Princeps, inquit *Juſtinian. Nov. 58. in præfat.* mendacium in Principe quam in cæteris longe execrabilius cenſeri, poſt alios tradit *Rolànd. à Valle conſil. 1. num.* 34. quod jure meritiſſimo ad omnes, qui dignitate præfulgent, extenditur, nam.

*Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
*Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.*

23 Hic ſe offert quæſtio, An advocatis liceat mentiri in judicio? Vetus de his querela tam apud Theologus quam JCtos, ita enim S. *Bernhard. conſideratione ad Eugenium cap.* 10. quem citat *Hieronym. de Cavall. in exhortatione ſua ad Advocatos, quam præmiſit tom. 4. ſpeculi commun. opinionum. Miror*, inquit Bernhardus, *quemadmodum religioſa aures tuæ audire ſuſtinent hujuſmodi diſputationes Advocatorum & pugnas verborum, quæ magis ad ſubverſionem quam inventionem proficiunt veritatis, corrige pravum morem & præcide linguas vaniloquas, & labia doloſa claude. Hi ſunt, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium; diſerti adverſus juſtitiam, eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt, ut faciant malum, eloquentes ut impugnent verum*; & non nemo hæc *mendacia* vocat *deaurata*. Ex JCtis ſunt etiam nonnulli, qui Advocatis quibuſdam hanc tribuunt culpam, videatur *Paris de Puteo, tract. de Syndic. tit. de Exceſſ. Advocatorum numer.* 22. ubi dicit, Advocatos ſæpe negare piper nigrum, & aliquando dicere eſſe album *conf. Hoſtienſ lib 5. ſumm. ſua tit. de pœnitentia numer. 32. & Speculator. tit. de Advocat. §. 9. numer. 6 & Carpzov lib. 3 reſp. 5 numer.* 38. ubi deteſtandam dicit temeritatem quorundam Cauſidicorum, qui omnia moliontur lucri cupiditate allecti, ut litem vincant per fas & nefas, per vera & falſa. Nec tamen omnes negotium iſtud tractantes, ſed pravos ac Reipublicæ perniciofos incuſant. Quoſdam enim novimus iſtud munus ita egregie, pie & fide gerentes, ut maxima laurea hujus inſtituti digni cenſeantur. *Covarruv. lib. 1. cap 2. in præfat.* & videntur multi potius mendacium dicere, quam mentiri, quæ omnino ſunt diſtincta juxta *Gellium. lib. 11. cap. 11.* licet contradicat *Marc. Anton. Cucbut. tract. de mentiente circa poſſeſſionem. numer.* 86. idque culpa patrium, à quibus non raro circumveniuntur; quod ſi vero Advocatus in mendacio deprehendatur, cum *D. Carpzov. p. 1. Juriſpr. Forenſ. conſtit. 1. definit. 10. & d. Reſp. 5. nu.* 40. arbitrarie puniendum eſſe puto, cum præſertim Advocatus mentiens etiam contra juramentum agat; nam in pleriſque judiciis, v. gr. *in Ordinat. judiciorum Pomerania Rubr.* Der Advocaten Eyd / inter alia etiam membra juramenti huc habetur, daß ſie wiſſentlich keinerley Falſch / Unwarheit &c. ſuchen und beachren wollen / *& in Rubr.* Der Procuratoren, und Redner-Eyd / *ibi.* wiſſentlich keinerley Falſch / Unwarheit oder Gefährligkeit brauchen / &c. Sed annon
24 Mercatoribus & propolis licet mentiri in fraudem alterius? Ita quidem multi exiſtimant ſibi id licere, putantes, ſe alias ſane perituros eſſe, jurare & pejerare eum oportere, qui merces tractat, hæc ſacra aliter non conſtare, ut verbis utar *Drexelio in lib. de Phaetone Orbis lib. 2. cap. 17. §. 3.* vel ut dicitur *in can. Ejic ent. 11. diſp.* 88. qui emit & vendit, ſine mendacio & perjurio eſſe non poteſt, quod ex opinione nonnullorum intelligendum, & id *Auguſtin. in can. quoniam. 12. diſt.* 88. ad alios etiam transfert artifices. Unde *Salycet. in Auth. Ad hac. C. de Uſuris. num. 18. in fin* paucos mercatores eſſe conqueritur, qui non utantur mendaciis, & *Benevenutus Stracha de mercatur. part. 2. nu.* 9. quorum querelas noſtras non faciamus. Nobis negotium cum illis eſt, qui impune mentiri ſibi licere exiſtimant, quibus opponimus fundamenta in genere ſupra

mendacio oppoſita; & qood *Cicero* ait *libr. 3. officior.* tollendum in rebus contrahendis omne mendacium. Imo negotiatores illi abominabiles exiſtimantur, qui Juſtitiam Dei minime conſiderantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt merces ſuas, plus perjuriis onerando, quam pretiis, tales ejecit Dominus de templo. *can. quid eſt aliud.* 13. *diſt.* 88. Unde Betrand. dicere conſuevit, mercatoris dumum & veritatis & æquitatis plenam eſſe oportere, quem allegat. *Benevenut. Stracha d. tract. de mercat. part. 2. nu.* 9. Imo nec in foro ſoli mercatoribus mentiri licere, apparet *ex L. Julianus.* 13. §. *ſi Venditor.* 4. & §. 6. *de action. emt.* Quod nec faciunt mercatores boni ſcientes, quod negotiatio neminem faciat malum, ſed iniquitas hujus vel illius, & mendacium, ut ait *Auguſtin. in can. quoniam.* 12. *diſt.* 88. Procis hoc etiam ſolet imputari, quod multi mentiri ſibi licere exiſtiment, quod ſane, ut nemini licitum; ita nec illis
25 cuncedendum. Sed Q. hic obiter, an ſponſalia mendaciis & dolo malo inita ſint firma, v. gr. Si quis nobilis & prædivitis cujuſdam filium ſe fingens, conciliet gratiam filiæ alicujus prædictæ conditionis, conſenſum etiam parentum de matrimonio ineundo, poſtea autem repertus eſt ruſtici & mendici filius, an poſſet compellere filiam & parentes ad conſummandum matrimonium? Et regulariter dolum, qui non ſit cummiſſus in ſubſtantialibus, non annihilare conventionem, nec ſponſalia ſemel rite confirmata DD. communiter ſtatuunt, ut refert *Benſtius de matrimon. cap.* 44. Sed affirmat *Paulus Cypræus de ſponſalib. cap.* 13. §. 2 & 4. ex hac ratione, quod veriſimile ſit, filiam aut parentes non conſenſuros fuiſſe in hoc matrimonium, niſi dolo & perſuaſione inducti & circumventi conjugium promiſiſſent: perſuadere autem plus eſt, quam compelli atque cogi ſibi parere. *l.* 1. §. *perſuadere ff. de ſerv. corrupto.* & Tubingenſes JCti in conſilio, quod edidit. *Harprecht in Rubr. tit. de nuptiis numer.* 153. *multis ſeqq.* probare intendunt, dolum etiam circa non ſubſtantialia matrimonii commiſſum, ſi cauſam dedit contractui, ſponſalia irrita reddere: quid igitur dicendum? Communi eſſe adhærendum ſententiæ, cum hac tamen declaratione, *ſi inſignis ſit fallacia & magni momenti, & quæ provideri non potuit aut caveri* (ſunt *Verba Cypræi d. l.*) & non poſſit felix ſperati eventus, magnaque alteri facta ſit injuria, quod tunc judex Eccleſiaſticus ſponſalia talia per inſignem fallaciam ac mendacium procurata ex officio poſſit dirimere. Sed hæc non poſſunt prodeſſe illis, qui quemcunque prætextum dirimendis ſponſalibus quærunt, & raro tales termini, in quibus ἐπιείκειαν adhiberi poſſe putamos, contingunt.

Cauſa impulſiva malignitatis eſt Dolus & lata culpa, unde regulam DD. conſtituunt: Quod omnia jura
26 de pœna negantis, vel mentientis loquentia, debeant intelligi, quando quis aliquid negat per dolum & latam culpam. *Baldus in c. un. tit. Vaſallus ſi feudum vel feudi partem, numer.* 2. *Pacian. l.* 1. *de Probation. c.* 19. *numer.* 3. ubi plures allegat. *Schraderus de feudis. p.* 9. *c.* 6. *num.* 28. *Roſenthal. de feudis. c.* 10. *concluſ.* 32. *num.* 5. *Gædd. de ſtipulat. c.* 9. *nu.* 102. *Wurmſer. in miſcellan. obſ.* 10. *num.* 1. *Johan. Petr. Surdus dec.* 237. *num.* 2. *Hering. de fidejuſſor. cap.* 27. *part.* 2. *num.* 210. *Sichard. ad Authent. tem poſſeſſor. num.* 10. *C. qui potiores in pignore.* Sed ſi mendacium dolo careat & lata culpa, tunc regulariter in jure noſtro non punitur. *Pruckman. vol.* 1. *conſil.* 28. *num.* 29. Dolus
27 autem quomodo hic probandus? Reſp. ex duobus potiſſimum. 1. Si probetur rem aliter ſe habere. 2, Si in ejus commodum redundet. *l. quod ſi cum ſcires.* 8. *ff. de dolo. Hartmann. Piſtor. part.* 1. *quæſt.* 29. *numer.* 4. *ubi DD. allegantur. Wurmbſ. in miſcellan. obſ.* 10. *numer.* 2. & *Benedict. Carpzov. part.* 3. *Juriſpr. For. conſtit.* 5. *definit.* 8. Ubi tale habetur exemplum. Si ab aliquo falſis ſuggillationibus & mendaciis perſuaſus fuerit teſtator, puta hæredem proximiorem ab inteſtato fuiſſe mortuum, vel gravi injuria teſtatorem affeciſſe, aut hæreditatem non appetere, contrario poſtea demonſtrato & probato. Et quamvis ex mendacio dolum regulariter præſumi poſt alios à ſe allegatos velit *Menochius lib.* 5. *præſumpt.* 3. *numer.* 53. Id recte tamen poſtea *numer.*
28 62. ad eum caſum reſtringit, ſi aliquid commodum ex mendacio conſequatur. Præſumtive etiam ex aliis doloſum mendacium præſumitur, ut 1. ex moribus, ut ſi quis maria & montes polliceri ſoleat. *arg. l. Non omnes.* 5. *pr. ff. de re militari. Maſcard. vol.* 2. *concluſ.* 1043. *numer.* 5. Imo ex unico actu præmeditatu mendacii, aliquem in aliis facile mentiri, colligunt *DD. ex vulg. reg.* Semel malus &c. *Maſcard. d. concl.* 1043. *num.* 7. & *numer.* 14. 2. Item præſumi poteſt ex inimicitia, ita inimicum mentiri de ſuo inimico probabile eſt, ut per *l.* 1. § *præterea.* 24. *ff. de quæſtion. Maſcard. vol.* 2. *concl.* 1050. *numer.* 1. & *ſeqq.* 3. Ex variatione. *arg. l. Ex lib.* 15. *ff. de quæſtionibus.* 4. Ex nimis animoſa depoſitione & verboſitate, vel depoſitione nemine interrogante facta, aliquam mendacii ſuſpicionem oriri, apparet ex traditis *Maſcard. vol.* 3. *concl.* 1375. *num.* 2. & *ſeqq.*

29 Proponitur autem mendacium vel in judicio vel extra judicium. *Cuchus in tract. de mentient. circa poſſeſſionem. numer.* 76. Et quidem extra judicium venditores interdum mentiuntur de re vendita. V. gr. De ſervo vendendo, quod artificio inſtructus ſit, vel peculium amplum habeat, vel ſi fundum uni tamen municipiu legata ſolvere aſſerat, cum tamen pluribus obligatus eſſet. His enim & ſimilibus caſibus actione ex emto tenetur ob mendacium venditor præſtare, quanto pluris ſervum emiſſet, ſi ita peculiatus eſſet, vel eo artificio inſtructus. *l. Julianus.* 13. §. *ſi Venditor.* 4. & §. 6. *ff. de actione emti & Venditi.* Imo amplius non tantum id, quanto pluris emerit, ſed etiam damnum inde ſecutum Venditor reſtituere tenetur, v. gr. Si vas mihi vendideris, & dixeris, id eſſe integrum, ſi id integrum, non ſit, etiam id, quod eo nomine perdiderim, præſtabis mihi. Idem in locatione, *per l. tenetur.* 6. §. *ſi vas.* 4. *ff. de action. emti.* E contrario ſi emtor per mendacium quid affirmavit de re emenda, ut vilius emat, v. gr. hæreditatem affirmat eſſe minimam, Venditi actionem contra eum habet Venditor ex mendacio
30 ipſius. *l. ſi quis affirmaverit.* 9. *pr. ff. de dolo.* Notandum autem hic diſcrimen inter aſſertionem falſam ſine dolo, & cum dolo factam. Nam ſi quis v. gr. ſervum ut conſtantem, laborioſum, &c. ignoranter commendaverit, redhibitoria actione tenetur vel quanti minoris. *l. ſi quid* 18. *pr. ff. de Ædilitio Edicto.* & *l. ſi minor.* 9. *C. de action. emti. ibique* Autor *numer.* 1. Ita tamen ut non exacta conſtantia, nec per dies noctesque continuatus labor intelligatur. *d. l. ſi*
31 *quid pr.* Sed ſi ſciens quis falſo rem commendaverit, ad omne intereſſe etiam extra rem tenetur. *d. l. tenetur.* 6. §. 4. Sed videturne iniquum venditorem, ſi ignoranter rem venalem commendet, ex emto teneri? Reſpondet *JCtus in d. l. Julianus* §. *quid tamen. ff. de Action. Emt.* ipſum non debuiſſe facile, quæ ignorabat, adſeverare, & non debuiſſe ipſum
32 eſſe facilem ad temerariam indicationem. Extra judicium etiam mendacium punibile committitur, ſi filiusfamilias ſe patremfamilias mentiatur, qui non juvatur SCto Macedoniano, *Pacian. de probat. libr.* 1. *cap.* 19. *numer.* 33. *per l.* 1. *C. ad SCtum. Macedon. ibique* Autor *num.* 2. qui textus tria videtur requirere. 1. Ut filius dixerit ſe patremfamilias eſſe. 2. Ut creditor ipſius adſertioni crediderit. 3. Ut juſtam cauſam credendi habuerit. Ideoque recte *Gilkenius in d. l.* 1. *numer.* 2. probationem horum membrorum creditori incumbere defendit. Juſta cauſa eſſe poterit varia, ut ſi mendax inſtrumentum, vel mendacem teſtem pro-

ducat

ducat, vel juret, &c. *Gilken. num.* 4. An autem in
ignoto & extraneo ſatis erit; ſi filius dicat patrem ſu-
um deceſſiſſe? Negat id *Gilken. d. l. num.* 4. quamvis
ibidem *Paulus de Caſtro* ea in re arbitrio judicis locum
faciat *num.* 2. ubi *num.* 1. etiam tradit, mendacium
filii patri non obſtare, ſi de peculio conveniatur. Fœ-
mina amittit SCtum Vellejanum ſi dixerit, ſe nomi-
ne proprio contrahere *l.* 2. §. 3. *& l.* 23. *ff. ad SCtum
Vellejanum*: Autor *ad L.* 10. *num.* 1. *ſ. C. Ad SCt. Vellej.*
33 hinc in facto talem caſum proponit *Ant. Hering. de
fidejuſſ. cap.* 7. *num.* 417. mariti multo ære gravati, &
creditoribus vexati, omnia nomina pro certa pecuniæ
ſumma emerat mulier, & de pretio conventa SCto Vel-
lejano ſe defendere volebat, contra quam ex his &
aliis rationibus judicatum refert *ibidem numer.* 420.
decipientibus enim mulieribus SCtum auxilio non eſt.
Autor *ad L.* 5. *numer.* 2. *C. ad SCt. Vellej.* Minor
etiam, ſi ſe majorem dixerit, alterius circumvenien-
di cauſa, amittit reſtitutionis auxilium. *l.* 2. *&* 3.
*C. Si minor ſe major. dix.* Cum errantibus non
34 etiam fallentibus minoribus jura ſubveniant. *d. l.* 2.
Aut. *ad d. L.* 2. *numer.* 1. *&* 2. *C. d. t.* Sed an do-
lus hoc caſu præſumitur? Et reſpondet *Salyc. d. l.*
3. *num.* 5. quod non; per verba *l.* 3. *ibi*, *eum do-
lum non reperiret*; Sed ſi ſcieviſſe ætatem ſuam pro-
betur minor, ex eo dolus præſumi poteſt, ut ex
dictis patet. Eadem ratione & beneficium compe-
tentiæ amittit filiusfamilias, ſi ſe affirmet eſſe ſui
juris, alterius circumveniendi cauſa *l.* 4. §. 1. *ff. quod
35 cum eo. l.* 10. *ff. de re judic.* Sed quid ſi ad fraudan-
dum Dominum parte laudemiorum, poſitum fue-
rit in inſtrumento venditionis fundi feudalis, vel em-
phyteutici, modicum pretium, cum revera majus
fuerit, an eo caſu vaſallus, vel emphyteuta amittit
jus ſuum? Negat recte *Berlich. lib.* 1. *deciſ. aur.* 12.
quia hæc pœna in jure noſtro in hac facti ſpecie non
eſt tradita: Sed Scabini Lipſienſes teſte *Berlich. d. l.
num.* 5. mediam ſententiam elegerunt, ita ut emtor
omnino impunitus non ſit, nec in totum jure ſuo
cadat, ſed Dominus rem pro pretio in inſtrumento
expreſſo retinere poſſit. Interdum aliquis alium ad
contrahendum induxit dolo per mendacium, atque
ob commodum ſuum, ubi ſi alia actio deficiat (ut
ſi lucri tui cauſa falſo affirmes debitorem, qui mu-
tuam à me rogat pecuniam, ſolvendo eſſe) datur
actio de dolo. *l. quod ſi cum ſcires.* 8. *ff. de Dolo l.
falſus* 43. §. *ſi quis nihil.* 3. *ff. de furtis.* Eadem ratio
eſt, ſi quis inducatur ad repudiandam hæreditatem.
*d. l. ſi quis affirmavit.* 9. §. 1. *ff. de Dolo.*
36 In precibus Principi oblatis ſæpe etiam mendacium
committitur, quod DD. in ſpecie Obreptionem vo-
cant, ſicut ſubreptio eſt ſuppreſſio veri, quæ di-
ſtinctio quidem in jure non fundata eſt, ut patet
ex *l. ſed ſi hac.* 10. §. *patronum.* 2. *ff. de in jus vocando,
& l. ſi fidejuſſor.* 29. §. *ſi cum.* 2. *ff. mandati*, *& l.* 1. *C.
ſi nupt. ex Reſcr. pet.* Menoch. *libr.* 2. *arbit. quæſt. caſ.*
201. *numer.* 20. *& ſeqq. Alexand. Trentac. lib.* 3. *va-
riar. reſolut. tit. de Reſcriptis. reſol.* 5. *num.* 1. quia ta-
men, rem ipſam quod concernit, aliud eſt falſum
exprimere, & aliud verum tacere; ideoque docen-
di cauſa, cur illa diſtinctio non retineri poſſit non
video: hic autem de priori, ſcil. de expreſſione falſi
37 agam. Si quis igitur Reſcriptum Principis per menda-
cium obtinuerit, pœna impetrantis mendacis eſt,
quod impetratis carere debeat. *l.* 5. *C. ſi contra jus
&c. ibique* Autor *numer.* 4. *&* 5. *cap. cum ſedes.* 15.
*cap. ſuper literis. & ibi Panormitan. numer.* 1. *X. de
Reſcriptis. can. dicenti.* 16. *C.* 25. *quæſtion.* 2. calliditate
tare enim tali nemo lucrum ſentiat. *Gylman. ſympho-
38 rem. tom.* 4. *part.* 1. *vol.* 9. *numer.* 11. Sed hic quæ-
ritur, ſi ego preces tuas falſitatis & mendacii arguam,
utri noſtrum incumbat probatio? Veriſſima eſt ſententia,
ſi quis exceptione obreptionis uſus opponat, quod impe-
trans falſo quid narraverit, tunc non illi, qui excipit,
ſed ſupplicanti incumbere onus probandi, cum is, qui
factum allegat, id debeat probare. *l. aſſeveratio.* 10. *C.
de non n. pec.* & explorati juris eſt, fundantem ſe in ali-
qua qualitate, qualitatem iſtam omnino probare
oportere. *arg. l.* 3. *C. de non numer. pec. l. non igno-
rat.* 9. *ibique DD. C. qui accuſare non poſſunt. Maſ-
card. de probation. volum.* 3. *concluſ.* 1128. *numer.* 4.
*& ſeqq.* ex quo è contrario patet, quando quis per
exceptionem ſubreptionis opponit, quod impetrans
aliquid tacuerit, vel non expreſſerit exprimendum,
quod tunc probatio incumbat alleganti. *Maſcard. d. l.
num.* 15. *& ſeqq.* & utrumque limitatur, niſi is, qui
alias probare deberet, habeat pro ſe præſumtionem
juris. *Maſcard. d. l. numer.* 19. Prius autem membrum
in ſpecie limitandum, niſi excipiens ſimul dolum
39 alleget, ſupplicantis. *Trentac. de reſol.* 5. *num.* 23. Sed
unde dolus probabitur? Id *ex ſupra dictis* patet, &
facilius dolus præſumitur in impetratione reſcripto-
rum gratiæ quam juſtitiæ, & præſumitur, ſi falſitas
commiſſa in narratione facti proprii, non antiqui,
nec intricati, per allegata *Trentac. de reſolut.* 5. *num.*
40 24. Sed ſi reſcriptum per falſa narrata impetratum,
plura contineat capitula, an commiſſo vitio menda-
cii in uno totum corruat reſcriptum, quæritur? Hæc
enim diſtinctione recte deciditur; ſi enim plura ca-
pitula ſint connexa inter ſe, & cum principali nego-
tio, vel à negotio, circa quod fuit commiſſa ſu-
breptio, dependeant alia negotia, vel falſum expreſ-
ſum fuerit cauſa obtinendi reſcriptum ſuper omni-
bus, affirmanda eſt: Sin ſecus, neganda eſt quæ-
ſtio. *Gail. libr.* 1. *obſ.* 14. *numer.* 4. *&* 5. Autor *ad
L.* 5. *numer.* 6. *C. Si contr. jus Trentacinq. d. reſol.* 5.
*numer.* 22. qui tamen eo caſu, quando expreſſum eſt
falſum cum dolo, atque adeo doloſum mendacium
commiſſum eſt, etiam in ſeparatis capitibus reſcrip-
tum irritum reddi, poſt alios ſtatuit. *d. numer.* 22.
*verſ. hic primus caſus per d. l. etſi legibus.* 5. *C. ſi con-
tra jus.* Quando reſcriptum juſtitiæ per falſa narrata
extortum, tunc opus eſt exceptione, reſcripta vero
gratioſa ipſo jure ſunt nulla. *arg. l.* 2. *&* 5. *C. ſi contr.
jus. Trentacinq. d. reſol.* 5. *num.* 29. *&* 31. *Menoch.*
41 *d. caſ.* 201. *numer.* 3. Mendacium etiam extrajudicia-
liter commiſſum criminaliter punitur interdum. *l.*
29. *ff. de falſis. cap. cum. literis. in fin. X. de teſtibus.*
Ubi mittens literas ad Papam nomine capituli, cum
tamen major pars non conſenſerit, ſuſpenditur ab
officio. *cap. quanto. X. de his quæ fiunt à Prælato.
Felin. in cap. nonnulli.* §. *ſunt & alii. X. de Reſcri-
ptis.* In crimen falſi etiam incurrit, qui in vendi-
tione mentitur rem nulli eſſe obligatam. *l. ſi à de-
bitore.* 28. *& ibi gl. & Bartol. ff. de falſis. Neguſ. de
pignor.* 3. *parte principali in primo membro. numer.* 21.
*Cuchus d. tractat. numer.* 111. Sed hoc caſu ſi non di-
xit liberam, ſed onus diſſimulavit, eſt crimen ſtellio-
natus. *l.* 1. *C. de crimin. ſtellion.* Sic in eo caſu, quando
per falſa narrata obreptum Principi vel Præſidi, cri-
minaliter etiam impetrator punitur & quidem vel pœ-
na in lege expreſſa, ut *in caſu. l. fin.* §. 1. *C. de iis qui
à non Domino manumiſſi ſunt*, vel pœna arbitraria, de
qua intelligunt nonnulli verba, *in l. Et ſi legibus.* 5.
*C. ſi. contra jus. ibi*, *& ſi nimium mentientis reperiatur
improbitas*, *etiam ſeveritati ſubjaceat judicantis.* Me-
*noch. lib.* 2. *arbitr. quæſt. caſa* 314. *num.* 5. Vel pœ-
na falſi, ut in *l. ſi quis obrepſerit.* 29. *ff. de falſis* ubi
illud video controverſum, an eo caſu ſufficiat, ut
quis doloſe falſum propoſuerit in precibus, an ve-
ro requiratur, ut etiam probaverit? Quorum poſte-
rius voluit *Baldus in d. l. Et ſi legibus.* 5. *numer.* 2. à
quo diſſentit *Menoch d. l. numer.* 10. cujus ſententia
etiam Verbis legis conformior. Notandum autem om-
nibus caſibus, quibus mendacium punitur commiſſum
extra judicium, multo magis id puniri, ſi committa-
tur in judicio ſi ponantur termini habiles.
42 In judicio autem ſi committantur mendacia, tunc
ſæpius

Digitized by Google

ſæpius mentiens privatur jure ſuo, interdum vero aliis moleſtatur modis. Q. autem hic 1. An regulariter mendax priveur jure ſuo? ſtatuunt DD. quod ſi quis neget id, quod eſt cauſa beneficii ſibi competentis, amittat beneficium. *Bartolus in l. ſi dubitet. §. 1. ff. de fidejuſſor. Bald. in l. 1. verb. circa ſecundum. C. de furtis. Vaſquius illuſtr. quaeſt. cap. 33. num. 6. Gabriel. in ſuis commun. in tit. de acquir. poſſeſſ. concluſ. 5. num. 21.* Sed his obſtare videtur, quod in pœnalibus regulariter non ſit licita extenſio, ſed ſtricte debeat procedi. *cap. in pœnis. de R. J. in 6.* & pœnæ ſint odioſæ, *cap. Odia. eod. tit.* atque apertiſſima in jure eſt regula, neminem privari ſuo jure, niſi expreſſo jure caveatur. *cap. 3. Nov. 2. l. & ſi quis. 14. §. Divus. 14. ff. de Religioſis. Jaſon. in l. quod te. 5. ff. de reb. credit. ſi certum petetur. & l. 2. C. de Tranſact. num. 11. Menoch. A. J. Q. caſ. 276. numer. 1. & 8. Cuchus d. tract. num. 116. Celſus. Bargal. de dolo lib. 5. cap. 14. n. 96. & 103. Decius in l. nemo ex his. 43. numer. 6. ff. de R. J. Teſſaurus deciſ. 50. Berlich. part. 1. deciſ. 12. numer. 6. & in ſpecie num. 7. Pacianus de probation. lib. 1. cap. 19. numer. 48.* Verius igitur eſt, mentientem non puniri regulariter emiſſione juris ſui, niſi in caſibus expreſſis: In caſibus vero jure non contentis, Judex debet condemnare mendacem in expenſas & intereſſe. *Bald. in l. 1. C. de furtis. Salyc. in Auth. Contra qui propriam. n. 2. C. de non num. pec.* cum omnis, qui renunciat liti expreſſe vel tacite, expenſas refundere cogatur per allegata *Ant. Hering. de fidejuſſ. cap. 27. part. 1. num. 231.*
Q. 2. An pœnæ in jure expreſſæ etiam ad ſimiles caſus ſint extendendæ? Diſtinguendum puto cum *Paciano*
43 *no libr. 1. cap. 19. num. 73* aut quæritur de pœna privationis juris irreparabili, aut de pœna privationis reparabili. Priori caſu extenſio pœnæ non admittenda, niſi ſpecialiter id ſit expreſſum, ut patet *ex ſupra allegatis*, cum noſtrum non ſit extendere legem. *l. ſi vero. 64. §. pen. ff. ſolut. matrimon.* v. gr. quando quæritur, pœna negantis feudum. *2. feud. 26. §. 3 de qua infra ſuo loco*, ad emphyteutam etiam extendatur? Id affirmant multi; ſed verius negatur, quia pœna huic damnum infligit irreparabile, & ita poſt alios decidunt. *Jaſon. in l. 2. C. de jure Emphyt. numer. 86. & Pacianus d. l. numer. 35.* Poſteriori caſu de pœna privationis reparabiliter inflicta extenſio locum habet, quando ratio plane eadem & ſimilis. *cap. 1. §. porro. verſ. ſed quia natura. 2. feud. 24.* ex quibus apparet, eſſe veram ſententiam *Purpurati in l. 1. num. 83. C. de Tranſ.* ubi dicit, quod tutores in iis caſibus, in quibus fidejuſſoribus æquiparantur, ut eſt in beneficio Diviſionis, *l. 1. §. nunc. tractem. 10. cum ſeqq. ff. de tut. & rat.* negando tutelam, intelligantur amittere
44 beneficium, *de quo infra*. Id quod etiam in aliis locum habere puto. Evitari poteſt pœna mentientis, ſi revocetur re adhuc integra, & ante litis conteſtationem, vel nondum probatione facta. *Hering. de fidejuſſ. c. 27. part. 1. numer. 244. ſeqq. Burgal. de dolo. lib. 5. cap. 14. numer. 39. & facit. l. 25. in fin. ff. de R. V. l. 11. §. fin. de interrogat. action. Pacianus d. l. numer. 7. Tuſchus lit. M. concl. 188. num. 8. Cuchus numer. 280. Sichard. in Auth. Item poſſeſſor. numer. 11. C. qui potiores in pign.* Nam quemadmodum mendax, gravando adverſarium onere probandi, punitur propter mendacium, ita e diverſo non gravans adverſarium, nec nocens ei, non debet puniri, ſumto argumento à ratione ceſſante, quia bene ſequitur, ille punitur propter illam rationem & cauſam, quæ cum hic ceſſet; ergo non debet puniri, cum ceſſante cauſa jam ceſſet etiam ipſe effectus. *cap. cum ceſſante. X. de appellat. l. quod dictum eſt. ff. de pactis.* Autor *ad L. ult. num. 5. ad SCt. Macedon.* Exemplum aliud in teſte, qui poteſt dictum ſuum in continenti, id eſt, prius quam ſit collocutus cum aliqua parte, corrigere & revocare ſine pœna, per *cap. præterea, & ibi gl. X. de teſtib. cogend. Sichard. numer. 12. & 13.* Et hoc procedit licet etiam lis conteſtata ſit, modo adhuc factæ probationes non fuerint, nec de mendacio convictus reus. *Cuchus d. l. numer. 281.* nam poſtea confeſſus non relevatur, *Salyc. in Auth. Contra qui propriam. n. 3. C. de non n. pec.* Quare in his, quæ emergunt in diſputando ante litis conteſtationem, ſi reus convincatur de mendacio, non ſibi præjudicat in cauſa principali, ut ſi in declinatoria fori. juriſdictione judicis, aut ſimilibus caſibus, reus in poſitionibus convinceretur, negando videlicet locum eſſe de territorio, vel dicendo ſe eſſe Clericum, & convictus fuerit de mendacio, non ſibi præjudicat in cauſa principali, licet ad intereſſe & ſumtus rectiſſime conveniatur, cum poſſit poſtea in conteſtatione litis confiteri & conſequi beneficium confeſſionis. *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. 109. n. 31. Bald. in l. 4. n. 31. C. de Condict. indeb. quos citat. Arnold. de Reyger. theſaur. jur. tit. de mendaciis. n. 14.* Nihilominus tamen ad expenſas & intereſſe ſicut ante dictum, recte condemnari mendax poteſt. Requiritur etiam, ut negatio aliqua non ſit generalis, ſed ſpecifica. *Hering. de fidejuſſor. part. 1. c. 27. n. 220.* ſed de hoc in ſpecie plura in *ſeqq.*

45 In ſpecie agendum erit prius de mendacio in judiciis realibus, ubi occurrit illuſtre exemplum in *l. fin. ff. de Rei vindic.* in qua hæc vertitur quæſtio. Si reus, qui vere poſſidebat, negaverit, ſe poſſeſſorem eſſe, quidnam hoc caſu agendum ſit? Deciditur *in lege hac*, primo eum quidem, qui mentitus eſt, dicens ſe non poſſidere, cum revera tamen poſſideat, in rem actionem pati non compelli, quia licet alicui dicere, ſe non poſſidere. Secundo ſi tamen poſſit actor convincere, rem ab adverſario poſſideri, transferet actor ad ſe poſſeſſionem per judicem. Circa poſteriorem deciſionem ratio dubitandi hæc eſt, quod non faciat quis conditionem ſuam deteriorem mentiendo, nec ideo quis jure ſuo privetur regulariter. Verum enim vero inquit *Cuchus d. l. num. 33.* is, qui ſe poſſidere negat, videtur poſſeſſionem ſuam neglectam habere, & quaſi de ore ſuo judicium paſſus illa merito privandus eſt. *arg. l. ſi quis vi. 17. §. differentia. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* & in alium transferri debet, ad quem vero debet rectius transferri, quam ad eum, qui eam, dominiumque etiam rei ad ſe ſpectare contendit? Sic etiam, poſſeſſione ſua privatur, qui rem non defendit. *l. ſi prius 15. ubi Bartol. de oper. nov. nunc.* & ad alium ex diverſo litigantem transfertur, ut ubi DD. Et cum dicitur, neminem mentiendo facere conditionem ſuam deteriorem, nec ideo jure ſuo privari, id intelligendum, niſi ipſi judici mendacium dixerit; Nam tunc gravius puniendus quia judicem & partem ſimul offendit. *Cuchus d. l. num. 37.* & niſi lex pœnam expreſſe ſanciat. Sed ut hæc pœna
46 locum habeat, requirunt DD. præter dolum & latam culpam, de quibus *ſupra numer. 23.* 1. Ut ſpecialiter ſeu ſpecifice & abſolute neget, non generaliter ſub involucro verborum. *Iaſon. in §. omnium. num. 18. Inſtit. de action. Cuchus num. 288. Pacian. d. cap. 19. num. 107. Molin. de conſuetud. Paris. §. 43. num. 8. Anton. Gabriel. lib. 5. commun. concluſ. tit. 1. concluſ. 1. numer. 28. Roſenthal. de feudis. cap. 10. concluſ. 32. num. 15.* nam ſi reus generaliter neget, nego narrata prout narrantur, non incurrere hanc pœnam, notant *Bart. in l. ſi dubitet. §. ita demum. ff. de fidejuſſ. & Jaſon in d. §. omnium n. 98.* quia non eſt certum, ipſum negaſſe poſſeſſionem, & ſibi imputet actor quod contentus fuerit generali reſponſione, contra *l. 20. § 1. ff de interrogat.* Hic cautelam extruunt, *ut Iaſon n. 98. & Schneidew. in d. §. omnium. nu. 92.* ut reus rei vindicatione conventus non neget poſſeſſionem expreſſe, ſed generaliter, nego narrata. Sed hæc vafra eluſio & circumventio juris ac cavillatio potius eſſe videtur, ut recte *Hillig. in Donell. 20. cap. 3. lit. R.* Imperator Juſtinianus vult, ut reus diſerte enunciet, an poſſideat, annon? per iſtam *l. fin. ff. de R. V.*

Sed

Sed illi, quibus hæc cautela arridet, viam oſtendunt,
qua ſaluberrima Imperatoris conſtitutio eludi poſſit.
Et pejus agunt hujus cautelæ patroni illis Advocatis,
qui partes ad negandum inſtruunt: Nam Advoca-
ti legis ſanctionem non illudunt ut illi. Melior for-
tè cautela illa, quam deſcribit Jaſon. in d. §. omnium.
numero 99. & Bargal. de dolo. d. lib. 5. capit. 14. nu-
mer. 10. Ut actor faciat in principio judicii interro-
gari reum an poſſideat, quia vult contra eum agere
rei vindicatione, cogitur enim præciſè reſpondere
affirmando vel negando. Si affirmaverit, res eſt in
tuto, etiamſi non poſſideret, nam videretur ſe ob-
tuliſſe poſſeſſioni. Bartol. in l. is qui ſe obtulit. 25.
ff. de R. A. (niſi revocaſſet ante litis conteſtationem,
de quo ſupra. numer. 41.) Si verò negat & convin-
citur de mendacio, incidit in pœnam d. l. fin. Jaſon.
num 99. & de ejuſmodi interrogatione agere etiam vi-
detur. Gabriel. in titul. de acquir. poſſeſſ. concluſ. 5. num.
23. quid ſi verò dubitanter reſpondeat & interrogatus
ſe certo ſcire neget? R. in feudalibus dubitativam reſ-
ponſionem negationi æquipollere, per lib. 2. feud tit.
34. in fin. Verum hic idem eſſe puto ſi reus dolo id
faciat & actor categoricam ac perſpicuam reſponſio-
nem extorquere non potuerit, ſed probare coactus
fuerit poſſeſſionem, nam in effectu idem agit ac ſi ne-
47 get. 2. Ut actor petat hoc beneficium Pacian. d. capit.
19. numer. 6. Roſenthal. d. concluſ. 32. numer. 30. & quidem
ante ſententiam in petitorio latam. Ant. Gabriel. d.
concluſ. 5. num. 35. cum Judex officium ſuum niſi im-
ploratus non impertiatur. l. 4. §. 8. ff. damno infecto.
Nova tamen inſtantia opus non eſt, ut communiter
tradunt DD. ad iſtam l. fin. & Jaſon. in d. §. omnium
48 num. 89. 3. Ut reus non qualitatem, vel titulum; ſed
ipſam poſſeſſionem neget, quia cogi poſſeſſorem ab
eo, qui expetit titulum ſuæ poſſeſſionis dicere, in-
civile eſt, niſi in hæreditatis poſſeſſione, vel aliis uni-
verſalibus actionibus, per l. cogi. 11. & ibi gl. & DD. C.
de petit. hæredit. Cuchus num. 318. 4. Ut actor fuerit gra-
49 vatus probatione poſſeſſionis rei, hæc enim ratio
eſt d. l. Cuchus num. 275. Pacian. d. cap. 19. n. 4. Schneidw. in
§. omnium. Inſtit. de action. num. 91. Bargal. d. cap. 14.
num. 11. Debet autem probari in præſenti reum poſſi-
dere, ex Verbis d. l. & l. 24. §. ult. ff. de re judicata.
Sufficiet verò probaſſe poſſeſſionem præteriti tempo-
ris, ex qua poſſeſſio de præſenti præſumitur, hoc ef-
fectu ut contrarium reo ſit probandum; præſertim in
immobilibus, non ita in mobilibus, niſi nuper vel
tempore litis conteſtatæ poſſediſſet, ut DD. diſtinguunt,
per l. ſive poſſidetis. 16. C. de probat. per l. ſi rem mobilem.
47. de acquir. poſſeſſ. l. 4. C. ad exhibendum. Anton. Gabriel.
lib. 1. commentar. concluſ. tit. de præſumt. concluſ. 10. Maſ-
card. de probation. vol. 3. concluſ. 1202. num. 12. & ſeq. Me-
noch. lib. 6. præſumpt. 64. Autor ad l. 16. num. 3. & 4. C. de
Probat. Quamvis etiam ſine probatione actori poſſit
conſuli, ſimulac enim reus negavit poſſeſſionem, petat
actor ſe mitti in poſſeſſionem rei, quæ non defendi-
tur, tanquam quæ vacet. Schneidwin. in d. §. omnium.
num. 90. Bargal. d. l. num. 32. Johan. Petr. Surdus dec. 237.
num. 1. Pacian d. cap. 19. num. 11. Requirunt etiam ut li-
bellus fuerit aptus, quo conventus negat poſſeſſionem.
Ant. Gabriel. d. concluſ. 5. num. 29. Jaſon. d. §. omnium.
num. 97. & alii, ſed vix hæc admittenda videntur.
Nam aut reus opponit exceptionem libelli inepti aut
non, ſi prius, etiamſi eventualiter negaſſet poſſeſſio-
nem, non tamen meretur pœnam d. l. fin. tum quia actor
nondum probavit poſſeſſionem: cum adhuc in dila-
toriis verſetur, tum quia adhuc reo datur pœniten-
tiæ ſpatium; Si poſterius, non video quomodo reus
libellum, ad quem omiſſa exceptione libelli inepti
reſpondit, & ita libellum approbavit, litem negati-
vè conteſtatus, ac onus probandi actori impoſuit,
jam ineptum dicere poſſit. Concludo ergo colligendo
50 præcedentia requiſita. Si reus, actione reali conven-
tus, ſe rem poſſidere doloſe neget, ita ut actor probare
poſſeſſionem neceſſe habuerit, tunc actori id petenti
adjudicanda eſt poſſeſſio, & reus ad petitorium re-
51 mittendus in pœnam mendacii. Sed Q. hic an d. l. fin.
in rei vindicatione tantum locum habeat? Et commu-
nis eſt ſententia in omni actione reali, qua corpus
vel hæreditas petitur, eam locum habere, ut in actio-
ne Publiciana. Cuchus d. l. num. 148. Bargal. dict.
capit. 14. numer. 14. Petitionis hæreditatis. Cuchus d.
num. 149. etiam in nudo detentore. Cuchus num. 365.
in eo quoque, qui nomine alieno ſe poſſidere dixit,
qui tamen poſſidet ſuo. Anton. Faber Cod. ſuo titul.
de R. V. definit. ult. Pacian. d. l. num. 2. Afflictus deciſ.
Neapol. 18. Cuchus d. l. num. 144. Bargal. d. l. numer. 15.
52 Quid ſi negaſſet reus, ſe poſſidere, aut ſi poſſideat,
juſtè poſſidere dicat. Cuchus num. 174. & 178. affirmat
reum amittere poſſeſſionem. Licet enim non videa-
tur abſolutè negare, probatione tamen adſtringitur
actor, & cadit poſſeſſione reus, ſive ante, ſive poſt
litem negaſſet. Cuchus numer. 187. & 205. ſive ad in-
terrogata judicis, ſive ad poſitionem partis negativè
reſpondeat. Cuchus num. 194. & ſeqq. Bargal. d. cap. 14.
num. 30. licet reus in continenti jus dominii probare
53 vellet. Cuchus d. l. num. 226. Bargal. d. c. 14. num. 18. Q. An
actor obtenta poſſeſſione procedere poſſit in petito-
rio? Affirmat hoc Cuchus num. 220. quia Actori ex-
pedit, ſe Dominum declarari? Excipitur verò à re-
gula principali Prælatus, cujus mendacium non de-
bet obeſſe Eccleſiæ. Cuchus num. 332. Bargal. d. l. num.
28. Autor ad L. 10. num. 4. ff. C. de SS. Eccleſ. Sed an
reus & tunc poſſeſſionem cedere tenetur, ſi difficilis
ejus eſt perſecutio? Diſcuſſis rationibus DD. quorun-
dam num. 343. 344. & ſeqq. concludit Cuchus num. 359.
inhumanum & quodammodo impium eſſe, negantem
poſſeſſionem ob ſolum mendacium, ceſſione aliqua
in hoc diſcrimen adducere, non ſolum ut poſſeſſio-
nis, ſed rei ipſius, jacturam patiatur, cum ſic ei
pœna major delicto infligatur, niſi idonea cautio ipſi
offeratur. l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. ff. qui ſatisdare cog.
Actorem & reum appellare poſſe vult Cuchus numer.
417. & quamvis hoc ex parte rei durum videatur,
propter regulam, quod appellatio non concedenda
ſit à ſententia lata in poſſeſſorio, quodcunque id
poſſeſſorium ſit, ſive adipiſcendæ, ſive retinendæ, ſi-
ve recuperandæ, per l. quiſquis. 6. C. quorum appel-
lat. non recip. & l. un. C. ſi de moment. poſſeſſor. fuer. ap-
pell. ibique Autor. dari tamen reo appellationem, quoad
effectum devolutivum; non verò ſuſpenſivum exe-
cutionis, non improbabile videtur, per trad. à Fachin.
lib. 1. cap. 75. Cuch. num. 424. & poterit reus tranſlata in
actorem poſſeſſione, per appellationem demonſtrare,
54 eam transferri non debuiſſe. An qui rem deponit
in ſequeſtro, & reſpondit ſe non poſſidere tenetur?
Eum non teneri, nec privandum eſſe poſſeſſione
propter negationem. Affirmo cum Cucho num. 443.
ſi ſcilicet ab eo & adverſario ſuo res in ſequeſtro
fuerit depoſita, hoc ipſo enim in ſequeſtrem poſ-
ſeſſio tranſlata videtur, quia neuter eorum voluit
rem lite pendente poſſidere, & tum ſequeſtrem poſ-
ſidere exprimitur. l. licet 17. §. 1. ff. depoſiti. Nec
obſtat l. intereſſe. 39 ff. de acquir. poſſ. quæ plenius tan-
55 tum diſtinguit. Hoc pertinet etiam caſus, ſi quis
conveniatur hypothecaria actione, & poſſeſſionem rei
hypothecatæ neget, eum tunc exceptionem excuſſionis
perdere, patet ex traditis. Ant. Fabri in Cod. titul. de
Exception. definit. 32. Spekhahn. cent. 2. claſſ. 4. quæſt 2.
num. 9. Jac. Schultes. obſ. for. 44. & Hillig. in Donell.
lib. 22. cap. 8. lit. B. Et huc pertinet quodammodo ca-
56 ſus l. 10. ff de interrog. Ubi quiſpiam ab altero damni
infecti ſtipulari volens, interrogaverat in judicio, an
ædes vel locus ejus ſint, ex quo damnum timetur, &
pro qua parte? Si neget alter ad ſe pertinere, nec
caveat de damno infecto, cedere aut quaſi dolo
verſatus ei tradere poſſeſſionem compellitur, nam
actio damni infecti ſequitur poſſeſſorem. l. inter
quos

*quos 39. §.1 ff. de damno infecto*, ideòque reo neganti, ſe eſſe Dominum, non fit injuria, & hæc tranſlatio poſſeſſionis hic habet vim ſecundi decreti, ut *per l. non ſolum 29. ff. de Noxal. act. rectè gloſſ. in d.l. 10. & Bart. in citata lege, Non ſolum.*

In judiciis realibus aliud etiam habemus mendacii
57 & pœnæ ejus exemplum in iis, qui in petitione hæreditatis, Rei vindicatione, aliiſque actionibus realibus ſe liti offerunt. Hi enim ſi judicium acceperint, etiamſi non poſſideant, pro poſſeſſoribus tamen conveniuntur propter dolum & mendacium; non ſecus ac ſi verè poſſiderent. *l. Nemlam. 13. §. non ſolum. 13. l. qui ſe liti obtulit. 45. ff. de pet. hæredit. l. Is, qui ſe obtulit. 25. ff. de Rei Vindic.* Sed duo hic requiſita. 1. Ut is, qui ſe ob-
58 tulit, litem conteſtatus ſit. *d. l. 25.* ubi ratio, quod non videatur decipere actorem, qui ante litem conteſtatam à lite diſceſſit; ſed hoc limitatur in *l. ſin autem. 27. pr. ff. de rei vind.* niſi cum actor à vero poſſeſſore petere vellet, per mendacium alius ſe offerat hoc fine, ut ab illo actionem advertat, *per d. l. 27. Donell. lib. 19. cap. 12.* quod *Cujacius in d. l. 27.* de eo caſu interpretatur, quando actor volebat agere cum vero poſſeſſore; ſed quia alius ſe offert, deſuper proteſtatur, quod voluerit agere cum vero poſſeſſore; ſed quia ille ſe offert, ideòque cum ipſo acturum; interim autem actio contra principalem amittitur, *qua de re poſtea*: quicquid ſit, hoc *ex ante dictis* patet, etiamſi ante litem conteſtatam pœnitentiam de mendacio agat is, qui ſe obtulit, ab expenſis tamen liberari non poteſt. *Bald. in d. l. is qui ſe obtulit. 25. ff.*
59 *de rei Vind.* Secundo requiritur, ut actor ignoraverit, quis poſſideat. *l. nam ſi actor. 26. ff. de rei Vind.* Ubi ratio, quia alias non à reo, ſed à ſeipſo deciperetur. *d. l. 45. de petit. hæred.* ex quo patet, non ex omni parte ſubſiſtere poſſe illam conſiderationem Cujacii *ſupra* relatam; nam ſi verum poſſeſſorem ſciat, non debet contra eum agere, qui ſe liti obtulit, quomodo ergo proteſtari poterit, ſe cum Titio vero poſſeſſore acturum fuiſſe, ſi hic ſe non obtuliſſet, cum omnino cum Titio agere debuerit? Sed ſi actor dubitet, an Titius verè poſſideat, eatenus admittenda illa interpretatio Cujacii. Sed an in inſtantia appellationis corrigi hoc mendacium poterit? Rectè hoc negat *Baldus in d. l. Is qui ſe obtulit. 25. per l. ita demum. 13. C. de procur.*

60 Ad exemplum *l. fin. ff. de rei Vind.* habemus etiam pœnam mendacii in feudalibus: quod ſi enim Vaſallus feudum ſciens inficiatus fuerit Domino, ut ſi negaverit, rem eſſe feudalem, vel ſe eam ab eo Domino in feudum non tenere, tunc amittit feudum. *cap. Vaſallus ſi feudum. 3. & capit. 5. §. Vaſallus feudum. Si de feudo defuncti contentio ſit inter Dominum & agnatos Vaſalli. lib. 2. feud. tit. 26. & cap. 1. ſi fuerit de lege Corradi lib. 2. feud. tit. 34.* Regula iſta ampliatur. 1. Etiamſi Vaſallus non quidem totum feudum,
61 ſed tantum partem feudi neget; nam tunc quidem non tantum feudum, ſed tantum partem feudi amittit, *per d. cap. Vaſallus ſi feudum. cap. un. de Vaſallo qui contra conſtitutionem Lotharii. lib. 2. feud. tit. 18. Schrader. de feudis, part. 1. cap 6. numer. 51. & Roſenthal. in ſynopſi feudi cap. 10. concluſ. 32. numer. 7. & quos allegat. lit. K.* Ampliatur 2. Si Vaſallus non feudum ipſum planè neget, ſed tantum qualitatem ſeu conditionem feudi, v. g. Servitia & pacta conventa, & alias qualitates, quas exempli loco ponit *Roſenthal. d. cap. 32. numer. 10. per textum in d. cap. Vaſallus ſi feudum lib. 2. feud. tit. 26.* 3. Ampliatur, ut idem ſit, ſi tantum dubitativè reſpondeat idque dolo, cum tamen conditionem feudi ſciret, *cap. 1. §. fin. de lege Corradi lib. 2. feud. tit. 34.* extendunt nonnulli textum ad eum caſum, quando non ipſe quidem negat feudum, ſed tamen ſcit, à convaſallo feudum negari, & nihilominus illud non detegit, id quod probare volunt *ex tit. 6. de forma fidelitatis lib. 2. & tit. 7. de nova forma fidelit. DD. quos enumerat Roſenthal. d. cap. 32. lit. SS.* qui verba in *d. cap. Vaſallus ſi feudum in fin. ibi alius autem Vaſſallus &c.* ad eum caſum reſtringunt, quando Vaſallus alius id ignoranter & levi culpa non manifeſtat. Sed id non videtur congruere textui, ideòque rectiùs eam reſtrictionem & reſpectivè ampliationem negat *Zaſ. part. 10. de feud. num. 53.* & ſanè ob id Vaſallum privandum eſſe feudo, quod ſciens feudum à convaſallo negari, ſeſe ad teſtimonium dicendum non obtulerit, admodum videtur durum,
62 nedum iniquum. Declaranda tamen eſt iſta ſententia quod ſcilicet ob feudi negationem amittat feudum Vaſallus. 1. Si feudum ipſum vel partem vel conditionem neget, non ſi locum neget, v. gr. Si fateatur ſe eſſe Vaſallum Imperatoris ſed non reſpectu Bohemiæ, ſed Imperii Romani, is enim agnoſcit perſonam Domini, & feudum non negat; ſed ſaltem ratione loci, quem Dominus prætendit eſſe dominantem, recuſat homagium præſtare, ut doctè demonſtrat *Roſenthal. d. concluſ. 32. num. 2.* Declaratur 2. Ut nova hic actione opus ſit & judicio. Nam quamvis remedium *legis fin. ff. de Rei Vindic.* in eodem judicio intendi poſſit, aliud tamen in hoc judicio. Nam *in d. l. fin.* tantum poſſeſſio adimitur, hic nihil dominio privatur Vaſallus, ideò ordinaria actione Vaſallus propter abnegationem privandus eſt, ut rectè ſtatuit *Roſenthal. d. concluſ. 32. num. 45.* Quamvis autem *num. 51.* variè diſtinguat, ſimpliciùs tamen dici poterit, quando Vaſallus à Domino ob ſervitia, vel alio nomine ratione rei feudalis convenitur, & hic rem feudalem eſſe negat, quod tunc aut ante litem conteſtatam negatio fiat, aut poſt eandem. Si ante, tunc libellum mutare & ob hanc ipſam negationem ad feudi privationem agere poterit. *arg. l. Edicta 3. C. de Edendo. & ibi DD. ibique* Autor *num. 11.* ſi poſt litis conteſtationem alio libello opus eſt. Imò ſi accuratius rem ponderemus, utroque caſu nova actione, & novo libello opus eſt, nam libellus mutatus pro veteri ha-
63 bere nequit. Limitationes regulæ noſtræ proponunt has 1. Niſi in genere per generalem litis conteſtationem neget Vaſallus. *Roſenthal. d. l. num. 15. Schrader. numer. 35.* Sed id commune eſt cum aliis pœnis negantium, ut ex præcedentibus apparet, & quid de hac limitatione ſentiendum, *ſupra* dictum eſt. 2. Limitant niſi per errorem & levem culpam negat, *Schrad. num. 25.* Sed id etiam cum aliis hoc commune habet: nam ſicut aliæ pœnæ mentientium, ita & hæc pœna requirit dolum aut latam culpam. *per d. §. Vaſallus feudum, & d. cap. Vaſallus ſi feudum & ibi Baldus num. 1.* & quos allegat *Roſenthal. d. concl. 32. lit. E.* 3. Limitant, niſi ante litem conteſtatam, antequam ſcilicet ſuper libello, quo ob negationem factam ad feudi privationem agitur, lis conteſtetur; Vaſallus negationem revocet. *Schrader. d. cap. 6. num. 38. & Roſenthal. d. concluſ. 32. num. 16.* quod tamen ſublimitant, niſi jam probationibus ſit convictus. *Roſenthal. d. l. num. 25.* Sed & limitatio illa cum aliis communis eſt, *ut ex præcedentibus apparet.* 4. Limitant, niſi juramento aſſeveretur feudum; nam probationem neceſſariam eſſe, apparet ex *cap. 1. §. ſi fuerit de Lege Corradi, & l. Enim qui 30. ff. de jurejurando.* Si ergo Vaſallus juramentum deferat Domino & hic juret, rem eſſe feudalem, Vaſallus ob id non amittit feudum, *per dd. textus Roſenthal. d. concluſ. 32. numer. 37.* 5. *Schrader. d. l. num. 36.* cum aliis limitat regulam quod Vaſallus tunc non amittat feudum, ſi in libello quædam falſo ſint narrata, ſed rectè de ea limitatione dubitat *Roſenthal. d. l. n. 29.* Nam aut propter falſas deſignationes neſcire potuit Vaſallus, quid petat Dominus, tunc ignorantia ejus excuſabit eum à dolo, *qua de re ſupra*; aut ſcire ſatis potuit, & callido commento huc uſus negat, & tunc error petentis eum à dolo manifeſto non excuſabit, & præberet hæc limitatio callidis Vaſallis tantum elabendi rimas. 6. Id limitant ſi extra

judicia-

judicialiter Vaſallus negaverit feudum, quod id non ſufficiat, ſed judicialis requiratur, per allegata *Roſenthal. d. concluſ.* 32. *num.* 31. Sed ea limitatio in tertiam limitationem *ſupra* poſitam incidit; nam vaſallus ob negationem feudi conventus, aut revocat in judicio mendacium, aut repetit & confirmat; priori caſu non admittit feudum, quia pœnitentia ductus re adhuc integra mutavit mentem, poſteriori caſu fit negatio judicialis. 7. Limitant etiam regulam, niſi inepto libello actum fuerit, ut *arg. d. l. fin.* tradunt *Schrader. d. l. num.* 31. & alii allegati *à Roſenthalio num* 34. ſed vix hoc ſubſiſtit; addit *Roſenſenthalius* ractiſſime, niſi poſtea ſuper iſta negatione conventus, eam ante litis conteſtationem revocet. Addo & hoc. Aut intelliguntur libelli ineptitudinem in priori judicio, in quo Vaſallus negavit feudum, & tunc quadrat omnino conſideratio *Roſenthal. d. l.* aut intelliguntur ineptitudinem in nuvo illo Judicio, in quo ad privationem feudi agitur, & tunc aut opponit exceptionem libelli inepti, & eo caſu adhuc revocare mendacium poterit, quia adhuc lis non eſt conteſtata, & ſic incideret hæc limitatio in d. limitationem tertiam; aut omiſſa exceptione libelli inepti litem conteſtatur, & tunc ipſe libellum approbavit, quomodo argo libellum ut ineptum arguere poteſt? *Conf. Zanger. part.* 2. *de exception. c.* 14. *n.* 3.

64 Ad exemplum *l fin. ff. de Rei Vind.* etiam is punitur, qui cum pignus haberet ſibi obligatum idque poſſideret, & tamen me vindicante pignus, negavit, rem in bonis debitoris fuiſſe, juxta *Authent. Item poſſeſſor.* C. *qui potior. in pignore & nov.* 18. *cap.* 10. caſum hujus *Auth.* talem refert *Sichard. in d. auth. num.* 2. Ego Titio obligo annulum meum, & deinde eum obligo etiam Cajo, paulo poſt Cajus videns annulum meum eſſe penes Titium, agit contra Titium hypothecaria actione, petens a Judice ſibi poſſeſſionem hujus annuli adjudicari: ibi Titius primus creditor qui poterat excipere, ſibi rem eſſe prius obligatam, per mendacium negat, annulum fuiſſe in bonis meis cum obligarem Cajo, propter hanc negationem Titii, cogitur Cajus ſubire onus probandi, ſcilicet tempore obligationis ſibi factæ annulum a me fuiſſe poſſeſſum. Jam vero Cajus probavit hoc, quod Titius per mendacium negavit. Q. quid juris? R. quia Titius mentiens negavit, annulum tempore obligationis Cajo factæ a me fuiſſe poſſeſſum; ideo Titius qui antea fuit poſſeſſor & reus, propter mendacium translata poſſeſſione in Cajum fiat actor, & in alio judicio, ſi habet jus, id deducat. Iniquum forſan quibusdam hoc videri poſſet, cum prius Titio annulus fuerit obligatus, ideo quia prior tempore, potior etiam eſſe deberet in jure. Dolo etiam facit, qui petit id, quod reſtituere tenetur; Autor *ad L.* 1. *num.* 6. C. *de Except.* ſi ergo mentiens poſſeſſione privatus, poteſt opponere jus ſuum in alio judicio, etiam illud jus poteſt opponere in priori inſtantia. *per l. In condemnatione.* 173. §. *dolo. ff. de Reg. Jur.* ſed *gl.* dicit hanc regulam in poſſeſſoriis locum non habere. Idem approbatur in *l.* 1. §. 2. *ff. quod legatorum.* etiamſi in continenti velit probare. *Salycet. in d. Auth. nu.* 3. quia primum mentitur, deinde quia gravat adverſarium onera probandi. *Sichard. in d. Auth. nu.* 7. Ex hoc actor petere poteſt per implorationem officii judicis ſine novo libello & proceſſu judicii. *Cuchus numer.* 219. *per gl. in rubr. de interogat. act. Sichard. in d. auth. numer.* 2. *in fin.* Ubi adducit regulam ex *Baldo in l. ſupplicare.* C. *ut lite pendente*, quod in emergentibus circa judicia ſive facti, ſive dicti, poſſit judex ex officio pœnam infligere ei, qui Judicio vel fecit, vel dixit, quod non debuit.

65 Hæc de mendacii pœnis in Judiciis realibus: jam ad perſonales, & primo quidem ex contractibus, ubi primo, qui vel ſcripturam negat propriam, exceptionem ſolutionis licet habeat, opponere poſtea non poteſt, *ex Auth. Contra qui propriam.* C. *de non numer. per Nov.* 18. *cap.* 8. Sed requiritur 1. Ut ſit ſcriptura, quæ negatur, non alia confeſſio non ſcripta, quia in non ſcriptis confeſſionibus facilior eſt error. 2. Ut propria ſit negantis manu ſcripta, aut ab eo ſubſcripta, *ſecundum Bald. Licet diſſentiat Salycet. in d. Auth. num.* 3. 3. Ut ex ſcriptura in judicio conveniatur, tanquam ex inſtrumento probante. 4. Ut de mendacio covincatur, tamen ſine juramento. Vel qui ſecundo exceptionem non numeratæ pecuniæ contra ſcripturam ſuam oppoſuerit, uterque amittit exce-
66 ptionem ſolutionis & condemnatur in duplum. Eadem pœna Creditoris, qui apocham negat, *per d. Auth.* v. g. debitor decem quæ debebat, creditori ſolvit, & apocham a creditore accepit, qua ille confitetur ſibi decem ſoluta eſſe a debitore, cum autem creditor iterum conveniret debitorem, & debitor ſe tueretur apocha creditoris; creditor vel inficiatur ſcriptum ſuum, vel ſcripturam agnoſcit, & dicit ſibi pecuniam non eſſe numeratam, pœna hæc eſt adverſus creditorem in duplum præſtet debitori, per *d. Auth. in verſ. contra ſi actor*, *& ibi Donell. numer.* 5.

67 Eadem pœna Tutorum vel Curatorum, quando tutorio vel curatorio nomine conventi, ſcripturam a ſe factam negant, tunc ipſi puniuntur pœna dupli, non pupilli vel minores, *verſ. hac pœna*: Vel ſi Tutores aut Curatores conveniant alios, & ſcripturam a ſe factam inficientur, pœnam dupli ſubeant neceſſe eſt, *per cap.* 9. *ſi. vero lis agatur per curatorem. d. Nov. Bald. in Auth. contra qui propriam. numer.* 5 dicens, propter mendacium Tutoris vel curatoris Dominum non puniri. *arg. l. civitas.* 27. *ff. de reb. cred. ſi certum petat. Bargal. d. l. numer.* 85. *Sichard. in l. generaliter.* §. *ſed quoniam.* & §. *ſuper cæteris. nam fin.* C.
68 *de non numer. pec.* Sed ſi actor deferat juramentum, ita ut propriam ſcripturam fateri cogatur reus, tunc ob pœnitentiam ceſſat pœna dupli, ſed ſumtus reſtituere tenetur, per *capit.* 8. *d. Nov. verſ. hæc autem dicimus. & verſ. omnea vero expenſas.* Q. autem an
69 *Auth.* pars prima de ſcripturam ſuam negante reſtringenda ſit ad eum caſum; quando ſcriptura ad obligationem facta, non ad probationem? v. g. ſi quis fateatur ſcripto ſe ante annum mutuum accepiſſe; hoc caſu quidam putant pœnæ locum non eſſe, ſed eo caſu tantum, quando ad obligationem inſtrumentum factum eſt. Sed hanc diſtinctionem huic loco non convenire, recte probat *Hugo Donell. in d. Auth.* nam verba: *ex qua debitor conveniatur*, non habentur *in originali textu.* Imperator enim Juſtianus generaliter loquitur de ſcriptura debitoris, quam ille ſuam eſſe negat, neque diſtinguit, quæ ſit ſcriptura, & ſi haberentur ea verba *in textu*, non denotarent cauſam obligationis, ſed probationem. *arg. l.* 3. *C. de non nu. pec.* Ideo *Bald. n.* 5. recte, ait quod omnino, ſi quis talem ſcripturam negat, incidat in pœnam, & conſentit *Salycet. d. l. nu.* 3. *cum Bald. & caſtr. nu.* 8. nam eadem eſt ratio, ſive ex eadem ſcriptura agatur, ſive ab actore ad probationem inducatur; & idē apparet ex altero membro de perſona actoris, qui ex ſua
70 apocha non convenitur. Sed pœna negantis numerationem tantum locum habet in muto. Nam in aliis contractibus actor, qui pro ſe habet cautionem, non tenetur probare numerationem *Donell. d. l. num.* 2. Pœna hæc à judice petenda eſt. *Bald in d. Auth. num.* 9. omnis enim pœna Jus partis concernens ita intelligenda ſi a Judice petatur. Si autem ſolvit antea, non adhuc ſemel duplum ſolvit, ſed alterum tantum, ut expreſſum *d. Auth.* & hæc pœna non iniqua eſt propter regulam juris, quia dicitur bonam fidem non pati ut idem bis exigatur; nam prius ſolvit quod debuit, poſterius eſt pœ-
71 na inficiationis. Gravior hæc pœna in creditore; nam debitor negans ſuam manum, ſolvit id, quod antea debuit, & adhuc alterum tantum, ſed Creditor negans apocham, amittit id, quod ipſe ex debito ſolutum eſt, & adhuc addere tenetur alterum tantum, ille in effectu

tantum ſuit pœnam ſimpli, hic dupli, procul duo ex-
inde, quia favorabiliores ſunt partes rei. *l. favorabilio-
res. 125. ff. de R. J. Donell. d. l. in fin.* quod hic de ne-
gante numeratione dictum, intelligendum tantum de
numeratione in ſcriptura contenta, ut affirmant DD.
communiter *Bald. num. 4. Salycet. num. 3:* gravius enim
delinquit, qui negat numerationem, quam per pro-
priam ſcripturam faſſus eſt, quam qui alias numera-
72 tionem negat. Quid autem ſtatuendum, ſi quis inſtru-
mentum publicum neget? Reſpondet gl. *& Bald. in
d. Auth. num. 4.* non habere locum pœnam iſtam id-
que propterea, quod hæc pœna inferatur non ob ſo-
lum mendacium, Sed ob laborem actoris in proban-
do, quod dici non poſſet, ſi quis haberet inſtrumen-
tum publicum præ manibus; nam inſtrumentum publi-
cum eſt probatio probata & veritas apparens. *Bald. in l.
quoties, §. d. Judicis & in l. ult. C. de uſur. pupill.* quo
in continenti quis probat. *Decius conſ. 424. Bargal. d.
l. num. 85.* quando vero de ſcriptura privata agitur,
tunc actor præter ſcripturæ fidem neceſſe habet pro-
bare numerationem realem; quod affirmat *Bald. d.
Auth. num. 6.* intra biennium *Salycet. num. 4.* Rationes
73 Bald. hæ ſunt, 1. quia alias deliquiſſet actor petendo,
quod nunquam fuit debitum. 2. Reus ſi confeſſus
fuiſſet ſcripturam, non tamen potuiſſet condemnari,
quia actor numerationem debuiſſet probare. 3. Men-
74 dacium ea quo alius non læditur, eſt ſine pœna *l. 46.
§. fin. ff. de Evict ion.* 4. Textus videtur requirere ſub-
eſſe debitum vel ſubfuiſſe; ſed annon poſt biennium
75 pœna mentientis locum habet? Negat *Salycet. d. l.
num. 3.* quia creditor non eſt gravatus onere proban-
di. Practica autem *hujus Authenticæ* juxta *Balduin.
Salicetum & Caſtrenſem* hæc eſt: ſi habeam ſcripturam
manu tua exaratam, antequam agam, facio te citari
ad recognoſcendam manum tuam, ut judicium præ-
paretur, ſi neges, non debes officio judicis condem-
nari, ſed opus eſt libello, quo petam te condemnari,
*ex iſta Auth.* quę enim contingunt ante litis conteſtatio-
nem non pertinent ad officium judicis, niſi petantur *l.
ædiles 25. §. item ſciendum. 8. ff. de ædilit. Edict.* Sed ſi prius
petam debitum & poſt litem conteſtatam loco pro-
bationis producam ſcripturam, tuque eam neges, ego
autem eam probem, tunc officio judicis ſine libello
novo qualicunque petitione facta ad duplum debes
condemnari. Sed & ſi condemnatio facta, non fue-
rit, lite finita poterit agi *ex d. Auth. arg. l. 1. C. de
Judic.*

76 Dantur & alii caſus, in quibus mentiens pœna du-
pli punitur, idque vel in odium ſingularis perfidiæ,
vel in odium delicti. Illud in ſequentibus fit caſibus.
1. Si quis neget depoſitum, quod ea neceſſitate ob tu-
multum, incendium, ruinam, naufragium apud ali-
quem eſt depoſitum. *l. 1. §. 1. & 2. ff. depoſiti. paragraph.
ſed furti quidem. Inſtit. de Action.* Creſcit enim hoc
caſu fracta fide crimen perfidiæ, quod publica autori-
tate coercendum fuit. *Weſenb. in ff. tit. depoſiti.* Sed
contra hæredem in duplum non agitur ob mendacium
defuncti. *d. l. 1. §. 1. l. 18. eodem.* ſed tantum in ſimplum,
& intra annum; verum ob mendacium proprium con-
venitur in duplum *d. l. 18.* Occurrit hic in hypotheſi
77 iterum dubium ſuperius ventilatum, an idem ſit in
ſimilibus caſibus, ubi eadem ratio & neceſſitas ver-
ſatur, veluti ſi fortè aliquis peregrinus in infirmitate
conſtitutus non habeat apud quam deponat res ſuas,
niſi hoſpitem, vel alios præſentes, quorum fides ex-
plorari & eligi non poteſt? & concludunt cum aliis,
quod ſic *Schneidew. in §. ſequens. 16. num. 34. Inſtit. de
action. & ibidem Jaſon. num. 6. & ſeqq. Zaſius numer. 11.
Heigius num. 6. Bargal. d. lib. 5. cap. 14. num. 38.* quia in
pœnalibus & odioſis cauſis ex identitate rationis licita
eſt extenſio ad ſimiles caſus, per textum ſolennem
*in cap. 1. §. porro. verſ. ſed quia natura, qua fuit cauſa
beneficii amittendi. 2. feud. tit. 24.* præſertim cum ipſa
lex rationem ſpecialitatis alleget, ſcilicet *l. 1. §. merito.*
78 *2. ff. depoſiti.* 2. Si quis neget legata locis piis relicta. *§. 1.
Inſtit. de pœna tem. litig. §. ult. Inſtitution. de obligation.
ex quaſi contr. §. 19. Inſtit. de action.* Hæc pœna nec
Pandectarum nec Codicis ulla lege probatur; ſed tan-
tum autoritate Inſtitutionum, & ideo valet, quia Impe-
rator Juſtinianus libris Inſtitutionum dedit robur &
autoritatem pleniſſimam *§. quas ex omnibus. in proœm.
Inſtit.* atque hæc concluſio non ſolum locum habet in
hærede ex teſtamento ſive directo, ſive fideicommiſſa-
rio; verum etiam ab inteſtato; ſecundo procedit in le-
gatariis & fideicommiſſariis, ſi fuiſſent iiſi quoque
gravati Eccleſiæ aliiſque venerabilibus perſonis aliquid
79 præſtare *Celſ. Bargal. d. l. numer. 54. & ſeqq.* Sed an hæc
pœna locum habebit in legatis relictis Reipublicæ vel
fiſco? Verius eſt, non eſſe extendendam hanc pœnam
favore religionis ſancitam. *Schneidewin. in §. item mixta
eſt actio, numer. 4. & Bargal. d. cap. 14. numer. 59. per l.
interpretatione. ff. de pœnis.* Sane in relictis ad curam
pauperum & redemtionem captivorum locum habere
eam pœnam dubitandum non eſt, cum eę cauſæ inter
cauſas divinas referantur. *arg. l. ſancimus. 22. C. de SS.
Eccleſiis l. ſi quis ad declinandam. 49. C. de Epiſcop. &
Cler. Zaſius in d. §. item mixta eſt actio. num. 17.* Tales
enim cauſæ ſunt piæ, ut poſt alios docet. *Tiraquell. in
præfat. tract. de privileg. piæ cauſæ. §. item relictum
pauperibus. §. item relictum pro redemtione.* Sed hanc
ipſam pœnam DD. limitant, niſi pœnitentia ſequatur
& ſpontanea hæredis confeſſio, antequam loci pii
œconomus probationem ſuſcipiat, *arg. l. Ex hoc Edicto.
8. §. pen. ff. de alienat. jud. mut. cauſa facta. l. 30. ff. de
jurejurando. Zaſius d. §. numer. 15. Schneidew. numer. 8.
& alii,* id quod ex iis, quæ *ſupra* de pœnitentia dicta
80 ſunt, per ſe fluit. Poſterius in inficiatione damni dati
per Legem Aquil. *§. 1. Inſtit. de pœna tem litig. l. contra
negantem. C. ad L. Aquil. l. 2. & l. inde Neratius. § hac
actio. ff. eod. §. ſed furti quidem. Inſtit. de action.* nam
damnum datum negans duplum, totum intereſſe & al-
terum tantum ſolvere tenetur. Idque non tantum in
actione directa, ſed etiam utili, & in factum. *l. pen.
C. ad L. Aquil. Bargal. d. cap. 14. num. 43. & ſeqq.* Autor
*ad L. 4. num. 1. & 2. C. ad L. Aquil.* aliud autem ſi jure-
jurando damnum illatum probet. *d. l. 30. ff. de jurej. ubi
81 rat.* Sed Q. An qui non ipſum delictum neget, ſed qua-
litatem delicti, plectatur hac pœna dupli? Diſtinguit
*Bald. ad l. 4. C. ad L. Aquil. nu. 2. & Sichard. ibid. nu. 10.*
aut in ipſa qualitate conſiſtit ſubſtantia delicti, ita, ut
ſine qualitate plane non teneretur reus ex L. Aquil.
vel alio delicto, vel non conſiſtit in eo ſubſtantia de-
licti, licet illud aggravet; & priori caſu concludunt,
negantem ad duplum teneri. Unde ſi quis negaret,
ſe per dolum vel culpam dediſſe damnum ſed laceſſi-
tum, ſi convincatur mendacii, omnino tenetur ad du-
82 plum. Q. 2. An Judex hanc dupli pœnam, debeat de-
cernere, licet petita non ſit, & quomodo peti debeat?
Sunt qui eventualiter hanc pœnam in libello peten-
dam eſſe putent hac forma: Peto Titium condemnari
ad ſimplum, ſi confeſſus fuerit, vel ſi negaverit ad du-
plum, ut vult *Sichard. in d. l. 4. numer. 11.* Sed rectius
alii ſentiunt, non opus eſſe in libello hanc pœnam
peti, quomodo enim actor prævidere potuit, reum
malitioſe factum negaturum? Poteſt igitur poſt litem
conteſtatam, ſi reus præter opinionem neget delictum,
petere hanc pœnam, & ita libellum ſupplere, cum hoc
maxime judicantis æquitas poſtulet, ut quando ex
facto adverſarii, cujus probabilis eſt ignorantia, no-
vum quid emergit, libellus ſuppleri & emendari poſſit,
*per l. Edita. 3. C. de edendo. l. 4. §. pen. ff. de noxal. act. & fin.*
& ita poſt negationem factam peti poſſe pœnam, cum
aptitudine ſua tacite inſit actioni legis Aquiliæ, rectè
ſentiunt *Bald. in d. l. 4. numer. 4. Salycet. ibid. numer. 2.*
ubi allegat *Guilielmum de Zuſur. Caſtrenſ. nu. 1. Bachov.
in Treutl. vol. 1. d. 18. theſ. 10. lit. E.* nondum autem facta
probatione ſi reus fateatur, evitari poſſe pœnam, ex
dictis

dictis patet, & ſtatuunt in terminis *Bald. d. l. num. 2.*
83 *Sichard. numer. 5.* Ratione cauſæ non multum abſimile exemplum eſt in noxali actione, ubi Dominus ſervi, qui damnum dedit, noxali actione conventus, ſi neget ſe ſervum in poteſtate habere, & convincatur, non poteſt amplius licentiam habere dandi ſervum pro noxa, vel damnum emendandi, ſeu ad hoc præciſè obligatur. *l. quoties. 22. §. prætor. de nox. act.* Sic ſi Dominus, cujus animal quadrupes pauperiem fecit, interrogatus, cujus animal ſit, negaverit ſuum eſſe, & de mendacio ſit convictus, tenetur in ſolidum, nec liberatur dando animal pro noxa *l. prim. §. interdum. ff. ſi quadrupes pauperiem fecerit.*

84 Beneficium competentiæ, quo ſcilicet tenetur aliquis in quantum facere poteſt, amittitur, ſi quis neget cauſam illius beneficii competentiæ, & hanc actor neceſſe habeat probare *l. ſed hoc ita. 22. §. 1. ff. de re judicata.* Ubi agitur de ſociis. *item in l. 67. §. fin. ff. pro ſocio*, ex quibus textibus DD. faciunt regulam generalem: quod negans id doloſe, quod eſt cauſa privilegii, amittat id privilegium. *Bartol. Caſtrenſ. Jaſon. &c. in d. l. ſed hoc ita §. 1. Cachus d. l. numer. 99.* Sed quæritur
85 in ſpecie, an maritus, ſe maritum negans, amittat beneficium competentiæ? Affirmat id. *Bartol. in l. etiam §. licet. numer. 3. ff ſoluto matrimon.* quem ſequuntur paſſim *DD. allegati à Faciano libr. 1. capit. 19. num. 29.* Sed idem ille *Pacianus* eam ſententiam refutat *num. 84. poſt Aretinum*, eo quod in pœnis irreparabilibus ea extenſio locum non habeat, ſed pro communi ſententia dici poteſt, quod maritus ſit ſocius, *in l. 1. ff. de ritu nupt. l. 4. C. de crimine expil. hæredit.* & ſic omnino hic caſus quodammodo in legibus continetur, quare non videmus firmam rationem, cur à communi ſententia recedere debeamus, præſertim cum hæc Exceptio dilatoria ſit, non peremtoria, atqui dilatoria ex-
86 ceptio facilius amittitur, quam peremtoria. Sed majus eſt dubium, an extra caſum mariti, etiam ad alios, quibus idem beneficium competit, ſi cauſam beneficii negent ea pœna extendi poſſit? *Zanger. part. 2. cap. 15. num. 54.* ad militem extendit, & generaliter id extendunt Dd. ad omnes, qui beneficium competentiæ habent. *Jaſon in l. ſicut autem. §. quod autem ff. de re judicata. num. 2.* qui tamen alias extenſionem pœnarum mendacii in aliis caſibus acriter ſolet impugnare *Zaſ. ibid. num. 1.* quorum ſententia tum communis eſt, ut ex eorum allegatis apparet, tum etiam in hac ratione fundatur, quia hoc beneficium videtur potius ad tempus datum; oritur enim exinde exceptio dilatoria, quæ nocet actori, donec debitor ad pinguiorem fortunam pervenerit. *§. fin. inſtit. de Action. l. un. §. cum autem. 7. C. de rei uxor. act.* & ſolutum ſolidum non repetit is, qui hoc beneficium habet. *l. 9. ff. de condict. indebiti.* Non igitur videtur irreparabile damnum per amiſſionem hujus privilegii infligi, & alias naturaliter ad ſolutionem ſolidi tenetur ille, qui hoc beneficium habet, ut eo promtius communi ſententiæ calculum dandum eſſe exiſtimem Et quamvis *Donellus libr. 27. cap. 9.* in hoc ſpecialitatem rationis conſtituet, quod ſocius negans, ſe ſocium eſſe, renunciando efficiat, ne ſit ſocius, reliqui, ut maritus, miles &c. non efficiant, quo minus ſint, quos ſe eſſe negant; ratio hæc tamen vix videtur ſubſiſtere, cum nullibi in jure noſtro exprimatur, vel evidenti argumento colligi poſſit, & non obſcurè ex *l. 67. pro ſocio* ex verbo, *fuiſſe*, colligi poteſt, etiam finita ſocietate beneficium competentiæ negando amitti, quo tempore ſocietati, ut quæ non amplius eſt, renunciari nequit. Et ſocius non ſtatim negando ſe eſſe ſocium ſocius eſſe deſiit, ſi præſertim intempeſtiva ſit renunciatio. Sed communis ſententia tunc obtinebit locum, ſi debitor non tantum cauſam hujus privilegii negaverit, ſed etiam ratione naturæ actionis creditor eam probare habeat neceſſe.

Fidejuſſores conventi habent beneficium Diviſionis.
87 *§. ſi plures. Inſtit. de fidejuſſor. l. 3. C. eod. & ſim.* Sed ſi negent ſe fidejuſſorem aliquis, & hoc probetur ab actore, tunc propter mendacium perdit hoc beneficium. *l. ſi dubitet. 10. §. ita demum. 11. ff. de fidejuſſor. Hart. Hartm. lib. 2. obſerv. tit. 30. obſ. 5. Hering. de fidejuſſor. capit. 27. p. 2. numer. 53.* Sed an etiam perdit beneficium excuſſionis? Quamvis hoc neget *Teſſaurus deciſ. 50.* aliique, ſententia tamen affirmativa communior eſt, ut apparet ex traditis *Franci de fidejuſſor. capit. quint. numer. 407. Gœdd. de ſtipulat. capit. non. concluſ. quint. numer. 165.* & quos citat *Hering. cap. vigeſim. ſeptim. part. 1. numer. 210. & ſeqq. Anton. Gabriel tit. de acquir. poſſeſſ. concluſ. 5. numer. 13. Pacianus deciſ. capit. 19. numer. 27.* quamvis autem hoc dubium videri poſſit per ea, quæ *ſupra* adducta ſunt, quia tamen pœna hæc reparabile tantum damnum continet, & rationis ſimilitudinem per ſe habet, non iniqua hæc ſententia videtur: nam fidejuſſor non accipit damnum irreparabile; nam ſuum conſequitur à principali debitore actione mandati, & à confidejuſſore actione ceſſa. Sed inquit, quid ſi principalis aut fidejuſſor non eſſet ſolvendo? R. tunc etiam ſine renunciatione exceptiones illas non profuturas. *§. 4. Inſtit. de*
88 *fidejuſſor. Auth. præſente. C. de fidejuſſor.* Quicquid vero hic de fidejuſſoribus dictum, ad Tutores tamen non pertinere non nulli volunt ob hanc rationem diſcriminis, quod fidejuſſores obligentur voluntarie, tutores autem coactè per diſpoſitionem legis. *Pacianus d. capit. decim. non. numer. 99. & ſeqq. Jaſon in l. 1. numer. undecim. C. de Tranſaction.* Verum ratio hæc non adeo concludit firmiter; tutores a lege coguntur, fidejuſſores autem ſe ſponte obligant. Et illi his ratione pœnæ mendacii non æquiparantur. Nam hic de conſtitutione ſermo non eſt, ſed de eo caſu ſi conveniantur, & non magis Tutoribus mentiri licere ex aliis pœnis liquet. Nam ſi mentiantur, removentur à tutela *paragraph. ſuſpectus. 5 Inſtitut. de ſuſpect. tutor. Bargal. d. l. nu. 121.* & puniuntur extra ordinem, ſi mentiantur non adeſſe alimenta. *d. paragraph. ſuſpectus. quint. l. terti paragrap. tutor. ff. eod. Schneidewin. ad §. ſuſpectus. numer. non. Inſtit. de ſuſpect. tutor.* Et ſane ipſa ratio, qua utitur Pacianus contra ipſum retorqueri poteſt; nam dicit, fidejuſſorem irreparabiliter amittere beneficium Excuſſionis. Sed argumentor ita. Quæcunque pœna ſpem reparationis in fidejuſſore non tollit, ea etiam in tutorem negantem quadrat. At, quod fidejuſſor mentiens amittat beneficium diviſionis & excuſſionis, id ſpem reparationis non tollit. E. major in theſi ab ipſo Paciano probatur. Minor probatur ex eo, quia fidejuſſor actione mandati à reo principali & actione ceſſa à confidejuſſoribus ſuum conſequi poteſt. Dicis, imo Exceptionem cedendarum actionum cum etiam amittere, per *allegata Heringii de fidejuſſor. capit. 27. part. terti. numer. vigeſim. quart.* Sed reſpondeo, id mihi perſuaderi non poſſe, nam ut rectè *Bachov. in Treutler. volum. ſecund. diſp. vigeſim. octav. th. 6. lit. A.* diſſerit, nihil intereſt Creditoris, quo minus cedat actiones, quia in dolo eſſe videtur, ſi accepto eo, quod ſibi debetur, hoc agat ut damno moretur fidejuſſor. Et hoc caſu irreparabile damnum acciperet fidejuſſor. E contrario principalis debitor lucraretur cum fidejuſſoris damno, à quo tamen læſus non eſt, quod vix ſine abſurditate dici poteſt. Etſi non obſtante renunciatione, qua quis beneficio cedendarum actionem renunciavit, beneficium hoc nihilominus implorare poteſt, licet ob id ſolutionem, retardare non poſſit, ut tradunt *Petr. Heigius part. 1. quæſtio. trigeſim. octav. num. trigeſim. non. & Hering d. p. 3. num. vigeſim terti.* non video, quomodo mendacium fidejuſſoris hoc afficere queat, ut ipſo ſolutionis actu, de cedenda actione contra fidejuſſores non proteſtari & eam petere poſſit. Si ergo fidejuſſor per mendacium negans omnino ceſſionem actionis contra fidejuſſores petere poteſt, utique ſequitur etiam tutorem negantem poſſe jure petere, ut cedantur ſibi actiones

contra contutorem: Nam quod fidejuſſor non amittit, id nec tutor amittet, ut omnes concedant. Hoc igitur præſuppoſito, quod tutor ſalvas habeat actiones ceſſas contra contutores, non amittit Tutor ſua jura irreparabiliter; nam licet contra pupillum Tutor exceptione diviſionis, vel excuſſionis ejus, qui geſſit uti non poſſit propter mendacium, quod tamen pro aliis ſolvit, id ceſſa actione conſequetur a contutore. Ergo amiſſio illorum duorum beneficiorum eſt reparabilis pœna. Taceo quod etiam ſine ceſſione utilem habeat actionem contra contutorem. *l. 1. §. 13. ff. de tut. & rat. diſtrah.* Et negari nequit ad exemplum fidejuſſoris beneficium diviſionis & excuſſionis dati tutori, per textum expreſſum *in l. 1. §. nunc tractemus 10. & ſeqq. ff. de tut. & rat.* Cur non ergo ad exemplum eorum amitterent beneficia ſua mentiendo. Suadet hanc ſententiam etiam favor pupilli; ideoque ex his rationibus moveor, ut contra *Iaſonem & Pacianum* cum aliis ſtatuam, tutorem ad exemplum fidejuſſoris, ſi mentiatur amittere beneficium diviſionis & excuſſionis, non item ceſſionis nec utilis actionis, ne ex pœna illius lucretur alter, contra quem non peccavit.

89 Conſtituunt nonnulli pœnam mendacii & etiam *in §. fin. Inſtit. de fideicommiſſ. hæredit. & l. fin C. de fideicommiſſis.* Sed quia duo præcipui horum textuum ſunt intellectus, ideo videbimus, quænam ſententia forte probabilior ſit. Veteres inter alios cum *gl.* duos recenſent intellectus, ut *Bart. Bald. Salycet. &c.* primus eſt, ſi teſtator citra ſolennitatem mihi aliquid relinqueret, poſſem hæredem convenire ad legata præſtanda? hic hæres poſſet ſe tueri defectu ſolennitatis *per l. ſi veritas. 23. C. de fideicommiſſ.* Sed hac exceptione non utitur, ſed per mendacium negat quicquam relictum eſſe, hic ob mendacium tenetur jurare, & ſi nolit jurare, & exceptionem defectus ſolennitatum velit opponere, non audietur. Alter intellectus eſt, ſi defunctus ſine ſcriptura cum hærede præſente egerit, ut aliquid mihi præſtaret, licet nulli intervenerint teſtes, quia tamen teſtator confiſus eſt de fide hæredis, & ejus fidei commiſit hoc fideicommiſſum, tunc omnino ſolvendum eſſe illud, ſive ab initio confeſſus fuerit, ſive non. Priorem intellectum approbarunt veteres; & inter alios etiam *Schneidevvin. in d. §. ult.* Secundum vero moderni, teſte *Sichard. in d. l. ult. numer. 15.* & inter alios *Donell. ad fin. numer. 1. & 5. & Benedict. Carpzov. part. 3. ſua juriſpr. conſtit. 8. defin. 40.* Si priorem lecturam amplectamur, ea materia hujus loci eſt; Si poſteriorem, non eſt; quid igitur in tanta difficultate faciendum? Multa in utramque partem dici poſſent, probabilior tamen eſt poſterior lectura. Nam *in d. l. fin.* primo rationem decidendi non in negatione, ſed in voluntate defuncti videtur conſtituere & provocat Imper. ad primam naturam fideicommiſſorum,
90 qua teſtatores hæredes rogare ſolebant, ut hoc vel illud illi reſtituant, cui expreſſe relinquere non poterant. Sed annon hæres per mendacium negans eſſe rem hæreditariam beneficium Falcidiæ amittit? Ita volunt DD. communiter, per *l. hæreditatum. 68. ff. ad l. Falcid,* quem textum veteres JCti cum *gl.* ita legunt, licet Florentina in contrarium, ſed malo amplecti lectionem affirmativam hoc modo, *quam Ulpianus recte probat.* Nam ea non tantum tot interpretum ſuffragiis munita eſt, ſed & hoc argumento firmari poteſt: Quicunque id agit ut fideicommiſſum intercidat, ille beneficio legis Falcidiæ indignus eſt, per *l. beneficio. pr. 59 ff. ad L. Falcid.* Aſt ille, qui doloſe negat rem fuiſſe defuncti, ille hoc agit. E. *facit Nov. 1. c. 2. in pr. ibi, ſurripiunt aut malignantur &c.* ibi autem notandum, negantem rem hæreditariam & ſubtrahentem æquiparari quoad amiſſionem legis Falcidiæ: mendax quoque æquiparatur illi hæ-
91 redi, qui curat ut ex legato quid pereat. *d. l. beneficio. 59. d. tit.* Q. autem hic. An dictum beneficium legis Falcidiæ perdatur in totum, an vero pro illa parte tantum, quam inficiatus eſt eſſe hæreditariam? Et beneficium eo ipſo non perdi in totum, ſed pro parte, recte defendit *Bargal. d. l. num. 25.* & confirmatur ex *l. 24. ff. ad l. Falcid. & l. reſcriptum. 6. ff. de his quæ ut indign. aufer.* Et generaliter hoc proponit. *Anton. Gabr. d. concl. 5. de poſſeſſ. acquirenda. num 30.* quod qui pro parte mentitus eſt, pro parte etiam puniatur. Infligitur etiam pœna dupli hæredibus quia Creditoribus vel Legatariis conventi dixerunt, nihil amplius in bonis reperiri, quam quod in inventario deſcriptum
92 extat. Et tunc hæredes ſi convincantur, reſtituere tenentur duplum, *l. ult. §. licentia. 10. C. de jure delib.* Modus autem convincendi, hic duplex, ordinarius & extraordinarius. Ordinarius per teſtes. Extraordinarius per ſervos ipſius hæredis Torturæ ſubjiciendos, vel per ſacramentum hæredis, ſi aliæ defecerint probationes, cujus ratio forte eſſe videtur, quia ſecreta patrimonii vix aliter probari poſſunt. *Bargal. d. lib. 5. cap. 14. numer. 70.*

93 Conſtituitur etiam à nonnullis pœna mendacii in iis, qui compenſatione uti volunt. Notum enim eſt ex *l. fin C. de compenſat.* quod debitum liquidum cum illiquido non compenſetur, ſed *gl. in d. l. fin. & in l. nemo ex his. ff. de R. I.* notabiliter hoc limitat, niſi actoris debitum liquidum eſſet ex ſola confeſſione rei; nam, eo caſu, quoniam reus relevat onere probandi actorem, utique æquum eſt, ipſum admittendum ad compenſationem etiam illiquidi. *arg. l. eum quem. 30. pr. ff. de jurej.* modo intra certum tempus ſe debitum ſuum liquidaturum eſſe promittat, atque adeo hoc caſu illiquidum quod eſt, cum liquido compenſari poteſt; præſertim cum *d. l. ult.* de debitore, vel reo convicto, loquatur & non ſponte confeſſio. Ex quibus & aliis rationibus hoc ſimul fluit, quando quis ab initio bonam fidem non agnovit, ſed debitum negavit, ideoque actor opus habuit ipſum probationibus convincere, quod, inquam, eo caſu non poſſit reus compenſare nondum liquidum cum liquido. Sed de hac ſententia magna concertatio eſt inter Dd. nam ſententiam *gloſſæ deffendit Bartol. in d. l. fin. numer. 5. & Donell. ibid. n. 9. verſ. hoc vulgo interpretes*, ubi hoc omnibus DD. adſcribit, quod ex dicendis aliter ſe habere apparebit. Et videtur *Bartoli* ſententiam approbare *Pacianus allegato ſæpius cap. 19. num. 25.* E contrario ſententiam *Bartoli* impugnat. *Bald. in d. l. fin. numer. 5. Paulus Caſtrenſ. ibid. num. 9.* ubi dicit rationem, quæ in textu habetur, eſſe tantum impulſivam. *Tyndar. in tract. de compenſat. art. 8. num. 37.* quid in tali diſſentione dicendum? Non videtur iniqua nec legi contraria ſententia prior *ob allegatam in textu rationem*, tum quod regulariter reus, qui fatetur ſe debuiſſe, ſed allegat exceptionem, v. gr. ſolutionis, omnino admittatur ad hujus probationem, non obſtante priori confeſſione, præſertim cum compenſatio quædam ſolutio ſit. *l. 4. C. de compenſat.* tum quod alias DD. communiter arbitrio Judicis committant tempus, intra quod reus debitum ſuum liquidum facere poſſit, ut apparet ex traditis *Menochii lib. 2. A. J. qu. caſ. 14.* tum quod magna *Gl. ſic & Bart.* autoritas, ſtetque pro hac ſententia, ni fallor, nam ipſa ratio ſuadet, mitius agendum eſſe cum eo, & amplius tempus concedendum eſſe ei, qui ſtatim bonam fidem agnoſcit, quam qui bonam fidem non agnovit ſed convinci debuit. Concludimus ergo debitorem, qui inficiatus eſt debitum, adeo ut actor id probare habuerit neceſſe, non audiendum eſſe in pœnam mendacii, ſi illiquidum debitum compenſationis gratia
94 præſentare velit. Sed an debitor conventus negans debitum ſi convincatur amittit beneficium ceſſionis? Aff. *Ang. in § ult. Inſt. de Act. & multi allegati ab Hieronymo de Cevall. in ſpeculo Commun. opin.* qui & ipſe ſibi odio mendacii hanc placere dicit, licet contrariam

æquiorem

Digitized by Google

æquiorem vocat, tandem vero dicit eſſe quæſtionem pro amico. Sed vera eſt ſententia negans, ipſum non privari, quam defendit præter *Salyc. in l. 1. C. qui bonis cedere. Fachin. lib. 13. cont. 69. Harprecht. in d. §. f. num. 15. & ex iis Hillger. in Donellum libr. 27. capit. 9. lit. EE.* nam hoc beneficium etiam judicato competit. *d. l. 1. C. qui bonis cedere poſſ.* quem negaſſe neceſſe eſt. Nec habemus hac de re textum aut evidens argumentum. Sed hæc intelligenda ſunt ſalvis expenſis ob negationem frivolam omnino reſtituendis.

95 Eſt & alia pœna mendacii circa probationem. Nam certum eſt jure noſtro, ſi quis pecuniam ſolutam ceu indebitam ab alio repetat, non rei eſſe, probare illam pecuniam fuiſſe debitam, ſed actor, qui prætendit, ſe indebite ſolviſſe, id debet probare. *l. 25. pr. verſ. ſin vero ff. de probat.* Ubi ratio, quia præſumtio eſt pro eo, qui accipit, qui enim ſolvit, nunquam ita reſupinus eſt, ut facile pecunias ſuas jactet, & indebitas effundat. Ideoque quia is, qui indebitam pecuniam repetit, contra ſe præſumtionem habet, ideoque is debet probare, non reus. Sed id notabiliter limitatur, niſi reus negaverit omnino ſolutionem, ita ut actor probationibus legitimis ſolutionem approbare habuerit neceſſe. *d. l. 25. pr. & cap. fin. X. de ſolution.* idque in pœnam mendacii, & probabile eſt reum ob juris ſui diffidentiam id negaſſe.

96 Sed quæritur hic, annon hæc pœna extra hunc caſum in aliis ſimilibus cauſis locum habeat? ſcilic. ſi reus contractum plane neget, quod ſi convincatur, ſi alias proferat exceptiones, quod tunc onus probandi ipſi incumbat, licet alias pro ſe habeat præſumtionem. Et hoc aſſerere non dubitamus cum *Baldo in Auth. contra qui propriam. numer. 14. C. de non numer. pec.* qui ita rem declarat, qui negat contractum, & convictus ex contractu, poſtea vult allegare defenſionem ex origine contractus, vel ejus qualitate, quod tunc puniatur in onere probandi & idem ex *Baldo* probat *Pacianus de probation. d. capit. 19. numer. 20.* quibus & ego non invitus aſſurgo, nam certum eſt pœnam non eſſe irreparabilem, & rationem eſſe eandem, & præſumtio illa, quam pro ſe habet, per contrariam præſumtionem excluditur, & in uno qui mendax eſt, illi de cætero non creditur. Sed quid ſi reus conditionaliter excipiat, non memini mihi quicquam ſolutum eſſe, aut ſi ſolutum eſt, non indebite ſolutum eſt. *Alexand. l. 1. conſil. 83. nu. 1.* hunc in pœnam *d. l. cum de indebito. 25. de Probat.* incurrere negat, ſed id eo caſu, quo ille, qui hoc modo dubitanter & conditionaliter reſpondet, ſcientiam ſolutionis habuit, verum eſſe nequit. Nam in effectu negavit & actorem probatione ſolutionis oneravit, E. pœnam *d. l.* incurrit, ſicut *ſupra in ſimili caſu dictum eſt.*

97 Præterea mendacium, præſertim ſi in judicio committatur, admodum ſuum autorem reddit ſuſpectum, ſi enim quis mendax deprehendatur, non eſt omnino omni fide dignus, ſed ſubleſtior ejus fides merito habenda, per allegata *Schneidew. in §. ſuſp. numer. 10. Inſtit. de ſuſpect. tutor. Tyndar. tract. de teſtib. lib. 2. cap. 2. num. 2. Andr. Barbatias de teſtib. part 1. nu. 8. & Ayrerus part. 1. proceſſus cap. 7. obſ. 9* Ipſe etiam accuſatus vel inquiſitus principalis, ſi per mendacium, quid reſpondeat, reddit ſe ſuſpectum, adeo ut contra ipſum ob mendacium ad torturam deveniri poſſit. *arg l. 4. C. de ſerv. fugit. l. nullum. 14. C. de teſtibus. l. 15. pr. ff. de quæſt.* quamvis enim ea de re admodum controvertant DD. communior tamen ſententia eſt, ex mendacio rei oriri præſumtionem & indicium, quod quidem per ſe eſt remotum, ſed concurrentibus aliis indiciis, ſi quis mentiatur circa ipſum factum principale, non vero circa qualitates, & oblivio non ſit probabilis, quod tunc ob mendacium & concurrentia alia adminicula torturæ reus ſubjici poſſit, ut apparet ex traditis *Menochii libr. 1. de præſumt. qu. 89. num. 67. Farin. lib. 1. de indiciis & tortura. quæſt. 52. num. 2. & ſeqq. Maſcard.* vol. 2. de prob. concl. 1044. per totam. *Hieron. de Cevall. quæſt. 801. per totam Carpz. in pract. crim. qu. 120. nu. 71. Zanger. tract. de tortur. capit. ſecund. numer. 96. & ſeqq.*

98 Teſtis etiam mentiens interdum torturæ ſubjici poteſt. *arg. l. 15. ff. de quæſt.* Autor *in C tit. de Epiſc. & Cleric. ad L. 8. num. 1.* & quidem facilius quam reus. *Farinac. lib. 3. de teſtibus quæſt. 66. part. 3. nu. 100* præſertim in cauſis criminalibus. *Farinac. d. part. 3. nu. 166.* ſi modo teſtis 1. fateatur, ſe interfuiſſe. *Farinac. d. l. 213.* vel intereſſe convincatur. *Farinac. d. l. 3. de teſtibus quæſt. 79. nu. 20.* Et 2. in ſubſtantialibus mentiatur. *Farinac quæſt. 66. nu. 121. Bargal. d. lib. 5 capit. 13. numer. 41.* Sed quoniam DD. in materia mendaciorum ſæpe faciunt mentionem ſtatuti, quo cavetur, confitenti pœnam eſſe minuendam, ideoque circa hoc ſtatutum duo quæro. 1.

99 An tale ſtatutum ſit Reipublicæ ſalutare? 2. Et an commodum illius ſtatuti etiam ſentiat ille, qui poſtea confeſſus eſt, licet primo negaverit? Quod ad primum attinet, non puto Reipublicæ ſtatutum tale infrugiferum eſſe, ſcil. ſi admittat delicti qualitas, & etiamen non ſit ex omni parte notorium. Nam procul dubio rei multi, qui indiciis ſunt gravati, potius fatebuntur veritatem, quam tormenta experientur, cum ſcirent ſibi ita mitigandam eſſe pœnam, & ſæpius ita Judex ſine quæſtione, quæ res periculoſiſſima eſt. *l. 1. §. quæſt. 23. ff. de quæſtionib.* veritatem inveſtigare poſſet, ſæpius

100 etiam minoribus cum ſumtibus. Ad alterum quod attinet quæſitum, non dubitamus illud negare cum *Baldo in l. contra negantem. 4. numer. 4. C. ad L. Aquil. & Bargal. d. cap. 14. numer. 72.* quia ſtatuti hujus diſpoſitio de prima reſponſione intelligenda. *arg. l. boves. 89. §. 1. ff. de V. S.* & per ſemel factam negationem renunciavit iſti privilegio ex ſtatuto ſibi competituro, niſi in continenti reus revocet negationem, per tradita *Alexand. lib. 1. conſ. 83. numer. 2.* Aliud tamen eſſe vult *Bargal. d. l.* ſi loqueremur non de conſecutione commodi, ſed evitatione majoris damni & pœnæ, ut in L. Aquil.

101 Demum dubitatur, an contra mendacium minori competat reſtitutio? Et contra doloſum mendacium eum non reſtitui verius eſt, quia delinquentibus minoribus non ſubvenitur. *l. ſi ex cauſa. 9. §. nunc videndum. 2. ff. de minor* præſertim ſi dolo delinquant. *l. 1. C. ſi adverſus delictum. Donell. lib. 21. cap. 10 & ibi Hillig. lit. P. Cell. Bargal. d. lib. 5 cap. 15. numer. 4.* Autor *ad d. L. 1. numer. 1 & 2. C. Si advers. del.* nec obſtat *verſ. ſed ſi in d. §. 2.* nam quamvis varie reſpondeant DD. ut videre eſt ex allegatis apud *Hillig. d. l.* certum tamen eſt hoc, *in d. verſ.* reperiri caſum ſpecialem, & cauſa ſpecialitatis eſt, quod ibi minor certet de damno, actor vero de acceſſorio lucro, nec reſtituitur adverſus mendacium, ſed adverſus id, quod ex ipſius levitate & inconſulto mendacio acceſſit pœnæ pecuniariæ, nec ut abſolvatur, ſed ut non in plus condemnetur, quam ſi delictum ab initio confeſſus eſſet, & hactenus reſtituitur, ut non pro innoxio, ſed ut pro confeſſo habeatur, ut rectè ait *Ant. Faber. in rational. ad d. verſ. ſed ſi cum ex damno dato &c.*

102 *Ad* § 4. Quamvis is, qui præſens eſt; & tacuit in actu ſibi præjudiciali, non videatur conſentire. *L. 8. §. 1. ſupr. de Procurat. in fin.* Secus autem eſt, ſi ſit juſſus reſpondere per contumaciam; nam tunc pro affirmante vel negante habetur, prout ei fuerit nocivum, in odium contumaciæ. *Bart. in L. quæ dotis. 30. paragraph. 1. ff. ſolut. matrim. & ibi Alex. Jaſon. Bolognetus & Barboſa, & hic numer. 156. Carpz. p. 1. Juriſpr. cap 10. def. 16.*

103 Autor *ad L. 1. numer. 2. ff. C. de Edictſam.* V. gr. ſi hæres ad requiſitionem illius, qui eo non exiſtente proximus eſſet, interrogetur, habetur hæres tacens pro negante, ſi vero ad inſtantiam creditorum interrogetur, habebitur pro confitente, hoc enim ipſi damnoſum. *Barboſ.*

104 *d. l. num. 157.* Jure Canon. nolens reſpondere petitionibus, pro confeſſo habendus. *capit. 2. de confeſſ. lib. 6.*

105 *Maſcard. concluſ. 1183.* Ideoque in Cam. Spir. *p. terti.*

*Ord. Cam. t.* 15. §. **begebe ſichs aber.** nolens reſpondere
libello, pro confeſſo habetur. Idem in ſtatutis Saxon.
106 & aliis. Sed ſi aliquis hanc pœnam infligi velit reo,
hoc petendum eſt in ſpecie, ut tradit *Du. Mev. p.* 3. *d.* 390.
107 Quando igitur juſſus reſpondere non reſpondet, po-
teſt, ut dixi, quaſi confeſſus condemnari, ſi actor hoc
petat ut non reſpondens pro confeſſo habeatur, & reus
108 ſub hac pœna jubeatur reſpondere. Quamvis Actores
ſoleant etiam probationes ſuas, quas ſe habere confi-
dunt, fictæ confeſſioni ſuperaddere, hoc effectu ac
fine, ne reus unquam audiatur; nam ſi ex ficta confeſ-
ſione condemnetur, forte ſententia poſſet emendari,
purgata contumacia, *Du. Bluhm. de Jure Camer. cap.*
76. *num.* 56. *conf. Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 15. §. **begebe ſichs
aber**/ Et Receſſus noviſſimus anteus *de anno* 1654. §.
109 **Zu welchem Ende.** 49. Sed pœna hæc contumaciæ in
ſpecie petenda, nec ſufficit accuſare contumaciam in
110 genere *Conf. Du. Mevius d. dec.* 390. Sed hanc pœnam
confeſſionis tacitæ non ſtatim vult admittere *Du. Mev.
p.* 2. *dec.* 327. Sed Jura certa ſunt, ſi ſub pœna hac
nolit reſpondere, quod tunc pro confeſſo habendus.
111 Notandum tamen ad id, ut tacens habeatur pro con-
feſſo, requirit ut tacens abſque rationabili cauſa nolit
reſpondere. *Maſc. concl.* 118:. *numer.* 69. Redeamus
112 autem jam ad cæteros §§. *hujus* 11. *legis.* Et quidem *in
quarto* §. pœna mentientium extenditur ad eos, qui in
judicio interrogati, & reſpondere juſſi, per contuma-
ciam tacent; nam ſi ex ſemiſſe hæres ſit, & nolit reſ-
pondere, convenietur ex aſſe, ob ſilentium cum
mendacio. Idque *Ant. Faber* hic & alii non aliter ta-
centem condemnandum putant, niſi taciturnitati ſit
implicitum mendacium. Si ergo reus plane ex nulla
parte hæres ſit, & juſſus reſpondere nolit, non poteſt
plecti pœna hac, quia ob ſolam contumaciam aliquis
113 in jure condemnari non debet. Huic tacenti compa-
ratur is, qui reſpondet quidem, ſed non ad interrogata.
*πρὸς τινος in* §. 5. Sed quid ſi ex parte dimidia hæres
ſim, & interroget an ex aſſe hæres ſim, ego autem
reſpondeam, me ex parte hæredem eſſe, an videor ap-
poſite reſpondiſſe, & ſine mendacio? Quod affirmatur,
quia appellatione partis in dubio pars dimidia intel-
ligitur. *hic in paragraph.* 6. *& l* 1. 64 §. 1. *ff. de Verb. ſign.*
114 Obſcure reſpondere, & plane nolle reſpondere paria
ſunt. §. 7. *h. l. Ant. Delre de Jurament. Calumn. capit* 14.
*num.* 73. *Axiom. Barb. locupl. l.* 13. *cap.* 9. *axiom.* 6. Ideoque
qui non directè vult reſpondere, monitus, pro confeſſo
habendus. *Rec. Imp. de anno* 1654. §. **Zu welchem Ende.**
49. *conf. Bluhm. de proc. Camer. capit.* 76. *th.* 56. *& ſeq.
Roding. in Pandect. Camer. l.* 3. *tit.* 55. paria enim ſunt
non reſpondere & inepte *Du. Mev. p.* 4. *dec.* 47. *num.* 5.
115 Et ſic hodie in noſtris Judiciis locum habere poteſt,
ſecundum Receſſ. Noviſſ. quod *Carpz.* tradit *p.* 1. *conſt.*
10. *def.* 14. quod reo poſſit injungi reſp. clara, alias ip-
116 ſum pro confeſſo eſſe habendum. Sed ut ſimpliciter
reſpondeatur, receſſum eſt, ut articulus ſit ſimplex &
non prægnans, nec plures articulos contineat. Si ta-
men articulus ſit prægnans, debet Judex explicare, &
ad ſingula membra diſtinctam reſponſionem requi-
rere.

117 *In* §. 8. exemplo uno & altero probatur falſam reſ-
ponſionem ex errore profectam, interdum ſine pœna
eſſe, ut ſi filius dicat, ſe eſſe hæredem, poſtea vero Te-
ſtamentum producatur, in quo exhæredatus reperiatur.
Nam præſumtio eſt pro filio, ideo non male reſpon-
dit, ſe eſſe hæredem, ſiquidem ipſo jure hæres eſt,
& poſſunt Tabulæ filio eſſe occultæ, quæ enim poſtea
118 emergunt, novo remedio opus habent. Sic ſi in Teſta-
mento quis filium exhæredaverit & me inſtituerit
hæredem, & ego reſponderim interrogatus, me eſſe
hæredem, ſed poſtea in judicio, in quo me convenit
filius exhæredatus, Teſtamentum fuit reſciſſum, &
everſum, non teneor ex mendacio; quia futurum
eventum ſcire non potui. Et interim opinione juſta
119 me pro hærede habere potui. Interim nota ex *hoc* §. 7.
regulam: Quæ de novo emergunt, novo indigent re-
medio *Gail. lib.* 1. *obſ.* 91. *numer.* 12. *Klock. de Contr. cap.*
17. *numer.* 127. *Marant. p.* 6. *tit. de delatione. numer.* 21.
*Axiom. Barboſa. lib.* 12. *capit.* 24. *axiom.* 1. Autor *ad L.* 4.
*numer.* 4. *C. de Murilegul.* Nam ex nova cauſa à contra-
ctibus, Juramentis etiam recedimus. *per tradita Marſi-
lii ad L.* 1. §. *ſi quis. numer.* 20. *de qu. & Du. Tab. in Barb.*
120 *locupl. l.* 12. *cap.* 24. *axiom.* 1. Notetur hic, falſo reſpon-
dentem ob probabilem cauſam erroris excuſari. *Man-
tica lib.* 2. *de Conjecturis ult. volunt. lib. prim. numer.* 13.
121 Quando quis ſuper contractu interrogatus reſpondeat,
& fateatur contractum, v. g. mutuum, licet contractus
122 nullus præceſſerit, fingitur tamen contractus, licet non
actor interrogaverit, ſed judex, quia factum judicis
ſupplet factum partis §. 9. *h. l.* ſi probabili errore quis
ductus falſo quis reſpondeat, probato errore excuſan-
dus eſt §. 10. licet per culpam falſo reſpondeat, ut ſi
veritatem facile ſcire & inveſtigare potuerit, nihilo-
minus à pœna mendacii doloſi excuſatur, ſi culpa non
ſit dolo proxima §. 11. *h. l.*
123 *In* §. *ult.* quæritur, an quis confeſſionem ſuam fal-
ſam revocare poſſit? Quod affirmatur, ſi re integra
hoc fiat & jus Adverſarii non ſit factum deterius, ma-
xime ſi melius ex documentis poſtea repertis hoc faciat.

## ad L. Si filius. 12.

### *SUMMARIA.*

*Filius qui abſtinuit, interrogatus, ſe hæredem affirmans, tenetur ut hæres. nu.* 1.
*Aliud ſi interrogatus taceat.* 2.
*Æquivoce reſpondens habetur pro fatente.* 3.
*Qui ſe hæredem dixit, cum non ſit, utitur exceptionibus vero hæredi competentibus:* 4.

1 SI filius abſtineat, ipſe quidem Jure Civili manet
hæres. Sed ſi reſpondeat interrogatus ſe hæredem
eſſe, tenebitur ut hæres. Nam licet ille poſſit excuſari,
quod intellexerit ita, quod ipſo jure ſit hæres, Prætor
tamen non ita intellexit; ſed an effectu ſit hæres, &
2 ſe immiſcuerit. Nam filius abſtinens Prætori non eſt
hæres. Sed ſi interrogatus taceat, licet alias tacens pro
negante habendus ſit, *ſupra l.* 11. §. 3. hic tamen non.
Ergo diverſa eſt cauſa falſæ confeſſionis, & alia taci-
turnitatis, & ideo hæc lex limitat legem de ætate. *h. l.
paragraph.* 4. *vid. Cujac. ad h. L. tom.* 1. *p.* 989. *& Hill.
l.* 7. *cap.* 2. *lit. X.* licet aliter *Barboſ. d. l. quæ dotis num.* 157.
3 Colligi poſſet, æquivoce reſpondentem fallendi Præ-
4 toris cauſa haberi pro fatente. Demum dicitur, poſſe
eum, qui ſe dixit hæredem, cum non ſit, omnibus
uti exceptionibus, quibus verus hæres conventus ex
perſona defuncti uti poterat, ut exc. tranſactionis, rei
judicatæ, pacti, doli, &c.

## ad L. Confeſſionibus. 13.

### *SUMMARIA.*

*An confeſſione ſua quis obſtringatur, cum jus & natura repugnat? num.* 1.
*Falſa aſſeveratio circa ſtatum libertatis aſſerenti non nocet.* 2.

1 COnfeſſione ſua tunc aliquis obſtringitur, ſi Jus
& natura non repugnet. *Bart. hic.* ut ſi quis ſe
dicat hæredem ab inteſtato, cum tamen non ſit proxi-
mus cognatus, imo ne cognatus quidem, ſed affinis.
Nam huic confeſſioni jus repugnat, quia affinium
non eſt ſucceſſio. Ergo tunc aliquis ex ſua confeſſione
obligatur, quando illud eſſe potuit, quod fatetur.
Sed nec falſa aſſeveratio circa ſtatum Libertatis aut
2 ſervitutis nocet aſſerenti, v. g. ſi ego dixerim, te eſſe
ſervum meum, cum tamen ſis liber & tui juris, non
teneor ex tuo facto; & ideo ſi damnum dederis Mevio,
& ego interrogatus reſpondeam, te eſſe ſervum meum,
non

Digitized by Google

non teneor actione noxali, licet mihi bona fide ſervitia pro ſervo præſtiteris. Nec obſtat, quod non ſit contra naturam, ut ex eo, qui ſui juris eſt, ſervus fieri poſſit; nam hoc mali ominis eſſet, quæ in ſtipulationem deduci non poſſunt. *l.83.§.5.ff.d.V.O.*

## Ad L. Si is, cujus. 14.

*SUMMARIA.*

*Quid interrogatio & reſponſio efficere queat. nu.* 1.
*Quæ confeſſiones ratæ ſint & gravent confeſſum?* 2.

1 Eſt fere eadem ſpecies, quam *legis præcedentis*, niſi quod hæc de illo libero homine loquatur, qui ad Libertatem proclamavit pendente noxali judicio, & qui liber eſt prononciatus. Interrogatio & falſa reſponſio ejus perſonæ nomine, pro qua cum alio actionem quis habet, obligationem transferre poteſt in eum, qui in jure ſuum eſſe confitetur non vero ſi liberum hominem ſervum ſuum eſſe adſeverat.

2 *In* §. 1. concluditur *ex lege præcedente & principio hujus legis*, quod eæ tantum confeſſiones ratæ ſint & gravent confeſſum, ſi id, quod in confeſſionem venit, jus & natura patiatur v. g. ſi confitear, juniorem meum parentem eſſe, repugnat natura, ſi de libero pronunciem, quod ſit ſervus, repugnat jus, ideo neutra confeſſio mihi præjudicat.

## ad L. Si ante. 15.

*SUMMARIA.*

*An confeſſio propter ſervi hæreditarii factum præjudicet. numer.* 1. *&* 2.
*Quid, ſi falſo Titii ſervum eſſe meum aſſeveraverim?* 3.

1 Cum hæreditas nondum eſſet adita, conventus ſum ob ſervi hæreditarii factum & confiteor, ſervum illum meum eſſe, quæritur, an confeſſio hæc mihi præjudicet? Videtur quod non; quia jus repugnat, ut jacente hæreditate & vacante ego ſim Dominus ſervi. Sed affirmatur, quia Hæreditas Domini loco habetur. *L. 31. §. 1. de Hæred. Inſt. & l. 34. ff. de Adquir. rerum dominio.* Ergo adeſt perſona ficta, i. e. hæreditas, qua transferri poteſt actio in eum, qui falſo reſpondit. Et igitur, nec Natura, nec jus, repugnat.

2 *In* §. 1. quæritur, ſi falſo adſeveravi, ſervum Titii eſſe meum ſervum, & poſtea ille ſervus moriatur, an ob mendacium teneor? Quod negatur, quia non de-
3 bet plus operari fictio in caſu ficto, quam veritatis in caſu vero. *l. un. in pr. C. de Rei ux. act. Barboſa locupl. lib. 6. cap. 13. num.* 5. nam licet fuiſſet ſervus meus, ſi tamen decederet, ſolvitur judicium noxale. *lib.* 26. §. 4. *& l. pen. §. 1. ff. de Nox. act.*

## ad L. Si ſervus. 16.

*SUMMARIA.*

*An, ſi conventus ob ſervi ab hoſtibus capti delictum eum ſuum eſſe fateatur, ſibi præjudicet? nu.* 1.
*Quid, ſi Judæus Chriſtianum mancipium ſuum eſſe fateatur?* 2.

1 Servus aliquis ab hoſtibus captus & in eorum poteſtate eſt. Ego factum ejus delictum ac convenior, & interrogatus reſpondeo, eum eſſe ſervum meum, quæritur, an hæc confeſſio mihi præjudicet? Videtur, quod ſic; quia res ab hoſte capta ob ſpem poſtliminii in actionem familiæ herciſcundæ venit *l. 12. §. ult. & l. ſeq. ff. famil. herciſc.* Atqui hic nihil facit ſpes poſtliminii; nam in actione noxali præſens ſervi ſtatus attendendus eſt. Extrema ergo oportet eſſe habilia, quoties ſit translatio à tempore ad tempus vel de perſona in perſonam *Bart. hic, & ex eo Ant. Faber.*

2 *In* §. 1. formari poteſt hæc facti ſpecies; Judæus mancipium aliquod Chriſtianum habet, interrogatus, an ſuum ſit, hoc fatetur, an hæc confeſſio Judæo præjudicat? Et reſpondetur, quod non; quia jus repugnat, quia juris manifeſti eſt, ne Judæus mancipium Chriſtianum habeat per *h. tit. Cod. Ne mancipium Chriſtianum Judæus &c.*

## ad L. Si ſervus. 17.

*SUMMARIUM.*

*Quid, ſi plures Domini unum ſervum habentes, eum ſuum eſſe negent?*

Species facti: ſervus habuit tres Dominos, qui ſervus mihi dedit damnum. Illi Domini in judicio interrogati reſponderunt, ſervum non eſſe ſuum. Quæritur, an aliquis Dominorum in ſolidum poſſit condemnari, & quidem ſine noxæ deditione? Quod affirmatur, ſive per mendacium negent, in ſua poteſtate eſſe ſervum, ſive dolo malo deſierint poſſidere. Is ergo, qui nihil dolo fecit, quo minus ſervum in poteſtate haberet, nec qui falſo id negavit poſſe ſe liberare dedendo ſervum, nec in ſolidum teneri.

## ad L. Qui ex parte. 18.

*SUMMARIUM.*

*Qui ex ſextante hæres eſt, & dicit ſe ex aſſe hæredem, in ſolidum tenetur creditoribus.*

Qui ex ſextante hæres, dicebat ſe eſſe ex aſſe hæredem, cohæres liberatur, quia actor jam habet, quem in ſolidum conveniat. *L. 8. h. tit.* Sed quid ſi falſo confeſſus, non ſit ſolvendo? Tunc ex ea parte, qua cohæres ſucceſſerat, reſtituatur in eum actio. *Cujac. tom. 1. p. 2351.*

## ad L. Si filius. 19.

*SUMMARIA.*

*An, ſi filius (qui patris nomine agit, interrogatus, an Pater hæres ex aſſe ſit) taceat, habeatur pro fatente? num.* 1.
*Quid ſi Procurator interrogetur?* 2.

1 Filius meus meo nomine, ut procurator te convenit, tu ex perſona mea filium reconvenis & interrogas filium, an ſim hæres ex aſſe, filius meus tacet, an habeatur pro fatente? R. interrogatio pro nulla habetur. Nam dum filius non vult reſpondere, nec me defendere vult; dum me defendere non vult, non poteſt etiam agere, omnia ſunt nulla. Et ſic etiam ipſa
2 interrogatio nulla; ſecus eſt, ſi Procurator cautionem & ſatisdationem præſtitit, de quo caſu *l. 39. pr. de Procur.* nam tunc ex ſatisdatione præſtita pro confeſſo habetur, *Cujac. t. 4. p. 129.*

## ad L. Qui ſervum. 20.

*SUMMARIA.*

*Quid, ſi quis alieni ſervi nomine conventus eum ſuum eſſe affirmet? nu.* 1.
*Quid, ſi quis falſo homicidium confiteatur?* 2.
*Quid, ſi quis hæredem ſe eſſe falſo reſpondeat* 3.
*An rem vindicaturus interrogari poſſit de poſſeſſione? nu.* 5.
*An, ſi cautionem ob ædes tuas ruinoſas poſtulem, prius interrogari poſſis?* 6.

1 Quæritur *in hac lege*, ſi alieni ſervi nomine conveniar quaſi Dominus, qui etiam interrogatus? Reſp. falſo eum eſſe meum ſervum, & ita ex falſa confeſſione condemnor, ac ſolverim æſtimationem litis ac

damni, an verus Dominus liberatur à noxali actione?
Quod affirmatur, quia ſi ego condemnatus ſum in ſo-
lidum, iniquum eſſet, ſi actor idem à vero Domino
conſequeretur. Impoſſibile eſt, ut ſervus in ſolidum
duos Dominos habere poſſit, fictio naturam imitatur.
2 Sed ſi quis falſo dixit, ſe occidiſſe ſervum, quem
tamen Sempronius vere occidit, an confeſſus homici-
dam liberat? Reſp. Quod non, quia non debet impu-
tatum eſſe delictum, & confeſſu hic non condemna-
3 tur, ſed ex ſervi, qui nocuit, perſona. Sed quid ſi is,
qui non eſt hæres interrogatus, an hæres eſſet? Reſ-
pondit falſo ſe hæredem eſſe, liberat ne ille verum
hæredem? Quod negatur, quia ex diverſis cauſis obli-
gantur. Verus hæres ex contractu defuncti, falſo con-
4 feſſus ex ſuo mendacio. Sed ſi quis animo defendendi
accedat, & in gratiam abſentis fateatur; ſe occidiſſe
ſervum, vel ſe eſſe hæredem, quia non facit animo
nocendi, ſed animo gerendi negotii per hunc *Cujac. ad
h. l. tomo 1. ad lib. 2. qu. Pauli.*

5 *In* §. 1. quæritur, ſi quis vindicare velit rem, an
poſſit interrogari, an poſſideat, & ex qua parte poſſi-
deat, an reſpondere debeat? Et videtur, quod non;
quia ob perſonales actiones interrogationes ſunt in-
ventæ: Sed affirm. quia alias ſæpe fruſtra ageretur Rei
vindicatione, & ut ſi poſſeſſor reſpondeat, ſe mino-
rem partem poſſidere, in aliam partem, quæ non de-
fenditur, poſſit fieri immiſſio juxta *l. fin. Supra de Rei
vindic.*

6 *In* §. 2. quæritur, ſi ob ædes tuas ruinoſas damnum
metuam, & cautionem poſtulem, an poſſit prius inter-
rogari, ex qua parte poſſideas? Et hoc affirmatur,
quia alias formula cautionis non poteſt rectè concipi,
an in ſolidum tenearis, & ſi pro parte dimidia dicas
te poſſidere, ut in alteram partem non defenſam poſ-
ſit fieri miſſio.

## ad L. Ubicunque pen.

### SUMMARIA.

*An judex indiſtincte interrogare valeat? num. 1.*
*Quid ſi dubitatio inter partes oriatur, facieſque ad deciſio-
nem cauſæ? 2.*
*Caſus referuntur, quibus judex non debet interrogare. 3.
4. 6. & 7.*
*Hodie quando utiles interrogationes? 8. & 9.*

1 UBicunque Iudex æquum putaverit, poteſt inter-
rogare partem, ideo non indiſtinctè interroga-
tiones admittuntur. *Camillus Borell. tom. 2. deciſ. tit. 17.
num. 3. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 51. per totum, & præſer-
tim numer.* 34. ubi dicit, hanc interrogandi licentiam
intelligendam eſſe tempore habili, ſc. ante concluſio-
nem, quod de interrogatione facta à parte intelligo.
2 Maxime autem vera eſt regula, ſi dubitatio inter par-
tes orta ſit, quæ Iudici eximenda videtur, & facit ad
deciſionem cauſæ, non vero ſi ad fundandam alterius
partis intentionem faciat. *Menoch. lib. 1. A. Q. 35. num. 24.
& tota illa quæſt. Maſcard. concluſ. 1176. conſ. Hippol. de
Marſil. ſing. 155. Maranta in ſpeculo p. 6. act. 5. numer. 2.
Neviz. conſ. 5. numer.* 25. Nam ſuper Jure poſſeſſionis
3 rei particularis reſpondere nemo tenetur. *l. 1. §. 1. h. tit.
& l. cogi. 11. C. de petit. hered.* niſi in caſu *l. 9. §. 6. h. tit.*
Nec interrogandus eſt aliquis in præjudicium tertii,
4 & futuram actionem fundandam. Exemplum habet
*Mev. p. 3. dec.* 386. Sic nec reſpondere tenetur, quando
5 judicium non tenetur pati, ut præſtito juramento, re
tranſacta. Idem ſi interrogaretur aliquis ſuper crimine,
6 & adverſarius de lucro certaret. *Berlich. p. 1. deciſ.* 16.
Idem ſi interrogatur de intentione, & cognitione, &
7 non verſemur in actu prohibito, ſi interrogata ad rem
præſentem parum aut nihil faciant, & ſim. Cæterum,
8 ſi aliquod dubium in actis occurrat, quod eximi &
declarari debet ante ſententiam, omnino Judex ex
9 officio etiam hodie interrogabit. Et utile eſſet, ſi acta
ſint tranſmittenda ad Collegium Juridicum, ſi Judex
percurreret prius acta, an aliquis ſcrupulus ineſſet, qui
peregrinum judicem confundere poſſet.

## ad L. Procuratore. fin.

### SUMMARIUM.

*In quantum reſponſio in judicio facta præjudicet?*

SEntentia *legis* plana eſt, quod reſponſio facta in judicio præjudicet tantum, quoad perſonam interrogantis, non quoad alios. Et ideo ab alio in alio judicio allegari non poteſt, ſed ibi poteſt dici, eſſe rem inter alios actam; & ſic reſpondentem ab his, qui in jure eum non interrogaſſent, ex reſponſo ſuo conveniri non poſſe.

---

# TITULUS II.

## *De Quibus Rebus ad eundem Iudicem eatur.*

## Ad L. 1. & 2.

### SUMMARIA.

*Coram ſuperiore omnium judice cauſa eorum, qui diverſis
judicibus ſubjecti ſunt, tractatur. nu. 1.*
*Exempla referuntur. 2. 3. & 4.*
*Quid ſi cauſa Clerico cum Laico communis? 6.*
*Cauſa poſſeſſorii & petitorii, an coram diverſis judicibus
tractanda? 7. & 8.*
*Cauſa connexitatis, quare ad eundem judicem eundum,
referuntur. 9.*
*An feuda à diverſis Dominis, recognita continentia cau-
ſa ſint? 10.*
*Hodie in arbitrio actoris eſt, cauſas connexas conjunctim
tractare. 11.*
*An ex rei identitate cauſa connexitatis oriatur? nu. 12.
& 13.*
*In appellationis inſtantia, quando de cauſa ſeparata co-
gnoſcatur? 14.*
*Ubinam de Advocati ſalario cognoſcatur? 15.*

1 QUando ejuſdem cauſæ plures ſunt rei diverſis
judicibus ſubjecti, v. g. duo immediate & unus
mediate Imperio ſubjecti, & ad eundem finem agitur,
non coram diverſis, ſed propter eandem & indiviſi-
bilem cauſam, coram ſuperiore omnium Judice, v.
g. Imperatore vel Camera Imperiali conveniendi ſunt,
2 per *has leges*, Exemplum *in L.* 1. de pluribus familiæ
herciſcundæ Judicio inter ſe agentibus, de quo *Men.
lib. ſecund. A. Q. capit.* 371. *In L. ſecund.* exemplum de
3 pluribus Tutoribus, ſi pupillus, qui fuit, conveniat
unum tutorem, quaſi cæteri non ſint ſolvendo, ſed
tutor conventus dicit, omnes vel in totum vel pro
parte eſſe ſolvendo, & petit, ut omnes citentur, juſtum
hoc eſt deſiderium, & tutores omnes ad Judicem
unum remittendi. *Cujac. tom. 4. p.* 26. Ratio in *L. Nulli.
10. C. de Iudiciis.* nec cauſa in plures Proceſſus dividatur.
*Gail. libr. 1. obſ. 32. num. 3. Mynſing. cap. 1. obſ. 4. Mindan.
de Mandat. toto lib. 3. Klock. vol. 2. conſ. 6. num. 205. & ſeq.
Carpz. libr. 2. reſp. 40. & ſeq. & quos Addit. ad Zœſium*
4 *h. t. refert.* Sic & ſocii coram omnium ſuperiori judice
conveniendi. *Petrus de Ubaldis de duobus fratribus p.*
5 14. *princ. numer.* 7. Sed ſi alius ſit ſubditus Imperii Ro-
mani, alius Regis Galliæ, continentia cauſæ locum
non habet. *Petr. Frid. de cont. cauſa. l. 3. cap 3. nu. 8. Berlich.*
6 *p. 2. dec. 220. numer. 18. &* 20. Si cauſa à laico cum clerico
communis, Eccleſiaſticus Magiſtrat. ob continentiam
cauſæ eſt Judex competens. *Berlich. d. l. num. 24. & ſeq.*
quia dignior ad ſe trahit minus dignum. *Berlich. d. l.
7 numer.* 30. Cauſæ etiam poſſeſſorii & petitorii ſunt
connexæ, ut coram diverſis Judicibus inſtitui non
poſſint. *d. l. nulli. decim. C. de judic. l. 13. C. de Rei vind.*
Autor

8. Autor *ad d. L. 10. numer. 1. & ſeq. C. de Iud.* quod non
tantum locum habet, ſi alterum pendente altero inſti-
tuatur, ſed etiam ſi v. g. poſſeſſorium ſit finitum;
nam neque tunc alibi petitorium inſtitui poteſt, quam
ubi poſſeſſorium fuit deciſum, ut ex generalitate textum
9 probat *Carpz. p. 3. dec. 215.* nam cognitio unius affert
aptiorem intelligentiam alterius. Cauſæ autem Con-
nexitatis cauſarum hæ. (1) res diverſis Jurisdictio-
nibus ſubjectæ, quæ tamen ex uno principio petun-
tur *Berlich. p. 2. deciſio. 220. numer. 9. & ſeq.* (2) Per-
ſonæ plures diverſi fori, ſimul tamen obligatæ. 3 Præ-
ventio. (4) Reconventio. (5) Interventio. (6) Cu-
mulatio actionum (7) Rei vel actionis indiviſibili-
tas. (8) Societas. (9) Principalis ac acceſſoris concur-
ſus, de quo *Dn. Mevius p. 5. dec. 355.* (10) petito-
rium & poſſeſſorium, de quibus *Mandanus l. 3. c. 1.
& ſeqq. Gilkenius in l. nulli. 10. C. de Iudic. Gilhaus.
in Arb. judic. ramuſc. 10. num. 50. & ſeqq. afflict. dec.
354. Berlich. p. 2. dec. 22. numer. 5. & ali.* Autor *ad
10 L. 10. numer. 1. & ſeqq. C. de Iudic.* Sed ſi quis ratio-
ne plurium feodorum, quæ a diverſis Dominis reco-
gnoſcit, conveniatur, nulla eſt cauſæ continentia
*Schrader de feudis p. 10. ſect. 4. num. 69. & ſeq.* Ho-
11 die videtur in arbitrio actoris eſſe poſitum, an actio-
nes connexas conjungere velit ubi tamen reus ante
litem conteſtatam exceptionem continentiæ cauſæ op-
ponere poteſt. *Gail. lib. 1. obſ. 32 num. fin Mynſing. cent.
12 1. num. 97. quos laudat Struvius de judic. th. 53.* Sed ex
rei identitate ſola connexitas probari non poteſt, Sed
13 ex cauſæ & Judicii identitate. Et incidentia ad idem
judicium non pertinent. ne præjudicium ipſi faciant
vel exinde expectent *Mevius p. 3. dec. 90.* Hinc cum
Vitricus aliquas res hæreditarias vendidiſſet, & in-
ter Vitricum & Privignum actio familiæ heriſcundæ
mota, emtor vellet retractare emtionem ex capite læ-
ſionis; hæc extrema non habita ſed ad competen-
14 tem judicem remiſſa in Tribun. Regio, prout refert
*Dn. Mev. d. l.* In inſtantia appellationis quando cau-
ſa ſeparata venit cognoſcenda, quæ tamen ex cauſæ
appellationis eventu dependet, tractari ibidem po-
15 teſt. *Dn. Mev. p. 5. dec. 35.* Sic de ſalario advoca-
to ſolvendo coram eodem judicio commode cog-
noſcitur, ubi lis principalis deciſa, licet ratione illius
perſonæ Judex alias incompetens. *Dn. Mev. p. 1. dec. 234.*

---

## TITULUS III.

### *De Servo Corrupto.*

#### ad L. Ait Prætor. 1.

*SUMMARIA.*

*Cur in hac actione ſtatim in duplum agatur, ſecus in
in L. Aquilia?* n. 1.
*Quidnam duplicetur?* nu. 2.
*An ſervum b. f. poſſeſſum corrumpens Domino vero te-
neatur?* 3.
*Ratio negandi.* 4. & 5.
*Hominem liberum pro ſervo poſſidens hanc actionem
non habet* 6.
*Cur perſuadere plus, quam compellere?* 7.
*An ſufficiat perſuaſio ſine effectu?* 8.
*An teneatur, qui ſervi propoſitum laudat?* 9.
*Corruptionis ſpecies quænam?* 10. & 11.

1 PRopter ſervum corruptum ſtatim agitur in dup-
lum, ſecus in L. Aquil. quia hic dolus, illic cul-
pa coercetur, & animi corruptio gravior quam cor-
2 poris. *Thol. 38. cap. 10. numer. 6.* Autor *ad L. 4. numer.
1. C. de Furt.* & duplicatur hic non tantum pretium
ſervi, ſed etiam rerum, quas ſecum abſtulit. *arg. h. t.*
3 *In* §. 1. *Legis primæ* quæritur 1. an qui bona fide
poſſidet ſervum alienum, an, ſi ſervum eum corrum-
pat, propterea teneatur Domino vero? Quod vide-
tur affirmandum, quia tenetur Domino ex damno
dato corpori, ex Lege Aquilia, *per l. 38. ff. ad L.
Aquil.* Ergo multo magis ob damnum animo ſervi
4 datum. Sed negatur, quia alia ratio eſt Legis Aqui-
liæ, quæ punit culpam leviſſimam etiam, alia vero
hujus Edicti, quod punit dolum, qui in bonæ fidei
poſſeſſorem non cadit. Quin & b. f. poſſeſſor vi cor-
rupti actione experiri non poteſt, quia in effectu
ejus non intereſt; nam intereſt veri Domini, non
vero bonæ fidei poſſeſſoris, niſi quoad operas &
5 alia damna, ob quæ agere poteſt. Nam ſi in ſoli-
dum competeret actio domino vero & bonæ fidei
poſſeſſori abſurdum hoc eſſet, ſi ſc. diceretur utrique
eodem reſpectu dari actionem. Nam non eſt abſur-
6 dum ut uni directa competat, alteri utilis. *l. 9. §. 1.
h. tit.* uni actio ſervi propriè ſic dicta, alteri ratione
operarum impeditarum. 2. Quæritur, ſi hominem libe-
rum pro ſervo poſſideas, an habeas actionem ſervi
corrupti? Videtur, quod ſic, quia ſic ceſſat ratio hæc
jam allata, quod duo non poſſint habere hanc actio-
nem: Sed negatur quia homo liber extra omne com-
mercium eſt. In Edicto dicitur, qui (recepit ſcilicet
dolo. *l. 5. h. tit.* Et ſi ſciat ſervum fugere a Domino
ſuo & in ſuo fundo occultet, non ſi ex miſericor-
7 dia hoc faciat. Perſuadere plus eſt, quam compellere;
nam hoc caſu animus illæſus manſit. *paragraph. 3. h.
l. Menoch. conſ. 175. nu. 4 & conſ. 406. n. 9; Cravetta
conſ. 10. num. 17. & conſ. 192. numer. 12. Petr. Plac. de
Delictis lib. 1. c. 17. Conſ Cothman. v 1. conſ. 1. num 270.
8 Farin. qu 129. num. 26.* Dn. Autor *in C. tit. de Apoſ-
tat. ad L. 5. n. 4. & 5.* Sufficitque perſuaſio ſine effectu.
*paragraph. 8. Inſt. de obligat. quæ ex delictis. L. 20. C. de
Furtis*; Nam hæc perſuaſio propriam delicti ſpeciem
conſtituit. Autor *ad d. L. 20. num. 1 & ſeqq C. de Furtis.*
Nec obſtat *l. 53. in fin. de V. S. Schneidv. ad §. in dup-
9 lum. 23. Inſt. de Act.* 4. Et tenetur etiam is, qui laudat
malum propoſitum, quia eum confirmando facit de-
teriorem. §. 4. *d. l. Schneidv. d. l. num. 16. Theoſ. d.
l. nu. 3. Hipp. Riminal. Conſ. 310. n. 10. lib. 3. Farin. d. q.
10 129. n. 29.* Corruptionis ſpecies etiam eſt, ſi fugiti-
vum recepit, qui a reditu dehortatur, qui ſumtus li-
tis contra Dominum ſuppeditat: in quibus caſibus
non tantum actio ſervi corrupti, ſed etiam mandati
de non corrumpendo decernuntur. *Dn. Mev. p. 1. dec.
11 389.* Aliæ ſpecies corruptionis recenſentur *in §. ult.
hujus legis primæ.* ut ſi quis ſervo ſuaſerit, ut injuriam
faceret, vel quid ſurriperet vel fugeret, vel ut alie-
num ſervum ſollicitaret ad delictum, vel fugam, vel
ut rationes ob adminiſtratum peculium intricaret, ut
meretricio amori ſe dederet, ut vagaretur & eſſet
erro, vel malis artibus eſſet deditus, vel ſpectacula
ſæpe frequentaret, vel ſeditioſus & tumultuoſus &c.

#### ad L. Vel luxurioſum. 2.

*SUMMARIUM.*

*Spes ſervi corrupti.*

PErſequitur *hæc Lex materiam paragr. ultimi tituli
præcedentis*, ſcilic. quod tunc, etiam corrumpatur
ſervus, ſi fiat luxurioſus vel contumax, vel ut mulieb-
ria (turpe dictu) patiatur, & conſequenter de omni-
bus vitiis intelligendum, ſi epicuræum, ſi contemtor-
em ſacrorum, ſi furem eum faciat aut mendacem.

#### ad L. Dolo malo. 3. & ſeq.

*SUMMRIUM*

*Edictum hoc dolum malum requirit.*

EDictum hoc requirit dolum malum. Nam ſi culpa
mea fiat deterior, v. gr. ſi luſum cum eo ſæpius in-
ſtituam, ſi tabernæ vinariæ ipſum præponam, & fiat
vinoſus, vel ſi alio modo occaſionem præbeam, ut ſer-
vus

vus currumpatur, ſi id ſine dolo fiat, non teneor actione ſervi corrupti; unde ſi perſuaſero ſervo alieno, ut arborem conſcenderet, vel in puteum deſcenderet, non teneri actione ſervi corrupti, ſi ſervus lapſus crus fregerit, ſed tunc teneter actione legis Aquiliæ *per l. 4.* quæ non eſt per ſe in duplum.

## ad L. Doli verbum. 5. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Receptio ſervi doloſa debet eſſe. num.* 1.
*Quid ſi quis homini libero vitium perſuadeat?* 2.
*Quomodo hac & L. Aquilia actio differant?* 3.
*Etiam ob ſervum jam manumiſſum hac actio datur?* 4.

1 ID, quod *ſupra de receptione dictum*, hic repetitur, ſcilicet Receptionem in Edicto intelligi doloſam. Nam ſi recipiam eo fine, ut ſervum fugitivum Domino reſtituam, hic nemo dicet, me dolo id feciſſe. Si etiam id faciam ex miſericordia, ſi ſervus crudeliter tractatus fuit, non erit dolus; ſed culpoſa & intempeſtiva miſericordia quidem eſt, ſed non dolus.

2 Sed quæritur *in §. prin.* ſi quis vitium perſuaſerit libero homini, quem pro ſervo habuit, an teneatur? Quod affirmatur, quia corrumpens liberum magis delinquit.

3 *In §. 2.* deſignatur diſcrimen inter hanc actionem & Legis Aquiliæ. Nam utraque eſt in duplum: Sed actio Legis Aquiliæ non per ſe nec ſemper, ſed contra negantem & de mendacio convictum. Hæc vero Actio contra fatentem eſt in duplum, quia corruptio animi gravior, quam corporis ſervilis. Si vero corruptio facta ſit à ſervo, vel ancilla mea ſine dolo meo, tunc poſſum declinare judicium noxæ dedendo ſervum corruptorem.

4 *In §. ult. legis quinta & l. 6. h. t.* quæritur, ſi ſervus meus corruptus ſit à te & ego illum ſervum manumiſerim, vel alienaverim, vel ille ſervus deceſſerit, an mihi adhuc competat actio? Et videtur, quod non; quia jam mea non intereſt; Sed affirmatur, quia verba Edicti ad præteritum referuntur, non ad præſens, & manumiſſio non extinguit actionem mihi ſemel quæſitam, & ideo præteritæ utilitatis æſtimatio in hoc judicio verſatur. *l. 6. h. t.*

## ad L. Nam & 7.

### *SUMMARIUM.*

*Cur etiam ob ſervum jam manumiſſum hac actio detur?*

COntinet *hac lex* ſpecialem rationem dubitandi ejus, quod *in §. ult. legis quinta & l. 6.* dictum eſt. Dicere enim poſſet aliquis, concedo, ſi alienaverit Dominus ſervum corruptum; nam corruptio ſervi poteſt eſſe cauſa alienationis. Sed in manumiſſione alia ratio. Nam manumiſſio fieri ſolet ob bona merita, & videtur igitur deleta memoria delictorum & damnorum præteritorum, & ipſius corruptionis: Sed reſpondetur *in hac lege* manumiſſionem non fieri ſemper ex benevolentia, vel ob compenſanda merita bona, quid ſi enim tædio ſervi, cum potuerit vendere, eum manumiſerit? Quid ſi nova cauſa accedat v. g. mutavit mores ſervus corruptus? Quid ſi ob interceſſionem viri potentis manumiſit?

## ad L. Sed. & 8.

### *SUMMARIUM.*

*An hac actio haredi Domini, cujus ſervus corruptus eſt, competat?*

QUæritur, an actio ſervi corrupti competat hæredi Domini, cujus ſervus corruptus eſt? R. Et quidem nullum eſt dubium, actionem illam ad hæredem pertinere, ſi ſervus in hæreditate permaneat; Sed quid ſi ſervus corruptus mihi ſit legatus, an actio hæredi detur, an mihi? Et videtur poſterius dicendum *ob l. ſi dominium. 47. ff. de furtis.* Sed affirmatur prius; quia hæredi ſemel adquiſita actio *per leges pracedentes.* Ideoque alia Actionis furti, alia hujus Actionis conditio eſt.

## ad L. Si quis 9. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Qua actio contra ſocium communem ſervum corrumpentem detur?* 1.
*Receptio doloſa inter ſocios non praſumitur.* 2.
*An inter ſocios, quorum alter ſervi proprietatem, alter uſumfr. habet, hac actio detur?* 3.
*Datur hac actio ad duplum.* 4.
*An etiam rerum ablatarum aſtimatio dupletur?* 5.

1 IN *l. hac in princ.* proponitur hæc ſpecies facti. Ego & tu habuimus, vel habemus communem ſervum, quem tu corrupiſti, an teneris actione ſervi corrupti? Quod affirmatur; ſed & aliæ actiones concurrunt, ut actio pro ſocio, ſi ſocii ſumus; quia non omnis communio ex ſocietate eſt, ſed & ex alia cauſa.
2 Sed & datur indiſtinctè actio communi dividundo. Sed quærit Ulp. cur Julianus in hac quæſtione tantum corruptionis, non etiam receptionis, mentionem faciat, ut mentio ſit receptionis in Edicto? Et reſpondetur, quod inter ſocios receptio doloſa non præſumatur, quia quilibet ſociorum Jus habet recipiendi ſervum, niſi contrarium probetur; nam probato dolo daretur hæc actio.

3 *In §. 1.* proponitur alia ſpecies facti: Ego & Tu habemus ſervum, tu quidem proprietatem habes, ego uſumfructum, vel ego habeo proprietatem tu uſumfructum & alter noſtrum corruperit ſervum, quæritur, an detur actio hæc inter eos, quod proprietario actio detur contra uſufructuarium? R. De eo nullum eſt dubium, quis proprietarius eſt Dominus *arg. l. 1. pr. & paragraph. L. 14. paragraph. 4. h. t.* Sed ſi proprietarius corruperit ſervum, non videtur actio dari uſufructuario contra proprietarium, quia ille non eſt Dominus? Sed reſpondetur, utile hoc judicium dari uſufructuario, non tantum contra proprietarium; ſed etiam contra extraneum, quia maxime uſufructuarii intereſt, ne
4 ſervus corrumpatur. Datur hæc actio ad duplum, ſcil. duplum ejus, quanti ea res erit per verba Edicti per
5 *l. 1. pr. & paragraph. ſecund. hujus legis nona.* Sed ponamus, ſervum corruptum ſecum abſtuliſſe res, quæritur, an dupletur, quanti ſervus deterior factus, vel an etiam duplandum pretium rerum ablatarum & perditarum? Et prius Neratio placuiſſe refertur *in paragraph. ult. hujus legis*, quod refutatur in *lege ſeq.* ubi dicitur, rerum æſtimationem etiam duplari, etiamſi res non ſint perlatæ ad eum, qui corrupit, nam corruptor eſt princeps cauſa delicti, non vero tertius, ad quem res perlatæ ſunt.

## ad L. Neratius. 11. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*An furta poſt corruptionem facta aſtimentur? nu.* 1.
*Quid ſi ſervo, ut chirographa corrumpat, perſuaſerim? ſecund.*
*Quanam actiones cum hac concurrant?* 3. *& ſeq.*

1 DIctum *in pracedentibus*, tempus præſens non attendi, ſed præteritum, ſed quid de futuro, quod tamen ex præcedenti corruptione ortum habere videtur v. gr. ſi fugam ſervo meo perſuaſeris, & is poſtea, ſcilicet poſt fugam, furtum mihi fecerit, an hoc furtum duplandum? Quod videtur affirmandum, ob verba Edicti generalia. Negatur autem, quia corruptio illa non

non eſt cauſa immediata furtorum ſequentium, Sed
corruptio eſt cauſa actionum primarum, ex his oritur
conſuetudo, ex hac furta ſequentia, & non eſt im-
probabilis lectio *Antonii Fabri ad h. l.* Nam nec ver-
ba Edicti, quod illa ratio decidendi *in princ.* poſita
2 ſit vera, colligitur manifeſto *ex* §. 1. cujus hæc eſt ſpe-
cies facti; Perſuaſi ſervo, ut chirographa debitorum
corrumpat. Ob hoc teneter hac actione. Sed ſi poſtea
conſuetudinem corrumpendi documenta contraxerit,
& rationes corruperit, & alia inſtrumenta ſubtraxe-
rit, deleverit, horum nomine non teneter, quia cor-
ruptio horum factorum non eſt cautio immediata.

3 *In* §. 2. agitur de actionibus cum hac actione con-
currentibus. Nam qui ſervo perſuaſit, ut ſuo Domi-
no furtum faceret, tenetur actione furti, quia opem
& conſilium ad furtum dedit *paragraph. undecim. Inſt.
de Obl. quæ ex delict. l.* 52. *§. prim. ff. de V. S.* tantum
delictum eſſe; duplex tamen reſpectus adeſt; altera
enim actio irrogat pœnam ſervi corrupti. Et magis qui
4 ſervum recepit ac corrupit, tenetur actione utraque,
quod hic etiam diverſa facta concurrant, ut receptio
5 & corruptio. Autor *ad L. 4. num* 1. *ſeqq. C. de Furtis.* Et
præter actionem furti datur etiam condictio furtiva,
quæ rem perſequitur, nec hæc actionem furti tollit.
Quia condictio furti rem perſequitur, actio furti pœ-
nam tantum. Ratio autem hujus rei adducitur *in l.* 12.
quia licet res furto ſubtractæ redditæ fuerint tamen da-
tur actio furti. Nam rebus furto ſubtractis, ac poſtea
reſtitutis, tollitur quidem condictio furtiva, ne bis
idem petatur; ſed non tollitur actio pœnalis furti.

## ad L. Hæc Actio. 13.

### *S U M M A R I A.*

*Contra heredes hac actio non datur. nu.* 1.
*Servus hæreditarius pendente hæreditate etiam corrumpi
poteſt.* 2.
*Corruptor ſubit etiam hæreditatis petitione tenetur.* 3.

1 Actio ſervi corrupti eſt perpetua, non vero tem-
poraria, & datur hæredi *ut antea dictum ad l.* 8.
& bonorum poſſeſſori. Sed contra hæredem corruptoris
non datur *hic & l. unic. Cod. Ex dolo defuncti in quan-
tum heredes teneantur.*

2 *In* §. 1. quæritur, an ſervus hæreditarius penden-
te, & vacante hæreditate poſſit corrumpi, ita ut hæ-
reditati poſtea detur actio? Videtur quod non; quia
hæreditati non fit furtum *per l. 68. ff. de furtis.* cum ne-
mo poſſideat bona hæreditaria, poſſeſſio in furto re-
quiratur, quia furtum eſt interverſio poſſeſſionis. Et
præterea reſpiciendum eſt ad tempus, quo corruptio
facta eſt *l. 5. §. fin. h. tit.* Sed affirmatur; quia hic non tam
interverſio rerum, quam corruptio ſervi attenditur &
3 attenditur hic potius dominium, quam poſſeſſio. Sed
& petitione hæreditatis ut prædo tenetur corruptor,
quia eſt debitor hæreditatis ob corruptionem, eſt enim
poſſeſſor juris per *l.* 13. *§. fin. & tres ll. ſeq.* nec non
*l. 41. ff. de Petit. hered.*

## ad L. Ut tantum. 14.

### *SUMMARIA.*

*Hæreditatis petitio etiam in duplum datur nu.* 1.
*Actione utili tenetur, qui filia ſcelus perſuadet.* 2.
*Idem, de uxore corrupta.* 3.
*Idem, de famulis noſtris.* 4.
*An hac actio ipſi corrupto detur?* 5. *&* 6.
*Quid duplicetur, hiſce caſibus?* 7.
*Si ſervus communis alterius ſocii proprium corrupit,
hac actio non datur.* 8.
*Datur tamen actio alia.* 9.
*In noxalibus actionibus quilibet Dominorum in ſolidum
tenetur.* 10.
*Uſufructuario de ſervo corrupto datur actio contra pro-
prietarium.* 11.
*De ſervo pignori dato debitori datur actio.* 12.
*An duplum in hac actione ſit extra rem?* 13.
*An intereſſe duplandum?* 14.
*Quid ſi ſervus meus tuo conſilio tertio damnum dederit?*
15.
*An Dominus ſervum corruptum retinere teneatur?* 16.
*Quid ſi ſervus corruptus corruptori dari nequeat?* 17.
*Quid ſi Dominus corruptionum ſervum manumiſerit? nu.*
18.

1 IN *princ.* eſt continuatio *legis hujus cum præcedenti,*
& quæritur, ſi contra corruptionem detur petitio
hæreditatis, an hæc etiam ad duplum detur? Videtur
quod non; quia petitio hæreditatis eſt tantum rei per-
ſecutoria, & tantum datur ad ſimplum; Sed affir-
matur, quia petitio hæreditatis eſt Actio univerſalis,
quæ facile argumentum recipit. Sed hoc caſu, quando
ad duplum ageretur, non poſſet actioni corrupti ſervi
2 eſſe locus. Actio ſervi corrupti utilis datur etiam
de filio, & filia corrupta, ut ſi quis filiam alterius
promiſſione nuptiarum decipiat, & ſcelus ei perſua-
deat. *Cothm. vol. 1. conſ. 1. numer.* 270. Idem *argumento
hujus paragraph.* 1. etiam de uxore corrupta ſtatuunt,
3 & per *l. 48. de operis Libert* Idem in famulis noſtris.
4 *Schneidw. d. l. numer. 6 & 8. Joh. Herm. Stamm. de ſerv.
perſon. lib. 1. tit. 4. capit. 2. & hanc aliaſque referens Dn.
5 Struv. Exerc.* 15. *theſ.* 50. Autor *ad L. 20. numer. 3. 4. C. de
Furtis.* ubi refert, nonnullos ipſi corrupto hanc actio-
nem tribuere, & ſane hoc non puto eſſe ſine ratione.
6 Nam omnium maxime corrupto nocetur. Scimus,
corruptis puellis dari actionem, præſertim vero ſi ju-
dicium ob ætatem ſit infirmius, putarim adoleſcenti
ob corruptos mores dari utilem hanc actionem; nam
alias ſi adoleſcens in nullius poteſtate eſſet, impune
ferret hanc corruptionem corruptor, & ſcimus fragi-
lem ætatem facile corruptione obnoxiam eſſe, præſer-
7 tim hoc tempore corruptiſſimo. Sed in his duplatur
intereſſe operum, & rerum deperditarum, ſalvo intereſſe
Judicis. *Don. l. 15. cap. 25. Cujac. l. 17. obſ.* 11.

8 *In* §. 2. *legis* 14. agitur de hoc caſu, ſi ſervus tibi
mecum communis ſervum meum proprium corrupe-
rit, an datur mihi actio pro parte contra te? Videtur
quod ſic, quia corruptor ſervus pro parte tuus. Ergo
pro parte dabitur actio noxalis. Sed negatur, quia
mihi contra ſervum meum proprium, qui alium ſer-
vum meum proprium corrupit, nulla datur actio *L. 4.
ff. de judic.* ergo nec noxalis actio contra eum, qui
9 communem mecum habet ſervum. Sed quia tamen
conſilium non debet eſſe impunitum, dabitur mihi
actio pro ſocio, ſi ſocii ſumus vel communi dividun-
do, ſi ſervum communem ſine ſocietate communem
habemus, vel familiæ herciſcundæ, ſi cohæredes *l. 41.
de Nox. act.* per quas actiones, vel adjudicationem ſervi,
vel æſtimationem intereſſe in ſimplum conſequimur.
*l. 16. § ult. ff. fam. herciſc.*

10 *In* §. 3. de caſu converſo agitur, ſi ſervus tibi mecum
communis extraneum forte Titii ſervum corruperit,
an conventus ego in ſolidum teneor? Et reſpondetur,
in noxalibus actionibus quemlibet Dominorum in ſoli-
dum teneri, nec liberari ſocium ſi partem, quam in
ſervo habet, noxæ dedere velit. *l. 8. ff. de Noxal. Act.*
Sed uno ſolvente ſolidum liberatur alter, quia unum
delictum & unum damnum eſt.

11 *In* §. 4. quæritur, ſi uſumfructum habeam in ſervo
tuo, & is ſervum meum proprium corruperit, an te ut
proprietatis Dominum convenire poſſim actione no-
xali? Et reſpondetur quod ſic, quia uſufructuarius non
eſt Dominus, ſed proprietarius Dominus eſt. Ergo fru-
ctuario de ſuo ſervo corrupto datur actio contra pro-
prietarium ut Dominum ſervi corruptoris.

12 *In* §. 5. agitur de ſervo pignori dato ab alio corru-
pto, an detur actio ſervi corrupti debitori, an vero
creditori?

creditori? Et prius affirmandum; nam debitor ſolus eſt Dominus, cui datur hæc Actio: Et idem in actione legis Aquiliæ *l. 30. § 1. de L. Aquil.*

13 In §. 6. quæritur, an duplum in hac actione ſit extra rem, & non contineat ſimplum v. gr. ſi damnum ſit centum florenorum, an præter 100. florenos ducenti peti poſſint, ut quidem ſit in actione furti,
14 nec manifeſti? Sed negatur: Sed hæc actio eſt mixta & continet ſimplum. Si ſervo meo perſuaſeris, ut furtum faceret Titio, & furtum id eſſet grande, ut mihi actione noxali fuerit neceſſe noxæ dedere Titio ſervum meum, an etiam illud intereſſe duplandum? Quod affirmandum, quia Domino ſervi corrupti indemnitas pleniſſime procuranda eſt, *l. 10. h. t.*
15 Sed quid ſi ſervus meus tertio damnum de conſilio tuo, tenerisne ſic ex Lege Aquilia conventus reſtituere damnum Tertio ut mihi illud, quod perſolvi reſtituas vel ſi locavi alii ſervum conſilio tuo corruptum? Et ideo hic dicendum. *in §. 8.* quod in *praecedenti* §. dictum: de locato ſervo fure videri poteſt. *l, pen. ff. Commod. l. 31. de pignorat. act. l. 60. §. 7. ff. Locati.* In hanc actionem autem venit, quanti ſervus vilior factus ſuit, ex ſui corruptione, quod ut & intereſſe actoris in judicium hoc venit §. 9. *h. l.*

16 *In §. ult.* quæritur, an Dominus ſervi corrupti retinere ſervum corruptum teneatur, & duplo depretiati contentus eſſe debeat? quid ſi ſervus corruptus plane inutilis ſit Domino, poteſtne totum pretium ſervi corrupti, & ſervum relinquere corruptori? Quod affirmatur *in §. ult.* ita ut electio competat Domino, ita tamen ut ſervum corruptori relinquat, non niſi ſimplum percipiat. Quia ſat lucri eſt corrupto ſervo carere, & ſat damni corruptum ſervum retinere cogi.
17 Sed quid ſi non poſſit ſervum corruptum corruptori dare? Quid ſi ſit in fuga ſervus? Reſp. pretium hoc etiam caſu accipiet ceſſis corruptori actionibus, qui-
18 bus is poſſeſſionem ſervi conſequi poteſt. Demum. *in d. §. ult.* quæritur quid ſi Dominus corrupti ſervi, eum manumiſerit, annon eo caſu pretium conſequi poſſit? Quod negatur; nam ita haberet ſimul pretium & rem ipſam; nam manumiſſum dare non poſſet, & ipſo manumiſſo ut liberto uteretur.

## ad L. Corrumpitur. 15.

SI quis ſervum meum ita corruperit, ut me contemneret, & adunco naſo, ut ajunt, ſuſpenderet eſt ne hæc corruptio, quæ in hoc judicium venit? Videtur quod non, quia damnum pecuniarium hic æſtimatur; Sed affirmatur, nam ex contemtu oritur inobedientia, contumacia, odium & plura damna, & omnino depretiatus eſt hic ſervus.

## ad L. Dominus pen.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſi ſervus Diſpenſator apud mulierculam pecuniam conſumpſerit?*

HAbui diſpenſatorem ſervum, quem manumiſi, antequam redderet rationem, Poſtea reddere rationes, & reſtituere reliqua non potuit, cauſa fuit hæc, quod apud mulierculam pecunias dilapidaſſet, quæritur, an contra mulierculam agere poſſim de ſervo corrupto? Videtur quod non, quia de libero homine corrupto non datur hæc actio. Sed affirmatur quia cum adhuc ſervus eſſet, corruptus fuit; certe initium corruptionis factum, imo etiam furti actio contra mulierculam datur, cum qua actione hæc concurrit *l. 11. h. t.* ſi ſervus pecunias meas ſecus ad mulierculam detulit.

## ad L. Servi corrupti. fin.

*SUMMARIUM.*

*An marito contra uxorem hæc actio detur?*

MUlier ſervum mariti corrupit, an datur marito actio, ſervi corrupti contra uxorem? Vid. quod non, quia actio turpis & pœnalis inter conjuges non datur *l. 2. C. Rerum amot.* & hæc actio eſt turpis *l. 56. pro ſocio.* Sed affirmatur, ſed ita tantum detur in ſimplum favore matrimonii *per hanc legem,* & proponatur actio verbis honeſtioribus & temperatis & in factum agatur *d. l. 2. Conferri poteſt erudita diſſertatio Academica Per-Illuſtris & Generoſiſſimi Dni. Otthonis Janioris Baronis de Schwerin de ſervi corrupti delicto.*

---

## TITULUS IV.

### *De Fugitivis.*

### Ad L. Is, qui. 1.

*SUMMARIA.*

*AN, qui ſervum fugitivum celat, fur ſit?* n. 1.
*Quid, ſi ſervus fugitivus a conſervis recipiatur?* num. 2.
*An fugitivum in alienis ædibus quærere liceat?* 3.
*An ſervum fugitivum ſtatim reddere teneatur?* 4.
*Quod de fugitivis dictum, ad errones extenditur.* 5.
*Ex fugitiva natus pro fugitivo non habetur.* 6.
*Quid ſit in publicum deducere?* 7.
*Quomodo cuſtodiendus?* 8.
*Alienum fundum ingredi licitum eſt, fugitivi ſervi inquirendi cauſa.* 10.
*Pœna ſervum fugitivum celantis quænam?* 11.
*Dominus quænam probare debeat, antequam recipiens ſervum ad cuſtodiam & cautionem teneatur?* 12. & 13.
*An & quando res furtivas in aliena inveſtigare liceat?* 14.
*An hic titulus omnino hodie inutilis* 15. & 16.
*Utiliter ad noſtros ruſticos, milites, cives &c. applicatur.* 17.
*Imo ad Monachos.* 18.
*Fugitivus, ſi cuſtodia elapſus eſt, quomodo teneatur recipiens?* 19.
*An uxor fugitivi fuga conſcia detineri poſſit?* 20.

1 IN *princ. l.* quæritur, an is, qui ſervum fugitivum celat, fur ſit, et actione furti conveniri poſſit? Videtur quod non; quia hic non eſt ſemper lucri faciendi animus, ſine quo fur non eſt, qui furi iter monſtravit. *l. 62. ff. de furtis.* Sed affirm. hic, quia fugitivus ſervus ſui furtum eſt, Autor *ad L. num. 1. ſeq. C. h. t.* cui celator opem & auxilium fert, & præſumitur habere animum ſervum lucrifaciendi, & ideo hic uſucapio locum habet *l. 1. C. h. t.* Si vero probetur, hanc receptionem ex miſericordia factam procul dubio fur non erit.

*In §. 1.* quæritur, an, ſi ſervi fugitivi a conſervis ſuis, & a villicis recipiantur aut procuratoribus poſſeſſionum atque ita occultentur, detur actio? Et reſpondetur, dari mulctam, nam licet ex miſericordia id faciam & commiſeratione, intempeſtiva tamen & Domino nociva eſſet hæc commiſeratio. *l. 7. in princ. ff. Depoſiti.* Sed datur iſtius mulctæ remiſſio ob pœnitentiam, ſi quis intra 10. dies fugitivum & receptum Domino reddidiſſet, vel apud Magiſtratum exhibuiſſet. Imo magis excuſati ſunt, & ipſo jure excuſandi, qui non receperunt ſervos fugitivos, ſed repertos ſervos in ſuis prædiolis noluerunt celare, ſed Domino vel Magiſtratui exhibuerunt per *d. paragraph. 1. legis primæ.*

3 *In §. 2.* ſtatuitur, fugitivum licere quærere in alienis ædibus & prædiis, *de quo poſt plura* Autor *ad L. 2. n. 1. 2. C. h. t.* Item Magiſtratus jubentur, ut eos adjuvent inquirere volentes fugitivos ſervos ſub pœna 100. ſolidorum. Et eadem pœna prædii Domino fertur, qui inquirere volentem prohibet &c. quæ habentur §. 2.
4 Autor *ad d. L. 2. C. h. t.* Sed quid ſi deprehendatur

ſervus

Digitized by Google

ſervus fugitivus in ædibus meis, teneorne ſtatim eum
reddere inquirenti? Quod negatur §. 3. ſed deducen-
dus eſt in publicum & exhibendus Magiſtratui, ut
ab eo cognoſcatur cauſa, & an fugitivus ſit, & ex
qua cauſa fugerit. Sane ſi apprehendere nolit Domi-
nus ædium, ſed id tamen inquirenti permittat in ſuis
ædibus, non videtur ulla pœna dictanda eſſe Magi-
ſtratus autem diligenter cuſtodiat ſervum, dum cauſa
5 cognoſcitur §. 4. *h. l.* Sed an id, quod de fugitivis ha-
ctenus dictum in Erronibus, qui hinc inde vagantur
animo tamen redeundi, etiam locum habet? Et re-
ſpondetur *in* §. 5. quod ſic, licet alias differant fugi-
tivus & erro, differunt tamen potius gradu ut fugi-
tivus magnus erro dici poſſit *l.* 17. §. *erronem.* 14. *ff. de*
6 *Ædil. Edicto.* Sed ex fugitiva natus pro fugitivo ha-
beri non debet *in* §. 5. Fugitivi non naſcuntur, ſed fi-
7 unt. Et cum jam dictum, fugitivum repertum in pu-
blicum deducendum eſſe, quæritur, quid hoc ſit *in* §.
6.? Et reſpondetur, tradi debere Magiſtratibus muni-
cipalibus, vel publicis Miniſteriis. Plus enim Domi-
nus in domo ſua reperto ſervo non tenetur facere nec
8 vices Actoris ſuſcipere. Sed quomodo diligenter cuſto-
diri debebit? Reſp. *in* §. 7. vinculis publicis eum con-
tineri poſſe, ne tam facile fugam arripiat is qui jam
9 in fuga deprehenſus eſt. Denuum *in* §. *ult.* dicitur, tam
diu eſſe cuſtodiendum, donec ejus nomen & notæ v.
gr. cicatrices atque alia deferantur ad Magiſtratum,
10 qui de ea ſe cognoſcat §. *fin. h. l.* Quamvis enim alias
fundum alienum invito Domino ingredi non liceat,
ſecus tamen eſt, ſi fiat cauſa inquirendi ſervi fugitivi.
*Cœpoll. de S. R. P. c.* 1. *num.* 24. Autor *ad L.* 2. *num.* 2.
11 *C. h. t.* nec Judex auxilium denegabit *l.* 1. §. 2. *h. t.* Pœ-
na celantis ſervum fugitivum, quod qui prima vice
celat, teneatur una cum ſervo fugitivo alium parem
reſtituere, vel 20. ſolidos, ſi ſecunda vice, duos
pares reſtituere tenetur. *l.* 4. *C. h.* Si ſcivit & doloſe
celavit, quod ex ſcientia ſervi alieni præſumitur. *Si-
chard. d. ad d. l.* 4. *numer.* 5. *conf. Maſcard. de prob.
concl.* 1300. *Ant. Gabriel. lib.* 6. *tit.* 1. *concl.* 5. Autor *ad
d. L.* 4. *numer.* 1. *& ſeqq. C. h. t.* Sed neceſſum eſt,
12 ut Dominus, qui fugitivum perſequitur, Dominum
ſuum & fugam hominis proprii vel ſervi doceat, &
homo vindicatus deſuper audiatur; antequam hoc
fiat, non tenetur is, apud quem deprehenditur, ad
13 cuſtodiam vel cautionem. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 161. Is
autem, apud quem fugitivus homo proprius depre-
henditur, ad cuſtodiam obligatus, & ſi elapſus ſervus
14 culpa illius, tenetur ille. *Dn. Mev. p* 4. *dec.* 13. Aliud
in rebus furtivis, *per l.* 2. *C. Quando & quibus quarta
pars ceſſet*, quia ſe ſervus ignorante Domino poteſt oc-
cultare in ædibus alienis, ſecus in rebus furtivis, quia
inhumanum eſt, excutiendo alienam domum, vel
mendicitatem illius prodere, vel etiam divitias invi-
diæ exponere, *per d. l.* 2. *ibique.* Autor *n.* 12. *&* 13. *Et
15 ad L.* 2. *num* 6. *C. h. t.* Quando autem rem furtivam
in ædibus alienis inquirere liceat, *vid. Dd. in* §. 3. *&*
4. *Inſtit. de oblig. quæ ex delictis. Koppen. dec* 8. *Cla-
rus* §. *fin. qu.* 27. *Gilhauſen tit. de furtis num.* 21. Aut.
16 *ad d L.* 2. *num.* 7. *C. h. t.* Hunc titulum & præceden-
tem exoleviſſe, dicit *Grœnwegen.* Sed in univerſale non
eſt, nam & utilis actio *ex præcedenti titulo* hodie
17 uſitata eſt, *ut ex ibi allegatis Doctoribus apparet*, & quæ
de fugitivo ſervo hic dicta; ad fugitivos ruſticos, pro-
prios homines, milites, cives, famulos &c. utiliter
18 applicari poſſunt. Imo & ad Monachos. *Perez. in Cod.
h. t. n. ult. Dn. Struvius Exerc.* 15. *th.* 52. Nota autem *ex
19 l.* 1. §. 4. *h. t.* quod fugitivus diligenter cuſtodiri ſo-
leat, quod ad proprios homines fuga elapſos recte ap-
20 plicat *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 147. Sed ſi cuſtodibus ſolitis,
ſolitoque carcere uſus, culpa vacare ille, apud quem
detentus erat, intelligitur. Sed ſi culpa interceſſit
ipſius Patrisfamilias, pretium hominis proprii redde-
re debebit Domino ejus, *per L. fin.* §. *fin. ff. de Cuſtod.
21 reorum. Dn. Mev. d. l.* Si autem uxor fugitivi, conſcia



fugæ detineatur, an hoc fieri poſſit Jure quæritur? Quod aliquando ob varias circumſtantias aliquandiu fieri poſſe, tradit alicubi *Dn. Mev.* Sed regulariter uxor non tenetur, licet conſcia fugæ mariti fuerit, de quo alibi.

## ad L. Fugitivi. 2.

### *SUMMARIUM.*

*Servi fugitivi quotuplices ſint?*

Fugitivi ſervi duplices ſunt; Alii enim ſunt ſimplices, qui ſe ſervos eſſe non negant, ſed ad alium ſe pertinere mentiuntur: Alii vero ſunt pejores, qui pro liberis ſe gerunt. Hi præ illis gravius coercendi; nam illi ſimplices tantum Dominis nocent, hi vero, qui ſe pro liberis gerunt, pluribus nocent, cum quibus vivunt, ideoque etiam torqueri poſſunt *per l.* 4. *&* 6. *C. h. t. ibique* Autor *n.* 3. *l.* 12. *C. de Agric. & cenſ.*

## ad L. Divus Pius. 3.

### *SVMMARIVM.*

*Quomodo ædes, in quibus fugitivus quæritur, aperiendæ?*

Referuntur hic D. Pii & D. Marci Reſcripta, quibus mandatur Præſidibus, ut datis literis, vel etiam additis Apparitoribus curent, quo ædes aperiantur, in quibus fugitivus quæritur, & in refractarios prædiorum Dominos, aut procuratores pœna poteſt à Præſide ſtatui. Nec excipienda prædia Principum, minus Senatorum, minime omnium privatorum, & aperienda omnia cubilia & receſſus &c.

## ad L. Limenarchæ. pen.

Injungitur hic Limenarchis, qui erant præpoſiti limitibus Imperii tuendis, vel qui maritimis locis præſunt, & ſtationariis, ut fugitivos deprehenſos in cuſtodia retineant. Idem injungitur Magiſtratibus municipalibus, ut deprehenſos fugitivos ad ſuperiorem Magiſtratum tranſmittant.

## ad L. Si in arenam. ult.

### *SVMMARIVM.*

*An fugitivo in arenam deſcenſuro parcendum?*

Quæritur hic, an ſervo fugitivo parcendum, ſi in arenam deſcenderit, uti cum beſtiis depugnaret, cum ob hanc cauſam etiam iis, qui publicum delictum perpetrarunt, ſolet parci *l. ad beſtias.* 31. *ff. de pœnis*, & poſſet talium audacium hominum magnus uſus eſſe in bello populi Romani? Sed reſpondetur, Domini jus debere eſſe illibatum, & alias peſſimi homines poſſent ſe ſubtrahere pœnæ meritæ; nam præſtaret in arenam deſcendere, quam pœnam gladii ſubire. Ex his ergo legibus apparet quod Principes Dominis proſpicere voluerint omni modo, & ea concedant, quæ alias non ſunt permiſſa.

---

## TITULUS V.

## *De Aleatoribus.*

## ad L. Prætor. 1. 2.

### *SUMMARIA.*

*Domino ædium, in quibus alea luditur, quocunque modo læſo non conceditur actio. num.* 1.
*An idem hodie obtineat?* 2.
*Levis injuria cauponibus illata non vindicatur.* 3.

*An meretrix de furto agere poſſit ? 4.*
*Ex ludi contractu nulla datur actio. 5.*
*An pecunia ad ludum data repeti poſſit ? 6. & 13.*
*An qui perdidit pecuniam in ludo, repetere poſſit ? 7.*
*An liberi repetant, quæ Pater ludo perdidit ? 8.*
*An hæc repetitio uſitata hodie ? 9.*
*Quibus caſibus uſitata ? 10. & 11.*
*An conſuetudine fieri poſſit, ut luſus ſit licitus ? 12.*
*Quando Judex animadvertat in luſores. 14.*
*An qui ludo acquirit, ſalva conſcientia retineat ? 15.*
*Quando in pecuniam ludere licuerit & adhuc liceat ? numer. 16.*

1 SI ſuſceptori aleatorum verbera ſint illata, vel damna data, ubicunque & quandocunque verberatus aut damnum paſſus ſit, actio non datur. Furti quoque actio, aut rapinæ, ſeu vi bonorum raptorum, aut condictio, aut rei vindicatio, aut ad exhibendum ſuſceptori non datur, ſi furtum aut rapinam paſſus ſit eo tempore, quo alea ludebatur & paſſus ſit domi ſuæ, ut habitat vel domicilium habet, licet luſor non ſit, qui furtum fecit *l. 1. §. 2 h. t. Coll. Arg. ad h. t. th.* 8. Et quamvis nonnulli de actione furti pœnali hoc
2 tantum intellexerint, id tamen negatur *hac l. 1. §. 3. conf. Farin. quæſt. 109. num. 143. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 99. num. 23. Caccialupus in tract. de ludo ( tomo 4. tract. ) num. 6. Ranchb. p. 2. q. 25. num.* 50. Sed hoc merito motibus ſublatum aut tollendum, nam nemini à privato injuria, vel furtum inferendum impune. Sint ſane illi qui præbent ædes ſuas luſoribus, digni injuria, nos tamen indigni, qui aut faciamus, aut invitemus. *Grœnwegen. hic & Dn. Wiſſenbach.*
3 *diſp. 20. th.* 16. Sane injuriam levem hujuſmodi cauponibus illatam à judice ob vilitatem perſonarum vilipendendam eſſe largitur *Grœnweg. ad h. t. poſt Me-*
4 *noch. l. 2. A. Q. caſ. 400. numer.* 16. Nec recipiendum, quod *Vigelius & Coll. Arg.* Ex hoc colligunt, ſcilicet meretricem de furto agere non poſſe, namque id merito diſplicet *Dn. Tabor. Racemat. 2. th.*
5 30. *& ſeq.* Et ex contractu ludi nomine celebrati nulla actio datur. *L. ult. C. h. t. Farin. d. quæſt. part. 6. Mezius in tr. de Contract. in rubr. de mutuo. column. 7. numer.* 10. Et ſic pecunia ad ludum data repeti non
6 poteſt. *Berlich. dec. 66. numer.* 1. quod limitat, niſi ex intervallo promittatur. Sed quod ibidem *nu. 6. & 7.* ad caupones hoc reſtringit, in eo accedere ipſi
7 non poſſum, ob textuum generalitatem. Et qui perdidit in ludo pecuniam, ſolutam condicere poteſt ut indebitam. *d. l. ult. C. h. t.* & poſſunt quæ à libe-
8 ris perdita, è parentibus repeti. *d. l. ult.* Imo etiam à parentibus perdita liberos repetere poſſe uſque ad legitimam, tradit *Caccialupus d. tr. num.* 81. *Farin. quæſt. 109. num. 187. Tiraq. de LL. Connub. in vice con-*
9 *tract. gl. 5. num.* 81. Autor *ad L. 3. num. 5. C. h. t.* Sed repetitionem hanc non eſſe in uſu, teſtatur *Carpz. lib. 8. Reſp. 96. Chriſtin. vol. 2. dec. 200. num. 1. & Grœnwegen ad Rubr. h. t.* præſertim cum utriuſque turpitudo verſetur. Quæ tamen conſuetudo limitanda. 1.
10 Niſi alter per fraudem vicerit. *Dn. Struv. th. 57. h. t.* Quando non pecuniæ, ſed veſtes in ſolutum datæ. 3. Quando quis in magnum familiæ ſuæ diſpendium ingentem pecuniæ ſummam profudit, & hoc caſu memini reſtitutionem civi alicui per ſententiam injunctam fuiſſe. Et has limitationes rectiſſime proponit *Grœnwegen d. l. & Chriſtin. vol. 2. dec. 200. nu.* 1.
11 Cui addit *Carpz.* quartam limitationem, ſi colluſor alium coegerit. *de Reſp. 96. nu.* 14. Sic etiam ſi colluſor colluſori per rapinam aliquid eripuerit omnino da-
12 tur actio, ſecus ſi fiat ſuſceptori *l. 1. §. 1. h. t.* Sed conſuetudine fieri poſſe, ut ludus fortunæ ſit licitus, id nego cum *Heigio p. 2. qu. 10 Ranchb. p. 2. q. 25. Doring. in voce alea. numer.* 105. Conſuetudo igitur valet, quoad non repetitionem perditi, non ut ludus ſit licitus,
13 *conf. Farin. d. q. 109. num.* 52. Qui etiam mutuo dat in luſu, non repetit, quod pluribus deducit *Farin. d. q. 109. nu. 214. & multis ſeqq.* Quod licet in tertio mutuum dante non admittat *Carpz. de Reſp. n.* 15. videtur tamen idem dicendum eſſe, *per L. ſi quis cum ſciret. ff. de uſucap.* ſi ſciebat mutuum dans, quod eſſet luſurus. *Farin. d. q. nu. 227. Caccialupus. d. tr. nu. 64. Amadeus de Syndic. num.* 94.

14 *Ad §. fin. & L. Solent.* 2. Si quis autem aliquem compulerit ad ludendum, vel, ſi victus alterum in ludo detineat, in eum Judex extra ordinem animadvertit. *Farin. d. l. n. 75. & ſeq. Molina de Juſt. & Jur. diſp. 516. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 399. numer. 12. & ſ. Dn.*
15 *Hahn. hic ad Weſ. num. 4. Dn. Struv. th. 57. h.* Et qui taliter pecuniam adquirit, non videtur ſalva conſcientia retinere poſſe partam ludo pecuniam. *vid. Farin. d. l. n.* 182. licet *Covarruv. in c. peccatum. p. 2. §. 4. nu. 8. & Molina de Juſt. & Jure tr. 2. d. 113. nu. 2. & d. 514. num. 2. Chriſtinæus v. 2. dec.* 198. putent, lucrum à luſore retineri poſſe, donec per ſententiam repetatur. Autor *ad. L. 3. nu. 12. C. h. t.* Cur autem ludi fortunæ prohibiti, *vid. apud Petr. Greg. l. 39. c. 3. n. 10. & ſeqq. Hilliger libr. 18 c. 8. lit. F. Doring. d. l. num. 33. & 54. ſeqq. Chriſtin. d. deciſ. 198. n. 1.*

16 In pecuniam ludere Senatus in ludis fortunæ, non in ludo virtutis & exercitiis corporis. pilo jiciendo, ſaliendo, prohibuit. *l. 2. §. 1. h. t.* Autor *ad L. 3. numer. 22. C. h. t.* Sed tamen utilitas publica ſuadet hic etiam, moderationem à judice fieri poſſe & debere. *Wammeſ. cent. 4. conſ. 11. num. 10. conf. Stracha de ſponſion. p. 3. per totam.*

## ad L. In quibus. 3.

*SUMMARIUM.*

*Sponſiones extra ludum in honeſta cauſa vim habent.*

SPonſiones in cauſa virtutis admittuntur, vid. *Wammeſ. conſ. 10. num. 2. cent.* 4. Autor *ad L. 3. num. 22. C. h. t.* Videntur autem hic ſponſiones ad cauſam ludi reſtringi, licet uſus obtinuerit, ut etiam extra ludum ſponſiones in cauſa honeſta locum & vim habeant. *Carpz. pract. Crim. q. 134. num. 32. Covarr. ad l. peccatum. de R. J. lib. 6. p. 2. § 4. Stracha de ſponſion. Mercat. p. 3. nu. 2. Molina diſp. 581. Hering. de fidej. c. 18. num. 42. Heig. part. 2. q. 10. num.* 54. quas defendit etiam refutatis contrariis *Finckelt. obſ. 33. ex l. 17. §. 5. ff. de præſcriptis verbis.* ubi contrariis occurrit. *conf. Dn. Struv. d. Exerc. 15. th. 58. Zæſ. ad h. t. numer. 10. Beſold. & Wehner. in Voce* Wetten. Sed harum ſponſionum magnus abuſus hodie, in quem invehitur *Dn. Wiſſenbach. d. d. 23. th.* 18. Ideoque utile eſſet, ad certam quantitatem tales ſponſiones reſtringere. *conf. Chriſt. dec. 210. & ſeqq.*

## ad L. Quod in convivio. ult.

*SUMMARIA.*

*In bellariis ludere licet. nu. 1.*
*Victo in ludo filio patri vindicatio datur. 2.*
*Conquirente ludo pecuniam ſervo Dominus tenetur. 3.*
*Etiam contra parentes atque patronos datur actio. 4.*

1 PEcuniæ adquirendæ cauſa ludere non licet, ſed ſolent patresfamilias familiæ concedere luſum in bellariis, &, quæ veſcendi cauſa in conviviis apponuntur; nam recreationis cauſa hoc permittitur à blandis Dominis. Autor *ad L. 1. num. 3. C. h. t.*
2 *In* §. 1. quæritur, de filiisfamilias, vel de ſervis in ludo, vel alea victis, an Domino vel patri actio detur? Quod affirmatur, quia pecunia, quam ludo perdidit ſervus vel filius, fuit patris, ergo pater vel Dominus juſte vindicat. Autor *ad L. 3. num. 4. C. h. t.*
3 *In* §. 2. continetur caſus converſus: ſi ſervus ludo pecuniam quæſiverit, an teneatur Dominus de

Digitized by Google

de peculio? Videtur quod non, quia ex delicto non
agitur ad peculium, ſed noxaliter: Sed affirmatur,
quia hæc actio datur ea negooo geſto t. ea contra-
ctu innominato *pr. l. 15. ff. de præſcr. verbis*: nam hæc
fuit voluntas colluſorum, ut pecunia per luſum &
victoriam quæſita vincenti adquiratur. Sed quia ex
delicto ſimul eſt, datur tantum de eo, quod in pecu-
lio reperitur & ex ludo quæſitum eſt. *§. 2. h. l. ult.* Sed
4 an etiam contra parentes, vel patronos datur actio?
Quod affirmatur *in §. ult.* de utili actione, ut tameo
verbis temperatis, & honeſtioribus proponatur actio,
ne reverentia talibus perſonis debita violetur.

---

## TITULUS VI.

### *Si Menſor falſum modum dixerit.*

### ad L. adverſus Menſorem. 1.

*SUMMARIA.*

*Agrimenſor quando directa, & quinam utili actione teneantur?* n. 1.
*An etiam teneantur de culpa lata?* 2.
*Quid, ſi per alium falſum modum dixerint?* 3.
*Quid, ſi a partibus aſſumti ſint?* 4.
*An levem culpam præſtent, ſi mercedem accipiant?* 5.

1 AGrimenſor, vel etiam meoſor ædium, frumen-
ti vineæ & ſimilium, item Arithmeticus, Geo-
metra tenetur, primus quidem directa, reliqui om-
nes utili actione *ex h. t.* ſi aliquem in menſura læſe-
rint. *L fin. §. 2. h. t.* vini, frumenti, ædificii. *Ol-
dend. Claſſ. 3. act. 15. q. 4. numer. 1. Ant. Faber. in
ration. ad l. 5. §. 2. h. t. Struv. Exerc. 15. th. 65. Du.*
2 *Franzk. num. 9. Wiſſenbach. ad h. t. th.* 20. & quidem
ob dolum tantum, & conſequenter etiam ea culpa
lata, quæ extra criminalia dolo ſemper æquiparatur,
Autor *ad L. 5. num. 5. ad L. Corn. de Sic.* Sed de cul-
pa levi non tenetur, ratio in textu, quia ſibi imputet,
&c. *Hill. in Don. lib. 16. c. 7. lit. G. Ant. Faber. ad l.*
3 *1. h. t. Wiſſenbach. diſp.* 23. *th.* 20. Nec diſtinguitur,
an ipſe an per alium falſum modum dixerit. *l. 1. §.*
4 *fin. h. t. & l. 2. Du. Struv. Exerc.* 15. *th.* 65. Nec di-
ſtinguitur, an à judice, an à partibus adſumtus ſit
agrimenſor. *l. 3. §. 4. h. t. Struv. d. l.* Licet autem
*Zaſius n. 1. ad h. t.* putet, ſi merces interveniat, le-
vem culpam eſſe præſtandam, idque probari putet,
5 *per l. 1. §. 1. h. t.* textus tamen ille eſt contrarius. Ideo-
que nac mercede interveniente culpa levis erit præ-
ſtanda, & diſerte hoc *ex textu* colligit *Franzk. ad h. t.
nu. 4. conf. Hillig. in Don. l. 16. c. 7. lit. G. Doring. in*
6 *voce Agrimenſor. num.* 50. Ex *hac l. princ.* ſolent Dd.
inferre regulam, quod modus agendi & excipiendi
præcipue ſit attendendus, ut *Neviz. conſ. 38. num. 11.
Cephal. conſ. 459. nu.* 25. quamvis hic *hunc textum* non
alleget.

### ad L. Vel per literas. 2.

*SUMMARIUM.*

*Duplex Edicti ampliatio.*

IN *hac lege* duplex eſt ampliatio Edicti, primo quidem, ſi per literas falſum modum dixerit, &c. Si quis menſor per alium, cui id commiſit, & qui doloſe verſatus eſt, renunciaverit; nam tale negotium delidi & doloſo homini committi non poteſt, niſi per dolum aut culpam latam. Et ſane culpa eſt id negotium, quod induſtriæ noſtræ commiſſum eſt velle alii committere, licet hic non doloſe verſetur in menſurando.

### ad L. Si duobus. 2.

*SUMMARIA.*

*Quare ſolutione unius reliqui menſores liberentur?* 2.
*An detur hæredi aut contra hæredem?* 2.
*De æquitate Canonica contra hæredem datur.* 3.
*Si menſor per contractum adhibitus, tenetur ipſius hæres?* 4.
*Menſor, ſi aliter emtori conſultum, non tenetur.* 5.
*Quid, ſi venditor a menſore læſus ſit?* 6. 7.
*Quid, ſi judex adhibuerit menſorem?* 8.
*Servo menſore falſum modum dicente, quæ actio detur?* 9.

1 DIcitur in *princ.* quod actio hæc contra plures menſores in ſolidum detur, ut tamen unius ſolutione cæteri liberentur, quia unum delictum eſt. *conf. Weſ. hic, & Franzk. num. 8. Zaſius ad h. t. numer.* 2.

2 *Ad* §. 1. Datur hæc actio ei, cujus intereſt, ſe
non fuiſſe deceptum in modo, & datur hæredi, quia
ex parte ejus rei perſecutoria eſt, *per h L. §. pen.* li-
cet contra hæredem non detur, reſpectu enim ejus
pœnalis eſt. *Weſenb. in pr. n. 14. Hill. lib. 16. c. 8. lit.
B. Hieron. de Monte in tract. de fin. regund. c. 33. nu.*
7. Sed ex æquitate Juris Canonici indiſtincte hære-
3 dem teneri, tradit *Molin. diſp.* 701. *numer.* 11. de quo
*ſupra in tit. de Lege Aquilia*, & hoc hic magis æqu-
um, quia ex conventione hæc actio. Et ſi ex dolo
depoſitarii agitur contra hæredem, cur non ex dolo
menſoris per conventionem adſumti daretur actio ad
4 farciendum damnum ex dolo defuncti? Si etiam per
contractum à partibus adhibitus menſor, non dubi-
tandum, quin etiam hæres teneatur, cum actio ex
contractu detur contra hæredem. *Zaſ. ad h. t. nu. 3.
Cujac. ad l. 4. h. t.* ſicut & in foro conſcientiæ hæredem
teneri, putat *Molina de J. & I. tr. 2. d. d. 701. nu-
mer.* 11.

5 *In* §. 2. *legis* 3. habetur limitatio, ſcilicet menſor
non tenetur, ſi aliter emtori conſultum. Pone etiam,
menſorem menſuraſſe, quod ager ſit longus 50. ju-
geribus, cum tamen reperiantur 40. jugera, nam
actione emti recuperabit emtor à venditore 10. ju-
gerum pretium, ſic indemnis erit; nam ager vendi-
tus eſt ad menſuram. Ergo deficiens menſura de-
6 trahenda. Sed quid ſi venditor conſumſerit pretium
ſuis creditoribus ſatisfactione facta, & non amplius
ſit ſolvendo? Et tunc actio contra menſorem dabitur.
Et idem dixerim, licet venditor ſit ſolvendo, ſed non
tenetur actione emti, v. gr. ſi ager non ſit venditus
ad menſuram, & emtor pro ſua informatione menſu-
rari curaverit Agrum.

7 *In* §. 3. proponitur caſus converſus: Si venditor
per menſurationem à menſore factam læſus ſit, quod
tunc non detur actio contra menſorem, ſed actio
venditi contra emtorem, niſi emtor ſolvendo non ſit,
8 ut *in §. præced.* Sed quid ſi judex adhibuerit menſo-
rem, in judicio ob ſententiam definitivam ferendam,
an tunc datur actio? Et reſpondetur *in* §. 4. menſo-
rem poſſe conveniri, ſive ad nominationem partis
adhibitus, ſive judex ſua ſponte eum adhibuerit; nam
factum judicis reputatur partis factum. *l. 13. C. de
Evict. ibique.* Autor *numer.* 4. & 5. Si ſervus menſor
9 ſit, qui falſum modum dixit, quæritur, an detur
Actio de peculio? Videtur, quod ſic, quia ex con-
tractu & ita ex civili negotio datur. Sed negatur hoc
& datur actio noxalis, quia proxima cauſa actionis eſt
dolus. Cauſa autem remota eſt civile negotium, licet
alias, ubi cauſa remota eſt civilis, detur actio ex pe-
culio.

### ad L. Hæc actio. 4.

*SVMMARIA.*

*Actio hæc eſt perpetua. n. 1.*
*An & quando ſententia ex judicio agrimenſoris lata, retractari queat? & 3.*
*An etiam criminaliter menſores puniantur? 4.*

1 HÆc actio eſt perpetua, quia non ex circumſcriptione, ſed ex ſuſcepto negorio originem
2 ducit. *Franzk. ad h. t. num.* 6. imo poſſe ſententiam ex agrimenſoris judicio latam ſemper retractari, communiter placuit, per ea, quæ habet *Weſenb. in ff. num.* 4. quam ſententiam tunc admittimus, quando error per oculatem inſpectionem doceri poteſt, aut
3 cauſa ſit criminalis. Nam alias omnis ſententia ab Architectis etiam lata in rem judicatam tranſit. *Nov.*
4 *7. cap. 3. §. 2. Carpz. p. 1. conſt. 26. defin* 4. Criminaliter etiam arbitrio Judicis puniri poſſunt menſores, ſi dolo falſum modum aut menſuram dixerint. *Molin. d. d.* 701. *num.* 11. De juramento menſorum. *vid. Hier. de Monte de fin. reg. c.* 325. *Seiſerus de jurament. lib. 3. cap. 3. num.* 16. *Weſenbec. in Com. Cod. ſi fin. reg. num.* 68. *Doring. d. l. numer.* 14.

### ad L. Si menſor. 5.

*SVMMARIA.*

*Menſore negotium doloſe extrahente, qua detur actio? num. 1.*
*Si cum venditere actum ſit, an etiam cum menſore agi poſſit? 2.*
*Non tantum de agro hæc actio datur. 3.*

1 SPecies facti *in princ.* hæc eſt: Venditor promiſit, ſe intra menſem menſuram fundi dicturum. Convenerat etiam de certo menſore adhibendo. Sed menſor traxit hoc negotium, & dolo malo extraxit, & diſtulit de die in diem, & quidem, ut liberaret venditorem, quæritur, an hæc actio locum habeat, Et manifeſtum eſt, eam locum non habere, ſi de directa loquaris, ſed videtur forte utilis dari. Sed hoc negatur, quia de falſa menſuratione hic agitur, ſed actio doli ſubſidiaria locum habet.

2 *In §. 1. legis quinta* quæritur, ſi emtor egiſſet cum venditore, & ſolidum, non eſſet conſecutus, forte quia venditor non erat ſolvendo *l. 3. §. 2. h. t.* tunc de reſiduo, quod deeſt, cum menſore agi poteſt. Sed ſi tantum ad partem ſui intereſſe egerit v. gr. ſi ſolidum conſequi ſe non poſſe prævidit, & ideo via Areſti partem petiit à venditore, tunc poteſt in reſiduum menſorem convenire.

3 *In §. ult.* monet JCtus, prætorem hoc judicium latius porrexiſſe; nam licet de agro primitus conceptum hoc judicium, tamen poſtea ad menſuras ædificiorum & frumenti, ac vini eſt extenſum, quod pluribus exemplis declaratur *in l. fin. §. 6. h. t.*

### ad L. Sive de itineris. 6. & 7.

*SUMMARIA.*

*Utili actione tenetur, ſi alius, quam agrimenſor, adhibitus ſit. n. 1.*
*Menſor punitur hic propter relationem falſam, non propter falſam menſuram. 2.*
*Quando menſor adhiberi ſoleat? 3.*
*Tenetur hoc judicio omnis, qui in modo fallit. 4.*

1 SI quis menſor metiendæ latitudini viæ, aut ligno immittendo metiendo adhibitus, licet non ſit agrimenſor, utilis tamen hæc actio eſt. *Cujac. hic. t. 1. p.* 1147. *Wiſſ. h. t. th.* 20. *& Franzk. numer. 9. h. t.*
2 Notetur autem, menſorem hic non puniri ob falſam menſuram adhibitam, ubi crimen falſi, ſed ob falſam renunciationem. *Cujac. d. l.* Pluribus explicat
3 hanc legem *Alciat lib. 3. diſpunct. c.* 15. Iter quando promiſſum in certa latitudine, tunc ſi poſtea ſupra latitudine lis occurrat, adhiberi ſolet menſor. Sic etiam quando ſervitus tigni immittendi vel projiciendi promiſſa ſit, & poſtea altera pars nimis extendiſſet tignum, ſecus quam promiſſum erat, adhiberi poteſt menſor. Item ſi mihi permiſeris, ut in area tua ædificarem, & ego modum conceſſum nimis extendiſſe videar &c. *hic in l. fin. diceretur* hoc extenditur ad Machinatios, qui erant nobiliores, menſores agros di-
4 mentientes, menſores tamen. Et omnis, qui in modo fallit, licet menſor non ſit, hoc Edicto coercetur. Et ſi Architectus vel Redemtor operis feſellit, tenetur. Eadem ratio calculatorum, qui computando fallunt. *per l. fin.* nam in his omnibus eadem æquitatis ratio, ut ita lariſſime pateat materia hujus Edicti.

---

## TITULUS VII.

## DE

## *Religioſis & ſumtibus funerum, & ut funus ducere liceat.*

### ad L. Qui propter. 1.

*SUMMARIUM.*

*Cujus negotium geſſerit, qui abſque mandato in funus defuncti aliquid impendit?*

IMpendi aliquid in funus defuncti & eum ſepelire curo, & cum nullius mandatu id fecerim, ſequitur me negotium alicujus geſſiſſe, ſed quæritur, cujus, an defuncti, an hæredis negotium geſſerim? Videtur poſterius verum, quia defunctus ſe ipſum tumulare nequit; ſed hoc onus eſt hæredis. Utilius eſt mihi, ut dicar, me defuncti negotium geſſiſſe, ob beneficium ſeparationis; nam in concurſu creditorum omnibus creditoribus hæredis jure ſeparationis ut defuncti creditor præferendus ſum.

### ad L. Locum. 2.

*SUMMARIA.*

*Quis ſit locus religioſus? num. 1.*
*Qualis & cui detur actio ob mortuum illatum? 2.*
*Qui in locum alienum cadaver intulit, quot actionibus conveniatur? 3. & 4.*
*Qua actione utatur, qui cum jus ſepeliendi habeat, prohibetur? 5.*
*Qualis illatio intelligenda? 6.*
*Quis ſit purus locus? 7.*
*An mortuo illato totus fundus fiat religioſus? 8.*
*Quid ſit monumentum remiſſive? 9.*
*Nec uſufructuarius, nec proprietarius ſolus, locum religioſum facere poteſt. 10.*
*Quid, ſi mihi competat ſervitus via? 11.*
*Servitus quando in alia fundi parte conſtitui poſſit? numer. 12.*
*Debitor mortuum ſuum in agro creditori oppignorata ſepeliri poteſt. 13.*

1 LOcus Religioſus eſt in quem cadaver hominis mortui illatum, Autor *ad L. 2. numer. 1. 2. C. h. t. Et ad L. 1. numer. 1. C. de Sepulch. violat.* ſed quæritur *in princ.* an etiam ſervi corpus locum religioſum faciat? Quod affirmatur, ſiquidem in morte omnes pares ſumus.

2 *In §. 1.* aggreditur materiam Edicti & dicitur, quod actio in factum detur Domino ſive agri, ſive

ſive areæ, ſive ædificii, in quod mortui corpus, ſine
ejus conſenſu illatum eſt, quæritur vero, an etiam bo-
næ fidei poſſeſſori detur hæc actio? Quod negatur,
Quia Edicti verba de Domino concepta ſunt, quia
dicitur (in locum alterius) ſed porro quæritur *in* §. 1.
*dicta l.* 2. ſi uſufructuatius in fundo, cujus uſumfru-
ctum habet, mortuum ſepelierit, an proprietatio te-
neatur actione in factum? Et reſpondetur, quod ſic,
quia fructuarius Dominus non eſt, *l.* 43. §. *ult. de
furtis.* nemo autem mortuum inferre poteſt, loco
3 puro, niſi ſit Dominus. Qui cadaver in locum purum
vel alienum ſepulchrum intulit, ubi Jus ſepeliendi
non habet. 1. In factum actione tenetur, ſcilicet ut
aut tollat, aut pretium loci præſtet, quod favori Re-
ligionis datum, ut teneatur non ſimpliciter tollere.
Et præterea 2. etiam actione pœnali tenetur, ſc. cen-
4 tum florenorum. *l.* 3. *de ſepulchro viol.* E contrario ſi
quis habeat Jus ſepeliendi, & prohibeatur, poteſt
5 agere in factum vel confeſſoria actione, Jus ſibi eſſe
inſerendi mortuum. *Klock. vol.* 1. *conſ.* 10. *num.* 488. *&
relatus ab eo Coraſius ad l. ſervitutes.* 14. §. *ſervitus n.* 8.
*de Servit.*

6 *In* §. 3. Explicatur vox illationis, quod ſit ea, quæ
ſepulturæ cauſa fit, non quæ facta eſt ad tempus, ut
7 interim deponatur. Purus autem Locus eſt, qui ne-
que ſacer, neque ſanctus, neque Religioſus eſt, ſed
ab iſtis qualitatibus adſcititiis liber *in* §. 4.

8 Sed *in* §. 5. quæritur, ſi corpus defuncti illatum in
locum purum, an totus fundus religioſus fiat? Vide-
tur quod ſic ex intentione inferentis: Sed negatur,
quia quemadmodum jure gentium bona vacantia fiunt
primi occupantis, ita & mortuum corpus tantum fa-
cit religioſum eum locum, quem occupavit, nec in-
tentio ſola hic totum fundum facit religioſum.

9 *In* §. 6. definitur monumentum, quod memoriæ
gratia exiſtat. De quo pluribus agetur *in l.* 37. §. 1.
*h. t.*

10 *In* §. 7. quæritur an uſufructuarius locum religio-
ſum faciat? Quod negatur, quia non eſt Dominus,
qui ſolus poteſt Religioſum facere. Sed nec proprieta-
rius ſolus hoc faciet, quia faceret in præjudicium fru-
ctuarii, niſi ſepeliendus eſſet Teſtator, & alius locus
commodus non reperiretur. Sed cum conſenſu fructua-
rii proprietarius fundum religioſum facere poſſet. Sed
11 quæritur *in* §. *pen.* ſi mihi competat ſervitus viæ, &
& Dominus fundi velit fundum religioſum facere, an
facere id poſſit ſine meo conſenſu? Quod negatur,
niſi mihi per alium locum ſervitus æque commode
conſtitui poſſit. Nam ſi tunc vellem refragari; mali-
12 tia eſſet. Ergo ſi ſervus in aliqua certa parte fundi jam
conſtituta alibi poteſt conſtitui, quando non intereſt
alterius, alteri vero prodeſt. *vid. not. ad L. Si cujus.*
9. *de Servit.*

*In ultimo* §. *legis ſecundæ* quæritur, an debitor mor-
13 tuum ſuum in agro creditori obligato ſepelire, &
ita religioſam facere partem agri poſſit? Videtur quod
non, quia ita pars agri eximitur commercio homi-
num, & creditori ergo præjudicatur. Sed affirmatur,
favore religionis, & quia plus plerumque in pigno-
re, quam in ſorte debita. Si modo ſuus ſit mortuus
vel ipſe debitor ſepeliendus, non extraneus.

## ad L. Ex conſenſu. 3.

QUæritur autem, ſi extraneus ſit ſepeliendus, an
tunc etiam locus religioſus ſit, ſi etiam creditor
conſentiat? Quod ſine dubitatione ulla affirmatur
*in l.* 3.

## ad L. Scriptus hæres. 4.

### *SUMMARIA.*

*Hæres ante aditam hæreditatem teſtatoris corpus ſepelire
poteſt. nu.* 1.
*Hoc ampliatur.* 2. *&* 3.

1 QUæritur hic, an hæres antequam hæreditatem
adeat, poſſit ſepelire corpus defuncti Teſtatoris?
Videtur quod non, quia ſolus Dominus facit infe-
rendo locum religioſum. Sed Reſp. Hæres negotium
geſſit defuncti. *l.* 1. *h. t.* Et quia locus defuncti fuit,
omnino valida illa illatio, quod præ primis verum eſt,
ſi Teſtator illum locum ſibi deſtinavit ad ſepulturam.
2 Et hæc deciſio ampliatur *in verſ.* (*& etiam puto*) li-
cet ſepulturam procuret & corpus inferatis, qui non
eſt hæres, ſed extraneus, quia & hoc caſu negotium
3 geſſit defuncti, & quidem in re, quæ defuncti fuit.
Porro extenditur deciſio, licet locus eſſet mihi lega-
tus; nam nihilominus fieret locus religioſus, ſi modo
in alium locum tam opportune inferri non potuit, quia
ingratus forem, ſi denegarem locum, quem habeo
ex liberrate Teſtatoris, ſi tam exiguum ſpatium ejus
corpori denegarem.

## ad L. Familiaria. 5.

### *SUMMARIA.*

*Sepulchra familiaria & hæreditaria quænam? nu-
mer.* 1.
*An Jus ſepeliendi in ſepulchro familiari alii vendi poſſit?*
2. *&* 3.

1 SEpulchra alia ſunt hæreditaria, alia familiaria; il-
la tantum hæredibus, hæc autem omnibus de fa-
milia & Agnatis competunt. *hic & l.* 8. *&* 13. *C. h. t.
Molin. de Juſt. & Jure diſp.* 214. *numer.* 5. *& ſeq.
Theſſaurus part.* 1. *qu.* 11. *& quos allegat Dn. Struv. d.
Exerc.* 15. *th.* 69. Autor *ad L.* 4. *num.* 4 *C. h. t.* *Et ad
L.* 8. *numer.* 4. *ſ. C. h. t.* Præjudicia duo circa hanc
materiam de ſepulchro familiari habet *Chriſtin. vol.* 2.
2 *deciſ.* 195. An autem Jus ſepeliendi in ſepulchro fa-
miliari alteri pro pretio vel gratis concedi poſſit,
3 quæritur? Et videtur quod non, quod ſepulchrum
eſt extra commercium, *per l.* 6. *ff. de contrah. emt.*
Sed affirmat *Carpz. p.* 3. *deciſ.* 189. Autor *ad L.* 9 *n.*
1. *& ſeqq. C. h. t.* quia non locus venditur, ſed uſus.
Jus, quod familia habet in tali loco non eſt religio-
ſum, ergo uſus concedi poteſt, ſcil. ſi omnes, quo-
rum intereſt, conſentiant.

## ad L. Vel quod. 6.

### *SUMMARIA.*

*Locus in hæreditate acquiſitus etiam dicitur ſepulchrum
hæreditarium.* 1.
*Hoc ampliatur varie.* 2. *&* 3.
*An liberto jus ſepulchri familiaris competat?* 4.
*Quomodo Cenotaphium à ſepulchro differat?* 5.

1 HÆreditarium vocatur ſepulcrum, quod quis
hæredibus ſuis conſtituit, ut jam dictum. *ex l.* 5.
Sed quid ſi quis in hæreditate locum religioſum ad-
quirat? Reſp. & eum locum hæreditarium ſepul-
crum vocari; Autor *ad L.* 4. *num.* 4. *C. h. t.* nam li-
cet ſepulcrum non ſit humani juris in ſucceſſorem ſin-
gularem, tranſit tamen cum univerſitate. Nam ſunt
quædam, quæ non poſſunt per ſe alienari, tranſe-
unt tamen cum univerſitate. *l.* 62. *ff. de Acquir. re-*
2 *rum dominio l.* 1. *ff. de fundo dot.* Et hoc ampliatur
hic 1. licet ex minima parte quis hæres ſit. 2. Licet non
omnes hæredes conſentiant; nam jus ſepulcri eſt jus
omnibus hæredibus commune, & igitur ad ſepulcrum
deſtinatus locus eſt, & igitur unius vel alterius prohi-
bitio nullius eſt effectus *vide notata ad L. Sabinus.* 28.
3 *ſupra Communi divid.* 3 Extenditur, ut jus ſepulcri tran-
ſeat ad omnes liberos, cujuſcunque gradus, & cujuſ-
cunque ſexus. Autor *ad L.* 8. *n.* 4. *ſ. C. h. t.* .. Ut etiam
hoc jus competat Liberis emancipatis. 5. Licet liberi
ſe abſtineant, quia hoc non commodum pecuniarium,

cui renunciarunt per abſtentionem. 6. Licet liberi juſte ſint exhæredati; nam cum poſteritate ſua habent jus ſepulcri, licet ad extraneos id non poſſint transferre.
4 Demum additur deciſio quæſtionis an Liberto competat jus ſepulcri familiaris vel hæreditarii? Quod negatur, ſi non ſit hæres.

5 *In §. 1. ſeu unico* traditur differentia inter Cenotaphium & ſepulcrum, ut hoc exemtum ſit commercio hominum, non illud. Nam Cenotaphium eſt locus purus, licet illationi corporis vel ſepulcro aut monumento deſtinatus *hic & l. 7. ff. de Rerum diviſ. conf. l. 42. h. t.*

## ad L. Is qui. 7.

### *SUMMARIA.*

*Cadaver in locum alienum inferens aut tollere id tenetur, aut loci pretium ſolvere. n. 1.*
*Electio eſt penes inferentem. 2.*
*Datur hæc actio hæredi & contra hæredem. 3.*

1 QUi in alienum locum cadaver hominis mortui intulit, tenetur vel tollere, quod intulit, aut loci pretium præſtare. Sed hic quæritur 1. cujus ſit electio? Videtur, quod Domini loci, quia non debet
2 quis compelli ad vendendum. Sed electio datur inferenti mortuum favore Religionis *hic & arg. l. 12. h. t.* 2. quæritur, an detur contra hæredem? Et videtur,
3 quod non, quia ex delicto videtur dari. Sed reſp. quoniam Dominus loci intereſſe ſuum tantum petit, eſt rei perſecutoria & hic non tantum hæredi datur, ſed etiam contra hæredem.

## ad L. Oſſa. 8. pr.

### *SUMMARIA.*

*An propria autoritate cadaver in agro meo ſepultum ejicere poſſim? n. 1.*
*An extrahens teneatur de ſepulchro violato? 2.*
*Tranſlatio corporis humani fit autoritate Epiſcopi. numer. 3.*
*Autoritate Magiſtratus. 4.*
*Conſenſu ſuperioris. 5.*
*Quæ detur actio, ſi locus religioſus pro puro ſit venditus? 6.*
*Quomodo mortuum in locum publicum inferens puniatur? 7.*
*Omnis, qui intereſſe in fundo habet, prohibere poteſt, ne mortuus inferatur. 8.*
*Cujus Procurator prohibitus, ipſe prohibitus videtur. numer. 9.*

1 ALiquis cadaver humanum ſepelivit in agro meo, quæritur, an propria autoritate exhumare & ejicere poſſim? Videtur quod ſic, *per l. 29. §. 3. ff. ad Legem Aquil.* Sed contrarium hic dicitur favore Religionis. *Sich. ad l. 1. num. 7. C. h. t. Wiſſenb. d. 23. num. 23. Zoeſ. ad h. t. num. 4. Chriſtin. vol. 2. dec. 196. num. 1.*
2 Autor *ad L. 2. num. 6. 7. C. h. t.* Non tamen tenetur extrahens hoc caſu de ſepulchro violato, ſed de injuria *Ant. Matth. ad l. 47. ff tit. 6. cap. 1. nu. 5.* Grœnvve-
3 gen *ad l. 14. C. h. t.* refert, in Gallia tranſlationem corporis humani fieri autoritate Epiſcopi, cujus eſt
4 diœceſis, Autor *ad L. 1. nu. 2. C. h. t.* & in Belgio autoritate Judicis ordinarii, aut Oeconomorum Ec-
5 cleſiæ; ſed ego nolim ſuadere Magiſtratibus oppidanis, ut hoc cuiquam ſine ſuperiorum conſenſu permittant.

6 *In §. 1. legis hujus octava* quæritur, ſi locus religioſus pro puro ſit venditus, an detur actio in factum ex hoc Edicto contra venditorem? Videtur quod non, quia habet actionem ex emto ad intereſſe, ut conſequatur, quanti ipſius interſit, non fuiſſe deceptum. Sed reſpondetur, dari actionem ei, cujus ſepulcrum eſt, adverſus venditorem, qui ab ipſo emtore poteſt actione emti conveniri. Et illa actio in factum etiam contra hæredem datur, quia ex contractu oritur.

7 *In §. 2.* quæritur, ſi quis in loco publico vel publicis uſibus deſtinato ſepeliverit mortuum, quomodo puniatur? Et diſtinguitur, utrum dolo malo id fecerit, an ſine dolo; ſin illud, extra ordinem modice coercendus à ſuperiore; ſin hoc, abſolvendus eſt, quod etiam tunc locum habet, qui in jure errat. Nam ſine errore juris vix talis caſum cum bona fide contingere poteſt, & error juris cum bona fide poteſt conſi-
8 ſtere *l. 25. §. 6. ff. de pet. hæred.* Loci autem puri appellatione etiam ædificium continetur §. 3. Et non tantum Dominus loci puri habet jus prohibendi, ne inferatur emortuum corpus; Sed etiam, qui uſumfructum vel aliam ſervitutem realem in tali fundo aut ædificio puro habet, quia in eorum præjudicium tendit hæc illatio.

9 *In §. ult.* quæritur, quia dictum eſt ad *l. 1.* illi, qui habet jus inferendi, ſi prohibeatur, competere actionem in factum vel confeſſoriam, an & illi detur, qui non ipſe prohibitus eſt, ſed procurator ejus? Quod merito affirmatur, nam ſicut is, qui per alium aliquid facit, per ſe ipſum aliquid feciſſe intelligitur *l. 1. §. fin. ſupra ſi menſor falſum modum &c.* ita cujus procurator prohibitus eſt, ipſe prohibitus videtur.

## ad L. Liberum. 9.

### *SUMMARIUM.*

*Quæ injuſte prohibitus habeat remedia?*

IS, qui in locum, in quem inferendi jus habet, prohibetur, duo remedia juris habet. 1. Interdictum de mortuo inferendo, quod eſt expeditius, uti omnia interdicta ſolent eſſe expeditiora ac breviora. *Secundo* actionem in factum, quando mortuum ſuum in alium locum infert, per quam conſequitur id quod intereſt, ſe non eſſe prohibitum, ut ſi alium locum emere coactus fuit, aut conducere aut ſui loci pretium, in quod inferre mortuum coactus fuit. Ex quo infert JCtus, ſe mirari, quod multi JCti ſuo tempore putaverint, non dari hanc actionem hæredi nec in hæredem, cum computatio ejus, quod intereſt, hic locum habeat, & ita ſit civilis actio & perpetua.

## ad L. Si venditor. 10.

### *SUMMARIUM.*

*Venditor ſepulchrum in fundo ſibi reſervans iter ſibi reſervaſſe creditur.*

VEndidit quis fundum, & ſibi reſervavit pro ſua poſteritate jus ſepulturæ, poſtea cum vellet ſuum mortuum inferre, emtor denegat iter vel tranſitum, eo quod de itinere nihil in venditione dictum. Quæritur: an detur contra emtorem actio in factum? Quod affirm. quia reſervato ſepulcro reſervatum intelligitur jus itineris, cum mortuus in alienum fundum abſque hoc itinere inferri non debeat, conceſſo autem conſequente, conceſſum eſt antecedens. *l. 2. ff. de juriſd. l. 5. ff. de ſepulchro viol.*

## ad L. Quod ſi. 11.

### *SUMMARIUM.*

*Cur per pactum fieri nequeat, ne in locum monumenti inferantur ii, qui inferri poſſunt.*

QUidam vendit locum monumenti, ſed ea lege, ne ii, quia alias inferri poterant, inferantur, quæritur, an hoc per pactum fieri & conveniri poſſit? Videtur quod ſic, ſi in traditione hoc pactum interponatur. Sed quia venditor non poteſt habere intereſſe, an aliquis in fundo emto ſepeliatur an non, ergo non poteſt nudo pacto hoc expediri, ſed requiritur

ſtipulatio

ſtipulatio pœnalis, in qua intereſſe non attenditur, ſed converſio de pœna. §. *fin. Inſt. de V. O.*

## Ad L. Si quis ſepulchrum. 12.

*SUMMARIA.*

*Vicinus tenetur viam præſtare juſto pretio ad ſepulchrum. num.* 1.

*Etiam precario.* 2.

*An ad dilatandum cœmeterium vicinus ad vendendum fundum cogi poſſit?* 3.

*Sepulchra in alium uſum trahenda non ſunt.* 4.

*Qualem ſumtus funerum producant Actionem?* 5.

*Curator funeris quiſnam?* 6.

*Curator funeris à defuncto electus, an mereatur pœnam, ſi non fecerit?* 7. & 8.

*An ſumtus pro arbitrio erogantis reſtituendi?* 9.

*Non ſolum dignitatis, ſed & facultatum ratio habenda?* 10.

*Quomodo & quando Magiſtratus ſumtus decernere debeat?* 11.

1 SI quis habeat Jus ſepulchri, tenetur vicinus viam
præſtare juſto pretio favore religionis *v. not. l.*
2 *32. de Serv. urb. præd.* Forte ſi viam ſolitam abſtulit
flumen, nam vicinus tenetur precario viam concedere,
toties, quoties ſepeliendus homo eſt, quod non ſemper
fit. Idque non jure actionis civilis, ſed ex officio
judicis nobili, ut extra ordinem. vel poteſt compelli
vicinus, ut iter vendat, ita tamen, ut via ita concedatur,
ut cum minimo damno vicini fiat. Autor *ad*
3 *L. 11. numer. 1. 2. C. de Contrah. Emt.* Unde probant,
aliquando ad dilatandum cœmeterium cogi poſſe vicinum,
ut fundum ſuum pro juſto pretio vendat.
*Carpz. in Juriſpr. Eccl. def. 388. lib. 2. Mindan. de Interdict. tit. 2. num. 49. Recc. deciſ. collect.* 130. Autor *ad*
*L. 11. num. 12. C. de Servit.*

4 *In* §. 1. *hujus legis* 12. prohibetur, ne ſepulcra in
alium uſum trahantur v. gr. ne gravamen ſecondatur,
ne tabernæ loco uſurpetur &c. Sicut etiam habitare
non licet *l. 3. ff. de ſeq. viol.* quia ſepulcra ſunt
divini juris, & ſi aliter quis utatur, profanantur &
polluuntur ſepulcra.

5 *In* §. 2. agitur, jam *de ſecunda tituli parte*, ſcilicet
de ſumtibus funerum. Nam qui defunctum ſuis
ſumtibus tumulari curat, is habet negotiorum geſtorum,
ſeu funerariam actionem, quia videtur cum defuncto
quaſi contraxiſſe *per l. 1. h. t.* Et hæc actio admodum
privilegiata, quia debuerunt homines invitari
ad curam funeris alieni, tum favore Religionis,
tum ratione neceſſitatis, ne corpora defunctorum manerent
inſepulta, nec aër inficeretur *per* §. 3.

6 *Ad* §. 4. Curator funeris is eſt, quem defunctus
elegit, aut hæres ſcriptus, aut legitimus. Sed ſi defunctus
7 aliquem elegit, ſi id non fecit, non meretur pœnam;
nam Teſtator neminem ad hanc curam compellere
poteſt, ut ad tutelam, niſi ei aliquid legatum
8 à defuncto, ac ipſe agnoverit legatum. Unde probant,
Executorem Teſtamenti à defuncto electum, non
poſſe compelli præciſe ad ſuſcipiendum hoc munus,
utut alias magnus ultimarum voluntatum favor. *hic &*
*c. 19. X. de Teſtam. & ibi Covarr. numer. 3. & quos refert Finckelt. obſ.* 62. quod ſi nulli impoſuit hoc munus,
ad hæredem hoc onus pertinet *per hunc paragrap. Cephalus conſ. 37. numer. 40 Peregrinus de fideicom. art. 40. numer.* 19. Si certus hæres nondum
ſit, interim cognati adigendi *per d.* §. 4.

9 *In* §. 5. *hujus legis* quæritur, an ſumtus pro arbitrio
erogantis reſtituendi? Quod negatur, quia arbitrari
ſumtus judex debet, pro facultatibus vel dignitate
defuncti, qua in parte ſæpe peccatur. Nam ſæpe Viri
nobiles ingenti æris alieni onere preſſi moriuntur,
qui multis impenſis tumulantur non de propriis, ſed
creditorum, ut ita dicam, bonis. Nam tantum,
quod funeri ſummo hic impenſum, creditoribus detrahitur,
& ſic creditorum impenſis tumulantur. Debebat
haberi ratio facultatum. Nec dignitas ſola attendenda
in præjudicium creditorum.

10 *In* §. 6. *hujus legis*, quæritur, ſi forte non conſtet,
quis ſit hæres, nondum apertis tabulis, vel etiam non
conſtet de proximis hæredibus, vel cognati ſint impares
huic negotio, & ita Magiſtratus curare debeat
funus defuncti, quid Magiſtratui faciendum? Reſp.
debet Magiſtratus pecuniam ſumere ex ipſa hæreditate,
aut ſi ea non reperiatur, vendenda ſunt ea, quæ
tempore peritura ſunt, ut obſonia, vina, cereviſia, &c.
ſi nec hoc, aliquid ex auro argentove diſtrahendum,
aut oppignorandum, ut pecunia neceſſaria expediatur.

## ad L. Vel à debitoribus. 13.

QUod ſi pecunia expediri, juxta §. *ult. legis præcedentis*, non poſſit, tunc etiam tantum à debitoribus hæreditatis exigi poteſt, quia hoc onus pertinet ad hæredem, ut ita hæres hanc ſolutionem ratam habere cogatur.

## ad L. Etſi quis. 14.

*SUMMARIA.*

*Venditionem ob funus factam hæres impugnare nequit. num.* 1.

*Quid ſi defunctus, unde tumulari poſſit, non habeat? numer.* 2.

*Tali caſu etiam legata vendi poſſunt.* 3.

*Quæ adita hæreditate emtori auferri nequeunt. numer.* 4.

*An ergo legato carendum eſt?* 5.

*An curator funeris à defuncto mandatus, ad ductionem funeris compelli poſſit?* 6. & 7.

*An hic præſtando intereſſe ſeſe liberare poſſit?* 8.

*An Curator & legatum & impenſas funeris petere queat?* 9.

*Quinam ſint ſumtus funeris?* 10.

*Ornamenta an, ſi defunctus voluerit, cum eo condenda?* 11.

*Funeraria actio cui detur?* 12.

*Datur contra hæredem, ut actio neg. geſt.* 13.

*An in eam veniant impenſæ conviviorum?* 14.

*Quid Iure Saxon. hoc caſu?* 15.

*Immodicarum impenſarum non habetur ratio.* 16.

*Ex judicis præſcripto facienda ſunt in ſepultura obervanda?* 17.

*Quid, ſi defunctus voluerit immodicas impenſas? numer.* 18.

*Si ſumtus pietatis gratia facti, an repetantur? num.* 20. & 21.

*An ex funeratione præſumitur animus adeundi? numer.* 23.

*Expenſa pro parte repeti, pro parte donari poſſunt. numer.* 24.

*Quando expenſæ repeti nequeant?* 25.

*An putans ſe hæredem eſſe, ſumtus repetere poſſit? numer.* 26.

*An ſi alia actio datur, hæc actio locum habeat?* 27.

*Repetitio impenſarum habet locum, quamvis invito & prohibenti facta ſint.* 28.

*Caſus, ubi invito beneficium datur.* 29.

*Privatio juris quando locum habeat?* 30. & 31.

*An mandata alterius funerans habeat actionem funerariam?* 32.

*Sed quid ſi pullus mandaverit?* 33.

*Et quidem ſi funus ad eum ſpectet.* 34.

*Quid ſi hæres mandaverit?* 35.

*Quid ſi quis quaſi negotium hæredis gerens funeraverit?* 36.

*Contra quos detur Actio funeraria?* 37.

1 HIc quæritur, ſi res hæreditaria ob funus du-
cendum vendita, an hæres poſtea illam ven-
ditionem impugnare & impedire poſſit, ne res emto-
ri tradatur? Quod negatur merito, ne factum præto-
ris cedat damno emtoris. Quin hæres debuit ipſe cu-
rare funus. Ergo dum non fecit, factum prætoris im-
pugnare non poteſt. Accedit favor Religionis & ne-
ceſſitas funeris ducendi.
2 *In* §. 1. quæritur, ſi nulla ſint alia media, unde tu-
mulari poſſit defunctus, & forte defunctus ſit inqui-
linus, vel colonus, i.e. conductor prædii ruſtici, an
ex venditis illatis bonis poſſit tumulari? Videtur
quod non; quia in his hypothecam habet tacitam
Locator in prædiis urbanis, expreſſam in ruſticis. *L.*
*4. ☞. In quib. cauſ. pign.* Ergo illa diſtractio fieret cum
præjudicio locatoris. Sed affirmatur, quia omnino
3 actio funeraria magis privilegiata eſt, quam hypothe-
caria, & ita hypothecæ quæ ſunt, vendi poſſunt ob
curandum funus. Sed quid ſi nulla reperiantur me-
dia ad vendendum apta, ſint autem quædam mihi
legatà, an Prætor etiam manum ad hæc extendere
poſſit vendenda? Videtur quod non; quia meum ho-
rum eſt dominium. Ego autem non teneor defunctum
ſepelire ſumtibus meis. Sed affirmatur, nam titulus le-
gati eſt lucrativus, & ſatius eſt de ſuo Teſtatorem ſe-
peliri, quam me Legatum conſequi. Et ſane Lega-
tarius conſequi non poteſt aliquid niſi ſoluto ære alie-
4 no. Sed impenſæ funebres ſunt inſtar æris alieni; ſed
quid ſi poſtea adeatur hæreditas, poteſtne res lega-
ta vendita emtori auferri? R. hoc negatur, quia eſt bo-
næ fidei poſſeſſor, nec debet hic facto Prætoris deci-
pi. Sed quæritur tamen, an omnino mihi carendum
5 ſit Legato? Quod negatur, ſi hæres me indemnem
ſervare poſſit, ſi non poſſit, æquius eſt, ut caream le-
gato, quam ut emtor rem autoritate Prætoris emtam
reſtituat, quia titulus meus lucrativus eſt titulus, em-
toris vero oneroſus. hæc *in* §. *ſed & ſi res, qui in non-*
6 *nullis exemplaribus eſt appendix* §. *primi*. In *hoc* §. di-
citur, eum, cui funeris cura à defuncto mandata, qui-
que pecunia accepta funus non duxit, actione doli te-
neri, vel ad ipſam ductionem funeris compelli poſſe.
7 Sed obſtare videtur *l.* 12. §. *fin. ff. Mandat.* Sed reſp.
*Acc.* hic de funere, illic de monumento exſtruendo
agi, de hoc actione mandati agi poteſt, quia etiam
vivo mandante monumentum exſtrui poteſt. Notetur
8 vero hic, quod licet obligatus ad factum, poſſit præ-
ſtando intereſſe ſe liberare, hic tamen favore Religio-
nis ſecus. Sed ſi legatum ei relictum, cui cura funeris
9 injuncta, hoc acceptare, & expenſas nihilominus re-
petere poteſt, *per l.* 3. *C. h.t. ibique* Autor *num.* 1. & 15.
*Quæritur vero in* §. *funeris.* 5. quinam ſint funeris
10 ſumptus? Et reſpondetur, ſine quibus funus duci ne-
quit, ut in ſpecie locus funeris condendi *hic & l.* 37.
*h. t.* Et ſi homo peregre mortuus, illi etiam ſunt fu-
neris ſumtus, qui ideo erogati, ut hominis mortui
corpus perferatur in civitatem, vel ſi quid impenden-
11 dum ad cuſtodiendum aut commendandum, ſeu de-
ponendum alicubi corpus, vel ſi quid ad marmor,
vel veſtimenta funeralia expendendum. Sed an orna-
menta cum corporibus condenda, licet hoc defun-
ctus voluerit? Nam hæc voluntas inepta impune ne-
gligi poteſt, *l. ult. ff. de Auro & arg.* 113. *paragrap. ult.*
*de Leg.* 1.
12 *Ad* §. 6. Funeraria actio datur ex æquo & bono il-
li, qui in funus aliquid impendit, contra hæredem,
licet neque cum hærede, neque cum defuncto nego-
13 tium geſtum ſit. *Cujac. tom.* 1. *p.* 858. Autor *ad L.* 3.
*nu.* 3. *C. h. t.* Sed actio hæc exemplum negotiorum
geſtorum actionis imitatur *l.* 14. §. 13. *h. t.* nam omnis
hæreditas, licet poſt funerationem adeatur, cum tempo-
re mortis continuatur; & ideo qui poſtea hæres exiſtit,
retrò hæres exſtitiſſe intelligitur à tempore mortis, atq;
adeo quicquid à funerante geſtum eſt funerandi defun-
cti cauſa, ad negotium hæredis pertinere videtur. *Cuj.*
14 *ad l.* 3. *ff. h. t. t.* 1. *p.* 1158. *& ſeq.* Et continentur hac actio-
ne tantum ea, quæ in funus tantum impenſa, ergo non
impenſæ conviviorum. *Dn. D. Chemnitz. de concurſ. cred.*
*th.* 52. *& ſeq.* Licet forte aliud jure Sax. *Berlich. p.* 1.
15 *concluſ.* 64. *num.* 90. *Rich. de Privileg. Cred. diſp.* 4.
*membr.* 4. *n.* 3. habenda autem ratio dignitatis non tan-
tum defuncti, ſed etiam facultatum. *Carpz. p.* 1. *conſt.*
8. *d.* 41. *Franzk. ad h. t. n.* 22. Immodicarum expen-
16 ſarum nulla habenda ratio, & ita immodicas expen-
ſas faciens id tantum actione funeraria accipere de-
bet, quod impendere debuit pro facultatibus defuncti
17 & dignitate. Et ita obærarum qui ſepulturæ dat, me-
lius expenſas faciet ex præſcripto Judicis. Et non re-
petet immodicas, ſicut reſponſum menſe Febr. anno
18 1654. Nam modus in impenſis ſervandus. *Dn. Mev.*
*p.* 2. *deciſ.* 223. Licet defunctus voluerit immodicas,
19 *per. h.* §. 6. *Richt. d. l. nu.* 4. Nam hæc diſpoſitio Cre-
ditoribus non præjudicaret. *Carpz. d. cap.* 18. *d.* 42.
Imo ne hæredi quidem, *per h.* §. Nec ornamenta cum
defuncto tumulanda. *l.* 14. §. 5. *h. t. Franzk. n.* 33.
20 *Ad* §. 7. Sumtus non repetit, ſi pietatis gratia fe-
cit ſine animo repetendi, quod in filio præſumitur *Me-*
*noch. Conſil.* 416. *n.* 2. Autor *ad L.* 3. *n.* 17. *C. h. t.* Ergo
expendentem proteſtari oportet, quo animo expendat,
21 licet omnes hæ expenſæ ex pietate fluere videantur,
*per h.* §. ſed aliud eſt ex pietate facere cum animo re-
petendi, aliud ſine animo repetendi. Ideoque inter-
dum neceſſitatis, & non conſilii eſt proteſtatio. *vid.*
22 *Struv. th.* 80. *Exerc.* 15. Juri Sax. tamen harum ex-
penſarum nulla repetitio, niſi conſenſu hæredis factæ.
*Richt. d. memb.* 4. *n.* 5.
23 *Ad* §. 8. Ex funeratione non præſumitur animus
adeundi hæreditatem. *Maſcardus concluſ.* 805. *numer.*
28. *Donell. lib.* 7. *cap.* 8. *lit. D.* Ideo licet hæres bo-
na hæreditaria vendendo, videatur hæreditatem adi-
re, tamen id fallit, quando id fecit cauſa funeris. *Nar-*
*ta conſ.* 448. *numer.* 13. *Surdus dec.* 255. *num.* 13. Obi-
ter notetur differentia inter geritionem vel geſtio-
nem pro hærede, & aditionem. *Donell. lib.* 7. *cap.* 8.
*lit. D.* de quo *alibi.*
24 *In* §. *fortaſſis* quæritur, an qui expenſas funera-
les fecit, poſſit pro parte repetere expenſas, pro par-
te donare? Quod omnino affirmandum, quia pecu-
nia erogata eſt dividua, & poteſt eſſe hæres; ergo
poteſt quis proteſtari, ſe partem ſumtuum impende-
re animo repetendi, alteram partem animo do-
nandi.
25 *In* §. 11. reperitur caſus, ubi reſtitutio impen-
ſarum funeralium, plane denegatur, ſi quis ſcilicet
contumeliæ cauſa, & in contumeliam defuncti ho-
minis locupletis, & honorati, modicos ſumtus fe-
cerit, ſed aliud, ſi ſola pietate motus alienum cor-
pus humanum ſepeliri curavit, nec habuit de ſuo un-
de majorem pecuniæ quantitatem ſubminiſtraret. Nam
hic non præſumeretur animus contumeliam inferen-
di.
26 *In* §. *ſi quis* quæritur, ſi putaverim me hæredem
eſſe, cum tamen hæres non eſſem, & ea opinione
quaſi hæres funus curaverim, an habeam repetitio-
nem à vero hærede? Negatur hoc, quia non animo
repetendi hoc ſumtus expendi, ſed utilis mihi dari
videtur actio funeraria, quia probabili opinione me
hæredem exiſtimavi. Ergo ipſa Æquitas jubet, ut mi-
hi ſuccurratur.
27 *Ad* §. 12. Si alia actio detur, v. gr. familiæ her-
ciſcundæ, actio hæc non datur, quia hæc eſt ſub-
ſidiaria & prætoria. *Franzk. ad h. t. num.* 28. *Zoeſ. ad*
*h. t. num.* 10. imo famil. herciſcund. actio tunc ha-
bebit privil. *per l.* 17. *ff. de rebus Aut. jud. poſſid. verſ.*
*parum refert.*
Licet is, qui negotium alienum invito Domino
28 & prohibente gerit, non habeat repetitionem ex-
penſarum, *per l. fin. C. de Negot. geſt.* aliud tamen in
funeratione. *arg. c.* 24. §. *ſi duo C.* 23. *q.* 4. *Surdus*
*dec.*

*dec* 255. *num.* 14. *Cagnolus ad l. Invito.* 60. *nu.* 7. *de Reg. jur.* nam licet contradicat hæres funeranti; non tamen deneganda eſt repetitio, niſi pietatis gratia fecit, ut filius. Et funerans non tam hæredis quam defuncti negotium geſſit, & ſolotius ac æquius judex cum funerante agere debet, quam cum alio negotiorum geſtore *per §. idem Labeo. h. l.*

29 Sed quæritur, *in §. Divus autem.* 14. ſi hæres me prohibeat, ne funerarem, cui tamen Teſtator hoc injunxit, qualis pœna immineat? Reſp. nulla, nec propterea privandus hæreditate, quia fecit quod infirmo invito poſſit adhiberi cura. *Decius ad l. invito.* 69. *de R. J.* Invitus aliquis ex ædibus ruinam minitantibus extrahi poteſt. *Hipp. de Marſil. ſing.* 183.

30 Privatio Juris non habet locum, niſi in caſibus à Jure expreſſis. *Tuſchus concluſ.* 716. *lit. P. Barb. Locuplet. l.* 14. *c.*82. *axiom.* 1. *Tiraq. ad l. ſi unquam, verbo, revertatur. nu.* 249. *C. de Rev. don. Carpzov. p.* 2. *dec.* 112. *num.* 16. & *dec.* 172. *n.* 17. *Menoch. l.* 2. *A. Q. caſ.* 276. ubi variis exemplis id illuſtrat *conſ.* 107. *nu.* 94. & *conſ.* 306. *nu.* 2. *Berlich. p.* 1. *concl.* 5. *num.* 141. nec hic argumentari licet ab identitate rationis. *Berlich. p.* 2. *dec.* 211. *nu.* 3. niſi ratio legis in lege ſit expreſſa. *P. Peckius ad c. in pœnis.* 49. *n.* 8. *de R. J. lib.* 6.
31 Ideoque nec citatio eſt facienda ſub interminatione
privationis Juris ſui, niſi per ſententiam judicatum fuerit, partes ſub amiſſione juris eſſe citandas, vel ſub pœna, quod rationes alias pro liquidis ſint habendæ. Alias clauſula illa non attenditur in judicando. *Carpz. p.* 3. *deciſ.* 228. *n.* 10. Ideoque etiam vocatio Creditorum præcluſiva non niſi per ſententiam decernenda. *Carpz. d. l. n.* 18.

32 *In §. qui mandatu.* 15. de eo agitur, ſi quis mandatu alterius funeravit, & an huic competat funeraria
actio, quæritur? Et reſpondetur quod non, quia habet actionem mandati ordinariam. Ergo non opus eſt ſubſidiaria, qualis eſt ſubſidiaria, niſi ob inopiam mandantis actio mandati inanis *per h.* & *l.* 32. *h. t.* Sed ſe-
33 cundo quæritur, quid ſi pupillus ſine autoritate Tutoris mihi mandaverit curam funeris? Et plana eſt reſponſio, quod habeam actionem funerariam non contra pupillum, ſed contra hæredem, ne hic lu-
34 crum ſentiat cum meo damno. Tertio quæritur *in hoc* §. ſi funus ad pupillum ſpectavit, & is mihi mandavit, ut tumularem funus, an datur mihi actio contra pupillum, qui ſine autoritate Tutoris mandavit? Quod affirmatur, ſi hæres ſit funerandi & hæreditas ſit ſolvendo; nam ſi ſolvendo non ſit, pupillus
35 poſſet reſtitui. Sed 4. quæritur, ſi funeraſſem mandatu hæredis ipſius, an detur mihi actio funeraria? Quod merito negatur, quia habeo actionem mandati.

36 *In §. pen.* quæritur, ſi funerari curaverim funus alienum, ea intentione ut negotium tuum gererem; quia te hæredem exiſtimo, ſed poſtea ex itinere rediens non vis eſſe hæres, an poſſum habere actionem funerariam contra illum, qui poſtea hæres eſt? Quod affirmatur, nam actionem negotiorum geſtorum non habeo contra Te, quia non ratum habes, ergo ſubſidiaria datur contra eum, qui vere & in effectu hæres eſt.

37 *In §. ult.* quæritur, contra quos detur Actio funeraria? Et in genere reſpondetur, quod detur contra hæredes, & bonorum poſſeſſores ſeu hæredes prætorios, & cæteros ſucceſſores, *quod in ſeqq. legibus ulterius declaratur.*

## ad L. Funeris. 15.

### SVMMARIVM.

*Patronus liberto ſuccedens ad impenſas funeris tenetur.*

QUæritur, an patronus, ſi ſuccedat liberto, per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, impenſas funeris præſtare tenetur? Et ſane vix poteſt dari ratio dubitandi. Nam ſi is præſtare debet impenſas funerales, qui ex voluntate defuncti eidem ſuccedit, multo magis ille præſtabit, qui contra voluntatem defuncti eidem ſuccedit, ne melior hujus quam illius ſit conditio.

## ad L. In eum. 16.

### SUMMARIA.

*Nupta muliere defuncta, unde funeranda ſit, ſi dos ad patrem vel maritum perveniat num.* 1. & 2.
*Quid, ſi nullam dotem habeat?* 3.
*Quid, ſi pactus ſit pater, ut ad ſe dos rediret?* 5.

1 SI Mulier nupta deceſſerit, tunc ſi Dos non ad
hæredem, ſed ad Maritum perveniat, vel patrem
redeat, partim ex dote, partim ex hæreditate funeranda eſt, *hic* & *l.* 22. *h. t. Garcias de Expenſis c.* 8. *num.*
42. & *ſeq. Don. l.* 7. *c.* 11. Autor *in C.* 2. *de Negot. geſt.*
2 *ad L.* 13. *num.* 8. & 9. Et ſic ex uxoris bonis ea ſepe-
lienda. *Carpz. p.* 3. *c.* 25. *def.* 9. *Struv. ad h. t. Exerc.*
3 15. *th.* 87. Sin nulla Dos, expenſas omnes præſtat pa-
ter, qui dotare debuit. *L. quod ſi nulla.* 28. *h. t.* Sed
4 ſi neque pater ſufficiat, erogabit quantum facere poteſt
maritus. *Carpzov.* & *Struv. dictis locis. Surdus in tr.*
5 *de aliment. tit.* 7. *qu.* 16. *num.* 11. Autor *ad L.* 27. *nu-*
*mer.* 3. *ſeq. C. de Jure dot.* Si vero pactus pater, ut ad
ſe ſoluto matrimonio integra dos perveniat, tunc
maritus funerans expenſas omnes repetit, *per l.* 20. *h.*
*t.* quia impenſa funeris eſt æs alienum dotis. *l.* 18. *h. t.*
*Menoch. conſ.* 374. *num.* 30. & *ſeqq.*

## ad L. Sed ſi. 17. & ſeqq. duas.

### SVMMARIVM.

*Quando maritus funerales expenſas præſtare teneatur?*

POne, maritum nondum reſtituiſſe dotem patri, ad quem redit dos profectitia, ſicut etiam dos tam cito non ſolet reſtitui, cogeturne interim Maritus impenſas funerales præſtare. Affirmatur hic, quia poſſidet dotem, ex qua uxor tumulanda. Ergo impenſas ferre debet, quas tamen Socero dotem repetenti imputat, & tanto minus detractis impenſis reſtituit, ſubjungitur ratio, *in l.* 18, *h.* quia expenſa funeralis eſt æs alienum dotis, in.. onus dotis & privilegiatum debitum. *hic* & *l.* 29. §. 1. *h. t.*

## ad L. Neratius. 20.

### SUMMARIA.

*An pactum de dote reddenda quoad duas partes & retinenda quoad tertiam partem, valeat? n.* 1.
*Quid, ſi ſtipulatus fuerim totam dotem ad me reverſuram?* 2.
*Quid, ſi ſola dote uxor tumulari nequeat?* 3.
*Quid, ſi uxor mortua habuerit bona paraphernalia?* 4.

1 DOtata eſt uxor tua à me, & convenit inter nos,
ut mortua uxore tua duæ partes dotis ad me redirent, tertia apud te remaneret. Ita ut nihil conferas ad funus uxoris, quæritur an valeat pactum? Reſp. diſtinguendo utrum ego expenderim, an alius; ſi ego expendi, valet pactum. Si alius, non valet, quia pactum illud jus publicum infringere non poteſt, & pa-
2 ctum non poteſt præjudicare tertio, Sed quid ſi ſtipulatus fuerim totam dotem ad me reverſuram mortua uxore tua, an eo caſu teneat actione funeraria? Videtur quod non, quia ſic non tota dos revertetur. Sed affirmatur, quia impenſa funeris æs alienum dotis eſt, *l.* 18. *h. t.* qui vult antecedens, velle debet etiam conſequens. *per L.* 2. *ff. de Jurisd.* Sed quid ſi dos ita exigua ſit, ut ex ſola dote tumulari non poſſit uxor? Et
3 reſpondetur *in §.* 1. *hujus Legis.* reſiduum à patre præſtandum eſſe, quia id æquitas naturalis exigit, & non

ſufficientibus bonis paternis maritus, licet nullam do-
tem acceperit, in ſubſidium ſepelire tenetur *l. 28. h.t.*
4 Aut. *in C. t. de Neg. geſt. ad L. 13. num.* 8. Sed quid
ſi uxor mortua habuerit bona paraphernalia creditori-
bus tamen obligata, & ære alieno obruta & dotalia
an ex utriſque ſepelienda? Et affirmatur ex ſolis dota-
libus eam tumulandam, quia id ſemper curandum, ut
creditoribus omnibus ſatisfiat; ergo hereditaria bona
creditoribus reſervanda, ſed ex dote tanquam proprium
æs alienum ſolvendæ ſunt expenſæ funerum.

## ad L. In patrem. 21.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo filiofamil. in patrem competat actio funera-
ria?*

HIc agitur de filiofamilias, an in patrem, in cu-
jus poteſtate fuerat, competat funeraria actio?
Quod affirmatur, quia filiusfamilias eſt bonorum pa-
ternorum quodammodo Dominus vivo adhuc patre
*l. in ſuis. 11. ff. de Lib. & poſth. her. Inſtit.* ſed ita ut
habeatur ratio facultatum patris, tum etiam dignita-
tis patris ac filii.

## ad L. Celſus. 22. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*Quomodo uxor, ſi æs alienum non ſit, ſepelienda?*

SUpra dictum *in l.* 20. ſi hæreditas uxoris ſit ære
alieno obruta, quod tunc ex dote ſola ſit ſepelienda
uxor; ſed quid ſi non ſit æs alienum? Reſp. hic tunc
uxorem tum ex hæreditate, tum ex dote ſepeliendam
eſſe, ut non teneatur maritus, qui forte ex pactis lu-
cratur dotem, ſolus expenſas ferre, & hoc declaratur
exemplo *in l. ſeq. 23. ſiv. g.* in dote 100. in hæreditate
200. duas partes ſumtuum funeralium conferet hæres;
tertiam vero maritus, qui dotem lucratur. Autor *in C.
t. de Neg. Geſt. ad L. 13. nn.* 8.

## ad L. Julianus. 24.

*SVMMARIVM.*

*An ſi uxor teſtamentum fecit, legata hæres oneratus de-
ducere queat?*

PErgit Imp. in hac materia & quærit, ſi forte uxor
mortua fecit Teſtamentum, & legatis oneravit
hæredem, an legata illa deducere queat? Videtur quod
ſic; quia in effectu non accipit hæres in ſuperiori exem-
plo ducenta, ſed tantum quod Legatis deductis ſupe-
reſt. Sed negatur, quia Hereditas nomen juris eſt &
continet commoda, & incommoda, nec minus æs alie-
num defuncti, quam quod ipſi debitum fuit *l. hæredi-
tatis. 119. ff. de Verb. Sign.* & poſſet alias Maritus val-
de gravari, ſi illi per legata relicta augeretur onus ſol-
vendarum expenſarum funeralium.

## ad L. Nec pretiis. 25. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*Nec pretia ſervorum, nec æs alienum deducenda, cum
de mulieris hæreditate agitur.*

SIcut legata non ſunt deducenda, quando de hæ-
reditate mulieris agitur, ſi nec pretia ſervorum
manomiſſorum, ſi forte uxor quoſdam ſuos ſervos in
Teſtamento manumiſit; nam hoc quaſi legatum eſt
ſcilicet libertatis. Sed nec æs alienum deducendum
eſt *per l. 26. h.* quod mirum eſt, ſed forte eſt ratio
antea allegata, quod hæreditas ſit vocabulum juris,
quod continet æs alienum. Sed poterit tamen hæres re-
pudiare hæreditatem, & ſe ab hoc onere ſublevare.

## ad L. Sic pro rata. 27.

*SVMMARIA.*

*Quid ſi conſtante matrimonio dotem maritus uxori re-
ſtituerit? nn.* 1.
*Quid ſi maritus careat alimentis, ſi ex dote funus cu-
raret uxoris?* 2.

1 DIctum antea, quod hic repetitur, maritum &
hæredem uxoris pro rata conferre expenſas fune-
rales, quod *hic in principio* repetitur. Sed quid ſi con-
ſtante Matrimonio dotem maritus uxori reſtituerit,
quod quidem irregulariter prohibitum, quia dona-
tio eſſet, quæ inter conjuges prohibita. *l. un. C. ſi dos
conſtante matrim. ſoluta ſit. Et L. 1. w. de donat. inter
vir. & ux.* In iis tamen caſibus, in quibus reſtitutio
dotis permiſſa eſt, conſtante matrimonio, à funeraria
actione liberatur maritus §. 1. *hujus legis.* ut ſi ideo do-
tem accipiat mulier, ut æs alienum ſolvat, vel prædia
idonea emat, item ut liberis, & vel parentibus, aut
fratribus agentibus conſulat vel ut ab hoſte liberet,
vel ut ſe ac ſuos alat *per d. l. un. & l. 20. etſi. ff. ſolut.
matrim.* Sed quid ſi maritus careat alimentis, ſi dote
2 funus curaret uxoris? Reſp. ſicut ad dotem reſtituen-
dam tenetur maritus, quando ob dotem reſtituendam
convenitur, ita etiam expenſas ferre funerales tene-
tur. Sed dotem reſtituere tenetur, quatenus facere po-
teſt, ut ſalva ei ſint alimenta, ſeu cum beneficio com-
petentiæ. Ergo cum eodem beneficio poterit conve-
niri actione funeraria *per §. 2. h. l. juncta l. 20. ff. de
re judic.*

## ad L. Quod ſi, 28.

*SUMMARIUM.*

*Quis funeris ſumtus præſtet, ſi maritus nullam dotem
acceperit?*

IN *leg.* 28. quæritur, quid ſi nullam dotem acceperit
maritus, quis teneatur funeris ſumtus præſtare?
Reſp. pater, ſi exiſtat; aut ſi patrem non habeat, ſed
ſi ſui juris, præſtabit hæres. Autor *ad L. 27. nu. 3. ſeqq.
C. de Jure dot.* Quod ſi nullus ſit hæres, & forte nul-
la hæreditas, maritus præſtabit cum beneficio com-
petentiæ, quia ſi jaceret corpus uxoris inſepultum, hoc
in ipſius mariti injuriam redundaret. *vid. not. ad l. 16. h. l.*
Autor *in C. t. de Neg. Geſt. ad L. 13. n. 9. & 10.*

## ad L. Si mulier. 29.

*SUMMARIA.*

*Quis, ſi mulier poſt divortium alii nupta deceſſerit, fu-
neraria actione teneatur? n.* 1.
*Filiamfam. funerans maritum conveniri poteſt.* 2.

MAritus, quando mortua uxore lucratur dotem,
1 tenetur funeraria actione; ſed quid ſi uxor di-
verterit à marito ex futili cauſa, & alii nupſerit. quod
olim facilius, quam hodie contingere potuit; & po-
ſtea mortua ſit, anne prior maritus, qui dotem re-
tinet, ob deſertionem actione funeraria tenetur? Vi-
detur quod ſic, quia ille lucratur dotem, ex qua ex-
penſæ funerariæ ſolvi debent. Sed reſpondetur quod
non: quia dos jam non penes maritum eſt ut dos, ſed
ut proprium patrimonium ob delictum uxoris, & non
pervenit ad uxorem per mortem ejus, ſed per delictum *de*
ejus.
2 *In §. 1. hujus legis* idem dicitur, quod *in l.* 17. di-
ctum ſc. qui funeravit filiamfamilias poſſe maritum
convenire, ſi nondum reſtituit dotem, qui maritus
poſtea hoc imputabit ſocero, dote autem reddita cum
patre agit.

## ad L. Minime. 35.

*SUMMARIA.*

*An juri naturali & gentium conveniat, ut filius Patrem proditorem occidat? n. 1. & 2.*
*Princeps patriæ ſalutem ſuæ præponere debet. 5.*
*Bannitus quando à quocunque poſſit interfici? 6.*

1 FIlius Patrem proditorem occidens, pręmiis etiam afficiendus. An hoc Juri Gentium conveniat &
Naturali? Multis diſputat *Anton. Matth. ad l. 48 ff.*
*tit. 6. c. 6. nu. 15.* cum præſertim *Nov* 12. *c.* 2. dicat, licet pater impius & contemtor legum ſit, pater tamen
2 eſt. Alii inter offenſionem & defenſionem diſtingunt.
Sed melius diſtinguitur, utrum hoſtili agmine contracto veniat oppugnaturus patriam, an vero ſit proſcriptus & bannitus, nullique ei militum manus ſit,
cum *Ant. Matth. d. l. & Wiſſenbach. d. 23. th. 25. conf. Grotius de Jure pac. & belli lib. 2. c. 18. nu. 4. Menoch. l. 1. A. Q. caſ. 90. n. 43. & ſeqq. & l. 2. caſ. 356. Farin. qu.*
3 *120. n. 186.* Colligunt etiam *ex hac lege*, remittendam
reo pœnam, ob exitum criminis magno cum Reipubl. commodo conjunctum. *Tiraq. de pœnis temp. c. 52. Farin. qu. 98 n. 174. Ant. Matth. ad l. 48. tit. 18. cap. ult. num. 21. Ex hac L.* etiam infertur, patriæ magis pa-
4 rendum eſſe, quam patri diverſa imperanti. *l. 19. §. 7.*
5 *de Captivis l. 1. §. 15. de ventr. in poſſ. mitt.* Et Principem etiam patriæ ſalutem ſuæ præferre debere *Beſol-*
6 *dus in Comment. ad tit. 1. l. 1. ff. l. 2.* Hinc colligitur
etiam, ob patriæ defenſionem bannitum, ſi modo ſit hoſtis Imperii, à quocunqoe interfici poſſe, ſi ſcilicet quid moliatur contra Rempubl. *Beſold. t. ad l. 3. §. 7.*

## ad L. Funeris ſumtus. 37

ALiud eſt funeris ſumtus, aliud monumenti, ille ſemper neceſſarius, hic non *Garc. d. l nu. 2.* Et *ex hac l.* probat *Garcias de Expenſ. c. 8. n. 17. & Carpzov. p. 1. Juriſpr. c. 118. def. 41.* veſtes lugubres inter expenſas funerales non referendas. Sed id arbitrio boni judicis decidendum; nam apud nos moderatæ veſtes requiruntur ad funerandum. *Daniel Moller ad Conſtat. Saxon. 28. n. 9. in fin.*

## ad L. Ne corpora. 38.

*SUMMARIA.*

*An corpora defunctorum ob debitum detineri poſſint? n. 1.*
*Quid ſi creditores impedire velint immodicum luxum? 2. & 3.*
*An uſurarii cadaver detineri poſſit? 4.*

PRohibet hæc Lex, ne corpora defunctorum præ-
1 textu debiti detineantur & vexentur, quod auctum
*per L. fin. C. de ſepulchro violato*, ubi pœna 50. librarum auri, demum confiſcatio tertiæ Partis bonorum addita *in Nov. 60.* Ratio *in l. 43. h. t.* quia publice intereſt, corpora defunctorum inſepulta non relinqui, nec detinenda prætextu Inſtrumenti Guarentigionati. *Colerus lib. 2. de Proceſſu c. 3. num. 410. Covarr. lib. 2. Reſol. c. 1. n. 10. Suarez. ad L. poſt. rem. judic. extenſ. 5. de Re jud.* Autor *ad L. ult. nu. 2. 3. & 4. C. de Sepulchro viol.* Licet creditores immodicum lu-
2 xum impedire poſſint. *Mind. d. l. 2. n. 32.* nec valet
conventio aut ſtatutum in contrarium. *Svar. & Coll.*
3 *dict. locis.* Si tamen Uſurarius ſepeliendus ſit, ſeque-
4 ſtrari poteſt cadaver & impediri ſepultura, donec
hæredes de reſtituendis uſuris prohibitis caveant, quia indignus alloquin eſt ſepultura Chriſtiana. *P. Peckius de Jure ſiſt. c. 5. nu. 23. & Chriſtin. v. 2. dec. 197. numer. 3.*

## ad L. Divi fratres. 39. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Quatenus illatio mortui locum religioſum faciat? num. 1. & 2.*
*An hodie religioſus locus fiat illatione cadaveris? 3.*

1 ILlatio cadaveris tunc facit locum religioſum, quando ea mente facta, ut corpus ibi maneret, non
2 ut in alium locum transferatur. Nam tunc locus maneret profanus. Et hoc caſu ſine licentia Principis
corpus effodere, & in alium locum transferre licet. *Franzk. ad h. t. num. 10.* Autor. *ad L. 1. num. 1 C. h. t.* Licet autem hodie in communi cœmiterio ſepelien-
3 da ſint corpora, unde quidam putant, hodie locum
religioſum non fieri illatione cadaveris in perpetuum facta, ut *Forſterus de Jurisd. Rom. p. 2. ſect. 2. num. 46. Tholoſ. l. 2. c. 13. nu. 5.* Zœſius tamen contrarium ſtatuit, *ad h. t. nu. 6.* præſertim cum mutatio Juris non temere conſtituenda.

## ad L. Si plures. 41.

IN communi ſepulchro etiam invito altero ſepelire licet, nec hic attenditur regula, quod in re communi potior ſit cauſa prohibentis, *per L. Sabinus. 28. ff. com. divid.* quia illa regula non habet locum, quando illa res communis ob illum uſum eſt comparata.

## ad L. Monumentum. 42.

*SUMMARIUM.*

*Inſcriptiones monumentorum in antiquis probant.*

MOnumentum eſt res memoriæ gratia in poſterum prodita; ex inſcriptionibus his inducitur notorium, & probant maxime in antiquis. *Vid. Chriſtin. vol. 2. dec. 195. nu. 2. & quos allegat.*

## ad L. Sunt perſonæ. 43.

*SUMMARIA.*

*Favor religionis facit, ut à ſubtili ratione Juris recedamus. n. 1.*
*An Verba:* Bey dem Wort der ewigen Warheit / *ſint verum juramentum? 3. ſeq.*

REligionis favor facit, ut à ſubtili ratione Juris
1 recedamus, ratio eſt in publica utilitate, quæ
prævalet ſubtilitati Iuris, *hic & L. ita vulneratus. 51. de L. Aquil. Finck. obſerv. 64. num. 4.* Quod in cauſis dubiis admittit *Pariſius conſ. 77. num. 42. lib. 1.* nec in pœnis, & quando Eccleſia ad lucrum odioſum
2 adſpirat, admittit hanc regulam *Cravetta vol. 6. conſ.*
*995. n. 6.* Sed ut ad regulam redeam, in dubio pro juramento reſpondendum eſſe, ex hoc textu colligit *Finckelthaus obſ. 116. & c. 8. de Jurejur.* ubi affirmat verba, bey dem Wort der ewigen Warheit / eſſe verum ju-
3 ramentum, quæ ſententia mihi ſemper placuit, & in
gravi etiam cauſa ita aliquando conſului, & licet non ſit actus corporeus adjunctus, puto tamen etiam in ſtatutis ſufficere, ſi hæc adſeveratio præſtitat; nam ſtatuta exteriorem formam requirentia videntur
4 de frequentiori actu loqui, ut reſpondet *Finck. d. obſ.*
*numer. 8. conf. Covarr. ad c. quamvis. lib. 6. p. 1. §. 2. numer. 4. Pan. in c. aur. num. 3. X. quod metu. cauſa. Col. de proceſſ. execut. p. 1. c. 10. numer. 288.* Licet aliud aliis placuerit, *Vid. Carpz. p. 2. conſt 16. def. 6. & p. 2. deciſ. 199.* Sed conſcientiam hæc res concernit, malo hic & in aliis quæſtionibus ſimilibus,
5 quotiescunque omniſcius DEUS in Teſtem advoca-
tur, licet verba ſolennia & in judiciis adhiberi ſolita non adhibeantur, pro juramento reſpondere, ne perjurii autor videar. Exempla alia hujus regulæ habet *Surdus dec. 255.*

ad

### ad L. Cum in diverſis. 44.

*SUMMARIA.*

*Locus ille religioſus eſt, ubi caput tumulatur, licet membris alibi ſepultis. nu. 1.*
*Competens occiſi in confinio reperti judex eſt, ubi caput reperitur. 2.*
*Subterratio occiſi ad curam pertinet ejus, qui merum imperium habet. 3.*
*Omnes creditorum cauſæ debent judicio principali concurſus incorporari. 4.*

1 SI membra ſeparatim tumulata, ille locus ſit reli-
giosus, ubi caput ceu membrum principale tu-
2 mulatur. Ex quo vulgo colligunt, cadaver, ſi repe-
riatur in confinio duorum Territoriorum, illum ju-
dicem eſſe competentem, in cujus Territorio caput
reperitur *Zang. de Except. p. 2. c. 1. num. 90. Matthe-
ſilanus ſing 75. num. 4. Salgado in labyr. Cred. p. 1. cap.
4. pr. n. 26. Berlich. p. 1. dec. 62. nu. 5.* quæ tamen ſen-
tentia diſplicet *Bachovio ad Tr. vol. 1. diſp. 19 th. 4.
lit. A. & Carpz. in Pract. Crim q. 110. nu. 51. & ſeqq.*
3 De conſuetudine ſane generali ſubterratio occiſi ad
ejus curam pertinet, qui merum imperium habet.
*Klock. vol. 1. conſ. 10. nu. 474. & ſeq.* Autor *ad L. 1.
num. 9. C. de Sepulchro Viol.* Ex h. L. colligunt, quod
4 omnes cauſæ à creditoribus diverſis contra debitorem
motæ coram diverſis Judicibus, debeant incorporari
cum judicio principali concurſus noviter intentato,
& ad hoc tanquam ad caput trahi. *Salgado de Somoza
5 d. c. 4 pr. n. 25.* Sic etiam quando bona majoratus vin-
culata exiſtunt in diverſis diſtrictibus, quod tunc at-
tendendus ſit ille diſtrictus, in quo caput majoratus,
cui cætera bona ſunt unita, ut caput trahat ad ſe
omnia membra accidentia. *Salgado d. l. nu. 27. &
quos hic citat. conf. Tiraq. de Retr. Conſang. gl. 3 per
totam.*

### ad L. pen.

*SUMMARIA.*

*Impenſæ funebres præferuntur æri alieno omni, & hypothecis expreſſis. nu. 5. & 2.*
*Jure Saxon. præferuntur mercedes famulorum. 4.*
*Ex fundo in ſubſidium ſolvuntur. 5.*
*Expenſæ funebres ſequuntur expenſa in curatione facta. 8.*

1 IMpenſæ funebres omni æri alieno, & ſic hypothecis
tacitis præferuntur, *per l. 14. §. 1. l. 4. l. 6. pr. ff. in
quibus cauſ. pignus tacite contrah. Colerus dec. 200. n.
2. & Hillger in Don. lib. 23. c. 15. tit. H. Wiſſenbach.
ad Pand. d. 23 th. 25 Gutterez. l. 2. pract. quæſt. 72. n.
2. Chriſtin. de ſtat. Mechlin. tit. 16. art. 35. nu. 20.* Autor
2 *ad L. 3. nu. 4. C h. t.* Imo etiam expreſſis hypothecis
præferuntur. *Beutherus de Privil. Cred. lib. 2. c. 9. Gar-
cias de Expenſ. c. 8. nu. 23.* Autor *ad L. 4. & 5. nu. 6 &
7. C. de Pet. hæred. Carpzov. p. 1. conſt. 28. def. 47.* Ubi
*citat. diſſentientes Fachin. l. 12. c. 49. Guttierez d. l. nu. 5.*
quod de neceſſariis intelligendum. *Garcias d. l. Vol.
noviſſ diſp. Baſil. d. 2. th 98. Berlich. p. 1. concl. 44. nu.*
3 24. Et Jure communi expenſæ funebres non tantum
pro liquidatio, ſed etiam uxore & liberis factæ præ-
ferendæ. *vid. not.* DNI. Autoris *ad l. quæſitum. 57.
ff. de Rebus auth. judic. poſſid.* Non tamen hæ expen-
ſæ præferendæ Domino rei, v. gr. depoſitæ extantis.
4 *Guttierez. d. l. n. 4.* Sed Jure Saxonico his præferun-
tur mercedes famulorum. *Carpzov. d. l. 2.* Quæ au-
tem cenſeantur impenſæ funebres, agit *Franzk. ad h.
5 t. nu. 18. & Wiſſenbach. d. th. 23.* Ex hæ expenſæ etiam
in ſubſidium ex fundo ſolvuntur, ut eſt quotidiana pra-
xis, de qua *Dn. Mevius p. 2. d. 124.* Et ſic etiam ſuc-
6 ceſſor in feudo vel Majoratu tenetur prædeceſſorem
tumulare. *Peregr. de fideicomm. art. 40. num. 19. Sur-
dus dec. 255. num. 15.* Scilicet ſi hæres non ſit idoneus
7 *l. 12. §. 2. h. t. & ibi notata* DNI Autoris. Sic etiam
funus facere coguntur uxor pro marito, Dominus pro
ſervo, Eccleſia pro ſuo parochiano, &c. *Surdus conſil.
255. num. 12.* Has expenſas funebres ſequi ſolent im-
penſæ in curationem ægroti factæ, quæ in *l. 4. C. de
petit hær. & l. 3. C. h. t.* conjunguntur. *Neguz. de pign.
part. 5. memb. 2. num. 28. in f. Cav. c. de uſufr. mulie-
ris rel. num. 95. Chriſtin. de ſtat. Mech. d. t. 16. art 35. nu-
mer. 4. D. Carpzov. p. 1. conſt. 28. def. 43. Berlich. p. 1.
concl. 44. num. 94. Colerus lib. 2. de Alim. c. 1. Dn. Ri-
chter. de priv. Cred. d. 4. p. 64. & ſeq. Dn. Franzk. ad
h. t. nu. 28.* Autor *ad L. 3. num. 5. 6. 7. C. h. t.* & hæ
expenſæ medicinales in uxorem vivente marito factæ
ab hæredibus Mariti ſolvendæ *Berl. p. 2. dec. 229.*

### Ad L. ult.

SI plurium prædiorum uſusfructus pluribus relictus poteſt hæres in unum eorum cadaver inferre, & hic gratificationi locus. Unde hic colligitur, quod hæres alicui legatario præ aliis interdum gratificari poſſit. Gloſſa hic textus recenſet, & de gratificatione agit *Tiraq. d. primogen. q. 17. opin. 2. nu. 3.* & noviſſime *Dn. D. Joh. Fried. Rhetius Collega honoratiſſ. in Diſſertatione publica non gratificando.*

# MEMORIÆ AUTORIS S.

HUic Titulo cum manum admoveret ultimam B. Autor, dies XIV. Decemb. Anni 1672. erat. Die ſequenti de inſedo mortuo, fatali materia, ſuſcipiendæ erant curæ, ſed cum Dominicus inſtaret dies, quid circa mortuorum illationem Jure Romano cautum inquirere manu pleniore Sacræ Curæ inhibebant. Uti vero à mortis cogitatione nunquam aberat Autor, quippe artem moriendi ex profeſſo exemploque omnibus imitando edoctus; ita diem Solis XV. Decembr. mortis optime memor adſpexit, Salutabat mane ſuos, viribus licet hactenus ſolito dejectis, & cum Satis intereſſe nequiret publice, ſuorum precibus ſe commendabat. Nullus valetudinis in pejora lapſus conſpiciebatur. Nec diſplicebat prandium. Animo ita compoſitus erat, ut hactenus nunquam meliore. Ad veſperam inclinante die, cum Familiam pio ſolitoque more, ad ruminanda, quæ ex Concionibus publicis hauſta, in Muſeum ſuum convocaret; ipſe, qui lubricam vitæ ſtationem verbis docebat quotidie, exemplo, triſti licet, ſuis jam Doctor erat, mortem quovis momento imminere. Adventans enim familia inſidentem illum ſuetæ ſibi ſellæ offendebat, & cum primo dormientem exiſtimaret, mox exanimem deprehendebat. Aſt ne imparatus deceſſiſſe videretur mundo, cui perpetuum pietatis fuerat exemplum, reſpirare cepit, & animo reſtitutus penitus, ultra horas duas manſit ſuperſtes. Interea devotis ſuſpiriis animam commendavit Deo, ac cum ſomnum ſe appetere verbis expoſuiſſet, compoſitis ad quietem membris, imperatoque ſilentio non tam moriendo quam dormiendo vivis ereptus.

Quieſcas ergo, BRUNNEMANNE, Pietate, Doctrina ac in Rempubl. Literariam meritis, MAGNE. Patiare corpus Tuum tot vigiliis laboribusque defatigatum mortuis inferri. Sicuti moriendo non moriebaris Deo, ſed ad perennantis vitæ gaudia avocabaris; ita nec

Mundo

Mundo morieris unquam. Fama, quam eruditus veneratur Orbis, æternum Te jubet eſſe. Leoni quidem mortuo imbelle ferarum genus inſultare ſuevit: Tuæ vero exiſtimationi Pietatis ac Juſtitiæ concatenata cura quæſitæ, nocebit nemo. Potius incrementa poſt obitum captabit illa, quippe cum mortuus publico non deſinas prodeſſe. Quærunt lucem poſthumi Tuæ Eruditionis partus, Te Genitore digni, Jus Sacrum, Conſilia, Deciſiones. Sed nec Pietatis Tuæ veſtigia latebras amant; Publico enim exhiberi cupiunt Sacræ Meditationes. Vivit ergo Tua, BRUNNEMANNE, poſt funera virtus. Floret Memoria, quæ JUSTIS nunquam intermoritura. O Te felicem, qui vivus moriebare mundo, ut unice viveres Deo. Effeciſti ita, ut poſtquam mortuus, revera cœlo terraque tamen vivas æternum. Ego quod mihi Genero adfectu à Te ultra paternum adamato, extrema injungit, Pietas, hoc exſolvam Monumento.

M. E. Æ. S.
ADESTO. VIATOR.
*ILLATUS. HIC. MORTUUS. EST.*
BRUNNEMANNUS JCTORUM
GERMANIÆ PRÆCIPUUS. MAGNI.
ELECTORIS. CONSILIARIUS. MARCHIÆ.
PAPINIANUS.
QUO. JURISPRUDENTIA. NON. AGNOSCIT. PRIOREM.
NEC. PIETAS. HOC. ÆVO. VIDIT. SECUNDUM.
*VIR.*
*SUMME. MODESTUS. MOLESTUS. NEMINI.*
*UTILIS. OMNIBUS.*
NULLI. INIMICUS. QUAM. SUPERBO.
NULLI. INFENSUS. QUAM. MENDACI.
PARATUS. JUVANDIS. OMNIBUS.
SED. NULLI. MAGIS. AC. PAUPERI.
JURISPRUDENTIAM.
MAGNO. LABORE. ILLUSTRAVIT.
FELICI. SUCCESSU. DOCUIT.
SED. QUOD. MIRERIS.
SUO. MAGIS. EXEMPLO. QUAM. VERBIS. INCULCAVIT.
VIXIT. MENTE. COMPOSITA.
DIVINO. HUMANOQUE. JURI. EXACTE. CONFORMATA.
MORTALIS. FUIT. PER. ANNOS. FERE. LXV.
MORIENDO. FACTUS. IMMORTALIS.
ANIMA. FAMA. SCRIPTIS.
VIXIT. UT. MORI. NON. TIMERET.
MORTUUS. UT. VIXISSE. NON. POENITERET.
DECESSIT.
VITÆ. HONORUMQUE. SATUR.
ABI. VIATOR.
BRUNNEMANNI. EDOCTUS: TUMULO.
ITA. MORIENDUM. TIBI. UT. PER. GLORIAM.
VIVAS. ÆTERNUM.

---

## TITULUS II.

### *De Mortuo inferendo & ſepulchro ædificando.*

Ad L. 1.

*SUMMARIUM.*

*An hujus edicti hodie ſit utilitas aliqua?*

HUjus edicti, ne vis fiat ei &c. rarus videtur uſus, cum hodie corpora in locis publicis ſint ſepelienda. *c. 1. c. 13. qu. 13. vid. Grœnwegen ad Rubr. C. de Relig.* nihilominus huic Edicto locus eſſe poteſt in ſepulchretis ad certam familiam ſpectantibus. Neque omnes in cœmiterio ſepelire fas eſt, ut qui ob conſcientiam ſceleris ſibi gulam fregerunt, & alios. *vid. Zæſ. alleg. l. num. 6.*

Ad L. Negat. 2.

*SUMMARIA.*

*Fœmina gravida non eſt ſepelienda, fœtu nondum extracto. num 1.*

*Cujus ſupplicium etiam differtur, uſque dum peperit. 2.*

1 CUm hiſtoria Medica doceat, Matres defunctas peperiſſe vivos infantes. *Joh. Rud. Camerarius in Syllog. memorab. cent. 7. obſ. 41. & ſeq. Et cent. 11. obſ. 37.* Magiſtratus L. Regia vetare jubetur, ne fœmina gravida ſepeliatur, fœtu nondum extracto. *Gregor. Nymman. in tr. de fœtu in utero p. 58.* Et hac in re Magiſtratum oporteret eſſe curioſum, fœmina conjugata mortua, ſi fortè de utero tumor, ut graviter monet *D. Nymmannus d. tr.* Et exiſtimo, non raro vivum fœtum cum Matre ſepeliri, cum fœtus debilis eſſe poſſit, & tamen adhuc vi-
2 vus. Sicut etiam fœminæ gravidæ damnatæ ſupplicium differri debet, uſque dum peperit. *l. 3. de Pœnis. Clarus §. fin. qu. 97. Gomez. l. 3. c. 13. nu. 37.*

# LIBRI DUODECIMI.

## TITULUS I.

## De Rebus creditis, ſi certum petatur.

### Ad Rubricam.

*SUMMARIA.*

*Quotupliciter creditum accipiatur? num.* 1.
*Quomodo in Tertia parte, & quomodo in hoc tit.?* 2.
*Quid ſit mutuum?* 3.

1 CReditum tripliciter accipitur 1.
Strictè pro mutuo. 2. Late pro obli-
gationis jure ex contractu. 3. Pro
omni obligationis Jure, ſive ex
delicto ſive ex contractu, *per L.
Creditores.* 10. *cum duabus ſeqq. ff.
de V. S. & ibi Forner. Gœdd. &c.*
2 *Borchold. in tr. de rebus creditis. c.* 1. *numer.* 33. Hic ſi
verba de Rebus creditis ad totam partem Pandectarum
tertiam referemus, ut referri commode poſſunt, ſicut
*ex Codicis Rubr. prima* apparet, in ſecunda ſignifica-
tione accipitur; ſi vero ad titulum hunc, in prima
accipietur. Eſt autem Mutuum contractus realis, quo
3 res fungibilis ita datur, ut idem in genere reſtituatur,
ejuſdem tamen qualitatis, & bonitatis. *Conf. Mant.
l.* 8. *tit.* 1. *num.* 6. *& ſeqq. Mozius de contract. Rubr. de
Mutuo p.* 2. *numer.* 6. *& ſeqq.*

### Ad L. Mutuum. 2.

*SUMMARIA.*

*Cur mutuum conſiſtat in rebus fungibilibus? nu.* 1.
*Aliud pro alio creditori invito non poteſt ſolvi.* 2.
*Lim. ſi neceſſitas cogat, ut debitor utatur beneficio dationis in ſolutum.* 3.
*An Jus commune, quod ſubhaſtationem hoc caſu requirit, per* Receſſ. *Imp. mutatum?* 4. *&* 5.
*Dationis in ſolutum requiſita quænam?* 6. *& ſeqq.*
*An in ea omnium bonorum deſignatio neceſſaria?* 13. *&* 14.
*An ſi inſtrumento omnibus juribus ſit renunciatum, etiam huic beneficio,* Rec. *Imp. conceſſo intelligatur renunciatum?* 15.
*An in datione in ſolutum detur debitori biennium vel annus ad reluendum?* 16.
*Lim. porro* Reg. *Si debitor habeat facultatem à lege, aut conventione &c. aliud pro alio ſolvendi.* 17.
*An poſſit in mutuo* Res *numero eadem reddi? numer.* 20. *&* 21.

1 IN rebus numeri, ponderis, & menſuræ, ſeu quan-
titatibus conſiſtit Mutuum, quia unum alterius vice
fungitur, in rebus cæteris non, ne aliud pro alio ſolva-
tur, ideoque *hanc Regul. ex h.* §. communiter probant:
2 Aliud pro alio ſolvi non debere, ne quidem à minore,
vel alio privilegiato. *hic & l.* 46. *pr. l.* 50. *de Solut. Carpz.
lib.* 5. *Reſp.* 102. *Bach. in Tr. vol.* 1. *diſp.* 20. *th.* 11. *lit. B.* Autor
*ad C. t. de Erog. Mil. num.* 24. *Et ad L. ult. numer.* 5. *C. de
Compenſat. ad L.* 1. *num.* 2. *C. de pign. Et ad L.* 10. *numer.* 1.
*C. de Solut.* Et ſic ſi debitor ceſſit mihi nomen, obligavit
tamen ſe ad exactionem, & is à ſuo debitore fundum
in ſolutum acceptet, hunc mihi invito obtrudere ne-
3 quit, *Carpzov. p.* 3. *deciſ.* 259. Exceptiones regulæ habet
hic *Zaſius numer.* 28. *& ſeqq. & Don. l.* 16. *c.* 9. V. gr. niſi
neceſſitas cogat. *l.* 8. *pr. ff. de Condict. furt.* aut debitor
utatur beneficio dationis in ſolutum, *ex Nov.* 4. *c.* 3. *&
Nov.* 120. *V. dicta* Dni Autoris *ad Auth. Hoc niſi. nu.* 1.
*& ſeqq. C. de ſolut.* cui acceſſiſſet ex Receſſu Imperii de-
4 claratio. Sed illud controverſum eſt, utrum Jus Civile,
quod ſubhaſtationem requirit, ſit per conſtitutionem
noviſſimam *de anno* 1654. §. So viel nun die Capitalia
&c. 172. mutata? Quod affirmat *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 278.
Sed negat *Dn. D. Sam. Stryke P. P. in diſſertat. de Datio-
5 ne in ſolutum. cap.* 4. *nu.* 8. Cujus ſententia videtur præ-
ferenda, quia 1. Receſſus ſe refert ad Jus commune. 2.
Nulla abrogationis mentio. Et 3. verba, noch erlangen
können / inferre videntur neceſſitatem tentandæ vendi-
6 tionis & ſubhaſtationis. Hæc autem dationis in ſolu-
tum requiſita refert *Dn. Mevius p.* 4. *deciſ.* 370. 1. Jura-
mentum, quod deſtituatur pecunia ad ſolvendum de-
7 bitum. 2. Ut inter mobilia nihil ſit, quod eligat credi-
tor, ideoque ea prius excutienda. *l.* 15. §. 2. *ff. de re jud.*
8 3. Ut ex melioribus det, cujus non ſit inutilis poſſeſſio.
9 4. Ut ex oblatis creditoris ſit electio, quæ facultas
eligendi tamen civiliter intelligenda, ut debitor ultra,
quam ut creditori ſatisfiat, non nimis oneretur, quare
ſi ſatisfieri poſſit creditori ex iis bonis, quibus facile
carere poteſt debitor, nec executio facienda in ea,
ſine quibus cætera bona redduntur inutilia, nec ſi
onera publica præſtari nequeant, nec ſi aliis creditori-
bus id multum præjudicet. *Dn. Mevius p.* 5. *dec.* 312. 5.
10 Ut non reperiatur ejus emtor, quo reperto datur cre-
11 ditori pretii exactio. 6. Ut nemine reperto ſubtilis fiat
æſtimatio. 7. Juxta eam res tradatur, addendo aliquid
rei, vel præſtando aliquo à creditore, prout vel
12 minus vel plus debito in rei æſtimatione. 8. Poſſibilem
debet præſtare cautionem debitor. Licet autem *Dn.
Mevius* non putet omnium bonorum deſignationem
13 eſſe neceſſariam, omnia tamen mobilia prius & poſtea
immobilia jurato puto ſpecificanda eſſe. Sed convoca-
14 tione creditorum opus non eſt. Id tamen *Dn. Mevius
p. quart. deciſ.* 379. tradit, bonorum deſignationem ex-
hibendam eſſe, imo etiam ea ſuſpecta videatur, jura-
mentum deferri poſſe. Et ita ſuperiorem ſententiam
15 ſuam declarat. Sed quæritur, an ſi in documento re-
nunciatum fuerit omnibus Juribus & beneficiis, quæ
in favorem bello depauperatorum conſtitutione ali-
qua introducuntur, an hoc ipſo renúnciatum videatur
beneficio per Receſſum Imperii introducto? Quod
negat *Dn. Mevius p. quint. deciſ.* 236. quia Receſſus de-
rogat omnium obligationem virtuti, & quod pro-
16 miſſum fuit, tollunt, limitant aut ſuſpendunt. An
autem datione in ſolutum facta detur debitori bien-
nium ad reluendum *ex L. ult.* §. 3. *C. de Jure Domini
impetrandi.* Vel annus in Electoratu Saxon.? Hoc affir-
mat *Berl. p.* 2. *dec.* 196. & quia hæc eſt favorabilis ſen-
tentia, utilitatem debitoris & aliorum creditorum reſ-
17 piciens, merito hæc applauſum meretur. Alia limitatio
regulæ eſt, ſi facultas debitori aliud pro alio ſolvendi
data ſit à Lege, ut in maleficio ſervi, aut teſtamento,
ut in *l.* 1. *ff. de penult. leg.* aut conventione. *Vid. etiam
Georg. Schultz. in tr. de Oblat. & depoſ. pecun. cap* 3. *nu.* 5.
18 *& ſeqq.* Autor *ad L.* 16. *num.* 3. *C. de Solut.* Sic cum con-
veniſſet, ut certa ſumma deponeretur, donec feudum ex
eo comparari poſſet, debitorem poſſe offerre feudum
idoneum, reſponſum in Fac. menſe Octob. anno 1645.

Sic

19 Sic pro frumento ; quando difficilis comparatio, ad-
mittitur præſtatio pecuniæ. *Kœppen deciſ. 25. nu. 10. Dd.*
*hic.* & ita in canone frumentatio ex molendino ſolven-
20 do, reſp. *menſ. Febr. anno* 1660. Sed annon poteſt idem
reddi eadem pecunia in individuo? Omnino id licet,
ſi non indigeam, eam ſtatim reddere, ſicut in Commo-
dato. *Mozius de mutuo. vol. 5. num. 16. Bach. in Tr. d. 20.*
*th. 1. lit. G.* niſi actum, ut alia moneta redderetur. *Carpz.*
*lib. 5. reſp. 8.* aut niſi creditor fœneratitium debitum exe-
21 git, & ob uſuras anni prætendat lucrum, quod hodie
fieri ſolet.

## ad L. Cum quid. 3.

### SUMMARIA.

*In mutuo reddendo inſpicitur tempus contractus. nu. 1.*
*Quid ſi de certa moneta reddenda actum, quæ mutata eſt? 2.*
*An in Marchia, non obſtante Edicto Electorali, juxta tenorem inſtrumenti in certa moneta ſolutio facienda? 4.*

1 RES mutuo data in eadem bonitate reſtituenda,
tam intrinſeca, quam extrinſeca, & conſiderandum
igitur tempus contractus, non vero ſolutionis
*l. 69. ff. de contrah. emt. cap. 20. & 26. X. de Conſ. Carpzo.*
*p. 2. conſt. 28. def. 28. & fin. & libr. 5. Reſp. 93. Molin. de*
*uſuris. nu. 749. Scaccia de Commerciis. § 2. gloſſ. 5. nu. 178.*
*& ſeq. Beſold. conſ. 62. & conſ. 61. Bach. d. diſp. 20. th. 12. lit.*
2 *B. & multi alii.* Sed quando de certa moneta in ſpecie
reddenda actum, diſtinguitur inter bonitatem intrin-
ſecam & extrinſecam: Illa mutata, mutatur numerus
nummorum, hac mutata, ſeu valore mutato, non mu-
tatur numerus nummorum; niſi certa æſtimatio addita.
*Dn. Richter, dec. 27. & quos allegat Dn. Struvius ad h. t.*
*th.* 34. Si vero id genus pecuniæ non reperiatur, aliud
3 ſolvendum eſt. *arg. l. 71. §. 3. de leg. 1. Dn. Struv. d. l. th. 35.*
Hinc quærebatur, cum debitum eſſet contractum anno
4 1621. & certa monetæ ſpecies ac pondus eſſet expreſ-
ſum, mutata moneta, etiam in alio valore ſolutæ uſuræ,
an debitum illud adhuc in Marchia, non obſtante
Electorali edicto, juxta qualitatem ac quantitatem in
obligationis inſtrumento expreſſum ſolvi debeat? Quod
aff. & ita deciſum 17. Julii anno 1648. in Facult. quia
in Edicto Electorali expreſſe excipitur, ſi quid in con-
trarium actum, neque illud pactum creditoris favorem
tantum reſpiciebat, & in dubio eadem debent utriuſ-
que eſſe jura & qui pro parte indebite quid ſolvit, non
præjudicat ſibi in futurum. *l. 7. C. de uſur. & ibi à me*
*notata.* Colligitur etiam *ex hoc textu* præſtantia vini
5 veteris pro novo, quod *Zaſius hic* ad Doctores veteres
applicat, quod ſalvis reliquis intelligendum. Deinde
inferunt regulam, quod eadem ſit virtus taciti & ex-
preſſi. Tacitum autem eſt, quod ex natura rei tacitè
ineſt. vid. *Marr. Mantua ſing. 243. & quos refert Barb.*
*locupletatus libr. 18. c. 2. axiom. 6.*

## ad L. Si quis nec cauſam. 4.

### SUMMARIA.

*Cujusnam periculo ſit pecunia, quam apud me reliquiſti, ad prædium emendum, quod nondum emeram? nu. 1.*
*Hic depoſitum ex intentione contrahentium æſtimandum eſt. 2. & 4.*
*An Princeps, qui Caſtrum meum munivit in bello, me repetente caſtrum, ſumtus repetat? 3.*

1 VOlui emere prædium, & petii ad hunc caſum à
te pecuniam mutuam, ſed cum eventum tracta-
tuum neſcirem, nolui in hac incertitudine contrahere
mutuum; ideoque cum tibi abeundum eſſet, reliquiſti
apud me iſtam pecuniam, ut uterer, ſi tractatus ſuper
emtione effectum ſortiretur, quæritur, cujus ſit interim
periculo? Reſp. meo, quia mea cauſa depoſuiſti, ergo
receditur à regula. Et depoſiti hujus cauſa eſt mutuum.
*vid. Franzk. ad tit. depoſiti num. 33. & ſeq. conf. Wiſſenb.*
2 *d. 3. th. 17.* Colligitur exinde habendum eſſe reſpectum
ad principalem contrahentium intentionem; nam tu
non ſimpliciter depoſuiſti, ſed animo mutui contra-
hendi, ergo periculum eſt meum. *Iovan. Igneus in rep.*
*l. contractus. 23. num 16. & ſeqq. de R. I.* unde *Natta conſ.*
3 554. *num.* 20. agit de caſu, ſi Princeps caſtrum meum
bello durante munit, & fortalitium facit an pace facta
poſſit à me repetente caſtrum repetere ſumtus? Et re-
ſpondet, quod non; quia utilitatem ſuam & totius
4 Regni eos ſumtus fecit. Collige, quando quid depo-
nitur gratia accipientis, quod tunc periculum ſit acci-
pientis. *Zaſius ad h. l. numer. 5.* quod intelligo, de eo
caſu, quando ita deponitur, ut certo caſu dominium
tranſeat ad accipientem, ut hic & quando concurrit
culpa vel leviſſima accipientis, ſecundum opinionem
ſatis æquam Azonis, quem ſequitur *Zaſius hic num. 15.*
Et hic contractus eſt ab initio Depoſitum, ſed facta
contrectatione deſinit in mutuum, nec manent privi-
legia dotis. *Car. Molin. de Uſur. contract. nu. 636.*

## ad L. Quod te. 5.

### SUMMARIA.

*Debitor rei poſt moram non liberatur ejus interitu. num. 1.*
*An difficultas excuſet à mora etiam in obligatione generis? 2 & 3.*
*Quid ſi impoſſibilitas moram ſequatur? 4.*

1 DEbitor poſt moram ab interitu rei non liberatur,
niſi difficultas excuſet eum à mora. Ergo duo
dicit *hæc Lex.* Primum, moram in re reſtituenda trans-
ferre periculum in debitorem. *Carpz. part. 2. conſt. 26.*
*def. 25. & conſt. 30. def. 14. Dn. Mevius p. 5. dec. 43. numer. 5.*
2 Autor *ad L. 11. num. 1. & ſeqq C. Si cert. pet.* Alterum eſt,
quod difficultas excuſet à mora, quod in obligatione
facti alieni, & dandæ ſpeciei, non vero generis hic
admittit *Bartolus num.* 14. Sed rectius generalius etiam
de genere ac quantitate intelligit *Zaſius hic numer. 38.*
*Covarr. in c. quamvis. de pactis part. 2. §. 5. nu. 6. Matheſ.*
*ſing. 198. Arum in tr. de mora c. 6. num. 22. Wamneſ. conſ.*
*6. numer. 1. cent. 4.* Autor *ad C. d. l.* quorum ſententiam
3 probavit *Dn. Mevius p. 4. dec.* 198. ſi modo calamitate
belli ſe impeditum quis probet. *Dn. Mev. d. p. 4. dec. 199.*
4 Et ſic ab uſuris liberatur debitor. *Mev. dd. ll.* Collige
impoſſibilitatem, quæ moram ſequitur, non liberare
debitorem. *Dn. Mev. p. 5. dec. 45.*

## ad L. Certum. 6.

### SUMMARIA.

*Certum quid ſit, & an etiam fiat certum per relationem ad aliud? num. 1.*
*In b. f. judiciis non petitur certum, ſecus in ſtricti juris judiciis. num. 2.*

1 CErtum dicitur, quod vel per ſe, vel ex circum-
ſtantiis, vel ex relatione ad aliud ſeu per indire-
ctum apparet, quid, quale & quantum ſit. *Sixtinus*
*Conſil. Marpurgenſi 11. num. 10. vol. 1. Axiom. Barboſ. locu-*
*pletata lib. 3. cap. 15. num. 5.* Nam & illud certum dicitur,
quod relatione ad aliud certum fieri poteſt. *Menoch.*
*conſ. 280. num. 32. & conſ. 287. numer. 31.* Sicut ſententiam
certam dicimus, licet non exprimat quantitatem pe-
cuniæ debitæ, ſi modo ex libello vel parte actorum
conſtet, de quo *alibi.* Et hic deprehenditur differentia
2 inter b. f. judicia & ſtricti juris. Nam in b. f. judiciis
non petimus certum, ſed quod judex æquum arbitra-
tus fuerit; in ſtricti juris judiciis actor quod petit, certo
demonſtrat, & id diſtrictè intendit, ſibi dari oportere.
*Cujac. ad l. 22. h. t. tom. 1. p. 2320.*

## ad L. Certi condictio. 9. & 10.

*SUMMARIA.*

*Ex omni contractu & maleficio datur condictio certi. n. 1.*
*Condictio generalis quid ſit, quid idem ſpecialis 2.*
*An, ſi meam pecuniam tuo nomine te ignorante mutuo dederim, Tibi condictio oriatur? 3. 4. & 5.*
*An ſi pecuniam, quam apud te depoſui, tuis uſibus poſtea relinquam mutuum oritur? 6*
*Quid ſi ab initio hac conditione deponam, ut ſi velis, ea uti poſſis, an ſtatim mutuum ſit? 7. & 8.*
*Idem, ſi uxor marito in dotem nomen dedit, quod maritus non potuit exigere. 5.*
*Non ultra quam datum eſt, repeti in mutuo poteſt. 6.*
*Infauſta Pacta, ut primi anni uſuras decurtare liceat. 7.*
*Pacta uſurarum quæ ſervari debeant? 8. & 9.*
*Quid ſi periculum metuatur, annon plus ſtipulari liceat? num. 10.*
*Quid ſi juramento plus promiſſum? 12.*
*An liceat aliquid ultra uſuras conſuetas ſtipulari? 13.*

1 EX omni contractu & maleficio datur condictio
certi, per quam rem certam peto etiam ex con-
tractu incerto, ſive per hunc innominatum, ſive con-
tractum ad faciendum directum intelligas. *vid. Bach.*
2 *d. diſp. 20. th. 10 lit. D.* Colligitur, aliquam eſſe condi-
tionem certi generalem, quæ ex variis contractibus
oritur, aliam vero ſpecialem. ex mutuo, vel ex ſtipu-
latione. *Bartolus hic num. 1. Zaſius hic. nu.* 10. de qua re
varie diſputant, ſed eam quæſtionem mihi inutilem
viſam examinare non vacat. *conf. Bach. th 10. lit. A. Fach.
l. 2. cap. 90. in ult. quaſt. & Zaſius.* Colligunt *ex hac L.*
Actionis nomen ex concluſione libelli colligi. *Bart. hic.
nu. 2. Meiſn. tom. 4. dec. 2. nu. 1.*

3 *Ad §. pen.* Dedi tuo nomine fortè te ignorante
meam pecuniam Titio, quæritur, an ex eo tibi oriatur
condictio? Videtur, quod alteri per liberam perſonam
non adquiratur obligatio. Sed affirmatur quæſtio, ob
utilitatem pecuniæ creditæ, & ſic licet alterius nomine
inutiliter ſtipulemur, non tamen inutiliter credimus.
*Zaſ. ad h. t. numer. 15 Dn. Struv. th. 13.* Autor *ad L. 6.*
4 *num. 3. C. de Cond. indeb.* Idque ob ſpecialem favorem
mutui, ob ejus frequentiam. *Cagnolus ad L. ſingularia.
h. t. nu. 20 Zaſius hic nu. 11. & ſeq.* Autor *ad L. 4. nu. 4. & 5.
C. Si cert. pet.* Sed neceſſe eſt, ut ego dederim nomine
abſentis, & alter ejuſdem nomine acceperit. *Riminal.
volum. 6. conſ. 665. numer. 15. conf. Donell. lib. 9. cap. 7. Card.
Mantica de tac. & amb. convent. lib.* 8. tit. 9. *numer.* 10.
5 Et Juſtinianus dedit etiam hypothecariam, *per l. 2. per
quas C. perſ. ibique.* Autor *numer. 4. Et* Autor *in C. t. de
pignor. ad L.* 16. per quam *legi huic nova ejuſque*, §. 4.
videtur derogatum. Sed quod propterea tibi donare
voluerim, id *ex hoc textu* non colligitur. *Socinus in L.
frater à fratre. num. 25. de Condict. ind.*

6 *Ad §. ult. & l. ſeq.* Si pecuniam apud te deponam,
& poſtea ex intervallo permiſerim, ut utereris pecunia
ſolo hoc partium conſenſu ex depoſito fit mutuum,
& itur in creditum fictione brevis manus, & tranſit,
poſſeſſio una cum periculo ſolo animo, quia prius
corpus habuit, & poſtea animo etiam cœpit poſſidere.
*Donell. l. 5. cap. 9. in fine. Salgado in Labyr. p. 3. cap. 11. nu.
64. & quos ibi citat. Card. Mantica de tac. & amb. con-
vent. l. 10. t. 2. nu. 19.* & ſic eſt exceptio *l. 8. infra de acquir.
7 poſſeſſ.* Sed ſi ab initio depono hac lege, ut à te poſſit pe-
cunia hæc uſurpari, ſi velis; non ſtatim itur in credi-
tum, nec periculum eſt debitoris, niſi utatur & ita
voluntatem ſuam declaret. *Zaſius hic. Molina de Juſti-
tia & Jure diſp. 523. num. 1. Franzk. ad tit. Depoſiti. num.
24. Conferri poterit Caſpar. Rodericus in tr. de Cenſibus
lib. 3. cap. 11. nu 23. & ſeq. & Car. Molin. de uſur. contract.
num 631.* Autor *ad L. 14. num. 10. C. de Non numer. pec.*
8 & niſi principaliter deponatur in gratiam depoſitarii,
*per l. 4.* Sic tutor, qui reliquit pecuniam apud debito-
rem, à quo exigere debuit, videtur in creditum ire, &
videtur ipſe hoc nomen contraxiſſe. *Dn. Mev. p. 4. dec. 11.*

## Ad L. Rogaſti. 11. pr.

*SUMMARIA.*

*An ſi roganti pecuniam, ſpeciem, ut vendat, tradiderim, mutuum contrahatur, & cujuſnam periculo ſit ſpecies? num. 1. 2. & 3.*
*An, ſi tibi chirographum dedi, ut à Titio pecuniam exigas, & tanquam mutuum retineas, ſolutione à Titio non ſecuta, mihi tenearis loco chirographi pecuniam ſolvere: 4.*

1 SI quis roget me ad dandum Mutuum, ego offero
ſpeciem, ut eam venderet, & pretio loco mutui
uteretur, mutuum eſt fictione brevis manus, & re ven-
dita, antequam utatur pecunia, periculum alterius, ſed
ſi res illa ante venditionem pereat, periculum eſt
meum ſi rem illam alias venalem habeam, alias eſt
petentis. *Mantica de tac. & amb. convent lib. 8. tit. 3. nu.*
18. Ad L. 34. *princ. verſic. his argumentum. ff.* Mandati.
2 Reſp. Dd. hic & cum his *Zaſius nu.* 4. voluiſſe Domi-
num ut pretium redactum reportaretur Aliter aliu. Vid.
*Bach. d. d. 20. th. 3. Par. cent. 5. qu. 64. & 66. Gilk. ad L. 6.
C. h. t. nu. 2. ſeq.* Autor *in C. ad L 8. nu. 5. & ſeqq. ſi cert. pet.*
3 Quia autem mutuum hic vere non contrahitur, niſi
4 Res vendita & pretium acceptum, *per hanc l. 11.* Ideo
quæritur, ſi chirographum, quo debitorem meum ſe
confeſſus eſt Titius, tibi dem, ut exigas & exacta pe-
cunia per aliquod tempus utaris, & poſtea illam pecu-
niam reſtituas; tu vero pecuniam à Titio exigere non
poſſis, an tenearis mihi pecuniam ſolvere loco illius
chirographi? Sed hoc rectè negatur. Nam mutuum
ante veram numerationem non fuit. *P. Buſius ad l. 15.
5 h. t. num. 4. Dn. Carpz. deciſ.* 129. Idem putarem, ſi uxor
marito nomen in dotem det, idque maritus exigere ob
inopiam debitoris non poſſit, quod hodie ſæpe contin-
git.

6 *Ad §. 1.* Ultra id quod datum eſt mutuo, non debet
reddi aliquid, licet aliud placuerit, ſed ſi placuerit, ut
minus reddatur, hoc valet. Et ipſo jure minus debetur,
*Loriottus de Tranſact. axiom. 15. l. D.* Autor *ad L. 1. nu. 2.
C. de Donat. ante Nupt.* Sic ergo qui 20. mutuo dat, ut
30. recipiat, non niſi ad 20. obligatum habet debitorem,
& fruſtra urgetur effectus inſtrumentorum liquidorum.
*Carpz. p. 2. deciſ. 146.* Autor *ad L 5. num. 5. C. Si cert. pet.*
7 Sic infauſta pacta creditorum, ut annuas uſuras primi
anni ſtatim decurtare liceat, ſimileſque. Conferatur
*Carpz. lib. 5. Reſp. 9. & p. 1. Juriſpr. for. cap. 8. d 8. & ſeq.*
8 Sed ſi non in fraudem legitimarum uſurarum quis pro-
mittat ultra ſortem, omnino ejus generis pacta hodie
9 ſuſtinentur *Grænwegen ad L. 17. ff. de pactis.* Adeoque
nihil obſtat, quo minus hodie redhoſtimenti cauſa in-
tra quantitatem conceſſarum uſurarum poſſit ultra ſor-
rem quid promitti. *conf. Bach. in Treutl. v. 2. d. 20. th. 2. lit.
10 A.* Deinde plus licet ſtipulari ratione periculi, ſi quod
mutuans in ſe recipit, *Molina de Juſt. & Jure tr. 2. d. 304.
11 numer.* 8. modo non in fraudem uſurarum quid fiat. Sic
uſuras intra quantitatem debitam ſtipulari creditorem
poſſe. apparet ex Receſſo Imp. paſſim, præſertim de ann.
1600. §. ſo viel nun dieſen. 152. *Klock. v. 2. conſ. 39. nu. fin.
12 & t. 3. conſ. 130. nu.* 38. Sic juramento ſi plus promittatur,
debet ſolvi. *c. debitores. 6. X. de Jurejur.* aut ob loci qua-
litatem licet plus ſtipulari. *l. ſi ut certo loco pr. ff. Commod.
Loriottus de Tranſact. axiom.* 20. Sed quæritur, an mu-
13 tuum danti aliquid ultra uſuras cōceſſas ſtipulari liceat?
V. gr. ut uſuras conſuetas ſolveret, & cereviſiam pro
caupona ſua non niſi ab ipſo acciperet? Hoc pactum
pro uſurario habitum & judicatum eſſe, refert *Dn. Man-
zius in cent. ſuarum dec. qu. 71.*

## Ad L. Si à furioſo. 12.

*SUMMARIA.*

*Conſumtio habet vim tranſlationis dominii, occaſionaliter, non effectivè. nu. 1. & 2.*
*An conſumtio mala fide facta operetur condictionem 3. & 4.*

Ubi

Digitized by Google

1 UBi ob perſonam dantis, qui mutuo dandi pote-
ſtatem non habet, v. gr. Furioſi vel Pupilli non
conſiſtit mutuum, ſi pecunia data conſumta ſit, re-
convaleſcit mutuum, & vitium illud emendatur. *§. ult.*
*Inſt. quib. modis alien. liceat. Hic & l. 19. §. prim. h. tit.*
2 Et ita conſumtio pecuniæ habet vim tranſlationis do-
minii, non effectivè, ſed occaſionaliter. *Zaſius hic nu.*
*12. Bachov. d. l. th. 6. Mozius de mutuo col. 1. ult. ordin.*
*numer. 13. p. 76. Card. Mantic. de tac. & amb. convent.*
3 *l. 8. tit. 3. num. 5.* Sed an operatur condictionem conſum-
tio mala fide facta? Et Aff. *Bachov. d. l. th. 6. per d. l. 19.*
4 *§. 1.* Sed videtur obſtare *l. 11. §. fin. h. tit.* & diſtinguit
*Zaſius ad d. l. 9. §. pupillus.* utrum dolus directè in re
accepta commiſſus, ut ſi fur id ſcienti mihi mutuo det,
& conſumtio non operatur condictionem, an vero alias
mala fide contra jura quid detur, & tunc aliud. *Conf.*
*Dn. Struvius d. Ex. 16. th. 16. & quos ibi citat.*

## Ad L. Nam & ſi fur. 13.

### SUMMARIA.

*An ſi alieni nummi mutuo dati, ſtatim condictio detur?*
*numer. 1.*
*An h. L. hodie antiquata? 2.*

1 SI fur aliusve alienos nummos mutuo det, non ſta-
tim contrahitur condictio certi. niſi conſumtio ac-
cedat, ſed *Grœnwegen §. primum hujus legis* putat eſſe
antiquatum; cum hodie non attendamus, unde vene-
rit pecunia. Sed conſequentia negatur; nam licet ori-
2 ginem pecuniæ non attendamus, hodieque tamen re-
quirimus in dante dominium.

## ad L. Si filiusfamilias. 14.

### SUMMARIA.

*An ſi filiusf. pecuniam mutuo acceptam ſolverit, detur*
*condictio ex conſumtione? nn. 1. & 2.*

DEclarat *legem* 12 Nam ſi in cauſa liberationis da-
1 ta, v. gr à filiofamilias ſoluta, ex conſumtione
condictio non naſcitur, neque filio, neque patri,
licet indebite ſoluta, licet extans vindicari poſſit.
Loquitur autem de conſumtione bona fide facta, u-
2 pote ſi creditor putaſſet, cum conſenſu patris fuiſſe
mutuo acceptum, habeatque ſui erroris probabilem
cauſam. Nec obſtet *l 9 §. 1. infra ad SCtum Mac. Zaſius*
*hic in fin. Pacius cent. quæſt. 65. Perez. ad tit. C. de SC.*
*Maced. num. 6.* Antinomiam agnoſcit *Wiſſenbach d 14.*
*th. 9. Conf. Hartm. Piſt. p. 3. qu. 20. nu. 13. Cujac. l. 14. obſ. 35.*

## ad L. Singularia. 15.

### SUMMARIA.

*Caſus, ubi in mutuo ex meo non fit tuum. num. 1.*
*Conciliatio cum* l. 34 ff. mandati. 2.
*An, ſi chirographum accepi, ut à Titio pecuniam exige-*
*rem, & mutuo haberem, reſtitutione chirographi me*
*liberare valeam 3. & 4.*
*Quid ſi culpa penes me ſit, quod non exegerim? 5.*
*Conſumtioni fit mutuum, quod ab initio non erat. numer.*
*6.*
*Obligatio alteri quæritur, cum ipſius nomine pecuniam*
*ſolvi. 7.*

NOn ſemper in mutuo ex meo fit tuum; v. gr. Si
1 debitorem meum emi, qui mutuum à me petit,
numerare juſſero, vel ſi aliud debitum in mutuum
convertero; nam utroque caſu per fictionem brevis
manus contrahitur mutuum; Sed ultimo exemplo
2 obſtat *l. 34 ff. Mandati &c.* Ubi quidam diſtinguunt,
an procurator pecuniam paratam habuerit, vel non, ut
de illo caſu *hanc L.* de hoc vero *d. L. 34.* intelligant;
licet quidam diſſenſionem agnoſcant. *Vid. Pacius cent.*
*3. qu. 64. & 66. Gilken ad l. 28. C. h. tit. 73. Bach. d. diſp. 20.*
*th. 3. pr. Rodericus d. cap. 11. numer. 63.* Aut. *ad L. 6. & 8.*
*num. 5. 6. ſeq. C. Si cert. pet. Et ſupra ad L. 11. num. 1. & 2.*
3 *in h. t.* Alia ſpecies mutui ſingulariter contracti, ſi chi-
rographum, quo tibi Titius obſtrictus eſt, accipiam
à te hac lege, ut exigam pecuniam, eaque utar, ac certa
4 die eam reſtituam creditori. Sed hic quæſtio naſcitur,
ſi ego exigere non potuerim à debitore, an poſſim me
reſtitutione chirographi liberare? Aff. hoc *Carpzovius*
*p. 2. dec. 129* nam mutuum hic non contrahitur, niſi ab
acceptione reali pecuniæ. *arg. L. Rogaſti. 11. pr. h. t. ibi,*
*ſi vendideris puto mutuam pecuniam factam.* Et alia mens
ſi fuiſſet, ut pecuniam eam realiter ſolveret, ſive acce-
perit pecuniam, ſive non, committeretur pravitas
5 uſuraria. Sed limitat idem *Carpzov. num. 26.* niſi culpa
penes me ſit, quod non exegerim, quod præſumen-
dum non eſt, ſed tibi probandum, quo caſu non exe-
cutive contra me ages, ſed remitti debet ad judicium
ordinarium propter facti & culpæ qualitatem, quæ ex
inſtrumento obligationis probari nequit. *Carpzov. d. l.*
6 *in fin.* Alia ſingularis mutui ſpecies eſt, quando ab
initio non fuit mutuum, ob defectum conſenſus acci-
pientis, vel dantis, ſed ex conſumtione conciliatur.
7 Alia eſt. quod in mutuo facto nomine alterius per libe-
ram perſonam quæratur obligatio & actio alteri. *l. 2. C.*
*per quas perſonas. ibique* Autor *num. 2. Mozius de Mutuo*
*in 4. col. de Natur. Mutui numer. 31. & ſeqq.*

## ad L. Si ego pecuniam. 18.

### SUMMARIA.

*Conſumtio reconciliat dominii translationem, quam diſ-*
*ſenſus in contractu impediebat. nu. 1.*
*Conciliatio cum* l. 36. de acq. rer. dom. 2.

1 DIſſenſus in ſpecie contractus impedit dominii
translationem, quam tamen conſumtio pecuniæ
reconciliat, danti tamen datur condictio pecuniæ
conſumtæ, qui tamen, ſi animum donandi habuit,
repellitur exceptione doli, quod ſecundum voluntatem
dantis conſumſerit; ſecus *in exemplis in §. 1. poſitis.*
2 Sed huic L. obſtat L. 36. *ff. de Acquir. R. D.* quam com-
muniter intelligunt de eo caſu, quando promiſſio do-
nationis præceſſit, vel quando opinio tradentis eſſet
utilior acceptanti, quam accipiens rem repudiaturus
non præſumitur *Zaſ. hic nu. 7. & ſeq. Bach. d. d. 20. th.*
*4. lit. A. Weſ. in ff. hic. num. 12. Hillig. in Don. l. 4. cap. 18.*
*Sed vid. Gœddæus de ſtipul. cap. 3. num. 7. & ſeqq. Vult. ad*
*§. 48. Inſt. de Rer. Div. Zœſ ad tit. de Condict. indeb. nu. 2.*

## ad L. Non omnis. 19.

### SUMMARIA.

*Ex numeratione non ſtatim ſequitur mutuum. num. 1.*
*Actus agentis non operatur ultra ejus intentionem. 2.*
*Producta inſtrumenta non debent præjudicare producen-*
*ti. 3.*

1 ACtus numerationis non debet operari ultra in-
tentionem numerantis, nec ſtatim contrahitur
mutuum, ſed poteſt alius numerationis ejus eſſe finis.
2 Hinc *ex principio hujus legis* colligitur regula, quod
actus agentis non operetur ultra intentionem agentis.
*Tuſchus concluſ. 125. lit. A. Carpz. dec. 42. num. 15. Ang.*
*Barboſ. lib. 1. cap. 25. ax. 37. conf. Dec in fine Rubr. de Con-*
*ſtit. Bartol. in l. ſed ſi poſſeſſori. pr. ff. de Jurejur. Vinc. de*
3 *Franch. dec. 134. nn. 7.* Sic ſolent producere inſtrumenta
cum proteſtatione, ne ſibi præjudicent. *Carpzov. p. 1.*
*cap. 17. def. 7.*

## ad L. Si Tibi. 20.

### SUMMARIA.

*An, ſi rem ita alicui donem, ut eam mihi credat, ſit do-*
*natio vera? num. 1.*
*Subtilitas æquitati poſtponenda. 2.*

1 SPecies hæc eſt, donavi tibi 100. ut ea mihi crede-
res, quæritur, an ſit donatio, an vero creditum?
Reſp. nec donationem eſſe, quia ideo non data, ut
penes te maneret. Nec creditum eſt, quia ex neceſſitate
contractus præcedentis creditur. Sed ex æquitate dici
2 poteſt eſſe & donationem, & Mutuum. Nota igitur;
ſubtilitatem æquitati poſtponendam eſſe, & eum non
videri contrahere, qui ex neceſſitate præcedentis pro-
miſſionis aut obligationis contrahit. *Tiraqu. de LL. Connub. gl. 8. nu. 186.* quod in explicatione ſtatutorum bene obſervandum.

## ad L. Quidam exiſtimaverunt. 21.

### *SUMMARIA.*

*Cur, ſi reus partem fateatur, partem neget, de hac litigare, illam actori ſolvere debeat? n.1.*

*An igitur creditor particularem ſolutionem acceptare teneatur? 3.*

*Judex debet lites diminuere, quantum fieri poteſt. n.6.*

*Judex poteſt admittere ex* Rec. Imperii *particularem ſolutionem. 7. & 8.*

REus ſi partem fatetur, partem negat, actori par-
1 tem offerre, & de altera parte litigare poteſt, ra-
tio eſt, quia prætoris eſt, diminuere lites, minuitur au-
tem, cum materia litis minuitur, ut in igne. Idem eſt
2 ſi totum petam, pars altera partem offerat. *Cujac. ad h. l. tom. 1. pag. 2194.* & ſic exceptio Regulæ, quod creditor
3 particularem ſolutionem acceptare non teneatur. *L. Obſignatione. 9. C de ſolut. vid. hic Zaſ. Card. Tuſcus concluſ. 344. nu. 6. & 9. l. 5. conf. plures allegans Georg. Schutz. in tr. de Oblat. cap. 4. num. 6. Zæſius ad tit. de ſolut. numer. 28.* Autor *ad d. L. 9. num. 2. & 3. C. de Solut.* Liquidum
4 ergo & certum Jus ſtatim eſt ſolvendum, ſed de illi-
quido aſſecuratio eſt offerenda, per nudam repromiſ-
ſionem, ſi dives, aut cautionem. *Gratus reſp. 93. numero 52. & numer. 74. lib. 1. Natta conſ. 101. num. 3. P. Greg. in Syntagm. l. 16. cap. 23. num. 1. Surdus conſ. 142. num. 8. vol. 1. & conſ. 333. numer. 42. volum. 3. Kæppen dec. 34. numer. 9. Carpzov. par. 2. cap. 25. d. 17. & Hering. de fidejuſſ. c. 13. nu.*
5 *117.* Autor *ad L. un. num. 8. C. de Quibus libertat.* Sic Vi-
duæ, quæ jure retentionis uſa erat, hæredes, cum orta
lis eſſet de quanto, diximus liquidum eſſe hæredibus,
& de reliquo illiquido præſtandam eſſe cautionem,
menſe April. Anno 1656. *Card. Molin. in tract. de Divid. & individ. par. 1. num. 12. num. 47. Sec. jun. in leg. ſtipulationes non dividuntur. 91. conf. & Buſius ad hanc legem,*
6 *qui alias limitationes refert.* Generalius autem *ex hac lege* inferunt, Judicis officium eſſe, quantum fieri po-
teſt, lites deminuere; ex quo plurima fluunt, verbi
gratia quando ſententia nullitatis arguitur, poteſt ſu-
perior de meritis cognoſcere, & ſi ſententiam repetit
juſtam, confirmabit, ſi injuſtam, reformabit. *vid. Gail. l. 1. obſer. 75. num. 6. & Mynſ. ibi citatus & Dn. Mev. par. 3. d.*
7 *232.* Colligitur *ex hac L.* poſſe judicem conſiderata ra-
tione temporum, admittere particularem ſolutionem,
præſertim poſt Receſſum Imperii de anno 1654. So
viel nun die Capitalia &c. 172. *Dn. Mev. p. 3. dec. 236.*
8 Autor *ad L. 9. num. 4. C. de Solut. Et ad L. fin. num. 2. w. Quibus mod. pign. ſolv.* item quando totius debiti ſolu-
tio pauperem debitorem ſtatim de ſtatu ſuo dejiceret,
ut ſi ruſticus propter multas calamitates onera non ſol-
viſſet, juſte factum cenſet *Dn. Mev. p. 5. deciſ. 104.* ſi ju-
beatur ſingulis annis annum & veterem cenſum unius
anni ſolvere. Colligitur etiam, poſſe aliquem petere,
9 ut is, qui injuſte pignoraverat, capita ovium & vacca-
rum viva reſtituat, & demortuorum pretium; interim
autem in continenti vivorum reſtitutio injungenda.

## ad L. Vinum. 22.

### *SUMMARIA.*

*Æſtimatio rei fungibilis quomodo ineunda ſit? nu. 1. & 3.*

*Quibus caſibus æſtimatio loco rei ſolvenda ſit? 2.*

*Quid ſi debitor ſit in mora, quomodo æſtimatio facienda? 4.*

*Quid ſi pretium rei præſtandæ interim creverit? 5.*

*Quomodo æſtimatio facienda, ſi de certo loco ſolutionis conventum? 6.*

*Idem eſt in moneta, quod in alia re fungibili, æſtimanda. 7.*

*Si nullum tempus aut locus determinatus, æſtimatio facienda ſecundum tempus, quo res petitur. nu. 8.*

*Quibus caſibus non tempus, quo res petitur, inſpiciatur? 9. & ſeqq.*

*Quid ſi poſt moram acceptus ſit fidejuſſor? 10.*

*Quodnam tempus in b. f. quod idem in ſtricti juris contractibus inſpiciatur? 14.*

1 SI æſtimatio vini, vel alterius rei fungibilis ſit ſol-
venda, quod quando fiat ex aliis LL. eſt diſcen-
dum, (ſcilicet hoc fit, ſi res debita 1. præſtari nequeat.
2 Aut 2. ob moram debitoris præſtatio creditori non ex-
pediat. Aut 3. debitor ex contumacia præſtare non velit.
*Vid. Dn. Struv. Exercit. 16. theſ. 37.* quamvis hic agatur
de debitore non exiſtente in mora; ſed difficultatem
vini ſolvendi allegante, & ſolutionem æſtimationis
offerente, ut adeo Dd. veteres temulentos fuiſſe, jocetur
*Cujac.* dum hic de mora tractant, de qua nullum hic
verbum. *tom. 1. operum. p. 2321.*) tunc ſi nihil dictum,
3 tunc ejus temporis æſtimatio facienda eſt, quo tempore
petitur i. e. lis conteſtata eſt; ſi vero tempus certum
expreſſum, tunc æſtimatio vini ſecundum id tempus
& eum locum, in quo ſolutio ex contractu facienda
eſt, regulanda erit, niſi debitor in mora. Nam tunc ſi
4 pretium rei dandæ decreſcat, æſtimatio fieret non ex
eo decremento; ſed tunc attenditur tempus illud, in
quo ex conventione res dari debuit: Sed quando
5 æſtimatio rei præſtandæ crevit, tunc incrementum
pretii attenditur uſque ad tempus ſententiæ latæ. *l. pen. ff. de condict. trit. Zaſ. hic num. 13. & ſeq. Dn. Struv. d. l.*
6 Sic ſi de certo loco convenerit, æſtimatio facienda
ſecundum pretium loci adjecti, per *h. l.* & ita pronun-
ciatum eſſe refert *Rota Gen. dec. 117. num. 4.* ubi obiter
notetur argumentum à tempore ad locum *Br. Caſtrenſ. Jaſon. &c. hic Matthæſ. ſing. 122. &c.* Et hoc non tantum
7 in vino, ſed etiam in moneta verum eſt, ſi valor mo-
netæ varius, & debitor fuerit in mora, ſi ſcilicet ju-
dicialiter interpellatus, cum hæc æſtimatio intereſſe
extrinſeci officio judicis debeatur, *per L. cum poſtulaſſem. 44. per ff. de damno inf. Berlich. p. prim. deciſ. 156.*
8 Si ergo de certo loco & tempore non convenerit, ſe-
9 cundum illud tempus æſtimabitur, quo petetur. Sed
limitatur Regula, 1. Niſi de intrinſeca bonitate loqua-
mur, *L. quod te. 3. ſupra. h. tit.* 2. Si æſtimatio per ſtipu-
lationem veniat, & jure actionis petatur, *per l. 28. ff. de*
10 *Novation.* Nam hoc caſu tempus contractus reſpicitur.
Tale enim hic petitur, quale in obligationem eſt de-
ductum. *Bachov. d. d. th. 31. lit.* B. 779. 3. Niſi poſt moram
acceptus fidejuſſor. Nam tum tempus Judicati conſide-
11 ratur *l. 22. de O. & A.* Nam videtur eſſe contrarietas
inter *d. l. 22. ff. de Obl. & Act.* & inter *l. 37. ff. Mandati;*
ſed *illa lex.* 22. loquitur de caſu, quo debitor ab initio
non dedit fidejuſſorem; ſed poſt moram, cum exigere-
tur. In *d. l. 37.* vero ſpecialis eſt ratio in actione man-
dati, ubi nec plus, nec minus, quam ſolvit, fidejuſſor
conſequi debet. *Vid. Ant. Faber. l. 16. conject. c. 7. Bach. d. t.*
& ideo hoc caſu non tempus contractus, ſed ſolutionis
12 attenditur. 4. Niſi ſuper æſtimatione rei debitæ jura-
mentum in litem ſit preſtitum, *per l. 3. §. 2. ff. commodati.* 5.
13 Niſi debitor vini ſtatim debuiſſet vinum præſtare; nam
tunc inſpicitur tempus contractus vel ſententiæ, quanti
plurimi alterutro tempore ſit æſtimatio. *l. 3. §. terti. de*
13 *actione Emti.* Notandum vero, quod nonnulli diſtin-
guant; nam quando per juramentum in litem æſtimatio
facienda, diſtinguitur inter b. f. & ſtricti Juris judicia,
ut in his tempus conteſtationis litis, in illis condem-
nationis attendatur. *l. 3. §. 2. ff. commod.* Bach. *d. l. vid. Dn. Struv. d. Diſput. 16. th. 37. Zaſ. ad h. t. numer. 26. & ſeqq. Wiſſenbach. d. 24. th. 10. & duabus ſeqq.*

ad

## ad L. Si eum ſervum. 23.

*SUMMARIA.*

*Loco rei, quæ ad alium pervenit ex lucrativa cauſa, peremta pretium repetere poſſum. num. 1.*
*Quid ſi ex titulo oneroſo ad illum pervenerit? 2.*
*Annon idem ſit, ſive res peremta, ſive vendita ſit? nu. 3. & 4.*
*Idem in commodato, quod periit. 5.*

1 PRetium rei meæ, quæ ad alium pervenit ex cauſa
luctativa, te peremta, poſſum repetere, & ſic
pretium ſuccedit loco rei. Ratio hujus deciſionis ex
regula eſt, quod nemo debeat locupletari cum alterius
damno. *L. 14. ff. de Condict. indeb.* Ergo aliud eſt, ſi
2 pretium rei meæ ad te ex titulo oneroſo pervenerit;
nam tunc neque ex rigore Juris, neque ex æquitate
hujus legis tenebetis. *Zaſ. hic numer.* 12. Sed cur dicitur
3 de ſervo peremto? Annon etiam ſervo vendito vivo
poteſt ad pretium agi? R. Negando, nam actio ex
æquitate in ſubſidium datur. Ergo cum ſervus vivus
poſſit vindicari, fruſtra ſubſidiarium *hujus legis* remedium
imploraretur. *Zaſ. hic prope finem. Petr. Peck. ad*
4 *c. locupletari. 48. prope finem. de R. J. l. 6.* Ille qui rem
meam vendidit, ſi res perierit, tenetur ad pretium reſtituendum,
ne cum meo damno locupletetur. Sed ſi
res adhuc extet & recuperari poſſit, non teneretur, quia
non certum eſt damnum meum. Unde & *Burt. in hac
Lege* dicit rem, ſi commodaverim, & tu vendideris, &
res recuperari non poſſit, te teneri ad æſtimationem.
Hæc autem petuntur per condictionem certi generalem.

## ad L. Creditor. 25.

*SUMMARIA.*

*An & quando ille, qui ad refectionem rei pecuniam mutuo dedit, expreſſam hypothecam habens, & aliis præferatur? num. 1.*
*An idem in pecunia ad rem emendum data? 2.*

1 QUi ad refectionem rei mutuo dedit, non tantum
tacitam hypothecam habet, ſed etiam Creditoribus
expreſſam hypothecam priorem habentibus
præfertur, ſi modo res refecta extet, & probetur, pecuniam
ad refectionem mutuo datam, & exinde rem
refectam eſſe. *Carpzov. part. 1. p. 187.* Autor *in C. t. de*
2 *pign. ad L. 17. nu. 2. & ſeqq.* Aliud in pecunia ad emendam
rem in mutuo data: niſi de hypotheca antequam
res emeretur, proſpexerit ſibi. *l. 7. C. qui potiores in pignore
habeantur. Carpzov. d. loc. def. 107. & ſeq. Zaſ. hic
numer. 8. Richter. de priv. credit. p. 109.* Autor *in d. L. 7.
num. 4. 5. C. Qui potior. in pign.*

## Ad L. Civitas. 27.

*SUMMARIA.*

*Civitas quando obligetur ex mutuo contractu per Adminiſtratores? nu. 1.*
*Quid, ſi pecunia verſa ſit in utilitatem Civitatis? 2. 3. & 4.*
*Quando creditor verſionem probare non poteſt, an Civitas teneatur? 5.*
*Quid, ſi Civitas ipſa, non per Adminiſtratores contraxerit? 6.*
*Quid, ſi per ſuffragia cives actorem conſtituant, qui pecuniam accipiat? 7.*
*Quid, ſi civitas omnem in ſe poteſtatem dederit? 8. & 9.*
*An requiratur verſio, ſi nudi adminiſtratores ea agunt, quæ officio ſuo incumbunt 10.*
*An, ſi civitati pecunia creditu, quam deinde Principi dedit, ſe tueri poſſit, quod non verſa? 11. & 12.*
*Quid, ſi Senatus locavit prædia, an etiam probanda verſio? 13. & 14.*
*Si culpa Adminiſtratorum depoſitum perierit, an contra civitatem agatur? 15.*
*An in dubio conſenſus civium adhibitus præſumatur, in contractu à Senatu celebrato? 16.*
*An h. L. ad alios contractus extendatur? 17.*
*Quomodo probetur verſio in utilitatem? 18.*
*Contra Adminiſtratores, & civitatem poteſt ſimul agi hoc caſu. 19.*
*Præjudicium in hac cauſa. 21.*
*Dominus, niſi verſio in rem ſuam probetur, non tenetur. 22.*

1 CIvitas, vel Eccleſia, &c. non obligatur ex mutuo
contractu per Adminiſtratorem; niſi doceatur
verſio in utilitatem civitatis vel Eccleſiæ, ipſi tamen
adminiſtratores tenentur, ſi non ſit verſa. *Vid. Hartm.
Piſt. part. 1. quæſt. 37. per totam Carpzov. pag. 2. Conſt. 6.
def. 21. Klock. conſ. 54. quæſt. 5. vol. 2. Mevius p. 3. dec. 229.
& ſeq. Menoch. caſ. 432. & alii.* Autor *ad L. unic. numer.*
2 *3. 4. 5. C. de Solut. & liber. debit. civit.* Sed ſi pecunia ſit
verſa in commodum civitatis vel Eccleſiæ, nullo modo
Adminiſtratores conveniri poſſunt, per tradita *Berlich.*
3 *p. 3. deciſ. 303. per totam.* Et quomodo contra Adminiſtratores
ſtatim vel ſucceſſive in eodem proceſſu agi
4 poſſit, videri poteſt *Berlich. part. 3. deciſ.* 304. Et creditori
igitur incumbit probatio verſionis, quæ quomodo
5 probanda ſit, tractat *Berlich. part. 3. deciſ.* 305. Quando
vero creditor eam probare non poteſt, nec Adminiſtrator,
tunc non poteſt ex inſtrumento Mutui contra civitatem
agi executive. *Dn. Mev. p. 1. dec.* 202. Autor
*in C. tit. de SS. Eccl. ad Authent. Hoc jus porrectum. nu.*
6 10. & 11. Aliud ſi non Adminiſtratores Civitatis ſoli, ſed
ipſa civitas tota fere, vocatis ſcilicet civibus contraxerit
*Coler. de proc. execut. p. 2. cap. 3. numer. 336. & ſeq.* aut
repræſentative per tribunos plebis acceperit; Nam
tunc probatione verſionis opus non eſt. *Coler. d. l. num.*
7 347. *Richter. deciſ. 71. num. 2.* Idem eſt ſi cives communibus
ſuffragiis actorem conſtituant, qui mutuum contrahat.
*Mantica de tacit. & ambit. convent. lib. 8. tit. 13.
Trentacinq. l. 1. reſol. tit. quod cujuſque reſol. 2. & Dn.*
8 *Struvius Exercitat. 16. theſ.* 18. Idem eſt, ſi civitas omnem
in ſe poteſtatem aliis dederit, ut penes eos plenum
ſit & liberum arbitrium; nam tunc non requiritur pro-
9 batio verſionis. *Dn. Mev. part. 3. deciſ.* 229. modo nihil
ſit contrarium legibus civitatis aut fini civitatis, aut
menti eorum, qui ſe ita ſubjecerunt. *Mevius dict. loc.*
10 Nec tunc verſio requiritur, quando nudi Magiſtratus,
qui tantum ſunt Adminiſtratores & Rectores civitatis,
ea agunt, quæ officio eorum incumbunt. Nam nec
tunc requiri probationem verſionis, dicit *d. l. Mevius.*
11 Quæritur autem, ſi crediderim civitati, & civitas illud
mutuo det iterum Principi vel Ærario publico, an
Civitas ſe tueri poſſit beneficio *hujus legis*, quod pecunia
non ſit verſa in utilitatem civitatis? Negant *Coler.
de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 343. & Dn. Mevius
de Areſt. cap. 8. num. 119. & Lauterbach. in diſputatione ad
h. L. civitat. cap. 2. §. 7.* Sed affirmat hos referens. *Manz.
in centur. deciſ. 1.* cujus rationes ibidem legi poſſunt.
12 Ego quidem diſtinguendum putarem, utrum nullas
uſuras perceperit civitas ex publico ærario, an vero acceperit,
ſed ob calamitatem belli accipere jam non
poſſit; ut illo caſu detur civitati exceptio, & teneatur
cedere actionem contra ſuperiorem juxta *Manzium*;
hoc vero caſu non, *juxta Dd. ſupra allegatos*, quia dum
aliquandiu uſuras accepit civitas, verſa eſt pecunia in
ejus utilitatem. Ergo locum habebit. *L. vide. num. 17. ff.*
13 *quod metus cauſa.* Hanc legem etiam Doctores ad alios
contractus applicant, Autor *ad L. un. num. 6. C. de ſolut.
& liber. Deb. civit.* v. gr. Senatus locaverat prædium
civitatis vel curiæ (nam bona curiæ ſunt civitatis; nam
curia propter civitatem, non contra, & civitate extincta
non opus eſt curia) ſine adhibito conſenſu civium,
ideo poſtea hunc contractum ex eo capite vult impugnare
conductor, ſed male, quia eſt exceptio Juris ter-
14 tii, & allegat propriam turpitudinem: Sed cives hunc

poterant allegare defectum, ſine ſuo conſenſu initum,
& Senatus quoque, ſi non hunc defectum, ſed enormem
læſionem probaret. Sic etiam ſi penes Senatum
15 quid depoſuiſſet, & culpa adminiſtratorum depoſitum
periiſſet, non datur actio contra civitatem, quia
hæc locupletior non erat facta. *Dn.Mev. p.5. dec.* 383.
16 Sanè contractum à Senatu cum conſenſu civium celebratum
eſſe, in dubio non præſumitur, quia eſt extrinſeca
ſolennitas, quæ non præſumitur. *Dn. Mevius*
17 *d.p.5. deciſ.* 385. Sed communiter recepta eſt ſententia,
*hanc legem* ad alios contractus. v. gr. venditionem non
pertinere, ſi v. gr. Cives vel Senatus diceret, pretium
in utilitatem Civitatis verſum non eſſe, ut per plures
authoritates deducit. *Berlich. p. 3. deciſ.* 302. *numer.* 9.
& ante eum *Hartm. Piſt. qu.* 37. *numer.* 51. *&* *Koppen.*
18 *deciſ.* 60. *& alii.* Verſio autem in utilitatem Civitatis
diverſimodè probatur. Nam levior probatio ſufficiet, ſi
contractus in utilitatem civitatis principaliter initus,
gravior vero, ſi non ea contrahentium intentio, ut
civitati commodum crearetur. *Dn.Mev.dec.p.5.dec.*386.
19 Poteſt autem actio contra civitatem & Adminiſtratores
ſimul inſtitui, quo caſu abſoluta civitate contra
adminiſtratores pergitur; ſi vero contra ſolam Civitatem
actum, hac abſoluta reſervatur actio contra Adminiſtratores.
*Dn. Mevius deciſ. p. 5. deciſ.* 387. Plura
*de lege hac celebri vide apud Berlichium p.3 d.*301. *& ſeq.*
20 nuperrime publici juris facta, *Bolognetum tomo* 2. *p.* 119.
& alios; habetque locum *hæc lex* etiam in pagis & villis,
quæ per Conſilium ad Adminiſtratores reguntur.
21 *Rol. à Valle vol.* 1. *conſ.* 90. *num.* 25. Subjicio præjudicium
Cameræ Brandenburg. pro majori hujus materiæ declaratione:
In Sachen eines Rahts zu L./ Klägers
an einem/ wider den Raht der Stadt zu P./ Beklagten
am andern Theil wegen 350. Thaler ſo auff Seiner
Churfürſtlichen Durchl. Befehl und Verordnung
klagender Raht/ zu den Regenſpurgiſchen Legations-Koſten
deputiret, und den Abgeordneten der Stadt
P. in Händen gegeben / dieſelbe in Seiner Churfürſtlichen
Durchl. Hoflager zu liefern/ damit ſie ad uſus
deſtinatos würcklich angewand werden möchten / gegen
die Churfürſtlichen Brandenburgiſche Cammer-Gerichts-Rähte
zum Beſcheid/ weil die Regensburgiſche
Legation nicht vor ſich gangen/ dahero dem
Kläger ihr Geld/ ſo ſie den Abgeordneten der Stadt
P. bona fide anvertrauet / billich hinwiederum geliefert
und zurück gebracht werden ſollen / ſolches aber
nicht geſchehen/ daß demnach Kläger billich zu klagen/
und das Ihre zu repetiren befugt ſeyn. Im Fall nun
dieſes Geld in commodum der Stadt P. nicht gewandt/
welches gleichwol die libri Publici zu Raht-Hauſe/
ſo dieſes Inhalts des am 4. Decembr. Ann.
1648. ertheilten Abſcheides zu produciren ſeyn / mit
mehren ausweiſen werden. So iſt zwar die Stadt
und allgemeine Bürgerſchafft ab inſtituta actione zu
abſolviren, und loßzuzehlen. Allein es haben die Adminiſtratores
ſehr übel gehandelt / daß ſie das Geld/
welches ſie Klägern zurück bringen und wieder liefern
ſollen / an ſich behalten / ſo iſt auch eine ſupina culpa
& negligentia von den Succeſſoribus in der ſtracks
folgenden Regierung geweſen/ daß ſie von den Anteceſſoribus
keine Rechnung genommen/ welches wenn
es geſchehen / die Klägere alſo fort zu den Ihren/
ohne Weitläufftigkeit gelangen können. Derowegen
denn im Fall / dieſe 350. Thl. in der Stadt. P.
commodum nicht convertiret, die Adminiſtratores in
den beyden Regierungen/ſo damals einander gefolget/
oder dero hæredes Klägeren Erſtattung zu thun/ und
das Capital ſamt den Zinß zu refundiren ſchuldig.
22 Uhrkundlich &c. Hanc legem ad omnes adminiſtratores
rerum alienarum extendit *Cothm. v.4.conſ.39.nu.*26.
quod ſcilicet Dominus non teneatur, niſi neceſſitas vel
verſio in rem Domini, mandatum ejus (ſaltem tacitum)
vel ratihabitio ſequatur. Plures *ibi refert Dd Cothman.*
& idem dicit in adminiſtratoribus *nu.* 28.

## ad L. Qui pecuniam. 30.

*SUMMARIA.*

*Mutuum ſine reali traditione non contrahitur. nu.* 1.
*Aliud eſt contractus, aliud pactum de contrahendo.* 2.
*Qui promiſerit ſe daturum, tenetur de æquitate Canon.* 3.

1 CОntractus mutui eſt realis, & ideo traditione
contrahitur: ergo quando ſpe futuræ ſolutionis
Creditori promiſi, numerationem recuſando, non
teneor, & habeo exceptionem non numeratæ pecuniæ,
de qua videantur *tit. in Cod. de Except. non numer. pec.*
2 *& ibi à me aliiſque notata.* Collige generalius, eſſe aliud
ipſum contractum, aliud vero pactum de ineundo
contractu; aliud locare, aliud locare velle, hoc non
infert contractum, ſed voluntatem contrahendi. *Dn.*
3 *Mev. p.* 4. *deciſ.* 254. Sed qui promiſit, ſe obligaturum,
vel daturum, omnino tenetur ex æquitate juris Canonici,
quo ex omni pacto dari ſolet actio. *Car. Ruinus*
*vol.4.conſ.19.numer.*14. de quo pluribus alibi. Autor *ad*
*L.*10. *numer.* 7. *C. de Pactis.*

## ad L. Cum fundus. 31.

*SUMMARIA.*

*In condictione certi à quo tempore veniant acceſſiones?*
*num.* 1. *&* 2.
*Dominus ex contractu ſervi, in quantum teneatur?* 3.

1 IN conditione certi cum ſit ſtricti Juris, acceſſiones
& omnis cauſa veniunt à tempore litis conteſtatæ.
Hæc regula paſſim traditur. Sed declarat hanc regulam
*Riminald. vol.* 3. *conſ.* 233. *numer.* 64. modo contractus
ſtricti Juris valuit; nam ſi non valuit, etiam antea
2 perceptos fructos tenetur reſtituere. Sed de hac materia
alibi agitur, maxime in *L. lite conteſtata.* 35. *ff. de*
3 *Uſuris.* Ex §. 1. notetur, ſi Dominus approbat contractum
à ſervo celebratum, tenetur in ſolidum, ſi reprobat,
quatenus in peculio eſt. Parum utile eſt, quod hic
habetur, teſte hic *Zaſio*, niſi forte ad Inſtitorem applicari
ex parte poſſit. Sed de Circuitu vitando hic notant
Dd. de quo *Vid. A. Barboſa. lib.* 3. *Loc.com.cap.*18.
*Menoch cons.* 68. *num.* 19. *& cons.* 795. *nu.* 37.

## ad L. Si & me, & Titium. 32.

*SUMMARIA.*

*Condictione certi repetere poſſum à te rem meam, quæ*
*ad te ex cauſa lucrativa ſine titulo pervenit. num.* 1.
*&* 2.
*An Dominus, cujus pecuniam fur ſuo creditori ſolvit, ex*
*h. L. contra creditorem furis agere valeat?* 3. *&* 4.
*Si titulo oneroſo ad alium res mea pervenit, an detur hoc*
*remedium?* 5.
*Quid, ſi alia via ordinaria ſuperſit?* 6.

1 HAnc Legem auream, aureiſque literis ſcribendam,
dicunt *Baldus, Pariſius & alii.* Alii ſpeculum
aureum, alii legem divinam appellant & nobilem,
quos recenſet *Hippol. Rimin. conſ.* 66. *numer.* 22.
Senſus eſt, ſi res mea vel mihi debita ad te perveniat,
titulo lucrativo, nec cauſa eſt, quare apud te permanere
debeat, eam condictione certi repetere poſſum ex
2 æquitate. Unde colligunt Regulam, ex æquitate dari
mihi actionem contra eum, qui rem meam vel mihi
debitam mala fide ſine juſta cauſa, & ita titulo lucrativo
aut nullo poſſidet. *Natta conſ.* 137. *numer.* 2. *Menoch.*
*remed.* 4. *recuper. poſſ. per tot. Klock. vol.2.conſ.*30.*num.*8.
*& ſeq. Riminaldus d. l.conſ. Hilliger. l.* 12. *capit.* 4. *lit. A.*
*& in fin.* Autor *ad L.*2. *numer.* 8. *C. Si cert. pet.* Ubi hoc
negotium ad quaſi negotiorum geſtionem refert, &
3 habet locum condictio ſine cauſa. Sed cum aliquando
fur pecuniam furto ſubreptam ſuo creditori ſolviſſet,
quærebatur,

Digitized by Google

quærebatur, an Dominus pecuniæ furtivæ, contra cre-
ditorem, qui accepit, actionem habeat ex hac lege?
Quod affirmabatur, ſi adhuc creditor habeat pecuniam;
nam tunc rectè vindicari poſſet via ordinaria; nam rem
meam à quocunque poſſeſſore poſſum vindicare: ſi
autem conſumta eſſet, non poteſt pecunia condici,
quia *lex hac* loquitur de caſu, ubi ſine cauſa res mea
penes alium eſt, ſed ibi adeſt cauſa, ſcilicet debiti, niſi
mala fide acceperit à fure ſciens eſſe furtivam, aut
conſumſerit, ut à Facultate noſtra pronunciatum die
23. Dec. anno 1665. Nam creditor, qui ſciens pecu-
4 niam ſubreptam accipit, furti particeps redditur, &
ſine cauſa pecunia apud ipſum eſt, cum pecuniam
furto ſubreptam accipere non deberet. Sic non datur
5 hoc remedium, ſi titulo oneroſo pervenerit ad te bona
fide. *Menoch. de l. Alexand. lib. 1. conſ. 92. num.* & hunc
referens *Barboſa locupl. l. 10. cap. 29. axiom.* 25. Notan-
6 dum autem, quia ex æquitate datur hoc remedium, id
non habere locum, ubi alia ordinaria via ſupereſt, ut
tradit *Cephalus conſ. 36. num. fin. lib.* 1. Nam tantum ex
æquitate datur hoc remedium extraordinarium. *Menoc.
de Recup. poſſ. in prælud. numer.* 48. quando inter partes
nihil eſt actum, & ita nulla datur actio ordinaria.
*Ruinus vol. 4. conſ. 19. num.* 2.

## Ad L. Principalibus. 33. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Præſes provinciæ, & officiales an mutuum contrahere
poſſint? nu. 1. & 2.*
*Quid ſi Præſes in patria munus gerat? &c. 3.*
*Hodie quid hoc caſu circa* Magiſtratus *obſervetur?* 4.

PRæſides Provinciarum mutuo dare non poſſunt.
1 *Hic & l. Impreſſionem. 11. C. de his quæ metus cauſa.*
Sed quid de officialibus? R. de his dicitur, quia per-
2 petui ſunt, quod mutuum contrahere poſſint, quod ad
Magiſtratus perpetuos communiter applicant *Dd. Za-
ſius hic num. 1. & 14. Treutl. diſp. 20. th. 4. lit. B.* de quo
ibidem dubitat *Bach.* cum & metus impreſſionis in
perpetuos Magiſtratus cadat, *& L. un. §. 2. de contr. jud.*
Autor *ad L. 11. num. 6. C. De his, quæ vi met. cauſ.* gene-
raliter loquatur, nec non *L. 3. C. h. tit.* Et ratio *l.* 34.
convenit quidem officialibus, ſed non Magiſtratibus,
& non eſt adæquata. Poteſt Præſes etiam contrahere,
3 ſi in Patria munus hoc gerat, vel palam ac bona fide
contrahat. *vid. hic. Zaſ. Jaſon. Doc. & alii, conf. Wiſſen-
bach. d. d. 24. theſ.* 15. Autor *ad L. 16. numer. 4. & ſeqq.
C. Si cert. pet.* item ſi ex neceſſitate famis emat præ-
dium, unde ſe alat. *Menoch. l. 2. A. Q. caſu* 182. *nu.* 29.
*quem refert. Rol. à Valle vol. 4. conſ. 56. num.* 13. Sed cum
4 hodie perpetui plerumque ſint Magiſtratus, nec tam
amplum imperium, & durante poteſtate in jus vocari
poſſint, leges hæ non adeo obſervantur, niſi concuſſio
doceatur. *Chriſtin. vol. 2. dec. 86. numer. 3. & quos allegat
Grænwegen ad l. un. C. de Contract. jud.* Autor *ad L. 3.
num. 2. & ſeqq. C. ſi cert. pet.*

## ad L. Periculum. 35.

*SUMMARIUM.*

*Mariti, tutores & Adminiſtratores differunt exactionem
debitorum ſuo periculo.*

SI debitorum nomina efficiantur deteriorata, peri-
culum pertinet ad adminiſtratorem, qui exigare
diſtulit. Ideoque hoc maritis notandum accipientibus
in dotem nomina. Nam nomina non compellendo
fiunt deteriora, ideoque culpa ab allegante probanda.
*Cujac. t. 1. p.* 1729. Hoc tutores & Adminiſtratores ci-
vitatum notent.

## ad L. Cum ad præſens. 37.

*SUMMARIA.*

*Conditio in præſens vel futurum tempus non differt obli-
gationem. num.* 1.
*Sunt hæ quaſi conditiones. 2. & 3.*
*Varia exempla quaſi conditionum. 4. & ſeqq.*

COnditio in præſens vel præteritum tempus col-
1 lata non differt obligationem, ſed ſtatim aut ali-
qua aut nulla eſt obligatio, licet figura orationis ſit
2 conditionalis. *Don. lib. 8. capit. 30. poſt. lit. C.* & ideo
ſponſiones ad præteritum & præſens tempus collatæ
propriè aleatorias non eſſe, cum per rerum naturam
habeant determinatam certitudinem, probat *Wammes.
3 conſ. 10. numer. 21. cent.* 4. Et ideo hæ in ſpeciem con-
ditiones, quæ in tempus præſens aut præteritum con-
feruntur, quaſi conditiones vocantur *ad h. L. à Cujac.
tom. 4. pag.* 1275. Sic quaſi conditionatum promiſſum
4 qui petit, non petit plus. Quaſi conditionalis promiſ-
5 ſio novat priorem obligationem, non vero ſtatim
conditionalis, *per l. præced. trigeſim. ſext. & l. quoties.
6 ff. de Novat.* Sub quaſi conditione filiusfamilias inſti-
7 tui poteſt. Poſterius Teſtamentum factum ſub quaſi
conditione, ſtatim vel rumpit, vel non rumpit teſta-
mentum; ſub quaſi conditione relictum legatum
tranſmittitur ad hæredem, quod bene notandum.
Uſuræ in ſtipulationem quaſi conditionalem deductæ
ſtatim currunt, quæ omnia in vera conditione ſecus
ſe habent.

## ad L. Lecta. 40.

*SUMMARIA.*

*Cujus legis ultas difficillimu refertur. nu. 1. 2. & 3.*
*Pactum in continenti appoſitum etiam contractibus ſtricti
juris ineſt.* 4.
*Quæ in continenti adjiciuntur, videntur ineſſe contra-
ctus.* 5.

SUmma *hujus L.* difficillimæ eſt, cujus facti ſpeciem
1 *Wiſſenbach. mox. allegando loco* explicavit, ante
quem ita etiam explicavit *Cujac.* v. g. Lucius Titius
acceptis mutuo quindecim millibus creditori ſtipu-
lanti promiſit, ſe calendis proximis ſoluturum, & ſi
non ſolverit, ſe ſoluturum ex tempore moræ centeſi-
mas uſuras vel menſuras, huic in continenti additum
pactum, quo dies ſolutionis mutata, & ſolutio in
partes & annos diviſa, quæritur, cum in pacto nihil de
uſuris dictum, an ſingularum portionum, an totius
ſummæ uſuræ ſtatim debeantur R. hoc pactum ineſſe
contractui. & ideo calendis proximis non poſſe uſu-
ras totius ſortis peti, ob exceptionem doli & pacti.
2 Ratio dubitandi eſt, quia illud pactum loquitur tan-
tum de ſorte, non de uſuris, ſed ratio decidendi eſt,
quia uſuræ debentur in hac ſpecie ex mora, ergo di-
lata ſolutione ſortis, dilata & diſtributa etiam videtur
3 ſolutio uſurarum. Ergo ſumma hujus legis juxta *Cujac.
tom. 1. pag.* 548. hæc eſt, pacto in continenti ſtipula-
tioni adjecto, dilata ſolutione ſortis, quam totam
ſolvi convenerat calendis Januarii proximis, quæ ta-
men diviſa per pactum impenſiones menſtruas, ut
quaque die impenſione ceſſatum fuerit, ex eo tempore
uſuras deberi pro rata penſionis non ſolutæ, non ex die
ſtipulationis, quia ita pactum erat, ut ob moram
4 non ob lucrum ſolverentur uſuræ. Colligunt alias *ex
hoc textu*, pactum in continenti appoſitum etiam ſtricti
Juris contractibus ipſo Jure ineſſe, & contractum in-
formare, & uſurarum curſum impedire. *Vid. hic Zaſius.
Bolognet. repetit. Juris Civilis. Rodericus de Cenſibus lib.
2. qu. 15. numer. 46. conf. Philippus Matthæi in l. 27. de Reg.
Jur. numer. 41. Gæddæus de Stipulat. cap. 8. num. 74. Fach.
lib. 2. cap. 99. Lori tus de Tranſact. axiom. terti. Mozzius
rubr. de mutuo col. 1. ult. ord. num. 27. & ſeq. ubi format
plures concluſiones. & quos refert Wiſſenbach. d. 24. th. 17.*
5 Sic colligunt, ea quæ in continenti adjiciuntur con-
tractui, videri ineſſe, de qua *Neviz. L. de pign. p. 4.
numer. 39. & ſeq.* Quæ in continenti fieri poſſint, vide
*Tiraq. de Retr. Convent. §. 1. Gl. 5. per totam.*

Ad L.

Digitized by Google

## Ad L. pen.

*SUMMARIA.*

*An, ſi ſervus calendario præpoſitus, & à Domino ex parte hæres ſcriptus ſit, creditores huic ignorantes ſolventes liberentur? num. 1.*
*Qua actione teneatur creditoribus? 2.*
*An mutuum teneat, quod interim dedit? 3.*

1 PRæpoſuit quis Stichum ſervum calendatio, i. e.
mutui contractibus in provincia, mortuus eſt
præponens, poſtquam Stichum ex parte hæredem ſcri-
pſerat; mortuo eo, teſtamentum publicatur. Interim
Stichus ignorans quædam nomine exegit, quædam
credidit de novo, quæritur ergo 1. an debitores libe-
rentur, ſi ignorarunt factum Domini? Quod aff. 2.
2 Qua actione teneatur Stichus cohæredibus? Reſp.
non familiæ herciſc. quia non geſſit, ut hæres, & po-
tuit ſuam partem ſolus exigere, ſi ſciviſſet ſe hære-
3 dem. Ergo tenetur negot. geſt. actione. 3. Quæritur,
an teneat mutuum, dum nonnullas pecunias credidit?
Reſpond. pro ea parte, qua hæres eſt, creditum va-
lere. Colligunt etiam, licet quis ſciat teſtamentum fa-
ctum, præſumi tamen eum neſcire contenta. *Menoch. conſ.* 207. *numer.* 44. *& ſeq. & quos ibi refert.* & quod de ſervo hic dicatur, filio applicat. *Vid. hac de Lege Cujac. tom.* 4. *pag.* 2022. *& ſeqq.* Autor *in C. t. de Pact. ad L.* 23. *numer.* 8. conferatur etiam *Decianus. l.* 4. *Reſp.* 7. *num.* 45. *Laur. de Pinu conſ.* 167. *num.* 5.

---

# TITULUS II.

## *De Iurejurando.*

## ad L. Rubr.

*SUMMARIA.*

*Iuramentum quid ſit? num. 1.*
*An aſſeveratio per verbum Veritatis, vel* an Eydes ſtat/ *præſtita, ſit verum Iusjurandum? 2.*
*An contraveniens promiſſioni,* bey dem Wort der ewigen Warheit/ *ſit vere perjurus? 3. & 4.*

1 JUramentum eſt Adſeveratio religioſa ſub obteſta-
tione Divini Numinis. Præſtatur autem vel expli-
cite, vel implicite per Verbum Veritatis, aut loco ju-
ramenti an Eydes ſtatt/ quæ formula omnino pro
Iurejurando habetur, niſi à ſtatuto formale Iuramen-
2 tum ſeu corporale ein Gelahrter-Eyd requiratur. *Vid.*
3 *Dn Mevius p.* 1. *deciſ.* 146. Interim quicunque contra-
venit promiſſioni ſuæ, bey dem Wort der ewigen
Warheit/ ille procul dubio perjurii reus eſt, ut rectè
*Finckelthauſ. obſ.* 116. quod etiam fatetur *Carpz. p.* 2. *dec.*
4 199. *numer.* 20. Unde nolim autor eſſe, ſive judicando,
ſive conſulendo, ut huic juratæ promiſſioni quis con-
traveniat. Conſcientiæ magis, quam corticis verbo-
rum ſtatuti habenda ratio. Tutior ſententia pro Iura-
mento facit. Deus violatæ fidei ultor eſt, Autor *ad L.* 2. *numer.* 4. *C. de reb. cred.*

## Ad L. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Iuramentum & tranſactio pari paſſu ambulant. num. 1.*
*Contra matrimonium non defertur juramentum. 2.*
*Tranſigens de crimine non capitali infamis ſit, ſecus in juram. 3.*
*Tranſactio judicialis contra matrimonium valet. 5.*

JUramenti delatio & tranſactio pari paſſu ambulant,
1 & ab uno ad alterum argumentari licet, *hic & l. Qui Iuraſſe.* 26. *§. fin. & l.* 35. *§.* 1. *h. t. Donell. lib.* 24. *C.* 12. *lit. A. Guido Papa deciſ.* 549. *numer.* 2. *Carpzov. p.* 3. *dec.* 229. *num.* 2. quod ulterius à me per partes traditum
& explicatum *in Proceſſ. civ. cap.* 23. *numer.* 2. *& multis*
2 *ſequentibus*, quibus adde matrimonium, contra quod
ut non valet tranſactio, ita nec delatio juramenti.
*Carpzovius l.* 3. *Iuriſpr. Eccleſ. d.* 39. Autor *ad L.* 6. *nu* 4. *& quint. C. de reb. cred. Et ad L.* 9. *numer.* 25. *n. h. tit.*
3 Sed manet tamen in nonnullis diſcrimen; nam de cri-
mine non capitali tranſigens fit infamis juramento ſe
4 purgans non. Et res judicata facilius poteſt retractari,
quam Juramentum, *per l.* 31 *ff. h. t. Cujac. ad L.* 2. *h. t. p.* 993.
5 Et licet Iuramentum non poſſit deferri in judicio con-
tra matrimonium; tranſactio tamen contra matrimo-
nium judicialis valet. *Carpz. d. l.* 3. *def.* 40. *&c.*

## ad L. Ait Prætor. 3. §. ult. & LL. ſeqq.

*SUMMARIA.*

*Iuramentum ex forma delationis formam recipit. nu. 1.*
*Nec addenda clauſula, quantum credo. 2.*
*Deus accipit juramentum, ut deferens intelligit. 4.*
*An jurans, ſi non habet animum ſe obligandi, in animæ foro obligetur? 5. & 6.*

IUramentum ex forma delationis formam recipit,
1 & ut delatum, ita præſtari oportet. *Carpzovius l.* 3.
2 *Reſp.* 49. *Weſenb. conſ.* 3. *numer.* 50. & quidem ſi pure
delatum, pure eſt præſtandum, nec addenda clauſula;
3 quantum credo &c. *Zæſ. ad h. t. num.* 56. Et ſic intelli-
gere debet etiam verba juramenti delati, ſicut defe-
rens intelligit, abeſſe debet fucus & æquivocatio.
Nam & Deus ita accipit, ut intendit deferens. *c. quo-*
4 *cunque.* 9. *cauſ.* 22. *qu.* 5. Unde erronea opinio Theolo-
5 gor. Pontificiorum, quos ſubinde citat ac ſequitur
*Fagundez* ad ſecundum præceptum, ſi quis jurando
aliter intelligat, vel plane non habeat animum ſe obli-
gandi, quod tunc in animæ foro non obligetur. Peri-
6 culoſiſſima hæc eſt opinio, nam ſi Deus intelligit ut
deferens intelligit, procul dubio jurans in foro inte-
riori obligabitur, quamcunque intentionem habuerit
jurans, non tamen ſemper Judex formam à parte præ-
ſcriptam ſequitur, *per l.* 34. *§.* 5. *ff. h. tit. Carpzov. parte* 1. *Iuriſpr. conſt.* 41. *def. pen.*

## ad L. Non erit juratum. 5. §. 2.

*SUMMARIA.*

*Non quæritur juramento præſtito, an debeatur, ſed an juratum ſit? nu. 1.*
*Idem in juramento voluntario. 2.*
*A ſententia pro juramento non licet appellare. 3.*
*Iudex tamen de perjurio quærere valet. 4.*
*An in neceſſario jur. nihil amplius quæratur? 5.*
*Quid ſi juramentum in contractu præſtitum? 6.*
*Ex conditione delata jurandum eſt, poſtea nihil proficietû*
*Acceptato juramento, an pœnitere liceat? 8. 9. & 10.*
*Iuramentum acceptatum non licet referre. 11.*
*An juramentum Titio delatum per ſententiam, contra quam appellavit alter, habeatur pro præſtito, Titio mortuo? 12. & 13.*
*Quid ſi nec juratum ſit, nec remiſſum juramentum? 14.*
*Nec jurans nec referens pro confeſſo habetur. 15.*

1 IUramento præſtito, non quæritur, an debeatur
ſed an juratum ſit, æquum enim eſt, ſtare conven-
tioni, quæ in delatione ineſt, nec ferendum, ut quis
infirmet, quod ipſe procuravit *Don. lib.* 24. *capit.* 17.
2 *ibi Hillig. lit. K.* Et id non tantum in judiciali, ſed etiam
in voluntario juramento locum habet, de quo *hac lex*
proptèr loquitur. *Menoch. conſ.* 217. *num.* 10. ubi *& nu.*
3 *ſeqq. ex hac lege* probat, à ſententia pro juramento lata
non dari appellationem, quia hoc tantum quæritur, an
4 juratum ſit. Autor *ad L.* 1. *num.* 5 *C. h. t.* Sed quod nihil
amplius quærendum ſit, de parte intelligendum,
nam Judex ob perjurium punire poſſet, *Cagn. ad l. ſi quis major. nu.* 128. *C. de Tranſact. in vol.* 7. *repet. nu.* 96.
5 Locum autem tantum habet in juramento utriuſque

partis

partis volnntate præſtito, non vero unius tantum, ut
in neceſſario. *Coraſ. in rep. l. admonendi.* 31. *h. t. num.* 24.
*& ſeq. conſ.* Ripa *in l. admonendi. h. t. nu.*10. *Purpuratus*
6 *conſ.*606. *num* 41. Sed ſi in contractu juramentum præ-
ſtitum, non excluditur appellatio, niſi renunciatum
ſit appellationi jurato, quo caſu abſolutione à jura-
mento opus eſſet. *Dn. Mev. p.*1. *dec.* 147. quia cauſa eſſe
poteſt juſta, cur non ſtetur juramento promiſſorio.

7 *Ad §. fin.* Ex conditione delata jurandum eſt, ut non
finita delatione juret; finitur autem, ſi ſimpliciter
delatum, nec ſtatim juratur: nam ſi diſceſſerint,
priuſquam juraret non remiſſo juramentu, nec accep-
8 tato, & ſi poſtea paratus ſit, nihil proficiet, *per h. tex-
tum & ibi Jaſ. num.* 10. *Donell. lib.* 24. *cap.* 14 *lit. Carpz.
p.* 2. *dec.* 193. *num.* 1. acceptato juramento licet nondum
præſtito, deferenti pœnitere non licet. *Dd. hic. &
Carpzov. p.* 1. *c.* 12. *d.* 4. *vid. illi, quos allegat Hillig. d. c.* 14.
*lit. A. vide mea notata ad l.* 11. *numer.* 1. *& ſeqq. C. h. tit.*
9 niſi poſt delationem & ſubſecutam acceptationem no-
vis certisque probationibus inſtruatur deferens, quas
antea non habuerat. *d. l.* 11. *Carpzov. d. l. & Struvius d.*
10 *Exerc.* 17. *th.* 39. Nec opus eſt, ut ſententia, qua jura-
menti delatio approbata, per leuterationem vel appel-
lationem fuerit ſuſpenſa, ſed ob nova inſtrumenta
etiam poſt ſententiam poteſt deferens pœnitere *per d.
l.* 11. *C. h. tit. Carpz. d. l. d.* 4. *Berlich. p.* 1. *concl.* 32 *numer.* 6.
*Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 93 ubi etiam rectè limitat, ſi deferens
11 probare velit illum pejeraturum. Nec illi, qui jura-
mentum acceptaverit, referre alteri licet. *Carpzov. p.* 1.
12 *conſt.* 14. *def.* 3. Sed ſi juramentum ſuppletorium Titio
delatum per ſententiam, contra quam appellavit Ca-
jus, Titio interim mortuo, an juramentum habendum
pro præſtito? Habetur quidem cautela *l.* 12. *pr. C. de
Rebus credit.* qua Titius, petere poterat, ut ſalva con-
tradictione ſibi jurare liceret. Sed iſta cautela quis
non eſt uſus. Verum quia contradictio injuſta prodeſſe
appellanti non debet, ob id ſolum, quod actor be-
neficio pro ſe introducto uti noluiſſet, Cajo non debet.
*Anton. Faber. l. quart. tit. prim. def.* 14. *conf.* Carpzov.
13 *l.* 1. *Reſp.* 120. *Gail. l. ſecund. obſ.* 43. Et ideo etiam ſi ſup-
pletorium juramentum tibi delatum, poſſum proba-
tionem contrarii antè præſtitum juramentum offerre.
14 *Dn. Mev. p.* 4. *dec.* 296. Et ſi juratum non eſt, nec re-
miſſum juramentum, habetur pro eo, ac ſi res in judi-
15 cium deducta non eſſet, & jurare recuſans nec refe-
rens, pro confeſſo habendus. *Carpzov. p.* 1. *Juriſpr. for.
cap.* 12. *def.* 19. *& l.* 6. *reſp.* 120. Autor *ad L.* 9. *num.* 1. *C. de
reb. cred.*

## Ad L. Remitti. 6.

### *SUMMARIA.*

*Remiſſi juramenti eadem vis, quæ præſtiti. num.* 1.
*Quid ſit remiſſio, & quando non fiat?* 2.
*Remiſſio etiam à referente fieri poteſt.* 3.
*An à pupillo vel tutore fiat?* 4.
*Plus quam homicida eſt, qui alii, quem pejeraturum ſcit, juramentum refert.* 6. *&* 7.

1 REmiſſi juramenti eadem vis eſt, quam præſtiti.
*l.* 9. *§.* 1. *h. t. & l.* 8. *C. h. t.* Autor *ad L.* 1. *num.* 1. *&*
2 17. *C. de reb. cred. & jurejur.* Remittit autem, qui ei, qui
ſuſcepit juramenti delationem & jurare paratus eſt, ejus
gratiam facit, voluntate ſuſcepti jurisjurandi conten-
tus, *per h. l.* Sed ſi ille, cui defertur, non acceptavit,
poſtea ſe offerat ad jurandum, is tamen, qui detulit,
3 jam nolit deferre, non eſt remiſſio. Hæcque remiſſio
tam à referente, quam à deferente fieri poteſt. *Struvius
Exerc.* 17. *th.* 38. & de tali remiſſione etiam accipienda
4 *l. pen. h. tit. vid. Don. & Hill. l.* 4. *cap.* 13. *lit. H.* Remiſſio
5 autem hæc non poteſt fieri à Pupillo *l.* 31. neque à Tu-
tore, quia donatio eſt, niſi poſt delationem compere-
rit, reum non debere, ne temere juretur, *arg. l.* 9. *§.* 6. *h. t.*
6 Aut. *ad L.* 1. *numer.* 18. *& ſeqq. C. de reb. cred. & jurej.*
& qui alium pejeraturum probabiliter exiſtimat, ſi
deferat ei juramentum, pluſquam homicida eſt. *capit.
ille qui hominem.* 5. *cauſ.* 22. *qu.* 5. *Hillig. d. c. lit. I.* Autor
7 *d. t. C. num.* 22. Satius eſt jurare parato remittere, quam
homicidium committere, & animam occidere; facilior
jactura pecuniæ, quam conſcientiæ, & quid tandem
lucri, ſi Adverſarius cum perjurio abſolvatur? *conf.
Carpz. l.* 3. *Juriſpr. conſiſt. def.* 50. *num.* 6.

## ad L. Etiam. 8.

### *SUMMARIA.*

*Jusjurandum an etiam ſucceſſori ſingulari proficiat? n.* 1.
*An etiam fidejuſſoribus? &c.* 2. *&* 3.

JUsjurandum præſtitum de re non tantum hæredi
1 proficit, ſed etiam ſucceſſori ſingulari; ergo ſi ven-
ditor, te agente & ei deferente juramentum, id præ-
ſtiterit, mihi emtori proficit hoc juramentum ad ex-
ceptionem, ſive agatur in rem ſive in perſonam. *Zang.
de Exc. p.* 3. *capit.* 16. *numer.* 30. *Zaſius ad l.* 7. *numer.* 6.
Et ſic competit fidejuſſoribus, mandatoribus, & pecu-
2 niæ conſtitutæ reis *Zang. d. l. numer.* 31. *& Donell. l.* 24.
*cap.* 15. *lit B.* Nec obſtat *l.* 9 *§ ult. h. t.* quia aliud eſt in eo,
qui non ſucceſſit neque in univerſum jus, neque in re
ſingulari. *conf. Zaſius in l. Ait prætor.* 3. *num.* 6 *h. t. Zang.
3 de Except. p.* 3. *cap* 16. *numer.* 30 *Donell. d. cap.* 15. *lit. B.
Cæpoll. ad tit. de Æd. l. Edicto. num.* 10.

## ad L. Nam poſteaquam. 9.

### *SUMMARIA.*

*Juramentum delatum judiciale & præſtitum dat actionem & exceptionem num* 1.
*Oritur inde exceptio litis finitæ.* 2.
*Idem in voluntario extrajudiciali.* 3.
*An hæc exceptio tranſeat in ſucceſſ rem ſingularem?* 4.
*An in fidejuſſorem?* 5. *&* 6.
*An lucrum repeti poſſit, ex perjurio alteri quæſitum?* 7. *&* 8.
*Quando juramentum remiſſum pro præſtito non habeatur?* 9.
*An in cauſa famoſa civili juramentum deferri poſſit?* 10. *&* 14.
*An in act. injur. civiliter intentata?* 12. 13.
*An ſuper exceptione ſpolii?* 15.
*An infamis deferre poſſit?* 16.
*An in famoſa actione juramentum referri poſſit?* 18. *&* 19.
*An in crimine, ubi pœna capitalis infligenda, juramentum actori reus deferat?* 20.
*An accuſator reo?* 21. *&* 22.
*Aut reus deferat ſuper ipſo delicto, aut ſuper defenſione ſua.* 23.
*An in cauſis ſtatus deferri poſſit?* 24.
*An contra matrimonium?* 25 26. *&* 27.
*An vero juram. purgationis?* 29. *&* 30.
*An pro matrimonio juramentum ſuppletorium deferri poſſit?* 31. *&* 32.
*Per juram. actio fit perpetua, ſicut per litis conteſt.* 33. 34. *&* 35.
*Minor, qui juramentum detulit, quæ probare debeat, ſi reſtitui velit?* 36.
*Minor, ſi contra omiſſam Appellationem, vult reſtitui, quæ probare debeat?* 37.
*Interdum exceptio eſt perpetua, ſed replica eſt temporalis.* 38. 39. *&* 40.
*Juramentum præſtitum non præjudicat creditoribus.* 41.
*Tam procurator, quam Defenſor poſſunt pro Domino jurare.* 42. 43. *&* 44.
*Cur procuratoris juramentum proſit Domino, non vero noceat?* 45. *&* 46.
*An, ſi is. qui juravit, rem non eſſe actoris, poſſeſſionem amittat, quam actor apprehendit, ex præſtito juram. rem repetere valeat?* 47. *&* 49.

*Aliud,*

Digitized by Google

*Aliud ſi juraſſet fundum eſſe ſuum.* 50.
*Sufficit jurare fundum eſſe ſuum, licet nullus titulus exprimatur.* 51.
*Si actor probavit dominium, & non probavit, reum poſſidere, una ſententia actor pro Domino, & reus pro non poſſeſſore declaratur.* 54.
*Qui juravit ſe eſſe heredem, ad omnia bona & acceſſiones habet actionem, ac ſi probaſſet.* 55.

1 JUramentum delatum judiciale & præſtitum vel
remiſſum, dat actionem & exceptionem, ſi de Ju-
ramento conſtet, licet actionem ipſo jure non perimat.
*Vinnius d. 8. numer. 43. Hillig. in Don. l. 24 cap. 15. lit. A.*
2 oritur tamen ex eo exceptio litis finitæ, quæ litis in-
greſſum impedit. *capit. 1. de litis conteſtatione lib. 6.*
*Seiferus de Jurament. lib. 1. cap. 25 num. 134. Carpzo. p. 1.*
*conſt. 15. def. 1 & 2 Zanger. de Excep. part 3 cap. 16. nu. 10.*
Idem in Juramento voluntario extrajudiciali. §. 4. *Inſt.*
3 *de except. Zang. num 9.* Et hæc Exceptio realis eſt in
4 ſingularem ſucceſſorem tranſiens. *l. 8. h. tit.* & ita etiam
in fidejuſſorem, per *l. 28. § fin. h. t.* vel Conſtitutorem.
5 *Zang. numer. 31. Don. lib. 24. cap. 15. lit. B. Zaſ. h. t. num.*
*46. nu. 57.* nam eadem cauſa principalis vel fidejuſſoris.
Ergo ubi eadem cauſa non eſt, alii quam qui juravit,
6 non proderit, & contra alium actio ex Juramento non
datur, quam cui juratum eſt, *per h. l. 9. §. ult. Bach. de*
*act. d. 8. th. 4. Dn. Struv. Exerc. 17. th. 50.* Reperto tamen
7 novo inſtrumento, quod jurejurando præſtito directè
ſit contrarium, tunc repeti poſſe ob perjurium lucrum,
alteri ex perjurio quæſitum, tradit. *Carpz. p. 1. capit. 15.*
8 *def. 3. per l ult. C. h. t ibique* Autor *numer.* 8. Sed aliud
dicendum, ubi nullum perjurium, & alter juravit in
facto alieno ſe neſcire; ubi non puto in foro ſoli actio-
nem dandam eſſe, ſed conſcientia ejus pungenda.

9 Quod autem in §. 1. dicitur, quod juramentum re-
miſſum habeatur pro præſtito, Autor *ad L. 1. num. 16.*
*& ad L. 4. 1. C. de reb. credit. & jurej.* id non habet locum
in iis rebus, quæ ob intereſſe publicum, vel ſine pec-
cato à deferente remitti non poſſunt, ut in cauſa ma-
trimonii, quando ſcilicet ſuppletorium aliquando de-
fertur. Autor *ad L. 1. nu. 3. 4. C. h. t.*
10 *Ad* §. 2. In cauſa etiam famoſa civili, v. gr. Depoſiti,
Mandati, furti, juramentum deferri poteſt. *Bachov.*
*ad tit. de his qui not. infam. cap. 1. pag. 769. Hillig. l. 24.*
*cap. 1. lit. Q.* Licet diſſentire videatur *Carpzov. p. 1 conſt.*
*12. def. 41.* qui forte de foro Saxonico loquitur, ut eum
intelligit *Dn. Struv. d. Exerc. 17. th. 40.* Sed correxit
*Carpz.* ſuam ſententiam *p. 3. dec. 231.* ubi tradit, in ju-
dicio famoſo etiam juramentum deferri poſſe, modo
non ad pœnam agatur; Autor *ad L. 10. numer. 1. ſeqq.*
12 *C. de reb. credit. Dn. Struvius* vero in actione injuria-
rum civiliter intentata tradit, juramentum deferri
13 poſſe, cum *Carpzovio lib. 3. Reſp. 44.* Socio tamen ex-
empla, ubi in act. crim. injuriarum, ubi nulla corpo-
ralis pœna metuebatur, fuit delatum juramentum,
14 aliorumque recordor præjudiciorum. Ideoque non
ſimpliciter approbandum, quod in famoſis & crimi-
nalibus non locum habeat juramenti delatio, maxime
vero ubi nulla metuitur pœna corporalis afflictiva.
15 *Vid. Carpz. dicta dec. 231. nu. 15. & 24.* Et ſic quæ habet
*Carpz. p. 1. conſt. 6. def. ult.* de exceptione ſpolii, quod
ſuper ea juramentum deferri non poſſit, emendanda
16 ſunt, nam ratio non concludit; hic agitur de dolo, ergo
juramentum deferri non poteſt. Sed nec ea videtur
ſubſiſtere ſententia, quam proponit *Carpzov. p. 1 conſt.*
*14. def. 6.* quod infamis non poſſit deferre juramentum.
Hypotheſis enim falſa, quod tunc delatio non habeat
locum, ubi non poteſt juramentum referri, per *c. ult. X.*
*h. tit.* & ſibi imputet is, cui delatum, ſi huc deferenti
17 referat. Colligitur *ex hoc textu*, ſententiam contra
juramentum præſtitam valere, ſi Reus non oppoſuit
18 exceptionem juramenti. *Bartolus & Zaſ. hic.* In famoſa
actione autem juramentum referri non poteſt. *cap. ult.*
*X. h. t.* Autor *ad L. 9. num. 3. C. de reb. cred.* cujus rei ratio
procul dubio eſt, quod reus actore melius veritatem
19 ſciat. *Vid. Zaſ. ad h. t. num. 21.* Secus ergo ubi uterque
habet notitiam; ut ſi te injuriarum actione conveniam;
& juramentum tibi detulerim, tu potes referre, ſi ego
dicam, me audiviſſe injurias. *Don. l. 24. capit. 21. lit. P.*
20 In criminalibus ſane, ubi pœna capitalis infligenda
eſſet, Autor *ad L. 10. num. 4. & 5. C. de reb. cred. & jurej.*
reus actori non poteſt deferre juramentum; Nam in rei
poteſtate eſſet, ſtatuere in ſe pœnam capitalem, ſi actor
juraverit. *Seif. l. 4. c. 4. num. 5. & ſeq. Beuſt. l. 3. h. t. nu. 557.*
21 *Hillig. l. 24. cap. 17. lit. I.* Si tamen pœna ſit pecuniaria,
ſecus, aut relegatio. *Hillig. d. l.* Sic etiam accuſator reo
poteſt deferre juramentum, quia ceſſat illa ratio.
*Schneid. §. 11. Inſt. de Act. num. 24. Seif. d. l. nu. 5. Hill. d. l.*
Autor *ad d. L. 10. nu. 8. C de reb. cred.* quod intelligo,
22 ubi non eſt metus gravis perjurii. Sic etiam reus in
criminalibus ſuper defenſione ſua deferre poteſt jura-
23 mentum actori. *Berlich. p. 2. dec. 297.* Hinc diſtinguen-
dum, utrum reus ſuper ipſo delicto velit deferre jura-
mentum, an vero ſuper defenſione ſua. Illud nemo
faciet, nec ſi faciet quiſpiam id admittendum, ſed hoc;
nam ſi reus non poſſit defenſionem aliter probare,
æquiſſimum hoc eſt, ut per ipſum accuſatorem probet,
& quædam reo defenſionis gratia licet, quæ actori non
licet, & ceſſat hic ratio, ob quam in criminalibus non
admittant juramentum, per *l. fin. C. de probat.* Autor *ad*
*L. 10. num. 2. C. de reb. cred.* quin hæc ratio potius jubet
admitti defenſionem per confeſſionem etiam ipſius
24 accuſatoris. *conf. Berlic. d. l.* In cauſis ſtatus non poteſt
deferri juramentum contra libertatem, ne quis ſe hoc
25 facto in ſervitutem conjiciat. Nec deferri poteſt con-
tra matrimonium, quia non eſt in poteſtate partium
dirimere matrimonium, ſi juraveris. *Schneid. d. l. nu. 26.*
*Beuſt. de Sponſal. cap. 45. Carpzov. lib. 3. Juriſpr. Eccleſ.*
*def. 44. Gail. l. 2. obſ. 94. nu. 1. Seif. d. cap. 4. nu. 7. & Hill. d. l.*
26 Autor *ad L. 6. nu. 5. C. de reb. cred.* Sed hoc ipſum tamen
perpetuum eſſe non puto, quid ſi enim petens matri-
monium nullam aliam habeat probationem, qua de
promiſſione matrimonii fidem facere poſſit? Nam
mihi non videtur abſurdum eſſe, eo caſu neganti ma-
trimonium poſſe deferri juramentum, quando ſcilicet
actor vel actrix certa ſit, nullam aliam probationem
ſibi competere, quo tamen caſu Seif. *de juram. l. 4. c.*
*4. numer. 7. in fine* juramento purgationis locum facit.
27 Sed quid ſi nulla indicia ſint probata? Sine indiciis
non defertur juramentum purgationis; Ergo ſub juſto
forte clypeo ſuccumbet actor vel actrix, ſi ad hoc ſub-
28 ſidium recurrere prohibeatur. Cæterum *de Legu 9. §. 2.*
ſenſu multum diſputat *Ioh. Igneus in rep. legis. neceſſa-*
*rio. §. non alias. parte 1. numer. 277. & ſeqq. ff. ad Silan.*
29 Sane juramentum purgationis, quin pro re nata deferri
poſſit à judice, nullum eſt dubium, de quo *Carpz.*
*d. l. 3. def. 45.* Sed hic magnum eſt periculum perjurii.
30 Ubi valde gravatus eſt reus, mallem, ſi paratus ſit ad
jurandum reus, remittere, cum probabiliter pejeraturo
ſine peccato deferri non poſſit, & ſic à nobis reſpon-
31 ſum memini. Juramentum ſuppletorium an in cauſa
matrimonii pro eodem deferri poſſit, dubitatur? ple-
rique negant, per *cap. 34. X. de Jurejur.* Carpz. tamen
32 *Juriſpr. Eccleſ.* affirmat *lib. 3. defin. 46.* Mihi ſemper pro-
babilis viſa eſt ſententia, quod regulariter non habeat
locum, niſi ubi plus quam ſemiplene probatum, vel
ſemiplenis probationibus accedunt adminicula & præ-
ſumtiones, qua de re *Cov. de matrim. p. 1. cap. 4. §. 1 nu. 8.*
*& quos refert Hillig. in Donell. l. 24. cap. 19. lit. T p. m. 1281.*
Et ſic in Facultate noſtra pronunciatum memini.

33 *Ad* §. 3. Litis conteſtatione temporalis actio, v. gr.
annalis fit perpetua, & prorogatur ad 30 annos.
*Obrecht. in tr. de lit. conteſt. cap. 10. numer. 35.* Et idem
34 effectus juramenti. *Seiferus lib. 4. de Jurament. capit. 7.*
*numer. 8.* cum habeat effectum litis conteſtatæ *Donell.*
*d. l. 24. c. 17. l. 19.* Et per juramentum aliquis conſtituitur
in mora, ſicut per litem conteſt. *Caballin. de Evict. §.*
*3. numer. 53.* quia dum reus defert juramentum videtur
litem

Digitized by Google

litem conteſtari. *Lud. Gomez in §. item ſi poſtulante nu. 5. & nu. 52. Inſt. de Act.* Sed hoc reſtringit *Gomez*, ad ju-
35 ram. judiciale. Quod ſi verum, incertum videtur, quod
poſt *Romanum in l. 1. de uſuc.* colligitur *Hippol. de Mar-ſil. 141.* quod juramentum in documento obligationis
præſtitum impediat præſcriptionem, nam de tali jura-
mento voluntario hic non ageretur.
36 Ad §. 4. Minor, ſi juret, habetur quidem pro majore,
per *Authenticam. Sacramenta puberum C. ſi adverſus venditionem*; Autor *ad L. 1. n. 6. C. Si adverſus vendit.*, ſed
ſi juramentum detulit, poteſt replicando reſtitutionem
petere, ſi non tantum probaverit, ſe fuiſſe minorem, ſed
etiam circumſcriptum, *Beuſtius n. 4. Gail. lib. 2. obſ. 41. nu.*
37 11. *Hillig. ad leg. 24. c. 12. lit. E.* Nam minor non appellans
ex eo non eſt reſtituendus, quod non appellaverit; niſi
oſtendat cauſam, ex qua vincere poſſit, & non ſufficit
dicere, ſe hoc non allegaſſe, ſed oſtendere eum opor-
tet, quod illam allegationem habeat, & ideo mirabilem
hunc textum cum Bart. vocat *Hippol. Riminaldus conſ.*
38 12. *num. 23.* Nota ergo, minorem adverſus delationem
juramenti à ſe factam reſtitui *Maurit. de reſtit. in integ. cap. 302. Sfortia Oddus de reſtit. par. 2. q. 66. art. 1. num. 1.*
39 *Zang. de Exc. p. 3. cap. 16. num. 46.* Colligitur *ex fine*, di-
ſtinguendum eſſe inter exceptionem & replicam ratio-
ne durationis; de Exceptionibus dicitur *in leg. 5. §. fin. de*
40 *Excep. doli*, quod exceptiones ſint perpetuæ, licet actio
temporalis ſit, ſed replica manet temporalis v. g. replica
reſtitutionis in integrum; ſed puto etiam exceptionem
reſtitutionis eſſe temporalem, quia intra quadriennium
petere potuit, & impetrare reſtitutionem, *vid. Dn. Mevius p. 3. deciſ. 333. & quæ notavit.* Dn. Autor *ad l. fin. C. de Temp. Reſtit. ad finem.*
41 Ad §. 5. Juramentum præſtitum non præjudicat frau-
datis creditoribus vel Tertio. Si enim fraudem credi-
torum delatum juramentum, creditoribus datur excep-
tio & replicatio doli.
42 Ad §. 6. Juramentum Procuratoris vel Defenſoris
prodeſt Domino ad actionem & exceptionem; unde
probatur, juramentum per Procuratorem præſtari poſ-
43 ſe ex ſpeciali mandato. Defenſor autem præſtabit, ſi
ei ab adverſario deferatur. Cur autem hic actio datur
44 principali ex juram. procuratoris & defenſoris? Reſp.
quia eſt actus judicialis. *vide not.* Dni Autoris *ad l. 27. §. 1. de Procurat.* Licet *Zaſius* hoc ad juramentum extra-
judiciale extendat, quod non diſplicet, quia delatio
juramenti extra judicium facta eſt quaſi judicialis a-
45 ctus. Sed juramentum à Procuratore vel defenſore præ-
ſtitum non nocet principali, ne alii per alium iniqua
46 conditio inferatur, *Zaſius hic in fine*, facilius alii pro-
deſſe, quam nocere poſſum, prodeſſe alteri placet ſum-
mo Legiſlatori, ſed nocere nunquam non diſplicet,
poteſt tamen compelli principalis, ut in perſona juret,
per *l. 12. §. 4. C. h. t. & ibi not. nu. 35. & ſeqq. & Proc. Mons cav. c. 23 n. 21.*
47 Ad §. *ult. cum duabus LL. ſeq.* Petitori in rei vindi-
catione rem ſuam eſſe juranti, contra deferentem &
ejus ſucceſſores tantum datur actio ad rem & ad acceſ-
48 ſiones; Sin autem poſſeſſor juravit, rem non eſſe acto-
ris, amiſſa poſſeſſione non adjuvatur, ſecus, ſi rem eſſe
49 ſuam juravit. Sed quid ſi juravit poſſeſſor rem non eſ-
ſe actoris, & reus amittat poſſeſſionem, petitor vero
poſſeſſionem apprehendat rei vacantis, an prior poſſeſ-
ſor poſſit ex juramento præſtito petere rem? Quod ne-
gatur, quia non juravit rem eſſe ſuam, ſed rem non eſſe
50 actoris, ex quo non ſequitur, quod ſit mea; ſecus, ſi poſ-
ſeſſor juraſſet fundum eſſe ſuum, & cecidiſſet poſſeſſio-
ne, quam ſine vitio adeptus eſſet prior petitor; nam
51 tunc haberet prior poſſeſſor actionem. Unde colligi-
tur, ſufficere juratum eſſe, rem eſſe ſuam, licet titulus
non exprimatur, & ex hoc juramento oritur actio Pu-
52 bliciana in factum: & quod data ad excipiendum ſter-
nant viam ad agendum, *Vid. Zaſius ad h. l.* Quod au-
tem hic de juramento dicitur, etiam in ſententia obti-
nere, notat *allegatis aliis Rol. à Valle l. 2. conſ. 59. num. 9.*
53 Ideoque ex ſententia declaratoria dominii reo compe-
tentis, datur executio contra reum, ſi poſt abſolutoriam
actor poſſideat, & ſi actor dominium rei probaverit, non
54 vero probaverit, quod reus poſſideat; poteſt per decla-
ratoriam ſententiam pro actore ferri ſuper dominio ejus
& ſimul reus abſolvi, quod non poſſideat; quod nota-
bile eſt. *vid. Rol. à Valle dict. conſ. & loco, & notata* Dni
Autoris *infra ad l. ſi à te 9 ff. de Exc. rei jud.* Qui petit
hæreditatem, & reo deferente juravit ſe eſſe hæredem,
ad bona etiam poſtea poſſeſſa & acceſſiones actionem
55 habet, non ſecus ac ſi probaſſet, *Rol. à Valle d. conſ. 56.* Vul-
go *ex hoc §.* colligunt juramentum probationis vim
habere *Alex. hic Ruc. collect. dec. 11.*

### Ad L. 13. §. 4. & 5. vide infra not. ad L. 26. §. ult.

### ad L. Perſonas egregias. 15.

### SVMMARIA.

*Privilegium egregiarum perſonarum eſt, ut non teneantur in judicio teſtimonium ferre. n. 1.*
*Quænam ſint egregiæ perſonæ?* 2.
*An huic privilegio renunciari poſſit?* 3. 10. 11.
*Conſiliariis Principum juramentum columnia non remittitur.* 4.
*An hodie hoc privilegium uſurpetur?* 5. & 6.
*Nobiles, Clerici, fœminæ ſeparatæ ab aliis teſtibus jurant.* 7.
*An egregiis perſonis juramentum neceſſario remittendum?* 8.
*An Clericis?* 9.
*Quomodo abſens jurare, & ejus teſtimonium conſignari debeat?* 12. 13.

1 PRivilegium hic continetur egregiis perſonis com-
petens, ut non teneantur comparere coram judice
ad ferendum teſtimonium, ſed Judex debeat eos domi
ſuæ convenire, & examinare, quod non tantum judice
volente, ſed & invito obtinet, *per verba legis. Adiunto*
2 *nator ad ſing. 789. Lud. Rom.* Quæ autem perſonæ egre-
giæ ſint, *vid. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 70. Rulandus de Com-miſ. p. 2. l. 2 c. 5. n. 7. & ſeqq. Donell. & ibi Hill. lib. 24. c. 21 lit. K. Seiſerus de Juram. lib. 3. c. 7* de Doctoribus, *Bart. Bolognenus rep. Auth. Habita. C. ne filius pro patre. nu. 68. vel.*
7. de mulieribus. *Alex. Sitat. in proc. judic. c. 17. num.* 7. de
paupere, cui inverecundum eſt domo exire. *Ludov. Romanus ſing. 173.* de Licentiaris. *Rol. à Valle v. 2. conſ. 1 nu.* 22. de Sene. *Berlich. p. 1. dec. 116. per leg. 5. de Iure immuni.*
Sed huic privilegio renunciari poſſe, evincit *Petrus Barboſ. ad l. alia. 15. §. eleganter, n. 10. & ſeqq. ff. ſolut. matr.*
4 Et licet Conſiliariis Principum Juram. calumn. non re-
mittatur, poterunt tamen domi id præſtare, *Dn. Mev. p. 5. dec. 238.* In Belgicis Provinciis non uſquequaque *hanc*
5 *legem* obſervari, niſi in fœminis eximiæ dignationis, &
in Gallia, niſi ſummis dignitatibus, notat hic *Grœnevegen.*
6 Sed in tribunali VViſmar. hoc datum refert *Dns*
7 *Mevius p. 4. deciſ. 221. & ſeq.* viduæ ſeni, nobili & ob di-
ſtantiam locorum. Et alias etiam quando juramento
conſtringuntur teſtes, ſeparandi tamen ſunt Nobiles,
Clerici, & fœminæ ab aliis teſtibus, ut ſeparatim jura-
8 mentum præſtent. *Dn. Mev. p. 4 dec. 164.* Sed quod egre-
giæ perſonæ juramentum neceſſario ſit remittendum,
9 invita parte, contra quam producitur, id vero nullibi
habetur: & Clerici renuentes jurare, fere, licet præter in-
tentionem ſuam, inſinuare videntur hanc opinionem
plebi, quaſi peccatum eſſet jurare, licet alias negent. *Dn. Mev. p. 4. dec. 265.* Autor *ad L. 12. n. 46 C. de reb. credit. &*
10 *jurejur.* Quamvis autem nonnulli putent, huic bene-
ficio utique ob reverentiam dato renuntiari non
poſſe, *ob cap. 5. de judic. lib. 6.* contrarium tamen defen-
11 dit *Covar. ad c. quamvis de pactis par. 2. princ. num. 27.* &
reſpondet ad *d. cap. 2.* quod loquatur de monialibus, in
quibus conſideratur non tantum reverentia religionis,

ſed etiam pudor ſexus. Ob abſentiam etiam interdum
is, qui jurare debet, alibi admittitur ad juramentum, ubi
deferens procuratorem conſtituere, & ſubſidiales ad
Magiſtratum loci, ubi juraturus degit, impetrare debet.
*Nov. 124. c. 1. §. ſi autem abeſſe partes & c. Berlich. p. 1. dec*
13 *117. n. 8.* Et ſic in Facult. noſtra deciſum, ubi reſponſum
eſt, reum in Germania à Procuratore conventum poſſe
exigere ab Actore principali, ut Lutetiæ extractum ex
libro ſuo faciat, & id juramento confirmet, ita die 9.
*Martii reſponſum anno 1668.*

## Ad L. ſi Patronus. 16.

### SUMMARIA.

*Juramentum Veritatis Parentibus non remittitur, bene tamen jur. calumniæ. n. 1. 2. & 10.*
*An Principi, cum ſubditis litiganti juramen. calumniæ remittatur? 4.*
*Idem in Advocato fiſci. 5.*
*An idem in Præfectis Principum? 6.*
*Quid ſi lis inter Dominum & miniſtrum domeſticum? 7.*
*An Pater, qui non confecit inventarium, juratam ſpecificationem exhibere teneatur? 8. & 9.*
*An idem in Vitrico? 11.*
*An idem in Matre? 12.*
*Quid, ſi Pater ſit notorie dilapidator aut binubus? 13?*

1 VEritatis juramentum ne quidem Parenti, aut Pa-
2 trono remittitur, per *leg. 14. h. t.* Sed aliud in jura-
mento calumniæ, quod juramentum deferens alias præ-
ſtare tenetur, per *l. 34. §. 4. h. t.* Hoc enim Patrono & Pa-
renti remittitur, per *h. L. Carpzov. p. 1. conſt. 12. defin. 24.*
Ideoque evidens vitium in *d. §. 4.* ubi pro neque legen-
3 dum æque. *Donell. lib. 24. c. 11. lit. D. Carpz. d. l. Zœſ ad h.*
*t. n. 32.* Autor *ad L. 9. n. 9. C. de reb. credit.* Licet aliter *Um-*
*mius diſp. 12. n. 35.* Ex hoc probatur, ſi Principi lis ſit cum
4 ſubditis, Principem non teneri præſtare Jusjur. calumn.
Idem in Domino & Vaſallo, per *tit. §. in quibus de con-*
*ſuet. recti feudi. Roſenthal. c. 12. concl. 13. nn. 58. Myſ. c. 1. obſ.*
5 *74. Dn. Mevius d. l.* Idem de Advocato fiſci. *not.* Dni Au-
6 toris *ad l. 5. §. 13. ff. de his quibus ut indignis.* Sed præfecti
Principum, Amtſchöſſer und Caſtner/ nuſquam excep-
7 ti, vid *Dn. Mevius d. l.* Sed quid ſi lis ſit inter Dominum
& miniſtrum domeſticum, colonum? Dominum præſta-
re non teneri, deferente id famulo domeſtico, quia li-
berto hic, ille Patrono à Dd. comparatur. ſed Locatorem
juramentum calumniæ etiam generale præſtare teneri,
8 cum hic non tantum ſit vinculum, ut tradit *Dn. Mevius*
*p. 3. dec. 278.* Ex *his textibus* etiam probatur juncta *l. 8. §.*
*4. C. de Bonis quæ liberis &c.* parentem, qui non fecit in-
ventarium, non teneri liberis juratam ſpecificationem
exhibere, quia hoc juramentum ſimile eſt juramento
purgationis, & calumniæ, quo hæres purgat præſumtio-
nem doli in omiſſione inventarii, quæ præſumtio in
9 parentem non cadit. Exhibere tamen debebit qualem-
cunque deſcriptionem bonorum, ut etiam liberis con-
ſulatur. *Weſen. conſ. 86. n. 4. & conſ. 91. in fine, & quos refert*
10 *& ſequitur Finckelth. obſerv. 76. numero undecimo.* Sed ſi
juramentum propter rem præſtandum ſit, ſcilicet quan-
do res ipſa principaliter in judicium deducitur, &
non agitur de præſumta fraude vel fide ſubleſta, om-
11 nino præſtandum eſt juramentum. *leg. 14.* Quod de
parente dictum, ad vitricum non eſt extendendum,
cui juratam ſpecificationem injunctam ſcio. Sed quod
de patre dictum, etiam in matre locum habet. *leg. 6.*
12 *de in jus voc. leg. 4. ff. de Curat. furioſ. Finckelthans*
*dict. leg. numero decimo octavo.* Superiorem regulam
13 de non exigenda jurata ſpecificatione, limitant in
caſu, ſi pater notorie ſit dilapidator, aut binubus, &c.
de quibus limitationibus plures allegatos vide apud
*Domin. Johann. Heeferum de ration. redd. loco ſexto nu-*
*mero 156. & ſeqq.*

## Ad L. Jurisjurandum. 17. §. I. & ſeqq.

### SUMMARIA.

*Deferre poſſunt juramentum illi qui habent poteſtatem litis decidendæ. n. 1.*
*An tutor deferre poſſit? 2. & 3.*
*Tutor quando defert, ipſe de calumnia jurat. 4.*
*An Procurator cum libera deferat? 5.*
*Speciale mandatum requiritur ad delationem, relationem, præſtationem juram. 6.*
*An ſi pupillus deferat, nullius momenti ſit? 7. & 8.*
*An minor poſſit? 9. & 10.*
*Quomodo curator mulieris poſſit deferre? 11.*

1 ILli ſoli poſſunt deferre juramentum, qui poteſtatem
habent litis decidendæ & remittendæ. *Donell. lib.*
*24. c. 12. lit. A.* Autor *ad L. 4. n. 3. & ſeqq. C. de reb. credit. Et*
2 *ad L. 7. n. 2. C. d. t.* Hinc Tutor & Curator poſſunt defer-
3 re. *§. pen.* ubi ratio. Sed hoc limitatur in *L. Tutor. 35. in pr.*
ubi dicitur, Tutorem tunc juramentum deferre poſſe,
quando probationes deficiunt, ut metu numinis veritas
extorqueatur ab eo qui alias abſolvendus erat. *Cujac.*
*lib. 22. obſ. 38. Carpz. p. 1. conſt. 14. def. 12. Hill. in Don. l. 24. c.*
*12. lit. I. Anton. Faber. C. h. t. def. 20.* licet agatur de prædio
impuberis, in judicio tamen; nam extra judicium fru-
ſtra de prædio minoris juramentum à Tutore deferre-
4 tur alteri. *Duar. de jurejur. c. 10. Hill. d. l.* Quando autem
Tutor defert juramentum nomine pupilli, ipſe Tutor
juramentum calumniæ præſtare debet, nec præſtatio in
tempus adultæ ætatis differri debet, *Carpzov. dec. 57.* De-
5 ferre etiam poteſt Procurator cum libera univerſorum
bonorum, vel ſpeciale habens mandatum, *§. ult. h. l.* Au-
tor *in C. t. de Transact. ad L. 7 n. 5.* unde probatur, nec de-
6 lationem, nec relationem, nec præſtationem, nec acce-
ptionem juramenti fieri poſſe ſine ſpeciali mandato,
7 *Carpz. p. 1. conſt. 12. def. 12.* Sed pupillus, licet juramentum
deferat, nullius tamen hoc momenti, *l. 1. §. 1. ff. Quarum*
*rerum actio non datur,* Autor *ad l. 1. n. 18. Et ad l. 4. nu. 2.*
8 *C. de reb. credit. & jurej.* ſed additur declaratio, ſi ſcilicet
adverſarius contendat, non fuiſſe pupillum, aut detuliſ-
ſe tutore autore, *Don. l. 24. c. 12. lit. C. & ibi Hillig. conſ.*
9 *Zœſ. h. t. n. 23 & ſeqq. Licet diſſ. Setſ. l. 4. c. 2. n. 27.* Eadem
ratio minoris Curatorem habentis, per *leg. 3. C. de Reſt.*
10 *min Gœdd. ad l. 21 n. 11. de V. S. & Hill. d. l. lit. D.* Autor *ad*
*L. 4 nu. 6. C. de reb. credit.* Sin autem adhibito conſilio
Curatoris detulit & læſus ſit, datur reſtitutio, *l. 9. §. 4. h.*
11 *t. conf. Bach. d. d. th. 7. lit. D.* Curator mulieris, ſi velit de-
ferre juramentum, ſpeciali mandato opus habet, quia
metuendum, ne fœminæ referatur juramentum, & ſi
non referatur, tamen juramentum calumniæ ipſi fœmi-
næ præſtandum, *Carpz. p. 3. dec. 229. n. 27.*

## ad L. Qui juraſſe. 26.

### SUMMARIA.

*Pupillo juramentum deferri poteſt. n. 1.*
*An idem in jur. calumniæ? 2.*
*Invito pupillo non defertur. n. 3.*
*Tutor poteſt admitti ad juram. credulitatis. 5.*
*Juramentum habet vim novationis. 6.*
*Actio inde orta nova dicitur. 7.*
*Juramentum habet paratam executionem. 9.*

1 PUpillus licet non poſſit deferre Juramentum, ſu-
pra ad *L. 17. num. 1. ſ. w. h. t.* Pupillo tamen deferri
poteſt, & ſi præſtiterit juramentum, ratum id erit, per
*h. l.* ubi ratio, & quia ſibi deferens imputet, quod non
2 idoneo detulit. Et idem in juramento calumniæ, ſi
pupillo delatum ſit, eſſe, dicit *Obrecht. de Juram. calum.*
*c. 7. num. 14. & ſeqq.* Sed invito pupillo non defertur. De
3 quo caſu intelligenda *l. 34. §. 7. h. t. Carpzov. part. 1. conſt.*
*12. def. 42. nu. 7. Don. & Hill. lib. 24. cap. 17. lit. H. Setſ. lib.*
4 *4. cap. 3. numer. 5.* Quando autem non vult præſtare, dif-
ferendum

ferendum uſque dum pubes factus fuerit. *Carpz.d.defin.*
5 *42.& ſeq.& p.1.conſt.24.def.11.* Quamvis tutorem ad ju-
tamentum credulitatis admiſſum ſæpius referat *def.12.*
*d. conſt.24.* quando ſcilicet concurrunt alii hæredes pu-
beres vel majorennes, *conf. Laurentius de Pinu conſ.138.*
*num 2.*
6 Ad §. *ult.* Juramentum habet vim novationis & rei
judicatæ, licet veterem actionem ipſo jure non tollat.
*L.9.§.1.& ult.l.13.§ 1.3 4 5. h t.l.7.§.7.ff.de Public.in rem*
7 *act.Donell.& Hillig.d.c.17.lit.T.& ſeq.Bach.ad Tr.d.d.th.*
*8.lit.D.* Actio hæc ergo ob qualitatem nova dicitur, &
ſine mentione jurisjurandi præſtiti intendi poteſt, *leg.30.*
8 *pr.h.t.* Ideoque vel in perſonam, vel in rem eſt actio ex
natura priſtinæ actionis; licet per judiciale Juramen-
9 tum, veterem actionem tolli, velit *Zæſius ad h t.n.55.a-*
*liique.* Et quia Juramentum habet paratam executio-
nem, ut res judicata, non videtur ad hunc effectum opus
eſſe ſententia. *Vid. Tiraq.in l.Si unquam 8.C.de Revoc.*
*Donat.verbo, donatione largitus num.104.Marſil.ſing.356.*
*Aſinius de exec.§.9.c.102.* licet multi de ea diſputent. *We-*
*ſenb.in ff.h.t.nu.9.& ibi Bach.& hic in Trentl.th.9.lit.E.*
*Donell.l.24.c.17.*

## ad L. In duobus. 28.

### SVMMARIA.

*Effectus juramenti tranſit ad correos & fidejuſſores. n.1.*
*Juramentum tranſit in aliam actionem, & quid hoc*
*ſit? 2.*
*Colonus, qui jurat ſe non ſucciſiſſe arbores, fruſtra conve-*
*nitur ex L. Aquilia. 3.*
*Qui jurat ſe non condemnatum, fruſtra convenitur ex ſti-*
*pulatione de judicato ſolvendo? 4.*
*Uxor quæ jurat, ſe non amoviſſe res, poteſt adhuc conveniri*
*actione in rem. 7.*
*In juramentis extrajudicialibus poſteriori ſtandum eſt.*
*8.*
*Puta, ſi ego juravi & tibi detuli juram. 9.*
*Aliud ſi eadem perſona bis juret. 10.*
*Contraveniens promiſſorio primo eſt perjurus. 11.*
*In juram.judicialibus iſta variatio non admittitur. 13.*
*In juramont. fidelitatis ſemper excipitur prior Domi-*
*nus. 14.*

1 EFfectus Juramenti tranſit ad correos ut illis proſit
vel obſit, per *h.l in pr.& §.3.* item ad fidejuſſorem.
§.1.& in aliam etiam actionem tranſit, ſi eadem quæſtio.
2 §.4.*h.L.* Id eſt, licet alia actio moveatur, quando tamen
de eadem re quæſtio, nocet exceptio rei judicatæ, ut
ſi egeris mandati actione, ſi juraverim me non teneri,
obſtabit tibi exceptio, licet actione negotiorum geſto-
rum agas. Sic ſi contra Colonum agas, actione locati,
3 quod arbores ſucciderit, ſi juraverit is, ſe non ſucciſiſſe,
fruſtra contra eum ages ex Lege Aquilia, vel de arbori-
bus cædendis. §.6.*h.l.* Sic ſi conventus actione rei judi-
4 catæ, juraverit, ſe non eſſe condemnatum, fruſtra con-
venietur ex ſtipulatione de judicato ſolvendo, §.8.*h.l.*
5 Ex quo probare ſolent, juramenti interpretationem eſ-
ſe ſumendam ex mente deferentis. *Rubeus in repet. leg.*
*Naturaliter, §.nihil commune, ff.de Adquir.poſſ.nu.259. &*
6 *ibi Accorombonus, nu.94.* Licet ſi juraverit, non eſſe com-
miſſam hanc ſtipulationem, hoc non repellat agentem
7 ex re judicata. Uxor, quæ conventa actione rerum amo-
tarum, ſi juraverit ſe non amoviſſe, non juvabitur ex-
ceptione rei judicatæ, ſi actione in rem conveniatur, §.
*7.h. l.*
8 Ad §.*ult.* Juramentum extrajudiciale ſecundum, pri-
mo eſt præferendum, & ultimo ſemper ſtandum eſt, li-
cet primo ſit contrarium, *l.16.h.t.* ſcilicet à diverſis per-
9 ſonis præſtitum, verbi gratia, ſi ego juraverim & poſtea
tibi detulerim, tunc ſtandum eſt ultimo, mihi enim de-
beo imputare, quod tibi detulerim, & meo jure quaſi
10 renunciarim. Aliud eſt ſi eadem perſona bis juret. *Joh.*
11 *Coraſ.in rep L.admonendi, h.t.nu.47. vol.1.* Sed in pro-
miſſorio contraveniens primo juramento, niſi remiſſio
ab altero, eſt perjurus. *Gail.lib 2.obſ 147.in fin. Zæſ.ad h.*
12 *t.n.62.Dn.Struvius d.Ex.17.theſ.19.* Actio in factum ex
priori juramento eliditur per exceptionem poſterioris
13 juramenti, ut in pactis. Et hic non quæritur de perjurio
ejus, qui prius juravit. Sed hoc ad judicialia non perti-
net, in quibus non admittitur iſta variatio. *Cujac.ad h.*
14 *l.tom.1.p.1004.* Aliud etiam in juramento fidelitatis di-
verſis perſonis præſtito. In juramento fidelitatis excipi-
tur Dominus, cui Vaſallus antea jam erat obſtrictus, *c.*
*1.§.contra omnes tit.hic finitur Lex.Schraderus de feudis*
*pag 6. numero 11. Roſental.de feudis capite 8.concluſ.18.*
*numero 8.*

## Ad L. Eum qui juravit. 30. in pr.

### SVMMARIA.

*Cur actor, qui jurat in actione, quæ inficiando in duplum*
*creſcit ſimplum ſolum conſequatur? num 1.*
*Quomodo duplum conſequatur? 2.& 3.*
*Quid ſi juramentum ſemel acceptaverit? 4.*
*An, ſi in probatione defecerit, ad juramentum confugere*
*poſſit? 5.*
*An in juramen. ſuppletorio ad probationes quis confugere*
*poſſit? 6.*
*Reg. Qui in uno gravatur, relevatur in alio. 7.*
*Creditor, qui tenetur aliquid in ſolutum accipere, poteſt*
*optimum eligere. 8.& 9.*
*An deferens, ſi juramen. referatur, poſſit probationibus ſe*
*exonerare? 10. & 11.*

1 SI Juramentum actori ſuper actione L. Aquil. vel
ſimili, quæ inficiando in duplum creſcit, deferæ-
tur, non duplum, ſed ſimplum conſequetur actor, quia
non eſt probatio vera ſed privilegiata, & ſufficere debet
damnum paſſo, quod relevetur onere probandi, & poſ-
ſit ſimplum habere actione in factum ex jurejurando,
2 ſed integrum ipſi eſt ex ipſa Lege Aquilia in duplum
agere, ſi onus probandi velit ſuſcipere. *Cujac. ad h. l.*
*tom.1.pag.1005.conſ. Socinus Iun.conſ.108. numero 11. vo-*
*lum.1.Cephal.leg.2.conſ.227.numero 49.* qui & in præ-
3 cedentibus de hac lege ait. Nam is, cui delatum eſt ju-
ramentum poteſt evitare præſtationem, ſi ſuam inten-
tionem velit probare, & conſcientiam ſuam exonera-
re *Carpzovius par.1.cap.14. def.14.* quod etiam in jura-
mento purgationis tractat *Carpzovius par.1. conſt. 22.*
4 *def.16.Ranchbar.par.2 qu.3.* & in aliis legalibus juram.
*Carpzov.d.l.d.20.* Limitatur tamen illud, niſi reus jura-
5 mentum ſemel acceptarit *Carpzov d 15.* Et ſi probatio-
nem recipiens in probatione defecerit, poteſt apud
Saxones ad juramentum confugere. *Carpzovius d.c.14.*
*def.18.* modo non deſeruerit probationem. *Carpz d.23.*
*& ſ.* non tamen referre poteſt. *Carpzov.d.19* Sane in
juramento ſuppletorio & diffeſſionis exonerationem
per probationes non admittit *Carpzov d c.14. d.21.&*
7 *ſ.* Colligunt *ex h. L.* regulam, quod gravatus in uno, ſit
relevandus in alio; Autor *ad L. ult. num.7. C.de Com-*
*penſ.* quæ regula multarum legum rationem decidendi
præbet. *Harm. Piſt. lib.2. parte 1.quæſt.13 numero 512.*
*Decius in l.14.numero 5.de R.I. & Axiom.Barboſ.lib.7.*
*c.12.ax.ult.Lud.Molin.de Iuſt.& Iur.c.3. diſp.697.nu 36.*
8 Autor *ad L.4.numero 3.C.de L.Aquil.* Sic creditori, qui
in defectu pecuniæ aliud pro pecunia tenetur accipere,
ſuccurritur per jus electionis, ut poſſit optimum elige-
re. *Nov.4.Manzius in patrocinio pauperum decade 2.qu.*
9 *10.numero 118.* Quod limitat *Dn. Mevius par.4.dec.272.*
modo non id eligat, ex quo ſubſidia vitæ habere debet
debitor. Ex *hac etiam Lege, juncta l.8 ff.de Condit. Inſt.*
10 *& c. 2. X. de probat.* probatur poſſe eum, cui delatum
eſt Jusjurandum, illud declinare, ſi onus probandi in ſe
ſuſcipere velit. *Bart.in leg.14.§.3. C.de non numer .pec.*
*Schneid.ad §.11.Inſt.de act.n.92.Herculanus de probanda*

*Negat.n.204.Hill.d.c.21.lit.FF.Rauchbarus p.2.q 3.nu.19.*
*Carpz.l 3.Reſp 50.n.4.Ant Fab.C.h.t.def 3.* Autor *ad L.*
*9.n.20.21.C.de reb.cred.* Aliud vero in deferente, ſi illi
referatur, *Berlich p 1.concl.35.n.11.* licet id Jure commu-
11 ni dubium. Colligitur etiam, ſi ex pacto aliquis probare
debuit, non intelligi probationem privilegiatam per ju-
ramentum. *Dn. Mev.p.5.dec.17.*

## Ad L. Admonendi. 31.

### *SVMMARIA.*

*Juramentum deciſorium eſt vel judiciale, vel neceſſarium ſeu ſuppletorium. n.1.*
*Cui deferatur ſuppletorium?* 2.
*Si uterque ſemiplene probavit, reo defertur.* 3.
*An in cauſis arduis locum habeat?* 4.
*Quænam ſit ſemiplena probatio?* 5.
*Judex hoc deferre tenetur.* 6.
*Quid ſi dubitet judex, an ſemiplene probatum ſit?* 7.
*Quare facilius alter ad probationem admittatur, ſed adverſario delatum hoc juram?* 8.
*Semiplenis probationibus aſſimulantur præſumtiones, in quibus etiam juram.purg.locum habet.* 9.& 10.
*An ſi alia probationes habeantur, ad hoc juramen.decurrendum?* 11.
*Quænam ſint ſex requiſita, quæ hic concurrere debent?* 12.& *ſeqq.*
*An is, qui non eſt integra fama, admittatur ad hoc juram.?* 13.
*An in matrimonialibus?* 14.
*Ex juram. neceſſario condemnatus poteſt coram eodem judice contrarium probare.* 15.
*An ſuper credulitate admittatur?* 16.
*Juramentum neceſſarium poteſt retractari propter inſtrumenta reperta, ſecus in judiciali.* 17. 18. 19.
*In juramento judiciali probatio per teſtes non admittitur.* 21. 22.
*An contra juram. jdic. quis reſtitui poſſit ex enormi læſione?* 23.
*An jurament. ſuppletorium ex officio judex deferre poſſit?* 24.

1 DUplex eſt juramentum deciſiorium, aliud quod
pars defert, quod vocatur judiciale; aliud vero,
quod judex uni injungit ob inopiam probationum,
quod vocant ſuppletorium; alii neceſſarium, quamvis
etiam purgationis juramentum ſuo modo neceſſarium
2 dici poſſit. Autor *ad L. 1. numero* 10.& 14.*C.h.t.* Hoc
ſuppletorium juramentum, juxta communem & in foro
receptiſſimam ſententiam, defertur ei, qui ſemiplene,
aut, pluſquam ſemiplene, non tamen plene probavit.
*Carpzov.par.1.conſt.23.def.3.Hill.l.24.c.19.lit.* D.
plures allegans & *Setſerus de juram.lib.4.c.11. Vinnius*
3 *d.l.n.24.* Quod ſi uterque ſemiplene probaſſet, & non
ſit differentia inter perſonas, nec una altera fide dignior,
legalior, &c. quod rariſſime forte contingit, tunc in
dubio reo deferetur, quod *ex hac etiam lege* probatur.
*Jaſon hic numero* 260.*Menoch l 2.A.Q. caſu* 190.*numero*
19.*Vinnius d numero* 24.*Frank. h.t.num.*131. *Dn Struv.*
4 *numero* 44. Sed in cauſis arduis locum hoc non habet,
*Gail. lib.1. obſ.* 108.*num.11.Struv.d.l.Myſ.cap.1.obſ.68.n.*
*4.Hillig.d.cap.19.lit.Y.* Autor *ad L.3.num.4.& ſeqq C.de*
5 *reb.cred.& jurejur.* Pro ſemiplana habetur, ſi quis duos
teſtes non idoneos pro ſe habeat, *Dn.Mevius p.3. dec.*
402, imo etiam gravis præſumtio. *Menoch. lib.1.de praſ.*
6 *q.82.* Et judex ex officio id deferre tenetur. *Dn.Mevius*
*p.3.dec.417.* alias juſte appellaret is, qui ſemiplene probavit.
*Dn.Mevius p.4.deciſ.5.* ſicut & juſte appellaret,
cujus adverſarius ad juramentum neceſſarium ſine ſemi-
7 plana probatione admiſſus. Imo in dubio, ubi dubitat
Judex, an ſemiplene probatum, præſtat ſequi regulam,
actore non probante, reum abſolvendum eſſe; Autor
*ad d.L.3.C.d.t.nu.1*, quam ut ad juramentum ſuppleto-
8 rium decurratur. *Dn.Mevius p.4.dec.*155. Et facilius alter,
ſi adverſario delatum hoc juramentum, ad probationem
ſe offerens audiendus, quia melius eſt perjurium
impedire, quam commiſſum probare & vindicare. *Dn.*
9 *Mevius p.4.dec.*2961. Semiplenæ probationi aſſimilantur
præſumtiones, non tantum Juris, ſed & aliæ, ita concludentes,
ut Judici fidem faciant, & inſtar ſemiplenæ
probationis ſe habeant, *Dn.Mevius p.5.dec.*173. *& dec.*
282. Si tamen eæ præſumtiones infirmiores videantur,
10 quam ut ſemiplenam probationem efficiant, juramento
11 purgatorio locus *Dn.Mev.d.l.* Et ubi alia probatio haberi
poteſt, ad hoc juramentum non eſt decurrendum,
quia ob inopiam probationum hoc ſaltem defertur. *Dn.*
12 *Mev.p.5.dec.*281. Sex autem requiſita juramenti neceſſarii
ponit *Myſ.cap.1.obſ.68 conf.Dn.Richter vol.1.conſ.4.*
[1] Ut ſemiplene probatum ſit. *Dd ad l.3.C.h.t.ut Bart.*
*in princ.Bald.n.1.Salyc.n.5.Sichardus n.13.Gilken n.8.&*
*Dn. hic* de quo jam actum, modo ſcilicet vere & neceſſario
concludat. [2] Ut Juraturus ſciat veritatem
per ſenſum corporis. *Beuſt.ad h.l.n.*174. & 215.*Menoch.*
*arb.q.caſu* 190.*num.5.Setſerus de juram.l.4.c.13 num.7.&*
*cap 12.num.17.* [3] Ut ſit integræ famæ. Nam qui in-
13 tegræ famæ non eſt, & in ſpecie perjurus, is ad juramentum
admitti non debet, *c. unius. c.22.quaſt.15 c.non poteſt.c.2.q.7.Myſ.cent.3.obſ.58.*
ubi id ad ſpoliatum & ad
*l.ſi quando. C. unde vi.* extendit. [4] Ut cauſa non ſit
ardua. Autor *ad L.6.nu.3 C.de reb.cred.& jurejur.* Sic in
14 matrimonialibus, quia cauſis ſtatus adſimulantur, non
admittitur juramentum ſuppletorium, ne quis in matrimonium
invitus detrudatur. *Maſch.concl.*1034. *Beuſt.*
*in h.l num.*269 *Carpz.p.1.cap.22.d.3.n.3 Dn. Richter dec.*
8.*num* 39. [5] Ut talis ſemiplena probatio aliqua præſumtione
non diluatur. [6] Ut tale juramentum ſit petitum;
ſed hoc non eſt neceſſarium, ſicut & in arduis
interdum admittitur, ſi plus quam ſemiplene probatum.
*Craveita conſ.73.n.26.& conſ.198.n.10.Rol. a Valle*
*conſ.26.num.23.Natta conſ* 305.*num.5. Bocr.dec* 85. Autor
15 *ad L. 3.num.6.& ſ.C. de reb.cred.& jurejur.* Sane ſi ex
jurejurando neceſſario condemnatus quis, non opus
habet appellatione, ſed poteſt condemnatus, ſi contrarium
velit probare, ſcilicet hoc caſu, coram eodem Judice
producere documenta. *Dn.Mev p.1.dec.*13. Autor
16 *ad L.12.nu.34.C.d t.* Quamvis autem ſuper credulitate
etiam *Carpzov.p.1.Juriſpr.cap.23.def.8.* hoc juramentum
præſtari velit, id tamen ab aliis non admittitur, quia
ſi teſti de auditu deponenti non creditur in re aliena,
quanto minus in re propria? *vid. Pru km. volum.1. conſ.*
10. *num.93.* & 118. & 121. & 123. & *volum.2. conſ.*18 *nu.*
10.*Setſ.de juram.l.4 c.17.num.17.& c.13 num.7.* Et Dd. à
Carpzovio allegati de judiciali juramento loqui videntur.
17 tur. Traditur autem hic inſignis differentia inter ſententiam
latam ex juramento judiciali à parte delato, &
inter eam, quæ ex juramento neceſſario ceu ſuppletorio
à judice delato lata eſt; nam hæc poteſt retractari, propter
inſtrumenta noviter reperta, idque ope reſtitutio-
18 nis in integrum fieri putant. *Trentac.tit. de confeſſis. reſol. 1.nu.34. Tholoſ.de App.l. 2.c.13.nu 3.Dn.Mevius par.*
*1.dec.13.Schrader.in hujus l.repetit.numero* 85.*Oddus de*
*Reſtit.qu.74.art.5.Setſer.l.4.c.17.n.13.Donell.l.24.c.19.lit.*
GG, Autor *ad L.1.nu.31.31.C.de reb.cred.& jurejur.* Et *ad*
*L. 4.num.3.C.de Re judic.* licet hoc neget *Carpzov.par.*
*1.c.15.d.5.* Jurare autem debet, ſe inſtrumenta noviter
19 repperiſſe, *c.Paſtoralis, 4. X. de Except. Hillig.in Donell.*
*d.l.lit.*CC.& intra quadriennium. *Schrad.numero* 134.
An coram arbitrio locum habeat, vid. *Paris.l.1.conſ.76.*
*numero* 15. qui id aff. & in juramento ad deſignandam
quantitatem. *Paris.d.l.numero* 14.& 16. Sed aliud
20 in juramento judiciali, quod habet vim tranſactionis,
[excipitur caſus, ubi juramentum delatum in cauſa teſtamentaria
tabulis inſpectis *l.fin.C.h.t. ubi notata* Dn.
21 Autoris *numero* 3. & 9.] Et quia *h. l.* excluſive ſequitur,
probatio per teſtes non admittetur, *Hillig.dict.l.*
*lit. Ff.Setſerus d.cap.17. numero 9 conf.Struv.d Exerc.17.*
*th.55.& ſeqq.Fachin.l.11.cont.c.27.& Cæſius nu.52.& ſeqq.*

ubi

22 ubi non putat, opus eſſe reſtitutione, ſed verius eſt opus eſſe, aut certe tutius. Sed poterit quæri, an, contra præſtationem juramenti quis poſſit reſtitui, ex dolo in re
23 vel enormi læſione? Id quidem aff. *Mynſ. cap. 5. obſ. 59. & alii quos refert. Hillig. l. 21. c. 13. lit. Aa.* Sed verius eſt non dari reſtitutionem, ſed ſi læſio enormiſſima, poſſe peti à ſuperiori relaxationem cauſa cognita. *Guttierez. ad d. Auth. Sacramenta puberum. n. 96. Franzk. l. 2. reſol. 4. n. 11. Covarr. in c. quamvis. p. 3. §. 4. num. 7. & ſeqq.* Sed quæritur
24 hic, an Judex ex officio hoc juramentum non petitum deferre poſſit, ſuppletorium ſcilicet? Et aff. ac ex verbo exacto hic colligunt. *Vid. Gail. d. obſ. 108. n. 4. Fachin. l. 1. c. 16. Carpz. p. 1. c. 23. d. 1. Hill. d. c. 19. lit. X.* Hæc Lex multoties repetita & ampla dote elocata *vol. 2. rep. a Rainerio, Catene, Sacho, Caccialup. & aliis.*

## Ad L. Qui per Salutem. 33.

### *SUMMARIA.*

*Cur qui legitime non juravit, denuo jurare debeat? n. 1.*
*Idem in examine teſtium non legitime facto. 2.*

1 SI quis non legitime juraverit, denuo jurare debet. Nam ubi requiritur certa forma, per æquipollens ea ſuppleri non poteſt. *Tiraq. poſt Leges connub. gloſſ. 7.*
2 *num. 88. Jaſon. ad l. 2. numer. 18. ff. de lib. & poſth. Parіſius conſ. 41. num. 15. l. 4.* Ita etiam examen teſtium ubi vitioſum, repetitio teſtium neceſſaria. *Paul. de Caſtro ſing. 26.* Sed Tiraquel. *numeris præcedentibus* ait, defectum formæ non poſſe ſuppleri per juramentum; in eo ipſi non aſſentior, de quo alibi, propter *cap. ſi contingat. Extra. de Jurejur.*

## Ad L. Jusjurandum. 34. pr.

### *SUMMARIA.*

*Cui juramentum defertur, poteſt ad jurandum ſpatium petere. n. 1.*
*Quid ſi dicat ſe ignorare rem? 2.*
*Procurator & defenſor quare non cogantur jurare? 3.*
*Si tamen præſtitum, Dominus habet actionem utilem. 4.*
*An Dominus, cui delatum juramentum in perſona præſtandum, per procuratorem id præſtare poſſit? 5. 6. & 7.*
*Qui refert juram. de calumnia jurare debet. 8.*
*An citatus ex L. diffamari jurare & cavere debeat? 9. & 10.*
*Si non vult jurare de calumnia, Principale juram. pro præſtito habetur. 11.*
*An in juram. legali delato, juram. calumniæ præſtandum? 12. & 21.*
*An in eo, quod judex defert? 13.*
*An referens juram. id præſtare teneatur? 14. & 20.*
*An is, cui defertur, teneatur petere juramentum calumniæ? 15.*
*Judex formam jurament. præſcribit, cum inter partes non convenire poteſt. 16.*
*Cum unus novit veritatem, relationi non eſt locus. 17.*
*Cui defertur juramentum, aut præſtare, aut referre debet. 18.*
*An deferens relatum probationibus declinare valeat? 19.*
*Caſus, ubi relationi non eſt locus. 21. 22. 23. & 24.*
*Qui nec præſtare vult, nec referre juramen. quando cauſa cadat? 25. & 26.*
*Juſtæ cauſa recuſandi quænam? 27.*
*Cauſa cadit, qui relatum præſtare non vult. 28.*
*An, cui delatum juramentum, alteri facultatem jurandi cedere poſſit? 29.*

1 IS, cui Juramentum defertur, poteſt ad jurandum ſpatium petere, ſi de facto aliquo certus omnino non ſit, ac periculoſum referre, idque ex *Carocio* in judiciis obſervari, tradit *Setſer l. 4. cap. 5. num. 24.* Autor
2 *ad L. 12. num. 25. C. de reb. cred.* Quam cautelam conſcientiæ optimam omnibus ſummopere commendo. Sed ſi ſe ignorare dicat reus, poterit inſtante eo, qui detulit, compelli, ut de credulitate vel de ipſa ignorantia juret *Dn. Richter part. 2. dec. 99. num. 158. Carpz. p. 1. cap. 12. def. 41. quos citat. & ſequitur Dn. Struv. d. Exerc. 17. th. 34.*
3 Ad §. 3. Procurator & defenſor non cogitur jurare, quia probabilem facti ignorantiam habet, *ex arg. l. 4. tit. ſeq. de in litem jurando. Setſer. leg. 4. de Juram. cap. 3.*
4 *num. 19.* Autor *ad L. 5. num. 4. J.C. de reb. cred. & jurej. Et ad L. 12. num. 25. C. d. t.* Si tamen procuratori delatum juramentum, & ab hoc præſtitum, Domino datur exceptio & actio utilis *l. 9. §. pen. & l. fin. h. t. Zaſ. h. t. num.*
5 *42.* Illud eſt quæſtionis, ſi Domino deferam juramentum hac conditione, ut id in propria perſona præſtet, an poſſit per procuratorem habentem ſpeciale manda-
6 tum præſtare? Et licet nonnulli ſint, qui hoc ſtatuant, & in hoc diſcrimen inter Jus Civile & Canonicum conſtituant: Id tamen verum eſt tantum in juramento calumniæ, per *c. fin. de juram. calumn. lib. 6.* quod eſt credulitatis, & juramento fidelitatis *cap. 1. §. verum. de ſta-*
7 *tu relig. lib. 6.* In juramento deciſorio non memini textus id concedentis & inter fidem ac religionem hujus vel illius multum intereſt, & experientia docet, facilius homines errore non excuſando per alios, quam in propria perſona jurare. Et deferens ipſius Domini fidem ſecutus eſt juramentum etiam ex conditione delata præſtandum. *Facit l. 21. §. 5. ff. de Nox. action.* Et ita ſentiunt *Bald. in l. 12. §. 4. n. 2. C. h. t. Donell. l. 24. c. 22. ibique Hillig. & quos citat ibi. & Zaſ. ad h. t. n. 42.*
8 Ad §. 4. Omnis qui defert juramentum, antequam alter præſtet, tenetur prius de calumnia jurare, ſi adverſarius id exigat. *hic & l. 37. h. t. Setſerus leg. 4. cap. 5. Carpz. par. 1. conſt. 12. def. 23.* Autor *ad L. 9. num. 1. C. de reb. cred. & jurej.* non tamen patronus, per *hunc* §. 4. quod etiam in vocato ex practica *Legis diffamari* locum ha-
9 bet, nam diffamator quia ſe ad agendum adſtrinxit, non minus ac alius actor petitum juramentum calumniæ
10 præſtare debet *Dn. Mevius par. 3. dec. 277.* ſcilicet generale juramentum calumniæ, de quo loquitur, & multo magis hoc ſpeciale, ſicut etiam cavere debet, ſi non ſit poſſeſſionatus. *Carpzovius par. 1. cap. 5. def. 28.* Si autem is, qui detulit juramentum judiciale, jurare nolit, vel ad hoc citatus non compareat, juramentum principale pro remiſſo, & ita effective pro præſtito habetur, per
12 *l. 37. h. t. Carpzov. d. cap. 12. def. 28. numero 4.* Sed in juramento Legali hoc jur. calumniæ non exigitur, quod
13 creditores hæredi ſuper inventario deferunt. *Carpzov. def. 26. Setſerus d. c. 5. numer. 23.* & quod Judex defert
14 verbi gratia juramentum purgationis, & ſuppletorium, *Carpz. par. 1. conſt. 12. d. 25.* nec referens tenetur præſtare.
15 *§. 7. h. l.* ubi ratio. Nec deferens præſtabit, ſi nulla adſit præſumtio calumniæ, ut ſi habeat pro ſe inſtrumentum liquidum. *Dn. Mevius par. 6. deciſ. 204.* Quæritur vero, an cui defertur ante ſententiam, teneatur petere juram. calumniæ? Quod negat & judicatum affirmat *Hartm. Piſter. par. 4. q. 14. per totam.* de probatione quod hic dicitur, & de notabili vitio Florent. Edit. vide ſupra *l. 16.*
16 Ad §. 5. & 8. De qualitate & forma juramenti præſtandi, ſi partes convenire non poſſint, qualitatem juramenti Judex præſcribet; Nam ita formandum juramentum, ut præſtitum relevet. *c. 26. X. h. t. Setſer l. 4. c. 3. num. 38. & ſeq. Carpzov. par. 1. cap. 15. d. d.* Et quando is,
17 cui defertur juramentum, tantum ſcit veritatem, aut longe melius quam deferens, referri non poteſt. *hac l. 34. § 8. Carpz. d. c. 12. def. 40. & ſeq. Dn. Richter dec. 62. num. 31.* quos ſequitur *Donell. l. 24. c. 21. lit. O. Pruckm. vol. 1. conſ. 2. num. 472. Dn. Struv. d. l. th. 34.* Et hoc caſu præciſe ab eo, cui delatum, præſtandum eſt *Menoch. leg. 2. A. Q. caſu 189. num. 8. Fach. l. 1. cap. 21. Setſer. l. 4. cap. 3. num. 41. Vmmius d. l. num. 52.* Autor *ad L. 9. num. 15. C. de reb. credit.* & prolixe hoc probat *Cravetta volum. 2. conſ.*

203.*per totum*, licet neget *Natta conſ.*35. unde corruit,
quod dici ſolet, poſſe eum excuſare à juramento, qui non
poteſt referre.
28 Ad §. 6. & *ſeqq.* Is, cui defertur juramentum, aut præ-
ſtare, aut referre tenetur, quod ſi neutrom velit facere,
in eo puncto, ſuper quo juramentum delatum, pro con-
19 feſſo habebitur, per §. 6 Sed quid ſi deferens nolit re-
latum præſtare, an intentionem ſuam probationibus
defendere poteſt? Negari videtur hic, quia hanc viam
20 ipſe elegit, quod in Sax. Electoratu peculiari conſtitu-
tione approbatum. *Carpzovius p.* 1. *c.* 14. *def.* 4. Autor
*ad L.* 9. *num.* 22. *ſeqq.* C. *de reb. cred.* Sed teneturne refe-
21 rens jurare de calumnia? Neg. *hic in* §. 7. Sed deferens
utrumque juramentum præſtabit *Carpzov. d.c.* 14. *def.*
5. Sane quæ de relatione delati juramenti hic dicun-
tur, in juramento à parte delato locum habent, non ve-
22 ro si à Lege vel Judice deferatur, ut juramentum pur-
gationis vel neceſſarium. *Carpz. d.c.* 14. *def.* 7. Neque id
23 quo deſignatio bonorum confirmatur. *Carpz. def.* 8 Idem
tradit in juramento diffeſſionis *Carpzov d.* 9. Et in jura-
mento, quod alteri ſuper proprio facto defertur, wenn
die Klage allein in ſein Gewiſſen geſchoben wird.
24 *Carpz. d.c.* 14. *def.* 10. quod concedo in terminis *c. ult. X.*
*h. t.* & ubi deferens habet probabilem ignorantiam fa-
cti alieni. *L. Marcellus* 11. §. 1. *Rerum amot.* & hoc ampliat
*def.* 11. *Carpz.* licet etiam ſcientiæ adverſarii res commit-
25 tatur. Qui igitur nec præſtare vult juramentum, nec re-
ferre, cauſa cadit, i. e. actor ſi nolit, reus abſolvitur, Reus
ſi nolit, condemnabitur. *hic & l.* 38. *h. t.* *Donell. lib.* 24. *c.*
23. *Carpz. lib.* 6. *Reſp.* 120. *Setſer. l.* 4. *c.* 5. *nu.* 4. niſi habeat
juſtam cauſam recuſandi, quo caſu appellare poteſt. *l.* 12.
§. 2. C. *h. t. ibique* Aut. *n.* 19. & 20. Juſta cauſa eſt, ſi cauſa ſit
26 criminalis proprie, ſi velit reus ad probandum contra-
27 rium ſe offerre *c.* 2. *X. de probat. Zæſ. n.* 41. Si deferens no-
lit jurare de calumnia; §. 4. *h. t.* Similis pœna ejus eſt, qui
28 relatum juramentum non vult præſtare. Pœna autem
tamdiu locum non habet, quamdiu is prætendit ali-
quam excuſationem. Nam quamdiu diſputatur, an jura-
re debeat, non currit terminus. *Dn. Mevius p.* 5. *dec.* 411.
29 Colligitur etiam ex §. 6. eum, cui delatum juramentum
eſt, alteri per ceſſionem ſui Juris id cedere (facultatem
Jurisjur.) non poſſe. *Berlich. p.* 1. *dec.* 165.

## Ad L. Tutor. 35.

### *SVMMARIA.*

*Tutor & alii adminiſtratores an & quando juramentum deferre poſſint? n.* 1. & 2.
*An relatum præſtare debeant?* 3.
*An Prodigus deferre poſſit?* 4.
*An infamis deferre poſſit?* 5. & 6.
*An poſſit referri ei?* 7.

1 TUtor Juramentum non facile deferet, niſi omni-
bus probationibus deficientibus. *Carpzov. p.* 1. *c.*
14. *def.* 12. Et hoc etiam in aliarum rerum adminiſtra-
toribus locum habet, ut v. g. Civitatis curator, vel Oe-
2 conomus Eccleſiæ, vel Rector Academicæ non poſſit
aliter juramentum deferre, niſi deficientibus probatio-
nibus. *Zæſ. ad h. t. num.* 23. Quid ſi vero tutori referatur?
3 Omnino relatum præſtandum eſſe, tradit *Carpz. d. c.* 14.
*d.* 13. ſi ſcilicet ſcientiam habeat negotii, aut aliter ſuper
credulitate referet, quod in judiciali non improbatur.
4 Ad §. 1. Hic dicitur, quod prodigus deferre juramen-
tum non poſſit, quia ſcilicet ipſi ademta bonorum ad-
miniſtratio. Unde apparet, non ex hoc colligi poſſe, in-
5 famem non poſſe deferre juramentum. Nec valere pu-
to argumentum: huic non poteſt referri, ergo non po-
6 teſt deferre. Nam & conſequentia illa negatur, & regu-
la non fundata, quam proponit *Ant. Faber l.* 4. *C. tit.* 1.
*def.* 9. & ex eo *Carpz. p.* 1. *c.* 14. *def.* 16. Nam actori, qui rei
notitiam non habet, referri non poteſt, & tamen is uti-
que deferre poteſt *leg.* 34. § 8. *ff h. t.* *Cravetta conſ.* 203. &
7 *ſeqq.* Autor *ad L.* 9. *num.* 16. *C. de reb. cred.* Et antecedens
etiam negatur, quod infami referri non poſſit: referri
omnino & interdum tuto poteſt. Non omnis qui infa-
miam incurrit, ſtatim eſt contemtor Numinis, præſertim
poſt peractam pœnitentiam. Et ſic infamem deferre poſ-
ſe, rectius ſentiunt. *Donell. l.* 24. *c.* 21. *lit. Hb. Duar. in priori
Comm. c.* 2. & *in poſter. c.* 3. *Ummius d. l. n.* 42.

## ad L. Si non fuerit. 37.

### *SUMMARIUM.*

*Quando per deferentem ſtat, quo minus juretur, jurament. habetur pro præſtito.*

QUando ſtat per deferentem, quo minus juretur,
juramentum habetur pro præſtito, Autor *ad L.* 9.
*n.* 1. & 8. C. *de reb. cred.* v. gr. ſi deferens noluit juram. ca-
lumniæ præſtare, vel in tempore non comparuit. *Carpz.
par.* 1. *c.* 12. *d.* 28. vel ſi injuſte impediit. Sed ſi is, cui dela-
tum, paratum ſe oſtendat ad juramentum præſtandum, &
facto adverſæ partis impediatur, tunc vera illa regula,
quod mors loco juramenti habeatur, & ſic ad hoc pun-
ctum illa reſtringenda. *Dn. Mev. p.* 4. *dec.* 262. & *quos al-
legat Dn. Vice-Præſes.*

## Ad L. Manifeſtæ. 38.

### *SVMMARIA.*

*Turpe, non velle jurare, nec referre.* n. 1.
*An litigans poſſit deferre, licet nihil probaverit?* 2.
*An, cum actor ſuam intentionem plene probavit, reus tamen juram. ei deferre valeat?* 3. & 4.
*Quid in exceptione non numeratæ pecuniæ?* 5.
*Quid de hac except. ex æquitate Canon.?* 6.
*An, qui in prima inſtantia ſuccubuit, in appellationis inſtantia deferre juram. poſſit?* 8.
*Quando probationis favor expoſcit, juramentum pro probatione habetur.* 8.
*An in proc. exec. ex inſtrumento liquido actori juramentum deferri queat?* 9.
*An de exceptione compenſationis?* 10.
*Argumentum Dn. Carpzovii.* 11.
*Quod impugnatur contrariis argum.* 12. & *ſeqq.*
*Quid ſi inſtrumentum apud creditorem ex errore manſerit, & debitor apocham amiſerit?* 17.
*Sed annon juramentum hoc caſu reſervari poſſit in reconventionem?* 18.
*Super exceptione charta blanca poteſt deferri.* 19.
*Reſpondetur ad majorem argument. Carpzovii* 20. 21. & 22.
*Etiam ad minorem.* 23.
*Contraria ſententia ad abbreviandas lites facit.* 24.
*Juramentum relatum non poteſt probationibus declinari.* 25. & 26.

1 TUrpe eſt, non velle jurare, nec referre, niſi cauſas
graves habeat, cur recuſet, nec referat. *Cothman.
vol.* 2. *conſ.* 82. *num.* 88. & *ſeq.* ex qua L. & *l.* 9. C. *h. t.* ibique
Autor probare ſolent Dd. receptam illam ſententiam,
quod litigans poſſit deferre juramentum judiciale
2 (nam aliud in ſuppletorio. *cap. fin.* §. *X. h. t.* licet à ſua
parte nihil probaverit. *Cravetta conſ.* 207. *n.* 4. *Boer. dec.*
95. *Cavallos q.* 305. *Don.* & *Hill. lib.* 24. *c.* 20. *lit. D. Carpz.
d. conſt.* 12. *def.* 2. *Berl par.* 1. *concl.* 29. *nu.* 8. *Zæſ. n.* 34. *Setſ.
l.* 4. *c.* 2. *in fine* Autor *in C. t. de Edend. ad L.* 4. *n.* 5. Sed quid
3 ſi actor plenam ſuam intentionem probaverit, an reus
audiendus, ſi actori juramentum deferat? Negat hoc re-
cte, *per c.* 2. *de prob. Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 260. Sed id intelli-
go ſi ſuper intentione actoris vellet deferre. Nam aliud
4 eſſet ſi reus opponeret exceptionem, quam non poſſet,
niſi per delationem Jurisjurandi probare, quia reus ex-
cipiendo fit actor, v. g. reus opponit exceptionem ſimu-
5 lationis, ſolutionis, donationis, annon ſuper his excep-
tionibus deferre liceret juramentum? Quod affirman-
dum, idque voluit *H. Piſtor. p.* 4. *q.* 13. *n.* 18. Sane in Exc. non
nume-

Digitized by Google

numeratæ pecuniæ eſt ſpeciale *in l.4.§.3 C.de non num.*
*pec.* Nam ex intentione Imperatoris eſt poſt biennium
novus contractus, ſcilicet literarum obligatio, ex qua,
non vero ex mutuo debitor obligatus eſt, ideo inepte
objiceretur, pecuniam non eſſe realiter numeratam, cum
jam non ex numeratione pecuniæ, ſed ex obligatione
6 literarum conveniatur. Sed ex æquitate juris Canonici,
& ut conſcientiæ creditoris conſulatur; nam ſi ſciat ſo-
lutum, neque poſt decennium ſperare poteſt remiſſio-
nem peccatorum, ſi ſciens bis ſolutam pecuniam reti-
neat, ideo putarem, non obſtante Conſtitutione Impe-
riali, præſertim ſi pro debitore una vel altera præſum-
tio poſſet urgeri conſcientia Creditoris, cum illa ſuper
præſumtione fundetur, præſumtioni autem in conſcien-
7 tiæ foro prævaleat veritas. Sed an, qui in probatione in
prima inſtantia ſuccubuit, in inſtantia Appellationis
poteſt judiciale juramentum deferre? Hoc affirmandum
duxit Dn. *Mevius*, & ita decretum *p.4. dec.5.* ob benefi-
cium appellantis, Non deducta deducam, & non pro-
bata probabo, cum juramenti delatio quaſi probationis
8 quædam ſpecies ſit, quod etiam probat *ex l.11.C.h.t.d.l.*
*n.5.* Juramentum quidem proprie non eſt ſpecies pro-
bationis, ſed potius relevatio à probando, ſed tunc ha-
bendum eſt pro probatione, quando probationis favor
9 id expoſcit. Quæritur, an conventus ex inſtrumento li-
quido, in proceſſu executivo poſſit ſuper exceptione ju-
ramentum actori deferre? Nam non quæritur, an directe
contra inſtrumentum deferri poſſit, ſed ſuper exceptio-
ne, Carpzov. *p 1.conſt.12.def.35.* negat, *& in lib 3 Reſp.52.*
& in ſpecie de compenſatione negat *p.1.c.8 def.15.& d.*
10 *c.8.def.31.* cujus argumentum eſt, quia eſt ſpecies ordina-
riæ probationis, unde ſic argumentum pro Carpzovio
formari poteſt: Quicquid eſt ſpecies ordinariæ proba-
11 tionis, id pia exceptione contra inſtrumentum guaren-
tigiatum opponi nequit, Sed prius eſt verum de jura-
mento. E. Verum contraria defenditur ab *Hartm. Piſt.*
12 *Roderico Somretz. & Scheplitzio.* quos in proceſſu ad-
duxi, quibus accedit etiam *Joh. à Sande leg.1.tit.8. def.3.*
13 His accedo ex ſequentibus argomentis, (1) Regulari-
ter in omnibus judiciis & actionibus, niſi expreſſe re-
periantur exceptæ, locum habet juramenti delatio, &
qui regulam habet pro ſe, ille intentionem habet fun-
datam, ut ipſe ait *Carpzov. in hac ipſa materia l.3.Reſp.*
14 *53.num 16.& ſeq.* (2) Certa eſt regula, quod in ſumma-
riis etiam delatio Juramenti locum habeat. *Clem Sæpe*
15 *de V.S.* (3) Creditor nolens jurare reddit ſe ſuſpectum,
16 *per h.l.* (4) Per hoc Juramentum non differtur proceſ-
ſus; quicquid intra terminum executivum, vel proba-
torium expediri poteſt, per id non retardatur proceſſus
17 executivus. (5) Fieri poteſt & factum ſæpius, ut debi-
tum ſit ſolutum & creditor inſtrumentum apud ſe non
habens retinuerit, & apocha à debitore amiſſa, quomo-
18 do quæſo conſuletur debitori? Dices forte in recon-
ventione poſſe reum deferre juramentum creditori re-
convento; ſed cui bono ſunt iſti circuitus? Et videtur
abſonum actori in reconventione licere quod reo non
licet in conventione, contra regulam *lib 6.Decret.* non
19 licet actori, quod reo non licet. (6) Ipſe Carpzovius
*allegato Reſponſ.53.* defendit, ſuper exceptione chartæ
blancæ deferri poſſe juramentum in proceſſu executi-
vo; jam vero mihi quis ſolidam rationem differen-
tiæ det, cur in iſto caſu, ubi dicit reus, inſtrumen-
tum id fuiſſe chartam blancam, admittatur juramen-
tum, & quando opponitur ſolutio vel tranſactio, cur
20 hic non admittatur? certe illa magis gravat Credito-
rem, & falſi aſpergine ipſum notat, quam hæc. Quod
argumentum *Carpzovii* attinet, miror, eum hoc ar-
gumentum tot locis allegare. Et major & minor la-
borat. Major falſa eſt; nam apocha eſt ſpecies ordi-
nariæ probationis, & tamen procul dubio admittitur
21 in executivo proceſſu. Si reus ſuper ſolutione vel tran-
ſactione opponat confeſſionem creditoris judicialem,
22 nonne confeſſio eſt ſpecies probationis ordinariæ?
Et tamen contra inſtrumentum liquidum admittitur,
& cur admittit Carpzov. juramentum in exceptione
chartæ blancæ? Ergo illa exceptio eſt repellenda, quæ
ordinarium proceſſum & examen teſtium ordinarium
requirit, & ſi creditor longius abſit, tunc forte jura-
23 mentum non admittendum foret, ut largitur *Sande d.*
*l.* Nec Minor Carpzovii certa; nam negant juramen-
tum eſſe ſpeciem probationis, ſed relevationem à pro-
bando. *Modeſt. Piſt.qu.79. Schultes in tr.de Notorio p.1.*
*q 5.num.17.Scheplitz. de Conſuet.March.p.4.tit.3.§.2 & 3.*
*num.18.Seiſer.de juram l.4.c.2.num.79.& ſeq.Cævall. t.1.*
*q.7.* qui omnes de communi opinione, & ipſe *Zanger.*
24 *de Except.p.3.c.26.nu 102.* Et quia hæc ſententia facit
ad minuendas lites, quia juramentum, teſte Apoſtol.
Paulo, eſt finis litis & conſcientiæ creditoris conſulit,
cujus merito magna habenda ratio eſt, *per leg.46.ff.de*
*Adq. hæred.* & plurimos graves viros habet Autores,
25 merito in judiciis ſequendam autumo. Illud etiam hic
notandum, eum, qui alteri detulit juramentum, ſi hoc
referatur, præciſe jurandum eſſe, nec poſſe eum in ten-
tionem ſuam probationibus defendere. *Carpz. p 1.c.14.*
*def.4.* Autor *ad L.9.n 22.ſeqq.C.de reb.cred.* Sed limitat
26 *Schultes ad Mod.Piſt.p.1 q.23.* ſi probatio nova ſuperve-
nerit deferenti, tunc eum audiendum eſſe Deferens au-
tem cum juramento relato etiam juramentum malitiæ
præſtabit in foro Sax. *Carpz. d.conſt.14.def.5.*

## Ad L. Si quis cum debitore 39, & ſeq.

Juramentum præſtitum liberat à debito, & à vinculo pignoris liberat etiam fidejuſſores, & parit condictionem indebiti, quia habet vim ſolutionis & acceptilationis. *Seiſer.lib.4.c.7.n 9 & ſeq.*

## Ad L. ult.

### *SUMMARIA.*

*An juramentum præſtitum proſit fidejuſſori? n.1.& 2.*
*Juramentum ipſo jure tollit obligationem naturalem.4.*

1 Lis mihi eſt cum pupillo de pecunia mutua, defero
ipſi juramentum, quod præſtitit, poſtea intendo a-
ctionem contra fidejuſſorem, & quæritur, an juramen-
tum præſtitum à pupillo proſit fidejuſſori? Diſtinguitur
2 hic utrum juramentum delatum fuerit ſuper contractu
toto mutuum acceperit, & ſi juravit pupillus, hoc pro-
deſt fidejuſſori; an vero juraverit ſuper exceptione per-
ſonam ſuam tantum concernente, v. g. ſi dixerit ſine
conſenſu tutoris ſe accepiſſe, & tunc non prodeſt fide-
juſſori, quia hæc exceptio concernit tantum perſonam
pupilli. Sed prius in dubio præſumitur. Probatur *ex hoc*
3 *textu*, quod pupillus ſine autoritate ſe obligans obli ge-
tur naturaliter. *Steph. Fagendez de J. & J. lib.1.c. nu.7.*
Sed vide diſtinctionem *Donelli lib.12 c.22. ibi P. & ibi*
*Hillig.* Et quod juramentum ipſo jure tollat obligati o-
4 nem naturalem, quia deferens remittit obligationem, ſi
juraverit. *hic & l.65.§.4 ff.de ſolut.*

---

## TITULUS III.

### *De in litem jurando.*

## Ad L. Rem in Judicio. 1.

### *SUMMARIA.*

*Juramentum in litem quid ſit? n.1.*
*Affectionis juramentum propter dolum rei permiſſum, quid ſit? 2.*
*Quare fidejuſſor non in hanc æſtimationem, ſed veram condemnetur? 3.*
*Veritatis jur. cur ita dicatur? 4.*
*Clauſula in juramentum affect. eſt, quanti in litem ju-*

*ratum in Veritatis, quanti res eſt* 5.
*Iuram. affectionis primario dicitur juram. in litem.* 6.
*An juram. veritatis à parte parti deferri poſſit?* 7.

1 IUramentum in litem eſt juramentum actori à judice
delatum, quo actor rem petitam æſtimat. *Setſer. de ju-
ram. l.5. tit.1. n.3. Plotus de in lit. jur. §.52.* neque diſtingui-
tur, an Judex ordinarius an delegatus id deferat. *Setſer.
l.5. c.3. n.2. Camill. Borell. t.1. dec. tit.52. n.8.* Vulgo duplex
2 ſtatuunt, 1. Affectionis, propter dolum & contumaciam
rei, quo caſu actori permittitur, rem ex affectione æſti-
mare, cum eam invitus vendere cogatur & ita jurat,
quanti res eſt, non æſtimatione communi, ſed ſingulari.
*Bachov. in Tr. vol.1. diſp.21 theſ.11. lit. B. Ummius ad Proc.
3 diſp. 20. num.3. Don. & Hillig. lib.26. c.7.* Quia autem hæc
æſtimatio non eſt rei ipſius, ideo fidejuſſor non in hanc
æſtimationem ſed veram condemnabitur. *Zaſ. hic & Dd.
hic Gœdd. ad L. inter hæc verba 179. de Verb. ſing. Plotus de
in lit. jur. §.6.48. n.17. Hering. de fidejuſſ. c.24. nu.194. Beer.
4 d. c.3. 4 n.2.* Alterum juramentum eſt Veritatis, de quo *in
l.5. ... h.t.* quod ita dicitur, non quaſi præciſe veritas
in ea attendatur, ſed quod non ita in infinitum juretur;
& in illo ſolet adhiberi clauſula, quanti in litem jura-
5 tum eſt; in hoc vero, quanti res eſt. *Franzk. h.t. n.7.* Et il-
lud ſecundum excellentiam juramentum in litem dici-
6 tur, & probatur hæc diviſio *ex l.2. §. ult. & aliis legibus
conf. Struvius Exerc.17. theſ.59. Donell. lib.26. c.6. & ſeq.*
licet hanc diſtinctionem neget *Wiſſenb. ad ff. d.24. th.44.
& Ceraſ.* quibus occurrit *Hillig. c.7. lit. A. & lib.10. lit. A.*
& hoc juramentum veritatis etiam à parte peti poteſt.
7 *Donell l.26. c.11. lit. A. Vinnius d.19. & 91.* Alii vero in eo
diſſentiunt, quod tertiam ſpeciem addant, ſcilicet inter-
eſſe ſingularis, ſeu extra rem, quos refert *Hill. c.6. lit. D.*
Sed hanc ſpeciem ab illis non eſſe diverſam, probat *Bor-
chold. de in litem jurando n.5. & ſeq. Donell. & ibi Hillig.
d. c.6. lit. D. Vinnius d.20. n.3.*

## Ad L. Sive noſtrum. 2.

### SUMMARIUM.

*An ſuper culpa lata juram. affectionis locum habeat?*

JUramentum affectionis tunc locum habet, quando dolus in non reſtituendo adeſt, ſaltem præſumtus. *Riminaldus vol.1. conſ.43. nu.50.* non vero ſi culpa. Sed ſuper lata culpa, quamvis ſtatuant non jurari in litem, niſi in ſpecie *l.2. h.t.* verius tamen eſt contrarium, quia in pœnalibus etiam culpa lata pro dolo habetur *l.2. §.2. ff. Si quis teſtamento liber &c.* & non excluditur dolus præſumtus. *Hipp. Riminaldus vol.1. conſ 43. n.50.* & ſola criminalia excipiuntur. *Donell lib.26. c.9. & ibi Hill. lit. D. Bargalius de dolo c.2. n.38 Setſer. lib.5. c.6 nu.10. Bach. d. diſp. theſ.11. lit. E Vinnius d. l. n.12. Franzk hic n.4. Boſius ad d. l.4. Setſer. l.5. c.5. n.10. Wiſſenb. d. th.44.* Licet diſtinguat *Struvius d. Exerc.17. th.65.* & diſſentiat *Schraderus de feud. p.10. ſect.4. n.185. Plotus §.4. n.86. & 48. n.16. conf. notata* Dni Autoris *ad d. l.2. C. h.t.*

## Ad L. Nummis. 3.

### SUMMARIA.

*In nummis quare jur. affectionis non habeat locum? n.1.*
*Locum habet in rebus, quarum pretia variant.* 2.
*Quid ſi conventum ſit, ut certo die ſub pœna pecunia redderetur?* 4.
*Contra prædones jur. Veritatis locum habet.* 5.
*In antiqua moneta locus eſt jur. affect.* 6.

1 UBbi ceſſat affectio, ut in nummis, ibi affectio non
conſideratur, nec juramentum affectionis admit-
titur; ſed verum intereſſe, & ſic cæteris paribus jura-
2 mentum veritatis. Et ſic in nulla re fungibili locum ha-
bet, ſed in illis rebus, quarum pretia pro diverſis tempo-
ribus variant; finis enim hujus juramenti eſt, ut Domi-
nus pretium rei ſuæ ſtatuat. *Hillig. l.26. c.9 lit. F. Vinnius
n.1.* Sed & in nummis etiam æſtimationem reperiri, pu-
3 tat *Ceraſ. lib.6. Miſcell. c.3.* Exceptio autem hic habetur
niſi convenerit, ut pecunia certo die redderetur ſub
4 pœna, ubi non de nummis, ſed de eo quod intereſt ju-
ratur. *Donell. & ibi Hillig. d. c.9. lit. G. Vinnius d. l.* Imo
5 etiam de ipſis nummis juramentum in litem veritatis
præſtari poteſt, ſi contra prædonem ageretur, & quanti-
6 tas neſciretur. *L. ſi quando. 9. C. unde vi.* Imo etiam jura-
mentum affectionis, ſi vetus & antiqua moneta ob an-
tiquitatem chara apud aliquem depoſita ſit reſtituenda.
*Conf. Plotus in repet. Legis ſi quando. 9. C. unde vi. nu.417.
& ſeqq. Menoch. l.2. A. Q. caſu 207. n.7. & ſeq. conferri po-
teſt Rebuffus in reb. Lun. C. de ſententiis, quæ eo, quod inter-
eſt n.421. & Berengarius Paul hac in repet. ejuſdem Legis
n.119. & n.124. vol.8. rep juris.*

## Ad L. Videamus. 4.

### SUMMARIA.

*An tutores ad jur. in litem poſſint compelli. n.1.*
*Si tamen velint, quomodo tunc jurent?* 2.
*An cogendi ad jur. calumniæ, purgationis, ſuper expenſis?* 3. & 4.
*Quibus conditionibus ad juram. in litem admittatur tutor?* 7.
*An judex cogatur deferre?* 8.
*Dolus hic eſt vel præſens vel præteritus.* 9.
*In Infinitum poſſe jurare, de jur. affect. intelligitur.* 10.

1 TUtores & Curatores non ſunt compellendi ad hoc
juramentum in litem, ne ſub alieni commodi emo-
lumento anceps perjurium ſubire cogantur. *Setſer. lib.
5. c.4. n.15. Donell. d. l.26. c.7. & ibi Hillig. lit. G. & Vinn. d.
d.20. n.9.* Autor *ad L.1. n.3. & 15. C h.t.* Si tamen velit tu-
2 tor jurare, admittitur. *Setſer. d. l. & Donell.* quo caſu hac
formula jurat, quod ita rem æſtimaverit, ſi ipſi pupillo-
rum loco eſſent. *Hillig. d. c.7. lit. G. & Vinn. d. l.* Autor *in
C. t. de jurejur. ad Authent. In iſto num.10.* Sed alia ratio
jur. calumniæ, quod à Tutore præſtandum *leg.2. §.2. C. de
3 Jurejur. propter calum:* Et *ad L.5. n.4, C. de reb. credit. & ju-
rej.* Et *ad L.12. n.25. C. d. t.* & in juramento purgationis.
*Berlich. p.1. dec.164. n.6.* quia hæc ſunt juramenta credu-
litatis, & à lege imponuntur. *Carpzov. p.3. dec.230 n.9. &
ſeqq.* Item tenetur jurare ſuper expenſis, *l.13. §.2. & ult.
4 C. de Iudic.* vel ſi ad exhibendum inſtrumentum conve-
niatur tutor. *l.21. §.5 ff. de Noxal. act.* Et juramentum ju-
5 diciale deciſivum tutoribus injunctum, refert *Berlich. d.
6 l. n.13.* Sed & Tutorem compulſum fuiſſe ad præſtandum
hoc juramentum credulitatis, cum prius ex Regiſtris &
fama ſuam ſententiam & conſcientiam informaſſet, &
moderationi judicis ſuam opinionem ſubjeciſſet, refert
*Carpz. p.3 dec.265.* vel potius, rem hanc ſi juſto tempo-
re reſtituta fuiſſet, utilitatem tantam adferre potuiſſe
8 pupillo, *Zaſius hic nu.7.* Judex autem hoc juramentum
defert, *per § 1. h. l.* non præciſe, ſed ſi velit, *hac l.4. § 2. l.5.
9 §.1. Franzk. h.t. nu.11.* Dolus autem qui huic juramento
cauſam præbet, eſt vel præſens, cum reus reſtituere non
vult, cum poſſit, vel præteritus, ſi dolo fecit, ut jam reſti-
tuere non poſſit, *hac l.4. §.4. Don. l.26. c.9. Franzk. h.t. n.4.*
10 In infinitum jurari poſſe dicitur *in §.2.* quod merito de
affectionis juramento intelligendum, *Menoch. l.2. Arb.
quæſt. caſu 207. n.16. & ſeq. conf. Raynerus de Forsivio in re-
pet. Lun. C. de Sent. quæ pro eo quod intereſt. n.16. & Sebaſt.
Sapia in rep. d. l. n.26.*

## Ad L. In actionibus. 5.

### SUMMARIA.

*Primario jur. in litem in actionibus bonæ fidei locum habet. num.1.*
*Non in actione emti.* 2.

*In con-*

*In contrariis act. an locum habeat ? 3.*
*Quando in actione tutelæ? 5.*
*An contra tutoris hæredem & quando ? 6.*
*Habet locum in actionibus in rem. 7.*
*In petit. hæreditatis &c. 8.*
*An & quando in ſtricti juris judic.? 9.10. & 22.*
*An judex poſſit moderari ſummam , ad quam jurare debet actor? 12.*
*Quid ſi res reſtituenda non amplius extet? 13 & 14.*
*Super damnis judex deferre poteſt ex officio. 15.*
*Formula talis jur. menti. 16.*
*Judex, an præſtito juramento ab Actore, reum abſolvere vel minoris condemnare poſſit? 17 & 18.*
*An poſſit in juram. veritatis ? 19.*
*An contra Dominum territorii juretur in litem ? 20. & 21.*
*Juramenti veritatis tres cauſæ quænam ſint? 23.*
*Quomodo ineunda æſtimatio ſit ? 24.*

1 NOtandum *ex h.l.* Primo , in quibus judiciis hoc
juramentum præſtetur? Reſp. primario in bonæ
fidei judiciis, in quibus ſcilicet de re reſtituenda agitur,
ideo hic paſſim reſtitutionis & exhibitionis fit mentio,
*Don.l.26.c.8.Setſer.l.5.c.5.n.41.Umm.d.20.n.17.* non igitur
2 in actione emti. *Donell.d.c.8.contrarius reſpondens.Bronchorſt.cent.2.q.32. Hillig.d.c.8.lit.G.Ummius d.n.17.Buſius*
3 *ad l.5.n.3.* nec in contrariis actionibus habet locum, niſi
agatur de re, in quam cadat affectio, v.g. meliorationem
ſeparabilem. *Plotus* §.20.*n.*2.& ſic intelligendus videtur
*Carpzov.def.19.in fin.Rauchbar.p.1.q.9.nu.37.* Sic datur
4 in actione Tutelæ, commodati, locati, depoſiti, & man-
5 dati, & in actione rei uxoriæ *l.25.§.1.ff.ſol.matr.* Circa
actionem tutelæ notandum, tunc in ea juramentum in
litem admitti , quando contra ipſum Tutorem agitur,
non vero contra ipſius hæredem, *l.4.& ult.* C.*h.t. Carp-*
6 *zov. dec.*74. niſi lis eum tutore conteſtata *d.l.*4.C.*h.t.*
aut ſi hæres in dolo vel lata culpa hæreat , v. gr. ut ſi
7 quid dolo non exhibeat, *per l.1.C.h.t.Carpzov.d.l.n.14.*
Deinde datur in actionibus in rem , ut in vindicatione
Publiciana , & harum præparatoria licet perſonali , ad
exhibendum ( quod generaliter intelligunt , licet non
propter vindicationem petatur. *Ummius nu.16.Donell.l.26.c.8. & ibi Hill. lit.F.* & hic non æſtimatur res exhi-
benda , ſed quanti æſtimaret damnum ex negata exhi-
8 bitione ortum. ) Porro habet locum in petitione hære-
ditatis, actione confeſſoria vel negatoria , item Paulia-
na, hypothecaria. *Setſer.d.c.5.num.9.Donell. d.c.8. & ibi Hill. lit. A. & ſeq.* Dn.*Struv.th.63.* non vero in ſtricti ju-
ris actionibus , niſi ſit poſt moram res extincta ; nam
9 tunc juramentum in litem non quidem affectionis , ſed
veritatis locum habet , *per h.l. §. fin.* & ita forte intelli-
gendus *Carpzov. p.1.conſt. 23.def.19.* Sane *Rauchbarus allegatus p.1.q.9 n.32.* de Juramento veritatis agit, ut &
*Don.l.26.c.10.lit. F.* Sic creditori dicenti, ſe mutuo de-
10 diſſe mille , quam quantitatem tamen probare non po-
teſt, hoc tamen probat, quod fuerit mutuatario pecunia
numerata , juramentum in litem ſed veritatis deferen-
11 dum eſſe, putant *Borell.d.t.54.n.35.conf. Plotus §.39. Menoch. leg.2.A.Q.caſu* 207. In interdictis etiam datur hoc
juramentum. *l. 68.in fine ff. de Rei Vind.l.15.§.9. Quod vi aut clam. Hill.d.c.8. lit.K.& Ummius d.l.n.19.*
12 Secundo ex §. 1. notandum , quod Judex poſſit non
deferre petitioni ejus , qui vult jurare , ex juſta ſcilicet
cauſa , & inde probat JCtus , judicem moderari ſum-
mam , ad quam uſque jurare debeat actor , & quidem
antequam juretur. *Carpzov.p.1. in Jurispr.for.conſt.23.*
13 *def.ult.* Illud vero cum diſtinctione intelligunt. Aut
enim res, quam reus non vult reſtituere, extat & eſt in
poteſtate rei , aut non extat. Illo caſu habet arbitrium
Judex, an velit Juramentum in litem deferre, an vero
manu militari auferre per *l. qui reſtituere 68. ff.de Rei*
14 *Vind.* Autor *ad L.21.n.4.C.de R.V* ( quod tamen intelli-
go, ſi manus militaris , petita ) hoc caſu vero quia fru-
ſtra adhiberetur manus militaris, tenetur Judex præciſe
juramentum hoc deferre. *Vid Gilhauſen in Arb.judic c 6.*
15 *p.6.§.9.n.1.Ummius d.20.nu.4.conf.Bach.d.d. hcſ.11.lit.C.*
Colligit etiam *ex h.l.5.§.1.Dn.Mevius p.4.dec.*322. poſſe
judicem ſuper damnis, v.g. carceratione datis, ex officio
juramentum deferre actori , licet non petenti , contra
*Rauchbar.p.1.q.9 n.43* Ubi *Dn Mevius* habet notandam
16 formulam delati juramenti hujus : Würde Kläger
vermittelſt Cörperlichen Eydes erhalten/daß er durch
ſeines Weibes Gefängniß den angezogenen Scha-
den biß auff 85. Fl. erlitten. ( Alii ita, daß er den Scha-
den geringer nicht als ꝛc. oder nicht minder)
auch die Unkoſten deßwegen angewandt/ ſich nichts
unter / ſondern ehe über 41. Fl. belauffen/ darauff
es vermittelſt Richterlicher moderation geſetzt wird/
daß alsdenn Beklagter ſolche 85. Fl. an ſtatt des
Schadens und 41. Fl. verurſachte Unkoſten dem Klä-
ger zu erſtatten ſchuldig ſey.
17 Tertio *in* §. 2. dicitur , judicem etiam præſtito jura-
mento abſolvere reum poſſe, ſcilicet ſi poſtea appareat,
reum non deſiiſſe dolo poſſidere , vel actorem Domi-
num non eſſe. *Donell.lib.26.c.11. lit.K. Zaſius in l.4.h.t.n.*
18 *7.Umm.d.20.n.28.* vel poterit minoris condemnari, quia
ex eo perjurium actoris non deregitur , ſed affectio im-
moderata reprehenditur. *Menoch.lib.2. A.Q. caſ.207.n.*
19 30. *Borell.lib.2.Deciſ.tit.52.n.84.* & forte non alia mens
*Carpz.p.1.conſt.23.def.ult.* Sed ſecus in juramento verita-
tis, ubi quidem Judex ante juramentum præſtitum po-
20 teſt moderari, non vero poſt præſtitum. *Borell.d.l.nu.70. Menoch.d.l.& caſu 208.n.5 Hill.d.c.11.lit. F. Buſius l 4.h.t.n 5.* Deinde *in* § 3. reperitur, quod non ob culpam ſcil.
levem præſtetur juramentum , ex quo *Gail.lib.1.obſ.64.*
21 *num 8.& ſeqq.* colligit, contra Dominum Territorii non
jurari in litem , ob damnum à prædone datum , quis
Princeps enim omnibus prædonibus provinciam ſuam
purgare poteſt ? Bene tamen contra ipſum ſpoliatorem,
22 per *L. Si quando 9. C. unde vi. In §. fin. hujus legis* di-
citur, quod in ſtricti Juris judiciis juramentum in litem
non habeat locum, juncta *L. ſeq.* niſi quando res æſti-
manda amplius non extet, & ita æſtimari nequeat, quo
caſu admittitur ad juramentum in litem, non quidem
affectionis, ſed veritatis, ob moram ſcilicet *per h. § fin. & ibid.Gloſſ.Donell.lib.26.c.10.* Autor *ad L.1.nu.9.C.h t.*
quicquid in contrarium dicat *Berengarius Paul. Haccus in repet.l un.C.de ſent.qua pro eo quod intereſt .n.169.vol.*
23 8. Hujus juramenti veritatis tres ſunt cauſæ 1. mora ſeu
culpa. *per hunc* §. Item ſi res deteriorata, *l.3.§.1. & l 4.de Condict. Tritic.l.3.§.1.ff.commodati. Ummius d.d.20.n.35. Menoch. d. caſu* 208. 2. Rei interitus vel deterioratio.
3. Difficultas probationis, vel quia non extat, vel quia
non apparet. *Menoch.d.l n.2. Ummius n.37.* & habet lo-
cum in omnibus actionibus, etiam ſtricti Juris, *Donell.l.26.c.11.Ummius nu.33.* quomodo autem ineunda æſtima-
24 tio, *Vid.Ummius d.d.6.tota,* cujus ſumma eſt, quod æſti-
matio referenda ſit ad tempus ſolutionis debitæ , niſi
mora acceſſerit ubi attenditur tempus, quanti res pluri-
mi fuit , ſed *de hoc infra.*

## Ad L. Vulgo præſumitur. 7.

*SUMMARIA.*

*An hæres jur. in litem præſtet ? n.1.*
*An procuratori poſt litem conteſt. deferri poſſit? 2. & 3.*

1 DOminus litis vel cauſæ jurare debet in litem, non
alius. Et ſic etiam hæres Domini licet notitiam
rei comparaverit, de ſua affectione jurare poteſt. *Plotus d.tr.§.39.conf.Dn.Hahn ad Weſenb.h.t.nu.4. Nic.Noaiis tr.de Transmiſſ caſu.54.n.15. & hos laudans* Dn.*Struv.th.*
62. ubi notat ex *Gailio lib.2.obſ.43.* acceptatum hoc ju-
2 ramentum à defuncto pro præſtito haberi. Autor *ad L.12.n.11.C.de reb.cred.* Hinc procuratori etiam poſt litem
conteſtatam juramentum affectionis deferri nequit,
quia affectio Domini ad rem ipſi incognita , imo ipſa
interdum vera æſtimatio. *Setſer,l.5.c.4.n.2. & ſeqq. Don.*
*l.26*

3 *l.26.cap.7.*neque eſt proprie litis Dominus;licet admit-
tant eum ſpeciali mandato,*Borell.d.t.52.nu.75.Setſer.d.c.*
*5.Vmmius d.l.* quod errore potius, quam certa ratione in-
troductum eſſe,recte ſcribit *Hill.d.c.7.lit.B.*

### Ad L. Cum furti. 9.

*SUMMARIA.*

*An in actione furti juretur in litem? n.1.*
*An ſit perjurus,qui rem ablatam minoris æſtimat? 2.*
*Idem in actione injuriarum civili.3.*
*Idem in materia teſtium.4.*

1 IN actione furti etiam juratur in litem,quod de con-
dictione furtiva *Dn. Tabor Racem.2.th.55.* intelligit.
*Hahn ad Weſenb.tit. de Condict. furt.n.1. & Wiſſenb.d.d.*
*th.45.*ſicut etiam ita accipi videtur *in l.71 ff.de furtis.*Et
2 notetur hic, licet minoris æſtimet rem ablatam,non ta-
men eſt perjurus, licet non addat (& quod pluris valet)
namqui æſtimat damnum centum & 20 thaleris,procul
dubio 80. thaleris æſtimare poteſt.Idque notandum in
3 injuriarum actione civili,ubi v. g. actor æſtimat inju-
riam in libello 500. thaleris,ſed Judex reſtringit ad 100.
thaleros, nam qui jurare poteſt, ſe quingentis thaleris
æſtimare, multo magis eam minoris æſtimare poteſt,
cum minor ſumma inſit majori. *c. in toto.8. l.6. de R.J.*
*Menoch.l.2. Arb.quæſt.caſu 47.n.5.* Et hoc in ſtricti juris
negotiis etiam verum eſt, ut tradit *Covar l.1.reſol.c.ult.*
4 *num.7.* Et in materia teſtium tradit *Pariſius vol.1.conſ.*
*87.n.39.*

### Ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*In affectionis jur.nunquam de perjurio quær. n. 1.*
*Quando vero injur. Veritatis? 2.*
*An teſtibus perjurium probari poſſit? 3.*

1 DE perjurio non facile quæritur, ſed tamen con-
trarii probatio perſpicua admittenda, ut probat
*Roland.à Valle vol.4.con' 87. per totum* & quidem in af-
fectionis juramento nunquam. *Don.lib.26.c.10.* Sed in
Veritatis juramento tunc quæri poteſt, ſi inſtrumenta
2 nova reperta, vel ocularia inſpectio falſitatem detegat,
non vero ſi teſtibus quis velit perjurium probare. *arg.*
*L. admonendi.3 tit.præced.* licet Carpz *p.1.conſt.15.def.*
3 4.etiam teſtes admittat, de quibus tamen allegati ab eo
Dd.*ſc.Rauchbarus & Schrader.*nihil habent ſed ille ex-
preſſe ſe ad inſtrumenta reſtringere videtur. *Vid.Plotus*
4 *de Juram. in litem.§.48.nu.23.Zaſius hic nu.5.Donell lib.*
*26.c.11.lit.M.*

---

## TITULUS IV.

### De Condictione cauſa data, cauſa non ſecuta.

### Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Quando quid datur ob cauſam, illa ſæpe ſubintelligitur? n.1.& 2.*
*Propoſitum in mente retentum nullum effectum parit? 3.*
*Prima actio ex contractu innominato eſt ad ejus obſervationem.4.*
*Altera ad reſolutionem.& quando hæc licita? 5.*
*An decem quæ ſolvere juſſus ſum propter hæreditatem,repetere valeam,ſi eam poſtea repudiem? 6.*

1 EX contractu innominato ſi quid dem, vel promit-
tam, vel acceptilem ob cauſam honeſtam, ſcilicet
futuram finalem & præſtandam,datur duplex Actio, ſi-
ve expreſſe,ſive tacite cauſa illa appareat, *l.1.C.h.t.* ſcili-
2 cet,quando cauſa ſubintelligitur ex tacita partium con-
ventione ac Juris diſpoſitione, cui partes ſe conforma-
re præſumuntur, ut ſi dos detur, præſumitur hoc ob nu-
ptias datum.Idem in Donatione mortis cauſa *Weſen. in*
*Com.C.h.t.nu.14.* Alias propoſitum in mente retentum
3 nullum parit effectum, *l.25.C.de Tranſact.*ibique Autor
*n.3.& 4.*Et Autor *ad L.7.n.2.C.h.t.* Et hoc,inquam con-
tractu innominato (nam in nominato ſecus. *leg.8 C.de*
*Contrah vend.l.14.C.de Reſcin.vend.*)datur duplex actio,
Prima ad contractus obſervationem, quæ actio dicitur
4 præſcriptis verbis,ut contractui tu ſatisfacias,hoc enim
expreſſe agitur *de quo infra.*Altera ad reſolutionem, &
5 quidem iterum ex duplici cauſa,vel 1. Ex pœnitentia,
de qua *in l.5.2.*Ex cauſa non ſecuta,*per h.l.ubi exempla.*
6 Et ſi per me ſtet,cur non ſequatur, *per h.l.§.1.* v.g.ſi hæ-
reditas mihi relicta, ſi decem Titio dederim, & dedi
illa decem, poſtea repudiem hæreditatem, tacite enim
ineſt Conditio,ſi hæreditatem adiero,quia ſolvi iſta de-
cem non ut hæres,ſed quod nolim ſtare in lubrico Con-
ditionis *Vid.Zaſius hic nu.7.Donell.lib 14.c.20.poſt lit.D.*
*Bach.in Treutl.vol.1.diſp.22.th.1.l.E.* Et per hanc actio-
nem condicitur res fungibilis ob rem futuram data, vel
etiam cautio, *l.4.C.h.t. Franzk.ad h.t.n 9.*

### Ad L. Dedi tibi 3.

*SUMMARIA.*

*An hac condictione utar,cum decem dedi,ut ſervum manumitteres.& ſervus moritur? n.1.*
*Quotuplicıter mora committatur? 2.*
*An hac condictio detur,ſi ob caſum fortuitum factum non ſequatur? 3.4 & 5.*
*An ſi liber homo,qui in ſervitute eſt,decem dederit,ut manumitteretur, ingenuitate comperta, repetere valeat? 6.*

1 SI caſu non impleri poſſit cauſa,verbi gratia,ſi dem
decem,ut Stichum manumitteres, ſed Stichus in
ſervitute moritur, tunc quidem ex cauſa pœnitentiæ
non poteſt pecunia condici, quia res non amplius eſt
integra ſed per hanc condictionem cauſa non ſecuta,
poteſt repeti quod datum eſt, ſi fuiſti in mora manu-
mittendi,alias non. In mora autem dupliciter es, 1. Si
tempus certum, tibi conſtitutum, & huc lapſum eſt; 2.
3 Si nullum tempus præfinitum, tantum lapſum, intra
quod fieri potuit.*Vid. Zaſius hic & conf.Bach.d.diſp.22.*
*th.2.lit.A.Donell.lib 14.c.21.& ibi Hillig.* Intricatiſſima
ſane quæſtio, an ſi ob caſum fortuitum cauſa, ob quam
res data fuit,non ſit ſecuta, condictio detur? Et quidem
ſi cauſa illa in dando conſiſtat, datur repetitio, *in caſu*
4 *L.fin.* ſed *in leg.5. §. 1. de Præſcriptis verbis* non. Sed
quæſtio eſt, ſi in faciendo conſiſtat, & ibi quidem di-
ſtinguitur 1. An illa cauſa potius commodum tertii
quam dantis, an vero commodum ipſius dantis reſpi-
ciat.Illo caſu ceſſat repetitio, verbi gratia, dedi, ut ma-
numitteres Stichum,& mortuus eſt, *h l.3. §.4.* poſteriori
5 caſu datur repetitio, *l.4.C.de Condict.und juncta l.3.§.3.*
*hic & leg.6.*Autor *ad L.4.nu.3.& 4.C.Si mancip.ita fue-*
*rit.* Deinde diſtinguitur, an caſus ſit abſolute talis, ut
nemo illum præſtare poſſit; an vero tantum in perſo-
na accipientis; ut illo caſu ceſſet, huc caſu detur con-
dictio. Vide plura apud *Rach d.d.22.theſ.2. lit.* A. *conf.*
*Donell.l.14.cap.21.& ibi Hilliger Franzk ad h.t.numero*
*11.& ſeqq. Struvius Exerc.18.theſ.9.& ſeqq.& Chriſtin.*
*vol.3.dec.9.numero 3.Dn. Lauterbach.ad h.t.in tabulis ad*
6 *th.3.notata* Dni Autoris *ad l.pen.C.h.t. In §.5.h.l.* dici-
tur, ſi liber homo ſe pro ſervo habens ſolvat 100. ut
manumitteretur,comperta ingenuitate poſſe condicere
100. quia non de facto nudo poſſeſſionis, ſed effectu
juris cogitaſſe videtur. *Cujac.t.1.p.1934.* ubi tamen limi-
tat,ſi dediſſet ſervus ille putativus ex peculio, vel quod
ex re Domini percepit. De acceptilatione vide *notata*
Dni Autoris *ad l.10.h.t.n.1.f.*

Ad L.

## ad L. Si pecuniam. 5.

*SVMMARIA.*

*Quando accipiens per caſum fortuitum impeditur implere, non datur repetitio. n.1.*
*Quando dantem pœnitet, an & quibus caſibus repetere valeat? 2. & 3.*
*An etiam jus pœnitendi reo tribuendum? 4.*
*An ceſſet pœnitendi jus cum moritur, qui illud habuit? 5.6.7.*
*An Iure Canon. ſit locus pœnitentiæ, hoc caſu? 8.*
*An, qui juramento promiſit, pœnitere poſſit, ſi aliud præſtando ſeſe liberare velit? 10. & 12.*

1 QUando qui ob cauſam datam,& accipiens per ca-
ſum fortuitum impediatur ( non vero per caſum
talem,qui prævidere potuit. *Hipp.Riminaldus l.4. conſ.*
398.*num.* 16.) ceſſat repetitio, ſed hæc fieri poteſt ob
alteram cauſam, ſcilicet pœnitentiam. Nam hæc eſt al-
2 tera cauſa, ob quam datur condictio, ſi ſcilicet re ad-
huc integra, antequam alter impleverit, dantem pœ-
niteat,per *h l.& l.3* Autor *ad L.5.n.3.C.de O.& A.Mant.*
*lib.1.de tac. & amb convent.tit.8 nu. 3.Molin.de J.& J.*
*tr.2.diſp.258.n.3.Hie. Verius in rep Rub ff de verb.obl.nu.*
81.*& ſeqq vol.*6. niſi ſit ſtipulatio ſubſecuta. *l.7.C.de re-*
3 *rum permut.* Aut tranſactio. *l.39 C.de Tranſact.ibique*
Autor *n.1.& 2.Mantica d.l nu* 37.*&* 38.niſi etiam datum
ad piam cauſam.*L.Si ego §.1.de Jure Dotium cap.verum*
*X.de condict.appoſ.Tiraq.de Privil. piæ cauſæ 33.Mantica*
*d.l.nu.*13.quod tamen *Zaſ.in l.3.§ 1.h.t.nu.*9.temperat. Et
4 licet jus pœnitendi reo etiam tribuat *Jac. Schultes p.2.*
*qu.*10.*n.*25 *& Weſenb.in ff.*recte tamen hi ab aliis notan-
tur; ille ab *Hill.l.14 c.22.lit.*A. Hic à *Bach.in notis.*Et ad
hanc *l.5.§.3.verſ.plane* reſpondet *Dn.Struvius Exerc.*25.
5 *theſ.*14. Ceſſat etiam ſi is, qui dedit, mortuus ſit,cum
Jus pœnitendi ſit perſonale. *Donell.l.14.c.* 22.*Coll.arg.*
*hic n.14.Struv.Exerc.*18.*th.*16.*vide not.*Dni Autoris *ad l.*
6 3.*de ſervis export.*licet condictio cauſa data ob culpam
accipientis non ſecuta, etiam hæredi detur. *Donell.d.l.*
Si vero alter implere cœperit, datur condictio hæc, ſi
7 ipſum indemnem ſervet, & ſumtus factos reſtituat &c.
Jure Canonico non dari locum pœnitentiæ, tradunt
8 *Bald.in Rubr.C.de perm.Felin.in c.1.d.t.num.*13.*Molin.d.*
258 *n.7.Garcias in repet.c.1.X.de pactis numer.*122. *Card.*
*Mant.d.tit.*8.*n.*17. *& ſeqq.Ritterſhuſ.de diff Iur.Civil.&*
*Can.lib.3.cap.10.in fine & hos aliosque allegans.Grœnwe-*
9 *gen ad h.l.*Ex hac lege notabile quid, ut ipſe ait,eruit,
ſcilicet, quod is qui impediit lucrum & commodum
alterius, quod ei fieri ſuit, licet poſt apparatum, non
videatur damnum dare. *Baldus vol.1.conſ.172.n.3. in fin.*
10 Neque hic prætetire poſſum *Gloſſam* celebrem & nobi-
lem *in hac lege, in verbis,neceſſe habes*, quod juramen-
tum præciſe obliget,adeo ut ſcilicet jure communi pœ-
nitere non tantum non liceat *de quo jam dixi,*ſed etiam
ſi aliud ſolvere velit,non poſſit aliud præſtando ſe libe-
rare, ſi factum ſub juramento promiſit, quam Gloſſam
communiter approbatam allegans aliis Doctoribus tra-
dit *Cephalus vol.1.conſ.*128.*n.*22. *Ant.Gomez.t.2. var.re-*
*ſol.c.2.n.20.Covar.in c.quamvis de pactis lib.6. p.1.§.4.n.*
*6.Ant.Gabrielius lib.2.concl 8.tit.de jurejur.Gutierez. de*
*juram.confirm.lib.1.cap.39.nu.6.Card Tuſchus concl.*527.
*lit.I.Zaſius in l.ſtipulationes 72.n 4.de V.O.* Et hanc de-
fendi contra *Manticam l.4. de Tac.& amb.Convent.tit.*
*3.n.7.Carpzovium dec.*97.*& Berlichium deciſ.*144.quod
11 promiſſio jurata de vendendo vel revendendo præciſe
promiſſorem obliget, cum *Gratiano lib.2.diſcept. for.c.*
553.*n.*9.*Surdo conſ* 457.*nu* 131.*Cagnolo in l.2.* C.*de pactis*
*inter empt.n.*33.ex hac regula,quæ ſatis probatur, *ex cap.*
*ad noſtram 7.& c.brevi.17.X.de jurejurand.& ſim.* Et ſic
12 etiam quando quid in contractu innominato promiſ-
ſum,per juramentum pœnitentia excluditur. *Ant. Ga-*
*brielius lig.2.tit.de juram. concluſ.*9. eamque ſententiam
ſemper prætero. Non obſtat *l.fin.C.de non num.pec.*quæ
loquitur de eo caſu,quando conditio tacite ſemper in-
eſt negotio,cui juramentum adjectum.

## ad L. Si Extraneus. 6.

*SUMMARIUM.*

*An,ſi pater pro filia dotem promittens ſtipuletur. eam ſibi reddi matrimonio non conſummato, reddenda ſit? n.1.*
*Hoc caſu donatio inter patrem & filiam valet. 2.*
*Quando proviſio hominis non faciat ceſſare proviſionem legis? 4.*

1 SI extraneus vel pater dotem pro filia promiſit, ſti-
pulatus, ſibi reddi ſoluto matrimonio, & matrimo-
nium non ſit conſummatum,reddenda eſt dos donanti,
niſi contraria voluntas appareat, ut hoc caſu dotata do-
2 tem retineret. Collige hoc caſu poſteriori donationem
inter patrem & filiam valere, licet alias non valeat. *P.*
*Barboſa ad l.2.§.quod ſi in patris.n.6.ff.ſol.matr.& ad l.1.*
3 *d.t.p.7.nu.*32.Unde *ex hac lege* colliguot regulam, quod
caſus omiſſus in diſpoſitione relinquatur diſpoſitioni
4 Juris.*Iaſon.hic n.*1. & quod proviſio hominis non faciat
ceſſare diſpoſitionem legis, quando ordinaria, non ſin-
gularis.*Iaſon.hic n.4.Hipp.Rimin.l.4.conſ.*398.*n.*14.Autor
*ad L.8 n.8.C.de Pact.convent.Et ad L.2.nu.4.C. de Exec.*
*rei judic.*Sed conf.*Barboſa ad l.ſi cum dotem.pr.nu* 50 *ff.*
*Sol.matr.* ubi plures citat colligentes primum notabile
*Ex hoc textu,& Dn.Tabor in Barboſ.loc.npl.leg.3.capit.* 8.
*actiom.* 6.

## ad L. Qui ſe debere. 7.

*SVMMARIA.*

*Si putativus mulieris debitor ſolverit Seio veluti dotem, & nuptiæ non ſequantur, mulier an vero debitor putativus repetat? n.1.*
*Quid ſi ſciverit non eſſe debitum? 2.*
*Quid ſi fuerit verus debitor? 3.*
*Repetere poteſt,qui habet exceptionem licet odioſam. 4.*
*An in hanc actionem veniant fructus? 5.*

PUtativus debitor mulieris Titius forte, quia debe-
bat quidem, ſed habebat exceptionem doli vel
aliam, numerat Sejo centum juſſu mulieris veluti do-
tem ; nuptiæ non ſunt ſecutæ,an Titius à Sejo repetere
poteſt, an vero mulier, ille ut indebitum,hæc,cauſa non
ſecuta? Et reſp. Titium poſſe repetere, Aliud ſi ſcivit ſe
2 non eſſe debitorem,nam tunc donaſſet,& mulier habe-
ret repetitionem. Sed quid ſi ſervus fuerit debitor? Et
3 tunc condicere poterit per hanc actionem debitum
ſponſo ſolutum. nuptiis non ſecutis, nec ſolutio liberat
debitorem ipſo Jure, ſed obligatus manet creditrici ex
priori actione, cui tamen poteſt cedere actionem hanc,
quam habet contra ſponſum aut ejus hæredes. *Conf.*
*Zaſ.ad h.L.& l.2.Intell.ſing. p.57. & Cujac.t.1.p.*1978.Ex
hac lege colligit *VVeſenb. d.25.th.*12. quod is qui contra
alios habet exceptionem doli, licet odioſam,poſſit ta-
men condicere indebitum. In §.1. dicitur, quod etiam
fructus in hoc judicio veniant,& quidem non tantum à
5 tempore litis conteſtatæ, ut in aliis ſtricti juris judiciis,
in quibus ſcilicet petimus id, quod noſtrum nunquam
fuit. *leg.* 38. §. 7.*ff.de Vſuris.* ſed.ſimpliciter cum omni-
bus fructibus,per *d.leg.* 38.§.1 *& ſeqq.Duar. ad h.t.c.ult.*
*Dn.Struv.Exerc.*18.*th.*18.*Dn.Lauterbach.d.*6.

## Ad L. Si donaturus. 9.

*SUMMARIUM.*

*Putativus debitor mulieris, qui dotem promiſit marito, comperto licet errore tenetur ſtare promiſſis.*

Putativus

Digitized by Google

PUtativus debitor ſi dotem promittat Titio, quia
uxori ejus ſe putat obligatum; comperto errore te-
neur tamen ſtare promiſſis,& non poteſt exeeptiunem
doli opponere marito, quia reſpectu hu:us eſt titolua
onetoſus quod *ex hoc* §.notare ſolent poſt *Gloſſam, Za-
ſius hic & alii.*

## ad L. Si mulier ci. 28.

### *SUMMARIA.*

*An debitum, quod ſpe nuptiarum mulier acceptum tulit, iis non ſecutis, repetere valeat? n.1.*
*Quid ſi debitum in diem fuit? 2.*
*Obligatio repetitur hoc caſu condictione incerti. 3.*
*Non repetitur, donec ſpes eſt matrimonii. 4.*
*Sponſis non defertur portio ſtatutaria ex ſtatuto. 5.*
*Omne pactum intelligitur rebus ſic ſtantibus. 6.*
*An in matrimonio, cum voto perpetuæ caſtitatis contracto detur ſucceſſio ex ſtatuto? 7.*

1 DEbuit Pulcheria Titio miſſe, ſed cum ei nuptura
eſſet, accepta tulit, non ſecutis nuptiis, & ſpe nu-
ptiarum deeollante, aut divortio facto, ut putat *Garcias
ad l item quia ff. de pact. nn.* 23. hane ipſam oblig tiooem,
& ſic reſciſſiunem acceptilationis condicere poreſt.
2 Nam ſi debitum purum, pecuniam condici poſſe putant,
ſed ubi debitum in diem, reſtitutio in priſtinam obli-
gationem petenda. *Vid. Oldend. claſſe 6. act. 4 nu. 7. Gl. &
Br. hic Bach.* tamen *diſp. 22. in Treutl th. 1. lit. F.* per *l. 4. h.
t.* etiam illo caſu obligatiunem condici poſſe pu at. Id-
3 eoque duplex condictio certi & incerti, per hanc obli-
gatioocm vel liberationem eondicimus. Unde datum
4 eauſa dotis non reperitur, dum ſpes eſt eootrahendi
matrimonii. *Iaſon conſ. 335. n. 3.* à contrario ſenſu Sic aliud
eſt, ſponſum, aliud maritum eſſe. Sie bonorum poſſeſſio
unde vir & uxor; non baber locum in ſponſo & ſponſa,
nec lucrum dotis ante noptias capit ſponſus. Nec ex
5 ſtatuto defertur portio ſtatutaria ante nuptias. *Traq. de
LL conn. gl. 2. n. 19. de quo tamen alibi dixi.* Et omne pa-
6 ctum intelligiur rebus ſic ſtantibus. *Tiraq ad leg ſi nun-
7 quam, in præfat. nn. 166.* Sed quæritur, an in matrimonio
contracto cum voto perpetuæ caſtitatis virginalis, detur
ſucceſſio ex ſtatuto, quale conjugium fuit inter Joſe-
phum & Deiparam, inter Marianum Imp. & Pulche-
riam. Id. firmare non dubito, nam tale matrimonium
eſt in actu primo, non ſeeundo. Matrimonium DEIPA-
RÆ fuiſſe perfectum ratione ſanctificationis, non ra-
tione ſignificatioois, ex Theologis refert *Tiraq. d. l. n.*
20. Et delatio lucri non præeiſe debetur ob conjunctio-
nem corporum, ſed ob mutuum, caſtum, & ſororium
amorem, & aliorum onerum communium portatio-
nem.

## Ad L. Cum quis. 12.

### *SUMMARIA.*

*Mortis cauſa donatio ſi revocatur, fructus etiam reſtituuntur. n.1.*
*Idem ſi donatio mort. cauſ. in cauſam caduci convertitur. 2. & 3.*

1 CUm Donatio mortis cauſa ob reconvaleſeentiam
ipſo jure revocatur, etiam fructus ſunt reſtitueodi,
quod ſingulare vocant; unde colligitur in genere, quan-
docunque titulus eſt revocabilis, poſſum revocare fru-
ctus, etiam medio tempore perceptos à poſſeſſore.
*Franc. Cremenſis ſing. 16. Menoc. l. 7 conſ. 704. num. 32.* Sic
3 quando donatio mortis cauſa in caoſam caduci con-
vertitur, i. e. dum dooatarius ante donatorem moritur,
fructus medio tempore pereepti reſtituendi, ut ex *Bal-
do conſ. 294. lib. 3.* tradit *Menoch. d. l. n. 33.*

## Ad L. Si Filius. 14.

QUod procuratori falſo indebite ſolvitur, ab eo
condicitur, niſi ratificatio Domini accedat. *Vid.
hic Zaſius,* qui notat *n. 5.* ea, quæ ex errore, geſta, poſſe
ratificari. *Moz. de indeb. col. 4. num. 4. Weſ. in Com. C. de
Indeb. condict. num. 24.*

## Ad L. Ult.

### *SUMMARIA.*

*Cum datur pecunia, ut detur ſpecies, an ſit contractus innominatus? n. 1. & 2.*
*An hic debitor liberetur interitu ſpeciei? 3.*
*Quid ſi rem alienam dederit, an condictio locum habeat? 4.*
*An h. L. Hodie obtineat? 5.*

1 SI pecuniam tibi dedi, ut tu mihi invieem dares
ſpeciem aliquam, eſt contractus innominatus, non
vero Emtio, ubi non agitur de dando, *Zaſ. h. t. nume-
ro* 11. Ergo oon obſtot *lex. 5. §. 1 infra de præſcript. Verbi*
2 pecunia non datur ut pretium, ſed ut corpus cum ſer-
vo permutandum & hic agitur de dando, de quo non
agitur in venditione, ſed ut tradam. *Cujac. leg. 23. ob-
3 ſerv. 29.* Si igitur res illa ſeu ſpecies intereat caſu for-
tuito, repetere poſſum per condictionem cauſa dati, &
ſic Debitor non liberatur interitu ſpeciei. Eadem hæc
4 condictio datur, ſi rem alienam dederit, cauſa deeiſio-
nis eſt, quod is qui dedit, ſuum eommodum ſpectavit,
& compenſari id, quod dedit, impletione cauſæ voluit,
*Bachovius dict. leg. th. 2. lit. A. conf. Dn. Struvius Exerc.
25. th. 16. Molinæus ſive Caballinus de divid. & individ.
part. 1. numero 22. Zaſ. in Antin. parte ſecunda, numero
tertio, Hier. Butigella in repet. l. mutuum, numero 44.
de rebus credit. Pacius centur. 3. numero 97.* Vix hæc
lex vexata in praxi obtinet, verbi gratia, ſi noſtro idio-
mate quis diceret, Jch gebe dir 30. Thaler du ſolt
mir Stichum dafür geben / procul dubio in foro pro
venditione recte haberetur, quod miror *Grænvvegium*
ſilentio transmiſiſſe.

---

## TITULUS V.

## De Condictione ob turpem vel injuſtam cauſam.

## Ad L. 1. §. fin. & L. 2.

### *SUMMARIA.*

*Quod ob turpem cauſam, ubi accipientis turpitudo eſt, datur, condicitur. n. 1.*
*In accipiente tripliciter committitur turpitudo. 2.*
*Condictio ob turpem cauſam quid ſit? 3.*
*Cum judici datur, ut pro bona cauſa judicet, condicitur. 4.*
*Idem in teſte, ut veritatem deponat. 5.*
*An idem, ſi judici datum, ut ſententiam maturet? 6.*

1 QUando non dantis ſed aecipientis eſt turpitudo,
tunc illud, quod ob cauſam turpem datum eſt, po-
teſt condici; quod tripliciter fit. 1. Si dederim, ne de-
linquat, *l. 1. pr. h. t.* 2. Ut reſtituat, quod ex eonventione
2 vel delicto alias tenebatur reſtituere. 3. Quando quid
datur, ut ne quid fiat, quod quidem alias omitti poteſt,
ſed non honeſte pecunia accepta omittitur. Exemplum
3 *in l. 4. §. 4. & 5. h. t. vid. Struvius Exerc. 18. Weſ. in Com. C.
h. t. num. 8.* Eſt ergo Condictio ob turpem cauſam Actio
perſonalis ſtricti Juris, qua id, quod non turpiter datum,
4 ab eo, qui turpiter accepit, repetitur *Weſ. in Com. h. t. n. 4.*
quod exemplis *in l. 2.* declaratur, verbi gratia. Si Judici
idem, ut in bona cauſa pro me pronuntiet, ex parte
etiam mea eſt turpitudo. quia facio ſententiam vena-
lem, & Judicem muneribus accipiendis ad ſuefacio, ut
in aliis cauſis injuſtis pro dante judicet, *per d. l. 2. §. 2.
Vid. Donell. lib. 14. cap. 25. & ibi Hillig. C. Bach. dec. diſp.
5 22. th. 3. lit. F.* Autor *ad L. 3. n. 6. C. h. t.* Et *ad L. 6. n. 5. C. h. t.*
Idem in teſte, ut veritatem deponat, quia teſtis ille falſa-
6 rius, *Zaſius in fine Bach. d. l.* Aliud volunt, ſi dedero Ju-
dici, ut maturet ſententiam, *Menoch. lib. 2. A. Q. caſu 343.
num. 8. Bach. d. l.* Autor *ad L. 1. nu. 45. C. de Pœna Jud. qui
male jud.*

## ad L. Ubi 3.

### *SUMMARIA.*

*Turpiter non repetit. n. 1.*
*An retineat turpiter datum accipient, vel an Fiſco vindicetur. 2.*

SI turpitudo etiam ſit ex perte dantis, non datur re-
1 petitio, Autot *ad L. 4. C.h.t.* quia allegares propriam turpitudinem, & melior eſt cauſa poſſidentis, Autot *ad L.n 3.& 12.C.h.t.* Et *ad L. 5. n.3. C. de Servo pign. dat.* v.g. Si detur, ot quid turpe faciat, vel edmittat, vel ne delicta puniaotur, & in exemplo jam propoſito. Sed hoc obtinet, inter ipſas perſonas turpiter daotes & turpiter accipientes. Sed noo oegatur hic, quod Fiſcus datum non auferre poſſit, quod quis turpiter accepit. *l. Lucius 9. ff. de jure Fiſci.* Et ſic ſetis ſit
2 ootatis hic *a Dn. Cypriano Regnero.* Nam utique iniqoom eſt, ot turpiter accipiens illud lucretor ex turpi ſuo facto.

## ad L. Idem ſi ob ſtuprum. 4. §. 3.

### *SUMMARIA.*

*Male ſtatuit JCtus, quod meretrix non accipiat turpiter. num. 1.*
*Turpitudo tamen eſt in proſtitutione ſui corporis, & in pretio ſordide accipiendo. 2. 3. & 4.*
*An meretrix petere poſſit mercedem? 5. & 6.*
*In pari cauſa melior cauſa poſſidentis. 7.*
*An turpitudo faciat conventionem ipſo jure nullam? 8.*
Contra Covarruviam *diſputatur. 9.*
*An meretrix apud judicem, ſecuta copula, mercedem promiſſam petere valeat? 10.*
*Argumenta ſententiæ negantis. 12. & ſeqq.*
Covarruviæ *argumenta affirmantia. 17. & ſeq.*
Covarruvias *reſpondet argumentis contrariis. 23. & ſeq.*
*An fœmina occulte ſe proſtituens petere poſſit mercedem? 27.*
Covarruvias *affirmat. 29.*
*Contrariæ ſententiæ argumenta. 30. & ſeq.*
*An in animæ judicio occulta meretrix teneatur fiſco reſtituere, quæ accepit pro turpi labore? & ſeq.*
*Donum datum meretrici poſſit ex cauſa alia, quam donationis retineri? 38.*
*An ſcortator cum publico ſcorto cogi poſſit a judice, ut ſolvat mercedem ſolvi ſolitam? 40.*

MErito notatot hic Ulpianus, qui oova retione
1 ſane futili, ut dicit hic *Cyprianus Regnerus*, ſtatuit, meretricem ooo turpiter accipere, quaſi ipſi acceptioni oon inſit ſordities, *poſt Baldum, Jaſonem & Caſtrenſem Weſ. in Comment.C.h.t.n.9. Don.lib.14.c.15.lit. F.* Aotor *ad L.1.n.11. C.h.t.* Et hoc caſu promiſſum peti non poſſe, recte tradit *Hill.d.l.lit. F. Bach. diſp.4. de Act. th. 18. conf. Dn. Hahn. ad Weſenb.h.t.n.2. Dn. Struv. de Exerc.18.th.22.* Turpitudo hic duplex, pri-
2 me in proſtitutione ſui corporis, quæ turpitudo manet, etiamſi ſuperior lupanare edmittat. Toleraotia lupa-
3 nerium meretricibos turpitudioem oon abſtergit. Al-
4 tera turpitudo eſt io ſorditie, quod pro uſo corporis ſoi pretium accipiat. Unde quæritur, en meretrix pro-
5 miſſam mercedem turpis laboris petere poſſit? Quod licet affirm. *Covarr. in c. peccatum. de R. J. lib.6.p.252. n.1. & 2. Guttierez. & Vaſquius quos refert Hillig. in Donell. l.14.c.25. lit. F.* Recte tamen hoc ab aliis negatur,
6 *vid. Hill.d.l. Bachov. diſp.4. de Act. th.18. Zaſius & alii ab Hillig. allegati.* Autor *ad L.1.n. 3. & 14.C.h.t.* Facit ratio, quod fruſtra quæreretur, eo datum repetatur, ſi non detom poſtulari poſſet, & facit etiam *lex 8. h. t.* Autot *ad L.1. n.16.C.h.t.* Præterea io pari caſu turpitudiois meliot cauſa poſſidentis Aotor *ad L.2. num.3.*
7 *C. h. t.* & nemo ſui corporis Dominus, ut id poſſit
8 commodare ad uſum inhoneſtum. Sed dubium, an turpitudo promiſſionis feciat conventionem ipſo Jure nullam, an vero ſit opus exceptiooe? Et *Salyc. ad. l.2. C. de his quæ vi metuve &c.* Autor *ad L.1.n.16. C.h.t.* diſtinguit, quem ſequitur *Bach.d.th.18.* Aut cauſa turpis non eſt expreſſa, & valet conventio, ſed eſt ineſſicax ob exceptionem doli, qua probata, reus abſolvi-
9 tor *l.8.h.t.* Aut eſt expreſſa, & eſt ipſo Jure oolla. Sed placet addere aliquid, quod io materia hujus legis ootavi ad *Covarruviam in c. peccatum. p. 2. §. 2.*
10 Aggreditur *Covarr.* §.2. quæſtionem, an Meretrix apud Judicem exteriorem petere poſſit, ſecuta copu-
11 la, mercedem ſibi ob eam copulam promiſſam? Autor *ad L.1. n.19.& 20.C.h.t.* Et *Covarr.* recenſet fundamenta ſententiæ oegantis, cui ego adſtipulor, licet *Covarr.* diſſentiat, ſed male. 12 In pari cauſa turpitudinis potiorem eſſe eum, qui vi poſſidet, per *l.3. & 4. princ. de Condict. ob turpem cauſam.* Autor *ad L.2.n.3.C.h.t.* Aſt fornicator nondum ſolvit mercedem; Ergo potior. 2.
13 Conditio turpis vitiat contractum & vitiatur *l. Mercalem.5. C. de Condict. ob turpem cauſam. l. generaliter*
14 *26.ff. de V.O.* 3. Nemo eſt Dominus membrorum ſuorum, ut ea poſſit elteri commodare ad uſum inhoneſtum. *l. liber homo 13. ff. ad L. Aquil. Baldus, Paulus. Jaſon. ad l.4 §. ſed quod meretrici. ff. de Condict. ob turpem cauſam. Zaſius in d. l. Generaliter. Fortun. Garcias in l.*
15 *7.§. ſi ob maleficiam n.6.ff. de Pactis.pag.531.* 4. Stipulatio ſine cauſa non obligat efficaciter, *l. cum de indebito. §.fin.ff.de Probat. l.2. §. circa ff. de Except. doli.Garcias*
16 *d.l. & poſt eum Guttierez Vaſq.quos refert Hillig.* 5. Si poteſt petere meretrix, fruſtra dubitaretur, ao datum repeti poſſit, ſi oon datum pati poſſit. *Hill. l. 14. c. 25.*
17 *Bach.de act.d.4.thes.17.* Covarruvius autem contrariam ſeqoitur ſententiam, & quidem ex *d.§. Sed quod meretrici.* ubi dicit JCtus, meretricem quia ſit meretrix, turpiter non accipere. Sed recte reſpoodet *Garcias* oullum eſſe argumentom: poteſt accipere, ergo poteſt petere, quia multa accipiuntur honeſte, quæ honeſte non petuotur. Et ratio, quam Ulpian. poſuit, honeſtati oon cooveoit; nam in proſtitutione Corporis, ſcelus, in accipiendo pretio, omnino ſordities ſceletata; ideoque recte etiam ipſa ratio JCti notatur a *Caſtrenſi Jaſone. Baldo. Weſenb. in tit. C. de condict.ob turpem cauſam.* Deiode allegat hanc ratiooem *Covarr.* quod meretrix
18 ſit Domina ſui Corporis, & materia veodibilis ſit, nec ipſa venditio actus veneree ſit illicita, utor verbis *Covarr.* quæ mallem obliviooe ſepelire. Tento Autore indigniſſima eſt ratio, & manifeſte falſa eſt. Falſum eſt, meretricem eſſe Domioam ſui Corporis, poteſt corpus ſuum commodare viro, ſed non oiſi marito, quam facultatem habet ex ſapientiſſima Cooditoris inſtitutione, ſed nec Uxor vendere poteſt licitam voluptatem
19 Marito, ne mutuo amore ſe ſpolient. Nec eſt, quod *Covarr.* ita argumentetur ſi materia vendibilis non eſſet, profecto Mulier turpiter acciperet, cum ipſe actus venditionis ex propria natura eſſet illicitus. Nam con-
20 cedo totum. Et ſane licèt pooamus, JCtum recte dixiſſe; meretricem turpiter ooo eccipere tempore veteris Romæ gentilis, certo certius tamen Jure divino & Jure Romeno Germaoico, omnes fornicationes eſſe prohibitas, nec fœmina poteſtatem habet, corpus ſuum locare alteri, qui non ſit conjux, & dum locat certo pretio, turpiſſimum hoc eſt lucrum (Huren-Lohn) ideoque fundamentum, quo *Covarr.* nititur, valde rui-
21 noſum & fallax eſt. Secundum argumentum ſumit *Covarr.* ab exemplo Judæ, qui promiſſam mercedem meretrici exſolvit, noo alia ratione, quam quod teneretur mercedem promiſſam meretrici ſolvere. *Geneſis cap.38.* Sed reſpondetur, Judam putaſſe ſe teneri, imo & congreſſum ipſum cum publico Proſtibulo ad viam ſedente, & meretriciis veſtibus induto, putavit eſſe licitum, contrectumque non eſſe turpem, ſecutus hac in re opinionem Gentium. Sed ex erronea ejus opinio-
22 oe nihil coocluditur.

N. 2. Tertium argumentum ſumit ex *l. adfectionis.*
*5. ff. de Donat. & l. miles ita §. 1. de Milit. Teſtam.* ubi
dicitur, poſſe Pagannm donare alicui ob inhoneſtam
affectiunem, excepto Milite, qui ſocariæ ſuæ donare
vel legare non poteſt. Sed ex eo non poteſt conclndi,
licitam eſſe locationem ſui Corporis ad turpem uſum,
turpemque voluptatem: Nam diſtinguendum eſt,
utrum turpitudo ſit in cauſa externa, ſcilicet in cauſa
impulſiva; an vero ſit in materia, ſuper qua contrahi-
tur. Nam obligatio rei turpis non ſubſiſtit, ſed cau-
ſa impulſiva poteſt eſſe turpis. Materia eſt cauſa in-
terna, & illa debet eſſe res locabilis vel vendibilis, ta-
lis non eſt proſtitutio ſui Corporis. Etiam maritatæ
ſed adulteratæ licet donare ob affectionem improbiſſi-
mam, non eſt materia locabilis vel vendibilis reſpectu
fœminæ conjugatæ & quamvis *d. l. affectionis.* non pu-
tent ad adulteram pertinere *Raphael Cumanus in d. l.*
*Miles ita. §. 1. Bald. conſ. 437. lib. 5. & Jaſ. in conſ. 37. vol.*
*2. lib. 3.* quos citat *Covarr.* Verum tamen eſt ex *Titulo de*
*Condictione ob turpem cauſam*, talem donationem ab
Adultero adulteræ factam, non eſſe irritam, nec repeti
ab adultera poſſe donata. Confert ſe tandem *Covarr.*
ad refutationem eorum, quæ pro contraria opinione
23 ſuperius adducta.

24 Ad *L. 3. & 4. de Condict. ob turpem cauſam* reſpon-
det, illas locum habere, quando datio & receptio
utrinque eſt illicita & reprobata; In hac autem ſpecie
acceptio eſt licita, imo & datio, quatenus procedit a
lege juſtitiæ, & a promiſſione dati in mercedem
ejus operis, quod pretium habere poteſt. Sed prin-
cipium petit *Covarr.* Nam ut concedam, meretri-
cem accipere poſſe, hoc tantum quæritur, an petere
poſſit mercedem facti propodioſi? Et datio non eſt ex
lege juſtitiæ. Et licet forte dari poſſit, hic tamen non
quæritur, an dare poſſit fornicator, ſed an teneatur da-
re ex lege juſtitiæ? Quod nego.

25 Ad rationem ſecundam, conditionem turpem vitia-
re contractum, reſpondet *Covarr.* obſcurius. Mens
ejus videtur eſſe hæc, ſi eam recte aſſequor, quando
lege humana punitur actus, nullo pacto poteſt cenſeri
pactio, quæ tendit ad id, ut pretium conſtituatur ob
illum actum, qui lege ipſa puniatur, ac tunc turpitu-
dinem eſſe in dante & accipiente. Vult igitur *Co-*
*varr.* actum venereum pretio redemtum non prohibe-
ri lega humana. Sed fallit, nam leges habemus divi-
nas & humanas contra fornicationem & talia ſcele-
rata pacta. Conſtitutiones Imperii noſtri damnant, &
licet alicubi extra Imperium noſtrum non puniantur,
ſed permittantur, id tamen male fit. Debebant a le-
ge humana ubique terrarum tales pactiones pro-
hiberi.

26 Ad tertiam rationem reſpondet, meretricem non
eſſe Dominam membrorum ſuorum, eſſe tamen Do-
minam uſus proprii Copotis; ſed quia videt reſpon-
deri poſſe, uſum illum debere eſſe honeſtum & licitum,
ideoque regerit, uſum licitum hoc operari, quod
ipſa locatio illicita ſit, item quod non ſit cogendus
locator locationi ſtare, non tamen ſequi, non eſſe
locatori ſolvendum pretium. Imo hoc ſequitur: ſi
enim locatio nulla, utique nulla etiam ex locatione
illicita datur actio. Et ſi meretrix non tenetur locatio-
ni ſtare, quia eſt nulla, ne Conductor quidem
tenetur ob pretium rei turpis. Declarat tamen
*Covarr.* ſuam opinionem, ſi merces ſit moderata, &
dantem oportere eſſe Dominum & Jus dandi habere.

27 Num. 3. Jam *Covarr.* aggreditur quæſtionem de
fœmina occulte ſe proſtituente pro certa mercede,
an ſcilicet illa poſſit petere mercedem promiſſam?
Quia Ratio JCti *d. l.* 4. hic ceſſat; quia talis fœ-
mina non eſt publicum proſtibulum nec corpus pu-
blice proſtituit; & communiter ſentiunt, nec peti,
nec retineri poſſe, quæ accepit occulta meretrix, ſed
28 ea reſtituenda eſſe in animæ etiam Judicio. Et hæc
igitur quæſtio bimembris eſt, 1. An petere merce-
dem promiſſam occulta meretrix poſſit, & 2. An re-
ſtituere fiſco accepta in mercedem in animæ Judi-
29 cio? Primam quæſtionem affirmat, relicta *Cyni* alio-
rumque communi ſententia, quia nihil putat intereſſe,
fœminam eſſe publice vel privatim fornicatam, ad
juſtam venerei uſus mercedem, & cum hic de coitu
fornicario agatur, qui coitus minime punibilis eſt,
lege exteriori & humana, quod ſi autem punibilis
eſt in foro exteriori, tunc probatiſſimi Juris eſſe, non
30 poſſe mercedem promiſſam peti. Sed non eſt vera
ratio, qua *Covarr.* utitur, quod fornicatio non ſit pu-
nibilis in foro exteriori, licet hoc plerique ſtatuant;
Evangelici tamen Dd. minime hoc admittunt. Nam
Jure Divino eſt res prohibita & plena ſcandali. Cer-
tus ad hoc Magiſtratus eſt conſtitutus, ut ſcandalis ſe
opponat. Hoc autem certiſſimum, quod in Sancto Ro-
mano Imperio, omnis fornicatio ſit punibilis, per
*Reformationem polit. de anno 1548. Tit.* von leichtfertiger
Beywohnung / *& de anno 1577. tit. 26.* Ergo hoc
certum, licet non ſit punibile hoc delictum Ro-
mæ, non tamen impunibile eſſe in Germania, nec
debebat Romæ impunibile eſſe delictum hoc de Ju-
31 re, licet impunibile ſit de facto. Maneat ergo non
poſſe meretricem occultam, quæ non ſit relata in nu-
merum meretricii collegii, petere mercedem mere-
triciam. Sicut nec publica poteſt petere, ſed illa mi-
33 nus hac. In Secunda quæſtione dicit *Covarr.* non te-
neri meretricem occultam in animæ Judicio, quod vi-
ce mercedis a ſuis amaſiis accepit, fiſco reſtituere: nam
ſi eſt res vendibilis, utique nihil intereſt, an occulte,
an publice vendatur res vendibilis. Sed falſa illa hypo-
theſis; & ſupra probatum, & proſtitutionem corporis &
34 acceptionem mercedis turpem eſſe. Ego in hac quæ-
ſtione dicerem: occultam meretricem retinere poſſe in
animæ Judicio mercedem, quia ſe prodere non tene-
tur: quia ad hoc alias teneretur fiſco contractum denun-
ciare, & quia reſtitutio, quæ ex turpi contractu fiſco
debetur *ex l. Lucius. 9. ff. de Jure fiſci*, potius pœnæ vi-
cem ſuſtinet, quam reſtitutio ſimplex, quæ fit Domino.
35 Sed ſi exigeret Fiſcus hoc turpiter quæſitum, putarem
illam mercedem reſtitui debere tum in animæ tum in
36 exteriore judicio. Meretrix autem publica, quæ tole-
ratur autoritate publica, & de turpi quæſtu vectigal ſol-
vit ſuperiori, nec in animæ Judicio accepta reſtituere
tenetur, nec amaſio, cujus eadem turpitudo, nec fiſco,
quia accipit cum conſenſu Principis, & ita pœnam re-
miſſam petere nequit: nec Mulier pœnam ſibi remiſ-
37 ſam tenetur perſolvere. Sed aliud in Meretrice occul-
ta; nam ſi hæc ſcelere quæſivit pecunias, & hoc proba-
ri poſſit, non poteſt retinere mercedem turpem, ſed
eam debet fiſco inferre, imo de turpiter quæſitis non
poteſt teſtari, ne quidem ad piam cauſam. *Caſtr. in l.*
*1. §. ob rem igitur. ff. de condict. ob turpem cauſam. Natta*
*conſ. 560. n. 5. Hier. Gabriel. conſ. 17. n. 14. vol. 2. & hos re-*
*ferens Fr. Vivius dec. 482.*

38 Num. 4. Aggreditur hic aliam quæſtionem, an da-
tum meretrici non poſſit retineri licite, niſi ex cauſa
donationis? *Covarr.* reſpondet JCtum, *l. 4. ff. de con-*
*dict. ob turpem cauſam* non conſideraſſe titulum dona-
tionis, in quo conſentio. Ergo ſi præſupponamus, da-
tum Meretrici retineri non poſſe, neceſſarius erit titu-
lus donationis. Sed omnino Donationem ſi præten-
39 dat Mulier, eam tenetur probare. Nam donatio
nunquam præſumitur, niſi probetur, & in dubio
Amaſius dedit, ut mercedem locationis meretrici
imputæ. Nec hic poteſt admitti illa ſententia, quod
non valet ex locatione datum, valebit ex donatione;
nam ea clauſula, ſi non valeat hoc modo, valeat alio,
in hoc contractu, ſi non expreſſe addatur, non habet
40 locum. Illud vero non probo, quod *Covarr.* di-
cit, eum, qui cum Meretrice publica vel proſti-
bulo rem habuit, abſque expreſſa conventione, a
Judi-

Digitized by Google

Judice cogi debere, ut ſolvat mercedem venerei uſus ſolvi ſolitum. N m non concedo, uſum iſtum eſſe locabilem vel vendibilem. Autur *ad L.1. n.19. & 20.C. h.t.* Ergo nulla eſt locatio corporis fœminei ad turpem uſum.

## Ad L. Si a ſervo. 5.

### *SVMMARIVM.*

*An, ſi ſervus meus in furto deprehenſus quid dedit, ne detegeretur, ego in omnem eventum repetitionem habeam?*

SErvus meus furtum fecit, ille deprehenſus a te, dedit tibi, ex meo ne detegeres, tunc datur mihi in omnem eventum repetitio, ſive ipſum prodas, ſive non; Nam illo caſu deficit conditio, ſub qua data pecunia, hoc caſu datur hæc actio; nam licet & ſervus turpiter dederit, id tamen Domino præjudicare non poteſt. *Cujac. t.1. p.2346.*

## ad L. perpetuo. 6. & ſeq.

### *SVMMARIVM.*

*Injuſta eſt, cum officialis perterrefaciendo quid extorquet.*

HÆc Lex continet alteram partem Rubricæ, quando ex injuſta cauſa datum repetitur, v. gr. Injuſta cauſa eſt, quando per vim aliquis poſſidet rem, licet ſit minor metus, quam qui in Edicto, quod metus cauſa, requiritur, ut ſi officialis perterrefaciendo quid extorqueat. *L.3.C.h.t.* vide & Dn. Autoris *Commentar. in C. ad h. L.3. h.t.n.7.* Item fructus a malæ fidei poſſeſſore conſumti, *Coll. Arg. h t. n.8. Dn. Lauterbach. ad h. t. in fine.*

## Ad L. pen.

### *SUMMARIA.*

*An, quod ex turpitudine promiſſum & ſponte ſolutum, repetatur? n.1. & 2.*
*Annon Lex de turpitudine tam dantis, quam accipientis loquatur? 4.*
*Annon obligatio rei turpis ipſo jure nulla? 5.*

1 SI quid ex turpi cauſa ſtipulatus ſis, & id ego poſtea ſponte ſolvam, purgatur iſta turpitudo, & non teneris reſtituere. *vid. Zaſ. hic & Den. lib.12. c.21. lit. I.* Vel licet ſtipulationi obſtet exceptio doli, quæ poſſit parere condictionem indebiti, hic tamen Condictio ceſſat ob turpitudinem ſolventis. *Dn. Struv. d. Exert.*
2 18. *th.14.* Nam dupliciter intelligunt Dd. hanc legem, duplicem caſum formant; primo de turpitudine tantum ex parte accipientis; alteram partem de turpi-
3 tudine utriuſque; ſed præſtat cum *Cujac. t.1.p.592. totam legem* de turpitudine utriuſque intelligere. Nam ta-
4 tio illa a JCto adjecta huic caſui convenit. Nam turpitudo ſtipulationem elidit, & inanem reddit, ergo proxima cauſa ſtipulationis eſt eliſa, turpitudo manet, non utique ex parte accipientis; nam hæc non impediret condictionem indebiti, ſed ex parte dantis, & hæc, condictionem indebiti. Sed annon obligatio rei turpis eſt ipſo jure nulla? R. Diſtinguendo inter obligationem ac promiſſionem rei turpis, & inter promiſſionem rei non turpis, ſed ob turpem cauſam factam. Illa invalida, hæc non. *vid. Cuj. d. l.*

## ad L. ult.

### *SUMMARIA.*

*An ſi commodatarius equum non ſponte, ſed pecunia a me accepta reſtituit, hac actione peti poſſit, quod datum eſt? n.1.*
*An ſi debitori meo præduræ cervicis evitandi proceſſus gratia partem remiſi, hac actione repetere valeam? 2. & 3.*
*An Dominus hac condictione revocare poſſit inveſtituram ei, qui plura prædia occupaverat, factam, ut ea recuperaret? 4.*
*In b. f. judiciis cum hac act. concurrit actio ex contractu. 5.*
*Mandatarius, qui pretio meo emtam mihi captam puellam non niſi accepta denuo pecunia reſtituit, & hac & mandati actione tenetur. 6.*
*In ſtricti juris judiciis tantum unica hac condictio datur. 7.*
*Contra noſtratem militem, qui gregem meum ab hoſtibus raptum recuperat, nec tamen niſi notabili ſumma ſoluta mihi reſtituit, hac condictio datur. 8.*

1 IN *princ.* habetur hic caſus. Commodavi tibi equum ad iter, eo peracto non vis mihi reddere equum, forte ſub inani & ficto prætextu, ego rogo ut reddas, ſed fruſtra; do tandem pecuniam, qua accepta reddis equum, an poſſum repetere pecuniam datam? R. quod ſic, quia turpiter accepiſti, quod gratis reddere debuiſti; quæ regula *ex hoc textu* probari ſolet
2 *per Dd. hic.* Et ideo *Bart.* notat, ſi debitorem habeam præduræ cervicis, & totum ab eo extorquere, niſi per proceſſum, qui ſolet hodie peſſimorum hominum eſſe refugium, non poſſim, ideoque remitto partem, ut reliquum obtineam, quod remiſſum omnino poſſim repetere per hanc actionem; quod hic etiam *Bart. Alex. & Jaſon.* firmat, quod maxime verum eſſet, ſi de-
3 bitor potior me eſſet, & durus Durandus, quod etiam
4 proponit *Schraderus de feudis p.4. c.1. n.38.* ubi tractat aliam quæſtionem, ſi quis propria autoritate plura prædia occupaverit, & Dominus, ut ea recuperaret, nonnulla ei in feudum conceſſit, reliqua recepit, inveſtituram iſtam per hanc condictionem revocari poſſe. *Schrad. d. c.1 num. 37. & ſ.* Non mihi occurrit ratio, cur *hic legi* cenſuram adjiciat *Autumus & Cy-*
5 *prianus Regnerus ad h.t.* In §.1. tantum habetur, quod
6 in b. f. contractibus detur non tantum hæc condictio, ſed etiam concurrat actio ex contractu, v. gr. mandavit quis tibi, ut pretio meo emeres puellam captam, hanc emtam non vis ei reſtituere, tandem mandans tibi pecuniam dat, ut ſibi reſtituas, datur non tantum hæc condictio, quia gratis debebat præſtare, ſed etiam actio mandati, quæ infamat. Autor *in L.2. n.7. C. de*
7 *Condict. ob cauſ. dat.* Sed ſi ſtricti juris judicium ſit, ut ſi ex teſtamento aut ſtipulatione debeatur res, ipſi dem pecuniam, ut fidem datam exſolvat, tantum hæc con-
8 dictio datur. Hic mihi incidit quæſtio, ſi mihi in bello rapiatur grex ovium ab hoſte, hunc hoſtibus ereptum miles noſtras non vult reſtituere, niſi tanta ſumma pecunia exoluta, quam exolvere cogor, cum nullum ſit præſto judicium, videtur mihi condictio hæc competere, ſi ſumma hæc non exigua.

# TITULUS VI.

## *De Condictione indebiti.*

## ad L. Et quidem. 1.

### *SUMMARIA.*

*Condictio indebiti quatenus non detur ei, qui ſciens ſolvit? n.1.*
*Quanam probanda in hac actione? 2.*

1 COndictio Indebiti ei tantum competit, qui ignorans ſolvit indebitum, Autor *ad L.1. n.1. & h.t. & ad L.7. C. h. t.* nam hoc actum inter partes

racite videtur, quia nec ſolvens præſumitur ſuum ja-
ctare, nec accipiens locupletari velle præſumitur cum
alterius jactura, certe velle non debet. Sed ſi ſciens
ſolvit aliquis indebitum, tunc eſſet Donatio, *per L.
Cujus per errorem 53. de R. J.* Autor *ad L.9. n.1. ſeq. C.
h.t.* licet animo repetendi det. *l.50. h. t. & l.7. de Con-
dict. ob cauſam.* niſi alia quam donationis præſumtio
capi poſſet, tunc enim prædicta regula ceſſaret. *Franzk.
h.t. n.24. Dn. Lauterbach. ad h.t. th. 15.* ex quo infert,
debitorem, licet hic ſciens ultra modum uſuras ſolve-
rit, illas tamen repetere non prohiberi, vel ſorti im-
putare, Autor *ad L.14. n. 2. C. de Uſuris* quia non do-
nandi animo, ſed ne indebito principali vexetur, ma-
jores uſuras ſolviſſe præſumitur & citat *Joh. a Sande l.
3. dec.t.14.def.7. Tiraq. de Retr. convent. §.36.gl.1.n.152.*
Si modo & accipiens non deberi ſciat, quia ignoranti
non donantur, per *L. Si eo.18. ſupra. de rebus creditis.
Tiraq. in L. ſi unquam.8. C. de Revoc. Donat. Verbo,
Donatione largitus. n.342. Menoch. lib.3. Præſ.31. Hilli-
ger. lib.14. c.14.lit. A. Franzk.h.t. n.23.* Autor *ad L. 7.
n.2. C.h.t. & ad L.9. n.2. ſſ. C. h.t.* Duo autem proban-
da eſſe, dicit *Carpzov. part. 2. conſt. 28. def.21.* 1. Solu-
tionem. 2. Errorem. *Weſ. in C. h.t. n.13.* dicit, pro-
bandum eſſe indebitum, ſed clarius dicetur, proban-
dam eſſe 1. Solutionem. 2. Indebitum per *l. 25. ff. de
Probat.* Ignorantiam autem in dubio præſumi, aut
2 juramento jurantis probandam. Duo autem exempla
excepta notat *Baſius ad h. t.* primum ex *l. 1. pr. ff. ut in
poſſeſſ. legatorum nomine,* alterum ex *l.9.C. ad SC. Velle.*

## ad L. Si quis. 2. & 3.

*S U M M A R I A.*

*Annon vero hæredi detur cond. indebiti, ſi legata ab hæ-
rede ſcripto ſoluta ex teſtamento, quod poſtea nullum
deprehenditur? n. 1.*
*Quid, ſi inopes legatarii, nec poſſint reddere, an ſcriptus
hæres vero hæredi teneatur? 2.*
*An ſi quis ſine reſervatione Falcidiæ deducenda integra
legata ſolvit, poſſit repetere? 3.*

1 HÆres ſcriptus ſolvit bona fide ex Teſtamento le-
gata, quod tamen poſtea præter ſpem nullum,
injuſtum ruptum, deprehenditur, vel ſi redeat filius
pro mortuo habitus, vel ſi natus poſthumus, quod ne-
ſcit hæres ſcriptus. His, inquam, & ſimilibus caſi-
bus datur ſcripto hæredi condictio indebiti, quæ ab
ipſo hærede ſcripto, vero hæredi cedenda, aut etiam
2 ſine ceſſione utilis vero hæredi datur actio. Sed quid
ſi inopes ſint Legatarii? Reſp. ad nihil teneri hære-
dem ſcriptum, qui bona fide ſolvit. *Cujac. tom.4. p.617.
& ſeq.* Ex *princ. hujus legis Br. & Dd.* communiter
colligunt, ſi quis ſine reſervatione ſolverit integra lega-
3 ta, ſine deductione Falcidiæ, quod ſolverit naturaliter
debitum, quia hic integrorum legatorum ſolutio con-
tradiſtinguitur indebito per partes, Vid. quos refert
*Lancell. Politus in rep. legis, filium quem habentem. C.
fam.hercis.n.73. licet ipſe a communi recedat. n.77.*

## ad L. Si procurator. 6.

*S U M M A R I A.*

*Procurator meus cum ſolvit quippiam indebitum, quando
mihi, quando item illi condictio detur? num. 1.*
*An, ſi alicujus procuratori indebitum ſolvi, contra Do-
minum condictione uti valeam? 2.*
*In pœna Procuratori fiſci indebita ſoluta contra fiſcum
agendum. 3.*

1 QUando verus procurator meus, qui ſcilicet non
ad judicialia, ſed negotia extrajudicialia conſti-
tutus eſt ſolvit de ſuo indebitum, ipſe habet condi-
ctionem indebiti, ſi autem ſolvit de meo, mihi com-
petit condictio, ſi procurator non ſit ſolvendo. Au-
2 tor *ad L.2.n.2. & 12. C. per quas perſon.* Sed ſi procu-
ratori vero ſolverim indebitum, tunc ſi ratum Domi-
nus habuit, condictio hæc datur contra Dominum.
Ratum autem habet Dominus, ſi in rationes retulit.
3 Igitur ſi pœnam indebitam ſolvo fiſci procuratori,
contra fiſcum dabitur actio. *Zaſius hic & Franciſcus
de Clapperiis cauſa 21. quæſtione 2.*

## ad L. Quod indebitum. 7.

*S U M M A R I A.*

*In Promutuo idem per condictionem indebiti repetitur. 1
In ſpecie ſoluta, quando tantundem repetendum. 2.
Quatenus quis præſumatur locupletior factus? 3 & 4.*

1 QUando condicitur indebitum, tunc idem vel
tantundem repetitur; hoc, quando res fungi-
biles ſolutæ, & tunc proprie promutuum dicitur, vel
2 quando ſpecies ſoluta, ſed periit colpa lata, ſcilicet ſi
bona fide accepit, alias quacunque *conf. Dn. Struv. d.
d. l. th.44.* ſed ſi inde locupletior ſit redditus, eatenus
etiam de conſumta tenetur, *Treutl. & ibi Bachov. d.22.
3 th.7. l. C.* ubi *Bachov.* notat, præſumi eum locupletio-
rem factum, & habenda ratio ejus, ſi quid minus ex
aliis ſuis bonis conſumſit. *Molin. tr.2. d.569. n.4.* nam
4 ſi ad uſus neceſſarios expendit, omnino locupletior in-
de factus; & generalius dici poteſt, cum *Cypriano Reg-
nero ad l. 1.* tunc me locupletiorem factum, quando
conditio mea melior facta, v. gr. ſi mihi quis indebite
ſolviſſet rem raræ elegantiæ, & hanc rem donaverim
Patrono, &c.

## ad L. Quod nomine. 8. cum ſeqq.

*S U M M A R I A.*

*Qui exceptione temporali tutus eſt, ſolvens nihil repe-
tit. n. 1.*
*An maritus, habens alias beneficium competentiæ ſi ſol-
vit integram dotem, aliquid repetat? n. 2. 3. & 5.*
*Idem ſi Donator integram donationem ſolvat. 4.*
*Idem ſi quis ante diem ſolvat. 6.*
*An vero interuſurium debeatur? 7.*
*An pater ultra vires peculii pro filio ſolvens aliquid re-
petat? 8.*

1 QUi tutus eſt exceptione temporali, ſi ſolvat, non
repetit, v. gr. Maritus, qui habet exceptionem
2 beneficii competentiæ, ſi ſolvat integram dotem, nec
ipſe nec alius pro eo ſolvens habet repetitionem inde-
3 biti, *per L.h. & ſeq.* Unde colligitur, ſi maritus ac-
ceperit dotem & poſtea reſtituerit rem dotalem, quia
videtur renunciare privilegio, aut ſi ſtatim conſtituat,
ſe nomine uxoris poſſidere, in caſum ſoluti matrimo-
nii, quia reddidiſſe videtur, ideo non utetur privile-
gio competentiæ, *per tradita Tiraquelli de conſt. poſſ.
4 p.1.n.29.* Licet contrarium velit *Zaſius ad l.3.n.4.* Sic
& donator habet beneficium competentiæ, ſed ſi to-
tam dederit, & fortuito res ad donatorem redierit,
eam ſine deductione reſtituere tenebitur. *Tiraq. d.L.
5 n.3. Alex.ad. l. ex diverſo.17. §.fin. n.fin. ff.ſol. matr.* Ex-
cipitur tamen caſus, quando Maritus reſtituit dotem
integram ſui favoris ignarus *Cephalus vol.2. conſ.300,
6 num. 30.* Nec is, qui ante diem ſolvit, repetit, licet
habeat Exceptionem plus petitionis; *per L.10.h.t.* Sed
7 quid de interuſurio temporis? nec hoc debetur. *Zaſ. hic
n.6. & Hill. l.14. c.11.lit.B.* licet contra *Bach.diſp.12.th.
5. lit. D. & E. arg. l.66. h.t.* quia hæc condictio datur
ex bono & æquo. Sed inter tempus exiguum & mag-
num non inique diſtinguit *Molinæus de contr. uſur.
qu. 74. n. 498. & hunc laudans Wiſſenbach. d. 25. th. 11.*
Pater vero ſolvens pro filio ſolidum ultra vires pecu-
lii, non repetit id, quod excedit peculium, quia non
eſt uſus beneficio ſuo, & ita videtur renunciaſſe
eidem

eidem, quod *Zaſius hic* limitat nomine filii, non ſi ſuo nomine, *ex l.5. §. fin. & l. ſeq. de liberat. leg.* de quo cogitandum.

## ad L. In diem. 10. & 16. cum 2. ſeqq.

### *SVMMARIUM.*

*Quod ad diem incertum ſolvitur, quo caſu repetatur condictione hac?*

QUod ante diem certum ſolvitur, repeti non poteſt. Sed in die incerto diſtinguitur. Aut enim (1) incertus eſt, an & quando ſit futurus, v. gr. Si Titius Conſul ſit futurus. Aut (2) incertus, an ſit futurus, ſed certus, quando, v. gr. cum Titius erit 25. annorum. Aut (3) incertus eſt, quando ſit futurus, ſed certus an ſit futurus v. g. quando moriar. In prima & ſecunda ſpecie datur repetitio, ſed ultimo modo non, *Barboſa in l. quæ dotis. 34. num.* 108. *ff. ſol. matr. Bach. in Weſ. num. 4. Donell. l. 14. c. 11. Frankzius ad h. t. num. 47. Zæſius num.* 10.

## ad L. Naturaliter. 13.

### *SUMMARIA.*

*Naturalis obligatio impedit condictionem. n. 1.*
*Quid, ſi jure civili improbata ſit? 2.*
*An, judex mittat in bona ejus, qui naturaliter debet, miſſio valida ſit? 3. & 4.*

1 NAturalis obligatio v. g. quæ in ſervum cadit,
impedit ſolutionem indebiti, quia etiam pig-
2 nus & fidejuſſor eidem accedere poteſt, Sed aliud, ſi
obligatio naturalis a Jure Civili ſit improbata, *per l. 40.*
*ff. h. t. Bach. in ff. Weſenb. h. t. n. 4.* Aliud autem eſſet, ſi
3 alius vel ipſe Judex ſolveret tale naturale debitum; nam
licet factum Judicis videatur eſſe partis, *l. 13. C. de Evict.*
id tamen ita intelligendum, ſi factum juri conſonum.
4 Et ideo ſi Judex in poſſeſſionem bonorum mitteret
creditorem in bona ejus, qui naturaliter tantum obligatus
eſſet, miſſio eſſet nulla. *Menoch. remed. 1. retinend. poſſeſſ. num.* 40.

## ad L. Nam hoc natura. 14.

### *SUMMARIA.*

*Nemo debet locupletari cum alterius damno. n. 1. Neque Eccleſia aut pupillus. 2. & 4.*
*An aliquis quod uſucepit, comperto errore & vero domino, bona conſcientia retinere poſſit? 3.*
*An meliorationes inſeparabiles a m. f. poſſeſſore facta, in conſcientia retineri poſſint? 5.*
*An, ſi feudum ob culpam amittatur, meliorationes reſtituendæ? 6.*

1 NOtiſſima hic regula eſt; Neminem cum alterius
jactura fieri debere locupletiorem. *Menoch. conſ.*
412. Autor *in C. t. de reb. alien. non al. ad L. 1. n. 1.* nec
unquam rejecta hæc exceptio. *Menoch. d. l. n. 28.* & a ju-
dice ex officio ſuppleri poteſt. *Menoch. d. l. n. 29.* quæ ex
regula exornatur in *Axiom. Barboſ. lib. 10. c. 19 ax. 25.*
2 ubi plures citantur. Et hoc ad Eccleſiam ac pupillum
extendit. *Card. Tuſchus concl. 438. lit. LL.* quod nec Ec-
cleſia cum alterius damno locupletari poſſit. Imo hæc
regula potiſſima eſt in caſibus conſcientiæ decidendis,
3 v. gr. Si quæratur, an aliquis id, quod uſucepit,
comperto errore & vero Domino, poſſit in conſcientia
retinere? ubi reſpondere ſoleo affirmative, ſi titulo
4 oneroſo acceperit, æquivalente pretio rei vero, ſecus ſi
titulo lucrativo. Item in Senatus conſulto Macedon.
in caſu, quo quis alterius prohibentis negotia geſſit, &
ſim. Sed habet exceptionem hæc regula in melioratio-
5 nibus inſeparabilibus, præſertim factis dolo malo a m.
f. poſſeſſore, quo caſu etiam in foro conſcientiæ melio-
ramenta retineri poſſe, puto, ſine æſtimatione pretii,
quia lex juſte malam fidem & dolum punit. Sed ſi ob
6 culpam amittatur feudum, licet præſupponatur ſenten-
tiæ communis veritas, quod meliorationes retineri
poſſint ſine pretio, de quo tamen dubitat *Dn. Struvius*
*de feudis c. 15. §. 16.* conſilium tamen ratione conſcien-
tiæ darem, ut pretium reſtitueretur.

## ad L. Indebiti. 15.

### *SUMMARIA.*

*Cur in condictionem hanc fructus etiam ante litem conteſt. percepti veniant, non vero in Rei vindicatione. n. 1.*
*Quid, ſi rem acceperit b. fide? 2.*
*Ob chyrographum vel poſſeſſionem indebite conceſſam, condictio locum habet. 3. & 4.*
*An & quare ſi alienum fundum indebite tradidi, poſſeſſionem condicere valeam, poſt uſucapionem? 5.*
*Sola poſſeſſio condicitur, cum res aliena traditur, ne, nec dominium tranſlatum. 6.*

1 COndictio indebiti fundatur in æquitate natura-
li, & proſequitur non tantum rem ſolutam, ſed
etiam acceſſiones ejus & fructus etiam ante litem con-
teſtatam perceptos, licet ſecus in Rei Vind. *per l. cum*
*fundus. 13. h. t.* Autor *ad L. 1. n. 6. C. h. t.* quia ibi offi-
2 cio Judicis tantum adjudicantur. *Zaſ. h. t.* Si autem
accepit rem b. f. tenetur de fructibus, quat. locupletior.
*Molin. d. d. 569. num. 4. Donell. & Hill. lib. 14. c. 18. lit.*
*H.* ubi reprehendit *Jac. Schultes. q. 28. n. 81.* Sed
m. fidei poſſ. omnes, ut notum eſt.
3 Quamvis condictio indebiti præſupponat tranſlatio-
nem Dominii, datur tamen etiam interdum ob Chiro-
4 graphum datum indebite. *l. 3. C. h. t.* Et Autor *ad L. 3.*
*in C. h. t.* vel ſi nuda poſſeſſio ſit tranſlata. *Dn. Struv.*
5 *Exerc. 18. th. 44.* v. gr. Si alienos nummos, vel alie-
num fundum ego darem indebitum, poſſum poſſeſſio-
nem condicere, licet tu uſuceperis, quia non contra
me, ſed contra verum dominum uſucepiſti, ſed non
tibi ſed mihi, nam dominium a te præſcriptione con-
tra Dominum quæſitum, quod poſſeſſioni acceſſit, ad
me cum poſſeſſione tranſit: Ego ad te poſſeſſionem
tranſtuli, & beneficio hujus poſſeſſionis a me tranſlatæ
tamen uſucepiſti. Ergo quia indebita fuit poſſeſſio,
corruit etiam uſucapio, ut illam mihi non poſſit oppo-
6 nere, unde regulam ex *h. §.* conſtituit *Zaſ.* Quando
res aliqua aliena traditur alteri ex tali contractu, ex
quo non poterat dominium transferri, tunc ſola poſ-
ſeſſio condicetur; textus hic ſubtilis & ſingularis, &
proxime accedit ad remedia poſſeſſoria recuperandæ
poſſeſſionis. *Menoch. de rem dict. recuperandæ poſſ. in*
*præludiis num. 46. & remedio ſecundo toto. recup. poſſ.*
Aliter hunc verſiculum interpretatur Zaſius *tom. 5. lib.*
*2. intell. ſingul. pag. mihi 57. vid. idem ad hunc §. tom.*
*2. p. 439. Petrus Stella in repet. L. repetitio 44. h. t. nu-*
*mer. 3. 11. & 13. tom. 2. repetit. conf. Borcholt. de poſſ.*
*cap. 1. num. 19.* ubi hoc de condictione incerti in-
telligit.

## ad L. Si pœnæ cauſa. 19.

### *SVMMARIA.*

*An debitor, qui propter factum a Creditore commiſſum liberatus, ſolvit tamen debitum, condictione hac repetat? num. 1.*
*An debitor, qui propter pœnam creditoris liberatus eſt, teneatur ſolvere in foro conſcientia? 2.*
*Quantum ſi duo correi 10. debeant, ſinguli vero uno tempore ſolvant decem, alteruter condicat? 3.*
*Quid, ſi hoc caſu unus 10. ſolverit, alius alio tempore etiam decem, quantum condicatur? 4.*
*Quid, ſi Principalis debitor & fidejuſſor ſinguli pariter uno tempore ſolidum ſolvant? 5.*

*Quid in condictionem veniat, cum duo correi promiſerunt Stichum aut Pamphilum, poſtea pariter ſolvant; unus Stichum, alter Pamphilum?* 6.

1 SI pœnæ creditori infligendæ cauſa liberatus ſit debitor, non datur condictio indebiti, v. gr. mihi ipſi Jus dico, apprehendendo rem debitoris, liberatur in pœnam debitor, *per L. extat. 13. ff. Quod metus cauſa.* Sed debitor ſolvit, non opponit exceptionem, quæritur, an repetere poſſit ſolutum? Negatur hoc, quia
2 manſit naturalis obligatio. Unde *Bart.* evincere vult, quod quando quis pœnæ cauſa liberatur, quod tunc debitor in foro conſcientiæ teneatur ſolvere, ob vinculum naturalis obligationis. Sed contrarium recte decidit *Garcias in repet. Legis veluti. de juſt. & J. numer.* 26. *vol.* 1. *rep.* nam dum me liberat in pœnam Lex, invalidatur obligatio naturalis in utroque foro, licet liberationi renunciare poſſim.

3 *Ad §. fin. & duas leges ſeqq.* Si duo correi debeant 10. & quilibet forte per epiſtolam, aut nuncium, aut inſtitorem ſuum uno tempore ſolverit 10. & ſic ambo conjuncti ſolverunt 20. quilibet poteſt condicere quina, & ſic in hoc §. præſupponendum eſt, eos pariter ſolviſſe: nam ſi jam unus 10. ſolverit, & alius alio tem-
4 pore 10. ſolviſſet, poſterior haberet condictionem in-
5 debiti, non primus. Idem in *L.* 20. dicitur de principali debitore & fidejuſſore, nam licet alias inter correos & fidejuſſores ſit differentia (nam correus non poteſt id compenſare, quod alter correo credidit, & correus, qui ſolvit, non habet ſemper actionem contra correum, quæ in fidejuſſore ſecus) tamen ſi debitor & fidejuſſor pariter uno tempore ſolverint, ſinguli ſolidum per nuncios, ſinguli partem dimidiam condicent.
6 In *L.* 21. autem alia de correis controverſia proponitur, quod ſi quis Stichum aut Pamphilum promiſerit, & eodem hoc modo promiſerit alius, ſed uterque pariter ſolvunt, hic Stichum, ille Pamphilum, an poſſunt ambo, hic Stichi alteram partem, ille alteram Pamphili condicere? quod negatur, quia non potuerunt ita ſolvere partem in Sticho, & partem ſolvere in Pamphilo: Ergo nec in repetitione id æquum eſt fieri. *Cujac. tom. 1. ad hh. LL. p.* 594.

## ad L. Sed & ſi 22. pr.

### *SUMMARIUM.*

*An ignorantia facti proprij impediat condictionem?*

IGnorantia & oblivio facti proprij licet alias probabilis non ſit, condictionem indebiti non impedit. *hic & l. 82. §. 1. h. t. Carpz. p. 2. conſt. 28. def. 21. num. 8. Joh. Bapt. Coſta de facti ſcientia & ignor. inſpect.* 48 *quos refert & ſequitur Dn. Lauterbach. ad h. t. th.* 15. Autor *ad L. 7. n. 2. C. h. t.* Dubitans autem hic pro errante & ignorante habetur, *per l. ult. C. h. t. Lauterbach. d. l. th.* 16.

## ad L. Eleganter. 23. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*An quod poſt rem judicatam ex tranſactione datum eſt, condici poſſit? n. 1. & 2.*
*An quod ex tranſactione datum, repeti poſſit?* 3.
*Ubi tranſactio invalida eſt aut nulla, datur repetitio. 4. 5. & 6.*

1 POſt rem judicatam tranſegi tecum, tranſactio nulla, quia ſuper certo jure nulla eſt tranſactio, Autor *in C. t. de tranſact. ad L. 32. n. 3.* ſed ſolvi tibi tranſactionis cauſa, an id, quod ſolvi, poſſum repetere? Videtur quod ſic: quia tranſactio nulla, ſed reſpondetur, te, quod datum eſt in cauſam judicati, retinere poſſe.
2 Sed quid ſi res forte aliquo remedio impugnari vel attemperari poſſit? Reſp. non datur repetitio ex tranſactione datorum,

3 *Ad §. ult.* Tranſactio facit ceſſare condictionem indebiti, nam hæc ex indebito facit debitum, *l. 2. C. h. t. Ant. Padilla in L. ſi non tranſactionis. numer. 6. C. de Jur. & facti ignorantia. Mozius tit. de Condict. indebiti.*
4 *Rubr. de Cauſis quæ faciunt ceſſare. num.* 7. Sed ſi tranſactio invalida, non habet hunc effectum, v. gr. Si poſt rem judicatam inita, niſi aut ſententia ſuſpenſa per appellationem, aut de ea vel ejus Jure dubitetur, *per § 1. h.*
5 *L.* Dn. Autor *in C. h. t. ad L. 2. n. 1. & 7. ſeqq.* ubi obiter notentur caſus; in quibus poſt rem judicatam tranſigere liceat, *conf. l. 11. ſupr. de Tranſact. Mant. de tacita & ambigua Conventione. lib. 26 tit. num. 21. & Gutteroz. de Juram. confirmator. p. 3. cap. 4. num 1. & ſeq.*
6 Autor *ad d. L. 2. n. 9. 10. C. h. t.* Sic etiam ſi Tranſactio nulla forte de alimentis futuris interpoſita, non impedit condictionem indebiti, §. 2. *hujus L. conf. l. 6. & 8. ſupr. de Tranſact.*

## ad L. Si non ſortem. 26.

### *SUMMARIA.*

*Uſuræ non promiſſæ ſi ſolvantur, quare condici non poſſint? num.* 1.
*Uſuræ ultra modum debitum ſolutæ, nec ſorti imputatæ, condicuntur.* 2.
*Non repetitur ſolutum ex obligatione, cui lex neque adſiſtit, neque reſiſtit.* 3.
*Repetitur, quando obligationi lex reſiſtit.* 4.
*Modus uſurarum in Marchia, Pomerania, & Imperio quiſnam?* 5.
*Ultra modum uſuras exigens quomodo puniatur?* 6.
*Uſuræ quibus caſibus ultra duplum currant?* 7.
*In Electoratu Brandenb. uſuræ quando excedant alterum tantum?* 8.
*Uſuræ uſurarum non ſunt præſtandæ.* 9.
*An uſuræ in pretio pro re vendita non ſoluto currant ultra alterum tantum?* 10.
*An idem in uſuris pecuniæ pupillaris a tutoribus debitæ?* 11.
*An uſuræ particulariter ſolutæ in alterum tantum computentur?* 12
*Quid apud nos obtineat hoc caſu?* 13.
*Uſuras indebitas repetit, quamvis ſciens quis ſolverit.* 14.
*An, ſi inſtrumento conventum ut uſuræ ſingulis annis ſorti agregentur, anatociſmus ceſſet?* 15. 16. & 17.
*Quibus caſibus prohibitio de uſurarum uſuris ceſſet?* 18.
*Uſuras uſurarum quis exigere valeat* 19. & *ſeq.*
*Cur fidejuſſor a Principali debitore uſurarum uſuras petere poſſit?* 20.
*An idem, ſi fidejuſſor agat actione ceſſa contra confidejuſſorem?* 21.
*An, ſi ſors cum uſuris in dotem data eſt, uſuras uſurarum petere liceat?* 26. & 27.
*Cur, qui* 100. *debet, & fundum dedit* 200. *valentem, partem dimidiam fundi repetere non valeat?* 28.
*Extra neceſſitatem nemo ad communionem compellendus.* 29.
*Rem, quæ occaſione debiti ad me pervenit, poſſum interim retinere, quamvis non ſit oppignorata.* 30.
*An, ſi debitor, cui creditor rei debitæ liberationem legavit, rem illam heredi ſolvat, condictionem habeat?* 31. & 32.
*An libertus, qui errore quodam operas officiales non debitas præſtitit, eas condicat?* 33.
*An idem in operis fabrilibus?* 34.
*An operæ ruſticorum a Nobilibus locari poſſint?* 35.
*Si ſolvatur pars unius ex alternative debitis rebus an competat liberatio, vel detur repetitio pendente eventu?* 36.
*Veſtigium reprobatæ Ulp. ſententiæ.* 37.

USuras ex mutuo, nec ſtipulatione; nec nudo pacto promiſſas ſi ſolvam, non habeo condictionem indebiti, quia in remunerationem officij mutationis perſolviſſe cenſeor. *Hill. in Donell. lib. 12. c. 3. lit. P. p.* 96.

Sed

2 Sed ſi ultra debitum modum uſuræ ſolvantur, quod le-
gitimam quantitatem excedit, ſorti imputandum, & ſi
poſtea ſors iis non deductis ſolvatur, condictio indebi-
ti competit. Autor *ad L. 18. C. de Uſur.* Hinc notat
3 notabiliter *Bartolus*, quando Lex obligatione non ad-
ſiſtit, nec reſiſtit, contrahitur naturalis obligatio, quæ
impedit repetitionem indebiti ſoluti. Sed quando
4 Lex reſiſtit, impeditur etiam naturalis obligatio, & re-
5 petitur ſolutum. Modus uſurarum eſt deſcriptus in *l.
26. §. 2 C. de uſuris ibique* Autor *n. 6. & ſeq.* mercatori-
bus beſſiles, aliis vero ſemiſſales conceduntur, quod
ſequitur Electoratus Brandenb. & Pomerania. Alibi
vero juxta Receſſum Imperii Deputatorum *de anno 1600.*
§. So viel nun. 152 *& de anno 1654.* §. 174. quincun-
ces admittuntur. Autor *ad d. L. 26. n. 20. S. C. A. t.*
6 Qui autem ultra conceſſam quantitatem uſuras exigit,
is non tantum publice plectitur amiſſione quartæ par-
tis ſortis, ſed etiam, quod excedit illum modum, ſem-
per ſorti detrahendum. *Carpzovius in pr. crim. p. 2. q.
92. Dn. Mevius de Levam. deb. 4. num. 16. & ſeq.* Au-
tor *ad L. 14. n. 2. C. de uſuris.*

*Ad* §. 1. Duo habentur in §. hoc; primum de Alte-
7 ro Tanto, ſecundum de uſurarum uſuris. Uſuræ ultra
duplum non currunt. *hic & l. 27. § 1. Cod. de uſuris.
confer. &* Dn. Autor *in Codicem ad L. 27. §. 1. t. de uſu-
ris. n. 4.* quod limitant, 1. Si intereſſe poſſit probari.
2. Si malitioſe moretur debitor. 3. Si aliud inter credi-
torem & debitorem convenit; item ſi uſuræ ſint rei ju-
dicatæ, ſi ſint annui reditos. *vid. Berlich. p. 1. dec. 30.* &
quos allegat, & male ad exceſſum unius anni reſtringit
8 *Surdus conſil.* 302. *n.* 10. In Electoratu Brandenb. uſu-
ræ per partes ſolutæ ultra alterum tantum currunt, ſed
ſi uſuræ non ſint ſolutæ; ultra alterum tantum non
computantur, *per Receſſum de anno 1600. & de anno*
9 1654. §. 151. Alterum quod in §. 1. habetur, eſt, quod
uſurarum uſuræ præſtandæ non ſint, cum fructus fru-
ctum parere non poſſit, *vid. notata ad l. fin. C. de uſuris.
n. 1. ſeq.* In ſpecie vero quærit Joh. a Sande *l. 3. t. 14. def.*
10 5. (1.) an etiam prohibitio alterius Tanti in Uſuris pre-
tii habeat locum? Quod affirmat. Sed melius diſtin-
guitur, utrum res emta fructus ferat, annon; ut illo ca-
ſu uſuræ currant, ex ſpeciali ratione ob lucrum fru-
ctuum, *ex l. curabit. C. de Act. emti*, hoc caſu non *conſ.
Covarr. l. 3. reſol. cap. 4. n. 2.* Quærit. (2.) an id etiam
11 verum in uſuris pupillaris pecuniæ a tutoribus debitæ?
& aff. Sed omnino videtur melior diſtinctio ex tradi-
tis *Molinæi d. tr. n. 599.* an durante tutela duplum ex-
12 cedatur, an depoſita tutela; ut hoc caſu ceſſet curſus
uſurarum, non vero illo, ſed currant uſuræ. (3.) An
etiam uſuræ particulariter ſolutæ computentur in alte-
rum tantum? Quod recte aff. *ex Nov. 121. & 138. vide*
13 Dni Autoris *notata ad L. 27. §. 1. C. de uſur. n. 4. 5.* Li-
cet in Friſia diverſum conſtitutum, & apud nos contra-
14 rium etiamnum obſervetur. Id videtur hic ſpeciale
odio uſurarum, ut qui ſciens indebitas uſuras ſolverit,
poſſit tamen condicere. cum alias hæc ſcienti non de-
tur, *hic l. 26. §. 2. & ibi Bart. ac Vaſq. l. 6. contr. ill. cap.
63. n. 21. & Philip. Dec. in reg. cujus per errorem. 53. de
R. J. ac ex his allegatus Sande d. tit. 14. def. 7.* Sed quæ-
15 ſitum memini, ſi in ipſo obligationis inſtrumento con-
ventum, ut uſuræ ſingulis annis ſorti aggregarentur, &
ne illud pro Anatociſmo habeatur, & renunciatio facta
*l. ult. C. de uſuris. &c.* Hanc conventionem eſſe nul-
lam & uſurariam, ſine ullo dubio reſponſum *menſe
Auguſt. anno 1659.* Autor *in C. h. t. de uſur. ad L. ult. n.*
1. Et licet Dd. nonnulli videantur diſſentire, loquun-
16 tur tamen de eo caſu, quando ex poſt facto debitor eſt
in mora, & extorqueri uſuræ non poſſunt, & ſuper uſu-
ris in ſortem verſis novum documentum confectum.
*Cothm. vol. 1. conſ. 18. n. 218. Berlich. dec. 268. n. 8. Dn.*
17 *Mevius p. 4. dec. 213.* Sed in caſu, ubi ex inopia debitor
non potuit uſuras ſolvere, hæc illorum in immenſum
æs alienum præcipitatio permittenda non eſt. Nam
hic finis uſurarum, ſc. pœna vel compenſatio, ceſſat.

*Dn. Mevius d. dec. 213.* De uſuris ultra alterum tan-
tum non ſolvendis, vide quæ habet *Molin. in tr. de Uſur.
n. 44. & ſeq.* & præſertim *Dn. Tabor in elegantiſſimo ſuo
tractatu de Altero Tanto, præſertim p. 1. art. 1. n. 5. & ſeq.
D. Mev. in levam. debit. Dn. Carpz. in Aſylo. &* Dni
Autoris *Commentar. ad Cod. tit. de Uſuris. L. 27. n. 4. ſeq.*
18 *Jurisprudentia noſtra Lumina paſſim.* Ceſſat autem
prohibitio, ſi debitor *Nov.* 121. renunciaverit. *Tabor.
de altero Tanto p. 2. art. 2. n. 12. & part. 4. art. 3. n. 8.* & no-
vum inſtrumentum factum: Ergo ceſſat illa *Novella* 121.
19 De uſuris uſurarum eſt una exceptio in tutore, qui uſu-
ras exegit *l. 7. §. 12. de admin. tut. l. 2. C. de Uſur. pupill.*
20 *Berlich p. 2. dec. 268. n. 10.* Struv. *Exerc. 27. th. 53. n. 5.* Al-
tera in fidejuſſore, qui actione mandati a principali
exigit etiam uſurarum a ſe ſolutarum uſuras, quia uſuræ
ſolutæ inſtar ſortis ſunt. *Hering. de fidej. c. 26. n. 88. Dn.*
21 *Mevius p. 5. dec. 86.* Sed quid ſi agat contra fidejuſſo-
rem actione ceſſa? R. hic agitur, v. gr. ex condictione
certi ex mutuo, nam ipſe creditor, qui accepit, non po-
tuit conſequi uſurarum uſuras, ergo nec ceſſionarius
22 ejus, qui plus Juris habere non potuit, ſed detrahit ta-
men ſuam partem, *& ita deciſum in Facultate menſ. Ja-*
23 *nuar. anno 1654.* Tertia exceptio eſt, ſi Juramentum
accedat promiſſioni uſurarum de uſuris. *Berlich. p. 2.*
24 *dec. 268. n. 9.* Quarta ſi ut intereſſe petatur. *Berlich. dec.
d. n. 22. & p. 2. concl. 38. n. 32.* Quinta in principe. *Ber-*
25 *lich. d. dec. n. 27.* Sexta in Judæis. *Berlich. n. 26.* Septima
in annuis reditibus. *Berlich. n. 29.* licet hæc exceptio de
26 regula non ſit. Octava ſi debitor mutetur, *d. l. 7. §. 12. &
l. 58. §. 1. & fin. de admin. tut.* quod tamen *Berlich. n. 35.* ad
ſortem cum uſuris ceſſam *n. 37.* male extendit, nam
quando nomen ceditur, ex venditione vel datione in
ſolutum, vel datione in dotem, tunc non mutatur cre-
ditor, qui contraxit, qui retinet directam actionem, &
transfert tantum exercitium directæ actionis ac utilem
27 actionem. Et iniquiſſimum & abſurdum puto, ut quis
cedendo poſſit duriorem ceſſi debitoris conditionem
facere ipſo invito, & uſuras in ſortem mutando, &
quod cedens plus Juris in ceſſionarium poſſit transferre,
quam quod ipſe habuit, de qua re alibi dictum fuſius.
28 *Ad* §. 4. *Si* quaſi ducenta deberem, fundum dedi,
cum tamen centum tantum debeam, quæritur, an poſ-
ſim dimidiam partem fundi repetere: Videtur quod
ſic, quia ſic obſervatur in pecunia ſoluta, ſi plus ſolvi,
quam debuerim. Sed aliud in ſpecie in ſolutum data,
nam ſi poſſem partem repetere, ille invitus in commu-
29 nionem incideret. Ergo obligatus maneo, & non ſum
liberatus, ſed donec ſolvam, habet creditor in fundo in
ſolutum dato jus retentionis. Collige, neminem ſta-
re compelli in communione, nec quenquam ad com-
munionem compellendum eſſe, niſi neceſſitas id ſua-
30 deat. *Maſc. de probat. concluſ. 328. n. 2. Barboſ. locuplet lib.
3. cap. 32. ax. 4.* Autor *in Comm. ad C. tit. Communi divi-
dundo ad L. 5. n. 1. ſeq.* Deinde colligitur, quando res
occaſione debiti pervenit ad me, licet non ſit oppigno-
rata, tamen mihi ob debitum competere jus retentio-
nis. *Dd. hic Schurfius vol. 2. conſil. 77. n. 2. Surdus
tract. de Alim. tit. 9. q. 32. n. 53. Melignatus de Retent. q. 298.*
31 *Ad* §. *adeo.* 7. Creditor ſuo debitori, qui ad rem vel
pecuniam præſtandam & ſolvendam erat obligatus, li-
berationem legat; ſed Legatarius ignorans legatum
ſolvit, & præſtat rem debitam, quæritur, an poſſit con-
dicere? quod aff. quia errore facti ſolvit, & obſtabat
32 hæredi exceptio doli, ſi petiiſſet. Sed obſtare videtur
*l. 5. §. 2. ff. de Liber. leg.* ſed reſp. Cujac. *t. 1. p. 1930.* 10 §. 2.
ſermonem eſſe de marito, qui uxori poſt divortium ad-
huc vivæ ſolverat, antequam liberaretur per teſtamen-
tum morte confirmatum.
33 *Ad* §. *Libertus* 12. Libertus ſi putaverit ſe adſtri-
ctum ad operas officiales, eas præſtiterit errans, non
poteſt condicere, ne quidem ſi pecuniam dediſſet pa-
trono, vel ſi delegatus aliis præſtiterit; nam hæ ope-
34 ræ delegari non poſſunt. Sed fabriles, qui certam
æſtimationem pecuniariam admittunt, & non in facto

ſolo, quod infectum fieri aliis nequit. l. d. in præſtatione pecuniaria conſiſtunt, poſſunt condici. *conf. Zaſius t.5. operum. pag.60. Rodericus de Cen. bus l.2. cap.*
35 *17. n.86. Ronchegallus ad l.5. n.14. ff. de duobus r. ſi.* Sed quæritur, an operæ ruſticorum a Nobilibus & aliis Dominis locari poſſint, quando ipſe iis non indiget? Negant hoc Dd. quod refert & ſequitur *Berlich. p.1. dec. 67.* niſi ſit caſus neceſſitatis. Vide Dni Autoris *Comment. in Cod. ad tit. de Oper. Libert. L.1. n.3.* Sed ſi operæ certam præſtationem pecuniariam habeant, non video, cur non conceſſio aliis poſſit fieri, ſi operæ Domino inutiles, modo ruſticorum conditio non fiat durior, nec graviores operæ, quod fieri ſolet ceſſione operarum.

36 *Ad §.13.* Si duæ alternative debentur ſpecies ſoluta unius parte exercitium actionis quadantenus ſuſpenditur, modo tantum & modificatur ratione partis receptæ, ſi enim agatur contra eundem debitorem, non ſuſpenditur exercitium actionis, ſed ad totum agitur. Modificatur autem actio in hoc, quod actor debet deducere partem receptam, ſi in eadem re perſolvatur, vel offerre rem & reſtituere, alia re integra ſoluta, ſive a ſe ſive a debitore, ſive a judice electa vel
37 eligenda. *ita Caſp. Caballinus in tr. de div. & indiv. p. 2. n.132. & ſeq. conf. ibi Bart.* Et in fine eſt veſtigium ſententiæ Ulpiani reprobatæ in *l. pen. C. h.t.* ut id notat. hic *Gothofr. & Dn. Joh. Strauch. ad 50. Dec. Juſtin. exerc. 6. cap 3. & ſeq.* quem refert *Dn. Lauterbach. ad h.t.th.2.* *Cujac. l.8. obſ.35. & quos refert Hillig. in Donell. l.14. cap.18. lit. E.* Autor *ad L.10. n.4. & 5. C.h.t.*

## ad L. Qui certo loco. 37.

### *SUMMARIA.*

*An, qui indebitum errore Lipſiæ ſolvit, ubivis condictione conveniri poſſit?*

SI quis putans tibi Lipſiæ ſolvendum eſſe, indebitum ſolvat, ubivis indebitum repetere poteſt, & ita non eſt actio arbitraria, quod certo loco, ſed eſt pura condictio indebiti, quæ utique intendi poteſt ſine mentione loci, nam alia intentio hic ſolventis, alia repetentis. *vid. Cujac. c.1. p.1178.* Unde hic Dd. notant, Diſtractum non tribuere forum. *Bart. hic & quos citat. Hill. in Donell. l.17. cap.14. lit. B.*

## ad L. Judex 28. pr.

### *SUMMARIA.*

*Verus debitor per ſententiam abſolutus non utitur condictione. n.1.*
*Qui debet civiliter ob rem judicatam, non condicit? 3.*
*Fidejuſſor male abſolutus ſi ſolvat, liberatur principalis debitor? 4.*
*Tam qui male abſolvitur, quam cui alter inique condemnatur, vulneratam conſcientiam habent. 6. & 7.*

1 SI verus debitor per ſententiam male abſolvatur, naturaliter obligatus manet, *per l.60. h.t. de qua vid. Bart. ibid. & Cujac. tom.1. operum. pag.506 & Don. lib.14. cap.12.* & ideo ſi ſolvit, ſolutum non repetit, *per h. L. Molina diſp. 568. num. fin. Mezius de diviſ. indebiti. num. 11. Bach. diſp. 4. de act. th. 17. Et in*
2 *Tr. diſp. 22. th.4. lit. H.* Idem in præſcriptione tri-
3 cennali cum mala fidejuncta. *Franzk. n.41.* Si autem quis naturaliter non debeat, ſed civiliter ob rem judicatam, tunc non poteſt condicere, ob autoritatem rei
4 judicatæ *l.29. §. pen. ff. Mandati.* Sed ſi fidejuſſor male abſolutus, vel præſcriptione ratione ſuæ perſonæ tutus, ſolvat, liberat debitorem, & habet mandati a-
5 ctionem. *d. l.29. §. ult. Cujac. t.1. p.1251.* Exceptionem hujus legis habet. *Ludovicus Romanus ſing. 312. ex L. Si ſponſus. 5. §. Si uxor. 7. ff. de Donat. inter virum & uxorem,* quod abſolutus, ſi ſolvat, interdum habeat condictionem, ſi perſona altera alteri nihil donare poſſit, ut maritus & uxor. Ex hac lege colligitur, ſi quis male abſolutus, in conſcientiæ foro non eſ-
6 ſe liberatum eum, qui ſcit ſe debere. Et ſic etiam, cui liter inique condemnatus, non poſſe eum ab altero id petere ſalva conſcientia. Nam autoritas rei judi- catæ tantum in hoc ſeculo valet, & in foro externo.
7 In altero ſeculo etiam judicata reſcindentur. Ideoque debitum retinens, vel lucrum ex injuſtitia ſententiæ faciens vulneratam conſcientiam habebit, & peccatum non dimittetur, niſi injuſtum lucrum reſtituatur, ſi poſſit; de qua re alibi in proceſſu actum.

## ad L. Cum is. 32. §. mulier. 2.

### *SUMMARIA.*

*Mater, quæ filiam dotat, non poteſt condicere tanquam rem indebite factam. n.1.*
*Extraneus, qui tanquam debitam ſponſæ pecuniam in dotem dat, an condicat? 2. & 3.*
*Frater, qui ex feudo conſtituit ſorori dotem, ob emergens æs alienum nihil poteſt condicere. 5.*

1 OBligationem naturalem impedire condictionem indebiti, *ſupra* diximus, *ad L.13. & 41. h.t.* exemplum hic in matre, *de qua h. §* loquit, ratio pietatis ſubjectæ innuit, quæ ſi filiam dotet, licet ad id non teneatur, non tamen condicit. quia pietatis ratione de-
2 dit. *Dn. Lauterbach. ad h. t. th. fin.* Aliud igitur in extraneo, ubi ea pietas, ſcilicet ſtorge naturalis non reperitur, hoc enim per pietatem hic intelligitur. *Hottom. lib.3. obſ. Don. & Hill. lib.12. c.2. lit. N.* quod intelligo, ſi ut debitam ſponſæ pecuniam ipſius nomine
3 in dotem dederit, juxta ſpeciem *Legis 9. §.1 ff. de Cond. cauſa data.* Nam ſi quis dotem pro puella dederit extraneus, ſive hoc fecerit animo donandi, ſive pro patre, quaſi ejus negotium gerens, non repetit; non illud,
4 ut patet, nec hoc, ob *l.44. h.t.* quia ſuum aut ſibi debitum recepit maritus, ſed dotanti tamen hoc caſu contra patrem dabitur neg. geſt. actio. Colligunt ex hac lege Dd. cauſam dotis eſſe cauſam piam. *Menoch. l.2. A.Q. caſu 88. n.36.* Collige etiam id, quod ex pietate ſolvitur, non repeti. *Bald. Novell. de Dote p.6. privil. 44.* & notetur hic caſus, ubi donatio præſumitur in dote. *Menoch. dict. caſu 88. n.36. Compegius de Dote p.*
5 *1. q.52. n.6.* Ex hac Lege concludit *Dn. Mevius p.2. dec.190.* ubi frater ex feudo dotem conſtituit ſorori, ob emergens poſtea æs alienum non habere fratrem condictionem indebiti, ubi de ſtatuto Bremenſi loquitur. Sed *Baldus de Bartolinis in reb. l.1. ſolut. matr. vol.3. repet n.330. & ſeq.* cauſam pietatis collocat etiam in paupertate virginis dotandæ, & non tantum in vinculo ſanguinis. Sed prior videtur convenientior.

## ad L. Si in area. 33.

### *SUMMARIA.*

*Jus retentionis habet, qui expenſas fecit in re aliena. n.1.*
*An, ſi Dominus propria autoritate occupet fundum is qui fecit expenſas, actionem habeat? 2. & 3.*
*Cur, qui ædificavit in alieno ſolo, & in Dominum tranſtulit poſſeſſionem, nullam actionem ratione expenſarum habeat? 4. & 5.*
*Annon habeat condictionem incerti? 6.*
*Condictionem incerti habet ſoror, quæ cum haberet aream cum fratre communem, ædificium extruxit, & locavit fratri, quod hic finita conductione reſtituere detractat. 7.*
*Expenſæ præbent jus retentionis, ſi liquida ſint. 8.*
*Jus retentionis emtori opponi poteſt. 10.*
*An ei, qui agit remedio recuperandæ poſſeſſionis, poſſit objici jus retentionis? 1.*

Qui

Digitized by Google

1 QUi fecit expenſas in re aliena, habet Jus reten-
tionis, adeo ut ipſa etiam executione poſſit op-
ponere de Jure retentionis ob expenſas. *Neguzant.*
*de pign. membr. 4. p. 5. n. 10. Tiraq. de Retr. convent.*
*§. 7. gl. 1. n. 1. n. 13. Menoch. remedio recup. poſſ. 11. n. 9.*
*& remed. 15. q. 39. in fine plures citans.* Et poteſt
etiam mercedem petere, ut de marito tradit *Carpzo-*
*vius p. 2. conſt. 25. D. 19. n. 9.* Si dominus rei poſſeſ-
2 ſionem animo retentam occupet propria autoritate,
vel ædificans ipſi fundum tradat, non deductis ex-
penſis, omni deſtituitur remedio, nec habet condi-
ctionem indebiti, ratio eſt in priori caſu, quia nullum
3 negotium mecum geſtum eſt. Unde colligunt Dd.
ad condictionem indebiti ſemper requiri, ut aliquid
4 inter actorem & reum fuerit geſtum. In ſecundo ca-
ſu ratio eſt, licet in Dominum tranſtulerit poſſeſſio-
nem, nihil tamen indebitum tranſtulit, quia poſſeſſio
5 debebatur Domino. *Barboſ. d. l. n. 10. & ſeq.* Autor *ad*
*L. 16. n. 1. de R. Vind.* quamvis Dd. quos *Barboſ.* recen-
ſet, non inique admittant remedium *l. ſi me & Titium*
*ſupra, de rebus cred. conf Gail l. 2. obſ. 12. n. 6. Don. l. 14. c.*
*11. lit. F. & ibi Hill. Ricc. collect. Dec. 150. Grænwegen ad*
6 *§. 30. Inſt. de Rer. Div.* imo placet ſententia *Cujacii*
dantis tradenti condictionem incerti, quod indebite
tranſtulerit poſſeſſionem expenſis non refuſis, & reten-
tionis jure non uſurpato, ideo condicit poſſeſſionem,
quæ eſt condictio incerti, *per l. 40. §. pen. h. t. & ibi notat.*
7 *& l. 60. de leg. 1. Cujac. tom. 1. p. 2133.* Et ideo quæritur de
hujus caſus deciſione. Si in area, quæ erat fratri & ſo-
rori communis, ſoror ſola exſtruxerit ædificium quod
poſtea certa penſione locat fratri; finito tempore loca-
tionis detrectat frater reſtitutionem; cum partis areæ
eſſet dominus, ſuperficies autem ſequitur aream, ſed
an juſte? Non videtur, quamvis enim ſi alio modo
quam locationis titulo ædium poſſeſſio ad fratrem per-
veniſſet, ſorori vix actio competiiſſet ex hac lege,
quia tamen condictio incerti dari poteſt, & condu-
ctor ante omnia debet reſtituere rem conductam, &
ita poſſeſſionem in ſororem transferre, ideoque omni-
no jus repetendi expenſas habuiſſet, ſi vel tota area ad
8 fratrem pertinuiſſet. *Dn. Mevius p. 3. dec. 303.* Colli-
ge, expenſas factas dare jus retentionis, ſi ſint liqui-
dæ; ſed ſi non ſint liquidæ, reſtitutio injungitur, ſal-
va ad petendas expenſas actione, vel ita ut Dominus
cavere jubeatur, ſi probatæ fuerint expenſæ *Dn. Mevius*
*p. 3. deciſ. 368.* Sine cognitione autem cauſæ non eſt
deſtituendus, qui jus retentionis allegat *Dn. Mevius*
9 *p. 1. dec. 147.* Colligitur etiam *ex hac lege*, quod jus re-
tentionis non habeat effectum hypothecæ; nam ſi hoc
eſſet, daretur creditori ob jus retentionis actio hypo-
thecaria, ſed nulla actio datur ordinaria. *Mat. Col.*
*de proc. execut. p. 1. c. 2. n. 214. Carpzov. p. 1. dec. 66.*
10 Sed Jus retentionis, ob immiſſionem ſemel factam,
tertio etiam opponi poſſe, v. gr. emtori, tradit, *Carp-*
*zov. p. 3. dec. 269. n. 28. & ſeqq.* Sed quæritur, an ſi
11 quis agat remedio recuperandæ poſſeſſionis, an poſ-
ſit objici retentionis Jus? Et quamvis hoc nonnulli
voluerint negare, & faciant regulam; quod ubicun-
que non admittitur Exceptio altiorem indaginem re-
quirens, non etiam admitti retentionis Jus, quos re-
fert, *Maſc. de probat. concl. 1041. n. 12. Menoch. reme-*
*dio 15. recup. poſſ. n. 568.* Contrarium tamen recep-
tius videtur *Menoch. n. ſeq. & rem. 11. Recup. poſſ. n. 7.*
*Tiraquel. de Retr. Convent. §. 7. gl. 1. n. 13.* licet contra-
rium judicatum alleget, *Carocius de Locat. tit. de Ex-*
*pens. nu. 14.* facilius ergo retentio datur, quam nova
actio. *Cravetta conſ. 6. n. 98.* Et illa ſententia, quam
recenſui, habet locum, licet cautio offeratur ex pract.
*l. 5. de ſtatu hbb. Menoch. & Tiraq. dd. ll.*

## ad L. Frater à Fratre. 38.

*SUMMARIA.*

*Hæc Lex hodie parum utilitatis habet. n. 1.*
*Caſus Legis refertur. 2.*

1 DE hac lege vexatiſſima vide ſi lubet *Cujac. tom.*
*2. p. 2086.* & alios, qui partim in diſputationi-
bus vel tractatibus hanc legem explicarunt. Ego iſtas
ſpinas parum utiles prætereo, ſi quidem a moribus no-
ſtris lex ipſa alienior eſt, ut agnoſcunt etiam *Grænwe-*
*gen hic & Cyprianus Regnerus.* Ne tamen conquera-
tur lex, quod eandem plane præterierim, brevibus ca-
2 ſum & deciſionis argumentum recenſebo: Duo fra-
tres primus & ſecundus erant in ejuſdem patris pote-
ſtate. Primus ſecundo centum mutuo dat ex peculio
ſuo profectitio, quæ obligatio naturalis ſtatim adquiri-
tur Patri. Mortuo patre, uterque in ſemiſſe patri ſuc-
cedit, & ſecundus totum debitum ſolvit primo, quæri-
tur an condicere poſſit? & reſpondetur, dimidiam par-
tem debiti naturalis per aditionem ſecundi confuſam
eſſe, ergo eam omnino repetet, pro parte vero, qua
primus hæres, non repetit, niſi peculii partem accepe-
rit; nam peculium mortuo patre communicandum;
quantum enim pervenit ad fratrem ex peculio debito-
ris, in tantum ſublata eſt obligatio naturalis etiam in
altera parte debiti, & datur condictio. Videatur
præter *Cujacium Joh. Grotius tomo 2. repet. Juris. Za-*
*ſius tomo 5. operum ſuorum p. 72. Dn l. 14. c. 19. Zæſius*
*ad h t. n. 22. Dn. Struv. th. 34. Wiſſenbach. hic th. 64.*
*& ſeqq. & multi alii.*

## ad L. Qui Exceptionem. 40.

*SUMMARIA.*

*Repetitio ceſſat, ſi quis ſolvit, qui habet exceptionem odio-*
*ſam. num. 1.*
*An idem in exceptione doli? 2.*
*Unde judicandum ſit, an exceptio odioſa? 3.*
*An condictio incerti detur, cum hæres ædificii fideicom-*
*miſſarii partem exuſtam refecit, & tradidit ædificium,*
*nulla mentione impenſarum facta? 5. & ſeq.*

1 QUi exceptione muhitus eſt, ſi ſolvat, & exceptio
competat ob odium creditoris, ceſſat repetitio,
ſi vero ob favorem debitoris, ut in Vellejano, datur
repetitio, quia Senatus illam interceſſionem improbat:
2 *l. 16. ff. ad SC. Vellej.* Quo referunt exceptionem Doli,
*per l. 7. ff. de condict. cauſa data. Don. lib. 14. c. 12. Bach.*
*diſp. 4. de act. th. 17. Wiſſenb. th. 12. poſt Caſtrenſ. in l. 7.*
*ff. de condict. cauſa data. & Jaſ. n. 2.* Autor *ad L. 2. n. 5.*
*C. Ad. Sct. Maced.* Licet contraria ſententia commu-
3 nior. Poſſet forte conciliatio tentari, per diſtinctio-
nem inter Exceptionem doli generalem & ſpecialem,
ut communis opinio de hac exceptione doli ſpeciali
4 intelligatur. An vero ſtatutum vel exceptio favora-
bilis ſit, an vero odioſa, id vero ex principali intentio-
ne ſtatuentium ſumendum. *Dd. hic. Tiraq. de Retract.*
*conſangu. §. 30. Gloſſa 1. n. 5. Menoch. Rec poſſ. remed. 1. n.*
*28. Franc. de Clapperiis in dec. cauſa 18. quæſt. un. n. 12.*
*conf. Franzk. h. t. n. 28. & ſeq.*
5 *Ad §. 1.* Domus per fideicommiſſum in diem mihi
relicta, cujus pars exuſta, ſed ab hærede ſuis ſumtibus
refecta, ſi retineat domum, non eſt dubium, quin re-
petere expenſas poſſit, *per l ſi in area. 33. h. t.* ſed quid ſi
mihi tradiderit, nulla facta mentione expenſarum, an
6 poſſum conveniri ob expenſas? Videtur quod non,
*ob L. in area. 33.* Sed hic affirmatur, condictionem
incerti dari, i. e. poſſeſſionis, & ſic ad omnem bonæ fi-
dei poſſeſſorem hoc pertinere, ex hac lege, & ita cum
communi ſchola ſentit *Joh. Garcias de expenſis cap. 7.*
*n. 8.* ubi plures citat, licet *Barboſa ad L. divortio, 8. §.*
*fin. p. 2. n. 14. & n. 25.* hoc impugnet, & ſpecialem ratio-
nem alleget, puto tamen ſententiam communem de
condictione incerti eſſe potiorem & æquiorem. Li-
7 cet *Coraſius etiam in repet. l. 1. ff. ſol. matr.* non multum
à Barboſa intellectu abeat, dum dicit *n. 33.* hic dari a-
ctionem, quia hæres non impenderat ut in rem ſuam,
quia

qui ci- bat ſub fideicommiſſo eam eſſe relictam, ideoque animum repetendi præſumi.

## ad L. Quod pupillus. 41.

*SUMMARIA.*

*Quatenus obligatio naturalis impediat condictionem indebiti? n. 1.*
*Quod ſi jure civili plane ſit improbata? 2.*
*An pupillus naturaliter obligetur? 3.*

1 OBligatio naturalis impedit quidem condictionem indebiti, *per l. 13. h. t.* ſi ſcil. ſuæ virtuti & 2 poteſtati fuerit relicta, ſecus eſt, ſi Jure Civili plane ſit improbata, adeo ut talem repetitionem inhibere non poſſit, v. gr. Si pupillus, qui ſine autoritate Tutoris promiſit, ſolveret. *vid. Hillig. in Don. lib. 12. c. 22. lit. M. Franzk. h. t. n. 43.* Hinc colligunt, pupillum 3 ne naturaliter quidem obligari, *hic & l. 59. de O. & act.* Cui repugnare videtur, quod in *l. 13. h. t. §. fin.* dicitur, ſed illud de regula, hoc de exceptione, ſi locupletior factus, intelligere poſſumus, *per l. 5. pr. ff. de Autor Tut.* vel illud in ſe, hoc ratione aliarum perſonarum fidejuſſoris, & ejus qui novat, &c. *conf. Donell. ad l. 127. de V. O. Hill. in Don. l. 12. c. 22. lit. K. & ſeq.* Autor *ad L. 1. n. 3. C. de inut. ſtip.* quæ ſententia mihi expeditior cæteris viſa, licet aliter *Coraſius l. 6. miſcell. cap. 22. & alii.*

## ad L. Repetitio. 44.

*SUMMARIA.*

*An qui ſuum debitum accipit ab eo, qui nihil debet, reſtituere teneatur? n. 1. 2. & 3.*
*Heredum unus ſi ſolvat ſolidum, non repetit. 5.*

1 QUi ſuum vel ſibi debitum recepit, licet ſolvens non debuerit, ſolutum tamen reſtituere non tenetur. quod intelligendum, ſi pro alio ſeu debitore ſolvat, aliud ſi ſuo nomine ſolverit, *l. 19. §. 1. h. t.* Ita *Don. lib. 14. c. 13.* quam conciliationem approbare videtur *Carpzovius part. 2. conſt. 24. def. 10.* & veriſſimam dicit *Cujac. l. 8. obſ. 9. Cludius de cond. ind. cap. 1. num. 17. & ſeqq. & cap. 4. num. 94. Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 52.* Aliter *Hill. d. l. lit. A.* Aliter *Zœſ. tit. 5. operum p.* 2 *78. num. 14. Zaſius h. t. num. 19.* Sed videtur adhuc obſtare *d. l. 19. §. 2. juncta l. ult. ff. de Neg. geſt.* nam hæres putativus ſi ſolvat, liberatur verus hæres, & datur illi actio Neg. geſt. quæ non daretur, ſi condictio indebiti daretur. Sic ergo intelligunt Dd. *d. l. 19.* quando nomine proprio ſolvit. Alteri membro diſtin-3 ctionis addit ſubdiſtinctionem *Gregorius Lopez, quem laudat Hill. d. c. 13. lit. A. & Bach. in Treutl. th. 7. lit. B. cum P. Gregorio l. 22. c. 9.* an quantitas ſolvatur, an 4 ſpecies, ut hoc caſu denegetur repetitio. Sane in 5 dubio hæres potius defuncti, quam ſuo nomine ſolviſſe præſumitur *ex Lopezio Molin. tr. 2. d. 569. num. 3.* Sic ſi hæres unus ſolverit in ſolidum, non poteſt repetere, quod nomine cohæredum ſolvit, quia etiam ſciens pro aliis ſolvens non poteſt repetere. *Dn. Mev. p. 2. d. 113. Poteſt hujus Leg. repetitio videri, & concertatio Zaſii & Petri Stellæ in vol. 2. repetitionum Juris circa finem.*

## ad L. Indebitam. 47.

*SUMMARIA.*

*Obligationibus iis, quæ condictionem indebiti non poſſunt impedire, non poteſt accedere fidejuſſor. num. 1.*
*An, cum per errorem promiſi, & dedi fidejuſſorem, qui eodem errore ſolvit, mihi, an vero fidejuſſori condictio indebiti competat? 2.*
*Quod ſi fidejuſſor a creditore putativo non poſſit ſolidum recipere? 3.*
*In ſpeciali mandato non neceſſe eſt ſingula exprimere. 4.*
*An hoc caſu fidejuſſor civiliter obligatus ſit? 5.*

1 QUæ obligationes nullo jure tantam vim habent, ut condictionem indebiti impediant, iis non poteſt accedere fidejuſſor. *Manzius in tr. de fide-*2 *juſſ. c. 4. n. 24.* Sed pone, me per errorem quid tibi promiſiſſe & dediſſe fidejuſſorem Cajum, pone Cajum eodem errore ſolviſſe, & poſtea cognito erro-3 re me velle repetere, tunc mihi datur condictio, ſi meo nomine ſolvit fidejuſſor, huic vero, ſi ſuo nomine ſolvit, *Lauterbach. ad h. t. th. 20.* Autor *ad L. 6. n. 1. C. h. t.* & ſi fidejuſſor non poſſit ſolidum recipere a creditore putativo, in reliquum contra me datetur actio mandati, ex ea ratione, quia qui fidejuſſorem dat, videtur etiam dare mandatum ſolvendi, 4 quæ ratio hic expreſſe habetur. Unde hic *Bart.* colligit, in omnibus negotiis, quæ ſpeciale mandatum requirunt, ſufficere, licet id non expreſſe mandetur, ſi modo illud expreſſe mandatum ſit, ex quo per neceſſariam conſequentiam id ſequatur. *Garc. in l. 1. §. conventionis ff. de pactis. n. 11.* dicit, fidejuſſorem non 5 eſſe nec naturaliter nec civiliter obligatum. Sed omnino civiliter ſum obligatus ex ſtipulatione, ſed non naturaliter; nam obſtat creditori exceptio doli, ſi me convenerit. Et ideo Jure gentium nulla eſt fidejuſſio. *conf. Socinus Junior Rubr. de V. O. n. 301.*

## ad L. His ſolis. 49.

*SUMMARIA.*

*An indebiti condict. detur contra eum, cui ſolutio profuit? n. 1.*
*Annon ſaltem in ſubſidium detur? 2.*

1 COndictio indebiti non datur contra eum, cui ſolutio profuit, ſed cui ſoluta eſt pecunia, quia 2 eſt actio perſonalis pura, non in rem ſcripta. *Mozius in tit. de condict. indeb. tit. contra quem datur. n. 2.* Sed in ſubſidium, ſi tertio profuit, ex titulo lucrativo dari contra eum actionem putat *Gloſſ. Bart. Jaſon. hic Mozius d. l.* quæ ſententia ex famoſa lege. *Si me & Titium 32. de rebus Credit.* probari poteſt.

## ad L. Dominus. 53.

*SUMMARIA.*

*An, cum ſervo libertas in Teſtam. legata eſt, ſi tibi decem dederit, quæ miſer ſolvit, teſtamento nullo deprehenſo, illa decem hæres condicere poſſit? num. 1.*
*Solutum indebite quando vindicetur, & quando condicatur? 2.*
*Circuitus vitandus, & quando non? 3. & 4.*

1 DOminus teſtamentum facit, & ſervo ſuo dat libertatem, ſi tibi decem det. Servus dat decem, ſed teſtamentum deprehenditur nullum & ſic ſervus non fit liber, quæritur, an hæres a te condicere poſſit? Reſp. ſi ex peculio dedit, domino competit vindicatio, ſi ego ipſi dedi, ut libertatem conſequatur miſer ille ſervus, datur mihi ſine circuitu actio con-2 tra te. Solutum indebite, ſi non eſt tranſlatum dominium, vindicatur a domino; ſi eſt tranſlatum, condicitur ab eo immediate, ad quem in veritate ſpectat, 3 ut evitetur circuitus. De circuitu vitando *Vid. Menoch. conſ. 68. n. 19. Axiom. Barboſ. locupl. lib. 3. c. 18. & Cujac. ad leg. ſeq.* ubi proponitur regula *tom. 4. p. 23.* Sed hæc regula habet limitationem, niſi circui-4 tus creditori eſſet utilis, uti ei plenius ſatisfiat *Tiraq. de Retr. convent. §. 2. gl. 1. num. 21. & §. 5. ad finem tituli gloſſ. 2. num. 42. Card. Florent. in Clem. Auditor. in 14. quæſt. de Reſcript.*

ad

## ad L. Sufficit. 56.

*SUMMARIUM.*

*Habenti exceptionem temporalem, quæ ob caſum fieri poteſt perpetua, ſi ſolvat, datur condictio.*

SI exceptio quidem ſit temporalis, ſed ob caſum poſſet fieri perpetua, ob dubium eventum, eo caſu datur condictio v.gr. Ne conveniat me, donec Titius conſul factus. Simile exemplum: *in l.22. §.1 h.t. & l.8. ff. de act. Emt.* ubi exceptio non ad plenam rei liberationem, ſed ad perpetuam rei intentionem competit. *Vid. Donell. l.14. c. 11. poſt. lit. E.*

## ad L. Cum indebitum. 57.

*SUMMARIUM.*

*Cum tutor indebite ſolvit, pupillus an tutor condictionem habeat?*

TUtor ſolvit indebite, an pupillo datur condictio? aff. Sed quid ſi pupillus nolit ratam habere ſolutionem, non vult acceptare hoc inter expenſas, utilis actio competet tutori. *Cujac. t. 4. p.825.*

## ad L. Servo. 58.

*SUMMARIA.*

*Conditio impoſſibilis quando vitiet legatum? n.1.*
*An teſtator præſumatur ſciviſſe impoſſibilitatem? 2.*

1 QUamvis conditio impoſſibilis non vitiet legatum. *l.3. ff. de cond. demonſtr.* ſecus tamen eſt, ſi Teſtator eam habuit pro poſſibili, etiam errore Juris. *Bart. hic & in lib. C. de Cond. inſt. Don. lib 8.c.32. & ibi Hill. lit.D. Pac. cent.4. qu.13. Graſſus.§. Legatum.q.50. & Inſtitutie. q.25. Franc. de Barry de ſucceſſ. lib.17. c 10. n.5. Peregrinus de fideicom. art 11.n.117. conf. Gail. l.2.obſ.*
2 *4.n.15.* Et in dubio præſumitur ſciviſſe teſtator impoſſibilitatem, quando non fuit idiota &c. *Ex Surdo dec. 68. Barry d.l.* piam tamen cauſam excipiunt, licet id neget *Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. l.1. §.3. n.48.*

## ad L. Si fidejuſſor. 59.

*SUMMARIUM.*

*An ſi fidejuſſor per pactum in ſuam perſonam conceptum liberatus ſolvat, habeat condictionem?*

FIdejuſſor ſi liberetur jure prætorio per exceptionem pacti in ſuam perſonam tantum concepti, manet obligatus Jure Civili, ſed non Jure naturali, ergo ſi ſolverit, datur condictio, ſecus ſi ipſe debitor principalis ſolverit. *vid. l.32. §.1. h.t. & Cujac. tom.4. p.1298.*

## ad L. Julianus. 60.

*SUMMARIA.*

*An verus debitor, qui pendente judicio ſolvit, condictionem habeat? n. 1.*
*An verus debitor ab obligatione per ſententiam liberari poſſit? 2.*

VErus debitor, cum conveniretur a Creditore,
1 pendente judicio ſolvit, quæritur, an poſſit condicere, quia poteſt fieri ut abſolvatur; Sed reſp. licet abſolvatur, natura tamen obligatus manet, & ſic quod ſolvit male abſolutus, non repetit. *l.28. h. t.* naturalis hæc obligatio jure civili non eſt ſimpliciter probata. *Bachov. ad Tr. vol.1. diſp. 22. th.4. lit.H. Cludius de Cond. ind. c.2. n. 49. & c.4. n.104.* ſecus igitur ſi obligatio naturalis a jure reprobata. *Dn. Lauterbach. ad h.t. th 10.*
2 Collige, verum debitorem ab obligatione naturali non liberari per ſententiam, ergo nec in conſcientia. *Peckius ad c. quæ contra Jus. 63. lib 6. n.7.* nam Judex non haber poteſtatem in naturale Jus, nec in conſcientiam hominis, licet hoc videatur ponere *Fort. Garcias in l. veluti. n.24. de Juſt. & Jur.* Et in conſcientiæ foro non præſumtio valet, ſed veritas.

## ad L. Tutores. 61.

*SUMMARIUM.*

*An pupillo adverſus aditionem hæred. reſtituto ſolutiones interim factæ retractentur? n. 1.*

PUpillo in integrum reſtituto adverſus aditionem hæreditatis, ſolutiones per ejus Tutores factæ bona fide, non retractantur ab aliis Creditoribus, niſi quatenus plus debito ſolutum. *conf. Afflictum dec.191. & l.ult. §.4. & 5. C. de Jure deliber.* Collige ex hac lege, interdum condictionem indebiti dari ei, qui non ſolvit. *hic & l.6. ff de rebus auth. judic. poſſ. in fin. Dn. Struv. d. Exerc. th.22.*

## ad L. Si quod Dominus. 64.

*SUMMARIA.*

*An dominus, ſi ſervo ſuo debet, & manumiſſo ſolvit, condicere poſſit? n.1.*
*Hæc L. in foro parum utilis. 2.*

1 SEntentia hæc eſt. Dominus obligatur ſervo ſuo naturaliter, & poſtquam eum manumiſiſſet, ei ſolvit, quæritur, an poſſit repetere quaſi in debitum? Quod negatur, quia naturale debitum agnovit, & utrumque ſcilicet & obligatio & ſervitus a natura eſt. In quo ultimo eſt difficultas, in qua tricantur Dd. *Vid. Fortunius Garcias in repet l. manumiſſiones. n.12. ff. de Juſt. & Jure.* Ideoque *Bart.* hanc legem ſubtilem,
2 ſed & notabilem vocat, Sed hoc in foro nihil utilita-
3 tis ſpirat, Colligit tamen ex hac *l. Lorsottus de Tranſact. ax.39.* non dici natura debitum, ſi impedimentum civile perpetuo duret. Cæterum interpretationem verſic. *Ut enim libertas,* videre licet apud *Albertum Bolognettum in tr. de Lege, jure & æquitate c.17. n.4. ſeq.*

## ad L. In ſumma. 65.

*SUMMARIA.*

*Tranſactio non impedit condictionem, ſi evidens calumnia concurrat. n.1. & 2.*
*Tranſactio annon ob enormiſſimam læſionem reſcindatur? 3. 4. & 5.*
*Tranſactio cum creditoribus inita, comperto dolo nulla eſt. 6.*
*Qui ſuper re clara dedit, ut vexationem redimeret, condicere poteſt tanquam ex turpi cauſa. 7.*
*Tranſactio fieri debet, ubi dubitandi ratio probabilis. 8.*
*An Tranſactio per calumniam extorta confirmetur per decretum judicis? 9.*
*Quod datum ex tranſactione doloſa poſt ſententiam condicitur. 10. & 11.*
*An hodie condictionis uſus ſit? 12.*
*An judex vel alius vir bonus ad tranſigendum bona conſcientia inducere poſſit? 13. & 14.*
*Unde dolus colligatur? 15.*
*In frumento indebite accepto reſtituendo, qualis æſtimatio ſit facienda? 16.*
*Quæ ratio penſionis ineunda, cum domus ex errore quaſi debita per aliquot annos habitanda conceſſa, nunc reſtituitur? 17.*
*In reſtitutione ſpeciei indebitæ ad neceſſitatem accipientis reſpicitur. 18.*

1 TRanſactio quidem impedit condictionem indebiti, & ſi tranſactionis cauſa quid ſolutum, licet

in

in veritate dubia lis non fuerit, non condicitur. *l. 2. C. h. t. Cludius de Condict. ind. c. 4. n. 84. Dn. Lauter-*
2 *bach. ad h. t. th. ult.* Sed hoc verum, niſi evidens ca-
lumnia detegatur, per *hunc textum A'ciatus ad l.*
*quamvis. 39. n. 13 & ſeq. C. de Tranſact. Lauterb. d. L.*
Autor *in L. 2. C. h. t n. 1. & 2.* nam ſi calumnia & dolus
cauſam dent tranſactioni, tranſactio reſcinditur. *l. ſub*
*prætextu 19. C. de Tranſact. Cravetta v. 2. conſ. 294. n.*
8. *Menoch. conſ. 156. n. 21. Dn. Mev. p. 4. dec. 31. Berlich.*
*p. 2. dec. 263. num. 17.* qui ſi non plene probetur, jura-
3 mento purgatorio locus. Ex *hoc* §. colligitur Tranſa-
ctionem ob enormiſſimam læſionem non reſcindi,
quia quæ major læſio eſſe poteſt, quam ubi res nulla
ſubeſt. *V. d. not. ad l 78. § fin ff. ad Trebell. & in Comm. ad*
4 *C. l. 2. C de Reſ. Vendit n. 9. ſeq.* Quamvis communiter ob
enormiſſimam læſionem in foro ſoleant concedere re-
ſciſſionem, ſicut etiam in Facultate noſtra reſponſum
memini. *Conſ. Oddus de Reſt. qu. 66. n. 16. Hipgius p.*
5 *quæſt. 9. Mynſ. cent. 6. obſ. 9. Beſoldus conſ. 254. n. 54.* Sed ſi
manifeſta ſit calumnia, & ita manifeſtus dolus in pro-
poſito tunc nemo negat, tranſactionem calumnioſam
6 reſcindi, per hanc notabilem legem. Sed ad *L. 8 de*
*Pactis* ſupra dixi, ſi quis per calumniam decipiat cre-
ditores, & pretioſas merces amoverit, & ita tranſigat
cum creditoribus, ut ipſi partem remitterent, comper-
7 to dolo nullam eſſe remiſſionem, Et quod datum eſt ſu-
per re clara, ut vexationem redimat, concurrente ca-
lumnia actoris calumnioſi. turpitudinem dicitur con-
tinere, & poteſt repeti tanquam ex turpi cauſa. *Pau-*
8 *lus Caſtr. hic n. 3. Berlich. p. 2. dec. 36. n. 9.* Tranſactio
fieri debet bona fide, ubi dubitandi ratio probabilis
de eventu litis. *Berlich. d. l. n. 47 & Dn.* Autor *in Comm.*
9 *ad Cod L. 2. de Tranſaction. n. 1. 2. ſ.* Nec ſi per decre-
tum judicis confirmata talis tranſactio, per calumniam
extorta, valebit, quia ſi decretum eſt ex errore interpo-
ſitum. *Berlich. d. l. n. 54.* imperfecta eſſet tranſactio.
*conf. l. 3. C. de Tranſact. Curtius Senenſis ad L. ſub præ-*
*textu. 1. C. de Tranſact. Menoch. conſ. 508. n. 7. Zaſ. h. t. n.*
10 17. *Struv. th. 38.* Sic etiam ſi tranſactio poſt rem judica-
tam facta, una parte decepta, ex tranſactione per erro-
rem datum condici poteſt *l. 23 §. 1. h. t.* quia tranſactio
11 nulla. Et in genere ſuper re certa, maxime ſi dolus
alterius accedat, facta tranſactio eſt invalida. *Oddus*
*de Reſt. qu. 66. n. 21. Surdus conſ 451. n. 11 & conſ. 501.*
*n. 9. Beſoldus conſ. 239. n. 6 Weſenb conſ. 70. n 12. & conſ.*
*106. n. 17. Klock. conſ. 11. n. 168. vol. 1.* maxime ſi res per in-
12 ſtrumentum liquida eſt. *Klock. vol. 2. conſ. 51. n 56.* Sed
Grœnvvegen ibi & ad *l. 7. §. 1. ff. Tranſact.* putat condi-
ctionem nullam dari, poſtquam hodie Jura pactorum
& Tranſactionum paria. Sed ponendi ſunt termini
habiles, ſi ignorans ſententiam tranſigam, omnino
æquum eſt dari repetitionem, aliud ſi ſciens ſenten-
13 tiam tranſigam, tunc non eſt error. Notetur autem
obiter, quod is, qui ſciens ad iniquam tranſactionem
alium inducit, graviter peccet. *Felinus in Rubr. X. de*
*Treuga & pace n. 12. Mantica de tac. & amb. l. 26. t. 8 n.*
*22. Klock. l. 3. conſ. 182 n. 682.* Autor *in w. t. de Tranſact.*
14 *ad L. 11. n. 4.* Id tamen de judice non intelligo, aut
alio bono viro. qui ob potentiam aut malitiam Adver-
ſarii parti ſuadet pacem ut nunc ſunt tempora; ſæpe
calumniæ cedendum eſt. Nam hic nullus dolus, nam
in hac lege requiritur machinatio quædam ac menda-
15 cium, nec non manifeſta calumnia. Dolus autem hic
inter alia ex inſolitis clauſulis colligitur. *Menoch. conſ.*
*422. n 109. & conſ. 1111. n. 35.* & ita reſciſſa in Fac. tranſa-
ctio *menſe Majo. anno* 1658.

16 *Ad §. 6. & 7.* Accepi frumentum a te ceu debitum,
cum frumentum comperto errore reſtituendum in gra-
nis, bonitatis habenda eſt ratio, ſi æſtimatio eſt red-
denda vel frumenti, vel habitationis, ut ſi domum con-
17 cedam ad habitandum, per 4. annos ex errore, quod
ad hoc ſim obligatus, quæritur, an tantum reſtituen-
dum, quanti tunc frumentum poterat vendi, vel quan-
ta penſione potui aliis locare domum? Reſp. quod
non, ſed quanti tu emturus fuiſſes, quanti tu pro
conditione perſonæ tuæ conduxiſſes. Nam ſi tu con-
ducere voluiſſes, certe non hanc domum, neque tanta
penſione conduxiſſes. Ideoque hos paragraphos nota-
biles eſſe puto. *Vid. Molinæus in tr. divid. & individ.*
*p. 2. n. 105.* ubi admodum in *Zaſium* invehitur & *Franc.*
*Aret. & Zaſium* præpoſteræ ſubtilitatis & phantaſticæ
18 curioſitatis accuſat. Quicquid ſit, hoc notandum
exiſtimo, in reſtitutione ſpeciei indebitæ, non ad valo-
rem quo vendi potuit, reſpiciendum, ſed ad neceſſi-
tatem accipientis, quid & quanto pretio ille emiſſet
vel conduxiſſet &c. & in quantum ille, qui indebitum
acceperat, locupletior eſt factus. *Molinæus d. pag. 2.*
*numero 139.*

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*An per promiſſionem de non movenda controverſia, ex-cludatur condictio indebiti? n. 1.*

*Quid ſi ſpecialiter fuerit renunciatum condictioni inde-biti? 2. & 3*

*An cum credidi minori ſummam, de qua mihi uſuras ſolvit, hæres impetrata reſtitutione in ſorte, uſuras a minore ſolutas condicere valeat? 4.*

*Reſtitutio in ſorte non trahitur ad acceſſoria. 5.*

*An ſententia tam ſtricti juris ſit, ut ad acceſſoria trahi nequeat? 6.*

1 PEr promiſſionem de non movendo controverſiam
non impeditur condictio indebiti, quia nemo vi-
detur renunciare Juri, quod ſibi competere ignorat.
*l. 19. ff. de inoff. Teſt.* & idem error, qui in principali
contractu eſt, exiſtit etiam in renunciatione. Idem li-
2 cet ſpecialiter condictioni indebiti fuiſſet renuncia-
tum. *Covarruv. l. 2. var. reſol. c. 4. n. 4. Vaſq. l 3. ill. quæſt.*
*63. n. 7. Gutierez. de juram. confirmat. p. 1. c. 27. Dn. Lau-*
*terbach. d. l. ad h. t. th. ult. alios etiam referens*, nam re-
nunciationes ſequuntur naturam actus principalis, in
quo interponuntur, & renunciatio conjuncta confeſ-
ſioni intelligitur ſecundum naturam confeſſionis, & ſi
principale eſt nullum, etiam renunciatio nulla, *Bart.*
*hic. Tiraq. in L. Si unquam. C. de Revoc. Donat. in præ-*
*fat. n. 131. Cov l. 1. reſol. 4. n. 4. Dalnerus de renunc. c. 2. n.*
3 35. *Franzk. h. t. n. 27. Struv th. 42.* Et qua facilitate ad
contrahendum inductus, ea etiam ad renunciationem
permotus. *Philip. Cornens in cep. Aut. Sacramenta pu-*
4 *ber. C. ſi adverſus vendit. n. 106. vol. 7.* Credidi mino-
renni 1000. thal hic etiam ſolvit mihi, dum vixit, uſu-
ras, & reſtitutionem petit & impetrat, nihil dictum de
uſuris ſolutis repetendis, quæritur, an ſolutæ repeti
poſſint, eo quod ſors non debeatur ob reſtitutionem
factam? R. Si ſors non debetur, omnino indebite ſo-
lutæ fuerunt uſuræ. Sed negatur hic repetitio, quia jus
ſingulare reſtitutionis non porrigitur ultra id, quod in
judicio tractatum eſt.

5 *Ad §. ult.* Collige, reſtitutionem in integrum in
ſorte non trahi ad acceſſoria antea ſoluta, & quando
principale tollitur Jure ſpeciali, tunc acceſſorium ma-
6 net ſalvum. *Bart. hic Hering. de fidejuſſ. c. 4. nume-*
*re 352. Berlich. pag. 2. dec. 207. in fin* Unde appa-
ret, *ex hoc* §. non confirmari ſententiam eorum, qui
ſtatuunt, ſententiam ita ſtricti Juris eſſe, ut nequeat
trahi ad augmenta vel acceſſoria ſeu ad uſuras, nam
id in genere verum non eſt. Nam hic agitur de ſen-
tentia in reſtitutione in integrum lata, quæ reſtitutio
eſt contra Jus commune, & ita merito ſtrictiſſime in-
telligenda reſtitutio in integrum, ſicut *hunc Textum*
declarat *Regn. Sextin. vol. 1. conſ. Marpur. conſ. 14. nu.*
22, & ita ab omnibus, qui *textum hunc* explicarunt,
intellectum fuiſſe, refert. *num.* 22.

## TITULUS VII.

### *De Condictione ſine cauſa.*

### ad L. Etſi ob cauſam. 1.

*SUMMARIA.*

*Unde oriatur hæc condictio? num.1.*
*Condictio locum tantum habet in eo, quod datum, non, ſi quid promiſſum. 2. & 3.*
*Ceſſio ſine cauſa condici poteſt.4.*

1 COndictio oritur ex quaſi contractu, ſeu ex bono
& æquo, cum æquum ſit, rem ad me pertinen-
tem, & apud alium ſine cauſa exiſtentem, mihi reſti-
tui *L. 32. ſi certum pet. Dn. Lauterb. ad h. t. th. 3.*
2 Condictio non datur niſi ejus quod datum eſt, *per h.L.*
*Don. l. decim. capit. decim. quint. lit. A.* Ergo cum ſine
cauſa quid promiſſum, non res promiſſa, neque poſ-
ſeſſio condicitur. Unde ex hac lege nullum novum
remedium poſſeſſorium recuperandæ poſſeſſionis col-
ligi poſſe, notat *Menoch. in præfat. remed. recuper. poſſ.*
*numero quadrageſimo octavo, & ſequent.* ſed ipſa obli-
gatio condicetur, *Petrus Lorto*[illegible]*s in tr. de tranſact.*
*ax. trigeſim. non.* Imò omnis promiſſio omniſque con-
3 tractus ſine cauſa factus eliditur exceptione doli. *l. ſe-*
*cund. paragraph. circa de doli mali Except.* Hinc ceſ-
ſio facta ſine cauſa condici poteſt, nec ea ſubſiſtit, imò
4 eſt nulla, nam ceſſio requirit titulum, ſicut ſola
traditio rei corporalis non transfert dominium, niſi
accedat titulus, ita etiam ceſſio nulla, niſi præceſſerit
titulus venditionis, v. gr. ubi pretium exprimendum.
Neque præſumitur donatio. *Joh. Graſſus de ceſſione*
*jurium. numero quinto, & ſexto. Guttierez. de jurament.*
*confirm. p.1. capit. quadrageſimo ſeptimo, numero undeci-*
*mo, Dn. Mev. p. quart. deciſione trecenteſima vigeſima*
*ſexta, numer.8. conf. Carpzov. l.5. Reſp.34.*

### ad L. Si Fullo.

*SUMMARIA.*

*Sartor, qui domino de veſte amiſſa ſatisfecit, habet con-dictionem contra dominum, ſi veſtem recuperet. num.1.*
*Varia hujus rei exempla. 2.*
*Condictio ſine cauſa concurrit cum cond. cauſa data cauſa non ſecuta.*

1 FUllo & ſartor pretium veſtis amiſſæ ſi reſtituat
Domino, & Dominus poſtea veſtem recuperet,
per hanc condictionem fullo repetit pretium, nihil
enim intereſt, ab initio ſine cauſa quid datum, an
verò poſtea in non cauſam recidat, *per l. 4. h. t. & l.*
*undecim paragraph. ſext. de act. emt. & l ſecund. C. h. t.*
2 *Oldendorpius Claſſe ſext.* Alia Exempla hujus condi-
ctionis ſunt *in l. trigeſim. in fine pr. de act. emt.* alia *in*
*l. ſecund & tert. & fin. C. h. t.* aliud *in l. tert. ff. h. t.* quæ re-
cenſet *Vultej. l. ſecund. Juriſpr. cap. 8. Treutl. & ibi Bach.*
*vol.1. diſp.22. th.11. & VVeſenb. in com. C. ad h. t. & Olden-*
*dorpius. d. Claſſ 6. act.5. Franzk. h. t. & Struv.* & ſic con-
3 dictio ſine cauſa concurrit cum condictione ob cauſam
dati cauſa non ſecuta. *Cuj. tom. 2. ad h. l. p. 2028.* modo non
ſciat, promiſiſſe indebitè & ſine cauſa promiſiſſe. *l. 47.*
*ff. de operis libert. Guttierez. de jur. conf. p.1. capit. 47.*
*numero ſeptimo.*

### ad L. Qui ſine cauſa. 37.

*SUMMARIA.*

*Condictio incerti ad obligationem reſcindendam datur, cum me obligavi. & nihil debeo. n.1.*
*Obligatio, acceptilatio, liberatio &c. per condictionem incerti condicuntur. 2.*
*Eadem datur poſt compenſationem liberato debitori. num. 3.*

1 SI obligavi me ad decem ex cauſa erronea, cum
nihil deberem, datur condictio incerti ad obli-
gationis totius reſciſſionem; ſi obligavi me ad de-
cem, cum 5. tantum deberem, datur condictio in-
2 certi ad quinque. Condictio incerti eſt, quando
res incerta, v. gr. obligatio, acceptilatio, liberatio,
poſſeſſio condicitur. *Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 2.*
Ratio legis hujus eſt *in l. qua de tota. de R.V. Cujac.*
3 *tom. prim. pagin.* 1919. Et hæc condictio incerti datur
poſt compenſationem liberato debitori, ad inſtru-
mentum debiti condicendum à creditore vel à ceſſio-
nario, vel contra tertium etiam actio ad exhiben-
dum, per *l. fin.* C. *ad exhibendum. Dn. Mev. p. 2.*
*deciſion.186.*

### ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*An, ſi puella avunculo dedit dotem ob matrimonium, con-dictio ob turpem cauſam, an condictio ſine cauſa, locum habeat? num.1. & 2.*
*An puella nuptura avunculo repetat dotem, ſi factum ſcivit, jus ignoravit? 3. & 4.*

1 PUella dotem dedit avunculo ſuo ob matrimonium,
quod tamen ſecutum non eſt, nec ſequi poterit,
non videtur tamen dediſſe ob turpem cauſam, licet
vinculum ſanguinis ſciverit, quia non ob ſtuprum de-
dit, nihil minus puella cogitavit, quam de ſtupro,
ſed datur condictio ſine cauſa, quia matrimonium
nullum eſt. *vid. Cujac. tom.4. operum. p.234. & conf.*
*Barboſ. ad l. ſi ante. 6. numero vigeſimo ſeptimo, ff. ſolut.*
2 *matr.* Vel ob nullam cauſam potius datum, quod ob
illicitum licet matrimonium datur, quam ob tur-
pem. *Ant. Faber. in Cod. ſuo l. quart. titulo ſexto,*
*def. ſecund. quam laudat Chriſtin. volum. 3. deciſ. 11.*
*num.8. VViſſenbach. th. fin.* Sed illud dubium, an puella
nuptura avunculo vel noverca privigno, nurus ſocero
3 nuptura repetat dotem, ſi factum ſcivit, jus ignora-
vit? Et ſi hoc ignoravit, quomodo ignorantia Juris
Gentium ipſi proderit; poteſt videri hoc ideò fieri,
quia de re ſua amittenda hic certant nupturæ, & honeſta
earum fuit, ſepoſita craſſa iſta ignorantia, intentio. Et
fuit fortè & hæc ratio decidendi, quod nupturæ com-
perto errore ſuo noluerint conſummare matrimonium,
non nupſerint. *conf. Baldus Novell. de dote part.11. n. 1.*
*ubi prolixè hac de re diſputat.*

# LIBRI DECIMI TERTII,
## TITULUS I.
## De Condictione furtiva.

### ad L. In furtiva. 1.

*SUMMARIA.*

*Condictio furtiva quare domino contra naturam condictionum detur? n. 1. 2. 3. & 4.*
*Ideo irregularis eſt. 5.*
*Cond. furt. incerti datur b. f. poſſeſſori, creditori, pignoris cauſa. 6. & 7.*
*An commodatario, aut depoſitario detur?* 8.
*Moribus noſtris aliis præter nominatos conceditur:* 9.

1 LICET alias omnis Condictio detur
non Domino contra Dominum,
hæc tamen condictio ſcilicet certi
ſoli Domino datur, vel vice Domi-
no Tutori. *Cludius tr. hoc capit. 24.*
ſi modo domino furtum factum. *l.*
2 12. *h. t.* Cui tamen graviter obſiſtit
*Dn. Hahn. ad VVeſenb. nu. 6. & ibi Bach.* & datur ei, qui
3 adhuc eſt dominus. *l. 10. in fine.* Odio furum factum
4 ut hi pluribus actionibus tenerentur. §. 14. *Inſt. de
act.* aliæ condictiones dantur ad dandum, hæc ad
reſtituendum. *vid. VVeſenb. d. 26. th. 1. Cludius in tr. de
Condict. furtiva c. 16. VVeſenb. in C. h. t. n. 25. Bach. de act.*
5 *diſp. 4 theſ. 20 lit. A. & in ff. VVeſenb. h. t. num. 4.* Et ideò
hanc condictionem irregularem vocat *Franzkius hic
n. 1.* & ex lege dativam *n. 9. Hahnius ad VVeſenb. num. 7.*
6 Eſt autem hæc condictio vel certi vel incerti *l. 1. h. juncta l. 12 § 1.* quia hæc non Dominis competit, qui ad
æſtimationem intereſſe amiſſæ poſſeſſionis agunt.
*Franzk h. t. num. fin. conf. VViſſenbach d. 26. th 3. & Cludius
c. 2. nec non Struvius Exerc. 18. th. 51.* Hæc datur bonæ fi-
7 dei poſſeſſori vel creditori pignus poſſidenti. *l. 12. §. fin.
h t. Struv. th. 52.* non verò commodatario, aut depoſi-
8 tario, aut conductori. *Struv. th 53.* Licet *VVeſ. in Paratitl.
n. 6.* commodatario etiam det, quem ibi notat *Bach.*
ac reſp. *ad l fin. §. 3. C. de furtis.* quod ibi per actionem
in rem intelligatur actio ad exhibendum & conf. *Hahnius ibid.* Quamvis non ſit de nihilo, quod hic *Grœn-
9 wegen* notat, moribus condictionem furtivam etiam
aliis dari, quorum intereſt, licet non ſint ex his.

### ad L. Si condicatur. 3.

*SUMMARIA.*

*In cond. furtivam venit intereſſe etiam extra rem, numer. 1.*
*Paria ſunt, quæ infallibili ſpe proxima, & quæ in re ſunt. 2.*

1 IN Condictionem hanc venit intereſſe non tantum
in re, ſed etiam extra rem, ſi ſcilicet certum ſit, &
comperat propter rem, & quaſi lucrum in manibus fue-
2 rit. *VVeſ. in Com C. n. 22 conf. Cludius c. 17. n. 9* Paria enim
ſunt, quæ in proxima ſpe infallibili ſunt, & quæ in re
ſunt. *Tiraq. poſt Leges connub. gl. 2. n. 27.*

### ad L. Proinde. 6.

*SUMMARIA.*

*Cond. furt. datur contra fures aut raptores ſingulos in ſolidum. n. 1. & 2.*
*An contra eum, cujus ope & conſilio furtum factum? 3. & 4.*

1 CONdictio furtiva datur contra ipſum furem vel
raptorem. *l. 10. § 1. h. t.* idem in act. rer. amot.
*L. pen. ff. Rer. amot. Franzk. hic n. 4.* & Carpz. *p. 4. conſt.*
2 *34. d. 5.* & quidem contra ſingulos fures aut raptores
in ſolidum datur, adeò, ut nec exceptione diviſionis
ſe tueri queant. *Lanterbach. ad h t. th. 6.* licet cæteri
3 unius ſolutione liberentur. C*ludius c. 44. Dn. Struv.
Exerc. 18 th. 54. in fine* Dn. Autor *in Comment. ad* C. *h. t.
l. 1. n. 1 2 & 3.* Nec ille, qui ſolvit, contra cæteros regreſ-
ſum habet, nam qui propter delictum ſuum aliquid
præſtat, illi non conceditur actio adverſus ſocios crimi-
nis, *per l. 38 §. ult ff. de Admin. tut. Dn. Lauterbach. ad
h. t. d. th. 6* Non verò datur contra eum, cujus ope &
conſilio furtum factum eſt; quia non contrectavit, *per
4 h. L. VVeſ. in ∞. num. 7.* Autor *ad L. 14. num 3.* C. *de Furt.*
Si autem tertius ſuo miniſterio atque adjutorio ad ip-
ſam rei ſubtractionem concurret, videtur etiam hac
condictione teneri, *per l. 53. verbo, alis condict. de V. S.
juncta l. 50. § pen. de furtis. Dn. Struv. d. l. th. 55. qui citat.
Dn. Taborem. 4. ratem. crim. ad tit. de furtis. th. 17. p. 125.
conf. & Dn. Hahn. ad VVeſ n. 7.*

### ad L. Si pro fure. 7.

*SUMMARIA.*

*Ex furto duplex actio quænam? n. 1.*
*Condictio furtiva quomodo ex furto ſit? 2.*
*An etiam perſequatur dolum? 3.*
*An actio furti tollat hanc? 4.*
*An ſi tranſactum ſuper actione furti, hæc ceſſet? 5.*
*An & quare teneatur hæres reſtituere rem alienam à defuncto poſſeſſam? 7.*
*An & quare fur ſuſpendio plectendus res reſtituere teneatur? num 8.*

1 EX furto duplex actio oritur, alia pœnalis, furti
ſcilicet actio, alia rei perſecutoria, ſcilicet hæc
2 condictio. *Clud. d. tr. c. 8. Struv. Exerc. 8. th. 50.* Quæ dum
perſequitur rem furtivam, quodammodo ex furto eſt
*Franzk. hic num. 6.* ſcilicet occaſionaliter, & ideo hæc
condictio in jure interdum actio furti dicitur, *l. 9. de
in lit. Jur. l. 14. § 16. & l. 71. pr. ff. de furtis l. 3. § ult. Nautæ,
caupones &c.* ut ex Cludio, *Dn. Tabore & Vinnio allega-
3 to* obſervavit *Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 1. Franzk. d. l. &
VViſſenbach. d. 26. th. 2. Dn. Hahn. n. 7.* & hæc rem ſolam
perſequitur, non dolum adverſarii, ut Tributoria, aliæ-
4 que *Franzk. num. 7.* Actio furti non tollit condictio-
5 nem furtivam. *Don. l. 15. c. 19.* Nec ſi ſuper illa tranſa-
ctum ſit, hac condictione uti impedior. *conf. Menoch.
remed 9. recuper. poſſeſſ. n. 145.* Sic in ſimili ſi ſuper inju-
riis tranſactum, agi poteſt ſuper damnis. *Poſtilla ad
6 Bartolum hic.* Quomodo autem hæc condictio ab actio-
7 ne furti differat, explicat *Hahn. ad VVeſ nu. 1.* Ex hac
*L. 7. § 8.* probatur, etiam hæredem teneri reſtituere rem
alienam, quam malè detinuit defunctus, & ſi res am-
plius non exiſtat, æſtimationem, quia poteſtate &
fictione legis res furtiva ad hæredem videtur per-
veniſſe, & fur in mora conſtitutus. *Pet. Barb. ad l. 15.
numer. 127. ff. de judic.* quod etiam intelligo de fure
ob

ob ſurta repetita ſuſpenſo. Nam criminalis actio civilem non tollit, & ſuſpendium dictitur ob intereſſe publicum, reſtitutio rei male partæ petitur ex hæreditate ob intereſſe privatum. *Petr. Heig. p. 2. qu. 23. num. 17. Rauchbar. p. 2. q. 10. num. 17. Finckelth. obſ. 59. Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 6. Dn. Richter. p. 2. dec. 96 n. 114.* & quos hi referunt. Sed aliud jure Sax. *Carpz. in pract. crim. q. 80. n.* 204. ſicut nec furem fuſtigationis pœnam paſſum de carcere relaxandum eſſe volunt, niſi prius rem furtivam reſtituerit, *ex Ludovico Peguera dec. 27. Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 9. vide* Dn. Autor *Comment. in C. tit. de furtis ad L. ta. n. 7.* Nec ob expenſas Magiſtratus has retinere poteſt. *Dn. Richter d. d. 69 n. 177.* niſi in ipſam rem quid impenderit. *Dn. Lauterb. d. l. th. fin.*

## ad L. In re furtiva. 8.

### *SUMMARIA.*

*Quodnam tempus maximi pretii in Re furtiva extincta, æſtimanda, inſpiciendum? num. 1. & 2.*
*An idem, ſi æſtimatio ſit momentanea? 3. & 4.*
*Cur res tanti æſtimetur? 5.*
*Quomodo fur moram purget, & à maxima æſtimatione liberetur? 6. & 7.*
*In rei vind. debitor liberatur rei interitu. 8.*
*Fur etiam percipiendos fructus reſtituit. 9.*

1 SI res furtiva ſit extincta, debetur ejus æſtimatio, & quidem ejus temporis, quo res maximi fuit pretii, quod *Ant. Faber l. 16. Conject. cap. 11.* Autor *in C.*
2 *h. t. L. ult. n. 1.* ad tempus, quo litem conteſtatam ſequitur, reſtringit; ſed contra indefinite hoc intelligunt alii. *Vid. Bach. ad dis p. 4 th. 20 lit. B. & in Treutl. d. diſp. 22. th. fin lit. G. Conf. Clu. ius c. 1. n. 9. & c. 18. num 17. & ſeq &*
3 *Dn. Struv. th. 56. Franzk. num 3. Borcholt. de mut. c. 7. num. 107. & nunc laudans Wiſſenb. d. d. 26 theſ. 4. Weſen. d. Comm. n 22. Hahnius ad Weſ. n. 8.* Autor *ad l. ult. num. 1. & 5. C. de Condict. ob turp. cauſ.* Quod extendunt, licet æſtimatio ſit momentanea, & contingat tempore alicujus penuriæ, quæ fortè parvo tempore duravit poſt *Alex. & Jaſonem. ad l. Vinum. de rebus creditis ibi tradit. & defendit Cagnolus ad d. L. n. 36. & ſeq.* quod tamen temperat *Covarr. in cap. peccatum part. 2. § 6. n. 2.* ut tunc
4 tantum locum habeat, quando dominus rei eo tempore, quo plurimum valuit, probabiliter vendituruseam erat, qua in re multum conjecturis tribuendum. Ratio
5 autem legis eſt quia fur ſemper in mora eſſe intelligitur, & ideò ſemper perit furi. *Cludius in tr. de cond. furtiva c. 20. Dn. Struv. d. Exerc. th. 54. Franzk. num. 5* Dn. Autor *in Comm. ad C. tit. de furt. ad L 9 n. 1. & ſeqq. & ad h. t. C. ad*
6 *L. ult. n. 1.* Niſi fur moram purgaverit per voluntariam oblationem, juſto tempore factam. *h. l. Clud. d. tr. cap. 11.* aut niſi in aliam obligationem ſit transfuſa obligatio
7 *Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 3. l. 17. h. t.* Et ſic differt hæc Rei vindicatione, ubi m. f. poſſeſſor liberatur interitu
9 fortuito *l. 15. fin. & l. 5. de R. V. Hahn. ad Weſ num. 8. Franzk. h. t. numero 3.* Ex *d. L. 8. §. ult.* colligunt, etiam fructus omneſque acceſſiones in hoc Judicium venire, ut & omne intereſſe. *l. 3. h. t. Struv. th. 55. Cludius c. 17.* & fructus etiam percipiendi *Clud. d. l. Hahnius ad Weſ. num. 8.*

## ad L. In Condictione. 9.

### *SUMMARIA.*

*Contra furis heredem datur hæc actio in ſolidum, licet nihil pervenerit. num 1.*
*An hæres furis teneatur de obligatione, qua æſtimatio furtivæ rei debetur? n. 3 4. & 5.*

1 NOn tantum contra furem, ſed etiam contra ejus hæredem datur hæc Condictio nec pro ea parte tantum quæ ad ipſum pervenit, ſed in ſolidum, & ideo datur, licet nihil ad ipſum pervenerit, *ex §. ult. Inſt. de Obligat. ex delicto l. 2. §. 2. & per hanc l. 9. Gomez. tom. 3. Reſol. c. 1. num. 85. Dn. Tab. racem. 2 theſ. 54. Franzk. h. t. num. 8. Ant. Matt. ad lib. ff. 47. t. 1. cap 4 n. 2. Herm. Piſt. p. 1 quæſt. 27. n. 3. Hahn. ad Weſ. n. 7. Clud. d. tr. c. 44. & ſeq. Pingizer. qu 49 n. 51 & Bach. in Tr. th. 13. lit. D. & in Weſ. n. 7. & Philip. Matt. in l. 38 de R. J. num. 22.* Dn Autor
2 *in Comm. ad C. t. de furt. ad L. 15. n. 1 & ſeqq.* Et *ad l 1. num. 4. C. de Condict. furt.* pro ea tamen parte, qua hæres, &
3 ulterius non tenetur. Sed dubium eſt, an hoc de ſecundaria obligatione, qua æſtimatio rei furtivæ debetur, ſit intelligendum? quod videtur affirmandum propter continuationem legis præcedentis. Sed quia nullum verbum continuativum reperitur, diſſentiunt alii, præſertim *Joh. Crotus in repet. l. 4. §. Cato ff. de V. O. n. 42. & Hormanoctius Decius in rep. ejuſdem. § nu. 130. & nu. 240. volum. 6.* Sed prior ſententia videtur probabilior, quam ſuſtinent Dd. à diſſentientibus his alle-
4 gati. Conferri poteſt *Marianus Socinus in rep. ejuſdem paragraph. num. 117. eodem vol.* Rationem ſubnectit *Dn.*
5 *Struv. d. Exerc. 18 th. 54.* ſicut ex aliis delictis, ſi deſuper lis conteſtata, actio civilis (quat. criminali opponitur) datur contra hæredem, ob moram ſpecialem per litem contractam, ita etiam condictio furtiva, quæ rei perſecutoria eſt, multo magis datur contra hæredem, poſtquam fur à tempore contrectationis in mora eſt ſpeciali *conf. Wiſſenbach. d. d. 26. th. 5.* ubi contrariis *Cujacii* argumentis reſpondet. Sed etſi plures ſint hæredes, & unus habeat facultatem totius rei reſtituendæ, ille in ſolidum tenebitur. *Molinæus in tract. divid. & individ. pag. 3 n. 238.*

## ad L. Sed nec Legatarius. 11.

### *SUMMARIUM.*

*Cui res non eſt ſubrepta, ei non datur hæc actio.*

EI tantum datur condictio, qui eſt Dominus, & cui res ſurrepta eſt. Hinc ille, cui nullo modo res ſurrepta poſtea tamen rei furtivæ Dominus fit, rem tamen condicere non poteſt. *Zœſius ad h. t. n. 2 & Dn. Lauterb. ad h. t. th. 5.* Aliud ſi ille, cui res ſubrepta, poſtea adquiſiverit dominium. *Dn. Lauterbach. d. l.* Autor *ad L. 10. n. 2. C. de Furtis.*

## ad L. Et ideo. 12. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*De furto in re communi facto, an ambo, poſt diviſionem rei, condictionem furt. retineant? num. 1.*
*An in datione in ſolutum laudemium debeatur? 2.*
*Condictio furtiva incerti datur etiam non dominis. 4.*

1 SI rei communis factum eſt furtum, ſi diviſio inter nos facta, an ambo retinemus condictionem fur-
2 tivam? Reſp. provocatus retinet, qui verò ad judicium diviſorium ipſe provocavit, amittit. Eſt igitur magna differentia inter alienationem neceſſariam & volunta-
3 riam. Sic v. gr. in datione in ſolutum ex neceſſitate facta laudemium non deberi, plures cenſent relati à *Fr. de Clapperiis p. 2 doc. cauſ 90. quæſt. un.* Sed contrarium tamen verius videtur. *Carpzovio p. 2. c. 39 def. 17 & Hermanno Storren. in diſp. Baſ noviſſ. vol. diſſ. 14. theſ 109.*
4 *Ad §. fin.* Condictio furtiva incerti datur etiam non dominis, qui jus in re furtiva habent ut creditoribus pignoratitiis. *Clud. de cond. indeb c. vit. vigeſimo octavo,* & commodatario. *l. f. paragraph. 3 h. h. t. Dn. Tabor in racem. l. 59. ad verba ideoque furti actione ff. de furtis & Dd. Lauterb. ad h. t. th. 5.*

## ad L. Ex Argento.

### *SUMMARIA.*

*An in re furtiva æſtimandi, quam fur ſuis impenſis melioravit,*

*ravit, etiam meliorationes æſtimandæ & reſtituendæ? num.* 1.
*Pocula ex argento furtivo ſunt furtiva.* 2.
*Quid ſi ex pecunia furtiva res aliqua comparata ſit, an nihilominus tenentur fur?* 3. 4. & 5.

1 SEnſus eſt, ſi fur rem melioraverit ſuis expenſis, & res illa perierit, quia debet reſtituere æſtimationem quanti plurimi fuerit, utique etiam æſtimatio harum meliorationum facienda, etiam juramento actoris. *l.9.de in litem jur.* licet expenſis furis ſint factæ. *hic &. l. pen. infra rerum amot. Garcias de Expenſis. capit.* 2. *n.12.Petr.Barboſ.in l.Divortio.*8 § *fin p.1 n* 63.*Covarr.d.* § 6 *nu.3.Dn.Lauterbach.ad h.t. th* 7. Autor *ad L.ſecund.*
2 *num.3. C. de condict furtiva* Collige, pocula ex argento ſurrepto facta eſſe furtiva, ſicut veſtis ex lana fur-
3 tiva facta. *l.4.§.10 ff. de uſuc.* Aliud in re ex pecunia furtiva comparata. *l.48.§. fin. ff. de furt. VViſſenbach.*
4 *d.d.26.th.1.in fine.* Ubi hoc tamen notandum, licet ex pecunia furtiva vel uſuraria comparata res emtoris veniat, nihilominus tamen in ſubſidium tenetur fur vel uſurarius, etiam ob has res, ſi alias fur vel uſurarius ſolvendo non ſit, ut ex allegatis Theologis ſtatuit *Menoch.conſ.*300 *num.* 34. *& ſeqq.* Quod an juri civili conſonum ſit, dubium eſt ex traditis ſupra *ad l. ſi me & Titium ff de Rebus cred.*

## ad L. Parvi 17.

*SUMMARIA.*

*An obligatio cum depoſitione liberet furem ab h. actione? num.*1.
*Quando oblatio nuda?* 2.
*Idem in Novatione & delegatione.*3.

1 COndictio furtiva tollitur, (1) Obligatione rei furtivæ, quæ eſt duplex, alia nuda, alia cum depoſitione: Hæc ſtatim liberat furem à condictione
2 furtiva, licet non ab actione pœnali. Illa oblatio tunc liberat, ſi Dominus nullam cauſam habuit, cur rem noluerit acceptare, & res interiit. Poſterior mora domini purgat moram furis. Autor *ad L.9.n.5.6.7.C. de Furt.*
3 (2) Novatione & delegatione. Nam ſi loco rei furtivæ etiam abſentis alium debitorem deleget omnino ſatisfit Domino, nec ei datur condictio furtiva. *vid. Cujac.t 4 pag.*201.*& ſeq.*

## ad L. Quoniam furtum. 18.

*SUMMARIUM.*

*An hodie, qui ſcienter indebitum recipit, teneatur condictione furtiva?*

QUi ſcienter indebitum recipit, & alterum ad ſolvendum induxit, tenetur condictione furtiva, quia furtum videtur committere. *Vid. Petr. de Bellapertica in Falſis. C. de furtis. numer.*16. *tom.8.repet. Juris.Struv. Exerc.*18.*th.*41.*Cludius de Condaudeb. c.* 10. *num* 32.*Dn.Lauterbach.ad h.tit. th.* 17. Hoc hodie non habere locum, notat hic *Grœnwegen* remiſſivè, ſed ſine fundamento, ut puto, niſi de pœna criminali agat.

## ad L. Final.

*SUMMARIUM.*

*An Fur ſe offerens judicio purget moram?*

FUr non purgat moram, ſi ſe judicio obtulit, ſed ſi ipſum debitum offerat. *Arum.de mora c* 9 Quamvis enim, qui ad judicium provocat, moram non videatur facere, *per L. ſi quis ſolutioni.*24 *ff.de uſur.* requiritur tamen juſta cauſa ibidem, ſeu probabilis cauſa, cur ſe opponat, quæ in fure non reperitur.

## TITULUS II.

### *De Condictione ex Lege.*

## ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*Condictiones ex lege quid ſint? n.*1.
*Varia exempla condictionum ex lege referuntur. num.* 2. *& ſeqq.*

QUæ actiones perſonales veteri Jure, Lege 12. Tabularum ignotæ, ex nova Imperatoris conſtitutione dantur, vocantur condictiones ex Lege, ſcilicet ut Dd. volunt, ſi verba ad partem dirigantur; non ad Judicem. *Vid VVeſenb in Comment. Codicis.h.t.n.*33. *& in pr. ff. h. t. num.*3 *Perez. C.h. t.n* 9. *conf. Schraderus in Comm.ad h.l.* & conf. *Dn. Lauterbach. ad h.t.th.*2. quia hoc ex mente legiſlatoris dijudicandum eſſe putat. Et huc referunt, (1) Practicam Legis diffamari. *Blurerus in d.l.diffamari.C.de ingen.manumiſſ.c.1. numer.*4. licet nobis hoc dubium ſit. *vid. Bach. in Tr. d* 23. *th.1.lit.D.& Dn.Lauterbach.ad h.t,theſ.*2. (2) Actionem ex contractu emphyteutico. (3) Donatione. (4) ex *l.* 2. *C.de Reſc. vendit. Pinell. part.legis ſecundæ C. de Reſc. vend. c.3. n.9.* (5) Actio expletoria, ex *l.30 de inoff.Teſt. Graſſus in §.Legitima.q.*48. *Peregrinus de fideicom. art.* 36.*n.*151 (6) ex *cum. Redintegrandæ.c.3. q.1.* (7) Ex pacto (8) Ex novis Principum Conſtitutionibus. *Bachov. diſp.* 23.*theſ.1. l. B.conf.VVeſenb. in Comment. Cod. & Schraderus ad h.l Struvius h.t.* Requiſita hujus actionis hic deſcribit *Franzk & plura Exempla VViſſenb. diſput.26.theſ.6 Dn.Lauterbach.ad h. t. theſ.* 3. Ad expenſas agi poteſt in criminalibus poſt abſolutoriam condictionem ex art. 12. & 13. Conſt. Carol. *Dn. Mevius p.* 3. *d.*293. Pro privilegii etiam tuitione, condictione ex Lege agi poteſt. *Rulandus de Commiſſ. p.3. lib.3.cap.6.num.4.Dn.Lauterbach.d.l.* Huc pertinet condictio ex canone vel conſuetudine, v.gr. ex pacto. *Dn. Lauterbach in fine h.t.*

## TITULUS III.

### *De Condictione Triticiaria.*

## ad L. Sed & ei. 2.

*SUMMARIA.*

*Actio Triticiaria unde ſic dicta, & quid ſit? n.*1.
*Cuinam detur?* 2.
*Quæ ratio, quod cum omnes res hac act.condicantur, non tamen pecunia?* 3.
*Etiam incorporales.* 4.
*Etiam res mobiles.*5.

1 HAnc condictionem Triticiariam, à Triticio Autore, vel objecto primogenio tritico ita denominatam, ita definit *Dn.Struvius Exerc.*18.*th.*60. quod ſit actio in perſonam prætoria, qua æſtimationem rei dari oportere intendimus, atque, ut arbitrio Judicis habita ratione loci ac temporis æſtimetur, petimus. *l. pen. & ult. h. t.* & datur ei, cui loco rei æſtimatio
2 debetur ex conventione vel delicto. *l.1.pr.& l.3.§* 4. *h.*
3 *t. Struvius theſ* 62. Per hanc condictionem omnes res condicuntur, ſive fungibiles ſive ſpecies, excepta pecunia numerata, cujus exceptionis ratio, quod per hanc condictionem æſtimatio rei petatur, ſed pecunia propriè æſtimationem non recipit, ſed ea om-
4 nes res æſtimat. *Bachov. de act. d.4. th.13. Franzk. h.t. num.*

*num.5. Struvius h t.th 63.* condicitur etiam res incorporalis, & rei incorporalis poſſeſſio *per h.l.* unde *Barboſ.* notat *in L ſi alienam.12.ff.ſolut.matr.Num.36.*quamvis pro re mobili nullum competat remedium poſſeſſorium recuperandæ poſſeſſionis, *per l 1. §. illud ff.de vi & vi arm.* hæc tamen condictio competit, *per hanc L. juncta l.1. § fin.* de quo *Menochius*, qui hanc legem recenſet inter poſſeſſoria recuperandæ poſſeſſionis, *remedio. 3.*

## ad L. In hac actione. 3.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo ſi loco rei æſtimatio ſolvenda, pro diverſa natura contractuum diverſa æſtimatio facienda? n.1.*
*Quatenus mora conſideretur in contract.ſtricti juris? 2.*
*Quatenus mora æſtimetur, quod certo loco & tempore ſolvendum erat? 3.& 4.*

1 SÆpè fit, ut non ipſa res, ſed æſtimatio poſſit peti, & hoc diſtinguunt *ex l.3. §.2. ff. Commodati.*
utrum bonæ fidei contractus ſit, an verò ſtricti Juris,
in illis rei judicatæ tempus attenditur, in his verò
tempus litis conteſtatæ. In utroque verò caſu excipitur,
niſi moram quis admittat; nam in ſtricti Juris
Judiciis (quale hoc eſt) ſi ante litem conteſtatam mora
admiſſa, condemnatur utro tempore res plurimi
2 fuerit à tempore moræ uſque ad tempus mortis. Sed ſi
de certo loco aut die convenit, illius temporis æſti-
3 matio attenditur. *l.fin. h.t.* Si tamen poſt diem mora
contigerit, iſte dies eſt terminus, à quo Judex æſtimationem
rei ob moram augere poteſt, *argum. l.37. in
fine ff.Mandati.juncta l.8.§.1. de Condict.furt.l.3. de uſur.
& h. l. Tr. Bachov. dictis locis vid.Dd. quos allegat.Hill.
lib.26.cap.p.5.lit.A.Da.Struvius Exerc.18. theſ.64. conf.
L.Vinum ff. de rebus creditis. & ibi notata* Dni Autor:
4 *& l.3. §.1. de act. emti & ibi Cujac.z.t.* Sed ſimplicior
videtur eſſe ſententia, ſi de re præſtanda tempore certo
convenèrit, ut pretium attendatur illius temporis conventi,
& præterea intereſſe, quod emtoris intereſt, ſuo
tempore non eſſe ſolutum, & ſic judicatum refert. *Da.
Joh.à Sande l.3.t.4.de fin.conf.Vandus l.1. qu.41. & quos
Joh. à Sande allegat.* Nota etiam, tempus mortis in
latitudine eſſe conſiderandum, non vero ipſum momentum
mortis. *Vid. Alciatus in repet. l.un. C.de ſent.
de eo quod intereſt.n.62. vol.3.*

---

## TITULUS IV.

## *De eo, quod certo loco dari oportet.*

## ad L. Alio loco. 1.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo, qui certo loco dare promiſit, nec ſolvit, in alio conveniri poſſit? n.1.*
*Quomodo intelligatur, quod dicitur: conveniri hoc caſu poteſt* omni loco. 2.

1 SI quis promiſerit, ſe ſoluturum certo loco, ſi in
eo non compareat, ſive ſtudio, ſive caſu, & ob
impedimentum hoc fiat, alio loco poterit conveniri,
poſtquam ſcilicet vel dies conventa, vel tantum temporis
ſpatium, quo ad illum locum venire potuit, præteriit.
*l.5.§.6.juncta l.137.§.2. de V. O. Struvius Exerc.18.
2 theſ.69.* Non omni tamen loco conveniri poteſt, ſed
eo tantum, quo alias ſine hoc pacto Reus conveniri
potuiſſet, ut in loco Domicilii & contractus; nam alia
adjectio loci contrarium effectum operaretur. *Dom. lib.
17. cap.19. Weſenb.in Comm.Cod.h.t.num.15. Bachov. ad
Tr.diſput.23.th.3.lit G.& diſp.8.de action.th.4.Franzk.h.t.
in fine.Zœſ.h.t.numero tertio, Struvius d. Exerc. th. 69.*

*Wiſſenbach. d.26.th.10. Barb. in L. heres abſens, §. fin.
num.23.ff.de Judic.Dnar d.d.h.t.num 4.Arn.Baert.ad h.
t.n.31.*Autor *ad l.unic.num.6.7.& 8. C. Ubi conven. qui
cert.loc.*Licet autem contractus locum, ubi celebratus
eſt contractus hic, non puter admittendum *Dn.Lauterbach.ad
h.t.th.7.*puto tamen verius eſſe contrarium;
nam locus, in quem ſolutio collata, eſt principalior.
*l.3.de rebus auth.jud.poſſid.* Si tamen ille ceſſet, huic locus
erit. *Hahnius in Weſenb.h.t.num.2.*

## ad L. Arbitraria. 2.

### *SUMMARIA.*

*An in hac actione tam rei quàm actoris utilitas ſpectanda? n.1.& 2.*
*Qui certo loco dare promiſit, & eo venire impeditus fuit, ſi in alio loco conveniatur, ad locum ſtatutum provocare; ſin hic ſolvere malit, æſtimationem ſui intereſſe petere poteſt.3.*
*Quatenus intereſſe rei in alio loco conventi conſideretur? num.4.*
*Ad arbitrariam hanc act. requiritur, ut ſolutionis locus ſit expreſſus 5.*
*An intereſſe Rei judæi ratio habeatur? 6.*
*Quare, qui in alio loco agere vult, exprimere debeat locum conventum? 7.*
*Quare in alternativa locorum electio creditoris ſit? 8.*
*Actor habens duo remedia unum eligere poteſt.9.*
*Qui Epheſi & Capuæ dare promiſit, in utroque loco de dimidia conveniatur.11.*
*Æs alienum, propter liberandum feudum contractum & alias neceſſitates, an a ſucceſſore feudi, an ab heredibus ſolvendum 13.*
*Intereſſe lucri ceſſantis inter mercatores lucrari ſolitos, conſideratur 14.*
*Si ſcil.proxima ſpes lucri fuit.15.*
*An idem in foro Poli? 16.*
*Hoc intereſſe non ſolvunt Pauperes.17.*
*Intereſſe non aliunde, ſed ex mora ceſſaſſe debuit.18.*

1 UTrinſque utilitas debet in hac actione conſiderari,
ut in plus quam conventum eſt, condemnetur
reus, ſi actoris interſit, in minus, ſi rei inter-
2 fuit *Vid.Wiſenb.in ff.d.l.* Sed non videtur rei habenda
eſſe ratio, quia reus ſibi debet imputare, quod in tempore
ac loco non ſolverit. Atque ita ejus rei non habebitur
ratio, ſi debitor in mora fuit. *Cujac. ad l.8. h. t.
Bach. in Tr. diſp.23.theſ.4.lit.C.Wiſſenb.d. 26.theſ. 9. in
3 fine Zœſ.h.t.num.7.* Igitur *hujus legis* pono caſum, quando
quis certo loco debuit ſolvere, ac tempus expreſſè
vel tacitè conventum præteriit, ac reus moram ſuam
purget, & ceſſationis ſuæ juſtam cauſam, ut ægritudinem,
juſſa ſuperioris, negotia publica, æſtum, aliaque
allegaverit & probaverit, nam tunc petere poteſt
remiſſionem ad locum conventum. *juxta l.4.§.1.h.t.*aut
ſi malit ſolvere, poteſt petere æſtimationem ſui intereſ-
4 ſe, *juxta hanc legem.* Sed intereſſe tunc conſideratur,
quando alio & quidem congruo loco convenitur, ut
ibi ſolvat, ſecus autem ſi ideo conveniatur, ut condemnetur,
ut in loco convento ſolvat, ut rectè declarat
*P.Barboſ. ad L. hæres abſens. 19.§ ult.numer.25 de
5 judic.* Sic nec arbitraria actio datur, ubi quis in certo
loco contraxit, ſed loci, in quo debeat fieri ſolutio,
nulla fit mentio *Bachovius d. l. num.28.* Sed ſi conventum
ſit, ut certo loco fiat ſolutio, & debitor in domicilio
conveniatur, locus eſt arbitrariæ actioni, *per tradita
Barboſ.d.l. num.20.* Sanè poſt moram ſi creditor
alibi ſuum debitum acceptare velit, intereſſe ſuum remiſiſſe
non videtur. *Da.Mevium p 5.dec 44. conf. Joh.
Ant.Rubeus in rep.L.Vinum. num.85. ſi certum pet. vol.
6 2.* Sed an, ſi reus ſit Judæus, ejus intereſſe habenda eſt
ratio? Negant nonnulli, quaſi non æquitas, ſed rigor
erga judæos ſervandus ſit; Sed hos refutat *Rol. à
Valle vol.2.conſ.35.num.22.& ſeq.* quia judæi regulariter

eodem jure, quo cæteri cives, fruuntur. Et ſunt in
Germania cives Romani. Autor *in C. titul. de Judæis
ad L.6.num.7.*

*Ad* §. 2. Si quis alio loco agat, debet mentionem
7 loci conventi in libello exprimere, ne utilitatem loci
reo adimat, & plus cauſa petat, *Bart. hic & VVeſ. in
Comm.Cod.h.t.num.*8. Imo & arbitrarii judicis mentio-
nem requirere videtur *Bach. d. diſp.23.th.3. lit.F. Autor
ad L.un.n.11. C. Ubi conven.qui cert.* Sed fortè id ho-
die non eſt neceſſarium, licet melius fiat.

8 *Ad* §. 3. Quamvis alias in alternativis Electio De-
bitoris ſit, *per l. Plerumque de Jure Dotium*, aliud
tamen in alternativa locorum, Epheſi aut Capuæ, nam
ſi debitor haberet electionem, poſſet ſemper ad alium
locum provocare, ideò debitor ante inſtitutam actio-
nem habet quidem electionem, ſed poſt non. *Colerus
de Proceſſu execut. p 2. cap.1.num.45. Monach. de Pro-
ceſſu tit.de foro competente.num.30. Pac. cent.4. qu. 30.
Struvius d.Ex.th.Zaſius h.t.num 8. VViſſenbach.d.d.25.
th.fin.* & hoc extendit *Dn. Lauterbachius ad h.t.th.7.*
licet non ſolum loca: ſed etiam res ſub disjunctio-
ne permiſſas expreſſerit, v gr. decem Lipſiæ, aut
Francofurti equum. Ita in hoc caſu loci electio trahat
9 ad ſe rei electionem. *Perez. in C. h.t. num. 6.* Sic ſi
actori duo remedia dantur, hujus eſt electio. *Berlich.
10 dec.107 n.5.* Collige eum, qui habet jus eligendi, ob
moram illud amittere, *per l.20.§.5.ff.de petit.hæred.*

11 Ad §.4. Qui Epheſi & Capuæ centum ſe ſoluturum
promiſit, partem Epheſi, aliam Capuæ præſtare de-
12 bet. *Zaſ. h. t. num. 9. VViſſenbach. d. th. fin.* Collige,
quod virtus copulæ ſit, diſtribuere in partes. In ſimi-
li *Carpzovius p.3. Conſt.9. d.16. num 9.* Ex hoc deciſio
13 alia ſumi poteſt, v.gr. Contraxit quis debitum, &
fatetur, ſe pecuniam accepiſſe, & eam ad liberan-
dum feudum, & ad alias neceſſitates expendiſſe, quæ-
rebatur, an hoc æs alienum à ſucceſſore in feudo, an
verò, ab hæredibus ſolvendum. Et deciſum eſſe me-
mini in Camera Electorali Brandenburgica, dimidiam
partem à ſucceſſoribus feudi, alteram dimidiam ab
hæredibus ſolvendam.

14 Ad §. *fin.* Quamvis intereſſe lucri ceſſantia non ſo-
leat in judiciis conſiderari, ſed tantum damni emer-
gentis, ut tradit *Gail. lib.2.obſ.6. num.2.* Aliud tamen
eſt in mercatore qui ſolet negotiari. *Gail. d.l.num. 3.*
ideoque *hunc* §. non tantum in hac actione arbitraria
ſed communiter generaliter Dd. intelligunt, modo mer-
cator ſit lucrari ſolitus, & certum lucrum probari poſ-
15 ſit. Et ſi in manibus habuit merces, quas cum magno
lucro emere potuit; nam non ſequitur, lucrari potuit,
ergo reſtituatur lucrum amiſſum, quia potuit hoc
fallere, ſed ſi proxima ſpes fuit, tunc lucri haben-
da eſt ratio. *Caſtr.hic n.3. Roll. à Valle conſ. 35. nu.13.
vol.1.quos refert.Anton.Gabriel.lib.3.tit.de ſolut.concl.10.
nu 3.verſ.contra & Hipp.Riminaldus lib.2.conſ.113.n.100.*
Et ita intelligi debent *Rota Genuens. deciſ.37. num. 11.
& dec.41. in fine. Stracha de contractibus Mercator.n.3.
vid.Don.lib.26.cap.23.poſt lit.D.Maſtrill.dec.145.nu.35.
Menoch.conſ.1180. num.20. Afflict.deciſ.20.* Quod verò
*Cagnolus tradit in l.un.num.37.* C. de Sententiis, *quæ pro
16 eo quod intereſt. prof.* id etiam verum eſſe in foro poli;
id non auſim affirmare, niſi doloſum proponas morato-
17 rem. Excipiuntur pauperes debitores. *Afflict.d.l.Gail.de
pign.obſ 17. num. 6.* Et requiritur, ut lucrum ceſſaverit
occaſione moræ & non aliunde, & deducantur im-
penſæ in lucro percipiendo faciendæ. *Menoch. d. l.
num. 22. & l.2.A Q. caſ.119.* Juramentum in litem non
admittunt hic *Colleg. arg.h. th. 6. numer.2.Dn.Lauterb.
h. titul.th.5.*

## ad L. Ideo in arbitrum. 3.

*SUMMARIUM.*

*In pecunia intereſſe loci cur attendendum?*

Etiam in pecuniis, cum diverſæ ſint uſuræ in di-
verſis locis, & hodie etiam diverſa numiſmata,
intereſſe loci attendi poteſt. *Wiſſenbach, d.d. 26. th. 13.
Autor. ad L. un. num.9. & 10. C. Ubi conven. qui certo
loc.* Si ergo Lipſiæ ſolvenda pecunia vel Warſaviæ,
utriuſque loci habenda eſt ratio. *vid. deciſio apud Ber-
lich.p.1.dec.102.*

## ad L. quod ſi. 4. pr.

*SUMMARIA.*

*Qui Epheſi dari ſtipulatur, cur alibi petere non poſſit?
num.1.*

*An ſicut de intereſſe loci, ita etiam de intereſſe temporis actio
hac arbitraria inſtituatur? 2. & 3.*

*Reus ab hoc judicio abſolvi poteſt, ſi ipſi facilius ſit in loco
convento ſolvere. 4.*

*Qualis hac abſolutio ſit? 5.*

1 SI pecuniam Epheſi quis dari ſtipuletur, alio loco
petere non poteſt, ſed Epheſi, ex Jure Civ. nam
alias poſſet plus petere, & ſi Epheſi petatur, non
2 eſt actio arbitraria, nec plus petitur, quam ſumma
petita, niſi ex ſtipulatione, vel ex intereſſe ratione
temporis plus peti poſſit. Unde quia de tempore hic fit
mentio, ſolet quæri, an eadem ratio temporis, quæ lo-
ci, ita ut ſi alio tempore petatur, actio fiat arbitraria?
quod aff. *Cujac. Donell. & alii.* Sed poſt alios negat
*Arn.Baert.in tr. de eo quod intereſt ad hanc legem. n.21.*
Nam licet adjectione temporis facta veniat intereſſe,
3 non tamen propterea omnes tales actiones, in qui-
bus intereſſe venit, ſtatim arbitrariæ fiunt. *Conf. Ant.
Fab.lib.15.Conject.cap.3.& Bach.ad Tr.v.1.d. 13.th.6. lit.
D. conf.Zaſ.ad h.t. n. fin.VViſſenbach.d.16.th.11 Bereng.
Paulhacus in rep.l.un.C. de Sent. quæ pro eo quod intereſt.
n.196.vol.8.* conferri etiam poteſt *Anton. Perez.* in nupe-
ro tractatu ad *Pand.h.t.*§.1.

Ad §. 1. interdum abſolvi debet reus, ſi oblatam
4 in loco convento probet pecuniam, vel ubi facilius
ſolvere poſſit, ſi fortè habeat inſtitorem ſeu factorem,
per quem facilè ſolutio expediri potuit, ſi modo cau-
tionem præſtet de pecunia ibi præſtanda, ubi promiſſa
eſt. *Struv.d.Ex.th.71.Zaſ.h.t.num* 10.*Lauterbach. ad h.
t. th.4.* Qualis autem hæc eſt abſolutio? Reſp. ab ob-
5 ſervatione judicii, cum totum hoc negotium in æqui-
tate conſiſtat.

## ad L. In bonæ fidei. 7.

*SUMMARIA.*

*In actionibus b. f. non opus eſt arbitramento, numer.1.*

*Officium judicis in b.f judic. tantum, quantum in ſtrictis ju-
ris clauſula arbitrii valet. 2. & 3.*

*An ex §. 1. colligere ſit, aliud eſſe vendere, aliud pro-
mittere venditionem? 4. & 5.*

ACtiones bonæ fidei non opus habent, ut iis
1 per hanc actionem illud addatur arbitramen-
tum, cùm ipſis non ſecundum earum naturam in-
ſit. *Dn. Struvius d. Exerc. th. 67. Franzk. h. t.
2 numero decimo tertio, Zaſ. numero decimo tertio. Lau-
terbach. ad h. t. th. 2.* In b. f. judiciis tantum poteſt
3 officium judicis, quantum in ſtricti Juris clauſula
arbitrii. Ideoque ſi conveniaris de re emta certo lo-
co tradenda, poteſt agi ſine mentione loci, nam id
4 Judex ſupplebit; *Cujac. c. 1. p 1177.* Ex *paragraph. h.L.*
colligunt, aliud eſſe vendere, aliud promittere ſe ven-
diturum *Fab. de monte de Vendit. quæſtione quinta, nu-
mero quinquageſimo quinto. & Matheſilanus ſing. 46.*
5 Sed conſequentiam non video, ſed illa differentia
alibi melius probatur, quam *ex h. paragraph.* varios
intellectus habente.



Digitized by Google

### ad L. Centum Capuæ. 8.

*SUMMARIA.*

*Cur fidejuſſor in uſuras ſortis, non verò in intereſſe, ratione loci conventi, condemnetur? num. 1. 2. & 3.*
*Mora rei Principalis perpetuat obligationem in fidejuſſore, ſed non auget. 4.*
*Quid ſi fidejuſſor ex ſua mora alibi conveniatur? 5.*
*Conciliatio cum* L. 54. ff. locati 6.

1 FIdejuſſor condemnatur quidem etiam in uſuras
ſortis, quia ſcilicet uſuræ non minus ſunt in ſti-
pulatione, quam ſors; ſed ad intereſſe loci, ſi Debitor
principalis in loco convento non ſolvat, fidejuſſor non
condemnatur, quia hoc intereſſe non ex ſtipulatione,
2 ſed ex officio Judicis proximè deſcendit. Nec obſtat,
quod intercedens pro debito uſuratio, etiam pro uſu-
ris teneatur, quia hic duæ obligationes, una ſortis,
altera uſurarum, pro utraque intercedit Fidejuſſor.
3 Sed noſtro caſu, id, quod intereſt ex circumſtan-
tia loci, non eſt in ipſa obligatione, ſed extrinſe-
cus ex arbitrio Judicis venit; non igitur, id, quod
ex officio Judicis eſt, ſtatim eſt in obligatione. *l. 40. de judic.* Licet autem rei mora perpetuet obligatio-
nem, ut fidejuſſor teneatur ad reſtitutionem æſtima-
tionis re perempta. *L. mora. 88. de V. O.* aliud tamen
4 eſt, augeri debitum, aliud continuari obligationem. *l. 23 & 91. de V. O. l. 58. §. 1. de fidejuſſ. Covarr. l. 3. reſol. c. 3 num. 2. Franc. de fidejuſſoribus c. 5. num. 52. Dn. Manzius de fidejuſſ. cap. 6. n. 51. Duarenus h. t. c. 4. conf. Coraſius lib. 2. Miſcell. c. 12.* Niſi fidejuſſor ex ſua mora alibi convenia-
5 tur *vid. Bach. d. diſp. th. 5. lit. D. Struvius d. Exerc. 18. th.*
6 *73. Zœſ. h. t. n. 12. VViſſenbach. d. diſp. 26. th. 15.* Circa conci-
liationem hujus legis cum *L. quaro. 54. ff. Locati.* diſtin-
guendum 1. an fidejuſſerit ſimpliciter, an pro certa
quantitate. 2. an ſuper eo contractu, ex quo alias uſu-
ræ peti poſſint, an non. *l. 68. §. 1. de fidej. L. 5. C. de Act. inter empt. Bach. d. th. 5. conf. Pac. C. 4. quaſt. 32. conf. VViſſenb. d. l. th. 16.*

### ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*An fidejuſſor ejus, qui cum Capua promiſiſſet, poſt moram Roma Conventus, fidejuſſorem dedit, ratione intereſſe loci conveniri poſſit? n. 1.*
*Quibus caſibus loci utilitas remiſſa videatur?* 2.

1 CEntum promiſiſti Capuæ te ſoluturum, poſt mo-
ram te Romæ convenio, ſed ibi das fidejuſſo-
rem, quæritur, annon fidejuſſor ob utilitatem loci ad
ejus intereſſe condemnari poſſit, cum poſt moram jam
contractam dedit? Sed neg. quia fidejuſſor non po-
2 teſt in plus obligari, quam quod in principali obli-
gatione eſt, & tantum extrinſecus per ſententiam
Judicis accedere poteſt. *Struvius d. l.* Colligitur ex ver-
bis finalibus utilitatem loci remiſſam videri, ſi quis
ſortem acceperit alio loco, vel ſi actor Capuæ petat,
vel ſi Judex in ſortem tantum condemnet, nam tunc
ceſſat petitio acceſſorii. *L. 13. C. de uſur. vid. Duaren. d. l. Cujac. tom. 1. p. 619. Bach. d. th. 6. lit. D. Zœſius h. t. n. 11. Dn. Lauterb. h. t. th. 5. Autor in C. t. de Judic. ad L. 1. n. 7.* Et *ad L. 4. d. t. n. 3.*

---

## TITULUS V.

## *De Pecunia conſtituta.*

### ad L. Hoc Edicto. 1.

*SUMMARIA.*

*Conſtitutum quid ſit, & quid adpromiſſor? num. 1.*
*Pactum geminatum de proprio debito producit actionem. num. 2. & 3.*
*Ad conſtitutum neceſſario requiritur verum debitum. 4.*
*In conſtituto cur requiratur mentio prioris debiti? 6.*
*An quis poſſit ſciens indebitum conſtituere? 7.*
*Non imperſonale: ſatisfiet, ſed perſonale: ſatisfaciam, conſtitutum operatur. 8.*
*Quid ſi dicam: ſatisfiet à me, aut Petro; vel ſatisfiet à me & Petro? 9. & 10.*
*Voc. Pecunia hic generaliſſimè etiam non fungibiles res complectitur. 11. & 12.*
*Conſtitui poſſunt etiam reales actiones. 13.*
*An qui inutiliter contraxerunt per ſtipulationem, conſtituiſſe intelligantur? 14.*
*Annon hodie ex imperfecta ſtipulatione actio detur? 15.*
*Hodie in aliud & majus debitum conſtituens, non verò Fidejuſſor ſe obligare poteſt. 16.*

1 COnſtitutum eſt iterata promiſſio ejus, quod ip-
ſe debet, vel alius, & nudo conſenſu conſtat.
*l. 14. § fin. h. t. Beſold. conſ. 125 num. 10.* & conſtituens ſe
2 pro alio eſt Adpromiſſor, non expromiſſor. Exindè
notant, pactum geminatum producere actionem, quia
3 grave eſt fidem fallere. *Tuſch. concl. 28 num. 24. lit. G. Autor in C h. t. L. 1. n. 2.* Sed hæc ratio in eo caſu, quo quis
ſuum debitum iterat, militat, non in alieno. *conf. Jaſon. in l. 14. C de Pact. & Barb. de Act. d. 8. th. 3. lit. Ç. & ad*
4 *Tr. d. d. 23. th. 7. lit. G. Franzk. h. t. num. 7.* Ideoque debi-
tum ſemper hic præſupponitur, & debet de eo aliun-
dè, quam ex aſſertione conſtituentis liquere. *Vinc. de Franch. dec. 343. num. 2. Franzk. h. t. num. 14. Struvius d.*
5 *Exerc. 18. th. 75. Perez. in C. h. t. n. 7.* Collige etiam, con-
ſtitutum per epiſtolam fieri poſſe. *VViſſenbach. d. 27. th. 2. Autor in L. 1. C. h. t. n. 4.* Debetque in Conſtituto prioris
debiti fieri mentio, alias à pacto non differret *Zœſ. ad*
6 *h. t. num. 6.* Sed quæritur, quid ſi ſciens indebitum con-
7 ſtituerit? Licet neget hoc conſtitutum valere. *Zœſ. h. t. num 10.* cum aliis; ſufficere tamen videtur, quod poſſit
aliquis ex indebito ſponte ſua facere debitum, & hodie
ex nudo pacto datur actio, & hic conſtat de animo
donandi, & ſic intelligo *Mant. de tac. & amb. convent. l. 19. t. 3. num.* 11 Requiritur autem, ut conſti-
8 tutum non imperſonale ſit, v. g. Satisfiet; ſed perſo-
nale; ſatisfaciam vel à me ſatisfiet, *per Auth. ſi quando. C. h. t. & ibi notata Aut. in Authentic. h. t. n. 2.* Si au-
9 tem ita, ſatisfiet à me aut Petro, ego in ſolidum obli-
gor; ſi ita, à me & Titio, ego tantum obligor, & qui-
10 dem in partem dimidiam. *Nov. 115. cap ult. Petrus Greg.*
11 *l. 24. cap. 7. num. 7. Rittershuſ. ad d. Nov. p. 3. c. 5.* Et pertinet
conſtitutum ad omnes res fungibiles & non fungibi-
les. *l. 2. C. h. t.* ut ita vocabulum pecuniæ in generaliſſima
12 ſignificatione hic ſumatur. *Addit. Zœſii ad n. 1. Tiraqu. de Retr. p. 1. gl. 14. num. 42.* & pertinet ad debita tam ex
delicto, quam contractu, imo etiam ad reales actio-
13 nes pertinere tradit. *Mantica de tac & amb. Convent. l. 19. tit. 3. num. 12.* cum ſecundum latiorem ſignificatio-
nem debitum dici poſſit. Fœmina etiam conſtituere
ſuum debitum poteſt, alienum non *far. §. 1. l. 1.* ex
quo probari poteſt, conſtitutum pro alio eſſe ſpe-
ciem interceſſionis, & ſic etiam beneficium ordinis
locum habere. *Carpz. p. 2. cap. 18. def. 2. Dn. Lauterb. hic de act. conſtit. th. 5.*
14 *Ad* §. 2. Qui voluerunt per ſtipulationem contrahe-
re, ſed inutiliter contraxerunt: iſta conventio non
valet ut ſtipulatio, quia inutilis ratione formæ, nec
valet ut conſtitutum, quia hoc noluit promiſſor; in al-
tero obſtat facultas, in altero voluntas. *arg. l. fortun. Garcias in l. Legitima. de pactis. num. 50. Baldus Novel-*
15 *lus in l. 1. §. Si quis ita. 2. de V. O. num. 28.* Sed hic §. in
hac materia vix hodie habebit locum, licet alibi in
materia Teſtamenti locum habere poſſit. Nam ſi ſtipu-
lari velim, & ſtipulatio ob formam non ſit juſta ac per-
fecta, (nam aliud ſi alia ratione, v. gr. quod ſi tur-
pis, & ſim.) erit tamen conventio, ex qua dabitur

actio, ut rectè hic cenſuit *Grœnwegen.* & *Cyprianus* & *Regnerus.*

16 *Ad* §. 3. Aliud pro alio volenti poteſt ſolvi, ergo etiam conſtitui. *Duar. h. n 2. Franzk. h. t. n.* 22. & in hoc differt inter alia etiam à fidejuſſore, qui in aliud debitum ſpondere nequit. *conf. Hering. de fidej. cap.* 18. *num.* 5. *Petr. Greg l.* 24. *Synt. t.* 7. *num.* 4. ſed conſtituens ſe in aliud obligare poteſt, quam quod principalis debuit, juxta mores noſtros. *Regnerus hic*, quod intelligo, ſi modo abſit uſuraria pravitas, & ita §. *ult.* hodie vix locum habebit.

## Ad L. Quod ſi 3. pr.

### SUMMARIA.

*Maritus qui conſtituit ſe ſoluturum dotem, retinet benef. competentiæ num.* 1.
*Per conſtitutum non admittuntur prioris actionis privilegia. num.* 2.
*Obligatio merè civilis cur conſtitui non poſſit?* 3.
*Conſtitui non poteſt obligatio ob alio metu num.* 4.
*Requiritur in conſtituto obligatio naturalis.* 5.
*Obligatio civilis inefficax denuo ſcienter conſtituta valet.* 6

1 IN *princ.* dicitur, Maritum debitorem dotis, ſi conſtituat ſe eandem ſoluturum, teneri tantum, in quantum facere poteſt, prout in actione de dote. Et ſic non eſt novatio; aut potius accumulativa; quam extinctiva. *Caſtill. controv tom.* 6. *cap* 155. *Surdus conſ.* 34. *num.* 34. & *hos laudans Franc. de Salgado in Labyr. cred. p.* 3. *cap.* 11. *num.* 86. & *ſeq.* Unde colligo, per conſtitu-
2 tum non tolli prioris actionis privilegia, v. gr. ſi maritus ſuper dote inſtrumentum, quaſi credita ſit pecunia, confecerit, privilegium non amitti, quia novatio hic præſumenda non eſt.

3 *Ad* §. 1. Obligatio merè civilis, id eſt, quæ quidem actionem parit, ſed quæ per exceptionem Jure Prætorio eliditur, non poteſt conſtitui, quia tale debitum jure prætorio pro indebito habetur. *Conf Bacovius de Act. diſp.* 8. *th.* 3. *lit B. Jaſon. in* §. *In perſonam. num* 42 *Inſt. de action Schneidw in d.* §. *nu.* 25. *Don. lib.* 12 *cap* 3. *Bachov. in Tr diſp* 23 *th* 7 *lit F.* & *Mantica lib.* 19. *de convent, tac.* & *amb. tit.* 3. *num* 4 *Struv. d. E.* 18. *th.*
4 75 *Franzk. h t n* 18. *Autor ad L* 2. *n* 11. *C. h. t.* Sic cum aliquis vi metuve adductus promiſiſſet, is, qui pro eo conſtituit, ea exceptione juvatur, ut judicatum teſtatur
5 *Dn. Mevius pag.* 2. *dec.* 25. Ergo quod jure naturali aut honorario debetur, hic perſequitur, ſed non ex antidotali obligatione, quia Jure gentium id exigi non poterat *Mant de convent. l.* 19. *tit.* 3. *num* 6 Sed ſi quis civilem obligationem inefficacem denuo conſtituat, ac ſine errore ſciens promittat, valere puto promiſſionem, ut ad *l.* 11. dicetur.

## ad L. Eum qui Epheſi 5. §. pen.

### SUMMARIA.

*Actor municipum, tutor & curator conſtituere poſſunt. num* 1.
*An idem in ſingularibus adminiſtratoribus?* 2.

1 ACtor municipum in commodum municipum, tutor in commodum pupillorum, curator in commodum curandi, poteſt conſtituere illis debitum, & quidem utiliter, hoc receptum eſſe hic dicitur. Sed
2 an ad actores pupillorum & ſingulares adminiſtratores id pertinet? Negat hoc *Mattheſil ad l.* 1. § 9. *C. de ſent.* & *interlocut.* de quo tamen cogitandum.

## ad L. Hactenus. 11. §. 1.

### SUMMARIA.

*Conſtitui nequit ultra id. quod verè debetur, n* 1.
*Mutata bonitate monetæ, quodnam tempus inſpiciendum ſit?* 2. & 3.
*Annon moribus noſtris quis obligetur, ſi conſtituens ſciens plus conſtituat?* 4. 5. & 6.
*Stipulatio ob ſolennitatem utilis, valet in vim pacti.* 7.

1 ULtra id, quod verè debetur, conſtitui nequit *Zæſ. hic. num.* 13. Colligunt ex h. L. regulam. Utile
2 per inutile non vitiari. Et ideò ex natura primæ obligationis regulatur qualitas actionis conſtitutoriæ, & mutata bonitate monetæ, tempus primæ obligationis aſpiciendum eſt *Berlich. deciſ.* 152. *Struv. d. Exerc.* 18.
3 *th.* 81. niſi aliud convenerit. *l.* 3. § *f. h. t.* Sed quæri-
4 tur *circa hanc legem* 11. ſi conſtituens vel denuo promittens ſciens plus promittat, bis fortè uſus verbis: ſc. antea quidem debuiſſe 20. ſed ſe velle 30. ſolvere, annon ex nova promiſſione hac moribus debeantur 30.
5 quod affirmandum puto. Jure Juſtinianæo nova promiſſio exceſſiva non valebat Jure conſtituti, cum conſtitutum præſupponat debitum, nec valeat ut pactum
6 cum ex pacto non daretur actio. Sed ratione hac mutata, omninò talis promiſſor ex nova promiſſione in judicio condemnaretur. Sic licet id quod civili obligatione ſola debetur, non poſſit conſtitui; ſi tamen quis ſciens illud debitum, non obſtante exceptione, confirmaret, & in ſe reciperet omninò ex hoc pacto
7 condemnandus eſſet. Et ſic ſi quis ſtipulanti promittit, ſi animo promittendi id faciat, licet ſtipulatio ob ſolennitatem aliquam Juris civilis omiſſam ſit inutilis, hodie valebit in vim pacti; ut dictum ad *l.* 1. §. 4. *ff. h. t.*

## ad L. Qui autem. 14.

### SUMMARIUM.

*Conſtitutum in dubio præſumitur ex præcedente cauſa factum.*

IN conſtituto non opus eſt, ut certa quantitas exprimatur, ſed ſufficit, ſi ad eam relatio fiat, expreſſe vel tacitè. *Mant. d. lib.* 19. *tit.* 4. *num.* 31. & *ſeq. Zæſ. h. t. num.* 7. *Dn. Autor. Com. in* C. *h. t. ad* Authent. *Si quando num.* 5. Ideoque in dubio conſtitutum præſumitur ex cauſa præcedenti factum. *Mant. d. l.*

## ad L. Si duo. 16. pr.

### SUMMARIA.

*Duo conſtituentes habent beneficium diviſionis ſicut fidejuſſores. n.* 1.
*Conſtituentes habent etiam beneficium ordinis.* 2. & 3.

1 DUo conſtituentes tenentur in ſolidum, ſed habent beneficium Diviſionis. *l. ult.* C. *h. t.* Unde colligunt, quod ea, quæ de fidejuſſoribus dicuntur, regulariter etiam in Conſtituentibus locum habeant. *Schneidw. d. l. numer.* 31. *Zæſ. numero* 21. *Autor in*
2 C. *h. t. ad L. fin. nu.* 1. *ſeq.* In quo fundant etiam illi ſeſe, qui conſtituentibus beneficium ordinis tribuunt, nam *in Nov.* 4. omnibus pro aliis intercedentibus hoc datur. *Carpzovius p.* 2. *conſt.* 18. *d.* 2. *Bachovius d.* 28. *th.* 5. *Zæſ d. l. Gail. lib.* 2. *obſ.* 28 *numer.* 2 *Fachin. l.* 8. *cap.* 54. & *quos Hering. citat de fidejuſſ. l.* 2 *cap.* 27. *p.* 1. *nu.*
3 67. *Autor in* C. *h. t. ad l. fin. num.* 2. *ſeq.* Et ita Ephorus, qui ſe pro nobilibus obligaverat in ſolidum, in nonnullis etiam cum renunciatione beneficii diviſionis, ad beneficium excuſſionis admiſſus, ita reſponſum menſe Maio anno 1654.

## ad L. Sed etſi. 17.

### SUMMARIA.

*Conſtituens ſi in tempore conſtitutum non offerat, periculum interitus ad ipſum pertinet? n.* 1.
*Quid ſi juſtam cauſam habeat creditor, cur non accipiat debitum?* 3.

Quid

Digitized by Google

*Quid ſi debitor veniat debitum offerens, Creditor verò non poſſit venire, ut debitum accipiat, cujus periculo res intercat?* 4.

1 SI conſtituens non offerat debitum conſtitutum in
tempore convento, periculum interitus ad eum
pertinet; ſed ſi poſt moram offerat; Creditor autem
ſine juſta cauſa accipere recuſet, & debitor amittat
pecuniam, liberatur debitor, vel Jure prætorio per
exceptionem doli, aut interpretatione juris, id eſt,
Jure conſultorum, vel officio judicis. *vid. hic Cuj.*
2 Quouſque autem mora creditoris debitori noceat, tra-
ctant *Jacob. Niger. ad L. ſi Inſulam. ff. de V. obl. num. 199.*
*volum. 6 & Anton. Rubeus in repet. l. Vinum. ff. ſi certum*
*pet. num. 3. vol. 2. Alex. ad l. qui Romæ. 122. §. coheres. de V.*
3 *O. n.* 6. Poteſt autem juſta cauſa eſſe excuſationis, v. g.
ſi intereſſe ex mora rei debitum reus noluit ſolvere, aut
poſt moram debitoris creditor caſu impediatur; Nam
ita in mora non eſſet. Sed ſi Debitor ſine mora in con-
4 ſtituto termino compareret, rem ſoluturus, & creditor
non potuiſſet venire, & res periret; interitus ſpeciei de-
bitorem liberaret, non ob moram creditoris, quæ hic
nulla eſt, ſed ob regulam, quod debitor ſpeciei libe-
retur ejus interitu, niſi ſit in mora, quæ hic non eſt.
*l. 18. pr. h. t. Zaſ. h. t. num. 19. vid. Petr. Barb. ad l. ſi mora. 10.*
*n. 21. & ſeq. ff. ſolut. matrim.*

## ad L. Item illa. 18. pr.

### *SUMMARIA.*

*Creditor, qui eſt diverſi territorii, in mora eſt, cum non accedit locum conſtitutum? num. 1. 2. & 3.*
*Quid ſi creditor caſu fatali impediatur?* 4.
*In quantum caſus fatalis creditorem excuſet?* 5.
*In conſtituto ſufficit ab initio fuiſſe debitum.* 6.
*Quare acceſſoria actio ſubſiſtat, peremta principali?* 7.

1 ACtor dicitur eſſe in mora, quando non accedit
locum conſtitutum. Hinc notat *Gloſſa & Bart.*
*num. 12. & alii*, quando creditor & debitor ſunt di-
verſi territorii, creditorem in debitoris ædes debere ac-
2 cedere, ut in mora conſtituatur. *Jaſon. ad l. 23. de V. O.*
*num. 14 in fine. Anton. Gabriel l. 3. tit. de ſolut. concl. 9.*
*num 18. Mynſ. cent. 3. obſ 95* Et ſic cum civis urbis hujus
3 ab Hamburgenſi non eſſet interpellatus, à mora &
curſu uſurarum abſolutus, *menſe Febr. anno 1659.* Sed
quæritur, quid ſi caſu fatali impeditus non venit credi-
4 tor, & res poſtea perit, liberaturne debitor? R. affirman-
do. Sed nonne cauſa fatalis excuſat; utique, ſed ita, ut
5 Creditor alio tempore poſſit petere, ſed non eo, ut pe-
riculum in debitorem transferatur, qui officio functus
eſt, & verum eſt, rem ante moram periiſſe. *Cujac. ad l.*
*17. h. t.*

*Ad* §. 1. Sufficit debitum eo tempore eſſe, cum con-
6 ſtituitur, licet poſtea deſinat, nam adhuc Conſtitutor
tenetur, v. gr. ſi pro temporali actione quis conſtituat;
*Mant. d. t. 3. numer.* 16. Sed cur ſubſiſtit hic acceſſoria
7 actio, cum tamen non ſubſiſtat principalis? R. *Moli-*
*næus in tr. divid. & ind. vid. p. 3. num. 161.* quando quis
ſuum debitum conſtituit, utramque obligationem
æquè principalem eſſe.

## ad L. Id quod ſub conditione. 19.

### *SUMMARIA.*

*Conditionale debitum cur non purè, purum vero ſub conditione conſtitui poſſit? n. 1. & 2.*
*Hodie cur contrarium obſervetur?* 3.
*Cur jure Juſtinianæo ita diſpoſitum fuerit?* 4.

1 COnditionale debitum non poteſt purè conſtitui,
cum conſtitutum ſine obligatione non ſit *Schnei-*
*dew. d. l. numero decimo ſeptimo.* E contrario purum de-
bitum ſub conditione conſtitui poteſt. *vid. Cujac. ad h. l.*
*tom. 1. p. 1186. Zaſ. h. t. num. 11. Autor ad L. 2. num 6 ( h. t.*
debitum in diem conſtitui poteſt, quia obligatio eſt
2 præſens. *l. 4. h. t.* obligatio conditionalis nulla eſt
ante conditionem, ergo non poteſt conſtitui, niſi ſub
conditione, ſicut fidejubens pro conditionali debito
non tenetur, niſi conditio impleta. *Cujac. h. t.* Hodie ſanè
3 quod de conditionali obligatione dictum, non habet
locum. ſi quis ſciens, ſe vel alium ſub conditione tan-
tum eſſe obligatum; ſe purè obligaverit ſciens & vo-
4 lens. Nam hic Jure Juſtinianæo non obligabatur, quia
ex pacto non dabatur actio, nec ex tali conſtituto, quod
non præſupponebat debitum præſens, ſed illa ratio
hodie ceſſat, ut in ſimili dixi *ad l. 11.* Sed tunc ſe
obligans non tam ex conſtituto, quam ex pacto con-
venitur.

## ad L. Promiſſor. 21. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Quantum ſpatium debeat dari illi, qui purè conſtituit? num. 1.*
*An ex conſtituto hodie ſtatim agi poſſit?* 2. 3.
*An etiam in aliis contractibus modicum tempus concedendum?* 4.
*In continenti fiunt, quæ in termino brevi fiunt.* 5.

1 COnſtitutum quidem ſua natura recipit diem *Veſ.*
*in ſ. hic. 11. & ibi Bachov.* Sed ſi purè factum ſit,
non protinus tamen ad ſolutionem eſt urgendus, ſed
debet ipſi dari ſpatium decem dierum, quia ſemper
videtur vel tacitè prætor hanc actionem dediſſe ſub
hac conditione, ſi is, qui conſtituit, nec ſolverit, nec
fecerit, quod conſtituit, atque ita fuerit in mora ſol-
vendi. *l. 16. §. 2. h. t.* & ob eam rationem etiam actio
denegatur, ſi creditor in mora accipiendi *Franzk. h. t.*
2 *num 14. & ſeq.* Grœnvvegen putat hodie ex conſtituto
3 ſtatim agi poſſe, quod apud nos non concedo. Si autem
certum terminum aſſignaverit conſtituens, & non ſol-
verit, ſine interpellatione tenetur ad pœnam, ſed in
ſorte tantum, non uſuris. *l. 24. h. t. & conf. Jaſon. ad §.*
4 *in perſonam. Inſt. de Act. num. 55.* Hunc §. ad alias
etiam materias volunt accommodare Dd. *Menoch. lib.*
*2. A. Q. caſ. 25. num. 4. & caſ. 27. num. 3.* Sed id ad con-
ſtitutum reſtringitur à *Zaſio num. 15* licet in aliis con-
5 tractibus etiam aliquid modicum ſpatium ex arbitrio
Judicis dandum ſit. Colligunt Dd. etiam ea in conti-
nenti facta, quæ in termino brevi & idoneo fieri poſ-
ſunt. *Du. Mev p. 2. d. 248. n. 6.*

## ad L. Si poſt conſtitutam. 22.

### *SUMMARIA.*

*Conſtitutum ab herede factum, an transferatur ad eum, ad quem hæreditas pervenit? num. 1. & 2.*
*Actio de conſtituto, licet perſonalis, cum re tranſit.* 3.

1 COnſtitutum ab hærede debet transferri ad eum,
2 ad quem hæreditas pervenit ex poſtfacto. Et ſic
non obſtat *L. ſi tibi. 17. §. 6. ſupra de pactis.* ubi dicitur
quod putativi hæredis pactum vero hæredi non no-
ceat, quia hic de vero hærede ejuſque pacto ſermo
eſt. *Franc. Cattus in L. ſi actionem. C. de pact. nume-*
3 *ro tertio.* Unde licet actio de conſtituto ſit perſona-
lis, cum re tamen tranſire tradit *Loriottus de Tran-*
*ſact. axiom. 148.*

## ad L. Utrum. 27.

### *SUMMARIUM.*

*An quis debitum debitoris inviti conſtituere poſſit?*

INviti etiam Debitoris debitum poſſumus conſtitue-
re, & fruſtranea eſt illius proteſtatio, ne ſolvamus.
*Mant. de tac. & amb. convent. l. 19. t. 4. nu. 8. Daar. h. t. c. 3.*

poſſe

poſſe tamen dici conſtituenti nollam hoc caſu dari re-
petitionem, *per l.fin.C.de neg geſt.*conf.notata *ad L.ſol-
vendo. 39.ff.de Negot.geſt.*

### ad L. Ubi. 28.

*SUMMARIA.*

*An & quando per conſtitutum liberetur is; cujus conſti-
tuens debitum conſtituit? n.* 1.
*An conſtituens habeat beneficium excuſſionis?* 2.& 3.
*Quando creditor intelligatur novare?* 4.& 5.
*An novatio ſit præſumenda?* 6.

1 PEr conſtitutionem non liberator is, cujus debitum
conſtituitur, quia non eſt ſpecies Novationis. Niſi
à priori obligatione receſſum ſit, aut prior debitor ex-
preſſè liberetur. *Berlich. p.*1. *dec.* 152. *numer.* 4. *& ſeq.*
2 *Wiſſenbach.d.*27.*th.*1.*Gail.d.obſ.*28 *num.* 4. Et ſic Con-
ſtituens habet beneficium excuſſionis, *arg.l.*3.*C.de fi-
dejuſſ. Gail.l.*2. *obſ.*28. *numer.*4. *Franc. de fidejuſſ. c.* 5.
*numer.* 191. ſi ſcilicet de animo novandi non conſtet,
3 eaque opinio placuit Sereniſſ. Saxoniæ Electori Augu-
ſto *p.*2. *conſt.* 18. defenditurque à *Carpz.d. cap.*18. *dict.*
2.*Bach.in Tr.v.*2.*d.*28.*th.*5 *lit.* C. *WWeſenb.vol.*1. *conſ.*10.
*num.*2.*& ſeq.Sothan.vol.*1 *reſp vigeſim.ſecund.num.*16. *&
quos refert Finckelth.obſ.*107.*n.*11. *Autor in* C.*h. t.ad* L.
4 *fin.n.*4. Tunc autem creditor novare intelligitur, quan-
do novam obligationem à conſtituente recepit, nam
tunc à priori receſſiſſe videtur, maximè ſi hoc actum,
5 ut vetus liberetur. *Berlich dec.*152. quod præjudicio
ibi probat, ubi conſtituens admittitur voleos ſolvere
ſecundum bonitatem temporis conſtitui, non verò
compellabatur ad ſolutionem faciendam ſecundum
valorem tempore creditæ primitus pecuniæ. Sed nova-
tio non eſt præſumenda, niſi per evidentiſſimas præ-
6 ſumtiones probetur, quæ ſententia in Camera recep-
ta, teſte *Gailio l.*2. *obſ.* 30. *n.*4. *Dn.Recht.conſ.*8.*num.*12.
*Trentac.l.*3.*tit.de Nov.concl. un.*

### ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*An, qui mihi* 100. *debet, & poſtea certo loco mihi aut
tertio ſolvere conſtituit, à priori obligatione ipſo jure
liberetur? n.*1.
*Quid, ſi in prima obligatione Titii adjecti mentio fa-
cta?* 2.

1 SPecies facti hæc eſt. Tibi ex ſtipulatione debeo
100. poſtea conſtituo, me ea Lipſiæ futuris nun-
dinis aut tibi, aut Titio ſoluturum, quod factum:
hic licet à priori obligatione non liberer ipſo Jure,
liberor tamen per exceptionem. *Wiſſenb. d.* 27. *th.*8.
Sed quid ſi in prima obligatione etiam adjecti, ſci-
2 licet Titii facta mentio? Reſp. *Ant. Faber. libro quin-
to, conject. capite tertio.*

### ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*Cur non valeat conſtitutum ab eo factum, qui cum non
eſſet hæres, perſuaſus eſt à creditore, ut defuncti de-
bitum conſtitueret? n.*1.
*Cum inſtrumentum eſt nullum, nulla etiam ſunt in eo
contenta.*2.
*Confeſſio ſp: veniæ elicita non obſtat confeſſo.*3.

1 DEceſſit Johannes debitor Petri, Petrus creditor
periuaſit mihi quaſi eſſem hæres Johannis legi-
timus, & ut ipſi cautionem exponerem, qua debitum
in me ſuſciperem, quæritur, an valeat hoc conſti-
tutum? Negatur, quia ex cauſa erronea factum. Col-
2 lige, ſi inſtrumentum eſt nullum, quod ſint etiam
nulla in eo contenta, & ipſa conſtitutio debiti & con-
feſſio nulla eſt, nec contractus invalidus roboratur con-
feſſione in eo appoſita. *Tiraq. in tr. de Jure Conſtituti
3 poſſeſſoris. p.* 3. *num.*25. Et confeſſio elicita ſpe veniæ
non obſtat confeſſo, *arg. h. l. Hippol. de Marſil. ad l.ſi
quis obrepſerit, num.*9.*ff. ad l.Corn.de falſ.conſer. idem in
Rubr.C.de probat.n.*329.

---

## TITULUS VI.

*Commodati vel contra.*

### ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Commodatum in re immobili & ſervitute conſiſtere po-
teſt, num.*1.
*In commodato nec pecunia, nec alia merces intervenire
debet?* 2.
*In quo differat à precario?* 3.
*In commodatarium nula poſſeſſio tranſit.* 4.

1 COmmodatum hic dicitur conſiſtere non tantum
in re mobili, ſed etiam immobili, imò etiam
ſervitute, v.gr.in habitatione, nam per habitationem
hic non ædes, ſed ſervitus intelligitur. *Franc. h. t.
numer.*12. *WWiſſenbach. diſp.* 27. *th.* 9. *conf. Mozius de
rebus quæ commodari. numer.* 1. *&* 2. *Bach.in Tr.d.*24.
*th.*1.*lit.D.Duar.h t.c.*2.*Mantica lib.*9.*tit.ult.n.*2.*Hill.l.*14.
2 *cap.*2.*lit.*D.*Dn.Hahnius ad WWeſenbec.numer.*4. In hoc
autem differt à locatione, quod nulla merces in pecu-
nia interveniat, imò nec alia merces in re non fun-
gibili conſiſtens; nam ſi pro commodato daretur,
v. gr. liber, eſſet contractus innominatus. *Mozius
in titul. de Commod. numero tertio.* Molina *tr.*2.*de juſt.
& jure diſp.*244.*num.*1.*Don.l.*14.*c.*1. *Mantica lib.*9. *tit.*1.
3 *numer.*5. A precario autem differt, quod in Commoda-
to detur res ad certum uſum, tempore determinatum
expreſsè vel tacitè ſecus in precario, *l.*17.*§.*3.*h.t.Gomez.
t.*2.*cap.*7.*num.*1.*Mol.d.d.num.*5. *Duar.h.t. c.*1. *Mozius de
4 Accident.* Commod.*numer.*14. Deinde in commodato
naturalis ne quidem poſſeſſio tranſit. *l.*8.*h.t.* ſed in pre-
cario ſecus. *l.* 15. *§.*4. *de precar. Gomez. d. t.* Moz. *d.l.
num.*10.*&* 18.

### ad L. ſed mihi. 3. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Commodatam rem deteriorem redditam an Commoda-
tor recipere teneatur? n.*1.
*An commodator ad intereſſe agere valeat, recipiens rem
deterioratam ſciens ſine proteſtatione?* 2.
*An commodator compellatur recipere rem corruptam,
oblato deteriorationis pretio?* 3.
*Quomodo æſtimatio facienda per juramentum in litem?
num.*4.
*Quando in perſonalibus actionibus contra hæredem in ſo-
lidum agatur?* 5.*&* 6.
*An idem in depoſito?*7.
*An ex parte hæres conveniri poſſit in ſolidum ex pacto de
retrovendendo:* 8.
*An in re fungibili commodatum conſiſtat?* 9.

1 NOn videtur res addita, quæ deterior redditur, ni-
ſi quod intereſt, præſtetur. vid. *Menoch. conſ.*13.
*numer.*2. *Colerus dec.* 7. *numer.* 16. *& ſeq.* Si tamen
deterioratio enormis, quæ uſum rei impediat, com-
2 modator rem recipere non tenetur, *numer.*36. Sed quid
ſi commodator ſciens rem corruptam receperit ſine
proteſtatione? R. non videtur poſſe ob intereſſe age-
re. *WWiſſenbach.d.d.*27.*th.*13. *Moz.col.*7.*numer.*6. de quo
merito dubitatur *in Coll.arg.th.* 13. *Dn. Lauterbach. ad
h.t.§.ſecund.th.*4. nam ſcivit, ſibi reliquam eſſe actionem
commo-

commodati, l.8. §. 15. ff. quibus modis pignus ſolv. Et certum eſt, nullam hic eſſe renunciationem ac remiſſionem, quæ non præſumitur, ſed ea liquidè eſt probanda. Ideoque ſcientia illa mihi falſa videtur.

3 Sed an Commodans poteſt compelli, ut rem commodatam recipiat, ſi commodatarius pretium deteriorationis ſolvere paratus ſit? Et diſtinguit *Bach. ad Tr. v. 1. d.24. th. 2. lit.F.* utrum gravior deterioratio, an verò ſit levior: illo caſu ſi ſit habere non expediat Domino, tenetur commodatarius integram rei æſtimationem ſolvere; hoc caſu verò non. Quam eandem diſtinctionem adhibet etiam *Dn. Hahnius ad Weſ.h.t.num.10. Dn. Struv.th.8.hic.*

*Ad* §. 2. Argumentum faciunt hic tale: Cum veni-
4 tur ad æſtimationem per juramentum in litem, quod eſt Affectionis, ut in actionibus bonæ fidei, inſpicitur tempus ſententiæ; quando verò per juramentum in litem veritatis, & negotium eſt ſtricti juris, tunc inſpicitur tempus litis conteſtatæ. Licet aliter *Ant. Faber. lib. 16. Conject.c.1.2. & 3.* qua de re ſupra actum. *ad l. Vinum de Rebus creditis & l.3 ff. de Condict. Tritic.* & conferri poteſt *Hier. Butigella in repet. d. l. Vinum.num. 42. & in repet. ejuſdem l. Vinum. numer. 53. & numer. 227. & in repet. ejuſd.l.Paulus de monte pico. n. 21. omnia hæc vol.2.rep.juris.*

*Ad* §. 3. Etiam in perſonalibus actionibus ad rem
5 certam directis contra hæredem in ſolidum agitur; ſi rem poſſideat. *Hartm. Piſt.p 1. qu. 21. numer.fin. Mantica lib.9. tit.4. num.fin. Zoeſ.ad h.t. numer 6.Bach.diſp. in Tr. 4.th.2.lit.D.Roacheṡallus in l.9 pr. numer. 272. ff. de duobus reis*, aut ſi ex ſuo facto conveniatur. *l.17.§.2.*
6 *h.t. Franzk. hic numer.9.* Sed ſi nullum factum hæredis interveniat, ex poſſeſſione tamen in ſolidum te-
7 netur. Et hoc fortius etiam in depoſito obtinere, putat *Molinaeus in tr. div. & indiv.p.2. numer.232. conf. Alciatus in rep.§.Cato legis.4.de V.O. numer.83. & ſeqq. Angelus de Perigl in d §.Cato.num 14. Hieron. Butigella in rep. ejuſd. legis. num.87.* qui dicunt, non ex ſecundaria obligatione hoc eſſe, ſed ex facultate reſtituendi. *conf. Lancell. Galiaula in rep. d. §. Cato. num.33. & Hormanoccius Decius in rep.ejuſd.§.Cato.num.189. & num. 223. & 228. & Marianus Socinus in rep.ejuſdem.numer.89. & num.111. & num. 113. quæ repetitiones allegatæ habentur*
8 *in vol.6.repet.* Sed quæritur, an hic textus poſſit accommodari ad illam quæſtionem, an hæres, qui pro parte hæres ſit, ex pacto de retrovendendo conveniri poſſit in ſolidum per hanc legem? quod affirmat *Tiraquellus de Retr.Convent.§.1.gl.6.num.42.& ſeq.* ubi plures citat, ac *Socinum & Burſatum* in hanc ſententiam allegat *Hart.Piſt.d.quæſt.21. num. fin.* quamvis ipſe recedat. Sed tutius manetur in illa ſententia *Tiraquelli*, ob legis generalitatem.

9 *Ad* §. *ult. & l. ſeq.* In argento aliaque re fungibili commodatum propriè non eſt, niſi ad Pompam commodetur vel dicis gratia *Bach. in Tr. volum.1.d.24. th.1. lit. G.* de quo vide *Ceraſ.lib.4. miſcell c 8. Hill. in Don. lib.14.cap.2.lit.C. & Franzk.h.t. numer. 13.* vel ſi ad oppignorationem pecunia v.gr. commodetur. *Mant. l. 9. tit.3.num.7.*

## ad L. Si ut certo. 5. §. 2.

### SVMMARIA.

*Regula de dolo & culpa in contractibus præſtanda quænam? num.1.*

*In commodato quatenus culpa lata, levis, vel leviſſima præſtetur? 2. & 3.*

*An levis tantum præſtetur? 4.*

*Si res commodata æſtimata detur, cujuſnam periculo pereat? 5.*

*Quænam limitationes obſervandæ in hoc caſu? 6.7.8.*

*Æſtimatio tunc periculum in commodatarium transfert, ſi hoc actum. 9.*

*Quæ cauſa, quod æſtimatio in re commodata ſoleat adjici? num.10.*

*Incendium inter caſus fortuitos numeratur. 12.*

*An commodatarius in culpa ſit, ſi poſthabita re commodata, ſuas res ex incendio liberet? 13.*

*An idem in depoſito? 14.*

*An furti actione teneatur, qui aliter re commodata utitur? 15.*

*Quid moribus noſtris, hoc caſu? 16. & 17.*

*Sponſus ſponſæ ornamenta tranſmittens, non videtur donaſſe ſed commodaſſe. 19.*

*Plures commodatarii unius rei, an teneantur in ſolidum? 21. & 22.*

*Quibus caſibus pro parte teneantur? 23.*

*An unus hæredum in re dividua in ſolidum teneatur? 24.*

1 IN materia de dolo, qui hic non pro ſcientia, ſed pro machinatione aliam ſcienter & maligno animo lædendi. *l.1.§.2.de dolo malo*, aut culpa præſtanda habetur hic communis illa diſtinctio ad omnes contractus pertinens; utrum gratia ſolius accipientis contrahatur, & tunc culpa leviſſima præſtetur, ut in commodato, in commodatarii gratiam contracto; an verò ſolius dantis, & tunc dolus & culpa lata præſtetur, ut in depoſito? An verò utriuſque gratia contrahatur, ut in Emptione, locatione, Dote & ſimilibus, & tunc culpa levis præſtanda *conf. Dd. ad l 3 de R.J. Molina de Juſt.& J.diſp.293. & diſp.295. & ibi.Bach. d. diſp. 24.th.5.lit.K. Dn.Hahn.ad VVeſenb.num.7.* Sanè in dubio commodatarii gratia videtur contractus celebratus. *Maſcard.concluſ.317.numer.1. Dn.Lauterbach. ad h.t.th. 2.* Apparet ergo, quod in commodato culpa leviſſima
2 præſtanda. Ergo 1. Si in gratiam Commodantis res commodata, tunc culpa lata tantum præſtanda *hac l. 5.§.10.Cagn.ad L.contractus. de R. J. numer. 35.* ut ſi equum tibi commodem, ut me comiteris honoris gra-
3 tia. *Dn.Lauterbach. ad h.t. paragraph.2.th 5.2.* Si utriuſque cauſa res commodata, tunc culpa levis præſtanda. *l. 18. pr.h.t.3. Autor ad L.19. num.4. C. de pignor.* Si aliud conventum, etiam non habet locum regula *vid.*
4 *Dn. Struvius d. Ex. 19.th.7.* Et quamvis textus aliqui in Jure videantur evincere, quod tantum levis culpa debeat præſtari, *ut in l.13.§.1.tit.ſeq.l.3. ff. de periculo & commodo rei vend.* his tamen reſpondet. *Franz.c.n.53.h.t.* præſupponendos eſſe terminos habiles, vel ſecundum quid fieri comparationem, vel diſtinguendum inter culpam in abſtractu & concreto conſideratam, quod uberius ibidem & nn. ſeqq. explicat *conf. Struv. d. Exerc.19. th. 47.* Culpæ autem ſpecies lata, levis, leviſſima, triplici diligentiæ opponitur, diligentia remiſſa vel infima, quam omnes verbi communi ſenſu utentes, etiam parum diligentes in rebus ſuis adhibere ſolent. Culpæ levi opponitur diligentia media ſive exacta, quam natura humana conſueta deſiderat. *l.32. depoſiti*, quæ vel in abſtracto conſideratur, reflexione habita ad cæterorum hominum mores, vel in concreto, reflexione tantum habita ad diligentiam, quam is in ſuis rebus adhibere ſolet. *§. fin. Inſt. de Societ. & l.72.ff.pro ſocio l.25. §.16.fam. hercisc.* Culpæ leviſſimæ opponitur diligentia ſumma & exactiſſima, quæ ſub ſe continet interdum cuſtodiam, de quo luculenter & accuratè tractat *Lauterbach. ad h.t. §. 4. th. 6.* ubi etiam *th. 7.* refert Dd. quod in deſcriptione culpæ ac diligentiæ ſemper reſpectus debeat haberi ad homines ejuſdem conditionis & profeſſionis, & refert inter alios *Bargalium de dolo l 5. capit.quart. numer. ſeptim.* qui dicit longè aliam eſſe rationem, ſi quis ſcholari equum commodet.

*Ad* §. 3. Si res commodato data ſit æſtimata, tene-
5 tur Commodatarius omne periculum rei præſtare, cum æſtimatio faciat venditionem, ſi hoc actum, ut dominium transferatur, ſed in hoc contractu in dubio æſtimatio videtur eo fine facta, ut ſciatur, quid in caſum culpæ re perempta reſtituendum ſit.

*vid,*

*vid. Rauchbar. part. ſecund. quæſt. vigeſima nona, Carpzovius part. ſecunda. Juriſprud. conſt 37. def.* 16. *Gomez. l. 2. reſ cap. 7. num.* 1. *Autor in* C. *h. t* L 1. *numer.* 3 Ex. *Salyc. hic Franzkius ad h. t. num.* 45. tradit æſtimationem aliquid
6 plus tribuere commodanti, v. gr. 1. ſi commodantis
gratia commodatum factum, nam tunc æſtimatio, quia
plus operati debet, hoc efficit, ut non lata tantum
7 culpa, ſed etiam levis præſtetur. 2. Si utriuſque cauſa,
ut hoc efficiat, ut licet alias eo caſu ad levem tantum
teneatur culpam, ob æſtimationem tamen ad leviſ-
8 ſimam obligetur culpam. Sed vid. *Dn. Lauterbach. ad h.*
9 *t* §. 4. *th fin* Sed videtur hæc lex potiùs intelligenda de
10 eo caſu, quando hoc actum, ut æſtimatio periculum
transferret, cum communiter receptum ſit in contracti-
bus, in quibus non agitur de dominio transferendo,
æſtimationem ideò fieri, ut ſi res per culpam perdere-
tur, in omnem inſperatum eventum ſciatur rei æſtima-
tio. *Panorm. in cap. un. de X. de* Commod. *num.* 23. *Carpz. d. l. & Molina d.* 494. *num.* 12. *Bach d. d.* 24. *th.* 3. *lit. H. Zæſ numer.* 10. *Hahnius ad Weſ. numer.* 7. Dn. *Aut. in Comment ad* C. *h. t. ad* L. 1. *num.* 3. quod ſcilicet æſtimatio
11 ideo facta in dubio, ut in omnem eventum expeditior
eſſet probatio. Et hæc ſententia, ut dixi, mihi videtur
probabilior, nam hic non agitur de transferendo
dominio.

*Ad* §. 4. Incendium hic inter caſus fortuitos nume-
12 ratur. *v. d. Gail. lib.* 2. *obſ.* 21. *& Auguſt. Barboſ ad l.*
1. C. *h. t. numero quarto*, & notetur hic, culpam vel
13 dolum eſſe, ſervare res ſuas, poſthabitis alienis; præ-
ſertim ſi propriæ viliores & alienæ pretioſiores. *Lud. Molina de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 296. Sed aliud ſi
res propriæ eſſent pretioſiores, commodatæ viliores.
*Dd. hic vid. Zæſ. num.* 12. *Hahnius ad Weſenb. h. t. num.* 7.
*Dn. Lauterbach. ad h. t.* § 2. *th.* 5. quod in eo caſu admit-
tit *Franzk. h. t.* ſi utriuſque cauſa, aut commodantis
gratia tantum res ſit commodata, *numer.* 50. *conf. Molina d. l.* Ex hoc §. 4. colligunt, aliud eſſe in Depoſito,
14 ubi non eſt præſtanda culpa levis, nedum leviſſi-
ma, ſed ſola lata, *Autor in* C. *tit. depoſiti ad* L. 1. *num.*
1. *& ſeqq.* & ideò licebit ſuas res alienis depoſitis, ſi
ambas non potuit, præferre, *Caroc. de Depoſ. p.* 2. *q.* 2.
*Dn. Struv. Exerc.* 21. *th.* 37.

*Ad* §. 8 Qui aliter re commodata utitur, quam
15 ad eum finem, ad quem data eſt, furti actione te-
netur, ſi ſcilicet ſcivit, ſe invito Domino aliter uti, &
lucrandi animo hoc fecerit. *hic. & l.* 46. §. 7. *ff. de furtis.* Menoch. *lib.* 2. *A. Q. caſ.* 298. Covarr. *lib.* 3. *Reſol. c.* 15.
*numer.* 8. Molin. *diſp.* 295. *numer.* 6. Aliud ſi juſtam ha-
beat cauſam, ſe invito Domino, ſi ſciret, non uſurum.
*l.* 54. *paragraph.* 1. *de furt.* Menoch. *l. a. A. q. caſ.* 298. *Colerus dec.* 7 *numer.* 2. *Franzk. num.* 20. ubi *num. ſeq.* aliud
eſſe dicit de Jure Sax. Ex his patet, ſi quis ex neceſ-
16 ſitate ad longius iter, & longiori tempore uſus fuerit,
v. gr. equo commodato, eum doloſè non agere, nec
furti ſe obligare. *Koppen. lib.* 2. *obſ.* 10. *numer.* 8. *Dn. Lauterbach. h. t. th.* 6. Sed hanc legem ceſſare, vult
17 *Grœnwegen* non tamen puto, apud Belgas exoleviſſe
actionem furti, cum apud nos ſæpius furti actione
civiliter actum eſſe ſciam, præſertim contra infidum
opilionem.

*Ad* §. 10. Commodatum, ſi in gratiam Commo-
18 dantis detur, non niſi ad dolum præſtandum obligat
commodatarium. *Franzk. h. t. num.* 51. Notetur ex *h.*
19 §. Dd. communiter probare, ſi ſponſus ſponſæ, mari-
tus uxori veſtimenta & ornamenta tranſmittat, ut or-
natior incedat, quod non videatur donaſſe, ſed com-
modaſſe, niſi aliud actum. *Clarus in* §. *donatio. qu.* 10.
*volum.* 2. *diſp* 290. *numer.* 7. *Mantica lib.* 20. *de convent. titul.* 1. *num.* 18 *Sanchez de Matrim. lib.* 6. *diſp* 25. *Everh. v.* 2. *conſ.* 4. *num.* 15. *Hondedeus. volum.* 2. *conſ.* 30. *Beſold. conſ.* 107 *num.* 14. *& ſeqq. Et Autor in L.* 3. *C. h. t. num.* 3. *Et ad L.* 9. *num.* 5. *C. de Donat ante Nupt.* ubi receptiſſimam
hanc opinionem vocat *Menoch. l.* 2. *A. Q. caſ.* 218.
*Cagn. ad* L. *Contractus de R. J. n.* 36. *& ſeqq. late Fagundez*
20 *ad quartum præceptum. c.* 19. *num.* 14. *& ſeq.* & ſic mari-
tus veſtes pretioſas retinere poteſt, & ita reſponſ. in
Facultate *menſe Jan. anno* 1659.

21 *Ad* §. *ult.* Plures commodatarii rei unius individuæ
tenentur in ſolidum, tum ratione ipſius rei tum ratio-
ne culpæ & cuſtodiæ, ſi ſcilicet uterque culpam com-
22 miſit, aut ſi unus principalis cauſa damni, alter au-
tem in culpa omiſſionis ſit, & potuerit cavere, nam
ſi alter innocens, planè non puto innocentem con-
veniri poſſe. *Molinæus loco jam citando. numer.* 194.
23 unius tamen ſolutione cæteri liberantur. *l.* 5. §. *ult. l.* 1.
§. 42. *ff. depoſ. l.* 13. C. *locati. Struv. th.* 9. *conf. Carpz. p.* 2.
*conſt.* 26. *D.* 14. Sed ſi ex mente contrahentium pericu-
lum inter commodatarios ſit diviſum, vel commoda-
tor non ſit ſecutus ſingulorum fidem, non tenentur in
ſolidum. *l.* 21. §. *fin. h. t. Hotoman. q. ill.* 19. *Franzk. h. t. n.* 28.
*Dn. Lauterbach. ad h. t.* §. 2. *th.* 3. *Wiſſenbach. diſp.* 27 *th.* 10.
Dn. *Hahn. ad Weſenb. numer.* 10. & notetur regula in
textu; quod unius rei plures Domini non poſſunt eſ-
ſe in ſolidum, quam regulam cum ſuis limitationi-
bus tractat *Pinell. ad l.* 1. *part.* 3. *C. de Bon. matern. nu-*
24 *mer.* 10. *& ſeq.* Sed & fieri poteſt, ut unus hæredum in
re dividua teneatur in ſolidum, quatenus ex ſuo facto
convenitur. *l.* 17. §. *h. t.* Multa circa hanc legem trica-
tur & movet. *Molinæus vel Caballinus in tr. de div. & indiv. p.* 3. *num.* 191. *item num.* 208. *& num.* 216.

## ad L. Unde quæritur. 7. pr.

### *SUMMARIA.*

*An, ſi ex duobus, quibus in ſolidum commodavi, unus rei commodata ſurrepta duplum conſecutus eſt, contra alterum adhuc commodati agere valeam? n.* 1.
*An idem in individua re?* 2.

1 COmmodavi duobus vehiculum in ſolidum, ut in
*lege quinta, paragraph. ultim.* ſed furto ſurreptum
commodatariis, alter ergo actione furti egit contra
furem, & duplum conſecutus eſt, an poſſit conve-
niri alter commodatarius, qui furti non egit? Affir-
ſed ille poterit petere, ut conveniatur alter, qui lu-
crum percepit, ſuo periculo, qui ſi non ſolvendo
reperiatur, tunc demum ipſe primo conventus tenea-
2 tur. Id in re individua ita certum eſt. Sed quid in re
dividua? videtur idem dicendum eſſe. Sed *Roncheg-
gallus ad l.* 3. *paragraph. ubi duo. numer.* 160. *& ſeqq. & num.* 164. *& num.* 175. contendit contra *Bartolum*, hanc
legem in individuis tantum procedere. *conf. Alciatus Reſp.* 130. *numer.* 4. Sed in foro putarem *Bartoli*
ſententiam recipiendam.

## ad L. Eum qui. 10. §. fin. cum. 2. LL. ſeqq.

### *SUMMARIA.*

*Res culpa nuncii ferentis deperdita, Domini an commodatarii periculo pereat? n.* 1.
*Quatenus Commodatarius in culpa ſit?* 2.
*Tabellarius ſi à latronibus ſpolietur, cujus periculum ſit?* 3.
*An idem in mandatario, quod in commodatario.* 4.

1 REs perdita culpa nuntii ferentis, perit periculo
Domini, ſi juſſit, ut ille nuncius rem referret, aut
debitoris vel commodatarii, ſi non idoneum elegit
nuncium, in quo culpa punitur, ſi commodatarii
cauſa contractum, dolus tantum, ſi commodantis
2 cauſa. In culpa etiam commodatarius eſt, ſi illi tra-
didit, qui commonendi tantum, non recipiendi
cauſa miſſus eſt. *Boer. dec.* 28. aliud, ſi notoriè fideli
ſervo tradiderit perferendam, *per l. Argentum.* 20. *h. t.*
3 *Barthol. de Capua ſing.* 76. Colligunt hic Dd. Tabellario
à Latronibus ſpoliato, damnum ad Debitorem pertine-
re, niſi Creditor ad pecuniam perferendam miſerit
Tabel-

Tabellarium. *Carpzov. part. 4. Juriſpr. conſt. 41. def. 12.
& ſeqq. Petrus de Ubaldis de duobus fratribus. 38. q. 9.
8. princ. Berlich. part. 5. concl. 58. n. 24. & ſeq. Cagn. ad
l. Contractus. de R. J. num. 31. Hering. de fidejuſſori-
bus cap. 10. §. 27. num. 29. Gomez. t. 2. reſol. c. 7. n.
3. Zœſ. h. t. num. 13. Perez. C. h. t. num. 12. Wiſſenbach.*
4 *d. d. 27. th.* 14. Legem hanc non in mandatario, ſed
ſolum in commodatario locum habere notat *Sixtinus
vol. 2. Marp. conſ. 20. n. 32. conf. Decianus lib. 1. Reſp. 29.
n. 6.*

## ad L. Is qui commodatum. 13.

### *SUMMARIA.*

*Commodatarius lucrum ex re commodata perceptum re-
ſtituit. n. 2. & 3.*

*Mandatarius qui equum dicit vendidiſſe 40. thal. cum 70.
acceperit, cur reſiduum reſtituere teneatur? 4.*

1 Commodaſti mihi librum, hunc amiſi, ideoque
teneor tibi pretium reſtituere, ſed teneris mihi
cavere de reſtituendo libro, ſi ad manus tuas perve-
2 nerit. Et *in* §. 1. dicitur, ſi commodatarius ex re com-
modata lucrum ſentiat, forte ſi eam locet, tene-
tur hoc lucrum reſtituere ob hanc rationem, quia
ejus non debet eſſe periculum, ergo nec lucrum.
3 Sed Gl. objicit, imo quia illa re aliter utitur, furti
crimen committit, ergo ejus eſt periculum? ſed reſp.
non eſſe periculum ex contractus natura, vel conven-
4 tione. Ex hoc §. etiam illud ſequitur, qui equum ven-
didit, non determinato certo pretio, & alter vendi-
dit 70. thaleris, ſed dicit ſe 40. thal. vendidiſſe, quod
tunc lucrum teneatur reſtituere mandanti actione man-
dati, quia non eſt periculo mandatarii, ut deciſum
memini.

## ad L. Commodare. 15. & ſ.

### *SUMMARIA.*

*Quatenus res aliena a m. f. poſſeſſore commodari poſſit?
num. 1.*

*Cur res aliena neque pigneri, neque mutuo, vel in permu-
tationem detur? 2.*

1 Res aliena etiam commodari poteſt, etiam à ma-
læ fidei poſſeſſore, hactenus ſcilicet, ut inter
commodantem & commodatarium naſcatur obligatio,
ita ut reus reſtitutionem hoc prætextu, quod res alie-
na ſit, denegare non poſſit. Non ergo ex delicto, ſed
ex contractu fur conſequitur actionem. *Bachov. in Tr.
vol. 1. diſp. 24. th. 1. lit. C. Struvius Exerc. 19. th. 3.* quan-
do autem contractus circa rem alienam eſſe poſſit, tra-
ctat hic ad *Weſ. num. 4. ff. h. t. Bachov. & Dn. Hahn.
& Struvius hic th. 5.* Breviter in commodato, Depoſi-
2 to, emtione, res aliena eſſe poteſt, ſed non in pigno-
re, quia non poteſt præſtare ſecuritatem creditori,
quæ tamen finalis eſt cauſa pignoris nec in ſtipulatio-
ne de dando, nec in permutatione, nec mutuo, cum
in his agitur de dominio transferendo præciſe, quod
in re aliena transferri non poteſt. *Dn. Ant. in Com. ad
C. tit. Si res aliena. ad L. pen.* Unde quando ſtipu-
lanti vel ex permutatione rem alienam dedi, ſtatim
agi poteſt, re nondum evicta. *l. 1. §. 3. de permut.*

## ad L. In commodato. 17. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Actio contraria datur, ubi contrahentium nomen muta-
tur? n. 1.*

*Commodans, quatenus rem commodatam repetere vale-
at? 2. & 3.*

*An rem precario datam ſemper revocare liceat? 4. & 5.*

*An & quando Commodans & Creditor ex pluribus re-
bus unam repetere valeant? 6. & 7.*

*Re commodata peremta, quando à commodatario æſti-
matio præſtanda? 8.*

*Quomodo res peremta æſtimanda? 9.*

1 Diſtinctio actionis in Contrariam & directam non
datur in contractibus, ubi nomen contractus &
contrahentium mutatur, nec ubi idem in utroque con-
trahentis & contractus nomen, ſed in illis, in qui-
bus mutatur nomen Contrahentis non Contractus, ut
in Mandato, Depoſito, Commodato, Tutela, Ne-
gotiorum geſtione, & pignore. *vid. hic Bart. Moz. de
Act. Comm. num. 2. & ſeq. Bach. d. l. th. 4. lit. D.*

2 *Ad* §. 3. Commodantis eſt, modum utendi præ-
ſcribere Commodatario, ſed quando res commodata
eſt, non poteſt mutare conſilium, quod enim initio
eſt voluntatis, id poſtea eſt neceſſitatis. *Carpz. part. 2.
conſt. 37. def. 6. numer. 2.* & adjuvari nos beneficio
non decipi oportet. *Altor in L. 2. C. h. t. numer. 2. &
3 ſeqq.* Quod limitant Dd. niſi Dominus commodans
inopinatum aliquod, & antea non prævisum damnum
incurreret, re ſibi non ſtatim reſtituta. *Molin. d. d.
294. numer. 10. & 12. Lopez. de Contract. lib. 2. cap.
34. Hahn. ad Weſenb. numer. 11. Zœſ. h. t. numer. 20.
Dn. Struv. d. Ex. 19. th. 8. & Dn. Lauterbach. ad h. t.
4 §. 1. th. 6.* Et regulam hujus textus accommodat *Dn.
Franzk. hic num.* 18. etiam ad precarium; quod licet
ſemper ſit revocabile, hoc tamen cum laxamento
temporis eſſe intelligendum, ne quis prætextu liber-
5 tatis in damno conſtituatur. Si tamen tantum temporis
ſpatium effluxerit, quanto ex intentione contrahen-
tium uti potuerit, licet commodatarius morbo, tem-
peſtate, aliaque re impeditus uti non potuerit, repe-
ti poteſt. *Seb. Med. de caſ. fort. p. 1. q. 10. num. 53. &
Franzk. h. t. numer. 19. Mantica de tac. & amb. conv. l.
9. tit. 1. numer.* 10. Dominus qui certat de damno, diu-
tius re ſua carere cogatur, quam ipſi placuit. *Dn. Lau-
terb. ad h. t. th. 6.*

6 *Ad* §. 4. Si quis duas res ſimul commodaſſet, po-
teſt unam rem petere, ſi ſeparari poſſint. Unde in-
ferunt, poſſe Creditorem pro parte petere debitum;
licet hoc negent. *Neguz. de pign. p. 5. numer. 3. part. 2.
numer. 18. & Fachin. l. 10. cap. 59.* Communius tamen
id ex hoc textu colligitur, quia quilibet ſuo favori re-
nunciare poteſt, ſed hoc ita, ut reus totum ſi velit,
poſſit ſolvere præſertim ſi unam rem habere non expe-
diat. *vid. Bach. ad Tr. v. 2. d. 29. th. 1. lit. B.* quem re-
7 fert *Georg. Schultz. de obligatione cap. 4. n. 6.* Plane ſi
plures res ſint conjunctæ & partes unius totius integra-
lis, de ſingulis agendum non eſt. *Mantica de tacit.
& amb. Convent. lib. 9. tit. 5. n. 10.*

8 *Ad* §. *ult.* Si res commodata peremta aut amiſſa,
æſtimatio præſtanda. *Franzk. h. t. numer. 39. & Struv.
th.* 8. ſi ſcilicet culpa commodatarii peremta, aut poſt
ejus moram, nam ſi in ipſo uſu peremta, v. gr. ſi equus
ad conflictum commodatus, non præſtat damnum com-
modatarius. *Mantica de tac. & amb. convent. l. 9. t. 1.
numer. 14. Barboſa ad l. 3. h. t. numer. 5. & Dn. Lauter-
bach. ad h. t. §. 2. th. 4.* Sed ſi Dominus recuperaverit,
commodatarius contraria actione rem aut pretium re-
cuperabit, *per h. §. Franzk. h. t. numer. 59. Struv. th. 10.
Franzk. d. l. & Zœſ. h. t. n.* 18. Sed poterit commoda-
tarius ob præſtitam æſtimationem rei vindicatione
agere. *l. 5. §. 1. h. t.* & tunc præciſe commodator tene-
tur rem reſtituere. *Franzk. 6. 60. Zœſ. n.* 17. Et ita appa-
ret, commodatarii eſſe electionem, qua actione uti velit.
*Gothof. hic* quando vero actione commodati contraria
agatur, electio erit commodatoris, ut debitoris, & ſic
intelligo *Bachovium. v. 1. d. 24. th. 4. lit. D. & quos
refert Dn. Lauterbach. h. t. §. 3. th. 1. in fine.* Rem au-
9 tem peremtam poſt litem conteſtatam æſtimabit Judex,
habito reſpectu tempore rei judicatæ, *l. 3. §. 2. h. t.* ſed ſi
ante litem conteſtatam peremta, juramento veritatis
à commodante res æſtimatur. *l. 5. §. ult. de in litem ju-
rando. Franzk. n. 39. & ſeqq. conf. Bach. ad Tr. d. 20. th. 13.*

*tit. B.* ſed ſi dolo rei periit, habet locum juram. affect. à commodante præſtandum. *h. l. 3. §. ult.*

## ad L. In rebus. 18.

### *SUMMARIA.*

*Commodatarius caſum quando præſtet? n. 1.*
*An actio commodati cum actione ex L. Aquilia concurrat? 2.*
*Impenſa quænam à commodatario ferenda? 3.*
*Commendans quando teneatur ratione vaſorum vitioſorum? 5.*
*Quibus caſibus utilis ſit, actione contraria uti, quam exceptione, in directa actione? 6. & 7.*
*An recuſare poſſit reſtitutionem commodatarius, propter compenſationem? 8.*

1 COmmodatarius, ſi ſua gratia rem accepit utendam, præſtat culpam leviſſimam, nunquam vero caſum, niſi hunc culpa præceſſerit, ut ſi rem domi utendam peregre ſecum ſumſerit. *Molin. d. diſp. 295. n. 1. & ſeqq. Carpz. part. 2. c. conſt. 26. def. 6. & ſeqq. Dn. Autor in Comm. ad C. tit. de pignor. act. ad L. 6. n. 1. Et ad L. 1. n. 1. & 2. C. h. t.*

2 *Ad* §. 1. Concurrit cum actione commodati interdum actio L. Aquil. Nam reddenda eſt non deterior, ſiquidem talis reddi non intelligitur. *Franzk. n. 13.* Sed ſi prius Aquiliana actione actum, hæc conſumitur, non contra, nam in Aquiliana actione quid majus eſt. *Conf. l. 43. §. ult. ff. de obl. & act. & de ea Franzk. h. t. num. 38. Hill. l. 21. c. 3. lit. Q.*

3 *Ad* §. 2. In contrario Judicio agitur ad indemnitatem, v. gr. impenſas, ubi diſtinguendum inter ordinarias ratione alimentorum & hoſpitii, & extraordinarias. Illæ Commodatario ferendæ indiſtincte; hæ vero non niſi ſint modicæ, minores utilitate ex re percepta. *Molina diſp. 297. nu. 7. Mantic. lib. 9. tit. 2. nu. 6.*
4 *Franzk. nu. 61.* & quos refert *Dn. Lauterb. ad h. t. §. 3. th. 3.* Colligitur etiam *ex hoc* §. non poſſe victus impendia repeti ab eo, qui in domo victum exhibentis operas exhibeat. *Dn. Mev. p. 4. dec. 319.* ubi monet, id de iis operis intelligendum eſſe, quæ a famulis ſolent obiri ac præſtari, & quæ mereri poſſint victum, non ſi eum in aliquibus negotiis adhibuerit. *conf. Sichard. ad l. 1. num. 10. C. de Neg. geſt.* Ex hoc §. etiam probant, quod Commodatarius rem ſuam perire ſinens, ut ſervet rem commodatam, conſumſiſſe videatur rem ſuam conſervandæ rei commodatæ gratia, adeoque pretium rerum ſuarum ex æquo & bono à commodante petere poſſe, poſt *Joh. de Lugo de Juſt. & Jure diſp. 8. ſect. 10. num. 135. & ſeqq. & Zœſium ad h. t. num. 12. Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 5.*

5 *Ad* §. 3. Qui vitioſa vaſa commodavit, in quibus vinum meum eſt corruptum tenetur actione commodati contraria. Moz. *de commodata. column. 6. num. 7. Mantica lib. 9. de Convent. tit. fin. num. 11.* Molin. *diſp. 294. num. 7. Zœſ. h. t. num. 16.* Niſi commodans ignoravit vitium, *hic & l. pen. h. t. Zœſ. d. l.* nam licet alias vitium, ſcire debuerit, hic tamen ubi de mero beneficio agitur illud ceſſat. *Moz. & Mant. dd. ll. Dn. Hahn. ad Weſ. h. t. n. 12.* Unde colligitur, commodatorem de dolo & lata culpa tantum teneri. *Buſius hic. Bach. ad Tr. vol. 1. d. 24. th. 4. l. C. Dn. Lauterbach. hic §. 3. th. 1.*

6 *Ad* §. *fin.* Quod per contrariam actionem commodati petere poſſum, id etiam via exceptionis vel retentionis in judicio directo conſequi poſſum, ſed propter cauſas hic recenſitas utilior, interdum eti-
7 am neceſſaria eſt actio contraria. Nam (1) poſſunt expenſæ & damna per rem commodatam data ſuperare rei pretium, ut adeo commodator non agat. (2) Judex poſſet compenſationem ut illiquidam rejicere. (3) Si caſu res periit, Dominus non aget. (4) Quid ſi ſine
8 Judice res commodata reſtituta ſit? &c. Sed quæritur, an prætextu alterius debiti poſſit recuſari reſtitutio per modum compenſationis? & hoc negatur, *per l. fin. C. h. t. de qua in Com. Cod. nu. 1. ſeqq. & Dn. Struvius hic. th. 13.* niſi quando æſtimatio loco commodati ſolvenda. *arg. l. 11. C. Depoſ. Dn. Struv. d. l. Zœſ. in fin. h. t. Dn. Lauterbach. d. §. 3. th. 2.* Ad tempus ſane pignoris quodam Jure retineri poteſt. *l. 15. §. ult. & l. 59. ff. de furtis. Autor in C. tit. de Compenſat. ad L. 11. n. 7.* ubi dicitur, quod hoc caſu Dominus ſurripiendo furtum committat. *Franzk. h. t. num. 31. Zœſ. num. 21.*

## ad L. ad eos. 19.

### *SUMMARIUM.*

*An commodatarius teneatur ob damnum ab alio datum?*

COmmodatarius non tenetur ob damnum ab alio datum, quoniam nulla cura conſequi & cavere poteſt, ne alius injuria damnum det. Sed exceptio habetur duplex in *L. 41. ff. Locati.* (1) ſi cuſtodiri potuerit, ne damnum daretur quod intelligo tamen, ſi probabiliter vis timeri potuerit, ut ſi quis tempore belli equos commodato acceperit. (2) Si ipſe cuſtos à commodatario appoſitus damnum dederit, ideoque illæ leges ita conciliandæ *Bachovius in Tr. vol. 1. d. 24. th. 3. in fine* & *Hippol. Riminaldus vol. 4. conſ. 398. num. 18.* licet *Cujac. ad l. 9. de V. S.* & *Hotom. l. 4. obſ. 12.* diſſentionem agnoſcant.

## ad L. 20.

Hæc Lex fuit explicata in L. 10.

## ad L. fin.

### *SUMMARIA.*

*Commodatarius de ra caſu peremta non tenetur. nu. 1.*
*Quid ſi ab inimico ejus peremta ſit? 2.*

1 SI re utatur Commodatarius ad eum uſum, ad quem commodata eſt, & res perit ſine culpa commodatarii, is non tenetur. *hic & l. 5. §. 4. & l. 3. h. t. Franzk. h. t. n. 44.* niſi forte ob inimicitiam commodata res ab ejus inimico peremta, *per L. 25. §. culpa. 4. ff. Locati Zœſ. h. t. num. 9.* qui inimicitia inter duos plerumque utriuſque culpam præſupponit, quod experientia do-
2 cet. Si eſſemus Chriſtiaur re & facto, nullæ audirentur inimicitiæ; & qui ſine ſua culpa inimicitiam aliorum tolerant, rari ſunt. Sed quid ſi aliter quidem uſus ſit re commodatarius, res tamen eodem modo periiſſe penes commodatorem, ob internum forte vitium? tunc non teneri commodatarium, niſi Dominus mox fuiſſet venditurus. *Zœſ. n. 1.*

---

## TITULUS VII.

### *De Pignoratitia Actione & contra.*

## ad L. 1.

### *SUMMARIA.*

*An pignus nuda conventione contrahatur? n. 1.*
*Cur ex nuda conventione tranſeat jus reale? 2.*
*Actio hypothecaria & pignoratitia quomodo differant? 3.*
*Cur error in materia non tollat pignoris contractum. 4.*
*Quatenus Creditor contra debitorem ag[illegible], qui pignus areum pra aureo dedit? 5.*

1 PIgnus non ſola traditione contrahitur, ſed etiam nuda conventione, cum tamen pignus ſit contractus realis, ideoque hoc de pignore improprio ſeu hypotheca, quæ nudo conſenſu contrahitur, intelligendum videtur. *Mozius in tit. de Pign column.*
2 *1. numer. 9. & ſeqq.* Cur autem ex nuda conventione tranſeat Jus reale, non vero dominium, nec ſervitus,

expendit

expendit *Gomez. t. 2. reſol. c. 15. num. 13. & Lorittus*
*de tranſact. axiom. 60.* procul dubio autem hoc intro-
duxit Prætor ideo, & ſecuritas conſtaret creditori, &
debitor interim re obligata uti poſſet. Sed miror, quod
non conſtituerit prætor, ut res oppignoranda tradere-
tur, cujus veſtigium in ſacris extat. Sed Prætorio jure
hic utimur. Sed in hoc titulo pignus accipitur de re
3 ſecuritatis cauſe à debitore creditori tradita. Et ſic
pignoratitia actio ab hypothecaria multum differt,
nam in pignoratitia poſſeſſio naturalis translata præ-
ſupponitur, non vero in hypothecaria. Deinde actio-
ne pignoratitia agit debitor, hypothecaria Creditor;
Ille ad reſtituendum pignus, hic ad adipiſcendam poſ-
ſeſſionem hypothecæ. De quo vid *Neguz. m. 1. part. 7.*
*atque Döring. in bibl. in tit. Actio pignorat. n. 50. Chri-*
*ſtin. vol. 5. de deciſ. 32. num. 1. & 4.* quamvis interdum
hypothecaria vocetur pignoratitia, ut in *l. 3. §. 3. Duar.*
*hic c. 1. & 3. Wiſſenbach. d. 17. th. 15. Franzk. th. nu. 3.*
*Zoeſ. h. t. in fine.*

*Ad §. fin.* Error in materia non tollit Pignoris con-
4 tractum, aliud in venditione. *l. 9. in fin. ff. de Contrah.*
*Emt.* quia hic ſecuritas tantum, illic æquivalentia
pretii attenditur. *Conf. Donell. lib. 12. c. 7.* Probatur
5 autem *ex hoc §.* creditorem contraria actione pignor.
experiri contra debitorem, ſi rem alienam aut vitio-
ſam, æneam pro auree dederit, & hoc caſu agendum
eſt ad intereſſe, quando minus valet nomen propter
defectum rei oppignoretæ. *l. 1. §. 16. ff. ad Trebell. Ne-*
*guz. membr. 3. part. 7. num. 22.* Conſiderari etiam po-
teſt intereſſe *ex tit. Cod. Etiam ob chirogr. pecun.* vel ſi
debitum ſit naturale, non vero agitur, ut aliud pignus
ſubſtituat, quia hoc in obligatione non eſt. *Neguz. d. l.*

## ad L. Si debitor. 2.

### *SUMMARIA.*

*An, ſi hortum Mevio obligatum Lucio vendidero, & à te accepero ſummam ad liberandum hortum, hunc tibi pro ea ſumma obligare valeam? num. 1.*
*In foro Saxon. non poteſt conſtitui hypotheca in domo, ante reſignationem judicialem emtori factam. 2.*
*Hypotheca non poteſt conſtitui in re emta, quæ nondum tradita. 3.*

1 OBligavi Mevio hortum pro 100. thal. ſed hor-
tum illum vendo & trado Lucio, ſed à te mu-
tuo ſumo 100. & Mevio ſolvo, & ita pignus libe-
ro, & pro illa ſumma tibi obligo hortum quæritur
an recte? Videtur quod ſic, quia tua pecunia dimiſ-
ſus creditur hypothecarius. Sed negatur hic, quia
res eſt jam aliena, quæ pignori obligari nequit. Et
2 ex hoc infert *Carpzov. part. 2. deciſ. 127.* in foro Sa-
xon. hypothecam non poſſe conſtitui in fundo, cu-
jus dominium per reſignationem judicialem nondum
conſecutus eſt emtor, ubi hanc ſententiam defendit
contra *Franzk.* multis autoritatibus Saxonicorum JCto-
3 rum. Sed & illud ex hac lege colligitur, Emtorem
prædii non poſſe hypothecam conſtituere in re emta,
niſi tradita fuerit, & ſic fruſtra inſtrumentum vendi-
tionis alicui ſecuritatis cauſa traditur, re nondum tra-
dita & nondum tranſlato dominio. De lege hac plura
habet. *Ant. Faber l. 20. conject. cap. 17. col. 2.*

## ad L. Si quaſi recepturus. 3.

### *SUMMARIA.*

*Quando fides dicatur haberi de pretio? n. 1.*
*An quis ſciens ſe non eſſe ſolvendo, accipiat dominium rei emta? 2. & 3.*

1 SPecies plana ex hac lege; Sed colligunt tunc non
videri fidem habitam de pretio, ſi quis ſtatim ſe re-
ceptūrum pretium ſperaverit. *Vid. Gail. lib. 2. obſ. 15.*
*Tiraq. de retract. convent. ad fin. tit. num. 78. & Bar-*
*boſ. ad L. Si cum Dotem 23. §. fin. nu. 35. ff. ſolut. ma-*
2 *trim. Dn. Autor in C. tit. de Contrah. Emt. ad L. 8. nu.*
2. Colligitur ex hac lege, quod ſciens ſe non eſſe ſol-
vendo rem emit, venditorem re privaturus, non acci-
piat dominium, & venditori detur rei vindicatio.
*Carpz. p. 1. c. 28. def. 16. Berl. p. 1. concl. 64. n. 58.* &
3 ita in Facultate noſtra menſe Junio anno 1661. pro-
nunciatum ſcio. Sed oportet præſumtiones fraudis &
doli eſſe evidentes; nam poſſet quis ſine dolo accipe-
re, ea ſpe fretus, ſe multum hac re lucraturum, &
pretium ſoluturum, quæ ſpes tamen ſæpe fallit. Colli-
gitur etiam ex lege, furtum rei ſuæ aliquando com-
mitti, ut obſervavit *Gloſſa hic.*

## ad L. Si convenerit. 4.

### *SUMMARIA.*

*An pignus vendi poſſit, ſi nihil de hoc actum? n. 1.*
*Quid ſi actum, ne venderetur. 2. & 3.*

1 SI nihil eſt in datione pignoris actum, an vendi
debeat quæritur? Reſp. tunc nihilominus vendi
poteſt, ac ſi hoc actum eſſet, ſed præcedente una de-
2 nunciatione. *Molin. diſp. 538. n. 3. Hartm. Piſtor. part. 3.*
*q. 18. num. 2. Don. de pig. c. 10. Dn. Aut. Comm. ad C.*
*tit. de diſtract. pign. ad L. 4. num. 1. ff. & ad L. 7. 12.*
*h. t. & L. 12. d. t.* Sed ſi actum, ne venderetur, nihilo-
minus vendi poteſt, ſed præcedente trina denunciatio-
ne, quia contra ſubſtantiam & cauſam finalem pigno-
ris eſt pactum, ne vendatur. *Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 1.*
*th. 8. lit. E.* Et idem *Bach. de pignor. l. 3. c. 22. num. 1.*
3 quod limitat *Signorolus de Homo Dois in rep. l. ubi ita*
*donatum. ff. de Donat. mortis cauſa.* niſi expreſſe actum,
ne ullo modo venderetur, etiam poſt trinam denun-
ciationem, ubi tamen ſalvi ſunt alii pignoris effectus.
*Buſius ad h. l.* qui recte notat, de his ex ſtylo Judicio-
rum, in quibus materia hæc frequentiſſima, optime
judicari.

## ad L. Quamvis convenerit. 6.

### *SUMMARIA.*

*An creditor à creditoribus reliquis compelli poſſit, ut pignus vendat? n. 1.*
*Quomodo hac L. limitatur? n. 3.*
*Creditor ſi quid plures ex vendito pignore conſecutus eſt, debitori reſtituet. 4.*

1 IN pr. dicitur, creditorem compelli non poſſe, ut
pignus vendat, niſi res multo majoris pretii ſit,
tunc enim cogi poteſt, ut etiam cæteris creditoribus
ſatisfiat. *Buſius ad h. l. Bach. de pign. l. 3. c. 30. num. 3.*
Igitur ſecundus creditor petere poteſt, ut pignus di-
ſtrahatur & primo ſatisfiat, aut ſi primus retinere velit,
ſuperfluum reſtituat, & non poteſt primus petere, ut
ex fructibus pignoris ſibi ſatisfiet, ſi ſecundus inſter.
2 *Dn. Mevius part. 4. dec. 346.* Colligitur etiam *ex hoc*
*pr.* quod electio, quæ in cautelam creditoris con-
ceſſa, competat etiam ſoli creditori. *Tiraq. de Retr.*
*Conſ. §. 2. gl. 3. n. 18. Colerus de proc. exec. p. 1. c. 8. n. 28.*
*& ſeq. Gomez. tom. 2. Reſol. c. 2. n. 42. Berlich. dec. 103. Nat-*
3 *ta conſ. 451. n. 35.* Limitatur etiam hæc lex, ut creditor
compellatur vendere, quando non tantum licentia ven-
dendi data eſt creditori expreſſe, ſed hoc etiam eddi-
tum, quod in eo, quo minoris vendidiſſet, quam eſt in
debito ſortis & uſurarum, illud redderetur creditori
à debitore; nam propter hanc adjectionem compelli
poteſt, ut vendat poſt ſtatutum tempus, alioquin
creditor nullam habebit actionem, contra debito-
rem. *Paulus Caſtrenſ. hic.* qui id notandum eſſe dicit,
4 & *Paulus Pariſius vol. 1. conſ. 91. n. 15. & duobus ſeqq. arg.*
*l. inter creditricem. 63. ff. de fidejuſſ.* In §. *fin.* hoc ha-

betur, quandiu creditor vendidit pignus & plus debito conſecutus ab emtore, ſuperfluum pretii per hanc actionem pignoratitiam repetitur, ita ut creditor ad uſuras etiam teneatur, ſi fœnori expoſuit pecuniam, aut ipſe uſus eſt, non in depoſito habuit *hic & l. ult. de Diſtr. pign. Autor in Com. in C. h. t. ad L. 4. n. 4.* Idem eſt, ſi quid ex fructibus percepit creditor *l. 5. §. 21. ut in poſſeſſ. legat. Franzk. h. t. n. 21. Zaſ. h. t. num.* 10. conferri poteſt *Soc. Junior ad l. 1. ff. de Adquir. poſſ n.* 464.

## ad L. Si neceſſarias. 8.

### *SUMMARIA.*

*Cur impenſæ à Creditore factæ omnes repetantur? n.* 1.
*Caſus, ubi fructus in ſortem non imputantur.* 2.
*Commentarienſis incarceratum detinere poteſt, donec expenſæ in cibariis factæ refundantur.* 3.
*An, ſi ex duobus pignoribus unum vendidi, promiſſa evictionis præſtatione, alterum ex ſoluto debito retinere valeam propter evictionem?* 4.
*An Creditor, qui penſiones aliquot annorum ſub pignore ſtipulatur, ſtatim poſſit vendere?* 5.
*Contractus præſumuntur tranſire in hæredem.* 6. *&* 9.
*Quid ſi adjecta particula taxativa?* 7. *&* 8.

1 IMpenſæ in rem pignoratam factæ per contrariam pignoratitiam actionem repetuntur. *Autor in C. t. de pign. ad L. 6. n. 3. Et ad L. 7. n. 2. C. h. t.* licet ſint modicæ, nam aliud eſt in commodato, ex quo utilitas ad commodatarium pertinet, ex pignore vero percepta utilitas omnis ſorti imputanda *Gl. & Bart. hic Autor in*
2 *C. h. t. ad L. 7. n. 2.* Sunt tamen caſus, in quibus fructus non in ſortem imputandi, non tantum ubi uſuræ promiſſæ, ſed etiam quando creditor induſtria ſua ex re ſterili fructus collegit. *vid. Card. Mant. de tac. & amb. convent. lib. 11. tit. 8. Lud. Molina de Juſt. & Jur. tr. 2. d. 320. Alex. Trentacinq. l. var. reſol. tit. de pign. reſol. 2. n. 9. Mozius de naturali pign. n. 7. & ſeqq. conf. Chriſtin. vol. 3 dec. 32 n. 5. Autor in C. h. t. L. 7. n. 2. & 3.* Ex *princ. hujus legis* colligunt etiam, poſſe commentarienſem etiam perſoluta ab incarcerato mulcta, vel eo abſoluto, eum detinere, donec reſtituerit expenſas neceſſarias pro cibariis, & pro ſervitiis, quod apud nos fieri ſolet, abſoluto inquiſito, & ita judicatum refert *Franc. de Clapper. l. 2. dec. cauſa 67. qu. un. conf. Guido Papa dec.* 448. Solent hodie Commentarienſes lectos abſoluta tamdiu retinere.

4 *Ad* §. 1. Duo habui pignora, unum vendidi & quidem promiſſa præſtatione evictionis, an ſi debitor ſolverit debitum, poſſim alterum pignus retinere, donec mihi ſuper promiſſa indemnitate ſatisfiat: Videtur quod non, quia mihi imputare debeo, quod evictionis præſtationem promiſerim. Sed reſp. forte aliter emere noluit, ideoque tamdiu retinere poſſum. *vid. Bach. de pign. l. 3. c. 25. n.* 4.

5 *Ad* §. 2. Qui penſiones aliquot annorum ſub pignore vel hypotheca ſtipulatur, quæritur, an ſtatim quando primo anno in mora eſt, poſſit creditor vendere? Et diſtinguitur, an ita conventum, ut pignus vendere liceat, niſi quæque pecunia ſua die ſoluta fuerit, an ita, ſi qua pecunia ſua die ſoluta non fuerit: illo caſu non licet vendere, ſi in primo caſu ceſſatum, ſed pene in poſteriori, ratio, quia in primo caſu relatio fit ad omnes terminos ſimul, ſecundo caſu ad ſingulos terminos. *Bachov. de pign. l. 3. cap. 23. num.* 3.

6 *Ad* §. *pen.* Contractus & pacta non præſumuntur perſonalia, ſed in hæredem tranſeuntia, & quilibet etiam hæredem ſuum obligare voluiſſe præſumitur. *hic*
7 *& l. 38. pr. de Verb. Obl.* Exceptio tamen in compromiſſo. *l. 27. §. 1. de Arbitr.* Et ex *hoc* §. colligere etiam voluerunt, etiamſi addita fuiſſet particula excluſiva, perſonam tamen in dubio extraneam excludi, non hæredem. *Id. refert. Hartm. Piſtor p. 2. qu. 26. nu. 11. Gædd. de contrah. ſtipulat. cap. 9. concl. 7. n. 47. Petr.*
8 *Peckius ad c. 46. de R. J. lib. 6. n. 9.* Sed recte monet *Tiraquell. de Retr. convent. § 5. gl. 6. n. 7.* particulam tantum, non contineri in pactu, ſed eſſe tantum particulam JCti referentis factum, ideoque poſſit de illa ſententia dubitari. Putarem igitur indagandum, quo fine particula taxativa appoſita videatur, & annon aliud
9 quid excludat, quam hæredem. Recepta tamen eſt ſententia Doctorum, pactum perſonale, ſeu ad certam perſonam reſtrictum, licet ſit addita particula excluſiva, non excludere, ſed comprehendere perſonam hæredis, cui facta promiſſio, & quod promittens de ſuo facto, promittat etiam de facto hæredis, quam rationibus multis confirmat *Menoch. conſ. 705. nu. 6. & ſequentibus.* in quam ſententiam poſt longam diſputationem etiam tranſit *Tiraq. d. gl. 6. nu. 10. in fine.* & contrarias rationes refutat *Menochius dict. leg. nu.* 10.

## ad L. Si rem alienam. 9.

### *SUMMARIA.*

*An res aliena pignori dari poſſit? n.* 1. *&* 2.
*An admittatur in act. pignorat. exceptio, Tu non es Dominus?* 3.
*Pignus & hypotheca quid differant?* 4.
*An hypotheca tantum ſit immobilium?* 5.
*Act. Pignor. non prius datur, quam ſi Creditori ſatisfactum.* 6.
*Quando hæc actio naſcatur?* 7.
*An pignoratitia actioni præſcribi poſſit?* 8.
*Caſus, ubi pignoratitia datur, debito non ſoluto.* 9.
*An pignus reſtituendum, ſi pendente judicio efferatur debitum?* 10. *&* 11.
*Pignoratitia actione convenitur creditor, oblata pecunia, licet antea abſolutus ſit.* 13.

1 RES aliena pure quidem pignori dari nequit, niſi Domino volente. *l. aliena res. 20 h. t.* aut ſub conditione. *l. pen. C. Si res aliena pignori data Dn. Ant. Com. ad C. tit Si aliena res pign. dat. ad L. 1 n. 1. ſeqq.* Aliam exceptionem ſtatuit *Wiſſenbach. d. 27 th. 17. in l. 4. C. in quibus cauſis pignus tacite contrahatur.* item *in leg. 3. §. 1. ff. qui potiores in pign.* alioſque caſus recenſet *Wiſſenbach. d. l. & Coll. Arg ad tit. quæ res pign.*
2 Hactenus tamen valet alienæ rei oppignoratio inter ipſos contrahentes, ut pariat perſonalem actionem pignoratitiam. *hic & l. 22. §. 2 h. t. Molina d. ſp 529 n. 3. & ſeq. Neguzant. de pign. m. 3. p 2. n. 65. Moz. in tit. de rebus quæ pignori. num. 5. conf. Donell & ibi Hillig l.*
3 *14. c. 2. lit. I. Dn. Franzk. n. 30. h. t.* Nec admittitur in hac actione exceptio, Tu non es Dominus, nec requiritur probatio dominii in hac actione pignoratitia, & multo minus admittenda exceptio hæc contra contrariam actionem, ſi diceret debitor, Ego non fui Dominus, nam propriam turpitudinem allegaret. *Vid. Neguzant. membr. 3. part. 2. num. 65. & part. 7. membr. 3. num.* 12.

4 *Ad* §. 2. Proprie pignus dicitur quod ad creditorem tranſit; quod non tranſit, vocatur hypotheca. Ideoque inter hæc magnum diſcrimen eſt. Nam pignus proprie dictum (nam in lata ſignificatione etiam hypothecam complectitur) eſt contractus realis, qui non niſi tradendo pignus celebratur. Sed hypotheca eſt conventio, & ſic nudo conſenſu conſtat, ex qua conventione jure prætorio actio realis & jus hypothecæ, ſeu jus in re oritur. *l. 17. §. 2. ſupra de pactis.*
5 Quod autem *Zaſius h. t. in princ.* ſtatuit, hypothecam eſſe tantum immobilium; id verum eſt ut plurimum. Nam non video, quomodo hypotheca non poſſit eſſe etiam in mobilibus, in pretioſis, ut in bibliotheca &c. Et quid frequentius, quod hodie hypotheca generalis ſoleat conſtitui in mobilibus & immobilibus, ſpecialis quoque in grege ovium, in bobus aratoriis, in frumento collecto? &c. Et ſic valde dubia illa regula, quod ſtatuta loquentia de pignore, etiam in hypotheca locum habeant, & vice verſa.

verſa, quam ex *Neguz. p. 1. princ. n. 1.* refert *Buſius ad l.* 1. Nam id ex ſubjecta materia & fina ſtatuti ſemper dijudicandum.

*Ad* §. 3. Hæc actio tunc datur debitori, ſi Credito-
6 ri ſatisfactum quocunque modo, vel debitum fuerit ſublatum. *Oldendorp. claſſ. 3. act. 12. Perez. in C. h. t. n. 3. Autor in C. t. de Luit. pign. ad L. ult. n. 1.* Si v. gr. conventum, ut loco pignoris hujus alia pignora vel fidejuſſores dentur, & in genere, ubi actum hoc, ut à pignore diſcedatur. *Franzk. h. t. n* 19. vel ſi pactum de non petendo interpoſitum *l. 11. §. in fine h. t. Zaſ. h. t. n. 2. Perez. in C. h. t. n. 3. Oldend. cl. 3. act. 12. n. 3.* Imo licet per Credito-
7 rem ſteterit, quo minus ſolveretur, *per l. 20. §. 2. h. t. conf. Gilman. tom. 1. part. 3. Voto* 14. *n. 6.* Sed voce naſcendi hic impropie videtur uſus JCtus, cum actio ſtatim poſt pignua traditum competat, & effectu tantum ſuſpendatur. *Dn. Franzk. ad h. t. num. 5. & ſeq. Dn. Struv. Exerc.* 19. *th.* 48. *Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 2. th.* 3. Vel naſcitur hæc actio ex contractu pignoris actu primo, licet per ſolutionem debiti in actum deducatur ſecundum, *Vid. Neguz. membr. 2. part. 7. de pign. n* 8. *Godd. vol. 1. conſ.* Marp. 28. *n.* 121. Incidit autem hic controverſia, an pignoratitiæ actioni poſſit præſcribi? Quæ vi-
8 detur affirmanda, quia actio pignoratitia actu primo adeſt, licet in actum ſecundum deduci non poſſit, debito non ſoluto, & jus reluendi pignoria ex contractu pignoris oritur, & non videtur adeo eſſe res meræ facultatis. Sed ſententia negans Doctorum metaphyſicas ſubtilitates non attendentium receptiſſima eſt. *Ant. Gabrielius l. 5. tit. de præſcript. concl. 7. num 1. Bald. de præſcr. p. 5. princ. p. 4. q. 2. n. 1. & Caſtr. & Cynus. in l. 10. de pign. act. Zaſius & Myns. ad* §. 28. *Inſt. de Act.* Idem *Mynſ. cent. c. Reſp. 2. Panorm. in c. 5. §. ult. X. ut lite non conteſtat. Olendorp. cl. 3. act. 12. §. 6. Petr. Buſius ad l. 13. de Uſucap. Berlich. p. 2. concl. 3. Autor in L. ult. C. h. t. n. 2. Cujac. ad l. 13. ff. de Uſucap. & ad tit. Cod. de præſcr. nu.* 30. *Speid. lib. 9. in notab. Juris voce* Widerlöſung. *Grot. l. 2. de Jur. pac. & belli c. 4. in fine & l. 4. c. 20. §. 60. Fab. de* Monte *de Emt. q. 7. princ. n. 5. Virg. Pingizer. qu. 41. Lud.* Molina *de Juſt. & Jur. tr. 2. de* 374. *n.* 7. & ex Conſulentibus, *Vult. vol. 3. conſ.* Marpurg. *conſ.* 21. *n.* 258. *Cothm. vol. 2. Reſp. 70. n. 113. Dec. conſ. 10. n. 56. Hen. Gœden. conſ. ult. q. 7. n. 220. & n. 228. Mynſ. c. 1. decad. 4. Reſp.* 31. ubi refert, in Camera multa oppida oppignorata poſt 200. annos fuiſſe reſtituta. *Kloek. vol. 2. conſ. 41. n. 195. plures cumulans.* Et ex Practicis Cameralibus, qui in Camera ac Germanicis judiciis paſſim eam ſententiam receptam eſſe teſtantur, *Gail. l. 2. obſ. 18. & ibi Græven. Mynſ. cent. 1. obſ. 16. Gylm. in Symphor. ſupplic. t. 1. lib. 2. p. 3. not. 14. Wurmſ. lib. 1. obſ. 16. tit. 29. obſ. 4. n. 1. Tilemann. de Benignis in Deo. Camer. ſynt. 2. decad. 1. vot. 9. n.* 13. Huc facit præjudicium, quod habet *Dn. Hahn. ad Weſ. tit. de reſc. vendit. in fin. Dn. Mev. ad Jus Lub. lib. 3. tit. 4. art. 4. n. 3. & noviſſ. Dn. Lauterb. ad h. t. th. fin.* Idem conſtituit Elector Sax. in ſuia provincia, qui receptiſſimas ſententias ſolet retinere *p. 2. conſt. 1. ibi*, daß in Pfandes und Wiederkauffs-Fällen einige Verjährung/ oder præſcription durch aus / auch hundert und mehr. jährige nicht ſtatt habe. Imo & poſt mille annos, ſi de origine ſeu de contractu pignoratitio conſtet, tale Jus reluendi non præſcribi, tradit *Cothm. vol. 2. reſp. 70. n. 113. Vult. d. l. n. 267. & ſeqq. Goddaus vol. 1. Conſ. Marpurg. 28. n. 253. & n. 262. & ſeq. Frider. Martini de Cenſ. cap. 7. n. 102. Thoming. conſ. 11. vol. 2. & Zaſ. d. l.* refert ſuo tempore vel poſt 200. annos fuiſſe admiſſos ad redimenda feuda à Majoribus oppignorata, & nuperrime hos referens ac probans, *Jac. Andr. Cruſius in diſp. ſua inaugur. th. 32. & in tr. de Jure offerendi c. 16. n. 30. & ſeqq.* ubi pluribus eam ſenten-
9 tiam probat. Notetur etiam, debito nondum ſoluto, interdum dari pignoratitiam, ut in caſu *l. ult. h. t. & h. l. 9. §. fin.* aut ſi abutatur pignore creditor aut eam deterioret. *Neguz. p. 7. m. 2. n. 8. Weſenb. in ff. n. 7. Mozius de pign. col.*



6. *n. 11. & ſeq. Doring. d. l. n.* 36. Datur etiam hæc actio, quando debitor deferente creditore juravit, vel abſolutus eſt. *l. 3. ff. quibus mod. pign. ſolv. l. 40. de Jurejur. Coll. Arg. h. t. th.* 4.

*Ad* §. *fin.* Ago contra te actione pignoratitia, nondum ſoluto debito, ſed male; ſed quid ſi pendente ju-
10 dicio præpoſtere inſtituto, offeram judicialiter debitum, an poteſt ſequi condemnatio ad reſtituendum? Quod aff. ob rationem infra poſitam, forte in hunc modum, daß Beklagter die offerirte ſchuldige Gelder anzunehmen / und die Pfände auszuantworten ſchuldig.
11 Collige licet realis ſolutio debite non ſit facta, ſi tamen judicialiter offerantur, dari hanc actionem, modo pecunia oblata ſit præſens, & debitor in oblatione perſeveret. *l. 122. §. pen. de V. O. Menoch. l. 2. A. q. caſu 232. n. 4. Arumæus de Mora c. 7. n. 7. & ſic in Camera Spir. judicatum refert Rutgerus Rolandus, quem citat Hillig. in Donell. l. 16. c. 13. lit. K. Cephal conſ. 586. n. 24. Autor ad L. 19. n. 4. C. de uſuris.* Et ſic depoſitio hic non eſt neceſſaria ad præſentem effectum, ut communiter volunt Doctores. *Caſtrenſ. hic Neguz. de pign. part. 5. princ. m. 3. p. 3. n. 5. Dn. Mev. p. 4. dec. 98. Barb. ad L. ſi mora. t. part. 2. n. 54. & ſeq. ff. ſol. matr* (Licet aliter *Sande l. 3. t. 4. def. ult.*) *conf. Anton. Faber. l. 4. C. h. t. def. 2. Perez. in C. h. t. n. 5. Zangerus de Except. p. 3. c. 2. numer. 121. Franzk. h. t. num. 17. Schulz. de oblatione cap. 6. num. 3.*
12 *Autor ad L. 12. n. 2. C. de Comp.* Ex hoc §. colligit *Neguz. part. 7. m. 3. nu. 9. ampl.* 4. Theoricam, quod Jus ſuperveniens actori, pendente judicio ex cauſa de præterito, proſit ad obtinendam cauſam. *Gomez. tom. 2. reſol. cap. 13. n. 14. verſ. unum tamen eſt. Salgado in Labyr. p. 1. cap. 23. nu. 48. Hartm. Piſt. lib. 4. qu. 23.* ubi *n.* 19. ad Appellationis inſtantiam hoc extendit, *Menoch. lib. 1. A. q. 72. n. 11.* quia Jus ſupervenit ex cauſa de præterito, & ſic continet hic §. limitationem legis 23. *de judic. Ant. Gabriel. l. 2. commun. tit. de judic. concl. 2. n. 1. Guido Papa dec. 422. n. 10. & P. Barboſ. ad d. l.*
13 *23. n. 64. & ſeq.* Nota etiam, ſi creditor abſolutus ſit à pignoratitia actione, quia debitum non eſt ſolutum non obſtante tamen abſolutoria ſententia, & re judicata, oblata judicialiter pecunia, denuo creditorem pignoratitia actione conveniri poſſe. *Autor in C. t. de pignor. ad L. 20 n. 4. Hartm. Piſtor. d. l.* circa hunc §. poteſt etiam conferri *Jac. de Nigris in repet. legis, ſi inſulam ff. de V. O. n. 319. vol. 6. & Pacianus conſ. 8. nu. 81.*

## ad L. Solutum. 11.

### *SUMMARIA.*

*An novata obligatione, pignus liberetur? n. 1. & 2.*

*An hypotheca, quæ in novante obligatione repetitur, priſtinum privilegium retineat? 3.*

*An pignus, quod pro ſorte tantum, vel uſuris tantum eſt datum, liberetur, licet illo caſu uſura, hoc vero ſors non fuerit ſoluta? 4. 5. & 6.*

*Quibus caſibus pignor. actio detur, cum non creditori, ſed alii ſolutio facta eſt? 7. & 8.*

*An ſolutio rata ſit, cum ſolvi illi, qui non habuit mandatum? 9.*

*Quomodo ſolutio facienda, pendente concurſu? 10.*

*An contra tertium pignoris poſſeſſorem actio hæc detur cum ſolutio facta eſt creditori? 11.*

*An per liberam perſonam mihi pignus quæratur? 12. & 13*

1 NOvata obligatione pignus liberatur, niſi aliud actum, nam liberato principali debito, liberantur etiam acceſſiones, *per l. 43. de Solut.* ut fidejuſſiones.
*Hering. de fidej. c. 20. §. 3. Dn. Autor in C. tit. de Fid juſſor. ad L. 4. n. ſeqq. Et ad L. un. n. 3. 7. C. Etiam ob Chirograp.* Sed hoc de Novatione proprie dicta accipiendum, nam per
2 litis conteſtationem non tollitur pignus. Et ideo quia hodie novatio non datur, niſi hoc expreſſe dictum, rariſſime *hunc* §. contingere in praxi neceſſe eſt. Et ideo licet admittant hodie præſumtiones validas ad novationem, periculoſam tamen puto



Digitized by Google

hunc ſententiam; niſi ſint præſumtiones validiſſimæ, ob *l. fin. C. de Novat.* & quia ſimpliciores facile decipi poſſunt, putem ſimpliciores contra præſumtiones admitti poſſe ad juramentum, ſcilicet ſe non habuiſſe
3 animum novandi. Sed quid ſi in novante obligatione hypotheca repetatur, an hypotheca priſtinum privilegium retinet? Hoc affirmat *Neguzant. de pign. memb. 3. part. 6 princ. num. 7.*

4 *Ad* §. 3. Si pignus pro ſorte tantum, non vero pro uſuris; vel pro uſuris tantum ſit datum, tunc ſi illo caſu ſors ſoluta, licet uſuræ non ſint ſolutæ, liberatur pignus, & ſi hoc caſu uſuræ ſint ſolutæ non ſors, liberatur pignus. Sed huic videtur obſtare *l. un. C. Etiam ob Chirogr. pignus &c.* Cujac. manum adhibuit huic § ſed *L. 19. obſ. 27.* retenta lectione reſpondet, *d. l un.* valere in duabus ſortibus debitis, hic de ſorte & uſuris. *Perez. in Cod. Etiam ob Chirogr. &c. n. 4.*
5 Sed pone caſum, me in uſuras tantum dediſſe pignus, ſi itaque ob aliam ſortem ex alio contractu debitam potes tu creditor pignus retinere, æquius certe eſt, te ob ſortem non ſolutam poſſe exceptionem doli opponere, cum hic ſors & uſuræ ex eodem contractu debeantur, neque in propoſita facti ſpecie odium uſura-
6 rum prætendi poteſt. Non improbabilis ergo emendatio Cujac. aut dicendum, hic tantum aſſeri, quod res pignorata liberetur à nexu pignoris, quod *in d. l. un* non negatur. ſed creditori tantum datur exceptio doli, quam JCtus hic non negaſſet, ſi de ſorte conſultus fuiſſet. *conf. Weſſenbach. th. 16. & Poſthius hic.*

7 *Ad* §. 5. Solutione facta creditori, datur pignoratitia actio, etiamſi debitor non ſuo creditori, ſed ſecundo creditori ſolverit, datur tamen ei pignoratitia
8 actio *Dn. Mevius p. 5. dec. 343.* Sed quid ſi non creditori, ſed alii ejus nomine ſoluta ſit? Reſp. poſſe fieri, ut ſolutio facta ſit alii (1) creditore volente, vel (2) facto defuncto, cujus hæres extitit creditor, nam qui factum defuncti præſtare debet, etiam ſolutionem ei factam in dubium vocare nequit, (3) procuratori creditoris; habenti mandatum ad recipiendam ſolutionem. *l. 12. pr. ff ſolut. Dn. Aut. in Com. ad C. tit. de ſolut. ad L. 11 & 12. n 3 ſeqq.* (4) Servo exigendis pecuniis præpoſito. (5) Creditoris mei Creditori, quod hic proponitur in exemplo locatoris primi & ſecundi. *Dn. Mev. p. 3. dec 360. nu 3* quia meus creditor liberatus, & cum ego ſcienter conduxi partem ædium, quam ſciebam locatori meo eſſe locatam, tacite videor velle, quod inducta per me ſint utrique obligata. *Petr. Barb. ad l. 3. num 31. ff. ſol. matr. Fortun. Garcias in ren. Legis. item quia, n. 20. de pactis.* ſed non ultra ſummam, qua conduxi cœnaculum, *per hunc §. Menoch. rem. 3. adip. poſſ. nu.* 100. *Fortunius Garcias d. l.* (6) Audi his poteſt, ſi ſolvam tutori. (7) ſi ſolvam Adjecto, id eſt, ei, qui ſolutionis cauſa in obligatione adjectus erat. (8) ſi alii non habenti ſolvam, creditor autem illam ſolutionem ratam habeat *d. l. 12. § fin.*
9 Hinc quæritur, ſi ſolverim ipſi, qui non habuit mandatum, qui tamen ſe geſſit pro mandatario, an ſolutio rata? Negatur. *per l. 34 §. 4. ff de Solut.* Sed qui ſol-
10 vit, tenetur probare mandatum. *Mev. d. l.* Sed qui ſolvit creditori, habet pignoratitiam ſi ſolvit extra concurſum; pendente concurſu, quia omnium jura paria, vel ſolvendum debitum curatori bonorum, vel offerendum vocatis creditoribus & deponendum. *Dn. Mev. p. 4. dec. 254.* nam ſi privilegiato etiam creditori ſolvat, non conſequitur liberationem. *Dn. Mev. d.*
11 *l dec. 225.* Imo qui ſolvit creditori ſuo, habet etiam actionem pignoratitiam contra tertium poſſeſſorem. *c. cum contra X. de pign.* quam æquitatem potius ſequimur, quam ut res apud tertium deſeratur, aut debitor in ambiguas lites deducatur, ut ait. *Dn. Mev. p. 5. dec. 3 3*

12 *Ad* §. 6. Per liberam perſonam non quæritur pignus, imo nec per tutorem, nec per procuratorem. *Autor in C. t. Si alienare pign. ad L. 1. num. 3.* Sed omnino ad tutoris officium pertinet, ſecuritatem procurare pupillo. *Ant. Gabr. lib. 3. comm. concl. tit. de Verb. obl. concl. 1. num. 108.* Sed nec multum hæc ſubtilitas Juris attenditur, de quo alibi, præſertim *in Cod. tit. per quas perſonas nobis adquiratur ad L. 1. n. 6. & ad L. 2. d. t.* præſertim ſi is, cui conſtitutum pignus, id ratihcet, quod ſuo nomine geſtum. Nam ſi ratihabitio ſequatur, tunc ipſe mihi quæſivi obligationem. Sed tunc non tam ex facto alterius, quam ex mea ratificatione ad-
13 quiro obligationem. Notetur hic, me poſſe poſſeſſionem adquirere per aliam perſonam liberam, de quo *in lib. 41. Pandect. Autor ad L. 2. num. 6. & ad L. 2. n. 1. & ſeqq. C. Per quas perſon.*

## ad L. Vel univerſorum. 12.

### *SVMMARIVM.*

*Procuratoris univerſorum bonorum quanta poteſtas?*

PRocurator univerſorum bonorum adminiſtrationem habens, omnia ea facere poteſt, quæ Dominus poteſt & ſolet facere. *Ricc. Coll. d. 410. Autor in C. t. Si alienare res pign. ad L. 1. nu. 3.* Unde colligitur, ex conſuetudine, quæ alicubi locum habet, conceſſiones eſſe interpretandas, *Franc. de Clapp. c. 42. qu. 2. num. 3.*

## ad L. Si cum venderet. 13.

### *SVMMARIA.*

*An Debitor ex pacto de redimendo pignore vendito, oblata pecunia, iſtud vindicare poſſit? nu. 1. & ſeqq.*
*An Creditor culpam leviſſimam præſtet? 4.*

1 OB pactum de redimendo ſeu recipiendo pignus venditum debitor, ſi ſolverit pecuniam debitam, non ſolum poteſt compellere Creditorem, eumque venditorem, ut ſibi cedat actionem ex vendito, ſed poteſt etiam rem vindicare, aut in factum actione contra tertium poſſeſſorem ſeu emtorem experiri, licet alias ex pacto de redimendo contra tertium agi non poſſit, ut plurimis autoritatibus probat. *Dn. Mev. de*
2 *Levam. inopia c. 4. Sect. 12. num. 62.* Quamvis autem circa rationem hujus varient Dd. uti apparet *ex Molina diſp. 374. n. 8. & ſeq. Covarr. lib 3. Reſol. c. 8. nu. 3. Gomez. tom. 2. reſol. c. 2. n. 29.* optima tamen videtur ratio, quod pactum hic ſit conceptum in reſolutionem contractus, quando enim ſub conditione de reſolvendo contractu, agitur, dominium ipſo jure redit ad Dominum. *Tiraq. de retract. Convent. §. Gloſſa 7. n. 14. Cognol. ad l. 2. C. de pactis inter emt. &c. n. 134. & ſeq. Klock. vol. 2. conſ 42. num. 302. & ſeqq. Autor ad L. 3. n. 7. C. de Condict. ob cauſ. dat. Et ad L. 1. n. 5. C. Per quas per-*
3 *ſon.* Nam verba illa, recipiat rem ſuam, ſunt directa, & inferunt pactum ſimile Adjectioni in diem, & legi commiſſoriæ, & pacto de injicienda manu. *Lud. Gozad. in rep. l. 2. C. de pactis inter emt. n. 42. v. 7. conf. Zoeſ. h. t. nu. 6 circa finem Franzk. ad tit. de Diſtr. pign. n. 68. & ſeq. Bachov. de pign. l. 3. c. 27. nn. 1. & 2.*

4 *Ad* §. 1. Creditor præſtare tenetur culpam & cuſtodiam, non vero caſum, *Dn. Aut. in Comm. ad h. t. ad L. 3. n. 1. ff. & L. 5. C. h. t.* An ergo, quia ſolus caſus excipitur, culpa leviſſima venit? Negant autem Dd. culpam leviſſimam venire præſtandam. *Bach. de pign. lib. 5. c. 21. n. 3. & Carpzov. p. 2. conſt. 26. def. 1. & 3.* & reſpondetur, quia culpa leviſſima vix culpa eſt, ſæpe non conſideratur, & cum caſibus fortuitis, ad quos proxime accedit, ipſa quoque excludi intelligitur ut *in l. 5. C. h. t. l. 28. C. Locati. l. 4. C. de peric. tutorum Dn. Lauterbach. ad h. l. §. 2. th. 6. Autor in C. h. t. L. 2. nu. 1. ſeq.*

## ad L. Ea igitur. 14.

### *SVMMARIVM.*

*Quam culpam præſtare debeat Creditor in pignore?*

Quæ

Digitized by Google

QUæ diligens paterfamilias in ſuis rebus facere ſolet, ea etiam Creditor in re pignorata facere debet, & ſic præſtat culpam levem, quia utrinque utilitatem reſpicit hic contractus. Sed tamen præſtabit culpam, quod fructus nonnullos percipere debuerit, & non percepit, *per l. 3. C. h. t. Dn. Ant. in Com ad L. 3. C. h. t.* non tamen leviſſimam præſtat culpam *Zæſius h. t. n. 11.*

## ad L. Creditor. 15.

### SUMMARIA.

*Creditor tenetur act. pign. ſi damnum, dedit in pignore. num. 1.*
*Levis culpa quomodo in omittendo conſiſtat?* 2.
*Ante ſolutionem agi poteſt ob deteriorationem.* 3.

1 ACtione directa agit debitor etiam in hoc, ut
repromittat creditor, ſuo dolo vel facto, ſuave
negligentia nihil damni datum eſſe rei oppignoratæ.
Sed de nuda repromiſſione, non ſatisdatione, aut alia
cautione hoc accipiendum eſſe, monet poſt. *Salyc. Ne-
guz. part. 7. membr. 7. numer. 6. Franzk. h. t. numer. 25.*
Notetur autem, culpam levem hic etiam in omitten-
2 du conſiſtere, ſi expenſas poſſibiles & ferendas non
fecerit pro pignoris conſervatione. *Neguz. part. 7. m.*
3 *3. nu. 4.* Et ſic etiam ob deteriorationem, ob negli-
gentiam, ob non uſurpatam ſervitutem etiam ante ſo-
lutionem debiti agi poteſt. *per d. l. 3. C. h. t. Neguz. dict.
tr. p. 7. m. 2. n. 8.*

## ad L. Tutor. 16.

### SUMMARIA.

*Actio pignor. contraria ad quid detur? n. 1. & 2.*
*Quando concurrat cum act. de ſtellionatu?* 3.
*An res emphyteutica poſſit pignori dari?* 4.

1 IN principio dicitur, tuendum eſſe creditorem in
poſſeſſione pignoris à tutore ob debitum pupilli da-
ti, de quo *Bach. de pign. l. 2. c. 2. nu. 14.* Autor *ad L.*
2 *3. numer. 1. 2. C. Si aliena res pign.* Et *in* §. 1. agitur de
actione pignoratitia contraria, quæ datur contra de-
bitorem, ſi dedit rem alienam, vel obligatam, vel vi-
tioſam, &c. creditori ignoranti (nam ſcienti non
daretur) à debitore ſive ſciente ſive ignorante. Et
3 concurrit interdum actio de ſtellionatu, ſi ſciens
rem alienam vel alteri obligatam dederit; *Autor ad
L. 1. numer. 2. C. de Crim. ſtellion.* nec intereſt,
an res evicta ſit, an adhuc penes eum extet. *Franzk.
h. t. num. 27. & ſeq. Zæſ. h. t. num. 15. & ſeqq. conf.*
Cujac. *tom 1. pag.* 1194. In fine dicitur, rem emphyteu-
4 ticam poſſe oppignorari, quod *in L. ſeq. 17.* declaratur,
ſcilicet ſine præjudicio Domini, & ſi in ſpecie obli-
getur, nam in generali hypotheca non veniet. *Berous
vol. conſ. 127. num. 21.*

## ad L. Si convenerit. 18.

### SUMMARIA.

*Ad quid nomen debitoris oppignorari poſſit à creditore? num. 1.*
*Utilis actio hypothecaria quibus detur?* 2. & 3.
*An in obligatione generali contineantur nomina?* 4.
*Cum proprietas obligatur, uſusfructus accedens etiam obligatus eſt.* 5.
*Idem, ſi vicini domunculam ædibus meis jungam.* 6.
*An & quando provincia alteri juncta ſuis legibus vivat?* 7.

NOmen etiam debitoris oppignorari poteſt à cre-
1 ditore, ex qua oppignoratione creditoris habet
hypothecariam, act. utilem contra debitorem debito-
ris, & debito ſoluto debitor, qui ſolvit creditoris ſui
creditori ſi à creditore ſuo conveniatur, habet excep-
tionem doli *Cujac. tom 1. p.* 1197. cujus prolixe ra-
2 tionem tradit *Ant. Faber l. 8. c. 16.* Et ita poteſt cre-
ditor, cui obligatum nomen, contra debitorem age-
re utili actione hypothecaria. *Sande lib. 3. tit. 12. d.
24.* nec locum eſſe vult beneficio excuſſionis *Sande
3 d. l. 25.* Et utilia actio hypothecaria datur etiam con-
tra emtorem ad pretium, licet nulla proteſtatio præ-
4 ceſſerit. *Sande d. l. def. 28* Sed an in obligatione ge-
nerali contineantur nomina? Aff. ſi ſimpliciter dixit om-
nia bona, non vero, ſi addidit mobilia & immobilia.
Schwartzenthaler *de pign. c. 15. in conſ. Cornens conſ.
172. vol. 1.* Imo &, ſi omnia bona generaliter, vel
nomen aliquod ſpecialiter obligatum, in nomina ſta-
tim executio fieri poteſt. *Autor ad L. 2. numer. 4. C.
Quando fiſcus vel privat.*
5 *Ad* §. 1. Quod accedit pignori, pignus eſt; quod
hic probatur exemplo uſusfructus, nam ſi mihi pro-
prietas obligata uſusfructus poſtea accedens pignori
erit. *Barch. de pign. l. 1. c. 10. num. 1.* In *hoc* §. dicitur,
fundo aucto per conſolidationem uſusfructus cum
6 proprietate, augeri etiam Jus pignoris. Nam pignus
totum fundum afficit. Sic ſi per alluvionem quid ac-
creverit, totus pignori erit, *l. 16. pr. ff. de pign.* ratio,
ſi decreſcat fundus, damnum eſt etiam creditoris. *vid.
Cujac. d. l.* Hinc putarem dicendum, ſi domum obli-
gaverim, & poſtea domunculam vicini meis ædibus
jungam, ut ſit quaſi una domus, totam domum obli-
gavi. *conf. not. ad d. l. 16. pr.* Et hic notat *Bart.* cujus
ſententiam communi ſcribentium calculo receptam
7 eſſe, teſtatur *Franc. de Clapper. in cent. 7. decis. cauſa 1.
qu. un.* ſc. ſi provincia adjungatur alteri acceſſorie, ut
ſit una provincia per incorporationem, quod tunc
vivat legibus Reip. cui adjuncta eſt, ſi vero adjiciatur
principaliter, & tunc ea ſuis legibus vivit. In §. 2.
8 dicitur, ſi res oppignorata vendatur, tranſire onus,
quod per ſe patet, cum rem ipſam afficiat.

## ad L. Aliena res. 20.

### SUMMARIA.

*Rem alienam quando pignori dare liceat? nu. 1.*
*An ſi pluribus uno die res obligetur, omnes ſint pares?* 2.
*Si per creditorem ſtet, quo minus pecunia accipiatur, cujus periculo ea pereat?* 3.
*Quatenus ſi duobus eodem momento res obligatur æqualis omnium ſit cauſa?* 5. & 6.

1 IN *princ.* dicitur, rem alienam oppignoratam val-
de affectam iſto onere eſſe, ſi conſenſus Domini per
ratihabitionem ſubſequatur *vide L. 9. notata, h. t. &
2 in Comm. C. t. Si aliena res pign. dat. In principio.* In
§. dicitur, quando pluribus ſimul obligatur res, om-
nes eſſe pares, ſecus eſſe puto, ſi quidem eodem die,
ſed conſtet de prioritate horæ, contra *Cujac. ad h. t.
tom. 1. p.* 1200. nam omnino ſecundo non potuit non
niſi cum onere antea impoſita obligari *vid. not. Dn.*
3 *Autoris ad l. 16. § ff. de pign.* In §. 2. Si per credito-
rem ſtet, ut oblata pecunia pereat caſu, periculum ſu-
ſtinet creditor, qui tenebitur ad pignus reſtituendum.
4 In §. ult. dicitur de debitore, qui creditori pignus
in ſolutum dat, non poteſt repetere, quia exceptio
rei venditæ debitori obſtaret.
5 *Ad paragraph* 1. Duobus una res oppignorata, &
ſimul & eodem momento, æqualis omnium cauſa,
quod *Bart.* intelligit, quod utrique in ſolidum obli-
gata, ſit, & ideo hic vult, ſi civitatis & civium bo-
na obligata ſunt pro debito, quod ſingulorum civium
bona in ſolidum teneantur. Sed eam interpretationem
rejicit *Hartm. Piſt. p. 1. q. 37. numer. 21.* Nam hic non
dicitur, quod in ſolidum ſingulis obligetur. Sed recipit
6 *hic* §. lumen ex *L. 10. & l. 16. §. 8. ff. de pign.* nam *in* §. 8.
dicitur, quod ſi eodem momento utrique res oblige-

tnr, utrique pro quantite ſua obligetur, ſed in ſolidum, ſi diverſis vicibus obligata.

## ad L. Si pignore. 22. princ.

*SUMMARIUM.*

*An creditor, qui rem pretioſam ſub ſtipulatione evictionis præſtandæ in duplum vendidit, duplum à debitore repetere valeat? n. 1. & 2.*

1 QUicquid occaſione rei oppignoratæ adquirit creditor, ſorti imputat, v. gr. ſi duplum conſecutus eſt actione furti à fure. *Bach. de pign. lib. 5. cap. 22. Dn. Lauterb. ad h. t. §. 2. th. 5. Dn. Autor. in Comm. ad C. h. t. ad L. 2. nu. 2. & 3.*

*Ad §. 2. Vid. infra ad leg. pen. ff. de Diſtr. pign. & Autoris notata in C. ad L. h. t. Si res aliena pign. numer. 2. 3.*

2 *Ad §. ult.* Creditor vendidit pignus, rem ſcilicet pretioſam, & quia in eo loco ſolebant illæ res, cum ſtipulatione præſtandæ evictionis in duplum, vendi, creditor etiam ita vendidit; quæritur an creditor ſubſecuta evictione duplum recuperare poſſit à debitore? quod affirmatur, ſi aliter rem vendere non potuit, aut ſi cum hac cautione pluris vendiderit, quam ſine ea vendere potuiſſet. *Neguz. memb. 2. p. 1. c. 6. numer. 41. Bach. de pign. l. 3. c. 25. num. 5.* Colligitur etiam, ſemper aliquem excuſari, ſi quid egerit ex more regionis. *Gothofr. hic & Bach. d. l.*

## ad L. Eleganter. 24. pr.

*SUMMARIA.*

*An, ſi hypothecata res ſit in ſolutum data & evicta, actione pign. agatur? n. 1.*
*Conſilium pro Creditore. 2.*
*An in dubio res habeatur pro pignore, an vero pro ea, quæ in ſolutum data? 3.*
*Reproba moneta non ſufficit ad liberandum pignus. 4. & 5.*
*An, ſi creditor pignus vendidit, & nondum pretium accepit, debitor expectare debeat? 6.*

1 HYpothecata re in ſolutum data, & poſtea evicta, non agitur actione primitiva pignoratitia, ſed utili exemtu, quia datio in ſolutum eſt inſtar venditionis. *Br. in L. ſi quis aliam. 46. pr. de ſolut. Cujac. l. 19. obſ. 38. Dec. conſ. 449. num. 38. Ricc. deciſ. collect. 495. Stephanus Gratianus t. 1. deciſ. 3 num. 14. & ſeqq. Surdus conſ. 145. num. 34 Bach. de pign. l 3. c. 31. n. 4. & ſeqq. Autor ad L. 8. nu. 2. 3. 4. C. de Sent. & interloc.* ideoque creditor proteſtando debet dicere, ſe nolle recedere ab obligatione priſtina. *Capolla cautela 123. Gratianus d. l.* x ita reſponſ. menſe Junio anno
2 1658. & ideo dans in ſolutum, etiam ad evictionem præſtandam tenetur. *Dec. conſ. 99. num. 4. Gratianus tom. 1. deciſ. cap. 3. num. 16. & ſeqq. Caballinus de evict. §. 4. num. 14.* Sane in dubio an res data ſit in ſolutum, an ut pignus, præſumendam eſſe dationem in ſolutum tradit poſt alios *Menoch. l. 3. præſ.*
3 150. eujus rationes, valde infirmæ. Nam inquit, ſi pignus præſumeretur, eſſet fœneratitius contractus, ſcilicet Antichreticus; ſed hæc ratio tantum urgeret in in rebus frugiferis, & quid abſurdi, ſi res frugifera tacite pignori nexa cum jure antichretico? *per l. 8. in quibus cauſis pignus tacite.* Altera adhuc infirmior. Ideo quia translatio dominii non præſumenda, ſed probanda, jura libentius amplectuntur, quod minus eſt, & per donationem in ſolutum gravaretur Creditor, ſi invitus acceptare teneretur; ideo niſi præſumtiones aliæ pro datione militent, pignus præferrem, præſertim ſi alia conjectura concurrat, ut retentio chirographi, ut in ſpecie, quam tractat *Dn Mev. p. 2. dec. 91.*
4 Ad §. 1. Qui reprobam pecuniam ſolvit non liberat pignus; unde probant, reprobata qualitate intrinſeca pecuniæ, eam ſolvendam eſſe ſecundum bonitatem
5 pecuniæ tempore contractus; nam de immutata intrinſeca qualitate intelligunt cum *Lud. Rom. Cothman. conſ. 36. num. 58.* Prætetea moneta reproba vel æroſa non meretur nomen monetæ ut ex hoc §. 1. probant *Albert Brun. de Moneta. part. 2. num. 2. Cagnol. ad L. quod te. 5. numer. 95. de Reb. creditis. hos alioſque referens Georg. Schultz. de oblig. pecun. c. 4. nu. 12. p. mi-*
6 *hi* 155. In §. 2. dicitur, ſi creditor pignus vendidit, & nondom pretium accepit, tamdiu expectare debere debitorem, donec creditor pretium acceperit; cui non obſtat *L. pen. h. t.* quæ dicit, creditorem audiri non debere, ſi velit delegare emtorem. Nam reſpondet *Wiſſenb. d. d. 27. th. 8.* aliud eſſe delegare emtorem, & aliud mandare actiones, ut per ſe patet, & in *h. l.* alternative jubetur expectare, aut ceſſionem acceptare. &c.

## ad L. Si ſervos. 25.

*SUMMARIA.*

*An creditor expenſas utiles repetat? num. 1.*
*Quid ſi valde magna ſint expenſæ? 2.*
*Vidua non poteſt pro lubitu ædificare ad gravandos agnatos. 4.*

1 UTiles expenſas recuperat creditor, ſi vel expreſſa vel præſumta Domini voluntate factæ. *Autor. in C. h. t. ad L. 7. num. 1.* Sed non dicuntur utiles impenſæ, quæ tam magnæ ſunt, ut Dominus coga-
2 tur rem habere pro derelicta, ſed potius videntur factæ in fraudem Domini. Ideoque hæc à Judice erunt diſpicienda, ut neque delicatus debitor, neque oneroſus creditor audiatur, *per h. l. in fin.* quæ cautela ſæpe allegari ſolet. *Caſtr. hic. num. 4. Neguz. p. 7. m. 3. num. 18 Perez. in Cod. n. 16. Gail. l. 2. obſ. 12. num. fin. Dn. Mev. p. 5. d. 312. Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 3. in fine Bach. de pign. l. 3. c. 9 num. 4. Garcias de Expenſ. c. 1. num. 31. Franzk. h. t. num. 33. Zœſ. h. t. nu. 14.* No-
3 ta etiam medie eſſe rem decidendam in dubio, ut utrique conſulatur. *Dn. Mev. p. 3. dec. 79. numer. 6.*
4 Colligit etiam ex hac *L. Dn. Mev. p. 3. dec. 251.* non eſſe permittendum viduis, jure retentionis utentibus, ut pro lubitu ædificent, ſed potius per mandata inhibitoria ad inſtantiam vaſalli vel agnati impediri poſſunt.

## ad L. Non eſt mirum. 26.

*SUMMARIA.*

*Pignus conventionale, prætorium & judiciale quomodo conſtituatur? n. 1. & ſeqq.*
*Ad ad pignus prætorium & judiciale ſemper requiratur realis immiſſio? 5. 6. & 7.*

1 PIgnus regulariter, quando eſt contractus, conventione conſtituitur vel ſola, vel ſimul traditione, ſed prætorium & judiciale pignus conſtituitur per
2 Judicem, dum immittit creditorem vel ob contumaciam debitoris, quale pignus eſt prætorium, vel ob
3 rem judicatam, aut inſtrumentum liquidum, quale eſt
4 judiciale pignus. Sed & teſtamento conſtituitur, dum pignus creditori conſtituit teſtator. *conf. ad hanc legem Cephalus lib. 5. conſ. 708. num. 150. Thomas Grammat. dec. 51. num. 3.*
5 *Ad §. 1.* Pignus prætorium non conſtituitur, niſi fiat realis immiſſio. *Carpz. p. 1. Juriſpr. conſt. 28. def. 139. Dn. Aut. in Comm. ad C. t. de Præt. pign. ad L. ult. num. 7. & t. ſeq.* idem in judiciali pignore. *Carpz. p. 1. dec. 63. num. 2. Modeſt. Piſt. part. 4. qu. 165. numer. 2. Richter. de Privilegiis Creditor. diſp. 10. ſect. 3. p. 187. & ſeqv. Dn. Aut. in Comm. ad C. 1. Si in cauſ. judic. pign. ad L. 1. num. 2.* Decretum Judicis ſuffi-
6 cere, putat hic *Buſius & Grœnwegen*, quod de ſuo lo-

co

co cum loquatur, ſuo etiam loco relinquo. Sed quando Judex facto latronum, aut ipſius debitoris impeditur, tunc creditor pro immiſſo habetur, *per l. 12. &*
7 *ſ ff. de rebus autorit. jud. poſ.* idem judex tergiverſetur & moras nectat in exequendo decreto, nam hæc mora non præjudicat Creditori, cui immiſſio decreta. *Carpz. p. 1. dec. 6. 3.*

## ad L. Petenti. 27.

*SVMMARIVM.*

*Qua actione repetam ab hæredibus vas aureum, quod Titio defuncto dedi, ut pro ſumma mihi mutuo dato, quam repetierat, alii interim oppignoraret?*

TItius repetebat à me centum mihi data mutuo, ego carens pecunia do vas aureum, ut illud Cajo pro tali ſumma pignoraret, Titius poſtea deceſſit, relictis duobus hæredibus, quæritur qua actione repetam? R. Si liberavit Titius, agitur ad exhibendum contra ſingulos, quatenus ſcilicet alter exhibere poteſt, cum ſit actio in rem ſcripta; vel aureum id vas eſt adhuc apud Cajum, & tunc contra ſingulos datur actio præſcriptis verbis, quia commodatum non eſt, cum ſit gratuita commodatio; unde ſinguli hæredes tenentur ad repignorandum & reſtituendum, quæ obligatio eſt facti individui, dependentis a voluntate tertii, qui non eſt diviſurus, nec eſt in facultate debitoris, liberare pro parte, *conſ. Berous q. 123. & Zaſius h. t. num. 6. & Molinæus ſeu Caball. in tr. divid. & individ. p. 3. nu. 259. & ſeq.*

## Ad L. Si Creditor. 28.

*SVMMARIVM.*

*An Titio, qui pignus amiſſum invenit, & mihi Creditori ſatisfecit, exceptio detur contra debitorem pignus repetentem?*

REm mihi pignori dediſti, eam caſu amitto, & invenit eam Titius, contra hunc ago actione hypothecaria, qui autem alternative poſſeſſor, tenetur aut poſſeſſionem hypothecæ in me transferre, aut debitum, pro quo datum mihi pignus, ſolvere: ideo poſterius Titius facit, ſolutione mihi facta, tu vindicas rem à Titio, quæritur, an detur exceptio Titio? & hoc affirmatur. Nam exceptio doli datur, niſi æſtimationem litis & quod ille mihi ſolverit, ei reſtituas. *Cujac. t. 1. pag. 1932.*

## ad L. Qui ratiario 30.

*SVMMARIVM.*

*Creditor tenetur de caſu, ſi propria autoritate rem obligatam occupat.*

CReditor, qui propria autoritate occupat rem obligatam, tenetur etiam de caſu poſtea contingente, in illa re, ſecus ſi debitor licentiam dederit, *Bart. Bald. Caſtr. h. t. Innocent. num. c. verum. &c. poſtulaſti. §. de foro compet. Bach. de pign. lib. 5. c. 21. num. 4. Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 2. th. 6. Dn. Autor in Comm. in C. tit. de pign. & Hyp. ad L. 13. nu. 3.*

## ad L. Si pecuniam. 33.

*SVMMARIVM.*

*An detur actio pignor. pro reſtituendo prædio in antichreſin dato?*

QUæritur, an pro reſtituendo in antichreſin prædio dato, oblata vel data ſolutione ſortis detur hæc Actio? Videtur quod non, quia Antichreſis videtur differre ab aliis pignoribus. Sed affirm. quia Antichreſis ſpecies eſt pignoris. *Vid. Alciatus lib. 2. diſpunct. c. 3.* Ad Antichreſin repetendam ergo datur hæc actio.

## ad L. Titius. 34.

*SVMMARIA.*

*Ex poſt facto valet in pignore lex commiſſoria, juſto pretio. nu. 1.*

*An debitor rem redimere poſſit, quam cum mihi pignori dedit, & ego vendere volui, rogatu ipſius emi æquo pretio? 2.*

1 EX poſtfacto, poteſt placere, quod pignus ſit venditum creditori juſto pretio. Unde colligunt, licet Lex commiſſoria in pignore ſit prohibita, *Autor ad L. fin. num. 5. ſ. C. de Pact. pignor.* quod cum multis ampliationibus explicat fuſius *Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 1. th. 7.* valere tamen hujuſmodi pactum, ut pecunia non ſoluta res pignorata empta eſſe debeat, juſto tamen pretio *l. 16. §. fin. h. t. Cov. lib. 3. reſol. c. 2. n. 8. Mant. l. 11. tit. 10. num. 19. Trentac. l. 3. tit. de pign. reſol. 11. num. 14. Carpz. l. 5. Reſp. 12. Dn Struv. Exer. 19. th. fin. vid Chriſt. v. dec. 32. num. 9. & ſeq. Dn. Lauterbach. d. l. Dn. Autoris Comm. in C. tit. de Part. pign. & de L. Commiſſ. ad L. 1. & ult. num. 9. Et ad L. 13. numer. 7. C. de pignor.* Sed licet hoc verum ſit, recte tamen monet *Menoch. remed. 5. adipiſc. poſſeſſ. nu. 42. & Rodericus in tr. de Cenſibus l. 2. q. 2. num. 23,* hic de Commiſſoria non agi, ſed de datione in ſolutum,
2 De qua etiam in *L. eleganter h. t.* Nam ſpecies facti hæc. Accepiſti a me centum, & dediſti pignus, quod poſtea te moras nectente volo vendere, Tu petis à me, ne vendam, ſed emam hoc vel illo pretio, quod factum, & deſuper inſtrumentum confectum, quæritur an poſſis redimere rem oblato debito? Neg. quia res vendita. Nihil hic de lege Commiſſoria. *Vid. Cujac. t. 1. p. 1633. & Carol. Molin. de Commerciis uſur. num. 366. & Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 1. th. 7.*

## ad L. Cum & ſortis. 35.

*SUMMARIA.*

*Cur pecunia ex venditione pignoris redacta prius in uſuras, poſtea vero in ſortem imputetur? n. 1.*

*Quo effectu Creditor pignus vere dicatur poſſidere? 2.*

1 QUicquid pecuniæ ex pignoris venditione conficitur, prius in uſuras, poſtea in ſortem eſt computandum. Rationem hic aſſignat *Bachovius de pign. l. 3. c. 30. num. 1.* quia hic non debitor ſolvit, ſed creditor ſibi. Sed & ſi debitor ſolviſſet, primo uſuras debuiſſet ſolvere.

2 *Ad §. 1.* Creditor pignus vere poſſidet, ex quo *Dn. Mevius. p. 5. dec. 64.* remedia poſſeſſoria ipſi tribuit, quod potiſſimum intelligendum de avocanda poſſeſſione a raptore, licet alii fictam poſſeſſionem & ſecundum quid intelligant. *Menoch. remed. 9. recup. poſſ. nu. 197. & ſeqq. & Dd. ad l. 1. §. 15. de adquir. poſſ. præſertim Zaſius.*

## ad L. Si quis in pignore. 36.

*SVMMARIA.*

*Furti reus eſt, qui pro conſtituto, non conſtituendo pignore vilius ſubſtituit. nu. 1.*

*An & quando de ſtellionatu teneatur, qui duobus rem oppignorat? 2. & 3.*

1 SIquis pro conſtituto pignore aliquid ſubſtituerit vilius, furti crimen committit, ſecus in conſtituendo; quia autem rem alienam pignori dat, vel alteri oppignoratam, ſtellionatus crimen committit. *Go-*
2 *mez. tom. reſol. c. 7. Petr. Greg. lib. 37. Syntagmatis, c. 14. Autor ad L. 2. num. 3. C. de Crim. Stell.* Note-

tur

Digitized by Google

3 tor autem hic limitatio, quod crimen ſtellionatus non ii cutrat, qui rem duobus oppignorat, ſi res tamen pretioſa, ut ambobus ſufficere poſſit, *Bach. de pign. l. 3. c. 8. num. 1. Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 3. th. 4. Autor ad L. 1. nu. 2. & 7. C. de Cr. Stellion.*

## ad L. Gajus Sejus. 39.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis refertur. n. 1.*
*Rationes decidendi. 2.*
*Reſpondetur LL. obſtantibus. 3.*
*Filius. qui ſubſcripſit inſtrumento venditionis a matre facta non ſibi præjudicat in Retractu. 4.*

SPecies facti eſt. Gajus fundum ſuum loco pigno-
1 ris Titio obligavit, poſtea convenit inter eos, ut ad decennium in compenſationem debiti uteretur fundo Creditor: Nondum elapſo decennio, Titius fundum prælegat primogenito, cum hac falſa demonſtratione, quem a Gajo emi, Gajus ut teſtis ſubſcripſit teſtamento, an hæc ſubſcriptio ei præjudicat? Negnam in ſer be ns ſe actui, v. gr. Teſtamento ut teſtis,
2 non videtur approbare contenta Teſtamenti. Actus enim teſtandi invito teſte fieri poterat, & forte non perlegit, vel audivit verba teſtamenti. *hic & l. 34. §. 2. de Leg. 2. l. 11. C. de obl. & act. Petr. Barb. in L. qui dotem 34. nu. 162. ff. ſolut. matr. Paul. Caſtr. l. 1. conſ. 216. Anton Gabriell. 1. tit. de præſumt. concl. 3. nu. 22. Zaſ. l. 1. conſ. 14. num. 110. Tab. in Barb. l. 17. c. 60. ax.*
3 1 *Autor ad L. 14. num 9 ſ. C. Si cert. pet.* Non obſtant huic Legi *L. 26. §. 1. ff. de pignor. l. 38. §. 1. ff. de Donat. inter virum l. 1. §. 4. ff. quod juſſu*: Nam reſpondet *Wiſſenb. d. d. 27. th.* 20. multum intereſſe, an quis animo ſe obligandi ſubſcripſerit, an teſtimonii tantum perhibend. gratia. *Duar. h. t. c. 6. & quos d. l. citat. Wiſſenb. Autor in. L. 2. C. tit de reb. alien. non al. num. 2. ſeqq. Et ad L. 3. n. 6. C. Quod cum eo, qui in alien.*
4 *pot.* Hinc filius, qui ut teſtis ſubſcripſit inſtrumento venditionis à matre facte (vel etiam a parte) ſibi non præjudicat in Retractu. *Hartm. Piſt. p. 3. q. 17. Sande l. 3. t. 5. q. 8.*

## ad L. Debitor. 40. §. ult.

*SUMMARIUM.*

*An, qui mihi pro 60. flor. & alii pro 80. flor. pignori dedit rem 200. flor. valentem, actione pign. contraria teneatur?*

DEdiſti mihi pignus, cujus valor eſt 200. Fl. pro 90. Fl. poſtea idem pignus obligas Titio pro 80. Fl. quæritur, an poſſis conveniri actione pignoratitia contraria, quod alii obligatam rem oppignoraveris Titio? & Reſp. quod non, quia pignus utrique poteſt ſufficere, non captus eſt Titius, & ego acceptis 90. Fl. libentiſſime pignus cedam Titio.

## ad L. Rem. alienam. 41.

*SUMMARIA.*

*An, ſi rem alienam dedi pignori, & poſtea Dominus factus ſum, convaleſcat pignus? num. 1.*
*Cur, ſi Dominus debitori ſuccedat, non convaleſcat pignus? 2.*
*Conciliatio cum* l. 22. ff. de pignor. 3.

LOquitur hæc Lex de actione non pignoratitia,
1 ſed hypothecaria, quæ hic pignoratitia appellatur, & duo ſunt caſus 1. rem alienam pignori dedi nulliter, ſed Dominus rei factus ſum, ergo convaleſcit pignus; nam ſi me hypothecaria actione conveniret creditor, & ego exciperem, rem in meis bonis non fuiſſe, improbe reſiſterem. 2. caſus eſt, ſi Domi-
2 nus debitori ſuccedat, non convaleſcit, quia ratio hic non debet locum, quia ipſe non obligavit. Pugnam inter *h. & L. 22. ff de pignor.* quomodo conci-
3 lient Dd. *Vid. Bach in Tr. vol. 2. diſp. 1. th. 5. lit. A. & de pign. l. 2. c. 4. num. 4.* Præcipua conciliatio eſt inter Jus ſtrictum & æquum *Autor in C. t. Si aliena res pign. ad L. 5 & L. ult. nu. 7.* Sed valde probabile eſt, fuiſſe inter JCtos hac de re diſſidium, quod agnoſcit *Hotom. l. 5. obſ. 18. Puſius hic. Bach. de pign. l. 2. c. 4. num. 8. & de Action. d. 3. th. 36.* quos laudat & ſequitur *Wiſſenbach. d. d. 27. th. fin.* Si in foro talis caſus contingeret, ſequerer Modeſtinum *in d. l. 22.* cujus opinio æquior, Pauli ſubtilior. Et juxta Modeſtini opinionem in Gallia judicatum, refert hic *Grænwegen* Et Modeſtinus fuit Paulo ſerior, & merito Pauli ſubtilitati præferendus. *Vid. Cujac. tom. 1. p. 599. & ſeqq. conf. etiam Arius Pinellus ad l. 1. C. de bonis mat. p. 3. num. 83. verſ. limitatur tertio ex notabili textu. Alciatus lib. 7. Parerg. c. 14. qui legit. n. pro non.*

## ad L. Creditor. 42.

*SUMMARIA.*

*An, ſi creditor ex venditione pignoris plus quam debitum redigit, de reliquo emtorem delegare valeat, ut ipſi debitor fidem habeat? nu. 1. & 2.*

CReditor ego ſum & vendidi pignus pro 20 Fl.
1 obligatum, 40 Flor. Superfluum illud ſcilicet 20. Flor. poteſt pignoratitia actione repetere debitor. Sed pone me nondum conſecutum eſſe pretium, an poſſum delegare emtorem, ut debitor fidem emtoris ſe-
2 quatur me liberato? quod negat JCtus. Sed teneor ſolvere, aut mandare actionem contra emtorem, meo tamen periculo, *per l. 24. §. 2. h. t.* & ideo hæ leges non ſunt contrariæ cum *L. 42. de delagatione & nova-*
3 *tione. d.* L. 24. §. 2. de ceſſione loquatur. *Cujac. tom. 4. p.* 829. ubi verba legis ultima (ex facto) ita emendat (ex pacto) *Alter Bach. de pign. l 5. c. 22. nu. 2. Buſius hic, & Dn. Lauterb. ad h. t. §. 2. theſ. 7.*

---

# LIBRI DECIMI QUARTI,
## TITULUS I.
## De Exercitoria actione.

### Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Quare Exercitor navis teneatur ex contractu cum magiſtro inito? nu. 1. & 2.*
*An exercitor, cujus magiſtrum navis in Hollandia conduxit, ut haleces adveheret, iisque vectigal non ſolvit, halecibus pro dimidia fiſco addictis? 3.*
*Quare exercitor de nautarum delicto, non vero ex contractu teneatur? 4.*

An

*An teneatur ex contractu, cum ſubſtituto magiſtro inito? 5.*
*Quare præfectus claſſi bellicæ non puniendus, qui ſui Principalis mandatum in conflictu non obſervavit? 6.*
*Magiſter per patientiam quoque conſtituitur. 7.*
*De quibuſnam contractibus magiſtri teneatur Exercitor? 8.*
*Exercitor tenetur etiam cum magiſter pecuniam acceptam in alium uſum convertit. 9.*
*Exercitor non tenetur, cum fines mandati magiſter exceſſit. 10.*
*Qui præpoſitus eſt ad locandum, non ſtatim poteſt exigere? 11. & 12.*
*Si plures ſint magiſtri, quomodo teneatur exercitor? 13.*
*Quid ſit conducere per averſionem? 14.*
*Et mulier, & pupillus tenentur ex præpoſitione. 15.*
*Quatenus Pater ex præpoſitione filii? 16.*
*Cum magiſtro etiam agi poteſt. 17.*
*Exercitoria actio eſt qualitas actionis. 18.*
*Quatenus Exercitori contra eum, qui cum magiſtro contraxit, actio detur? 19.*
*Cum plures navem exercent, quatenus contra ſingulos in ſolidum actio detur? 20.*

1 EXercitor navis, ad quem ſcil. omnes
reditus pertinent, ſive ſit Dominus, ſive
per averſionem conduxerit. *l. 1. §. 15. h.*
*t. de quo Tholoſ. lib. 19. c. 9. num. 6.* Si
præficiat navi Magiſtrum, ea contractu
tenetur Magiſtri, qui enim cum Ma-
giſtro contrahit, conditionem ejus ignorat, & fidem
præponentis ſequitur. Sicut in inſtitore a mercatore
2 tabernæ præpoſito, & hoc quidem in Exercitoria ac-
tione ex majore ratione locum habet, cum locus &
tempus non admittant plenius deliberandi ſpatium. Et
3 ideo quæritur de hoc caſu, Conduxi in Hollandia per
meum inſtitorem magiſtrum navis, qui aliquam quan-
titatem halecum transvehere debeat, cum in Helles-
ponto Danica, quantitatem & numerum profiteri,
& vectigal ſolvere deberet, tantum dimidiam par-
tem profeſſus eſt, ergo dimidia fiſco addicta; quæritur,
an teneantur mihi damnum reſarcire Exercitores na-
vis? Videtur quod non, quia Magiſter navis ſolus ex
ſuo delicto tenetur; ſed affirmatur quæſtio *per h. l.* du-
cto argumento ad exercitorem, veluti à minus pro-
babili ad magis probabile *Carpzov. part. 2. deciſ. 133.*
Et Magiſter hic circa officium deliquit, & contra
fidem datam imptobe egit.

*Ad* §. 2. Ex contractu nautarum non datur actio
4 contra exercitorem, quia ad contrahendum non ſunt
conducti, ſed ex delicto datur quia culpa & dolo ca-
rere eos curare debet. Quod intelligendum, ſi in eli-
gendis nautis culpam admiſit, ſi expreſſe delicta pro-
hibuit. Nam ſi nulla culpa præceſſit, non poteſt tene-
ri Dominus. *Afflict. dec. 82. num. fin. Menoch. conſ. 53.*
*numer. 25. Benev. Strach. remiſſive de Nautis p. 5. §.*
*ſcio. in fin.*

*Ad* §. 5. Datur hæc actio ex contractu Magiſtri ſub-
5 ſtituti, ſi ſcilicet Magiſter ab Exercitore conſtitutus
alium ſubſtituerit, quod hic ampliatur, licet conſti-
tutionem vel ſubrogationem expreſſe Dominus pro-
hibuerit, quod jure ſingulari ob utilitatem navigan-
6 tium conſtitutum, & ne decipiantur contrahentes.
*Stypm. de Jure mar. c. 15. n. 119. & Dn. Struv. Exerc.*
*20. th. 10. Buſius ad l. 1. num. 4. Dn. Lauterbach. ad*
*h. t. §. 1. th. 2.* Inſtitorem alium ſubſtituere poſſe ex
hoc §. probant Dd. ſed non ſi prohibuerit. *Dn. Lau-*
*terbach. ad tit. de inſt. act. §. 1. th. 4.* Ex hoc §. poſ-
ſet inferri, ſi præfectus claſſi bellicæ mandatum ſui
principalis in conflictu poſthabuerit, non debere eum
puniri, ſi prudenter id fecit. Nam reſtrictiora man-
data in claſſe navali plerumque noxia ut exemplo
7 Hiſpanicæ claſſis de anno 1588. didicimus. &c. Ex
hoc §. notetur, etiam tacite per patientiam conſti-
tui poſſe Magiſtrum, & per eum obligari Domi-
num. *Car. Ruin. vol. 3. conſ. 66. num. 17. Dn. Lauter-*
*bach. ad tit. h. de inſt. th. 3.* ubi idem dicit eſſe in In-
ſtitoribus *& Card. Tuſch. lit. M. concl. 31. numer. 11.*
Collige etiam ea commiſſa cenſeri, quæ ſciente &
patiente Exercitore à Magiſtro fiunt. *Stypm. de ju-*
*re mar. l. 4. c. 15. numer. 181. quem refert Dn. Lau-*
*bach. ad h. t. §. 1. th. 2.* Idem in inſtitore. *Lauterbach.*
*d. th. 3.*

8 Ad §. 7. Non ex omni contractu magiſtri tenetur
Exercitor, ſed ſi ejus rei nomine contraxit; cujus rei
gratia præpoſitus eſt, nam præpoſitio certam legem
dat Contrahentibus, & ſi Magiſter exceſſit formam
mandati, Dominus non tenetur. *Afflict. dec. 82. num.*
*3. Gail. lib. 2. obſ. 20. num. 8. Carpz. part. 2. dec. 133.*
*Sich. ad Rubr. C. h. t. Rota Genuenſis dec. 14. nu. 100.*
*Tuſch. concl. 22. num. 36. lit. l. Surdus conſ. 326. nu-*
*mer. 1. 4.*

9 Ad §. 9. Si Magiſter navis ad reficiendam navem
mutuam acceperit pecuniam, ſed eam in alium uſum
convertit, quæritur, an teneatur Exercitor? & affirma-
tur, unde Dd. ſolent probare, ſi mandatum quis de-
derit ad mutuo accipiendum pecunias, & in certum
uſum convertendas, eum, qui mutuo dedit, ſecurus
fidem mandati omnino poſſe eam ab exercitore re-
petere, licet Magiſter in alium uſum converterit *Stra-*
*cha tit. Mandati. num. 27.*

10 *Ad* §. 12. Quia præpoſitio dat legem contrahen-
tibus, ideo ſi mandati fines excedat Magiſter, Exer-
citor non tenetur. *conf. Afflict. dec. 82. Petr. Greg. lib.*
*29. c. 9. num. 19. Peretz. h. t. C. num. 12. Carpz. d. dec.*
*133. Et Autor ſupra h. t. numer. 7* nam hic dicitur, ſi
quis præpoſitus ad locandum, eum non ſtatim præ-
11 poſitum ad exigeodum. Unde colligunt, eum manda-
tum habere ad accipiendum pretium, qui habet man-
datum de vendendo *Bart. Dec. & alii, quos recenſet*
*Additionator Romani ſing. 23. & Stracha de mandat.*
*numer. 23. & ſeq. licet Joh. a Sande l. 3. tit. 16. d. 2.*
12 qui in fine putat, id ex circumſtantiis dijudicandum.
Puto ſeparandam eſſe venditionem à locatione. Lo-
cator non ſtatim accipit mercedem, niſi poſt uſum,
ſed venditor tradens ſtatim accepit pretium, niſi ha-
bita fuerit de pretio fides, quod a Domino man-
datum non præſumitur, & inclino hic in ſententiam
*Bartoli. conſ. l. 35. ff. de Solut.* Si tamen forma præpo-
ſitionis captioſa v. gr. ſi Magiſter utiliter quid geſſe-
rit, id ratum habendo, pro creditore pronunciandum.
*Buſius ad l. 1. §. 1. num. 4. h. t. Lauterbach. ad h. t. §.*
*1. th. 2.*

13 *Ad* §. 13. *& ſ.* Si plures ſint dati Magiſtri, tunc
diſtinguendum, an in ſolidum, omnes dati, an vero
non, ſed vel conjunctim, vel diviſim: illo caſu ex
unius Magiſtri contractu in ſolidum tenetur exerci-
tor. *Stypm. d. l. num. 128. Struv. t. th. 10. Loccenius*
*de jure marit. l. 3. c. 7. num. 9.* Si vero ita præpoſiti
ſint, ut communiter fieri ſolet, ne alter ſine altero
quid gerat, creditor qui contra legem propoſitionis,
quam ſcivit vel ſcire potuit, cum uno contraxit, ſibi
imputabit, *per §. ſeq. Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 1.*
*th. 2.*

*Ad* §. 15. Exercitor dicitur, ad quem reditus na-
14 vis perveniunt, ſive Jure Dominii, ſive per condu-
ctionem factam per averſionem. Sed quid hoc eſt?
R. Si quis conduxerit navem totam in univerſum,
non ſub certo onerum numero, & ſic omne lucrum
ſentit, & ſic damnum in mercibus *Petr. Gregor. l.*
*29. c. 9. num. 6. Wiſſenbach. d. 28. th. 2.*

*Ad* §. 16. *& 19. & ſeqq.* Si mulier exerceat navem,
15 tenetur hac actione, quia non pro alio interceſſit,
*Dns Ant. Comm. in C. h. t. ad L. 4. num. 2. Et hic ad*
*l. 7. v. de inſt. dict.* ſic pupillus tenetur, ſi eum auto-
ritate tutoris Magiſtrum præpoſuit. Adeoque etiam
filiusfam. & ſervus, loco hujus autem Dominus: Sed
&

& pater ex præpoſitione a filio facta tenetur ſed di-
verſimode; ſi ignorat præpoſitionem, tenetur peculio-
tenus, ſi ſciat, tributaria actione, ſi vero juſſerit, in
ſolidum, *Autor in C. t. Quod cum eo, qui in al. ad L. 8.*
*& L. 9.* & idem in inſtitoria actione, niſi quod Do-
minus vel pater quando volente patre filius, vel ju-
bente Domino ſervus præpoſuit, non teneatur in-
ſtitoria, ſed tributoria *) per hanc l. 1. §. 19. 20. & ſeq.*
*Stypm. d. l. numer. 194. Struv. th. 11. Zœſ. h. t. numer.*
*5. Buſius ad L. 1. num. 7.* Sed ſi pater prohibeat, non
tenetur filius. *Parſ. vol. 1. conſ. 95. num. 58. & ſeq.*

17 Ad §. 17. Qui cum Magiſtro contraxit, poteſt vel
eom Magiſtru vel Exercitore agere, quia prætoria
actio non tollit civilem. Unius autem ſolutione alter
liberatur. *l. 1. §. 24. h. t. Stypm. d. l. num. 224. Struv.*
18 *th. 14. Locc. de jure marit. d. l. numer. 14. Zœſ. h. t.*
*num. 6.* Colligitur ex hoc, actionem hanc exercito-
riam ( ut & inſtitoriam ) non eſſe novas ſpecies actio-
num, ſed qualitates; nam ſi Magiſtro pulverem ni-
tratum vendam, habeo contra eum actionem vendi-
ti directam, contra Exercitorem vero actionem ven-
diti exercitoriam. *Franz. h. t. num. 6. Wiſſenb. d. 28.*
*th. 1.*

19 *Ad* §. 18. Exercitori non datur actio contra me,
qui cum Magiſtro navis contraxi, quia non contra-
xit mecum, & diverſa hic cauſa eſt; niſi Magiſter noo
ſit ſolvendo, vel aufugerit, ut actionem cedere non
poſſit; nam tunc per reſtitutionem, vel aliter Domi-
no ſubveniendum, *argt. l. 1. in fine & l. 2. ff. de Inſt.*
*act.* nam quod in inſtitoria actione receptum, magis
procedit in Exercitoria. *Lauterbach. ad h. t. in fin.*
*Weſenb. in Com. C. h. t. num. 7. Bach. in Weſenb. num.*
*6. Struv. d. l. th. 15. Loccen. d. l. num. 15.*

20 *Ad §. fin.* Si plures navem exerceant, contra ſin-
gulos in ſolidum agitur, ne in plures adverſarios di-
ſtringatur, qui cum uno contraxit, *per l. 2.* ſed id vide-
tur iniquum, ot quis pro alio teneatur? Reſp. *in l. 3.*
id eum, qui in ſolidum conventus eſt, recuperato-
rum à ſociis actione pro ſocio, ſed ſubjungitur *in*
*l. 4. pr.* limitatio, niſi plures per ſe exerceant na-
vem *Loccenius d. cap. 7. num. 9. Zœſ. h. t. num. 5. Wiſ-*
*ſenbach. d. 28. th. 4. Autor in C. h. t. ad L. 2. num. 2.* nam
hoc caſu omnes proportionaliter tenentur, licet *Ron-*
*chegallus ad l. 9. pr. ff. de duobus reis. num. 192.* videa-
tur contrarium dicere, & affirmare, quod deciſio *le-*
*gis 4. princ.* corrigatur per ultima verba §. 2. *l.* 4.
Sed poteſt intelligi de eo caſu, quando plures exer-
cent, ſed in diverſis locis. Ubi quilibet in ſuo loco
pro Magiſtro habendus. Sed ſi duo vel tres in uno
loco ſimul exerceant, in ſolidum non teoentur. *Styp-*
*man. de jure maritimo l. 4. c. 15. num. 193.* quem refert
*Dn. Lauterbach. h. t. th. 4.* ubi refert, in Hollandia
plures ſemper pro parte teneri. Sed vidi judicatum,
unum in ſolidum condemnatum, qui non contraxe-
rat, ſed alter. Verum ibi alter obligationem ſcripſe-
rat nomine ſocietatis, & ſuppoſuerat ſignum commu-
ne ſocietatis, & literæ creditoris ad ſocios ſcriptæ erant
ſigillo iſto communi notatæ.

## ad L. Ne in plures. 2. & 3.

### *SUMMARIA.*

*Si per unum magiſtrum plures navem exercent, quan-*
*do contra ſingulos non in ſolidum agatur? n. 1. & 2.*
*Plures litis conſortes per unum procuratorem agere te-*
*nentur. 3.*

1 PLures exercuerunt navem per unum Magiſtrum,
quæritur, an qui contraxerunt com eo, cum ſin-
gulis in ſolidum agere poſſint? quod affirm. ob no-
tam regulam, ne quis in plures adverſarios diſtrin-
gatur, qui cum uoo contraxit, licet plures illi ex
inæqualibus partibus exerceant navem. *Autor in C.*
*h. t. ad L. 2. num. 2.* Et ſi unus compulſus ſolverit
ſolidum, id ſocietacis judicio aut communi divideo-
do repetit, pro quota ſociorum ſingulorum a ſin-
2 gulis. Hoc ex *lib. prim. 14. titulo tertii.* limitat Cu-
jac. *ad h. l. tom. 1. pag.* 1201. niſi ceſſet actio pro ſo-
cio, aut communi dividundo, ut ſi ſocii ooo ſint ſol-
vendo, æquum putat, aliquem ultra ſuam partem
non teneri. Ex Leg. 2. ootant, ſi plures ſint conſor-
3 tes litis, poſſe peti, ut omnes unum procuratorem con-
ſtituant, per quem agant & ſe defendant. *Chriſtin. vol.*
*2. dec. 187. num. 4. Dn. Mev. pag. 2. dec. 342.*

## ad L. Si eum, qui 5. pr.

### *SVMMARIA.*

*An mihi contra eum, qui ſervum meum navi præpoſuit,*
*actio detur? nu. 1.*
*An hoc caſu exercitor contra me actionem habeat? 2.*
*Si uxor tabernæ præponatur, an & quæ actio inde de-*
*tur? 3.*

1 SErvum meum tu navi præpoſuiſti, ego cum eo
contraxi, quæritur, an mihi contra te detur ac-
tio? Reſp. directa non, quia mihi cum ſervo meo
nulla actio, ſed tamen utilis mihi datur exercitoria
2 actio. Sed quæritur porro, ſi ille Magiſter tibi aliquid
eo nomine debeat, an contra me tibi de peculio de-
tur actio? Aff. ſive gratuito meo ſervo utaris, ſive
conduxeris, ut illo caſu mandati, hoc caſu conducti
tibi detur actio contra me de peculio. Verba ( idem
eſt, ſi communis ſervus nobis erit ) parentheſi inclu-
denda monet *Cujac. tom. 1. p. 1203.* Ex hoc textu col-
ligerem, ſi quis meum filium præponat navi, con-
3 tra illum dari mihi actionem exercitoriam utilem.
Si quis uxorem alicujus tabernæ præficiat, vel fa-
ctricem, ut loqui ſolemus, commiſerit ex contractu
cum uxore ſua ſuper illo negotio celebrato, dare ip-
ſi actionem inſtitoriam utilem.

## ad L. fin.

### *SVMMARIA.*

*In pecunia magiſtro data mutuo, quid probandum ſit,*
*ut actio detur? num. 1. & 3.*
*Quid, ſi longe plus, quam opus erat, datum ſit? 2.*
*Quid in adminiſtratore civitatis, Eccleſiæ? 4.*

1 IN pecunia Magiſtro mutuo data diſtinguitur, an
pecunia mutuo data in eam cauſam, cui tacite &
in conſequentiam præpoſitus eſt Magiſter, an vero in
cauſam expreſſe à Præponente mandatam. In primo
caſu non requiritur verſio, ſed probandum tantum
eſt, quod adfuerit vera cauſa, non fuiſſe quæſitum
prætextum, navem opus habuiſſe refectione, velo, &
ſimilibus: *Autor in Comm. ad C. h. t. L. 1. num. 4.* &
2 quidem tanta pecunia debet eſſe mutuo data, quæ ſuf-
ficiebat, nam ſi quis majorem pecuniam credidiſſet,
quam ad illam cauſam opus eſſet, non conſeque-
tur ſolidum, niſi a Magiſtro deceptus ſit. *l. 1. §. 10.*
*h. t. Stypm. d. l. num. 158. Struv. d. l. Dn. Lauterbach.*
3 *h. t. §. 1. th. 3. in fine.* Sed in ſecundo caſu nullum ho-
rum requiritur. *conſ. Cujac. tom. 2. p. 1237. Duaren. hic*
*c. 2. Franc. Stypm. de Jure mar. c. 15. num. 142. & ſeqq.*
*Dn. Struv. Exerc. 20. th. 20. conf. etiam Loccenius de*
*Jure marit. l. 3. c. 7. num. 6. & ſeqq. Zœſ. ad h. t. num.*
4 4. Sed aliud in Civitate, Eccleſia, & ſimilibus, ubi
verſio in utilitatem probanda eſt. *Iaſon. in L. Civitas.*
*num. 18. ff. de Reb. Cred. Alex. lib. 3. conſ. 4. Hart. Piſt.*
*part. 1. q. 37. num. 33. Fachin. lib. 2. cap. 76. Stracha in*
*tit. de Nautis §. ſcio. num. 2. Wiſſenb. d. l. th. 5. Buſius*
*hic.* niſi adminiſtrator ſpeciale mandatum habuit. *San-*
*de l. 3. tit. 2. d. 3.* Conferatur Commentarius *Petri Peck.*
*in h. tit.* illuſtratus doctiſſimis notis *Arnoldi Vinnii.*

TITU-

## TITULUS II.

### *De Lege Rhodia de Jactu.*

### ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Omnium contributione ſarciendum eſt, quod tempore naufragii ejectum fuit. n. 1.*
*Avaria quid? 2.*
*Idem, in ædibus dirutis incendii cauſa. 3.*
*Idem in contributionibus. 4.*
*Idem, ſi piratis merce des data. 5.*
*Idem, ſi unius civis prædium pro ſalute Civitatis dirutum. 6. & 7.*
*An & quomodo partem damni ferat ille, cujus merces ſunt ejectæ? 8. 9. 10.*

1 QUod juſto metu naufragii levandæ navis cauſa in mare projectum, omnium contributione ſarciendum, ratio *in l. in fin.* quia æquiſſimum detrimentum fieri eorum, qui ob amiſſas res aliorum conſecuti ſunt, ut res ſuas haberent ſalvas. Et hanc contributionem maris accolæ Avariam vocant, de qua
2 voce *Chriſt. v. 5. dec. 65. numer. 38. Vinn. ad Peckium in h. l. 1 lit. C. p. 193. & Boxlornius in proleg. d. tract. Peckii. Wiſſenbach. ad tit. C. de nautico fœn.* Ex hac ratione colligunt Dd. ſi cujus ædes incendii cauſa dirutæ, & ob id aliorum ædes conſervatæ, quod damnum dirutarum ædium a vicinis, ad quos periculum veriſimiliter potuit pervenire, reſarciatur. *Gail. lib. 2. obſ. 22. num. 4. Tr. vol. 1. diſp. 18. th. 8. lit. B. Farin. q. 110. cap. 3. num. 15. Lublerus de Incendio c. 5. numer. 35. Dn. Struv. in differt. de ædific. privat. th. 69. & quos allegat Wiſſenbach. (licet diſſentientes) d. 28. th. 6. Dn. Autor in C. tit. de furt. ad L. 18. numer. 1. 2.* Et quamvis ſi ignis ad domum deſtructam perveniſſet, & certum fuiſſet, illam alias igne perituram, tunc damnum illud vicinorum contributione non eſſe reſarciendum, nonnulli putent: Ab hac tamen limitatione recedit *Dn. Lauterb. hic* §. 1. *th.* 13. quia in naufragio etiam merces periiſſent, quod intelligo, niſi flamma jam corripuiſſet proximas ædes; nam tunc diſcrimen puto eſſe inter periculum maris, ubi metuitur ſaltem naufragium, & inter incendium, quo jam correptæ ædes proximæ. Sed hæc arbitrio boni judicis committenda. Cæterum *Dn. Lauterbach. l. citato* recte monet, hoc caſu tunc reſarciendum eſſe damnum ei, cujus ædes dirutæ, ſi nemo adſit, cujus culpa incendium factum, qui reſarcire damnum poſſit, aut hic non ſolvendo exiſtat, qui teſert. *Farin. d. qu. 110. num. 152. Grævanm. l. 2. obſ. 22. num. 7. Lublerum de incend. c. 5. num. 235.*
4 ſimile Exemplum in Contributionibus. *Klek. de con-*
5 *trib. c. 17. num. 287. & ſeq.* Idem ſi piratis quædam merces dentur, ut tota navis ſalvetur, ſecus ergo ſi piratæ ipſi abſtulerint quaſdam merces *l. 2. §. 3. h. t.*
6 Idem ſi meum prædium pro ſalute totius Civitatis tempore belli dirutum. *Mod. Piſt p. 1. conſ. 16. & quos citat Dn. Struv. d. Exerc. 20. th. 27.* Sic ſi tranſitus militum per certam viam ſemper ſit, damnum a
7 reliquis ſtatibus ſarciendum, vel ſi quibuſdam aufugientibus, ii, qui remanſerunt ſoli hoſpitationis onus ſuſtinuerunt. *Dn. Hahn. h. t. ad Weſenb. num. 1.* Sed
8 quæritur, an etiam partem damni ferre debeat is, cujus merces ſunt jactæ? Hoc aff. *Weſ. in ff. num. 4. Vinnius ad Peckium h. t. in l. 2. 4. Dn. Struv. d. Ex.* 20. v. gr. Tres ſunt mercatores, primus habuit merces
9 14. flor. cujus merces jactæ, ſecundus 28. tertius 56. & horum merces ſalvæ. Hic illa 14. ita diſtribuenda, ut primus ferat damnum 2. flor. licet ejus merces jactæ, quia leges nullibi diſtinguunt. Secundus ſuſtinet damnum. 4. flor. tertius octo, quod exemplum ponit *Wiſſenbach. ad d. 28. th.* 7. Aliud exemplum computationis ponit *Struv. th.* 19. & aliud *Dn. Lau-*



*terbach. ad h. th.* 8. Sed videtur legi 1 & 2. obſtare
10 *l. 4. pr. ff. de præſcript. verbis.* Sed Reſp. *Donellus ad tit. de præſcript. verbis & ex eo Wiſſenbach. d. 28. th. 6. & Vinnius ad Peckium ad l. 2.* propter jactum non teneri, ſed propter ſalvas merces teneri.

### ad L. Si laborante. 2.

*SUMMARIA.*

*Domini ejectarum mercium quam actionem habeant? num. 1.*
*Metus juſtus eſſe debet non vanus. 2.*
*Quid ſi culpa magiſtri naufragium factum? 3.*
*De conſuetudine vectores contra convectores habent actionem in rem. 4.*
*Propter navem exarmatam non fit collatio. 5.*
*Operariorum damnum eſt, ſi inſtrumenta fracta. 6.*
*Vaſalli damnum eſt, cujus equus in ſervitiis periit? 7.*
*An margaritarum nomine & quomodo collatio facienda? 8.*
*Cibaria in caſu neceſſitatis, ut & omnia in commune conferenda. n. 9. & 10.*
*Quomodo amiſſarum & ſalvarum rerum computatio ineunda? 11.*
*De conſuetudine maritima quid obſervetur? 12.*
*An cæteri onerentur, cum aliqui non ſunt ſolvendo? 13.*
*An res projecta habeantur pro derelictis? 14.*

1 DOmini ejectarum mercium habent actionem locati contra Magiſtrum, ſi merces transportandas locarunt; vel conducti, ſi certum locum in navi conduxerunt, & Magiſter contra cæteros vectores, quorum merces ſalvæ, habet actionem & retentionem. *Cujac. ad l. 2. h. t. tom. 1. pag. 1304. Wiſſenbach. d. d. 28. th.* 8. Poſſe tamen Magiſtrum Navis conventum actionem ſuam, quam habet adverſus vectores, præſtare vel cedere, potius quam ejus exercendæ moleſtia ſumtuque ſe onerare, ſecundum regulam *in l. 31. in f. de Peculio L. 16. §. ult. de hæredit. pet.* ut ex *Vinnio* totidem verbis tradit *Lauterbach. ad h. t. th. 9. in fine.*
2 Ex hoc textu & ex verbis (nave laborante) colligunt, juſtum debere eſſe, non vanum metum naufragii. *Struv. Exerc. 20. th. 17.* imo habent etiam actionem ad re-
3 ſtitutionem damni, ſi culpa Magiſtri factum naufragium, quod forte navis plus juſto onerata, vel merces perperam collocatæ, aut navis non recte ducta. *arg. l. 27. §. 23. ff. ad Aquil. Benev. Stracha de Naut. p. 3. num. 13. & Struv. th. 25.* De conſuetudine maritima volunt vectoribus dari actionem in rem contra convectores, eorumque merces, ut *Weſtſinm & Anton. Matth. Wiſſenb. d. l. th.* 8.
4 *Ad* §. 1. Ob exarmatam navem non fit collatio, ſi-
5 cut Locator operis non reſarcit damnum Conductori ob inſtrumenta fracta *Cujac. t. 1. p. 1307. Wiſſenbach.*
6 *d. d. 28. th. 16.* Et ſic faber & alii operarii damnum inſtrumentorum ferre debent, non is, qui locavit
7 operas; quod ad Vaſallum, cujus equus, dum ſervitia præſtitit, periit, extendunt *Rudinger. l. 2. contr. feud. c. 30. nu. 2. & Finckelth. obſ. 87. n. 29.*
8 *Ad* §. 2. Earum etiam rerum nomine, quæ navem non onerant, v. gr. margaritarum, collatio facienda eſt, quia mercatoris intererat, ne margaritæ cum navi mergerentur. *Duar. h. t. c. 3. Cujac. t. 1. pag.* 1308. Et hic non quantitatis ſed valoris habetur ratio, quia viliores res ſed graviores jactantur, ut pretioſiores ſerventur. *Menoch. l. 2. A. Q. caſu 245. num. 8. Vinnius hic & Dn. Lauterbach. h. t. §. 1. th* 6. ſic & veſtimenta & annuli conferendi, per *hunc* §. Liberorum hominum nulla fit æſtimatio. Ex *h. §. in fin.* colligunt
9 cibaria in caſu neceſſitatis in commune conferenda eſſe, & inde iterum colligunt, in caſu neceſſitatis in his furtum non fieri. *Tiraq. de retr. conſangv. §. 26. n. 20. & de pœnis temperandis cauſa 33. nu.* 4. Et tempore obſidionis urbis vel mediæ omnia in commu-

Re ne

ne conferenda, ex *Vinnio hic. D. Lauterbach. th. 7.*

*Ad* §. 3. Vid. *ſupra ad L. 1. notata Autoris.*

11 *Ad* §. 4. Quando amiſſæ res & ſalvæ computandæ, tum amiſſæ ſecundum eum valorem æſtimandæ, quo emtæ ſunt, non quo vendi poſſunt, ſed res ſalvæ eo valore, quo vendi poſſunt, non quo emtæ. Sufficit enim illo caſu Dominis, recuperare pretium, quo emtæ, amiſſionem autem lucri animo æquo ferre debent. *Wiſſenbach. d. dec 28. th. 7. Struv.*
12 *d. Exerc. 29. th. 19.* De conſuetudine tamen maritima teſtantur nonnulli, quod *hic paragrap.* obſervetur, quando nondum major pars navigationis confecta, ſed ubi major pars confecta, merces eo pretio æſtimantur, quo vendi loco deſtinato potuiſſent. Dd. refert *Vinnius ad h. paragrap. & Wiſſenbach. d. d. th. 7.*

13 *Ad* §. 6. Quæritur, an ſi aliquis non ſolvendo ſit, hoc cæteros oneret? Et affirm. nec id tantum onerat Magiſtrum. De nauta intelligit *Dn. Struv.* hunc §. *th.* 28. Sed vereor, ne remotior hæc a titulo interpretatio; mallem cum *Petr. Peck. & interpretibus* de tali caſu *hunc* §. intelligere, ubi merces ex caſu contributioni non ſufficiunt, & Magiſter liberatur non a toto, ſed a tanto. *Vinnius ad Peck. hic.*

*Ad* §. *pen.* Si merces ejectæ recuperatæ, contributio levatur. *Struv. th. 22. Loccenius de Jure marit. l. 2. c. 8. num. 18. & Lauterbach. h. t. th.* 10.

14 *Ad paragrap. ult.* Res projectæ non habentur pro derelictis. *Autor in C. tit. de furt. ad L. 18. num. 4. 5. & ad L. 1. C. de Naufrag. num. 1. ſeq.* Nam ea derelinquuntur, quæ ſponte relinquimus animo amittendi, ſed eo caſu Domini mallent retinere. In neceſſitatibus nemo eſt liberalis. Sed contraria videtur 43. §. *pen. infra de furtis.* verum reſponderi poteſt ex iis, quæ notavi *ad d. §. pen & ad L. 8. h. t. num.* 1. & ita non fit invenientis *Wiſſenbach. d. 28. th. 9. Lauterbach. d. l.*

## ad L. Navis onuſtæ. 4. pr.

### *SUMMARIA.*

*Caſus pr. refertur. n.* 1.
*An & ille contribuere teneatur, cujus merces quidem ſalva, ſed deteriorata?* 2.
*Onere duplici nemo gravandus. n.* 3.
*Feuda, ex quibus præſtantur ſervitia equeſtria, tantum in caſu neceſſitatis collectantur.* 4.

1 SI navis plurimis mercibus onerata portum intrare nequeat, & ideo merces quædam in ſcapham ſint projectæ, & ſcapha hæc cum mercibus mergatur & pereat, tunc his, quorum merces in ſcapham projectæ perierunt, damnum a reliquis, qui merces in navi ſalvas retinuerunt, per contributionem eſt ſarciendum. Si vero ſcapha ſalva navis perierit, contributio non habet locum; nam ab his, qui merces in navi retinuerunt, nihil factum eſt; ut merces in ſcapha conſervarentur, *Vinnius hic & Sig. Stracha de Navibus part. 2. num.* 19. ubi hanc legem a nautis ignorari non debere monet, ubi tamen in primo membro part. (Non.) delendam eſſe, recte monet *Dn. Lauterbach. ad h. t. th.* 12.

2 *Ad paragrap. ult.* Caſus hic exprimitur talis. Merces Titii ejectæ ſunt, meæ ſalvæ quidem ſunt ratione ſubſtantiæ, ſed deterioratæ, an & ego contribuere teneor Titio? Diſtinguitur hic, an ob jactum mercium, dum meæ merces jam ſunt nudatæ, quæ antea tectæ erant, an vero aliunde damnum acceperint, quod forte in aliquo angulo latitarint & unda penetrarit.
3 Priori caſu ſubdiſtinguendum, an plus ſit conferendum, quam damnum ſit, vel contra: ſi illud, deducto damno reliquum conferendum, ſi hoc, nihil conferendum. Sed poſteriori caſu conferre debet, ſed ſpectato pretio rerum præſente, non eum integræ emtæ eſſent, ſed ipſi non confertur. *Struv. d. Exerc. 20. th. 21. Loccen. de Jur. maritim. lib. 2. cap. 7. & 8. Lauterbach. h. t. th.* 11. Collige, neminem eſſe duplici onere gravandum, *Autor ad L. 15. numer. 3. & 4. C. de omni agro deſert.* quæ regula *ex hoc paragrap. & lib. 16. paragrap. 3. infra, ad Trebell.* ſemper ſolet allegari *hic & lib. 16. paragra. 3. ad Trebell. Hartm. Piſt. lib. 2. p. 1. quæſt. 12. numer. 21. Alex. l. 6. conſ. 78. numer.* 10. *Weſenbach. conſ. 176. numer. 10. & 37. Cardin. Tuſch. concl. 136. lit. O. & Finkelth. obſ. 13. numer. 9. Barb. l. 13. cap. 22. axiom.* 7. Sed feuda, ex quibus ſervitia eque-
4 ſtria præſtita, ab onere collectarum extra caſum neceſſitatis libera, & licet in caſu neceſſitatis collectentur, deſinente tamen neceſſitate, redit libertas. *Mev. p. 4. dec.* 33.

## ad L. Navis adverſa. 6.

### *SUMMARIUM.*

*An Domini mercium ad reparationem navis fulmine tacta contribuere teneantur?*

NAvis onerata fulmine tacta, & valde deperdita, in proximum portum delata, & ibi utcunque refecta fuit, quæritur, an non Domini mercium aliquid contribuere teneantur pro ſervatis mercibus? Reſp. nihil, nam hic ſumtus inſtruendæ navis gratia potius, quam ad ſervandas merces facti. Nam periculum inſtrumenti alicujus, cujus Dominus ſuam operam locavit, pertinet ad Dominum, non ad eum, cui operarius ſuam operam locavit, *l. 2. §. 1. ſupra h. t.*

## ad L. Cum depreſſa. 7.

MErces ex naufragio ereptas, quiſque ſibi ſervat, nec tenetur conferre. *Struv. th.* 26.

## ad L. Qui levandæ. 8.

### *SUMMARIA.*

*An in dubio jactata habeantur pro derelictis? nu.* 1.
*An Domini terrarum ſibi Jure vindicare poſſint ejecta?* 2.

1 JActata in dubio non videntur haberi pro derelictis, *Autor in C. tit. de Furt. ad L. 18. numer.* 4. 5. niſi ex modo jactus aliud præſumatur, ne obſter *l. 43. ff. paragrap. 11. de furt.* vel *illa L.* 43. de opinione projicientis intelligenda, quatenus non dubitat res eſſe perituras, nec ullam recuperandi ſpem habet, forte ſi in medio Oceano ejeciſſet. *Vid Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 20. th.* 2. licet aliter *Hill. in Don. lib. 4. c. 13. lit. C. Wiſenb. diſp. 28. th.* 9. ubi,
4 quid in Gallia obſervetur, tradit. Sane juri naturali repugnat, ut quis ex alterius calamitate ſentiat lucrum. Abſurda ergo ſtatuta contraria, quæ Principi Jus hoc tribuunt, ut illas in mare projectas ſui juris faciat. *Vid. Auth. Navigia. C. de furtis & Conſtit. Carol. art. 218. Dn. Autor in C. tit. de Furt. ad L. 18. numer.* 9. Sane non eſt iniquum, ut merces repertæ a ſuperiore conſerventur, ut naufragium paſſis vel eorum hæredibus reſtituantur merces appulſæ, ut ſi nemo reperiatur, ad pias cauſas vel Imperii utilitatem convertantur, ſi diligens modo præceſſerit inquiſitio.

## ad L. Deprecatio. 9.

### *SUMMARIA.*

*Imperator quomodo dicatur mundi Dominus? numer.* 1.
*Sententia Legis.* 2.

Impe-

Digitized by Google

1 IMpetator eſt mundi Dominus, ſcilic. prim. ra-
tione Protectionis. ſecund. Ratione univerſalis Do-
minii, quod *Grotius de Jure pacis & belli* paſſim
ſupereminens vocat. Simpliciſſima tamen hujus textus
2 videtur ſententia, quod quidem Imperator Orbis
Chriſtiani tum fuerit Dominus, cujus legibus non
terra tantum, verum etiam mare parere debeat, ſed
in mari tamen non lege propria ſe judicare velle, ſed
Lege Rhodia, quæ ab eo approbata ſit, quatenus le-
gibus Romanis non repugnet, *ex Aleſato lib. diſp. 2. c.
5. Wiſſenbach. d. dec. 28. th. 14. confer. prolixe hac de
lege differentem Joh. Igneum. in repet. L. neceſſarios.
paragrap. non alius. ad Senatus Conſult. Silan. p. 3. nu-
mero 16. 18. 19. 21. 24. 26. & 28. volum. 3. Cagnol. in
proœm. ff. numero 19. Vaſq. in ill. quaſtion. 10. num. 18. &
plures alii ab his citati. vid. Cagnol. in proœm. ff. nu. 20.
& ſeq. Vaſq. p. 1. Controv illuſtr. lib. 1. c. 20. Ant. de Pa-
dilla in L. altius nu. 5. C. de Servit.*

## ad L. fin.

### *SUMMARIA.*

*An pro mancipio in navi mortuo vectura debeatur? numer. 1.*

*An, ſi navis optima conducta eſt, & tu deteriorem adhibes, & amba pereunt, ad reſtitutionem damni agatur? 2. & 3.*

*An merces tota Advocato debeatur, ſi prima parte anni vixit? 5.*

*Difficultas ſuperveniens excuſat a pœna moræ 6.*

1 QUæritur, an pro mancipio in navi mortuo de-
beatur vectura? Et diſtinguuntur tres caſus,
1. Si pro depoſitis in navi mancipiis vectura pro-
miſſa, & tunc datur etiam pro mortuis. 2. An ve-
ro pro portandis, & tunc contra. 3. Si non conſtet,
quid actum, & tunc debetur tota vectura. *Ludov.
Rom. ſingular. 461. Beneven. Stracha in tr. de Navi-
bus. part. 3. n. 16. & ſeqq.*
2 *Ad paragrap. prim.* Navem conduxi, & volui, ut
optima navi veherentur merces, ſed tu deteriori im-
ponis, obligatus es mihi ad damnum reſtituendum.
Sed quid ſi ambæ naves, melior & deterior periiſ-
3 ſet? Reſp. tunc non teneris, quia etiam firmiori
navi depoſitæ periiſſent, & ſic caſus ſuperveniens
culpam præcedentem purgat, & caſu futuro depen-
det declaratio doli præſumti. *Joh. Hannibal. in rep.
leges nemo poteſt. de leg. 1. numero 172. conf. Lauren-
tinus de pinu. conſ. 93. numero* 11. Eadem ratio eſt, ſi
4 navarchus impeditus ob morbum, ob retentionem
navis firmioris, ob factum alterius, licet ſub pœna
promiſerit transvectionem intra certum tempus. *Cuj.
5 lib. 3. obſ. c.* 2. Ex hoc etiam probant, licet alias mer-
ces annua tota debeatur, ſi prima parte anni Advoca-
tus vixit, *per l. 4. ff. de offic. Adſeſſorum.* id tamen limi-
tant *ex h. l. fin.* niſi conditionaliter promiſſum ſit ſala-
rium, ſi operas præſtitit. *Carpz. p. 1. c. 1. def. ult.* Col-
lige ex h. §. difficultatem ſupervenientem excuſare a
6 pœna moræ. Multos allegat Dd. *Wamnes. conſ. 6. n.
3. cent. 4.* ubi id declarat, niſi adjecta fuerit expreſſe
promiſſio pœnæ vel intereſſe, & niſi ſuperveniat im-
pedimentum poſt lapſum temporis conventi. *Wam-
mes. d. conſ. 6. nu.* 21. nam ſuperveniens impedimen-
tum impedit ratificationem, *per l. 24. ff. rem ratam ha-
beri. Videatur de hoc titulo Doctiſſimus tr. Petr. Peck.
cum notis Vinnii & Dn. D. Strykius in Diſput. de Jure
navium.*

# TITULUS III.

## *De Inſtitoria Actione.*

## ad L. 1.

### *SUMMARIA.*

*Actio inſtitoria quid ſit? nu. 1.*

*Præpoſitio vel expreſſa vel tacita eſt. 2.*

*An præponenti actio detur contra eum, qui contraxit cum inſtitore? 3.*

1 QUia Dominus præponens ex contractu inſti-
toris (i. e. talis perſonæ, quæ ex commiſſione
Domini negotiationem quæſtuariam adminiſtrandi
facultatem habeat, quos hodie factores vocamus. *Dn.
Lauterbach. ad h. t. §. 1. th. 1. Beſoldus in theſ. pract.
voce Factor.*) commodum ſentit, ideo Prætor dedit
actionem inſtitoriam, ut Dominus ex contractu In-
ſtitoris teneatur, quæ actio ut Exercitoria non eſt ſpe-
cies certæ actionis, ſed qualitas. *Bach. in Weſ. nu. 2.
Franzk. ad tit. de Exerc. act.* & datur, licet non pro-
betur verſio in utilitatem Domini. *Bart. d. l. nu. 3.*
2 Eſt autem præpoſitio duplex, tacita vel expreſſa: illa,
quando is publice ſe gerit pro alterius inſtitore, Do-
mino ſciente & patiente. *Ronchegall. ad L. Eandem
enim. 9. numero 153. de duobus reis. Rota Genuenſ. De-
ciſ. 14. num. 1. & 48. Berlich. p. 2. dec. 252. num. 5. Dn.
Autoris Comm. in C. h. t. ad L. 1. n. 5. 6.* In fine di-
citur, præponenti dari actionem contra eum, qui cum
inſtitore contraxit, ſi modo rem aliter ſervare non
3 poſſit. *Duar. hic. c. 4. Wiſſ. d. 28. th.* 20. nam ſi præ-
ſens ſit inſtitor, & actiones, cedere poſſit, licet non ſit
ſolvendo, ceſſat hoc extraordinarium remedium, *Dn.
Lauterbach. ad h. t. th. 8. in fine.*

## ad L. Cuique. 5. pr. & §. ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Inſtitores ſunt, qui etiam certæ ſpeciei negotiationis præpoſiti, & qui a ſartore præpoſitus. nu. 1.*

*An ex delicto inſtitoris detur quaſi inſtitoria? 2.*

*Præponens ex delicto inſtitoris tenetur tantum civiliter. 3.*

*Præponens tantum ex illo contractu obligatur, ad quem præpoſuit. 4.*

1 EX his textibus & exemplis colligitur, non tantum
illos Inſtitores hic dici, qui in genere omnibus Do-
mini negotiationibus præpoſiti ſunt, quos generales
licet appellare, ſed etiam, qui certæ negotiationis
ſpeciei ſunt præpoſiti: *Dn. Autor in Com. ad C. h. t. L.
1. num. 7,* qui vero ad unum actum conſtituitur, pro-
curator dicitur, *Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 1. th. 2.* qui
refert *Chriſtinaeum v. 3. dec. 33. num. 3. Bach. ad Weſen.
1. & 4. & Petr. Greg. l. 29. Synt. c. 12. num.* 1. Et ex
§. 4. colligitur, Sartores, fullones & omnes mechani-
cos, qui res ſuo labore elaboratas diſtrahere ſolent,
poſſe habere inſtitores. *Dn. Lauterb. ad h. t. §. 1. t. 4.*
2 Ex §. 8. notetur, ex delicto Inſtitoris, ſi ſcili-
cet circa negotium illud, quod ipſi commiſſum eſt,
furtum vel aliud delictum perpetratur, quaſi inſti-
toria: quia ex contractu vera inſtitoria datur. *Berlich.
p. 2. dec. 252. num 2. Weſ. in ff. hic nu. 5. Rota Genuen-
ſis. dec. 14. num.* 17. Licet diſſentiat Bach. *d. n. 5. &
Hahnius.* Certum autem eſt, in dicto, §. de nullo
contractu agi, ſed de delicto, ſcilicet ſpolio. Sed
non puto, ex omni delicto dari quaſi inſtitoriam, ſed
ſi in adminiſtratione officii delinquat inſtitor, & ſi con-
tractum ponamus, non eſſet quaſi inſtitoria: Licet pu-
tem, in verbis tantum eſſe litem, ſi declarationem jam
poſitam amplectamur. Collige ergo, præponentem
3 Dominum ex delicto inſtitoris teneri, quando is



Digitized by Google

circa officium ſibi commiſſum deliquit, non quidem criminaliter, ſed civiliter, ad reſtitutionem damni. *Hondedeus vol. 2. conſ. 96. numer. 17. & ſeq. Menoch. conſ. 1205 num. 41.* ubi plures refert Doctores. *conf. l. 1. pr. & § familia, 5 infra de Publicanis.* de Verbo, Libitinarius, videri poteſt *Alciatus ad l. negotiatores partiarii C. de Excuſat. munerum.*

4 *Ad* §. 1. Dominus tenetur ex contracto Inſtitoris, ſed circa id tantum, ad quod præpoſitus eſt expreſſe vel tacite, & hoc commune eſt cum Exercitoria. *Gail. lib. 2. obſ. 21 numer. Surd. Conſil. 326. num. 14 Berl d. dec. num 8. Hipp. de Marſil. ſing 560 num. 6 Tuſch. concl 224. num. 36.* Et ſic qui ad certum tempus præpoſitus eſt, ſo uta præpoſitione non obligat præponentem, ſecus ſi ſine præfinitione temporis præpoſitio facta. *Strach intr. de Contr. Mercat. num. 14. & Cagnol. in l. qui cum alio. 19 ff. de R. J. num. 3.* Et ex §. 17. & ex l. 17. §. 2. & 3. notetur, morte præponentis non finiri inſtitoris officium, ob utilitatem mercimoniorum. Ideoque ſi ſciens mortuum præponentem cum inſtitore contrahat, habet obligatos hæredes *Buchov. d. 8. th. 10. ad Tr v. 1. d. 24. th. 7. lit. E.* & alios etiam referens *Dn Lauterb. ad h. t. §. 1. th. 8.*

## ad L. Sed & ſi quis. 7.

### *SVMMARIA.*

*Præponere poteſt omnis, qui habet facultatem adminiſtrandi. n. 1.*
*Indiſtincte quivis præponi poteſt. 2.*
*An qui prohibitus eſt negotiari, inſtitore uti poſſit? 3.*

1 NIhil intereſt, qualis perſona ſit, quæ præpoſuit vel præpoſita eſt. Sic mulier præponere & præponi poteſt. *Autor h. ad L. 7. num 15. & Autor in C. h. t. ad L. 4. num. 1.* Sed in præponente requiritur facultas adminiſtrandi. Sic minor non habens curatorem præponere poteſt, ſed qui curatorem habet ſine ejus conſenſu non poteſt. *Lauterbach. h. t. §. 1.*
2 *th. 4.* Sed in præpoſito non diſtinguimus; nam indiſtincte etiam ſervus, etiam prodigus, etiam pupillus præponi poteſt, adeo ut præponentem obliget ex ſuo contractu, licet ipſe non obligetur. Imputet enim ſibi Dominus, quod pupillum præpoſuerit. *Dn. Lau-*
3 *terbach. ad h. t. §. 5.* ſic etiam procurator meus poteſt inſtitorem dare. *l. 5. §. ult. & l. ſeq. h. t.* & inſtitor ipſe poteſt ſubinſtitorem conſtituere vid. *Coll. Arg. hic th. 3. Lauterb ad h. t. §. 1 th. 4.* niſi Dominus prohibuerit, quod in Magiſtro navis ſecus. *vid. not. Au-*
4 *toris ad l. 1. §. 5. ſ. ff. de Exerc. act.* Sed an prohibitus mercari poteſt inſtitorem conſtituere? Vid, *Dn. Lauterbach. d. th. 4.* Ego diſtinguerem, an prohibitus quis ſit 1. ex delicto, an 2. ob intereſſe tertii ſc collegii mercatorum, vel civitatum, vel tertii ob dignitatem perſonæ? in caſu primo & ſecundo conſentio, non poſſe ſed in tertio poſſe. *per l. 19. C. de Adult. Clem. 1. de Vit. & honeſt. cler.* Colligitur etiam *ex l. 7. §. 2. ibi, ſi mulier ſit præpoſita tenebitur etiam ipſa,* quod inſtitor civili actione teneatur, & conveniri poſſit; ab eo, cum quo contraxit, non ut ex ſuis, ſed ex Domini bonis, quæ adminiſtrat, ſolvat *Dn. Wiſſenb ad h t. th. 9.* referens *Carpz. p. 1. dec. 10. Gylmannum tom 4. p. 1. voto 32. nu. 9. & alios.*

## ad L. Sed ſi pupillus. 11. §. 3. & 4.

### *SVMMARIA.*

*Præponens, qui non vult amplius obligari per inſtitorem, quid obſervare debeat? num. 1.*
*Inſtitores ubi incerti ſunt, publico programmate id ſignificandum? num. 2.*
*Inſtitores certo loco præponi ſolent. 4.*
*Publicum proclama debet durare per legitimum ſpatium. 5.*
*Si inſtitoria non recte actum, tributoria ſupereſt. 6.*
*Qui uſus eſt actione inepta, poteſt redire ad actionem aptam. 7. & 8.*

1 SI præponens nolit, ut cum inſtitore ſuo amplius contrahatur, debet id publicis literis loco eo, quo inſtituit, ſignificare, ut in omnium notitiam veniat. Quo caſu non convenitur præponens amplius, nec audiendus, qui contraxit poſtea, ſi dicat, non legiſſe ſe literas, cum potuerit legere. Si modo perpetuo maneat proſcriptum, nec ab aliquo ſublatum ſit, aut tempeſtate corruptum, &c.
2 Colliget. ubi incerti ſunt Inſtitores, publico programmate id ſignificandum eſſe. *Cephalus conſ. 354. n.*
3 *3.* 2. Quando creditores citati, neminem excuſari, ſi ignorantiam alleget, niſi abſentiam & ignorantiam ſimul juramento confirmat. 3. Inſtitorem plerumque
4 certo loco præponi, licet etiam ſine certo loco præponi poſſit, nam & inſtitores ita conſtituuntur, ut commeent per provincias cum ciſta pretioſis mercibus referta, atque intrent domos privatorum, *Cujac. ad l. 4. h. t. Schneidewin. d. l. numer. 8. Autor in h. t. 2.*
5 *ad L. 18.* 4. Non prodeſſe publicare, niſi per temporis duret ſpatium; nam ſi brevi ſteterit publicum proclama, non contra eos, quorum intereſt, procedi poteſt. *Rota Gen. dec. 24. numer. 2. Publicum proclama, aut programma quid ſit? Explicat Autor in C. t. de Remiſ. pign. ad L. 1. num. 6. 7.* Si etiam Inſtitor pecuniam mutuam acceptam in ſuam utilitatem vertiſſet, dolus hic præponenti potius quam contrahenti noceret. *argto. §. 4. in fine Rota dec. 14. n. 17. Dn. Lauterb. h. t. §. 2. th. 3.*
6 *Ad §. pen.* Si inſtitoria recte actum, non poteſt poſtea agi tributoria actione, ſed ſi minus recte actum
7 inſtitoria, tributoria ſupereſt. Unde notant, eum, qui uſus actione inepta & propterea repulſus eſt, poſſe
8 redire ad actionem aptam. Sic qui ex conditionata promiſſione egit ante impletam conditionem & propterea repulſus, exiſtente poſtea conditione, agere denuo poteſt; quam materiam pro more multis exemplis illuſtrat. *Tiraq. in L. boves. §. hoc ſermone. de V. S. limit. 1. n. 16. & aliis ab hoc allegatis.* qua de re etiam alibi, ſcilicet quod electa actione inepta, non excludatur actio apta.

## ad L. Habeat. 13. pr.

### *SVMMARIA.*

*An iis, qui ſervo, quem Dominus merci oleariæ & mutuis pecuniis præpoſuit, mutuo dedit quaſi ad merces, hac actione repetat: nu. 1.*
*An, ſi ex actis de jure agentis conſtat ex alia cauſa quam quæ in libello eſt expreſſa, judex abſolvat & condemnare valeat? 2. & 3.*
*An judex præſcriptionem non allegatam poſſit ſupplere? 4.*
*An, ſi in inquiſitione crimen non probetur, de quo quis accuſatus eſt, aliud tamen probetur, abſolvi debeat inquiſitus? 5.*
*Plures ex partibus inæqualibus præponentes tenentur in ſolidum? 9.*

DOminus ſervum præpoſuerat Merci oleariæ, nec
1 non pecuniis mutuis accipiendis, illi ſervo mutuo do centum, opinione mea ad merces, & quaſi ad merces datam pecuniam repeto ex olearia negotiatione, ſed non poſſum probare pecuniam pro mercibus eſſe datam, & ſuccumbo, quæritur, an ut mutuo datam per hanc inſtitoriam ex altera cognitione poſſim repetere? Reſp. obſtare quidem exceptionem rei judicatæ, ſed hic ex æquitate mihi dari actionem utilem ex alia cauſa. *Padilla in L. Error C. de Juris & facti ignorantia numero quinquageſimo Salgado in Labyr. p. 2. Cap vigeſim tert. numero quinquageſimo quinto* Undè colligit *Klock. volum. ſecund. conſilio quadrageſimo tertio, numer.*

2 *numero octuageſimo ſecundo* Judicem, qui ex cauſa in
libello deducta mале actum vider, & ex alia cauſa
actor ejuſmodi Jus prætenſum conſequi poſſit, poſſe
reum abſolvere, & actori Jus ex alia cauſa agendi ap-
sius reſervati. Et ſic hoc caſu non debet reus ex alio
capite, de quo in lite conteſtata nun eſt actum, con-
demnati. *Menoch. l. 1. A. Q caſ. 30. quæſtione prima,*
*Johann. Gutterez. l. 1. pract. quæſtion. cap* 100. *numero ter-*
*tio*, quia tamen id limitat *numero quinto*, niſi ex con-
feſſione rei id prubaret. *Hartm. Piſt. 1. quæſtione qua-*
3 *drageſima quinta, numero ſeptimo*. Sane ob clauſulam
ſalutasem permiſſum judici crederem, ona ſententia
totam litem decidere. Obiter nota, ex hoc textu, ot
& *ex l. 1. C. h. t.* Si ex actis de jure agentis certo con-
ſtaret, poſſe ex alia cauta, quam quæ in libello expreſ-
ſa, condemnari reum. Nam debet eſſe magis cauſæ,
quam actioni adſtrictus. Nec Judex duplicare de-
bet lites, & ubi ſimul poteſt una ſenteotia omnem
perimere litem, juſte decidit, etſi non petitum. quod
ex actis apparet, ad cauſam tamen terminandam per-
tinet. *Dn. Mevius p. 1. deciſione trigeſima ſeptima* Et hoc
4 maxime ſuaſerim judicibus, ut ſpretis ambagibus &
ſubtilitatibus quorundam Doctorum, una ſententia
omnem litem dirimant, cum hac tamen cautela, ſi
ex actis plene illud Jus appareat. Ideoque alibi dixi,
non facile præſcriptionem non allegatam ſuppleri
debere, quia præſcriptio multa habet requiſita, & ho-
die facile aliqoid præſcriptioni opponi poteſt, ideoque
præſcriptionis exceptionem, ſalva tamen replicatio-
ne actoris, & ſic non definitive ſuppleri poſſe con-
cedo. Sed ex his apparet, quid de hac ſententia ju-
5 dicandum, quam proponit *Hippol. Rimınal. conſilio*
*ſexageſimo primo, numero quarto, libro primo*, quod in
inquiſitione, ſi crimen propter quod in inquiſitio-
nem reus tractus, non probetur, ſed in proceſſu
aliud probetur, non debeat ſequi abſolutio, falſam
hanc eſſe puto, ſi ſufficienter convictus ſit. Collige,
6 neceſſe eſſe ad hanc actionem, ut Dominus inſti-
torem mutuo accipiendo præpoſuerit, ſi non expreſ-
ſe, tamen tacite, & ſic poro eſſe io hoc etiam diſcri-
men inter Exercitoriam & hanc inſtitoriam, quod ibi
tantum neceſſitas mutui probanda, nam longe li-
berior poteſtas magiſtri navis, quam inſtitoris, cum
maritimæ expeditiones longe pluribus caſibus inſpera-
sis atque improviſis ſint expoſitæ. *Rota Genuens de-*
*ciſione decima quarta, numer. centeſimo ſeptimo.* Collige
etiam, non eſſe neceſſe, ut creditor probet verſio-
7 nem io utilitatem Domini, modo inſtitor mutuo ac-
cipiendo præpoſitus *vid. Dn. Struv. th. 34. & quos*
*ibi allegat. Surdus deciſione centeſima quinquageſima ſex-*
*ta, numero primo, Rota Gen deciſione decima quarta,*
*Kopp. deciſione vigeſima prima.* Alias in mutuo reqoi-
runt, ut inſtitor tempore contractus dicat, ſe acci-
8 pere mutuum pro utilitate menſæ & tabernæ, & ta-
berna opus habuerit, & non plus datum *Alex. v. 2.*
*conſilio quadrageſimo quarto. Rota Gen. d. deciſione deci-*
*ma quarta, numero centeſimo quarto, Ronchegallus d. l.*
*numero* 159. *& ſequent. Berlich. d. l. numero ſeptimo.* Sed
putarim tamen, mutui accipiendi mandatum expreſ-
ſum vel tacitum probandum eſſe.

*Ad §. fin.* Si plures licet impares partes habeant in
9 ſocietate, & inſtitorem communem præponant, qui-
libet teneiur in ſolidum, qoia obligatio ſemel for-
mata in unius perſona, in plures derivari nequit, quic-
quid vero unus præſtiterit, actione pro parte recupe-
rabit. *Ronchegall. d. l. nu.* 164. *Rota Gen. d. deciſ. num.* 8.
*Surdus Conſil.* 326. *nu.* 2. *Capyc. dec.* 180. *Struv. th.* 37.
*Dn. Autor in C. h. t. ad L.* 2. *nu.* 2. Et quia Novella de
correis debendi loquitur, & non de omnibus eis, qui
in ſolidum obligati, ideo putat *Ronchegallus d. l. n.* 169.
ne quidem beneficium diviſionis eos habere, quod ſuo
loco relinquo. Nam receptius eſſe puto beneficium
non denegare, per tradita *Marquardi de Mercat. l. 1.*
*c. 8. num.* 37. Agetur aliquid hac de re *ad l. 28. ff. pro*
*ſocio.*

## ad L. Si cum Villico. 16.

### *SUMMARIA.*

*An ex contractu Villici contra Dominum utilis inſtito-*
*ria detur? n. 1. 2.*

*Utilis inſtitoria quid ſit & quando detur?* 3. & 4.

5 Villicus agro colendo & colligendis fructibus
præpoſitus, non poteſt ex ſuo contractu obli-
gare Dominum, ſed ſi vendendis etiam fructibus præ-
poſitus ſit, plus eſt quam villicus, & ſic utilis dicitur
2 inſtitoria actio. *Cujac. t. 1. p.* 1204. Igitur non omnis
præpoſitio parit inſtitoriam actionem, ſed ſi quæ-
ſtuario negotio quis præpoſitus ſit, utilis datur ac-
tio inſtitoria, ubi quis certo facto cum poteſtate ta-
3 men vendendi præpoſitus eſt, ut io *l. 19. h. t. Petr.*
*Greg. lib. 19. c. 12. num. 2. Duar. c. 1.* Et ſic hæc actio
dari poteſt cuilibet, qui cum procuratore meo con-
traxit. *conf. Bach. ad Tr. d. 24. th. 11. Dn. Struv. th.*
40. Vulgo utilem inſtitoriam vocant, quando quis cer-
tæ negotiationi præpoſitus, directam vero, quando
4 quis univerſali negotiationi præpoſitus. *Weſenb. in ff.*
*num. 1. & 5. Rota Gen. d. l. num.* 7. Sed recte hoc ne-
gat *Schneid. ad §. Inſtitoria. Inſt. quod cum eo nu. 5.*
*& 8. Bachov. ad Weſenb. per l. 5. ff h. t.* utraque igi-
tur directa. Sed ſi quis certo facto præpoſitus, tunc
datur utilis. *Petr. Greg. lib. 29. c. 12. nu. 2. conf. Duar.*
*h. t. c. 1.*

## ad L. Si quis mancipiis. 17.

### *SUMMARIA.*

*Ex contractu inſtitoris datur actio principalis & acceſ-*
*ſoria, puta v. g. ex ſtipulatione dupla, n. 1. &* 2.

*Cur mandatum inſtitoris non finiatur morte?* 3.

*An hæredes præponentis in ſolidum obligentur ex con-*
*tractu inſtitoris?* 4.

5 Ex contractu inſtitoris non tantum datur actio
principalis emti, crediti, &c. Sed etiam ex actio-
nes, quæ ex contractu ſubnaſcuntur, ut actio redhi-
bitoria, ædilitia, & actio ex ſtipulatione duplæ. Sed
2 obſtare videtur, quod procurator præſtita cautione de
judicato ſolvendo non obliget Dominum, *per l. 28.*
*ff. de procur.* Sed reſp. quod Dominus de ſimplo vel
duplo ratione evictionis cavere debuerit ipſe, non ve-
ro de judicato ſolvendo cavere. Procurator de judica-
to ſolvendo cavet ſuo nomine, ut procurator de evi-
ctione cavet nomine Domini, & ut principalis. *Vid.*
*Cuj. t. 1. p.* 1205.

*Ad §. 2. & 3.* Licet alias omne mandatum mor-
3 te finiatur, in inſtitoribus tamen hoc ſingulare, quod
poſt mortem etiam præponentis duret præpoſitio, li-
cet hæres ſit pupillus, niſi præpoſitio ſit revocata, &
quidem ratio eſt utilitas promiſcui uſus, & commer-
ciorum favor, qui fecit, ut mandatum morte non
finiatur in hac materia *Zaſius in l. more. n. 38. ff. de jur.*
5 quod ampliatur §. 3. Licet qui cum inſtitore contraxit,
ſciat præponentem deceſſiſſe ubi quæri poterat, an hæ-
redes omnes in ſolidum videantur obligati? Certum eſt,
quicquid vivo præponente geſtum, ex eo hæredes obli-
gati pro partibus hæreditariis. Puto etiam, quicquid
poſt aditam hæreditatem geſtum eſt, hæredes in ſoli-
dum obligare; nam eo tempore pro inſtitore hæredum
habendus; nam hæredes non renunciantes, videntur
continuaſſe præpoſitionem, & de novo præpoſuiſſe. *Ro-*
*ta Gen. dec. 14. n. 6. & ſeq.* Sed quod ante aditam hæredi-
tatem geſtum, ex eo hæredes tantum pro partibus hære-
ditariis obligari putarem, quia eo tempore adhuc pro
defuncti inſtitore habendus, non potuerunt ante adi-
tam hæreditatem renunciare. *conf. Struv. t. 36. & Cuj. t.*
*5. p.* 1207. Sic ob utilitatem promiſcui uſus continuatur
mandatum, morte mandantis alias extinctum. *Autor ad*
*L. 15. n. 1. 7. C. Mandat.* Sicut & cœpto negotio continua-
tur juriſdictio in connexis. *Zaſ. ad l. more. ff de juriſd. nu.*
33. In §. 3. hujus legis pro voce (ſciens) neſciens legi
debere, vult *Anton. Faber. lib. 2. conject. c. 11.*

## ad L. Institor eſt. 18.

*SVMMARIVM.*

*Institores ſine certo loco, quomodo conſtituantur?*

ET ſine certo loco vel taberna quis inſtitor conſtitui poteſt. Nam & qui nullo certo loco conſiſtunt, ſed commeant per provincias, obeuntes domos cum ciſta pretioſarum mercium, inſtitores ſunt. *Cujac. tom. 1. pag.* 1205. *Ronchegall. d. l. nu.* 154. *Auter in h. t. n. ad L. 11. numer.* 4. Et licet locus additus, contractus tamen ad eum locum non adſtringatur. *Schneid. d. l. n.* 8.

## ad L. in eum. 19. pr.

*SUMMARIUM.*

*Cur Præponens inſtitorem mutuis pecuniis, non directa actione teneatur?*

SI quis mutuis pecuniis præpoſuerit inſtitorem, Dominus non directa inſtitoria actione tenetur, quia hæc non eſt negotiatio, ſed utili actione tenetur, *per tradita Bach. ad Weſenb. num. 1. Lauterbach. ad h. t. th. 6 Cujac. tom. 4. p.* 831. ubi §§. ſequentes per ſe faciles explicat.

## ad L. fin.

*SVMMARIA.*

*Inſtitor an depoſito officio teneatur? n. 1.*
*Quando Procurator depoſito officio teneatur? 2.*
*An tribunus militum legione exauctorata actionem habeat contra provinciam? 3.*

1 QUi contrahit appoſito nomine officii, in dubio contemplatione officii contrahere videtur, &
ideo inſtitor finito officio non tenetur, quia magis
ad fidem Menſæ præſtandam, quam ad ſe obligandum epiſtolam mittit, niſi expreſſe ſe debere conſtituerit, & ſuam fidem pro Domino adſtrinxerit & proprio
2 nomine contraxerit. Idem in procuratore, qui etiam
depoſito officio non tenetur, *Autin C. t. Quod cum eo qui in alien. ad L. 4. n.* 4 quia procurator & inſtitor ad paria judicantur. *Kopp. dec. 21. n. 4. & ex eo Berlich. dec 252 n.* 24. niſi ſe proprio nomine obligaverit. *Sande l. 3. tit. 7. dec.* 1. de quo caſu loquitur *l. 67. de Procuratoribus conf. Berlich. p 2. dec 252. nu. 26. Treutl. diſp. 27. th 7 lit. E. Carpz. part 2. conſtit. 20. def. ult. Rota Gen. d. l. num. 64 Wammeſ. conſ. 5. nu. 10. cent. 4 Dn. Lauterbach. ad h. t. th 9. Autor ad d. L. 4. C. d. t. Quod cum eo, qui in al. pot.* Sed durante officio in primo caſu convenietur, non ut ex ſuis, ſed Domini bonis ſolvat, *arg. l. 6. §. 1. ff. de negotiis geſtis Carpz. part. 1. dec. 10. Berlich. p. 2. dec. 252. nu. 14. conf. Chriſtin. vol. 3. dec. 33 num. 9. Wammeſ. p. 1 conſ. 54. num. 1. Dn. Huba. ad Weſ. num. 6. Dn. Struv. ſh. 3. Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 9. Guttierez de Tutel. p. 2. c. 13. Zaſ. h. t. num* 4. Sic etiam *arg h. L.* proba-
3 tur, Tribunum, qui legionis nomine pactus erat cum
provincia Legione exauctorata, non habere actionem,
niſi ex propriis probet ſe aluiſſe milites, *ita reſp menſe Dec. anno* 1658.

---

# TITULUS IV.

*De Tributoria actione.*

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Quid ſit Tributoria actio? nu. 1.*
*A parte Domini vel patris requiritur ſcientia. 2.*
*Quid h. l. mercis nomine veniat? 3.*

1 QUi cum ſervo vel filiofam. contraxit, & permiſſione ſpeciali ſervus vel filiusfamilias negotiatus eſt, agit cum Domino vel Patre, ut merces pe-
culiares inter Dominum vel Patrem vel inter credito-
2 rem dividantur. In §. 3. *hujus Legis* requiritur ex parte Domini ſcientia & patientia, quæ hoc in loco operatur conſenſum, *infra, Tit. quod cum eo ad L. fin. num.* 1. quia præceſſit conceſſio adminiſtrationis, licet alias pro modico haberi non poſſit in præjudicium tacentis. Sed hic de commodo patris, cui filius adquirit, agitur. Ergo etiam debet incommoda agnoſcere. *Rota Gen. d. dec. 14 nu 4. Menoch. lib. 3. præſumt. 42. nu. 4. Vid etiam Alex vol 4. conſ. 10 num. 13. Maſcard. concl. 107. num. 38 & concluſ. 1158 per*
3 *totam. Tuſchus d. concl. num. 11. lit. M.* Merx autem
hic accipitur, non quod pecunia æſtimatur, ut in materia venditionis, ſed id, quod ea conditione emitur, ut vendatur. *Ex Joh. Fabro. ad d. §. introduxit. Coll. arg. hic th.* 4.

## ad L. Procuratoris. 5. §. 11.

*SUMMARIA.*

*Pro merce peculiari habetur, quicquid ex ea comparatum eſt. nu. 1.*
*Quando quis plures habet negotiationes, creditor ex illa, cui credidit, ſuum petere debet. 2.*
*An idem ſit extra tributoriam actionem, in aliis creditoribus? 3. & 4.*
*Non habet privilegium ille, cujus pecunia merces comparata niſi in ſpecie obligata. 5.*
*Quando Dominus mercium præferatur? 6.*
*An tota ſumma habeat privilegium, ſi debiter fateatur,* daß er zu ſeiner Nothdurfft und Aufferbauung des Hauſes das Geld auffgenommen? 7.
*Si rem meam vendidi, non habita fide de pretio, an cogar in tributum ire? 8.*
*Annon hoc caſu alius præferatur? 9.*
*Quid ſi venditor reſervaverit hypothecam? 10. 11. & 12.*
*An, ſi unus creditor ſervi agat, ſolidum ipſi ſolvendum? 13.*

1 IN h. §. dicitur, id, quod ex merce peculiari vendita comparatum, & ita merci ſurrogatum eſt, pro
merce peculiari haberi, & in diſtributionem venire, quia ſcilicet peculium quod, univerſale eſt vel genus in univerſalibus ſurrogatum ſapit naturam ejus cui ſurrogatur. *Carpz. p. 3. c. 30. def. 1. Axiom. Barb. a Dn. Thaboro locuplet. lib. 17: cap. 59. num.* 3.

*Ad §. Si plures* 15. Quando quis habet plures ne-
2 gotiationes, quilibet Creditor debitum ſuum ex illa
negotiatione, cui credidit, petat. Nam videtur illi negotiationi crediſſe, & ſic quaſi ſeparationis beneficium hic habetur. *Scaccia de Cambiis §. 6. gl. 1. num. 83. Beneven. Stracha in tr. de decoct. part. ult. num 26. Card. Mantica. de Convent. l. 11. tit. 13. nu. 32. Dn Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 10. numer. 56. & ſeqq. Franc. Salgado de Somoza in Labyr. p. 1. c. 9. nn. 48. & ſeqq. Gratianus tom. 5. diſc. 964. & 948. Berlich. p.*
3 *1. concl. 71. num* 6. Ex hoc dicti Autores extra mate-
riam tributoriæ actionis in libero homine duas negotiationes exercente ſtatuunt. *conf. Dn Lauterbach. hic th. 5. Dn. Struv. d. Ex 20. th. 47. Jac Schultes l. 2. q. 64. Stracha de Decoct. part. ult. num 70 ſeqq.* licet hoc neget hic *Grœnwegen.* Sic etiam ſi habet ali-
4 quis plures creditores diverſarum provinciarum, &
diverſa in diverſis Territoriis bona, tunc debent creditores ſeparari (1) ratione hypothecarum, nam qui habent hypothecam in bonis Marchicis, non audiuntur in Luſatia, niſi ex chirographariis [2] ratione negotiationum diverſarum. *P. Caſtr. in fine hoc loco. Beneventus Stracha de Decoct. p. ult. Rubr. qui potiores &c. num. 20. Berlich. p 1. concluſ. 43. num.* 3.

*Ad §. 17.* Cujus pecunia merces comparatæ, non
5 habet privilegium, niſi merces in ſpecie obligatæ, ſed
in

in tributum ire tenetur. Colligitur exinde, eum, cujus pecunia res comparata, non habere privilegium, ſcilicet ſi venditor fidem habuit, nam tantum perſonale privilegium habet, quo nudis chirographariis præfertur, niſi t. dominio vel hypotheca ſibi proſpexerit, quo caſu & uxori præferri tradit *Dr. Mevius p. 6. dec.* 193. & quos refert *Carpzov. p.* 1. *in Juriſpr. for.*
6 *c.* 28. *d.* 26. Deinde Dominus mercium præfertur, ſi venditio imperfecta, ſi dolo facta, ſi emtor jam tum non fuerit ſolvendo &c. de quo *Dn. Mevius d. dec.* 193.
7 Colligit etiam *ex hoc* §. *Carpzov. p.* 1. *Juriſpr. conſt.*28. *Def.* 106. *num.* 4. non ſufficere, ſi ex mea pecunia refecta ſit domus, niſi ad eum etiam finem mutuo data. Sed licet id ſit verum, ex hoc §. id non probatur, nam aliud eſt, mea pecunia eſſe comparatam domum, aliud, eſſe refectam. Sed hic obiter mihi occurrit quæſtio, ſi debitor fateatur, daß er zu ſeiner Nothdurfft und Auffbauung des Hauſes dieſes Geld angenommen / an tota ſumma habeat privilegium? Memini, ni fallor, in Camera Elect. Brandenburg. dimidiæ parti tributum privilegium alteri negatum, quia ex his verbis non conſtabat, totam pecuniam ad ædificationem vel refectionem domus erogatam, neque aliunde id conſtabat. Ergo dimidiæ privilegium tributum.
8 *Ad* §. *Sed ſi dedi* 18. Si rem meam vendidi, habita fide pretio, non poſſum rem meam vindicare, ſed cogor in tributum ire, ſed ſi non habui fidem de pretio, ne ſtatim pretium ſolvatur, poſſum rem illam vindicare, quaſi in dominium Emtoris nondum translatam. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 15. *Caldas de emt. c.* 23. *num.* 18. *Vaſq. part.* 2. *lib.* 3. *Controverſ. c.* 50. *Carpzov. p.* 128. *c.*
9 28. *def.* 17. *numer* 6. Et ſic hoc caſu præfertur venditor omnibus creditoribus etiam doti Jure dominii præfer-
10 tur, ut in Cam. Brandenburg deciſum ſcio. Eadem ratio, ſi venditor deceptus ab emtore tradiderit, vel dominium ac hypothecam reſervaverit. *Carpzov. d. l. def.* 18. *& ſeqq.* Si credens merces ſibi reſervet hypothecam, non it in tributum, ſed omnibus eſt potior. *Carpzov. parte* 1. *c.* 28. *d.* 20. *numer.* 4. *item p.* 1. *dec.*
11 55. *numer.* 1. Idem quod hic dicitur, venditutem mane-
12 re Dominum verum, ſi ſibi reſervavit Dominium, nam is etiam uxori præfertur. *Dn. Mev p.* 5. *dec.* 59.
13 *Ad* §. *fin. & L.* 6. *& L.* 7, *pr.* Hic tractatur iſta quæſtio, ſi unus filii vel ſervi creditor agat, anne ſolidum ipſi ſolvendum? Reſp. ſi metus ſit, aliud emerſurum æs alienum, v. gr. quod jam ſub conditione debetur, vel occultum ſit æs alienum, tunc ſolvi quidem debet, ſed præſtita prius ab eo cautione, quod aliis prodeuntibus creditoribus, pro rata velit refundere, quod ſecundum proportionem geometricam aliis debetur. Collige cautelam, ſub qua à debitore creditori aliquid in ſolutum dari poteſt, præſtita prius cautione. *Salga-*
14 *do in Labyr. lib.* 1. *c.* 9. *numer.* 35. Sicut etiam in concurſu conditionalis debitor poteſt agere, ut ſibi à cæ-
15 teris creditoribus caveatur. *Salgado d. c.* 9. *num.* 28. *& quos ibi allegat.* Et ſic ſolet Judex interdum etiam condemnare debitorem, ut tamen creditor præſtet cautionem. *Salgado. l.* 2. *c.* 6. *num.* 1. *& ſeqq.*

### ad L. Illud. 7. §. 2.

*SVMMARIA.*

*Duplex actio concurrit, Tributoria & de dolo. numer.* 1.

*Propter dolum Dominus amittit deductionem debiti de peculio.* 2.

1 TRadunt Dd. duplicem hic inſtitui actionem, primam ut in Tributum vocetur, alteram, ut ſi Dominus minus, quam debuit Creditoribus, ſolverit doloſe, ob dolum teneatur hac actione, quæ actio, licet ex dolo detur, non tamen de Dolo eſt, ſed rei perſecutionem continet, & ita perpetua eſt, & datur in hæredem. §. *ult. hujus L. & L. ſeq.* Alii vero ſimplicem agnoſcunt, quæ ſupponit dolum patris vel Domini. *hic & l.* 3. §. 1. *& l.* 8. *in fine Schneidevv. in* §. *introduxit.* 4. *numer.* 3. *inſt. quod cum eo. Bach. in Tr.*
2 *diſp.* 24. *th.* 8. *lit. D. & ad Weſ. lit. D.* Et ſic Dominus, qui alias deductionem ſui debiti habeat in actione de peculio, propter intervenientem dolum amittit deductionem. *Cujac. ad l.* 2 *h. t. tom.* 1. *pag.* 1209. Actio hæc oritur ex negotio Domino vel patri commiſſo, ſcilicet diſtributionis, actio doli ex dolo. *Conf. Cujac. ad l.* 8. *t.* 1. *pag.* 1934. Et ideo hæc actio in hæredem tranſit.

### ad L. Quia 8. cum §. fin. legis. præced.

*SVMMARIVM.*

*An h. actio ſit rei perſecutoria?*

ACtio hæc eſtne rei perſecutoria? Reſ. Videtur, quod non, quia dolum præſupponit. Sed aff. licet enim dolus ſit cauſa hujus actionis, non tamen eſt in cauſa immediata. Tunc autem dolus remota cauſa videtur, quando dolo quid omiſit. *P. Barboſa ad l.* 15. *nu.* 113. *& multis ſeqq.*

### ad L. Quod hærede. 9. §. 1.

*SVMMARIA.*

*Qui habet plures actiones, cogitur unam eligere. numer.* 1.

*Nova qualitas actionem augens vel minuens poſt lit. conteſt. adjecta, non admittitur.* 2.

1 QUando ad idem competunt plures actiones, cogitur quis eligere unam, nec poterit poſtea redire ad aliam. *Hill. lib.* 21. *c.* 3. *tit. D.* Et quando unam elegit actionem, alteri etiam competenti videtur renunciatum, cujus tamen exceptiones proponit. *Anton. Gabriel. in comm. concluſ. l.* 2. *tit. de act. concl.* 2. *& Ca-*
2 *vall. quæſt.* 815 *num.* 32. Notandum hic, quando poſt litem conteſtatam quis adjiceret qualitatem actionem non diverſificantem; & ob iſtam qualitatem augenda vel diminuenda eſſet condemnatio, tunc non eſſe admittendam adjectionem novæ qualitatis, ut hic, ſecus ſi non augeretur, *L. in delictis.* 4. §. *detracta fin. de Nox act.* ubi vide plura. *Franc. Curt. in rep. L. edita C. de Edendo. nu.* 56.

### ad L. fin.

*SVMMARIA.*

*Quam actionem habet creditor, ſi ſervo in genere vel ad merces peculiares credit? nu.* 1.

*Dominus in actione tributoria nullam prærogativam habet?* 2.

1 DUo ſunt creditores, qui crediderunt ſervo in peculium, primus in genere, alter ad merces peculiares, ille habet actionem de peculio, hic tributoriam, ſi Dominus male diſtribuit, v. gr. Si primus
2 15. credidit, & ſecundus 15. & Dominus ipſe 15. Si à primo conveniatur de peculio, & quædam reſervavit, ut ſibi debita, ea poſtea, ſi tributoria actione à ſecundo conveniatur, contribuere tenetur; nam palam eſt, debiti dominici nullam eſſe habendam præcipuam rationem. *Vid. Cujac. ad h. l. tom.* 1. *pag.* 1944.

---

## TITULUS V.

## *Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicatur.*

### ad L. Ait Prætor. 2.

*SUMMARIA.*

*Cur filiusfam. ſi ex contractu condemnatur, habeat beneficium competentiæ? n.* 1.



Digitized by Google

*Id quod ampliatur. 2.*
*Limitatur. 3.*
*An habeat benef. compet. ſi hæres inſtituatur à Patre? 4.*

1 QUia filiusfamilias contrahens omnia Patri ac-
quirit, ideo ſi filius poſtea emancipetur, ut
exhæredetur, aut abſtineat paterna hæreditate, æqu-
um viſum fuit, eum non in ſolidum condemnari ex
eo contractu, cujus utilitas ad patrem ſpectat, ſed in
id quod facere poteſt, ſeu cum beneficio competentiæ.
*Weſenb. in n. h. t. & in l. 4. C. tit. 26. Petr. Gregor. lib.*
2 *29 Syntag. c. 8.* Et hoc locum habet, etſi filiusfam. vivo
patre fuit conventus, & condemnatus. *l. 5. pr. h. t.*
*Paulus Pariſius vol. 1. conſil. 94. nu. 46.* etſi morte geni-
toris ſui juris factus *l. ſi ex alio h. t. Pariſ. d. l. num. 48.*
etiamſi creditor ſit pauperior. *Pariſ. d. l. num. 50.* Effe-
ctus hujus rei eſt, quod filiosfam. jam ſui juris factus
non poſſit in carcerem tradi. *Pariſ. d. conſ. nu. 49.* Sed
hæc locum non habent, niſi ipſi filiifamilias fece-
rint, ne ſolvendo eſſent. *l. 4. §. 1. in f. & l. 6. ff. h. t. Pa-
riſ. d. n. 54.* item niſi filiusfamilias ſtatim poſt contra-
ctum factum emanciparetur, nam hoc præſumtione
fraudis non careret. *Pariſ. d. conſ. numer. 48.* In §. 1.
*hujus L.* dicitur, filiusfamilias etiam à patre inſtitutum
hæredem, frui tamen beneficio competentiæ, niſi in
re minima ſit inſtitutus, quod Dd. intelligunt in legi-
tima portione, cum in minori quantitate inſtitui non
poſſit de Jure. *Acc. hic & Bachov. in Tr. v. 1. diſp. 24.
th. 9. lit. D. Bald. & Caſtr. in l. 2. h. t. Autor ad L. 2.
nu. 3. C. Quod cum eo, qui in al. pot.* Diſſentire viden-
tur *Enenckel Baro de privileg. par. priv. 11. n. 19. Autor
ad d. L. 2. nu. 2. C. d. t.*

## ad L. Sed an hic. 3.

### *SUMMARIA.*

*An Filiusf. ex contractu ſuo conventus deducere poſſit æs alienum, quod aliis debet? n. 1.*
*An ſponte deducere poſſit, an vero exſpectare debeat, donec creditores veniant? 3.*

1 QUando filiusfamilias ex ſuo contractu conveni-
tur, quæritur, an deducere poſſit æs alienum,
quod aliis obſtrictus eſt? Neg. quia occupantis me-
lior debet eſſe conditio; additur duplex limitatio,
niſi adſint privilegiati creditores, aut tales, qui non
quidem ſint privilegiati, ſed tamen cum filiofam. eo
tempore, poſtquam ſui juris factus, contraxerunt, ra-
tio poſterioris eſt, quod debita à filiofamilias contra-
cta ſint quaſi aliena in utilitatem patris contracta, ſed
quæ, poſtquam ſui juris factus, contracta, ſunt pro-
2 pria. Non videntur igitur juri civili contraria ſtatuta,
quibus debita ex fidejuſſionibus contracta in concurſu
poſtponuntur debitis propriis. Verba ultima *hujus le-*
3 *gis* ita interpretatur *Donell.* non quod privilegiatorum
creditorum debitum emancipatus deducat, ſed ita, ut
privilegiatorum ratio ita habenda, ſi ſcilicet ultro ve-
niant, & ſe aliis præferri poſtulent. *Donell. l. 27. c. 9.
poſt. lit. Ll.*

## ad L. Sed ſi ex parte. 4.

### *SUMMARIA.*

*An, ſi creditor in ſolidum velit Covenire Filiumfam. hic benef. compet. habeat? n. 1. 2. & 3.*
*Filius tenetur ad quantitatem bonorum paternorum ſibi relictorum. n. 4.*
*Benef. compet. non habet Filiusfam. ſi ſe patremfam. dixit. 5.*
*Neque, ſi dolo uſus, aut illi renunciaverit. 6.*
*An ceſſet benef. ſi habet bona adventitia? 7.*
*Filiusfam. ex delicto in ſolidum condemnatur. 8.*
*An etiam filiifam. hæredibus hoc benef. ſuccurratur? 9.*
*Quid ſi diu, poſtquam ſui juris factus eſt, conveniatur? 10.*

1 IN *Prin.* dicitur, ſi ex majori quam legitima portio-
ne fuerit inſtitutus hæres, electio eſt creditoris, an
in ſolidum, an proportione hæreditaria velit eum qui
2 fuit filiusfam. convenire? Sed ſi in ſolidum velit con-
venire, poterit tamen Judex beneficii competentiæ in-
terdum habere rationem, ſcilicet ſi portio a patre reli-
3 cta à debito abſumatur. *Coll. Arg. hic th. 2. nu. 7.* Ideo-
que utile eſt filiofam. ut cum beneficio Inventarii ade-
at. *Monticulus de Inventar. heredis. c. 8. pr. Aug. Bar-*
4 *boſ. ad l. 2. C. h. t. nu. 7.* Et immerito ergo *Weſ.* repre-
henditur à *Bach. n. 3.* quod dixerat, filium teneri ad
quantitatem bonorum paternorum ſibi relictorum.
5 *In* §. 1. agitur de pœna mendacii, ſi ſe patrem fa-
milias dixit, quod non habeat beneficium competen-
tiæ. Unde colligunt, ſi quis id neget, quod eſt cauſa
privilegii, quod ſe privilegio indignum reddat. *Bart.
Jaſon. Caſtr. in l. 22. §. 1. de re judic. Cuchus de menticu-*
6 *te circ. poſſ. num. 99.* Idem ſi dolis uſus, dum contrahe-
ret, *Vinc. de Franch. d. 164. Aug. Barboſ. ad l. 2. C. h. t.
num. 13.* Idem eſt, ſi quis renunciet huic privilegio.
*Enenckel. d. l. nu. 20. Vinc. de Franch. d. dec. num.
17. conf. Carpz. p. 1. c. 32. d. 19. Autor ad L. 2. n. 4. C.
h. t.* ſi ea renunciatio ſpecialis. *Vinc. de Franch. d. 101.
Gratian. diſc. 299.* ex juramento tamen hæc renunciatio
non probatur *Vinc. de Franch. d. dec. 181. in fin. Gra-*
7 *tian. d. l. numer. 29. Barb. n. 17.* Ceſſat etiam benefi-
cium, ſi filiusfam. bona adventitia habeat, nam tunc
horum contemplatione videtur creditor cum eo contra-
here. *Caſtr. in l. 2. in fin. h. t. Cujac. ad l. 8. h. t. tom. 1.
p. 1213. Enenck. d. l. n. 24. Vinc. de Franch. dec. 70.
Barb. num. 3.*
8 *In* §. 2. dicitur, filiumfamilias ex delicto in ſolidum
condemnari, & ideo *l. 15. pr. ff. de judic.* de eo filio-
fam. intelligenda, qui non dolo, ſed per imprudent-
9 iam male judicavit *Wiſſenbach. diſp. 28. th. 25. In* §. 3.
dicitur, quod ſoli filio ſuccurratur, non hæredi, quia
perſonale beneficium *Enenck. d. l. n. 20. Autor in C. h.*
10 *t. ad L. 2. n. 4. 5.* Idem ſi poſt mortem filiusfam. ejus
bona creditoribus cedunt, *Colerus de proc. execut. p. 2.
c. 3. n. 125. Carpz. part. 1. c. 32. def. 17. In* §. 4. dicitur
poſt longum tempus in arbitrio & cognitione judicis
verſari, an hujus beneficii rationem habere debeat.
*Enenck. d. l. n. 22.* nam beneficium hoc habet locum,
quando non adeo diu, poſtquam ſui juris factus con-
ventus eſt, nam poſt longum tempus ſatis habuit tem-
poris ad ſatisfaciendum. *Cujac. ad l. 5. h. t. t. 1. p. 1212.*

## ad L. Si Filiusfam. 5. pr.

### *SUMMARIA.*

*Cur filiusfam. vivo patre ſit condemnatus, tamen in executione hoc beneficium opponere poſſit? numer. 1.*
*An hodie hujus rei uſus ſit? 2.*

1 FIliusfam. etiamſi vivo patre ſit in ſolidum condem-
natus, quando tamen hujus judicati executio peti-
tur, hujus beneficii habenda eſt ratio, quia de natura
hujus exceptionis eſt, ut poſſit in executione opponi.
2 Hodie rarus hujus rei uſus, non quod patria poteſtas
ceſſet, non quod filiusfam. hodie ſibi adquirat, ſed
quod parentes, quando peculium concedunt filiis,
ſoleant eo ipſo eos emancipare, ob ſeparatam œcono-
miam, de quo alibi.

## ad L. fin.

### *SUMMARIA.*

*Patientia pro prapoſitione habetur, n. 1.*
*Filiofam. quando non competat exceptio SCti. n. 1.*
*Judex appellationis poteſt ſententiam priorem confirmare ex alia cauſa. 2.*
*Judex appellationis ſententiam judicis à quo nullam, ex alia cauſa confirmare poteſt. 3.*

No-

1 NOretur hic, quod patientia pro præpoſitione ha-
beatur, de quo ſupra, *tit. de Tribut. Act. n. 2. &
tit. de Exercit. Act. ad n. L. 1. nu. 7.* & quod filiofami-
lias non competat Exceptio SCti, ſi filiusfamilias ſo-
litus ſit mutuum accipere, & pater illud ſolvere con-
ſueverit. *Mantica de Tac. & amb. convent. l. 8. t. 7.
numer 30. Trentac. l. 3. tit. de Solut. reſol 19. numer. 13.
Chriſtman vol. 3. dec. 35. num. 8. & Lauterbach. h. t. §.
2. th. 7.* Judex Appellationis poteſt priorem ſententiam
2 confirmare ex alia cauſa, quam ea, quam Judex à quo
pnitierat *Bart.* Dd. etiam probant ex hac lege, ſi Ju-
dex à quo nullitatem committat in ipſa Sententia,
3 dum forte contra expreſſa Jura pronunciat, poſſe ſen-
tentiam confirmari ex alia cauſa, & ſic poſſe ſuppleri
defectum judicis à quo, ſecus in proceſſu & non tantum
in ſententia commiſſa nullitas. *Hier. Cagn. ad l. 2. C.
de Reſc. vend. num. 145. conf. Crotus conſ. 120. numer. 7.
lib. 1. Alex. vol. 2. conſ. 79. Oldradus conſ. 130. nu. fin.*
cujus tamen diſtinctio, quod id ad eum caſum re-
ſtringat, ubi novum quid oritur, textui non convenit.

---

## TITULUS VI.

### *De SCto Macedoniano.*

### ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Cauſa SCti introducendi. n. 1.*
*Quid ſit incertis nominibus credere? 2.*
*An attendatur dignitas h. l.? 3.*
*Cur in peculio caſtrenſi ceſſet? 4.*
*An miles habeat hanc exceptionem? 5.*
*An idem in bonis adventitiis. quorum plenam adminiſtra-
tionem habet filiusfam? 6.*

2 CReditori, qui Filiofam. pecuniam credidit, etiam
mortuo patre denegatur actio, cujus cauſa prin-
cipalis in odio fœneratorum *l. 40. ff. Condict. indeb.
Autor in C. h. t. ad L. 1. num. 4.* ſecunda favor paren-
tum. *Enenk. Baro de priv. parentum. priv. 12. c. 2. Hill.
lib. 12. c. 25. lit. C. Autor ad d. L. fin. nu. 7. C. h. t.* Et
quia prohibitio favorem parentum concernit, non
poteſt huic SCto filius renunciare, ne jurato quidem.
*arg. l. 7. §. 16. ff. de pactis. Enenkel de priv. 12. c. 3. nu.
5. Aug. Barboſ. ad l. fin. C. h. t. num. 14. & Lauterbach.
ad h. t. §. 2. th. 10.* & non diſtinguitur, cujus dignita-
tis ſit filius. Ubi quæritur, quomodo Macedo in in-
2 certis nominibus crediderit? Reſp. vel quod incertum
diem ſolutionis expreſſerit, vel cauſam falſam debiti
prætenderit, vel quantitatem non expreſſerit, vel aliud
quid machinatus ſit, ut uſuraria pravitas non appa-
reret, quia qui male agit, odit lucem. *conf. Hillig. in
Donell. l. 12. c. 24. lit. D. Franzk. ad h. t. n. 4. & 5.
Struv. Exerc. 20. th. 51. Zœſius nu. 1.*
*Ad §. ult. h. L. & L. 2.* Dignitas non attenditur,
3 modo Dignitas ex Jure vel ſtatuto non liberet à patria
poteſtate. *Carpz. part. 2. Juriſpr. conſt. 10 n. 17. Joh. à
Sande lib. 3. tit. 2. def. 2. Donell. l. 12. c. 24. Bach. ad
Tr. 20. th. 7. Lauterbach. ad h. t. §. 1. th. 4. Struv. Exerc.
20. th. 58. Buſius hic.* Sane in Caſtrenſi peculio ceſſat
4 SCtum, quia in hoc vice patrisfamilias fungitur, ideo-
que uſque ad quantitatem peculii Caſtrenſis non po-
teſt opponere exceptionem hanc filiusfam. per *L. 2. C.
h. t.* Unde etiam Miles non habet hanc exceptionem,
5 *Autor in L. ult. C. h. t. n. 9.* quia non præſumtio contra
eum ſe in aliam cauſam expendiſſe, quam militiæ, &
miles non habebat in diſciplina militari Romana eam
occaſionem luxuriæ &c. vid. *Gomez. l. 2. reſol. c. 6 nu.
2. Card. Mant. l. 8. tit. 7. num. 18. Molina de Juſt. &
Jur. tr. 2. d. 301. limit. 3. Ang. Barb. in Collect. ad L.
fin. C. h. t. num. 12. Zang. de Except. p. 3. c. 12. num. 54.
Autor in C. h. t. ad L. 2. num. 2. L. ult. num. 9. C. h. t.*
6 Id quod de Caſtrenſi peculio dictum, ſolent Doctores
extendere ad adventitia, quorum filius plenam ad-
miniſtrationem habet. *Molin. t. d. d. 301. Limit. 2. Bar-
boſa ad l. 2. C. h. t. n. 30.* Et quia per matrimonium,
aut per peculiariter inſtitutam Oeconomiam, aut per
propriam Mercaturam hodie fieri videtur Emancipa-
tio, ideo his caſibus iſti filii non fruuntur hoc benefi-
cio. *Mantica de tac. & amb. convent. l. 8. tit. 7. nu. 19.
A. Barboſ. ad l. 2. C. h. t. nu. 32. Lauterbach. ad h. t. §.
1. th. 4. Autor in C. h. t. ad L. 6. n. 5. Et in C. tit. de Pa-
tria Poteſt. ad L. 1. num. 4. & ſeqq.*

### ad L. Si quis Patremfam. 3.

*SUMMARIA.*

*SCtum ceſſat, ſi creditum ſit illi, qui pro Patrefam. à
pleriſque habitus eſt. n. 1.*
*Cur habeatur pro patrefam. ſi conduxit vectigalia? 2.*
*An locus ſit SCto, ſi minor dedit mutuo filiofam. 3.*
*Quid, ſi minor minori filiofam.? 4.*
*Quid, ſi pupillus filiofam? 5.*
*Quid, ſi filiusfam. filiofam. alii? 6.*
*An in aliis rebus, quam pecunia, locus ſit SCto? 7.*
*Quid ſi vinum, cereviſia, cupedia, merces precioſa den-
tur? 8.*

1 CEſſat SCtum, ſi quis ei tradidit, quem non vana
ſimplicitate deceptus habebat pro Patrefamilias,
*Autor in C. h. t. ad L. 2. nu 1.* ubi quidem poſt alios de-
cennium ponit *Trentac. lib. 3. tit. de Solut. reſ. 19. n. 12.
Zang. de Except p. 3. cap. 12. num. 28.* Recte tamen id
negat *Weſenb. in C. h. t. numer. 15. Menoch. lib. 6. præ-
ſumt. 55. num. 28. Barboſ in l. 1. C. h. t. numer. 5. & in
l. 2. num. 2. Molina de Juſt. & Jur. tr. 2. d. 301. nu. 6.
Buſius hic* Sufficit ergo, ſi filiusfam. ſic publice ege-
rit, ſic contraxerit, ſic munera geſſerit, ac ſi pater-
fam. eſſet. *Zœſ. num. 10. conf. Moz. in tit. Mutui. tit.
quemadm. deficiant. numer. 12. Ang. Barboſ. in l. 1. C.
h. t. numer. 5. & in l. 2. numer. 2. Mantica d. l. num. 21.
Autor. in C. h. t. ad L. 1. num. 2. & 5.* Sed creditor pro-
bare debet probabilem hanc credulitatem, quia obſtat
ei præſumtio, & emancipatio eſt facti, *per l. 1. C. h.
t. Chriſtin. v. 3. dec. 35. num. 7. & Dn. Lauterb. ad h.
t. 1. §. 1. th. 3.*
2 *Ad §. 1.* Si filiusfam. conduxerit vectigalia, argu-
mento illud eſt, quod habitus fuerit pro patrefam. quia
filiifamilias non ſolebant admitti ad conductionem
vectigalium *Molina d. 301. n. 6. Limit. 1. Aug. Barb.
ad l. 1. C. h. t. num. 6. Autor in C. ad L. 2. n. 1.*
3 *Ad §. 2.* Quæritur, ſi minor mutuo dedit filiofam.
an locus Maced.? Affirm. Sed locus reſtitutioni *l. 11.
§. ult. de min.* Et ſi minor minori filiofamilias credi-
derit, melior conditio accipientis, qui perdidit. *l. 11.
§. pen. de Minor. Mantica d. t. 7. num. 25. Zœſius h. t.
num. 25. Autor in C. h. t. ad L. 2. num. 2. 3.* Sed quid
4 ſi pupillus dedit filiofam.? Reſp. ceſſat SCtum, quia
pupillus ſcire non potuit, an debitor eſſet filiusfami-
lias, & non potuit pecuniam facere debitoris ſine tu-
5 toris autoritate, & poteſt pecunia vindicari. Quæritur
de filiofam. quid ſi ille det mutuo alii filiofamilias?
6 Reſp. Licet habeat liberam poteſtatem contrahendi ex
peculio, non habet tamen facultatem perdendi, filio-
fam. mutuo dare eſt perdere, ille non facit pecuniam
accipientis. *Cujac. tom. 1. p. 1947.*
*Ad §. 3.* In ſola mutua pecunia locum habet SCtum
7 *Autor in C. h. t. ad L. 1. n. 1.* non in aliis contractibus,
etiamſi mediantibus illis poſtea contrahatur mutuum,
quia initium contractus reſpiciendum. *l. 12. h. t.* niſi
fraus ſit SCto, ut *l. 7. pr. Molin. tr. 2. de Juſt. & Jur.
diſp. 301. num. 6. Limit. 6. Ang. Barboſ. l. 2. C. h. t.*
8 *num. 29. Dn. Struvius d. Exerc. 20. th. 53.* Et ad eos
caſus, ubi quis alium contractum celebrat in fraudem
SCti, extendit hoc Senatus Conſolium poſt *Wiſſen-
bach. d. 28. th. 27. Dn. Lauterbach. h. t. §. 1. theſ. 5.
Dn. Struvius d. th. 53. Dn. Autor in C. ad h. t. L. 3. n. 1.*
quando Vinum ſupra modum Oenopolæ, cereviſiam,
Cupediarii

copediarii cupedias, mercatores pretioſas nimis merces credentes & ſimiles, quid enim intereſt credere pecuniam, qua aliquis inſtrumenta Luxuriæ comparate poſſit, & ea ipſa inſtrumenta ſuppeditare? *Dn. Lauterbach. d. l.* refert in Celeberrima Tubingenſium Academia mandatis prohibitum, ne mercatores merces in veſtes ſumtuoſas, caupones, cupediarii, Oenopolæ profuſe poculenta & eſculenta filiisfamilias fide de pretio habita, dent vel vendant. Hoc SCtum *Lauterbach. d. l. theſ. 5. in fine.* etiam ad venditionem annuorum redituum extendit cum *Enſio ad l. 3. numer. 5. h. t.*

## ad L. Item ſi Filiusfam. 7. pr. & §. 1.

### *SUMMARIA.*

*An locus ſit SCto, ſi filiusfam. pro alio fidejuſſit? numer.* 1.
*Quid ſi filiusfam. & Titius ſeſe obligaverint ut correi debendi?* 2.
*In aliis rebus fungibilibus an detur hac exceptio?* 3.
*An detur exceptio, ſi quis duobus Filiusfam. credidit, quorum alterum habuit pro patrefam?* 4.
*Quatenus ex SCto denegetur actio, & quatenus detur exceptio?* 5.
*Exceptio eſt realis, etiam fidejuſſoribus competens.* 6.
*An filiusfam. inſtitor hac exceptione utatur?* 7. & 8.
*Quatenus ceſſet SCtum, ſi ſtudiorum cauſa datum ſit?* 9. & 10.
*Quid ſit*, modus probabilis, & quantitas mitti ſolita? 11. & 12.
*An ultimus creditor poſſit excludi, ſi conſenſu patris filiusfam. ſæpe mutuum acceperit?* 13.
*Quare, ſi filiusfam. ſui juris factus debiti partem ſolverit, non habeat except.?* 14.
*Quid ſi pignus dederit.* 15.

1 SI filiusfam. pro alio, qui mutuum accepit, fidejuſſerit SCtum locum non habet, *Autor in C. ad L. 4. & 5. h. t.* quod tamen limitant, niſi hoc per fraudem factum, ut ſub eo colore pecunia ad filiumfam. perveniret alio ſe obligante ut principali, & mutuo dans ejus fraudis ſit conſcius. *Molin. d. l. num. 6. l. in. 6. Moz. in rubr. quando deficiat. dum 22. Aug. Barb. in l. 1. C. h. t.* Idem ſi obligaverim ut correos, filiumfamilias & Titium eo
2 fine, ut pecunia ad filiumfamilias veniret, & Titius non poſſet allegare Exceptionem hujus SCti Maced. quaſi fidejuſſiſſet, exceptio hæc daretur contra fidejuſſorem. *Ant. Faber. lib. 11. conj. c. 1. pag. mihi 334. in princ.*

Ad §. 3. Si aliæ res fungibiles datæ, ut fraus fieret
3 SCto, datur Exceptio. *Weſenb. in ff. h. t. numer. 6 Molin. d. l. caſu. 4. Zang. d. Except. p. 3. c. 12. num. 14.*

*Ad* §. 7. Si duo crediderint filiofamilias, unius ſcientia ambobus nocet. *Trentac. lib. 3. reſol. tit. de ſolut. reſol. 19. num. 8. Aug. Barboſ. ad l. 1. C. h. t. n. 4. quos refert Lauterbach. ad h. t. §. 1. theſ. 3.*

*Ad* §. 8. Si quis duobus filiisfam. crediderit pecu-
4 niam, & unum ſciverit eſſe filiumfam. alterum probabiliter habuit pro patrefam. tunc diſtinguitur, ad quem pecunia pervenerit. Si ad eum, quem pro patrefam. probabiliter habuit, non habet locum SCtum *Zæſ. num. 1.* Si autem cum alio ſui Juris exiſtente mutuum acceperit filiusfam. & correus debendi ſit, pro ſua tamen parte utetur SCto filiusfamilias. *Zæſ. h. t. num. 25.*

*Ad* §. 9. Illud nihil refert, ſive in uſuris, ſive ſine
5 illis contractum ſit, modo pecunia numerata ſit tanquam inſtrumentum Luxuriæ *Lauterbach. ad h. t. §. 1. th. 5.*

6 *Ad* §. 10. Ex SCto fluit denegatio actionis, ſi notorium ſit eum fuiſſe filiumfam. exceptio autem, ſi illud notorium non ſit. *Franzk. ad h. t. num. 23. Struv. d. exerc. 20. th. 52. P. Buſius ad l. in fin.* Exceptio hæc realis eſt, & ideò datur Parenti, filio & horum hæredibus, imò & fidejuſſoribus, *hic & l. 9. §. 3. h. t. Enenck Baro de Privil. Par. & lib. Priv. 12. c. 1. n. 13. Dn. Lauterbach. §. 2. th. 3* Cum enim aliquid prohibetur, omnia quæ eo ducunt, prohibita cenſentur. *Weſenb. in Cod. n. 8.* Sed aliud, ſi donandi animo accedat fidejuſſor, nam tunc non haberet, regreſſum, per *l. 9. paragraph. 3. h. t. Struv. h. t. th. 54. Zæſ. num. 5.*

7 *Ad* §. 11. Si filiusfam. ſit inſtitor aut Magiſter navis, diſtinguitur, an à patre datus ſit, an ab extraneo. Illo caſu, non utetur SCto, ſcilicet ſi expreſſè vel pater in mutui acceptionem conſenſit, ut ſupra *ad L. 3. p. num. 3. & ſeqq.* dixi. Hoc caſu utetur SCto, licet inſtitoria contra præponentem detur. *conf Cujac. t. 1. p. 948 Mo-*
8 *lina d d. 301. in fine.* Nota *ex hoc* §. ſolam ſcientiam patris excludere hoc SCtum, *Trentacinq. d. l. numero decimo tertio. Molina d. d. 301. l. in. 7. Gomez l. 2. capite ſexto, numero ſecundo, Hering de fidejuſſ. capite decimo, numero 205. Aug. Barb. ad l. 2. C. h. t. num. 3. & ſeq. Caroc. deciſione ſeptuageſima quarta, Autor in C. h. t. ad L. 4. numero ſecundo, & L. 5. numero quarto, Et ad L. 1. numero 5. C. Ne fil. pro patre.*

9 *Ad* §. 12. Ceſſat SCtum, ſi in rem Patris vertit pecuniam, ut ſi ſtudiorum cauſa filio datum mutuo, ſive ab initio vertatur in utilitatem patris, ſive ex poſt facto. *Mantica titulo octavo, numero vigeſimo ſeptimo, Autor in C. h. t. ad L. 2 numero tertio & quarto, & ad L. 5. num. 1. ſeqq.* nam ſic non ſuum, ſed Patris negotium geſſit. *l. 2. C. h. t. Petr. Greg l. 22. t. 2. numero undecimo, Menoch. libro tertio. præſumpt. 68. numero ſecundo. Gomez. l. 2. reſolut. capite ſexto, numero ſecundo, Moz. d. l. numero*
10 *vigeſimo quinto, Coler. de proc. execut. p. 1. c. 10. n. 22. Autor ad L. 1. n. 5. C. Ne filius pro patre.* Sed hoc intelligitur, modo probabilem modum in mutua pecunia non exceſſerit, ſi tantum dederit, quantum ſolebat Pater. *§. 13. h. t.* Item ſi in neceſſariam cauſam acceperit. 14.

11 *Ad* §. 13. Si quis credat filiofam. ad ſtudia, ſi non exceſſit modum probabilem, aut eam quantitatem, quam Pater mittere ſolebat, non habet locum SCtum
12 *Autor in C. h. t. ad L. 5. numero primo, & ſeqq.* Quod de probabili modo dicit, ad avarum patrem & parcum pertinet; quod de quantitate mitti ſolita dicit, de liberaliore intelligi poteſt, hoc ſenſu licet creditor aliquid amplius credat, quam pater tenacior ſolebat, poteſt tamen repetere, per *l. 5. C. h. t.* Unde colligit poſt
13 *Bald. & Pac. in l. 2. C. h. t. Franzk. numero decimo octavo.* ſi filius ſæpè mutuum accepit, & pater ſolebat ſolvere, noviſſimum creditorem excludi non debere ſcilicet ſi modum non exceſſit. *Conſ. Chriſtinæus vol. 5. deciſione 35. numer. 9. Zangerus de Exc. p. 3. capite duodecimo, numero quinquageſimo ſecundo, & ſeqq.* Et licet filius non convertat in uſum ſtudiorum, ut per *l. 2. h. t.* probat *Enenkelius Baro privil. parte duodecima capite tertio, numero vigeſimo ſexto, Dn. Lauterbach. h. t. th. 8.* Sed quæri poteſt, ſi filius reluctante patre ſtudia tractet, an tunc etiam ceſſet SCtum? Quod arbitrio judicis committendum cenſet *Lauterbach. d. t. Autor in C. h. t. ad L. 5. numero tertio & quarto* conſiderandum ingenium filii, ejuſque ſcopus, an faciat ob gloriam Divini Nominis & patris opes &c. *conf. Enenkel. Baro privil. parte ſeptima, capite ſecundo, numero 3. & priv. 12. c. 2 numer. 12.*

14 Ad §. *ult. & 19. pr.* Quando filiusfam. ſui Juris factus, partem pecuniæ mutuæ acceptæ ſolvit, *Autor in C. h. t. ad L. 2. numero quinto.* non tantum ſolutum non condicit, quia naturaliter debuit & agnovit, ſed etiam totum debitum agnoſcere videtur, nec contra reſidui ſolutionem hoc SCto ſe tueri poteſt *Gl. hic & Donell. l. 12. capite vigeſimo octavo, Treut. d. 20. th. 8 lit. B. Trentacinq. de Solution. libro tertio, reſolut. 20. numero vigeſimo ſecundo, Maſc. probat. concl. 1261. numero trigeſimo ſexto. Aug. Barb. ad l. 4. C. de non num. 6 & ſeq. Chriſtin. vol. 3. d. 35. numero undecimo, Mantica l. 8. titulo ſecundo, numero vigeſimo quinto, Dn. Lauterb. ad h. t. paragraph. ſecund. th. 6.* Sed aliud in pignore per *l. 9. pr.* quia pignus

Digitized by Google

gnua non datur in ſolutum, ſed ad ſecuritatem, & dubium eſt, an pignus in totum debitum, an in partem dederit, & pignoris datio coacta, ſolutio in hoc caſu ſpontanea. *conf. Zœſ. ad h. t. numero vigeſimo tertio, Enenkel Bar. d. priv. 12. capite tertio. numero octavo, Wiſſenb. d. 28. th. 31. Lauterb. d. l. Autor in C. ad h. t. L. 2. numer. 5.*

## ad L. Sed ſi. 9. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*Hæc exceptio competit etiam filiæfam. quæ ornamenta adhuc etiam extantia comparavit. num. 1.*
*Annon filiaſfam ſi pecunia extet aut utiliter converſa ſit, in conſcientia ſolvere teneatur? 2. & 3.*

1 HÆc exceptio competit filiis utriuſque ſexus,
etiam pecunia extante, vel ſi quid ex eo comparatum,
ut ſi filiafamilias ornamenta ex pecunia comparaverit.
*Gloſſa hic & Zœſius numer. 13. Buſius in l. 7.*
*§. 13.* Licet dubitet *Enenk. Baro d. Privileg. 12. capite*
2 *primo, numero decimo ſexto.* Sed quicquid ſit de jure civili,
ſanè in conſcientia hoc caſu filiumfam. teneti
creditori, de cujus dolo non conſtat, crediderim, ſi
pecunia extet, aut utiliter in ornamenta filiæfamilias
converſa probetur, pro ratione dignitatis paternæ. Nam
in hoc Senatus Conſulto præſumitur malitia Creditoris,
quæ ſi abſit, ſciente id & credente filiofamilias,
vel patre, nihil cauſæ eſt, cur pater velit locupletari
cum damno creditoris. Nam in Conſcientia cedit præ-
3 ſumtio veritati. Ideòque rectè *Joh. Guttierez de juram.*
*confirm p. 1. capit. 43 numero ſexto.* Itaque inquit, ſecundum
ſupra dictos omnes, quando nulla læſio illata fuit
filiofam. nec ullum malum ex his, quæ lex præſumat,
ex mutui datione contigerit, ſed verſum eſt mutuum
in utilitatem filii, & ejus patris, tunc tenetur illud
ſolvere in foro conſcientiæ ſine dubio. Et hæc, licet
hoc probari non poſſit, eſt communis & vera reſolutio.
Si verò ex illo mutuo damnum datum, nullamque
utilitatem ex eo mutuo ſenſerit Pater, frequentiores
tenent, non teneri filiumfamilias ſolvere, etiam in
conſcientiæ foro. Hæc *Guttierez d. l. conf. Grœnwegen. Rubr C. h. t. num 6. conf. Dn. Lauterbach. ad h. t. in fin.*
quem de ultimo caſu intelligo.

## ad L. Quia naturalis. 10.

### *SUMMARIA.*

*An filiusfam. mutuo accipiens in conſcientia obligetur? nu. 1. 2.*
*An obligetur per juratam renunciationem? 3.*

1 NAturalem obligationem manere, hic dicitur. Ex
quo nonnulli colligunt, in foro conſcientiæ filiumfam.
obligari. Licet hoc neget *Zœſius h. t. n. 6.*
*& Struv. th. 55.* Sed ponendi ſunt termini habiles,
quando creditot non ſui lucri cauſa, ſed ut gratifica-
2 retur filiofam. ingens lucrum ex mutua pecunia ſpetanti
mutuum dedit, idque filius etiam utiliter impendit,
licet hoc probare creditor non poſſit, hic putatem omnino
filiumfam. teneri ſatisfacere, non tam ob obligationem
naturalem, ſed quod ſi poſſet probare creditor,
civilem etiam haberet actionem cum effectu. *Wiſſenb.*
*d. 28. th. 32.* Aliud eſt, ſi ſciens in luxurioſos ſumtus
pecuniam credidit filio, quem naturalis ſubmovet ratio,
nam hoc damnum pecuniarium fraude creditoris
mores debitoris corrumpentis, abunde penſatur, ſunt
verba *Wiſſenbach. d. d. th. 31. in fine* & conf. *Covarruv.*
*ad c. quamvis. p. 2. §. 3. & quos ille allegat. Wammeſ. cent*
3 *2. conſ. civ. conſ. 99. Chriſt. v. 3. dec. 35. in fine.* Ex iis,
quæ antea dixi, patet, obligari filiumfam. per juramentum
ſeu juratam renunciationem, licet injurata renunciatio
nihil operetur. *Carpzov. p. 3. deciſ. 256.*

## ad L. Tamen, ſi 11.

### *SUMMARIA.*

*Exc. SCti Maced. & Vellej. poſt ſententiam opponi poteſt. 1.*
*Similes exceptiones referuntur. 2. & ſeqq.*
*An Filiusfam. renunciare poſſit SCto? 7.*

1 EXceptio SCti Macedoniani & Vellejani, etiam
poſt ſententiam opponi poteſt, quod alias non
licet *Cardin. Mantica de tac. & amb. convent. l. 8. tit.*
*7. nu. 13. Enenkelius Baro de privil. parentum. priv. 12.*
*c. 1. n. 15. Colerus de proceſſ. exec. p. 4. c. 1. n. 163. Lauterbach h. t. §. 2. th. 5.* Exempla ſimilia hic collegit
*Gloſſa. Gail. lib. 2. obſ. 17. num. 9. Weſenb. in C. h. t. nu.*
*14.* Exemplum etiam aliud in milite. *l. 1. C. de ignor.*
2 *juris & facti.* Item quandu exceptiu declarat nullitatem
proceſſus, ut quæ eſt de falſo procuratore. *L. Li-*
3 *cet. C. de procur.* Item in beneficio competentiæ, quod
non impugnat, ſed modificat & determinat ſenten-
4 tiam. *L. Neſennius. 41. §. fin. ff. de re judic.* item in exceptione
compenſationis & ſimilibus, omnibuſque
per quas dico nullum fuiſſe judicium, & quæ poſt ſententiam
ſuperveniunt, *arg. l. 1. C. de Re judic. & l. 11.*
5 *§. 4 ff. de Exc. rei jud.* Item in Exceptione cedendarum
actionum, & non ſoluti pretii. *conf. Ummius ad proceſſ. d. 8. num. 59. Zanger. de Except. p. 4. c. 1. n. 150.*
6 *& proceſſ. mens civ. c. 16. num. 4.* Quæſtionem hic movet
*Gloſſa*, an huic Exceptioni renuuciare poſſit filius?
7 *Autor in C. h. t. ad L. ult. n. 7. & ſeqq.* Et hoc rectè
negat, quia licet favori ſuo quilibet renunciare poſſit,
quia tamen hic de odio creditoris, & favore non filii
ſed patris, primo agitur, ideo alieno favori renunciare
non poteſt. *Molina de Juſt. & Jur. d. 301. n. 4.*
& renuncians occaſionem delinquendi præberet, &
datur hæc exceptio ob publicam utilitatem. *Hillig. l. 12. c. 25. lit. C. Zœſ. h. t. n. 27. Dn. Struv. th. 156.* Aliud
vero in jurata renunciatione, ſi citra peccatum de ſuo
filius ſolvere poſſit, ob rationem *c. cum contingat. X. de Jurejur. Card. Mantica l. 8. tit. 7. num. 32. Guttierez de juram. confirm. p. 1. c. 43. Alex. Treatacinq. lib 3. tit. de ſol. 29. num. 1. & ſeqq. Gomez. t. 2. reſol. c. 6. nu. 2. Autor ad L. fin. n. 7. C. h. t.* Et conferri poteſt *Dn. Struv. Exerc. 17. th. 23. P. Buſius ad l. 1. nu. 4.*

## ad L. Si tantum. 12.

### *SUMMARIUM.*

*An locus ſit SCto, ſi pater ab initio conſtaſit, & poſtea revocavit?*

PAter conſenſit, ut filio daretur mutuum, ſic ceſſat SCtum, ut notiſſimum eſt, ſed pone, pater conſenſit prius, ſed poſtea revocat conſenſum, quæritur, an SCto locus? R. quod non, quia, ſufficit, quod initio conſenſerit. *Autor in C. h. t. ad L. 4. num. 2. & ad L. ult. num. 1. & ſeqq.* Initium enim contractus reſpiciendum: quæ regula ex hoc textu probatur, ut & *ex l. 8. pr. ff. Mandati. l. 1. §. 13. depoſiti, l. 3. C. h. t. ibique Autor, num. 2. Dn. Tabor ad Barb. l. 9. tit. 61. axiom. 3. Dn. Mev. p. 4. dec. 326. num. 4. Zang. de Except. 12. num. 27.* conf. *Cujac. ad h. l. tom. 1. p. 1214.* ubi colligit, multa ſeverius in creditores hos ſtatuta.

## ad L. Filium habeo. 14.

### *SUMMARIA.*

*Per filiumfam. intelligitur etiam nepos n. 1. & 3.*
*Quid ſi pater juſſerit, avus in poteſtate habens non juſſit; an locum SCto? 2.*

1 FIliusfam. intelligitur etiam nepos, ſi eſt in po-
teſtate divi, nam filiusfam. hic omnis, qui non
eſt

eſt paterfamil. *Don. l 12. c. 24. Petr. Greg. l. 22. Synt. c.
3. num. 9. Mantica. l. 8. tit. 7. num. 4. Mozius de Mu-
tuo tit. quomodo defic. num. 27. Chriſtin. v 3. dec. 35. nu.*
2 12. & ſic licet pater juſſerit, avus vero non, patris
juſſio non impediet SCtum, *Cujac. tom. 1. p.* 1946.
Collige etiam, in materia exorbitante per filium ne-
potes intelligi, & ideo colligunt, hic Legem exor-
3 bitantem ad caſum extendi, qui ſub verbis late ſum-
tis comprehendi poteſt. *vid. Barboſ. in l. Si conſtante.*
25. *num.* 160. *ſoluto matrim. Pinell ad l. 1. part. 1. c. de
Bonis Matern. num.* 72. *Men. conſ.* 215. *num.* 85. *& conſ.*
300. *num.* 13. *Autor in C h. t. ad L. 6. num.* 4. Sed h. l.
reſtringit *Hipp. Rimin.* quod loquatur de deſcendenti-
bus nepotibus à diſponente, non transverſalibus.
*conſ. Cephal. conſ.* 210. *nu.* 44. *vol.* 2. qui reſtringit, ſi
militer eadem ratio. *Raudenſis l. 2. reſp. 37. n.* 24.

## ad L. Si filiusfam. 16.

### *SUMMARIA.*

*Pater receptis literis de filii mutuo, in continenti debet proteſtari. n. 1.*

*Principalis accipiens ceſſionem à procuratore quæſitam ſine proteſtatione, ratificare videtur. 2.*

*Si adſcriptum ſit per debitorem chirographo, quod pars ſit ſoluta, id præjudicat creditori. 3.*

*Qui non proteſtatur, videtur conſentire contentis in Epiſtola. 4.*

*An cautela generalis hinc poſſit extrui? 5. 6. & 7.*

*Rationes intra decennium non improbatæ, ſolutionem probant. 9.*

*Non ex ſolo ſilentio, ſed ex actu concedente ratihabitio colligitur. 11. 12.*

1 SI filius accepto mutuo ſcripſerit ad patrem, ut ſol-
veret debitum, debet pater continuo proteſtari, ſe
non agnoſcere illud debitum, quod tamen, in conti-
nenti cum temperamento accipiendum. *l. ratum. de ſo-
lut. Cujac. ad h. l. t. 1. p.* 1616. *Autor in* C. *h. t. ad L.* 4.
2 *num* 3. Unde colligunt, ſi principalis acceperit ceſſio-
nem à procuratore quæſitam, licet procurator fines
mandati exceſſerit; & non fuerit proteſtatus principa-
lis, ratificare videri eum geſta procuratoris *Dn. Me-
vius p. 2. dec.* 140. Sic ſi aliquid chirographo adſcrip-
tum, quod pars ſit ſoluta, præjudicat id creditori,
qui videtur agnoviſſe, dum adſcribi paſſus eſt, vel id
3 adſcriptum retinuit. *Dn. Mev. p. 5. dec. d.* 399. Si præ-
ſens quis recipiat Literas, in quibus agitur de eo obli-
gando, & hic taceat, & eas ſine proteſtatione aliquam-
4 diu retineat, videri eum conſentire *Gail. l. 1. obſ.* 21.
*num. 9. Petr. Peck. in c. 10. d. R. J. l. 6. Panorm. conſ.*
18. *Maſcard. concl.* 627. *num.* 10. *Petr. Barb. in l. qua
Dotis.* 34. *ff. ſoluto matr. num.* 158. *Surd. conſ.* 157. *numer.*
22. *vol.* 2. Menoch. *l. 3. præſ.* 56. *Cuno de Pact.* 14. *num.*
14. ubi id certum eſſe dicit *Paris conſ* 127. *num.* 32. *obſ.
vol.* 1. ubi dicit, eum, qui non proteſtatur, conten-
tis in Epiſtola omnibus conſentire videri. *Autor in C.
h. t. ad L. 4. num.* 3. Cautelam conſtruunt *Matheſilanus
ſingul.* 21. *Cæpolla cautel.* 9. *Marſil. ſing.* 334. *Menoch. l.*
5 *2. A. Q. caſu 21. n. 3. vid. Maſcardum de probat. concl.*
181. *& Ang. Barb. in l. ult. C. quod cum eo &c. Joh Wam-
meſius cent. 3. conſ. 93. n. 5. Ant. Rob. in repet. l. unum.
num. 27. de reb. cred. Jaſ. in rep. Legis, Admonendi,
num. 141. de Jurejur. Hipp. Rimin. vol. 6. conſ. 641 nu.
24. & ſ. Rota Gen. dec. 133. num. 2. vid. Dni Autoris not.
ad l. fin. C. quod cum eo. numer.* 8. Et hanc ſententiam
legis extendit Pontifex in *Clement. 1. de procurat.* ad
eum, qui mandatum procuratorium accipit & tacet,
6 qua de re aliquid dictum *ad l. 8 de procurat.* Sed ut
verum fatear, hoc vix ex *h. l.* 16 probari poteſt, nam
hic in filii perſona ſubeſt vinculum naturalis obliga-
tionis, & pater etiam obligatur ſi ſciat, ſi patiatur,
ſi non contradicat, ex quo caſu ſpeciali non facile
condenda regula univerſalis. Pater enim ex ſola ſcien-
tia etiam obligatur, *Trentac. l. 3. tit. de ſolut.* 20. *n.* 13.
*Gomez. L. 2. reſ. 6. nu. 2. Hering. de fidejuſſ. c. 10. n.* 20.
*Ang. Barb ad l. 2. C. h. t. n. 3. Vinc. de Franch. d.* 74.
*Autor in C. h. t. ad L. 2. num. 2. & L. 4. num. 2. & ad*
7 *v. h. t. l. 7. n.* 8. Sed præſumtio tamen contra recipien-
tem ſumi poteſt & ad minimum in alterum probatio-
nem devolvit. Et explicat hanc præſumtionem pluri-
8 bus *Menoch. 3. præſumt.* 65. Et utitur *hac l. Dn. Mev.
p. 3. dec.* 65. ex eaque vult probare, quod recipiens
rationes & retinens ac tacens videatur obligationem
agnoſcere. Et rationes intra decennium oblatæ & intra
tantum temporis ſpatium non improbatæ, ſi veroſi-
miles ſolutionem probant. *Dn. Mevius p. 1. dec.* 79.
9 Imo Jure Canonico ſententia Doctorum ſuperius alle-
gata probatur manifeſte nimis ex *Clementina de Procu-*
10 *rator.* quare eam ſententiam in judicando ſequendam
puto, niſi ſimplicitas rei alio moveat judicem. Ex *h.*
11 *L.* etiam probant, quando ex ſolo ſilentio non probari
poſſit conſenſus ſi tamen accedat aliquis actus, poſſe
ratihabitionem colligi. *Rota Genuenſ. dec.* 15. *num.* 9.
12 *ubi plures Dd. refert.* Et hic non ex ſola taciturnitate,
ſed ex actu præſumitur conſenſus, nam receptio lite-
rarum & rationum magis declarat conſenſum quam
ſola taciturnitas. *Joh. Crot. in rep. l non ſolum. § mort.
eff. de Nunc. novi operis. num.* 94. *vol.* 9. *Autor in C. h.
t. ad L. ult. num.* 1. 2.

## ad L. pen.

### *SUMMARIUM.*

*Creditori, qui ſcire potuit non datur actio.*

SI creditor ſcivit, alterum eſſe filiumfam. vel ſcire
potuit; non datur ei actio, quia ſcire debuit: *Au-
tor in* C. *h. t. ad L.* 1. *num.* 3. 4. Idem autem hic ſcire
debuit, quia odio creditoris SCtum hoc inductum, ſe-
cus ſi favore filiifam. inductum eſſet. *Weſenb. in C. h.
t. num. 7. Schneidw. d §. pen. n.* 3 Collige idem eſſe,
ſcire & facile ſcire poſſe. *Dn. Mevius p. 4. deciſ.* 48. *nu-
mer.* 1.

# LIBRI DECIMI QUINTI,

## TITULUS I.

## De Peculio.

### ad L. 1.

### *SUMMARIA.*

*Actio de peculio eſt qualitas actionis, non ſpecialis actio. num. 1.*

*Actio hac tantum de profectitio peculio datur. 2.*

*Quænam ad eam requirantur? 4.*

*Intuitu patris debet filio eſſe donatum vel legatum. 5.*

ACtio de peculio non eſt ſpecialis
actio, ſed qualitas actionis, v. gr.
quando filiusfam. mihi quid ven-
1 dit, habeo contra ipſum actionem
emti, ſed quia ex contractu alte-
rius contra alterum jure noſtro re-
gulariter agere non poſſum, ideo
prætor, viſa æquitate, quod Dominus peculium con-
cedendo poteſtatem contrahendi dederit, hanc actio-
nem extendit ad patrem, & tunc ob novam qualitatem
datur actio prætoria, & de peculio. Idem in actionem
depoſiti. *l. 38. h. t. Weſenb. in C. h. t. num. 3. Schneid. in
§. præterea num. 7. Inſt. Quod cum eo.* Et hoc caſu pa-
2 ter & Dominus, quia peculium univerſitatis eſt, ideo
poteſt compelli, ut ſpecificationem juratam exhibeat.
*Schneid. d. l.* Et de peculio hic agitur non caſtrenſi, de
quo alibi infra, nec quaſi caſtrenſi, ſed profectitio
3 tantum. *Petr. Greg. l. 29. c. 14. num.* 8. cujus requiſita
quatuor numerat. *Dn. Struv. Exerc.* 20. *theſ.* 64. 1. ut
conſenſu patris adminiſtret, ſaltem tacito, 2. ut ſit fi-
4 liusfam. 3. ut ſeorſim in eo negotietur, (late ſumto
vocabulo negotiari, ſecus quam in Act. Tributoria) 4.
5 ut ex re patris obvenerit. Quod ultimum ſupplendum
puto, quod etiam intuitu patris filio donatum aut le-
gatum, *arg. l. 10. §. 6. ff. de vul. & pupill. Myns. &
Weſenb. in §. hiſt. per quas perſ. Surdus dec.* 118. *num.* 4.
*Franzk. l. 2. reſ.* 27. ſcilicet ſi intuitus patris ſit princi-
palis, & ut loquuntur, finalis cauſa. *Franzk. d. l. Mo-
lina dec.* 233. *num.* 4. v. gr. ſi patri quid donaturus filio
donet; alias regulariter videtur filio donatum, licet re-
ſpectus patris ſimul in conſiderationem venerit. *Franch.
dec. l. num. 13. Mantica de tac. & amb. conv. l. 13. tit. 21.
numer. 24. Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 5. th.* 4. Idem
eſſe putat *Enenk. Baro de priv. parentum privil. 4. c. 2.
num. 34. & ſeqq.* licet ex fundo patris ſuo labore quid
acquiſiverit.

## ad L. Licet tamen Prætor. 3. §. 4. & 5.

### SUMMARIA.

*An ſervus extra cauſam peculii fidejubendo, Dominum obliget? num.* 1. *&* 2.

*An, ſi filius ex delicto condemnatur, contra patrem agi poſſit?* 3.

*Quibus caſibus ex delicto filii contra patrem agatur?* 4.

*Per litis conteſtationem & judicatum novatur actio.* 5. 6. *&* 7.

*An ex pactis judicialibus detur actio?* 8.

*An ſtatuto decerni poſſit, ut pro filii delicto pater teneatur?* 9.

*Condictione furtiva utor contra Dominum ſervi, non vero contra patrem.* 10. *&* 11.

*Filius duumvir, qui cautionem pro pupillo non exegit, quatenus obliget Patrem?* 12. *&* 13.

1 SErvus fidejubendo vel mandando extra cauſam pe-
culii non obligat Dominum de peculio, ſed filius-
fam. obligat parentem peculio tenus. Idem in com-
2 promiſſo. *Vid. Hering. de fidejuſſor. c. 7. num.* 192. *Gœd-
dens de ſtipul. c. 7. num.* 74. niſi in rem peculiarem,
vel in rem Domini, ſervus fidejuſſerit, aut liberam pe-
culii adminiſtrationem habeat. *Hering. d. l. n. 295. & ſeq.*
*Ad* §. 11. Filius delictum commiſit, convenitur,
3 condemnatur, poſtea pars victrix agit contra patrem,
quæritur an recte? Videtur quod non, quia ex delicto
filii pater non tenetur; Sed affirm. quia non ex delicto
filii, ſed quaſi contractu convenitur, quia dum litem
conteſtatus filius, & ſententiam ferri paſſus eſt,
ideo contraxit. Collige 1. ex delicto filii non agi
4 contra parentem; per *l. 58. de R. J.* quia adminiſtra-
tio filii fuit ad contractum reſtricta. *l. 1. §. 7. de his
qui dejecerint.* Limitatur tamen hoc 1. niſi ex delicto
auctum peculium *l. 3. §. 12. ff. h. t. l. 1. §. 20. ff. de vi
& vi arm.* 1. niſi non dolo, ſed per negligentiam
quid delinquat, ut in dicta *l. 3. hac. §. ult. & l. 15. de
judic. & l. 1. C. quod cum. eo.* 3. Si filius in judicio con-
demnatus, ut *hic vid. Dec. Cagnolus & Dd. in d. l. ex
pœnalibus. 58. de R. J. Schneidew. in §. 10. num. 20. Inſt.*
5 *de Act. Enenk. priv.* 9. Collige per litem conteſtatam
& judicatam novari actionem priſtinam; itaque licet
ex mutuo ultra duplum non debeantur uſuræ, ſi tamen
uſuræ ante ſententiam ad duplum cucurrerint, poſt ſen-
tentiam tamen & quatuor menſes denuo uſque ad aliud
duplum currere incipiunt. *Sande l. 3. tit. 14. def.* 11.
6 Sic ſi quis habens privilegium de non evocando, in
judicio tamen alio agens, juramentum præſtare tene-
tur, quia ibi contraxit. *Dn. Mevius p. 3. dec.* 375. In
7 judicio ergo quaſi contrahitur, non tantum per ſen-
tentiam, ſed etiam litem conteſtando. *Obrecht. de Li-
tis conteſt. c. 10. num* 61. & 84. Imo in litis conteſtatio-
ne magis. *Ronchegallus de Duobus Reis in Rubr. num.* 11.
8 *Weſenb. in ff. paſſim.* Unde etiam colligitur, ex pactis
judicialibus dari Jure Civili actionem, idque ad varias
figuras extendi volunt. Et judicialem confeſſionem
non poſſe revocari, niſi doceatur error, quia in judi-
cio quaſi contrahitur. *Marcus Mantua ſing.* 427. Sed
limitatur hoc à nonnullis, niſi quis eſſet in contuma-
ciam condemnatus. *Fachin. lib. 9. c. 52. Enenk. Baro*
9 *de priv. 9. num.* 21. An autem ſtatuto introduci poſſit,
ut pater ex delicto filii teneatur, videatur *Covarr. l.
2. reſol. c. 18. numer. 7. Enenkel. d. l. num.* 14.
10 *Ad* § 12. Ex delicto filii & ſervi Pater & Dominus
peculiotenus non obligantur, niſi peculium ex deli-
cto ſit locupletius factum, ut dixi *ad §. 11. & in Comm.
ad C. tit. Quod cum eo, qui in al. ad L. 3. nu. 5. conf.
Cagnolus ad L. ex pœnalibus. 58. de R. J. & Schneidew.*
11 *ad §. actiones.* 10 *num.* 20. *de Act. Struv. d. l.* v. gr.
condictione furtiva, quæ datur contra dominum ex
furto ſervi, non vero contra Patrem ex furto filiifam.
*Ant. Faber l. 4. Conject. cap. 1. p. 75. col.* 2. rerum amo-
tarum, & ſimil. *Ant. Matth. ad l. 47. ff. tit. 1. c. 4. n* 2.
Ergo ſatis patet, actione furti agi non poſſe, ſed repeti
rem &c.
12 *Ad* §. 13. Filiusfam. Duumvir creatus etiam Patre
non conſentiente, ſi pro pupillo cautionem non exege-
rit, obligat Patrem peculiotenus, ſed ſi patre volente,
in ſolidum; Patre autem volente id factum præſumi-
tur, quando officium autoritate & utilitate publicum
filiofamil. patre præſente & tacente confertur. *l. 2. ad*
13 *Munic. l. 1. C. quod cum eo.* ſecus in officio autoritate
publico, ſed adminiſtratione & utilitate privato, ut
Tutelæ, *per l. 7. de Tut. & L. Lucius. ff. de Admin. tut.
Maſcardus concl. 1225. num. 11. & ſeq. Et Dni Autoris
Com. in C. t. Quod cum eo, qui in alien. pot. ad L. 1. nu.
1. ſeqq.*

## ad L. Depoſiti. 5. §. 2.

### SUMMARIUM.

*Filius jusjurandum deferendo an obliget patrem?*

HIc habetur differentia inter filium & ſervum;
Ille enim Jusjurandum deferendo obligat Pa-
trem peculiotenus, in ſervo ſecus; cui videtur obſtare
*l. 22. ſupra de Jurejur.* Cujac. *lib. 8. obſ.* 11. diſſenſionem
agnoſcit, ſed *Pac. cent. 3. quæſt. 84. Hilliger in Donell.
lib. 24. c. 12. lit. G.* hanc de juramenti delatione judi-
ciali, illam de Extrajudiciali intelligunt.

## ad L. Quam Tuberonis. 5. §. 1. & 7.

### SUMMARIUM.

*Quatenus ex ſola patientia Domini ſervus peculium habeat.*

LIcet alias non præſumatur conſenſus, ſi pati-
ar actum fieri in re mea, aliud tamen in peculio,



Digitized by Google

quod ex ſola patientia Domini ſervus babet, quia ex boc nullum periculum Domino creatur, manet enim in ejus dominio, & poteſt ad lubitum revocari, aliud, ſi ageretur de Domini præjudicio; v. gr. Ut ſervus habeat. adminiſtrationem peculii liberam, tunc enim expreſſo Domini conſenſu opus eſt. *Petr. Barboſ. ad L. qua dotis numer.* 171. *ff. ſolut. matr. Riminaldus ad tit. Inſt. quibus alienare licet vel non* §. 1. *num.* 131. De græca voce in §. 2. *Vid. Alciatus lib.* 2. *diſpunct. cap.* 8.

## ad L. Sed ſi damnum. 9.

*SVMMARIA.*

*An Dominus ex peculio deducere poſſit, quod ſibi ex delicto debetur? n.* 1.
*Deducit etiam, quod ſervus debuit iis, quorum res adminiſtravit Dominus.* 2.
*An, ſi quid fidejuſſerit Dominus pro ſervo, deducat?* 3. *&* 4.
*An liceat ſervo in corpus ſuum naturaliter ſævire?* 5.

1 IN hac lege ſeqnentia notanda. Peculium ſemper intelligitur deducto eo, quod Domino debetur, etiam ex delicto, v. gr. furtu, ubi tamen non duplum, ſed ſimplum deducitur. §. 6. *h. l.* quæ deductio tamen locum non habet, quando aliunde conſequi id potuit Dominus. *L.* 11. §. 6. *h. t. Autor ad L.* 7. *num.* 3. *C.*
2 *Quod cum eo, qui in alien. pot.* 2. Deducet etiam Dominus vel pater, quod is illis perſonis debet, quæ in ejus cura aut tutela fuerunt, & quorum negotia adminiſtravit, modo abſit dolus. §. 4. *hac lege.*

*Ad* §. 1. *vid. notata ad l.* 55. *de petit. hæreditat.* Si Do-
3 minus ob ſervum alius obligatus, ut ſi juſſerit, ſervum contrahere, vel pro eo fidejuſſerit an illud poteſt deduci? quod affirm. primo, niſi in rem Domini verſum ſit, ſed à Marcello corrigitur hoc, ut Dominus tantum cautionem exigat ab actore, ſi quando conveniatur ab alio creditore, cui ſe obligavit, ut tunc reſtituere teneatur. Nam interuſurium iſtius temporis medii æqui-
4 us eſt, ut penes creditorem ſit, quam apud Dominum. Sed ſi Dominus jam condemnatus ſit ex juſſione vel fi-
5 dejuſſione, tunc poteſt deducere, quia idem fere eſt, ac ſi ſolviſſet, qui condemnatus eſt. *Cujac. tom.* 1. *p.* 1639. Illud autem merito culpandum, quod *Ulp. in* §. 6. ait, ſervo naturaliter licere in corpus ſuum ſævire, nam quomodo liceat ſervo, quod non ſolet homini libero? Melius dicit idem *Ulpianus in l.* 23. *ff. de Ædil. Edicto.* quod ſervus malus ſit, qui in ſe ſæviat, quid enim ille non ſit auſurus in alios? *Ant. Matth. ad l.* 48. *ff. tit.* 5. *c.* 1. *num.* 9. *Conf. Carpz. in Pr. crim. quæſt.* 2. *num.* 25. *& ſeq.*

## ad L. Si noxali. 11. §. fin.

*SVMMARIA.*

*An ex peculio ſocius deducat, quod ſervus ſocio debet? num.* 1.
*An b. f. poſſeſſor, quod Domino debetur?* 2.

SIcut ſocius ratione communis ſervi in ſolidum,
1 obligatur, & ita etiam pro parte ſocii; ita quoque deducere poteſt, quod ſocio debebat. Sed aliud in emtore & venditore, in proprietario & uſufructuario,
2 in Domino & b. f. poſſeſſore; nam b. f. poſſeſſor v. gr. non deducit, quod Domino debet, quia non ſunt ſocii, per *l.* 13. *h. t. Cujac. tom.* 1. *p.* 1938.

## ad L. Hinc quæritur. 19. §. 1.

*SVMMARIVM.*

*An* Paten-Geld *filio, an patri acquiratur?*

EX *hoc* §. *verſ. & ideo*, aliiſque textibus probare intendit *Gronwegen hic*, munera quæ à patrinis infantibus baptizatis offeruntur Paten-Geld / patri Adquiri. Sed contra *Carpz. p.* 2. *conſt.* 24. *def.* 18. *Dn. Lauterbach.* in poſteriorem ſententiam inclinat, niſi magnitudo muneris aliud inferat, quod apud nos obtinere debere puto. *Lauterbach. ad h. t.* §. 5. *th.* 5.

## ad L. Summa. 21.

QUicquid dolo malo Domini de peculio deminutum, peculio imputabitur. Nam licet Dominus vel pater quocunque tempore peculium ſervo vel filio adimere poſſit, quia eorum eſt poſſeſſio & dominium, debet tamen hoc fieri bona fide, & non in fraudem creditorum. *Schneidew. ad* §. 10. *de Act. num.* 34. *Dn. Lauterbach. ad h. t.* § 5. *th.* 7.

## ad L. Veſtimentum. 25.

*SUMMARIA.*

*Veſtimenta ſervi an ad peculium referantur? numer.* 1.
*Veſtes pediſſequis datæ repeti poſſunt.* 2.
*Veſtes pretioſa Fratris uxori datæ non habentur pro donatis.* 3.

1 VEſtimenta, quæ ſervo in perpetuum dantur, in Peculio eſſe videntur, ſed quæ ita data ſunt, ut non ſemper, ſed ad certum uſum certiſque temporibus
2 uteretur, non videntur eſſe de peculio. Unde Gloſſa infert, veſtimenta Pediſſequis ad certum uſum data, pro arbitrio repeti poſſe. *Gail. l.* 2. *obſ.* 91. *numer.* 3.
3 *Petr. Barboſ. in d. l. quæ dotis. numer.* 75 *ff. ſolut. matrim.* Sicut & veſtes pretioſæ, quæ in uſu quotidiano non ſunt, & jocalia emta & tradita à me uxori fratris, non cenſentur ei donata, ſed potius conceſſa ornatus cauſa & ad decorem familiæ, & dominium manſit penes me. *Clar. q.* 10. *num.* 3. *Rol. à Valle conſ.* 10. *num.* 12. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 860. *in fine. vide ſupra lib.* 5. §. 10. *ff. Commod.*

## ad L. Si ſemel. 26.

*SUMMARIUM.*

*An Dominus, ſi ex peculio ſervi deduxit tantum, ut reliquis creditoribus non poſſit ſatisfieri, conveniri h. act. poſſit? num.* 1. *&* 2.

QUando fecit Dominus, ut ex peculio non poſſit
1 ſatisfieri creditoribus, ſi forte immiſit æris alieni adeuntur, aut minuit, & ab uno de dolo illo fuerit conventus & condemnatus, non poteſt conveniri ex eo capite, quia occupantis in actione de peculio melior
2 eſt conditio *l.* 6. *ff. Trib. act.* præterea non eſt par, de dolo bis agi. Interdum tamen etiamſi Dominus ex Dolo condemnari poſſit, poſſet tamen id compenſare cum eo, quod ipſi ſervus naturaliter debet. *Cujac. t.* 1. *p.* 1215. Sed æquius & conſcientiæ magis conſuleretur, ut omnibus, quibus nocere voluit, fiat reſtitutio.

## ad L. Quæſitum. 30. §. pen. & ult.

*SUMMARIA.*

*Actio de dolo non eſt perpetua. num.* 1.
*Exceptio doli perpetua eſt.* 2.
*Quatenus actio de dolo perpetua ſit?* 3. *&* 4.

1 EX his §§. apparet, actionem de dolo inſertam actioni bonæ fidei perpetuam non eſſe, nec contra hæredes in ſolidum dari, ſi ſcilicet dolus Domini arguatur. *Cujac in l. Si plures.* 17. *ff. de dolo. vol.* 2. Ex hoc Dd. arguunt, exceptionem Doli quidem perpetuam eſſe, per *l. pure.* 5. §. *fin. ff. de except. Dolo. Autor in C. tit.*

Digitized by Google

*tit. de dolo malo. ad L. ult. num.* 13. Sed replicationem
Doli non eſſe perpetuam, ſed imitari naturam actio-
2 num, *Aſinius in Praxi.* §. 16. *c.* 7. *Bargal. de dolo, l.* 6.
*reg.* 10. *num.* 12. *Harm. Piſt. l.* 4. *q.* 23. 40. Quod qui-
3 dem conceditur, quando actio ipſa eſt temporalis,
quod eo caſu etiam replicatio doli, quæ actioni ineſt,
ſit temporalis, per *l.* 1. *quando de peculio actio annalis
eſt.* Sed ſi id generaliter quis intelligat, falſa & iniqua
ſententia, repudiata. *per l. 6. C. de Except.* Pone, me
agere ex dote promiſſa contra Socerum, Socer excipit
de ſolutione vigore meæ quietantiæ, ego replico de
dolo, quod fuerit charta blanca, nonne iniquum,
meam replicationem repelli? *confer. Hilliger in Donel-
lum. l.* 22. *c. ult. lit. H.*

## ad L. Depoſui. 38.

### *SUMMARIA.*

*Qui deponit aliquid apud filiumfam. an repetat act. de peculio? num.* 1.
*An etiam in contributionibus præferatur?* 3.

1 QUi deponit aliquid apud filiumfam. non haben-
tem peculium, non repetit actione de peculio,
ſed vindicare & ad exhibendum agere poteſt. Ex *hac L.
& ejus princ.* colligunt; rem propriam vindicari poſſe
ante omnes creditores. *Carpz. p.* 1. *dec.* 55. *num.* 18. *&*
2 *dec.* 58. *n.* 9. Et hujus vindicationis hanc vim eſſe con-
ſtat, ut etiam contributionibus (quæ tamen in hoc
Electoratu iis, qui jus ſeparationis habent, præferun-
tur) præferatur, nam fiſco in res alienas, quæ debito-
ris non fuerint, nullum jus eſt.

## ad L. Qui peculii. 46.

### *SUMMARIUM.*

*In peculio ſunt omnia, quæ Dominus non excepit interrogatus.*

OMnia ea in peculio eſſe videntur, quæ Dominus ſpecialiter interrogatus non erat excepturus; quam regulam etiam ad mandata extendunt, ſed ad non cogitata nec veroſimilia, mandatum generale non extenditur. *Auguſt. Barboſ. lib.* 7. *c.* 2. *ax.* 13. *vid. not. Dni. Autoris ad l.* 40. §. *ult. ff. de pactis & ad L.* 25. §. 1. *de Liberis & poſtb.*

## ad L. Eo tempore 50. §. fin.

### *SUMMARIUM.*

*Particula Ex & De quid ſignificet?*

EX *hoc* §. notandum aliquid de præpoſitione Ex & particula DE, nam ea ſignificare ſolet cauſam immediatam, ut *hic & l.* 1. §. *ex incendio. ff. de incend. & ibi Bart. Menoch. conſ.* 124. *n.* 97. *& conſ.* 1019. *num.* 15. *& conſ.* 1251. *num.* 2. *Dec. in Aut. ſi quis in aliquo. n.* 1. *C. de Edendo & ad Rubr. C. quid admitti. n.* 13.

## ad L. Quod debetur. 51.

### *SUMMARIA.*

*An Dominus de peculio, in quo nihil niſi nomina ſunt, conventus, præſentem pecuniam ſolvere teneatur? numer.* 1.
*Difficultas exactionis minuit pretium nominis venditi.* 2.
*In quæſtione de L. Anaſtaſiana, difficultas in exactione æſtimanda.* 3.

1 DOminus convenitur de peculio, in peculio nihil
eſt, quam nomina, quibus extranei ſervo obſtri-
cti fuerunt, teneturne Dominus præſentem pecuniam
ſolvere? Hic videtur, quia aliud pro alio ſolvi nequit,
ſed quia in exigendo magna poteſt eſſe difficultas, &
tempus judicatis conceſſum; ac venditiones bonorum
moram requirunt, ergo liberabitur Dominus, ſi actio-
nem cedat. Qui ideo tenetur, quod actionem habeat,
eam cedendo liberatur, ſi ſcil. ex eo tantum teneatur.
*vid. Socinus in repet. l.* 4. §. *Cato. num.* 28. *ff. de V.O.*
Ubi plenius ſubdiſtinguit *vol.* 6. *conf. Burſ. conſ.* 139.
2 *num.* 16. *lib.* 2. & prætерea notetur, quod difficultas
exactionis minuat pretium nominis venditi *Dn. Mev.*
3 *p.* 3. *dec.* 336. *nu.* 3. Et ſic utique, quando de Lege
Anaſtaſiana quæſtio eſt, difficultas illa æſtimanda erit
non arbitrio ceſſionarii, ſed judicis, & ſi non fuerit
magna difficultas in exactione, omnino non debetur,
quod intuitu conceptæ difficultatis ultra expenſas &
moram aliis debetur.

---

# TITULUS II.

## *Quando de Peculio actio annalis eſt.*

## ad L. Prætor ait. 1.

### *SUMMARIA.*

*Actio de peculio perpetua eſt, quouſque filius in poteſtate eſt num.* 1.
*Quatenus annalis ſit?* 2. *&* 3.
*Annus computetur a die emancipationis, in contractu conditionali?* 4.
*Annus retractus præſcriptus non currit in venditione conditionali.* 5.
*An ſi poſt annum contra patrem ago, ex contractu filii, pro mortuo habiti, & repellor, iterum agere valeam comperto errore?* 7.
*Deceptis ex adverſarii deceptione ſubveniendum eſt.* 9. *&* 10.

QUoties filius vel ſervus in poteſtate Patris vel Domini exiſtit, perpetua eſt actio, ſi modo perpetua principalis actio, ſed quando à poteſtate liberatus, vel morte Domini, vel emancipatione, vel manumiſſione, vel alienatione, hæc actio de peculio extinguitur cum peculium extinguatur. Sed cum creditores eum caſum probabiliter ignorare poſſint, ideo datur annus utilis, modo ipſa actio principalis, v. gr. ædilitia actio, citius præſcribatur, *per leg.* 2. *h. t.* & hæc actio efficitur tantum annalis.

4 *Ad* §. 2. Annus ille computandus eſt à die emanci-
pationis, vel manumiſſionis, ſed quid ſi contractus
fuit conditionalis, an etiam tunc annus cedat à die
emancipationis? Negatur hoc, ſed à Die conditionis
exiſtentis *l.* 34. *ff. de Ædil. edicto l.* 48. *de Jure dotium.
l.* 16. *in fine de excuſat tut. vid. Joh. Igneus in repet. L.
dudum. de contrah. emt. num.* 82. *vol.* 7. *repetit. Tiraq.*
5 *de Retract. conſang.* §. 1. *gloſſa* 10. *num.* 17. ubi hunc
textum eſſe optimum dicit, & exinde probat, domi-
nium non transferri ex ullo actu conditionali, niſi con-
ditione exiſtente, & ſic nec annum retractui præſcrip-
tum currere, ſi conditionaliter fuit facta venditio. *conf.
l. pen.* §. 1. *ff. de Excuſ. tut. l.* 48. *pr. de Jure Dotium l.*
6 43. §. *ult. de Ædil. Edicto.* Hinc fideicommiſſi condi-
tionalis uſucapio non currit, niſi à conditione exiſten-
te *l. ult.* §. 3. *C. Communia de Legatis.* Et quando tem-
pus opponitur contractui, qui dependet à futuro even-
tu, id non currit, dum dubius eſt eventus. *Tiraq. d.
l. num.* 50. Sed exc. vide *in l.* 1. §. *biduum. qu. appellan-
dum.* ubi tempus decendii currit nondum impleta con-
ditione. *Tiraq. d. l. num.* 51.

7 *Ad* §. *ult.* Egi contra Patrem de Peculio, & quo-
niam filius dicebatur eſſe defunctus, annuſque jam
præterierat, repulſus fui, deinde comperto errore,
iterum agere volo de peculio, quod admittitur,
quia dolo adverſarii inductus, filium mortuum cre-
didi. Hic *Bart.* infert, errorem, in quem quis in-
8 ducitur aſſertione adverſarii, etiam poſt ſententiam

definitivam corrigi poſſe. *Socinus Senior conſ.* 92. *nu.*
13. *lib.* 4. *Monoch. conſ.* 58. *nu.* 45. Et omnes Docto-
res clamare, deceptis ex adverſarii adſertione ſub-
9 veniendum eſſe, ait *Cravetta conſ.* 157. *numer.* 14. *& ſeqq.* ubi plurimos adducit Dd *Autor. in C. tit. ad
SCtum Macedon. ad L.* 1. *num.* 5. & ſic notabilis eſt
*hic* §. Quando quis reſpondet poſitionibus dolo ad-
verſarii ad confitendum inductus reſponſionem ab eo
ſemper revocari poſſe *vid. Padill. ad L. error. C. de*
10 *Jur. & fact. ignor. num.* 47. *& ſeq.* Infert etiam *Bart.*
quoties in libello duæ actiones incompatibiles, pro-
cedit judicium, ſi non opponatur.

---

TITULUS III.

*De in rem verſo.*

Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Actio de in rem verſo quando locum habeat?*

Actio de in rem verſo datur eo caſu, quando
quis non ſperat ex peculio, ſe accepturum ſo-
lutionem, uti ſi ſine fraude ademptum peculium, aut
ſi annus utilis lapſus, & ſic cum agentibus in pe-
culium hic præfatur *Autor in C. t. Quod cum eo, qui
in al. ad L.* 3. *num.* 1. *& ſeqq.* quia hic duplici vincu-
lo habet abſtrictum Dominum. 1. ob mandatum ſer-
vo datum, ſaltem tacitum; 2. quia Dominus locu-
pletior exinde redditus.

Ad L. Quod ſi ſervus 3. §. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Quomodo actio de in rem verſo conveniat cum act. neg.
gest. num.* 1.
*An voluptuaria expenſæ hac actione repetenda?* 2.
*Quid ſi valde exornata res fuerit?* 3.
*An expenſæ volupt. in re promercali facta repetantur?* 4.
*An in rem Domino verſum dicatur, quod ad luxuriam
ejus voluntate expenſum eſt?* 6.
*An ad h. act. requiratur, ut geſtum habuerit eventum?*
7. 8. *&* 9.
*Idem, licet effective in Eccleſia utilitatem non verſum
ſit.* 10.
*Idem in Civitatis utilatem.* 11.
*Ad act. hanc requiritur, ut creditor non alium in uſum,
ſed in utilitatem Domini crediderit?* 12.
*Quid ſi non poſſit probare?* 13.

Toties de in rem verſo datur actio, quoties Pro-
1 curator Mandati, vel negotiorum geſtor nego-
tiorum geſtorum actionem habet. Exemplum in *l.* 17.
*pr. h. t.* ſive mediate ſive immediate in utilitatem Do-
mini verſa ſit res aliqua. Vel quoties ſervus aliquid
inſumſit, ut aut meliorem rem Dominus haberet, aut
non deteriorem, *conf. leg.* 27. §. 3. *&* 4 *h. t.* Sicut er-
go in procuratore non ſecundum *l.* 4 *ff. Mandati, cum*
§. 3 *&* 4. *h. t. Sicut ergo in procuratore non* eventum,
ſed cauſam gerendi conſideramus, & inde æſtima-
mamus, an aliquid utiliter geſtum ſit *L.* 10. §. 1. *l.*
12. §. *de Neg. geſt.* ſic etiam *hic. Dn. Lauterbach. ad h.
t. th.* 3.
*Ad* §. 4. Expenſæ voluptuariæ per hanc actionem
2 non ſunt petendæ, niſi juſſu Domini ſint factæ, ad-
ditur ratio, ne cogatur Dominus vendere rem, quod
pretioſior ſit facta. Sed quid tamen faciendum, ſi res
3 ſit exornata tectoriis? &c. Separanda ea, ſi ſeparari
poſſint, per *hunc* §. quod etiam malæ fidei poſſeſſori
concedendum, ut poſt alios tradit *Garcias de expen-
ſis cap.* 5. *num.* 9. ſi autem ſeparationem admit-
tere nolit pater aut Dominus, tenetur æſtimationem
ſolvere, *cap.* 1. § *ſi vaſallus. tit. hic finitur lex.* &
æſtimanda meliorамenta non ex pretio ruderum ſed
ſtantium melioramentorum. *Bald. in* §. *ſi vaſallus. nu-
mer.* 4. *Clarus* §. *feudum. quaſt.* 88. *conf. Roſenthal.
de feudis cap.* 10. *concl.* 43. *numer.* 161. *Schraderus de
feud. part.* 2. *pars* 9. *princ. ſect.* 2. *numer* 93. Offeren-
te Domino abraſio nunquam concedenda. *Garcias*
4 *de Expenſ. c.* 1. *numer.* 33. *ſeq.* Sane ſi res pro-
mercalis, id eſt extra uſum domeſticum abundans
& venum exponenda, expenſæ voluptuariæ etiam
pro utilibus habendæ, quæ ſententia colligitur ex
ratione hujus §. *& L.* 10. *de impens. in rem dot.* L.
5 38. *in fin. de R. V. Weſenbach. ad h. tit. Cod. numer.* 11.
Collige etiam de voluptuariis expenſis dari actionem
quod juſſu, contra patrem licet locupletior non ſit
redditus *Weſenb. d. tit. C. n.* 11.
6 *Ad* §. 6. Illud etiam in rem Domini expenſum,
quod ad luxuriam vel turpem cauſam Domino volen-
te expenderat, quia Dominus aliunde comparaturus
fuerat. Nam hoc per conſequentiam bono patris ceſ-
ſit, & per indirectum. Quem §. intelligo, ſi mutuo dans
vel vendens ignoret, id emi ad luxuriam vel turpem
cauſam, *ob l. in voluptuariis.* 11. *ff. de impenſis in rem
dot. & l. de ſi vero non.* 12. §. 11. *ff. Mandati.*
7 *Ad paragrap.* 7. Non requiritur, ut negotium in
rem Patris vel Domini geſtum habuerit eventum,
ſed omnino datur actio hæc, licet ob caſum fata-
lem in ejus utilitatem effective non ſit verſum, ut de
frumento emto hic habetur exemplum. Cui nonobſtat
L. 10. *paragrap.* 6. *h. t.* ubi requiritur, ut verſum du-
ret; quod ita intelligendum, ut facto filii vel ſervi
non in alium uſum transferatur; vel potius hoc ita
intelligendum, non durare verſum, quando Domi-
nus ea, quæ expenſa ſunt, ſolvit, vel ſervus Domi-
no tantundem debere incipiat. *Pac. cap.* 4. *quaſt* 68.
*Weſſenbach. ad Pand. Ex.* 29. *th.* 23 *Buſius hic. conf.
Weſenbach. ad C. tit. quod cum eo Zaſ. tom.* 5. *ope-
rum. p.* 80. *p.* 2. *numer.* 9. Notandum igitur, ſuffice-
re quod probatum ſit, pecuniam ſemel verſam eſſe
8 in utilitatem alicujus, licet perpetuo non manſerit.
*Maſc. concl.* 1166. *numer.* 36. *& ſeq.* ubi idem dicit in
Eccleſia, quod etiam actione de in rem verſo tenea-
tur, ſi contractus Eccleſiæ utilis, licet ex eventu aliud
colligatur. *Dn. Autor in C. tit. Quod cum eo, qui, ad
L.* 3 *numer.* 3. Idem in Civitate, ſufficit enim quod
tempore contractus ſit utilis, licet poſtea efficiatur
deterior. Et ſic ſi impenſum in cauſam, quæ ſui na-
tura erat perpetuo duratura, licet ex ipſo eventu non
9 perduraverit, hoc intelligendum *Menoch. l.* 2. *A. q.
caſu.* 432. *numer.* 41. *& idem remed.* 2. *adip. poſſeſ.*
37. *conf. Tiraq ad L. ſi unquam, in verbo, ſuſcepe-
rit liberos. numer.* 175. *& ſeq. afflictus ad Conſtit. Nea-
politan. Lib.* 1. *Rubr.* 73. *n.* 56.
*Ad* §. 9. Non ſufficit, quod creditor in utilitatem
10 patris vel Domini crediderit, ſed neceſſe eſt, ut etiam
in effectu fuerit in utilitatem ejus verſa, ne vana
credulitas creditoris & calliditas filii aut ſervi patri
aut Domino noceat, debet ergo creditor curioſus eſſe.
Additur extenſio, licet filius vel ſervus ſolitus fue-
rit vertere in utilitatem Domini. *Dn. Struv. d. Ex.
th.* 75. *conf. L. fin. pr. ff. de de SCto Vellej. & Molin.
de uſuris q.* 37. *nu* 181. *Hartm. Piſt. p* 1. *q.* 37. *num.*
30. *Carpzov. L.* 2. *Reſp.* 106. *num.* 15. Quia autem dif-
ficilis eſt verſionis probatio, poteſt ſuper hoc jura-
mentum patri vel Domino deferri. *Schneid. d. l. nu-
mer.* 6.

ad L. Si res Domino. 5.

*SUMMARIUM.*

*In rebus utilibus vel neceſſariis quantum pretium reſti-
tuendum?*

In

1 IN rebus non eeceſſariis. utilibus tamen, verum
pretium rei emtæ in neceſſariis pretium conventum
2 per hanc actionem reſtituitur, ſi vero pretium conven-
tum vero ſit minus, indiſtincte conventum pretium
ſpectandum, *per l. 12. h. t. Du. Lauterbach. ad h. t. §. 1. th. 3.*

## ad L. Si pro Patre. 10. §. 6.

*S V M M A R I A.*

*Regula: non videtur factum quod factum non durat, exemplis variis illuſtratur. n. 1. & 2.*
*Exceptiones Regulæ adducuntur. 3. & 4.*
*Conciliatio cum L. 1. §. 14. ff.* quod legatorum. 5.

1 VErſum in utilitatem non dicitur, niſi etiam du-
ret verſum, nam ſi reſtituere oportet, non durat
verſum. Exinde generalis regula colligitur, non vide-
ri factum, quod factum non durat. *Barboſa locupl. L.*
*16. c. 3 axiom. 16. Finckelh. obſ. 12. num. 13. Marſilius de*
2 *fidejuſſ. nu. 275.* Sic detentum non dicitur, niſi duret
detentio. *L. 2. §. 4. quibus ex cauſ. in poſſeſſ.* nec per-
miſſum vocatur, quod permiſſum non durat. *L. 6. §.*
*2. quod cujuſque univerſ.* nec ſufficit litem inſtituere,
niſi quis in ea perſeveret, L. 8. §. 1. 4. *juncta* L. 15. §. 1.
*de inoffic. Teſtam.* nec perveniſſe ad aliquem dicatur,
quod non durat. L. 23. *pr. de petit. hæreditatis. Finckelt.*
*d. l.* Sic alienatum non dicitur, quod non irrevocabi-
liter eſt alienatum vel donatum. *Tiraq. de Retr. p. 2. §.*
*2. gl. un. num.* 9. Nec videtur ſolviſſe, qui in continenti
recuperat. *Tiraq. ad l. ſi unquam in verbis ſuſceperit li-*
*beros. num.* 175. Sed hujus regulæ exceptiones remiſſive
3 adducit *Tiraq. d. l. num.* 201. Nam v. gr. ſi fidei com-
miſſum imponat, donec duos liberos ſuſcipiat hæres,
ſi ſuſcipit, licet ſtatim moriantur, tamen liberatus eſt
4 fideicommiſſo. *L. 77. pr. ad Trebell.* Et ſi quid reli-
ctum, ſi ſine liberis, &c. ſi filius natus vel momento
ſuper vixerit patri, conditio deficiet. *L. ex facto 17. §.*
*pen. d. t.* Et legatum ſi vidua erit, non amittit, ſi ad
ſecundas nuptias tranſeat. *L. fin. C. de ind. vid. Tiraq.*
*in dd. verbis numer.* 187. *& ſeq.* Sed quia huic legi
5 contrariari videtur *l. 1. §. prodeſt. 14. ff. quod Legatorum,*
idaoque diſtinguit *Menoch. remedio 2. Adipiſc. poſſ. nu.*
37. inter actus ſucceſſivos & momentaneos. v. gr. ſi
nupſerit, & ſim in his momentum ſufficit, in illis du-
ratio conferri poteſt. *Parſius vol. 2. conſ. 24. num.* 71.

## ad L. Quidam. 16.

*S U M M A R I A.*

*An contra Dominum, cujus juſſu ſervus inutiles boves vendidit, retenta pecunia, & meliores emit, non ſoluto pretio, Venditor agat de in rem verſo? numer. 1.*
*Annon creditor agere poſſit h. caſu, quod juſſu? 2.*
*Annon judex Dominum condemnare poſſit? 3.*
*Qui ad emendum mutuo dat, in concurſu non habet privilegium. 5.*

Brevibus hæc eſt ſententia: Dominus dedit fun-
1 dum colendum ſervo cum duobus bobus, ſed
cum hi inutiles eſſent, juſſit Dominus alios boves
emi, ſervus priores boves vendidit, ſed pretium con-
ſumſit, meliores emit, ſed pretium non ſolvit, poſtea
Dominus convenitur à venditore de peculio & de in
rem verſo; ſed reſp. cum ſervus factus debitor Domi-
ni, deſioit eſſe verſum, niſi eatenus, quatenus boves
novi pluris eſſent, quam priores. Sed cur non actum
2 eſt, quod juſſu, quo caſu obtinuiſſet cauſam; ut *hic*
*gloſſ.* ait. R. ſed Alphenus, quid factum ſit, proponit.
Sed poſſet dubitari, cur non judex abſolverit Domi-
3 num juxta hanc deciſionem, & reſervarit illi aliam
actionem aptiorem? Sane ſi hodie adhibita clauſula ſa-
lutaris, non dubitarem judicem ex actione apta Do-
4 minum condemnare poſſe, de quo alibi. Sed nota,
quando fides eſt habita de pretio, quod tunc transfe-
ratur dominium, *ut hic.* Sed ex alia ratione textum
hunc ſingularem vocant. *Baldus in L. 7. C. qui potio-*
5 *res: Gail. L. 2. obſ. 12. num.* 2. Colligunt enim eum,
qui vendidit rem alicui, vel emendum mutuo dedit,
in concurſu Creditorum communi Jure uti debere nec
habere privilegium. *conf. Carpz. part. 1. conſt. 28. def.*
107. *& Mat. de Afflict. in c. generali. ſi de feudi ſucceſſ.*
*controv. fit. num. 10. Sarmientus in interp. fol.* 406. Sed
quod de venditore ſupra dictum, limitatur, niſi ven-
ditor ab emtore dolo deceptus. *Carpz. d. l. def. 18. & ſeq.*

## ad L. Pen. & ult.

*S V M M A R I A.*

*Utilem act. de in rem verſo habet maritus, qui credidit uxori ad onera ferenda. n. 1.*
*Quando act. utili Eccleſia teneatur? 2.*
*Actio de in rem verſo vel principaliter vel ut additamentum præponitur, 3.*
*An filia, quæ à patre accepit eſculenta, poſtea vidua facta ea præcipua habeat? 4.*

1 ACtio de in rem verſo utilis datur etiam aliis
perſonis *Barb. de act. d. 8 th. 7. Hahn. ad Weſ.*
*num. 4. h. t. Lauterb. hic in fine.* præter filios & ſervos,
v. gr. ſi maritus uxori credidit ad onera ferenda, quæ
2 alias ex ſtipulatione à patre uxoris ferenda fuerant, &
quæ patri ex contractu incumbebant, Maritus uxore
mortua utilem actionem de in rem verſo habet. *Olden-*
*dorp. Claſſ. 4. act. 7. c. 1. Maſcard. de concl. 1166. num.*
3 35. Sic Eccleſia tenetur, quando contractus in utilita-
tem Eccleſiæ initus, non quidem actione ex contractu,
ſed actione de in rem verſo utili. *Autor in C. t. Quod*
*cum eo, qui in al. ad L. 3. nu.* 3. Dupliciter etiam actio
directa proponitur, vel principaliter, ſcilicet peculio
extincto exinanito, vel ut additamentum actionis de
4 peculio. *P. Greg. lib. 29. tit. 15. num.* 4. Sed quæritur,
an ſi pater genero & filiæ donet eſculenta, an ſi vidua
ea poſtea habeat præcipua? Quod negat, & à Sena-
tu Friſico negative deciſum, refert *Joh. à Sande l. 2. tit.*
*5. def. 4. quem hic laudat Grœnwegen.*

---

## TITULUS IV.

### *Quod Juſſu.*

## ad L. Merito. 1.

*S V M M A R I A.*

*Ex juſſu datur actio in ſolidum contra Dominum. numer. 1.*
*Si cum patre contractum, & ſervo tanquam nudo miniſtro numeratum eſt, an actio detur? 2.*
*Unde de juſſu conſtare poſſit? 3.*
*Quid diſcriminis ſit inter actionem Quod juſſu & Tributoriam? 4. & 5.*
*Actio quod juſſu eſt vel directa vel utilis. 7.*
*Utilis datur ex contractu uxoris, fratris, diſcipuli, ſubditi, militis juſſu mariti &c. initio, 8.*
*Quid diſcriminis ſit inter juſſionem & fidejuſſionem in hac materia? 9.*

1 EX juſſu Domini vel Parentis, ſi Servus vel filius-
familias mecum contrahat, habeo actionem,
quod juſſu in ſolidum contra Dominum vel Paren-
tem, quia quaſi cum his contraxi. *l. 1. pr. Autor*
2 *ad L. 8. nu. 1. Quod cum eo, qui in al. poteſt.* Si vero cum
patre contractum, licet per filium tanquam per
nudum miniſtrum aut nuntium, licet Pater voluerit, ut
3 filio numeraretur, non datur hæc actio contra patrem,

ſed directa. *l. fin. h. t. Autor in C. quod cum eo. ad L. 4. num.* 3. Jus autem tunc videtur factus, ſi Dominus
chirographo ſubſcripſerit. *Leg. h.* 1. §. 4. quia ex ſub-
ſcriptione conſenſus inſertur, Autor *in* C. *tit. Quod
cum eo, qui in alien. ad L.* 3. *num.* 6. ſi quis non ut
teſtis ſubſcripſit. *Menech. conſ.* 123. *numer* 9. *& lib.* 3.
*Praeſ.* 66. *num.* 7. *Maſcard. concluſ.* 1348. *&c. Barboſ.*
4 *locapl. l.* 17. *cap.* 60. *ax.* 1. Et datur actio, quod juſſu,
ſive generaliter ſive ſpecialiter juſſerit. §. 1. *h. l.* Quæ
5 verba cauſam præbuerunt inquirendi, quod tandem
ſit diſcrimen inter actionem, quod juſſu, & tributo-
riam? & quamvis *Bartolus in L. poſt dotem.* 41. *ff. ſo-
lut. matr. & poſt eum Pariſius conſ.* 91. *nu.* 37. hoc diſcri-
men alleget, quod actio tributoria detur, quando vo-
luntas Domini indeterminata, ratione contractuum
faciendorum per ſervum: Titulus autem quod juſſu
locum habeat, quando voluntas Domini eſt determi-
nata, ratione certi contractus cum Titio faciendi; hæc
6 tamen diſtinctio cum *hoc* §. non videtur convenire.
Ideoque aliorum opinionibus examinatis, *Petr. Bar-
boſ. ad L. poſt Dotem.* 41. *numer.* 21. *ff. ſolut. matrim.*
concludit, actionem quod juſſu requirere, ut manda-
tum dirigatur ad certam perſonam, cum qua ſit con-
trahendum, ſive ſpeciale, reſpectu certi contractus,
ſive generale, reſpectu quorumcunque contractuum,
& ita vox generaliter hic de contractibus, non de
7 contrahentibus intelligenda eſt. Hæc autem actio vel
directa vel utilis. Illa ex contractu ſervi vel filiifamili-
as, hæc ex contractu illarum perſonarum, quæ alio-
quin reverentiam debent jubenti, & quæ ſubjectæ
8 ſunt jubenti, etiam per verba precaria. *Pariſ. d. l.
num.* 33. ut ſi uxor contrahat mandato mariti, frater
ex mandato fratris ſenioris, diſcipulus ex mandato
9 præceptoris, ſubditus ex mandato Magiſtratus, miles
ex mandato Capitanei, & ſim. *per l.* 7. §. 1. *C. quod
cum eo. Oldead. cl.* 4. *act.* 7. *numer.* 2. *Weſenbec. in tit.
Cod. quod cum eo. act.* 1. *numer.* 4. *Dn. Struvius hic
theſ. fin.* Sed hæc in contractibus, in delictis ſecus de
quo ſuo loco. In §. 5. habetur diſtinctio inter juſſum &
fidejuſſionem, adeo ut ex fidejuſſione inutili non ſe-
quatur juſſus. Nam quando fidejubet pater ut extra-
neus intervenit. *hic & l.* 5. §. *ultim. de liber. legat.* &
fidejuſſio ſequitur obligationem, juſſus præcedit. *conf.
Hersag. de Fidejuſſ. cap.* 2. *num.* 55. *& cap.* 18. *n.* 6. Et
juſſus non colligitur ex ſimplici conſenſu. *Pariſ. d. l.
num.* 35. etſi jubeat ut pater. *Pariſius dict. l. numer.* 36.
Sed hic puto reperiri ſubtilitatem Juris. Nam ſi fide-
juſſit, utique approbavit, & quantulum diſcrimen in-
ter ratihabitionem, quæ facit juſſum. §. 6. *h. l.* & ap-
probationem, quæ fit ſpondendo?

### ad L. Dominium. 3. h. t.

*S U M M A R I U M.*

*Actione quod juſſu agitur, ſi ſervus ſervavit formam
præcepti.*

QUando filius vel ſervus juſſu Patris vel Domini
quid gerit, tunc agi poteſt hac actione, quan-
do ſervata forma præcepti. *Pariſius d. l. num.* 38. ſic
ſi non habeat mandatum de obligandis bonis Patris,
hypothecaria actione non agit creditor; nec obſtat *l.* 4.
*C. ad SC. Maced.* quia permiſſio ibi ad pignus directa.
*conf. Pariſ. d. l. num.* 38. Autor *ad L.* 6. *num.* 2. 3. *C.
Quod cum eo, qui in al. pot.*

# LIBRI DECIMI SEXTI.

## T I T U L U S I.

## Ad SCtum Vellejanum.

### ad L. Et primo. 2.

*S U M M A R I A.*

*Cauſa h. SCti quænam ſint? num.* 1.
*Mulier intercedit vel in veteri vel in nova obligatione.* 2.
*In Veteri vel ad promittendo vel expromittendo.* 3.
*Novam obl. quomodo in ſe ſuſcipiat?* 4.
*An & quando contra mulierem ipſo jure actio non detur?
5. & ſeqq.*
*Jure novo quomodo ipſo jure non valeat interceſſio mulie-
ris? 8. & 9.*
*Quid, ſi pro patre intercedat?* 10.
*Quid, ſi pro marito mortuo?* 11.

1 HIc habentur Verba SCti Vellejani
una cum ratione, quia virilibus offi-
ciis eas fungi, & ejuſmodi obliga-
tionibus obſtringi, non ſit æquum,
de qua ratione *vide Bachov. volum.*
1. *in Tr. diſput.* 25. *theſ.* 2. *lit. C.* A-
lia ratio habetur in §. 2. *h. l.* 2. ſcili-
cet imbecillitas ſexus, nam facile ſe irretiri patiuntur,
dummodo in præſenti ſolutionem expedire non co-
2 gantur. Multis autem modis fieri poteſt, ut mulier
contra SC. hoc intercedat, & quidem ad certa capita
ut id revocetur, fieri id poteſt, vel circa veterem obli-
gationem, vel novam. Illud dupliciter, vel 1. per
3 participationem accumulative, debitore, pro quo
intercedit, manente obligato, ut ſi pro eo fidejubeat,
ejus debitum conſtituat, vel mandet, vel compro-
mittat, vel pignus obliget, & ſim. Dn. Autor *in C.
ad L.* 4. *num.* 1. *& ſeq.* 2. vel translative, privative, ac
per expromiſſionem, ſeu novationem etiam fictam, ſi
4 judicium pro alio ſuſcipiat *l.* 2. §. *ultim. h. t.* Novam
autem obligationem in ſe recipit, quando ab initio ſe
pro alio conſtituit. *vid. Franzk. h. t. n.* 12. *& ſeqq. Wiſ-
ſenbach. d. diſp.* 30. *th.* 2. *& ſeq. Hering. de fidejuſ. c.* 7.
5 *numer.* 195. *Weſenb. in C. h. t. numer.* 12. Colligitur eti-
am ex *hoc* §. 1. *ex* verbis, neve eo nomine, ipſo
jure non dari actionem contra mulierem ex interceſſio-
ne, quod Dd. communiter ſolent intelligere de caſu,
quando pro marito intercedit, nam ſi pro alio, dari
exceptionem. *Theſſ. dec.* 223. *num.* 1. *Mind. de proc. l.*
2. *c.* 61. *num.* 1. *Trentac. l.* 3. *tit. de fidej. reſ.* 3. *numer.* 1.
*Gutierez. l.* 2. *pr. queſt.* 28. *& de confirm. jurament.
p.* 1. *c.* 55. *num.* 1. *Rauchb. p.* 1. *qu.* 34. *numer.* 11. Autor
*ad Authent. Si qua. num.* 5. *C. h. t.* Sed hæc interpreta-
6 tio *ab hoc textu* alienior: Melior aliorum mens, quan-
do liquida eſt interceſſio, denegari actionem; quando
dubia, & alius forte color quæſitus, dari exceptio-
7 nem. *Weſenb. in C. h. t. num.* 15. *circa finem & num.* 23.
*Franzk. h. t. numer.* 9. *Struv. th.* 7. licet & hoc adden-
dum putem, ſi interceſſio liquida, ſed dubitetur, an
non ea in caſu excepto & conceſſo, facta, quod tunc
etiam exceptio detur, non denegatur actio. Aliter
*Hill. in Don. l.* 12. *c.* 30. *lit. A. Bach. in Tr. d.* 25. *th.* 2.
*lit.*

8 *lit. C.* & aliter *Manzius de fidejuſſ. c. 3. num. 32. & ſeq.*
Hodie jure novo per *L. antiqua*, 23. *C. h. t.* ipſo jure non
valet fidejuſſio, quando non coram tribus teſtibus fa-
cta, Autor *in C. h. t. ad L.* 23. *num.* 4. neque in ſo-
lenne inſtrumentum redacta. *Gl. Bart. & Dd. in d. l.*
23. §. 2. *Trentac. de fidejuſſ. reſ.* 2. *num.* 4. *Gutierez.*
*de juram. confirm. p.* 1. *c.* 20. *num.* 6. *Molina d.* 540. *nu-*
*mer.* 3. *Manzius de fidejuſſ. num.* 30. *Joh. à Sande l.* 3.
9 *tit.* 11. *def.* 2. *Lauterbach h. t.* §. 1. *th.* 9. Nec igitur *iſte*
§. vel ad principium legis, & caſum ibidem propoſi-
tum, nec ad eum caſum, ubi in ſcriptis fidejubere
volunt, nec ad renunciationem faciendam reſtringen-
dus, ut faciunt *Berlich. p.* 2. *concl.* 19. *num.* 29. *Weſ.*
*in C. h. t. num.* 13. In iis tamen caſibus, in quibus olim
ceſſabat SCtum, ut ſi pro libertate vel dote interce-
dit, iſta ſolennitate opus non eſt. Autor *in C. h. t. ad*
*L.* 12. *num.* 1. *&* 2. *& ad L.* 24. *& ult. C. h. t. Trentl. &*
*ibi Bach. vol.* 1. *d.* 25. *th.* 2. *lit. B. Dn. Lauterbach. in h.*
10 *t.* §. *th.* 1. 9. *in fine.* Mulier etiamſi pro patre & filio in-
tercedat juvatur tamen SCto. *hic & l.* 3. *C. eod. Pruck-*
11 *man. vol.* 2. *conſil.* 25. *num.* 50. *Hering. de fidejuſſ. c.* 7.
*num.* 377. & licet marito mortuo intercedat. *Carpz. p.*
2. *c.* 16. *def.* 3. Dn. Autor *in C. h. t. ad L.* 3. *nu.* 1. *&* 2.

## ad L. Si fidejuſſores. 6.

### *SVMMARIVM.*

*An, qui mandato mulieris pro minore fidejuſſit, ab actio-*
*ne liber ſit?*

Mulier mandaverat mihi, ut pro minore fideju-
berem, an mulier non tantum ab actione li-
beratur, ſed etiam ego? Quod affirm. Autor *in C. ad*
*L.* 14. *h. t. & ad L.* 15. *num.* 1. quia ſi compellerer ad
ſolvendum, haberem regreſſum contra mulierem &
quia totam obligationem Senatus improbat. *l.* 16. §. 1.
*h. t.*

## ad L. Quamvis. 8. princ.

### *SUMMARIA.*

*Mulier ſuam rem pro alio pignori dans intercedit. nu-*
*mer.* 1.
*Quid ſi pignus remiſerit?* 2.
*Quid, ſi obliganti bona ſua conſenſerit?* 3.
*An mulier, quæ Tutoribus indemnitatem promittit, in-*
*tercedat?* 4.
*An, ſi cum creditoribus quaſi de novo contrahit, juve-*
*tur SCto?* 5.
*An mulier quando ſolvit ex interceſſione, habeat condi-*
*ctionem indebiti?* 6. *ſeqq.*
*An, quando ſine præcedente interceſſione ſuum debito-*
*rem delegat, juvetur SCto?* 9.
*An, ſi ſuam rem pro marito obærato in ſolutum dat? nu-*
*mer.* 10.
*Quando mulier alienam obl. novavit, etiam priſtino cre-*
*ditori actio reſtituitur?* 11.
*Quid ſi hæreditario jure ſuccedat debitori, pro quo in-*
*terceſſit?* 12.
*Quid, ſi creditor mulieri, quæ debitoris obligationem*
*novaverat, ſucceſſerit ut hæres, an nihilominus reſti-*
*tuatur actio* 13.

1 Si mulier pignori dat rem ſuam pro alio, hæc eſt
interceſſio; ſecus ſi pignus ſibi datum remittat,
hæc non eſt interceſſio, ſed donatio, vel gratificatio,
ideoque non prohibita. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 84. *num* 4.
*conf. L. Jubemus.* 21. *C. h. t. & ibi not.* Dni Autoris *Dn.*
*Mev. p.* 2. *dec.* 129. licet etiam Marito hypothecam re-
mittat. *l.* 11. *& l.* 21. *C. h. t. Berlich. p.* 2. *concl.* 20. *nu-*
*mer.* 3. *& ſeqq. Dn. Lauterbach. hic* §. 1. *th.* 129. Autor
2 *in C. h. t. ad L.* 21. *num.* 1. *&* 2. *ſeq.* Niſi fœmina, quæ
hypothecam remiſit, ſe læſam probare poſſit, ubi ta-
men interim Creditor in poſſeſſione defendendus. *Mev.*
*d. l.* Reſtitutionem autem obtinere non poterit, niſi
doceat per eam remiſſionem fieri, ut dote aliiſque il-
latis potiri non poſſit, & quidem tempore remiſſionis
non petitæ reſtitutionis. *Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 130. Sed
aliud eſt, quando obliganti uxoris bona conſentit
3 uxor. Ideo cum maritus adhibito conſenſu uxoris,
bona dotalia obligaſſet ſuis creditoribus, viduæ ex-
ceptio data in Facultate, *menſe Maio anno* 1643.
4 *Ad* §. 1. Mulier, quæ indemnitatem Tutoribus pro-
mittit, non juvatur hoc beneficio, quia nullum
præcedit debitum, pro quo intercedat. Dn. Autor
*in C. h. t. ad L.* 6. *num.* 2. *& final.* aliud vero, ſi pro
debito, quod Pupillus debet, intercedat, ne obſtet
5 *l.* 6. *C. h. t. conf. L.* 19. *pr. h. t.* Colligit ex hoc §. *Mev.*
*p.* 5. *dec.* 128. ſi mulier quaſi de novo contrahat cum
creditore, & quaſi ex mutuo ſe obliget, ceſſare
SCtum.
6 *Ad* §. 3. Mulieri ſi præcedente obligatione ſolverit,
vel etiam debitorem ſuum delegaverit, datur condi-
ctio indebiti. *hic & l.* 40. *ſupr. de condict. indebit. Dn.*
*Caſpar Manzius de fid juſſ. c.* 3. *num.* 10. Si ſine præce-
dente interceſſione ſolverit, non datur condictio *L.* 4.
8 *C. h. t.* Autor *in C. h. t. ad L.* 9. *num.* 1. Condictionis
autem hæc ratio, quod error juris in damno vitando
mulieri nocere non ſoleat, maxime in caſibus jure
expreſſis. *Carpz. p.* 2. *c.* 16. *def.* 2. *Oddus de Reſt. p.* 1. *q.*
10. *art.* 1. *Tiraq. in l. ſi unquam. in præfat. n.* 100. *C. de*
*revoc. donat.* Dn. Autor *in C. h. t. ad L.* 1. *num.* 2. Re-
petitionem autem habet, ſi condemnata fuit. *l.* 11. *ff. ad*
*Maced.* Aliud ſi condemnata ſolvit, ob autoritatem
rei judicatæ. *Molin. d. diſp.* 540. *n.* 4.
9 *Ad* §. 5. Si ſine præcedente interceſſione delegavit ſu-
um debitorem, non juvatur SCto; non enim adjuva-
tur contra ſolutionem ſponte à ſe factam, nulla præce-
dente interceſſione *l.* 4. *num.* 2. *& l.* 5. *h. t. Aut. in C.*
*h. t. ad L.* 4. *nu.* 2. *&* 3. Ergo nec ſi deleget ſuum
debitorem, quia facilius ſe obligat, quam donat *l.* 4.
§. 1. *h. t. Cuno de Pact. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. *Hering.*
*d. c.* 7. *num.* 424. *Balth. in reſol. Bavar. t.* 1. *reſ.* 12. *nu.*
29. *Franc. h. t. num.* 18. *Struv. Ex* 21. *th.* 9. Dn. Autor
10 *in C. h. t. ad L.* 1. *num.* 1. *&* 2. Idem eſt, ſi rem ſuam
pro marito obærato ſine præcedente interceſſione in
ſolutum det. *l.* 4. *C. h. t. Alex. Trentac. l.* 3. *reſol. tit.*
*de fidej. ret.* 2. *num.* 6. Autor *in C. h. t. ad L.* 2. *num.* 3.
*& ad L.* 4. *num.* 2.
11 *Ad* §. 7. Si mulier animo novandi interceſſit, & in
ſe tranſtulit obligationem alterius, non tantum ipſa
juvatur ſed creditori etiam reſtituitur priſtina actio in
debitorem liberatum, licet mulieri acceptum tulerit
debitum. §. 9. *h.* L. & hinc actio reſtituta vocatur
reſtitoria, vel utilis, vel reſciſſoria, per *h.* §. 7. *&* 8.
*&c. Donell. & Hill. l.* 12 *c.* 31. *Struv. Ex* 21. *th.* 8. *Wiſ-*
12 *ſenbach. diſp.* 30. *th.* 5. Lauterbach. *h. t* §. 3. *th.* 1 Autor
*in C. h. t. ad* L. 8. *num.* 2. *Et ad* L. 6. *num.* 1. *&* 2. *C. h.*
*t.* Si vero mulier ſuccedat hæreditario Jure debitori,
pro quo expromiſit, directa etiam actione tenetur.
*Wiſſenb. d. l.* quia mulieris non intereſt, qua actione
conveniatur. *Anton. Faber. l.* 3. *conject. cap.* 7. *pag.* 48.
*col.* 2.
13 *Ad* §. 12. *& ſeq.* Si Creditor mulieri, ut hæres ſuc-
cedat, nihilominus reſtituenda actio contra Debitorem,
quia in effectu non obligatæ ſucceſſit, ſed aliud, ſi mu-
lier Debitori, pro quo fidejuſſit, ſucceſſerit, tunc
enim non juvatur, quia non eſt novum, ut obligatio-
nes, quæ propriis viribus non ſubſiſtunt, aditione hæ-
reditatis confirmentur. *Hering. d. c.* 7. *num.* 443 *Pruck-*
*man in l. in multis p.* 2. *art.* 15. *num.* 35. *ff. De ſtatu hom.*
*Cujac. lib.* 13. *obſ.* 11. *Joh. Franc. Balth. tit.* 1. *reſol. Bava-*
*ric.* 12. *n.* 32. quatenus ſcilicet hæres eſt. *Dn. Manz. de*
*fidej. c.* 2. *num* 24.
14 *Ad* §. *pen. & ult.* Si fœmina ab initio pro alio cum
quo contracturus eram, ſe ream conſtituit, & no-
vam obligationem intercedendo ſuſcepit, [illegible]
utilem actionem ex contractu mulieris competentem
creditori adverſus illum, pro quo mulier interceſſit,



Digitized by Google

concedit, quam actionem inſtitutoriam vocant, modo ille, pro quo mulier interceſſit, ſeſe efficaciter obligate poſſit. *Dn. Lauterbach. ad h. t.* §. 3. *th.* 1. Autor *in C. ad h. t. ad L.* 16. *nu.* 1. 2.

## ad L. Si mulier. 11. & L. Bona fide. 27.

### *SUMMARIUM.*

*An, ſi mulier mutuo ſumtam pecuniam pro uſu ſuo alteri credidit, juvetur SCto?*

SI mulier mutuo ſumat pro ſuo uſu, ſed eam pecuniam alteri credat, non juvatur, quia Creditor ignorare poteſt, quid mulier actura ſit. *vid. Coler. deciſ.* 67. *num.* 41. *Hering. d. l. num.* 417. *& ſeq. & Mindan. de proceſ. l.* 2. *c.* 61. *num.* 11. *Johan. Balthaſar. d. reſ.* 12. *num.* 27. Autor *in C. t. de Inſtit. Act. ad L.* 4. *num.* 2. nec hoc caſu creditor ignorantiam ſuam juramento tenetur probare, ſed mulier ſcientiam. *Weſenb. in C. h. t. num.* 9. *&* 12.

## ad L. Aliquando. 13.

### *SUMMARIA.*

*Mulier hæreditatem ement, non intercedit. n.* 1.
*An vidua, quæ mariti æs alienum in ſe ſuſcepit, habeat beneficium SCti?* 2.
*An vero maritus ſecundus exceptionem habeat?* 3.
*Quando actio reſtituitur, omnes ſimul acceſſiones reſtituuntur?* 4.

1 INterdum prima ſpecie alienam obligationem ſuſcipit mulier, revera autem ſuum, ut hæreditatem
emat, vel ſi cum Creditoribus agat, ut ſibi nomen
mariti ſui venderent, de quo exemplo prolixe *Hering.
d. c.* 7. *num.* 418. *& ſeq. Molina tr.* 2. *d.* 540. *num.* 19.
*Balthaſar. d. l. num.* 21. Dn. Autor *in C. h. t. ad L.* 2.
2 *num.* 2. Hinc quæritur de tali ſpecie facti: Eccleſiæ
Oeconomi egerant cum vidua obærati mariti, ut æs
alienum, quo maritus Eccleſiæ obligatus erat, & in
vicem eorum debitorum, mariti bona retineret, conventus
poſtea maritus ſecundus opponebat. SCtum
Vellej. ex perſona uxoris, & beneficium dotis ſibi debitæ,
de illa conſtat, quod non habeat SC. Vellejani
beneficium, quia ſuo nomine contraxit cum Eccleſia,
& quia tantum ex bonis mariti tenet, quantum ſolvendum
huic erat, ita tenebat *Dn. Mevius p.* 3. *dec.* 84.
3 Sed quid de marito? Reſp. *Dn. Mevius*, illum habere
juſtam exceptionem, quod concedo, ſi conſtitutio
dotis contractum cum Eccleſia præceſſerit. Nam ſi
prius cum Eccleſia contraxiſſet, maritus non videtur
excipere poſſe de dote; nam dos marito conſtitui non
potuit, niſi deducto ære alieno ipſius uxoris, quæ dotem
conſtituere volebat, ergo Eccleſiæ debitum præcedit.
Et maritus habet hypothecam ſine privilegio
prioritatis in dote promiſſa ac conſtituta. Sed Eccleſia
habuiſſet anterius Jus reale.
4 *Ad* §. 1. Quando reſtituitur actio contra priorem
Debitorem, hypothecaria actio etiam reſtituitur, &
pignora manent obligata, & fidejuſſores. *L. Si mulier.* 14. *h. t.* Nam ſi novatio in effectu non valet, hypotheca
noo ſolvitur, nec pignus. *Bart. hic.*

## ad L. Si mulier. 16.

### *SUMMARIA.*

*Referuntur caſus, ubi mulier non ſuccurritur SCto nu.* 1. *& ſeqq.*
*Scilicet ſi pretium acceperit pro fidejuſſione.* 2. *&* 3.
*Idem, ſi ipſius luxu conſumta pecunia.* 4.
*Idem, ſi pro dote extraneæ fidejubeat, aut pro ſtudiis, aut pro pia cauſa.* 5. 6. *&* 7.

1 NOn juvatur Mulier, ſi Debitor pecuniam nomeravit
mulieri, ut Creditori ſolveret, uti ex hoc
textu judicatum refert *Sande l.* 3. *tit.* 11. *deciſ.* 1. *Dn.
Manz. d. c.* 3. *num.* 26. *& ſeqq. Dn. Lauterbach. h. t.*
2 §. 1. *th.* 11. Idem, ſi pro creditore, cui delegata fuit
promiſerit *l.* 24. *p. h. t.* idem eſt, ſi pretium pro ſua
fidejuſſione acceperit, & hoc ſolenni inſtrumento probetur,
quia auguſtiſſimum Senatus beneficium nummario
pretio æſtimat. *L. antiqua.* 23. *C. h. t. ibique* Autor
*num.* 1. *&* 2. *Theſſ. dec.* 223. *n.* 13. *Zang. de Except.
p.* 3. *c.* 9. *num.* 44. *Menoch. lib.* 3. *praeſ.* 21. *num.* 4. nam
tunc exceptioni mulieris opponeretur replicatio doli.
3 *Franzk. h. t. num.* 24. *Dn. Struv. d. l. th.* 20. Et debet
eſſe tantum pretium, quod homo cordatus non reputaret
pro nihilo, id quod arbitrio judicis committitur
*Menoch. l.* 2. *de A. Q. caſu* 234. *Hering. d. l. num.*
435. *Molina d. l. num.* 17. *Dn. Lauterbach. h. t.* §. 2. *th.*
6. *Dn. Manzius de fidejuſſ. c.* 3. *num.* 18. & cavendum,
ne dolus creditoris interveniat. *Hering. d. l. & Balth.
d. reſol.* 12. *num.* 22. Sic mulier non utetur beneficio,
4 vel ſi in ipſius utilitatem verſa pecunia, vel ipſius luxu
ac veſtitu conſumta pecunia credita. *Nov.* 134. *c.*
4. *Donell. l.* 12. *c.* 29. *in fine Rauchbar. p.* 1. *q.* 34. *nu.*
13. *Gail. l.* 2. *obſ.* 89. *num.* 2. *Joh. Fr. Balth. reſolut. Bavar.
tit.* 11. *num.* 17. Dn. Autor *in C. h. t. ad L.* 2. *n.* 3.
quod intelligo, ſi maritus ad inſtantiam uxoris hoc
faciat, non ſi invitæ uxori pretioſas veſtes obtrudat,
5 quod forte rarius. Nec ſi pro dote extraneæ etiam fidejubeat,
vel libertate *l.* 12. §. *fin. C. h. t.* Autor *ad L.*
12. *& L. ult. nu.* 1. *& ſeq. Manz. de fidej. c.* 2. *n.* 20.
6 *& ſeq.* vel pro ſtudiis vel alimentis. *Manzius. d. c.* 3.
*num.* 22. & hoc intelligunt, licet ſolennitas ſcripturæ
publicæ, ut in *l. antiqua.* 23. *C h. t.* habetur, non interveniat.
*Trentac. l.* 3. *tit. de fidej. reſ.* 2. *num.* 4. *verſ.
ſecunda eſt &c. Molina d. d.* 540. *n.* 14. *& ſeq. Mind.
l.* 2. *c.* 61. *num.* 17. *Hering. d. c.* 7. *num.* 437. *Balth. d. t.
reſ.* 12. *num.* 30. *&* 33. Quod ad omnes cauſas pias
7 extendit. *Tiraq. priv. pia cauſa.* 113. *Dn. Mev. p.* 3. *d.* 58.
& ad Eccleſiam. *Mev. d. l.* Autor *in C. h. t. ad L.*
121. *nu.* 1. 2. *&* 3. Sed ooo excipiuntur debita fiſcolia.
*Matth. Steph. ad Nov.* 134. *nu.* 8. *Manz. d. l. num.* 37.
Et ſi mulier in propria perſona contrahit, non juvatur
SCto Vellejano. Autor *ad L.* 10. *in C. h. t. nu.* 1.
*& ad* L. 13. *num.* 1.

## ad L. Vir uxori. 17.

### *SUMMARIA.*

*Quatenus creditorem ignorantia circa interceſſionem mulieris excuſet? nu.* 1.
*Caſus* §. 1. *infertur.* 2.
*Quomodo maritus ſolvere poſſit uxori ſuæ?* 3.
*Quatenus uxor, quæ cum ſocio, rei communis tuendæ cauſa, mutuum accepit, in ſolidum obligetur?* 4.
*Quando, ſi mas & fœmina in ſolidum ſe obligant in cauſa communi, fœmina pro parte teneatur?* 5. *&* 6.
*An mulier teneatur, ſi cum marito communem mercantiam exercet?* 7.

IN *principio hujus* L. notetur obſervatio JCti, quod
1 multum interſit, an cum muliere ab initio contrahat
creditor, an alienam obligationem in eam transferat;
nam illo caſu ignorantia excuſat, hic non, ſed
diligentior & curioſior eſſe debet; & ſic ſi mulier
mihi delegetur a debitore meo, diligentior eſſe debui,
& inutilis allegatio ignorantiæ. *Bach. ad Tr. vol.*
1. *d.* 25. *th.* 5. *lit. D. Struv. d. Ex.* 21. *th.* 6. *Wiſſenbach.
d. l. th.* 11. *Dn.* Lauterbach. *ad h. t.* §. 1. *th.* 5.
*Ad* §. 1. Res aliqua erat obligata mulieri ex du-
2 plici cauſa, ſcilicet ratiooe dotis & ratione mutui.
Maritus ſolvit mulieri dotem, ideo mulier renunciat
hypothecæ ratione dotis, & permiſit, ut alii obligaretur.
Et diſtinguitur hic, an creditor ſciverit, rem
eſſe obligatam mulieri pro mutuo, & tunc mulieri
competet beneficium SC. Vellejani, quia videtur ſibi
tacite reſervaſſe hypothecam ratione mutui, dum
hypothecæ ratione dotis renunciavit, & quia poſſa

tamen

tamen, ut alteri obligaretur, videtur quaſi interceſſiſſe. Sed ſi creditor ignoravit, videtur eſſe deceptus a marito, & uxore, quia tacuit de mutuo. Et ſic h. §. non obſtat *l. jubemus. C. h. t.* Videatur hunc textum pluribus explicans *Pet. Barboſa in l. 1. parte ut ejus quinta. num. 59. in fine. & nu. ſeq. ff. ſoluto matrim.*
3 Sed quomodo maritus ſulvere potuit conſtante matrimonio? Reſp. Intelligendum eſſe §. de caſu ſoluti matrimonii, aut de eo caſu, quo licet reſtituere conſtante matrimonio dotem. *Joh. Coraſ. ad l. qui liberos. ff. de Ritu nupt. num.* 201. *vol. 2. repet. juris.*

4 *Ad §. fin.* Mulier cum ſocio rei communis tuendæ cauſa, ſi cauſa neceſſaria, & niſi mutuum acceptum, majus damnum mulier acceptura fuiſſet, in ſolidum obligatur, ſecus ſi amplificandi cauſa mutuum acceperit, tunc pro parte tantum tenetur. *Rodericus de Cenſ. lib. 2. qu. 5. numer.* 24. *&* 28. Et ſic etiam intelligenda lex ſequens ob connexionem, ſcilicet quando mas & fœmina in ſolidum ſe obligant in communem cauſam, quod tunc mulier pro parte teneatur, aliud vero ſi in cauſa aliena, & ad ſe non pertinente fidejuſſerint, tunc enim mas in ſolidum tenetur, *per l.* 48. *r. ff de fidejuſſ. Cujac. in l.* 10. *qu. Papin. t. 4. pag.* 226 *Dn. Struv. th. 5. Sande l. 3. t. 10 def.* 20. *Dn. Lauterbach ad h. t. § 2 th.* 3. Autor *in C. h.*
5 *t. ad L. 8. num.* 3 Alii textum hunc ita intelligunt, & inferunt exinde, ut *Carol. Molinæus de Contract. uſur. n.* 290. Aut interfuit mulieris partem ſuam tantum ſolvi, & tunc ratione reliquæ partis competit SCtum; aut interfuit mulieris ratione utriuſque par-
6 tis, & tunc nun juvatur. Ex quo illud vulgatum quod mulier teneatur, ſi communem mercantiam cum marito exercuit. *Dn. Mev. p. 2. dec.* 206. ubi diſtinguere ſoleo, *an* uxor veram ſocietatem contraxerit, & ſuam pecuniam in mercantiam contulerit, an vero maritus ejus operis ſibi debitis uſus fuerit; priori caſu, tenebitur uxor, ut hic dicitur, Autor *in C. h. t. Authent. Sive a me. nu.* 7. poſteriori caſu non tenebitur, niſi velim dicere, deſidem & otioſam uxorem melioris eſſe conditionis, quam aſſiduam & diligentem,
7 ſed hoc poſteriori caſu maritus ex contractu uxoris tenebitur. Si etiam maritus cum uxore mutuum vel pretium rei dotalis venditæ ſe accepiſſe fateatur, pecunia ſuli marito ſoluta præſumitur. *vid. not. ad l.* 11. §. 1. *de duobus reis. & Berlich p. 2. dec.* 173. Autor *in C. h. t. ad Authent. Si qua mulier. nu.* 7.

## ad L. Tutor. 19. pr.

*SUMMARIUM.*

*An mulier, ſi promiſſa indemnitate aliquem ad obligandum inducit, fruatur SCto?*

SI fœmina aliquem ad ſe obligandum inducat, promiſſa indemnitate, non juvatur SCto, quia ad id, ut hoc beneficium competat, non ſufficit, alterius cauſa promiſſio, ſed alienæ obligationis receptio. *Dn. Mev. p. 4. d.* 298.

## ad L. Si pro aliquo. 21.

*SUMMARIUM.*

*Caſus, ubi mulier non juvatur SCto.*

SI mulier intercedit in rem ſuam, non juvatur; Autor *in C. h. t. ad L.* 10. *nu.* 1. *& ad L.* 23. *h. t. n.* 1. idem, ut ſupra dictum, ſi pecuniam accepit pro interceſſione, *per L. antiqua.* 23. *C. h. t. Menoch. lib. 3. praeſ.* 21. *num. 4. Zang. de Exc. d. c. 9. num.* 44. *Hering. de Fidejuſſ. c. 7. num.* 433. *& ſeq.* Idem eſt, ſi a creditore ſuo alii delegetur. *l. 2. C. h. t. Zoeſ. h. t. num.* 9. vel ſi aſſecuretur data pecunia a debitore. *Molin. d. d.* 540. *num.* 19. *Hering. d. c. 7. num.* 44. *Balth. d. reſ.* 12. *numer.* 31.

## ad L. Si Mulier. 23.

*SVMMARIVM.*

*An, ſi mulier interrogata, an heres ſit, affirmat, cum tamen non ſit, habeat beneficium SCti?*

SI mulier ſine decipiendi animo reſpondet, ſe hæredem eſſe, cum tamen non eſſet, datur SCtum Vellejanum, quod *Padilla ad L. Error. 7. C. de J. & f. ign. num.* 13. intelligit de eo caſu, quando ſententia jam lata, nam alioquin error corrigi poſſit. Autor *in C. h. t. ad L. 1. num.* 2.

## ad L. Seja. 28.

MAritus ſi in Teſtamentum dicat ſe accepiſſe pecuniam, non vero uxorem, hoc creditoribus non præjudicat; unde colligunt, verba Enunciativa à Teſtatore prolata Creditoribus non præjudicare. *Barthol. hic & Maſc. de Probat. concl.* 106. *& concl.* 622. *& Dd. quos allegat Klock. v. conſ. 29. num.* 301. *conſ. Franc. Marci dec.* 508. Autor *ad L. 6. num. 4. C. de Probat.*

## ad L. Quidam voluit. 29.

*SVMMARIVM.*

*An mulier mutuata pro aliis, pignusque Creditori dans, SCto Vellej. juvetur?*

VOlebam Lucii hæredibus mutuam date pecuniam, ſed cum eorum facultates mihi ſuſpectæ viderentur, ſuppoſuerunt viduam Lucii, ut ipſi mutuum darem acceptis ab ea pignoribus, & illa mox hæredibus daret acceptis ab iis pignoribus. Quæritur, an vidua juvetur, Senatusconſulto? Quod affirmatur *vid. Cujac. ad lib. 16. Reſp. Pauli tomo 1. pag.* 1677. Ex hoc textu colligunt, licet mulier non juvetur SCto, ſi ipſi promittatur, & realiter præſtetur indemnitas, hoc tamen intelligendum eſſe, ſi pecunia parata loco aſſecurationis detur non pignoris. *Lud. Rom. in ſing.* 32. *Pruckman. in l. in multis p. 2. art. 15. num.* 28. *ff. de ſtatu hominum. Hering. de fidejuſſ. c. 7. num.* 442. Autor *ad L. 15. num. 2. & 3. C. h. t.*

## ad L. Si decipiendi. 30.

*SUMMARIA.*

*Mulier animo decipiendi intercedens non juvatur n. 1.*
*Quomodo probetur animus decipiendi? 2.*

1 SI mulier decipiendi animo interceſſit & cum ſciret ſe non teneri, non juvatur. *Mend. d. l. nu.* 16. *Hering. num.* 423. *Balthaſar d. reſ.* 12. *num.* 28. *Molina d. dec* 540. *nu.* 18. *Weſenb. in C. num.* 11. Dn. Autor. *in C. h. t. ad L. 5. num. 2. & ad L. 9. num. 1. & 3. & ad L. 18. C. h. t.* Sed quomodo probari poteſt, uxorem de-
2 cipiendi animo interceſſiſſe? Reſp. ex conjecturis, ſi ſcivit ſibi tale beneficium competere, ſi dixit ad amicos, ſe ſcire, ſe non valide interceſſuram, aliiſque conjecturis. *conf.* Manzius *de fidejuſſ. c. 3. num.* 16. Autor *in C. h. t. ad L. 9. nu.* 3. Huc pertinet, ſi maritus obligaret bona uxoris, quaſi ſua, ipſa præſente & tacente. *conſ.* Molina *de juſt. & jure diſp.* 540. *num. Hering. d. l. nu.* 423. *Weſenb. in Cod. h. t. num.* 11. *Balthaſar. d. reſ.* 12. *num.* 28. *&* Dn. Autor *in C. h. t. ad L. 5. n.* 1.

## ad L. Si mulier. 32.

*SVMMARIVM.*

*An mulier adeundo hæreditatem intercedat?*

QUando mulier adit hæreditatem, non videtur intercedere, & ſic non juvatur SCto, niſi fraude cre-

creditorum inducta adierit. Dn. Autor *in C. tit. de Inſtit. Act. ad* L. 4. *nu.* 2. Subjicitur ratio, quia non in omnibus habet privilegia minoris, & ætatis potior eſt ratio quam ſexus *l.* 12. *in fine de* Minor. *ubi notata & Dn. Lauterbach. ad h.* 1. §. 1. *nu.* 5.

### ad L. fin. pr. & §. 1.

### *SUMMARIA.*

*An mulier ex h. SCto reſtituatur contra aditam hæreditatem?* n. 1.
*An ſi mulier ad aditionem a nonnullis crediteribus perſuaſa eſt, hoc reliquis creditoribus noceat?* 2.
*Ex h. SCto mulieri res cum fructibus reſtituitur.* 3.
*An mulier SCto renunciare poſſit?* 4. & 5.
*Interceſſio poſt biennium repetita habet vim juramenti?* 6.
*Quid, ſi in ultimis mandaverit, ut hæredes fidem liberarent?* 7.
*An jurata renunciatio obſit mulieri?* 8. 14. 15. & 16.
*Ad juramentum quid requiratur, & an ſufficiat,* ſo wahr mir GOtt helffe? 9. *ſeq.*
*An mulier, ſi jurate renunciat, certioranda ſit neceſſario?* 17.
*An præſumatur interceſſio, quando uxor cum marito ſe obligat?* 18.
*An quando uxor in taberna merces vendit, præſumatur ſocietatis jure negotiationem exercere?* 19.

1 IN princ. dicitur, quod mulier non reſtituatur contra hæreditatem aditam, non enim paria privilegia cum minore habet; ratio. quia ſic rem ſuam agit, dum adire voluit hæreditatem, niſi perſuaſa fuerit à creditoribus defuncti, tunc enim dolus creditorum concurrit, & ſic læſa fuit per dolum. Sed hic quæſi-
2 tum memini, ſi mulier a nonnullis defuncti creditoribus doloſe perſuaſa ſit, an hoc aliis creditoribus, qui doli participes non ſunt, præjudicet? & puto quod non. Sed hic diſtinctionem creditorum facerem, ut dolus tantum noceat illis, qui doloſe & per menda-
3 cium perſuaſerunt mulieri aditionem. In §. 1 dicitur, quod mulier in iis caſibus, in quibus SCtum ipſi ſubvenit, cum fructibus & reparatione deteriorationis repetat, non tantum a Creditore, ſed etiam emtore, quia non poteſt melioris conditionis eſſe emtor quam venditor.
4 *Ad §. pen.* Mulier poteſt Exceptioni SCti hujus etiam extra judicium renunciare, ut verior eſt opinio, ex hoc textu probata, modo accedat certioratio. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 77. *numer.* 1. *Pruckm. ad d. l. in multis. part.* 2. *art.* 25. *num.* 11. *Joh. Fr. Balth. d. reſol.* 12. *n.* 11. *Franzk. h. t. num.* 29. *Fach. l.* 2. *c.* 60. *Struv. th.* 10. *Joh. a Sande l.* 3. *tit.* 11. *def.* 6. & *Dn. Lauterbach h. t.* §. 2. *th.* 6.
5 Autor *in C. h. t. ad L.* 9 *num.* 5. & 6. Et hanc renun-
6 ciationem in privato inſtrumento fieri poſſe, tradit *Franzkius h. t. num.* 30. *Lauterbach. d. l.* Sane repetita poſt biennium interceſſio vim renunciationis habet, *per l. ſi mulier.* 22. *C. h. t. ibique* Dn. Autor *ad C. h. t. nu* 2. & exinde exſurgit præſumtio juris & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium *Menoch. l.* 3. *præſ.* 21. *num.* 2. *Molina d. l. n.* 16. *Guttierez. in Auth. Sacramenta. nu.* 98. *Tremac. d. reſ.* 2. *n.* 2. *Do-*
7 *nell. l* 12. *c.* 32. Autor *ad d. L.* 22. *num.* 3. 4. *C. h. t.* Et ſi mulier, quæ interceſſit, in ultimis mandaſſet hæredibus, ut fidem ſuam liberarent, hi SCto non utuntur. Nam hoc pro renunciatione ſatis valida habetur.
8 *Sande lib.* 3. *tit.* 11. *d. ult.* Nec jurata renunciatio obeſt mulieri, ſua bona in hæreditate mariti reperta vindicanti. Nam renunciavit tantum Juri prioritatis. *Carpz.*
9 *dec.* 88. Juramentum autem requirunt verum, id eſt, non ſub honore nobilitatis, ſed per invocationem Nominis Divini, ut judicatum refert *Sande lib.* 3. *tit.* 11. *def.*
10 11. Sed quid ſi dicatur ſub verbo Veritatis æternæ, vel an Eides ſtatt/ oder ſo mir GOtt helffen ſoll? Reſp. eam pro formali juramento habendam, ſecus autem ſi ſub fide nobilitatis. Illud probo, quia Jus Can. nullibi requirit formale juramentum, ſed juratam fidem,
11 quæ etiam reperitur in verbis loco juramenti. Sane hæc
12 ſententia ſecurior in conſcientia, & ſecundum hanc etiam conſilium dedi rogatus. Secus autem, ſi in foro externo requirat formale juramentum, quod requiretur in foro externo, ſed tutius, qualemcunque alleverationem juratam attendere, & jurata renunciatio generalis Mulieri oberit ob religionem, ſi verbi gratia, omni legum auxilio renunciaverit. *Sande d. l. d.* 4. licet in privato inſtrumento renunciaverit. *Sande d. l.*
13 *def.* 51. Semper mihi potior juramenti religio, quam ſubtiles diſputationes, & ea ſententia clienti ſuadenda, quæ pro Religione eſt. Ideoque jurata renunciatio obligabit mulierem pro marito ſpondentem, licet non adfuerint tres teſtes. Autor *in C. h. t. ad L.* 9. *n.* 5. Jus can. & religio potior hic Lege *Antiqua* 23. *C. h. t.* Idem judicio de renunciatione tantum SC. Vellej.
14 facta jurata, quando pro marito ſpondet; nam licet
15 *Auth. ſi qua mulier,* etiam debuiſſet renunciare, ex Juramento tamen apparet, enixum fuiſſe propoſitum, cum invocatione Divini nominis. Et puto omnino *L. antiqua* 23. juramento renunciari poſſe. Sed ſi pro Marito intercedat, ipſo jure nulla eſt interceſſio, Au-
16 tor *in C. h. t. ad Authent. num.* 3. & 5. licet maritus & uxor in uno inſtrumento, ut *correi* ſe obligaverint; nam pecunia ad maritum tanquam potentiorem, & cui contradicere non audet, perveniſſe præſumitur, niſi manifeſto probetur in utilitatem uxoris verſam eſſe pecuniam. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 89. *Chriſtin. vol.* 5. *deci.* 187. *Carpzov. l.* 2. *Reſp.* 75. *Dn. Lauterbach. ad h. t.* §. 1. *th.* 6. Et ideo ſi pro Marito intercedat, non poteſt renunciare SCto *vel Auth. Si qua mulier. C. h. t.* niſi juratu, idque Jure Canonico. vide notata Dni Autoris *ad d. Authent. h. t. num.* 3. & 5. *ad d. Auth. ſi qua* Mulier *C. h. t. Zang. p.* 3. *de Except. c.* 11. *num.* 118. *Rauchbar. part.* 1. *qu.* 39. *Berlich. p.* 1. *concl.* 19. & *Carpz. p.* 2 *conſtit.* 16. *de fin.* 1. *conf. Covarr. in c. quamvis. p.* 2. §. 2. *num.* 5. *Gomez. t.* 2. *reſ. c.* 13. *num.* 17. & *c.* 14. *num.* 16.
17 *Guttierez de juram. confirm. p.* 1. *c.* 20. *num.* 2. *Molin. d. l. num.* 12. Et ſi jurato fiat hæc renunciatio, certioratio non videtur neceſſario requiri, Autor *in C. h. t. ad L.* 9. *num.* 6. nam fœmina licet non in ſpecie ſciat, quæ habeat privilegia, ex ipſo tamen poſtulato juramento, facile conjicere potuit, ſibi competere beneficia, & juramentum vim certiorationis videtur ſupplere, *vid. Zaſ. num.* 20. *h. t.* & *Franzk. num* 28. Sed
18 quid ſi cum marito ſe obliget, an tunc præſumenda eſt interceſſio? Ita affirmant communiter, & volunt præſumendum eſſe, pecuniam ſoli marito eſſe numeratam, cum ad eum adminiſtratio pertineat. *Auth. ſive. C. h. t. Afflict. dec.* 209. *num.* 3. *Carpzov. p.* 2. *c.* 16. *d.* 4. *Donell. l.* 12. *c.* 29. *t.* 29. *lit.* M. *Hended. l.* 1. *c.* 45. *n.* 19. *Gail. l.* 2. *obſ.* 89. *Chriſt. v.* 5. *d.* 187. *Dn. Struv. d. l. th.* 11. Aut. *in C. ad d.*
19 *Auth. Siv. n.* 6. *C. h. t.* Quod limitat cum aliis *Struv. th.* 12. niſi communem ſocietatis jure negotiationem exercuit. *Gail. l.* 1. *obſ.* 50. *n.* 5. *Mev. in Jure Lub. t.* 10. *art.* 2. *nu.* 74. & *Str. d. l.* quod de eo caſu non eſt dicendum, quando uxor operas ſuas præſtat marito, & in taberna vendit merces, ut à Practicis hoc ita intellectum ſcio. Nam hoc non eſt, communem negotiationem exercere, ut ſupra dixi, niſi etiam de liberis vel famulis huc dicamus. *vid. Dn. Mev. p.* 1. *t.* 5. *art.* 7. *n.* 115. & *p.* 3. *tit.* 6. *art. ult. n.* 34.

---

## TITULUS II.

### *De Compenſationibus.*

### ad L. 1.

### *SUMMARIA.*

*Compenſatio in re fungibili tantum locum habet.* num. 1. & 2.

An,

*An, quando utrinque ſimile genus debetur?* 3.
*An moneta aurea cum argentea compenſetur?* 4.
*An in actionibus in rem compenſatio locum habeat? numer.* 5.
*Compenſatio vel propria vel impropria, & quid hæc ſit?* 6.

1 NOtetur hic tantùm definitio compenſationum, & *conf. Weſ. in C. h. t. num. 3. Sebaſt. Medices in tr. de compenſ. p. 1. q. 1. num. 3. Zang. de Except. p. 3. c. 8.*
2 *num.* 8. Obſervetur autem hic, compenſationem proprie in quantitate, ſeu re fungibili locum habere, non in ſpecie, Autor *ad L. ult. n. f. Commodati.* i. e. dividuo, nec in genere, i. e. ſpecie logica, imo nec in quantitate, ſi ut certum corpus conſideretur pecunia, quæ in
3 arca eſt. *Dn. Struv. Ex. 21. th.* 18. Sed tamen communiter volunt Dd. quando utrinque ſimile genus debetur, v. gr. equum debes ex promiſſo, ego tibi ex Teſtamento, quod tunc locum habeat compenſatio. *Molina d. 560. num.* 19. Autor *in C. h. t. L. 8. nu. 2. & 3. Tyndarus de compenſ. art. 3. nu. 3. & 6. Dn. Struv. th. 17. Wiſſenbach. d. 31. th. 1. Bach. in Tr. vol. 1. d. 25. th. 8. lit.* C. *P. Barb. in L. divort. §. ob donat. num. 24. ff. ſolut. matr.* nam ſi unus ſolvat *equum*, idem alteri iterum ſolvi poteſt; hinc *vinum* cum vino poteſt compenſari, ſi debitum utrinque ſit ejuſdem qualitatis Dn. *Lauterbach. h. t. th.* 7. An autem debitum, quod in mo-
4 neta aurea debetur, cum debito argenteæ monetæ compenſari poſſit? de eo ex materia ſolutionis reſpondendum. Nam ſi *ſolutio* in certo genere monetæ promiſſa, in alio compenſatio fieri nequit *Carpz. p. 1. c. 1. d. 11. Dn. Struvius th. 18. Dn. Lauterbach. h. t. th. 6.* Ex dictis patet, in actionibus in rem non poſſe locum habere
5 compenſationem, cum *aliud pro alio ſolveretur*. Ideoque id, quod Juſtin. in *l. ult. C. h. t.* conſtituit, in terminis habilibus eſt intelligendum, ſcilicet quando æſtimatio reſtituenda, ut ſi vel res reſtitui non poſſit, vel ob moram poſſeſſoris Domino non expediat. *Strv. th. 19. conf. Franzk. h. h. t. num. 14. & ſeqq.* ubi prolixe hac de re diſſerit. Varie autem dividunt compen-
6 ſationem, quod alia ſit propria, alia impropria in ultimis voluntatibus, ubi quæritur, an teſtator animo compenſandi quid legaverit, de quo *Menoch. l. 3. præſ.* 142. Deinde alia neceſſaria, alia voluntaria: Alia directa; alia indirecta per retentionem, de quibus diviſionibus *Weſ. in C. h. t. n.* 5.

## ad L. Verum eſt. 4.

### *SUMMARIA.*

*Exceptio compenſ. tanquam realis, fidejuſſoribus prodeſt. num.* 1.
*Quid, ſi Principalis concurſu excitato, non ſit ſolvendo?* 3.
*An fidejuſſor poſſit debitori, pro quo fidejuſſit, opponere compenſationis except.?* 4.
*Compenſari poteſt debitum defuncti cum debito hæredis.* 5.

1 EXceptio compenſationis eſt realis, ideoque *Fidejuſſori* competit & ſic fidejuſſor conventus poteſt compenſare id, quod actor principali ſuo debet. *Vid. Zang. d. c. 8. num. 33. Dn. Mev. p. 4. dec. 261. num. 5.*
2 *& p. 1. dec. 117. Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 6. num.* 4. Autor *ad L. 9. num. 2. C. h. t.* Etiam *invito* debitore.
3 *Struv. Ex. 21. th. 25. Lauterbach. h. t. th.* 13. Et hoc verum eſt, licet *principalis debitor* non ſit *ſolvendo concurſu* excitato, quia ipſo Jure debitum principalis ſo-
4 lutum. *Dn. Mev. p. 2. dec.* 216. Sed quid ſi *fidejuſſor* ex alio capite conveniatur ab ipſo debitore, an poteſt fidejuſſor opponere exceptionem compenſationis, quod fidejuſſor pro eo ſit obligatus? Non poſſe, tradit *Carpzov. l. 2. Reſp.* 103. nam quod *fidejuſſor* debet ſub conditione, *fidejuſſor* non actionem contra debitorem, pro quo ſpopondit, niſi ſolverit. Ergo merito
5 excipiendi caſus, in quibus ante ſolutionem agere poteſt, *per L. Si pro ea. C. Mandati.* Et ex ratione h. *L.* colligitur, etiam compenſari poſſe per debitum *defuncti* id debitum, quod *hæredi* proprio nomine debetur, licet hæres fecerit *Inventarium*, nam illius effectus huc ſe non extendit. *Carpzov. p. 1. c. 8. d. 8. Anton. Fab. l. 4. Cod. t. 21. def. 9. quos ſequitur. Dn. Mevius p. 1. dec.* 121.

## ad L. Etiam quod natura. 6.

### *SUMMARIA.*

*Jus compenſandi quomodo originem ex æquitate traxerit? nu.* 1.
*An compenſari poſſit debitum naturale?* 2. 3. & 4.
*Oportet eſſe debitum liquidum.* 5.
*Quod ſi initio opponatur debitum, intra terminum liquidandum eſt.* 6. 7. 8.
*Si liquido debito opponitur illiquidum, probandum eſt.* 9.

1 JUs compenſandi originem trahit ex ipſa æquitate naturali; nam ſi ea admitteretur, damnum ſæpe incurreret debitor; nam per aliam actionem ac proceſſum petere ſuum deberet debitum, & qui compenſationem non vult admittere, in dolo eſſe deprehenditur, & præter neceſſitatem multiplicarentur proceſ-
2 ſus. *Franzk. h. t. num. 5. & ſeq.* Ideo etiam quod *natura* tantum debetur, in compenſationem poteſt deduci *Franzk. d. l. num. 7. Molina tr. 2. diſp. 560. n.* 4. Autor *in C. h. t. ad L. ult. nu.* 7. etiam cum eo quod *naturaliter* & civiliter debetur. *Carpzov. p. 1. conſt. 8. def.* 3. modo veniat ex obligatione *naturali* perfecta, & a Jure Civ. non reprobata. *vid. l. 16. inf. ad SC. Vell. l. 40. de Cond. indeb. Lauterbach. ad h. t. th.* 9. Sic etiam compenſationem paritur, quod *officio judicis* debetur. *l. 10. §. ult. h. t. Medices de Compenſ. p. 1. q. 3. nu. 1. & p. 2. qu. 31. nu. 34.* Autor *in C. h. t. ad L. 5. nu. 4. & 9.* Nec obſtat Lex *Quæcunque.* 14. ubi regula: Quæcun-
3 que per Exceptionem perimi poſſunt, compenſari nequeunt, Autor *in C. h. t. ad L. 2. num.* 4. aliud enim eſt repelli ob exceptionem oppoſitam, aliud ob defectum Actionis, *Trentacinq. lib. 3. h. t. de Compenſat. reſolut. unic. n.* 2. ſeu quæ exceptiones ipſam naturalem obligationem perimunt, vel effectum impediunt, ut Exceptio pacti, jurisjurandi, doli, SCti Vellejani *l. 95. §. 4. de ſolut. per d. l. 16. Lauterbach. d. l.* Hinc qui vere debet, male abſolutus non compenſat, licet ſit naturale debitum, juxta *Trentac. d. l.* licet forte melius ſentiat *Lauterbach. l. 1.* qui *ad l. 2. C. h. t.* reſpondet, quod loquatur de debitore condemnato, non de abſo-
4 luto. Nam illud debitum naturale in compenſationem tantum adduci poteſt, cui jus civile adſiſtit, nec ejus effectum impedit, *arg. d. l. 40. & ſ ff. de Cond. indeb.*
5 *Struv. th. 16. Liquidum tamen* oportet eſſe debitum, quod ad compenſandum adducitur, *l. fin. C. h. t.* Autor *in C. h. t. ad L. ult. num.* 6. quod limitare ſolent, niſi initio litis opponatur, & reus actorem probatio-
6 ne debiti per confeſſionem ſuam liberaverit, *de quo vid. in d. l. fin.* Et ideo ſi initio litis opponatur, ſolet ſtatui debitori terminus ad liquidandum debitum, quod prætendit *Struv. d. Ex. th.* 20. Quod in foro Sax.
7 eſt 6. ſeptimanarum & 3. dierum. *Carpz. p. 1. c. 8. dec.*
8 13. Et ſane ſi ſola actoris inficiatio poſſet reddere debitum in compenſationem adductum illiquidum, raro admitterentur compenſationes. Si igitur reus ab initio non eſt diffeſſus debitum, ſed compenſationem oppoſuiſſet, velletque per *inſtrumenta*, vel etiam per *teſtes*, qui facile vocari poſſunt, probare debitum, arbitrio judicis dandum reo ſpatium. *Molina. d. deciſ. 560. numer. 17. Menoch. lib. 2. A. Q. caſu 14. Maſc. concl. 314. Trentac. d. l. numer. 21. & Coll. Arg. h. t. th. 10. n. 3.* ubi dicitur: Et ſi cum objicitur debitum, illiquidum ſit, tamen ſi cum ſententia fertur, liquidum eſſe poteſt, compenſationem non eo minus admit-

admittendam eſſe, quæ etiam probat *Dn. Mev. p. 1.*
9 *dec. 122. num.* 4. Ideo etiam ſi debitum in compenſa-
tionem adductum ſit liquidum, ſed quod actor com-
penſationi opponit, ſit illiquidum, v. gr. ſe cum bene-
ficio *inventarii* eſſe hæredem, vel ſe ſolviſſe amplius,
quam quod in bonis fuit, hoc caſu non rejicienda
compenſatio, ſed actori incumbit replicam probare.
*Dn. Mev. p. 1. dec.* 122.

## ad L. Quod in diem. 7. & L. 16. §. 1.

*SUMMARIA.*

*An quod in diem debetur, compenſari poſſit?* n. 1.
*An compenſatio locum habeat in annuis reditibus?* nu-
*mer.* 2.
*Quando judex compenſationem rejicit, quid obſervare debeat?* 4.
*Judex rejicere compenſationem poteſt, ſalva actione, in debito illiquido, in cauſa depoſiti & ſpolii.* 5. 6. & 7.
*An exceptio compenſationis in executione opponi poſſit?* 8. *& ſeqq.*
*Quomodo h. caſu pronunciandum?* 11.
*Quomodo pronunciandum, quando actio ſimul rejicitur?* 12.

QUod *in diem* debetur, non compenſabitur, an-
1 tequam dies veniat. *Molin. d. diſp.* 560. *num.* 23.
Sic *fidejuſſor* de alio debito a debitore, pro quo fide-
juſſit, conventus, non poteſt ob fidejuſſionem com-
penſare. *Carpz. lib. 2. reſp.* 103. niſi humanitatis gra-
gratia *dies detur* Debitoribus, ut quod tempus datur
judicatis, nam intra tempora judicatis data poteſt com-
penſatio fieri, *per l. Si cum* 16. §. 1. *h. t. Molin d. l. Zang.*
*num.* 80. *Struv. th.* 21. nec tunc impeditur compen-
ſatio, ſi *Dies* creditoris gratia addita. *Zang. num* 78.
2 *Carpz. p. 1. Juriſprud. c. 8. def. 4. in fine. In annuis re-*
*ditibus* non poteſt locum habere compenſatio, cum
Creditor ſeu emtor non poſſit exigere ſortem pro
lubitu. *Carpz. p. 3. c. 24. d. 16. & ſeqq. Lanterbach. ad*
*h. t. th.* 10. *Molin. de Uſur. qu.* 43. *num.* 324. *Dn. Struv.*
*th.* 21. *Zæſ. h. t. nu.* 33. Sic *creditor*, qui pendente *con-*
*curſu* rem debitoris emit, compenſare nondum po-
teſt. *Berlich. p. 1. concl.* 81. *num.* 212. *Lauterbach. d. l.*
3 Verba finalia hujus legis, quanquam dari oportear,
de *obligatione* intelligenda eſſe, monet *Socinus in l. ita*
*ſtipulatus. ff. de V. O. n.* 246. *vol. 6. repet.*
Ad §. 1. Quando Judex rejicit compenſationem, ca-
4 vere debet, ne ita pronunciet, ut prorſus reprobet com-
penſationem, quaſi nihil debeatur, ſed ita potius, ut
dicat, ſe nullam oppoſitæ compenſationis rationem
habere, quo ſalvo ipſi maneat petitio. *Ant. Faber. lib.*
4. *C. h. t. t.* 23. *def.* 5. *& Carpz. part. 1. Juriſpr. conſt.*
5 8. *def. 5. Lauterbach. h. t. th.* 15. Sed quæritur, quan-
do *Judex rejicere* compenſationem, & tamen actio-
nem reſervare poſſit? Reſp. quando 1. quis opponeret
debitum illiquidum, quod non facile liquidum fieri
poſſit. Nam ſi reus conventus non negavit debitum,
ſed compenſationem tantum oppoſuit, & quidem ini-
tio, ſolet admitti compenſatio, licet debitum, per quod
compenſatio facienda, non ſtatim poſſit probari, ſi mo-
do per *documenta* vel etiam per teſtes in loco exiſten-
tes celeriter probari poſſit. *Lauterbach. ad h. t. th.* 11.
*Zang. de Except. p. 3. c. 8. num.* 104. *Bach. in Tr. vol.*
*1. d. 25. th. 8. lit. g. Struv. d. l. th.* 20. & Dni Autoris *no-*
*tata ad L. fin. C. h. t.* Deinde 2. repellitur compenſa-
tio & reſervatur actio in cauſa depoſiti, *per d. l. fin.* §.
6 1. *C. h. t. de quo Card. Mant. de tac. & amb. conv. l.*
7 10. *tit.* 10. *Molina d.* 526. *Tynd. art.* 5. *num.* 41. *Donell.*
*& Hill. lib. 16. cap.* 15. *lit. l.* Autor *in C. h. t. ad L. ult.*
*num.* 10. *& ſeqq.* Demum 3. ſi quis conveniatur actione
*ſpolii*, & is vellet compenſare, rejiceretur compen-
ſatio; ſalva actione. *d. l. fin. paragraph. ult. de*
*quo Medices p. 2. qu.* 28. *n.* 3. *Weſ. in C. num.* 4. *Carpz.*
*lib. 2. Reſp.* 101. *Zæſ. h. t. num.* 7. Bene autem obſer-
8 vandum, diſtingui ſolet a Doctoribus, utrum excep-
tio compenſationis expreſſe ſit oppoſita in *litis conte-*
*ſtatione*, & tunc ſi tacite præterita, in executione non
poteſt opponi, an vero obiter oppoſita in reprobatio-
ne, & tunc in *executione* opponi poteſt. *Carpz. lib. 2.*
*Reſp.* 5. Autor *in C. h. t. ad L. 1. n. 4. & 5. & ad L. ult.*
*n. 1. & 2.* opponi poteſt. *Carpz. lib. 2. Reſp.* 5. Autor *in*
*C. h. t. ad L. 1. nu. 4. & 5. & ad L. ult. nu. 1. & 2. C. h.*
*t. Dn. Mev.* vero *p. 2. dec.* 308. diſtinguit, utrum taci-
te ſit præterita, an vero expreſſe rejecta; hoc caſu ap-
pellandum eſſe; illo caſu in executione poſſe opponi;
ſed hoc declarandum eſt ex traditis *Carpz.* ſi in *litis*
*conteſtatione* fuerit oppoſita exceptio compenſationis;
nam tunc appellandum eſt. Aliter *Berlich. p. 1. concl.*
9 84. *num.* 95. Nam hic diſtinguit, utrum plena cogni-
tio cauſæ ſuper hac exceptione interceſſerit; an non;
ut illo caſu in executione hæc exceptio opponi poſſit
hoc caſu vero non poſſit, ſive expreſſe ſive tacite re-
10 jecta ſit. Sed vix eſt, ut in expreſſa rejectione hoc lo-
cum habeat. Hoc puto, ſi ut illiquida rejecta, in exe-
cutione, ſi per documentum liquida reddi poſſit, ex-
ceptionem in executione eſſe admittendam. Autor *ad*
11 *L. 1. C. h. t. n. 3. & 5.* Nam rejectio illa, rebus ſic ſtan-
tibus, eſſet intelligenda, & ſic in cauſa, ubi compen-
ſatio præterita, admittendam tamen in executione eſſe,
pronuntiavimus *die 7. Octobr. anno* 1667. Utile igitur
puto in hoc caſu, ut exceptio compenſationis repel-
latur adjecta cauſa. v. gr. Daß Beklagter der illiqui-
den compenſation ohnerachtet/ dieweil die Gegenfor-
rung in illiquidis terminis beſtehe/ Klägern zu zahlen
12 ſchuldig/ quo caſu actio reliqua eſt. Sed quando actio
etiam rejicitur, und hat die prætendirte compenſatio,
weil die Gegenforderung ſchon längſt laut Quittung
bezahlt/ keine Statt.

## ad L. In compenſationem. 8.

*SUMMARIUM.*

*Petenti tibi a me decem poſſum opponere compenſationem debiti alius, de quo mihi tecum lis eſt.*

SI me convenias in decem, ego opponam aliud debitum, de quo mihi tecum in alio judicio lis eſt, admittenda eſt Compenſatio, & ſic *litigioſum* debitum poteſt in compenſationem venire, ne diligentior creditor deterioris conditionis ſit, quam qui diligens eſt. *Buſius hic. Lauterbach. h. t. th.* 11.

## ad L. Si ambo. 10.

*SUMMARIA.*

*Socius damnum datum cum alio debito compenſat.* nu-
*mer.* 1.
*Dolus cum culpa non compenſatur.* 2.
*An, qui poteſt compenſare & ſolvit; habeat condictionem indebiti?* 3.
*Quando ex delicto agitur, quatenus compenſatio opponatur?* 4.

QUando aliquis Sociorum ob damnum ſua cul-
1 pa datum aliquid Societati debet, poteſt com-
penſare cum alio debito, & quando ſociorum mutua
negligentia eſt, datur compenſatio. *Molin. d. diſp. nu.*
20. *Berous Conſil.* 191. *nu.* 34. Sed quid ſi unus negli-
2 gens ſine dolo, alter vero in dolo conſtitutus, hic non
poteſt dolus cum negligentia compenſari, ſed dolus
præponderat culpæ. *Tyndarus de Compenſ. art. 5. nu.* 30.
Et culpa lata præponderat levi. *Tyndarus d. l. art.*
36.
*Ad* §. 5. Qui poteſt compenſare, & tamen inte-
3 grum ſolvit, habet condictionem indebiti, *per h. l. &*
30. *Condict. indeb.* Autor *in C. h. t. ad L. 13. nu. 2. c. fin.*
& a contrario ſenſu; & recte *hunc.* §. ita generaliter
accipit *Franzk. h. t. nu.* 8. *Medices d. tr. p. 2. qu.* 21.
*Tyndarus art. 1. & Dn. Struvius d. Ex. 21. th.* 27. *Zæ-*
ſiua

Digitized by Google

ſius quidem hoc negat, ſed nullo fundamento, ſiqui-
dem nulla apparet ratio, cur *hunc* §. ad pœnales obli-
gationes reſtringamus, & non eſt infrequens, a ſpecie
ad genus fieri tranſitum; nec ad *d. l.* 30. commode reſ-
pondet, nec *l.* 2. *ff. h. t.* quicquam in contrarium pro-
bat. Nam non damns condictionem ei, qui ſciens ſe
poſſe compenſare ſolvit, nec cætera ipſius argumenta
concludunt.

*Ad* §. 2. Quando ex delictis pecuniarie agitur, da-
4 tur compenſatio, imo interdum licet non agatur pe-
cuniarie, civiliter tamen, ut in adulterio. *l.* 40. *ff. ſo-
lut. Matr. & ibi Barboſ. num.* 5. Sed aliud, ubi ad pœ-
nam corporalem agitur vel pœnam fiſco debitam. *Me-
dices p.* 1. *q.* 38. *num.* 6. *Tyndarus de comp. art.* 5. *n.* 35.
ubi negat compenſationem fiſco opponi poſſe ob mu-
tua delicta. *Zæſ. num.* 8. *Zang. d. c.* 8. *num.* 84. *& ſeq.
Bargal. de dolo l.* 6. *c.* 15. *Struv. d. l. th.* 15. *Dn. Mev.
ad jus Lub. l.* 4. *t.* 4. *art.* 9. quod tamen ob ſpolium re-
ſtituendum eſt, nullam admittit compenſationem, quia
ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. *l. f.* §. *f. C. h. t.*
Autor *in C. h. t. ad L ult. num. fin.* Idem in cauſa rapi-
næ furti affirmat *Trentacinq. d. reſ.* 1. *n.* 10. *& Chri-
ſtin. vol.* 3. *dec.* 38. *num.* 7. quod intelligo, ſi res furti-
va reſtituenda; nam ſi actione pœnali furti agatur ad
duplum, non puto compenſationem reſpui.

## ad L. Cum alter alteri. 11.

### SUMMARIA.

*Compenſatio in quantitate concurrente impedit curſum uſurarum. n.* 1.
*Liberata mora, & pignora.* 2.
*Eſt pro ſolutione.* 3.
*Ipſo jure minuit debitum, non a tempore oppoſitionis.* 4.

1 COmpenſatio fit ad concurrentem quantitatem;
& impedit curſum uſurarum, Autor *in C. h. t. ad
L.* 4. *numer.* 1. *& ſeqq.* v. gr. Debes mihi centum ſub
uſuris. Ego ſine uſuris quinquaginta, ab eo tempore
tantum de 50. uſuras ſolves, *hic & l.* 4. C. *h. t. & ibi
Dd. Medices d. tr. p.* 1. *q.* 5. Deinde ex hoc textu col-
2 ligitur, quod liberet compenſatio a mora debitorem,
& liberet pignora *l.* 12. *C. h. t. ibique* Autor *in notis h.
t. ad h. L.* 12. *n.* 1. *&* 2. & ita pariter pignoratitiam actio-
nem. Deinde parit condict. per errorem ſoluti, ut ſu-
pra dictum ad *l.* 10. §. 1. & pro ſolutione eſt, licet quia
3 juraverit ſe ſoluturum, modo tempore juramenti non
fuerit creditum, per quod compenſatio fieri potuit,
ſed poſt præſtitum juramentum accedat. *Tyndar. art.*
4 7. *num.* 14. *Struv. th.* 27. Colligitur etiam, compenſa-
tionem a reo objectam ipſo jure retro vim ſuam exer-
cere, non a die oppoſitionis, ſed a die concurrentiæ
minuere debitum, unde etiam compenſatio executio-
ni opponi poteſt. *Capyc. dec.* 167. *num.* 1. *Seb. Med.
p.* 2. *q.* 25. *& q.* 31. *num.* 9. *Moll. ad p.* 1. *conſt. Auguſti.*
8. *num.* 5. *Hilliger. in Donell. l.* 16. *cap.* 15. *lit. H.* Au-
tor *in* C. *h. t. ad L.* 1. *num.* 3. *& ſeqq. & L. ult. num.* 1.
*&* 2. *Et ad L.* 4. *num.* 4. *C. h. t.* Et ex hoc colligitur,
emphyteutam, qui per triennium non ſolvit cano-
nem, ſi ſit creditor, non amittere, *Guido Papa d.* 171.
*num.* 5. *Maſtert de Compenſ. q.* 28. *nu.* 4. *Lauterbach.
h. t. th.* 13. Autor *ad L.* 25. *numer.* 5. C. *de Rei Vind.*
Et ita impedit præſcriptionem. *Lauterbach. th.* 14. *h. t.*

## ad L. Quod Labeo. 13.

### SUMMARIA.

*Debito, quod in ſpecie compenſandum eſt, non poteſt aliud debitum opponi? num.* 1.
*Emtor, qui loco pretii debet venditorem ab ære alieno apud alium liberare, non poteſt compenſare ex alio credito?* 2. *&* 3.

QUod nomen in ſpecie compenſandum vel com-
1 penſatum eſt, cum illo debito, non poteſt alii



debito, opponi. *Joh. à Sande lib.* 3. *tit.* 17. *def.* 10. *Lau-
terbach. hic th.* 14. Unde colligunt, unam cauſam non
operari circa diverſos effectus. *Bart. hic.* Et ſic e con-
2 troverſo, ſi ſolutio ad liberationem creditoris a ſuis
certis creditoribus deſtinata, non poteſt creditor op-
ponere exceptionem compenſationis, quaſi creditor
3 etiam ex alia cauſa ſibi obligatus, v. gr. in contractu
emtionis convenerat, ut emtor loco pretii liberaret
venditorem ab ære alieno, quo aliis obſtrictus erat, em-
tor vero compenſare voluit ex alio credito, quo ſibi
venditor obſtrictus erat, quo caſu compenſatio re-
jecta, & ita judicatum refert *Dn. Mev. p.* 2. *deciſ.* 131.

## ad L. Cum militi. 16. pr.

NOn poteſt uni hæredum compenſatio opponi de
eo, quod alter debet, ſed hæres ex perſona *de-
functi* petens debitum, debet compenſare, quod ipſe
debet. *Carpz. part.* 1. *cap.* 8. *defin.* 8. & ſi plures *heredes*,
compenſatio ſingulis pro rata opponi debet *Lauter-
bach. h. t. th.* 5.

## ad L. In rem ſuam. 18.

### SUMMARIA.

*An ceſſionarius cogatur compenſationem pati ex perſona cedentis? n.* 1.
*Quid ſi cedens poſt ceſſionem incipiat obligari debitori ceſſo? n.* 2.
*Heredi objici compenſatio, cum eo, quod defunctus debuit.* 4.
*An debitor meus, ſi accepit ceſſionem a meo creditore, compenſare valeat?* 5.

1 AGitur hic de *ceſſionario*, qui dicitur *procurator
in rem* ſuam, an cogatur compenſationem pati
ex perſona cedentis, ſi forte cedens quid debeat ceſ-
ſo debitori? quod hic affirmatur. Autor *ad L.* 9. *nu.* 1.
Sed a Doctoribus varie limitatur, dum quidam di-
ſtinguunt inter titulum lucrativum & onerofum; inter
actionem directam & utilem; inter voluntariam &
neceſſariam ceſſionem. Sed omnes illæ exceptiones re-
futantur per unicam hanc hypotheſin, quod cedens in
ceſſionarium tranſtulerit creditum compenſabile, ſeu
cui velut exceptio realis adhæſit, ſcilicet compenſatio-
nis: Ergo non plus Juris habere poteſt *ceſſionarius*,
quam quod *cedens* habuit, & non poteſt per actio-
nem utilem plus peti, quam per directam, ſicut has
diſtinctiones ſolide, ut puto, refutavi *in tract. de Ceſſ.
act. cap. ult. & Dn. Struv. h. t. th.* 23. *conf. Zæſ. n.* 24.
*Wiſſenbach. th.* 3. *conf. Johan. a Sande de ceſſ. act. c.* 13.
*num.* 5. *Franzk. l.* 1. *reſol. c.* 13. *Guido Papa d.* 567. *Zang.
l.* 3. *c.* 8. *n.* 34. *Trentac. lib. reſol. tit. de compenſ. reſol.* 1. *n.*
6. *Theſſaur. dec.* 221. *Dn. Lauterbach. ad h. t. th.* 4. Au-
tor *in C. h. t. ad L.* 9. *n.* 5. 6. & diſſentientes confun-
dunt compenſationem & reconventionem. *vid. not.
2 ad l.* 35. §. *fin. de procur.* Sed una hæc *exceptio*, niſi ce-
dens poſt ceſſionem factam & ceſſo notificatam obli-
gatus eſſe incepit debitori ceſſo. Nam tunc in effe-
ctu debitum non amplius eſt cedentis, ſed ceſſionarii
& ut eo caſu *debitor* non poteſt cedenti ſolvere, *per
l.* 3. *C. de Novat.* ergo nec compenſare. Ubi enim com-
petit exceptio, compenſatio non habet locum. *L.* 14.
*in. h. t.* Quod argumentum eſt Dd. ſolenne. *Conf. Tren-
tacinq. l.* 3. *tit. de compenſ. reſ. un. nu.* 6. *Theſſaurus dec.*
221. *num.* 2. *Lauterbach. d. l.* In §. 1. *hujus legis* dici-
3 tur, *actorem* non teneri compenſare id. quod alii de-
bet quam *actori*, licet tertius compenſare velit. *vid. l.*
10. *ff. de duobus reis. Carpz. part.* 1. *conſt.* 8. *defin.* 7.
licet enim *alius* pro *alio* recte ſolvat, *alius* tamen pro
*alio* non compenſat. *Maſtertius de Compenſ. qu.* 9. *n.* 2.
Hinc nec compenſatio datur inter *tutorem* & *pupil-
li* debitorem, cui tutor ſuo nomine aliquid debet. *lib.*
24. *h. t. Carpz. dict. loco. conf. Lauterbach. h. tit.* 4.

varia adducens exempla; niſi tertii multum interſit, ut exemplo declarat *Dn. Mevius p. 2. dec. 217.* Et po-
4 teſt objici compenſatio ejus, quod *defunctus* debuit, cum eo, quod *heredi* proprio nomine debetur, confecto licet *Inventario. Carpz. part. 1. c. 8. d. 8.* Hinc §.
5 inducitur ad illam ſententiam a *Dn. Mevio part. 2. d. 132. & part. 3. dec. 58.* ubi dicit, ſi *debitor* meus accepit ceſſionem ab alio meo *creditore*, ut mecum compenſare poſſit, hic non admittendam eſſe compenſationem, quod in fraudolenter procurata ceſſione verum puto. Autor *in C. h. t. ad L. 9. num. 7. & 8.*

## ad L. Ob negotium. 20.

PRæfectus *annonæ*, ſi eam in ſuam utilitatem converteret, & ob id conveniatur, non poteſt uti compenſatione. *conf. l. 46. §. 5. de Jure Fiſci & l. 1. 3. & 7. C. h. t. Molin. d. l. nu. 25. Peregr. de J. F. l. 6. tit. 8. nu. 15. Donell. lib. 16. c. 15. Trentac. d. l. nu. 11. Afflict. dec. 192.* & alii infra citandi.

## ad L. Poſtea quam. 21.

*SUMMARIUM.*

*An procurator petens compenſationem, teneatur cavere de ea rata habenda?*

DE *procuratore* ejus, cujus debitum compenſari poteſt, agit, an teneatur de rata habenda compenſatione cavere: quod neg. Autor *in C. h. t. ad L. 9. num. 5.* quia ab initio minus debuit, ideo compenſatio facta, retro valet ab initio concurſus utriuſque debiti, quod ex hac lege probatur. vide allegata *in l. 4. C. h. t.* Sic etiam *Marito* per compenſationem videtur ſoluta *dos*, modo quacunque ratione maritus voluntatem ſuam declaraverit. *Dn. Mev. p. 5. dec. 147.* Autor *in C. h. t. ad L. 6.*

## ad L. Id quod pen.

*SUMMARIA.*

*An tutori, qui nomine pupilli debitum petit, compenſatio in proprio debito objici poſſit. nu. 1.*
*Reg. Nemo per alienum creditum compenſare poteſt, quot modis limitetur? 2.*

1 TUtor nomine *pupilli* petit decem: debitor *pupilli* vult compenſare per id, quod *Tutor* pro ſua perſona debet, an æqua eſt compenſatio? Negatur, quia tutor & omnis adminiſtrator repræſentat duas perſonas, propriam & adminiſtratoris, quæ non confondendæ. *Ant. de Amatis reſolut. 17. num. 3. Carpz. part. 2. conſt. 8. d. 7. Rota Gen. dec. 31. nu. 11. & dec. 75. nu. 3.* & quos citat *Franc. de Salgado in Labyr. part. 3. cap. 6. §. un. num. 14. & ſeqq. & p. 2. cap. 22. nu. 98.* ubi ad
2 Rectorem Eccleſiæ extendit. Ergo ſequitur regula *in l. 9. C. h. t.* neminem poſſe per alienum creditum compenſare; quæ tamen limitatur 1. in fidejuſſore, *per l. 4. h. t.* 2. in *correo* debendi ſocio. *l. 10. ff. de duob. reis.* Autor *in C. h. t. ad L. 9. num. 1. & 2.* 3. in credito defuncti, cui ut *heres* ſucceſſi etiam cum Inventario, ut vult *Carpz. p. 1. c. 8. def. 8.* in *Ceſſionario*, quod cedens ceſſo debuit ante denuntiatam ceſſionem. *vide tract. meum de Ceſ. act. cap. ult. conf. Dn. Struv. d. l. th. 25. Zæſ. nu. 27. & ſeq.*

## ad L. fin.

*SUMMARIUM.*

*Referuntur caſus, ubi fiſco non poteſt compenſatio opponi.*

FIſco agenti etiam poteſt opponi compenſatio, Autor *in C. h. t. ad L. 1. num. 3. & ad L. 3. nu. 1. & ſeqq.* ſed excipiuntur ſequentes caſus. *per l. 17. ff. & l. 1. 3. & 7. C. h. t. & l. 46. §. 5. ff. de Jure fiſci.* ut 1. ſi debitor ſim fiſci ex calendario, id eſt, ſi mutuo ſumſi pecuniam a fiſco, in qua nervus Reipubl. conſiſtit. Autor *in C. h. t. ad L. 3. nu. 2.* 2. Si *vectigal* debeam. 3. Si ex adminiſtratione annonaria fiſco ſim obligatus. 4. Si *tributum* debeam. 5. ex cauſa alimentorum a fiſco erogandorum. 6. Si pecunia debita ad alendum *militem* vel alios Reip. uſus neceſſarios deputata. 7. Si ex fidei commiſſo Reip. debeam. 8. Si a fiſco quid emerim. 9. Quod alia ſtatione debet, non debeo huic ſtationi imputare. *d. l. 1. C. h. t. ubique* Dn. Autor *in C. h. t. ad L. 1. nu. 2. conf. Molina. tract. 2. d. 560. nu. 25. Donell. lib. 16. c. 15. poſt. lit. K. Afflict. dec. 192. Petr. Gregor. l. 21. c. 22. num. 6. Struv. h. t. th. 23. Peregr. de jure fiſci. l. 6. tit. 7. num. 15. Trentac. l. 3. tit. de compenſ. reſol. 1. num. 11. & ſeqq. Zæſ. h. t. num. 24. Wiſſenbach. th. 3.* Autor *in C. h. t. ad L. 3. numer. 2. & ſeqq.* Quod de *alimentis* dicitur, generaliter intelligunt *Surdus de Alim. tit. 8. priv. 53. nu. 5. & tit. 7. qu. 10. num. 8. Aug. Barb. ad d. l. 3. C. h. t. num. 12.* Autor *ad L. 3. C. h. t. nu. 4.* Et ſic idem in decimis ſtatuunt. *Romanus ſing. 551. Trentac. d. l. nu. 16. Barb. d. l.* ut & in piis cauſis. Autor *in C. h. t. ad L. 3. n. 4. in f.*

---

## TITULUS III.

### *Depoſiti vel contra.*

*SUMMARIA.*

*Cur actio depoſiti miſerabilis in duplum concepta ſit? num. 1. & 2.*
*An hodie exoleverit? 3.*
*Quatenus actio depoſiti ſtricti juris ſit? 4.*
*Depoſitarius quando ad culpam levem vel leviſſimam teneatur? 5. 6. 7. & 11.*
*An, ſi de periculo præſtando caverit, de caſu fortuito teneatur? 8.*
*Quare conventio de dolo futuro non præſtando inutilis ſit? 9.*
*Quando merces datur pro cuſtodia, locatio eſt. 10. & 24.*
*Quid ſi ex poſtfacto deponens remunerationem offerat? 12.*
*An locator teneatur ob res in conclavi conducto depoſitas? 13.*
*Cum res ad alium præferenda datur, mandatum eſt, nec privilegium depoſiti in concurſu, locum habet. 14. 15.*
*In depoſito tanquam contractu b. f. res cum omni cauſa reſtituitur. 16.*
*Depoſitarius, qui depoſitum vendidit & redemit, tenetur de caſu fortuito. 17.*
*An hodie in re depoſita committatur furtum? 18.*
*Cum depono pecuniam, ut ea, ſi lubet, uti liceat, quatenus depoſitum ſit? 20.*
*Quando periculum rei penes depoſitarium ſit? 21.*
*An ſemper ad leviſſimam culpam teneatur, ſi ſe obtulit depoſitarius? 22. & 23.*
*Quando res depoſita dividua & individua, quomodo reſtitutio uni heredum facienda? 25.*
*An res depoſita dividua uni heredum tota reſtitui poſſit? 27.*
*Quando deponens affirmat plures res in occluſa ciſta fuiſſe, depoſitarius negat, quid juris ſit? 28. & ſeq.*
*Quibus caſibus non ſit locus juramento deponentis? 30.*
*An, ſi apud duos depoſui, uterque teneatur in ſolidum? 31.*
*An depoſitum ante tempus placitum repeti poſſit? 32.*
*Ad quid teneatur depoſitarius, ſi rem non poſſit reſtituere propter factum ſuum inculpabile? 33.*
*Quid ſi depoſitæ rei dominium ex aliqua juſta cauſa conſecutus ſit? 34.*

Actio

ACtio depoſiti datur in ſimplum, niſi fuerit
res depoſita cauſa *tumultus, incendii, ruinæ* vel
*naufragii*, quia tunc ob dolum datur actio in duplum,
contra hæredem in ſimplum; Autor *ad L. 4. nu. 1. ff.*
*C. de Cond. indeb.* ratio ſeveritatis *in §. 1. & ſeqq.* 2.
quia deponens hoc caſu non habet tempus delibe-
randi plenum, & major depoſitarii perfidia, quia *Af-*
*flicto* addit afflictionem. *Mozius de diviſ. Depoſiti num.*
16. *Mantica de tacitis & ambiguis convent. lib.* 10. *tit.*
2. *Num.* 9. *Struv. Ex.* 21. *th.* 42. Hanc pœnam exole-
viſſe, hic tradit *Grœnwegen*, quod eadem facilitate
negatur. Certe in VVurtenbergico Ducatu ſtatutam
hanc pœnam eſſe probat *Lauterbac. ad h. t. §. 2. h.*
4. Certe quod non ſemper dictetur pœna dupli, fit
vel quia actor non petit, vel quia ejuſmodi homines
perfidi pauperes eſſe ſolent, vel quia judex neſcit.

*Ad §. 5.* Licet contractus *depoſiti ſit bonæ fidei*, ra-
4 tione rerum tamen depoſitarum *ſtricta* eſt interpre-
tatio, ut res adjecta depoſito non habeatur pro re de-
poſita, niſi expreſſe hoc dictum. *Dn. Mevius part. 2. d.*
54. quod puto fieri, quia famoſa actio, ideoque re-
ſtringenda, licet Gloſſa & eam ſecutus *Vinc. Carocius*
*in tr. de Depoſito tit. quod venit in actionem depoſiti. nu.*
4. *p.* 211. tradant, de acceſſoriis etiam, ſi non custo-
dierit, dari actionem depoſiti, id mihi non videtur
§. *huic* congruere, cum res, quæ depoſita non eſt, de-
poſiti actionem patere non poſſit: nam licet *Buſius* ur-
geat *l. 5. §. 9. ff. Commodati*, inter has tamen actiones
magna eſt diverſitas.

*Ad §. 6. Depoſitarius* tantum præſtat *dolum & cul-*
5 *pam latam*, ſed ſi convenerit, ut etiam *culpa* levis præ-
ſtetur, hæc omnino præſtanda erit, quia *contractus ex*
*conventione Legem* accipiunt. *Barb. Locupl. lib. 3. c. 62.*
*ax. 22. hic & l. 1. C. h. t. Molina de Juſt. & Jure tr. 2.*
*d. 527. num.* 1. *Mantica d. l. 10. tit. 9. num. 9. Caroc. d.*
*tr. tit. de culpa num.* 40 *Trentac. tit. de depoſ. reſ. 2. n.*
6 13. Autor *in C. h. t. ad l. 1. num. 1. 2. & 5.* Sed & taci-
7 te hoc fit, ſi gratia utriuſque celebratum Depoſitum,
imo ſi ſolius Depoſitarii cauſa, etiam culpam leviſſimam
præſtari volunt. *Gomez. Tom. 2. reſol. c. 7. in fin. Tren-*
*tac. lib. 3. tit. depoſiti reſol. 2. num. 9. Moz. d. t. nu.* 3.
8 Autor *in C. h. t. ad L. 1. numer. 6. & 7.* Sed quid ſi de
*periculo* præſtando depoſitarius cavetit, an etiam de
*caſu* fortuito tenebitur? Id negat *Farin. qu.* 169 *n.* 41.
Autor *in C. h. t. ad L. 1. num. 1. & 5.* Sed de eo dubi-
tari poteſt, ob tradita *Mantica d. tit. 9. num.* 10. qui
vult, ſub *periculo caſum fortuitum* contineri, *per c. 2.*
*X. h. t.* Sed id *d. cap.* non probat, quin & *Berous vol.*
*1. conſ.* 194. cum aliis contendit, ſub voce periculi,
non ſemper contineri caſum fortuitum, *per L. Opus*
*quod averſione. 36. Locati.*

9 *Ad §. 7.* Conventio de dolo in futurum non præ-
ſtando eſt inutilis, quia invitat ad delictum. *conf. l.*
*Si unus. §. 3. de Pactis. Moz. de accident. Depoſiti. n.* 2.

10 *Ad §. 8.* Quando pro *cuſtodia merces* datur, non
eſt depoſitum, ſed Locatio; quia depoſitum oportet
eſſe *gratuitum*, & tunc culpa levis eſt præſtanda. *Tren-*
11 *tac. d. reſol. 2. num.* 11. Imo etiam ad culpam leviſſi-
mam, ſi alias ad cuſtodiam tenebatur. *Molin. diſp.* 527.
*num.* 3. *Carozius in tr. depoſ. tit. de culpa. nu.* 22. Sed
12 ſi ex poſtfacto deponens offerat renumerationem, ma-
net depoſitum. *hac l. 1. §. 9. Dn. Struvius Ex. 21. th.* 36.
13 Sic nec locator tenetur ob res, a conductore abeunte
in conclavi cuſtoditas, quia non eſt depoſitum, ſed
locatio. *Dn. Mev. p. 2. d.* 54.

14 *Ad §. 11. 12. & 13.* Si rem dem perferendam ad alium,
non eſt depoſitum, ſed Mandatum *Moz. in Rubr. de*
*ſubſt. Depoſiti. nu.* 5. *Mantica de tac. & amb. convent.*
*lib. 10. tit. 1. nu* 8. In dubio tamen cuſtodiæ gratia rem
eſſe traditam, tradit *Dn. Lauterb. h. t. §. 1. th.* 7. Et
15 ideo ſi rem conſumat, creditor non habet privilegium
Depoſiti. *Richt. de Prærogat. Credit. diſp. 11. c. 5. p.* 318.
Et ſic nuper reſponſum in Facultate, cum quis de-
diſſet pecuniam ut alteri traderet, quam pecuniam al-
ter retinuit, & tertio non tradidit, ac creditor in con-
curſu creditorum hanc pecuniam ob rem depoſitam
repeteret, privilegium hoc creditori vel mandatori ne-
gatum. Idem eſt, ſi cuſtodia ſimul eventualiter man-
data; nam hoc plenius eſt *mandatum* habens etiam
*cuſtodiæ* legem. *Mantica de tac. & amb. convention. lib.*
*10. tit. 3. nu. 7. & 8. conf. Simon. de pratis conſ. 158. nu-*
*mer.* 9.

16 *Ad §. 23. cum ſeq.* Quia *bonæ fidei contractus* hic eſt,
ideo omnis cauſa in hanc actionem venit, i. e. utilitas,
ſi ſcilicet in ſuos uſus convertit, aut moram reſtituen-
do commiſit. *Mant. l. 10. c. 6. Carpz. lib. 4. reſp.* 55.
Autor *in C. h. t. ad L. 2. num. 1. & 2.*

17 *Ad §. 25.* Qui rem *depoſitam vendidit*, eamque po-
ſtea redemit, tenetur depoſiti, licet poſtea *caſu fortui-*
*to* perierit. *Franzk. h. t. num. 72. Struv. th. 37. Rode-*
*ricus de Jure cenſuum lib. 3. quæſt. 11. num. 6. & 9.* Nec
obſtat *l. 16. ff. de Condict. furt.* quæ de primæva na-
tura actionis depoſiti loquitur. *Franzk. d. l. numer.* 73.
*Molinæus de Uſur. num.* 648. Hoc abolitum hic notat
18 *Grœnwegen*, quod in re depoſita utendo hodie non co-
mitatur furtum. Sed utrunque negamus, *per Conſtit.*
*Carolinam art. 170. cum Dn. Lauterbachio h. t. § 22*
*th. 5. conf. Dn. Tabor. in racemat ad d. art. & Carp-*
*zovius. in pr. Crim. quæſt. 85. num. 71. & ſeqq.* Autor *in*
*C. h. t. ad L. 3. num.* 1. Sed ut hac actione teneatur,
traditionem requirit *Tiraqu. in tr. de Jure Conſt. poſſ.*
19 *p. 1. num. pen. & in tr. de Retract. conſang. §. 1. gl. 2. n.*
48. Ex. §. hoc etiam probant, *dolum* commiſſum in ven-
dendo non purgari per rei redemtionem. *Jaſon in l.*
*quod te. n. 4. de Reb. Cred. Jac. de Nigris in rep. legis,*
*ſi inſulam. num. 298. de Verb. Obl. in vol. 6. rep. Juris.*
*Ad §. 26. Vide infra §. 41.*

*Ad §. 34.* Quando hac lege depono pecuniam, ut
20 ſi velis, uti tibi liceat, priuſquam utaris, depoſitum eſt,
poſtea uſu tranſit in creditum. *vid. ſupr. L. 9. §. pen.*
*de rebus cred. Mol. in diſp. 523. num.* 1. Quando autem
ſtatim initio convenit, ut tantundem cum uſuris re-
ſtituatur, eſt mutuum. *Bach. diſp. 26. th. 6. & Moli-*
*næus tr. de contract. uſurar. quæſt.* 83.

21 *Ad §. 35.* Interdum etiam *periculum rei depoſitæ* pe-
nes *depoſitarium* eſt, ut ſi per pactum periculum in ſe
22 ſuſceperit. *Mantica dicto lib. 10. tit. 9. num.* 10. Vel ſi
depoſito obtulit, ubi ad culpam levem & leviſſimam
tenetur. *Caroc. tit. de culpa num. 12. Trentac d. reſ. 2.*
*num. 8. Mantica d. t. 9. num.* 19. Dn. Autor *in C. h. t.*
23 *ad L. 1. num. 5. & 7.* Quod tamen Canoniſtæ ſolent
temperare, quid enim ſi peregrino omnibus amicis
deſtituto, res ſuas depoſituro, ex commiſeratione me
obtulerim? Ergo hoc ita intelligendum, quando, de-
ponens diligentiſſimum Depoſitarium, & alium re-
perire poterat, & ego me inter alios obtuli & ita quaſi
meam diligentiam aliis prætuli. *Panorm. in cap. Bona*
*fides. nu. 3. X. h. t. Molin. d. diſp. 527. num. 5. Carocius*
*d. t. de Culpa num. 11. Lopez. de Contract. lib. 2. c.* 36.
Autor *in C. h. t. ad L. 1. num. 7. in f.* Quid ſi vero *ho-*
24 *norarium* acceperit depoſitarius? Tunc ad præſtandam
culpam leviſſimam obligari quidam putant, niſi *ho-*
*norarium* eſſet modicum. Sed melius eſt ad levem ip-
ſum obligari. *Trentacinq. d. reſ. 2. num. 11. Caroc. d.*
*tit. de culpa num.* 22.

*Ad §. 36.* Si *depoſitum* ſit *dividuum*, uni ex hæredibus
25 venienti & repetenti ſolvitur pro parte hæreditaria,
adeo ut & ſignatum coram teſtibus reſignare liceat:
Autor *in C. h. t. ad L. 12. n.* 2. Si vero depoſita res eſt
*individua*, uni venienti ſolvitur inſolidum, præſtita
cautione de eo, quod ſupra ejus partem eſt, aut ſi cau-
26 tionem præſtare non poſſit, res in judicio deponenda.
Eadem cautione opus, ſi plures res depoſitæ, & una
27 uni hæredi tradita *Franck. h. t. numer.* 19. Sed quid
ſi res depoſita *dividua*, an res non tota, v. gr. tota
ſumma pecuniæ depoſitæ forte obſignata poteſt
reſtitui nonnullis hæredibus? Quod neg. *in l.* 14.
niſi major pars hæredum (quod non ex majori

numero perſonarum, ſed portionum, æſtimandum.)
reſtitutionem petierit *Moz. in Rubr. de Natur. de Dep.*
*num. 23. Card. Mant. lib. 10. tit. 7. confer. Verall. p.*
*2. dec. 66. num. 2. & dec. 117. num. 2. Lauterbach. h. t.*
*§. 2. th. 2.* Autor *in C. h. t. ad L. ult. num. 1.*
28 *Ad §. 41.* Si, *ciſta ſig.* vel non ſignata depoſita ſit, omnes
res etiam contentæ depoſitæ videntur, ut adeo de iis
omnibus agere liceat; nam ciſta propter ſe non depo-
nitur, ſed propter res contentas, Ergo hæ principali-
ter depoſitæ. Sed quid ſi depoſitarius aperuerit ci-
29 ſtam occluſam, vel ſi non occluſa, nonnollas res in
ſuam utilitatem verterit, & deponens plures res fuiſſe
dicat, depoſitarius neget? R. tunc juramento depo-
nentis ſtandum, *arg. l. 1. §. 26. h. t. l. 9. C. unde vi.*
Modo (1) Ejus conditionis ſit deponens, ut veriſimi-
le ſit, eum res pretioſas habuiſſe, & (2.) conſtet de
dolo & lata culpa depoſitarii *Menoch. l. 2. A. Q. caſ.*
*208. Maſc. concl. 472. num. 14. & concl. 508. Mantica*
*de tac. & amb. convent. lib. 10. th. 5. numer. 4. Carpzov.*
*lib. 2. reſp. 69. num. 9. 10. Lauterbach. ad h. t. §. 1. th. 6.*
*Dn. Struv. Ex. 21. th. 41.* Quod declarat *Dn. Franzk. n.*
30 *64 & ſeqq.* niſi male clauſa fuiſſet, niſi etiam depo-
ſitarius contrarium probare velit, v. gr. non fuiſſe
clauſam, ſibi non fuiſſe traditam, illas res in ciſta
non fuiſſe contentas, quo caſu non locus foret jura-
mento.
31 *Ad §. 43. & ſeq.* Si apud *duos* depoſui, unuſquiſque
tenetur in ſolidum, non electione, ſed ſolutione alter
liberatur. Nec hoc caſum, ubi actum eſt, ut omnes obli-
garentur in ſolidum, nec ad caſum admiſſi doli aut cul-
pæ reſtringendum eſſe, contendit *Ronchegallus ad l.*
*eandem. 9. ff. de duob. reis. num. 264.* Nec admittenda
diſtinctio, utrum depoſita ſit *dividua* vel *individua*,
ut tradit *Alciatus ad l. 4. §. Cato. numer. 126. & ſ. de V.*
*O. vol. 6. repet.* licet diſſentiat cum *Bartolo Butigella*
*in rep. d. §. Cato. num. 84. & Hormanoctius Detus in*
*rep. d. §. Cato. num. 204.* Sed ſi plures apud unum de-
poſuerint, in dubio pro rata videtur depoſita, niſi
aliud actum. §. 44. *Mantic. lib. 10. tit. 7. num. 1. Lau-*
*terbach. h. t. §. 2. th. 2.* Autor *in C. h. t. ad L. ult. num.*
*fin.*
32 *Ad §. 45.* Quia *depoſitum, favore Deponentis* contra-
hitur, ante *tempus* placitum poteſt repeti, quia tempus
ex natura negotii in favorem deponentis additum; &
Depoſitarii regulariter nihil intereſt, rem depoſitam
apud ipſum diutius relinqui, *Mantica de tac. & amb.*
*convent. l. 10. t. 4. nu. 7. Lauterbach. h. t. §. 1. th. 7. Dn.*
*Struv. h. t. numer. 36.* Interdum tamen audiendus non
eſſet deponens, quando in gratiam depoſitarii facta,
depoſitio, vel ſi mutatio in ejus perſona facta, vel re-
ſtitutio intempeſtiva. vid. *Franzk. num. 12. Zaſ. nu. 9.*
*Caroc. de Dep. tit. de Caſu. num. 54. pag. 121. Mantica*
*lib. 10. tit. 4. nu. 7. conf. l. 1. §. 22. in fine.* Autor *in C.*
*h. t. ad L. 2. nu. 3.* quod tamen *Bachov. d. d. 26. th. 1. lit.*
*G.* de ſequeſtro accipit, juxta *l. 9. §. 3. de Dolo malo.*
*Ad 8. fin. & 2. LL. ſeqq.* Quando Depoſitarius non
33 poteſt rem depoſitam reſtituere, propter factum ſuum
inculpabile, V. gr. Si hæres Depoſitarii ignorans rem
illam *vendidit*, non cogitur rem illam redimere, ſed
vel deponens eam vindicabit ab emtore, vel pretium
petet a reo, ſi vero res in ejus poteſtatem pervenerit,
præciſe ad reſtituendum tenetur. *Mantica l. 10. t. 9. n.*
*35. & Lauterbach. h. t. §. 2. th. 3.* Sed quid ſi ponas, do-
34 minium rei depoſitæ ex aliquo juſto titulo eum con-
ſecutum eſſe? Nam non potuit dominium transferre
in emtorem, quod non habuit, neque dominium re-
dimendo acquirere potuit, quia nec emtor habuit; ſed
ſi ponas alium juſtum titulum, tunc concidet depoſi-
tum, & dabitur exceptio. Nec obſtant verba, ſuam
factam; nam de recuperata poſſeſſione intelligi poſſunt.
*conf. Barboſ. ad l. ſi alienam. 12. nu. 26. ff. ſoluto. ma-*
*trim.*

## Ad L. L. Proprie autem. 6.

### *SUMMARIUM.*

*Depoſitum etiam eſt rerum immobilium.*

PRoprie in Sequeſtro eſt depoſitum. Cum ergo ſe-
queſtratio rerum immobilium quoque ſit, ſequi-
tur etiam, Depoſitum eſſe quoque rerum *immobilium.*
*conf. Franzk. h. t. nu. 6. & ſeqq. Gædd. de ſequeſtr. ad*
*Rubr. num. 4. Bach. th. 4. lit. D.* & quos refert *Dn.*
*Lauterbach. ad h. t. §. t. 6.* licet diſſentiat *Wiſſenbach.*
*d. 31. th. 11. & Moz. de ſubſt. depoſ. n. 6. & Dd. comm.*

## ad L. Si hominem. 7.

### *SUMMARIA.*

*Intempeſtiva miſericordia dolo proxima eſt. n. 1.*
*Quare actio depoſiti dolo defuncti in ſolidum contra hære-*
*dem detur? 2.*
*Jure Canon. indiſtincte tenetur hæres propter damnum a*
*defuncto datum. 3. 4. & 5.*
*Quatenus creditores, qui apud debitorem ære alieno gra-*
*vatum depoſuerunt, privilegium perſonale habeant?*
*6.*
*An hoc privilegium amittant, ſi uſuras ſtipulentur? 7. 8.*
*& 9.*
*Quando Creditor pecuniæ hæreditariæ privilegium amit-*
*tat? 10.*
*An inter plures deponentes Ordo obſervetur? 11.*

1 IN *tempeſtiva miſericordia* interdum proxima dolo eſt.
Hinc ſi compeditum ſervum meum ſolveris, ut fu-
geret, & quidem intempeſtiva miſericordia, actione
doli in factum teneris. *l. & eleganter. 7. de dolo. Pe-*
*trus Gerhardi ſingulari 9. per totum.*
2 *Ad §. 1.* Actio Depoſiti ex *dolo* defuncti in *ſolidum*
datur contra *hæredem*, licet ad eum nihil pervenerit,
quia *Dolus* hic ex contractu venit, non tamen ulte-
3 rius, quam quatenus hæres eſt. Jure Can. indiſtincte
defunctus tenetur ad reparandum damnum a defuncto
datum, ſive in contractu, ſive extra contractum, ſi-
ve lis ſit conteſtata, ſive non, quod & in Parlamen-
to Pariſ. ita judicari, refert *Grœnvegen ad tit. Cod. Ex*
4 *delict. &c.* Et hanc æquitatem commendat ex aliis
etiam *Chriſtinæus vol. 3. dec. 22. nu. 3.* quæ etiam mi-
hi placet, & ſcio a Facultate noſtra aliquando in
cauſa civitatis contra Perſonam Illuſtrem allegatam
fuiſſe, & forte hæc ſententia in ſupremis Dicaſteriis,
ubi alias ex bono & æquo judicari ſolet, ita pronun-
ciari poſſet. Nam quod per litem conteſtatam quaſi
contrahatur, & ſic contra hæredem quaſi ex contractu
agatur, & quod de dolo defuncti actione ex contractu
agi poſſit, non alia ad ſatisfactionem, ubi non fuit
contractum cum defuncto, meræ ſunt ſubtilitates Ju-
ris Civilis, quas aliaſque a Jure Civili abeſſe, optant
5 boni omnes. Certe non minus delinquit, qui in con-
tractu delinquit, quam qui extra contractum; & non
minus damnum accipit, qui a contrahente, quam qui
ab alio læditur. Nemo tamen ultra *vires hæreditatis*
obligatur, etiam Jure Canonico.
6 *Ad §. pen.* Creditores, qui apud *Debitorem ære* alie-
no obrutum quid depoſuerunt, *Privilegium* perſonale
habent, & cæteris *præferuntur*, quod intelligendum de
re depoſita *conſumta*; nam ſi res adhuc extet, Jure Do-
minii omnibus creditoribus præferentur, *per L. ſi ven-*
*tri. 24. §. 2. ff. de Reb. auctor. jud. poſſ. Carpz. p. 1. Ju-*
*riſpr. c. 28. def. 150. Richter. de prærogativ. Credit. diſp.*
*11. c. 5. p. 315. Ant. Fab. l. 4. Cod. tit. 25. def. 3. Bach. in*
*Treutl. de 26. th. 7. lit. B. & Wiſſenbach. diſp. 31. nu. 13.*
*Salgado in Labyr. p. 1. c. 11. n. 106. & ſeq. Facult. Juriſd.*
*Argent. in conſilio apud Dn. Taborem in Racemationibus*
7 *crem. p. 597.* Aut. *in C. h. t. ad L. 8. n. 3.* Hoc autem privi-
legium

glum amittunt, ſi *uſuras ſtipulentur*; nam tunc in cre-
ditum ire videntur. *Strach. de Decoctor. c. ult. num. 3.*
*Lauterbach. h. t.* § 2. *theſ.* 8. quia tunc non depoſitum,
ſed revera *mutuum* eſt. *Molinaus d. quaſt.* 83. *nu.* 637.
*confer. Franc. Pontanus conſ.* 56. *num.* 12. *& ſeq. Beuth.*
*p.* 2. *cap.* 29. *Carpzov. p.* 1. *conſt.* 28. *def.* 3. *Franck. h. t.*
*nu.* 78. Autor *in C. h. t. ad* L. 4. vel depoſitum tantum
8 nomine tenus. Sed de eo & ſimilibus textibus non ab-
ſurde dicitur, quod præſupponant, factam eſſe nova-
9 tionem per ſtipulationem uſurarum. Sed quia hodie
*novatio* non niſi expreſſe fit, de noſtro §. an juxta cum
pronuntiandum ſit, dubitari poſſet. Nam illi textus,
qui dicunt, quod ſtipulando in creditum eatur, præ-
ſupponunt novationem, quod per *l. ult. C. de Novat.*
abrogatum. Et ex Locatione operarum ob moram
alias debentur uſuræ officio judicis & miſeri merce-
narii, harum ſubtilitatum ignari, ita decipiuntur &
10 de ſorte periclitantur. Illa vero mira deciſio *Carpz.*
*p.* 1. *C.* 28. *def.* 60. quod creditum pecuniæ hæreditariæ
ſuum privilegium amittat; Si poſt terminum lapſum
non petat, quaſi vero is, qui non ſtatim urget debi-
tum, in creditum eat & novum contractum celebret,
cum tamen tempus moneat debitorem *l. magnam* 12.
*C. de contr. ſtipul.* Sed iniquitas hujus definitionis eſt
manifeſta, quod aliquis non urgendo ſuum *privilegium*
amittat. Hoc privilegium Depoſitariis datum, ad
Cambia extendunt *Beutherus lib.* 1. *c.* 32. *Berlich. p.* 1.
*concl.* 64. *nu.* 14. *conſ. Bach. ad Tr. vol.* 2. *d.* 24. *th* 7.
*lit. G. Zœſius h. t. num.* 26. Et quamvis leges loquan-
tur de Argentariis, communiter tamen intelliguntur
generaliter a *Carpz. p.* 1. *c.* 28. *def.* 150. *Berlich. p.* 1.
*concluſ.* 70. *num.* 2. *& Lauterbach. hic* §. 2. *in fine.* Au-
tor *in C h. t. ad L.* 8. *num.* 3.

Ad §. *fin. Deponentes* omnes, quia habent *Perſona-*
11 *le Privilegium*, ideo omnes concurrunt pro *rata*, &
inter eos nullus ordo eſt. *Carpz. d. conſt.* 28. *d.* 149.

## ad L. Quod Privilegium. 8.

*SUMMARIA.*

*Quatenus in concurſu in Argentarii bonis depoſita pe-*
*cunia ſolvatur? num.* 1.
*Annon ante omnia neceſſaria expenſa deducantur?* 2.
*&* 3.

IN *hac L.* 8. agitur de Argentariis & iis, qui apud
1 eos pecunias depoſuerant, fidem publicam ſecu-
ti. Nam quando in Argentarii bonis concurſus fit
Creditorum, tunc prius, ſcilicet ante chirographa-
rios non privilegiatos, ſolvenda eſt pecunia depo-
ſita, ſi non extet, ſi extet, ante omnes. *l.* 24. §. 2. *ff.*
*de rebus auth. jud. poſſid.* Autor *in C. h. t. ad L.* 8. *n.*
3. Sed quæ neceſſario factæ impenſæ, ſemper de æſti-
2 matione bonorum detrahendæ. Quæcunque ergo *im-*
*penſa* pro *taxandis* vel *vendendis* bonis Debitorum,
vel pro *Inventario*, & ſimiles, ante omne creditum
exſolvi debent, quia bona non intelligantur, niſi his
expenſis deductis. *Hic & l. ult.* §. 9. *C. de Jure delib.*
*Beutherus lib.* 1. *c.* 25. *Richt. diſput.* 3. *de tr. membr.* 2 *n.*
3. *pag.* 78. Et ſic ergo generalem regulam non in de-
3 poſiti materia tantum, ſed & in æſtimatione bonorum
liquidati in Inventariis &c, ſumtus neceſſarios minue-
re corpus bonorum, & ante omnia eſſe reſtituendos,
colligunt. *Cujac. ad h. l. tom.* 4. *p.* 174. *Carpz. dec.* 55.
*num.* 10.

## Ad L. In depoſiti act. 9.

*SUMMARIA.*

*Ex facto defuncti in quantum teneatur hares? nu-*
*mer.* 1.
*Quid ſi defunctus ſtipulatus ſit, dolum a ſe & haredibus*
*abfuturum?* 2.

1 EX facto *defuncti hares* tenetur pro parte hære-
ditaria, ex facto & delicto proprio in ſolidum.
Ideoque cæteri *cohæredes*; non tenentur, ſed ille, qui
deliquit ex ſecundaria obligatione, *Andr. Alciatus in*
2 *repet. d.* §. *Cato n.* 111. *de Verb. Oblig. Caballinus ſive*
*Molinaus in tr. de div. & indiv. p.* 3. *nu.* 439. Aliud fo-
ret, ſi defunctus ſtipulatus eſſet, dolum a ſe & hæ-
redibus abfuturum; nam tunc uno contra faciente, om-
nes hæredes pro rata obligantur ex expreſſa conven-
tione. *d.* §. *Cato. & ibi Dd. & Molinaus d. l. num.* 447.
*Lud. Bolognius in eodem* §. *n.* 26. *& n.* 136. *& n.* 138. *& n.*
141. *conſ. prolixe hac de lege differens Hormanoctius*
*Decius in rep. d.* §. *num.* 271. *& ſeqq.*

## Ad L. Si in Aſia. 12.

QUod ſi res depoſita *alibi* reſtituenda ſit, quam
ubi res ſine dolo malo eſt, faciendum id ſumti-
bus deponentis, quia is petit reſtitutionem. *Moz. in*
*tit. de Natur. depoſiti. n.* 26.

## ad L. Si quis inficiatus. 13.

*SUMMARIA.*

*Summa legis quænam? num.* 1.
*An is in mora ſit, qui antequam ſolvat, quærit, an hære-*
*ditas heredi obvenerit?* 2.
*Qui in b. f. eſt, publicatis atteſtatis in mora eſt?* 3.
*Quando ex inficiatione depoſiti infamia infligatur? nu-*
*mer.* 4.

SUmma ejus legis eſt, quod ab ea die, qua quis in-
1 cipit ſcire, ſe habere juſtam cauſam, videtur do-
lo malo facere, ſi bonam fidem non agnoſcat, & te-
netur ex mora doloſa ad periculum aliaſque effectus,
2 Ideoque duo notabilia ex hoc textu eruit. *Bart.* Si
quis ut procurator vel hæres mei creditoris me in-
terpellet, non ſum in mora, ſi prius requiſivero pro-
bationem mandati, vel quod ipſi obtigerit hæreditas.
3 *Boer. dec.* 10. *n.* 5. *Corſetus ſing.* 210. *in voce procurator.*
*Cagnolus in l. qui in alterius. n.* 15. *de Reg. Jur.* Alterum
eſt, quod notat *Bart.* quod quis poſſit eſſe in bona fi-
de, & publicatis teſtimoniis, aut producto inſtru-
mento, conſtituatur in mala fide, & ab eo tempore in
4 expenſas reſtituendas, non in eas, quæ ante factæ ſunt.
*Afflictus dec.* 18. *in fine.* Collige ex §. 1. *condemnatus ex*
*dolo ſit infamis. l.* 6. §. *pen. ff. de his qui notantur in-*
*fam.* Autor *in C. h. t. ad* L. 10. *num.* 1. *&* 2. *ſeqq.* &
datur contra eum condictio furtiva ſc. ſi malitioſe in-
ficiatus ſit depoſitum, alias ſi culpa tantum interve-
nerit, dolus non adeſt, ergo nec infamia. *Dn. Mev. p.*
2. *dec.* 340.

## Ad L. Si plures. 14.

*SUMMARIA.*

*Quomodo depoſitarius etiam poſt moram a periculo li-*
*beretur? n.* 1. *&* 2.
*An in dubio contra moroſum jura clament* 3.

PRinc. hujus Legis habuimus in *l.* 1. §. 36. Sed
1 *in* §. 1. hoc notabile occurrit, quod depoſitarius
etiam poſt *moram* liberetur a periculo rei, ſi res inte-
reat eo caſu, qui contigiſſet, licet res reſtituta fuiſſet.
Et ſic nota exceptionem regulæ, quod mora transfe-
2 rat periculum in moroſum, niſi ſcilicet res apud a-
ctionem peritura fuiſſet, quia non vendidiſſet, vel ven-
dere non potuiſſet *conf. l.* 15. §. *fin. Supra de Rei Vind.*
*& l.* 47. *in fine De Lege* 1. *vid. Buſius in l. quod te* 5. *nu-*
*mer.* 18. *& ſ. ff. ſi certum pet. Carocius d. tr. tit. de culpa.*
*num.* 47. *Nicol. Mozius tit. de Naturalibus Depoſ.* Sed
3 in dubio contra *moroſum* omnia jura clamant, & ſic
quando in dubio ſumus, an penes Dominum periiſ-
ſet, depoſitarii eſt damnum. *Thomas Parpaliat. ad l.*
*certum ff. de Reb. cred. nu.* 20. *& ſ. v.* 2. *repet. conferri*
*poteſt Ripa ad l. quod te num.* 30. *ff. ſi certum pet.*

## ad L. Qui rem ſuam. 15.

*SVMMARIVM.*

*An actioni depoſiti opponi poſſit* exceptio *de Dominio depoſitarii?*

IN re *propria* non conſiſtit depoſitum ita, ut apud me res *propria* deponatur, & ideo non datur actio depoſiti, & idem in Commodato & precario. Autor *in C h. t. ad L. 11. num 5.* Unde colliguot Doctores, licet actioni venditi, locari, depoſiti, noo poſſit opponi de dominio tertii, quia noo elidit intentionem actoris, cum etiam res aliena vendi, locari & deponi poſſit, poteſt tamen opponi de dominio depoſitarii, qoia ex hac *exceptione* verificata conſtat, depoſitum non conſtitiſſe. *P. Barb. in rep. L. ſi alienam. 12. ff. n. 22. ſo. mt. matrim.*

## ad L. Si is, apud quem. 16.

*SVMMARIVM.*

*An, ſi depoſitarius penes alium depoſuit, qui dolum admiſit, deponenti contra hunc actio detur?*

DEpoſui apud te rem, tu penes alium depoſuiſti, qui *dolum* in cuſtodia rei admiſit, contra hunc non datur mihi actio, quia cum eo oon contraxi, ſed mihi datur actio contra te, ſed quia nihil dolo feciſti, liberare te potes cedendo actiooem. *Struvius d. Ex. 21. th. 37. Lenzius in tract. de nomin. ceſſis. c. 8. membr. 8. in fin.* Aut. *ad L. 7. C. h.* Putarim tamen, ſi prius depoſitarius deceſſit, dari utilem mihi actionem contra ſecundum, ut in talibus negotiis fieri ſolet.

## ad L. Licet. 17.

*SUMMARIA.*

*Differentia inter depoſitum & ſequeſtrum quaenam? numer. 1.*

*Conciliatio inter* §. 1. & l. 39. de acq. poſſ. 2. & 3.

*Depoſitum eſt vel verum vel Analogicum, & hujus exempla. 5.*

*Depoſitio pecuniæ quomodo facienda? 6.*

1 TRaditur hic *differentia* inter *Depoſitum* commune & *ſequeſtrum* voluntarium, nam (1.) *illud* ab uno vel pluribus poteſt fieri, hoc non niſi a pluribus. (2.) Hoc caſu quilibet in ſolidum, non illo (3.) Hoc caſu tantum res litigioſa, illo quælibet. (4.) In illo non transfertur Poſſeſſio, ſed in hoc, quia id agitur, ut nullius Poſſeſſiooi id tempus procedat. *Weſ. in ff. h. t. num. 6. Cludius in tr. de ſequeſtro. c. 1. Camil. lus Borellus tom. 1. Deciſ. tit. 37. Trentac. lib. 3. tit. de ſolut. reſ. 12. Molina d. diſp. 523. num. 4. Bach. vol. 2. diſp. 21. th. 4. Lit. F. Franzk. h. t. num. 51. & ſeq.* Au-
2 tor *in C. t. ad L. 5. num. 2.* Sed §. 1. videtur oppooi *L. 39. de adquir. poſſ.* Unde *Dn. Franzk.* hujus legis §. 1. quodammodo duriter explicat *n. 5. & Zaſ. nu. 33.* Sed poſſe dici puto, regulariter apud *ſequeſtrum*, quando res deponitur, id fieri, poſſeſſionis ſuſpendendæ cau-
3 ſa: ſecus ſi tantum ob cuſtodiam. Seu diſtinguendum potius, an de poſſeſſione litigent, & ideo deponant, an vero ideo, ut actor reddatur ſecurior; priori caſu tranſit poſſeſſio, noo poſteriori. *Zaſius ad d. L. 39. n. 4. (tom. 5. operum. p. 79.) Coraſ. l. 3. miſc. c. 2. num. 15. Menoch. rem. 3. retin. poſſ. num. 92. & 94.* Idem *Menoch. conſ. 2. num. 161. Trentac. lib. 3. tit. de ſolut. reſ. 1. num. 2. Molina d. 523. num. 4. Barch. vol. 2. in Tr. d. 21. th. 4. lit. F. Cludius in tr. de ſequeſtro cap. 9. n. 29. Curtius in tr. de ſequeſtro. num. 71. Gilken. ad l. un. C. de ſequeſtr. proh. numer. 17. conſ. Salgado in Labyr. p. 1.*
4 *cap. 14. n. 72. & ſeq.* Autor *ad L. 5. nu. 2. C. h. t.* Si tamen res cuſtodienda curam requirat, ſequeſter hanc adhibere debet, & exercere poteſt jus patronatus; quando opus eſt. *God. de ſequeſtro cap. 2. num. 59. &*
5 *Dn. Lauterbach. hic §. 3. th. 2.* Sed ſequeſtrum Dd. faciunt duplex verum & analogicum. Illud, quando partes rem litigioſam deponant. Hoc qoando Judex id ex officio facit in caſibus conceſſis, ut, ob vitandam colliſionem armorum, metum dilapidationis, ne puellæ pudori officiatur, vel ne actus jurisdictionalis alteri ſit præjudicialis, ſolet Judex ſuperior ex officio actum juriſdictionis exercere, de quo *Franzk. n. num. 75. & ſeq. Struv. th. 50.* Cujus ſpecies eſt depoſitio pecuniæ, qua tamen ſine *cognitione cauſa*, & ubi
6 periculum non eſt, injungi non debet, melius eſt mandatum de non ſolvendo dare. *Dn. Mev. p. 1. d. 167.*

## ad L. Si duo hæredes. 22.

*SVMMARIA.*

*Unius depoſitarii hæredes quatenus pro parte vel in ſolidum teneantur, re depoſita inter ſe diviſa? nu. 1. 2. & 3. 4.*

1 SI *plures hæredes* unius depoſitarii pecuniam depoſitam diviſerint, & ſic ſeparatim quaſi dolum quiſque in ſua parte commiſerint, quilibet eorum pro
2 parte tenetur. Quando vero res eſt indiviſibilis; aut diviſa non retinet eandem formam & nomen, ut lanx, tunc ſinguli in ſolidum obligantur. Si tamen res non
3 poſſet reſtitui, ſed ad æſtimationem, agatur, ſi uterque ſolvendo, ad partem agi poteſt contra ſingulos. Vid. *Caballinus vel Molinæus in tr. de div. & indiv. part. 3. num. 245.* ubi hanc legem prolixe explicat, quia etiam hac de Lege nonnulla habet, *p. 2. nu. 294. & 336.* Multis etiam hac de lege agit *Mariana Socinus in repetitione celebris illius §. Cato. L. 4. de V. O. n. 93. 98. 100. & præciſe num 156. & in repet. dicti §. Cato. Johann. Crotus num. 81. & Hormanoctius Detus. numer. 209. & 214. conf. Buſius ad h.* L. ubi dicit, hæredem poſſeſſorem fundi pro *annuis reditibus* obligati in ſolidum
4 obligati pro annuis reditibus. Et hujus legis deciſio etiam in eo caſu obtinet, quando penes duos res ab initio depoſita eſt. *Franzk. h. t. num. 21. Dn. Lauterbach. h. t. §. 2. th. 3.*

## ad L. Actione depoſiti. 23.

*SUMMARIA.*

*An ſervum depoſitum repetens reconveniri poſſit ob cibaria? n. 1. & 2.*

*Quicquid conventus contrario judicio petere, id multo magis retinere poteſt. 3.*

QUando deponens repetit a me ſervum depoſitum; quæritur, an coram eodem Judice con-
1 venire ipſum poſſim ob *cibaria*? Videtur, quod non ob *L. ult. C. de compenſat. L. 11. C. h. t.* Sed affirm. hic, quia reconventio ex eodem contractu oritur: unde col-
2 ligitur, quod in *Depoſito* etiam ob *expenſas* in te factas detur *reconventio*, imo etiam retentio. *Sichard. in L. pen. C. de compenſ. Dn. Mevius p. 2. dec. 56. & Dn. Struvius d. Ex. 21. th. 44. Bachov. ad Tr. vol. 1. d. 26. th. 5. Lit. B. & c. & quos laudat Wiſſenbach. conſentiens. d. 3. th. 15.* Autor *in C. h. t. ad.* L. 11. *nu. 7.* Quicquid enim contrario *judicio* peti poteſt, id conventus directa actione retinere poteſt. *l. 18. §. ult. ff. Commod. Bald. Salyc. Caſt. ad* L. 10. C. *h. t.*

## ad L. Lucius. 24. & L. ſeq. §. 1. & L. Publia Mævia. 26. §. 1.

*SUMMARIA.*

*An depoſitum ſit, ſi tantundem reſtituendum eſt? numer. 1.*

*Quid*

Digitized by Google

*Quid ſi pecunia data ſit non obſignata?* 2. 3. & 4.
*Depoſitarius an poſt moram ad uſuras teneatur? numer.* 5. & 6.
*An praciſè eadem pecunia reſtituenda, cum in ſacculo incluſa deponitur?* 7. & 8.
*Quomodo alteri actio quari poſſit?* 9. & 10.
*Quatenus ſcriptura privata probet?* 11.
*An quis contra ſcripturam ſuam contrarium probare poſſit?* 12.
*Scriptura privata quando credatur pro ſcribente. numer.* 13. *Quid ſi ſubſcripta ſit utriuſque contrahentis manu?* 17. & 18.

SI actum eſt, ut *eadem* pecunia reſtitueretur,
1 *proprie* eſt depoſitum, ſi actum ut tantundem,
egrediatur ea res notiſſimos depoſiti terminos. *vid. Joh.*
*Igneus in rep. Legis Contractus num.* 17. *vol.* 6. Idem vi-
detur eſſe, ſi non obſignata pecunia depoſita, ubi vi-
2 detur quidem eſſe Depoſitum, ſed cum data facultate
utendi. *L.* 25. §. 1. *h. t. l.* 31. *Locati.* Mantica *de tac. &*
*amb. convent. l.* 10. *t.* 5. *nu.* 12. *Lauterbach. ad h. t. th.* 2.
Autor *in C. h. t. ad L.* 3. *num.* 3. *& ſeqq.* cum primarius
finis deponentis ſit cuſtodia. *Zaſ. ad h. t. numer.* 3 *&*
3 *ſ. Franzk. h. t. numer.* 36. Nec hoc tamen eſt perpetuum,
quid ſi enim ex circumſtantiis vel verbis conſtaret;
non datam fuiſſe facultatem utendi, utcunque adnu-
merata pecunia fuerit, ſed ut tantum conſtaret de quan-
titate. Ad intentionem tamen contrahentium potiſſi-
4 mum reſpiciendum eſſe, volunt Mantica *de tac. & amb.*
*convent. l.* 10. *tit.* 3. *num.* 10. *Chriſtin. vol.* 3. *dec.* 48. *n.*
4. *& quos refert. h. t. Lauterbach.* §. 1. *th.* 2. *vid. Ant.*
*Gabr. tit. de Rebus cred concl.* 2. *P. Barboſa in l.* 10. *pr.*
*num.* 85. *ff. ſol. matrim. Aug. Barb. in collect. in l.* 4 *C. h.*
*t. num.* 2. *Molina d.* 513 *num.* 1. Colligunt etiam ex
hac lege, poſt *moram depoſitarium* ad *uſuras* teneri, li-
cet non uſus fuerit pecunia. *Carpzov lib.* 4. *Reſp.* 55.
5 *num.* 10. *& ſeqq. Mantica lib.* 10. *tit.* 6. Autor. *in C. h.*
*t. ad L.* 2. *num.* 1. conf. etiam *Carol. Molinaus in tr. de*
6 *contract. uſur. n.* 632. *& ſeqq.* ubi 4 gradus ponit, (1)
ſi pecunia detur *numerata* ad eum finem, ut ſciatur
quantum, (2) Si *tacite* actum, ut liceret tantundem
reſtituere. (3) Si expreſſe actum, ut uteretur. (4) Si
7 *depoſitarius* uſuras promittat. Sed ſi in ſacculo incluſa
& obſignata data, ea ipſa reddenda pecunia *l. ſi ſaccu-*
*lum.* 29. *h. t. vid. Far. quaſt.* 169. *num.* 4. *Petr. Barboſ.*
*in l. ſi. moru.* 10. *num.* 82. *& ſeq. ff. Solut. Matrim. Car-*
*dinalis Tuſchus concl.* 553. *num.* 19. *lit. F.* Autor *ad L.* 3.
8 *num.* 3. *C. h. t.* Niſi depoſitarius probabiliter putet,
eum conſentire. *per l.* 76. *de furtis Franzk. h. t. n.* 13.

*Ad* §. 1. *Mater* nupta *viro ſecundo*, ne obſtet *L.*
9 *Quintus.* 51. *de Donat. inter Vir. & ux.* filio ſuo rem
depoſitam petit reſtitui poſt mortem ſuam, quæritur
hic utilis actio & præſumitur Donatio; unde Regula
10 fluit. Quod Dominus poſſit ſtipulari rem, quæ duratu-
ra eſt ſua, alteri reſtitui, ut alteri quæratur actio uti-
lis. *Bartolus hic & Petr. Barb. in L. qua Dotis.* 34. *num.*
33. *& in L. Cajus.* 46. *num.* 11. *ff. ſolut.* Matrim. *hic & l.*
*pen. C. ad Exhib. l.* 3. *C. de Donat. que ſub modo. Hill.*
*in Don. l.* 12. *c.* 7. *in fine Struv. Ex.* 20. *th.* 3. & ita ju-
dicatum refert *Sande l.* 3. *tit.* 3. *def. un.* De §. 1. lectione
vid. *Alciatus l.* 1. *diſpunct. c.* 18.

11 *Ad* §. *fin.* Ex *ſcriptura privata* non oritur obligatio,
ſed *probatio* debiti, non creditur vero inſtrumento pri-
vato, niſi in iis qui contra ſcribentem faciunt, ſcilicet
ſi recognitum, nam tunc eatenus, quatenus contra ſcri-
bentem, facit, æquiparatur inſtrumento publico.
*Pruckm. vol.* 1. *conſ.* 7. *num.* 17. *Carpzov. p* 1. *conſt.* 16.
*def.* 10. *Colerus de proceſſ. execut. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 87. *&*
*ſeqq. Berlich. p.* 1. *concl.* 36. *num.* 104. *& p.* 2. *dec.* 284.
*Jaſon in l. admonendi. de Jurej. num.* 88. *Caccialup. nu.*
44. *Benſt. numer.* 643. *Maſc. concl.* 62. *Felicius de Soc.*
*cap.* 11. *num.* 11. Autor *ad L.* 5. *num.* 5. *&* 12. *C. de Prob.*
12 Sed quid ſi contrarium velit *ſcribens* probare juramento,
& ſic confeſſionem ſuam redarguere? Reſp. hoc non
ſufficere, ut in caſu, quo aliquis furtum confeſſus
13 erat in ſcriptis, reſponſum à *Facultate menſe* Majo *an-*
*no.* 1659. niſi falſitatem probet. In aliis vero, quæ
contra ipſum non ſunt; quantum tribuendum ſit, *ar-*
*bitrio judicis* committendum eſt. vid. *Nicol. de Paſſer.*
*in tr. de Scriptura privata l.* 1. *qu.* 1. *Menoch. lib.* 2. *ar-*
*bitr. qu. caſu* 93. *num.* 16. *& ſeq. Hippol. Riminaldus lib.*
2. *conſ.* 127. *num.* 5. *& ſeq. Auguſt. Barboſ. in collect. L.*
*Inſtrumenta.* 5. *C. de probat.* præſertim habemus caſum
14 in *L. ſi filiusfam.* 16. *ff. de SCt. Macedon.* ubi tamen
accedit receptio epiſtolæ ſine proteſtatione, item ex-
cipiunt caſum, quando connexa capitula habet *docu-*
*mentum*, quædam pro ſcribente, quæ contra ipſum.
*Maſcardus de probat. concl.* 626. *num.* 20. *& Carpzov.*
1. *Juriſpr. conſt.* 17. *def.* 34. *in fine. Menoch. l.* 2. *Arb.*
15 *quaſt. caſu* 93. *num.* 19. Alias poteſt in capitulis non
connexis, ſed ſeparatis, & quæ diverſis temporibus
contigerunt, quis ex alterius epiſtola vel ſcripto ali-
qua acceptare, cæteris contradicere. *Rimin. d. l. Natta*
16 *lib.* 2. *conſ.* 365. *num.* 2. In rationibus etiam *hunc* §. lo-
cum habere, tradit, *Laurentius de Pinu conſ.* 257. *num.*
17 11. Sed ſi utriuſque partis contrahentis manu ſubſcripta
*privata ſcriptura*, tunc abſque teſtibus plene *probat*
quoad perſonalem actionem. *Ant. Gabriel. tit. de pro-*
*bat. concl.* 9. *Koppen dec.* 46. *Vivius dec.* 539. *Covar. pr.*
*qu.* 22. *Trentac. l.* 2. *tit. de fide inſtr. reſ.* 12. *Camill. Bo-*
*rellus tom.* 2. *dec. tit.* 23. Autor *ad L.* 5. *nu.* 13. *C. de Pro-*
18 *bat.* Et tunc quando ex inſtrumento recognito agitur
depoſiti, proceſſus eſt ſummarius, alias non. Autor
*in C. h. t. ad L.* 11. *n.* 4. *inf.* Conſtare ergo debet de depoſi-
to, & ſic intelligenda *l. fin. h. t. Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 37.

## ad L. Si ſacculum. 29.

### *SUMMARIA.*

*Ciſtulam depoſitam reſignans, quando furti obligetur? n.* 1.
*Si permiſſu deponentis utatur depoſitarius, ad uſuras teneatur.* 2.

1 SI quis *ciſtulam* apud ſe depoſitam reſignet, & res
apprehendat lucri faciendi cauſa, neque habeat
animum, quaſi conſentiente creditore id faciat, furti
2 etiam tenetur. Et in §. 1. dicitur, ſi depoſitarius pecu-
nia depoſita permiſſu deponentis utatur, quod ad uſu-
ras teneatur, ut in bonæ fidei judicio. Autor *in C. h.*
*t. ad L.* 3. *num.* 1. Sed videtur hic contractus tranſire in
mutuum.

## ad L. Si fidejuſſor. 30.

### *SUMMARIA.*

*Qua actio detur fidejuſſori, qui pro depoſitario deponenti ſolvit? num.* 1.
*Qua actione fidejuſſor hic agat, ſi depoſitarius concurſum creditorum patiatur?* 2.

1 DEpoſui apud te *ciſtam*, ſed cum tibi non habe-
rem fidem, dediſti fidejuſſorem, cum repeterem
rem, tu lites moves improbe, ideo ſtatim ago contra
fidejuſſorem, qui etiam mihi ſolvit æſtimationem,
qualis fidejuſſori datur actio contra te? Reſp. mandati.
2 Sed quid ſi concurſum creditorum patiaris? Reſp. tunc
vindicare poteſt fidejuſſor, quia dum æſtimationem
ſolvit, jus meum omne in eum tranſtuli. vid. *Cujac.*
*tom.* 1. *p.* 1685.

## ad L. Bona Fides. 31.

### *SUMMARIA.*

*FUrti deponenti res reſtituenda. n.* 1.
*Exceptiones hujus aſſertionis quanam?* 2. & 3.
*Exceptio dominii etiam in proceſſu ſummario opponitur.* 4. & 5.

SI *Prado* vel *fur* rem alienam deponant, illis res
depoſita eſt reſtituenda, *l.* 1. §. *ſi Prado.* 39. *h. t.*

*Autor in C. h. t. ad L.* 11. *nu.* 1. Sed Civilis Juris intuitu bona fides hoc ſæpe impedit, quid ſi enim deponentis bona ſint publicata? Quid ſi cum Prædone concurrat Dominus, qui in continenti velit dominium probare? quid ſi etiam Depoſitarius ſe Dominum eſſe in continenti probare velit? *Menoch. rem.* 1 *recup. poſſ. nu.* 119. *Molina diſſ.* 526. *num.* 2. *Mantica de convent. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 19. *Petr. Barboſ. in L. divortio.* 8. §. *ob Donationes. num.* 17. *Et in L. Si alienam.* 12. *nu.* 10. *ff. ſolut. matrim. Caroc. de Depoſ tit. de caſu num.* 76. *Ang. Barb. in l.* 11.
3 *C. h. t. num.* 3. *Lauterbach. h. t.* §. 1. *th.* 9. Nam hoc caſu Dominus ipſe juſte recuſabit reſtitutionem depoſiti, & licet in continenti non probaverit; dandum tamen ipſi eſt tempus, quia hæc *exceptio* tollit Jus agendi, cum rei ſuæ depoſitum non ſit, nemo rem ex aſſe
4 meam apud me deponat. Quæcunq; autem exceptiones Jus agendi perimunt, & ipſo jure actoris intentionem annullant, poſſunt etiam in proceſſu ſummario opponi. Autor *in C. h. t. ad L.* 11. *num.* 7. Sic ſi quis
5 agat actione *ſpolii*, ego poſſum intervenire probaturus dominium, quo caſu ſuſpendenda reſtitutio, *Menoch. remed.* 1. *recup poſſ. num.* 372. *& ſeqq. Berlich. p.* 1. *concl.* 25. *num.* 11.

## ad L. Quod Nerva. 32.

### SUMMARIA.

*Culpa lata eſt vel ignavia vel verſutia, & quid utraque? num.* 1.

*Culpa lata eſt, cum quis majorem ſuis, quam alienis rebus adhibet diligentiam.* 3.

*An non hac deſcriptio culpa levis ſit?* 4.

*Quatenus negligentiſſimus culpa carere, & diligentiſſimus culpam committere poſſit?* 5. *&* 6.

*Quando depoſitarius teneatur, qui ſuas res ex incendio eripuit, depoſitis neglectis?* 7. *&* 8.

*Quando depoſitarius teneatur tantum de levi culpa?* 9.

1 CUlpa lata vel eſt ignaviæ, ubi quis negligit ea, quæ hominibus ratione utentibus negligi non ſolent; vel verſutiæ, ubi latæ culpæ accedit, quando quis non tantum ſupinæ negligens eſt, ſed etiam magis negligit res alienas, quam ſuas. vid. *Zaſ. in Explicat. hujus L. p.* 63. *Petr. Barboſ. in L. Si mora.* 10. *in præludio. num.* 25. *ff. Solut. matrim.* conf. etiam *Bach. in Tr. Diſp.* 10. *th.* 5. *lit. C. & D. Hill. in Donell. L.* 16. *c.*
2 7. *Lit. E.* culpa autem ab eo, qui eam allegat, probanda eſt. *Carpzov. libro quinto reſp.* 13. *Maſc. concl.* 509. *Molina d.* 295. *& duabus ſeqq.* idque indiſtincte. *Carpzov. p.* 2. *conſt.* 26. *def.* 19. *Lauterb. d. l.*
3 *th.* 5. Do Autor *in C. h. t. ad L.* 1. *numer.* 3. 4. Colligitur ex hac Lege deſcriptio latæ culpæ quando quis majorem ſuis, quam alienis curam impendit.
4 Sed dubium hoc, cum & locator & venditor eandem diligentiam, quam in rebus ſuis impendere debeat, & quod hæc deſcriptio culpæ levis eſſe videa-
5 tur? Sed reſpondet *Franzk. h. t.* quod culpa conſideretur vel in abſtracto vel concreto: illo modo culpa lata opponitur diligentiæ omnium hominum communi; hoc modo culpa lata dicitur, minorem alienis, quam
6 ſuis curam adhibere: & ſic homo negligentiſſimus, ſi non circa ſuas res diligentior, culpa carebit in Depoſito: & ſic diligentiſſimus culpam latam committit, ſi in alienis rebus negligentior, licet abſolute & in abſtracto loquendo hæc eſſet culpa levis. vid. *Franzkius*
7 *h. t. num.* 81. *& multis ſeqq. conſ. Bach. in Tr. vol* 1 *d. d.* 10. *theſ.* 5. *Lit. C. & D. Struv. Ex.* 19. *th.* 25. Et ſic hic culpa lata non tam ex captu hominum communi,
8 ſed privato æſtimanda eſt. *Hill. in Donell. L.* 16. *cap.* 7. *lit. L.* Colligitur etiam, ſi quis ex incendio alioque periculo eripiat res ſuas, neglectis depoſitis, quas etiam ſalvare potuiſſet, teneri depoſitarium. *Caroc. d. t. num.* 99. *& p.* 2. *q.* 2. *Mantica lib.* 10. *tit.* 9. *num.* 40.
9 *Maſcard. concl* 509. *Molina deciſ.* 295. *& duabus ſeqq.* Autor *in C. h. t. ad L.* 1. *n.* 4. *&* 5. ſi vero ſuas & *depoſitas* res *ſalvare* non poſſet, tunc ſi ſuæ *pretioſiores*, eas præferre poteſt, ſi vero *viliores*, & eas prætuliſſet depoſiti actione tenebitur. *Lauterbach. ad h. t.* §. 2. *th.* 5. Et ſic intellig.t *Reſp. Helmſtad. JCtorum*, quod *Habrius* habet *ad Weſ. h. t. num.* 14. ſi tamen prætulerit res depoſitas, relictis ſuis, pretium ſuarum petere poſſet.
10 *Molina de J. & Jur. d. d.* 296. *&* Lauterbach. *d. l.* In certis tamen caſibus etiam de levi culpa tenetur Depoſitarius, ut ſi *honorarium* accepit *l.* 5. §. 2 *ff. Commodati. Trentac. l.* 3. *tit. de Depoſ. reſ.* 2. *num* 11. *Mantic. de tac. & amb. convent. lib.* 10. *tit.* 9. *num.* 12. aut ſi utilitas ex depoſito, v. gr. ſi materia bene olens & ſalubris depoſita; item ſi culpæ præſtationem promiſit, Autor *ad* L. 1. *n.* 5. 6. *C. Depoſiti.* &c. ſi vero ſolius depoſitarii gratia depoſita, culpam etiam leviſſimam præſtandam volunt *Trentac. d. l. num.* 5. *& ſeq. & quos refert Lauterbach. h. t.* §. 2. *th.* 5. *conf. hac de lege Coraſius l.* 4. *miſc. c.* 1.

## ad L. Fin.

### SUMMARIUM.

*An à depoſitario pro redditione depoſiti pecuniam datam condicere poſſim ex turpi cauſa?*

REpeto depoſitum, tu recuſas reſtituere, niſi ſolvam 20. thal. pro cuſtodia vel reſtitutione, quos ſolvo, quæritur, an poſſim repetere 20. thaler. ut turpiter datos? Quod affirm. hic *Franzk. h. t. num.* 16. Quod intelligo, niſi ſolitus fuerit depoſitarius locare cuſtodiam rerum alienarum, aut ex conjecturis locatio facta colligatur.

# LIBRI DECIMI SEPTIMI.
# TITULUS I.
# Mandati vel contra.

## ad L. 1.

### SUMMARIA.

*Mandatum conſtat nudo conſenſu num.* 1.

*Quinam in mandato dicatur locus contractus? num.* 2.

1 IN hac lege dicitur, *Mandatum nudo conſenſu* conſtare, & poſſe fieri verbis quibuscunque non tantum rogativis, per hanc L. 1. ſed & imperativis. *l.* 25. *ff. de Adquir. hæred. Donell. l.* 13. *cap.* 10. *& hunc referens Franzk. nu.* 6. & quod fiat per *nuntium*, vel per *literas*. Et hoc caſu locus contractus cenſetur is, in
2 quo loco utriuſque conſenſus concurrit, v. gr. mitto *literas Lipſiam*, ille ibi ſuſcepit mandatum, Lipſiæ videtur contractum, & ibi eſt locus contractus. *Berlich. p.* 1. *deciſ.* 37.

## ad L. Præterea. 3. §. 1.

### SUMMARIUM.

*An mandatum ad emendum non determinato pretio valeat?*

Mandatum

MAndatum requirit certum objectum, quod *ex hoc* §. declaratur, modo non ex alio, quod certum eſt, illud quod incertum eſt, determinabile eſt, v. gr. debes emere jumentum ſed non determino pretium, valet mandatum, quia pretium ex re facile determinari poteſt. *Salyc. hic Moz. in tit. de rebus, qua mandari. numer.* 4. *Bach. in Tr. d.* 27. *th.* 2. *lit. B. Dn. Franzk. num.* 22. *h. t. & ſeqq.*

## ad L. Sed Proculus. 4.

### *SUMMARIA.*

*An is, cui mandatum eſt rem emere* 30. *fl. quam emit* 40. *ff. habeat ratione* 40. *mandati actionem? numero.* 1.

*Quid, ſi ſervus plus valeat, quam* 40. *fl.?* 2. *&* 3.

1 MAndatum mihi, ut *ſervum* 30. flor. emerem,
pluris emi: puta 40. flor. an mihi datur actio
ad 40? quod negatur, ſed hactenus datur actio, qua-
tenus mandatum implevi, ſc. ad 30. rejecta Sabiniano-
2 rum ſententia. Sed ſi ſervus plus valuit, quam 40. flor.
& ſic utiliter negotium tuum geſſi, an datur mihi ne-
got. geſt. actio? quod negaor, qui certum terminum
ſtatuit, ultra illum terminum emere vetavit, ergo non
datur actio negot. geſt. *arg. l. fin. C. de Neg. geſt. & l.*
40. *h. t. Bach. volum.* 1. *diſ.* 27. *theſ.* 7. *lit. H. & Franck.*
*h. t. n.* 77. poſſe tamen me conventum actione manda-
ti, me defendere per exceptionem, putat *Bach. d. l. in*
3 *fine.* ita ut non tenear reſtituere rem, niſi ſolido pretio
reſtituto; & ſi fundum vendere juſſus 100. thaleris,
ſed ego vendidi 90. ſi mandatum indemnem ſervem
offerendo 10. quæ deſunt, habeo actionem man-
dati.

## ad L. Diligenter. 5.

### *SUMMARIA.*

*Quatenus qui mandati fines exceſſit, actionem habeat? num.* 1.

*Undecim* Jaſonis *limitationes quænam?* 3.

*An Dominus, cujus fundus contra mandatum minoris venditus eſt vindicationem habeat?* 4.

1 F*Ines Mandati* diligenter cuſtodiendi, alias nulla da-
tur actio mandati, Autor *in C. h. t ad L.* 12. *num.*
1. *Et ad L.* 3. *num.* 2. 3 *C. Si à non compet.* licet melior
cauſa Mandantis fieri videatur, modu fiat contra, aut
præter voluntatem mandantis, v. gr. Si minori pretio
emit. *Fach. lib.* 2. *controverſ. c.* 93 *Molina diſp.* 552.
*Mantic. lib.* 7. *de Convent. tit.* 17. *& ſeq. Tiraq. in L. Si*
*unquam. C. de Revoc. Donat. in verbo, libertis, num.* 59.
*Scaccia de Commerc.* §. 2. *gloſſ.* 5. *num.* 370. qui autem
*majori pretio* emit, ad concurrentem quantitatem habet
actionem mandati. *l.* 4. *h. t.* in ſuperfluo vero non. *vid.*
2 *Bach. in Tr. diſp.* 2. 27. *th.* 7. *lit. H.* Et hoc maxime ne-
ceſſe eſt in *Expeditionibus bellicis.* vid. notabile exem-
plum apud *Strachem in tit. de Mandato num.* 2. Un-
3 decim modis limitat hanc regulam *Jaſon. in L. Si pro-*
*curator. C. de procurat.* 1. *Si pignus* adimpleat. *l.* 25. §.
11. *ff. de Adquir. hered.* 2. Si perficiat mandatum in effe-
ctu. 3. Qui habet mandatum ad neceſſaria, is habet
etiam ad utilia. 4. Si faciat, quod eſt vicinum Man-
dato, 5. In connexis 6. In neceſſario, antecedentibus
& conſequentibus. 7. Si Dominus ſciat. 8. Quando
fecit conſueta. vide not. *l.* 17. §. 1. *Aqua pluv. arc.*
*l.* 12. *ſ. de pign. act. &c.* & quos refert *Stra ha in tit.*
*Mandati. num.* 2. *& ſeqq.* ubi multis exemplis hanc
legem illuſtrat. *conf. Felinus in c. cum dilecta X. de*
*Reſcriptis.*

4 *Ad* §. 3. Mandavi, ut fundum venderes 100.
flor. vendis autem 90. Flor. peto fundum ab emtore,
hic opponit exceptionem rei venditæ, Reſp. hæc
non obſtat, quia nulliter alienatus fundus citra fines
mandati, ergo aut reſtituere mihi fundum, aut juſtum
pretium ſupplere tenetur, *Franzk. h. t. n.* 79.

## ad L. Si remunerandi. 6. pr.

### *SUMMARIA.*

*Mandatum quatenus reſpuat mercedem? num.* 1. 2. 3.

*Quibus caſibus mandatum præſumatur?* 4.

*Inter mandantem & mandatarium rei turpis nulla eſt actio.* 5.

*Datur tamen illi in cujus præjudicium mandatum factum.* 6.

*An, ſi mandatarius vulnerare juſſus occidat, mandans pœna ordinaria puniatur?* 7.

*Mandanti actio oritur, ſi quis ſcripſerit ad eum, cui conſultum vult, ut alium de pecunia roget.* 8.

*Tutor mandati tenetur, ſi alteri mandavit ut pupillo pecuniam crederet.* 9.

*An, qui mandatarii tantum cauſa mandat, teneatur mandati?* 10. *&* 11.

*An, qui mihi dat mille, ut fœnerem, &* 50. *annua ſolvam, mandati teneatur?* 12.

*Quid ſi dedi adminiſtrationem bonorum generalem, ut fœneraret, an mandati actio detur?* 13.

1 MAndatum quidem eſt *gratuitum. l.* 1. §. 4. *h. t.*
Ideoque mercedem reſpuit, Autor *in C. t. de*
*Procur. ad L.* 15. *n.* 3. quæ pro exæquatione & compen-
ſatione laboris conſtituitur, & locationem facit, Au-
2 tor *in C. h. t. ad L.* 1. *num.* 3. ad quod duo requiruntur,
ut factum locari ſolidum, & 2. merces in pecunia conſi-
ſtat, ſi de certa ergo mercede initio convenerit, & ta-
le factum, quod locabile eſt, eſt locatio, ſed aliud eſt,
ſi promittatur libere, aut detur *remuneratio* ſeu *honora-*
*rium*, quod ex gratitudine remunerandi animo datur,
Autor *in C. h. t. ad L.* 1. *nu.* 3. nam id non reſpuit man-
datum. *Bachov. d. th.* 1. Sicut enim *donatio*, quæ per
3 aliam donationem *remuneratoriam* non deſinit eſſe do-
natio, per *L. Aquilius Regulus. ff. de Donat.* ita nec
Mandatum. Autor *in C. h. t. ad L.* 1. *num.* 3. Imo licet
ab initio de certo *ſalario* conventum non ſit, ſi labo-
rioſum tamen factum, licet locari ſolitum, de ſalario,
tamen agi poteſt, per *l.* 7. *h. t. Molina diſ.* 548. *Diez.*
*de Mena lib.* 1. *q.* 8. *art.* 1. *num.* 16. *Menoch. conſ.* 228.
*num.* 20. *Ang. Barb. ad l.* 1. *C. h. t. Vid. omnino* Franzk.
*hoc tit. acute diſtinguens num.* 27. *& ſeqq. Dn. Struv.*
*th.* 8. *Wiſſenbach. th.* 16. Autor *in C. h. t. ad L.* 1. *num.* 4.
4 *Ad* §. 2. Quamvis Mandata regulariter non præſu-
mantur, ſed probanda ſint per tradita *Mant. l.* 7. *tit.* 4.
*Menoch. lib.* 2. *præſumt.* 33. *Maſcard. concl.* 1007. Inter-
dum tamen præſumuntur, non tantum ex *ſcientia & pa-*
*tientia*, ut hic *l.* 18. *h. t.* Sed etiam poteſt præſumi ex
*vinculo perſonarum*, ex *lapſu temporis*, ex verbis enun-
tiativis, ex *traditione inſtrumentorum*, *clavium*, *ſigilli*
*&c. Menoch. l.* 6 *præſ.* 99. *num.* 18. *& d. l. Mantica d. l.*
7. *tit.* 5. *Maſc. d. l. Hondans tom.* 2. *conſult.* 39. *&* 87.
5 Ad §. 3. *Rei turpis* nullum eſt mandatum, ſcilicet
ut inter Mandantem & Mandatarium detur actio *inte-*
*reſſe*, vel ad *indemnitatem.* Franzk. *h. t. n.* 7. Non igitur
mandatarius agere poteſt contra Mandantem de *indem-*
*nitate. Pag. Greg. Tholoſ lib.* 27. *Syntagm. c.* 5. *num.* 12.
*Klock. vol.* 2. *conſ.* 59. *num.* 29. Nec poteſt Mandatarius
repetere, ſi quid *pœna* nomine præſtitit. *Mozius tit.*
*de rebus qua mandari num.* 12. *Harprecht. in* §. 7. *Inſt.*
*h. t. num.* 2. *& ſeq. Petr. Gregor. Tholoſ. d. l.* 27. *tit.* 5.
*num.* 12. *Klok. d. conſ.* 59. nec *denunciatio litis* locum
6 habet. *Berlic. deciſ* 75. *conf. Vivius deciſ.* 394. Sed illi,
in cujus *præjudicium* mandatum tendit, omnino datur
contra *mandantem actio*, *arg. l.* 11. §. 3. *ff. de injur.*
*Carpz. in pr. Crim. q.* 4. *numer.* 13. *Molina diſp.* 550.
*numer.* 2. Autor *ad. L.* 5. *num.* 2. 3. *C. de Accuſ.* non
quidem tam ex mandato, quam ex delicto propter
mandatum perpetrato. *Clarus* §. *fin. quæſt.* 30. *&* 93.
*num.* 3

*num.* 3. *Farin. qu.* 7. *num.* 48. *conf. L. Si mandavero*
22. §. 2. *h. t. Zoeſ. h. t. num.* 9. Quid ſi autem mandaſ-
7 ſet alteri, ut Titium *vulneraret*, & is Titium *occidit*, an
mandans poteſt affici pœna ordinaria, quæritur. Et
quidem ſi tantum percuti juſſiſſet, quia facile fuit man-
datario percutere & non occidere, tunc non infligenda
eſſet pœna mortis. *Decianus l.* 9. 36. *num.* 6. *Carpz. pr.
Crim. quæſt.* 4. *num.* 17. Sed ſi quæſtio proponatur de
*vulnerationis* mandato, affirmanda quæſtio, quia man-
datario facile non fuit tenere modum, quin *mors* facile
ſequi poſſit, nec fuiſſet in poteſtate mandatarii, accu-
rate obſervare fines mandati. *Clarus qu.* 89. *num.* 5. *De-
cianus d. l num.* 11. & quos refert *Carpz. d. l. num.* 21.
*Molina diſp.* 550. *num.* 7. *Farin. qu.* 135. *num.* 17. *Bach.
ad Tr. d.* 27. *th.* 3. *lit. G.*

8 *Ad* §. 4. Si quia id, quod ſua non intererat, man-
davit alteri, invicem mandati actio. Sed quid ſi *ſcrip-
ſerim literas* non ad eum, cui mandatum volui, ſed
ad eum, cui conſulium volui, & juſſerim, ut ſuo no-
mine roget creditorem, ut mutuo *numeret* pecuniam,
eique promittat *ſolutionem* ex bonorum certorum re-
ditibus, hoc ipſo mandare videor, quia is, ad quem
ſcribo; nuntius quaſi eſt, per *L.* 1. §. 1. *d. t. Dn. Mev.*
9 *p.* 4. *deciſ.* 186. Ex hoc §. colligitur ſi *tutor pupilli* cau-
ſa alteri mandet, ut *pecuniam* pupillo credat, hoc caſu
non tantum pupillus tenetur, ſed ipſe tutor; nam
ſi nomine pupilli mutuum accipiat, non quidem te-
netur tutor, quia nemini mandavit, ut mutuum da-
ret.

10 *Ad* §. 5. Hic §. temperamentum continet *Paragra-
phi Tua tantum. Inſt.* h. t. nam certum eſt, ſi quid ti-
bi tui tantum cauſa mandem, non eſſe mandatum, ſed
*conſilium*, ex *conſilio* autem *nulla actio.* Sed hic limita-
tur, niſi alias non fuiſſes facturus. Quod intelligit
*Franzk.* ſi reluctantem multi jugis *perſuaſionibus* quaſi
urſerim, nam hoc terminos conſilii excedit. *Bachov.
th.* 5. *in fine Peck. in c. nullus.* 62. *de Reg. Jur. L.* 6. *nu.*
11 7. Sed durum tamen eſt, ſi bona fide quid tibi *per-
ſuaſerim*, ut ex mandato hoc mandati actione tenear
ſcilicet ſi id non ſit prohibitum, nam in *delictis* in *du-
bio* delinquens non præſumitur facturus ſine conſilio.
*Covar. in Clem. ſi furioſus p.* 2. §. 1. *num.* 1. *& in c. pec-
catum. p.* 2. §. 12. *num.* 1. *Clarus q.* 88. *Mol. d.* 549. *nu.*
3. *& ſeqq.*

12 *Ad* §. 6. *Dedi mille thaleros* in hunc finem, ut tuo
periculo *fœnerares*, & mihi dares 50. thaleros annuos,
ſi plus conſequi poſſis, tuum erit *lucrum*, quæritur, an
hoc mandatum? Neg. Sed eſt *mutuum.* Quid ſi vero
dedi adminiſtrationem bonorum generalem, & ſimi-
le pactum circa pecuniam numerandam addam, tunc
13 actio Mandati. Collige, ſi a *mutuo* incipiat contra-
ctus, licet *Mandatum* incidat, eſſe tamen contractum
*mutui*, ſecus ſi à mandato, poſtea mutuum. *Car. Mo-
linæus de contr. uſurar. nu.* 648. *& ſeq. in fin.* Autor *ad
L.* 9. *C. h.*

14 *Ad* §. *ult.* Notanda hic regula, ex *calliditate*, ſua
neminem, adquirere actionem *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 124.
*num.* 6.

## ad L. Salarium. 7.

### *SUMMARIUM.*

*An ſalarium promiſſum à Procuratore peti poſſit?*

SAlarium Procuratori promiſſum extra ordinem pe-
ti poteſt, Autor *in C. h. ad L.* 1. *num.* 2. *& ad L.* 17.
*h. t.* modo non ſit *palmarium* in futurum eventum vi-
ctoriæ promiſſum. De prima parte vid. ſuperius dicta
*ad L.* 6. *pr. hic; & in annotatis ad L.* 2. *num.* 2. *C. h. t.*
De primario vid. *tract. meum de ceſſ. act. c.* 2. *num.* 43.
*& ſeq. & ad L.* 20. *C. h. t, Et ad L.* 9. *C. de Poſtu-
lando.*

## ad L. Si Procuratorem. 8. pr.

### *SUMMARIA.*

*Qua actione repetam instrumenta, quæ depoſui apud te, cui mandavi actionem contra Titium? num.* 1. *&* 2.
*Qui mandatum habet ad negotia judicialia, an alium ſubſtituere poſſit?* 3.
*Si procuratori data eſt facultas ſubſtituendi, an tum ſubſtitutus alium ſubſtituere poſſit?* 5. *&* 6.
*An morte ſubſtituti poteſtas expiret?* 7.
*Mandati directa actio non datur, cum mandatoris nihil intereſt.* 9.
*An detur, quando inſtrumenta à mandatario non ſunt reddita?* 10. *&* 11.
*An interſit meu, ſi Tertii tantum gratia mandavero?* 12. *&* 13.
*Quatenus fidejuſſores omittentes opponere exceptionem, habeant act. mandati?* 14.
*An, ſi fidejuſſor ſolverit ex bonis debitoris, ignorans ſolutionem a debitore eſſe factam, habeat act. mandati?* 15. *&* 16.
*Cum fidejuſſor bona debitoris penes ſe habet, non poteſt opponere exceptionem* excuſſionis. 17.
*Contra tutorem bona pupilli penes ſe habentem executio fieri poteſt.* 18.

1 MAndavi tibi actionem contra Titium, & ideo
*depoſui* apud te *documenta*, ut iis uteris, quæ-
ritur, qua actione documenta illa repetere poſſim?
Videtur actione depoſiti; ſed negatur, quia principium
2 contractus fuit Mandatum. Collige, in quovis contra-
ctu principium eſſe attendendum, & ex eo de natura
contractus judicandum. *Wammeſ. conſ.* 1. *cent.* 4. *nu.*
2. *vide ſupra not* L. 12. *ad SC. Maced. & Barb. locupl. l.*
9. *cap.* 61. *axiom.* 310.
3 Ad §. 3. Qui mandatum habet ad negotia *extra judi-
cialia*, poteſt alium ſubſtituere, modo ſibi parem
conſtituat. *Wiſſenbac. d. d.* 32. *th.* 15. licet ſecus de man-
dato judiciali ad agendum, ubi demum poſt *litem
conteſtatam ſubſtitutio* fieri poteſt, ubi alibi dictum, niſi
eſſet conſtitutus procurator in rem ſuam. *L. illam.* 33.
*C. de Procur. c.* 1. §. *pen. de procur. in* 6. vel niſi ſubſti-
tuendi poteſtas procuratori data *c.* 1. §. *pen. & c.* 3. *de
proc. in* 6. *Hill. in Donell. d. l.* 18. *c.* 12. *lit. S.* quia hic
4 non ex ſua perſona, ſed mandantis ſubſtituit. Et *ſubſti-
tutus* cavet de rato non in perſonam ſubſtituentis, ſed
Domini. Et mortuo ſubſtituente, & ſi re integra, non
expirat ſubſtitutio, principali Domino ſuperſtite. *Sich.
5 ad l.* 11. *num.* 4. *&* 5. *C. de procur. Hill. ad Donel. d. l.*
Sed ſi *procuratori* data *facultas ſubſtituendi*, an etiam
*ſubſtitutus* alium ſubſtituere poteſt? Negatur, Autor
*in C. t. de Procur. ad L.* 8. *num.* 6. nam poteſt eſſe cer-
tus de *ſubſtituentis dexteritate*, non etiam de ſubſti-
tuendi qualitate. *Carpzov. p.* 3. *dec.* 297. Et hanc diffe-
rentiam tradunt Dd. allegata *Trentacinq. lib.* 2. *de Proc.
Reſol.* 3. *numer.* 25. *Dn. Mevius part.* 5. *dec.* 177. *numer.*
6 *quart. Hill. lib.* 18. *cap.* 12. *lit. S.* Quod limitat *Tren-
tac. num.* 29. niſi appareat, id in mandato conti-
neri, quod aliquis mandaturus non eſſet. *Mevius
d. l.* & ita eſſet electa induſtria perſonæ, quod ex gra-
vitate negotii, vel ex Mandati, vel ex forma negotii
indeterminata præſumitur, vel ſecus. *vid. Menoch. lib.*
2. *præſumt.* 38. *Berlich. p.* 2. *dec.* 274. *num.* 3. *conf. Dn.
Struvius th.* 4, *Zoeſ. nu.* 6. *Carpzovius de proc. tit.* 5. *art.* 5.
7 *num.* 6. Autor *in C. t. de Procur. ad L.* 8. *num.* 2. *Sub-
ſtituti* autem poteſtas expirat, ſi ſubſtituens re adhuc
integra *moriatur*, ſi jure proprio ſubſtituat, non ſi ex
ſpeciali permiſſu Domini; nam tunc ſubſtituti poteſtas
non expirat *morte ſubſtituentis*, ſed morte conſtituentis.
*Berlich. d. dec.* 274. *n.* 10. *& ſeq.* pro ſubſtituto tamen
ſubſtituens obligatur. *Berlich. d. num.* 23.
8 *Ad.* §. 5. Agit *Mandator* contra mandatarium, ut
etiam actiones per expeditionem mandati adquiſitas ipſi
cedat

cedat *hic & l* 42. *& 45. h. t. Franzk. h. t. nn.*83. *Struv.*
*th* 10. caſus exceptus vide apud *Lenzium de Ceſſ. act.*
*cap.* 7. *membro* 13. *de quo ſupra in tit. de procur.*
9 *Ad* §. 6. Mandati *directa actio* competit Mandatori
ad *intereſſe*, ergo ſi nihil intereſit, non datur hæc actio.
10 *Tiraq. in tr. Ceſſante cauſa, p.* 1 *n.* 23. Et ideo qui *docu-*
*menta* mihi tradidit ad exigendum debitum, ſi non exe-
gerim, debet articulare & probare, ſe pecuniam credi-
tam à debitore accipere non potuiſſe idque inde ſolum
fieri, quod *chirographum* ejus non acceperit, *Mev. p.* 4.
11 *dec.* 111. Autor *in* C. *h. t. ad L.* 16 *num.* 3. *e. f.* Elidetur
actio hæc, ſi aliud damnum ſubortum probetur, v. gr.
ex inopia debitoris vel convenendi difficultate. *Mev.*
12 *d. dec.* 111. Sed quod *intereſſe* meum eſt, ſi tertii tan-
tum gratia mandaverim? Reſpondeo ſi non aliud tamen
hoc, quod tertio negotiorum geſt. actione teneat.
*Bach. d. diſp.* 27. *th.* 7. *lit. A. Dn. Franzk. h. t. nn.* 52.
13 *Dn. Struvius h. t. th.* 8. Ex mandato non recte impleto,
etiam tertio ob ſuum intereſſe actionem dari, tradit
Carpzovius *p.* 2. *Juriſpr. conſt.* 40. *def.* 12. *conf. Klock.*
*vol.* 2. *conſ.* 50. *num.* 6. Autor *in C. h. t. ad L.* 16. *n.* 1.
14 *Ad* §. 7. *&* 8. *Fidejuſſores* omittentes opponere ex-
ceptionem, ſi ſciverunt, non habent actionem Man-
dati, ſed ſi ignoraverint, *ignorantia* excuſat; idem eſt,
ſi non appellaverint condemnati, Autor *in C. h. ad*
*L.* 10. *num.* 3. niſi inopia impediti, vel niſi Principali
renunciaverint. *Alex. ad l.* 2. §. *ex his num.* 5. *ff. de V.*
*O. Carol. Molin. in tr. de Div. & individ. p.* 2 *num.*167.
*Guido Papa in rep. l.* 4. §. *Cato. nn.* 46. *de V. O. Bened.*
*de Caprareg.* 65. *num.* 22. unde ex §. probant *pauper-*
*tatem* eſſe juſtam cauſam reſtitutionis in integrum *ut*
*ex h.* §. *probat Sfortia Oddus in tract. de Reſtit. qu.* 12.
*art* 9. Sic *fidejuſſor* ſolvens *uſuras* indebitas non repe-
tit. *Hering. de Fidej. c.* 27. *membr.* 2. *nn.*86. Sed ſi *fide-*
*juſſor ignorans ſolutionem* factam à debitore, ſolverit ex
15 bonis debitoris, non tenetur mandati, per *h.* §. 7. Un-
de colligunt, *fidejuſſorem* ſolvere poſſe ex bonis de-
bitoris. *Dn. Mevius p.* 1. *dec.* 117. *num.* 5 *Gomez. t.* 2.
16 *reſol. c.* 13 *num.* 20. *in fine. Manz. de fidejuſſ. c.* 11. *nu* 6.
Autor *in C. h. t. ad L.* 2. *num.* 1. quod tamen ita intelli-
git *Molinæus in tr. div. & indiv. d. l.* ſi dedit bona ſua
adminiſtranda fidejuſſori, & roget ut pro ſe fidejubeat;
Nam tunc vel expreſſe vel tacite videtur mandaſſe, ut
ex his bonis ipſi datis ſolverit. *Molinæus d. tr. p.* 2. *nu.*
167. *& ſeqq.* & ſic verum, quem malo ſequi, quam *Al-*
*ciatum in rep. l* 4. §. *Cato num.* 136. *de V. O. conf. Ma-*
17 *rianus Socinus in d.* §. *Cato num.* 173. *&* 175 Colligunt
etiam, fidejuſſorem non poſſe obtendere beneficium,
excuſſionis, ſi res debitoris penes ſe habeat, ex qui-
bus ſolvere poteſt. *Caroc. de Excuſſ. p.* 1. *q.* 68. unde
probat *Dn. Mev. p.* 1. *dec.* 227. *num.* 5. poſſe executio-
18 nem ſententiæ latæ contra pupillum etiam in bona tu-
toris fieri, ſi tutor bona pupilli habeat & ſolvere
nolit.

## ad L. De tuo. 9.

### *SVMMARIVM.*

*Mandatarius an tenetur cavere de evictione?*

QUi vendit rem, non tenetur cavere de *evictione*,
quia non ſuo nomine vendit ſed ſuper facto ſuo
tenetur cavere, quod v. g. non pignoraverit, ſicut
etiam venditor hæreditatis de ſuo facto tenetur cavere,
quod ipſe non oppignoraverit hæreditariam rem. *l.* 2.
*ff. de hæred. vend.* Cujac. 1. *p.* 1234. *vide allegata ad d.*
*legem.* 2.

## ad L. Idemque. 10. pr. & L. 12. pr.

### *SVMMARIA.*

*Ad quam diligentiam mandatarius teneatur? num.*1. *&* 2.
*Procurator de mea pecunia poſt moram uſuras ſolvit. n.* 3.
*Idem uſuras reſtituere debet, ſi alias fœnori dedit meam pecuniam.* 4. 5. *&* 6.
*An mandatarius abſolvatur, ſi de mea pecunia conſuetas uſuras ſolvat?* 7. *&* 8.
*An mandatarius hodie poſt litem conteſt. tantum uſuras ſolvat?* 9.
*An idem de uſuris uſuras præſtet?* 10.
*An qui, meam pecuniam ſub uſuris quincuncibus credere juſſus, ſub beſſalibus credidit, de reliquo mandati teneatur?* 11. *&* 12.
*Quales expenſas mandatarius contraria actione repetat?* 13.
*An, ſi fidej. exceptionem perſonalem ſibi ſoli competentem omiſit, regreſſum contra principalem habeat?* 14.
*Quid fidejuſſori faciendum, ſi Principalis exceptionem ſibi ſoli competentem habeat?* 15. 16.
*Caſus, quo perſonalis exceptio fidejuſſori competit* 17.
*An fidejuſſor, cum magna pars debiti remiſſa eſt à creditore, totam ſummam repetat à debitore:* 18 19. *&* 20.
*An fidejuſſor, pro quo alius, donaturus ipſi, ſolvit, actionem habeat?* 21.

1 MAndatarius officio ſuo abunde feciſſe videtur, ſi
præſtat bonam fidem; ex quo nonnulli infe-
runt, *ſummam diligentiam* non eſſe præſtandam. Reſp.
*Weſſenbach. d.* 32. *th.* 14. imo hoc exigere bonam fidem,
ut exactam diligentiam præſtet *conf. Carpzovius. p.* 2.
*conſt.* 20. *def.* 11. *Hahnius ad Weſ. h. t. num.* 10. *& Dd.*
2 *communiter.* Autor *in* C. *h. t. ad L.* 13. *nn* 1. *&* 2. Ip-
ſam rem quod attinet, ſemper iniqua mihi viſa fuit il-
la ſententia, quod, qui alterius rogatu quid ſuſcepit
gerendum, culpam etiam leviſſimam teneatur præſtare,
cum nihil utilitatis propriæ cauſa faciat, ſed tantum in
utilitatem amici; ideoque diſtinctionem inter negotia
commiſſa admiſi, ad *l.* 13. C. *h. t. ibique* Autor *in* C. *ad*
*h. L.* 13. Si præſertim invitus, cum alius non eſſet ſuſ-
cepturus, ſuſceperim; & quis tandem commiſſionem
aliquam ſuſciperet? præſertim hoc tempore, ubi re-
frixit charitas? & quis ſe periculo iſti facile expo-
neret?
3 *Ad* §. 3. Plurima in *h.* §. dicuntur, 1. quod *pocurator*
habens pecuniam meam, poſt *moram* in *uſuras* tenea-
4 tur. 2. Si pecuniam meam fœnori dedit, & uſuram ac-
cepit, debeat uſuram illam reſtituere, licet non juſſe-
5 rim; Unde probabilis redditur ſententia eorum, qui
ſtatuunt, quando dedi mandatum rem vendendi 80.
thaleris, & mandatarius vendiderit pluris, v. gr. 90.
thaleris, quod 10. abundantes mihi teneatur reſtituere,
quia non debet de alieno lucrum ſentire. *Salgado in*
*Labyr. p.* 2. *cap:* 20. *n.* 4. *Franzkius ad h. t. nn.*83. *Lau-*
6 *terbach. ad h. t.* §. 2. *th.* 4 Et quod creditores procura-
toris non debeant ſibi arrogare hoc lucrum contra cre-
ditores Domini, niſi *procurator* exactas pecunias ſine
mandato Domini, ſuo nomine ſuoque periculo alii
crediderit. *Salg. d. l. nu.* 24. (3) dicitur, quod Man-
datarius abſolvatur ſi *pecuniam* in *ſuos uſus* converterit,
7 & conſuetas *uſuras* ſolvat; Cui videtur obſtare *l.* 38.
*ſupra de neg. geſt.* Sed videtur differentia conſtituenda
inter negotiorum geſtorem & Mandatarium; nam ille
ſponte, hic rogatus acceſſit. Alii varie. *vid. Bach. in*
*prima parte Pandect. tit. de Neg. geſt. cap.* 5. *in fine. Pac.*
8 *Cent.* 2. *quæſt.* 65. *Trentl. diſp.* 10 *th.* 4. *lit. A.* Sed quic-
quid ſit, iniquum putarem, *centeſimas uſuras* exigere,
nam non nocet Domino, ſi ad tempus mandatarius,
vel negotiorum geſtor, pecunias Domini in ſuum uſum
vertat, poſtea cum ſolito fœnore reſtiturus. Puto *quæ-*
*ſtores pecunias publicas* interdum in *ſuos uſus* interim
ſæpe convertere, quos juſto tempore, cum reddenda
9 ratio, etiam ſine fœnore reddunt. Id vero non conce-
do, quod *Grænwegen ad* § 3. notat, hodie *uſuras* non
niſi à lite conteſtata deberi; nam ſi in mora ſit manda-
tarius, vel negotiorum geſtor, vel reliquator, etiam
in uſuras condemnari poteſt & ſolet. Demum (4) di-
10 citur, *Mandatarium de uſuris acceptis, uſuras* præſtare
debere, quia apud eum uſuræ acceptæ *ſortis* inſtar
ſunt, ideoque de his uſuris poſt moram etiam uſuras
ſolvet.

ſo ver. *confer.* Dni Autoris *notata ad l. 28. C. h. t. & ad l. 26. §. 1. ſupra de condict. indeb. & ad l. 12. §. 6. infra. qui potiores in pign.*

11 *Ad* §. 8. Quicquid Mandatarius ex mandato, imo
etiam præter mandatum ex Adminiſtratione tamen
commiſſi negotii, accepit, reſtituere jubetur manda-
12 tori per actionem directam. *hic. & l. 41. h. t. Franzk.
num* 83. V. gr. mandavi ut ſub quincuncibus uſuris
meam pecuniam Hamburgi exſolvendam mercatori
idoneo crederes, ſed ſub beſſalibus credidiſti, an lu-
crum 3. thal. ad te pertinet? Negatur, & continetur
hic inſignis limitatio, niſi ſuo periculo crediderit pro-
curator, ex quo limitatio illa, quam §. 3. *ex Salgado
l. 2. c. 10. num.* 24. adduxi probatur.

13 *Ad* §. 9. Contraria mandati actio datur Mandatario
ad recuperandas expenſas, quas in te fecit Autor *in C.
h. t. ad L. 4. nu. 1. Et ad L. 1. nu.* 1 etiam quando pro-
ficiſci debuit, ubi volunt tamen, deducendas eſſe eas,
quas Mandatarius probabiliter domi erat facturus *Me-
zius de Natura Mandati num. 25. Molin. diſp. 549. num.*
3. Sicut in *ſocietate* tradit *Card. Mantica de tac. & amb.
convent l. 6. tit. 19. num.* 40. Nam mandatarius id tan-
tum recuperat, quod ſibi abeſt patrimonio. *P. Barboſa
ad l. Si mora 10. num. 97. ff. Soluto matrim.*

14 *Ad* §. *pen. Fidejuſſor* ſi omiſit exceptionem perſona-
lem, qua ipſe ſolutus uti potuit, non principalis debi-
tor, non habet regreſſum, ſi ſciens omiſit, modo ho-
neſte & ſine verecundia illa uti potuit; nam ſi exceptio
ipſius perſonæ non conveniret, excuſatur, ſi ſuo pudo-
15 ri pepercit. Sed ſi reus principalis perſonalem excep-
tionem habet, & fidejuſſor conventus uti non poſſit,
poteſt petere ut judicium in eum principalem tranſfe-
ratur, hoc niſi faciat, exceptio doli opponi poteſt
actioni mandati, niſi denuntiandi facultatem non
habuerit. Ita hic inſignia cautela commendatur poſt
alios à *Johan. Gutterrez. de juramento confirm. p. 3. c.
15. num 16. Dn. Mev. p. 2. dec. 289 num. 6. & ſ. conf.
Roderic. de cenſibus l. 2. qu 9. num.* 22. Autor *in C. t.
16 de Fidejus. Min. ad L. 1. num.* 10. Sed in primo mem-
bro videtur diſſentire *Dn. Mev. d. l. num. 1. & 2.* Sed
17 aliter *Gothofredus ex Cujacio*, quem ſequor, ut ſciens
ſibi tantum competentem exceptionem honeſtam, ta-
men non habeat regreſſum. Hic eſt caſus, quo perſo-
nalis exceptio debitoris etiam fidejuſſori, quando ſci-
licet principalis in judicium, in quo fidejuſſor conve-
nitur, venit, & opponit exceptionem in perſona ſua,
aut procuratorio nomine: illud ſi judicium in ſe trans-
ferri petat; procuratorio nomine, ſi pro ſuo intereſſe
fidejuſſoris vices gerat. *Petr. Barboſa ad l. maritum. 13.
ff. ſol matr. num.* 84. Et hanc cautelam commendat hic
*Bart. & Faber ac Angel. in §. 1. Inſt. de fidej. Gutter-
rez. de juram confirm. Rodericus de cenſibus. l. 2. quaſt.
9. numer. 22. Zœſ. ad tit. de Except. in Digeſtis num. 23.
& ſeq. Pinell. ad l. 2. de Reſc. vend. p. 2. c. 3. num.* 44.

18 *Ad* §. *ult. & l. 12. pr. Fidejuſſor* pro me *ſolvit* credi-
tori, ſed parum, reliquum remiſit Creditor, quæritur,
an fidejuſſor totam ſummam, & ſic etiam partem re-
miſſam à me petere poſſit? Diſtinguitur hoc inter Do-
nationem remuneratoriam, cui Donatio mortis cauſa
& legatum æquiparatur, inter donationem ſimplicem
& inter vivos. Illo caſu poterit petere totum fidejuſſor,
quia ipſi ob ſervitia præſtita aliquid abeſt; ſed hoc caſu
19 non. *conf. Dn. Mev. p. 3. dec. 342. Coll. Arg. tit. de
20 Mandato th. 39. num.* 8 Collige etiam *Donationem*
mortis cauſa præſumi remuneratoriam. Collige,
quando *fidejuſſor* non per ſolutionem realem ſe libera-
vit, nec ob ſervitia præſtita liberatus, non poteſt
agere contra fidejuſſorem aut debitorem. *Pinell. de bon.
mat. p. 3. l. 1. num. 61. p. 376. Manz. de fidej. c. 10. nu.*
32. Si etiam per confuſionem tollatur fidejuſſio, datur
21 actio mandati. *L. 11. h. t.* Si ſolvero pro fidejuſſore,
ipſi donaturus, hic habet fidejuſſor actionem Man-
dati. *d. l. 32. §. 1.* ſed in gratiam filiifam. qui fide-
juſſit, patri non datur actio mandati. §. 2. *d. l.* 12.
de quo agit *Jaſon. in l. ſiquis pro emtore, numer. 389. ff.
22 de Uſucap.* Ubi ex §. 2. colligit regulam, quod duæ
*actiones* circa unum & idem non poſſint concurrere,
quam regulam multis declarationibus illuſtrat, *Tiraq.
in tr. de Conſtit. poſſ. a rpl. 26. n. 8. & ſeqq. conf. etiam d.
l. 12. §. 2. & 3. Cretus in rep. d. l. ſi is qui pro emtore. n.
216. vol.* 5.

## ad L. Si vero. 17. §. 8.

### *SUMMARIA.*

*Caſus, ubi donatio præſumitur. n.* 1.
*An qui adoleſcentis luxurioſi rogatu pro meretrice fide-juſſit, actionem habeat contra adoleſcentem?* 2.
*An ſi mandet, ut meretrici credam?* 3.
*An qui ſcienter prodigo credit, repetat?* 4.
*An ex commendatione hominis obligatio oriatur?* 5. *&* 7.
*Quid inter mercatores hoc caſu.* 6.
*An quis obligetur ex verbis.* Er woll darob ſeyn / daß er ſoll bezahlt werden? 8.
*An actio detur mandatario, qui mandatum revocatum explevit?* 9.
*Caſus mandati, quod poſt mortem expediendum eſt. numer.* 10.
*An mandatarius agere poſſit, antequam exequatur mandatum?* 11.

1 UNa *donatio* præcedens, alter actus ex altera par-
te, poteſt præſumi, quod ſit donatio. Et hic
eſt caſus ſpecialis, quo donatio præſumitur. *P. Barb.
in l. qua dotis. n. 53. ff. ſoluto matr.* ubi pluribus hunc
§. explicat. Et Donatio præſumitur, ob bene merita
præcedentia, ſi ea probata, *Menoch. de arb. jud. quæſt.
caſu 88. num. 53. Maſc. de probat. concl. 560. num.* 10.
quod explicat *Tiraq. ad l. ſi unquam in verb. donatione
largitus num. 80. de Rev. donat.* ſi donatio præſumta
remuneratio priori æquivaleat, ſed ratione exceſſus eſt
pura donatio.

*Ad* §. 9. *Uſuræ* hic veniunt non tantum ex mora, ſed
quando mandatarii intereſſe videtur, quod hic exem-
plis declaratur, quæ plura ſunt.

2 Ad §. 11. Adoleſcens luxurioſus rogat me, ut pro
meretrice fidejubeam, an habeo actionem mandati
contra adoleſcentem? Neg. quia idem eſt, ac ſi per-
3 dituro pecuniam ſciens credam; Idem ſi mandet, ut
meretrici credam, quia hoc mandatum eſt adverſus bo-
nam fidem. *Zœſ. nu. 9. Gœdd. de ſtipul. c. 5. concl. 5. nu.*
4 29. *Hering. de fidej. c. 25. nu.* 72. Et ideo ſi prodigo
nondum declarato quid credat, ſciens illum conſum-
turum, non poteſt repetere, ut per hunc §. tradit *Ripa
ad L. is cui. 6. num. 4. & 11. ff. de verb. oblig. Caldas ad
L. Curatorum habens: in verbis (non abſimilis) n. 7. C.
de Reſtit. minorum*, licet non ſit notorie prodigus. *Ste-
phanus Fagundez. de Juſtitia & Jure lib. 1. c. 11. n.* 14.

*Ad* §. 12. Ex commendatione Hominis non ſequitur
5 mandatum, ut ei credatur, & ita ex ea nulla naſcitur
obligatio. *Mantica de tac. & amb. convent. l. 7. tit. 3.
num. 12. Carpz. deciſ. 126. Finckelsb. obſ.* 16. Dn. Autor
*in C. tit. Quod cum eo, qui in alien. ad L. ult. num* 2. niſi
commendatio fiat doloſe, vel eo fine ut credatur, vel
certum contractum certamque perſonam reſpiciat. Au-
6 tor *in C. h. t. ad L. 7. num.* 2. Sed inter mercatores
Jure Lubecenſi commendatio obligat, *l. 3. tit. 10. art.
un.* quod inter Mercatores communiter etiam alibi ita
obſervatur *Koppen dec. 36. num. 9 Carpz. p. 2. c. 18. def.
24. & conſt. 20. def. 10. Marquard de Jure Com-
merc. p. 2. c. 11. num.* 69. Et ita reſponſum in Facult.
*menſ. Aug. anno* 1659. *Gomez tom. 2. Reſol. c. 13. nu.
5. Mant. de convent. lib. 7. c. 3. num. 12. Stracha de De-
coct. p. 2. partis ult. n. 35. Marquardus de Jure commerc.
7 l. 2. c. 11. n. 6. Hering. de fidejuſſ. c. 27. p. 1. n. 28. Chri-
ſtin. dec. 111. n. 11. & ſeqq. vol. 1. & dec. 34. n. 6. vol. 5. Finc-
kelsb. obſ. 16. Beer. dec. 281. n. 2. Rota Gen. dec. 70. Wiſſenb.
h. t.*

*h. t. th.* 3. Dn. Autor *in C. tit. Quod cum eo, qui in al. ad L. ult. num.* 7. *Et ad L.* 7. *n.* 2. *C. h. t.* Et in *l.* 4. §.
8 *ult. de fidejuſſ. tut.* eſt ſpecialis caſus. Sane ſi aliter rem
ſe habere ſciat commendatur, maxime ſi in commodum
ſuum hoc faciat, actione doli tenetur *l.* 7. §. 10. *&*
*l.* 8. *ff. de dolo Dn. Mev. d. art. un. n.* 21. *Carp. p.* 2. *deciſ.* 126. *num.* 11. Sic etiam ſi commendans quid ſe
facturum promittat, omnino tenetur; v. gr. Er wolle
drob ſeyn daß er ſolle bezahlt werden *L. ult. ubi, niſi
ſpecialiter. C. quod cum eo Carpz. d. dec.* 129. *Finckelthaus d. obſ.* 16. *n.* 6. Autor *in C. tit. Quod cum eo, qui in
al. ab L. ult. n.* 8.
9 *Ad* §. 15. Mandatum ſi dedero, licet revocaverim,
& interim illi expleat mandatum, datur illi mandati
actio. *Dn. Franzk. n.* 95. Sed excipitur mandatum matrimonii contrahendi, per *c. ult. de procur. l.* 6. *Zoeſ.
h. t. num.* 27.
10 *Ad* §. *fin.* Duo diſcimus ex hoc §. 1. dari mandatum
poſſe, quod poſt mortem mandantis demum expediendum.
*Dn. Struv. d. th.* 14. *Dn. Lauterbach. ad h. t.* §. 4. *th. fin. Bach. in Tr. d. d.* 27. *th.* 6. *lit. C. Franzk. ad h. t. n.* 102. Idem ſi mandatu meo poſt mortem ſtipulatus
ſis. *l. ult. de ſol. Bach. th.* 6. *lit. C. Trent. d. l. n.* 6. *Stracha de Mand. n.* 49. *Tuſchus concl.* 65. *lit.* M. Deinde ſi non
aliud conventum, poſſe mandatarium, antequam expediat
negotium, agere actione mandati contraria, ut ſibi expenſæ
neceſſariæ præſtentur. *Franzk. hic. n.* 9. *d.* 549. *num.* 7.

## ad L. Qui patitur. 18.

### *SUMMARIA.*

*Caſus ubi mandatum tacite contrahitur. numero* 1. 2. *&* 4.

*An patientia in ſui præjudicium operetur conſenſum? n.* 5. 6. *&* 7.

1 MAndatum etiam *tacite* contrahitur, v. gr. ſi quis
patiatur alium pro ſe fidejubere, quia hic de commodo
ejus agitur, & qui *tacet, dum* quid in commodum ſuum
fit, videtur conſentire. *Maſc. concl.* 1007. *n.* 38 *Tuſchus concl.* 31. *lit. M. & ſeq. Mant. lib.* 7. *tit.* 5. *Barboſ. in L. qua Dotis.* 34. *n.* 153. *ff. ſol. matr. Menoch. l.* 6. *præſ.* 99. *n.* 18. *Hering. de fidej. c.* 7. *n.* 32. *& ſeq. Matheſ. in l.* 1. *n.* 20. *& ſeq. C. de ſent. & interloc.* Autor in
2 *C. h. t. ad L.* 6. *n.* 1. Sic ſi quis *rem communem* vel meam
vendat, ſi pretium recipiam, *ratam* habeo venditionem,
& ſic mandavi. *l.* 12. *ff. de evict. Dn. Struv. d. Ex.* 22. *h.* 2. Sic *acceptatione literarum* contrahitur man-
3 datum procuratorium *L.* 65. *de proc. Clem.* 1. *de procur.*
quod tamen univerſale eſſe non videtur *Franzkio hic. n.* 15. *conf. Wiſſenb. d.* 32. *th.* 2. Sic qui ſciens *patitur* a-
4 lium ſuo nomine in judicio contendere, videtur mandaſſe;
& acta rata habere tenetur. *hic. & l.* 6. §. 2. *Trentacinq. l.* 1. *tit. de procur. reſol.* 1. *Menoch. l.* 2. *præſum.*
5 33. *n.* 7. *& Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 159. Alias *patientia* in ſui
præjudicium non operatur conſenſum, ut ſi appellans
contra ſententiam appellantem in ſuo quid facere patiatur;
nam ex eo non præſumitur renunciatio appellationis. *D. Mev. p.* 2. *dec.* 178. Limitat hanc regulam
6 *Zuchardus in Rubr. C. de pactis. n.* 39. 51. *&* 54. ſcilicet
ſi in ſolum commodum tacentis, non vero in incommodum
reſpiciat. *conf. Alciatus ad Rubr. de Verb. Obl.*
7 *n.* 6. Sic ut ex *ſilentio patientia* & tacitum mandatum
colligatur, neceſſe eſſe putat *Pinellus*, ut accedat aliquod
*patientis* factum, ut hic acceptio pecuniæ. *Pinellus ad l.* 2. *C. de Reſc. vend. p.* 2. *c.* 1. *num.* 19. conferri poteſt
etiam *Bologuet. de V. Obl. c.* 10. *nu.* 10. Autor *de Err. advocat. ad L.* 1. *num.* 5.

## ad L. Cum mandatu. 21.

FIdejuſſori, qui ſolvit, competit actio contra mandantem,
etiamſi pro alio fidejuſſerit. *v. not. ad l.* 40.



## ad L. Si mandavero, 22. pr.

### *SUMMARIA.*

*Mandatarius, qui fines mandati egreſſus eſt, quam actionem habeat? n.* 1.

*Si fidejuſſor pro eo, qui in diem obligatus eſt, ſolvat, quando actionem habeat?* 2.

*An fidejuſſor poſſit petere, ut ſuo periculo principalis exigatur, quam renunciatum ſit?* 4.

*An is, cujus bona publicata, mandare poſſit?* 6.

*Si dedi centum, ut alii dares, cui velles, & retinuiſti, an actio furti detur?* 7.

*An nuncius, cui dedi pecuniam numeratam alii ſolvendam, quam retinuit, furti actione teneatur?* 8.

*An mandatarius negotium ſuſceptum præciſe implere debeat?* 9.

1 SI mandatarius *fines* Mandati egreſſus fuerit, v. gr.
ſi 10. thal. equum emere rogatus, 40. thaleris emerit,
tenetur quidem actione mandati mandanti, ſed non datur
ipſi actio contraria ratione exceſſus, adverſus Mandantem,
ne quidem negotiorum geſtorum actio. Autor *in C. h. t. ad L.* 12. *num.* 1. Quia *tacita
prohibitio*, quæ in Mandato reſtricto deprehenditur,
naturalem & civilem obligationem impedit, arg. *l. fin. C. de Neg. Geſt. Hahn. ad Weſ. h. t. Bach. ad Tr. vol.* 1. *d.* 27. *th.* 7. *lit. H. Lauterbach. ad h. t.* §. 2. *th.* 3. Sed
Mandatarius habet ex æquitate Jus *retentionis* in re
pluris empta, donec totum juſtum pretium ſolvatur, ne
mandans cum alterius *jactura* locupletetur, *Mantica de tac. amb. convent. l.* 7. *t.* 15. *num.* 21.
2 Ad §. 1. Si pro me in diem obligato fidejuſſeris &
ante diem ſolveris, non datur tibi actio mandati, niſi
adveniente die; unde probant, *futura* non pertinere
ad *officium judicis* per hunc §. *& l.* 1. *de Uſuris. Marcus Mantua ſing.* 241.
3 *Ad* §. 2. Si debitor meus ſuo periculo ſuum mihi
delegavit debitorem & fidejuſſor petiiſſet, ut ſuo periculo
conveniretur debitor principalis, utroque caſu
4 creditor ſuum & alienum negotium gerit. Hic notant
Dd. poſſe *fidejuſſorem* petere, ut ſuo *periculo principalis
exactetur*, etiamſi *renunciatum* ſit. *vid. Hering. de fidejuſſ. c.* 27. *p.* 1. *n.* 196. *& c.* 30. *num.* 61. *Marſil. in Rubr. de fidejuſſ. num.* 65. Sed id quomodo *ex textu*
probetur, non video, *rogatum* lego, *compulſum*
non lego. Si tamen iſta cautela concedatur, intelligendi
eſſet cæteris paribus, ſi æque facile exactiendus.
Et non poſſet extendi ad eum caſum, ubi quis
ſuum debitorem invito creditori, cui cum meo creditore
nullum negotium, vellet obtrudere, Reſp. a nobis
*Menſe* Majo 1659. Melior forte cautela, ſi con-
5 vento fidejuſſore, ipſe *principalis* ſe *offerat* ad ſulvendum,
modo intra ſpatium judicati dandum ſolvat.
*Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 395.
6 *Ad* §. 5. Is, cui bona publicata, mandare poteſt.
Quod torſit ingenia Doctorum, unde collegerunt, deportatum,
qui tamen non habet communionem Juris
Civilis, poſſe mandare, quod aliis diſplicet, ideoque
alii ad eos caſus reſtrinxerunt, in quibus ſine deportatione
bona publicabantur. *Ludov. Gomeſius in pr. Inſt. de act. num.* 40. *& Jaſon. ad d. pr. nu.* 45. *Fachin. l.* 9. *c.* 51. *Ant.* Mathæus *in criminal. ad tit.* 18. *lib.* 48. *nu.* 12. *Pacius cent.* 4. *qu.* 87. *Hill. in Donell. l.* 17. *c.* 4. *lit. G. Bachov. in Tr. p.* 1 *d.* 6. *th.* 6. *lit. D. Wiſſenb. d.* 32. *th.* 7. *h. t. n.* 7. *Dn. Struv. th.* 4. Autor *ad L.* 3 *n.* 12. *C. De Bonis
praſcript.* quamvis *in publicatione* bonorum veniant futura,
nec feuda &c. *vid. Decius. conſ.* 442. *conf. Loriott. de Tranſact. axioma.* 5.
*Ad* §. 7. Dedi tibi centum, ut dares Titio tu retinuiſti,
datur mihi actio mandati & furti *hic. & l.* 52. §. 16. *ff. de furtis & l.* 7. *C. eodem. Carpzov. in pract. crim. q.* 85. *n.* 74. *Farin. q.* 168. *n.* 117. Autor *ad L.* 7. *n.* 1. *& ſeq. C. de Furtis.* Sed ſi *dedi, ut alii dares*, quæ velles, vel

quibua velles, an detur utraque actin? Neg. Sed tan-
tum Mandati, quia nolui eam pecuniam retinere &
poſſidere. Nam licet hoc caſu (cui voles) non poſ-
ſis teipſum eligere, non tamen propterea furtum erit,
ut dicit *Farin. d. qu.* 168. *n.* 122. Sed quid ſi tibi nun-
8 tio dederim pecuniam numeratam, & non obſigna-
tam, ut Titio dares, tu non dediſti, an hoc caſu datur
actio furti? Negant hoc Dd. citati *a Farin. qu.* 168. *n.*
124. qui tamen ſubdubitat *n. ſeq.* ob hunc textum, ubi
de certa quantitate data dicitur, & aperte negat hanc
limitationem *Carpz. d. l. n.* 76. Autor *ad d. L.* 7. *n.* 5.
6. *C. de Furtis.*

*Ad* §. *ult.* Mandatarius tenetur ſuſceptum nego-
tium *implere*, licet ab initio meri ſit arbitrii. Autor *in*
9 *C. h. t. ad L.* 11. & *ad L.* 16. *n.* 1. *C. h. t.* Niſi velit *renun-
tiare* Re adhuc integra, ubi integrum eſt Domino al-
teri dare mandatum *hic*, & *l. ſi quis.* 27. § 2. *h. t.* & §. 10.
*inſt. eod.* Sed videtur obſtare *l.* 8. §. *ult. cum l. ſeq. ſupr.
de Procur.* Videtur diſtinguendum inter Procurato-
rem judicii, & ad negotia; quando ergo mandans ex
eo, quod mandatarius negotium non geſſit, damnum
ſenſit, habet actionem mandati, non vero ſi per ſe ip-
ſum aut alium executus eſt. *Molin. diſp.* 552. *n.* 5. *He-
ring. de fidej. c.* 20. §. 33. *n.* 14. & *ſeq.*

## ad L. Inter cauſas. 26.

### SUMMARIA.

*Caſus, ubi mandatum morte non finitur. n.* 1. 3. & 4.
*Ceſſio cedentis morte non finitur.* 2.
*Cur fidejuſſor poſſit repetere ſolutum creditori, ſi delega-
vit debitorem, licet minus idoneum?* 6.
*An mandatarius damna caſu fortuito data Domino im-
putare poſſit?* 7.
*Duplici modo diſtinguitur.* 8.
*Res æquitate hoc caſu temperanda præſertim ſi Domi-
nus ſcivit periculum.* 9.
*An, qui mandavit mihi emere ſervum, quem furem eſſe
ſcivit, & mihi furatus eſt, mandati teneatur? n.* 10.
*Quid ſi mandatarii culpa furtum factum?* 11.
*A ſuperiore damnum farciendum eſt ei, qui ipſius man-
datu repreſſalias exercuit.* 12.

1 MOrte mandantis exſpirat mandatum, Autor *in
C. h. t. ad L.* 15. *n.* 1. *Et ad L.* 8. *C. t. de Oblig.
ex Action. n.* 7. ſi tamen mandatarius *mortem* ignorans
expedierit, datur mandati actio. *hic* & *l.* 58. *Bach. in Tr.
d. d.* 27. *th.* 6. *lit. C. Lauterbach. h. t.* §. 4. *th. fin.* Sic
etiam ſi res non ſit integra, propter expenſas a man-
datario factas, non finietur morte mandatum; quæ-
dam mandata etiam poſt mortem demum expedien-
da *l.* 12. §. *fin.* & 5. *h. t.* Et *ceſſio* cedentis morte non expi-
2 rat *l.* 1. *C. de obl.* & *act. ibique* Dn. Autor *num.* 4. Sic ſi
principalis ſatis dedit pro procuratore, mandatum
hoc non exſpirat morte. *Anton. Gabriel l.* 2. *de procur.
concl.* 2. *n.* 11. *Trentac. reſ.* 10. *num.* 8. Autor *in C. h. t.*
3 *ad L.* 15. *num.* 2. Idem in mandato dato Inſtitori. *l.*
27. §. 3. *ſupra de inſt. act. Trentac. de reſ.* 10. *de proc. n.* 5.
4 *Mantica d. t.* 23. *n.* 39. Autor *in C. h. t. ad L.* 15. *nu.* 2.
& *n. f.* in mandato *piæ cauſæ, dotis*, &c. de quibus aliiſ-
que exceptionibus *Mant. d. l.* 7. *tit.* 2. *Trentac. lib.* 2.
5 *tit. de procur. d. reſol.* 10. *Ant. Gabriel. lib.* 2. *Com. concl.
tit. de procur. d. reſol.* 10. *Ant. Gabriel. lib.* 2. *Com. concl. tit.
de procur. concl.* 2. *Stracha de Mandato n.* 49. *Menoch.* 2. *l.
de præſumt præſ.* 36. *n.* 30. & *ſeq. conſ.* 984. *n.* 1. & *ſeq. Cepha-
lus vol.* 3. *conſ.* 382. *n.* 1. & *ſeq. Vivius deciſ.* 494. *Dn. Struv.
th.* 14. *Wiſſemb. d. d.* 32. *th.* 19.
6 *Ad* §. 2. Si fidejuſſor debitorem minus idoneum
delegaverit Creditori, poteſt actione Mandati repete-
re ſolutum Creditor, quaſi ſolviſſet, *hic* & *l.* 18. *inf.
de fidejuſſ.* Ratio hic additur elegans, & quod ſæ-
piſſime ex hoc §. allegant Doctores, quod bonum
nomen faciat Creditor, qui admittit Debitorem de-
legatum. *conf. Hering. de fidejuſſ. c.* 20. §. 4. *n.* 3. & 4.
*Finkelth. obſ.* 91. *n.* 4. & 14. modo creditor cum prote-
ſtatione non acceperit. *Finkelth. l. l.*
7 *Ad* §. 6. *Caſu fortuito* damna data Mandatarius non
imputat mandatori, ut ſi mandatarius a latronibus ſit
ſpoliatus, vel naufragio res amiſerit. *Mantica de tac.
& amb. convent. lib.* 7. *tit* 19. *n.* 13. &c. *Dd. hic* & ex
eo etiam excludit *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 190. ſi equo ſuo
utatur Colonus in commodum locatoris, & equus in-
tereat, quod locator non teneatur damnum reſtituere.
8 conf. *Pariſius lib.* 4. *conſ.* 156. *num.* 30. & *ſeq.* Sed
temperant *hujus* §. *rigorem Dd.* duplici diſtinctione 1.
An in rebus neceſſariis; an vero ſuperfluis damnum
datum. Ut ſi mandatarius ex mandato profectus
rem neceſſariam. v. gr. veſtimenta neceſſaria amiſerit,
ſine ſua culpa, hoc damnum imputare poſſit manda-
tori, non ſi ornamenta amittat. 2. An occaſione man-
dati caſum obvenerit, alias non obventurus, annon.
arg. *l.* 52. §. 4. *ff. pro ſocio. l.* 61. §. 5. *ff. de furtis. Me-
noch. conſ.* 244. *num.* 60. *Molin. diſp.* 549. *n.* 9. *Locce-
nius de jure maritimo lib.* 3. *c.* 7. *num.* 13. *Dn. Franzk.
ht. t. num.* 89. *Mozius de Natur.* Mandati *num.* 12. &
9 *ſeq. Dn. Hahn. ad Weſ. h. t. n.* 10. *Dn. Struv. h. t. th.* 12. &
ita hunc §. non ſervari, in tali ſcil. rigore, ſcribit
*Grœnwegen.* & de curialitate ac praxi non ſervari re-
fert. *Dn. Marq. de jure Mercat. pag.* 2. *cap.* 5. *n.* 56. Nam
hic multum tribuendum eſt arbitrio judicis & boni
viri. Nec rigoroſe nimis mandator nec mandata-
rius ſe gerere debet. Æquitas hic attendenda, quod
& agnoſcit. *Dn. Lauterbach. h. t.* §. 3. *th.* 3. Præſer-
tim vero mandans ad ſarciendum tenetur, ſi pericu-
lum eum non latuit, v. gr. ſi me mittat ad loca ab
hoſtibus infeſſa; nam cum ſciret periculum, æquius
eſt eundem ſequi damnum, qui exſpectat commodum.
*Mozius de Natural. Mand. nu.* 25. *Nattat.* 1. *conſ.* 168.
*n.* 5. & *ſeq. Hahnius hic ad Weſ. n.* 10. *Lauterbach. ad
h. t.* §. 3. *th. ult.*
10 *Ad* §. 7. Mandaſti, ut emerem tibi ſervum, quem
ſciviſti, eſſe furem, is mihi furtum fecit, quæritur, an
poſſim actione mandati agere, ut mihi noxæ dedas?
quod affirm. Nam damnum, quod quavis culpa
mandantis mandatarius ex mandato conſecutus, re-
11 ſarciendum ei eſt. *Struv. th.* 12. Sed quæritur, ſi
mandatarii culpa furtum factum, licet non detur ei
actio mandati, annon detur actio noxalis? Videtur
quod non, ob verba legis *(culpa tua)* ideoque *Ant.
Fab. l.* 3. *conject. c.* 5. pro tua legit mea, ſed vulgarem le-
12 ctionem cum *Cujac. ad l.* 21. §. 1. *ff. commod.* defen-
dit *Carpzov. p.* 2. *Juriſpr. for. conſt.* 20. *def pen. Et ex hoc*
§. probatur etiam, ſi mandatu ſuperioris *repreſſalias*
exerceam, tunc mihi damnum a ſuperiore præſtandum
eſſe, ſi ob repreſſalias patiar. *Menoch. conſ.* 244. *n.* 60.

## ad L. Si quis. 27. §. 2.

### SUMMARIA.

*Mandatarius ad intereſſe tenetur, qui mandatum ſuſ-
ceptum non exequitur. n.* 1.
*Renunciare poteſt dupliciter, abſolute & ex cauſa, &
quomodo utrumque fiat?* 2. & 3.
*Quatenus mandatarii morte ſolvatur mandatum? nu-
mero* 4.
*Caſus, ubi non ſolvitur morte ipſius.* 9.

1 QUi mandatum ſuſcepit, tenetur id *implere*. Au-
tor *in C. h. t. ad L.* 11. *n.* 1. *Et ad L.* 16. *C. h. t.* ſi
poteſt, ſi non poſſit, tenetur id denuntiare, quam pri-
mum poteſt, ut principalia per alium expediat, alias
ad intereſſe tenebitur, ſi non oportune, cum per ſe vel
per alium impedire valeret, non denuntiaverit, cum
potuerit. Autor *in C. h. t. ad L.* 16. *n.* 1. Duplex ergo re-
2 nonciatio, una abſoluta, altera ex cauſa. Illa licita,
re adhuc integra. *l.* 22. §. *ult.* & tunc non renuntiat
conſtitutæ obligationi, quia non eſt obligatus ad
hoc, ut præciſe impleret, ſed alternative, ut aut
im-

Digitized by Google

impleret, aut tempeſtive renunciat t *H.ll in Donell. l.* 16. c. 21. *lit. F.* Ex cauſa fortica en inciatio quamprimum quis ſcit, ſe non poſſe expedire interdum re non integra facta excuſat, v. gr. Si impedimentum ſeru ſupervenit, aut mandatarius impedimentum denunciare non potuit, de qua *conf. Franzkius. hic. n 96. Lauterbach. ad h. t.* §. 4.

4 *Ad* §. 3 Etiam *mandatarii morte* ſolvitur mandatum. Autor *in C. h. t. a l. L.* 15 *n.* 1. *f.* hactenus &c. ut mandatum implere haeredes nec debeant nec teneantur. licet eo nomine, quod a defuncto geſtum: procul dubio mandans habeat actionem & vice verſa. *Tr.* 5 *Bach. diſ.* 7. *theſ.* 6. *lit. C.* Excipiuntu tamen hi caſus (1.) Niſi negotium per ignorantiam impletum. *l.* 16 *pr. h t* (2.) Hoc conventum, ut non ſolveretur morte *l t* . 6. *fin. & l. f h. t.* (3) Niſi actio ceſſa *l.* 1. *C. de O. l. & act. Dn. Struv. theſ.* 14. *h. tit. Dn. Franzk. d. n.* 201. & *ſ.*

## ad L. Si Fidejuſſor. pr. 29.

### SUMMARIA.

*An fidejuſſor, ſi ſolverit, cum debitor haberet exceptionem doli, &c. actionem mandati habeat? numero* 1.

*Conſul non eſt fidejuſſori, ut faciat h. caſu citari debitorem, ut adſiſtat.* 2.

*Si fidejuſſor ſolvit, cum alius fidejuſſor habere exceptionem, non poteſt uti actione ceſſa.* 3.

*An ſi fidejuſſor qui interpellatus ſolvit, cum ante a debitore ſolutio facta eſſet, actionem mandati habeat* 14.

*An qui ſolvit ſine denunciatione pro alio, qui ipſe jam tum ſolverat, actionem habeat* 15 & 6.

*Quomodo intelligatur, quod dicitur: fidejuſſor non tenetur exceptiones opponere, quae ſunt de apicibus juris?* 7. & 8.

*Neque in foro mercatorum diſputatur de apicibus juris.* 9. & 10.

*Exceptio procuratoria haec: non potes eſſe procurator, non illa, non es procurator, de apicibus juris eſt.* 11.

*Qua actione ab eo, qui pecuniam non numeratam erigit, & obtinet ſententiam, repeti poſſit?* 12. 13. 14.

1 Sententia haec, Debitor habebat except. doli vel non num. pec. vel pacti &c. quam exceptionem is, qui pro eo fidejuſſerat, poterat opponere, ſed non opponuit, ideoque condemnatus, quaeritur, an habeat act. mandati contra debitorem? Diſtinguitur hic, utrum ſciverit, an non: ſi illud, non habet regreſſum, quia diſſoluta negligentia prope dolo eſt. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 341. *n.* 10 Si hoc, omnino habet regreſſum,

2 quia debitor monere debuit. Unde itaque eſt, ut fidejuſſor citatus faciat citari debitorem, ut ſibi adſiſtat

3 *Dn. Mev. d. l.* Sic etiam ſi fidejuſſor habens juſtam exceptionem ſolverit, non poteſt act. *ceſſam* movere contra alium fidejuſſorem, quia cedenti obſtabat exceptio. Ergo & non ejuſſori *ceſſionario* *Dn. Mev. p.* 4. *dec.* 295. nam eadem in hoc est ratio, quae in *pr. hujus l.* militat, & exceptio, quae obſtat cedenti, obſtat etiam ceſſionario *l.* 4. §. 27 *de Ex ept. rei jud.*

4 *Ad* §. 2. & 3. Fidejuſſi pro te apud Cajum, Cajus te interpellat & ſolutionem accipit, poſtea me convenit obrependo, i. e. tacendo & reticendo, ſolutionem ſibi a te factam, ut explicat *Menoch lib.* 2. *Arb. q. caſ.* 201. *num.* 12. Ego bona fide *ſolvo*, habeone mandati actionem? Videtur quod non; quia interrogare te debuiſſem; ſed reſp. aff. quia *divinare* nemo cogitur, hic & *l.* 31. *ff. ad l. Aquil.* niſi in his, quae ſaepe contingunt. *Dn. Tabor. in axiom. Berb l.* 4. *c.* 40. Sed tu

5 debuiſſes mihi denuntiare. Sic ſi ego ſolverim nona fide, & tibi non denuntiaverim, amitto actionem mandati contra te ſi tu ſolvis. Sed contra itur ſulvenci per ceſſionem actionis inuebiti contra creditorem; ne

6 ei bis idem ſolvatur. Unde colligitur, dolo proxi-

num eſſe alteri non nunciare, quod alterius refert. *Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 275. *num.* 8. ubi in *tota dec.* tractat materiam quando *exceptionis* neglectus fidejuſſorem ab actione mandati excludit *p.* 2. *d.* 289. *n.* 141. Nec *exceptio non denuntiatae litis* a debitore fidejuſſori opponi poteſt, nec exceptio ſe inicio debiti futuri, ut ex §. 2. *Dn. Mev p.* 3 *dec.* 339. colligit.

7 *Ad* §. 4. Fidejuſſor non tenetur opponere Creditori *exceptiones*, quae ſunt de apicibus juris. Autor *in C. h. t. ad L.* 10. *n* 3. i. e. quae non ipſum debitum, neque actionem, ſed ordinem & modum agendi reſpiciunt, & actorem non plene repellunt, ut eſt exceptio procuratoria & excuſſionis. *Neguz. de pign. membr.* 1. *p.* 8. *princ. n.* 28. *Bald. Novell. tr. de dote part.* 9. *priv. pr.* Ubi enim de *mera voluntate* agitur, ibi non curantur *apices* juris. *Affl. d. dec* 208 *nu.* 2. *conf. Stracha de Mercatur. tit. quomodo in cauſis mercat. procedendum*

8 *ſit. n.* 5. & *ſ.* At tot *ad L.* 5. *n.* 4. *C. de Non num. pec.* Non vero probari poteſt ex h. L. quod in illis judiciis, ex quibus ex aequo & bono agitur, non debeant admitti exceptiones ad *apices* juris pertinentes, ſed hoc tantum, quod omiſſio harum exceptionum judicium non reddat nullum, quia dum de bona fide agitur, non competit de *apicibus* juris diſputare ſed de hoc tantum, fuerit debitor nec ne. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 319. *n.* 4.

9 Sic etiam in foro mercatorum non eſt diſputandum de *apicibus* juris, ſed de *bono & aequo*. *Gail. l. a obſerv.* 7. *num.* 7. *Carpz. l.* 1. *c.* a. *def.* 2. unde infert *Carpz. d. c.*

10 2. *d.* 10 Si mercator ex una cauſa non poſſit ſuam *intentionem probare*, tuſti, ete, ſi in proceſſu aliam *alleget*.

11 Monendus tamen lector hic, eam exceptionem procuratoriam intelligi, qua dicitur, te non poſſe eſſe procuratorem, non vero illam, an ſis procurator, an habeas mandatum. Nam haec exceptio non eſt de apicibus juris, ſed ſumme neceſſaria, qui aliis nihil agitur, ut recte declarat *Benevent Stracha in tract. quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit titulo de Except n.* 2. & *ſ.* Vide de hac materia porro *Petr. Barboſ. in l ſi conſtante.* 25 *pr. n.* 59 *ff. ſolut matrim. conf. Rota Gen. deciſ.* 90 *n.* 14. *Pinellus de reſcind. vend p.* 1. *c.* 1. *n.* 3. *Zanger. p.* 2. *c.* 22. *n.* 19. *Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 289. *n.* 13 Autor *in C. h. t. ad L* 10. *n fin.*

12 *Ad.* §. 5 Nota ſi quis pecuniam non numeratam exigit, & in judicio obtinet, quique ex judicato pecuniam ſolutam accepit, cuique pecunia antea ſoluta, jam denuo ob ſententiam ſolvitur ab eo, qui indebite bis ſolvit, ab eo repeti pecunia indebite ſoluta, ob rei judicatae autoritatem, non poteſt. Sed crimine ſtellionatus notatur. *Chriſtin. vol.* 4. *dec.* 201. *numero* 18. *vid. infra l.* 48 *tit.* o. Sed contrarium *Berlich. l. t. dec.* 4. vult evincere ex *l.* 5. § 7. *ff. de Don. inter Virum & uxorem* Ve-

13 rum ille §. 7. loquitur de ſententia lata per colluſionem conjugum, ut *Gloſſa* reſpondet. Sed quicquid ſit, iniquiſſimum eſt, creditorem ſtellionem retinere lucrum improbum, ideoque *Joh. Andreae ad Sp culat. l.* 2. *part.* 2. *tit. de Inſtrum. edit.* §. *poſtquam* 3. *numero* 10. *lit. E.* dat aliud *conſilium*, ut poſſit ex edicto de edendo agere *ex l.* 6. § 4 *ff. de Edendo* ad intereſſe: Tu debeas mihi edere *apocham* meam &c. ideoque mea tanti intereſt. Poſſet etiam debitori per denunciationem Evangelicam conſuli, poteſt, & boni conſulere debet creditor, quod de ſtellionatu non conveniatur, quod poſſit fieri *per hanc.* 9. ſed ad intereſſe. Alii cum *Gloſſa* interdum dant condictionem ſine cauſa. Alii putant, actionem doli dari, quia dolo per negationem ſolutio is extorſit indebitam ſolutionem. Alii ex clauſula generali reſtitutionem concedunt, quae ſententia ultima in foro

14 approbata. Fuerat aliquis in concurſu creditorum per ſententiam excluſus, ſed tamen poſtquam documentum repererat, fuit in Cam. Elect. Brandeb. Neo-Marchica admiſſus his verbis: Wenn Kläger jurato erhalten würde / daß er nicht gewuſt / wo die

Obligation über 2000. Thal. Capital datirt, am Tage Marid Lichtmes anno 1599. gelegen / und er ſie auch nach angewandtem Fleis eher nicht / als anno 1661. erhalten können &c. Ita nuper in Luſatia pronunciatum fuiſſe, in Actis reperi.

## ad L. 29. §. ult.

*SUMMARIUM.*

*An ſi fidejuſſor tempore liberatus ſolvit, actionem mandati habeat?*

Fidejuſſor ſi tempore liberatus, ita ut ea liberatio non contingat debitorem principalem, ſi ſolvat, obligatum tamen habet ſuum debitorem, pro quo fidejuſſit, actione mandati. Autor *in C. h. t. ad L.* 10. *n.* 1. *& ſeq. Gloſſa* intelligit de fidejuſſore, qui ad tempus obligatus; nam ſi per præſcriptionem liberatus, ipſe quoque debitor obligatus eſſet, per *l. fin. C. de duobus reis.* Sed volunt Dd. eam legem ad fidejuſſorem & debitorem non poſſe applicari, quia diverſæ obligationes. Sed quia hæ duæ obligationes ex uno principio ſunt, & quaſi correi ſunt, æquior viſa ſententia *Dn. Mevio. p. 4. dec.* 189. Sicut etiam in Camera Brandenb. jam diu ſecundum hanc ſententiam æquiorem pronunciatum ſcio. Sane ſi debitor tempore liberatus, fidejuſſor ab eo datus non tenetur, *l.* 37. *ff. de fidejuſſ.*

## ad L. Si Hominem. 30.

*SUMMARIA.*

*Quando procuratori liceat mutare ea, quæ Dominus ſpecialiter juſſit? n.* 1.

*Varia exempla referuntur, ubi ex cauſa a mandato ſpeciali recedere licet.* 2. *& ſeq.*

1 Legis ſumma, quod *procurator* non mutet ea, quæ
Dominus ſpecialiter fieri juſſit, niſi habeat ju-
ſtam cauſam, quam Dominus ignoravit. Hanc le-
gem intimis medullis infigendam, monet *Tiraq. de*
2 *pœn. tempor. in præfat. num.* 25. Unde concludit, Ju-
dicem ex cauſa aliqua ſuperveniente poſſe recedere a
pœna in lege ſtatuta, quam cauſam excepiſſet Legis-
lator, ſi fuiſſet interrogatus. Item procuratorem da-
tum ad confitendum, poſſe ex nova cauſa negare fa-
3 ctum *Tiraquellus d. l.* Et quod Epiſcopus poſſit mutare
pœnitentiam a Pontifice indictam. *Tiraquell. d. l.* Item
4 *pœnitentiam* publicam in privatam commutare. *Tiraq.*
5 *nu.* 28. Et Regentes ob cauſam a ſtatuto recedere
6 poſſe. *Tiraqu. nu.* 29. Et licet armorum portatio ſit
prohibita, ex cauſa guerræ poteſt eſſe impunis. *Corſe-*
7 *tus ſing.* 150. *in voce juramentum.* Sic inferiores poſſunt
ea cauſa nova & urgente ſtatutum edere contra ſpecia-
8 le ſtatutum Superioris. Et ex cauſa nova poteſt Lega-
tus generali prohibere Legato ſpeciali Pontificis, ne
procedat in cauſa. *Panorm. in c. fin. de conſuet. n.* 10. *Fe-
linus in c.* 1. *num.* 48. *X de conſtit.* Conferri etiam
poſſunt varia exempla, quæ adducit de nova cauſa
*Hippolyt. de Marſ. ad l.* 1. *§. ult. num.* 29. *& multis ſe-
quentibus de quæſtion.*

## ad L. Si negotia. 30.

*SUMMARIUM.*

*Omnis mandatarius debet facere in ſua perſona quæ in aliis facere debet.*

Qui *mandatum* ſuſcipit agendi, a ſe etiam exigere debet; ſic Mandatarius ex bonis vi raptis etiam poſt annum ad quadruplum tenetur. *Et omnis mandatarius in ſua perſona tenetur præſtare, quæ in alterum debuit præſtare.* In alterius perſona quiſque facere debet vel ſervare, quod in ſua ſervaret vel faceret. *vid. notata* Autoris *ad Leg ſi in eo.* 44. *ff. de pact.* Et cognata eſt Regula Chriſti Salvatoris noſtri: Quod vultis, ut faciant vobis homines &c.

## ad L. Rogatus. 33.

*SUMMARIUM.*

*An qui in majorem ſummam fidejubet, plane non teneatur?*

Qui in majorem ſummam fidejuſſit, quam debet principalis, in currentem ſummam tenetur; nec obſtat *l.* 8. *§.* 7. *ff. de fidejuſſ.* quia (*omnis non*) vel (*omnino non*) pro *non omnis* ſæpe ponitur *l.* 9. *ff. ſi quis Caut. l.* 5. *§.* 6. *de oper. nov. nunciat. Gomez. t.* 2. *reſol. c.* 13. *n.* 2. *Hering de Fidei c.* 24. *n.* 65. *Vaſq. lib.* 1. *c.* 40. *Hillig. lib.* 15. *c.* 48. *lit.* 1. Autor *ad L.* 22. *n.* 6. *C. de Fidej.*

## ad L. Qui negotia. 34.

*SUMMARIUM.*

*Pecunia debita ſolutioni parata poteſt converti in mutuum.*

Pecunia debita ſolutioni non parata in mutuum non convertitur, ſecus ſi eſſet ſolutioni parata, ut in depoſito. *vid. L. ſingularia. ſupr. ſi certum petatur*, & præter ibi allegatos *Bart. ad d. L. ſingularia. n.* 20. *Alex. nu.* 30. *Jaſon. n.* 40. *Carpzov. dec.* 129. *Cagnol. in d. L. ſingularia. n.* 144. *Marpurg. vol.* 1. *Conſ.* 1. *n.* 24. *Bach. in Tr. vol.* 1. *d.* 20. *th.* 3. *in pr. Cornſius l.* 6. *Miſc. c.* 16. *Car. Molin. in tr. de Contract. uſurariis. n.* 645. qui fere omnes laborant in nodo hoc diſſolvendo, quamvis eluceſcere videatur, hic teatus omnes laborare, niſi per divinationem quid ponatur. Sed hæc aliis enodanda relinquo.

## ad L. Si fundum. 35. cum pr. L. ſeq.

*SUMMARIA.*

*An mandatarius mihi ſuam partem, in fundo communi quem mihi emere mandavi, vendere teneatur? num.* *&* 2.

*Quæ ratio ineunda fructuum, ſi quis diu fundum poſſedit, nec ſciri poſſit, quanti annui fuerint?* 3.

*Eadem ratio ineunda in penſione pro locatis prædiis definienda.* 4.

Mandavi tibi, ut fundum illum, quem cum a-
1 liis communem habuiſti hactenus, mihi emas.
Si de certo pretio dixi, & reliquas partes redemeris
pro reſiduo pretio, tuam partem mihi vendere teneris,
quia hoc actum videtur, ut totum habeam illo pre-
tio. Sed & ſi difformiter emeris cæterorum partes de-
bent coacervari omnes ſummæ, & quod pretio deeſt,
eo debes mihi vendere tuam partem. Verum ſi nulla
2 pretii certitudo, & tu diverſis pretiis emeris cæteras
partes, datis Arbitris, & collatis inter ſe ſummis ma-
joribus & minoribus, tua pars medio pretio detur.
Collige ex hac Lege, quam Phœnicem in Jure appel-
lat *Eſcobar* jam citandus, ſi diuturno tempore quis
3 poſſederit fundum, & non poſſit quis fructus ſcire om-
nium annorum, ſciat tamen ultimorum 4. annorum fru-
ctus, quod tunc illi fructus poſſint coacervari, & quar-
ta pars erit legitima ſumma fructuum cujuſque anni.
4 Vel ſi ſublocaverit quis pluribus annis prædiola, &
habeat tantum 4. annorum inſtrumenta locationis,
4. annorum penſiones coacervabuntur, & quarta
pars erit penſio unius anni. Poſt alios a ſe allegatos
*Munnoz. de Eſcobar. de Ratiocin. cap.* 16. *n.* 40. & ita
intelligit *Pinellum in l.* 2. *C de Reſcind. vend. p.* 3. *cap.* 40.
*n.* 30. *& Padillam in L. ſi probaveris. n.* 24. *C. de fidei-
com.* & noviſſime *Johannes Heeſer. Conſ. Naſſovicus in*
5 *Loc. comm. de Ration. redd. L.* 9. *n.* 157. Inferunt etiam; ubi
*pretiū incertum* eſt, id explicandum eſſe arbitrio judicis.

*Tira-*

*Tiraqu. de Retr. Conſ. §. 2. gl. 1. num. 27. Afflict. dec.*
6 *83. num. 6.* Et colligunt, teneri pro reſiduo pretio
vendere, cum aliæ partes certum haberent pretium,
vel ſi certum pretium non expreſſi, tunc pars dicto
modo æſtimabitur. *Tiraq. de Retr. Conſang. §. 30. gl.
2. num. 1. conſ. Petr. Gerhardus de terra ſancta ſingul. 25.*

## ad L. Lucius. 38.

### *SUMMARIA.*

*Fidejuſſor quibus caſibus poſſit agere contra debitorem, antequam ſolvat? num. 1. & ſeq.*

*Quid ſi debitum non ſit exigibile an tum fidejuſſor ante ſolutionem agat? 5.*

1 FIdejuſſor non poteſt agere actione mandati contra
debitorem, pro quo fidejuſſit, niſi prius ſolve-
rit, & ſic mandatum impleverit, Autor *in C. h. t.*
2 *ad L. 10. numero 1.* niſi aut 1. diu in obligatio-
ne ſteterit, Autor *in C. h. t. ad L. 10. n. 2.* ſcilicet ſi de-
bitor ceſſavit diu ſolvere, vel creditor dio exigere
ceſſaverit, quod arbitrio judicis committunt, quan-
tum tempus per vocem DIU intelligendum. *Me-
noch. lib. 2. Arb. qu. caſu 41. per totum. Hering. de
fidejuſſ. cap. 25. numero 33.* aut 2. condemnatus, nun
habeat unde ſolvat. Autor *in C. h. t. ad L. 10. n. 2.* aut
3. Debitor bona ſua diſſipare incipiat, & fiat non ſol-
3 vendo; Autor *in C. h. t. ad L. 10. n.* in quibus caſibus
ad *liberandum* contra debitorem agere poteſt. hic & *L.
ſi pro ea. C. h. t. & l. 45. ff. de fidejuſſ. & ibi* Dn. Auto-
ris *ad L. 10. C. h. not. & cap. fin. X. de fidejuſſor. vid. Gail.
lib. 2. obſ. 29. Mant. lib. 16. de tac. & amb. convent tit.
22. Carpz. p. 2. Juriſpr. c. 19. def. 12. Hering. de fidejuſſ. c.
25. n. 15. & ſeq. Menoch. l. 2. A. Q. caſu 41. Koppen dec.
40. Heig. l. 2. qu. 7. Dn. Manzius de Fidejuſſ. c. 7. n. 65.* a quo
etiam aliæ exceptiones adduntur, ut ſi fidejuſſor ex pro-
4 babili cauſa eſſet peregrinaturus. *Dn. Manzius d. l. n. 77.
& ſeq.* aut inimicitiæ capitales ortæ. *arg. l. 10. C. h. t. Man-*
5 *zius n. 79.* & niſi aliud conventum. *Manzius n. 82.* Si
autem debitum non ſit exigibile, ut ſi conditionatum,
vel in diem, vel ipſa obligatio tractum temporis habeat,
ut ſi quis pro evictione, vel Curatore, vel judicato ſol-
vendo fidejuſſerit non poteſt fidejuſſor his caſibus
etiam poſt longum temporis ſpatium agere, niſi in di-
ctis caſibus actioni præſcriptum, aut curatela ſit fini-
ta, aut judicatum ſit. *Afflict. dec. 241. n. 4. Caballinus de
Evict. §. 2. n. 19. Gail. 2. obſ. 49. n. 7. Manzius d. l. n.
76. & ſeq.* & ſic pronunciatum refert *Sande l. 3. tit. 10.
def. ult.*

## ad L. Si pro te præſente. 40.

### *SUMMARIA.*

*An qui fidejuſſit pro abſente aut invito, mandati actionem habeat? n. 1. & 2.*

*Quid ſi pro abſente mandatu tuo fidejubeam? 3.*

1 SI fidejuſſerim pro volente tacite aut expreſſe, man-
dati actionem habeo contra Debitorem; ſi pro
abſente, negotiorum geſtorum actionem non habeo;
Verum pro *invito & reluctante* fidejuſſerim, neque ne-
2 gotiorum geſtorum actionem habeo *l. 18. h. & l. fin. C.
de Neg. geſt.* licet creditori tenear, ſed idem eſt, ac ſi
donandi animo interceſſiſſem *l. 6. §. 2. h. t. Molina tr. 2.
diſp. 554. Garcias de Expenſ. c. 6. n. 9. Menoch. lib. 1. A.
Q. qu. 69. numero 27. Gomez. lib. 2. reſol. cap. 13.
numero 11.* Dn. Autor. *in C. tit. de Negot. geſtis ad
L. ult. numero 3. & 8.* Sed ſi pro abſente Titio, tuo
3 mandatu, fidejuſſerim, mihi contra te mandantem da-
bitur actio. *lib. 21. ff. h. t. Dn. Manzius d. l. nu-
mero 43.*

## ad L. Dolus. 44.

### *SUMMARIUM.*

*Quatenus in dolo ſit, qui non vult facere, ad quod ſe obligavit?*

SIquis non vult facere id, ad quod ſe obligatum no-
vit, præſumitur eſſe in Dolo. *Maſc. Concl. 532. n.
119.* ſcil. non ſufficit, ut quis diligentiam promiſſam
non præſtiterit, ſed ut requiſitus promiſſa implere no-
luerit, tunc enim dolus præſumitur, alias tantum *ne-
gligentia*, ut recte explicat *Barboſ. in l. Si mora. 10. in
præludiis n. 30. ff. ſol. matr.* Menoch *l. 2. A. Q. caſ. 208.
n. 35. Et idem l. 5. præſ. 3.* Autor *in C. h. t. ad L. 21. n. 1.*
Et *dolus* arguitur in eo, qui non facit, quod ex *officio*
ſuo facere debet. *Idem* Menoch. *conſ. 175. n. 10. & conſ.
214. n. 8.* Autor *in C. t. de dolo Malo ad L. 6. n. 6.*

## ad L. Si mandatu. 45.

### *SUMMARIA.*

*Mandatarius meus, qui fundum emit, poteſt agere, ut ipſi ſolvam pretium. n. 1.*

*Idem, ſi mandatarius Mandantis creditoribus promiſit. 2.*

*Fidejuſſor. agit h. caſu ad liberandum ſe, non ad ſolvendum. 3.*

1 COntinuat *h. l.* materiam *L. Lucius.* Nam ſi man-
datum dedero, ut fundum emeres, priuſquam
ſolvas pretium, agere potes ut ſolvam, & ego agere
poſſum contra te, ut mihi actionem præſtes contra ven-
ditorem, idem ſi dum negotia mea gereres, meis Cre-
2 ditoribus promitteres. §. 2. Item ſi me judicio ſiſti pro-
miſeris §. 3. Nam *commiſſa* jam *ſtipulatione*, cum ipſa
*executio* immineat contra reum ſtatim agere poteſt
*Hippol. in Rubr. de fidejuſſ. n. 216 & Francus de fidej. c. 15.*
3 *n. 598.* In §. 5. notetur modus concludendi, quia debe-
mus agere non *ad ſolvendum*; ſed ad *liberandum.* vid.
Dd. *ſupr. cit. ad L. Lucius.*
4 *In §. penult.* obſervetur clauſula, quæ opponi poteſt
delegationi, ſi eam delegem meo periculo; nam ſic qua-
tenus is, cui delegatus eſt creditor, non conſequitur to-
tum, eatenus contra delegantem habet actionem man-
dati. *Petr. Barb. ad l. ſi cum dotem. 23. in pr. n. 9. ff. ſol. matr.*

## ad L. Si quis pro eo 46.

### *SUMMARIA.*

*Mandatum indefinitum & determinatum quid ſit? numero 1. & 2.*

*An & quando in mandato determinato liceat adhibere alia media? 3.*

*Omne id mandatum ſimul intelligitur, ſine quo mandatum commode expediri nequit. 4.*

1 DUplex eſt mandatum, aliud eſt indefinitum, ubi
nulla certa forma præſcripta, ubi quod bonæ fi-
dei congruit, agendum eſt. *hic & l. 35. & ſ. h. t.* Aliud
2 determinatum, cui certi fines præſcripti, & hi cuſto-
diendi. *hic & l. 5. ſ. h. t. vid. Franzk. h. t. n. 66. & ſeq. &*
3 *Dn. Struv. th. 9.* Nonnonquam tamen & hic alia me-
dia pro uſu negotii adhibere licebit, per *l. ult. §. ult. h. t.
Bachov. ad Weſenb. n. 6. Dn. Struv. d. th. 9. Franzk. n. 80.
& ſeq.* Et videndum omnino an mandator certam for-
mam adſcribens adſtringere alterum, an vero judicium
ſuum tantum de expediendo negotio communicare
voluerit, quod in privatis facilius admittitur,
quam in publicis, ubi periculoſiſſimum a forma
præſcripta recedere, licet etiam periculoſum, verbis
mordicus inhærere. A DEo igitur conſilium Lega-
4 tis petendum optimum. Notandum tamen, ut ad pri-
vata redeam, omnia id mandatum intelligi; ſine

quo mandatum commode expediri nequit. *arg. l.2. ff. de Jurid.* ſic habens mandatum ad vendendum, habere videtur etiam mandatum ad recipiendum, pretium. *Stracha de Mercatura.tit. de Mandato. Fachia. l.2.c.93. Molina d.552. Taſch.concl.39.lit. M. Borell. tom.1. dec.tit. 66. n. 437. Tiraq. in l. ſi unquam verbo, libertis. nu. 59. Mantica lib.7.tit.14.& 15. Scacc. de Commerc. §.2.gl.5.n. 370.* & mandator, ſi vellet ob tranſgreſſionem terminorum præſcriptorum agere, cogeretur intereſſe ſuum probare. *l. 8. §. 6. & l. 26. §. 7. h. t.*

### ad L. Quintus Mutius. 48.

*SUMMARIA.*

*An fidejuſſor, qui uſuras nudo pacto promiſit, & ſolvit invito debitore, actionem habeat ad repetendum? numero 1.*

*An fidejuſſor actionem habeat, ſi debitor prohibuit, ne ſolveret? 2. 3. & 6.*

1 Fidejuſſor, qui uſuras nudo pacto promiſſas ſolvit
invito debitore, ſuæ aut Debitoris verecundiæ
conſulens, non repetit, ſecus putatem, ſi conſcientiæ
ratione habita, ſolutionem denegare non poſſit; Nam
*conſcientiæ* major, quam *pudoris* habenda eſt ratio.
Alias vero ſolvens, ſcilicet non vetante debitore, ipſius tamen exiſtimationi & ſuæ conſulens, omnino re-
2 petit. Colligunt ex *h. l.* fidejuſſorem non teneri allegare exceptionem cum honoris ſui periculo, *Panorm. vol.1. conſ.60. num. 2.* Et ſic ſi principalis
3 debitor prohibeat fidejuſſorem ne ſolvat, & exceptionem fruſtratoriam opponat, fidejuſſor poterit ſolvere, & habet actionem mandati. *Dn. Mev. p.2. dec.*
4 *288.* Secus ſi debitor ſe offerat ad ſolutionem, nonnulla vero deſideret prius præſtari, vel decidi, non fru-
5 ſtratione. *Dn. Mev. d. l.* Notetur etiam *verecundiam* lædi, ſi quis non præſtat id, ad quod naturali Jure tenetur. *Bart. in L. pecunia ff. de aliment. Legat.*
6 *& Zaſ. lib. 1. conſ. 9. num. 28.* Et fidejuſſor, ſi ſalva conſcientia uti exceptione non potuit, omnino habet actionem, *Dn. Manzius d.l. 7. n. 57.*

### ad L. Servum Titii. 49.

*SUMMARIA.*

*An qui ignorans mandatu tertii mihi rem propriam vendit, eam a me comperto errore vindicare poſſit? num. 1. & 3.*

*An procurator rei alienæ poſt finitum officium teneatur de evictione? 2.*

*An rem meam (quam quis ab alio b. f. emit, cui ego factus ſum heres, quamque ego tanquam hæreditariam vendendam mandavi) a novo emtore, comperto errore, vindicare valeam? 4.*

1 Titius rem ſuam, hoc tamen ignorans, mihi mandatu non vendidit & tradidit, quærebatur, an
comperto errore contra me agere & vindicare poſſit?
Videtur quod ſic; quia *errans* dominium non tranſfert; ſed negatur, quia impugnaret proprium factum,
2 cum ipſe tradiderit, ergo actio ipſi non datur. Et
hæc vera ratio decidendi, & ideo ex hac L. non probatur, *procuratorem rei alienæ* poſt finitum officium
teneri de evictione, ut videtur velle *Gloſſa hic.* Sed
verius eſt, non teneri ad evictionem præſtandam, niſi proprio nomine ſe obligaverit. *l. 67. de procur. Leoninus lib. 3. Emend. c. 2.* quem refert & ſequitur
*Sande l. 3. tit.7. def. 1.* Et ita non admittendum, quod
3 habet *Donell. & Hill. l. 4. c. 16. lit. B.* quaſi ratio decidendi eſſet *in l. 17. de Evict.* Ergo Titius non poteſt
vindicare contra proprium factum, non vero tenetur
etiam Evictione. *Sande d. l.* Sed ſuperiori ſpecie Titius contra mandantem agit contraria mandati actione, ſi interfuiſſet rem non vendi. Poſtea aliqua
4 quæſtio ſubjicitur: Titius me inſtituit hæredem, Ego
mando Sempronio, ut vendat illam rem, quaſi ex hæreditate Titii mihi adquiſitam, comperto errore ago
contra novum emtorem. *Reſp.* quod non poſſim proprium factum impugnare, ſed agere poſſim contra
Cajum, qui Titio vendidit, ad evictionem præſtandam.

### ad L. Fidejuſſorem. 52.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor ex obligatione generis ſi ſolvat optimum triticum, repetere tantum viliſſimum poteſt. numero 1. & 2.*

*An h. L. abolita? 3.*

1 In obligatione generis liberatur quis, præſtando *viliſſimum*; & ideo fidejuſſor, ſi *melius* Triticum, v.
gr. ſolverit, viliſſimum tamen tantum repetit. Cui
videtur obſtare *L. Legato generaliter. 37. ff. de Legat.*
2 *1.* Sed illa Lex de Legato loquitur, hæc de obligatione ex contractu. vid. *Zaſ. ad d. L.37.tom. 2. p.180. Don. Lib. 18. c. 19. Lit. G. & M.* Grœnvvegen hanc
3 Legem putat abolitam, ſed nullo fundamento.

### ad L. Qui mutuam. 56. §. 4.

*SUMMARIA.*

*Mandatarius repetit fructus, licet negotium optatum eventum non habuerit. 1.*

*An idem in Neg. geſtore? 2.*

1 Sumtus bona fide factos Mandatarius repetit, licet
negotium optatum *eventum* non habuerit, cum
*eventus* Mandatario extra culpam exiſtenti imputari
non debeat. *Surd. in tr. de alim. tit. 1. qu. 121. in fin. Auguſt. Barboſ. in Coll. ad L. 4. C. h. t.* Autor *in C. h.*
2 *t. ad L. 4. n. 2. & 3.* Secus in negotiorum geſtore.
*L. 10. §. 1. ff. d. N. G.* quia ibi nulla gerendi cauſa, niſi utilitas negotii; unde conſilium gerentis, licet bona fide acceſſerit, non tamen debet Domino damnoſum eſſe. *Franzk. h. t. num. 86.*

### ad L. Mandatum. 57.

*SUMMARIUM.*

*An, (quando heredes mandatarii b. f. negotium expedierant, ſervum vendentes,) emtores; qui forte poſſeſſionem amiſerunt, contra Dominum ſecuri ſint?*

Hæredes Mandatarii bona fide expedirunt negotia defuncto commiſſa, & ſervos vendiderant,
Emtores hoc caſu ſunt ſecuti, ſi uſucceperint. Sed ſi
nondum impleta uſucapio, & amiſerint poſſeſſionem,
iis tamen contra dominum non datur actio Publiciana, ob exceptionem dominii vid. *Don. l. 16. c. 23 & ibi Hill. lit. K. conf. Struv.* hunc textum emendans *Exerc. 22. th. 15. Cujac. lib. 10. obſ. 6.*

### Ad L. Si præcedente. 58. pr.

*SUMMARIA.*

*Mandati actio morte mandatarii non exſpirat. n. 1.*

*Quibus caſibus heredes a rationum redditione liberentur? 2.*

*An, ſi nonnulli creditores debitoris heredi partem remiſerunt, alius creditor ſuperveniens de tota ſumma contra fidejuſſorem agens, exceptione pacti ab aliquibus creditoribus initi, excludatur? 3. & 4.*

1 Morte quidem interit mandatum, ſed non mandati actio, ſi defunctus ad quædam reſtituenda

da obligatus fuit, ſi rationem reddere debuit, vel ex Mandato aliquid ad eos pervenit, vel ſi cœptum a defuncto negotium executi ſint *l. 26. pr. h. t.* Sed de
2 rationibus teddendis notandum, hæredes ab onere iſto abſolvi poſſe, a ſcrupuloſa rationum redditione, ſi culpa penes mandantem ſit, aut ejus hæredem, ſi diu non convenit defunctum, ſi hæredes probabilem ignorantiam habeant, eamque juramento velint confirmare. *Menoch. lib. 2. præſ. 91. num. 7. Dn. Mevius. p. 4. deciſ.* 110. præſertim ſi *defunctus* ſe obtulerit ad rationes reddendas, nec obtinuerit hoc. *Maſc. concluſ.* 1263. *num.* 13. *Eſcobar. de Ratiocin. c. 6. in fine. Martinus Naurat. in diſ. de Ration. p. 11. §. præterea.*
3 *Ad* §. 1. Creditores Lucii convenerant inter ſe de dimidia creditarum pecuniarum Lucii hæredi remittenda, ego, cum etiam eſſem creditor, non fui præſens, quæritur ſi te fidejuſſorem velior actione mandati convenire, annon mihi opponi poteſt exceptio pacti? Reſp. quod non, quia contradicendo, ſi præſens fuiſſem, potuiſſem impedire conventionem, aut ſi habui hypothecam, aut privilegium reale, potui meum Jus reſervare. Sed cum fuerim abſens, tu mi-
4 hi iſtam conventionem opponere nequis; unde apparet exceptionem conventionis majoris partis creditorum etiam fidejuſſoribus prodeſſe. *Stracha de Decoct. p. 6. num. 15. Scaccia de judic. L. 2. c. 7. num. 40. & Hering. de fidejuſſ. c. 22. num.* 81. & quos refert *Berlich. p. 2. dec.* 235. *num.* 15. licet in moratorio a Principe lato ſecus. *Berlich d. l. num.* 14.

## ad L. Si Mandatu. 59. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Quare fidejuſſor rem creditori obligatam non recte emat? numero* 1.
*Quando dies adjectus obligationem non perimat?* 2.
*Mandatores plures tenentur in ſolidum.* 3.
*An, qui fidejuſſit pro debitore, quamdiu vixerit, & conventus eſt, inter moras mortuo debitore, conveniri valeat?* 4.

1 Fidejuſſor rem creditori obligatam non recte emit, liberare enim debet pignus, ut reddat Debitori, non emere, idque in omni adminiſtratore rei alienæ locum habet, ut non poſſit rem a Creditore emere, ſed liberare, & Domino reſtituto pretio reſtituere. vid. *Fr. Bald. in tr. d. pign. c. 18. pag. mihi.* 144. *Bach. de*
2 *pign. Lib. 3. cap. 26. num.* 3. Dies adjecta differendæ ſolutionis cauſa obligationem non perimit. v. gr. ſi promiſerim, me intra menſem præſtiturum negotium. §. 2. *h. l. Hering. de fidejuſ. c.* 20. §. 20. §. 21. *n.* 10.
*Ad* §. 3. *Mandatores plures, ſinguli* tenentur in ſo-
3 lidum exemplo fidejuſſorum. vid. *Ronchegallus in L. eandem 9. pr. ff. de duobus reis. num.* 39. *& ſeq. & nu.* 246. *Capyc. dec.* 180. Autor *ad L. 1. num. 1. C. Si plures una ſint.* ubi pluribus hac de re agit, & tribuit *n. 1. beneficium diviſionis.* Gloſſ. ad *L. ult. quod Juſſu. in verbo: mandantibus* recte reprobatur.
*Ad* §. 5. Promitto indemnitatem ad tempus, quam-
4 diu Debitor vixerit, hoc vivente convenior, ſed moram necto, quær. An mortuo Debitore poſſim conveniri, non obſtante Exceptione doli? Reſp. quod ſic, quia *mora* perpetuat obligationem. *Vid. Cujac. tom. 1. pag. 1587. ſeq.*

## ad L. Creditor. 60. pr.

### *SUMMARIA.*

*An, ſi fidejuſſor conventus appellet, interea principalem convenire valeam? n.* 1.
*An idem in duobus correis?* 2.
*An contra duos mandatarios in ſolidum agere poſſim* 3.
*Duo mandatarii ſunt quaſi correi, & habent benef. diviſionis.* 4. 5.

*In mandato cum libera excluditur dolus.* 6.
*Habet ſuos gradus.* 7.
*Requiritur ad poteſtatem vendendi.* 8.
*An habens poteſtatem vendendi fidem de pretio habere poſſit?* 9.
*Facies quicquid vis, & quod ego poſſum facere, eſt mandatum liberrimum,* 10.

1 Mandantem vel fidejuſſorem conveni, qui condemnatur, ſed appellavit, quæritur, an appellatione pendente poſſim convenire debitorem principalem? Quod affirmatur, quia una cauſa alteram attingere non videtur. *Menoch. conſ.* 595 *num.* 13.
2 Hinc inferunt, pendente lite coram uno ex correis debendi, id non impedit, quo minus contra alium agi poſſit, *Angel. Aret. conſ. 29. num. 22. Hipp. de Marſil. de fidejuſſ. in Rubr. num.* 320. *quos refert* Menoch. *d. l.*
3 *Ad* §. 2. Duobus quid mandavi, quæritur, an poſſim quemlibet in ſolidum convenire? Quod affirm. quod *Bart.* intelligit, ſi hoc actum expreſſe vel tacite. Atqui ſic deeſſet ratio dubitandi. Ideo generaliter hunc textum intelligo, quod ſemper hoc actum videatur, præſertim ſi *ſecundaria obligatione* actum, ut ſu-
4 pra dictum, de Commodatario & depoſitario. Ex eo autem non inferri, duos mandatarios eſſe debendi correos. *vid. Cujac. ad h. l. tom. 1. & Ronchegallus ad l. 9. pr. de duobus reis d.* 237. *& multis ſequentibus.* Pro quaſi correis tamen habendos eſſe puto, & ſic ſingulis *beneficium Diviſionis* competere, iniquum non eſt, per tradita, *Carpz. p. 2. conſt. 17. def* 13.
5 *Grœnwegen hic.* quin & ſi unus tantum geſſerit, reliquis beneficium Ordinis competere volunt. *arg. l. ult. C. de Div. tut. Bach. ad Tr. v. 1. diſp. 27. th. 2. lit. D. Dn. Lauterb. h. t. §. 2. th.* 2.
6 *Ad* §. 4. In omni *mandato generali* & cum libere hoc agi intelligitur, ut bona fides præſtetur, & *dolus* malus abſit. *Mant. de tac. & amb. Convent. lib. 7. tit. 16. num.* 37. *Menoch l. 3 præſ.* 140. *num.* 145. *Moz. de diviſ.* Mand. *num.* 60 *Manzius in cent. deciſ. qu.* 41. *num.* 23. *& num.* 34. Nam *dolus* nunquam videtur conceſſus, *Ruinus vol. 1. conſ. 70. num. 29. Cephalus vol. 1. conſ. 51. num.* 36. Autor *in C. t. de Tranſact. ad*
7 *L. 4. num.* 3. Collige *mandatum cum libera* habere ſuos gradus, & aliud alio plenius eſſe *conf. Bach. in Tr. d. 27. th. 5. lit. B. & C. Franzk. h. t. num.* 65. Colli-
8 ge etiam, poteſtatem vendendi requirere mandatum cum libera. *hic & l. 58. de proc. Fabianus de Monte de Emt. q. 3. pr. num. 22. Caldas de Emt. c. 15. Moz. tit. de perſon. qua emere. nu.* 28. Sed mandatum habens
9 vendendi, non poteſt fidem habere de pretio, niſi concurrentibus circumſtantiis & quando Dominus ipſe ſolitus eſt fidem habere. *Molina de juſt. & jure tract. 2. d. 552. num. 4. Guttierez de conf. juram. p. 1. c. 50. n. 20. Valaſ. conſult. 21. Stracha tit. de mand num.* 26.
10 Colligitur etiam ex mandato hoc: facies quicquid vis, & quod ego poſſum facere: inferri abſolutam poteſtatem & liberrimum mandatum. *Afflict. dec.* 305. *num. 4. Menoch. l. 1. A. Q. qu. 7. num. 62. & ſeq.* non tamen ſic conſtitui procuratorem in rem ſuam *Pariſ. v. 3. conſ. 107. num.* 36. Aliud eſſe ſi dicatur, ut placuerit, notat ex Bart. *Hippol. Riminald. conſ. 204. nu. 95. lib.* 2.

## ad L. Ult. §. fin.

### *SUMMARIA.*

*An is, qui rogatus fidejubere pro aliquo, non fidejuſſit, ſed mandavit ſolvere, habeat actionem contra mandantem fidejubere? num.* 1.
*An mandatum per æquipollens impleri poſſit?* 3.

1 Mandavi tibi, ut pro Titio fidejuberes, tu vero mandaſti Creditori, ut ſolveret Titio, an tibi

contra me actio? Vid. quod non, quia non impleviſ-
2 ſti mandatum meum formaliter. Sed reſp. fidejuſ-
ſionis & mandati Jura eadem. *Dn. Mev. pag.*
*4. dec. 187. num. 3.* Et ſicut *fidejuſſor*, ita & *man-*
*dator* habet *beneficium excuſſionis. Dn. Mev. d. l.*
*Hering. de fidejuſ. c. 18. num. 2.* Autor *in C. h. t. ad*
*L. 7. num. fin.* Mandatum etiam per *æquipollens* im-
3 pleri poteſt. *Alex. vol. 1. conſ. 40. num. 10.* Præſertim
ubi non eſt præſcripta certa ſpecialis forma *Dn. Zi-*
*glerus ad Lancell. l. 3. t. 1. §. 18.* Si Domini nihil in-
terſit, in finibus mandati ſubſtitiſſe, quia non corti-
cem verborum, ſed mandantis intentionem ſectari
oportet *Bach. d. d. 27. th. 6. lit. F. & Mantica d. t. 15. n.*
*25. Lauterb. h. t. §. 2. th. 3.* ubi deficit etiam Actio, per
notata Dni. Autoris *ad l. 2. ſupra, ſi quis in Jus voca-*
*tus non ierit.* Et ubi non deterior, ſed potius melior
ſit conditio mandantis, fruſtra hic mandati aget. &
merito ridendus. Quod exemplis multis declarat
*Mantica. d. t. 15. num. 24. & ſeq.*

---

## TITULUS II.

### *Pro Socio.*

### ad L. 1. & 2. ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Societas, quæ in ſorte vel interuſurie eſt, quid utrumque ſit? num. 1. 14. & 15.*
*Quid in ſocietatem ſpecialiter omnium bon. veniat? n. 2.*
*Quæ veniant in ſoc. indefinite omnium bon. 3.*
*Quæ veniant in ſoc. certæ univerſitatis? 4.*
*Conciliatio cum* L. 120. de V. S. 5. & 6.
*Societas certæ negotiationis eſt rei particularis. 8.*
*An ſicut in Societate omn. Bon. ita etiam non omn. bon. continuo dominium communicetur? 9. 10.*
*An in ſocietate bonorum bona futura communicentur? 11. & 12.*
*Societas dolo inita eſt ipſo jure nulla. 13.*
*Societas eſt vel menſæ vel bonorum. 16.*

1 SOcietas eſt vel communio in ſorte vel interuſurio.
*Molina de juſt. & Jure diſp. 411. num. 4. Mantica*
*de tac. & amb. convent. Lib. 6. tit 3. num 8.* Autor
*ad L. 1. num. 2. C. h. t.* Illa quæ in ſorte eſt,
2 vel omnium bonorum, eſt vel non omnium. Om-
nium bonorum, vel ſpecialiter omnium bonorum
& in hac nihil excipitur *L. 3. §. 1. h. t.* ne quidem
feuda aut bona fideicommiſſi vinculo nexa, verum
tantum quoad fructus. *Dn. Struv. h. t. theſ. 26. Wiſſ.*
*d. 31. theſ. 23.* Vel eſt indefinite omnium bonorum,
3 & in eam tantum veniunt ea, quæ quæſtu, id eſt opera
& labore, ſeu titulo oneroſo ſunt acquiſita per *L.*
*Coire. 7. & ſeq. h. t.* non vero quæ titulo donationis
aut legati uni ſociorum obveniunt. *L. 7. & ſeq.* & ſi
donationis occaſio, ut ſi quis ex cauſa ſocietatis Prin-
cipem acceſſit, & ab illo muneratus eſt. *Gomez. t. 2.*
*reſol. cap. 4. num. 5. Molina tr. 2. d. 412. n. 2. Franzk.*
4 *h. t. nu. 23. Chriſtin. vol. 3. dec. 51. num. 7.* Non om-
nium bonorum, eſt vel certæ univerſitatis, qualis eſt
inter fratres in communione manentes, ſi aliunde
5 quid acquirant, ſibi acquirunt. *L. ſi duobus 52. §. Pa-*
*pinian. h. t.* vel ſi de obventura hæreditate ſocietas
ineatur, ubi tantum de legitima hæreditate actum
6 videtur. *L. 31. §. 2. h. t.* Conf. *Chriſtinæus d. dec. 51.*
*num. 2. vol. 3. Buſius ad L. 3. §. 2. h. t.* Quod quomo-
do cum L. *Lege obvenire. 120. de Verb. ſign.* conveniat,
varie diſputant Doctores. *vid. Cagnolus ad L. fin. de*
*pactis num. 36. Decius ad L. un. C. quando non peten-*
*tium partes. num. 3.* & ibi *Jaſon. Zuchardus ad L. fin.*
*C. de D. Adr. Edict. coll. num. 151. vol. 8. rep. Juris. Vaſ-*
*quius de Succeſſ. creat. in præfat. num. 17. & §. 10. nu.*
*4. Pinell. de Bon. mater. ad l. 2. fere per totam.* Com-
modius diſtinguitur inter diſpoſitionem Legis & ho-
minis, ut de hac *d. §. 2.* de illa *d. L. 120.* intelligen-
7 da ſit. Obiter notandum diſcrimen in Emphyteuſi
accepta pro ſe, & ſuis hæredibus, vel pro ſe & legiti-
8 mis, de quo *Pinell. d. l. num. 9. & ſeq.* Vel eſt rei
particularis ſeu certæ negotiationis, de qua *Molina*
*diſp. 412. Mant. d. l. 6. tit. 2. & 15. & ſeq. Bach. ad*
9 *Trentl. diſp. 27. th. 8. lit. F. & G.* Collige, quod in *ſo-*
*cietate omnium bonorum* continuo *dominium* commu-
nicetur, & transferatur per quaſi traditionem *l. 1. in*
*fin. & l. 2. h. t. Zœſ. num. 6.* quod quidem *Franzk. h.*
10 *t. num. 4*. etiam in ſocietate non omnium bonorum
fieri tradit, ſed non evidenti argumento id demon-
ſtrat. Ideoque verius in ſocietate indefinite omnium
bonorum vel particulari, actuali *communicatione* opus
eſſe, per *l. 1. §. 1. & l. 58. §. 1. ff. h. t. Lauterbach. ad*
11 *h. t. §. 1. th. 7.* Sed ſi poſtea ſibi aliquid acquirat ſo-
cius, ſocietatis judicio communicare tenetur, per *l.*
*74. h. t. Covarr. lib. 3. reſol. c. 19. num. 1. Molina diſpu-*
*tatione 411. num. 7. Gomez. t. 2. reſol. c. 5. num. 3.* Et
ſic ſocietas bonorum etiam *bona futura* continet. *l. 3.*
*§. 1. & l. 7. pr. h. t. Qua de re Tiraq. de Conſt. poſſ.*
12 *pag. 2. ampliat. 32. num. 7. & ſeq.* Sed *bona futura* non
fiunt communia ipſo jure, ut præſentia, ſed debent
communicari, per deducta late a *Covarr. l. 3. Reſol.*
13 *c. 19. num. 1.* Notetur etiam ex *l. 3. §. fin.* ſocietatem
dolo vel fraudis cauſa initam ipſo Jure eſſe nullam, ad
quem §. fruſtra reſpondere nititur *Gomez. in §. actio-*
*num. num. 14. Inſtit. de Act.* Aliter *ſocietas* dividitur,
14 quod ſit *in ſorte* vel *interuſurie. Illa* eſt, quando
quoad ipſam proprietatem bonorum contrahitur ſo-
cietas, ita ut dominium eorum pro partibus indiviſis fiat
commune. Hæc, quando proprietas manet unius,
ſed fructus, uſus & lucra communicantur. *Hector*
*Felicius de ſociet. c. 9. num. 51. Franzkius h. t. num. 45.*
*Lauterbach. d. th. 7.* Autor *in C. h. t. ad L. 1. num. 3.*
15 Et hæc fit in ſpecie *Legis 52. §. 2. h. t.* & in matrimo-
nio, & in ſocietate, ubi unus pecuniam tantum, alter
ſolam operam confert, nam ibi regulariter ſors manet
conferentis. *Gail. lib. 2. obſ. 24. num. 6. D. Mevius ad*
*Jus Lubec. 3. tit. 9. art. 2. Lauterb. d. l.* Et eo caſu
non fit communicatio proprietatis bonorum, ſed lu-
cra tantum communicantur *l. 13. de præſcr. verbis. Man-*
*tica de tac. & amb. convent. l. 6. tit. 3. num. 8. Moli-*
16 *na d. 411. num. 4. Franzk. h. t. num. 45.* Porro alia
eſt *ſocietas menſæ*, qua plures de una menſa commu-
niter vivunt, alia autem bona quilibet ſibi retinent;
alia vero ſocietas bonorum. *Mantica d. tr. lib. tit. 2.*
*num. 5. & 6. Klock. vol. 2. conſ. 70. num. 88.*

### ad L. Societatem. 6.

### *SUMMARIA.*

*Societas quomodo tacite contrahi poſſit? num. 1.*
*An omnium abſolute bonorum ſoc. tacite contrahi poſſit? 3. & 4.*
*Si duo creditores conveniant de urgendo proceſſu liquidationis contra debitorem, qualis ſit ſocietas? 5.*
*Societas egeſtate ſocii tollitur. 6.*

1 EX hac Lege colligitur, quod re ipſa i. e. *tacite*
poſſit fieri ſocietas, Autor *in C. hit. ad L. 2. nu.*
*7.* non quidem per ſolam poſſeſſionem in communi;
nam poſſunt cohabitare fratres in communi hæredita-
te citra animum contrahendæ ſocietatis. *Menoch. L.*
*3. præſ. 56. num. 20.* Sed ſi hæredes majorennes hæ-
reditatem paternam vel aliam diu poſſideant, & in-
diſtincte omnes reditus communicent, non reddentes
de actis rationem, tunc videantur ſocietatem contra-
xiſſe. *Menoch. plures allegans dicta præſumt. num. 27.*
*He-*

*Hector Felicius de Societ. c.* 10 *n.* 17. *& ſeq. quos refert*
*& ſequitur Franzk. h. t. n.* 31. *conſ. Zoeſ. n.*3. Deinde
2 etiam id minus dubii habet in ſocietate particulari.
*Mantica L.* 6. *de Convent. tit.* 11. *Molina d.* 421. *n.* 2.
Sed de ea, quæ abſolute & ſpecialiter omnium hono-
3 rum eſt, dubitat *Bach. h. t. in Tr. th.* 8. *Lit. F. & G.* &
negat *Carpz. p.* 3. *Juris pr. c.* 15. *def.* 45. quod collatio re-
rum vix in univerſum fieri poſſit. Sed contrarium af-
firmat *Mantica d. l. per d. l.* 4. collatam cum *L. ſeq.* nam
conſenſus colligi poteſt ex multis actibus, quibus non
ſolum quæſita ex oneroſo titulo, ſed etiam lucrativo
communicantur. *conſ. Molina d. l. n.* 2. *Mantica lib.* 6.
*tit.* 9. *&* 10. *n.* 2. *Carpz. lib.* 5. *Reſp.* 20 *n.* 15. *Rol. a Valle lib.*
4 1. *conſ.* 91. *n.* 30. ubi dicit, quamvis Gloſa & Doctores
tradant, quod ad hoc, ut omnia ſimpliciter veniant in
ſocietatem, neceſſe ſit, ut expreſſe in contracta ſocie-
tas omnium bonorum, hoc tamen dici ad differen-
tiam ſimplicis ſocietatis, & non ad differentiam ta-
citæ omnium bonorum, & in hanc ſententiam
plures citat *confer. Hippol. Riminald. conſ.* 466. *in fin.*
*Buſius ad l.* 7. *h. t. n.* 4. Et hanc ſententiam commu-
niter receptam eſſe teſtatur *Lauterbach. h. t.* §. 1. *th.* 3.
5 Sed quæritur de eo contractu, ſi alicujus obærati de-
bitoris Creditores tres vel quatuor conveniunt de
urgendo proceſſu liquidationis, & ſuppeditandis ex-
penſis & de eo, quicquid adjudicatum fuerit uni vel
alteri, in omnibus commune fore, Societatem hanc
eſſe, reſpondet *Da. M. p.* 2. *dec.* 191. quæ omninò eſt
expreſſa ſocietas. Demum notandum ex *l.* 4. §. 1. *ege-*
6 *ſtate* etiam ſocietatem tolli, v. gr. quando onius bona
publicata vel creditoribus ceſſa, aut a creditoribus
vendita. *Stracha de Decoll. p.* 3. *n.* 48.

## ad L. Coiri. 7. cum. ſeqq.

### *SUMMARIA.*

*Societas omnium bon. eſt eorum, quæ ex quæſtu veniunt numero* 1.

*In contractu ſocietatis intelligitur lucrum quæſtuarium.* 2.

*Cur in legatis ſpecies addita generi hoc non reſtringat in contractibus ſecus?* 3.

1 SOcietas omnium bonorum præſumitur eſſe eorum,
quæ ex quæſtu veniunt, i. e. ſi quod lucrum ex
emtione, venditione, locatione, conductione provenit,
quæſtus enim intelligitur, qui ex opera cujuſcunque
deſcendit: unde legata non veniunt, quia non veniunt
ex quæſtu, ſed ob merita; nam ſi omne lucrum intel-
ligeretur, eſſet contra naturam ſocietatis. *Hipp. Ri-*
2 *min. p.* 2. *conſ.* 216. *n.* 36. *& ſ.* Ideoque in contractu ſo-
cietatis placuerit, ut lucri & quæſtus ſocii ſint, id ta-
men de lucro quæſtuario intelligendum eſſe tradunt
*Rimin. d. conſ.* 216. *numero* 17. *Ceph. conſ.* 327. *nume-*
*ro* 4. *vol.* 2. Nam licet ſpecies addita generi hoc non
reſtringat in Legatis. *l.* 12. §. *pen. ff. de inſtrum. leg.*
3 ſecus tamen in ſocietate, ubi ſpecies addita generi
reſtringit; nam in contractibus, quod *minimum* eſt,
in *dubio* ſequimur. Et non præſumenda eſt ſocietas
omnium ſimpliciter bonorum. Ex hac *l.* 7. probatur
in dubio potius præſumi ſimplicem omnium bono-
rum, quam ſpecialem omnium bonorum ſocietatem.
*Lauterbach. h. t.* §. 1. *th.* 3.

## ad L. Si convenerit. 14.

### *SUMMARIA.*

*Duplicem ſenſum habet pactum, ne ſocietati renuncietur. numero* 2.

*Quibus caſibus ante tempus conventum poſſit ſocietati renunciari?* 2.

*Minor quando majorem ad diviſionem fundi communis compellere valeat?* 3.

1 PActum, ne intra certum tempus ſocietati renun-
cietur, duplicem habet ſenſum, (1.) Ut non re-
nuncietur *intempeſtive*, & ſic nihil operatur, quia hoc
eſt de natura Societatis. Autor *in C. h. t. ad L.* 5. *n.* 4.
(2.) Ut etiam *tempeſtive* non diſcedatur, etiam ſi juſta
cauſa renunciandi adſit, & ſic ita indiſcrete non poteſt
valere Pactum, quia Socius arripere poſſet occaſionem
vexandi alterum. *Petr. Barboſ. in L. Si Filiofam.* 26.
§. *fin. n.* 26. *ff. ſol. matr.* Autor *ad w. h. t. ad L.* 65. *n.* 11.
*&* 12. Deinde probatur ex hac lege, quod etiam ante
2 tempus conventum poſſit alter Sociorum renunciare
ſocietati, ut ſi Socius promiſſis non ſtet, vel quod ſo-
cius rixoſus, aut damnoſus, aut diu abfuturus, vel quod
ea re frui non liceat. *Petr. de Ubaldis d. tr. p.* 11. *n.* 1. *He-*
*ctor Felic. d. tr. c.* 35. *n.* 27. *& ſeq. Mantica l.* 6. *tit.* 23. *per*
*totum. Guttierez. de juram. confirm. p.* 1. *c.* 58. *n.* 8. *Petr.*
*Barb. in Rubr. ff. ſol. matr. p.* 2. *c.* 52. *Maſc. concl.* 1717. *n.*
7. *Molina d.* 414. *n.* 14. *& ſeq. Valaſcus conſult.* 185. *Bu-*
*ſius hic.* Autor *in C. h. t. ad L.* 5. *n.* 4. Et ex hoc textu
3 poteſt etiam probari, poſſe minorem compellere majo-
rem ad *diviſionem* fundi communis, quando commu-
nio minori noxia, *Menoch l.* 2. *Arb. qu. caſ.* 171. *n.* 34.
*Petr. Sanz. de div. ben. l.* 1. *c.* 2. *n.* 15 *Guttierez. de juram.*
*confirm. cap.* 55. *n.* 1. *p.* 1. & ſic judicatum refert *Sande. l.* 2.
*tit.* 9. *def.* 21. Unione Eccleſiarum facta, eas etiam diſ-
4 ſociari poſſe, reſponſum ex h. L. menſe Aug. an-
no. 1655.

## ad L. Sed & ſocius. 17. §. 1.

### *SUMMARIUM.*

*Renunciatio abſenti facta, quem effectum habeat?*

REnunciatio abſenti facta præjudicat renuncianti
ſtatim, ſed alteri non; niſi poſtquam venerit in
ejus notitiam. Exinde *renuntians* quicquid ex cauſa
ſocietatis adquiſiverit, in commune debet conferre, &
diſpendium ſolus fert, quod autem abſens adquirit, ad
ipſum ſolum pertinuit, & damnum commune eſt.
*Petr. de Ubald. de duobus fratr. p.* 1. *n.* 12. *& ſeq. & Card.*
*Mant. de tac. & amb. convent. l.* 6. *tit.* 23. *n.* 24. *Felic.*
*de ſoc. c.* 35. Et ſi facta abſenti renunciatione quis
rem quæſitam debet communicare, utique magis,
nulla facta renunciatione. *P. de Ubald. d. p.* 11.
*num.* 13. *& ſ.*

## ad L. Qui admittitur. 19. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*An Socius a ſocio meo, me ignorante admiſſus, habeatur pro meo ſocio? n.* 1.

*Annon in ſubſidium conveniri poſſit?* 2.

*Quid ſi admiſſio rata habita?* 3.

1 SI Socius meus admittit alium ſocium me ignoran-
te, admiſſus ille non eſt meus Socius, ideoque ſi
quid damni dederit, hoc reſtituendum eſt ab admit-
tente; qui præſtando actionem non ſe liberat, ſed in-
demnitatem præſtare debet. *L. de illo.* 23. *h. t.*
*vid. Petr. de Ubald. in tr. de duobus fratris. pag.*
10. *Moz. tit. de ſubſtant. ſociet. num.* 4. poſſe tamen
2 admiſſum ipſum in ſubſidium abſque ceſſione actio-
nis conveniri, tradit *P. de Ubald. d. l. num.* 2. Si
3 tamen admiſſio fuerit rata habita, ejus acta & ſocii
valent, argumento ducto a contrario ſenſu. *Paul.*
*Parienſ. lib.* 1. *conſ.* 82. *num.* 4.

## ad L. Non ob eam rem 25. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*An damnum, quod ſocius in una parte fecit, cum commodo ſit communicandum? num.* 1.

*Conciliatio cum* l. 11. ſ. de neg. geſt. 2.

Digitized by Google

1 SI unus Sociorum ex una parte damnum ſocietati
ſua culpa dedit, ex alia vero parte commodum attu-
lit, non eſt compenſandum unum cum alio: *commoda
omnia ex ipſo contractu communia ſociis ſunt*, & ad
diligentiam alias teneatur. *Mantica de tac. & amb.
conv. lib. 6. tit. 21. num. 5. Felic. de ſociet. c. 21. num. 29.
Lauterbach. ad hunc tit. §. 2. th. 3.* Damna vero culpa
unius ſocii contingentia, illius ſunt propria, & ab ipſo
ſolo ferenda. *Molin. diſp. 560. n. 20. Petr. Sanz. de di-
viſ. bon. l. 2. c. 5. n. 3. Struvius h. t. th. 24.* Sed vehemen-
2 ter obſtat *l. 11. in fin ff. de Neg. geſt.* ubi Negotiorum ge-
ſtor in nonnullis (non novis tamen) damnum dediſſe,
in aliis commodum præſtitiſſe legitur. Videtur di-
cendum, in negotiorum geſtore aliud eſſe, quam in
ſocio; quia ille ſponte acceſſit, & non tenebatur,
ſed ſocius ex debito. Et licet Negotiorum geſtor
etiam teneatur ad ſuſcepta negotia bene gerenda, non
niſi tamen ad illa, non ad omnia tenetur &c. *Bu-
ſius hic.*

## ad L. Omne æs. 27. cum L. ſeq.

*SUMMARIA.*

*Æs alienum in ſocietate contractum, ſolvendum eſt de communibus bonis. n. 1.*

*In debito conditionali præſtanda ſunt invicem cautiones. 2.*

*Ubi communio bonorum inter conjuges uſitata, filia ex bonis communibus dotari poteſt, etiam ſoluto matrimonio. 3.*

*Idem apud nos, ſi parentes ambo promiſerint dotem. numero 4.*

1 SUmma eſt plana: *Æs alienum* in ſocietate con-
tractum debet ſolvi de *communibus* ſocietatis bo-
nis; Si vero debitum eſt ſub conditione & ſoluta ſocie-
tate conditio exiſtat, omnino ex bonis communibus
2 ſolvendum æs alienum. Idem in debito in diem. Sed
in conditionali debito hoc ſpeciale, quod ſi tempo-
re ſolutæ ſocietatis conditio non exiſtat, præſtandæ
ſint invicem cautiones de ſolvendo ære alieno, poſt
conditionem impletam emerſuro, quod ultimum
maxime notandum puto in caſu, quo diſſolvitur ſo-
cietas, & unus ſociorum cum ſuis bonis in tranſ-
marinas terras ſe vult conferre. Deinde notandum,
3 licet *pater* in dubio præſumatur ex ſuis bonis dotare
*filiam, per L. fin. C. de dotis promiſſ. ibique.* Autor;
in quibus tamen provinciis Societas bonorum in
matrimonio adquiſitorum, ut in Caſtiliæ & Portugal-
liæ Regnis & in Provinciis quibuſdam Germaniæ, pro-
cul dubio ex communibus iſtis bonis poſſunt dotes
conſtitui filiabus, etiam ſoluto matrimonio, *Covarr. l. 3.
reſolut. c. 19. n. 3. Petr. Barb. ad l. 1. parte 4. n. 91. ff. ſol.
4 Matr.* Neque dubium apud nos etiam, ſi parentes am-
bo promiſerint dotem, eam ex communibus bonis ſol-
vendam eſſe, ſoluto matrimonio, quod argumento hu-
jus Legis maxime convenit.

## ad L. Si non fuerint. 29.

*SUMMARIA.*

*Partes non expreſſæ, ſecundum proportionem geometricam æqualiter definiuntur. n. 1.*

*Quomodo computentur capitalia, cum unus pecuniam, alter operam confert? 2. & 5.*

*Quomodo ſuſtineatur Soc. ut unus ſalva ſorte ſua tantum de lucro participet? 3. & 4.*

*Leonina ſocietas quænam? 6.*

*Quomodo mercator damnum ſolus in ſe recipere poſſit? 7.*

1 QUando non ſunt expreſſæ partes Societatis, de
æquis hoc intelligendum eſt, ſcil. quoad pro-
portionem non Arithmeticam ſed Geometricam, nam
pro quantitate cujuſque capitalis intelliguntur partes
Societatis. Autor *in C. h. t. ad L. n. 3.* Qualis enim pro-
portio capitalis ab uno illati ad aliud collati, talis
etiam proportio lucri. Et ſi capitalia paria, ſi tamen al-
terius opera major vel pretioſior, id omnino compu-
tandum. *Vid. Gomez. t. 2. reſ. cap. 5. n. 5. Dn. Mevius ad Jus
Lubec. lib. 3. tit. 9 art. 1. n. 7. Carpz. p. 2. conſt. 30. d. 38. Mo-
lin. diſp. 415. n. 3 Hartm. Piſt. part. 3. q. 3. Mantica lib. 6.
tit. 14 Franck. h. t. n. 5. Dn. Struvius theſ. 30.* Autor
2 *ad d. L. 4. n. 3.* Sed ſi unus tantum pecuniam, alter
operam tantum conferat, non poſſumus ita computare
capitalia, ſed niſi aliud conventum, videntur æquis
partibus concurrere ſocii, *Mantica d. tit 14. n. 35. A-
zor. lib. 9. c. 4. n. 1. Mevius p. 4. dec. 169.* Autor *in C. h. t.
ad L. 4 n. 3. inf.* Unde quod aliquis de ſuo erogavit,
3 pro parte dimidia repetet. *Mevius d. l.* Ex hac *l. 29.
pr & §. 2.* probant etiam, ſuſtineri ſocietatem, ut ſorte
ſibi ſalva reſervata, ſocius de lucro participet, ſi ſcili-
cet unus Sociorum majorem partem ſortis, vel indu-
duſtriæ ac utilitatis ſaltem autoritate ſua ſocietati in-
tulerit, quo exceſſu periculum ab altero ſuſceptum bo-
ni viri arbitratu poſſit æſtimari *Covarr. lib. 3. reſ. c.
2. num. 3. Vicius dec. 18. Azorius p. 3. lib. 9. c. 3. q. 5.
Molin. diſp. 415. n. 5. & ſ. Hartm. Piſtor. p. 3. q. 1. n. 31.
& ſeq. Carpz. p. 3. c 30. d. 39.* Autor *ad L. 1. n. C. h. t.*
4 *Ad §. 1.* Poteſt conveniri, ut quis lucri partem tan-
tum ferat, de damno non teneatur, quando ſcilicet
de finienda ſocietate agitur, ſi damnum tantum ſu-
perſit, non lucrum, hoc unus tantum ſuſtineat, ſi vero
deducto damno lucrum ſuperſit, ut partem lucri uter-
que ferat. *Bach. d. diſp. th. 9. lit. B. Harprecht. in §.
2. num. 14. & ſeq. Inſt. h. t. Hartm. Piſt. p. 1. qu. 1. &*
5 *2.* Idque ſi tanti ſit opera, quanti eſt damnum. *Ri-
min. conſ. 400. nu. 62. vol. 4. Lauterbach. h. t. §. 1. th.
9.* Et nota igitur, ſocium eſſe poſſe, qui nullam ſortem
intulit, ſed *operam* ſuam, modo illa opera tanti ſit. &c.
*Covarr. l. 3. reſol. c. 2. nu. 2. Molina d. 415. n. 2. Petr.
de Ubald. de duobus fratr. p. 4. q. 1. & ſeq. Ang. Barb.
ad l. 1. h. t. Borell. conſ. 65. nu. 23. & ſeq.* Autor *ad L.
1. nu. 1. C. h. t.* Præſertim vero hoc fieri poteſt, ut al-
ter damni expers, ſi præclara alterius opera. *Carpz. p.
2. c. 30. def. 31. Hartm. Piſt. p. 3. q. 1.*
6 *Ad §. ult.* Hic de *Leonina ſocietate* agitur, qua lu-
crum uni, damnum alteri imponitur, quam abſolutam
inæqualitatem *Bach.* vocat. *d. l.* & ideo non tantum
ipſam pactionem ſed totum contractum, nullum eſſe
contra *Gomez. tom. 2. reſol. cap. 5. num. 5.* tradit *Hill.
in Don. l. 13. c. 16. lit.* M. Autor *in C. h. t. ad L. 5. n.*
7 *6.* Damnum tamen ſortis in ſe recipere poteſt acci-
piens ſortem Mercator, qui per induſtriam quæſtua-
riam aliquid adquirere debet, ſi paulo ultra dimidiam,
quæ alias ſocio debetur, partem lucri percipere de-
buit, quaſi exceſſus dimidiæ lucri ſit pretium pericu-
li. *Covarr. l. 3. reſol. c. 2. n. 4.*

## ad L. Mutius. 3.

*SUMMARIA.*

*Valet ſocietas, ne unus unam partem damni & duas partes lucri accipiat. n. 1. & 2.*

*Annon valeat ſocietas, ſi quis ſciens contrahat inæqualem ſocietatem? 3.*

1 ITa poteſt iniri Societas, ut aliquis unam partem dam-
ni, duas vero partes lucri accipiat, quia fieri poteſt,
ut unus ſociorum plus pecuniæ aut operam aut indu-
ſtriæ, aut gratiæ apponat *Molina diſp. 415. num. 5.* A-
2 liud ergo, ſi alter non plus altero contulerit, nec plus
periculi ſuſceperit. *Gomez. t. 2. reſol. cap. 5. num. 5.
Covarr. l. 3. reſol. c. 2. num. 3. Dn. Struv. hoc referens
th. 31. Franzk. h. t. nu. 68. diſcedens a Bachov. in Tr.
d. d. 27. th. 9. lit. 8. nimis generaliter loquente.* Et hac
de Materia videatur fuſius *Franzk. & Bach. dd. locis.*

*Chri-*

*Chriſtinaus vol.3. dec. 51. n.2. Struvius th. 32. Zœſ. n. 20.*
3 Sed tamen bene notandum, ſi quis ſciens ac volens animo donandi ita contraheret ſocietatem inæqualem, ſive uniformem ſive difformem, valebit Societas; nam ſicut emtio pro parte donationis cauſa contrahi poteſt. *l.38. de contrah. emt.* quidni & ſocietas? *Chriſtin. d. l. Hartm. Piſt. p.3. qu.3. n.4. Carpz. p.2. c.30. d.38. n.7. & def.39. n.5. Buſius ad l.5. §. ult. h.t. Lauterb. h.t. §.2. th. 9. Menoch. l.2. A.Q. cauſa.125. n.6.* qui declarat, modo de animo donandi liquido appareat.

## ad L. Ut ſit. 31. & L. 44.

### *SUMMARIUM.*

*Quibus caſibus communio eſſe poſſit, ſine animo ſocietatis contrahendæ.*

COmmunio eſſe poteſt ſine animo ſocietatis contrahendæ, non tantum cum mihi & tibi quid legatur, ſed quando quid in communi agimus, v. gr. ſi ſtipulamur rem eandem a te, ſi emimus in communi, ſocietas non ſtatim eſt, ſed geſtio in communi, ſed tunc videtur eſſe ſocietas, quando poſtea reditus in communi diu percipimus. *vid. Dn. Struv. th. 21. Zœſ. hic. nu.3.* Autor *ad L. 2. n.1. 2. C. h.t.* Ideoque licet conveniat, ut res ad tempus ſit communis, tamen hoc fiat non lucri, ſed alia ex cauſa, ſocietas non cenſetur contracta, ita ut non omnis conventa communio ſocietas ſit. *Lauterbach. ad h. t. §.1. th. 6.* quando autem præſumatur ſocietas contracta *vid. Menoch. l.3. præſ. 56. per totam.*

## ad L. 33. & 34.

### *SUMMARIA.*

*Societas minori præjudicialis non videtur tacite renovata n. 1.*
*Ex actu indifferenti ad ſocietatem non recte concluditur 2.*

1 EX L. 33. probant, non videri tacite renovatam ſocietatem cum pupillo aut minore, quando ſocietatis novatio minori aut pupillo eſſet præjudicialis. *Cephalus vol. 6. conſ. 647. nu. 55. & ſeq. Socinus libr. 2. conſ.160. n.12.* Notetur etiam ex L.34. ex actu indiffe-
2 rente ad ſocietatem non recte concludi, niſi ex præcedente tractatu vel aliunde de animo contrahendi ſocietatem appareat. *Lauterbach. ad h.t. §.1. th.3. Mantica l. 6. tit. 11. num. 25. & ſeq.*

## ad L. Nemo poteſt. 35.

### *SUMMARIUM.*

HÆres continuare ſocietatem non tenetur, tenetur tamen in bonam fidem præſtare, & actioni pro ſocio reſpondeat, & a defuncto cœpta perficiat, per *l.40. h.t. Valaſcus conſult. 63. Franzk. h. t. n.127. Dn. Struv. th.41.* Dn. Autor *in C. h.t. ad L.3. n.3.*

## ad L. Pro Socio. 38.

### *SUMMARIA.*

*In actione pro ſocio quænam petantur? n. 1.*
*An a ſocio ſocius, qui integrum debitum ſolvit, partem repetere valeat? 2.*

1 VAria capita petuntur in actione pro ſocio, 1. Præſtatio cautionis de lucro aut damno obventuro ex ſocietate, *per hanc l. 38.* 2. De fructibus & lucris dividendis, *per hanc L.* (3. agi poteſt ad confectionem Inventarii vel ſpecificationis juratæ. 4. Ad reſtitutionem damni culpa Socii dati. 5. Ut expenſæ ex meo factæ refundantur. 6. Ut ferat Socius atque agnoſcat pro parte damnum, etiam caſu *fortuito* mihi datum occaſione ſocietatis, quod damnum alias non incurriſſem. *l. 54. §. 4.* Ut præſtet intereſſe renunciationis intempeſtivæ. In expenſis autem id deducen-
2 dum, quod domi expenſurus fuerat. *Molina diſp.418. Mantica. tit. 19. Azor. lib.9. inſt. c.5. qu. 8. Moz. tit. pen. Bach. th. ult. lit. O.* 8. Ut ſi Socius ſolverit creditori ſocietatis integrum debitum, alter Socius partem reſtituat. *l. 12. C. Si certum pet.* Idque etiam eo caſu locum habere, tradit *Dn. Mevius p. 4. dec. 171.* ſi alter alteri promiſerit, ſe velle totam illam ſummam creditori communi ſolvere; nam liberare voluit Socium a mutuo, ſed non ab actione pro ſocio, & creditori id promiſiſſe ut Socius, cui ad repetendum actio manet. *conf. Coll. Arg. h. t. th.21. & 25.*

## Ad L. Hæres. 40.

### *SUMMARIUM.*

*An ſocius hæredi ſuo imponere poſſit, ut ipſe ſocius ſit? num. 1. & 2.*

1 QUamvis nemo ſocietatem hæredi ſic imponere poſſit, ut ipſe hæres ſocius ſit. *L. Nemo 35. h.t. Hæres* tamen ea, quæ a defuncto inchoata ſunt, expedire debet, Autor *in C. h.t. ad L. 3. n. 2. & 3.* per *h. L. Valaſcus lib. 1. conſult. 63. n. 8.* declarat, quod in negotiis particularibus intelligendum ſit, non vero de ipſa ſocietate cœpta; nam ita omnis hæreditas in hæredes tranſiret. Imo hæres etiam alias actione pro ſocio conveniri poteſt, quia licet non ſi hæres ſocietatis, eſt tamen hæres emolumenti, *l. Verum. 63. §.8. infr. h.*
2 *t. Valaſcus d. l. n 6.* Autor *in C. h.t. ad L.3. n.1.* Colligunt ex *h. l.40.* mandatarii etiam hæredem teneri negotia a defuncto cœpta perficere, ſi poſſit, *Struv. Ex 22. th. 16.*

## ad L. 41. & 42. vid. not. ad L. 28. & 47. de Act. emti. Merito. 51. ad L.

### *SUMMARIA.*

*An ſocius ſocio actione furti teneatur? n. 1.*
*Delictum non eſt præſumendum. 2.*
*Si quis protocollum falſum dixerit, quid ſenſiſſe intelligatur? 3.*
*Omnia in melius ſunt interpretanda. 4.*

1 SOcius contra Socium etiam furti actionem habet, *per l. Res communis. 45. h. t.* Sed ſi de dolo certo appareat, quia qui partis Dominus eſt, Jure potius ſuo re uti, quam furti conſilium inire præſumendus eſt. *Alex. vol.4. conſ.127. n.12. Card. Tuſchus concl. 557. n 8. Cephalus conſ. 363. n.11. & 13. Wiſſenbach. Exerc. 32. th. 28.* Autor *in C. tit. de Crim. expil. hæredit. ad L.1. n.2. & ad L.3 C. Famkerciſc.* Hinc colligunt, delictum nun-
2 quam eſſe præſumendum. *Menoch. lib.4. præſ.161. n.16. & Conſil. 101. n.56. & conſ. 109. n.16. Barb. locup. l.4. cap.12. axiom.16.* ubi plures citantur. Et ſocius *verberans* ſervum communem, emendandi potius gratia id feciſſe præſumitur. *l.15. §.36. ff. de injur. conf. de hac regula Petr. Sanz. Morquecht. de diviſ. bon. p. 2. c.5. in f. Men. l.5. præſ. 18. Maſc. concl.496. Ant. Gabriel. l. 7. tit. de Maleficiis concl. 2.* Sic ſi quis protocollum ali-
3 quod vel falſum dixerit, videtur falſum ratione Juris conſiderare, quod non eſt verum & perfectum inventarium, maxime ſi hoc ad defenſionem ſui reus alleget Præjudicium, refert. *Dn. Manzius dec. 9.17.*
4 Convenit hoc cum præcepto Divino, quod omnia in æquiorem & meliorem partem ſint interpretanda, Autor *ad L.5. n.1. C. de Suſp. Tut.* niſi evidentiſſime conſtet contrarium. *c. cum tum ſil.16. X. de Teſtibus.* Nec hoſtem excipio, nec hæreticum, erga omnes hæc æquitas obſervanda.

ad

## ad L. Cum duobus. 52. §. 2.

### SUMMARIA.

*Societas ſubſiſtit, ut unus pecora, alter paſcendi operam præſtet. n. 1.*
*In qua ſoc. interuſurium, non proprietas communicatur. 2.*
*An h. caſu damnum a ſolo opilione vel Domino feratur? 3. & 4.*
*An partitio fructuum fungibilium ſit ſocietas vel locatio? 5.*
*An in Soc. damnum citra culpam factum omnibus commune ſit? 6.*
*Quid ſi furto auferatur res? 7.*
*Socius præſtat ſocio culpam levem? 8.*
*Quid ſi ſocius in ſuis rebus damnum patiatur? 9.*
*An, ſi unus pecuniam, alter operam confert, damnum pecuniæ ad ſolum Dominum pertineat? 10. & 11.*
*An ſocietas ſit, ſi quis dederit mille, quæ ſoluta ſocietate debent reſtitui, cum certa parte lucri facti? n. 14.*
*Quid ſi ſingulis annis 50. ſolvi? 15.*
*Nemo per pactum liberam teſtandi poteſtatem ſibi auferre poteſt. 16.*
*Si quis in rem communem impenſas fecit, quas ſocius intra menſem cum uſuris non vult reſtituere, acquirit dominium ſolus. 17.*
*An h. §. in deſuetudinem abierit. 19.*
*Socius, quod injuria judicis damnatus ſolvit, imputat. 20.*

1 POteſt ita ſocietas coiri, ut alter pecuniam vel rem,
in qua ſocietas conſtituitur, v. gr. pecua, ſolus
conferat, alter vero operam, ut ſupra dixi *ad L. 29.*
*h. t.* Ubi collatio operæ, ſcilic. agendi pecus &
2 paſcendi, pretium eſt. *vid. hic Gothofr.* Sed hoc caſu non videtur proprietas communicari, ſed tantum interuſurium, & per conſequens is, qui rem contulit, eam diſſoluta ſocietate habet præcipuam. *Gail. lib. 2. obſ. 24. num. 6.* & quos allegat ac ſequitur *Struv. th. 33. Felicius de Societate. cap. 9. num. 48. & ſeq.* &
3 hunc referens *Franzk. h. t. num. 46.* Et ſi etiam damnum vel mora animalium non a ſolo opilione vel paſtore, ad quem fructuum pars pertinet, præſtanda, ſed a Domino & paſtore ſimul ferendum eſſe commune damnum ex natura ſocietatis, volunt *Molina d. tr. 2. diſp. 411. num. 3. Rauchb. p. 1. qu. 29. num. 13. & ſeq. Franzk. num. 47.* Sed melius dicen-
4 dum, periculum eſſe ſolius Domini, non paſtoris. Nam ſi pecora hoc caſu non communicantur, ut in dubium eſſe, ex *Gail. l. 2. obſ. 24. n. 6.* tradit *Franzk. h. t. n. 86.* & ſoluta ſocietate ſors ad eum, qui contulit, ſolum revertitur, per tradita *Buſii ad l. 29. §. 1. h. t. Struv. th. 34. Franzk. h. t. th. 68. & ſeq.* utique ejus ſolius damnum eſt, ut ſentit. *Zoeſ. num. 23. & Dn.*
5 *Struv. th. 33. & ſeq.* Sane ſi partitio fructuum ſit fungibilium, ſeu talium fructuum, qui in quantitate conſiſtunt, ut fructuum agri, vineæ, v. gr. concedo tibi agrum meum colendum, ut mihi quintam partem fructuum ſolvas annuatim, non eſt ſocietas, ſed locatio. Nam colonus partiarius ſocius non eſt *Molin. d. d. 411. nu. 3. Mantica l. 6. tit. 1. n. 13.*

*Ad* §. 3. De natura ſocietas eſt, ut ſi quid damnum
6 fiat citra culpam hominis, utrinique ſit damnum, non ſolius accipientis, licet æſtimato acceperit. *conf. Mozius de natura Societ. n. 12. Wammeſ. cent. 3. conſ. 3. nu. 2.* Æſtimatio ob culpam, ſi forte committatur,
7 videtur facta. Sed ſi furto amittatur res, præſumitur culpa ejus, cui cuſtodia commiſſa, vel culpa inhabitantis. *Menoch. lib. 2. Arb. qu. caſu 309. num. 3. & lib. 5. præſ. 3. num. 130. n. 128. & lib. 6. præſ. 61. num. 34.* Autor *ad L. 22. n. 2. C. de Furtis.* pro qua regula communiter hunc §. citare ſolent.

8 *Ad* §. 4. Socius Socio præſtat *culpam* levem §. *h. l.* in certo tamen; ratio in *l. 5. §. 2. ff. commodati infra ad L. 72. h. t.* Et ideo ſi Latrocinio aut incendio res perierit, non præſtabit damnum, idem ſi injuria Judicis condemnatus §. *fin. h. l.* Secus ſi furto,
9 quia hoc negligentiam præſupponit. §. 3. *h. l.* Sed ſi damnum in ſuis rebus fatale patiatur, hoc a ſociis reſtituendum, *per h. §. vid. Molina diſp. 549. numero 9. conf. nos.* Dni Autor. *ad l. 26. §. 6. tit. præced. & Borell. conſ. 65. numero 11. Mantica lib. 6. tit. 21. num 14. Lauterbach. ad h. t. §. 2. th. 3.* Et ex hoc textu *Treutl.*
10 *diſſ. hac. th. 9. lit. A.* vult probare, ſi quis pecuniam tantum, alter vero operam conferat, quod tunc damnum pecuniæ ad utrumque pertineat, ſed id refutat *Bach. d. l. & Covarr. lib. 3. reſol. cap. 2. numero 2. Molina d. diſp. 416. numero 7. Fach. l. 2. c. 95. Joh. Azor. p. 3. inſt. mor. l. 9. cap. 3. qu. 3.* Autor
11 *in C. h. t. ad L. 1. numero 1. & 2.* Forte diſtinctione res ſopiri poterit, ſi diſtinguamus, utrum in ſorte, an vero in interuſurio Socii ſint; & hoc poſterius hoc caſu præſumendum. Nam non videtur Dominus ſortis dominium ſine juſta probalili cauſa in alium ex parte transferre voluiſſe. *Petr. de Ubaldis, de duobus fratr. parte. 8. n. 41.*

12 *Ad* §. 7. Victor depoſuit pecuniam, ut monumentum fieret. Aſianus impendit operam & artificium ſuum & ſimul placuit, ut perfecto opere Victor reciperet pecuniam cum parte quotitativa lucri, v. gr. quarta, quinta, reliquum lucrum retinet pro la-
13 bore Aſianus. Et ſic pro Socio hic actio. *Gloſſa* hic intelligit verba textus (*certa quantitate*) de quotitativa parte, non de certo numero, v. gr. triginta.
14 Hinc contractum ſocietatis eſſe dicunt, ſi dem pecuniam mille thal. ut ejus, quod lucrari poteſt his pecuniis, certam partem mediam v. gr. aut tertiam, mihi ſolvas una cum pecuniæ reſtitutione, ſoluta
15 ſocietate. Secus autem, ſi ſingulis annis 50. debeas ſolvere, ſic enim eſſet Mutuum. *Carolus Raiaus vol. 1. conſ. 102. Hippol. Rimin. t. 4. conſ. 463. numero 11. & ſeq. conf. Raudenſ. conſ. 22. num. 431.*

16 *Ad* §. 9. Aliis eſt Legis, *ſi fratres.* 53. §. 3. Nemo per pactum ſibi poteſtatem liberam teſtandi adimere poteſt. *Hic & l. Pactum. quod dotali. 15. C. de Pact. Quetta. conſ. 100. num. 8. Riminaldus conſ. 119. num. 75. vol. 2. & conſ. 234. num. 208.* ubi id declarat, ſi in totum adimatur facultas teſtandi. *Carpzov. p. 3. conſt. 5. def. 19. & 22.* de quo & de hoc textu *Parſius lib. 2. conſ. 26. num. 110. Hippoll. Rimin. lib. 2. conſ. 119. n. 75. & lib. 3. conſ. 234. n. 208. & Dd. paſſim.*

*Ad* §. 10. Socius qui refecit rem communem ſuis
17 ſumtibus, ſi *ſumtus* intra quatuor menſes cum uſuris centeſimis alter nolit reſtituere, acquirit dominium totius inſulæ vel Domus. *hic. & l. 4. C. de ædif. priv. ibique* Autor *n. 24. Angelus in §. ſequeas n. 13. Inſt. de Act. & ibi Jaſon. n. 48. Cæpol. cautel. 85. Cremenſis ſingular. 98.* Autor *in C. h. t. ad L. 2. n. 3. Et ad C. 1. Qui militare poſſ. n. 18. Stracha in tr. de navibus cap. 2. n. 8.* ubi de duobus exercitoribus loquitur, *conf. Coraſ. l. 4. Miſc. cap. 16. num. 5. Thoming. dec. 49. Wiſſenbach. d. Ex 32. in fine Petr. de Ubaldis, de duobus fratribus p. 6. n. 5. Cæpolla de Serv. Urb. præd. c. 52. num. 8. Berlich. p. 2. dec. 194. n. 4.* ubi *n. 5.* ſubjicit, uno remedio electo, ad aliud non
18 dari regreſſum, & hoc Jus ſingulare ad alios non ſocios, præſertim ſuo jure quid gerentes, non extenden-
19 dum monet, *num. 14. & ſeq.* Hunc textum in deſuetudinem apud Gallos, & Belgas veniſſe refert *Grænwegen ad l. 4. C. de ædif. priv.* ſed hoc nihil ad nos.

20 *Ad §. fin. Ex h. §.* fin. collige, quicquid ſocius injuria judicis damnatus perſolverit, poteſt imputare ſocietati, nec ſolus caſum feret, *Franzk. h. t. numero 16.* Et ſi jure ſit condemnatus, ex ſua parte ſolvet. Idque ad communionem ad quæſtus conjugales alicubi ex ſtatuto receptum applicant, quod maritus pœnam delicti ſui ex ſua parte debeat ſolvere. *Petr. Sanz. de diviſ. bon. l. 2. c. 13. num. 16. & Joh. a Sande l. 2. tit. 5. def. 8.*

## ad L. Quod autem ex furto. 53.

### SUMMARIA.

*Quare quæ ſocius ex cauſis prohibitis adquiſivit, non debeat conferre? nu. 1.*
*Quid ſi tamen turpis quæſtus collatus ſit? 2.*

1 QUicquid unus Sociorum ex cauſis prohibitis acquiſivit, non debet conferre, quia delictorum
*turpis* & fœda communio eſt, & ideo turpis quæſtus
etiam in generali Societate videtur exceptus: ſi tamen
collatus ſit, repetitur à tota ſocietate. Et ſi hæc furti
2 conſcia, datur contra eam etiam actio furti. *Molina
diſp.412.nu.3 per leg.55.* Sed quæ ob injuriam nobis factam accepimus, conferenda ſunt, per §. *fin. h.l.*

## ad L. Si igitur. 55.

### SUMMARIA.

*An, ſi ſocius rem furtivam confert, me ſciente delictum, pœna ex communi ſocietate auferenda ſit? num. 1.*
*Si ſocius defraudavit fiſcum in acciſis, quatenus ſocius teneatur ad lucrum reſtituendum? 2.*

1 SOcius meus furto quid abſtulit, & lucrum inde redactum in commune contulit, licet ad hoc non
potuit compelli, & ego ſciens malefactum patior, ut
turpe lucrum conferatur, an ſi actioni furti ſocius ille
meus conveniatur, etiam pœna ex communi auferenda? Affirm. per hanc legem *Lauterbach. h. tit. §. 1. th. 5.
Franzk. h. tit. numer. 15. Zaſ. numer. 14. Struvius th.26.*
Ex hac Lege colligitur, defunctus defraudavit fiſcum
2 in acciſiis, quod ſocius teneatur ad lucrum reſtituendum indiſtinctè, ſive ſciverit, ſive ignoraverit, ſed
ad pœnam tantum eo caſu Socius obligatur, ſi ſciens
defraudavit fiſcum. Et hoc extenditur *l. ſeqq.* quod
etiam diſſoluta ſocietate hoc locum habeat. *conf.
Manz. in dec. qu. 74.*

## ad L. Si id quod. 58. §. 2.

### SUMMARIA.

*An ſocietas cum filiof. inita duret eo mancipato? nu. 1.*
*An idem in ſervo? 2.*

SI cum filiofam. ſocietatem contraxerim, is autem
1 poſtea per emancipationem vel alio modo ſui Juris fiat, an eadem maneat Societas? Aff. quia initium
contractus attendendum. *Menoch. conſ. 121. numer. 59.
Barb. l.18. cap.80. axiom.5.* Aliud in ſervo, quia is nun-
2 quam potuit obligari, *per §. ſeq.* Ea hoc §. probare vult
*Cephalas vol. 4. conſ. 475. numer. 12. & ſeq.* quod ſi ad
certum tempus contrahatur ſocietas, eo lapſo non finiri
ſocietatem, niſi renunciatio fiat, quem vide.

## ad L. Adeo morte. 59.

### SUMMARIA.

*Pactum ut ſocietas ad hæredem porrigatur, non valet. num. 1.*
*Quid ſi ſit vectigalium ſocietas? 2. 3. & 4.*
*Annon juramento tale pactum confirmari poſſit? 5. & 6.*
*Socius quicquid dilapidaverit, non imputat. 7.*
*An idem in ſocietate conjugali? 8.*

NOn poſſumus paciſci, ut ad hæredem porrigatur
1 ſocietas, & morte finiatur, niſi vectigalium ſocietas hac fuerit inita lege. *Valaſcus tom. 1. conſ. 63. nu. 5.
Molin. diſp. 414. num. 5. Guttierez. de jur. confirm. p. 1. cap.
58. num. 3. Mant. lib. 6. tit. 24. num. 22.* Autor *in C. h. t. ad
L. 3. numer. 1. & ſeqq.* Et in omnibus Societatibus, quæ
2 utilitatem publicam reſpiciunt, ſi hac lege Societas
inita, locum habere videtur. *Mant. d. l. nu. 23. Gratian.*

3 *t. 2. diſc. for. cap. 276. num. 12.* ubi tamen integrum eſt
4 hæredi, renunciare, ut defuncto licebat. *Bach. th. 9 lit.
D.* Et non continuatur ſocietas vectigalium in hæredem, ſi hæres non ſit idoneus, *per hanc legem. Valaſc.
conſ. 63 num. 5. Molina diſp. 414. num. 5. Mantica d. t. 24.
num. 22. conf. Felic. d. c. 32. num. 10. & 18* Sed quæritur,
an juramento tale pactum poſſit confirmari? Negat
5 *Valaſc. conſult. 63. num. 14.* Sed ejus opinionem non admittit *Molina d. 414. num. 6.* quem laudat *Franzk. h. t.
num. 123. & ſeq.* quia ut ad hæredem tranſeat ſocietas,
6 non eſt in ſe malum, &c. Sed fortè licet hoc juramentum obſtrinxerit defunctum, non tamen videtur obligare hæredem, præſertim ſi ſocietas præbeat materiam
litium, cum juramentum nutritivum peccati eſſe non
debeat, quod eſſet, ſi lis durante ſocietate ſopiri non
poſſit. Autor *in C. h. t. ad L. 3. numer. 3.* De hac quæſtione ulterius videantur *Guttierez. art. 1. cap. 48. nu. 5.
Molina. d. d. 414. num. 6. Capyc. dec. 171. nu. 12. Felicius.
cap. 32. num. 43.* qui affirmat, & *Mantica t. 24. num. 19.
Gratianus t. 2. diſcept. cap. 276. num. 8. & ſeq. Surdus conſ.
20. nu. 7. Valaſcus tit. 1. conſ. 63. nu. 14. Theſ. deciſ. 242. nu. 3.
Bachov. d. l.* qui id negare videntur.
7 *Ad §. 1.* Quicquid ſocius *dilapidaverit*, id non imputabit ſocietati. Sed in Conjugali Societate id non
receptum eſſe volunt, ſi alicubi communio ad quæſtus
conjugales recepta. *Sande lib. 2. tit. 5. def. 8.* poteſt tamen
uxor ſeparationem petere.

## ad L. Socium. 60. §. 1.

### SUMMARIA.

*An damna, quorum cauſa Societas remota eſt, poſſint communicari? nu. 1. & 2.*
*Quibus conditionibus in ſocietate lucri ceſſantis ratio habeatur? 3.*

1 ILla damna, quæ ob ſocietatem alicui obveniunt,
à ſocietate ſunt præſtanda; Sed ubi ſocietas tantum eſt occaſio vel cauſa remota damni, ibi damna
non ſunt communicanda, ſicut nec compendia *Mantica. l. 6. cap. 21. num. 8. Lauterbach. h. t. §. 2. th. 3.* Quam-
2 vis intereſſe lucri ceſſantis in jure non ſoleat conſiderari, in ſocietate tamen quandoque etiam lucri ceſſantis habetur ratio, his tamen concurrentibus; *(1.)* ſi
3 ſocius quod lucrifecit non reſtituat cæteris, ſed moram
facit. *(2.)* ſi lucro uſus ſit, *(3.)* ſi cæterorum intereſſit.
*Hippolyt. Riminaldus vol. 1. conſ. 52. num. 56.* Et ultra modum legitimum uſurarum hoc intereſſe extendit *Car.
Ruinus vol. 2. conſ. 55. num. 4. conf. Sforza Oddus conſ. 94.
numer. 26.*

## ad L. Verum. 63.

### SUMMARIA.

*Cur ſocius conventus à ſocio habeat beneficium* competentiæ? *num. 1. 2. & 3.*
*An idem moribus hodiernis? 4.*
*Quatenus hoc privil. competat fidejuſſoribus? 5.*
*An ſocius, qui à ſocio ſolidum conſecutus eſt, non deducto ære alieno retineat? 6.*
*Societas quibus modis ſolvatur? 9.*
*Quomodo ceſſione bonorum? 10. & 11.*
*An ſolvatur unius diſſenſu? 12.*
*Quatenus ſolvatur actione pro ſocio? 13.*

SOcius à Socio conventus hoc habet Privilegium,
1 ut non teneatur in ſolidum, ſed quatenus facere
poſſit, etſi certæ tantum rei aut negotiationis ſocii ſint.
*Felicius de ſociet. cap. 31. nu. 35.* niſi dolo malo fecerit,
2 quo minus facere poſſit, ſcilic. ſi perdidit vel erogavit, non ſi occaſione acquirendi non ſit uſus; ratio hic
3 allegatur, quia Societas Jus fraternitatis continet, &
ideo Jus hoc fratribus tribuunt, cum etiam frater in
ſubſidium ad alimenta teneatur, *Myn. ad §. 38. inſt. de
act. nu. 3. Schneidw. ibid. nu. 2. Zang. de Except. p. 2. c 15.*

*num.9. Caſpar. Manc. in tr. de Patroc. Paupor. decad.3. quæſt.1.nu.10.* licet diſſentiat *Maz. de Natural Societat. numer.25.& Petr. de Ubald. d. tr. p. 16. & ult. numer.4.*
4 Sed privilegium hoc ſociis in Gallia & Belgio non tri-
bui, tradit *Grœnwegen ad §.38. Inſt. de Action.*
5 *Ad* §. 1. Non competit hoc Privilegium fidejuſſori,
quia perſonale eſt, niſi ipſe principalem defendat, aut
à principali, cui litem denunciavit, defendatur, quam
cautelam commendat *Petrus de Ubald. d. l. conf.* Dni
Autoris *notata ad l.10.§.pen. tit. prec.*
6 *Ad* §. 3. Nec deduci debet *æs alienum*, niſi quod
ex ſocietate debetur. *Petr. de Ubald. de part. ult. num 3.*
Si tamen unus Sociorum cum altero egerit, & ſolidum
conſecutus ſit, non eſt ejus conditio melior, ſed ex-
7 æquari debebit, *per. §. 4. h. l.* Unde probant Dd. ſi fi-
dejuſſorum plurium unus ſolvat ſolidum, eique credi-
tor ſuum Jus ceſſerit, & agat contra unum confide-
juſſorem, ut deducta ſua parte reliquum ſolvat, confi-
dejuſſor vero conventus petat, ut tertii confidejuſſoris
non idonei portionem pro rata actor agnoſcat hanc
exceptionem juſtam eſſe. *Hartman. Piſt. p. 1. quæſt. 48. num.11. Hering. de fidejuſſ. cap. 27. p. 3. numer. 36. Col. de*
8 *proc. execut. p. 2. capit.2. num.20* Verum hæc ſententia
non probatur ex hoc §. ut demonſtravi *in tr. de Ceſſ. act.*
Nam hic §. præſupponit actionem inter ſocios. Sed
inter confidejuſſores nulla actio niſi ceſſa. Ergo eodem
jure erit actio penes ceſſionarium, quo Jure eſt penes
cedentem. Sed illa opinio ſpeciem æquitatis habet.
9 *Ad* §. *ult. Socius ſolvitur* vel 1. *ex perſonis* v. gr. ſi
quis moriatur, vel mediam aut maximam capitis de-
minutionem patiatur. vel 2. ex rebus, ſi aut nullæ re-
linquantur aut publicentur, aut conditionem ſuam mu-
taverint. *Struv. th.* 40. item bonis ceſſis. 63. §. 1. *h. tit.*
10 item ſi ſocietas ad *unum* negotium inita, & illud finem
habeat, *Molin. d.* 414. *num.* 11. ſi commercio hominum
11 eximantur *Mantica l. 6. tit. 25. num.* 1. *& ſeqq.* Quod de
*ceſſione* bonorum jam dictum, intelligendum, ſi non
pœnituerit, quod poteſt facere *l.3. & 5. C. de ceſſ. bon.* vel
dicendum, non ſola Ceſſione; ſed venditione bono-
rum tolli ſocietatem. *Felic. cap.34 nu.34. Coll. Arg. h. t. 3.*
12 Ex voluntate ſeu *diſſenſu* ſociorum, etiam unius partis,
qui diſſenſus declaratur expreſſe vel tacite, ut per
ſeparatam negotiationem. *L. itaque 64. h. tit.* etiam
unius, ubi diſtinguendum, an ad certum tempus So-
cietas inita, annon, illo caſu, non ſe liberat ſocius
ante tempus renunciando. *per L. actione 65. §. 6. h. tit.*
Hoc caſu liberat ſe, niſi doloſe, cum ſperaret lucrum,
renunciaverit. *§.3. d. l. 65. Petr. Barboſ. part. 2. rubr. ſolut. matrim. nu.51. conf. Maſc. concl.1317. nu.3. Mant lib.6. tit.23. num.8. Franzk. nu.114. truv. th.41.* Autor *in C. h. t. ad L. 5.*
13 *num.* 1. *& ſeqq.* vel 4. Actione ſcil. pro Socio ad diſtra-
hendam Societatem inſtituta, per *d. l. actione. 65. pr. h. t.*
Diſtinguendum enim inter actionem pro Socio gene-
ralem & ſpecialem. *Franzk. num. 96. & ſeqq.* per illam
ſolet dirimi ſocietas.

## Ad L. Itaque. 64.

*SUMMARIUM.*

*Solvitur Soc. mutuo* diſſenſu.

SOcietas mutuo *conſenſu* tacito diſtrahi & ſolvi po-
teſt. *Molina d.414. nu.15. Maſc. concl.1317. nu.3. Mant. l.6. tit.23. nu.28. & ſeq.* Autor *in C. h. t. ad L.5. nu.1. & ſeqq.*
Quibus enim modis quid conſtituitur, iis etiam diſſol-
vitur. Autor *ad L. ult. num. 2. C. h. t.*

## ad L. Actione. 65. pr.

*SUMMARIA.*

*Actione pra ſocio generali tollitur ſocietas, non ſpeciali. num. 1.*

*Quodnam indicium ſit, quod actio generalis inſtituatur? 2*

*An idem, ſi petantur rationes exhiberi? 3.*

*Renunciatio fraudulenta liberat ſocios à ſocio, ſed non ſocium à ſociis. 6.*

*Quid ſit intempeſtiva renunciatio? 7.*

*Renunciatio à quibus debita liberet? 8. & 9.*

*In renunciatione, quæ ſint probabiles cauſæ? 10.*

*Valet ſociorum pactum, ut morte unius non diſſolvatur. 11.*

ACtione ſolvitur ſocietas, ſi ſcilicet actione pro
1 Socio generali ad diſſolutionem agatur, non ſi
actione ſpeciali ob communicandum lucrum, vel præ-
2 ſtandum damnum ſua culpa datum. Et ideo ſi ratio-
num redditio & repræſentatio pecuniæ reliquæ peti-
tur, indicium hoc præbet, actione generali ad diſſo-
lutionem agi, non ſi exhibitio rationum petatur. *vid. Bach. th.10. lit. A. Eſcobar. de Ratiociniis cap. 6. numer. 7.*
3 *& ſeqq. Rota Gen. deciſ.71.* Nam & ſocius ſocio durante
ſocietate *rationes* reddere tenetur. *Eſcobar. d. tract. cap. 3. num.6.* potiſſimum vero finita ſocietate. *Pariſius vol. 1. conſ.88. nu.6.* De rationibus à ſocio reddendis plura *Dn. Joh. Heeſer. in tr. de* Rationibus *redd. loc. 1. nu.36. & ſeq.*
4 Sed ſi ab initio operas tantum promiſit, *ceſſione* bono-
rum non tollitur ſocietas. *Lauterbach. h. t. §. 3. th. ult.*
5 Alia etiam declaratio eſt, quod tempore finita ſocietas
poſſit expreſſe vel tacite renovari *Mantica l. 6. tit. 26. Lauterb. ad h. t. §. 3. th. ult.*
6 *Ad* §. 3. 5. 6. Renunciatio *intempeſtiva* ac fraudu-
lenta liberat quidem ſocios, ut illi poſt hanc renun-
ciationem ſibi ſolis adquirant, ſed renuncians à Sociis
7 non liberatur, ſed lucrum illud, cujus intuitu *callide*
renunciavit, communicare & damnum ferre tenetur.
*Mantica l.6. tit.23. num.7. & ſeq. Felicius capit.35. numer. 8. Franzk. h. t. num. 115. Struv. th.* 41. intempeſtiva autem
eſt, quando jam intereſt ſociorum, ne diſſolvatur ſocie-
8 tas. Autor *in C. h. t. ad L. 5. num.4.* Privatum enim com-
modum ſocietatis commodo poſtponendum. *§. 5. h. l.* Et
non liberat renunciatio, quod ea quæ ex pactis Socie-
9 tatis jam debentur, atque ita de præterito, ſed tantum
de futuro. Et ſic poſt renunciationem obligatus manet
ſocius renuncians quoad debita, & conveniri poteſt
actione ſocietatis, non autem ipſe Socios convenire
10 poteſt. *Dn. Mev. p. 2. dec. 192.* Et ſi ad certum tempus
coita ſocietas, non ſufficit dolum abeſſe, ſed requiritur
etiam probabilis renunciationis cauſa, ut ſi alter pro-
miſſis non ſtet, ſit rixoſus, ignavus. *Mantica l.6. tit.23. num 13 Felicius d. tr. cap.35. num. 28. Merquecht. de Div. bon. l.2. cap.7. num. 11. Lauterbach. h. t. §.3. th.2.* Autor *in C. h. t. ad L.5. nu. 4. & 6.*
11 *Ad* §. 9. Ex hoc §. tantum id colligitur, poſſe à ſo-
ciis ita contrahi ſocietatem, ut morte unius non diſ-
ſolvatur ſocietas, ſed inter reliquos maneat *Mantic. d. tac. & amb. convent. lib. 6. tit. 24. num. 28. Hector Felic. d. tr. capit. 32. numer. 16. Lauterbach. ad h. tit. §. 3. th. 1.*
Ut autem hæredes in ſocietate ſuccedant, nec ab initio
conveniri poteſt, *l. 35. h. t.*

## ad L. Si unus. 67. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Cur ſocius non omnium bon. pecuniam communem fœnori dans, ſibi, non vero ſocietati, acquirat? nu. 1.*

*Qualis actio h. caſu competat ſocietati contra mutuatarium? 2.*

*Socius qui negat ſe ſocium, non habet beneficium competentiæ. 3.*

SOcius non omnium bonorum, ſi pecuniam com-
1 munem ſuo nomine fœnori dederit, uſuras ſibi ad-
quirit, non vero ſocietati, quia qui alienam pecuniam
ſuo nomine mutuo dat, non pecuniæ Domino, ſed ſibi
tantum parit actionem. *l. 2. C. ſi certum. Tiraquell. de Retract. §.32. num.16. & 17. Franzk. h. t. num. 33. & ſeqq.*
Nec obſtat *l. 74.* quæ de ſocietate omnium bonorum
intelligi poteſt. Sed ſi ſocius ſocietatis pecuniam mutuo
2 dedit, putarem, utilem actionem, vel ſubſidiarium re-
medium *ex l. ſi me & Titium.32. ff. de Rebus cred.* ſocie-
tati contra eum, qui mutuum accepit, competere.

*Ad* §. *fin.*

*Ad* § *fin.* Socius conventus à Socio babet benefi-
3 cium *competentiæ*, niſi neget ſe Socium, nam tunc in pœnam mendacii privatur eo beoeficio. *Wammeſ. conſ.* 8. *num.* 10. *cent.* 4. *conf. not.* Doi Autoris *ad l.*10.§.1.*ff. de fidejuſſ.* & *ad l. Sed hoc ita* 22.§.1. *de Re judic.* ubi regula babetur, quod oegans doloſe id, quod beneficii cauſa eſt, id amittat.

## ad L. Nemo ex Sociis. 68.

### *SUMMARIUM.*

*Quatenus ſocius rem communem alienare nequeat?*

NOn poteſt Socius *rem communem* alieoate, ut Socii quoque partem attingat. *conf. Klock, vol.*2. *conſ.* 52. *num.*46. *ſeq. Surdus conſ.* 43. *num.*14. *Hector Felicius in tr. de Societate. cap.* 28. *num.* 9. Id quod ex exceptione fiſci clarius eluceſcit. *Caldas de emt. cap.*9. *nu.*30. *Covarr. lib.*3. *reſol. cap.* 14. *nu.* 8. coof. notata Dni Autoris ad *tit. Cod. de Communium rerum alienat. præſertim legem ſecundam d. t. num.* 1. & 2.

## ad L. Nulla. 70.

### *SUMMARIA.*

*Cur non poſſit ſocietas iniri in æternum? num.* 1.
*An idem in publicis, circa duas provincias?* 2.

NUlla ſocietatis in æternum coitio eſt. Licet eoim
1 in perpetuum coiri poſſit ſocietas, *per l.*1.*ff. h. tit.* ita tamen coiri oequit, ut nunquam renuociare liceat, etiam ex nova ſuperveniente cauſa. *Donell. libr.* 16. *cap.* 24. *poſt lit. K.* cauſa eſt manifeſta, quia ſic diſcordiæ nutritentur, com communio ſit mater diſcordiarum. Aotor *in C. h. t. ad L.* 5. *num.* 5. Sed in publicis non puto
2 haoc legem præciſe obſervari, & oon video, cur noo provinciæ duæ in perpetuum uniri & ſociari poſſint, ut tamen maneant diverſæ provinciæ diverſis legibus utentes, ſed tamen perpetuo unitæ.

## ad L. Duo ſocietatem. 71.

### *SUMMARIA.*

*An ſtipulatio pœnalis ſubjecta ſocietati novet præcedentem obligationem? nu.* 1.
*An hodie hujus quæſtionis utilitas ſit?* 2.

STipolatio pœnalis ſubjecta ſocietati in continenti,
1 noo novat præcedeotem obligationem, niſi hoc actum. *videatur Cagnolus in ſingularia. num.* 98. & *ſeq. ff. de reb. cred. Hier. Verius in repet. rubr. de verb. obl. num.* 96. & *Petr. Alvar. in rep.* §. *ſi pacto Legis reſcriptum. nu.*
2 23. *ff. de pactis. vol.* 1. Sane poſtquam hodie nuvatio non oiſi expreſſis verbis fieri poteſt, non utiles hæ quæſtiones an ſtipulatiooes pœnales ſubjectæ præcedentem contractum noveot, an ex cootractu ipſo agi poſſit, & ſim. In foro hæc etiam non attenduntur rectiſſime. *conf. notata* Dni Autotis *ad l.* 28. *de Act. Emt.*

## ad L. Socius ſocio. 72.

### *SUMMARIUM.*

*An ſocius ad levem tantum culpam teneatur?*

SOcium ſocio ad levem culpam præſtandam obligari, ſupra dictum; *ad L.* 52. *num.* 8. cui non obſtat *h. l.* Nam bic de levi culpa in concteto conſiderata agitur. *Dn. Lauterbach. ad h. t.* §. 2. *th.* 3. oam tunc ſocius in culpa eſſe videtur, quando oon eandem diligeotiam adhibet rebus communibus, quam adhibere ſolet ſuis. Ut ſit ſenſus, ſi qois utator commuoi diligentia in rebus & commuoibus, ſufficiet eadem diligentia in rebus communibus, licet alter exactiſſimam diligeotiam adhibeat. *Petr. Barboſa in L. Si mora.* 10. *in prælud.*

*num.*12. & *ſeq. Hippol. Rimin. vol.* 1. *conſ.*52. *num.*148. *conf. Molina d.* 413. *num. Carpz. p.* 2. *conſt.*26. *d.*12. *Hector. Felic. cap.*21. *Petr. de Ubald. p.* 3. *nu.*39. *Moz. de Natur. ſoc. nu.* 26. & *ſeqq.*

## Ad L. Si ſocietatem. 73.

### *SUMMARIUM.*

*In ſocietate ſpecialiter omnium bonorum non imputatur, quod ad ſtudia filii ab uno expenſum eſt.*

IN ſocietate ſpecialiter univerſali, quicquid alter ſociorum ad *ſtudia vel honorem* ſuorum liberorum expenderit, ſocietati imputandum, nec ferendum hoc eſt tantum ab uno, licet alter nullos liberos habeat, quia io hac ſocietate propter incertos adquiſitionis & erogationis eveotus, inæqualitas oon conſideratur. *Felicius de Societ. cap.*26. *num.* 25. *Mantica de tac.* & *amb. convent. L.* 6. *tit.* 20. & *Lauterbach. ad h. t.* §. 1. *th.* 2.

## ad L. Si quis ſocietatem. 74.

### *SUMMARIA.*

*Bona in ſoc. omnium boner. poſtea acquiſita communicari debent. nu.* 1.
*In ſoc. particulari res ex communi pecunia emta non communicatur, ſed tantum pretii pars.* 2.
*An in ſocietate conjugali adquiſita ipſo Jure communicentur?* 3.

1 LIcet booa ſociorum in ſocietate omnium bonorum per contractum ipſo Jure fiant communia, *per L.* 1. & *ſeqq. h. t.* quæ tameo quilibet ſociorum poſtea adquirit, ſibi acquirit, ut tamen ſociis judicio Societatis communicare teneatur. *Covarr. lib.* 3. *Reſol. cap.* 19. *numer.* 1. *Gomez. t.* 2. *reſol. cap.* 5. *numer.* 3. *Molina d.* 411. *numer.* 7. *Petr. Barboſ. in l.* 1. *ff. ſol. matr. p.* 1. *numer.* 37. *Menoch. conſ.* 122. *numer.* 19. & *num.* 76. *Trentac. l.* 3. *de emt. reſol.* 1. *num.* 4. cooferantur *Dd. allegati a Tiraquell. de Retr. conſ.* §. 32. *gl.* 101. *numer.* 17. *Ceſſetus ſingulari* 512. Dn. Autor *in C. tit. ſi quis alt. vel. ſub alt. nom. emerit, ad*
2 *L.* 8. *num.* 2. Sed in ſocietate particulari, ſi ſocius ex pecunia communi rem comparavit ſuo nomine, eam communicare non tenetur, ſed tantum pretii partem
3 *Menoch. d. conſ. num.* 20. *Trentac. d. l.* Sed quid in ſocietate conjugali per quam in nullis provinciis omnis quæſtus conjugalis communicatur, an etiam hæc ipſo Jure ſunt amborum ſociorum vel conjugum? Videtur quod ſic, *per hanc legem*, ſed contrarium ab Ordinibus deciſum. referente *Sand L.* 2. *t.* 2. *d.* 6. & *Petr.* Barboſ. *ad l.* 1. *p.* 1. *numer.* 27. *ff. ſol. matr.* & *Petrus Sanz. l.* 2. *de bon. div. cap.* 14.

## ad L. Si coita St. 75.

### *SUMMARIUM.*

*Annon, ſi coita ad arbitrium Tertii ſit, qui poſtea non arbitratur, recurrendum ſit ad arbitrium boni viri?*

SI coita ſocietas, ita ut Titius arbitraretur, Titio non arbitrante, nulla eſt ſocietas. Sed quæritur annon ſit recurrendum hoc caſu ad arbitrium boni viri? Et ex hoc textu id oegat *Ang.* quem refutat *Men. conſ.* 93. *numer.* 41. & *ſeq.* qui legem hanc intelligit de eo caſu, ubi actum, ut ſolus Titius arbitraretur, & de mero arbitrio. *Conf. Gothofr. ad l. ſeq.* & *Menoch. l. prim. Arb. qu.* 68. *numer.* 33. & intelligenda lex de ſubſtantialibus contractus ſocietatis. *Ambroſ. Opizonius in rep. L. ſi quis arbitratus ff. de verb. ob. nu. vigeſim. nono conf. Quetta conſ.* 89. *numer.* 5. Sed ſi in accideotalibus quid remiſſum ad arbitrium Titii, procul dubio locum baberet *d. l. ſiquis arbitratu.* 43. *de V. O. Decius conſ.* 404. *nu.*14. *conf. Dn. Petrus de Greve Exerc.* 14. *aph.* 6.

### ad L. Societatem. 76.

*SUMMARIA.*

*Arbitri & Arbitratores quid ſint? num.* 1. 2. & 3.
*In ſoc. arbitrium tertii redigendum ad arbitrium boni viri* 4.

ARbitri ſont duplices, alii arbitri in ſpecie, qui
1 aſſumuntur ſimpliciter, ut punctum aliquod
controverſum definiant, ſive, ſervato Juris ordine,
ſive non. Alii vero arbitratores, in quorum voluntatem
2 abſolutè compromitti poteſt ſive æquum ſive iniquum
dixerint. *Molina de J. & J. tr.* 5. *diſp.* 30. *conf. Bach. ad Tr.
vol.* 1. *diſp.* 12. *th.* 4. *lit. F.* Autor *in C. t. de Recept. Arbitr. ad
L.* 1. *numer.* 16. 17. & 18. *Et ad L.* 5. *d. tit. numer.* 6. & 7.
Licet alii arbitrum putent eſſe eum, qui ſervato juris
ordine procedere debet; Arbitratorem vero, qui ſine
3 juris ordine. *Gail. lib.* 1. *obſ.* 150. *de hoc ſupra ſatis actum
in tit. de Arbitris.* ubi meam opinionem circa illam di-
ſtinctionem expoſui. Si itaque in contrahenda ſocietate
4 placuerit, ut partes arbitrio tertii conſtituantur, valet
ſocietas, & res redigenda eſt ad boni viri arbitrium.
*Felic. de ſoc. cap.* 17. *nu.* 26. *Mantica de tac. & amb. conv.
l.* 6. *tit.* 14.

### ad L. Si ſocius. 81.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis refertur. num.* 1. & 2.
*Pacta in ſocietate debent eſſe reciproca.* 3.
*Quando filia ex communi ſocietate dotari poſſit?* 5. & 6.

SPecies facti hæc eſt, Duo ſunt ſocii omnium bo-
1 norum inter quos convenit, ut unuſquiſque filiam
ſuam ex communi dotaret, quia commune fuit pactum;
ideoque non iniquum, primus igitur dotem genero
promiſit, non ſolvit, poſtea pater mortuus relicta filia
hærede, quæ repetit dotem ſoluto per divortium ma-
trimonio, ſed cum non dederit pater, maritus eam à
debito dotis tantum liberat, cum non poſſit uxor dice-
re, cur non præcipitaſti partem ad ſolutionem, nam
regereret maritus, imo cur tu non ſolviſti ut patris
hæres, ſed poteſtne cum ſocio agere, ut dotem adhuc
conſtitueret, id eſt, daret? Quod negandum, quia ſo-
luta per mortem ſocieta. Sed quid ſi pater conſtituit,
2 id eſt, dedit dotem ex communi, tunc intereſt, an di-
vortio, an morte filiæ ſolutum: Hoc caſu dos refe-
renda in Societatem, illo caſu poteſt alteri marito
dari. Collige 1. pacta in ſocietate debere eſſe recipro-
3 ca, nam non ſubſiſtit pactum inter ſocios, ut unius
filia dotetur ex communi arca, alterius non. 2. Subſi-
ſtere pactum, licet alter filiam nondum habeat. 3.
Filiam dotem profectitiam retinere poſſe, ſi mortuo
4 patre filia repetat dotem à mariti hæredibus quia illam
repetit non Jure hæreditario, ſed ut ſuum proprium
patrimonium. Demum videtur colligi poſſe, ſe poſita
5 hac conventione filiam ex communi non eſſe dotan-
dam, quod admitto in ſocietate omnium bonorum in-
6 definita, non ſpecialiter tali. Ideoque quando de
*ſumtibus ſtudiorum* filio dandis, & de *Dote filiæ* debita
quæritur, an hæc ſocietati imputanda omnium bono-
rum, verior videtur ſententia, quod hoc affirmandum
de ſocietate, quæ ſpecialiter eſt omnium bonorum, non
quæ ſimplex eſt. Videatur ſpeciem facti plenius expri-
mens *Berous vol.* 1. *conſ.* 190. *num.* 16. *Decius conſ.* 66. *Rol.
à Valle conſ.* 91. *p.* 1. *Menoch. l.* 2. *Arb. Q. caſ.* 127. *Mantica
lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 17. *Molin. d. d.* 411. *num.* 4. *conf. Franzk.
h. t. numer.* 17. & *ſeqq. Trent. d.* 27. *th.* 8. *lit. H.* & *ibi* Bach.
*Hell. Felic. cap.* 11. *num.* 2. *Strav. th.* 27. *Wiſſenb. d. l. th.* 24.
7 Suis moribus dotem filia viva nec ad patrem, nec ad
ſocietatem reverti, tradit *Grœnwegen*, quod & de
noſtris moribus credo.

### Ad L. Jure ſocietatis. 82.

*SUMMARIA.*

*An & quando ſocius per ſocium ære alieno gravari poſſit? num.* 1. & *ſeqq.*
*Regulariter ex contractu unius ſocii non gravantur reli-qui.* 6.
*An ſocietatis* æs alienum *præferatur aliis creditoribus extra ſocietatem?* 7.

SOcius per ſocium *ære alieno* non obligatur, niſi in
1 communem arcam pecuniæ ſint verſæ, quod de
ſocietate peculati intelligunt *Meno h. conſ.* 375. *num.* 31.
*poſt. Rol. à Valle conſ.* 91. *num.* 49. Sed ſi plures ſocii ſe
2 mutuo inſtituerint, & unus mutuo ſumat pecuniam,
omnes tenentur in ſolidum, nec juvantur beneficio
Diviſionis, *per l.* 1. § *fin* & 2. *l. ſeqq. ſupra de Exercit. ad
Weſ. conſ.* 31. *Carpzov. p.* 2. *conſt* 17. *def.* 12. *Beriuch. p.* 1.
*concl.* 47. *num.* 164. Quod videtur intelligendum eſſe, ſi
3 negotia ſocietatis à ſociis ſimul & promiſcue pertra-
ctentur, & mox cum uno, mox cum alio contrahantur,
& ſic ſe invicem expreſſe vel tacite ſubſtituerunt, & fa-
cultatem contrahendi ſibi invicem dederunt. *Surdus
dec.* 213. *num.* 1. *Rota Gen. dec.* 185. *num.* 2. *Meno. h. conſ* 375.
*num* 31 & *conſ.* 410 *num.* 37. *Ronchegall. ad l.* 9. *pr. nu* 187.
*ff. de duobus Reis* & *hos referens Dn. Mev. in Jure Lub.
l.* 3. *tit.* 9. *art.* 5. *num.* 5. *Felicius d. t. cap* 30 *num.* 13. *Bachov. in
Treutl. vol.* 1. *d.* 27. *th.* 8. *lit. C. Valaſcus conſ. ult* 98. *num.* 11.
*Lauterbach. ad h. tit.* §. 4. Vel ſi ſocii ſeparatim negotia
4 exerceant diverſis locis, nam omnes invicem præpoſiti
*Chriſtin. vol* 3. *deciſ.* 52. *num.* 2. *Mantica lib.* 6. *tit.* 22. *nu.* 8.
Idem eſt, ſi omnes ſocii uni ſociorum negotia commit-
5 terent. *l.* 4. §. 1. *ff. de Exercit. act.* & *per allegata num.* 7.
Alias extra caſus exceptos difficile eſt, ex contractu
6 unius ſocii gravari cæteros in ſolidum. *conf. Dn. Strav.
th.* 44. *Wiſſenb. d. l. th.* 26. & *Chriſtinæus dec.* 52. *nu.* 2. *vol.* 3.
*Buſius in l.* 24. *h. t.* Licet aliter *Carpz. p.* 2. *Conſt.* 17. *def.*
12. & *Dn. Mevius p.* 4. *dec.* 169. nam ſi omnes ſocii ſimul
contraxerunt, quilibet tenetur pro *rata arg. l.* 4. *pr. de
Exercit. act.* & *ibi Pet. Peckius num.* 3. *Valaſcus d. conſult.*
89. *nu.* 6. *Lauterbach. ad h. t.* §. 4. *theſ.* 1. Sed an *æs alienum*
7 ſocietatis nomine contractum præferendum cæteris
liquidati creditoribus extra ſocietatem, qui credide-
runt? quod affirm. cum *Paulo Caſtr.* & *Benthero, Carpz.
dec.* 54. quod in medio relinquo.

# LIBRI DECIMI OCTAVI

## TITULUS I.

## De Contrahenda Emtione

### ad L. 1. pr.

*SUMMARIA.*

*An pecunia tantum valere debeat in materia, quantum in forma, non computatis cudendi expenſis?* 1. 2. & 3.
*Conſenſu contrahitur emtio, & quando ſcriptura requiri-tur* 4.
*Quibus caſibus quis vendere cogatur?* 5.
*An ſi per literas contraho, pœnitere poſſim, antequam li-tera perferantur?* 6. 7.

Seulus

1 SEnſus eſt planus, & loquitur de origine
venditionis & nummorum; hoc tan-
tum obſervetur, quod *in fine princ.* di-
citur, pecuniam noo tam ratione ſub-
2 ſtantiæ, quam ratione quantitatis, id
eſt æſtimationis eſſe conſiderandam.
3 Hinc licet nonnulli exiſtiment, pecuniam tantum va-
lere debere in materia, quantum in forma, & tan-
tum valere maſſam non ſignatam, quantum valet
materia ſignata & percuſſa, & expenſam cudendi
pecuniam de publico fieri debere, hanc tamen opi-
nionem communiter reprobari, teſtatur, & ex verbis
allegatis aliiſque argumentis probat *Cagnolus in repet.
L.2. C.de pactis inter empt.num.*215. Ex hujus *L.§.ult.*
notetur, *conſenſu* contrahi hunc contractum, Dn.
4 Autor *in C. h.t. ad L.2. nu.* 1. & ideo per nuncium vel
epiſtolam, vel *nutum* contrahi poteſt, nec ſcriptura
opus eſt, niſi ubi partes expreſſè dicunt, ſe aliter con-
trahere nolle, *per L.17.C.de fide inſtrum. ubi vide not.*
5 Dni Autoris *n.* 2. *& ſeq. & conf.Franzkius h.tit. n.* 14.
*& ſeqq.* & conſenſum hunc oportet eſſe liberum, ne-
minemque invitum vendere teneri, *L.*11. *C. h. t. Et*
Dn.Autor *in C.h. tit. ad L.*11. *n.*1. *& ſeqq.* ubi nota,
niſi lex jubeat ob favorem Religionis, defenſionem
patriæ ob neceſſitatem famis, ob ſævitiem &c. de
quo *Franzk.n.*83. *& ſeq. Dn. Struv. h. t. th.*7. Gloſſa
6 hic putat, quando per litteras contraho, antequam
perveniant litteræ ad alterum, me non poſſe pœnite-
re, quam Dd. communiter reprobant. *Bart. ad L.*1.
*quod Juſſu*, & quos adducit *Joh. Petr. Surd. L.*1.*conſ.*
7 136.*num.*51. Unde ſi nuncium mitto ob contractum
ineundum, & ſi antequam literæ perveniant ad alte-
rum, poſſum teſtato pœnitere, quia nuntius & epiſtola
eſt nudum inſtrumentum, ubi ergo revoco ſtatim,
deeſt conſenſus. Dn. Autor *in C. tit. Si quis alt. vel ſibi
ſub alt.nom ement.ad L.*6. *nu.*2.*& L.ult. num. fin.* Secus
ſi per procuratorem contraho, ut pluribus *Bart.d.l.*

ad L. Si res. 3.

*S U M M A R I A.*

*An, ſi contrahentes conſentiant, ut, ſi res diſpliceat, in-
empta ſit, conditionalis an purus contractus ſit? n.*1.
*An à contractu recedere liceat, ſi certa ſumma* (zu
Reukauff) *conſtituta ſit?* 2.
*Quamdiu duret iſta facultas pœnitendi?* 3.
*Quid ſi intereſſe excedat pœnam adjectam?* 4.
*An in venditione per pœnitentiam reſciſſa novum laude-
mium debeatur?* 5.

1 PLacuit Venditori & emptori, ut ſi res diſplicuerit,
eſſet inempta, quæritur, an conditionalis ſit con-
tractus, an vero purus? Utilitas quæſtionis verſatur in
quæſtione de *rei periculo*. Et poſterius placuit, quia non
2 eſt conditio ſuſpenſiva, ſed reſolutiva, ut in Addictione
in diem. Sed quæro, an ſi in caſum pœnitentiæ (*zu
Reukauff*) certa ſumma conſtituta, an à contractu re-
cedere liceat? & putarem, conceſſam eſſe pœnitentiam,
ob proviſionem hominis, quæ tollit proviſionem le-
gis, ſicut ita pronunciatum refert *Berlicb. p.*1. *dec.*44.
3 *conf.notata* Dni Autoris *ad L.*17.*C.de fid.inſtr. num.*6.
*& ſeqq.* Et hanc facultatem pœnitendi uſque ad id
tempus, quo conſummatus eſt utrinque contractus,
competere, tradit & præjudicio confirmat *Berlicb.dec.*
4 *ſeq.*45. Et ſi intereſſe aut damnum alterius excedat pœ-
nam illam, poteſt etiam intereſſe actione ex empto peti
*Berlicb.dec.*46. quod iotelligo, ſi in hac plus eſt, quam
in actione ex ſtipulatu pœnali, *per L.pra alia.*28.*de Act.
Empt.& ibi not.* Dni Autoris *nu.* 1. Sed novum laude-
5 mium ex venditione per pœnitentiam reſciſſa. & poſt-
ea in alium facienda, non deberi, judicatum eſſe refert
*Berlicb. d. l. dec.*47.

ad L. Et liberi hominis. 4.

*S U M M A R I A.*

*Quando emptor errat in qualitate legali, an emptio va-
leat? n.* 1.
*Quid ſi uterque ſciverit qualitatem?* 2.

QUando Emptor errat in qualitate legali, v. gr. 1
liberum emat pro ſervo, vel rem ſacram pro
prophana, non valet quidem venditio, ſed emptor habet
actionem adverſus vendentem ex empto. Sed ſi uterq; 2
ſciverit qualitatem, emptio nulla eſt *conf.l.*6.*&* 70.*h.t.
Gomez t.*2.*reſol. cap.*2. *n.*50. *Petr. Peckius ad c.ſemel.*51.
*de R.J. lib.*6. *num. fin.*

ad L. Hæc venditio. 7. pr.

*S U M M A R I A.*

*Venditio ſub conditione facta pendente ea nulla eſt.n.*1.
*In arbitrium tertii collata conditionalis eſt.* 2.*&* 3.
*Quare conditio non poſſit conferri in arbitrium alterutri-
us contrahentis?* 4.
*An poſſit, in arbitrium duorum à partibus eligendorum?* 5.
*An venditio ſit valida, cum emo eo pretio, quod in arca
habeo?* 6. *&* 7.

VEnditio ſub conditione iniri poteſt, ubi tamen 1
eveniente conditione perfecta eſt venditio, pen-
dente autem conditione, nulla eſt venditio. *hic & l.*37.
*h.t.* Dn. Autor *in C.h.t.ad L.ult. nu.*1. *in ſeq.* Conditio
autem eſt, vel expreſſa vel tacita, qualis *in l.octav. pr.*
Et licet res pendente conditione tradita, emptio tamen
nulla *l.* 8. *pr. ff.de peric. & commod. Franzk. num.*284.
*& ſeq.* In arbitrium tertii quando confertur, tunc id 2
validum quidem eſt, ſi tertia perſona certa. *l.*25. *pr.ff.
Locati*, talis autem contractus conditionalis *Gomez l.*2. 3
*cap.*4.*nu.*9. *Mant. l.*4.*tit.*19.*nu.*19.*Caldas de empt.cap.*
18.*nu.*15. *Molina d.*337.*n.*9. licet ſecus in dote putent
*Gratianus t.*2. *cap.*254.*nu.*55.*P.Barboſ. in l.*1.*p.*3. *n.*41.
*ff. ſolut. matr.* non tamen in arbitrium alterius contra- 4
hentis conferri poteſt conditio, Dn. Autor *in C. h t. ad
L.*13.*nu.*1. 3. quia non debet in arbitrium rei conferri,
an ſit obſtrictus, & ideo pretii determinationem in al-
terius contrahentis arbitrium conferri non poſſe, tra-
dunt *per hanc l. & l.*13. *C.h.t. Pinell. in rub.C.de reſcind.
vendit.part.*2. *cap.*1.*n.*6. *Gomez tom.*2. *reſol.tit.*2.*nu.*19.
*Hill. in Don. lib.*13.*cap.*1.*lit.R.Fabianus de Monte q*5.
*num.* 63. *Bachov. in Tr. vol.* 1. *d.*27. *th.*7. In duorum 5
autem à partibus eligendorum arbitrium conferri non
poſſe, vult *Pinell. p.* 2. *de bonis mat. num.*6. *Caldas de
Vendit.cap.*18.*n.*15.*vide not.* Dn. Autoris *n.*2.*in l.fin.C.
h.t. Sed diſſentit Dn.Struv.h.t.theſ.*19.*Facbin.t.*2.*c.*1.
*Ad §.*1. Quando emo eo pretio, quod in arca habeo, 6
omnino eſt venditio, Dn.Autor. *in C. h.t.ad L.ult. n.*1.
ut contra Gloſſam hujus L. rectè ſentit *Pinell. d.cap.*1.
*n.*2.*&* 3. *Fabianus de Monte in tr.de Empt.qu.pr.*5.*n.*34.
*Mantica de tac. & amb. conv. l.* 4. *tit.* 19. *n.* 15. *& ſeq.
Bachov.in Tr.diſp.*28.*th.*6.*lit.D.Facbin.l.*2.*cap.*1. Non
obſtat *L.* 34. *§.* 4. aliique textus allegati à *Bachovio d l.*
ad quos reſpondet *Franzk.h.t.n.*257.*& ſeq.* & ſic ſuffi- 7
cit, ſi pretium ſit certum in re, licet reſpectu contrahen-
tium ſit incertum. Et idem in locatione.

ad L. Nec emptio. 8. pr.

*S U M M A R I A.*

*Emptio fructuum futurorum ſemper eſt conditionalis. n.*1.
*Si frumentum in herba venditur, cujus ſit periculum?* 2.
*An in imperio noſtro liceat fructus in herba vendere?* 3.
*Quando ſpes venditur ſine re, an ſit venditio pura?* 4.
*An Vaſſallus, qui uſumfr. feudi pro mille annuis cedit, &
poſtea tantum ex fructibus conficere non poteſt, ad
mille teneatur?* 5.
*Si jactus ſuperet ſpem, cujus ſit lucrum?* 7.
*Quid ſi ingentem multitudinem piſcium capiant?* 8. *&* 9.
*Quid ſi auream menſam capiant, cujus ſit illa?* 10.

1 IN *pr. h. L.* dicitur, *fructus futuros* emi poſſe. Sed
huic emptioni ineſt conditio, ſi naſcantur, & ſic
ſemper conditionalis hæc emptio, & ſi nihil naſcatur,
nulla eſt emptio; ſi autem nihil naſcatur facto vendito-
ris, ex empto actio eſt. *confer. l. 15. de pign. l. 24. de leg. 1.*
2 *L. 35. & l. 73. de V.O. Franzk. nu. 117.* Sed ſi frumentum
in herba (*die Saat*) venditum, niſi aliud conventum,
periculum ſpectabit ad emptorē *arg. l. 78. §. ult. h. t. l. 26.*
3 *de act. empt. Dn. Struvius h. tit. th. 27.* Sed in Imperio
noſtro fructus immaturi vel herba, ſub pœna amiſſio-
nis pretii & alia arbitraria emi nequeunt, niſi fiat
venditio eo pretio, quod tempore contractus & 14.
diebus poſt menſem fuit. *Reform. Polit. de anno 1548.
tit. (von Verkauffung der Früchte auff dem Felde.)
item de anno 1577. tit. 29.* Idemque in Friſia & Gallia
prohibitum refert *Vuiſſembach. d. 34. th. 9. & Molin. de
uſur. contr. n. 470.* Dn. Autor *in d. h. t. ad L. 78. n. 10.*

4 Ad §. 1. Sine re etiam contrahitur Emptio, quando
alea emitur, vel Jactus retis, captura avium, vel miſ-
ſilium, *h. t. & l. 12. ff. de action. empt.* ubi venditio pura,
licet nihil in rete inciderit, quia ſpes tantum vendita.
*Donell. & ibi Hill. d. lib. 13. cap. 1. lit. G. Franzk. nu. 118.*
5 *Struvius th. 27.* Hinc poteſt decidi illa quæſtio: Cedit
Vaſſallus ſucceſſori uſumfr. feudi pro mille annuis ad
Vitam, Succeſſor non potuit tantum conficere ex fru-
ctibus, an nihilo minus ad mille tenetur? Ubi diſtin-
guitur, an fundus tantæ penſioni non ſufficiat, an vero
ex caſu minus percipiatur; hoc caſu eſt periculum ſuc-
ceſſoris; illo caſu quidam etiam, ſed ſi ultra dimidiam
læſus ſucceſſor, datur reſtitutio. *Dn. Mev. p. 1. dec. 196.*
6 Nota hic, multa ob incertitudinem concedi, quæ alias
eſſent prohibita. *hic & l. 14. & l. 17. & 23. C. de uſur.
Carpz. p. 2. dec. 161. n. 13. & ſeqq. Barboſ. 19. cap. 28. ax. 1.*
7 E contrario ſi ſpem ſuperet jactus, lucrum emptoris eſt,
v. gr. ſi quis à Principe conducat metalli fodinam &
conductor in ditiſſimam auri venam incidat, videtur
lucrum ad conductorem pertinere, quia emptio vel
conductio metallorum aleæ proxima eſt. *Vuiſſembach. d.
34. th. 3.* Sed quid de piſcatorum illorum captura, qui
8 auream menſam ceperunt, vel ſi emeres jactum piſcium,
& caperes ingentem multitudinem piſcium, vel etiam
merces pretioſiſſimas, vel etiam auream menſam cum
illis Mileſiis. Exempla duo recenſet *Cujac. ad tit. Cod.
de ſententiis, quæ pro eo quod intereſt, &c.* Et de prima
9 ſpecie facti, quando ingens copia piſcium præter con-
ſuetudinem extrahatur, hoc non attento, captura eſt
emptorum, quia poterant minus capere, nulla hic
emptio piſcium, ſed aleæ. Sed de tripode aureo quid
ſentiendum? Reſp. *Cujac. d. l. quem ſequitur Zæſ. h. t. n. 26.*
10 ad emptorem non pertinere, quia de captu piſcium tan-
tum actum; ſed regero, ne quidem de captura piſcium,
ſed de jactura retis de bolo fuiſſe actum. Et ad quem
ergo pertinet menſa aurea? Reſp. ad eum pertinere
puto, qui cepit, licet ſit piſcator, qui rete ejecit & ex-
traxit, ſive ipſe emptor extraxerit, non ex contractu,
ſed quia nullius eſſe præſumitur.

ad L. In venditionibus. 9.

*SUMMARIA.*

*An error in pretio & corpore emptionem vitiet. n. 1.*
*An idem in ſtipulatione. 2. 3.*
*An, ſi emptor majus, venditor minus pretium intelligat. 4.*
*Quid ſi acetum pro vino vendat. 5.*

1 ERror in nomine non vitiat Emptionem, ſed ſi in
pretio, vel in corpore, vel in materia, ſeu ſubſtan-
tia erratum. Nam error in pretio ut & in corpore eſt in
ſubſtantia, ut notum eſt, v. gr. ſi vendam fundum 100.
Rhenanis aureis & hoc probem, tu vero de uſualibus
aureis intelligas, item ſi tu de alio prædio intelligas.
2 Sed & in materia conſiſtens error ſubſtantialis eſt, *per*
3 *hanc legem* ſecus in ſtipulatione. *l. 22. de V.O.* ſecus in
pignore. *l. 1. §. fin. ff. de pignor. act.* quia in venditione
æquivalens pretium requiritur. *Franzkius h. t. num. 47.
& ſeq. Dn. Struvius th. 10. conf. Moz. in tit. de ſubſtant.
vend. n. 55. Donell. lib. 12. cap. 7.* Si vero venditor minus, 4
emptor majus pretium intelligat, non vitiatur emptio,
quia emptor in minorem ſummam conſenſiſſe præſu-
mitur. *Molin. tr. 3. d. 340. n. 15. Dn. Lauterb. ad h. t. th. 27.*
In aceto hic diſtinguitur, utrum ab initio tale fuerit, 5
an vero poſt factum, ut illo caſu non teneat venditio:
hoc caſu ſic; quod alii de aceto ex alia materia, alii
intelligunt de aceto primo ex uvis immaturis facto.
*vid. Molina diſp. 340. n. 15. Franzk. h. t. n. 57.*

ad L. Quod tamen. 14.

*SUMMARIA.*

*An valeat venditio, ſi ex parte in materia erratum ſit.
n. 1. & 3.*
*Dupliciter dicimus contractum valere. 2.*
*Quid ſi menſa auro cooperta pro ſolida vendatur. 4.*

SI ex parte in materia vel in qualitate intrinſeca er- 1
ratum ſit, valet venditio, ſed is qui erravit, habet
actionem ex empto, ne integrum & ſolidum pretium
ſolvere cogatur, *L. 21. §. 3. ff. de act. Empti. Bach. in Tr. d.
diſp. th. 7. lit. E.* Collige, dupliciter in hac materia in- 2
telligitur phraſis, quando dicimus, valere contractum,
nam (1.) poteſt intelligi, ut omni modo valeat, vel (2.)
ut valeat quidem, & res vendita maneat vendita, ſed
ſalva mutatione pretii. *hic & l. 21. paragraph. 3. ff. de Act.
Empt. Bach. in Tr. d. th. 7. lit. E.* Sic ergo in hac lege valet 3
quidem venditio, ſed ita ut errans actione ex empto
conſequatur, ne integrum & ſolidum pretium ſolvere
cogatur. *Mantic. l. 4. tit. 4. Connanus lib. 7. cap. 6. Molina
diſp. 340. nu. 15. Fabianus de Monte de Empt. q. 5. princ.
num. 57. Mozius de Subſtant. empt num. 53. Donell. l. 12.
cap. 7. Gædd. de ſtipul. cap. 2. concl. 4. Franz. h. t. num. 53.*
Si vero menſa auro cooperta pro ſolida aurea vendita, 4
nulla eſt planè emptio. *l. 41. §. fin h. t* quia quaſi duo ſunt
corpora. *Cujac. lib. 2. obſ. 24. Franzk. h. t. n. 52. conf. Lau-
terbach. ad h. t. th. 27. verſ. ſi vero de corpore.*

ad L. Etſi conſenſum. 15. §. 1.

*SUMMARIA.*

*An ſi emptor ex ignorantia ſupina erravit, emptio va-
leat. n. 1.*
*Quid ſi venditor doloſus ſciverit vitium, emptor non in-
telligens crediderit. 3.*

IGnorantia *ſupina*, quando quis ignoravit illud 1
quod in oculos cadit, non prodeſt, paria enim ſunt
ſcire, & ſcire debere. *l. 15. C. de Reſcind. vendit. & l. 1. §. 6.
ff. de Ædil. Edict. Gomez tom. 1. reſol. cap. 2. nu. 48. Molina
diſp. 353. num. 17.* Dn. Autor *in C. tit. de reſcind. vendit.
ad L. 15. num. 1. & ſeqq.* Idem eſt, quando facile certior 2
reddi potuit. *Gratianus t. 1. diſc. for. cap. 194. n. 1. & ſeqq.
conf. Tiraqu. de Retract. conſang. §. 12. gl. 1. num. 9.* Sed ſi
ſciverit venditor, & emptor eam rem non intelligens 3
credidit venditori dolum abfuturum, putarem dolum
culpæ licet craſſæ præponderaturum vel in foro ex-
terno, de quo alibi, aut in foro conſcientiæ.

ad L. Suæ rei. 16.

*SUMMARIA.*

*An emptio rei ſuæ valeat. n. 1. & 4.*
*An hodie valeat emptio, quando ruricolæ bello depau-
perati, ſuas poſſeſſiones redimunt. 2. & 3.*

EMptor *rem ſuam* emere non poteſt, niſi ſub con- 1
ditione. *L. 61. h. t.* Dn. Autor *in C. h. tit. ad L. 4.
num. 2.* Sed hodie tamen cladibus belli factum, ut
agricolæ ac ruricolæ ſua propria prædia emerint. Nam 2
multo ære alieno, quod æſtimationem bonorum exce-
debat, preſſi, ſua bona à Domino, cui ob cenſum
multorum annorum fuerant obſtricti, redemerunt, &

ita pro novis poſſeſſoribus habiti, à reliquo ære alieno
3 ſe liberarunt. Sed an hi contractus Juri ſint conſormes;
& an non hæ poſſeſſiones reliquis creditoribus maneant
obſtrictæ, ſi non bonis ſolenniter ceſſerint, & ſubha-
ſtatio non fuerit publicè facta, dubitari poſſet? Res ſua
tamen emi poteſt, ſi dominium avocari poſſit. *L. 4. C.
h.t.* vel poſſeſſio penes alium ſit, cum quo contenditur.
*l. 34. §. 4. h.t.* vel ſub conditione contrahatur. *vid.
Franzk. h.t. n.198. & ſeq.* Qua ratione rem ſuam quis
vendere cogatur. *vid.* Autor *in C.h.t.ad L.11. l. 3.*

ad L. Quod vendidi. 19.

*SUMMARIA.*

*Dominium in re vendita non transfertur, niſi ſatisfactum ſit, aut fides habita de pretio. n. 1.*
*Quibus caſibus intelligatur fides habita. 2.*
*An fides habita in dubio præſumatur. 3.*

1 EX *venditæ rei traditione* non transfertur *dominium,*
niſi ſoluto pretio, aut ſi ſatisfactum ſit, aut fides
de pretio habita, Dn.Author *in C. t. Si quis alt. vel ſibi
ſub alt.nom.emerit.ad L.1.num.1.& ſeqq. Et ad L. 7. C.
tit. de Pact. inter Empt. & Venditor. num.* 2. nam alias
Dominus vindicare poteſt in concurſu creditorum,
ante omnes creditores emptoris. *l.5.§.18. de Trib. act.
Gail.l.2.obſ.15.n.4. Carpz.p.1.cap.28. def.17. Lauterb.
ad h.tit. §. 1. th.4.* Autor *ad L.12. num.1. C. de R. V.*
2 Fides vero habita præſumitur, quando ſine ulla reſer-
vatione dominii vel alia res tradita, vel quando acci-
pienti, quod ſoli Domino competit conceſſum, &
maxime, ubi quis cautionem de pretio accepit, hypo-
theca venditori in re vendita conſtituta. Et hoc caſu
3 venditor vendicare rem non poteſt. *Dn.Mev. p.4. dec.
280. vid. l.ſupra. ſi quaſi recepturus. 3. ff. de Pignor.
Action.*& conjunge *Menoch.lib.3.præſumpt.79. & Au-
guſt.Barboſ.in Collect.ad L.12. C.h.tit.Eidem* tamen in
dubio habitam eſſe volunt Dd. *Menoch. d. l. &* plures
allegans *Tiraquell. de Retract.conv. ad finem tit. n. 78.*
quod impugnat *Franzk.ad tit.de Act. empti. num.8. &
Fabianus de Monte de Vend. quæſt.5. num.37. Gail. l. 2.
obſ.15.n.6.Chriſtinæus vol.3.dec.75.n.4. & Lauterbach.
d.th.4.* Dixerim id ex circumſtantiis ſimul, v. gr. in
nundinis ſi quis vendat, non videtur habuiſſe fidem
de pretio, item qui vendit perſonæ ignotæ vel ſtatim
receſſuræ. *Fabianus de Monte d.l.num.*40. Dn. Autor *in
C. h.t. ad L.8. n. 2. & 3.*

ad L. Labeo. 22.

*SUMMARIA.*

*Cur obſcuritas pacti venditori noceat. n.1.*
*Obſcuritas h.l. eſt ambiguitas. 2.*

1 O*Bſcuritas* pacti nocet potius venditori, quam
emptori, quia ille legem contractui apertius di-
cere potuit, hic *& l.33. h.t. vid.L.Veteribus.39. ſupra
de Pactis.* Sed *d.l.Veteribus* loquitur de ambiguitate.
2 Obſcurum eſt, quod nullum ſenſum aptum habere
poteſt. *Franciſc.Caldas de Empt.cap.34.in fine*, ſed in-
telligo hic *ambiguitatem*, ubi obſcurus non eſt ſenſus
verborum, ſed ubi ſenſus eſt ambiguus, ut vel in favo-
rem venditoris vel emptoris poſſit trahi.

ad L. In modicis. 24.

*SUMMARIA.*

*Quando locus religioſus vendi poſſit? n.1.*
*Quando fundus totalis? 2.*

1 EX hac lege colligitur, quod licet locus religioſus
per ſe vendi non poſſit ſpecialiter Dn. Autor *in C.
tit. de Religioſ. & ſumpt.ad L.9. nu.1.* cum univerſitate
tamen & cum fundo ipſo, niſi excipiatur, vendi poſſit,
hic licet maritus fundum dotalem non poſſit alienare, 2
poteſt tamen per univerſitatem ſcil. inſtituendo hære-
dem *l.1.ff.de Fundo dot.* Alia exempla *vide apud Cujac.
ad lib.4. Reſp.Modeſt. vol.1. pag.*1740.

ad L. Si ita diſtrahatur. 25.

*SUMMARIA.*

*Cujus ſit electio, ſi venditor dicat: vendo hanc, aut illam rem. n.1.*
*Quid ſi emptor dicat, mihi empta ſit hæc, aut illa res. 2.*

SI dicam, vendo tibi hanc rem vel illam 20. thal. 1
cujus eſt electio? Reſp. Venditoris, quia in alter-
nativis regulariter eſt electio debitoris ſeu promiſſoris.
Sed quid ſi emptor dicat, mihi empta ſit aut hæc, aut illa 2
res, idem eſſe dicendum, electionem venditori com-
petere. *Card.Mantica de tac. & amb.convent.l.4. t.27.
n.31.*

ad L. Si ſciens. 26.

*SUMMARIA.*

*Quatenus prodigus vendere poſſit. n. 1.*
*Quid ſi cum juramento vendat. 2.*
*Cur hæres deliberans non poſſit vendere. 3.*
*Rei alienari prohibitæ venditio nulla eſt. 4. & 5.*
*Quibus modis prohibeatur alienatio. 6.*

QUidam vendere non poſſunt, ob prohibitionem 1
Legis, ut cui ob prodigalitatem adminiſtratio
interdicta; nam ſi ante interdictionem alienaverit,
venditio valida, niſi perſonæ turpiter conſumpturæ
ſciens vendiderit. *L.ſi quis cum ſciret. pro emptore. l.12.
paragraph.11. ſupra de Mand. Cujac. tom.2. in hac lege.*
Et illud ampliatur, licet cum juramento vendat, quia 2
Juramentum prohibiti vendere nihil operatur. *L.cum
quis decedens.§.Titia.de Leg.3. Mozius de Contract. tit.
de Empt.& in ſpecie de perſonis.num.*11. Deinde prohi- 3
betur etiam hæres adhuc deliberans, an adire velit,
quia non eſt hæres. *Moz. d. tit. num.* 33. Ex hac lege
etiam probant Dd. communiter, alienationem rei à 4
judice alienari prohibitæ eſſe nullam, & impediri
translationem dominii. *Colerus de proceſ. execut. p. 2.
cap.3. num.* 463. & hunc referens *Carpz. p.1.conſt.29.
def. 41.num. & Joh. à Sande in tr. de prohibita rerum
alienatione. p. 2. cap. 3. num. 5.* Sed fateor difficulter 5
ex hoc textu id probari; melior videtur textus *in l.9.
ff. de manumiſſ.* quem *Sande* etiam primario allegat, ubi
ſervi manumitti prohibiti à judice alienari, manumiſſio
nulla eſt. Breviter alienatio prohibetur à Lege mortua, 6
vel viva, vel Teſtatore, & his caſibus nulla obligatio;
aut per conventionem, & non eſt nulla; niſi contra-
hens Jus vindicandi ſibi reſervet. *l. 3. C. de Minorum
reſt.§.fin.I.quibus alienare licet.l.114.§.14.de Leg.l.3.de
Condict.ob cauſam. l.fin.C.de pact. inter empt.* Dn.Autor
*in C. tit. de reb. alien. non alienand. ad L. ult. num.4.*
Ita pronunciatum. *Arreſtum* non impedire alienatio-
nem, ſed prohibitionem Judicis, Menſe Aug. anno
1659.

ad L. Rem alienam. 28.

*SUMMARIA.*

*An & quatenus res aliena vendi queat. n.1.*
*An rei ex ſucceſſione ſperata alienatio valeat. 2.*

QUia venditor non tenetur rem facere emptoris, 1
ut qui ſtipulanti promiſit. *l.25. paragraph.1. h. t.
& l.11.§.2.ff.de Act.Empt.* ideo *res aliena* vendi poteſt,
Autor *ad L.3.num.1.C.de Rei Vend.Et ad L.3. n. 3. 4.
C.de Evict.* ita ut in Emptorem transferatur uſucapien-
di facultas, re vero nondum uſucapta non præjudica-
tur Domino, quia rem etiam non refuſo pretio recu-
perare poſſit, de quo vide *Afflict. dec.369. n.3. Franc.
Caldas de Empt. cap.12. num. 1. Moz. Rubr. de rebus*

*quæ emi poſſ. num.*10. *Pet.Greg. l.*25. *cap.*10. *num.*2.*Ti-
raqu.de RetraƐt.Conſang.§.*1.*gl.*2.*num.*19.*Rebuffus in re-
pet. l.un.C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt. num.*426.
*tom.*8. Do.Autor *in C.tit.de reb.alien.non alien. ad L.*1.
2 *num.*1.*& ſeqq. & ad L.*6. Sane ſi quis *res alienas* ven-
dat, quarum dominium ſperat ex ſucceſſione, ob ſpem
improbam non valet talis venditio. *Cagnolus ad l. fin.
num.*104.*de pactis.* ſed quid ſi venditor vel etiam emp-
tor ſciat rem eſſe alienam? *l.*30. *§.fin. ff. de Act. Empt.
& per hanc l. Dn. Lauterbach.in h.t.§.*1.*n.*8.

ad L. Qui tabernas. 32.

*S U M M A R I A.*

*Venditio rei, in qua quis tantum jus habet, quatenus va-
leat. n.* 1.
*Exemplum, de vendita taberna in loco publico.* 2.
*Exemp. de vendito ſubſellio in Templo.* 3.

1 QUi rem aliquam vendit, in qua partem habet
vel jus tantum, non ipſam rem, ſed jus in re,
quod habet, vendere videtur; communiter Dd. limi-
tant, ſi emptor hoc ſcivit. Nam ſi ſcivit, non decipitur,
ſi neſcivit, præſumitur ipſum totum fundum emiſſe.
*Gomez. tom.* 2. *reſol. tit.* 2. *num.* 12. Et plures allegat
*Surdus cap.*1. *conſil.*13. *num.* 29. Sed videtur hic eſſe
2 præſumptio ex loco. Nam quia taberna in loco publico
ſita, debuit ſcire emptor ipſam tabernam vendi non
poſſe. Atque ſic in caſu hujus legis non videtur diſtin-
guendum, inter ſcientem & ignorantem emptorem.
3 Aliud exemplum, ſi quis ſubſellium templi vendidiſ-
ſet, & emptor opinatus eſſet, ſe emiſſe ipſam proprieta-
tem ſubſellii, ſe ipſum decepiſſet, cum tantum jus
ſuum vendere potuerit venditor, forte hoc ſtatuto
permittente. Ergo hoc ſcire debuit. Alias per vendi-
tionem jura ſubſelliorum in alium transferri non poſ-
ſunt. Dn.Autor *in C.tit.de Religioſ. & ſumpt.fun.ad L.*
9. *n.*7.

Ad L. Si in emptione. 34. pr.

*S U M M A R I A.*

*Cum in inſtrumento dicitur, Stichum fundo acceſſurum
& ſint duo Stichi, venditoris an emptoris interpretatio
ſit. n.* 1.
*Quæ haberi poſſunt & poſſideri, poſſunt etiam vendi.*2.
*An liber homo, ſi ſervus fuerit.* 3.
*An quis ſubſtitui poſſit Parocho, in caſum mortis.* 4.
*An valeant ſponſalia in mortem mariti contracta.* 5.
*An rei furtivæ & non vendibilis alienatio valeat.* 6.
*Quid ſi venditor & emptor vitium neſciverint.*7.
*Quid ſi ſolus emptor vitium ſciat.* 8.
*Quid ſi ſolus venditor.* 9.
*Quid ſi quis emat rem furtivam cum proteſtatione nomi-
ne ejus, cujus eſt.* 10.
*Venditio vini ad guſtationem & menſurationem ratione
periculi eſt conditionalis.* 11.
*An poſt deguſtationem & menſurationem improbare li-
ceat.* 12. *&* 13.
*An adminiſtrator rei alienæ, emere poſſit res, quas ad-
miniſtrat.* 14. 15. *&* 16.

1 DIctum eſt, in venditionis inſtrumento, Stichum
fundo acceſſurum, ſed cum ſint duo Stichi, &
de alio intellexit venditor, de alio Emptor, quæritur,
an de eo id intelligendum, quem emptor intellexit?
Videtur quod ſic, quia contra venditionem debet
fieri interpretatio. *L.veteribus.de pactis & l.*33. *h. tit.
præcedente*, ubi dicitur, ſi conventum ut flumina &
ſtillicidia, uti nunc ſunt, ita ſint, contra venditorem
debere fieri interpretationem. Sed negatur. Sed de quo
venditor intellexit, eo quod de acceſſorio dicitur,
id in favorem emptoris ſit adjectum, & ſic videtur
adjectum ab emptore. Ergo contra eam interpretatio
facienda. *P.Peckius in cap.*56. *R.J. l.*6. *num.*6. *in refu-
tatione quat. rationis dubitandi.* Vel dicendum, vendi-
toris eſſe ſpecifice exprimere res venditas. *vid. Bachov.
ad Tr.vol.*1.*d.*6 *th fin.lit.E.conf. Franzkius h.t. n.*70.
*Ad §.*1. *&* 3. *ſeq.* Regula eſt in §. 1. Omnia quæ 2
poſſunt *haberi & poſſideri*, etiam poſſunt vendi, quæ
non poſſunt haberi ac poſſideri, nec vendi poſſunt.
Id vero §.2. accommodatur ad liberum hominem, qui 3
eſt extra commercium, adeo ut nec ſub conditione, ſi
ſervus erit, vendi poſſit, quia conditio hæc plena eſt
triſtis eventus. Ideoque dubito an alicui parocho in
Eccleſia ſubſtitui aliquis poſſit, ut in caſum mortis 4
& in miniſterio & conjugio ſuccedat; Nam expe-
ctantia in Miniſterio eſt triſtis eventus plena; ſed tri-
ſtiora ſunt ſponſalia eventualia in mariti mortem con-
tracta. *In §.* 3. de re ſurtiva vendita vel re immobili 5
poſſeſſa agitur, ubi triplex caſus formatur (1.) aut 6
uterque ſcit eſſe rem ſurtivam aut non vendibilem,
aut (2.) ſolus emptor ſcit, aut (3.) ſolus venditor ſcit;
Primo caſu neutra ex parte obligatio oritur: ſecundo 7
caſu emptor ſolutum repetere non poteſt, & ſic em-
ptor agendo ex contractu nihil conſequetur, ſed ven-
ditor agere poteſt, ut emptor præſtet promiſſa, & tunc
à ſua parte implere debet venditor, quæ promiſit. Et ſic
excipiendo conſequi poteſt emptor rei furtivæ, quod
agendo alias conſequi non poterat. Tertio caſu utrin- 8
que quæritur obligatio quoad ſecundariam obligatio-
nem & intereſſe, ut venditor ad intereſſe teneatur.
*Bachov.ad Tr.v.*1.*d.*28.*th.*7.*lit.E. Dn.Lauterbach. ad
h t.§.*1 *n.*7. Sed quod de rebus furtivis dicitur, com- 9
muniter limitatur; ſi quis emat cum proteſtatione no-
mine ejus, cujus eſt. *Cæpolla cautela* 10. Dn. Autor *in
C.tit.de furtis ad L.*2. *num.*1. *& ſeqq.* quod declarant,
modo difficilis ſit recuperatio futura Domino, niſi re-
dimatur. Et ſic res à militibus cum proteſtatione à bonis 10
viris redemptas ſcio. *vid.Moz. de Empt.& vend. tit. de
rebus n.*31. *& ſeqq.*
*Ad §. Alia cauſa* 5. Sive vinum ita vendatur, ut 11
deguſtaretur, ſive ad menſuram vendatur, utroque
caſu ante guſtationem & menſurationem venditio ra-
tione periculi quodam modo conditionalis eſt, & im-
perfecta. *per l.ſeq.§.*6. Sed inter hæc duo diſcrimen ta- 12
men eſt, nam in priori caſu etiam poſt deguſtationem
improbare licet vinum, arbitratu tamen boni viri; imo
guſtatio vini non eſt præſumptio vini empti. Poſt men- 13
ſurationem autem factam à venditione recedere non
licet. *Cujac.ad h. §. tom.*1.*& Franzk.ad tit. ff.de Peric.
& Commod.rei vend. n.*28. *& ſeq.*
*Ad §. ult.* Omnis adminiſtrator & geſtor rei alienæ 14
prohibetur emere rem aliquam ejus, cujus bona admi-
niſtrat, ita ut prohibitio tutori facta porrigatur ad alios
omnes adminiſtratores. *Molina tr.*2.*d.*224. *n.*15. *& ſeq.
Carpz.l.*5.*reſp.*68.*Montanus de Tutelis. cap.* 30. *num.*60.
Autor *in C. tit. de SS.Eccleſ. ad Authent. quibuſcumque
num.*2. etiamſi fiat per perſonam interpoſitam. *Caldas* 15
*de Empt.cap.*17.*nu.*8. quod *Salgado in Labyr.p.*1. *c.*13.
§ 2.*num.*1. exemplificat in Curatore bonorum ejus, qui
bonis ceſſit Sed regulam noſtram limitant DD. niſi hoc 16
fiat palam & bona fide. *Salgado d.§.*2.*nu.*10. *Gutierrez
de Tutel.p.*2.*cap.*15.*n.*22.*Caldas d. l. n.*9.*conf. Fabianus
de Monte de Empt.p.*3.*pr.n.*6.

ad L. Quod ſæpe. 35.

*S U M M A R I A.*

*An venditio ſine arrha perfecta ſit. n.*1.
*An determinatio pretii in alterutrum ex contrahentibus
conferri poſſit.* 2.
*Quid ſi in arbitrium tertii incerti.* 3.
*An veneni venditio prohibita.* 4.
*Cujuſnam periculum ſit, ſi res ſub certa quantitate vendi-
ta nondum menſurata eſt.* 5.
*Exemplum hujus rei.* 6.

Arrha

1 ARrha datur, ut eo magis appareat de pretio conventu, licet ſine arrha perfecta venditio eſſe poſſit. Dn. Autor in C. tit. de fide inſtrum. ad L. 17. nu. 8. & ad L. ult. C. tit. Qu. liceat ab emt. recedere. num. 1. ſeq. Unde ſuſpecta videtur ſententia Weſ. in w. h. t. nu. 9. & Carpzov. p. 2. conſt. 33. def. 4. Qui L. 17. §. illud. C. de fide Inſtrum. de contractu imperfecto explicant, cum tamen arrha de conſenſu in pretio teſtetur, & imp. d. l. de Vendit. ſine ſcriptis, & ita perfecta loquatur. conf. Gomez. d. tit. 2. num. 18. Fachin. lib. 2 cap. 28. Caldas de Empt. cap. 18. num. 55. Petr. Greger. lib. 25. ſynt. t. 17. num. 1. Zaſius l. 2. ſing. reſp. cap. 24. Dn. Autor in C. tit. de Fide Inſtr. ad L. 17 num. 6. & ſeqq.

2 Ad §. 1. Quando determinatio pretii in alterius contrahentis voluntatem confertur, venditio nulla. Molina d. 337. nu. 8. & quos refert Dn. Lauterbach. h. t. §. 1. nu. 15. Dn. Autor in C. t. 1. ad L. 13. nu. 1. Sicut etiam nulla, ſi incerti alicujus arbitrio hoc committatur. l. fin. C. h. t.
3 l. 25. Locati. Lauterbach. d. l. Secus ſi incertæ perſonæ tertiæ arbitrium conferatur, ubi tamen conditionalis eſt venditio. d. l. fin. & l. 75. pro Socio. quia tertius ſi iniquum pretium dixerit, corrigitur hoc per reductionem ad arbitrium boni viri, licet non excedat duplum. l. 76. & 78. pro Socio Dn. Lauterbach. d. l.

4 Ad §. 2. Veneni venditio prohibita niſi ad alium uſum haberi poſſit, ſed non cuivis vendere licet venenum, nec emere, de quo vide Conſt. Carolinam art. 37. §. ult. Carpzov. pract. crim. qu. 20. num. 4. & ſeqq. nec cuivis venditio veneni concedenda, ſed tantum pharmacopæo ipſi, & venena in pharmacopoliis loco ocluſo habenda, de quo Marquardus de jure Mercat. l. 2. c. 1. nu 76. & ſeqq.

5 Ad §. In his 6. Rei venditæ periculum ſtatim pertinet ad emptorem, ſi perfecta venditio; quod non eſt, ſi ſub certa quantitate res vendita, & menſurata nondum eſt, ſi ſcilic. quantitas non demonſtrationis cauſa, neque modi denotandi, ad quem ſe adſtrinxit venditor, ſed reſtringendæ rei venditæ cauſa addita ſit, ubi contractus perfectus ratione ſui, ſed imperfectus ratione periculi; ſeu contractus ſatis eſt perfectus ratione pretii, ſi augeatur vel deminuatur, licet non ſit perfectus ratione periculi, quod in emptorem nondum tranſlatum eſt. Afflictus dec. 280. num. 5. Molina diſp. 767. num. 3. Pinell. ad l. 2. C. de reſcind. vendit. part. 3. c. 2. nu. 10. Covar. pract. qu. 3. num. 7. Alex. vol. 6. conſ. 33. numer. 5. & conſ. 176. per totum. Corb. mann. vol. 1. conſ. 4. nu. 11. & ſeq. Cephal. l. 5. conſ. 643. Dn. Autor in C. tit. de Per. & commodo rei venditæ. ad L. 2. num. 2. ex ſeqq. & ad L. 4. d. t. Exemplo id declarabo. Vendo vini Rhenani 10. amphoras, vel 20. perticas ex illo agro, venditio eſt conditionalis & periculum eſt venditoris. Sed ſi vendam integrum dolium vini, ita ut pro ſingulis amphoris promittas 15. thal. hæc conditio eſt pura, quemadmodum alia promiſſio facta ſub conditione deſumta ex præterito. Et quantitas hic additur modi gratia. Cephalus lib. 1. conſ. 36. num. 22.

## ad L. Si quis fundum. 37.

SUMMARIA.

An valeat venditio fundi eo pretio facta, quod à teſtatore præſtitum, cui tamen donatus eſt. nu. 1.

An emtio valeat, quod res locata emta eſſe debeat eo pretio, quod offert alius emturus. 2.

1 FUndus venditus eo pretio, quod à teſtatore præſtitum, ſed fundus reperitur donatus, an valet venditio? Negatur, quia deficit pretium & conditio, ſub
2 qua contractum, deficit. Quid ſi vero tale pactum adjectum locationi, quod res locata conductori, eo pretio ſit vendenda, quod alter emturus offert, & ſtatim vendita res eſſe debeat conductoris, quæritur, an ſi alicui vendat locator & conductor, idem pretium offerat, ſtatim deſinat locatio, & incipiat Emptio? quod affirm. Dn. Mevius p. 4. dec. 91.

## Ad L. Si quis donationis. 38.

SUMMARIA.

Venditio pretio minori ſcienter facta pro donatione habetur. 1.

Idem de exceſſu pretii. 2.

Remiſſio partis pretii excedens 500. ſolid. inſinuanda eſt. 3.

1 VEnditio facta ſcienter minori pretio habetur pro donatione. Tiraq. ad L. ſi unquam. Verb. Donationem largitus. numer. 3. Covarr. lib. 2. reſol. cap. 4. num. 7.
2 Dn. Autor in C. h. t. ad L. 6. numer. 1. Idem in exceſſu pretii, ideoque inter quas perſonas Donatio prohibita, idem de tali venditione dicendum. Covarr. d. l. nu. 10. Et ideo remiſſio partis pretii, quæ excedit 500. ſolidos,
3 requiret inſinuationem. Pinell. ad l. 2. C. de Reſc. vend. p. 1. capit. ſecund. num. vigeſim. quart. Et haberet etiam locum Lex, Si unquam. C. de Revoc. donat. Pinell. d. l. numer. 25. & 27.

## ad L. Qui fundum. 40. §. 2.

SUMMARIUM.

Cujusnam lucrum vel damnum ſit, cum res venditur ſub quantitate certa, quæ poſtea major vel minor reperitur.

QUando res fungibilis venditur ſub certa quantitate, v. gr. pratum 18. jugerum, & poſtea plus vel minus reperitur, ad quem lucrum vel damnum pertinet? Reſp. diſtinguendum eſſe, utrum quantitas taxationis gratia, an vero demonſtrationis gratia exprimatur. Si illud, quod ex verbis colligitur, tum exceſſus ad venditorem pertinet & pretium pro ſingulis jugeribus ſtatutum augendum eſt ſin hoc, lucrum vel damnum eſt emptoris, per hunc §. Covarr. pr. qu. 5. Gomez. tit. 2. reſol. cap. 2. num. 16. Pinell. ad l. 2. C. de Reſcind. vend. p. 3. cap. 2. Molina dec. 366. Dn. Carpz. l. 5. Reſp. 25. numer 4. Mantica l. quart. de convent. tit. 17. Dn. Struv. d. l. th. 12. Wiſſenb. d. d. 34. th 6. & meam diſſert. de emtione rerum in quantitate conſiſtentium, infra ſubjectum. Et Dn Aut. etiam in C. titul. de periculo & comm. rei vend. ad L. 2. numer. 3. & 4.

## ad L. Cum ab eo. 41. princ.

SUMMARIA.

Quid differat venditio ſub modo, & conditione. numer. 1. & 3

Exempl. Vendo fundum ut liberes, vendo, ſi liberas. 2.

1 ALiud eſt ſub modo contrahere, aliud ſub conditione, Modus non impedit adquiſitionem; ſed conditio impedit ab initio. Menoch. conſ. 903. num. 40. Modus poſt actum perfectum poteſt, conditio debet impleri, antequam actus perficiatur. Menoch. conſ. 922. num. 25. conf. Carpzov. p. 3. conſt. 3. def. 26 num. 3. Molina
2 de J. & J. d. 337. num. 10. Vendo fundum, ut eum liberes, & venditio ſub modo, & ſtatim agi poteſt; ſed ſi vendam fundum, ſi liberes, eſt conditionalis venditio, ex qua agi non poteſt, conditione nondum impleta. Nec defectus modi tollit contractum, niſi ad formam
3 contractus, vel ad cauſam finalem pertineat. Dn. Mev. p. 3. dec. 355. Cujac. ad hunc textum & tom. 2. p. 498. Nam tunc modo non obſervato, diſpoſitio ex poſt facto reſolvitur & annullatur. Menoch. conſ. 134. num. 52. ſi ſcilicet alter de modo implendo fuerit interpellatus. Menoch. conſ. 381. num. 43. & ſeq.

## ad L. Ea, quæ commendandi. 43.

SUMMARIA.

An Venditor, qui in ſpecie quid dixit, rei commendandæ cauſa teneatur. nu. 1.

Quid ſi non ſtatim veritas apparere poſſit. 2.

Quid ſi ſit commendatio generalis. 3.

Si ven-

1 SI venditor in ſpecie quid dicit rei *commendandæ* cauſa, tenetur id venditor præſtare; ſi in oculos non incurrat, ſecus ſi contrarium apparere poteſt, quia emtor ſe ipſum decepit. *Dn. Mev. p. 4. dec. 49. num. 2.*
2 Sed ſi non ſtatim poſſit apparere veritas commendationis, præſtanda eſt commendatio, quia ideo pluris vendidit. *Don. lib. 13. cap. 3. lit. C. Barboſ. lib. 3. ax. cap. 30.* Commendationem aut generalem, ſervum eſſe frugi, non tenetur præſtare venditor. *l. 19. pr. ff. de Ædilit.*
3 *Edict. v. not.* Dni. Autoris *ad l. 12. §. 12. ff. Mandati & ad L. 7. C. Mandati. num. 2. & ſeq.*

## ad L. Labeo. 45.

### SUMMARIUM.

*Quomodo conſulatur emtori, qui in qualitate legali erravit.*

SI emptor in materia aut qualitate legali; v. gr. ſervili conditione, & ſimili, erraverit, tunc habet regreſſum contra venditorem, ſed diverſimode; contra ignorantem enim habet actionem ex empto ipſius rei nomine, ut tantum de pretio detrahatur; ſed contra ſcientem etiam ad intereſſe, quanti intereſt ſe deceptum non eſſe. *Struv. h. t. th. 11. Zæſ. num. 6.*

## ad L. Non licet. 46. & L. 62.

### SUMMARIA.

*Cur Præſides provinciarum prohibeantur emere mobilia vel immobilia. nu. 1.*
*Quænam pœna Præſidis hoc caſu. 2.*
*Quid ſi emat bona paterna. 3.*
*An hæc prohibitio hodie uſitata. 5.*

1 PRæſidibus Provinciarum & officialibus non licet emere immobilia vel mobilia, niſi quæ ad vitæ ſuſtentationem pertinent, ne vilius vendere metu imperii cogantur ſubditi, & ne deſerta, Juriſdictione aliena agant præſides, ſed urbanis Magiſtratibus per-
2 mittente Principe hoc eſt conceſſum, *hic & l. un. C. d. Contr. Judic. Molina diſp. 343. & 488. Cævall. quæſt. 445. Caldas de Emt. c. 8. nu. 47.* pœna præſidis eſt, ut amittat rem & pretium, *per l. 11. C. de his, quæ vi metuſve cauſa. ibique.* Autor *nu. 1. & ſeq.* & ſic eſſet repetere venditor, agit fiſcus, *per l. 46. §. 2. de Jure fiſci.* ſed habetur excep-
3 tio *in l. Qui officii. 62.* niſi paterna prædia emat. Unde colligunt, prohibitam certis perſonis emtionem, ad
4 conjunctos vel liberos non pertinere, & prohibitum emere non prohiberi emere bona paterna. *Tiraq. de retr. Conſangu. in præfat. num. 95. & §. 1. Gloſſ. 9. num. 164.*
5 *Fab. de Monte. qu. 31. princ. p. 1.* Sed prohibitio illa ab uſu receſſit; habebit tamen hodie effectum, ut ipſe judex, cujus autoritate bona ſubhaſtantur, itemque Judicii Secretarius à licitatione arceantur, ne in ſuam rem autores fiant. *Ant. Matth. in tr. de Auctionibus l. 1. cap. 10. nu. 3. quem laudat Wiſſenbach. d. l. th. 7.*

## ad L. Labeo. 50.

### SUMMARIA.

*Emtori à conditione non licet recedere, ſi per eum ſtet, quo minus impleatur. nu. 1. & 2.*
*Hoc caſu, quatenus concurrat actio emti cum actione præſcriptis verbis. 3. & 4.*

1 SI res ſub conditione vendita, & per emptorem ſtet, quo minus impleatur conditio, ea habetur pro impleta, nec emtori recedere licet ab iſta emtione, licet conditionali. *Sichar. ad l. Contractus. C. de fid. inſtrum. num. 5. Mantica l. 4. tit. 26. numer. 25. Surdus vol.*
2 *1. conſ. 52. num. 61. Struvius d. Ex. 13. th. 24.* Unde Regula, Conditio habetur pro impleta, quantum ad illum contrahentem, per quem ſtat. *Hier. Verius in rep. Rubr. de V. O. numer. 292. Gozadinus in repet. l. 2. C. de*
3 *pactis. inter empt. numer. 37.* Et ſic hic concurrit actio empti cum actione præſcriptis verbis, ut & in caſu *l. 2. C. de pactis inter emt. ubi vide* Dni. Autoris *notata*, ſcilicet quia olim dubitabatur, an eſſet actio empti & venditi *vid. Cujac. ad hanc. l. com. ſecund. conſ. Fabianus Garcias in repet. l. Jurisgentium. ff. de pactis. nu. 15. vol. 1.*
4 Quatenus conditio habetur pro impleta, eatenus datur actio empti venditi; quatenus autem conditio non impleta rei veritate, datur actio præſcriptis verbis. *Berengarius Fernandus in repet. l. pacta conventa. ff. h. t. numer. 50. vol. 2.* Et ſermo hic eſt non de promiſſione de vendendo, ſed de ipſa venditione conditionali. *Ludov. Gozadinus in repet. l. 2. C. de pactis inter emt. num. 37. vol. 7. conſ. 73. numer. 11. Angelus in §. actionum. nu. 71. Inſt. de Act.*

## ad L. Senatus. 52.

### SUMMARIA.

*An poſſint ædes vendi ad demoliendum. num. 1.*
*An talis venditio per juramentum confirmari poſſit. 2.*
*An h. L. ſit hodie abolita. 3.*
*An quis ex domo hortum facere poſſit in civitate. 4.*

1 NOn debent ædes vendi ad demoliendum nec marmora adfixa removeri, ne urbs ruinis deformetur; nam emtio irrita; pretium repetitur, & duplum ærario infertur. *Weſemb. in w. h. t. numer. 7. Pac. cent. 6. quæſt. 6. Don. & Hill. lib. 19. cap. 11. lit. F.* Dn. Autor *in C.*
2 *tit. de ædif. Privat. numer. 18.* Et quia cauſa utilitas eſt publica, ideo nec per juramentum talem venditionem confirmari poſſe, tradunt, à quibus tamen recedit *Covar.* dicens, multas & inter eas hanc legem etiam deſuetudine eſſe abrogatam. *ad l. quamvis. p. 1. §. 1. nu. 8.*
3 *de R. J. lib. 6.* Sed noſtris moribus non puto eſſe abolitam legem, quin imo juramentum à venditore præ-
4 ſtitum Magiſtratui non præjudicaret. Nec procederet emptio, ſi quis ex *domo vellet hortum* facere, vel vineam in civitate, vel circum &c. Dn. Autor *in C. tit. de ædific. privat. numer. 23.* Idcirco leges non ſunt abolitæ, quod rarior caſus contingat.

## ad L. Res bona fide. 54.

### SUMMARIUM.

*An minima læſio faciat emtionem b. f. factam nullam.*

REs bona fide vendita propter *minimam læſionem* inempta fieri non debet. Dices fortè hanc legem de læſione in pretio loqui, & ex *l. ſecund. C. de Reſcind. vend.* explicandum. Sed negat hoc *Pinellus ad d. l. 2. part. 1. numer. 2.* Sed intelligit hunc textum de caſu, ubi imminutio reperitur in re vendita, quæ ſi minima ſit, propterea non reſcinditur contractus ſed datur tantum actio, quanti minoris. *L. quoties. 6. ff. de Ædil. Edicto.*

## ad L. Nuda. 55.

### SUMMARIA.

*Simulatio nuda an effectum habeat. num. 1.*
*Non nuda quid operetur. 2.*
*An ſimulatio, quæ fit prohibente lege, allegari poſſit ab eo, qui ſimulate contraxit. 3.*
*Quot modis contrahatur ſimulatio non nuda. 4.*

1 S*Imulatio* alia *nuda* eſt, alia *non nuda*: *illa* eſt quando nihil agitur inter partes, ſed omnia in ſpeciem tractantur; & talis contractus nullum habet effectum. Dn. Autor *in C. h. t. ad L. tertii. numer. 1 & 2.* nec ex eo transfertur dominium *Trentacinq. lib. prim. tit. de ſimul. reſol. un. numer. 3. Tuſch. concl. 265. lit. S.*
2 Dn. Autor *in C. t. de tranſact. ad L. 21. num. 5.* Non nuda ſimulatio eſt, quando aliquid revera agitur, ſed aliud, quam

quam ſimulatur, & tunc ſi aliud ſit actum per quod
poſſeſſio transferri poteſt, tunc poſſeſſio transfertur,
*arg. l.1.§.4.de acquir. poſſeſſ. Berous conſ. 169. numer.24.*
3 *vol.1.* Autor *in C. tit. de Poſtulando. L.3.num.3. Simulatio
non nuda* ſit vel in fraudem legis, & tunc nihil agitur
in effectu, lege prohibente. *L.5. C. de LL.* Et hæc nul-
litas ab eo ipſo, qui ſimulate contraxit, allegari poteſt,
quia non tam turpitudinem ſuam, quam nullitatem
contractus allegat. *Card. Mantica de tac. & amb. con-
vent. l.13. tit. 37. numer.* 10. *Jacobus Schultes ad Modeſt.*
4 *Piſt. p. 4. qu. 140. limit. 9. numer.* 85. *Simulatio autem non
nuda* ſit, vel *de perſona in perſonam*, vel de contractu
uno ad alium, vel de cauſa ad cauſam, vel de re ad
rem, vel de tempore ad tempus, vel de qualitate ad
qualitatem. De probatione contractus ſimulati, vid.
*Maſcard. de probat. concl. 437. & multis ſeq. & Mantica
d. l. Menoch. l.3. præſumpt. 122. Dn. Lauterbach. ad h.t.§.1.
th.* 28.

## ad L. Domum. 57.

### SUMMARIA.

*An, ſi domus utroque ignorante combuſta vendita ſit,
pretium ſolvendum. num. 1.*
*Quid ſi venditor ſciverit. 2.*
*Quid ſi emtor ſciverit. 3.*
*Quid ſi uterque. 4.*
*An ceſſio valida in nomine jam alii ceſſato. 6.*

1 SI *domus* quæ vendita utroque ignorante combuſta,
non tenet venditio, niſi pro majori parte adhuc
conſiſtat, ubi tamen arbitrio boni viri pretium dimi-
2 nuendum *Menoch. l.1. A.Q.68.num.35* Et hoc quidem,
ut dixi, ſi uterque rem periiſſe ignorat, ſi autem vendi-
tor ſcit exuſtam, ſi qualiſcunque pars ſubſiſtat, tenet
3 venditio, & venditor tenetur ad intereſſe; Si emptor
ſolus ſcivit, non tantum valida emptio, ſed & tenetur
4 ad ſolidum pretium emptor; Si uterque ſciat, *dolus cum
dolo* compenſatur, & nulla eſt venditio *Molina d. 340.
numer.17. Dn.Struv.h.t.th.40. Dn.Lauterbach.ad h.t.§.1.
numer.6. Franzkius h. t. numer.* 108. infert etiam ex hac
*L. Franzk. ad tit. de Act. empt. numer.* 319. ſi uterque
5 ſciat rem eſſe alienam, nullam eſſe venditionem *conf.
Cujac. ad l. 58. h. tit. tom. 2. p.* 205. Dn. Autor *in C.tit. de
rebus alien. non alien. ad L. 1. num. 1. & ſeqq. & ad L.6.*
6 *d.t. Ut & h. tit. ſuff. ad L.*18. Sic ſi quis nomen ceſſatum
cedat nihil agit, nam nihil operatur ceſſio, ſi nihil
reperitur ceſſibile. *Kloch. vol. 3. conſ. 108. nu. 58. Surdus
conſ. 541. num.* 5. licet conventum, ut ceſſionarius non
habeat regreſſum, ut pronunciatum menſe Majo anno
1658.

## ad L. Arboribus. 58.

### SUMMARIA.

*An venditio valida, ſi fundus ſit emptus, in quo venti vi
omnes arbores ſunt dejectæ, quod emptor ignoravit.
numer. 1.*
*Quando error in materia venditionem irritam reddat.
numer. 2.*

SI fundum emi, in quo neſciebam vi venti omnes
1 arbores dejectas fuiſſe; quæritur, an venditio va-
leat? videtur quod ſic; quia fundus ſine arboribus
etiam fundus manet; ergo non eſt eadem ratio, quæ
in domo vendita militat. Sed negatur, ſi contempla-
tione arborum emi, quod ex circumſtantiis dijudican-
dum. *conf. Albertus Brunus in tract. de deminut. & deter.
num 76. & ſeq. qui tract. habetur in vol. 17. tract.* Ex eo
2 colligunt, licet error in materia ex parte vel qualitate
intrinſeca, venditionem non reddat irritam, ſi tamen
contemplatione ejus, quod pro ſolido aureo vaſe ha-
buerim, emerim, emptio in totum nulla. *Maranta in
ſpeculo p. 4. tit. 11. nu.* 43. quid enim, ſi ideo emerem, ut
principi offerrem, cui minus acceptum donum, ſi ar-
gentum auro, vel æs argento mixtum?

## ad L. Cum venderes. 59.

### SUMMARIA.

*An in venditione fundi debeat præſtari libertas & inte-
gritas. num. 1.*
*Quid ſi fundus ſit venditus. ut optimus maximus. 2. & 4.*
*An venditor teneatur quanti minoris, ſi ſervitus non in
oculos incurrat. 3.*

1 IN venditione fundi non debet præſtari libertas
vel integritas, ſed qualis eſt; niſi in ſpecie ven-
2 ditus ſit, ut optimus maximus eſt; nam tunc præſtari
debet etiam libertas & integritas. *l. pen. ff de Evict. l.
126. & l. 169. de V. S. Cujac. hic. Gomez. tomo. 2. reſol.
cap.2. num. 45. Buſius hic.* Etiam ſi venditor ignoraverit,
rem venditam alteri ſervire, cum non debeat liberum
aſſerere, quod ignoravit. *A. Barb. ad l.9. C.h.tit.nu.6.
Dn. Lauterbach. ad h. tit. §. 1. th.* 10. Sed ſi ſimpliciter
vendidit, de evictione non tenetur *l. pen. de Evict. Ca-
ballinus de evict. §. 5. num.* 70. Dn. Autor *in C.h.t.ad L.*
3 *12. num.* 2. Si autem ſervitus non incurrat in oculos, &
emptor ignoraverit, nec monitus à venditore, ſic te-
netur quanti minoris. *l. 61. de Ædil. Edict. l. 15. §. fin. de
Evict. Lauterbach. d. l. Videantur Lexica juridica in voce
optimus. maximus. ubi plura.* Noſtro idiomate venditur
fundus frey von allen oneribus. Dn. Autor *in C. tit. de*
4 *Compenſ. ad L.10.nu.3.* Unde cum canales ſubterraneos
emptor diceret vitioſos & à venditore repeteret ſum-
ptus, hic abſolutus menſe Febr. anno 1652.

## ad L. Qui officii. 62. §. fin.

### SUMMARIA.

*An venditor, qui prædium cum inſtrumentis, quorum
nonnulla doloſe corrupit, per averſionem vendidit, ad
eorum præſtationem teneatur. nu. 1.*
*Qui omnibus exceptionibus renunciavit, non iis, quæ ad-
verſarii facto oriuntur, renunciaſſe videtur. 2.*
*Quando emptor in ſe ſuſcepit periculum, illud etiam quod
culpa venditoris oritur, ſuſcepiſſe videtur. 3.*

1 PRædium cum inſtrumentis venditum per *averſio-
nem*, quædam inſtrumenta venditor doloſe corru-
perat, an tenetur ad eorum præſtationem? Vid. quod
non, quia per averſionem venditio facta, & ſic omne
periculum in emptorem translatum. Sed affirm. quia
2 ſemper exceptum factum ipſius venditoris. Colligunt
hic Dd. licet omnibus exceptionibus quis renunciave-
rit, non tamen iis, quæ ex facto ipſius Adverſarii
oriuntur. *Hip. de Marſil. ſing. 96. Decius conſ.27.num.1.
Cam. Borell. tit. 48. numer. 33. tom.1.* Colligunt etiam ex
hoc textu Dd. quos refert *Alexander l. 6. conſ. 34. nu. 6.*
3 quando aliquis in ſe ſuſcipit *periculum*, cujus alias eſt
*periculum* ex natura contractus, ut eſt emptor, tunc
etiam illud periculum ad eum pertinet; Dn. Autor *in
C. tit. de Peric. & comm rei Vendit. ad L.1. & 4.* quod
culpa venditoris contigit, modo dolus abſit, ut pactum
aliquid operetur. Secus autem ſi doloſum factum ſit,
de quo antea dicta intelligenda.

## ad L. Fundus. 64.

### SUMMARIA.

*Quando quis ſibi & tertio emit, cui acquiratur res. nu.1.*
*An in contractibus ſit locus juri accreſcendi. 2. & 3.*
*An h. L. hodie abrogata. 4.*

1 QUando quis ſibi & tertio emit, contractus in
perſona ementis conſiſtit in ſolidum, adjectio
extranei inutilis. *conf. tot. tit. C. ſi quis alteri vel ſibi ſub
alterius nomine, vel aliena pecunia quid emerit & ibi*
2 *not.* Dni Autoris *ad d. tit.* Idem colligunt ex *hac L.* in
contractibus locum eſſe juri accreſcendi, quando pro-
miſſoria

miſſoris hoc intereſt. *Tiraqu. de retr. conſang.* §. 23. *gl.* 2. *num.* 5. *& gl.* 2. *num.* 18. *Fabian. de Monte quæſt.* 3. *pr. qu.* 12.
Autor *ad L. ult. nu.* 5. *C. de inut. ſtip.* quia veroſimiliter
non erat partem empturus, & in communionem cum
3 venditore ſe præcipitaturus. Sed rectè dicitur, cauſam
decidendi hic non eſſe jus accreſcendi, ſed inutilem
adjectionem extranei. *Hill. l.* 7. *cap.* 12. Cum enim ter-
tius fruſtra adjiciatur, & inteotin contrahentium talis
præſumenda ſit, qualis de Jure eſſe poteſt, ideoque tota
emptio in perſona ementis cœpiſſe dicitur. *conf. Vaſqu.*
4 *de Succeſſ. creat.* §. 10. *numer.* 119. Sed banc legem inter
abrogatas cenſet *Grænwegen*, quod tamen non perſua-
det.

## ad L. Convenit. 65.

*SUMMARIUM.*

*Quatenus ſi quid in materia elaborandum eſt, locatio vel venditio ſit.*

QUoties in materia aliquid elaborandum eſt, & ea manet in eodem ſtatu & proprietate, eſt locatio, quoties vero materia alienatur, venditio eſt; quam legem notabilem vocat *Br. & Bl. Conf. Lauterbach. ad h. tit. th.* 19.

## ad L. In vendendo. 66. pr.

*SUMMARIA.*

*Ne fundus evincatur, hoc intelligitur, quamvis nihil dicatur. num.* 1.
*Quid ſi emtor ſciat rem eſſe alienam.* 2.
*In vendito fundo veniunt etiam paſcua.* 3.
*Venditor debet certiorare emptorem de ſervitute.* 4.

1 IN venditione quædam intelliguntur, licet non di-
cantur, ſcilicet ne proprietas aut uſusfructus evin-
catur, ſervitus autem ſi imponenda eſt, id nominatim
fieri debet; prioris ratio eſt, quia finis eſt emtionis,
ut habere liceat, quod non licet evicta proprietate vel
uſufructu. Excipitur, ſi emptor ſciat eſſe alienam, aut
2 res ſit ex hæreditate vendita. *Cujac. t.* 2. *ad h. t.* Sic ven-
3 dito fundo, videntur etiam paſcua vendita, ad eum
fundum deſtinata, *Cæpolla de Serv. Ruſt. cap.* 9. *num.* 7.
Ideoque ſi venditor ſciat ſervitutem, & emptor ne-
ſciat, debet utique emptor certiorari ne ſervitutem non
4 utendo amittat. *Decius ad L. cum Juriſdictio.* 2. *num.* 33.
*de Juriſdict. Lauterbach. ad tit. de Act. Empti* §. 1. *th.* 16.
Et ſi affirmaverit certam ſervitutem competere, eam
præſtare debet, *per hunc* §. *Gomez. t.* 2. *reſol. tit.* 2. *nu.* 45.
*Lauterbach. d. l.*

## ad L. Alienatio. 67.

*SUMMARIA.*

*Res alienata tranſit cum ſua cauſa. nu.* 1.
*Prædium in æſtimo deſcriptum non fit liberum, ſi in clericum vel nobilem transferatur.* 2.
*An poſſeſſor de præterito conveniri poſſit de oneribus.* 3.
*Omne nomen cedendum cedi debet cum compenſabilitate, quæ jam adhæret actioni.* 4.
*An uſuræ poſſint cedi ut capitale uſuriferum.* 5.

ALienata res tranſit cum ſua cauſa, ita ut eodem
1 modo ſit penes emptorem; Dn. Autor *in C. tit.*
*de reb. alien. non alien. ad L. ult.* quo fuit penes vendi-
torem, niſi aliud convenerit; nam per conſtitutum,
convenientem intelligo, cum *Hillig. ad Donell. l.* 4. *cap.*
15. *lit. B.* Unde colligitur, rem in Æſtimo deſcriptam
2 & taxatam, non fieri liberam à collectis, ſi in Nobilem
& Clericum transferatur, ſemel alienata per mutatio-
nem dominii non liberatur ab onere, & melioris con-
ditionis non *poteſt eſſe ſucceſſor*, quam fuit *anteceſſor*, *ex
Mod. Piſt. vol.* 2. *conſ.* 9. *Dn. Mev. p.* 4. *dec.* 106. ubi re-
fert in Pomerania allegari ſolere privilegium de con-
3 traria obſervantia, de quo ſub judice lis eſt. Onera
realia etiam privata ſequuntur poſſeſſorem, etiam
præteriti temporis. *Dn. Mev. p.* 5. *deciſ.* 319. ubi dicit
eum, qui amplius non poſſidet, conveniri poſſe, quod
intelligo de oneribus illorum annorum, in quibus
fructus accepit: nam de aliis temporibus non poteſt
conveniri, cum ceſſante poſſeſſione, ceſſet etiam actio
4 realis. *Ex hac lege* probavi alibi, omne nomen ceden-
dum, cedi cum compenſabilitate, quæ jam adhæret
actioni, licet nondum compenſatio fuerit adhibita.
5 Et uſuras cedi non poſſe, ut capitale uſuriferum, ſed ut
uſuras infrugiferas, contra quod ſæpe peccatur. Nam
quomodo debitoris ceſſi ſine ſuo facto deterior poteſt
reddi? conditio per factum ſeu ceſſionem creditoris?
& ſic à Facultate noſtra deciſum memini. Quam ſen-
tentiam contra *Berlichium* probat *Dn. Lauterbach. tit.
de Hered. vend.* §. 2. *th.* 40. Per ceſſionem non debet
fieri deterior conditio debitoris, nec mutari qualitas
debiti, niſi debitore conſentiente.

## ad L. Rutilia Polla. 69.

*SUMMARIA.*

*Augmentum diſcretum à re vendita, non cedit commodo emtoris. num.* 1.
*Quid ſi deſtinatione ſaltem venditoris annexa fuerit.* 2.
*An etiam pertinentia ſequantur, quæ tempore addictionis extiterunt.* 3.
*Lim. Lex de re ſub menſura vendita.* 4.

1 VErba contractus ita intelligenda, ut reſpectum
habeant ad tempus contractus & ſic augmen-
tum diſcretum, vel acceſſoria poſtea annexa rei ven-
ditæ, non cedunt commodo emptoris, cum res in eo
ſtatu vendita videatur, in quo fuit tempore contractus.
*Cæpolla de S.V.P. cap.* 50. *num.* 11. *Menoch. conſ.* 26. *num.* 5.
*&* 24. *conſ.* 606. *num.* 37. *Ceph. conſ.* 418. *num.* 55. *Wiſſen-*
2 *bach. d.d.* 34. *th.* 8. Et ſufficit rem deſtinatione vendito-
ris fuiſſe annexam rei venditæ, tempore contractus,
v. gr. ſterquilinium. *l.* 17. §. 2. *de Act. Empti. Carpzov.
p.* 2. *cap.* 33. *def.* 19. & omnia quæ ſunt infixa. *Carpzov. d.
l. d.* 20. *Struv. h. t. th.* 15. Collige, quando de acceſſoriis
quid dictum eſt; illud de tempore contractus intelli-
3 gendum. *Franzk. ad tit. de Act. Empti num.* 25. Et ideo
etiam pertinentiæ ſequuntur, quæ tempore addictio-
nis extiterunt, cum in ſolutum datio vel addictio ſpe-
cies quaſi venditionis exiſtat. Si enim v. gr. homo pro-
prius à poſſeſſore antea bona fide fuit alienatus vel li-
beratus, hic in addictionem venire non poterit, ſed
attenditur tempus Addictionis. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 277.
4 Sed notandum, in hac lege ſermonem eſſe de re ſub
menſura vendita ſeu limitata; nam ſi ita non ſub men-
ſura decem pedum lacus fuiſſet venditus, procul du-
bio acceſſio ad emptorem pertinuiſſet. *Cephalus lib.* 3.
*conſ* 418. *num.* 56. *& ſeq. Menochius conſ.* 26. *num.* 34. *&
ſimiliter reſpondet ac declarat hanc legem Menoch. conſ.*
606. *numer.* 32. conferri poteſt *Decianus vol.* 3. *conſ.* 123.
*numer.* 90.

## ad L. Pacta conventa. 72.

*SUMMARIA.*

*Pacta ex intervallo appoſita in ſubſtantialibus nihil proſunt num.* 1.
Circa *hæc appoſita pacta diſtinguitur, an detrahant aliquid, an augeant.* 2.
*An hodie hujus L. utilitas ſit.* 3.
*An hodie neceſſe ſit ad pactum de retrovenditione, ut in continenti adjiciatur* 4.

1 PActa ex intervallo apponi ſuper naturalibus & ac-
cidentalibus tantum poſſunt, ſecus in ſubſtantiali-
bus, *vid. Bach. in Tr. vol.* 1. *diſp.* 6. *th. pen.* Porro circa
*pacta ex intervallo addita diſtinguitur*, an *detrahant* ali-
2 quid de naturalibus emtionis, an *augeant*. Priori caſu
dant exceptionem, poſteriori non, quia non proſunt
ad agendum, de quo late *Franzk. ad h. tit. numer.* 35.
*& multis*

*& multis ſeqq.* Bachevius *ad partem* 1. *Pandect. in tit. de pactis ſub rubr. de pactis Adjectis. Mudæus de contrahenda empt. p. 5. & Dn. Lauterbach ad h. t. §. 1. th. 22. Dn. Struv.*
3 *th. 22. & ſeqq.* Sed puto hodie ceſſare eas ſcrupuloſitates juris noſtri, nec multum in foro attendi, cum ex pactis qualicunque tempore initis hodie detur actio.
4 Unde etiam putarem, licet Doctores magno conſenſu doceant, pactum de *retrovenditione* ut ipſo jure reſolvat contractum, opus eſſe, ut in continenti addatur, non ex intervallo, vix hoc in noſtro foro obtinere, ubi notorie ex pacto datur actio; & cur non ex intervallo ita poſſit conveniri, ſi v. gr. 20 annis uſus fuerit, ipſo jure ſublatum iri contractum hunc, præſertim cum ex intervallo reſolvi poſſit hic contractus, cur non ex intervallo pactum reſolutorium poſt aliquod tempus, vel ſub certa conditione addi poſſet?

## ad L. Æde ſacra. 73.

### SUMMARIA.

*An locus ædificii ſacri diruti ſit profanus. nu. 1.*
*In Templo conſecrato & area ſacra eſt. 2.*

1 ÆDe ſacra terræ motu (adde vel tempore belli à profanis militibus) diruta, locus ædificii non eſt prophanus. Notent hoc Patroni, non eſſe extruendum ædificium prophanum in eo loco, ubi ſtetit antea Eccleſia; ſemel dicatum DEO prophanari non debet. Templo conſecrato, ipſa quoque area & fundus con-
2 ſecratus. Sed hic multoties peccatur. Hujus legis argumento probat *Gail. l. 2. obſ. 61. numer. 10.* Eccleſiam in alium locum translatam, vel alii Eccleſiæ incorporatam, retinere ſua Privilegia antiqua.

## ad L. Civibus. 74.

### SUMMARIA.

*Traditio ficta per claves cur poſſeſſionem transferat. nu. 1. & 2.*
*An neceſſario in conſpectu horrei fieri debeat. 3. & 4.*
*Traditis ab abſente clavibus, facultas apprehendendi ſimul conceditur. 5.*

1 FIcta traditio mercium facta per traditionem clavium, transfert poſſeſſionem mercium in horreo contentarum, ſi ille fuit poſſeſſor vel Dominus, alias uſucapiendi facultatem; cujus ratio, qui tradit partem rei, videtur totum tradidiſſe, & qui partem accepiat, &c. *L. 3. §. 1. de Aquir. poſſ.* Jam vero claves ſunt pars ædium *l. 17. de A. E.* Et alias traditio clavium nullum haberet effectum. *Menoch. conſ. 103. nu. 34. Maſc. concl. 1190. num. 18. & ſeq. Covarr. lib. 3. reſol. cap. 16. numer. 11. Afflict. dec. 299. Guido Papa deciſ. 22. & 81 Gail. lib. 1. ob. 152. num. 18.* Quod declarant, ſi modo poſſeſſio ſit penes
2 illum, qui tradit claves. *Tiraquell. de Conſtit. poſſ. p. 3. Limit. 1. num. 5. & ſeq.* & titulus præceſſerit. *Tiraq. d. tr. p. 1. Lim. 6. nu* 4. Sed requiritur hic, ut traditio clavium fiat in conſpectu horrei. *conf. l. 1. §. ſi juſſerim. & l. 18. §. 2. ff. de Aquir. poſſ. Jaſon. in l 1. ff. de Adquir. poſſ. nu. 61. & ſ.* quod tamen negat *Alex. in l. 1. num. 78. ff. de adquir. poſſ. & Tiraq. de conſt. poſſ. pag. 2. ampl. 3. nu. 3.* quibus occurrit *Maſcard. d. concl. nu. 22. Menoch. rem. 3. retin. poſſ. n. 579.*
4 Sed quicquid ſit de jure, levis tamen videtur hæc circumſtantia, ut traditio clavium in præſentia horrei facta ſit, & vereor, ut hæc declaratio inter Mercatores
5 obtineat. Si tamen res *abſens* tradatur, per traditionem clavis vel annuli, licet poſſeſſio non transferatur, conceditur tamen facultas apprehendendi poſſeſſionem
6 propria autoritate *Romanus ſing. 137.* Colligitur etiam ex hac lege regula, quod translatio dominii & conditio uſucapiendi æquiparentur, quod multis declarat *Franc. Balbus ad l. Celſus nu. 62. & ſeqq. ff. de uſucap.*



## ad L. Qui fundum. 75.

### SUMMARIUM.

*Qualis actio detur, ſi pactum de retrovendendo in continenti vel in traditione adjiciatur.*

QUando pactum de retrovendendo in continenti additum in ipſo contractu, tunc ex eo datur actio ex vendito, per hanc legem collatam cum *L. 79. h. t.* Dn. Autor *in C. tit. de Pact. inter empt. & vend. ad L. 2. numer 2.* Sed ſi in traditione additum, datur actio præſcriptis verbis, & ſic intelligunt *L. 2. de pactis inter Empt. conf. Perez. in Cod. d. tit. numer. 15. & ibi Cujac. Mantica lib. 4. tit. 32. numer. 1.*

## ad L. In Lege fundi. 77.

### SUMMARIA.

*An ſi fundus venditus exceptis lapidicinis, lapidicinæ poſtea inventa ſimul excludantur. nu. 1.*
*Tempus contractus attendendum eſt. 2.*

1 VEndidi fundum exceptis lapidicinis, poſtea apparuerunt novæ lapidicinæ, quæritur an ad venditorem pertineant? quod negatur, quia de iis lapidicinis, quæ tempore contractus erant, videtur actum in dubio, & paria ſunt non eſſe, & non apparere, & totus fundus eſſe poſſet plenus lapidicinis, & totus ita
2 venditoris, quod abſurdum. Aliud autem, ſi expreſſe de futuro actum. *Menoch. conſ. 606. numer. 40. & ſeq.* Tempus contractus igitur attendendum, & exceptio non poteſt de aliis intelligi, quam quæ tunc apparuerunt. Et pacta contractuum intelligenda ſunt de iis, quæ tunc apparent, non quæ futura ſunt. *Menochius d. conſ. nu. 39.* & lapidicinæ intelliguntur, non ex quibus lapis cædi poſſet, ſed ex quibus lapis cæditur.

## ad L. Fiſtulas. 78.

### SUMMARIA.

*An tutor ſibi ipſi rem debitam poſſit ſolvere nu. 1.*
*Caſus h. §. refertur. 2.*
*An ſi plures de retrovendendo fundo caverunt, unus offerendo totum pretium, redimere valeat. 3.*
*Quid ſuſcipit caſum fortuitum, quid in ſe ſuſcepiſſe intelligatur. 4. & 9.*
*Sententia eſt, quod venditor caſus fortuitos in ſe ſuſcipiens, non loqui intelligatur de caſibus ſæpe contingentibus. 5.*
*Caſus fortuiti ſunt frequentiſſimi, rariores & rariſſimi. 8.*
*Frequentiſſimos caſus fortuitos non intelliguntur in contractibus venditores ſuſcepiſſe. 10.*
*Hodie frumentum in herba vendere prohibitum. 11.*

1 AD Pr. vide notata Dn. Autoris *ad L. 13. §. fin. ff. de A. E.*

*Ad §. 1. Tutor* rem debitam ſibi ipſi poteſt ſolvere, etiam immobilem. *Paulus Montanus de Tutoribus. c. 32. reg. 9. numer. 107. & ſeq.* quod in his terminis intelligit *Cagnolus ad L. ſingularia. num. 72. de Reb. cred.* quando agitur de executione contractus, ſecundum voluntatem patris celebrati, in certa & determinata ſpecie; ubi alia ſolennitas non eſt neceſſaria, ceſſante ſuſpicione læſionis & deceptionis pupilli, nam hoc caſu jus habet ingrediendi rem emtam vocantem. *conf. Caraſius l. 5. Miſcell. capit. 15. numer. 3. & ſeq.* Magis autem reſtringit *Marcus Mantua ſing. 340.* Cujus tamen interpretatio divinatoria videtur.

2 *Ad §. 2.* Emit Titius fundum, & debet ipſi tradi, quando integrum pretium ſolveretur. Deceſſit duobus hæredibus relictis. Unus eorum totum pretium offert, & obtinet totum fundum, & partem pretii à cohærede judicio famil. herciſc. recuperabit, ſed ſi partem ſuam

3 offerat, non accipiet fundum. Probant ex hoc, ſi quis
de ſibi retrovendendo fundo caverit, vel plures cave-
rint, quod tunc unus offerendo pretium poſſit redi-
mere, modo reemptor caveat de vendendo partem ſo-
4 ciò, ſi is in poſterum eam ve'it habere. *Schneidew. ad
§. actionem. tit. de Except. numer.* 20. *Jaſ. de Act. Boer.
dec.*251.*num.*1.*Tuſch. concl.*28.*num.*1.*lit.P.Carpz.p.*2.*conſt.*
1.*def.*11.*Berlich. p.*2.*concl.*2.*nu.*32. *Balth. tit.* 7.*reſ.*1 *nu.*8.
*conf.* Roncheg*allus ad l.* 9. *princ. de duobus reis. nu* 108.
Dn. Autor *in C. tit. de Pact. inter emptor. & Venditor. ad
L.*2.*num.*9. & 10.

4 *Ad §. ult.* Qui ſuſcipit caſum fortuitum tempe-
ſtatis, non videtur ſentire de caſu ſæpius contingente.
Nam quotuſquiſque annus, in quo tam locuples
meſſis, ut nullum damnum à tempeſtate ſenſerint fru-
ges. Alii ita intelligunt; Qui ſuſcipit in ſe caſum for-
tuitum, non videtur ſentire de caſu inſolito, ut tradunt
*Sebaſt Medices de caſu fortuito part.*1.*quæſt.*51. *Pinell. in
l.*2.*C. de* Reſc. *vend. p.*1.*cap.*3.*num.*29.*Manica lib.*5.*tit.*8.
*Gail. l.*2.*obſ.*23.*num.*18. & *obſ.* 52. *num.*27. *Rauchbar. l.*2.
*qu.* 29. *num.* 20. *Gutierrez. de Jurament. confirm. part.*1.
*cap.*24.*nu.*6.*Molina diſp.*495.*nu.*20.*Beſold.conſ.*194.*nu.*61.
Sed ut hæc regula vera, ex hoc §. tamen vix probatur.
Nam in noſtro §. non conferuntur inter ſe caſus rariſ-
ſimi cum caſibus rarioribus, ſed tempeſtatis caſus fre-
5 quentes cum rarioribus, non cum rariſſimis. Et ſenſus
eſt, ſi venditor recipit in ſe caſum tempeſtatis fructibus
nocentis, is certè non intelligit frequentiſſimos caſus;
nam in ſingulis fere annis aliquod damnum vel ab
uredine, nimia pluvia, grandine, frigore & ſimilibus
contingit, de quo frequentiſſimo damno id non intel-
6 lexerunt contrahentes. Ideoque ſententia Dd. quam
ex hoc textu eliciunt, non probatur, ſed potius con-
trarium, non videri cogitatum de frequentiſſimis, nam
ſic idem eſſet, ac ſi ſecundam meſſem promiſiſſet ſine
7 omni damno, quod non eſt præſumendum. Ideoque
textum hunc contra illorum Doctorum opinionem
retorqueri poſſe, rectè notat. *Molina diſp.* 495. *num.*20.
8 & *Franc. de Clapperiis* 2. *dec. Cauſa* 83. *qu. un.* Ergo po-
nendum eſt trium generum eſſe caſum tempeſtatis
ſequioris; ut etiam aliorum fortuitorum, *(1.)* frequen-
tiſſimi. *(2.)* rariores. *(3.)* rariſſimi, de his procul
dubio non cogitatum, quod melius ex ratione, quam
9 ex hoc textu probatur, quia non præſumitur cogitaſſe
de caſu plane inſolito, qui vix centum annis contin-
gat. Certum enim, renunciationem vel ſuſceptionem
caſuum fortuitorum ſtricte intelligendam, quod rectè
limitat *Mol. d. l.* niſi ſuſcepiſſet caſus opinatos & inopi-
natos; nam hoc caſu de illis cogitatum eſt in genere,
10 ut ibi judicatum refert. Primi generis non intelligun-
tur ſuſcepti, quando is ſuſcipit, qui alias ſuſcipere
tenebatur, ut venditor meſſis futuræ, ſed tunc de
mediæ ſortis tempeſtate rariore videtur actum. Cæte-
rum de hac lege videri poteſt. *Franc. Marti. p.*1.*quæſt.*
472.*num* 20. *Hier. Grat.* 11.*vol.*2.R*eſp.*94.*nu.*46.*Laur. d.*
11 *Pinn. conſ.*85.*num.* 11. Probatur ex hoc §. quod frumen-
tum in herba Romanis emere licuerit. Sed id hodie
prohibitum *per Reform. polit. de anno* 1548. *tit.* von
Verkauffung der Früchte auff dem Felde. & *de anno*
1577. *tit.* 19. Idem in Friſia prohibitum. *Wiſſenbach. d.l.
th.*9. & in Gallia. *Molina de contr. uſur. nu.* 470. Et hoc
ad uvas extendit *Wiſſ. d.l. th.*10. *conf. Fachin. l.* 1. *quæſt.* 86.
*Setſerus de juram. lib.*1.25.*nu.*58. & *quos refert Hill. l.*16.
*c.*3.*lit.* C. Dn. Autor *in d. h. t. ad L.*8.*nu.*3.

## ad L. Fundi partum. 79.

*SUMMARIUM.*

*Pactum vel onus poteſt eſſe pars pretii.*

SI ideo vilius vendidi, ut pactum ſervaretur, tunc
pactum eſt pars pretii, quod communiter ex hac
lege probant. Si v. gr. ob pactum de retrovendendo
additum, ſolet vilius res vendi. Pactum ergo vel onus
poteſt eſſe pars pretii. *Pinell. p.* 2. *Rubr. de Reſcind. ven-
dit. cap.*2. *num.* 19. *uſque ad finem* Card. *Mantica de tac.
& amb. convent. l.* 4. *cap.* 20. *num.* 41. & *ſeq. Lauterbac.
ad h.t. §.*1.*th.*18. ubi plura tradit, unde pretium rei de-
ſumi poſſet.

## ad L. Pen. §. ult.

*SUMMARIA.*

*An videatur vendidiſſe, qui id agit, ne dominium trans-
feratur. num.* 1.
*Ex reſervatione domini & præſtatione annua cum ali-
quod jus in re transfertur, præſumitur emphyteuſis.* 2.
*Annon tamen uſucapiendi conditio poſſit transferri.* 3.
*Quid ſi non poſſit apparere de alio contractu.* 4.
*An præſumenda fraus ſit, cum res vendita eſt magno pre-
tio, modico cenſu reſervato.* 5. & 6.
*Reſervatio dominii poteſt fieri ad tempus, donec pretium
ſolvatur.* 7.
*An ad eum, qui reſervat dominium, ſpectet etiam rei
periculum.* 8. & 9.

1 NOn videtur vendidiſſe, qui id agit, ne domi-
nium transferat, niſi ob pretium non ſolutum
id fiat. *vid. Ricc. Deciſ. Collect.*508.*Carpzov. part.*1.*conſt.*
2 28. *def.* 21. R*ichter de privil. cred. p.* 61. Unde probant,
reſervatione dominii, ſi aliquod jus in re transferatur,
& præſtatio annua accedat, præſumi Emphyteuſin,
3 licet partes dicant, ſe vendidiſſe ac emiſſe. *Tiraqu. in
tr. de* Retr*actu* §. 1. *gl.* 2. *num.* 34. & *ſeq. Franc. de Clap-
periis Cauſa.* 15. *qu.* 1. Sed quia ſufficit, ſi venditor uſu-
capiendi conditionem transferat, dubium eſt, quo-
modo hæc lex ſubſiſtat (R. *(1.)* cum *Alciato in lib.
de eo, quod intereſt. numer.* 38. & *ſeq.* expreſſa nocere,
non expreſſa non; vel dici poteſt, hoc hic actum, ut
dominium ſemper remaneat penes venditorem, & ſic
4 finis ſubſtantialis deficit. Si tamen non appareat de
alio contractu, in quem transfundatur contractus,
pactum illud pro nullo habetur, ſubſiſtente contractu,
quod exemplo donationis omnium bonorum cum
pacto de non revocando probat *Afflictus dec.* 338. *nu.* 5.
5 Sed ponamus, aliquem vendidiſſe rem magno pretio,
& reſervato modico cenſu, an hic fraus præſumenda?
R. ſi in re alicujus omnimode propria fiat, nulla
præſumenda fraus, & vera erit venditio, quia qui
cenſum reſervat, non ſemper Emphyteuticum contra-
ctum celebrat, ſed etiam cenſiticum celebrare poteſt.
6 Sed ſi in re emphyteutica fiat talis contractus, quia res
talis vendi nequit, ſub cenſu alteri dari poteſt, hic
præſumitur fraus, quod ſcil. cenſiticus contractus
ſimulatus ſit ad defraudandum Dominum ſuo laude-
mio, quod uberius perſequitur *Franc. de Clapperiis in
dec. caſ.* 15. *quæſt.* 12. Poteſt tamen reſervatio dominii
7 fieri ad tempus, donec pretium ſolvatur. *Deciſius conſ.*
440. *in princ.* quod apud nos frequentiſſime fit, ſed
non ſine periculo, quod tradant, eum qui reſervat
dominium, ſuſtinere etiam periculum rei, inter quos
8 eſt *Carpzovius lib.* 1. *Reſp.* 108. Verum illam ſententiam
nulla ratione admittendam eſſe, rectius ſtatuit *Dn.
Lauterbach. ad tit. de Lege Commiſ. th. ult.* cum pericu-
lum rei emtæ etiam ante traditionem pertineat ad em-
torem, ubi etiam illud refutat, quaſi talis reſervatio
domini faciat contractum conditionalem, quod juris
9 analogiæ repugnare, dicit *Dn. Lauterbachius d.l.* quod
reſervatio domini fieri non poſſit translato jam domi-
nio, quod admitto, ſi venditor id jam reſervare velit
ſua ſponte, quod amplius non habet; ſed utrinſque
voluntate dominium tamdiu reſtitui poteſt, per mo-
dum conſtituti poſſeſſorii temporalis. Sed è contrario
magna hujus reſervationis utilitas præſertim in con-
curſu creditorum.

ad L.

ad L. Fin. princ.

*SUMMARIA.*

*An venditio valeat, cum prædium obligavi & dedi fidejuſſorem, hoc pacto, ut ſi intra certum tempus non luat, prædium emtum habeat fidejuſſor. nu. 1.*
*An emtor teneatur, ſi venditor ſe obligavit ad annuas præſtationes, licet adjectum, ut ea conditione veniret. 2. ſeqq.*
*Ex inſtrumento liquido contra tertium non agitur executive. 6.*
*Hæres ex parte, licet bona omnia hæreditaria poſſideat, non poteſt in ſolidum conveniri. 7.*

1 Obligavi meo Creditori prædia, & dedi fidejuſſo-
rem, cum hoc pacto, ſi intra triennium non li-
beraverim fidejuſſorem, quod tunc prædia Creditori
obligata ipſi fidejuſſori ſunt vendita & emta, quæritur,
an valeat hæc conditionalis venditio? Videtur quod
non, quia eſt Lex hæc commiſſoria. Sed affirmatur,
quia l. commiſſoria inter debitorem & creditorem eſt
prohibita, non vero inter debitorem & tertium. *Bart.
hic. Car. Molin. de Uſurar. contract. numer.* 357. *Covarr.
l.3.reſol. c.2.num* 7. & prolixe hanc rem per varios caſus
explicans *Menoch. rem. 5. adip. poſſ. num.* 40. *Panorm. in
c. ſignificante. nu. 6. X de pign. Neguz. de pign. p. 4. princ.
num. 7.*

2 *Ad §. fin.* Quando Dominus prædii ſe obligavit ad
annuas præſtationes, tunc non obligatur emptor, li-
cet expreſſe dictum ſit, ut ea conditione veniret, qua
habuit venditor, quia hæ ſunt præſtationes perſonales
intuitu fundi promiſſæ, non vero ſervitutes, *Boerius
decis. 66. numer. 4. Padilla in l. 3. C. de Servit. numer. 23.
p. 344. Don. & ibi Hill. lib. 9. cap 21. lit. L. Klock. vol. 2. conſ.
40. numer. 65. & ſeq. Surdus vol. 1. conſ. 17. in fine.* Marcus
Mantua *ſing. 47. Hipp. Rimin. l. 2. conſ. 172. num. 13* Autor
3 *ad L. 13. num. 2. C. de Oblig. & Act.* Vel dicendum, cauſa
demonſtrationis tantum memorari fundum, ex cujus
4 reditibus annua præſtatio ſolvi promittitur; Aliud ſi
fundus conſignatus fuiſſet cauſa limitationis & taxatio-
nis, quia tunc hypotheca in fundo contrahitur. *l. 120.
pr. de Leg.* 1. Et hæc deciſionis ratio inſinuatur in *l. 96.
pr. de Leg. 1. & L. Paula. 27. in fine de Leg. 3. conf. Franzk.
reſol. 1. numer. 133. Salgado in Labyr. p. 1. cap. 10. numer. 9. &
5 ſeq. & notata* Dni. Autoris *infra ad d. l. 96. de leg. 1.* Alii
volunt, emptorem non teneri actione emti perſonali,
ſed non negari, quod actione hypothecaria teneatur,
quia Scævola in ſuis Reſponſis ſolet eſſe brevis & con-
6 ciſus *Sande l. 3. tit. 12. d. 8.* Colligunt etiam, ex inſtru-
mento liquido contra tertium non agi executive. *Carpz.
7 L. 4. Reſp. 10. Dn. Mev. p 4. quæſt. 84.* Et licet quis hæres
bona omnia hæreditaria poſſideat, non tantum poteſt
in ſolidum conveniri actione perſonali, ſi pro parte
hæres ſit, quia obligatio perſonalis non ſequitur poſ-
ſeſſorem. *Dn. Mevius part. 1. dec. 115. Carpz. part. 2. conſt.
38. def. 17. num. 6. conf. Gomez. tom. 2. cap. ult. num. 23. multa
ex hoc textu enferens.*

---

TITULUS II.

*De In diem addictione.*

Ad L. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Addictio in diem duplici modo fieri ſolet. num. 1.*
*An in dubio conditio reſolutiva præſumatur. 3.*
*Addictio in diem pure contrahitur, ſed ſub conditione reſolvitur. 4.*
*Quid interſit inter conditionem reſolutivam & ſuſpenſivam. 5.*
*Venditio Fiſcalis fit per addictionem tacitam. 6.*



*An quando conditio eſt ſuſpenſiva, debeatur gabella. 7.*
*An effectum habeat pactum reſolutivum, ſi ex intervallo adjiciatur. 8.*

1 Addictio in diem vel fit ea ratione, ut ſub con-
ditione contrahatur, ſi intra certum tempus
melior conditio non adferatur, & ſic contractus eſt
conditionalis, vel ita ut conſtet emtio, ſed ſub con-
ditione reſolvatur, & ſic pura eſt venditio, & habet
hunc effectum, ut poſſit uſucapere, & fructus lucretur,
& periculum ejus ſit, *per §. 1. legis 2. Annibal in repet.
L. naturaliter. ff. de uſucap. numer. 52. vol. 5. Dn. Lauter-
bach. ad tit. de Periculo & Commodo. § 1. numer. 4.* Sed
poſtea oblata meliori conditione, dominium tranſit
ipſo Jure ad Emptorem ſecundum, ſive per verba obli-
qua, ſive directa formetur hoc pactum, ut per *l. 41.
ſupr. de rei vindic. Covarr. lib. 3. reſol. c. 8. num. 1. Mant.
lib. 4 tit. 28. num. 14. Molina diſp. 378. num. 9.* Dn. Autor *in
C. tit. de Pact. inter empter & vend. ad L. 1. nu. 2. & ſeqq.*
2 Licet in L. Commiſſoria ſecus. Cum Lex Commiſſoria
ſit odioſior. *l. 3. C de pactis inter emt. Covarr. d. l. Tiraqu.
de Retr. convent. §. 1. gl. 7. num. 17. Pariſius lib. 3. conſ. 92.
numer. 23. Mantica tit. 29. numer. 25 & ſeq. P. Barboſa in
L. ſi cum dotem. 23. §. fin. num 37. ff. ſol. matr. Molina d.
3 378. numer. 9.* ubi verba directa & obliqua recenſet. Sed
quid ſi verba dubia? Reſp. in dubio potius conditio
reſolutiva, præſumitur, & contractus purus, ac trans-
latum dominium. *l. 2. §. 4. pro empt. Dn. Lauterbach. ad
h. t. th. 3.* Et ſane non eſſe nos debere adeo curioſos circa
verba; nam ſufficit voluntatis declaratio, quod eo
eventu velint à contractu recedere, ut per *l. 41. ff. de Rei
vind.* ſentit *Covarr. l. 3. reſol. cap. 8. numer. 1. Mantica d. t.
28. numer. 14. & Molina d. diſp. 378. numer. 9.* Dn. Autor
*in C. tit. de Pact. inter empter. ad L. quart. numer. 2. & 3.*
4 Unde DD. communiter dicere ſolent addictionem in
diem pure contrahi, ſed ſub conditione reſolvi. *Mant.
l. 4. tit. 28. numer. 4. conf. Vaſq. lib. 3. contr. cap. 49. numer. 1.
5 Hil. in Don. lib. 16. cap. 18 lit. D.* Hoc autem intereſt inter
conditionem reſolutivam, ſub qua, ut dixi, commu-
niter & in dubio addictio fieri ſolet; & ſuſpenſivam,
quod illo caſu emptor poſſit rem pignori dare interim
*l. 4. §. 3. h. t.* & vindicare. *l. 41. ſupra de Rei vind.* uſuca-
pere etiam, ſi venditor Dominus non fuit. *l. 2. §. fin. h. t.*
quæ omnia poſteriori caſu ſecus. *vid. Franzk. h. t. nu. 6.
6 & ſeqq.* In fiſcali venditione intra tempora licitationis
ſi res tradatur, ſemper fit per addictionem, per *l. 21. §.
fin. ff. ad Munic. l. fin. ff. de Jure fiſci.* quam Addictionem
tacitam vocant *Mantica de tac. & amb. convent l. 4. tit.
28. numer. ult. Lauterbach ad h. t. th. 2. vid. not. ad l 4. lib.
7 10 tit 3.* Deinde quando *conditio* eſt *ſuſpenſiva*, non de-
betur ex contractu *gabella* vel *laudemium*, quia non eſt
vere alienatio. Sed quando contrahitur *ſub conditione*
reſolutiva, debetur gabella vel laudemium. *Tiraq. in tr.
de Retr. convent. §. 6. gl. 2. numer. 18. Franc. de Clappertis
8 cauſa 26. qu. un. numer. 13. & ſeqq.* Sed quæritur, ſi hoc
pactum reſolutivum contractus ex intervallo adjicitur,
& quidem rebus non amplius integris? Hic nullam
vim habere hoc pactum, tradunt multi, quia ad Ad-
dictionem requirunt. *Card. Mant. d. t. 28. nu. 12. Molina
d. l. nu. 10. & alii. quos refert. Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 10.*
Sed hodie ubi pacta ex intervallo addita valent, puta-
rem hoc pactum quocunque tempore interpoſitum, re-
ſolutionem contractus operari.

ad L. Ubi autem. 4. §. ult.

*SUMMARIA.*

*Quot modis melior conditio offerri dicatur. nu. 1.*
*Quomodo interdum appareat tantum melior conditio vel durior. 2. & 3.*

1 Melior conditio adfertur, ſi pretio quid addatur,
vel maturior ſolutio offeratur, vel leviores con-
ditiones, vel idoneior emptor *Mant. d. lib. quart. tit. 28.
numer. vigeſimo. Doring. in Bibliothec. in voce addictio.
numer. decim. quint. & ſeq. Franzk. h. t. numer. decim.*

2 *Zæſ. numer. ſext. Wiſſenbach. ad h. tit. th. 15.* Sed ſæpe
melior in ſpeciem conditio adfertur, quæ tamen non
eſt melior, v. gr. ſi majus pretium offeratur, ſed ſub
amplioribus terminis ſolvendum. Sic etiam ob dilatio-
3 nem ſolutionis aut ejus anticipationem augetur pre-
tium vel minuitur, conſideratur etiam periculum. *Dn.
Lauterbach. ad h. t. paragraph. 1. th. 18.*

## ad L. Idem quod. 6.

### *SVMMARIA.*

*An emptor, cui ſub conditione reſolutiva venditio facta, fructus lucretur. nu. 1.*
*Quid ſi ſub conditione ſuſpenſiva. 2.*
*Quid ſi emptor pretium dederit. 3.*
*Quid ſi primus emptor meliorem conditionem ab alio oblatam ipſe amplectatur. 4.*

1 EMptor cui hac conditione res addicitur, fructus
quidem ſuos interim facit (ſecus ſi ſub condi-
tione ſuſpenſiva addicatur res *Dn. Lauterbach ad h. tit.
th. fin.*) ſed reſoluta venditione eos debet reſtituere
venditori, ſive pure ſive ſub conditione addictio ita
celebretur, quia contractus reducitur ad non cauſam.
*Zæſ. h. t. numer. decim. quart. Don. lib. decim. ſext. cap.
decim. octav. & ibi Hill. lit. E. Moin. diſp. 377. numer. 7.
Mant. d. tit. vigeſim. octav. numer. decim. ſext. Petr.*
2 *Gregor. l. vigeſim. quint. t. decim. ſext. numer. 6.* Sed ſi
ſub conditione ſuſpenſiva fundus addictus, non poteſt
ideo lucrari fructus, quia nondum pure res vendita.
3 Sed quid ſi emptor pretium dedit? Reſp. puto hoc
cum interuſurio reddendum, ſicut & ſumptus emptori
reſtituendi, aut à fructibus deducendi. *Dn. Lauterbach.
d. tr. th. ſeptim. in fine Mantica d. t. vigeſim. octav. num.
decim. octav.* Dn. Autor *in C. tit. de Act. Emti ad L. 5.*
4 *numer. ſecund. & terti.* In §. 1. extenditur illud, quod
jam dictum in principio, licet primus emptor melio-
rem conditionem ab alio allatam ipſe amplexus ſit,
nam nihilominus eſt nova emptio, & ſic fructus non
ſunt emptoris, interim ab eo percepti, niſi aliud actum.
*Zæſ. h. t. num. decim. quart.* Sed fructus reſtituit etiam
conſumptos, quatenus locupletior redditus. *Dn. Struv.
th. 35.*

## ad L. Neceſſe. 8.

### *SVMMARIVM.*

*Cur allata meliori conditione, hoc emptori ſignificandum ſit.*

ALlata meliori conditione hoc ſignificandum
emptori, ut ſi quid alius adjecit, ipſe adjicere
poſſit. *Mant. d. l. numer. 26. & ſeq. Zæſ. h. tit. numer. 11.
Dn. Struv. ad h. t. th. 34.* Nec admittenda gloſſæ diſtin-
ctio, an vero ita, ſi alius attulerit, quam reprehendit
*Cujac. ad h. L. tom. 1. p. 1282.*

## ad L. Sabinus. 9.

### *SUMMARIA.*

*An venditor ſecundum emptorem plus offerentem reſpuere poſſit. nu. 1.*
*An in ſubhaſtatione primo licitatori pœnitere liceat, cum alius plus obtulit. 2.*
*An creditor vendens pignus poſſit plus offerentem emptorem reſpuere. 3.*

1 POteſt venditor ſecundum emptorem meliorem
conditionem afferentem reſpuere, quia in ejus
gratiam hoc pactum additur. Aliud ergo ſi in empto-
ris gratiam. *Mantica d. tit. in numer. vigeſim. ſecund.
Don. d. l. Doring. numer. trigeſim. ſecund. Zæſ. ad h. tit.
numer. octav. Franck. paragraph. primo numer. undecim.*
2 Sane in ſubhaſtatione primo licitatori licet pœnitere,
ſi alius meliorem conditionem offerat, cum ibi perfe-
cta emptio non ſit. *Cremenſ. ſing. 41. Moll. ad p. 1. c. 32.
numer. 8. Beer. dec. 248. Strachu de Decoct. p. 5. numer. 8.
Dambond. de ſubhaſt. cap. 3. numer. 26.* licet *verſic. quid
tamen*, ad eum caſum videantur reſtringere, ſi addictio
fiat in gratiam emptoris. *Pinell. ad l. 2. C. de Reſc. vendit.
p. 2. cap. 2. numer. 27. & ſeqq.* Dn. Autor *in C. tit. de Fide*
3 *ex Jur. haſta ad L. 5. numer. 3. & 4.* Sed quod hic in *l. 9.*
dicitur, limitatur in *lege ſeq. 10.* quod locum habeat in
Domino, nam ſi creditor pignus vendat, tenetur cre-
ditor accipere meliorem conditionem, ne fraudetur
debitor, niſi in fraudem fiat, qui majus pollicetur tur-
bandæ venditionis prioris cauſa. *vid. Cujac. ad l. 10. h. t.
tom. 1. p. 1954.*

## ad L. Quod autem. 11. §. 2. & 14. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*An & quatenus in licitatione primus ab alio ſuperatus liberetur. nu. 1. & 2.*
*An liberetur primus, ſi ex conſtitutione fidejuſſores dare juſſus, quos poſterior emptor invenire non valet. 3. & 4.*
*An ad prioris licitatoris liberationem requiratur, ut poſterior ſolvendo ſit. 5.*
*Quid ſi licitatores pares, cui addictio facienda. 6.*

1 IN *licitatione* ſi primus fuit ſuperatus ab alio, tunc
primus liberatur, per *hos textus.* Idem in venditione
2 ſub *haſta*, nam ſi fiſcus vel privatus ſub haſta vendat,
ſi primus ab alio ſuperetur, liber eſt, niſi dolose ſub-
3 ſtituerit inidoneum. Sed pone, in Gallia conſtitutio
eſt, ſi quis licitando vicerit, & ei addicta res, quod
teneatur intra octiduum fidejuſſorem præſtare, Secun-
dus licitator non potuit reperire fidejuſſores; an primo
*licitatori* invito poſſit obtrudi illud officium ſub haſta
venditum, vel alia res? Reſp. negando, & ſic judicatum
refert *Franc. de Clapperiis cauſa 3. qu. 1. & 2.* quia dum
4 addicta res poſteriori, primus non eſt obligatus am-
plius, & licet ſecundus licitator non reperiatur ſol-
vendo, non tamen tenetur primus licitator, per ex-
preſſum textum in *d. §. 2.* ut adeo diſplicere nobis de-
5 beat *Bart.* ſententia & *Dambouderii*, qui ad id ut pri-
mus licitator liberetur, requirunt ut ſecundus ſolven-
do ſit. *Dambond. in tr. de ſubhaſt. cap. 4. numer. 8. & 19.*
quod quidem in caſu doli in primo emptore reperto
concedo, vel ſi adhuc ſint in actu licitationis, & non-
dum addicta res ſecundo, & ſecundus ſtatim reperia-
tur inidoneus. *Clupper. d. quaſt. 1. numer. 10. conf. Franc.*
6 *Cremenſis d. ſing. 41.* Sed ubi licitatores pares, vel pri-
mus tantundem vult addere, primo magis favendum
eſſe, docet *Carpz. p. 3. dec. 272.* Et hoc Jus licitationis
in feudo obtinet, ut agnatus tantum pretium ſolvere
teneatur, quantum alius Emptor. *Roſenth. de feud. c. 9.
concl. 86. numer. 3.*

## ad L. Quod ſi uno. 13.

### *SVMMARIVM.*

*An novo emtori res addicenda, qui pro parte meliorem conditionem offert.*

OBlata pro parte rei meliore conditione pro parte
venditor novo emptori rem addicere non poteſt,
ne prior emptor invitus in communionem veniat. *vid.
Zæſ. h. t. numer. 9. Dn. Wiſſenbach. ad h. t. th. 13.* quæ ratio
in multis juris articulis locum reperit, conferri poteſt
*Simon de pratis conſ. 58. numer. 13.*

## ad L. Si venditor. 14. §. 3.

### *SUMMARIUM.*

*An ſi pater alienavit fundum, filio detur jus retractus.*

Hic

HIc tantum notetur, quod inter patrem & filium familias nulla datur venditio, nullusque contractus. Hinc quidam exiſtimaverunt, ſi pater alienavit fundum, filio non dari Jus retractus, quam tamen ſententiam refutat *Tiraquellus de Retr. conſang. §.1.gl.9. numer.59. & ſeqq.* Dn. Autor *in C. tit. de Contrah.Empt. ad L.14. numer.5. & 6.*

## ad L. Cum duo. 17.

### SUMMARIUM.

*Quatenus addictio in diem locum habeat, cum venditi ſunt duo ſervi 20. thal. & alter offert. 30.*

VEndidi duos ſervos 20. thaleris cum addictione in diem, alter offert 30. diſtinguitur an decem adjecerit alterutri ſervo, an utrique, unicuique quina adjecerit; an vero non appareat, quod actum ſit. Primo caſu ille tantum inemtus, cui adjecta 10. ſecundo caſu utrique ſunt inempti; tertio caſu nihil actum, & retinent prior; unde notant, ob incertitudinem vitiari actum, quod exemplis hic declarat *Gloſſa conſ. Card.Mantica de tac.& amb. convent. lib.23.cap.10.n.37. & 40. Idem de conject. ult. vol.l.3.tit.1.nu.26. & ſeq. Menoch. conſ. 1135.nu.3. Barb. Locuplet. lib.9.cap.28.axiom.4.* Conf. de ſenſu hujus legis *Marianus Socinus in rep.legis. ita ſtipulatus.nu.* 100. *ff. de Verb.Oblig. vol.6.*

## ad L. ult.

### SUMMARIUM.

*Quando melior conditio affertur, an primus emptor contra venditorem, an contra ſecundum emptorem ratione expenſarum actionem habeat.*

QUando melior conditio allata, tunc inter venditorem & primum emptorem datur actio, ſcilicet ut venditor emptori reſtituat pretium & neceſſarias expenſas. Sed quæritur, annon primus emptor à ſecundo ea petere poſſit? quod negatur, quia inter hos nihil actum, niſi venditor deleget emptorem ſecundum primo, aut ſi fortè ſuam actionem cedat emptori primo, contra ſecundum, aut ſi ſecundus per conſtitutum in ſe recipiat. *Vid. Cujac. tom.4.p.842.*

---

## TITULUS III.

### *De Lege Commiſſoria.*

## Ad L. 1.

### SUMMARIA.

*Pactum commiſſorium quatenus in pignoribus admittatur. nu. 1.*
*Quomodo hoc fiat in venditione. 2.*
*Quatenus hoc caſu venditori detur rei vindicatio. 3.*
*An, ſicut ex pacto commiſſorio contractus ipſo jure reſolvitur, ita etiam in retrovenditione. 4. & 5.*
*An hoc pactum ex intervallo adjici poſſit. 6.*

1 PActum legis Commiſſoriæ in pignoribus prohibitum, *l. 1. & ult. C. de pign. pact. c. ſignificante. X. de pign.* licet juramentum intervenerit. *Neguzant. de pign. p.4. princ. 3. Tiraqu. de Retr. convent. §. 36. numer.* 121. niſi ſit ex intervallo adjectum. *Neguzant. d. l. numer.2. Molin. de contr. uſur. quæſt. 52. numer. 356. Tiraq. de Retr. Convent.* vel niſi placeat, ut juſto pretio ſit empta. vid.
2 *notata* Dni Autoris *ad l. 16. §. fin. de pign.* Excip. etiam caſus *in l.ult.pr. ff. de Vendit.* Sed in venditione pactum hoc eſt receptiſſimum, quando res eſt vendita cum Lege Commiſſoria, i. e. ut res ſit inempta, ſi pretium juſto tempore non ſolvatur. *Hippol. Rimmald. l. 3.conſ.*

3 285. *numer. 75. & ſeq.* eſt conditio non ſuſpenſiva, ſed reſolutiva, & diſtinguunt Dd. occaſione *l.3. C. de Pact. inter emptorem.* Et Dn. Autor *in Not. ad C. ad L.1.nu. 1. & ad L. 4. num. 2. Tit. Hoc allegato.* an per verba directa, v. gr. Res ſit inepta, an vero per obliqua & communia, v. g. revertatur, & ſimilia, quæ interruptionem ſignificant, ſit concepta, ut illo caſu detur rei vindicatio venditori, hoc caſu vero non. *Covarr. l. 3. Reſol. cap 8.numer.1. Caldas de Empt. cap. 28 numer.24. Petr.Barb. ad l. ſi cum dotem.25.§.fin. num.37.Solut.matr. Peregr.conſ.102.num.20.lib.3. Molina d.378.num 9.Mant. l.4.tit.29.numer.25. Gomez. t.2.cap.2. numer. 30. Bach. ad Tr.d.8.th.9.lit. D.Dn. Lauterbach. ad h.t.th.4.Dn.Struv. Exerc. 23.th.37.* Dn. Autor *in C.tit. de Pact.inter empter. & vendit. ad L.1.num.4.& L.4.numer.1. & ſeq. ut & ad L. 7.d.t. Et ad L. ult. numer. 4. & 5. C. de Pactis pign.*
4 Sed quod in addictione in diem, & in Lege Commiſſoria dicitur, ſcil. quod per directa verba fiat, ut ipſo jure reſolvatur contractus, an in pacto de retrovenditione locum habet? Id communiter negant *Tiraq. de Retr. Conv. paragraph. 1.gl. numer. decim. ſext. Trentacinq. de Emptione. reſol. 10. numer. vigeſim. tert. Gomez. d. numer.30. Molina d. l. numer.8. Vaſqu. l.6.contr. c.69. numer.1.& 8.Mynſ. c.6.obſ.50.numer.2.& 5. Kiock. vol.2.*
5 *conſ.42.numer.327.& numer. 428.& ſeq.* Sed non video, cur non ita poſſit conventio fieri, quamprimum tibi obtulero pretium idem, res ſit inempta, & ego habebo vindicationem, ut etiam ſupra notavi, & videantur
6 notata *ad l.19 ff.de Uſucapion.* Nec dubito hoc pactum ex intervallo fieri poſſe, v. gr. vendo domum, ſolviſti partem pretii in primo termino, in ſecundo termino nihil ſolvis, do alium tibi terminum, & ſi in eo non ſolvas, res ſit inempta. Non video, cur hoc pactum non procedat noſtro jure, quo ex omni pacto actio; licet Dd. communiter requirant, ut in continenti fiat. *Barb. ad l.3.C.de pactis inter empt. num.7.* & quos refert *Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 5.*

## ad L. Cum venditor, 2. & 3.

### SUMMARIA.

*Cur in arbitrio venditoris ſit, legem commiſſoriam exercere. nu. 1. & 2.*
*Emptor tamen monere poteſt venditorem, an uti velit lege commiſſoria. 3.*

1 LEgem commiſſoriam exercere, in arbitrio eſt venditoris, quia ille poteſt ſuo juri renunciare. Et
2 quando actus in alicujus favorem redditur nullus, ſub hac tacita conditione id fieri intelligitur, ſi ille, cujus favorem reſpicit, actum illum eſſe velit. *Mantica lib. 4.tit.29.num.12. & Dn.Lauterbach ad h.t. th. 12.* & quia alias emptor per moram ſuam poſſet ſe pœnitentia ductus liberare. *Mant. lib. 4.tit.29.num.9. & Molina d.348. num.2. Scac. de Commerc. §.1.qu.7.p. 2. ampl. 2. numer.4.*
3 poterit vero emptor non impleto contractu monere venditorem, ut mentem ſuam declaret, an uti velit, lege Commiſſoria. *L.4.§.2.h.t. Mol. nu.2.* Autor *in C. tit. vid. de Pact. inter emptor. vend. ad* L.4.nu.3.4.

## ad L. Si fundus. 4.

### SUMMARIA.

*An ſi fundus redditur inemptus, fructus reſtituendi ſint. num. 1.*
*In pacto commiſſorio unica variatio conceditur, altera non. 2.*
*An in pacto commiſſ. requiratur, ut emptor interpelletur. 3. & 6.*
*Quid ſi nulla dies expreſſa fuerit. 4.*
*An ad eſſentiam hujus pacti expreſſio diei requiratur. 5.*

1 QUando fundus redditur inemptus, tunc etiam fructus interim percepti reſtituendi, niſi pretii partem dederit, quam amittit, *per legis hujus §.1. & l.6.*

*h.t.& l. 25. pr. ff. de Petit. Hered. Collegium Argentor. th.*
*12. Dn. Struv. th. 38. Zœſ. nu. 4. Dn. Lauterbach. h.t th. 8.*
Sed in §. 2. dicitur, quod licet quis cum lege commiſ-
ſoria vendiderit, poſſit huic legi renunciare. Dn. Autor
*in C. tit. de Pact. inter emptor. & vend. ad L. 4. numer.* 3.
ſed ſi ſemel renunciavit, non poſſit poſtea uti hac lege.
2 Unica hic variatio conceſſa, altera non. *vid. Cujac. t. 4.*
*p. 864. Barboſa locupl. l. 19. c. 2. axiom. 2.*
3 *Ad §. fin.* Non opus eſt, ut emptor interpelletur, aut
moneatur à venditore, quia *dies pro homine* interpellat.
*Leg. magnam. C. de ſtipul. Hipp.* Rem. *lib. conſ. 171. nu. 59.*
*Molin. d. l. numer.* 4. niſi juſta cauſa ſit impeditus, v. gr.
ſi nemo ſit, cui offeratur, quod ad caſum pœnæ legalis
reſtringit & in pœna conventionali aliud eſſe, dicit
Riminaldus *vol. 2. conſ. 171. num. 49. & ſeqq. & præſertim*
*num.* 59. ſi venditor convivio habendo ſe excuſet, qua-
4 lem caſum ſcio. *vid. Zœſ. h. t. numer.* 9. Aliud vero, ſi
nulla dies expreſſa, quo caſu interpellatione opus erit,
*arg. l. 23. in f. de V. Oblig. Struv. th. 39. conf. Zœſ. d. t. nu. 7.*
*Dn. Cancell. Godofr. à Jehna th. 55. & Dn. Lauterbach ad*
5 *h. t. th.* 11. Nam non requiritur ad eſſentiam hujus Legis,
ut certa dies exprimatur, vel certum tempus, *arg. l. 3.*
*ff. de Contrah. vend. l. 41. de R. V. Dn. Godofredus à Jehna*
*Conſil. Elect. Brand & Cancell. Mind. Princ. de Lege Com-*
*miſſoria th. 55 quem refert. Dn. Lauterbach ad h t. th. 6.*
6 Eſt & hoc diſcrimen, an per appoſitionem diei ipſo
jure conſtituatur in mora, an vero nulla conſtituta die
interpellationem, ut illo caſu purgatio moræ locum
non habeat, juxta receptiorem ſententiam. *Arumæus*
*de Mora c. ult. num. 8. Dn. Cancel Godofr. à Jeha d. tr. th.*
*47. & Dn. Lauterbach. d. l. th.* 13. Sed hoc caſu locum
habeat *Dn. Lauterbach jam citato loco.*

## ad L. De lege commiſſoria. 6. pr: & §: 1:

### *SUMMARIA.*

*An ſi exercita eſt lex commiſſ. emptor amittat arrham. num. 1.*
*An venditor in foro conſcientiæ tutus ſit hoc caſu. 2. & 3.*
*An acceſſoria ad venditorem etiam revertantur. 4.*

1 POſtquam Lex Commiſſoria exercita eſt, quæritur,
an emptor amittat, quod arrhæ nomine datum,
vel partem pretii? quod affirm. quia per ipſum ſtetit,
fuit in mora, & hoc lucrum lex defert, licet emptor
hoc caſu ſæpe plus diſpendii accipiat, quam ſi pœnam
ultra legitimam menſuram promiſerit *Lauterbach. ad*
2 *tit. de Act. empti §. 2. th.* 10. Sed in foro conſcientiæ
dubitari poſſit, ſi legum imperito vendam ſub hac lege
(nam aliud in perito quis dixerit) an poſſim ſalva
conſcientia retinere illud lucrum, licet lex deferat?
nam non videtur eſſe pœna æqualis ſepoſita lege, &
non ſubmiſiſſe ſe videtur legi huic, qui legis naturam
non intellexit. Sed id in medio relinquo, & cujusvis
3 conſcientiæ committo. Sane *Zœſius h. tit. numer.* 4. ab
hac ſententia ſapiente uſurariam pravitatem cavendum
eſſe, monet. Et legem hanc duram eſſe, relato *Bacho-*
*vio, Arnoldo Rabt. & Maſtertio*, agnovit *Dn. Lauterbach*
*ad h. t. th.* 10. niſi fructus cum pretii parte amiſſa æqua-
les retineantur ab emptore. Secunda quæſtio eſt, ſi
4 etiam conventum, ut nonnulla accedant? Et in acceſ-
ſoriis eadem ratio, ut redeant ad venditorem. Autor
*in C. tit. de Pact. inter emptor. ad L. 4. numer.* 5. Soluta
autem Gabella à fiſco repeti non poteſt. *Molina. tr. 2. d.*
*378. num. 11. Dn. Lauterbach d. l.*

## ad L. Pen.

### *SUMMARIA.*

*Renunciat venditor legi commiſſ. qui petit poſtea ſolutionem. num. 1.*
*Idem ſi ab Emphyteuta poſt tres annos oblatus canon acceptetur. 3.*
*Idem in feudo caduco, vaſallo iterum conceſſo. 4.*

1 SI poſt diem præfixum petat ſolutionem ſortis ven-
ditor vel uſuras, vel acceperit oblatum, videtur
renunciaſſe legi commiſſoriæ. *Mant. d. t. 29. num. 19.*
*Maſc. concl. 568. Franzk. h. t. num. 6. Zœſ. num. 10. Struv.*
2 *th. 40. D. Lauterbach. d. l. th. 12. in fine.* Dn. Autor *in C.*
*tit. de Pact. inter emtor. ad L. 4. numer. 2. 3. & 5.* Hoc ad
pactum de retrovendendo extendit *Cagnolus in l. 2. C.*
3 *de pactis inter empt. num. 56.* Et hoc extendunt ad Em-
phyteutam, qui ſi ceſſaverit ſolvere per 3. annos, &
4 poſtea ſolverit Domino canonem, Dominus à pœna
privationis videtur excluſus. *Alex. l. 2. conſ. 14. num. 12.*
Sic ſi Dominus ſciens caducum eſſe feudum, inveſtiit
vaſallum, videtur juri ſuo renunciaſſe; *Decius conſ. 185.*
*numer.*

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*Lex commiſſ. non habet locum, cum non per emptorem ſtat. num. 1.*
*Quibus caſibus hoc contingat. 2.*
*Quatenus qui juravit, excuſetur, ſi à ſuperiori prohibeatur. 4.*

1 SI non ſtet per Emptorem, non habet locum L.
Commiſſoria, v. gr. ſi offerat, ſed venditor domi
non ſit, vel venditor pretium acceptare ſine juſta cauſa
2 recuſet, vel ſi emptor compenſatione, acceptilatione,
novatione ab obligatione pretium ſolvendi fuerit li-
beratus. *arg h l.* ut notanter ſcribit *Dn. Lauterbach. ad*
*h. t. th. 11. conf. Dn. Cancellar. Godofredus a Jehna d. tr.*
*th.* 49 vel ſi fiſcus inhibuit, ne ſolveret. Nam fiſcus
habet Jus agendi contra debitoris ſui debitorem, quam
rationem decidendi allegat *Ant. Rubeus in rep. l. non*
*ſolum. §. morte. numer. 388. de Novi operis nunt. vol. 5.*
3 Sed notetur, hic conſignationis fieri mentionem, non
quaſi eſſet neceſſaria, ſed quod ita in facto contigerat,
quia ad excuſationem moræ, & ut conditio habeatur
pro impleta, nuda obligatio ſufficit. *vid. Petr. Barboſ.*
*ad L. ſi non mora. 10. p. 2. num. 74. ff. ſolut. matrim. Alex.*
*conſ. 92. Ruinus vol. 1. conſ. 151. numer.* 7. licet diſſentiat
*Rimin. v. 2. conſ. 171. numer.* 52. Autor *ad L. 6. numer. 1.*
4 *C. de Uſuris.* Colligitur ex hac lege etiam ſi quis juris-
jurandi vinculo ſe ad aliquid agendum obliget, ſi ta-
men ſuperior prohibeat, excuſari eum, qui judici pa-
ret, modo non illa prohibitio procurata. *Petr. Peck. ad*
*cap. 24. num. 6. de R. J. l. 6.* Sic ſi Magiſtratus pecuniam
depoſitam juſſu ſuperioris alii exſolvat, excuſatur de-
ponens. *l. 4. pr. de Aquapluv. arc. Berl. p. 1. d. 54. d. cap. 24.*
*de* R. *J. l. 6. l. 7. §. 2. de min.*

---

## TITULUS IV.

### *De Hæreditate vel actione vendita.*

## Ad L. 1.

### *SUMMARIA.*

*Cur hæreditas viventis non poſſit vendi. nu. 1.*
*Quod ſi quis dubitet, an ad ſe hæreditas pertineat. 4.*
*Hæreditas incerta perſona futura poteſt vendi. 5.*

1 NOn poteſt vendi hæreditas viventis, *vid. Gomez.*
*tomo 2. reſol. capit. 2. numer.* 5. Imo hæreditas ipſi
poſtea delata fiſco defertur *arg. l. 5. §. 2. ff. de his quæ ut in*
*d. l. 20. §. ult. de Donat. Gomez. d. l.* Dn. Autor *in C. tit.*
*Communia de ſucceſſ. ad Authent. Omnes peregrin. nu.* 10.
Improba ſi quidem eſt omnis de vivi ſucceſſione cogi-
tatio, & flagitium inexcuſabile involvit. *Franzk. h. t. nu.*
2 *3. l. 2. in fin. ff. de his quæ ut indign.* Quod in *l. 2. §. 2. h. t.*
etiam ad ſubſtitutum extenditur *vid. Gomez. tom. 2. reſol.*
3 *cap. 2. num.* 5. Et in hoc differt hæreditatis venditio ab
aliarum rerum venditione, ubi ſpes vendi poteſt. *l. 8. ff.*
4 *de Contr. empt. Franzk. d. l. num.* 4. Si tamen hæreditas
vere ſit, ſed dubitat venditurus, an ad ſe pertineat, poteſt
ſpes

ſpes vendi, ſed bona fide *l. 11. & ſeqq. Franzk. d.l.* Sed
5 futura hæreditas incertæ perſonæ poteſt vendi, v. g. ſi mihi hæreditas aliqua obvenerit, tibi 100. ſi empta, per tradita *Carpz. p.2. cap. 35. def. 17. Molina tr. 2. d. 340. num. 3.*
6 *& Dn. Lauterbach. ad h.t. th.* 2. Sed tertii viventis hæreditatem vendi poſſe, ſi fiat cum ejus conſenſu, & is in ea voluntate perſeveret, per *l. fin. C. de pactis, ibique* Dn. Autor *in Not. ad C. d. L. fin. num. 12.* tradit *Dn. Lauterbach. d. l. th. 3.*

## ad L. Venditor. 2. pr.

### SUMMARIA.

*An venditor hæreditatis teneatur evictionem præſtare ſingularum rerum. nu. 1.*
*Quidnam computetur in hæreditatem. 2.*
*Acceſſiones hæreditatem augent, deceſſiones non minuunt. 3.*
*An in hæreditate vendita etiam contineatur impuberis hæreditas, cui fui ſubſtitutus. 4.*
*An ad emptorem pertineat portio cohæredis repudiantis. 5. & 6.*
*An quod Venditor in debitum exegit, teneatur emptori hæreditatis præſtare. 7.*
*An quod indebitum ſolvit, emtori imputare valeat. 8.*
*An in hæreditatem veniat, quod hæres defuncto credit. 9.*

1 VEnditor hæreditatis ſingularum rerum hæreditariarum evictionem præſtare non tenetur, quia non res hæreditarias, ſed ipſum Jus hæreditatis vendidit, niſi aliud actum, *l. 1. C. de Evict. Mant. lib. 4. tit. 10. num. 26. Joh. Balthaſar. tit. 8. reſol. Bavar. reſol. 7. nu. 15. Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 7.* & hoc actum tacite, ut emptor neque amplius neque minus juris habeat, quam apud hæredem futurum eſſet, *per hanc legem*, aut niſi interrogatus reſponderit, hanc eſſe hæreditariam. *l. 15. h. t. conf. Cævall. quæſt. 536. numer. 37. Caſtillo l. quart. capit. 42. num. 67.* Autor *in C. tit. de Evict. ad* L. 1. *nu. 1. & ſeqq.*

2 *Ad* §. 1. Quicquid ex hæreditate ad venditorem pervenit, à morte defuncti uſque ad tempus venditionis, illud omne videtur venditum, niſi illud actum, *vid. Weſ. in e. hic num. 5. & ibi Bach. Franzk. h. t. nu. 7.*
3 *& ſeq.* In exquirenda quantitate hæreditatis venditæ ita ſpectatur tempus venditionis, ut acceſſiones hæreditatem augeant, deceſſiones vero hæredis facto contingentes non deminuant, ſunt verba *Cujacii lib. 2. obſ. 30.* quæ laudat *Dn. Lauterb. ad h. tit. th. 6.* ubi dicit, dolo, vel culpa hæredis deperdita vel non adquiſita, reſtituenda eſſe.

4 *Ad* §. 2. Vendidi hæreditatem Titii, ſed quæritur, an ſi cohæres impubes, cui fui ſubſtitutus, moriatur, & ita ejus pars mihi delata, an & illa videatur vendita? Videtur quod ſic; quia in eodem Teſtamento relicta; ſed negatur, quia duplex hæreditas, alia patris, alia filii, & ita duplex quodammodo teſtamentum. *Card. Mantica de tac. & amb. convent. l. 4. tit. 10. nu. 9. Lauterb. d. t. th. 8.*

5 *Ad* §. 4. Cavendum eſt Emptori, ut ſi quid ad emptorem perventurum eſt quandoque, id reſtituendum eſſe, unde volunt nonnulli probare, ſi quis ſuam par-
6 tem hæreditatis Titii vendiderit, & poſtea cohæredis partem ſuam reſpuentis portio venditori obvenerit, quod tunc hæc pars jure adcreſcendi obveniens ad emptorem pertineat. Sed negativa verior, quia *Jus adcreſcendi* profluens ex præſumpta Teſtatoris voluntate, non niſi abſurde ei tribui poteſt, de quo teſtator non cogitavit, nec potuit venditor tempore contractus de eo cogitare, & poſſet ſumma iniquitas, & inter rem & pretium inæqualitas oriri, ſi forte pars adcreſcens longe melior. Et ſic venditor hanc partem adcreſcentem emptori præſtare non tenetur. *Gomez. t. 1. capit. 10. numer. quadrageſimo quarto. Fachin. l. 10. c. 3. Treutl. th. fin. lit. A. & ibi Bach Dn. Hahn. ad Weſ. hic Guttierez. in rep. Lun. C. non petent. part. num. 60. & ſeqq. Hill. in Don. l. 7. c. 12. lit. L. Cæval. qu. 69. Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 9. & Franzk. h. t. num. 9. ſeq. Dn. Struv. th. 72. Zœſ nu. 13.*

7 Ad §. 7. Quær. (1.) Si venditor hæreditatis aliquid indebitum exegerit, an tenetur emptori hæreditatis præſtare? quod negatur, quia non ex hæreditate percepit, licet occaſione hæreditatis acceperit. *Mantica d. t. 10. numer. 12.* ſed nec ſibi retinere poſſet, ſed deberet ratione conſcientiæ ei, qui ſolvit indebitum, re-
8 ſtituere. Sed (2.) quæritur, quid ſi non debitum ex hæreditate ſolvit, an hoc poſſit emptori imputare? quod etiam negatur, ob eandem rationem, niſi condemnatus ſit ſine ſuo dolo, & ſic ſolvit, per *hanc legem Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 10.* vel niſi Teſtatoris voluntatem non ſolemnem ſecutus ſolvit. *l. 17. ff. de petit. hered. vid. Cujac. ad h. t. tom. 1. pag 1906.*

9 Ad §. 18. *& ſeq.* Quando hæres defuncto quid crediderit, id adita hæreditate per confuſionem tollitur; ſed hæreditate vendita teſtituitur, ut & ſervitus ſi per aditam hæreditatem ſublata, puta ſi hæredis domus habuit ſervitutem in defuncti domo vel area, vendita hæreditate reſtituitur, quia non amplior hæreditas reſtituenda, quam fuit, cum adiretur. *Zœſ. h. t n. 8. Franzk. nu. 12. Dn. Struv. th. 78. Dn. Lauterbach. d. th. 10.*

## ad L. Si nomen. 4.

### SUMMARIA.

*An cedens nomen teneatur præſtare debitorem locupletem. num. 1.*
*An videatur bonitas aſſerta, ſi evictionis præſtatio promiſſa. 3. & 5.*
*Quid ſi quis promittat evictionem* nach rechtlicher Art. *4.*
*An bonitas nominis intelligatur, ſi dicat cedens,* Er wolle zu dem Kauffe beförderlich ſeyn. *6.*
*Si cedens nominis exactionem promittat, an bonum nomen ſimul intelligatur. 7. 8. & 9.*
*Quomodo ſuccurratur emtori qui admiſit nomen inidoneum. 10.*

1 CEdens nomen non tenetur præſtare debitorem locupletem, ſed tantum verum nomen, niſi aliud actum ſit, v. gr. ſi eum idoneum eſſe affirmaverit, nam hoc præſtare debet. *l. 3. ff. de fidejuſſ.* quamvia ſufficiat tempore Ceſſionis eum fuiſſe idoneum, *per l. 96. §. 2. de ſolut.* licet poſtea talis eſſe deſierit. *l. 96. §. 2.*
2 *de ſolut. Franzkius de Evict. num. 45. Carp. p. 2. conſt. 34. def. 26.* Autor *ad* L. 2. *numer. 6. C. de Novat. & Deleg.* & hos alioſque referens *Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 2. th 19.* exceptum tamen debitum conditionale & in diem. *Joh. à Sande in tr. de ceſſ. act. c. 9. num. 29.* quod non præſumitur, ſed eſt cedenti probandum, ut reſponſum ſcio die 6. Junii anno 52. *Carpz. p. 2. conſt. 34. def. 26. Gratian. tom. 1. diſcept. c. 64. num. 14. Dn. Mev. p. 1. dec. 92. Berlich. p. 2. dec. 291. num.* 10. quia dum ceſſionarius non exigit,
3 videtur ejus fidem ſequi. Nec bonitas videtur aſſerta, ſi evictionis præſtatio promiſſa. *Grat. d. l. 2. & tom. 3 cap. 501. num. 23. Hartm. Piſt. obſ. 212. numer. 9. Rota Gen dec. 156. num. 2. Berlich. d. l.* Affirmant autem *Molin. conſ 49. numer. 13. Tuſchus concl. 281. numer. 61. Tiraq. de Retract.*
4 *Convent. §. 1. gl. 2. num. 45. Berlich. dec. 291.* Quod puto dicendum etiam, quando quis promittat evictionem, nach rechtlicher Art / qualis caſus mihi nuper obiatus; nam dum ad Jura reflexio fit, non niſi quod verum ſit, probandum eſt. Sed *Dn. Mevius in tr. levaminis debiterum c. 7. num. 46.* tradit, debere judicem conſiderare,
5 quid actum ſit, ideoque ſententiam affirmantium ſecuti ſumus in facti ſpecie ad nos miſſa, ubi in inſtrumento hæc verba reperiebantur, ſo lange die poſt an den Ort (ſc. in Camera Civitatis) unabgekündiget ſtehen wird / & ideoque non dubitabatur de veritate, & ideo fru-

ſtanea fuiſſet evictio veritatis debiti, & 2. cedens interpellatus reſponderat, ſolvendo eſſe civitatem, & ſic de bonitate evictionis præſtandæ promiſſionem ipſe intellexerit. Cum autem notorium ſit, contra Civitatem debentem non facile concedi executionem, potuiſſet ceſſionarius ſtatim agere contra cedentem, quod non eſt ſentiendum, confer. *Covarr. l.3.reſol. capit.17. numer.6. Cæval. qu.799 Caball. d. Evict. § 5.numer.74. & ita reſp. menſe Dec. Anno 1654.* Sed quid ſi cedens
6 promiſit, daß er dem Ceſſionario zu dem Kauff beförderlich ſeyn wolle / und daß der Verkäuffer ehiſt liefern ſolle / hoc caſu bonitatem nominis non tantum tempore contractus, ſed etiam periculum nominis ſuſceptum à cedente eſſe, tradit *Dn. Mevius p. 3.dec.206.* Quid ſi vero cedens nominis in ſolutum dati exactio-
7 nem promiſit, an tunc bonum nomen ſe præſtiturum
8 tacite promiſit? Reſp. *Dn. Mev. p 1. dec. 182.* Quæ autem fuerit intentio paciſcentium, hoc ex veroſimilibus colligendum, & diſcernendum eſſe, utrum cedens tantum operam & moleſtiam exactionis in ſe receperit, an etiam præſtationem effectus, hoc caſu tenebitur bonitatem præſtare: illo caſu non. In dubio non vi-
9 detur promiſſa præſtatio bonitatis. Sed ſi ſub conditione exactionis facienda à cedente, nomen acceptum, omnino bonitatem præſtare debet cedens, prius tamen non conveniendus, quam lis inter cedentem & ceſſum debitorem finita, niſi moras nectat cedens. *Dn. Mevius*
10 *p.1. dec. 183.* Succurri tamen emptori, ſi juſta & probabili ignorantia admiſit nomen inidoneum, putat *Barb. in l. Æ'.matis.5.numer.11. ff. ſolut. matr. per l.41.§.3. in fine ibi quod ſciens tale damnum. ff de Jur. Dot.* à contrario ſenſu. Sed hac de re fuſius à me actum *in tr. de Ceſſione actionum capit. 5.* ubi *numer. 54.* refutavi illam diſtinctionem inter ſimplicem ceſſionem & dationem
11 in ſolutum. Illud etiam non iniquum, ſi venditor ſciverit, debitorem ceſſum brevi decocturum, aut actionem inanem eſſe, idque emptorem celaverit, *arg. l 47. § ult. de Eviction. Franzk. de Evict. num. 77. Lenzius de Ceſſ Act. cap 7.membr 7.num.33. quos ſequitur* Dn. *Lauterbach. ad h.t.§.2.th.18.* Sic etiam extra periculum non eſt cedens, ſi mandet creditori, ut nomen aliquod ſuo cedentis periculo exigat. *Dn. Lauterbach.d.l.th.19.*

## ad L. Et quidem. 5.

*SUMMARIA.*

*Venditor nominis debet verum nomen præſtare. nu. 1.*
*Ad quid teneatur, ſi internam ſummam ceſſerit. 2.*
*Si pro mille* 1800 *cedantur cum pacto evictionis præſtandæ, & ceſſionarius ſuccubuit, quid reſtituendum. 3.*
*Cedens qui non fecit, quæ facere debet, tenetur ex emto ad intereſſe. 4.*

1 VEnditor nominis debet verum nomen præſtare, i. e. non tantum quod vere debeatur, ſed etiam debitor nulla exceptione ſit munitus, quia qui tutus eſt exceptione, non videtur debitor. *L. 16. R. J.* niſi
2 aliud actum, & periculum emerit emptor. Sed ſi certam ſummam debiti ceſſerit eam ſummam præſtare debet, ſi in certum & nihil debeatur, ad id, quod intereſt, tenetur, ſcil. ad pretium & ad uſuras, &c. *vid. Cujac. ad h.L.p.1283.* Sed illud quod jam dixi, ſi ſcilicet
3 certa ſumma ſit promiſſa, quod ea ſumma præſtanda ſit, limitari debet, niſi aliud convenerit. v. gr. ſi 1800. cedantur pro mille thaleris, in caſu ob circumſtantias licito, cum pacto præſtandæ evictionis, ſi debitum non ſit idoneum, & ſi ſuccubiturus ſit emptor, debere ipſum reſtituere ſummam acceptam, quod ita conventum eſſe, in aliqua cauſa ſcio. Hinc non 1800. ſed mille
4 tantum reſtituenda eſſe puto. Sic ergo ſi cedens non præſtet id, quod præſtare debet, poteſt conveniri ex empto, ad reddendum id non tantum, quod ceſſionarius dedit, ſed etiam ad expenſas factas & ad intereſſe, & hæc actio potius ceu utilior videtur intentata, quam condictio ſine cauſa. *Dn. Mev. p.3. dec.207.*

## ad L. Emptori. 6.

*SUMMARIA.*

*Venditor tenetur cedere actionem hypothecariam nu.1.*
*Ceſſionario competit hypotheca legalis. 2.*
*An ceſſionario etiam competant privilegia perſonalia.3.*

1 VEnditor actionem hypothecariam cedere tenetur, licet pignus poſtea conſtitutum. *vid Cujac.*
2 *t.1.p.650.*& ceſſionario competit etiam hypotheca legalis nomini alias competens *Franzkius l. 1.reſol.14. nu.*
3 *2. & ſeq.* Sed aliud in perſonali privilegio, v. gr. quod uxor habet ratione dotis, ut prioribus tempore hypothecis præfertur, nam id ſoli mulieri, non hæredibus, niſi liberis. *Nov. 91.* & ſic nec ceſſionario, competit. *Carpz. p.1. conſt. 28. def. 95.* Sed in fiſco cedente ſecus. *Franzkius d. reſ 14. num. 16. per l. fin. C. de privil. fiſci. Dn. Lauterbach. d. l. th. 25.* ubi *th ſeq.* ait, ceſſionarium nec propriis privilegiis uti poſſe. Dn. Autor *in C. tit. de Privileg. Fiſci ad L. ult. num. 2.*

## ad L. Quod ſi. 8. & 4. ſeq.

*SUMMARIA.*

*Quid præſtandum ſit à venditore, ſi vendiderit hæreditatem quæ non eſt, vel quæ ad eum non pertinet. nu.1.*
*Quid ſi venditio ita facta ſit, ſi quod jus habeo. 2.*

1 VEndit quidam ex errore hæreditatem, quæ fortè in rerum natura non eſt; vel ſi eſt, ad venditorem non pertinet, quid hoc caſu præſtare debet venditor? R. priori caſu pretium cum omni intereſſe præſtabit; poſteriori caſu vero æſtimabitur hæreditas, & non poterit ſe venditor liberare præſtando pretium,
2 quia hæreditas poteſt forte pluris eſſe. Sed id limitatur in *l. 10. & 11.* niſi hæreditas vendita quatenus ad me pertinet, vel ſi quod jus habeo, nam ita videtur quaſi ſpes vel alea vendita, quando ſc. bona fide negotium geſtum. Nam tunc venditio valida, nihil dolo actum & ſciverit venditor, nihil ſe juris habere. *conf. Franzk. h. t. num. 4. Zæſ. num. 2. Dn. Struv. th. 74. Dn. Lauterbach. ad h. t. th. 14.*

## ad L. Qui filiifam. 14. pr.

*SUMMARIA.*

*Vendito nomine à filiofam. actio cedenda, etiam contra patrem de peculio, quod juſſu. nu. 1.*
*Quid ſi non ceſſa ſit. 2.*
*Actio ex inſtrumento guarentigionato etiam ceſſionario competit. 3.*
*Cum pretium non eſt certum, nulla eſt ceſſio. 4.*

1 VEndito nomine, Creditor actionem etiam contra fidejuſſores cedere debet, & ſi filiusfamilias ſit debitor, etiam actio cedenda prætoria contra parentem de peculio, quod juſſu, de in rem verſo, & ſi
2 non fuerit ceſſio facta, utiles tamen hæ actiones dan-
3 tur. *vid. Cujac. ad h. l. 14. t. 1. p. 1284.* Et ſic ſi venditor actionem ex re judicata, vel ex inſtrumento guarentigionato. Jus paratæ executionis habeat, ceſſionarius eodem jure uti poteſt. *Coler. de proceſſ. exec. p. 2. cap. 2.*
4 *numer. 30. & quos refert Dn Lauterbach. d. l. th. 24.* Colligitur ex hac lege, quia ceſſio fit præcedente venditione, ergo certum debet eſſe pretium, Autor *in C. tit. de Contrah. Empt. ad L. ult. nu. 1.* de quo ſi non conſtet, nulla eſt ceſſio. *Dn. Mev. p. 4. dec. 323. nu. 7.*

## ad L. Venditor. 21.

*SUMMARIA.*

*An venditor teneatur de re hæreditaria, quæ periit. nu. 1.*

*An*

*An idem in ſingulari re vendita. 2.*
*Quando pretium loco rei ſuccedat. 3.*
*Quatenus debitor ſpeciei poſſit negligere culturam rei. 4.*
*Mulier, quæ debuit fundum tradere, non tenetur de fructibus percipiendis. 5.*
*Tutius eſt nihil facere, quam male facere. 6.*

SI poſt interpoſitam ſtipulationem de omni eo,
1 quod ex hæreditate ad venditorem pervenerit
præſtando, res hæreditaria ad eundem pervenerit, &
ab eo vendita tunc hæres venditor rem aut pretium
ſolvere tenetur, & hoc quidem licet res perierit, (ſed
2 in re ſingulari aliud receptum) quia pretium non ex
re, ſed negotiatione habet. *vid. hic Dd. & Cujac. tom.*
*1. p. 767.* Notetur ex hac lege, quod pretium loco rei
3 ſuccedat in univerſitate, non in re ſingulari. *Barb.*
*Locupl. l. 14. cap. 76. axiom. 6.* Ex hac lege 21. *ex. verſ.*
4 *quemadmodum*, colligunt, quod debitor ſpeciei negli-
gere poſſit culturam rei, niſi culpa ejus arguatur, culpa
ſcil. à neglectione aliena, ut ſi ex negligentia dam-
num ſecuturum ipſius rei venditæ, & hanc deteriorem
futuram. *vid. ad d. verſ. Gothofr. & Petr. Barb. ad l. 5. ff.*
*ſolut. matr. nu. 60. & ſeq.* Et ideo mulier ſi debet tradere
5 fundum dotalem marito, non tenetur de fructibus
percipiendis, niſi ſponte coluit, & male. *Barb. d. l. nu.*
*62. & 63.* Tutius interdum, nihil facere, quam aliquid
6 male.

## ad L. Hæreditatis. 22.

### *SUMMARIUM.*

*An venditor hæreditatis corpora hæreditaria propter partem pretii nondum ſolutam retinere valeat pignoris loco.*

VEndidi tibi hæreditatem, & partem pretii ſolviſti, ſed in reliquo moraris, an corpora hæreditaria jure retentionis retinere poſſum, dum pretium totum exſolvas? Videtur quod non; quia rei meæ pignus non eſt. Sed affirm. quaſi pignus res poſſum retinere, color pignoris ſuſtinet retentionem. *Cujac. hic. t. 1. p. 1837.*

## ad L. Venditor. 23.

### *SUMMARIA.*

*Qui nomen vendit, etiam acceſſiones præſtare debet. numer. 1.*
*An & qua actione cedens poſſit agere contra ceſſionarium, ceſſis omnibus juribus. 2. & 3.*
*An cedens virtute actionis directæ ſuperfluum petere poſſit. 4. & 5.*
*Cujuſnam lucro ſit, quod quartam ex Rec. imp. fiſco debitam excedit. 6.*
*Quid jure Sax. inter mercatores. 7.*

QUi nomen vendit, tenetur etiam ad acceſſiones
1 cedendas, ſcil. Jus pignoris & actionem contra
fidejuſſores, Autor *in C. tit. de pignor. ad L. 16. numer. 2.*
Ex hac lege dubitari poteſt de traditione. *Dd. ut Mant.*
2 *l. 4. de tac. & amb. convent. t. 13. numer. 4. Tuſch. concl. 185.*
*num. 41. lit. C.* quaſi eo caſu, ſi cedens omnia ſua jura
ceſſiſſet, non poſſit re integra agere contra debitorem
ceſſum; quia omnis cedens tenetur omnia ſua jura
cedere. Aliud enim cedere debere, aliud ceſſiſſe. Et
ſi ceſſiſſet omnia jura, actionem tamen directam retinet
*l. 3. de Nov.* cujus virtute agere poteſt cedens, uno
ex illis tribus non interveniente, niſi alicubi ceſſionarius
ex ſtatuto vel conſuetudine ſolus habeat actionem
directam & utilem, quod conſuetudine introduci
poteſt. de quo *Dn. Lauterbach. d. l. th. 21.* Sed an virtute
hujus actionis directæ cedens. id ſuperfluum petere
poteſt? Id quidem affirm. *Berl. p. 1. dec. 31. Carpz.*
*p. 2. capit. 30 def. 37.* Sed verius eſt, id debitoris lucro
cedere, quia licet cedens habeat actionem directam,
Autor *in C. tit. Mandati ad L. 3. numer. 4.* ea tamen,
quando debitori denunciatio ceſſionis facta, aut ex
ceſſione conventus eſt; nam alias exceptio Legis Anaſtaſianæ
vix opponi poſſet, inefficax erit iſta actio directa,
per *d. l. 3.* & ſic ſentiunt *Cujac. lib. 10. obſ. 3. &*
*l. 16. obſ. 6. Ant. Gabriel l. 2. comm. concl. tit. de Act. concl.*
*5. num. 1. Joh. a Sande de Ceſſ. act. c. 11. nu 10. Finckelthaus*
6 *obſ. 17.* Sed ſi ex Receſſibus Imperii præſertim *de anno*
*1577. tit. 17.* dicamus, quartam ſortis fiſco vindicari, ut
*Dn. Mev. in diſcuſ. levam. cap. 7. numer. 22.* certè quod
quartam illam excedit, debitoris lucro erit ut demonſtravi
exemplis *in tr. de Ceſſ. act. capit. 1. num. 92.*
7 Ab obſervatione dictæ legis Anaſtaſ. excepit Sereniſſ.
Elect. Sax. mercatores ob curſum commerciorum commodiorem.
Deciſ. Elect. Saxon. 28. §. Setzen/ ordnen/
&c.

---

# TITULUS V.

## *De Reſcindenda venditione.*

## Ad L. Emtio & venditio. 3.

### *SUMMARIA.*

*Ipſo jure venditio tollitur, re integra, per contrarium diſſenſum. nu. 1.*
*Re non integra, retraditione opus eſt. 2.*
*An venditione reſciſſa, nova gabella ſolvenda. 3.*
*An, quando pactum de retrovendendo antea initum, remittitur, debeatur laudemium. 4.*
*An quando prior contractus eſt ipſo jure nullus, debeatur laudemium. 5.*
*Quid ſi data ſit arrha. 6.*

IPſo jure tollitur contractus venditionis, quando
1 re integra per contrarium conſenſum tollitur, ubi
etiam fidejuſſori hæc datur exceptio. Autor *in C. tit.*
2 *Quando liceat ab empt. ad L. 1. numer. 1.* Sed ſi ab una
vel utraque parte venditio conſummata, tunc retraditione
opus eſt, & tunc videtur eſſe nova emptio.
3 Unde decidenda quæſtio, quando in provincia v. gr.
in Hiſpania, de omni venditione ſolvitur gabella, an
quando à venditione diſceditur, nova gabella ſolvenda
ſit adhuc ſemel? Et quidem ſi in continenti
reſolvatur contractus, non habet dubietatem hæc
quæſtio, ſed ſi ex intervallo deſideretur, diſtinguerem,
an contractus ſit conſummatus, an non; ut hoc caſu
non ſit nova venditio, ſed illo caſu. *conf. Molina tr. 2.*
*d. 373. num. 3. Caldas de Empt. c. 28. num. 16. Pinell. ad l. 2.*
*C. Reſc. de vend. p. 2. c. 3. num. 36. Fern. Vaſq. p. 2. controv.*
*c. 11. num. 15. & de Succeſſ. creat. §. 25. nu. 5.* de laudemio
*Berlich. dec. 47. & multi alii conf. not.* Dni Autoris *ad*
*nu. 2. C. ad l. 19. ff. de uſucap.* Et *Quando lic. ab empt. diſced.*
4 Sic ſi res cum pacto de retrovendendo vendita, & poſtea
hoc pactum remittatur à venditore, accepto additamento
pretii de hoc deberi laudemium, tradit *Berl.*
5 *p. 1. dec. 53.* Sed quid ſi prior contractus plane ipſo jure
invalidus, an tunc gabella vel laudemium reſtituendum?
quod rectè negant Dd. communiter *vid. Tiraqu.*
*de Retr. Conſang. §. 1. gl. 2. num. 7. Franc. de Clapperiis lib. 2.*
6 *dec. cauſ. 66. qu. 1.* ubi ſic pronunciatum ait. Sed quid
ſi data arrha R. ipſo jure contrario pacto reſolvitur,
quia arrha non eſt pars pretii, ſed argumentum venditionis,
quæ per conditionem ſine cauſa repetitur.
*l. 2. C. quando liceat ab Empt. diſced. ibique.* Autor. Ex hoc
ampliatur in hac lege, ut etiam reſolvatur venditio ipſo
jure, licet fidejuſſio vel ſtipulatio acceſſerit, ubi venditio
reſolvitur ipſo jure, ſed fidejuſſio & ſtipulatio non
ipſo jure, ſed per exceptionem facti reſolvuntur. *hic &*
*l. Stichum. 96. §. fin. ff. de ſolut. Cujac. tom. 1. p. 1285* Collige
ex hac lege, Stipulationem contractui nominato
additam non ſequi ejus naturam, ſed aliud putant in
contractu innòminato. *Jac. de Nigris in Rep. Rubr. d. V.*
*Obl. nu. 147. tom. 6.* Haſta aqui.

ad L.

## Ad L. Cum emtor venditori. 4.

### *SUMMARIA.*

*Quomodo reſcindatur venditio mutuo conſenſu. nu.* 1.
*In quibus caſibus venditio voluntate unius tollatur.* 1. 3.
*Actio* L. 2. de Reſcind. Vend. *ſecundum omnia ſua requiſita evolvitur.* 4.
*An in caſu reſciſſionis in emptione annuorum redituum præciſe tempus contractus reſpiciendum.* 5.
*Reſponſum Facultatis juridicæ.* 6.
*Computatio læſionis varia.* 7.
*Differentia harum exemplis declaratur.* 8.
*Quid in caſu reſciſſ. interſit inter dolum & læſionem ultra dimidium.* 9.
*Extenſio Remedii* l. 2. C. de Reſc. vend. 10. 11.
*Actionis d. l. 2. quæ perſonalis, illata.* 12.
*Actionis hujus, quæ b. f. illata.* 13.
*Limitatur.* 14.
*An quoque ad venditionis ſub haſta hæc reſciſſio ex d. l. 2. pertineat.* 15.
*Quid in Camera Elector. Brandenb.* 16.
*An interitu rei emptæ nondum traditæ ſine culpa venditoris perimatur venditio.* 17.
*Quid in foro conſcientiæ.* 18.
*Caſus, in quibus res venditori pereunt.* 19.

RESciinditur venditio nudo mutuo conſenſu, ſi res
1 ſit integra, vel acceptilatione, quæ hic non ut
acceptilatio, ſed ut conventio nuda valet; vel ſi res
2 non ſit integra, retraditione. Quædam venditio unius
voluntate tollitur, ut annuorum redituum, quæ à venditore,
non vero ab emptore revocari poteſt *per Ordin.
Polit. de anno* 1548. *tit* 17. §. 8. *Gail. l.* 1. *obſ.* 7. *numer.* 14.
*Hartm. Piſt. obſ.* 63. *& quos refert Carpz. p.* 2. *dec.* 117. *nu.*
5. *& ſeq.* Et in contrarium paciſci non licet. *Franzk. l. t.
de. num.* 47. Ob læſionem ultra dimidiam datur etiam
3 Reſciſſio ex nobili illa Lege 2. *C. de Reſcind. vendit.
ubique* Dn. Autor *in Comm. ad C. numer.* 1. *d. L.* 2. ſi ſc.
venditor ne quidem dimidium juſti pretii acceperit,
vel emptor pretium altero tanto majus dederit vel promiſerit.
Ita agitur eo fine, ut vel emptor rem reſtituat
aut juſtum pretium, aut venditor rem recipiat, aut exceſſum
pretii reſtituat. Ubi requiritur verum rei pretium
& commune non ratione affectionis hujus vel illius
*arg. l.* 63. *ff. ad l. falc.* quod explicat *Carpz. p.* 1. *conſt.*
34. *d.* 6. *& Dn. Lauterbach.* novis. *ad h. t. th.* 9. ut reſpectus
habeatur ad tempus contractus. *Carpz. d. l. & Dn. Richt.
pag.* 2. *deciſ. quæſt.* 9. *numer.* 147. Unde infert poſt alios
4 *Lauterbach. th.* 10. ſi tempore belli res vilius vendita,
tempore pacis ſi pretium creverit, illam venditionem
non reſcindi; Sic *nec læſio* ex incerto ſecuto eventu, v.
gr. reperto *theſauro*, vel immenſo lucro in partibus
metallicis, de quo *Dn. Lauterbach. ad h. t. th.* 11. *Idem*
in *vitalitio* empto. *Dn. Lauterbach d. l.* ſi ſcil. emptor
5 diutiſſime vivat. Sed an in emptione annuorum redituum
præciſe tempus contractus reſpiciendum? Duodecim
modii frumenti pro 100. thaleris emuntur. Hinc
in principio contractus nulla eſt læſio, cum hodie 6.
thaleris 12. modii venduntur, quæ apud nos uſuræ ſunt
licitæ; ſed fieri poteſt; ut in annis, ſexto vel ſeptimo,
à contractu unus modius frumenti (quod Deus avertat)
tribus thaleris ematur, tunc uſuræ 36. thal. ſolventur
pro uno anno. Verum hoc caſu reductionem faciendam
eſſe, æquitas ſuadet, ut ſi jam hoc anno ultra
dimidiam læderetur, verbi gratia, ſi duodecim modii
pluris æſtimentur quam 12. thaleris, hic contractus
pro conditione ejus anni ad 12. reducendus, ut *Molinæus
de Uſurar. contract. numer.* 215. *& Ant. Faber. lib.
quart. Cod. tit. vigeſim. quart. numer. decim. non. & hos
referens Dn. Carpzov. p. terti. dec.* 294. *numer. duodecim.*
6 *& ſeqq.* erudite docent. Et ſic contractum, quo anno
1544. 12. magna quantitas annua pro 250. thal. vendita,
non quidem reſcindendum in facultate reſpondimus,
ſed quia additum erat pactum de retrovendendo, à
tempore eo quo pretium oblatum erat, ad æquitatem
reducendum diximus, ut fructus vel octo vel 12. vice
7 uſuratum admitteretur. Exemplum læſionis ultra dimidium
eſt, ſi rem valentem 1000. thal. vendiderim
400. thal. vel ſi rem valentem 400. thaleris, 900. thal.
emerim, quod *ad hunc tit. th.* 7. bene declarat *Dn. Lauterbach*
qui tamen ſubjicit, ratione emptoris nonnullos
aliter læſionem computare, ſcilicet, ſi læſio dimidium
juſti pretii excedat, & ipſe dederit ſupra juſtum
pretium ejus dimidiam, & aliquod ultra dimidiam, v.
gr. ſi rem, quæ valet centum, emerim 151. flor. quam
ſententiam receptiſſimam eſſe, dicit citatus ab eo *Pinellus
ad l.* 2. *C. de Reſc. vend. p.* 1. *cap. ſecund. num.* 6.
& elatius *Gutierez l.* 2. *pract.* 133. ſed priorem computationem
in Camera obſervari, teſtatur *Mynſ. cent.* 4.
8 *obſ.* 73. Inter has ſententias quid interſit, exemplo ſuperiori
declarabo. Rem valentem 100. thal. ſi emo 152.
thal., juxta priorem ſententiam non ſum immodice
læſus, ſed bene ſecundum poſteriorem. Sed in Facultate
ſecuti ſumus, ni fallor, priorem modum computandi
etiam in emptore. Ut autem detur hæc reſciſſio, ſufficit
modum eſſe exceſſum ultra dimidiam. *Barb. ad d. l.* 2.
*numer.* 10. *& Dn. Lauterbach d. l. th.* 8. qui & in caſu
enormiſſimæ læſionis, ubi quis nec tertiam partem accepit,
hanc legem locum habere tradit. Quamvis au-
9 tem etiam reſcindatur à judice ob dolum, illud tamen
intereſt inter dolum & inter læſionem ultra dimidiam,
ex *l.* 2. *C. de Reſc. vend.* quod dolus intra biennium
tantum præbeat cauſam agendi, enormis læſio intra 30.
annos. Et hoc remedium *d. l.* 2 *C. h. t.* etiam ad alia ne-
10 gotia accommodatur. Nam etiam *locatori & conductori*
competit. *Dn. Lauterbach. ad h. tit. th.* 18. & ad alia accommodatur
ab aliis, quos refert *Dn. Lauterbach th.* 29.
11 Etiam *portio liberis prioris* matrimonii aſſignata poteſt
impugnari ex cauſa læſionis, modo ea probata, de quo
pluribus *Dn. Mev. p. terti. dec.* 297. Et actio hæc ex *d. l.
ſecund. C. h. t.* eſt *perſonalis*, & ideo datur contra emptorem,
licet rem alienaverit. *Dn. Lauterbach d. l. th.* 19.
etiamſi res interierit. *Dn. Lauterbach th.* 20. quod communiter
intelligunt, ſi copula interceſſit venditoris,
de qua tamen limitatione ipſe cum aliis rectè dubitat.
12 Et quia *actio perſonalis* eſt, ideo contra ſecundum
emptorem non datur. *Dn. Mev. pag.* 5. *deciſ.* 22. niſi
primus emptor non ſit ſolvendo, & ſecundus eodem
injuſto pretio, & ſic quoad integrum pretium ex parte
lucrativo titulo poſſideat, quo caſu donatarium vel
emptorem conveniri, tradunt. *Covar. l. ſecund. reſol. c.*
3. *numer.* 10. *Tiraquell. in l. ſi unquam, verbo revertatur.
numer.* 329. *C. de Revoc. donat. Berlich. p.* 1. *dec.* 157. licet
13 dubitet *Dn. Lauterbach. th.* 22. Et hac actione non *petuntur
fructus* interim *percepti*, quia fuit *bonæ fidei* poſ-
14 ſeſſor cum titulo, & venditor uſus eſt pretio, niſi dolus
15 cauſam dederit contractui. *Carpz. p.* 1. *dec.* 86. *Lauterb.
d. l. th.* 39. An venditiones ſub haſta, an etiam reſciſſio
ex *l.* 2. *C. h. t.* pertineat, dubium eſt? Autor *in C. h. tit. ad
L.* 2. *num.* 12. Pleriique negant, niſi fraus licitatoris interveniat,
quos videtur ſequi *Dn. Lauterbach d. l. th.* 24.
16 Illud deprehendi, moris eſſe in Camera Electorali
Brandenburgica, quando bona obærati ſub haſta vendenda,
& quidam offert minus dimidio juſti pretii,
illam licitationem non admitti, nec publice ſignificari.
17 Demum *interitu* rei emptæ etiam nondum traditæ ſine
culpa venditoris ſecuto, non perimitur venditio, ſed
venditor adhuc ad pretium agere poteſt quod diſplicet
*Cujacio* hic, communiter refutato. *vid. Bachov. ad
Tr. d. diſp. vigeſim. octav. th.* 8. *lit. D. Carpz. part. ſecund.
Juriſpr. conſt. vigeſim. ſext. def.* 20. Nam res empta perit
emptori, ſi per caſum aut culpam venditoris leviſſimam
pereat. *conf. Gomez. t. ſecund. reſ. cap.* 15. *num.* 12. *Pacius
cent. quint. quæſt. octav. Mant. l.* 4. *tit.* 28. *Treutac. lib.* 3.
*tit. de empt. reſ.* 7. *Mol. d.* 266. Autor *in C. tit. de Peric.
& commod. Res vend. ad L.* 1. *numer.* 1. *& ad L.* 3. *d. t.*
18 Et ſic ſi poſt venditionem pereat res, integra actio

venditori

Digitized by Google

venditori ad pretium, integra actio Emptori ad acceſſiones vel fœtum. &c. Sed an in foro conſcientiæ hoc ſit ſatis æquum? putarem ſententiam *Cujacii* non eſſe adeo alienam ab æquitate, & æquius ac verbo Dei convenientius facturum venditorem, ſi damnum cum emptore partiatur. Nam venditor lucraretur cum damno emptoris. Nam ratio juris, quod ſcilicet venditor ſit debitor ſpecie, & ſic interitu ſpeciei liberetur, eſt ſubtilitatis, & contraria pars habet rationem, quia *res* perit Domino, quæ ratio eſt ſimplicior. In hoc concurſu rationum, æquior & conſcientiæ ſecurior eſſet ſententia, dividendum eſſe damnum. Et ita etiam imperiti juris noſtri interrogati reſpondere ſolent, quod ſæpe obſervari, & æquitatem naturalem ex illa vulgari reſponſione collegi. Caſus, in quibus res venditori pereat, recenſet *Molina de Juſt. & Jur. diſp.* 366. *num.*11. *& ſeqq. & Fagundez de Juſt. & Jur. lib.*5. *capit.*47.
19 Et Autor *in C. tit. de Peric. & Com. rei vend. ad L.*1. *nu.*2. *& ad L.*3. *d. t.* ſcilicet ſi venditor culpam levem admiſit, qua factum ut res perierit, vel fuerit in mora, vel periculum in ſe ſuſcepit uſque ad traditionem, vel ob delictum venditoris confiſcetur, vel venditor periculi impendentis notitiam habuit, non tamen admonuit emptorem.

## ad L. Si convenit. 6.

### *S U M M A R I U M.*

*Qualis actio ex conventione, ut ſi intra certum tempus diſplicuerit res, ab emptione diſcederetur.*

QUando placuit, ut, ſi intra certum tempus diſplicuerit res, ab emtione diſcederetur, tunc actione empti utili, vel actione præſcriptis verbis agitur, ut reſcinderetur, quia dubitari poterat, an actio empti daretur ad reſcindendum, tutior eſt actio præſcriptis verbis. Ubi notetur cautela juſta & honeſta, circa diſtinctiones actionum. *Cujac. t.*1. *p.*814. *ad h. l.* Et eſt diſtinctio hæc non ſine effectu, quia una b. f. altera ſtricti juris eſt ſua natura.

## ad L. Si id quod pure. 7.

### *S U M M A R I A.*

*Venditio prior pura irritam reddit poſteriorem conditionatam. num.* 1.
*Idem valet in poſteriori pura.* 2.
*Judicium de principio hujus L.* 7. 3.

SI prius pure res vendita, & poſtea ſub conditione
1 eodem pretio, prior valida manet, poſterior irrita. Sicut ſi quis aliquem pure inſtituiſſet hæredem, poſtea ſub conditione, prius teſtamentum non fit invalidum, quia eſt ſatis perfectum. *l.* 27. *§.* 1. *ff. de hæred. inſtit.* Si vero ab initio conditionaliter vendita, poſtea pure, valida poſterior venditio. Sicut ſi te hæredem prius ſub
2 conditione, poſtea pure inſtituam, hæc potior. *l.*67. *de inſt. hær.* Ita, ſi pupillus cum autoritate tutoris vendat, poſtea ſine autoritate tutoris placeat, ut diſcederetur, hæc conventio poſterior nulla. Sed ſi prius ſine autoritate tutoris vendat pupillus, nulla datur actio contra pupillum, ſed ipſi pupillo datur, quia claudicat contractus, ſed habet tantum Jus retentionis; ſed ſi accedat poſtea conſenſus tutoris, poſterior contractus validus. *vid. hic. Cujac. tom.*1 *p.*650. Sed quod principium
3 hujus *l.* 7. habet, neſcio, an non ſubtililis magis, quam utilis ſit hæc lex. Nam ſi prius pure emiſſem domum, cur non liceat ambobus à contractu puro diſcedere, & novum contractum facere? & nemo poſtea conditionaliter emet, qui prius pure emit, niſi animum diſcedendi à primo contractu habuerit.

## ad L. Pen.

### *S U M M A R I A.*

*Fiſci venditio fundi ob debita tributa reſcinditur, debitore ſolutionem promittente. nu.* 1.
*Collectiones Dd. ex hac L.* 2. 3.

1 QUando Fiſcus ob debita tributa vel vectigalia vendit Fundum, ſi profeſſus eſt debitor, ſe ſolidum vectigal ſoluturum, reſcindenda eſt venditio;
2 unde colligunt Dd. ob ſolam oblationem verbalam venditionem pignoris reſcindi, juxta intellectum *Gloſſ. Bartol, Bald*, quam amplectitur *Neguzanzius de Pign. part.* 5. *pr. membr.* 3. *ejusque p. ſecund. numer.*4. *& part.* 3 *numer.*1. *Georg. Schultz. in Tr. de Oblat. c. ult. numer.*9. Autor *ad L.* 5. *numer.* 3. 4. *C. de diſtract. pign.* Licet hic intellectus diſpliceat *Barboſ. in L. Si mora* 10. *part.* 2. *ff. ſolut. matr. num.* 56. *& ſeq.* & ipſe *num.* 62. hanc legem de reali oblatione intelligit, qui intellectus verbis ta-
3 men repugnet. Et ex argumento hujus Legis poteſt probari, à ſubhaſtatione & adjudicatione poſſe appellari.

De L. fin. §. 1. *vid. Ant. Rubeus in rep Legis hoc edictum. §. morte. ff. de operis novi nunt. t.*6. *repet. nu.*465.

---

## TITULUS VI.

### *De Periculo & commodo rei vendita.*

## ad L. 1. §. Si dolium. 2.

### *S U M M A R I A.*

*Conciliatio hujus §. cum. l.* 14. *h. t. num.* 1.
*Appoſitio ſigni infert receptionem dominii penes ſignantem.* 2.
*Quid conceſſum emptori, ſi emptor moram faciat in menſuratione vini.* 3.

1 SIgnatura rei non eſt ſtatim evidens ſignum factæ traditionis, ſed contrarie videtur *l.*14. *in fin. h. tit.* Diſtingu. *cum Salyceto in l. fin. C. h. t. Stracha de Mercatura. part.* 2. *num.* 90. aut ſignum appoſitum eſt ante perfectam emptionem, & tunc palam eſt, non transferri poſſeſſionem, aut emptione perfecta, & vel præſumi poteſt alia cauſa, quam animus tradendi, & tunc non præſumitur traditio facta, ut hic, ubi eo fine facta videtur, ne in dolium quid infundatur; aut non poteſt eſſe alie præſumptio, & eſt ſignum traditionis, ut in *l.* 14. *in fin.* Et ſic communiter placuit, per ſignaturam vini non præſumi dominium translatum, ſed ne quid infundatur aquæ, ut ſolet fieri à nonnullis; Nam in cæteris facilius translatio dominii præſu-
2 mi poteſt. *Romanus ſing.*185. ubi *in additione* plures Dd. recenſentur, & ſic ſi alia præſumptio non ſit, appoſitio ſigni infert receptionem dominii penes ſignantem. *Menoch. conſ.*121. *numer.*30. *Chriſtinæus v.* 2. *dec.* 111. *conf. Franzk. h. tit. numer.* 38. *& notat.* Dni. Autoris *infra ad l.*14. §.1.
3 *Ad §. pen.* Quando emptor facit moram in menſuratione vini, conceditur venditori, ut denuntiatione prius facta, ſi dolii indigeat, vinum poſſit effundere. Sed aliud, quicquid fieri poterit faciendum eſt, quam ut vinum effundatur. *conf. Weſ. in w. in fin. Molina de J. & J. d.* 366. *numer.* 17. *Franzkius h. t. numer.* 44. *Dn. Lauterbach. h. t. §.* 1. *num.* 9.

## ad L. Cuſtodiam. 3.

### *S U M M A R I A.*

*Venditor levem tantum præſtat culpam. num.* 1.
*Explicatio, quomodo procedat comparatio inter venditorem & commodatarium.* 2. 3.

Certum

1 CErtum eſt, venditorem tantum culpam levem
præſtare,& hic tamen cum commodatario com-
2 paratur; cujus hæc videtur eſſe ſententia, ſicut com-
modatarius majorem in rebus commodatis, quam
ſuis præſtare debet diligentiam, ita etiam venditor,
licet hic tantum obligetur ad levem culpam præſtan-
dam. Habet enim levis culpa ſuos gradus, licet ad mo-
dum diligentiſſimi Patrisfamilias cuſtodire non tenea-
tur. *vid. Rebuff. ad l.* 223. §. *in venditione dolus. ff. de R.
J. vid. Molina de Juſt.& Jur. diſp.* 366. *numer.* 12.*Gomez.
tom.*2.*reſol.cap.*2.*numer.*32. Vel dicendum, in rebus ad
quantitatem venditis, de quibus lex præcedens loqui-
tur, majorem requiri diligentiam, vel illa comparatio
3 ſecundum quid intelligenda. *vid. Franzk. ad tit.* A.E.
*numer.* 352. *& ſeqq.*

## Ad L. Si quis. 4. §. ſi averſione. 1.

*SUMMARIA.*

*Quid juris in venditione vini, ubi non actum, ut deguſtetur, vel actum, ut deguſtetur, ad quem pertineat periculum. nu.* 1. 2.
*In venditione rei fungibilis per averſionem, periculum emptoris eſt.* 3.

1 CUm vinum in ſpecie ad corpus venditur, nec
eſt actum, ut deguſtetur, periculum deteriora-
tionis ſine culpa contingens, ad Emtorem pertinet.
2 Venditor autem tenetur ad cuſtodiam uſque ad tem-
pus aſportationis præfinitum, aut ſubintellectum. Sed
ſi actum, ut deguſtetur, periculum deteriorationis per-
tinet ad venditorem uſque ad tempus, quo debuit de-
3 guſtari. Collige, quando res fungibilis venditur per
averſionem, periculum emptoris eſt *Molina d.* 366.*n.*8.
*Lauterbach. ad h.t.* §.1.*nu.*10.

## ad L. Si per emptorem. 5.

*SUMMARIA.*

*Venditio ad menſuram quousque perfecta. num.* 1.
*Regula hæc de re traditur.* 2.
*Ampliatur.* 3. 4. 5. 6. 7.
*Limitatur.* 8. 9. 10.

1 QUando quid venditur ad menſuram, venditio
ſuo modo perfecta eſt *l.*4.§.5. *ſupra de Contrah.
Empt.* Præterquam quoad periculum interitus & dete-
riorationis, quod licet alias ad emptorem pertineat,
ſecus tamen in venditione ad menſuram, ubi hæc
conditio ſubintelligitur, ſi menſurata fuerit, quæ ta-
men conditio pro impleta habetur, ſi per emptorem
factum fuerit, quo minus impleatur, *per l. Labeo* 50.
*ſupr. de Contrah.Empt.Petr.Barboſ. in d. l.*10.*p.*2.*nu.*13.*ff.
ſolut. matr. conf.Struv.Ex.*23.*th.pen.* ſcil. quod venditio
ad quantitatem, i.e. ad numerum vel pondus contracta,
ante adnumerationem &c. ſit imperfecta, ratione pe-
2 riculi. Hæc regula, quæ etiam ex *l.*34.§.5. *& l.*35.§.5. *de
contrah.Empt.& l.*2.*C.h.t. ibique* Dn. Autor *in not.* pro-
batur, multis modis ampliatur, & limitatur à *Dn.Lau-
3 terbachio ad h.t.* §.1. *numer.*8. quæ paucis notabo. Am-
pliatur [1.] quod etiam in fundo menſurando locum
4 habeat. *l.* 10. §.1. *h.t.* (2.) licet univerſis v.gr. amphoris
unum pretium ſtatuatur. *l.* 35. §. 7. *de contrah. emt.* (3.)
5 licet univerſum vinum venditum, quod in cella eſt, ad
menſuram tamen. *d. l.* 35. §.6. (4.) licet vinum deguſta-
tum. *l.*34.§.5.*de Contrab. vend.Carpz. p.*2.*cap.* 26. *def.* 23.
[5.] Si dolium ſignatum *l.*2. §. 2. *h. t.* ubi tamen ſupra
dixi, hic eſſe ſpecialem rationem. His caſibus venditor,
ſi pretium accepit, hoc reſtituit, re perempta. Limitat
vero regulam *Dn. Lauterbach. & alii ab eo relati.* (1.)
8 Si aliter convenit (2.) Si res emptori, tradita, nondum
admenſurata. *l.* 2. *C. h. tit. & ibi Bachov. numer.* 5. [3.]
9 Si per emptorem ſtet, quo minus admenſio fiat. *d.l.*2.*&
l.*1.§.3.*h.t.* Dn.Autor *in Cod.h.t. ad L.* 2.*nu.*5.

## ad L. Id quod poteſt emptionem. 7.

*SUMMARIA.*

*Regula: poſt emtionem omne commodum & incommodum eſt emtoris. nu.* 1.
*Extenditur.* 2. 3.

1 POſt emtionem omne commodum & incommodum
eſt emptoris; Dn. Autor *in C.h.t. ad L.*1. *num.*1.
*Et ad L.*22.*num.*9.*C.de Furtis.* unde colligunt Dd. facta
2 venditione annuorum redituum, omne periculum eſſe
emptoris, ſcil. ejus qui alias creditor ſolet appellari,
quia is factus eſt Dominus ſortis illius, quam annuatim
percipere habet adeo, ut nec pacto damnum in vendi-
torem transferri poſſit. Unde damnum, ex bello annuis
reditibus datum, eſt emptoris. *conf.tradita Gail. lib.* 2.
*obſ.*7. *Cavual. quæſt.* 312. *numer.* 4. *Rauchbar. p.*1.*quæſt.*19.
& quos refert *Carpz. p.* 2. *dec.* 117. *numer.* 3. *& ſeq. conf.
Franzk. lib.*1.*reſol.*5.*Lauterbach. hic paragraph.* 1.*nu. fin.*
3 Sed decidi ex hac L. etiam alius caſus poteſt; Ego
mercator ſcripſi Titio, ut merces has illas ſolito pretio
emat, & ad me transportet, Titius id præſtat, emit, &
transportat merces, ſed in via à latronibus diripiuntur
merces, cujus eſt periculum? Videtur Titii, quia pro
perfecta venditione is contractus à Titio celebratus
haberi nequit, cum non determinatum ſit pretium.
Autor *in C. tit. de Contrab. Emt. ad l. ult. num.*1. Sed reſ-
pondendum eſt, meum id eſſe periculum, quia ego
conſtitui procuratorem Titium, is emit, & quidem
mihi,& ſic periculum meum eſt, nam obſervantia fere
univerſalis eſt inter mercatores, ut transportationes
mercium de uno loco in alium ad inſtantiam & requi-
ſitionem alicujus mercatoris factæ, pro certa & pura
emptione habeantur, ſtatuto nempe inter eos pretio,
quanti communiter valeat. *Carpz. p.*2.*dec.*131.

## Ad L. Neceſſario. 8.

*SUMMARIA.*

*In venditione omni ex parte pura periculum eſt emtoris. num.* 1.
*Ampliatur.* 2. 3. 4. 5.
*Limitatur.* 6. 7. 9. 10.
*An etiam in caſu, ubi ſibi dominium reſervavit venditor.* 8.
*Quando abſolute perfecta venditio.* 11.
*Venditio ſub conditione diverſo reſpectu eſt perfecta & imperfecta.* 12.
*In vend. condit. ſubſecuta traditione, pendente vero conditione, uſucapienti conditio non transfertur, nec dominium.* 13.
*Limitatur.* 14.
*In vend. hac pendente condit. periculum cenſetur eſſe venditoris.* 15.
*Limitatur.* 16.
*Si impletur, emptoris.* 17.
*Ampliatur.* 18.
*Uſusfructus formalis venditio exſtinguitur morte venditoris.* 19.
*Non cauſalis.* 20.

QUando abſolute perfecta eſt emtio, periculum
1 eſt emptoris. Sed regula illa, quod periculum
ſubſtantiæ in venditione omni ex parte pura, ſi penes
emptorem, ampliatur (1.) etiamſi conditio reſolutiva
2 ſit venditioni addita. *l.* 2. *&* 3 *ff. de addict. in diem* (2.)
Si ad corpus res fungibilia vendita. *l.*1.§.1. *& l.*4.§.1 *h.t.*
3 *Carpz. p.* 2. *conſt.* 26. *def.* 23. Autor *in C.h.t. ad L.*2.*nu.*3.
(3.) licet conſanguineus retrahere velit, & ſententia
4 lata de retractu. *Tiraqu. de Retr. conſang. ad finem tit.
n.*31.*Dn.Lauterb. ad h.t.*§.1.*nu.*4. (4.) licet dies ſit addita
5 ſolutioni pretii vel rei traditioni. *Bachov. ad Weſenb.
hic. nu.*6.*Dn.Lauterbac. t.*§.1.*nu.*6. *in fine.* Limitatur vero
(1.) In

6 (1.) In venditione generis, v. gr. materiæ, de qua in-
telligunt nonnulli *legem* 14. §. 1. *h. t.* v. g. ſi bibliopo-
la mihi vendat Juriſprudentiam forenſem Carpzovii,
7 & non certum volumen, tunc ſi omnia pereant ip-
ſius exemplaria, illius tamen eſt periculum. *vid.*
*Frankʒius hic n.* 18. *Dn. Lauterbach. h. t.* §. 1. *nu.* 11. (2.)
8 Quando duæ res alternative venditæ, ubi re una pe-
rempta, alteram tamen tradere tenetur *l.* 34. §. 6 *ff. de*
*contrah. emt. Molina diſp.* 36. *num.* 16. *Lauterbach. ad*
*h. t. nu.* 12. (3.) Si dominium ſibi reſervavit vendi-
tor. *Carpz. lib.* 1. *Reſp.* 108. Sed contrarium in jure
recte defendit *Struv. th.* 96. & *Dn. Lauterbach. ad tit.*
*de lege Commiſſ. n.* 16. Autor *in C. tit. de Act. Emti. ad*
*L.* 1. *numer.* 2. Nec puto in omnibus judiciis ſenten-
tiam *Carpzovii* eſſe receptam, nam apertum eſt, eo fi-
ne reſervari dominium, ut appareat fidem non eſſe
ſimpliciter habitam de pretio, & ut poſſit venditor a
moroſo emptore vindicare, ac ſic, quod in favorem
venditoris inventum, in ipſius damnum redundaret,
nec hujus reſervationis hæc fuit intentio ac finis.
Et re nondum tradita periculum emptoris eſt, multo
9 magis tradita. Et rationibus *Carpzovii* facile reſpon-
deri poſſe, puto. Verior eſt [4.] caſus, ſi dolus, cul-
pa vel mora venditoris intervenit. *Carpz. p.* 2. *c.* 26.
*def.* 24. & *def. ult. Lauterbach. ad h. t.* §. 1 *n* 6. Autor
10 *ad L.* 4 *C h. t. nu.* 1. (1.) Si ex vitio antea contracto
perit *l.* 1. & *ult. C. h. t.* & *Barboſa ad d. l. n.* 21. *Dn.*
*Struv. h. t. th.* 99. Declarat id exemplo equi empti
intra triduum mortui *Lauterbach. h. t.* §. 1. *num.* 6.
11 Tunc autem abſolute perfecta eſt, quando apparet,
quid quantum & quale venditum ſit. Si autem ſub
12 conditione res venierit, venditio eſt imperfecta ra-
tione obligationis & actionis, ſed non ratione pœ-
nitentiæ. *Mantica de tac & amb. convent. l.* 4 *tit.* 26.
13 *num.* 17. *Lauterbach. ad tit. de contrah. emt.* §. 1 *th* 21.
Et ſi traditio ſubſecuta, pendente conditione uſuca-
piendi transfertur. *L.* 4. *pr. ſupra de Addict. in diem.*
*Mantica d. t. nu.* 5. nec dominium transfertur. *Lau-*
*terbach. d. l.* qui id limitat, niſi venditor juſto erro-
re lapſus conditionem extitiſſe crediderit. *l.* 16. *pr. de*
14 *Condict. ind.* Et ſic pendente conditione periculum
15 interim manet venditoris *Mynſ. cent.* 6 *obſ.* 36 *Carpz.*
*p. ſecund. conſt. vigeſim. ſext. def. vigeſim prim.* niſi aliud
16 inter partes conventum fuerit. *l.* 10. *h. t Lauterbach.*
*h. t. paragraph* 1. *num.* 7. Idem de ædibus exuſtis, Au-
tor *h. t. C. ad L. ult.* non obſtante, quod area exiſtat,
17 affirmat cum *Carpz. p.* 2. *c.* 26. *def.* 21. *Dn. Lauterbach.*
*d. l.* Sed deteriorationis periculum etiam pendente
conditione modo ea poſtea impleatur, eſt Emptoris.
*verſic. Sane ſi extet res. L. ſi vina.* 15. *h. tit. Weſ. in π. h.*
*t. num.* 4. *Molina diſp.* 366. *numer.* 18. Adeo ut ob
18 hanc deteriorationem nec lex ſecunda *C. de Reſc.*
*vend.* locum habeat. *Lauterbach. d. l.* Decrementum
aut incrementum valoris rei, ſi ante menſurationem
id contingat, ad emptorem pertinet. *Molina d.* 366.
*num.* 4. *Trentac. tit. de Empt. reſ.* 5. *nu.* 8. Si etiam res
vel ſub conditione vel ſub quantitate tradatur, non
tranſeunt fructus, nec uſucapiendi conditio *vid. Cu-*
*jac. hic. tom.* 1. *p.* 1268. Et nota, etiam impletionem
conditionis poteſtativæ, cum textus generaliter lo-
quatur, ad hæredem tranſire. *Petr. Stella in rep. L.*
*qui Romæ.* §. *Angerius nu.* 56. *de V. obl. Vide meam diſ-*
*ſertationem anno.* 1653. *habitam & huic titulo ſubnexam*
& *not. C. h. t. præſertim ad l.* 2. *h. t.*
19 *Ad* §. 1. Si uſufructuarius vendat uſumfructum,
venditio extinguitur morte venditoris, non empto-
20 ris, ſed ſi proprietarius vendat, contra; quia primo
caſu emtor ex perſona venditoris fruetur, ſecundo
caſu ſecus, ſicut enim dominium non extinguitur
morte venditoris, ita nec uſusfructus ab eo depen-
pendens *Petr Barboſ. ad L. Uſusfructus.* 58. *nu. ff. ſo-*
*lut matrim. Cujac. d. l.* unde hunc textum adducit
*Pinellus de bonis Matern. ad l.* 1. *p.* 1. *n.* 41. Si filius ha-
beat uſumfructum, & pater ejus commoditatem, tunc



ſi filius moriatur, etiam commoditas Patris finietur.

## ad L. Si venditione. 10. pr.

### SUMMARIA.

*In venditione conditionali periculum eſt venditoris. n.* 1.
*Limitatur.* 2.
*Interpretatio* §. 1. *h. l. varia.* 3.

1 IN conditionali venditione periculum eſt vendito-
ris, Autor *in π. h. t. ad L. penult. n.* 8. ſed ſi con-
veniat, ut ſi emptoris periculum, tunc etiam defici-
2 ente conditione tenetur emptor ad pretium ſolven-
dum, quia alias pactum nihil operaretur. *Caſtrenſ. ad*
*L. Juris gentium.* §. *quin imo. num.* 11. *ff. de pactis. Ce-*
*phalus vol.* 3. *conſ.* 312. *numer.* 128. qui hic notant eſſe
ſpeciale, nec facile extendendum. Sed de hoc diſpu-
tat *Cagnolus ad L. lecta. num* 188. & *ſeqq. de Reb. cred.*
3 *Ad* §. 1. Legem hanc de re ad menſuram vendita
immobili intelligit *Bart.* & alii ipſum ſecuti. Sed me-
lius cum *Raph. Fulgoſo* intelligit *Covarr. cap.* 3. *pract.*
*quæſt. n.* 10. de eo caſu, quando venditus ager pure,
ſed aſſeveravit eſſe in eo 100. jugera, & ita de men-
ſura ſub modo, non conditionaliter, intelligenda Lex.

## ad L. Si vendita. 11.

### SUMMARIA.

*Incendio facto, non obligantur venditores & locatores*
*ex contractu ad culpam leviſſimam præſtandam n.* 1.
*Ex L. Aquil. condemnantur.* 2.
*Præciſe hic certa perſonæ culpa probanda eſt.* 3.

1 INcendium facile ſine culpa inhabitantium fieri
non poteſt, & ſic præſumitur culpa ſaltem leviſſi-
ma, ideoque non tenentur venditores & locatores
ex contractu, quia ad levem culpam præſtandam tan-
tum obligantur. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 21. *n.* 3. *Rice Collect.*
*deciſ.* 281. *Bach. in Tr. vol.* 1. *diſp.* 18 *th.* 8. *lit. C. Chri-*
*ſtin. ad ſtat. Mechlin. tit.* 8. *art.* 12. *nu.* 3. & *vol* 3 *dec.*
112. *num.* 3. *Menoch. de arb. jud. quæſt l.* 2. *caſu* 390.
*Caroc. de Locat. p.* 2. *tit de incendio p.* 166. *Maſcard.*
*de probat. concl.* 893. *Zoeſ. ad tit.* de Locato *Conducto.*
*conf.* Dni. Autoris *not. ſupr. ad l.* 3 *de præfect vigil.* con-
2 demnabitur tamen ex Lege Aquilia, ſi leviſſima culpa
in committendo probata. *Zoeſ. d. l. nu.* 26. *conf. Sande*
*l.* 3. *c.* 6. *d.* 9. Probatur etiam ex hac lege, non ſuffice-
re probare culpam in genere, ſed certæ perſonæ cul-
pam probandam eſſe *Koppen. dec.* 38. *nu.* 38. *Menoch.*
3 *l.* 2. *A Q. caſu* 39. *n.* 4. & 7. *Rauchb. p.* 2. *q.* 10. *n.* 52.
*Finckelth. obſ.* 89 *per totam*, & quos magno nume-
ro allegat *n.* 27. conf. *Laur. de pinu. conſ.* 42. *num.* 15.
& *conſ.* 143. *num.* 39.

## ad L. Quod ſi neque. 14. §. 1.

### SUMMARIUM.

*Lex a ſingulari Dd. ſenſu vindicatur.*

EX hoc textu volunt colligere, in materia, ven-
dita quid ſingulare eſſe, ut periculum ſit vendi-
toris. *Coll. Arg. hic th.* 4. *n.* 16. Sed potius eſt, ut in
hoc textu culpam præſumamus, ſine qua raro furtum
fieri poteſt *Ant. Fab. in ration. ad L. Si vendita. ff. h.*
*t.* & ad culpam levem tenetur venditor. Secus eſt,
ſi ſuam induſtriam probaverit. *l.* 35. §. 4. *de contrah.*
*emp.* Sed quid ſi materiæ ſignum impoſitum? Reſp.
de hoc ſupra actum *ad l.* 1. & *infra fuſius.*

## ad L. Si vina. 15.

### SUMMARIA.

*Vini ad quantitatem venditi periculum in qualitate em-*
*toris eſt num.* 1.
*Limitatur.* 2. 3. 4.

1 QUæritur ſi, poſtquam vinum venditum ad quan-
titatem, ſed nondum admenſum eſt, quia cer-
tum eſt, periculum ſubſtantiæ pertinet ad vendito-
rem, at idem fit in periculo qualitatis, ſi acidum fiat,
aut mucidum? (Videtur idem eſſe dicendum; ſed ne-
gatur hic, quia aut guſtando probavit, aut emit non
guſtatum. Utroque caſu ſibi imputet. Sed excipitur,
2 niſi venditor affirmarit de bonitate, v. gr. Er ſolte ihm
glauben / er wolte ihm einen guten Wein lieffern.
3 Vel 2. ſi culpam commiſit: Vel 3. ſi venditor ſcivit non
4 diutius moraturum vinum, & hoc eum celavit *Dn. Struv. hic th. 103.*

## ad L. Illud. 17.

### *SUMMARIA.*

*Emtore moram nectente, venditor ſaltim dolum præſtat. num. 1.*
*Si uterque in mora, poſterior nocet. 2.*
*Limitatur. 3.*
*In concurſu moræ ſimultaneæ, periculum emptoris eſt. 4.*
*Oblatio moram purgat, & periculum in moroſum transfert. 5.*

1 QUando emptor moram adhibet in re vendita
acceptanda, venditor ad ſolutum dolum præ-
ſtandum tenetur. *Struv. Exerc. 23. th. pen.* Sed ſi uter-
2 que in mora, mora poſterior nocet, non prior *Tuſchus.
concl. 371. lit. M. Scacc. de commerciis. gloſſa 6. num. 13.
Mev. p. 2. dec. 202. Petr. Peckius in c. mora. 25. num. 15
de R. J. lib. 6. Barboſ. locupl. lib. 11. c. 48. axiom. 17.*
Dn. Autor *in ff. tit. de Act. Emti ad L. 51. Et in C. tit
de Actionib. Emti. ad L. 2. num. 5. Et ad L. ult. n. 4. C.
3 de Condict. furtiva.* Quod tamen limitat *Lauterbach.
ad h. t. §. 1. num. 6.* niſi prior mora doloſa, per *l. 51.
4 §. 1. de Act. Emti & ibi Bart. in fine.* Si tamen mora
venditoris & emptoris ſimul eodem tempore concur-
rant, ea mora emptori nocet, *per l. 51. In princ. de Act.
empti.* Nota bene, oblationem nudam realem trans-
ferre periculum in moroſum *vid. Schultz. de oblat. pec.
c. 6. num. 12. pag.* 488. Et oblatio purgat moram, per
tradita *Dn. Tabor ad Barb. lib. 13. cap. 4. axiom. 2.*
modo totum, quod debetur, offeratur. *Dn. Mev. p. 3. dec. 413.*

## ad L. Pen. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Quando & quomodo emptor evictionem metuens poſſit venditorem ad ſatisdandum adigere. n. 1. 2. 3. 4.*
*An, ſi unus litem evictionis movens ſe prodat, præſtatio fidejuſſionis generalis præſtari debeat. 6.*
*Advena ſtatim receſſurus contrahens ratione evictionis in loco contractus conveniri poteſt. 7.*
*Venditor non tenetur de evictione præſtanda. 8.*
*Conſilium pro emptore, evictionem metuente, nec ad cautionem cogere valente. 10.*

1 QUando in limine contractus, i.e. ante ſolutionem
pretii imminet periculum evictionis, poteſt ne
pretium retineri, donec venditores fidejuſſores de-
derint? Videtur quod non, quia venditor ad nudam
repromiſſionem, non vero ſatisdationem tenetur, *per
l. 4. 37. pr. & l. 56. princ. ff. de Evict.* ſed aff. in hac
ſpecie, quia periculum adeſt *hic & l. fin. §. 1. ff. de
2 Reſc. vend. & L. ſi poſt perfectam 24. C. Evict. Hart.
Piſt. part. 3. qu. 5. nu. 15. Carpz. p. 2. conſt. 34. def. 31.
Petr. Heigius, p. 1. q. 36. Gomez. t. 2. c. 2. num. 39. Ca-
ball. de Evict §. 2. n. 8. Prukman vol. 1. conſ. 50. num.
3 533. Card. Tuſchus concl. 60. lit. E.* Autor *in C. tit. de
Evict. ad L. 24. num. 3.* Tria autem ad hoc requi-
rit *Franzk. ad tit. de Evict. nu. 715. & ſeqq.* 1. Ut lis,
pretio nondum ſoluto, ſit mota realiter. *d. l. 24.* 2.
Serio, & 3. ex Jure præſenti *conſ. Menoch. lib. 2. caſu
4 224. Harm. Piſt. qu. 6. & quos citat. Franzk. d. l.* Sed
an interim ratione pretii emptor ad intereſſe tenetur?
quod affirmat *Carpz. dec. 11. p. 1. par. L. Curabit. C.
de Act. Emt. & L. Julianus §. 20. ff. eodem tit. Co-
varr. lib. 3. reſol. c. 4. num. 6. & quos citat. Carpz.
d. l. num. 11. & Sande ita pronunciatum referens lib 3.
5 tit. 14. def. 8.* Autor *in C. tit. de Act. Empti ad L. 5. n.*
2. Sed quid ſi poſt ſolutionem pretii evictio immi-
neat? Reſp. nullum supereſt remedium tale extor-
6 quendæ fidejuſſionis. Sed quæritur, an ſi unus litem
movens ſe prodat, præſtatio fidejuſſionis generalis
præſtari debeat? Hoc volunt Dd. quos citavit Au-
tor *ad l. 24. C. de Evict.* Sed hic refragatur *Cujac. ad
Papin. & Johan. a Sande l. 2. t. 4. d. 9.* ob verba *ejus
evictionis.* Sed poteſt lis per diſtinctionem ſopiri, ſi
plane ſpecialis ſit actio comminata, ut non ſit me-
tuendum, ne & alii ſimili modo experiantur, pu-
tarem, cautionem ſpecialem ſufficere, aut ſi appareat
manifeſta in eo, qui agere vult, calumnia. *Caballinus
de Evict. §. 2. num. 12.* ſi vero eadem ratione etiam
alii poſſent litem intendere, generali opus eſſet cau-
tione, ut ita hæc quæſtio in arbitrio boni judicis
conſiſtat, qui juramentum calumniæ litem intenden-
7 ti dictare poteſt. *Caball. d. l. n. 9.* Ex hac L. etiam
colligitur licet Advena ſtatim receſſurus, ſi contrahat,
non patiatur forum *l. 19. §. proinde ff. de judic.* nihilo-
minus, ſi immineat evictio, ibi forum ſortiatur. *Ca-
8 ball. d. l. n. 8.* Dixi, non teneri venditorem de evictio-
ne præſtanda, niſi in contractu ita convenerit, aut im-
9 mineat evictio. Sed quid ſi probabilem cauſam me-
tuendi habet, poteſtne compellere emptor vendito-
rem, ut caveat? Reſp. negandum hoc, per *l. 4. 37. &
56. de Evict. Carpz. p. 2. conſt. 34. def. 30. Caſp. Man-
zius in. cent. deciſ. q. 7. per totum.* Sed quomodo con-
ſulere ſibi poterit Emtor? Reſp. Si petat Edictum ci-
tari omnes, quorum intereſt, ex *Gailio lib. 1. obſ. 57.
n. 9. Manzius d. l. nu.* 20. vel aget actione empti ad
intereſſe. *Carpz. d. c. 34. def. 32.*

## ad L. fin.

### *SUMMARIA.*

*Conciliatio varia cum* l. 2. §. f. de eo, quod certo loco *num. 1. 2. 3.*
*Tranſitio ad materiam de venditione ad corpus vel ad quantitatem. 4.*
*Materia hujus difficultas & utilitas. 5.*
*Quæſtio hæc, An res ad menſuram, an vero ad corpus venditæ ſint, ob tria effecta neceſſaria demonſtratur. 6. 7. 8.*
*Quantitas corpori adjungitur ob triplicem finem. 9. 10. 11.*
*Venditionis ad corpus gemina deſcriptio. 12. 14.*
*Ejus ſynonymum. 13.*
*Venditionis ad menſuram deſcriptio. 15.*
*Differentia harum deſcriptionum. 16.*
*Regula, ex qua cognoſcitur venditio ad corpus. 17.*
*Limitatur. 18.*
*An in conjunctione diverſi mens ſcribentis ſecundum ordinem ſcriptura explicanda. 19.*
*Error eorum qui venditionem ad corpus & demonſtrationem præciſam inter ſe confundunt. 20. 32.*
*Venditionis ad corpus uberior declaratio. 21.*
*Diſtributio pretii pro qualibet menſura facit venditionem ad menſuram. 22.*
*An in venditione, ubi pretium fuit ſtatutum pro quolibet jugere, etiam excedentia cadant in emptionem. 23.*
*Dd. diverſi conciliantur. 24. 25.*
*Quicquid juris eſt in principali re vendita vel ad corpus, vel ad menſuram, illud etiam in acceſſoriis. 26.*
*Venditio totius agri per agrimenſorem menſurandi, pretio conſtitute pro ſingulis jugeribus 10. floren. an ad corpus, an vero ad menſuram. 27. 28. 29.*
*Diſtinctionis vel quæſtionis noſtræ effectus clarioris doctrinæ ergo tribus includuntur regulis. 30.*
Regula prima 31.

*Quanti-*

*Quantitas nuda demonſtrationis cauſa quando adjecta cenſeatur.* 32.37.40.
*Nulla verba in contractu otioſa & ſine virtute operandi poſita præſumuntur.* 35.
*Conjectura* Manzii & Covarruv. *de quantitate nuda demonſtrat. cauſa adjecta, incerta.* 38.39.
Regula ſecunda. 41.
*Probatur.* 42.44.
*Gloſſæ & Bart. explicatio* §.14.l.13.ff.d.Act.emt.& vend. *rejicitur.* 43.
*An ſi quantitatis modus reperiatur major, quam in venditione adjectus, lucrum iſtud cedat emtori, nec propterea pretium augendum ſit.* 45.
*Affirmativa ut communis opinio probatur.* 46.47.48.
*Negantium fundamenta.* 49. 50 51.
*Negantium ſententia improbatur.* 52.
*Fundamenta eorum deſtruuntur.* 53.
*Negativa certe reſpectu obtinet cum primis in foro conſcientiæ.* 54.
*Proxime dicta locum quoque habent in acceſſoriis.* 55.
Regula tertia, 56.
*Probatur.* 57.
*Extenditur ad acceſſoria.* 58.
*Venditio ad menſuram, quamvis imperfecta, pœnitentia tamen alterutrius partis nihil prodeſt pœnitendi.* 60.
*Venditionis ad menſuram qua imperfectæ ratione periculi limitatio.* 61.
*An per ſignum appoſitum traditio facta videatur.* 62.
*Lex obſtans* §.2.ff.de per. & comm. rei vend. *conciliatur.* 63.
*Venditio earum rerum, quæ non ſi prævia guſtatione emuntur, maximam affinitatem habent cum venditione ad menſuram.* 64.
*Venditio ſub guſtu facta imperfecta eſt magis, quam quæ ſub menſura.* 65.
*Deguſtatio hujus generis venditioni ſemper ineſt, niſi aliud expreſſe conventum.* 66.67.

1 VEnditori ultra ſolidas uſuras nihil debetur ratio-
ne intereſſe, ſive ſit negotiator ſive non, videtur
obſtare *leg.2.§.fin ſupr.de eo, quod certo loco.* Ideoque hanc
legem de incerto intereſſe intelligit *Rodericus de cenſ.*
*lib.2.quæſt.7.numer* 96. Seu *dicta lex 2.§.fin.* loquitur de
2 pecunia trajectitia. *Franzk.ad tit.de Act. Empt.nu.* 389.
*Lauterbach.ad d.t.de A.E.* §.2 *th.9.conf. Mynſ. cent.4.*
*obſer.56.Caldas de Empt.cap.23.nu 28l Joh. Coraſ.in Miſcell.l 3 c. 3.num.7 & ſeq. Et in d.l.2.§ fin.* agitur de lucro,
quod erat præ & in manibus, ſcilicet ſi pecuniam ha-
buiſſet ſibi debitam, potuiſſet illas merces lucroſas
quæ ipſi offerebantur, comparare. *Petr. Burb. in L. de*
3 *diviſione. 5.num.17.ff.ſolut.matr.conf. etiam Molinæus de*
*contractu uſur.nu* 502. Forte etiam dici poteſt, propterea
hic lucri ceſſantis non haberi rationem, quia ex con-
tractu emptionis debentur uſuræ; in quo non admit-
tuntur uſuræ, ex æquitate canonica, niſi pro ratione fru-
ctuum. *Caldas de empt.c.29.nu.48 Petr.Rebuff.in rep.l.*
*un C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt num.*589. Autor *in C.*
4 *tit.de Uſuris ad L 2.num.*5. Sed cum ab hoc loco aliena
non ſit materia de *venditione* ad *corpus* vel ad quantita-
tem, eandem plenius hic tractatam ſubjicere libuit Inter
difficiles juris noſtri, & tamen quotidianas materias
merito numeratur ea, quæ de venditione *ad corpus* eſt
in qua tanquam articulo frequentiſſimo tantam ſcriben-
tium varietatem reperiri, dolendum eſſe, non immerito
ait ſubtilis *Pinellus in tract.nobili ſuper leg.2.C.de Reſc.*
*vend.part.3.c.1.nu 9.& conſentit.Magnif. Dn. Franzk.de*
*Commentario ad ff.in tit.de Peric. & comm. rei vendita,*
*num.*45 ubi hanc materiam longe difficilem quotidia-
5 nam tamen & utilem vocat. Non abs re igitur nos fa-
cturos exiſtimavimus, ſi in materiam hanc à paucis
traditam, operoſius inquireremus, debitæ tamen mode-
ſtiæ non immemores præſertim cum paucas ante ſepti-
manas ordo lectionum publicarum eo quaſi nos manu-
duxerit. Res quædam corporales in certa menſura, nu-
mero & pondere venduntur. Autor *in C.tit.h ad L.2.n*
6 *1.& 2.* In talibus venditionibus ſæpe quæritur, an ad
menſuram, an ad corpus venditæ ſint? Eaque quæſtio
7 potiſſimum ob tria effecta neceſſaria. *(1)* Ut ſciatur,
quid venditum ſit. Nam ſi res ad corpus vendita, & re-
periatur major quantitas, quam dictum eſt, tota res di-
ceretur vendita, etiam, quoad augmentum illud ſeu in-
crementum; neque erit in poteſtate venditoris, arrogare
ſibi illum quantitatis exceſſum, ſed contrarium erit, ſi
venditio ad menſuram facta ſit. (2.) Ut ſciatur, quo
pretio res ſit vendita, an ſcilicet ſolo pretiò ab initio
conſtituto, an non. Nam ſi ad corpus res ſit vendita, li-
cet major quantitas repetiatur, quam dictum eſt eodem
8 tamen pretio etiam augmentum venditum erit. Sed ſe-
cus, ſi ad menſuram, (Tert.) Circa periculum rei ven-
ditæ. Nam in conditionali venditione pericu-
lum eſt venditoris, non emptoris *leg. neceſſario,* 8.
*& ibi Bald. & Salyc.* Autor *in C.h.t.ad* L.5.*numer.* 2.
quos male pro contraria ſententia allegat *Berous valde*
*errant vol.1.conſ.145.nu.12.in fin.* ptout hos tres effectus
bene explicat *Ludov. Molin. in tr. de Inſt. & J.tr.2.diſp.*
367.*n.7.* unde evidens hujus tractationis utilitas ſua luce
patet.
9 Sed quo fine quantitas corpori adjungitur? Dupli-
cem vulgo agnoſcunt, ſcilicet, ut vel demonſtret tan-
tum præciſe rem venditam, vel ut rem venditam re-
10 ſtringat. Sed recte *Molina d.l.num.*3. tertium finem ad-
dit, ut ſcilicet quantitas ſit quaſi rei modus, de quo mo-
11 do venditor certum facit emptorem, ad eum modum ſe
adſtringendo formaliter aut virtualiter, expreſſe, vel ta-
cite, verbi gratia. Vendo tibi agrum 10. jugerum, qui
tertius finis ex tot legibus probatur, quot in hac mate-
ria, de modo præſtando loquuntur, ut in *L.qui fundum*
40.*pr.ff.de* Contrab.*empt.L.ad quod poſt* 7 §.1.*ff. de peric.*
*& comm.rei vend.L.ſi in empt. 2. pr.ff.de action.empt.* Et
non abs re eſt, quod notat *d.l.Molin.* JCtos noſtros con-
fudiſſe hunc tertium finem cum primo & ſecundo. Sed
& cum *Fulgoſio* agnoſcit hunc tertium finem *Pinell. de*
*reſcind.vend.p.3.c.2.nu.*10.*verſ.vel aliter ad eum textum,*
*&c.*Dn. Autor *in C.h.t.ad L.2.n.2.*
11 Quid igitur erit venditio ad corpus? Eſt venditio
rei ſine conditione menſurationis expreſſa vel tacita,
13 atque ita pure facta; quæ alias JCtis dicitur per aver-
14 ſionem, quam ita definit Cujac. *ad L.quod ſæpe* §.5. *ff.*
*de Empt.* quod ſit venditio confuſe, & acervatim facta,
pretio inſimul dicto, non in ſingulas res conſtituto;
Autor *in C.h t.ad L.2.numero tertio,* quæ definitio ex
*dict.§.5.& ſeq.leg.4.§.1.ff. de peric. & commod. rei vendit.*
*leg 62.in fine de contrahend. empt.leg.51.paragrapho,ultim.ff. Locat. leg.13.Paragrapho, ultim.ff.ad L.Rhod.* ſatis
probatur.
15 E contrario Venditio ad menſuram eſt venditio rei
per quantitatem deſcriptæ, ſub conditione menſuratio-
16 nis facta. Diſcrimen utriusque ſatis colligitur ex bene
multis textibus, verbi gratia, ex *leg.quod ſæpe* 35. §.5. *de*
*Contr.Empt.* ubi dicitur, quod in his rebus, quæ ponde-
re, numero & menſura conſtant, non videatur perfecta
venditio, quam ſi admenſa &c. Idem probatur ex *L.Ne-*
*ceſſario.8 ff. de peric.& commod.rei vendita.*
Ad corpus autem tunc communiter volunt rem ven-
di, quando in venditione à corpore incipitur, & poſtea
additur menſura, ut vendo tibi agrum 10. jugerum. Re-
17 gula ergo eſt, quando primo corporis fit mentio, poſtea
vero quantitatis, tunc res ad corpus vendita, licet
quantitas ſubjecta. Atque hanc regulam proponunt
*Paul.Caſtren. in leg. 2. C.de peric. & commod.rei vendita in fin.Covarr.in pract.quæſt. cap.3.numero 3. v. quarta*
*ſpecies proponitur,* ubi plures allegat, nec non *Chriſtoph.*
*Beſold.parte 6. Conſil.*267.*numero decimo,* ubi ex aliis
hanc eſſe communiter receptam ſententiam teſtatur
18 *Dn.Carpz.l.5.Reſp.25 num.* 3. Autor *in C.h.t.ad L.2.numero* 4. Sed hoc intelligendum, niſi ex contextu aliud
colligatur, verbi gratia, finge mentionem corporis prius
factam, ſed poſtea ſubnecti, tantum eſſe venditum, quan-

tum in menſura reperitur. Nam tunc contrahen-
tes non ad corpus, ſed ad menſuram voluiſſe con-
trahere, palam eſt, cum ordo ſcripturæ non poſſit
evidentem contrahentium voluntatem mutare, *per l.
cum pater 77. paragrap.* 12. *ff. de Legat. 2. l. nec enim
numer.* 6. *ff. de ſolut. Dn. Carpz. de reſponſ.* 25. *num.*
4. *&c.* E contrario, ſi a menſura incipiatur, v. gr.
10. jugera agri Tuſculani vendo, videtur eſſe ven-
ditio ad menſuram, quod Dd. in §. 6. citati paſſim
adſtruunt. Prædictæ autem diſtinctionis hanc ratio-
nem affert ex *Decians reſp.* 113. *numer.* 8. *vol.* 3. *Be-
ſold. d. Conſil. numer.* 12. quod quando duo conjun-
cta ſunt in diſpoſitione, illud magis in mente contra-
hentium conſideratum fuiſſe præſumatur, quod primo
loco in ordine literæ fuit ſcriptum *per l. quoties* 34.
*pr. ff. de uſur. & l. generaliter.* 24. §. *Quid ergo.* 17.
*ibi & fortaſſis quis recte dixerit ordinem ſcripturæ eſſe*
20 *ſequendum ff. de fideicommiſſ. libert.* Sed cavendum
hic eſt a ſolenni multorum errore, multi enim ad
corpus venditionem & demonſtrationem præciſam
confundunt, v. gr. quando *Steph. Gratian. lib.* 2. *diſcep.
forenſ. c.* 256. *num.* 47. regulam ſuperiorem ita expri-
mit, quod ſi venditor à corpore incipiat, & poſtea
ſubjiciat numerum, & deinde limites, tunc numerus
ſtet demonſtrative, ut fundum vendo 10. jugerum &
citat *Covarr.* qui tamen citato loco id non habet? Idem
etiam cum *Gratiano* velle videtur *Mantica in tract. de
tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 34. Nam
aliud eſt ad corpus vendere, & aliud eſt numerum
ponere demonſtrative, eo ſenſu ſcilicet quo JCti vo-
lut. ſcil. ut tantum demonſtret, quis ſundus ſit, ut po-
ſtea dicetur. Nam omnis fundus, cui numerus de-
monſtrationis præciſæ loco additur, venditur ad cor-
pus, ſed non contra. Sed error ille ex eo originem
traxiſſe videtur, quod non diſtinxerint inter quanti-
tatem demonſtrative, & veluti modum appoſitam;
21 nam eſſe diſtincta, ſupra §. 3. diximus. Sed ad deſ-
criptionem illam ſupra *numer.* 12. propoſitam, li-
mitationis vice hoc addendum, tunc videri ad cor-
pus rem venditam, ſi res unico pretio vendatur, nec
ſingulis menſuris, vel numeris ſpeciale pretium ſub-
jungatur, v. gr. Si dicatur, vendo tibi agrum 10. ju-
gerum, pro ſingulis jugeribus dabis 10. floren. facit
ſumma totius agri 100. floren. non poteſt dici, hanc ven-
ditionem eſſe ad corpus, licet a corpore initium fece-
rit venditio, ſed tunc demum ad corpus fiet venditio,
ſi tota res unico pretio vendatur, pro tota quantitate.
Aut. *ad* L. 2. *h. t. num.* 4. Ergo *diſtributio pretii* pro
qualibet menſura facit venditionem ad menſuram.
*Molin. d. l. num.* 4. *Salyc. ad l. ſicut perical. num.* 4. *C. de
act. empt. Covarr. d. q.* 3. *in ſeptima concluſione v. Sed ſi
venditio facta ſit ad corpus &c.* ubi reprehendit *Rui-
num conſ.* 83. *numer.* 3. *vol.* 1. & alios dicentes, ſi
23 fuerit pretium ſtatutum pro quolibet jugere, omnia
jugera etiam excedentia cadere in emptionem, & ce-
dere emptori, ſed augendum eſſe pretium. Certe qui
hoc dixit, ille negat venditionem eſſe ad menſuram;
Nam in venditione ad menſuram tantum videtur
venditum, quantum in menſura eſt, reliquum ſibi re-
tinet venditor. Ergo *Ruinus allegato loco & Socin. jun.
& Pariſius a Covarr. citati* dicunt, eſſe venditionem
ad corpus, dum dicunt illum exceſſum in agro re-
pertum pro majori tamen pretio acquiri emptori, ſed
ſimul etiam coguntur concedere, eſſe venditionem
ad menſuram.

Sed lis hæc facile ſopiri poteſt. Nam in tali ſpe-
24 cie, de qua *Ruinus* & alii loquuntur, eſt totus fun-
dus venditus, ſed ad menſuram. Ideoque in vendi-
tione ad menſuram, non omne eſt venditum, niſi
aliud actum ſit. Nam ſi actum ſit, ut totus ager
venderetur, quoad effectum primum ſupra *num.* 6.
allegatum, videtur eſſe quidem ad corpus, ſed non
quoad effectum ſecundum, vel tertium, ſicut ipſe
*Covarru.* hanc conciliationem non obſcure inſinua-
re videtur in *concl.* 10. *v. aut ſane conſideratur ven-
ditio ad menſuram &c.* Et ita etiam, ſi ab errore vin-
dicandus eſt, intelligi poteſt *Beſold. d. conſ. num.* 13.
dum dicit, ſi venditio facta ſit ad menſuram, pre-
tium pro modo menſuræ eſſe augendum vel minuen-
25 dum, & allegat *Speculatorem.* Nam hoc de eo ca-
ſu intelligendum, quando actum eſt, ut corpus to-
tum vendatur, ſed juxta menſuram, & ſingulis men-
ſuris pretium conſtituatur. Nam alias certum eſt, in
venditione ad menſuram tantum illud venditum eſſe,
quantum in menſura continetur, v. gr. 10. jugera agri,
& pro jugeribus ſingulis 10. flor. faciunt 100. flor. Si
hæc venditio eſt ad menſuram, ut eſt ſine dubio; cer-
te 10. jugera tantum ſunt vendita, & nihil amplius,
& ſi amplius quid repetiatur. v. gr. 12. jugera, il-
lud incrementum duorum jugerum non erit vendi-
tum, ſed ad venditorem pertinebit, quia ad menſu-
ram ager eſt venditus. Cui ergo bono diſputatur de
augendo vel minuendo pretio? cui quæſtioni in ven-
ditione ad menſuram locus non eſt, niſi ut dictum,
in ſpecie ſupra propoſita; Sicut etiam, ſi ad men-
ſuram venditus eſt fundus, locus non eſt iſti di-
ſtinctioni, an unicum pretium toti rei venditæ ſit
præſtitutum, an ſingulis menſuris, per textum ex-
preſſum *in L. quod ſæpe.* 53. *paragrap. pen. ff. de Emp-
tion. & notat. Dec. conſ.* 500. *numer.* 14. ubi no-
tat, unitatem pretii non tollere venditionem ad
25 menſuram, & *Covarru. d. concluſ.* 7. *in pr.* Atque
hæc, quæ de corpore vel quantitate præpoſita dicta
ſunt, non tantum in principali re vendita, ſed
etiam in *acceſſoriis* locum habent, Autor *in r. h. t.
ad h. L. numer.* 55. v. gr. ſi vendam fundum cum do-
liis omnibus, quæ in fundo ſunt, venditio erit
26 doliorum ad corpus: Sed ſi ita vendam, vendo fun-
dum cum 80. doliis ibi exiſtentibus, dolia non ad
corpus, ſed ad menſuram vendita ſunt, ſicut hanc
diſtinctionem ad acceſſoria quoque recte extendit
28 *Molina d. l. numer.* 3. cujus fundamentum in *leg.
pen. paragrap.* 1. *ff. de act. empt.* Sed dicet aliquis,
nonne eſt ad corpus venditio, quando vendo agrum
totum, per agrimenſorem menſurandum, ita tamen,
ut pro ſingulis jugeribus 10. floren. pretium ſit? Hanc
enim venditionem ad corpus eſſe, non ad menſu-
ram, vult *Bald. in L. ſicut.* 12. *nu.* 1. *v. ſed quid ſi dixi,
&c. & ibid Caſtr. num.* 4. ubi hoc bene notan-
dum eſſe monet; quos ſequitur *Mantica d. l. num.*
7. Et quidem, ſi hæc declaratio vera eſſet, inſi-
gnis eſſet limitatio ejus regulæ, qua diximus, ſi in
ſingulas quantitatis ſpecies pretium dicatur, eſſe
venditionem ad menſuram. Verum communia & ve-
rius ab hac ſententia diſceditur, *per L. quod ſæpe.*
53. *paragraph. in his* 5. *ff. de Contrah. empt. Salyc.
in d. l. ſicut. numer.* 4. *verſ. ego puto. &c. Covarruv.
d. c.* 3. *concl.* 9. *Molin. d.* 367. *nu.* 6. *in fine Tuſch.
concl.* 48. *numer.* 32. *lit. V.* Et hanc ſententiam me-
rito ſequimur, cum pro ſe habeat regulam, contra-
29 ria vero *Baldi* & ſequacium, licet ſubtilis videa-
tur, incerta nititur exceptione. Sed Dd. illi, qui
venditionem hanc ad corpus vocant, illud tantum
innuere voluerunt, totum fundum, quantuſcunque
eſt, eſſe venditum: & ratione hujus effectus abuſi-
ve quodammodo dici poſſet venditio ad corpus,
ut videtur innuere *Covarruv. d. concluſ.* 10. *d. v.
aut ſane.* Sed quando de periculo ſermo eſt, qui
præcipuus eſt effectus hujus diſputationis, male con-
que proceſſerunt *Bald. & Caſtr.* Sed dicimus, pe-
riculum in hoc caſu eſſe venditionis, ut in aliis
venditionibus ad menſuram. Autor *C. h. t. ad L.*
30 *ſecund. & quatr.* Ut autem effectus hujus diſtinctio-
nis ſciatur, plenius & in ſpecie tribus hanc mate-
31 riam regulis includamus: quarum 1. eſt, ſi res vendi-
ta ſit ad corpus, & quantitas tantum demonſtratio-
nis cauſa addatur, tunc licet plus vel minus reperiatur,
totus tamen ager erit venditus, *Aut. in C. h. t. ad L.* 2. *n.* 2.

quoad

quoad primum effectum, & pro dicto pretio, neque ſi plus in quantitate reperiatur, augebitur pretium, neque ſi minus, minuetur, quoad ſecundum effectum, de quo intelligendus *Anton. Gomez. t. 2. variar. reſol. c. 2. num. 16. & Molin. d. l. num. 8.* & demum periculum ſtatim erit emptoris, juxta regulam *in §. 3. Inſt. de Emt.* Illud autem videtur dubium, quando præciſæ demonſtrationis cauſa addatur quantitas, ita, ut neque menſuram rei venditæ neque modum indigitet? nam non omnis venditio ad corpus ita eſt comparata, ut quantitas demonſtrationis tantum vice fungatur, ut videtur velle *Pinell. ad l. 7. C. de reſcind. vend. part. 3. c. 2. nu. 7.* ubi dicit, in venditione ad corpus, men- 32 ſuram non limitative, ſed demonſtrative adjectam cenſeri, & idem habet *Mantic. d. l. num. 12.* & Dd. paſſim, qui venditionem ad corpus cum tali venditione, in qua quantitatis nudæ demonſtrationis vice ponitur, confundunt, cum tamen ad corpus aliquid vendatur, ubi tamen nulla quantitatis mentio facta, item ibi quantitas addita, ſed non tantum vice demonſtrationis præciſæ, v. gr. ſi modus dictus eſt agro, quod ſit 10. jugerum, hæc eſt venditio ad corpus, ut ex dicendis patebit, ſed ibi quantitas non nudæ demonſtrationis vices gerit, ſed modi. Nam ſi ille modus non reperiatur, ille præſtandus eſt, *per l. ſi in empt. 2. pr. & l. ſi ſervum. 4. §. 1. ff. de act. empt.* quod non fit eo caſu, ubi demonſtrandi cauſa tantum addita 33 quantitas. Quantitas igitur tunc nudæ demonſtrationis cauſa addita cenſetur, quando contrahentes non attenderunt ad quantitatem ut talem, nec ei ſunt innixi, ſed attenderunt ad fundum tantum, & quantitas non declarat, quid & quatenus venditum ſit, neque modum rei deſcribit, ſed tantum demonſtrat fundum, materialiter ſcilicet, ſi forte plures quis habeat agros, unum majorem, alterum minorem, ſi quis quantitatem addat, eo tantum fine, ut ſciatur, de quo agro ſenſerit, quæ deſcriptio colligitur ex iis, quæ habet *Mol. d. l. n. 8. & Ant. Gom. t. 2. variarum reſol. c. 2. n. 16.* ubi tamen videtur confundere venditio- 34 nem ſub modo, & ad menſuram factum. Et de hac venditione ad corpus, quæ fit quantitate nudæ demonſtrationis cauſa appoſita, intelligendum eſt id, quod *Dn. Carpzov. d. reſp. 25. num. 12.* habet, ſcilicet, pretium neque in emptoris commodum minuendum, neque in favorem venditoris agendum eſſe. Nam in genere de omni venditione ad corpus id dici non poteſt, ut ex dicendis patet, ſed de ſola hac, quando quantitas nudæ demonſtrationis cauſa adjicitur. Sed 35 notandum eſt, raro quantitatem nudæ demonſtrationis cauſa addi, & non ita poſitam eſſe, præſumi, per tradita *Molin. d. nu. 8.* præſertim, ſi aliæ additæ circumſtantiæ, ex quibus ager, quis ſit, cognoſci poſ- 36 ſit, v. gr. confines. Nam cum nulla verba in contractu otioſe poſita eſſe præſumendum ſit, & ſine virtute operandi *Bald. ad Rubr. Cod. de empt. num. 9. Jaſon. in l. ult. in fin. ff. quod quiſque juris &c. Tiraquel.* 37 *de retract. convention. §. 1. gloſſ. 2. num. ult.* certe nec quantitas otioſe addita videtur, niſi repetiantur circumſtantiæ, quæ inferant, quantitatem tantum demonſtrationis cauſa eſſe appoſitam. v. gr. ſi addatur vox circiter bey nahe/ ohngefähr. *Beſeld. d. conſ. 267. num. 6. ſeq.* quia utens hac voce, non loquitur de certo ac determinato tempore vel numero *per Capit. fin. X. de deſponſ. impub. & ibi Abb. & Ant. de* 38 *Butr. Ruinus conſ. 10. nu. 3. vol. 5.* Illa autem conjectura a *Mantica* poſita *num. 34.* quod ſc. quando quis uno pretio vendidit corpus certis finibus circumſriptum, & poſtea adjecit menſuræ numerum, non videri id animo reſtringendi, ſed demonſtrandi cauſa feciſſe, quia mentis conceptum a corpore prius explicare incepit, ex errore ſupra notato provenit, quod non diſtinguat inter quantitatem loco demonſtrationis & modi appoſitam. Nam in d. ſpecie venditionem ad corpus eſſe concedimus, & diſſentit *Covarr. d. l. in concl. 4.* Sed quod quantitas nudæ demonſtrationis officium gerat, id negamus, & ſane quoad pretii deminutionem res hæc magni momenti eſt, ut dicetur in reg. 2. Aliam conjecturam, ſcilicet quantitatem pretii, allegant. *Covarr. in concl. 4. verſ. hæc vere ita in-* 39 *telligenda ſunt &c. & Mant. d. l. num. 27.* Sed illa conjectura valde dubia eſt, cum præſertim allegata ab ipſis *Gloſſ. Bart. & Dd. in l. 1. §. 1. ff. de Superfic.* non de dignoſcendo eo, an demonſtrationis cauſa quantitas 40 addita, an non, ſed de dignoſcendo contractu venditionis & locationis agant. Certior conjectura, imo argumentum eſt, ſi contrahentes dicant, ſe per averſionem emere im Tauſch. *Autor in C. h. t. ad L. 2. nu. 1. in f.* Nam tunc utut quantitas fuerit addita, non ni- 41 ſi tamen demonſtrationis cauſa additam eſſe, præſumendum eſt. *Altera* regula eſt, quando quantitas exprimitur, tanquam modus rei venditæ, emptorque quantitati illi fuit, innixus, ſi diverſum ſciret, plane non vel tanti non empturus, tunc ſi quantitas ea, quæ 42 in venditione exprimitur, non reperiatur, venditio eſt quidem fundi totius, & periculum eſt ſtatim emptoris, ſed tenetur venditor diminuere de pretio pro ratione deficientis menſuræ. Ea regula proponitur a *Molin. d. diſp. num. 9. & Covarruv. d. l. in concl. 11.* & rectiſſime probatur *per l. Julianus. 13. §. ſi Titius. 14. ff. de Action. empt.* ubi ex quadam æquitate ſtatuitur, ſi venditor ignorans expreſſerit majorem quantitatem, tanquam modum rei venditæ, & ante modi manifeſtationem tantundem, deeſt, alluvione accreſcit, non dari actionem ex empto contra venditorem, ad pre- 43 tium minuendum. Ex quo colligitur, ſi alluvione quantitas non accreviſſet, dandam eſſe actionem ad minuendum pretium. Quamvis enim *Gloſſ. & Bart. illum §. 14.* de venditione ad menſuram intelligant, repugnant tamen verba textus, quia fundus venditus dicitur, & dictum eſſe illum fundum habere jugera 100. & hunc eſſe modum additum, quæ verba venditioni ad menſuram non conveniunt, & ideo rectius, de venditione ad corpus explicatur a *Molin. d. l. nu. 10. Mant. d. l. & Covar. in d. 11. concl. v. ſi vero minor. & Pinell. d. l. numer. 10. Mant. d. l. numer. 23.* ubi notat Pinellum ſe piſum circa hujus legis intellectum involvere, ſed viderit ipſe, annon ſe involvat, dum legem illam de venditione ad corpus cum quantitate ſolius demonſtrationis cauſa adjecta confun- 44 dit, quæ ſi quis dicat, ſibi ipſi contradicit. Et probatur eadem regula ex *l. ſi empt. 2. pr. & l. ſi ſervum. 4. §. ſi modus. 1. ff. de act. empt. & l. tenetur 6. pr. ff. eod.* in qua lege melior videtur lectio vulgaris, ſi ignoraverit. Nam ſi agnoverit majorem modum eſſe, multo magis tenebitur ex dolo, juxta *§. ſi Titius* ex quibus aliiſque textibus ac rationibus regulam hanc pluribus probat, & ad contraria reſpondet *Mantica* 45 *d. tit. & multis ſeqq.* Sed ſi major modus quantitatis reperiatur, communis eſt ſententia, lucrum hoc cedere emptori, nec propterea augendum eſſe pretium. *Covarr. in d. concl. 11. v. attamen ſi venditio &c. Mantica d. l. numer. 18. & ſeqq. Cardinal. Tuſch. concl. 48. numer. 13. & ſeqq. lit. U.* qui quamvis demonſtrationis mentionem faciat ex numero tamen 14. & 15. apparet, ipſum de noſtro caſu loqui. Moven- 46 tur illi (1.) textibus, in quibus dicitur, ſi aliquid in modo deſit, hoc a venditore ſupplendum, ſed nuſquam contrarii caſus mentionem faciunt, ſi ali- 47 quid abundet. Præſertim (2.) cum inter hos caſus diverſitas ſit rationis, quia venditor modum rei venditæ melius ſcivit, & ſcire debuit, quam emptor. *L. quiſqu. C. de reſc. vend. ibiq; Dn. in Not. ad C. nu. 5.* Ergo huic magis ſubveniendum, quam illi, quam rationem 48 communiter aſſignant. Addi poteſt (3.) & hoc quod defectus quantitatis vel modi, ex ea ratione ſupplendus a venditore, quia hic, quicquid ille de re vendita aſſeve-

aſſeveravit, præſtare tenetur. *L. Julianus.* 13. §. *ſi venditor.* 4. *ff. de act. empt.* Sed hæc ratio ceſſaret, ſi plus reperiatur; quis enim æquis auribus admitteret querelam venditoris dicentis, ſe dixiſſe, ſervum eſſe Citharœdum, ſed & aliis dotibus eſſe inſtructum, de quibus nihil in venditione dictum, ideo augendum eſſe pretium? qualitas enim quantitati comparatur. *L. ſi quantitate.* 12. *ff. de act. empt. Natta. t.* 3. *conſ.* 569. *nu-*
49 *mer.* 3. E contrario alii putant, etiam venditori eſſe ſubveniendum, ut *Paul. Caſtr.* qui movetur *L. qui fundum.* 40. §. *qui agrum,* 2. *ff. de contrah. empt.* Sed ille §. de venditione ad menſuram loquitur. Eidem adſti-
50 pulari videtur *Pinell. d. l. numer.* 18. Ubi tamen emptoris arbitrio id committendum cenſet, an rem venditam plane reſtituere, an pretium augere velit, ne ille alium vicinum, quam ſperaverat, accipere cogatur, ſi partem abundantem repudiaret. *Natta tom.* 3. *conſ.*
51 569. *numer* 8. Sed & eandem ſententiam amplectitur *Molin. d. diſp. numer.* 11. qui nititur lege *ſi venditor.* 38. *pr. ff. de act. empt.* ex quo textu a contrario ſenſu argumentatur, quia in hac ſpecie ideo totum peculium præſtandum, quia nihil detracturum promiſit; Ergo ſi tantum dixiſſet, ſervum vendo cum peculio, quod eſt 10. id quod amplius eſt, non eſſe præſtandum. Sed
52 periculoſum eſt, a priori communi ſententia recedere, quamvis enim argumentum *Molin.* ſpeciem aliquam habere videatur, veremur tamen, ne ad ſubruendam
53 communem ſententiam nimis leve ſit. Nam (1.) Celſus ibi ſpeciem facti proponit, nec adeo certum eſt, quæ fuerit ratio decidendi in dicta lege, an ſolum id, quod ſe nihil detracturum promiſerit, an & hæc ratio ſit, quod peculium ſe ſimul vendere dixerit. Deinde *Molin.* præſupponit, periculum eſſe venditum ad corpus, non ad menſuram, alias enim ad ſubjectam materiam plane non pertineret. Si ergo peculium ut corpus vendatur, & quod in peculio excederet denarium numerum, eſſet præſtandum, tunc illud incrementum eſſet venditum, quod tamen ipſi *Molina* adverſatur qui totam rem venditam eſſe concedit, & concedere tenetur, ſed propter exceſſum pretium tantum augendum eſſe petat, in *d. l.* non de pretio augendo, ſed de re ipſa vendita præſtanda vel non præſtanda agitur. Illud ſane *Molin.* haud inviti concedimus, ſi ex majori
54 quantitate conſurgat ex rei natura inæqualitas inter rem & pretium, ita ut revera res plus valeat, & venditor probabiliter ignorans de minore quantitate dixiſſet, bona fide, emptorem teneri in foro conſcientiæ reducere contractum ad æqualitatem, vel reſcindere venditionem. Et ita de hoc foro interiori conce-
55 dimus ea, quæ de *Pinello* ſupra notavimus. Et hæc, quæ hactenus dicta ſunt, etiam in acceſſoriis locum habent, v. gr. vendo fundum cum doliis omnibus, quæ ſunt 80. *arg. l. pen.* §. 1. *ff. de act. empt. Cardinal. Tuſchus d. quæſt.* 48. *num.* 27. Dn. Autor *in n. h. t. ad h. L. numer.* 26. ubi omnia dolia venire putat ſive ſint plura, ſive pauciora: in quibus tamen verbis, ſi exiſtimat defectum a venditore non eſſe ſupplendum, procul dubio errat, *per l.* 2. *&* 4. *ff. de act. empt. & per l. ſi quis.* 26 *ff. d. tit:* ubi, ſi venditor dolia centum, quæ in fundo ſunt acceſſura, dixerit, ſi nulla ſint, debent tamen 100. præſtari: ſecus ſi decem, quæ in arca habeo, legavi. *per l. ſi ſervus legatus* 105. §. *qui quinque. de leg.* 1. quia in ultimo caſu quaſi certum corpus, quod in rerum natura non ſit, legatum eſt. *vid. Cujac. ad d. l.* 38. *Tertia* regula eſt, ſi res ad menſuram vendi-
56 ta, non plus eſt venditum, quam quantum menſura reperitur, & periculum ante menſurationem eſt venditoris. Autor *in C. h. t. ad* L. 2. *n.* 1. Prius membrum
57 regulæ probatur ex *l. qui fundum.* 40 §. *qui agrum.* 2. *ff. de contrah. emt.* poſterius ex Lege 2 *C. de peric. & commodo rei vendita & l. neceſſario* 8. *ff. eod.* & hæc propterea, quia conditionalis eſt hæc venditio. *L. quod ſæpe.* 35. §. *in his* 5. *ff. de contrah. empt.* & eſt imper-
58 fecta. *Trentacinq. l.* 3. *reſ.* 5. *tit. de empt. num.* 1. Et hoc non tantum in principali re vendita, ſed & acceſſoriis locum habet, v. gr. vendo fundum cum 80. doliis in fundo exiſtentibus *per l. penult.* §. 1. *ff. de action. empt.* quæ tamen lex inter plura dolia ibidem exiſtentia electionem venditori largitur, ut tamen integra det. Sed ſi 80. tantum ſint, eadem dari debent, licet omnia integra non ſint, Ideoque nonnulli diſcrimen conſtituunt inter hæc duo, vendo tibi fundum cum 80. doliis, quæ ibi ſunt, vel ita, vendo tibi fundum cum doliis, quæ ibi ſunt, quæ ſunt 80. ut in priori ſpecie tantum 80. vendita ſint, in poſteriori vero lucro emptoris cedant omnia, ut vult *Caſtr. in d. l.* 38. *in fin. & Steph. Gratian. lib.* 2. *diſcept. for. c.* 256. *Covarruv. d. l. concl.* 6. Id enim fluit ex differentia utriuſque venditionis ſupra propoſita. Nam prior venditio doliorum eſt ad menſuram, poſterior ad corpus. Sed
59 quod de periculo ſupra dictum, id de periculo interitus non vero deteriorationis eſt intelligendum. Hoc enim
60 eveniente conditione, v. gr. hic menſuratione, eſt emptoris. *l.* 8 *in fin. pr. ff. de pericul. & commod. rei vend. numer.* 4. *Dn. Carpzov. in Juriſpr. part.* 2. *c.* 26. *defin.* 26. *Dn. Franzk. d. l. numer.* 21. Cum autem hanc venditionem factam ad menſuram imperfectam dicimus, nequaquam volumus, pœnitere licere alterutri parti. Nam & menſuratione nondum facta, neutri tamen parti licere pœnitere, ita ſunt rectiſſime *Mantic. d. t.* 17. *num.* 5. *Trentacinq. lib.* 3. *tit. de Empt. reſol.* 5. *num.* 2. *Tuſc. concl.* 8. *Gutterrez. l.* 5. *pract. quæſt* 95. *num.* 15. Eſt enim & hæc venditio perfecta; licet non ratione periculi, bene tamen ratione conſenſus ſeu formæ *Gloſſ. in l.* 1. *C. de peric. & commod. Trentacinq. d. l. Molin. diſp* 366. *nu.* 19. Cæterum
61 iſtud, quod ſupra dictum, ſcilicet venditionem ad menſuram eſſe imperfectam ratione periculi, id Dd. limitant, niſi traditio ante menſurationem facta. Autor *in C. h. t. ad L.* 2. *num.* 1. Nam hæc periculum transfert in emptorem, ut volunt *Mantica. d. l. nu.* 6. *Trentac. d. l. nu.* 4. *&* 7. *Card. Tuſc. d. concl.* 49. *num.* 29. *&* 40 *Gutterez. d. l. num.* 16. eamque opinionem probant ex *l.* 2. *C. de peric. & commod. rei vendita* de qua probatione licet ſubdubitare videatur *Covarr. concl.* 8. *v. nihilominus Curt. junior* &c. cum ſecunda pars legis de venditione ad corpus loquatur, videtur tamen ex prima parte, ex verbis (*antequam tradatur*) probari poſſe ſententia *Caſtrenſ.* quam pluri-
62 bus defendit *Decius conſ.* 179. Sed an per ſignum appoſitum videatur traditio facta, v. gr. vendo lanam; & quidem in tanto pondere, pro ſingulis ponderibus certam pecuniæ ſummam, emptor promittit ſolutionem proximis nundinis, & ſignum ſuum imponit lanæ & ſaccis, quæritur? Id videtur affirm. *per l.* 14. §. 1. *ff. de peric. & comm. rei. vend.* Nam ſignum eſt demonſtrativum Domini. *Jaſon in prælud. feud. num.* 11. *Benev. Stracha in tract. de mercator. part.* 2. *n.* 11. *Menoch. lib.* 2 *conſil.* 122. *num.* 30. Autor *ad L.* 3. *nu.* 3. *ſeqq. de Fabricenſ.* & appoſitio ſignificat dominii receptionem apud ſignantem, *per d. l.* 14. *Jaſon. in L.*
63 *quoties num.* 18. *C. de rei vendit. Menoch. d. loc.* Adeoque *l.* 1. §. *ſi dolium d. tit.* quæ contrariari videtur, vel de vino doliari in ſpecie intelligenda, ut explicare videtur *Gloſſ. in d. l.* 14. vel dicendum poſt *Salicet. in l. fin. C. de peric. & comm. Bald. in rubr. tit. ejuſdem n.* 11. *cum Benev. Strach. de Mercat. part.* 2. *nu.* 9 tunc demum ex ſignatura præſumi traditionem factam, ſi alia præſumtio evidenter non appareat, & ſignum in præſentia alterius partis impoſitum, vel de vino ad menſuram vendito, ut intelligere videtur *Juſt. Mejer. in Coll. Argent. l.* 18. *tit.* 6. *th.* 4. *num.* 16. Per conſtitutum ſane, ceu fictam poſſeſſionem, non tranſire dicit *Covarr. d. concl.* 8. *in fin.* idque probatur *per L. poſſideri.* 3. §. *incertam* 2. *& ibi Bartolus, Zaſius, Dd. & per L. Locus* 26. *ff. de acquirenda poſſeſſione*, quod tamen temperat *Trentacinq. d. reſol.* 5. *n.* 5. niſi certitudo aliqua ratione loci vel quotæ adſit, *& Ang. Pe-*

*rot. u*

*reius conſil.* 166. *num.* 14. *& ſeq. vol.* 1. de quo caſu eti-
am loquitur *conſ.* 159. ubi paulo incommodius videtur
loqui, venditionem ad menſuram non eſſe perfectam,
ut ex ea dominium transferatur, ſed non de vera tradi-
tione, ſed ficta eum loqui, antecedentia & conſe-
64 quentia teſtantur. Maximam cum hac materia affinita-
tem habet venditio vini, aromatum, & ſimilium, quæ
65 non niſi prævia guſtatione emuntur. Nam in illis ven-
ditionibus pleumque, niſi contrarium conventum,
*l.* 4. §. 1. *ff. de peric. & commod.* ſub hac conditione
res videtur vendita, ſi guſtando probetur, *per L. ſi in
emt.* 34. §. *alia cauſa*. 5. *ff. de contrab. emt.* & ita ad
hanc venditionem guſtatio requiritur præter menſu-
ram *l.* 14. §. 1. *ff. de periculo & commodo rei vendita.*
66 *Weſenb. in par. d. t. num.* 3. *& Molin. d. diſp.* 336. *num.*
8. Venditio igitur ſub menſura facta magis imperfecta
eſt, quam quæ ſub menſura facta eſt. Nam in illa
pœnitentiæ locus eſt, vel potius emptionem impro-
bare poteſt emptor. *l.* 34. §. 5. *ff. de contrab. Empt.
Franzk. d. l. num.* 28. qui *num.* 33. explicat *d. l.* 4. § 1.
67 cum quo non per omnia convenit *Coll. Argent. d. t. th.*
6. *num.* 10. Et in his rebus, etiam ſi nulla expreſſe fa-
cta mentio deguſtationis, hæc tamen tacite ineſſe
videtur, ut *per l.* 4. §. 1. recte colligit *Mejerus d. l.* &
*Franzk. num.* 24.

---

## TITULUS VII.

### *De ſervis exportandis.*

### ad L. Si quis 3.

*SUMMARIA.*

*Facultas pœnitendi non extenditur ad hæredes defuncti. num.* 1.

*Ratio.* 2.

Carpzovii *ſententia contraria certo reſpectu admitti poteſt.* 3.

1 VEndidit Titius mihi ſervum hac conditione, ut
intra annum manumitterem, eo non facto, ip-
ſe ſervus fit liber, Aut. *ad C. tit. ſi manc. ita fuer. ad
L.* 1. *num.* 1. *& ad L.* 2. Sed intra annum Titius habet
2 ſpatium pœnitendi, ſed mortuo venditore hæres ejus
non habet facultatem pœnitendi. *Ex qual ult. & ex l.
fin ff. qui ſine manumiſſione.* colligi poteſt, licet in con-
tractu permutationis liceat pœnitere alteri, qui a ſua
parte implevit, non tamen licere hæredi ejus, quia de-
functus approbavit, nec pœnitere voluit, ideoque
ejus factum præſtare tenetur hæres. Et facultas pœni-
tendi eſt quiddam exorbitans, quod non eſt exten-
dendum. Et hæc ſententia probatur à *Donell. l.* 14. *c.*
22. *Pacio cent.* 3. *q.* 69. *in fin. Coll. Argent ad d. tit.
th.* 24. *Franzkio ad tit. de Condict. cauſa data & ad
3 eundem tit. Struv. th.* 16. licet diſſentiat *Carpz. p.* 3. *dec.*
292. cujus ſententia admitti poteſt, ſi alter nolit ſtare
promiſſis.

### ad L. Si minor. 4.

*SUMMARIUM.*

*Tempore prohibito facta non valent, licet effectus dilatus ſit in tempus conceſſum,*

1 VBi perſonæ inhabilitas in principio, nullus eſt
actus, licet conferatur in tempus habile, ut
hic minor, vendens ſervum, ut manumitteretur, poſt-
quam 20. annos expleviſſet, nihil agit, *vid. not.* Dni.
Autoris *ad l.* 6. *C. ad Legem Fabiam de plagiariis. nu-
mer.* 1.

### ad L. Servis. 7.

*SUMMARIA.*

*An vendito ſervo ea lege, ut durius tractetur adjecta pœna, ſed citra ſtipulationem, ſi qua humanius tractaretur, poſſit agi ex conventione pœna. num.* 1.

*Rationes dubitandi & decidendi.* 2. 3. 4. 5.

1 VEndidiſti mihi ſervum ea lege, ut à me durius
tractetur, vel exportetur, convenit etiam de
pœna, ſed ſine ſtipulatione. Sed non tractavi durius,
ſed humanius, *pietas* me docuit, in malis reſcinden-
dam eſſe fidem datam. Tu vis contra me agere ex con-
ventione pœnæ, non potes, quia nullum habes inte-
reſſe pecuniarium, niſi forte tu ipſe ſub conditione
durioris tractationis ab alio emiſti, & quidem per ſti-
2 pulationem. Ratio deciſionis eſt, quia non eſt haben-
da bono viro ratio ejus intereſſe, quod ex malitia,
duritie & crudelitate manet. Sed objicit ſibi, cur da-
3 tur actio, ſi convenerit, ut humanius tractetur? R.
JCtus, illud intereſſe conſiderandum eſſe viro bono
& æquo, ſubjecta aurea & plane Chriſtianiſſima ra-
tione, quæ nunquam ſatis laudari poteſt, quod homi-
nem beneficio affici hominis interſit; ſic minor poteſt
ſtipulari à me, ut ſervum meum manumittam, & obli-
4 got. *Donell. ad l.* 66. *num.* 3. *ff. de Verb. obl.* Alia ratio
vindictæ. O ſi hoc cogitaremus omnes ſingulis diebus,
quæ Ethnicus hic dicit. Sed videtur contraria lex pri-
or proxima; ubi reſpondetur, quod imo intereſſe dari
poſſit, quia vilius vendit. Inde Papinianum à Sabino
melius edoctum, priorem ſententiam mutaſſe *hic Cu-
jac. tom.* 4. *ad lib.* 10. *q. Papin.* unde magni viri pro-
prium eſſe dicit, non diu inhærere errori. Verum dici
poteſt, etiam deciſionem Legis 7. limitandam eſſe per
*l.* 6. ſi ideo minoris vendidit. Collige, ex pacto anne-
xo contractui non ſemper informari actionem, quan-
do intereſſe ex duritie & inhumanitate derivatur. *Be-
reng. Fernandus ad l. pacta. conventa. num.* 20. *ff. de con-
trab. empt. vol. repet.* 2. *p.* 385. *num.* 20. & in bonæ fidei,
judiciis intereſſe affectionis etiam conſiderari, *Petr.
Rebuff. in repet. l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt
fer. num.* 308. *vol.* 8. *pag.* 465. & habetur hoc caſu ra-
tio intereſſe extra rem. *Bereng. in rep. d. l. un. num.* 122.
& intereſſe humanitatis, quia homo eſt.

### ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

PActum manus injectionis appoſitum, in contractu venditionis rei ſuæ, afficit rem, ut cuicunque Poſſeſſori & ſucceſſori poſſit auferri. *vid. Menoch. remed.* 5. *adipiſc. poſſeſſion. num.* 34. *&* 51. licet rem non affici, ſed contractum iſto Jure reſolvi tradit *num.* 113. *Col. de Proceſſ. exsc. parte.* 1. *c.* 5. *num.* 8. Et ſpecialitatem hic agnoſcit *Caldas d. tr. c.* 25. *num.* 43.

### ad L. final.

DE *l. fin. vid. Dd. quos allegat Hillig. in Donell. lib.* 2. *c.* 14. *lit. B. & Wiſſenbach. diſp.* 35. *th.* 29. Scilicet cooſtitutio Marci Imper. quod ſervus ipſo jure adſpiret ad libertatem, aut nondum promulgata, aut Scævolæ nondum cogoita. *conf. Cujac. lib.* 10. *obſ.* 21. *Hotoman. l.* 4. *obſ.* 13. *Ant. Fabr. de conject. l.* 4. *c.* 4. Autor *in C. tit. ſi mancip. ita fuer. ad l.* 2.

# LIBRI DECIMI NONI.

## TITULUS I.

## De Actionibus empti & venditi.

### ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Emptor, ſi rem emptam non poſſit accipere integram, vel venditor nolit rem tradere, ad id, quod intereſt, actione empti agere poteſt. nu. 1.*
*Ex hac lege colligi non poteſt, venditorem non teneri rem venditam tradere. 2.*
*Ratio. 3.*
*Venditor non manifeſtans qualitatem rei, per quam conditio rei deterior ſit, tenetur Emptori actione empti. 4.*
*Limitatur in ſciente conditionem rei. 5.*
*Scientia hujus effectus. 6.*
*Collectio à contrariis. 7.*
*Ex h. l. probari non poteſt, intereſſe excedere poſſe duplum. 8.*

IN *principio L.* 1. agitur de eo caſu,
1 quando venditor non vult tradere
rem, vel emptori poſt tempus conventum
non integrum eſt, rem accipere,
tunc poterit agere actione
empti ad id, quod intereſt. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 279. *Myn*ſ. *cent.* 1. *obſ.*
53. *Dn. Lauterbach. ad h. t.* § 1. *th.* 6. Ex hoc intereſſe
interdum pluris eſſe poteſt, quam ipſum pretium, ut
fieri ſolet in venditione frumenti. Interdum pretium
loco intereſſe petitur, quia hoc incertum. *Dn. Mev.*
2 *d. dec.* 279. Igitur ex hac lege non poteſt colligi,
venditorem non teneri rem venditam tradere. Nam
3 contrarium verius *vid. hic Cujac.* & *Franzk. ad h. t. nu.*
28. & *ſeqq.* quia iniquum eſſet, emptorem periculum
rei ſuſtinere & tamen illam, cum vellet, a venditore,
alioquin tradere valente, conſequi non poſſe. Sed ob
ejuſdem contumaciam & malitiam ad difficilem probationem
ejus, quod intereſt, adſtringi, ut eleganter
ait *h. t. Lauterbach. th.* 6. *Tiraq. de conſt. poſſ. p.* 1. quæ
ſententia verior & receptior eſt, per tradita *nu.* 36. Et
qui contrarium ſentiunt tamen, venditorem non liberari
præſtando intereſſe, ſi emptor teneat rem. *Cephalus conſ.* 658. *num.* 31. *vol.* 5. & qui conſtituit, ſe nomine
alterius poſſidere, præciſe teneri tradere per tradita
*Tiraq. d. l.*

4 *Ad* §. 1. Sententia hujus §. hæc eſt: Venditor qui celat,
& non manifeſtat qualitatem fundi, per quam
conditio rei ſit deterior, v. gr. ſervitutem, tenetur
emptori actione empti. quia in hanc actionem veniunt
omnia ea, quæ contra bonam fidem fiunt. Et hæc certioratio
debet non tantum eſſe generalis, ſed etiam
ſpecialis, per tradita *Menoch. conſ.* 1106. *num.* 5. &
5 *ſeqq.* Aliud ſi emptor ſciat, quia certiorari non debuit,
quod non ignoravit. *hic.* &*c. eum qui certus eſt.* 31. *de R. J. l.* 9. *C. h. t. Lauterbach. ad h. t.* §. 1. *th.* 11. *in fine Barb. lib.* 3. *c.* 15 *ax.* 4. Sed quid ſi dicat, ſe non ſcire
ſervitutem, ſed ſe ad evictionem nolle obligare, cum
tamen ſciverit? Reſ. perfunctorie tantum fecit mentionem
ſervitutis, & voluit decipere. Sed aliud, ſi
expreſſe dixit, fundum non eſſe liberum, ſed ſe ad
præſtandam libertatem nolle eſſe obligatum. *Cujac. hic*
6 *tom.* 2. Collige, nudam ſcientiam cum effectum habere,
ut rei onus Emptor agnoſcere teneatur. *Rota Genuenſis dec.* 191. *nu.* 16. & quos allegat *Klock. vol.* 2.
*Conſil.* 42. *n.* 393. & *ſeq.* E contrario collige, detecta ſervitute
rei proficua, quanto pluris emi, ad id venditorem
7 rem agere poſſe. *Cagnol. in l.* 2. *C. de reſc. vend. nu.* 173.
Ex hac L. non tamen probatur, quod intereſſe excedat,
vel excedere poſſit duplum. *Joh. Ignens in rep. l. quatenus. de R. J. n.* 41. *tom.* 6. *repet.* Si ergo intereſſe
8 convenit cum pretio, eſt commune, ſi excedit, eſt ſingulare.
*Sebaſt. Sapia in repet. l. un. C. de ſent. quæ pro eo* &*c. n.* 20. *tom.* 8. *repet.*

### ad L. Si in Emptione. 2.

*SUMMARIA.*

*Quantitas rei vendita non ob unum finem adjicitur. n.* 1.
*Modo in emptione non præſtito, remiſſio pretii peti poteſt.* 2.
*Interdum & cum intereſſe.* 3.
*Modi quot?* 4.
*Venditor tenetur poſſeſſionem emptori vacuam tradere.* 5.

1 INterdum quantitas vel menſura additur rei venditæ,
non ad rem tantum demonſtrandam, neque
reſtringendam, ſed ut modus, v. gr. Vendo fundum
2 100. jugerum *Mol. diſput.* 367. *num.* 3. *Pinell. de Reſc. vend. p.* 3. *c.* 2. *num.* 10. Autor *in C. tit. de periculo* & *comm. ad L.* 2. *num.* 2. Si igitur centum jugera non reperiantur,
actione ex empto agi poterit ad remiſſionem
pretii *hic* & *l.* 4. §. 1. *h. t.* licet venditor ignoraverit,
minorem fundi modum eſſe. *L. Tenetur.* 6. *pr. h. t.*
3 & *Mol. d. l. num.* 9. & *ſeq.* ſi vero ſcivit minorem eſſe
quantitatem, ad omne intereſſe tenetur. *Cujac hic.*
4 Alias duos tantum modos agnoſcunt, quando quantitas
exprimitur vel gratia taxationis, ubi præciſe habetur
reſpectus ad quantitatem, quod fieri volunt, quando
contractus à menſura rei incipit, vel gratia demonſtrationis,
ubi prius corporis & poſtea quantitatis fit
mentio. *vid.* Franzk. *h. t. c.* 6. *à num.* 104. & *ſeq.*

5 *Ad* §. 1. *Vacua poſſeſſio* non traditur ſi alius in poſſeſſionem
ſit immiſſus, vel ab alio detineatur, nam eo
caſu emptor libere poſſidere nequit. Franzk. *Exerc.* 14. *q.* 3. *Struv. exerc.* 23. *th.* 111. debet ergo præſtare
venditor, ut emptor ſit in poſſeſſione potior. *l.* 11. §.
13. *h. t.* ut nullus rem nec civiliter nec naturaliter poſſideat,
aut rem ſibi affectam detineat. *Dn. Lauterbach. ad h. t.* §. 1. *th.* 17. Dn. Autor *C. h. t. ad L.* 8. *numer.* 2.

### ad L. Ratio poſſeſſionis. 3. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Stipulatione ad poſſeſſionem vacuam tradendam facta non poteſt agi ex hac ſtipulatione ad fructus, ſed actione empti. num.* 1.
*Obſtantia reſolvuntur.* 2. 3.
*Venditor vel emptor ſi in mora ſint, quatenus teneantur?* 4.

Si

1 SI quis *vacuam poſſeſſionem* ſibi tradi ſtipulatus eſt, non aget ex hac ſtipulatione ad fructus, quia eſt ſtricti Juris actio, ſed ad fructus aget actione empti,
2 quæ hic ſupereſt, licet cætera ſint novata. Sed obſtare videtur *Lex.* 4. *ff. de Uſuris.* ubi in actionem exſtipulatu venire videntur etiam fructus, ſi quis rem dari, & vacuam poſſeſſionem ſibi ſtipulatus ſit? Reſp. Ne ſtipulator idem bis petere videatur, & ne verba poſteriora ſint fruſtranea, actum videtur, ut & fructus intelligantur. *Cujac. hic c.* 2. nam verba non debent
3 præſumi eſſe ſuperflua. *Barboſa l.* 19. *c.* 8. *axiom.* 23. Sed obſtare videtur, quod ſtipulatio addita bonæ fidei contractui videatur aſſumere illius contractus naturam? Reſpondet *Cagnol. ad L. ſingularia. ff. de reb. cred. nu.* 91. hic ſtipulationem non ſuper toto contractu venditionis, ſed de vacua poſſeſſione tradenda interpoſitam eſſe.

4 *Ad* §. *ult.* Si venditor in mora & de æſtimatione agitur, conſideratur tempus, quo res unquam plurimi fuit, & ſi emtor in mora, conſideratur tempus, quo minoris fuit. *vid. not.* Dni Autoris *ad l. fin. de Tritic. act. num.* 4. *& Cujac. hic tom.* 2. *Ant. Rubeus in repet. L. Vinum. ff. ſi certum numer.* 213. *& ſeq. & Paulus de monte, in eadem. l. num.* 19. *& Cagnol. ad L. Vinum. num.* 59. *& Purpur. in eadem l. n.* 68. *& de mora conſ. Berous vol.* 1. *conſ.* 193. *num.* 28.

## ad L. Si ſervum. 4.

### SUMMARIUM.

*An exſtipulatu agere poſſim, ſi quis ſervum furem mihi ſciens dederit?*

SI ſervum furem mihi ſciens dediſti, exſtipulatu agi non poteſt, niſi mihi aliquid abſit, i. e. antequam noxali actione conventus damnum reſtituam, ſed actione empti tamen ſtatim experiri poſſum. Similes caſus habentur in *l.* 30. §. *ult. h. t. & l.* 9. *de Evict. Cujac. hic.*

## ad L. Si hæres. 5.

### SUMMARIA.

*Quæ competat actio, ſi venditio fiat ex neceſſitate legali? num.* 1.
*Error juſtus exceptionem doli parit.* 2. 3.

SI venditio fiat ex neceſſitate præcedentis voluntatis ultimæ, vel condemnatione, actio ex eo contractu datur, ut & ex præcedenti actu, v. gr. actione empti, vel ex Teſtamento, niſi error interveniat, quo ſibi perſuaſit, ſe teneri, tunc enim erranti competit doli exceptio. Noteiur igitur eum, qui per errorem ſe putat obligatum ad contrahendum, & contrahit, habere exceptionem doli, ſi conveniatur. *Zanger. de Except. p.* 3. *c.* 13. *num.* 135.

## ad L. Tenetur. 6. §. 1. & 2.

### SUMMARIUM.

*Quæ actio, ſi venditur certo pretio, & convenitur de faciendo aliquo.*

SI vendam certo pretio, & convenerit de faciendo aliquo, v. gr. *reficienda* domo, tum ad hoc factum teneris, & conveniri potes per actionem empti, ſecus, ſi nulla pecunia interveniſſet. Autor *ad L.* 9. *C. tit. de Reſc. Vendit. n.* 3. Nam tunc eſſet contractus innominatus. Actio autem empti contra ſingulos hæredes in ſolitum datur, per tradita. *Molin. de Div. & Indiv. p.* 3. *num.* 72.

## ad L. Fundum. 7.

### SVMMARIVM.

*Ex mendacio non nocenti nulla datur actio.*

VEndidiſti mihi fundum deducto uſufructu, quem uſumfructum Titii eſſe dixiſti, cum fuerit tuus, mendacium hoc eſt, ſed licet fundi uſumfr. vindices, non tamen mihi, vivente Titio, contra te datur actio, ſed Titio mortuo datur. Nam, Titio vivente, non nocet mihi *mendacium* tuum. Collige, *mendacium* venditoris, quod nullo incommodo afficit emptorem, non nocere venditori, nec actionem ex empto facere uberiorem. *Covar. pract. queſt.* 3. *num.* 9. Et *mendacium* circa perſonam non inducit actionem empti, niſi incipiat intereſſe emptoris.

## ad L. Exempto. 11. §. 1. & ſeqq.

### SUMMARIA.

*Ad quæ præſtanda detur ex empto actio? num.* 1. 2.
*Non agitur ſtatim ad reſcindendum contractum, ſi fides non præſtetur eorum, quæ promiſſa ſunt.* 3.
*Venditor facultatem habens rem præſtandi, non liberatur præſtando intereſſe.* 4.
*Limitatur.* 5.
*An vindicare liceat rem ex noſtra pecunia comparatam ab alio extra noſtrum factum.* 6.
*Quæ actio ad reſcindendum contractum Empt. ubi virgo vitiata pro caſta vendita fuit* 7.
*Matrimonium per ignorantiam cum vitiata contractum diſſolvi poteſt, ſi reconciliatio deſperata ſit.* 9.
*Sententia hujus lubricum fundamentum oſtenditur.* 10.
*Quando certum eſt, rem venditam eſſe alienam, tunc non nocet emptori denunciatio litis non facta* 11.
Lex obſtans 53. §. 1. *conciliatur.* 13.
*Ratione intereſſe condemnatio non debet excedere duplum.* 14.
*Creditor jure creditoris vendens de evictione præſtanda tenetur* 15.
*Limitatur.* 16. 17.
*Sine effectu convenitur, ne evictio præſtetur, non poteſt tamen eo caſu ad intereſſe agi, ſi inſcius rem alienam vendat.* 18.
*Secus ſi ſciens.* 19. 10. 21.
*Limitatio h.* §. *falſa demonſtratur.* 22,
*Ampliatio.* 24.

1 EX emto datur actio ad omnia ea præſtanda, de quibus in contractu Emptionis convenit, vel ſi nihil convenit, quæ de natura ſunt hujus contractus, ut ſc. venditor dominium transferat, ſi ſit Dominus, vel, uſucapiendi conditionem, ſi non ſit Dominus, & ut vacuam poſſeſſionem tradat, &c. Sed *emptor dominium pretii* transferre tenetur, *venditor vero non* tenetur transferre dominium mercis, niſi vendiderit ge-
2 nus. Nam tunc etiam venditor dominium transferre debet, & non ex natura contractus, ſed ex natura rei. *Bart. ad l.* 2. *pr. num.* 7. *ff. ſi certum pet. Socinus reg.*
3 438. Sed ad reſcindendum contractum non aget, licet fides non præſtetur eorum, quæ promiſſa ſunt. *l.* 6. *C. h. t. Dn. Mev. p.* 4. *dec.* 206.
4 *Ad* §. 2. *Venditor* ſi eſt Dominus, transfert dominium, ſi non eſt, præſtat evictionem; ſed in rebus fungibilibus transferri debere dominium volunt. *vid. Mantica. l.* 4. *de tac. & amb. conv. tit.* 3. *numer.* 21. *Ex hoc* §. communiter probant, *venditorem habentem facultatem rem præſtandi, non liberari præſtando intereſſe. Cavall. q* 459. *Hill. lib.* 13. *cap.* 12. *lit. A. Gomez. tom.* 2. *reſol. c.* 10. *num.* 21. *Bachan Trah.* 2. *lit. C.* Dn. Autor *in C. h. t. ad L.* 2. *n.* 2. quam communem eſſe teſtatur *Tiraqu. de conſt. poſſeſſ. p.* 1. *n.* 36. *vid. Franzk. h. t. c.* 3. *tote a num.* 28. *& multis ſequentibus*, ubi contrariis ſatisfacit.

ſatisfacit. *Zœſ. h. t. num.* 12. *& ſeqq. Dn. Struv. d. Ex.*
23. *th.* 108. Et uſu fori hanc ſententiam receptam eſſe,
tredit *Myn ſ c.* 4. *obſ.* 61. *num.* 5. *& ſ. Schneid. de Act. ex*
5 *empto. n.* 21 *& Wiſſenbach. d.* 37. *th.* 2. Sed quid ſi non
poſſit præſtare rem? R. Si ſine culpa ſua levi, caſu for-
tuito non poſſit, & tunc non tenetur, eliud ſi culpa
6 ejus hoc factum. *Struv. d. th.* 108. Dicitur etiam in hoc
§ quod emptor dominium pretii in venditorem trans-
ferre debeat, non tamen datur rei ex pecunia iſta com-
paratæ vindicatio L. 6. niſi in quibuſdem exemplis, ut
ſi pecunia pupilli, militis Eccleſiæ, ex doteli pecunia
aliquid ematur de quo alibi. *Franzk. h. t. num.* 362.
7 *Ad* §. 5. Si quis *virginem* emere velit & *vitiatam*
emat, *ignorans*, ſciente venditore, ee venditio eſt
valida, ſed ex empto egere poteſt ed reſolvendum
contractum. Actio Ædilitia redhibitoria non datur,
quia Ædiles vitiatam mulierem non habent pro vitio-
ſa & morbida, ſed actione ex empto agitur actione
civili, quæ quia ad reſolvendum contractum habilis,
ſine dubio utilis erit. Nota hic concurſum actionis ci-
vilis cum ædilitie, querum illa perpetue, hæc tempo-
8 ralis. *Vid. Cujac. ad h. l.* §. 3. *&* 5. *tom.* 2. *Cagnolus ad l.*
2. *C. de Reſc. vend num.* 47. Ex *hoc textu* ſolent pro-
bare, quod *matrimonium* contractum cum *vitiata* per
ignorantiam, non poſſit reſcindi, licet contrarium
forte etiem exinde probari poſſit, quia ad diſſolven-
9 dum contractum agitur. Uti recepta in noſtris Conſi-
ſtoriis ſententie, quod ſi *reconciliatio* deſperata ſit,
*matrimonium* diſſolvi poſſit; quæ ſententia mihi ſem-
10 per periculoſa viſa fuit, & quæ vix ullo certo argu-
mento probari poſſit etque ſententiam *Weſenb. in ff.*
*de Ritu nupt.* probarem, niſi contrarie in praxi recep-
ta eſſet. Nec video rationem, cur maritus uxorem,
ab alio ante ſponſalia vitiatam repudiare, & uxor vi-
rum, qui antee illicitis congreſſibus ſe polluerit, com-
perto ſcelere, retinere teneatur, cum tamen par utro-
bique requiratur caſtites, ut tote Antiquitas Petrum
clamat. *Vide tamen Carpz. p.* 4. *conſt.* 20. *def.* 12. *Cypr.*
*de ſponſ. c.*13. §. 59. *& ſeqq.* ubi exceptiones hebet. *Bonſt.*
*c.* 34. *Dn. Struv de Ritu Napt. Exerc.* 29. *th.* 25. *Finc-*
*kelth.* hanc materiam prolixe tradens, *obſ.* 3. *per totam.*
Et ipſæ ordinationes Conſiſtoriales jubent, omnibus
modis tentandam eſſe reconciliationem ob magnum
ſcandalum.

11 *Ad* §. 12. Quando certum eſt, rem eſſe *alienam*,
tunc poteſt emptor regreſſum inſtituere contra vendito-
rem, licet ei non denuntiaverit litem. *Gomez. l.* 2. *re-*
*ſol c.* 2. *num.* 39. *Franzk. de Evict. num.* 673. *Covar. lib.*
3. *reſol. c* 17 *num.* 6. *Caballinus de Evict.* §. 3. *num.* 37.
*Carpz. p.* 1. *Juriſpr. conſt.* 3. *def.* 24. *& in proceſſu tit.* 4.
12 *art.* 4. *num.* 32. Autor *in C. tit. de rebus alien. ad L.* 1.
*num.* 1. *&* 2 Imo ſi non ſit notorium, rem eſſe alienam,
poterit emptor onus probandi in ſe recipere & probare
juſtitiam evincentis, nullamque jus habuiſſe autorem,
quo poſſit rem illam diſtrahere. *Covar, d. l. Molin. de*
*conſuet. Pariſ.* §. 44. *num.* 25. *Ant. Faber. lib.* 4. *Cod.*
*tit.* 33. *def.* 2. *num.* 6. quos refert *Carpz. d. l. num.* 38. *&*
13 *d. def.* 24. *Struv. ad h. t. th.* 33. Non obſtat *L.* 53. §. 1.
*de Evictiom.* quie ibi emptor ideo victus, quia minus
inſtructus, & ſic in dolo verſatur.

14 *Ad* §. 14. Licet præter dupli ſtipulationem, etiam
alterum damnorum reſtitutio in eventum evictionis
promiſſa, eam tamen facere venditor non tenetur,
quia conſtituit Juſtinianus *in l.* 1. *C. de ſentent, quæ pro*
*eo, quod intereſt*, condemnationem non debere exce-
dere duplum; pœna ergo taxata eſt à Jure, & ideo nec
expenſæ ultra duplum extendendæ, ut contre Jaſonem
*Caballinus* tradit *de Evict.* §. 3. *num.* 150. *& ſeqq.*

15 *Ad* §. 16. Creditor Jure Creditoris vendens, de
*evictione* præſtanda non tenetur. *t. t. Cod. Creditorem*
*evict. nomine non teneri*, *ubique* Dn. Autor niſi (1) ven-
16 dat ut ſuum, non ut Creditor. Aut (2) ſuperveniens
ſit etiam creditor, qui antiquius & melius jus docere
17 velit. *l.* 1. *&* 2. *Cod. h. t.*

18 *Ad* §. *fin.* Quando expreſſe conventum eſt, ne evi-
ctio præſtetur, re evicta ad intereſſe quidem agi ne-
quit, ſed tamen ad pretium reſtituendum recte con-
venietur venditor, nec enim bonæ fidei contractus
hanc patitur conventionem, ut rem amittat Emtor, &
Venditor pretium retineat, vid. *Caballinus in tr. de*
*Evict.* §. 2. *num.* 23. *&* §. 5. *num.* 25 *Romanus ſing.* 387.
*Ant. de Burgos in c. fin. num.* 15. *X. de Emt.* Dn. Autor
*in* C. *tit. de Evict. ad L.* 6. *num.* 5. *& ad L.* 4. *num.* 5.
C. *de Fund. patr.* Nam venditor nullum juſtum titulum
habet ad retinendum pretium. *Covar. l.* 3. *Reſol. cap* 17.
*num.* 2. *Molina diſ.* 580. *num.* 28. *Joh. Balthaſar. tit.* 8.
*reſol. Bavar.* 5. Autor *ad L.* 7. *num.* 9. *& ſeqq.* C. *Com-*
19 *mun. utr. Jud.* Collige e verbis finalibus, quod qui
ſciens rem alienam vendit, licet caveat, ſe ratione evi-
ctionis non teneri velle, nihilominus tamen non tan-
tum ad pretium teneri, ſed etiam ad omne intereſſe.
20 Dn. Autor *in tr. h. t. ad L.* 30. *num.* 1. Unde recte colli-
git *Franzk. num.* 308. *ex Mudeo*, quod comperto dolo,
nulle formula, tametſi ample ſit, poſſit liberare ven-
ditorem à reſtitutione pretii & intereſſe. *conf. Franzk.*
*ad tit. de Evict. num.* 263. *& ſeqq. & Dn. Struv. th.* 34.
21 *h. t.* Et ſi certa ſit ſcientis venditoris, certe ex dolo
ejus agitur ad intereſſe. *Gail. l.* 2. *obſ.* 137. *num.* 6. *Mynſ.*
*cent.* 6. *obſ.* 37. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 313. Hunc §. ult. li-
22 mitant Dd. ut non habeat locum, ſi ſpecifice conve-
niret de certa perſone, ſi illa evinceret vel certum ca-
ſum. *Rom. ſing.* 182. *per l.* 69 *ff. de Evict & ibi Dd* Sed
illa ſententia recte refutatur *a Covar. lib.* 3. *reſol. cap.* 17.
*pr. & ques. refert & ſequitur Caball. de Evict.* §. 5. *nu.*
23 76. & ita *d. l.* 69. ex hoc §. explicanda. Et hoc §. pro-
bat *Sande l.* 3. *t.* 4. *def.* 10. etiamſi cautum ſit, ut non
obſtante proteſtatione, pretium numeraretur, ſi tamen
evictio immineat in limine contractus, retinere poſſe
pretium, donec venditor ſatisdet. *Hartm. Piſt. l.* 3 *q.*
6. *num.* 7. Dn. Autor *in C. tit. de Evictiom. ad L.* 24. *nu-*
*mer.* 3.

## Ad L. Si jactum. 12.

### SVMMARIA.

*Conciliatio* l. h. & l. 29. §. 3. ff. ad L. Aquil. *num.* 1.
*In quantum condemnandus ſit piſcator, jactu retis empto, ſi rete jactaverit & piſces præſtare nolit.* 2.
*Quomodo differat contractus hic à venditione fructuum?* 3.
*Ob incertitudinem plura permittuntur, quæ alias permitti non ſolent.* 4.

1 SI jectum retis emerim, & piſcator pœnitens, piſ-
caturam optimam ſperans, nolit recte jactare, in-
certum ejus rei, i. e. eventus piſcaturæ probabilis æſti-
mandus eſt; cui non obſtat. *l.* 29. §. 3. *verſ. plane, ſi*
*culpa ff. ad L. Aquil.* ubi demnum retium ruptorum
2 æſtimatur, non amiſſæ capturæ piſcium. Nam ibi non
agitur de ipſa capture piſcium, promiſſa alteri, & per
ipſum promittentem impedita, ut hic. *vid. Cujac.*
*tom.* 2. Sed quid ſi piſcator rete jactaverit, & nolit
præſtare piſces, forte, quia præter ſpem fuit ingens
captura? Reſp. id æſtimandum eſt, quantum ceperit
piſcium, & quanti id fuerit, debet id reſtituere em-
ptori. *Cujac. hic.* licet duplo pretium excedat, *San-*
3 *de l.* 3. *dec. Friſ tit.* 4. *def.* 16. *Dn. Lauterbach. ad tit.*
*de Contrah. vend.* §. 1. *num.* 10. Differt igitur contra-
ctus à venditione fructuum; nam venditio fructuum
eſt conditionalis contractus, nullis perceptis fructibus,
nullus manet contractus, ſed in jactu retium venditio
eſt purus contractus. Unde nullo piſce capto, manet
tamen contractus, & pretium non repetitur, niſi dolo
piſcatoris factum, ut nihil caperetur. *conf. Molina de*
*Juſt. & Jur. tr.* 2. *d.* 340. *Ant. Gomez. tom.* 2. *variarum*
4 *reſol. c.* 2. *num.* 7. Colligere etiam ſolent *ex hoc textu*,
ob incertitudinem multa permitti, quæ alias permitti
non ſolent. *Carpz. p.* 3. *conſt.* 20. *def.* 3. *Tiraqu. ad l. ſi*
*unquam.*

*unquam. verbo, donatione largitus*, 128. *C. de Revoc. donat.* & *Gail. l.* 2. *obſ.* 8. *num.* 3. *vid. not.* Doi. Autoris *adl.* 8. *C. de Revoc. donat. num.* & *not.* Dn. Autor *ad l.* 8. *de Emt.* & *vendit. num.* 6.

## ad L. Julianus. 13. pr.

### *SUMMARIA.*

*Qua actione teneatur venditor rem vitioſam vendens, cum diſtinctione reſpondetur? num.* 1.
*Non attenditur diſtinctio iſta in venditione ad menſuram.* 2.
*Qua actione teneatur venditor; ſi qualitatem rei falſo indicet?* 3.
*Limitatur.* 4.
*Reſponſum Facultatis juridicæ.* 5.
*Læſio dolo facta, qualiſcunque ſit, actione empti & venditi purgatur.* 6.
*Venditor in ſcheda publice affixa vel in inſtrumento male qualitatem rei adſcribens, tenetur ex deceptione.* 7.
*Contra tutorem depoſito officio, creditores pupilli agere non poſſunt.* 8.
*Limitatur.* 9.
*Emptor cum effectu agere non poteſt, ſi pretium non ſolvat integre cum Uſuris.* 10.
*Ampliatur.* 11. 12. 13. 14.
*Limitatur.* 15. 16. 17.
*Venditor, ratione rei vendita, ſi non eſt oppignorata, aliis creditoribus non prefertur.* 18.
*Impletio contractus à parte emptoris quomodo fiat.* 19.
*Exceptio non impleti contractus à judice ſuppleri poteſt.* 20.
*Exceptio hac in ipſa executione opponi poteſt.* 21.
*Probatio implementi quando Actori, & quando reo competat?* 22. 27. 28.
*Exempla adducuntur.* 29. 30. 31.
*Judicium de limitatione* Paciani. 32.
*Exceptionis ampliatio.* 33.
*An & inter mercatores locum habeat exceptio non impleti contractus.* 34.
*Ratio diverſitatis inter exceptionem hanc, & non numeratæ pecuniæ.* 35.
*Fructus naturales pendentes tempore venditionis, etiam maturi & mox percipiendi, pertinent ad emptorem.* 36.
*Ratio hujus varia.* 37. 39.
*Limitatur.* 40. 41.
*Quid de colono partiario & emptore, an quoque dicti fructus ad emptorem pertineant?* 42.
*Ex agro tempore venditionis locato cui competat penſio.* 43.
*Quomodo in emptorem transferri poſſit.* 44. 45.
*L. h. §. explicatio genuina.* 46.
*Penſiones interdum pro rata emptoris inter venditorem & emptorem dividenda ſunt.* 47. 48.
*Penſiones ſervorum, navium, ædificiorum, ad quem pertineant.* 45.
*Ad quem penſiones prædiorum ruſticorum?* 50.
*An teneatur ex empto vendens agrum* 100. *jugerum*, 10. *jugeribus deficientibus, contra per alluvionem* 10. *accreſcentibus. R. cum diſtinctione?* 51.
*Vendens alienum tenetur, licet ad emptorem ex lucrativa cauſa perveniat.* 52.
*Actione empti peti poſſunt uſuræ pretii poſt diem traditionis.* 54.
*Ampliatur.* 55. 58.
*Valet etiam hoc de jure Canonico.* 56.
*Quid interſit inter jus Canon. & Civil. ratione hujus materia?* 57.
*Emptor ad uſuras compelli poteſt ob moram, licet re non fruatur, etiamſi res vendita ſit ſterilis natura.* 59. 60.
*Quid ſi res frugifera, & non potuit emptor fructus percipere?* 61.
*An, ſi judex ſortis ſolutionem prohibeat, currant uſuræ?* 62.
*Judicis prohibitio ſtricte intelligenda.* 63.
*Emptor ſolvens pretium, non ſecuta rei traditione, uſuras pretii petere poteſt.* 64.
*An emptor ad uſuras teneatur, ſi res vendita ob non factam ſolutionem traditur precario?* 65.
*Sumtus à venditore in rem facti, tum neceſſarii, tum utiles actione venditi repeti poſſunt ab emptore.* 66.
*Limitatur.* 67.
*Emens à procuratore rem, mandati mentione facta ratione evictionis præſtandæ tantum agere poteſt contra mandantem.* 68.
*Quid ſi mentio mandati non facta.* 69.
*Pactum, ut uſuraturum, ſi illa die non ſolvat, ſolves duplum, non valet.* 70.
*Ratio.* 71.
*Limitatur, in pacto Legis Commiſſ.* 72.
*In venditore duplum promittente. in caſum evictionis.* 73.
*In tranſactione.* 74.
*An quoque valeat pœna conventionalis in caſu pœnitentiæ ex parte emptoris?* 75.
*Affirmatur, ſed ex alio fundamento quam* Berlich. 76.
*Valet etiam pœna conventionalis ex parte venditoris.* 77.
*In contractu retractabili poſſum petere, ut ille, qui non tenetur ſtare contractui, declaret, an velit ſtare contractui, an vero ab eo recedere.* 78.
*Exempla.* 79. 80.
*Limitatur in annuis reditibus.* 81.
*Contractus pupilli ſine tutoris auctoritate claudicat, ut vero valeat, penes pupillum eſt, non alterum contrahentem.* 82.
*Ampliatur.* 83. 84. 85. 86.
*Emptor non tenetur ſtare locationi à venditore factæ.* 87.
*Limitatur.* 88.
*Domo vendita veniunt omnia iſti affixa, & quæ ad perpetuum uſum domus pertinent.* 89.
*Quid per pertinentias intelligatur?* 90.

1 IN venditione pecoris morboſi ſeu rei vitioſæ, per quam damnum datur Emptori, diſtinguitur, an vitium ſciverit an ignoraverit venditor, ſi ſcivit, non tantum tenetur actione quanti minoris, ſed etiam ad totum intereſſe, damnumque præſtandum, Autor *Ad L. un. n.* 10. 11. *C. de ſent. quæ pro eo?* ſi ignoravit, actione quanti minoris tenetur, interdum tamen rei vitioſæ uſus actione, ex empto utili etiam agitur ad redhibendum *L.* 11. *§.* 3. *h. t. Fab. de Monte d. tr. qu.* 6. *nu.* 56. *Moz. tit. de act. Empt. num.* 3. *Myſ. cent.* 1. *obſ.* 56. *nu.* 7. *Bolthaſ. tit.* 6. *reſol. Bavar.* 4. *num.* 8. *Berlich. p.* 2. *dec.* 77. & *quos hic citant.* Dn. Autor *in C. tit. de Ædil.*
2 *Action. ad L.* 1. *num.* 3. & 4. Aliud autem, ſi quis ſciens menſuram majorem expreſſerit: Nam ſive ſciat, ſive ignoret, actione quanti minoris convenitur. *l.* 6. *pr. h. tit.* & *l.* 2. *C. eodem. de eo Cujac. hic. tom.* 2. *conferri poteſt Bereng. ad l. un. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt. num.* 128. & 230. *tom.* 8. *repet.*

3 *Ad §.* 3. & *ſeqq.* Si venditor qualitatem rei falſo indicet, ſive ſciens ſive ignorans hoc faciat, tenetur actione ex empto ad redhibendum, vel quanti minoris emiſſet, quia non debet facile, quæ ignorabat, aſſeverare. *Weſ. h. t. num.* 5. *Zæſ. h. t. nu.* 21. Aliud,
4 ſi commendet generaliter. *L.* 39. *ff. de dolo.* Ex hoc §. 3. decidimus in Facultate quæſt. Si vero ceſſeris nomen in feudo radicatum, per conſenſum Domini,
5 poſtea vero nomen id inter hypothecas ſimplices vel chirographaria credita referatur, eo quod more proceſſu, conſenſus ſit impetratus, an, ſi ad id nomen non pertingat pretium bonorum, cedens ad evictionem præſtandam obligetur? Reſpondimus inter alia quod ſic, quia conſenſu munitum creditum vendidit, ſed quia conſenſus ille nullus, cum, poſtquam bona creditoribus ceſſa, nemo ſibi jus reale in bonis adquirere poſſit, ideoque omnino ad evictionem præſtandam obligatur. Sic R. menſe Febr, 1668.

6 *Ad §.* 4. & 5. Licet læſio per conniventiam conceſſa uſque

uſque ad alterum tantum *per l.2. C. de Reſcind. vendit.* ſi
tamen dolus accedat, qualiſcunque læſio per actionem
emti & venditi purgatur. *Mantica l.4. titul.20. nu.61.*
*Dn. Lauterbach ad t. de contr. de empt.* §. 1. *th* 18. Autor
*ad L.4. num* 5. *C. de O. & A.* vel datur exceptio doli. *l.3.*
*ff. de Reſc. vend.*
7 *Ad* §. 6. Venditor ſi in ſcheda publicè affixa malè
qualitatem rei vendendæ adſcripſit, tenetur ex dece-
ptione. *Sande l.3. t.4. d. 6.* qui vel in inſtrumento, di-
cit, uni tantum civitati cenſum deberi, cum tamen
pluribus debeatur hoc emtorem laturum, ex eo præſu-
mitur dolus, quod decipere voluerit emtorem. *conf.*
*Maſc. concl* 532. *n.*19. & 32.
8 *Ad* §.7. Contra tutorem, depoſito officio, credi-
9 tores pupilli agere non poſſunt, ſecus tamen eſt, ſi
ex dolo ſuo conveniatur Tutor, Autor *ad L.1. n. 1. C.*
*Quando fiſc. vel priv.* non enim transfertur in Pupil-
lum, quod dolo tutoris factum, quæ ratio benè
notanda. *Boer. dec* 80. *num* 6. *Berlich p 1. dec* 13 *num*.2.
*Montanus de tutelis cap* 31. *effect. n.*5. *n.*10. Autor *ad L.*15.
*num*.5. *C. de Adminiſtr. Tut.*
10 *Ad* § *Offerri* 8. Actio ex empto in Effectu non com-
petit, niſi pretio cum uſuris integrè ſoluto; Nam aliàs
11 venditor rem venditam retinere poteſt, idque in om-
ni contractu ultro citroque obligatorio locum habet,
ut actor teneatur à ſua parte prius ſatisfacere con-
tractui. *Gail. lib. 2. obſ* 17. *Schneidew. ad* §. *actionem.*
29 *Inſt. de action rubr. d act. Emti num.*6. & *ſeq. Schrad.*
*de Contract. titul. de Emt. num* 94. *Dn. Struv. t. Exerc.*
23. *th. ult Franzk. h. t. n* 15. *ſeqq. VVammes. cent.*4. *conſ.*
2. *num*.12. Autor *in C. tit. qui pot in pign. ad L.* 7. *num*.9.
Qui differt facere, quod debet, non poteſt petere, quod
ei debetur. *Carpz. dec.*9 *num*.16. Et hæc exc. etiam in-
12 ſtrumento liquido opponitur in foro Sax. *Carpz. p.1. c.*
8. *l.*17. niſi agatur contra tertium *Berous vol.1. conſ* 149.
*num*.4 *Ruinald vol.3. conſ.*268 *num*.67. Sic jus retra-
ctus exerceri non poteſt, niſi integro pretio oblato, hoc
13 enim de forma requiritur. *Tiraq. de Retr. convent.* §.4.
*gl.*6. *n*.24. & *ſeq.* Autor *in C. t. de contrah. Empt. ad L.*14.
14 *num* 6 Et hæc exceptio etiam guarentigionato & ju-
rato inſtrumento opponi poteſt. *VVammes. cent.* 4.
*conſ*.21. *num*.4 *conf.* Maſcard *concl.*1394. *per totam*, ubi
variè ampliat, & limitat, [1.] quod iſta exceptio non
15 opponi poſſit, niſi ab eo cui facta promiſſio. *Menoch.*
16 *conſ*.1. *n*.370. *Maſc. d.l. num*.63. [2.] Quando id, quod
impletum, non venit ex conventione partium, & [3.]
17 ſi per alterius culpam non potuerit impleri. Probant
18 etiam ex hoc §. venditorem in re vendita, cui non eſt
res oppignorata, aliis creditoribus non præferri. *vid.*
19 *Pinell. ad l.1. C. de bon. Matern. p.*3. *num.* 55. Notan-
dum autem, hanc obligationem faciendam eſſe reali-
ter, per præſentationem ac depoſitionem, & totaliter.
20 *conf. Franzk. h. t n* 9. & *ſeqq.* Et hæc exceptio à judice
ſuppleri poteſt, quia non datur alias actio venditi vel
empti, nec poteſt Judex ſine actione condemnare.
*Franzk h. t. n.*16 & *ſeq. Dn. Lauterbach. ad h. t.* §.5 *th*.3.
21 Et poteſt hæc exceptio etiam in ipſa executione op-
poni. *Franzk num.*18. & *ſeq. conf. Kleck. vol.* 2. *conſ*.39. *n.*
22 283. & *multis ſeqq. Lauterbach. d. l.* Et quod actor ſa-
tisfecerit, tenetur ipſe probare. *Maſc. concl.* 37. *Card.*
*Tuſchus. concl.*373. *lit. E. Zang. de Except. p.3. c ult. n.*142.
23 & *ſeqq.* Non poterit Actor culpam objicere reo,
cujus ipſe reus eſt, ut reſponſum à Facultate menſe
Julio anno 1645. Colligitur, ſi probatur traditio
24 rei facta, non ſtatim præſumi etiam ſolutionem pre-
25 tii. *Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 346. & ubi emptor non po-
teſt præſtare, quod debet, ita nec exigere poteſt, quod
26 debetur. *Dn. Mev. p.3. dec.*192. *num*.4. Et fruſtra arguit,
per alterum ſtetiſſe, quo minus contractus perficia-
27 tur, qui à ſua parte implementum non præſtitit. *Dn.*
28 *Mevius p.4. deciſione* 382. Semper enim qui ſe in con-
tractu fundat, debet implementum à ſua parte pro-
bare. *Hartman. Piſt. p.* 2. *quaeſt.* 22. *Carp. p.* 5. *conſt.*
10. *def.* 18. Et ſi actor fundamentum ſuæ intentionis
collocet in non adimpleto contractu ex parte rei, hic
tenetur probare ſe adimpleviſſe. *Dn. Mev. p.5. dec* 280.
29 Et ſic, ſi Dominus agat contra Emphyteutam ob ca-
nonem non ſolutum, ad Emphyteutam pertinet pro-
30 batio ſoluti Canonis. *Berlich. pagina ſecunda, deciſione*
174. *numero tertio*, & *quos refert.* Carpz. *p* 3. *deciſione*
257. *num* 9. Idem ſi promiſſum, te velle te ſiſtere in
judicio ſub tali pœna, tamen probare debes, te veniſſe,
aut legitimo impedimento te detentum, ex *Paciano de*
31 *prob.* L.1. c.51. *n*.46. *Berlich. d.l. num*.5. Item, ſi cum ru-
ſtico convenerim de agro meo colendo &c. & agam,
eum minus rectè coluiſſe, illi incumbit probatio.
*Pacianus d.l numero* 47. & *Berlich. d. l. numero ſexto*,
qui limitat hoc, ut aliud ſit in accidentalibus contra-
ctuum, quæ limitatio ſi vera eſt. præſumptio erit pro
adverſario, quod impleverit pacta contractui adjecta.
32 Putaverim autem magis hoc præſumendum eſſe in
ſubſtantialibus, quam accidentalibus, igitur de ea li-
33 mitatione valdè dubito. Et hæc exceptio non im-
pleti contractus etiam tertio interdum competit, [quæ
eſt exceptio ejus, quod ſupra dictum] Quando ali-
quid ex eo contractu ſibi utiliter promiſſum petit, ut
34 exemplum aliquod proponit *Berlich. p.*2. *dec.*175. Sed
an inter mercatores etiam locum habet exceptio illa
non impleti contractus? Negant *Carpzov. d.l.* exem-
plo exceptionis non numeratæ pecuniæ, quæ itidem
inter Mercatores, præſertim in ſolutione literarum
cambii, locum non habet, *per tradita Carpz. d. dec.*
257. & *Berlich. p* 2. *deciſ.*294. concedunt hi tamen, ut
35 in reconventione poſſit utramque opponere. Poſſet ta-
men ni fallor, diverſitatis ratio dari inter has exceptio-
nes, quia qui opponit exceptionem non numeratæ pe-
cuniæ, contra propriam venit confeſſionem; quæ ratio
non cadit in alteram exceptionem de non impleto
contractu, ubi nulla præceſſit confeſſio, ſed tantum
contractus, ex quo non datur actio, niſi à ſua parte
impleverit. Sed conſulenda conſuetudo.
36 *Ad* § 10. Fructus naturales pendentes tempore ven-
ditionis etiam maturi, & mox percipiendi pertinent
ad emtorem, Autor *ad C. titul. h. ad Lege* 13. *numer.* 1.
non tantum propter hanc rationem, quaſi pars fundi;
Nam hoc ratione interpretationis Juris, non verò pro-
priæ ſignificationis intelligendum, *per lib.* 78. §. *fin.*
37 *de Verb. Obl.* Sed quia propter fructus pendentes vi-
detur fundus plus valere, & ideò pretium etiam pro
fructibus pendentibus videtur conſtitutum, ideò ad
alios contractus v. gr. donationem, non eſt extenden-
38 dum. *Petr. Barboſ. ad L. divortio.* 8. *princ. parte ſecun-*
*da, numero ſeptuageſimo nono*, & *ſequent. ff. ſolut. matr.*
*Molina diſp.* 368. *numero* 2. *Covar. libro primo, reſol.*
*capite decimo quinto, numer.* 2. ubi addit aliam ratio-
nem, quod res empta ſit periculo emtoris, ad quem
autem periculum pertinet, ad eum & fructus. *conf.*
39 *Mantica libro quarto. t.*16. *num*.42. *Gutierez l.*2. *pr. qu.*
158. *num*.7. *Trentac. de Emt. reſol* 6. *Dn. Lauterbach. ad*
*h. t. paragraph.*1. *th*.13. Autor *in C. h. t. ad* L. 12. Sed hæc
40 omnia de perfecta venditione intelligenda: Nam, ſi
ſub conditione res vendita, ante conditionem imple-
tam fructus percepti ad venditorem pertineant *l.8.* §.1.
*de per.* & *commod. Cujac. ad h.* §. *p*.555. *tom*.2. Aliter de-
41 clarat h. §. *Dn. Lauterbach. ad tit. hunc* §.1. *th*.13. & ex-
cipit caſum, ſi venditor tempore contractus ſe paraſſet
ad collectionem frugum, manumque adpoſuiſſet emp-
tore ſciente, nec ex pretii quantitate, aut aliundè de
contrahentium voluntate conſtaret. *Theſſaur. dec.* 55.
*numero ſexto*, & *Trentacinq. l.* 3. *tit. de Emt. reſolut.* 6.
42 *numero decimo tertio.* De colono partiario autem quæ-
ritur, an fructus pendentes ad colonum, an ad em-
torem pertineant? Et de emptore affirmant communi-
ter. *Barboſa ad L. divortio.* 8. *in pr. parte ſecunda num.*
82. & *in L. filiofam.* 26. §. *fin. numero* 30. & quos refert
*Aug. Barboſa ad l.*16. *C. h. t. num*.8. *Dn. Lauterbach. ad*
*h. t.* §.*1. th*.13. Quod limitat *A. Barboſa d. l.* niſi venditor
fuit ignarus locationis, ut quia ipſe non locavit, &
emptor

emptor ſcivit *Theſſ. dec. 55. num.* 4. Multo magis au-
tem fructus poſt venditionem & ſine mora à venditore
perceptos reſtituendos eſſe, patet, per ea, quæ allegat
*Dn. Lauterbach. d. l.* licet *Molina tr. 3. d. 368. num.* 8.
cum aliis diſſentiat. Nam fructus debentur emptori,
ſaltem ob pretium ablatum per fidem habitam, ſed quia
res vendita eſt periculo emptoris, ergo æquum eſt, ut
etiam ejus ſint fructus. Sed hæc quæſtio anceps eſt, &
indiget deciſione nova, ut aliæ multæ.

*Ad* §. 11. Si ager tempore venditionis erat alteri lo-
43 catus, penſio debetur ei, qui locavit, ſc. venditori,
quia actio eidem ab initio competiit, neque ſine ceſſio-
ne in alium potuit transferri, ſed emtor poteſt petere,
ut venditor ſibi hanc actionem cedat. §. 16. *h. t.* Nam
44 alias conductorem poſſet expellere *L. Emtorem. C. Lo-
cati. ibique Dn. Autor n. 1. Covarr. d. reſol. n. 3. & ſ. q.
Petr. Barb. d. l. num.* 84. *& ſeq. Molin. d. diſp. num.* 3.
45 *Joh. à Sande in tr. de Ceſſion. act. c. 6. nu.* 8. Si autem
conventum, ne expelleretur conductor, utilis actio
emtori prædii ruſtici competit, ſi nondum perceptis
46 fructibus res vendita. *Barboſ. d. l. num.* 87. Sed videtur
hic §. intelligendus de venditione eo tempore facta,
quo colonus fructus jam percepit, utut penſionem
nondum ſolverit, ſed diu poſt ſolvere debeat. Et ſic
fructuum collectionem hic præceſſiſſe præſupponen-
dum, quod ex eo confirmatur, quod idem in urbanis
prædiis hic eſſe dicatur, quorum tamen penſiones pro
rata temporis dividendæ *arg. l. 26. ff. de Uſuf.* Ita *Frank.
ad h. t. num.* 241. *& ſeqq. conf. Struvius ad tit. de peric.*
47 *& commodo rei venditæ. th.* 105. *Zæſ. h. t. nu.* 17. *& ſeqq.*
48 Ergo in penſionibus prædiorum ruſticorum penſio ad
venditorem pertinet pro ea parte fructuum, quos co-
lonus percepit, ſi reliqui non percepti, nec collecti,
ratione eorum penſio ad Emtorem pertinet. *Molina d.
d. 368. nn.* 4. licet penſionis ſolvendæ dies nondum
venerit. *L. uſufructu. 58. de uſufr. Molina num. 5. Aug.
Barb. ad d. l. 16. num.* 5. & quos refert *Dn. Lauterbach.
ad h. t. §. 1. th.* 14.

*Ad* §. 13. Circa penſiones ſervorum, navium &
49 ædificiorum quæritur, ad quem eæ pertineant? Reſp.
Hæ penſiones ſolvuntur quidem venditori, qui con-
traxit, ſed ſic præſtare debet actionem ſcilicet pro par-
te, v. gr. ſi domus venditur, poſtquam ſemeſtre lapſum,
actio pro parte dimidia præſtanda emtori *arg. l. 26. ff.
de uſufr.* quod extendunt, licet merces tota ante ven-
ditionem locatori ſit ſoluta. *Card. Mantica l. 4. de
tac. & amb. convent. t.* 16. *nu.* 44. *Lauterbach. d. l. th.*
50 14. Author *in C. h. t. ad L. 13. n.* 4. Sed in prædiis ru-
ſticis, ſi fructibus nondum perceptis ager venditus, to-
ta penſio emtori cedenda; ſi vero perceptis fructibus,
ſed die ſolutionis nondum exiſtente vendatur, tunc to-
ta penſio pertinet ad venditorem. Qua de re *Covarr.
lib. 2. reſol. cap. 15. num. 4. Barboſa d. l. nn. 92. Franzk.
h. t. num.* 248. *& Dn. Struv. d. l. th.* 105. *vid. d. l. 26. &
L. defuncta. 58. ſupra de uſufr. & ibi not.* Dni. Auto-
ris.

*Ad* §. 14. Vendo agrum 100. jugerum, ut ita non
51 ſit venditio ad menſuram ſed ad corpus, cum modo
tamen, prout recte. *Covarr. pract. q. 3. num. 3. & Pi-
nell. d. l. 2. C. de reſc. vend. p. 3. c. 2. num.* 10. ſed decem
jugera deficiunt, è contrario decem accreſcunt per allu-
vionem, ex empto tenebitur emtori, ſi ſciens plus di-
xit, ſecus, ſi ignorans, & ſic incrementum hoc pro-
deſt ad purgandum dolum. *Covarr. d. n.* 9. licet aliter
*Cagnolus ad l. 2. C. de reſciſ. vendit. n.* 77.

*Ad* §. 15. Si alienum vendas, licet ex cauſa lucrati-
52 va ad me veniant, adhuc tamen teneris; v. gr. ſi hæ-
res Titii factus ſim, cujus rem mihi vendidiſti. *l. 9.
& l. 41. §. 1. de Ædil. Edicto.* vel Titius eam rem mi-
bi donet, unde depender ratio deciſionis in *l. 29.
h. t. in fine.* videatur *Franzkius h. t. numer.* 269.
*&* 270.

53 *Ad* §. 17. Partem rei communis tecum, Titio ven-
didi, ſed antequam traderem, ad judicium communi
dividundo me traxiſti, ex eventu hujus judicii appa-
rebit, quid tradere debeam; Nam ſi mihi pars divi-
ſa attribuatur, hæc Titio tradenda; ſi totus tibi aſſi-
gnatus, me in partem pretii condemnato, hæc pars
Titio ſolvenda, ſi totus mibi aſſignatus, totus Ti-
tio debeatur, ut tamen Titius mihi reſtituere coga-
tur, quod tibi dedi. *vid. Cujac. ad h. §. tom.* 2.
54 *Ad.* §. 20. Poſt diem traditionis veniunt etiam uſu-
ræ pretii in hanc actionem, quia ex eo tempore fruitur
re, & ſic etiam æquiſſimum eſt eum teneri ad uſuras,
*hic & l. Curabit.* 5. *C. h. t.* Autor *ad C. tit. de uſuris ad*
55 L. 2. *numer.* 1. *&* 5. *& ad* L. 5. C. *h. t. n.* 1. *&* 2. etiam
ſi emtor non fuerit perſonaliter de ſolutione inter-
pellatus, ut vult *Lauterbach ad h. t. §. 2. th.* 7. Idque
56 etiam Jure Canon. *Covarr. lib. 3. reſol. c. 4. per tot.
Mol. diſp. 368. num. 9. Mantica de tac. & amb. con-
vent. l. 4. tit. 16. num. 42. Rodericus de Cenſib. lib. 3.*
57 *qu. 7. num. 79. & ſeq.* Sed hoc intereſſe videtur inter
Jus Canonicum & Civile, ut illo jure proportio ſit
obſervanda inter fructus & intereſſe, ut ex traditis præ-
dictorum *Doctorum* apparet; ſed jure Civili ex uſu
regionis quantitas uſurarum deſignetur, licet emtor
plurimos, ſive ob cauſam calamitatis publicæ exi-
guos, l. nullos fructus acceperit. *Chriſtin. vol. 3. dec.
75. num. 6. Dn. Richter. p. 2. deciſ. 70. n. 11. & 12. Dn.
Lauterb. ad h. t. §. 2. t. h.* 8. Verum æquitas Juris Ca-
nonici, quæ uſui congrua eſt. l. *curabit. C. h. t.* pla-
cet magis, quam rigor, per deducta *Mantic dec.* 6.
venditor etiam, licet retinuiſſet, nullos fructus perce-
piſſet, idque conſcientiæ ſecurius, quam ſummum
58 jus. Id quod de uſuris dixi etiam verum eſt, quando
emptor juſta ex cauſa pretium retinet, ob metum im-
minentis evictionis. *Carpzov. p. 1. deciſ.* 11. Autor *in C.*
59 *h. t. ad L. 5. n.* 3. Sed poteſt emtor ad uſuras compelli
etiam ob moram licet re non fruatur, ut in cæteris bo-
næ fidei judiciis, *Franzk. h. t. num.* 380. *& ſeqq.* Au-
60 tor *in C. h. t. ad l. 5. num.* 3. Et ideo uſuræ peti poſſunt
ob moram, ſi vendita res ſterilis natura. *Franzk. d. l.*
61 *num.* 401. *& ſeqq. Zæſ. h. t. num.* 24. Cæterum, ſi ſit
res frugifera, & emptor non potuit fructus percipere,
æquius eſt, emtorem ab uſuris eſſe liberandum, *per
hunc* §. 20. *& 16. §. 1. de uſuris. Covarr. d. l. num. 3.
Molina tr. 2. d. 368. num. 14. Ant. Gabriel. lib. 3. tit. de
Emt. concl. 4. num. 8. Trentac. lib. 1. tit. de Uſuris reſ. 2.
num.* 3. & quos refert *Manzius in cent. deciſ. q. 6. nu.*
62 60. Sed ſi ex re emta debeantur uſuræ, aut ex ſtipula-
tione, an ſi judex prohibeat, ne creditori ſortem ſol-
63 vat, interea ad uſuras teneatur? quod affirmat *Finckelth.
obſ.* 19. quia prohibitio judicis ſtricte intelligenda *L.*
64 4. §. 3. *de re judic.* Ex noſtro §. etiam ſequitur, ſi
emtor ſolvit pretium, & ſibi res tradita non ſit, quod
juſte poſſit petere uſuras pretii, ex natura correlativo-
rum. *Alex. conſ. 63. vol. 4. & conſ. 147. vol.* 5. quem
ſequitur *Franc. de Clapperiis in ſuarum deciſionum cen-
turia, cauſa 77. quæſt.* 2.

65 *Ad* §. 21. Vendidi fundum, nolo eum tradere,
pretio non ſoluto, tandem placuit tibi precario rem
tradere, ut poſſeſſionem ſemper poſſim revocare, quæ-
ritur, an emptor etiam hoc caſu ad uſuras teneatur? Aff.
quia hoc caſu interim percipit fructus. Et verba illa, an
emptor habeat facultatem percipiendi fructus, de
facultate non impedita intelligenda. *Manzius in d.
cent. dec. q. 6. num.* 28.
66 *Ad* §. 22. Sumtus à venditore in re factos per actio-
nem venditi ab emptore repetit venditor, ſed notabi-
le eſt, non tantum neceſſarios, ſed & utiles repeti,
quos veroſimile eſt emptorem velle impendi. *Dn. Lau-*
67 *terbach. ad h. t. §. 2. th. fin.* Nam ſi ultra quid impen-
dat, oneraret emptorem. *vid.* Dni Autoris *not. ad L.
in fundo. 38. de Rei vind.* ubi ſimilia reperientur. De-
inde additur, tunc ſumtus reſtituendos, niſi cauſa eo-
rum per culpam venditoris levem præbita ſit.

68 *Ad* §. 25. Si procurator vendit mihi rem, quam
evincere vult Titius, ratione adſiſtentiæ & evictionis
præſtandæ, non contra procuratorem, ſed mandan-
tem agendum eſt. Sed aliud eſt, quando procurator
ſimpliciter vendidit, non facta mentione mandati:
69 Nam licet eo caſu videatur nihilominus mandati no-
mine vendere, ut notatum *in l. 1. ff. de ſtipul. ſerv.* id
tamen reſpectu mandantis intelligendum; nam reſpe-
ctu emptoris, qui bona fide exiſtimavit, venditorem
ſuo nomine vendere, habebit venditorem ad evictio-
nem præſtandam obligatum, ut pluribus tradit *Franc.
de Clapper. cauſa 39. q. 2.*

70 *Ad* §. 26. Non valet pactum, ſed eſt uſurarium, ſi
pretium illa die non ſolvas, ſolves duplum, quia in
fraudem conſtitutionum, videtur adjectum, id quod
71 uſuram legitiman excedit. Nam terminos à lege poſi-
tos creditor pecuniæ ſeu quantitatis, nec pœnam tan-
quam ſortis exceſſionem, implicite vel explicite ſti-
pulando excedere poteſt, ait *Dn. Lauterbach. ad h. t.
§. 2. th. 9. vid. Molinaum de uſurar. Contr. nu. 502. Al-
ciatum in tr. de eo quod intereſt. c. 11. num. 4. & ſeqq.
Trentacinq. l. 3. tit. de ſolut. reſol. Franzk. h. t. num 440.*
72 *& ſeqq.* Aliud in pacto legis commiſſoriæ, ubi nulla
73 uſura. *Franzk. num.* 445. Aliud in venditore, qui pœ-
nam dupli promittere poteſt in caſum evictionis, *per
l. 37. princ. & l. 42. ff. de Evict. l. 31. §. 20. de Ædil.
Edicto.* quia in re non metuitur uſuraria pravitas, ut in
pretio. *Franzkius h. t. § numer.* 392. *Dn. Lauterbach*
74 *ad h. t. §. 2. th. 9.* Aliud etiam in Tranſactione, *per l.
39. C. de Tranſact.* quia ibi de perfidia agitur. *Cujac.
ad h. §. tom. 2.* Ideoque *Berlich. p. 1. dec.* 43. ſtatuit,
75 conventionem pœnalem in caſu pœnitentiæ ex parte
emptoris etiam valere, quod quidem in his terminis
concedo, ſed rationes ejus generaliores ſunt; ſcilicet
hoc probare intendit ex natura correlativorum, & re-
gulam ex hoc §. depromptam ad contractum mutui re-
76 ſtringit, ſcilicet quod obligationi dandi non adjici
poſſit pœna, cum hic tamen non de mutuo, ſed de
venditione agatur, ut ex Rubro *d. dec.* apparet, quod
per pœnam ſolutam toto contractu recedere poſſit
emptor, eo caſu non obligationi dandi præciſe, ſed
obligationi obſervandi contractus totius annectitur
pœna. Et ita pœna conventionalis in caſum pœniten-
77 tiæ Reu-Kauff / non ſolum à venditore, ſed etiam
ab emptore valide promittitur, non attento uſurarum
modo, *conf. Dn Lauterbach. ad h. t. §. 2. th.* 10. & de
hoc caſu intelligenda ſunt præjudicia. Sane ſi ultra pre-
tium, & factum promiſit emptor ſub pœna, hæc ad
uſurarum metas non eſt reſtricta, *per l. 28. h. t. ubi vide
notata* Dni. Autoris *n. 3.*

78 *Ad* §. 27. Quando contractus ita claudicat, ut ab
altera parte poſſit retractari, poſſum petere, ut ille,
qui non tenetur ſtare contractui; declarare teneatur,
an velit ſtare contractui, an vero ab eo recedere, *Pi-
nell. ad l. 1. C. de bon. matern. p. 3. num. 34. Contardus
ad L. diffamari. c. 1. num. 16. & ſeqq. Matthesilanus ſin-*
79 *gular. 155. num. 25.* Sic ſi quis dubitet, ne minor,
80 cum quo contraxit, reſtituatur, Item ſi quis metuat, ne
aliter dicat, ſe dolo deceptum, poſſum petere, ut aut
ſtetur contractui aut diſcedatur. Et hunc textum ſingu-
larem eſſe, poſt *Baldum* aliosque, propterea & nota-
81 bilem eſſe, dicit *Tiraq. de Retr. conſang. §. 36. gl. 2. nu.*
151. In annuis reditibus autem minori pretio emptis
non habere locum hoc argumentum, probat *Rodericus
de ann. reditibus. l. 1. c. 9. n. 7. per totum.*

82 *Ad* §. 29. Quando quis à pupillo emit ſine tutoria
auctoritate, claudicat contractus; Nam pupilli eſt eli-
gere, an velit ſtare contractui, annon. *Zaſ. ad tit. de
Minor. num. 63. Dn. Struv. Exerc. 31. th.* 43. ubi tamen
recte monet, pupillum ſi obſervare velit contractum,
à ſua etiam parte eum implere debere. Sed in adi-
83 tione hæreditatis aliud. l. 9. §. 3. *ff. de Autorit. tut.
Zaſ. ad eum tit. num. 3. & 4.* Exemplo hujus legis ſta-
tuunt, ſi Eccleſia ſine ſolennitate debita contraxerit,
ſi Eccleſia velit, compellendum eſſe alterum ad ſer-
84 vandum contractum. Sic minor, ſi contraxerit ſine
curatoris conſenſu, obligatus eſt alter, ſi minor velit.
85 *Trentac. lib. 2. reſol. tit. Minor. reſ.* 8. Sic, ſi ex ſtatuto
uxor ſine conſenſu mariti non poſſit contrahere, ſi uxor
velit mortuo marito ſervare contractum, alter compel-
86 letur. *Sand. l. 2. tit. 4. reſ. 3.* Sic, ſi ſine decreto præ-
dium minoris venditum, ſi minor velit, ſtare tene-
tur emptor contractui, & pretium ſolvere ut judica-
tum refert. *Sande l. 2. tit. 9. def. 15. conf. Oddus de Re-
ſtit. p. 1. q. 25. n. 14. de communi teſtans.*

87 *Ad §. pen.* Emptor non tenetur ſtare locationi à ven-
ditore factæ, nec colono habitationem concedere,
niſi hoc conventum ſit. *hic & L. Emtorem. 9. C. Loca-*
88 *ti. ubi notata* Dni. Autoris *n. 1. Molina diſp. 490. nu. 3.
Surd. deciſ. 264. nu. 7. & 12.*

89 *Ad §. fin.* Vendita domo veniunt omnia iſta affixa,
& quæ ad perpetuum uſum domus pertinent. Secus
in his, quæ ad tempus ibi exiſtunt, *Ricc. Collect.
deciſ.* 212. de ſterquilinio agri cauſa comparato, *l. 17.
§. 2. h. t. Cœp. d. S. U. P. c. 78. num. 4. Carpz. part. 2.*
90 *conſt. 33. def.* 19. ut & parieti adfixia, licet detracta
ſint. *vid. Carpz. d. conſt. def. 20. Wehnerus in obſ. in
verbo* Nagelfeſt *Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 7.
numer. 115. & ſeqq. Cavalcanus lib. 1. dec. 44. numer.
118. & ſeq. Carpzov. lib. 5. Reſp. 26. Cephal. p. 1. conſ.
92. num. 24.*

## ad L. Funes. 15.

### *SUMMARIUM.*

*An piſces in piſcina ſunt pars fundi?*

NOtabile hic eſt, quod piſces in piſcina non
ſunt pars fundi, ubi diſtinguere ſolent Dd.
an cuſtodiæ cauſa ibi ſint, an vero ad multiplicatio-
nem; de illo caſu videtur lex intelligenda, non de
hoc. *Tiraq. de Retr. conſang. §. 1. gl. 17. num. 117.
Molinaus de conſuet. Paris. §. 1. gl. 8. numer. 17. Guido
Papa dec. 91. num. 4. & ſeq. Mantica de tac. & amb.
conv. l. 4. tit. 16. num. 15. Grœnwegen hic & Lauter-
bach ad h. t. §. 1. th. 16.* Ex hac lege colligunt, boves
aratorios non eſſe annexum feudo. *Rol. à Valle l. 3.
conſ. 54. num. 32. & ſeq.*

## ad L. Feudi. 17. totam.

### *SUMMARIA.*

*Quid pertinentiarum nomine veniat? n. 1. & 3.*
*Pertinentia debentur omnes, licet in contractu nulla ea-
rum mentio facta. 2.*
*An Pharmacopolium pertineat hodie ad domum? 4.*
*An vendito caſtro ſimul adhærens Juriſdictio vendita
ſit? 5.*
*Theſaurus repertus ad emtorem pertinet. 6.*

1 LOquitur hæc lex de pertinentiis rei venditæ. Ea
1. quidem ea veniunt, quæ fundo infixa, 2. quæ
fundo infixa non ſunt, ſed ad perpetuum uſum fundi de-
ſtinata, ut ſeræ, claves &c. *h. l. in princ.* Noſtri vocant
2 Hof-Gewehr. Et hæ pertinentiæ omnes debentur, li-
cet in contractu nulla earum facta mentio. *Carpz.
p. 2. c. 33. def. 20. conf. Mantica l. 4. de tac. & amb.
convent. tit. 15. n. 11. Surdus dec.* 134. & quos refert *Dn.
Lauterbach. h. t. th. 15.* vid. *Wehnerus in obſervat. in vo-*
3 *ce* Eiſern Viehe *item in verbo* Nagelfeſt. *& Beſoldus in
Theſ. pract. in voce* Nagelfeſt. Nec ſola deſtinatio rei
ſufficit, niſi in actum fuerit deducta, ut exemplo pa-
lorum, tegularum, &c. probatur in *h. l. 17. §. 5. &
10. Cephalus vol. 1. conſ. 92. num. 26. Carpzov. p. 3.*
4 *conſt. 24. def. 10. & Lauterbach. ad §. 1. h. t. th. 15.* Exem-
pla hoc declarat *Lauterbach th.* 16. Sic catena &

ſitula

ſitula putei ad domum pertinet, ut & pharmacopolium, de quo tamen dubito noſtris moribus, niſi locum pharmacopolii vel pharmacorum intelligamus. Sic ad Diverſorium pertinent electi perpetui uſus gratia ibi
5 reperti. *Berlich. p. 2. concl. 30. num. 23. & ſeq.* quod intelligo, ſi domus ut diverſorium vendita. Sic vendito caſtro, adhærens jurisdictio ſimul vendita eſt. *Gail. l. 1. obſ. 62. num. 3. & 6.* quod ex moribus Germaniæ non habere dubium, ait *Dn. Mevius p. 2. dec. 314. num. 2.* ſi modo totum caſtrum, non partem vendat. *Mantica de tac. & amb. convent. l. 4. tit. 14. num. 11.* & hoc de tormentis etiam intelligit *Dn. Lauterbach d. l.* De cæteris rebus, quæ non debentur domo vendita *vid. Lau-*
6 *terb d. l. th. 17.* De theſauris communis eſt ſententia, ſi vetus ſit theſaurus, quod ex pecuniæ vetuſtate colligendum, eum ſpectare ad emtorem, & venditori nullum remedium competere, dictum ſupra *ad l. 67. de R. V. n. 2. conf. Chriſtinæum vol. 1. dec. 399. & Mant. l. 4. t. 16 num. 52. & ſeq.* Dn. Autor *in C. tit. de Theſaur. ad L. un. num. 1.*

## ad L. Veteres. 19.

APud Veteres Emtio Venditio, ſicut & Locatio Conductio, nec non actio emti & venditi promiſcue uſurpantur. Exempl. notab. *in l. 11. §. 25. h. t. Alciatus lib. 3. parerg. c. 22. Bach. de act. diſp. 8. th. 11. in fine. Vulteius in pr. Inſt. de Emtion. contrah. num. 2. conf. Dn. Struv. h. t. th. ult.*

## ad L. Si ſterilis. 21. §. 1.

### SVMMARIA.

*An venditor teneatur & quando, ſi fundum ſervientem pro libero vendiderit? num. 1. 2. 3 4.*

*L. 59. de contrah. emt. conciliatur. 5. 6.*

*Subſiſtit venditio, ſi error ſit circa qualitatem rei, ſed an & quomodo ſuccurratur tali caſu emtori? 7.*

*Si res vendita non traditur juſto tempore, ad intereſſe intrinſecum conveniri poteſt venditor. 8.*

*Extenditur ad Mercatores. 9.*

*Diſſentientium ſententia admitti poteſt, ſed cum temperamento. 10.*

*Conveniri etiam poteſt hac actione venditor ratione expenſarum litis. 11.*

*In obligationibus annuis alternative conceptis, licitum eſt quolibet anno variare. 12.*

*Extenditur ad Dominos, quando ſubditi ad operas vel æſtimationem operarum obligantur? 13.*

1 QUando de ſervitutibus aut tributis quæritur, tunc primo diſtinguendum eſt, an affirmaverit liberum, & tunc indiſtincte tenetur, per *L. 13. §. 14. h. t.*
2 vel an ſimpliciter vendiderit, & tunc ſubdiſtinguitur, an ignorans, an ſciens tacuerit; ſi illud, non tenetur, quod *Auguſt. Barboſ. ad l. 9. C. h. t. num. 6.* ita intelligit, ut ne quidem quanti minoris teneatur, & alle-
3 gat *Caldas de Emt. c. 27. num. 8.* qui tamen id non habet, *Franzk.* de juſta ignorantia hæredis intelligit. *h. t. num. 145.* An dicendum, ipſum non teneri ſcil. ad in-
4 tereſſe, bene tamen quanti minoris? *per l. 41. h. t. Gutierr. lib. 2. pract. quæſt. 169. Gratian. tom. 2. diſcept. c. 361. conf. Franzk. h. t. c. 7. num. 146. Dn. Lauterb. ad h. t. §. 1. th. 11.* ſin hoc, ad intereſſe etiam tenetur, *per*
5 *h. l.* Sed his videtur obſtare. *L. 59. de contrah. emt.* ubi tacens ſervitutem non tenetur, niſi ut optimum maximum vendidit. Reſpondet ad eum textum *Franzk. h. t. num. 131. & ſeqq.* quod loquatur de ſubſiſtentia contractus, vel quod de non præſtanda evictione agat.
6 Forte dici poteſt, in ea lege de ſervitute in oculos incurrente ſermonem eſſe *conf. Franzk. h. t. num. 138. conf.* Dn. Autoris *not. ad l. 61. de Ædil. Edict. num. 1.*
7 *Ad* §. 2. Si error ſit circa qualitatem rei ſubſiſtit venditio; ſed emptori non ſupine erranti, per *l. 15. §. 1. h. t.* contra venditorem ſcientem, vel craſſe ignorantem competit actio empti ad intereſſe. *hic & l. 45. de contrah. empt.* & interdum ad contractus receſſionem. *l. 11. §. 5. h. t.* Sed ſi venditoris quoque ignorantia probabilior, venditor emptori tenetur, quanti minoris. *Franzkius ad tit. de contrah. vendit. numer. 66. Lauterbach ad tit. de contrah. vend. § 1. th. 27. circa finem.*
8 *Ad* §. 3. Quando res non traditur juſto tempore, tunc habetur ratio intereſſe emptoris circa rem, ſcil. intrinſeci, v. gr. valoris vini creſcentis, non vero extrinſeci v. g. lucri ex negotiatione ſperati *Douell. in tr. de eo, quod intereſt, c. 11. Franzkius. h. t. nu. 76. Dn. Lauterb. h. t. §. 1. th. 6. Dn. Struv. h. t. th. 112.*
9 Quod etiam in Mercatoribus locum habere videtur, quia *l. 3. §. fin. ſupr. de eo, quod certo loco,* loquitur de his rebus, in quibus non poteſt conſiderari intereſſe intrinſecum, ſcil. augmentum valoris, ut in pecunia, & ideo intereſſe extrinſecum conſiderandum, ne mora maneat impunita *Pet. Barboſ. in l. 5. num. 30. & ſeq. ff. ſolut. matrim.* Autor *in C. h. t. ad L. 10.* quamvis alii contra literam textus Mercatores hic etiam excipiant: *Guido Papa ſing. 628. in fin. Berous*
10 *vol. 1. conſ. 193. num. 22.* Quorum ſententiam concedo, ſi ſolitus mercari invitus mutuum det, & certum diem ſolutioni præſtituat. *Molina tr. 2. de Juſt. & Jure d. 315. Trentac. l. 1. reſol. tit. de intereſſe reſol. un. conf. Caballinus in tr. de eo quod intereſt. nu. 13.*
11 *Baert. in ſimili tract. num. 16. & ſeq.* Huc etiam pertinent expenſæ litis, ſi quæ factæ, cum hi ſumtus inter damna computentur, *per l. 7. §. 2. quod falſo tutore. Franc. de Clapperiis part. 2. dec. 77. q. 1. conf. ad hanc legem Petr. Rebuffus in rep. l. un. C. de ſentent. quæ pro eo. quod intereſt. num. 338. vol. rep. 5. & Marpurg. vol. 2. conſ. 12. num. 74.*
12 *Ad* §. *fin.* In obligationibus annuis alternative conceptis, licitum eſt, quolibet anno variare, quia obligatio habet tractum ſucceſſivum in futurum. *Afflict. deciſ. 146. Ricc. deciſ. collect. 301. Jaſon. in l. 8. §. 1. nu.*
13 *20. de leg. 1. Johan. Wammeſ. cent. 3. conſ. 95. n. 3.* dicendum etiam videtur. Dominum, quando ſubditi ad operas vel æſtimationem operarum obligantur, ſingulis annis variare poſſe. *conf. Carpz. l. 1. Reſp. 52. Klock. vol. 1. conſ. 10. n. 526 & ſeq.*

## ad L. Si quis ſervum. 23.

### SUMMARIA.

*Vendens ſervum cum peculio, ſi manumittit, in quantum teneatur emptori? n. 1.*

*Exceptio regulæ quod non licet de alterius hæreditate paciſci. 2. & 3.*

1 VEndidi ſervum cum peculio, ſed eum manumiſi, teneor ad intereſſe, & ad illud, quod ſervus manumiſſus eſſet adquiſiturus, & cavere debeo de eo, quod ex hæreditate liberti ad eum perventurum eſt. Id
2 hoc loco tantum notandum, quod Dd. ſoleant ex hac lege proponere exceptionem regulæ, quod non liceat de alterius hæreditate paciſci, nam ſi ex neceſſitate præcedentis contractus teneatur ad id, illam conventionem
3 non eſſe illicitam. Unde notat *Bartolus* hic, propter neceſſitatem præcedentis contractus valere pactum de futura hæreditate, tanquam re acceſſoria. *Guido Papa ſing. 630. & Cagnolus ad l. fin. C. de pactis num. 59. & ſeqq. in ſexta limitatione.* quamvis rationem hic ponat in perfidia venditoris. Sed & ſic ſpeciale hoc eſſet.

## ad L. Prædia. 28.

### SUMMARIA.

*Per actionem ex ſtipulatu pœnalem non tollitur actio venditi. num. 1. & 2.*

*Pœna conventionalis ad quantitatem legitimam uſurarum non eſt adſtricta.* 3.

Berlichii *ſententia, præter pœnam conventionalem etiam intereſſe ſolvi debere ab eo, qui recedit à contractu venditionis, ex hac lege temperatur.* 4.

1 SI quis mihi vendat prædium, hoc addito pacto,
ut inſulam ſuam reficeret, & ſi non facerem, per
ſtipulationem promittam pœnam, ſi igitur non reficiam,
agit contra me actione ex Empto, quia hoc
onus in partem prædii cedit, vel actione ex ſtipulatu.
Ideoque dicitur, per actionem ex ſtipulatu pœnalem
non tolli actionem venditi, & ſic ex vendito egerit
contra me, ſi agat poſtea ad pœnam, ope exceptionis
iſtam repello. Demum ſi actione ex ſtipulatu pœnam
exegerit, poteſt agere ad intereſſe, quatenus hoc plus
2 eſt pœna. Collige ergo & nota, quando addita ſtipulatio
pœnalis contractui alicui, alterutra agendum eſſe,
niſi in uno quid amplius ſit, v. g. Vendidiſti frumentum,
& niſi intra 4. ſeptimanas tradis, promittis
pœnæ loco 50. poſt moram ad pœnam agere poſſum, &
ſi plus mea interſit, ad illud plus etiam agere poſſum
actione venditi, & ſic judicatum ait *Joh. à Sande l. 3.*
3 *t. 9. d. ult.* Collige etiam ex textu, ſi emptor ultra pretium
promittat factum, & ſi non præſtiterit pœnam,
hæc pœna ad quantitatem legitimarum uſurarum non
eſt adſtricta, quia intereſſe illud poteſt eos terminos
excedere. conf. *Trentacinq. l. 3. de ſolut. reſol. 21. nu. 9.*
*Lauterbach. ad h. t. §. 2. th. 9. in fine.* Ex hoc textu notandum,
non abſolute eſſe admittendam deciſionem
4 *Berlichii p. 1. dec. 46.* quod præter pœnam conventionalem
etiam intereſſe ſolvi debeat ab eo, qui recedit à
contractu venditionis. Nam hoc intelligendum, quatenus
in actione ex contractu plus eſt, quam in ſtipulatione
pœnæ. *vid. Donell. ad l. 115. num. 35. & ſeq. de verb. oblig.*

## ad L. Servus. 30. §. 1.

### SUMMARIA.

*Re aliena vendita, antequam evincatur res, non poſſum agere ex empto contra venditorem. n. 1.*

*Limitatur in ſciente rem venditam alienam.* 2.

*Quid ſi duo vendiderint, quorum alter ſcivit, rem alienam eſſe, alter ignoravit?* 3.

*Limitatur & eo caſu, quando imminet periculum evictionis præſtandæ.* 4.

1 SI res aliena à te mihi vendita, antequam res
evincatur, non poſſum contra te agere ex empto,
niſi ſciens dediſſet alienam, ubi ſtatim agi poteſt ob
2 dolum. *Conf. not.* Dni Autoris *ad l. 11. §. ult. h. t. nu.*
*19. Franzk. nu. 109. Carpzov. p. 2. c. 34. def. 21.* Et vendenti
agendi ad pretium obſtat exceptio doli. *Surdus*
3 *deciſ. 253.* Et rem poteſt reſtituere emptor. Et ſi duo
vendiderint, quorum unus ſcivit alienam eſſe, alter
ignoravit, ille ſtatim in ſolidum conveniri poteſt. *Mo-*
4 *linæus de divid. & individ. p. 3. num. 204.* Sed ſi neſciens
rem alienam vendiderit, diſtinguitur, an immineat
de evictione actio, vel præſtandæ evictionis periculum,
annon: illo caſu agat ſtatim, ſed hoc caſu non,
per *l. 24. C. de Evict. ibique* Dn. Autor *n. 5. Carpz. p. 2.*
*c. 34. def. 31. 31. Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 2. th. 3.*

## ad L. Si ea res. 31.

INter eos, qui unam rem emerunt, eum potiorem
eſſe, cui res prius tradita, hic & *L. Quoties. 15.*
C. *de R. V. vid. Gabriel. de emt. concl. 2. Gail. lib. 2.*
*obſ. 55. Hartm. Piſt. p. 2. q. 29. Branch. ad L. Quoties*
*utrinſque cauſa. ff. de R. J. vide notata* Dni. Autoris
*ad l. 15. C. de R. V. nu. 1. & ſeqq.* Ibi dantur exceptiones,
quæ recedunt à regula.

## ad L. Quæro. 39.

### SUMMARIA.

*Venditor tenetur certiorare omnis rei venditæ, ſi contra agit, obligatur ad intereſſe. num. 1.*

*Quid ſi paciſcatur, ſe nolle teneri de oneribus?* 2.

*Collectio* Bart. *ex prædictis.* 3.

1 QUi fundum vendit, & ſcit aliquam partem eſſe
alterius, ſi illum non certioret, tenetur ex empto
ad intereſſe, & ſi venditor expreſſe paciſcatur, ſe
nolle teneri de ſervitutibus, ſi quæ debebuntur, ſi ſciat
2 aliquam certam ſervitutem, debet eam exprimere; Nam
illa exceptio generalis non debet pertinere ad illa, quæ
venditor novit, quæque ſpecialiter exprimere potuit
& debuit, ſed ad ea, quæ ignoravit, & de quibus
certiorare emtorem nequivit. *Molina p. 2. diſp. 353. nu.*
*16. Vivius dec. 382. n. 1. Trentacinq. de Emt. tit. 11. in fine.*
Unde colligit *Bart. hic.* quem laudat *Covarr. c. peccatum.*
3 *p. 2. §. 4. nu. 6.* ſi vendam frumentum aliquo
pretio majori, ſciens à ſenatu minus pretium ſtatutum
iri, teneri me ex emto, quanti minoris emiſſet, ſi
ſciviſſet, *conf. Pinell. ad l. 2. C. de Reſc. vend. p. 3. c. 2.*
*num. 22. & ſeq.*

## ad L. In Venditione. 41.

### SUMMARIA.

*Venditor rem venditam debet liberam præſtare ab oneribus extraordinariis. nu. 1.*

*Venditor promittens, ſe præſtiturum rem liberam ab omnibus oneribus, hic non comprehenduntur onera uſitata.* 2. & 3.

1 VEnditor rem venditam liberam præſtare debet ab
extraordinariis oneribus, quæ non autoritate publica,
& communi lege omnibus ſimilibus rebus ſunt
impoſita, ſi ea non indicavit Autor *in C. tit. de Com-*
2 *penſ. ad L. 10. num. 3.* Aliud in uſitatis & conſuetis tributis,
quæ communi lege omnibus ſimilibus rebus
ſunt impoſita, quæ non poteſt non ſcire emptor, &
præſtatio evictionis, non niſi pro oneribus ignotis &
occultis venditori injungitur. *arg. l. ſi fundum 27. C.*
*de Evict. Carpz. p. 2. c. 34. def. 10. Dn. Lauterbach. ad*
3 *h. t. §. 1. th. 11.* Licet venditor dixerit, ſe præſtiturum
rem liberam ab omnibus oneribus, quia hæc promiſſio
non continet onera uſitata. *Franzk. h. t. nu. 169. &*
*ſeqq. Caballinus de Evict. §. 5. n. 72. Carpz. lib. 4. Reſp.*
*79. Lauterbach. d. l.*

## ad L. Si duorum. 42.

SI quis duos fundos vendat, & utroque certam
menſuram exprimat, ſine dolo tamen, id quod
in uno abundat, cum defectu in altero compenſandum
eſt.

## ad L. Titius. 43. & ſeqq.

### SUMMARIUM.

*Rem alienam vendens, quando teneatur ad intereſſe uſque ad duplum, & quando ultra duplum.*

EX his textibus colligunt *Bald. Bart. Caſtrenſis.* Si
quis ignorans rem alienam vendiderit, teneatur ad
intereſſe uſque ad duplum? Autor *in C. tit. de Evict.*
*ad L. 25. num. 4.* ſi vero ſciens, ad verum intereſſe,
etiam ultra duplum. *Autores dicti & Petr. Rebuffus in*
*rep. l. un. C. de Sentent. quæ pro eo, quod intereſt. n. 130.*
*Bereng. Paulac. in rep. d. l. un. n. 130. tom.* 8. Licet aliter
diſtinguat *Sebaſt. Sapia in rep. d. l. n. 33. vol.* 8. ubi diſtinguit,
utrum alienam rem, an vitioſam vendat, ut illic
intra duplum, hic ultra. *vid. & Fortun. Garciam in*
*l. Juris gentium. num. 23. & ſeq. vol. 1. De repudiatione*
*Legati,*

*Legati, & verbo noluiſſe. vid. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 12. t. 14. num. 7.*

## ad L. Lucius Titius. 47.

*SUMMARIA.*

*Ad uſuras & ad pœnam conveniri poteſt is, qui non ſtat promiſſis. num. 1. 2.*

*Caſus ubi uſura ratione mutui, licet non promiſſa, peti poſſunt. 3.*

*Uſura Compenſativa & de Jure Canon. ſunt licita. 4.*

1 EMI materiam & dedi pretium, qood ſub oſuris graviſſimis motuo accepi, & placuit, ut niſi præſtaret, pœnam hanc ſolveret. Sed ille non ſtat promiſſis, vertit pecuniam à me datam in uſus proprios, hic dicitur, eum & ad pœnam & ad uſuras conveniri
2 poſſe. Quod iniquum hic putat *Grœnwegen.* Sed uſuras ſolvit ob uſum pecuniæ, & pœoam ſolvit ob fractam fidem. Ex diverſis cauſis ergo agitur. *Cujac. tom. 1. pag. 1629. Vid. Sande lib. 3. tit. 9. def. ult. Petr. Barb. in l. de diviſione. 5. num. 31. ff. ſolut. matr.* Et qoando debitor ad diem non ſolvit, & propterea coactus fuit creditor aliunde ſub uſuris pecunias mutuo accipere, ob neceſſitatem urgentem, tunc teoetur debitor iſtas oſuras reſtituere, præſertim ſi interpellatus fuerit debi-
3 tor, cum de magoo præjudicio agatur. *Hip. Riminald.*
4 *vol. 1. conſ. 67. n. 1. vid. notata* Dni. Autoris *ad l. 28. h. t. n. 2.* Colligitor ex textu, quando emptor ſub oſuris accepit peconiam, toties etiam, noo reluctante Jure Canonico, ſortem cum uſoris præſtandam eſſe emptori, cum ſint damni compenſativi, ut deciſom refert *Franc. de Clapper. in ſua cent. dec. cauſ. 77. q. 2. in fine* De purgatiooe moræ, quam nonnulli in fine h. leg. & §. fin. præſumunt, *vid. Jac. de Nigris in rep. l. ſi inſulam. n. 126. de V. O. & ibi Joh. Hannibal. in d. l. nu. 82. vol. 6.*

## ad L. Titius. 48.

*SUMMARIA.*

*Venditor inſtrumenta fundi, quibus fundi fines continentur, edere debet. num. 1.*

*An venditor teneatur ipſa inſtrumenta venditionum, an tantum tranſſumptum edere? 2.*

1 VEnditor inſtrumenta Fundi, quibus foodi fines continentur, edere, & confinia oſtendere debet, *vid. Marta tom. 4. dec. tit. confinia c. 15.* Collige, fioes per ioſtrumenta probari. *Maſc. concl. 394.* Ex hoc puto verum eſſe, licet per averſionem res veodita. Hoc caſu fines noo eſſent præſtandi omnes, ſed tamen demooſtrandi ac ootificandi à venditore, in quantum eorom ootitiam habet. Circa inſtrumeota edenda quæ-
2 ritur hic, ao Venditor teneatur ipſa inſtrumenta venditiooum domus exhibere, an vero ſufficiat oſtendere ſaltem, & eorum exempla edere? Et poſterius videtur hic probari, ſed ad eum caſum reſtriogit *Carpz. p. 2. Juriſpr. conſt. 33. def. 18. & Lauterbach. h. t. §. 1. th. 17.*

## ad L. Qui per colluſionem. 49. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Uſuræ conventa, licet in ſententia non adjudicata, peti poſſunt. num. 1.*

*Limitatur in pœnalibus ex mora. 2.*

*Ampliatur Limitat. 3. 4.*

*Uſura ex judicato debita, etiamſi ſors ſine Proteſtatione accepta, peti poſſunt 5.*

*Num & in aliis caſibus poſt ſortem acceptam. 6.*

1 SI uſuræ ex conventione debeantur, licet in ſenteotia ooo ſint adjudicatæ, peti tamen poſſunt. *Carpzov. p. 2. conſt. 30. defin. penult.* Et Autor *in C. tit.*
2 *de Judic. ad L. 1. num. 8.* Aliud tamen, ſi officio judicis tantum debeantur, propter moram in bonæ fidei judiciis, ut hic. Nam harum nomioe poſt judicatum
3 petitio nulla eſt. *Carpz. d. l. Dn. Mev. p. 1. dec. 219. & p. 3. dec. 420.* Idem in expenſis. *Petr. Barbos in l. Eum qui temere. 39. num. 132. ff. de Judiciis.* Idem in fructi-
4 bus. *Petr. Barb. in rubr. ſolut. matr. p. 3. num. 61.* Sed
5 quid ſi ex judicato debeantur? R. quia hæ oſuræ non officio judicis, ſed ex *l. 2. C. de uſuris rei judicatæ* debetur, ideo etiamſi ſors ſine proteſtatione accepta, uſuræ tameo rei judicatæ adhuc peti poſſe judicatom refert. *Vinc. de Franchis deciſ. 211. n. 5. & Sande lib. 3. t. 14. def.*
6 *10.* Ex hac lege porro ſequitur, poſt acceptam ſortem, petitionem uſurarum nullam eſſe. *Hartm. P. ſt. obſ. 102. Carpz. p. 2. Juriſpr. conſt. 30. def. 12.* Autor *ad L. 13. n. 4. 5. C. de Uſuris.*

## ad L. Bona fides. 50.

*SUMMARIUM.*

*Ex capite ætatis, doli &c. reſtitutus non audiendus, niſi re reddita, quam accepit.*

QUicunqoe ex capite ætatis, doli, metus læſionis ſe petit reſtitui, non aliter audietur, quam re reddita, quam accepit, hic & *l. un. C. de reput. ibique* Dn. Autor *n. 3. Menoch. conſ. 644. nu. 1. & ſeq. & conſ. 111. n. 63. Pinell. ad l. 2. C. de reſc. vend. p. 3. c. n. 24.* Ex Autor *ad L. 1. num. 6. C. de Cupreſſ. en luco Daph.*

## ad L. Si & per emtorem. 51. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*Regula: Ultima mora nocet, limitatur.*

ULtima mora nocet, *per L. illud. 17. ff. de Periculo & commodo, ibique* Dn. Autor *n. 2. Et in C. h. t. ad L. 2. n. 5.* quod hic limitatur, niſi primo moroſus qoi eſt, dolum commiſerit; *per hunc §. in fin.* qood ſingulariter *hic Bart.* notat & *Romanus ſing. 187.* & quos refert *Lauterbach ad tit. de peric. & comm. §. 1. nu. 6.* Ergo ultima mora culpoſa abſorbet moram culpoſam priorem alterius, ſed prior mora doloſa abſorbet ultimam moram culpoſam, quia ſemper dolus præpooderat culpæ.

## ad L. Creditor. 52.

*SUMMARIA.*

*An redimens collectas publicas poſſit vendere bona eorum, qui collectas non ſolverunt. 1.*

*Idem dicitur de Civitate, tributa ſolvente pro Civibus. 2.*

*Venditor fundum venditum liberum debet præſtare. 3.*

*Ampliatur in fundo oppignorato filia in dotem dato. 4.*

1 LEx plana eſt, & vult, qood venditor exhibere debeat omnia documenta ad rem venditam pertinentia. Sed ex hac lege colliguot, eum qui redemit collectas publicas, poſſe veodere bona eorum, qui tributa & collectas non ſolverunt, & ita ſuccedere in privilegio fiſci. *Caſtrenſis hic & Baldus in l. 1. C. ſi propter penſitationes public. Franc. de Clapperiis p. 1. cauſ. 48.*
2 qui hunc textum notabilem vocant. Et hoc jure etiam Civitas, pro Civibus ſi ſolvit tributa, poteſt uti jure fiſci, modo fiat bona fide & palam, auditis prius debitoribus, pro quibus ſolvit.
3 *Ad §. 1.* Venditor debet liberum præſtare fundum venditum *l. 5. C. de Evict. ibique* Dn. Autor *num. 7.* Hoc idem hic ad eum, qui foodum oppignoratum filiæ in dotem dedit; Nam filius patris hæres, ſi filia dotata abſtineat patris hæreditate, debet fundum liberare.
4 *Dn. Lauterbach. h. t. theſ. 12.*

## TITULUS II.

### Locati Conducti.

### ad L. Locatio & Conductio. 2.

*SUMMARIA.*

*Inter locationem & Venditionem maxima eſt affinitas. num.* 1.
*Exempla locationis rei ſuæ.* 2.
*Venditio quid?* 3.

1 LOcatio & venditio fere iisdem regulis continentur, verb. gr. venditio requirit certum pretium, locatio certam penſionem, venditio rei ſuæ eſt, ita nec locatio. Repetiuntur tamen hodie exempla rei ſuæ locatæ in *l. 37. de pign. act. l. 27. de Adquir. poſſeſ. Wiſſenb. h. t. th.* 13. *Bachov. th. 2. lit. C. & D. Mant. l. 3. t.*
2 3. *num.* 6. Et hodie ſolet dominus ſuam rem à Creditoribus conducere. Adeo autem hi contractus conveniunt, ut in nonnullis caſibus dubitetur, uter contra-
3 ctus ſit. Breviter, Venditio eſt, cum hoc agitur, ut dominium transferatur, licet ſimul actum, ut aliquid faciat Emptor, modo pretium principaliter intendatur, *vid. Menoch. remed. 4. retinend. poſſ. num. 6. & ſeq. & lib. 3. præſumpt. 73. Donell. lib. 13. cap. 6. Mantic. lib. 5. tit. 2. Molina d. 487. nu. 39. Struv. Ex 24. th. 8. Franzk. h. t. n. 4. & ſeq.* Conſideratur autem hic materia in qua, non ex qua *l. 20. ff. de Contr. Emt. Franzk. num.* 6.

### ad L. Locatio. 4.

*SUMMARIA.*

*Regula: Locatio ad heredes eſt tranſitoria, limitatur. num. 1. & 2.*
*Locatio operæ eſt vel nudæ operæ, vel ſimul operis.* 3.

1 LOcatio quidem, ut regulariter ſolet in contractibus fieri, ad hæredem tranſit; limitatur tamen id hoc loco, ſi locatio reſtricta ſit ad beneplacitum locantis. *Molina diſp. 489. Valaſc. conſult. 67. num. 3. Decius ad l. 3. ff. de R. J. numer. 7. Mant. de tac. & amb. convent. lib. 5. tit. 9. num.* 10. Autor *in C. h. t. ad L.* 10.
2 *n.* 1. Collige ergo, voluntatem hominis morte finiri. Unde omnia, quæ ad beneplacitum ſuum conceduntur, morte ceſſant. *hic & l. 32. §. fin. de donat. inter virum & uxorem. Gail. lib. 2. obſ. 60. num. 15. Barboſa locupl. lib. 19. c. 41. axiom. ult.* Sed in locatione operæ,
3 (quæ vel eſt nudæ operæ, v. gr. famulandi, informandi, vel etiam ſimul operis, in illa locator dicitur, qui mercedem accipit conductor, & qui dat, locator dicitur. *Franzk. h. t. §. 1. th. 2.*) huc ſæpe contingit, ut locatio etiam morte conductoris finiatur, quando per hæredem non æque commode expediri poteſt. *Caldas de Empt.* c. 26. *num.* 25. *Molin. d. l. Azorius tit. de Locat. c. 5. q. 1. Mant. l. 5. tit. 4. nu.* 13. Autor *in C. h. ad L. 10. num.* 2.

### ad L. Si tibi. 5.

*SUMMARIA.*

*Convenitur actione locati conducti is, qui primo ſub certa mercede domum conduxit, mercede vero poſtmodum remiſſa, ſi damnum dederit in ædibus. num.* 1.
*Qualitas contractus æſtimatur ex eo, quod ab initio geſtum eſt.* 2.

1 LOcavi habitationem ſub certa mercede, poſtea remiſi mercedem: conductor dedit damnum in ædibus, quæritur, qua actione poſſit conveniri? R. actione locati conducti; nam licet ſine mercede nulla locatio, hic tamen ab initio intervenit merces, ſed poſtea remiſſio. Ergo ex poſt facto remitti poteſt pretium vel merces eodem manente contractu. Ex hac
2 lege concluderem, ſi prius de pretio in venditione convenerit, poſtea autem placuerit, ut loco pretii operæ præſtentur, dari actionem venditi, & non præſcriptis verbis, ſicuti in Facultate noſtra decretum memini.

### ad L. Is, qui rem. 6.

*SUMMARIA.*

*Conductor ex actione furti, ob rem conductam furto oblatam lucrum percipiens, illud non tenetur reſtituere. num.* 1.
*Lex obſtans* 22. pr. de act. pign. *conciliatur.* 2.

1 COnduxi equos ad iter, fur aliquis furatur aliquem equum, ego illum furem actione furti convenio, an illud lucrum teneor reſtituere? Videtur quod ſic, *per l. 22. pr. de Act. pignor.* Sed negatur; Nam aliud eſt
2 in pignore, quod nullam parere debet utilitatem creditori, & non eſt periculum Creditoris. Aliud eſt in conductore & commodatario. *l. ult. §. 3. C. de furtis.*

### ad L. Si tibi. 7. cum ſeqq.

*SUMMARIA.*

*Conductor primus poteſt alii ſublocare, modo ſublocatio in æque idoneum fiat. n. 1. 3. 5.*
*Quid ſi ſubconductor turbetur à locatore primo, num hic teneatur conductori?* 2.
*Subconductoris res illatæ tacite obligatæ ſunt primo locatori, ſi penſio non ſolvitur.* 4.

1 COnductor primus poteſt alii ſublocare, *per l. nemo C. h. t.* Si igitur ſubconductor impediatur à Domino, Locator primus conductori primo non tantum tenetur ad penſionem, ſed ad omne intereſſe, in
2 quantum primus Conductor ſecundo fuit condemnatus. Sed conceſſa eſt ſublocatio, ſi in æque idoneum
3 fiat. *Mex. tr. de nat. Locati num. 4. Gomez. t. 2. c. 3. nu. 11. Azorius p. 3. inſt. mor. l. 8. tit. de Locato. c. 3. q. 8. conſ. Afflict. deciſ.* 401. Autor *in C. h. t. ad L. 6. num.* 4. Ita ſtudioſus de domo conducta ante tempus recedens, jure alium non rixuſum ſurrogare poteſt. *Barboſa ad l. 6. C. h. t. num. 3. Lauterbach. hoc t. §. 1. th.* 8. Condu-
4 ctoris autem ſecundi res illatæ locatori primo pro ea parte, qua conduxit ſecundus conductor, obligatæ ſunt in prædiis urbanis *l. 11. §. 5. ff. de pig. act. Gomez. t. 2. c. 3. num. 11. Franzk. h. t. num. 156. & Lauterbach. d. l.* Sane conductorem operæ vel operis non poſſe locare, evidens eſt, ſi ſc. perſonæ induſtria electa, aliud, ſi æque commode per alium expediri poſſit, v. gr. ſecare ligna &c. Aliud ſi ædificium extruendum, merces transvehendæ. *vid. Dn. Mev. lib. 3. Juris Lub. t. 8. art. 5. nu. 3. & ſeq.* Sic etiam conductor operas conductas; ſi de contrahentium contraria mente non appareat, alteri locare poteſt. *Dn. Lauterbach. d. l.*

### ad L. Si quis domum. 9.

*SUMMARIA.*

*Conductori culpa locatoris rem locatam uſurpare non valenti tenetur locator ad omne intereſſe. n.* 1.
*Limitatur.* 2.
*Limitatio hæc non convenit aliis contractibus.* 3.
*Ad fructuum copioſæ perceptionis præſtationem locator conductori non eſt obligatus.* 4.
*An uſufructuarii hæredes teneantur conductori, ſi locator uſusfr. moriatur ante tempus conductionis finienda?* 5. 11.
*Limitatur.* 6.
*Ampliatur in vaſallo ratione feudi locati.* 7.

In

*In marito, ratione fundi dotalis.* 8.
*Limitatur ratione Paraphernalium.* 9.
*Quid ſi Prælatus locaverit prædia Eccleſiæ?* 10.
*Remiſſio mercedis peti non poteſt, ſi conductor periculum peſtis prævideat.* 12.
*Limitatur.* 13.
*Quomodo & quando expulſus conductor agere poſſit contra locatorem?* 14.
*An in pacto, ubi conductor in ſe recipit caſum fortuitum, etiam contineantur caſus rariſſimi & inſolitiſſimi.* 15.
L. h. 9. §. *interpretatio* Hilligeri *inconveniens.* 16.

1 SI Conductor culpa locatoris non poſſit uti re lo-
cata, locator ad omne Intereſſe tenetur, niſi ig-
norans v. g. rem alienam locaverit; Nam hic liberari
videtur, ſi æque commodam habitationem præſtet.
2 Nam de domo bona fide empta hic ſermo. Et ita
*Franz. h. t. nu.* 4 qui hunc textum de ignorante lo-
catore interpretatur poſt *Arumæum Exer.* 14. *th.* 11. &
*Dn. Lauterbach. h. t.* §. 1. *th.* 8 ubi id in aliis contra-
ctibus non eſſe dicit. Deinde nota, locatorem præ-
ſtare conductori facultatem utendi, & ita quæ hoc im-
3 pediunt, removere, ſed ut fructus percipiantur in co-
pia, id non opus eſt, ut præſtetur. *l.* 15. §. 5. *h. tit. Dn.*
4 *Mev. p.* 1. *dec.* 197. Et in hoc differt locatio a venditio-
ne. *vid. Carocius de Locat. p.* 2. *tit. de Evict. n.* 2. & 3.
5 *Ad* §. 1. Si uſufructuarius, ut talis; ad quinquennium
locavit prædium, & ante id tempus moriatur, hæ-
redes non tenentur ad evictionem, vel ut frui liceat,
quia ſciens conduxi rem non tranſitoriam ad hære-
des, & hunc caſum proſpicere debuit, & ideo nec re-
6 petit expenſas ad quinquennium duraturas, niſi lo-
cator ut rem propriam locaverit, ſed conductor pro
rata temporis mercedem præſtat, quo uſus eſt, licet
Dominus fundi vindicet, vel domus exuſta *Cagnol. ad
l. Diem functo, ſupr. de officio aſſeſſ. num.* 83. *& ſeqq. P.
Barb. in l. fructus.* 7. *n.* 11. & *l.* 8. §. *fin. p.* 1. *num.* 17. *ſol.*
7 *matr. Lauterbach.* §. 1. *th.* 8. Idem ſi vaſallus locet fun-
dum feudalem, ut talem. *Molina tr.* 2. *d.* 490. *nu.* 5.
8 *Lauterbach. d.* §. 1. *th.* 20. Sed quid in marito, fundum
dotalem qui locavit, & ante tempus finitum mor-
tuus eſt? Dicendum eſt, non teneri ſtare viduam,
propter *l.* 25. §. *fin ff. ſolut. matr. Covar. l.* 2. *reſol. c.*
15. *nu.* 5. *Cujac. l.* 25. *obſ.* 38. *Bachov. d.* 29. *th.* 2. *lit. E.*
Sed cauſative tamen tenetur, ſi nolit a mariti hære-
dibus ob cautionem conveniri. *l.* 25. §. *fin ſol. matr.
Lauterb. d.* §. 1 *th.* 29. *Franzk. h. t. n.* 128. *conf. conſt.
Aug.* & *ibi Moll. Carpz. p.* 2. *conſt.* 37. Sed in parapher-
9 nalibus, quæ maritus conſentiente uxore adminiſtra-
vit, uxorem teneri ſtare locationi mariti, plerique vo-
lunt. *Covarr. d. c.* 15. *n.* 5. *P. Barb. in l. ſi filio familias.*
25. §. *fin in pr. n.* 1 *Gomez. d. c.* 3. *n.* 8. *Caldas de Emp.
c.* 26. *n.* 2. *conf. Carpz. p.* 2. *c.* 37. *d.* 3. & *l.* 5. *Reſp.* 78.
*num.* 8. *Barb. ad l.* 9. *C. h. t. n.* 30. *Dn. Lauterbac.* §.
1. *th.* 16. Sed quid ſi Prælatus locaverit prædia Ec-
10 cleſiæ? R. ſi nomine Eccleſiæ locavit, Eccleſia tene-
tur; ſecus eſt, ſi locaverit res ad proprios reditus ſuæ
dignitatis pertinentes. Nam illud fecit ut legitimus
Adminiſtrator, hoc ut uſufructuarius. *Mantica de tac.
& amb. convent. lib.* 5. *tit.* 12. & *ſeqq. Trentacinq. l.* 3.
*tit. de Locat. Reſol.* 3. *Zaſius h. t. num.* 30. & Lauterbach.
11 *h. t. th.* 16. *Ex hac* etiam *lege* ſequitur, evictionem
non eſſe præſtandam, quando res reſtituenda ex rei
natura, quam emptor ſcivit. *Menoch. l.* 3. *præſ.* 118. *n.*
11. *Tiraq. d. Retract. conſang.* §. 9. *gl.* 9. *n.* 35. & quos
refert *Petr. Barb. ad l. Venditor.* 49. *ff. de Judic. nu.* 87.
12 Porro ſequitur, non poſſe remiſſionem mercedis pe-
ti, ſi conductor periculum peſtis prævidit, niſi peri-
13 culum longe plus accreſcat *Gail. l.* 2. *obſ.* 23. *num.* 6.
& 21. *Pantſchmannus p.* 1. *qu.* 5. *num.* 6. *Lauterbach.
h. tit.* §. 1. *th.* 24. Autor *in C. h. t. ad L.* 12. *numer.* 1.
14 Demum & illud ſequitur, ſi expulſus conductor ve-
lit agere contra locatorem, diſtinguendum eſſe, an
voluntate locatoris res in ſingularem ſucceſſorem ſit
translata, an vero ex neceſſitate juris; ut illo caſu ad
omne intereſſe, Autor *in C. h. t. ad L.* 15. hoc vero
caſu, de quo ſic etiam agitur, ad remiſſionem mer-
cedis pro futuro tempore niſi ipſe celaverit hanc qua-
litatem. *Molina de jur. primog. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 8. &
*ſeq. Lauterb. h. t.* §. 4. *th.* 31.
15 *Ad* §. 2. Valet pactum, ut Conductor in ſe reci-
piat caſum fortuitum; hoc caſu inſolitis etiam tene-
ri, putat *Carpz. part.* 2. *c.* 37. *defin.* 17. Autor *in C.
h. t. ad L.* 28. *n.* 1. & 2. Quod intelligo, ſi vero ſimi-
liter de eo cogitarunt. conf. *Fach. lib.* 1. *q* 86: *Caro-
cius a. tr. de caſib. & periculis p.* 161. Rariſſimos ſane
& inſolitiſſimos caſus ipſe *Carpzov. d. l.* & *conſt.* 26. *de
fin.* 18. excipit & quos refert *Dn. Lauterb.* §. 3. *in fin.* &
*Valaſcus qu.* 27. *de Jure Emph. num.* 35. ſi nec in ge-
nere nec ſpecie de eo caſu cogitari potuit. *Franzk.
h. t. n.* 127. *Chriſt. vol.* 3. *dec.* 111. *nn.* 7. diſſ. *Zæſ. n.* 31.
16 *Ad* §. 3. Si interpretationi *Hilligeri in Donellum lib.*
13. *cap.* 1. *lit. C.* fidem habeamus, quod in hoc §. con-
ductor caſum fortuitum præſtaret, colligeretur ex hoc
pactum, de cuſtodiendo igne & ad caſum fortuitum
pertinere, excluſa omni culpa, ſed quia hoc durum,
lectio etiam varie hic ſollicitata, in medio id relinquo.
In §. 4. dolum abeſſe, non debet probari, ſed ab actio,
fraus ab adverſatio probanda. *Hill. l.* 4. *c.* 24. *l. C.*

## ad L. Videamus. 11. pr.

### *SUMMARIA.*

*Conductor culpam, & inquilinorum vel etiam hoſpitum ſuorum interdum præſtare tenetur. n.* 1.
*Quando teneatur de incendio, culpa familiæ excitato?* 2.

1 COnductor non tantum præſtat culpam a ſe ad-
miſſam, ſed & eorum, quos admiſit in ædes,
Autor *in C. h. t. ad* L. 28. & 29. ſi modo culpam in
iis inducendis admiſit. *Dn. Mev. ad Jus Lubec. l.* 3.
*tit.* 8. *art.* 29. *Carpz. p.* 4. *c.* 17. *def.* 14. *Berl. p.* 4. *concl.*
25. *n.* 110. & quos refert *Dn. Lauterbach. ad h. t.* §. 3.
2 *th.* 7. & ſic de incendio culpoſo, culpa familiæ exci-
tato tenetur conductor, ſi famulus delinquat circa
officium ſibi commiſſum, in quo paterfamilias eius
opera utitur, ut ſi ſtabularius ignem aut candelam
in ſtabulo negligenter cuſtodiat. *Gail. lib* 2 *obſ.* 21.
de quo videantur Dd. allegati a *Chriſtinæo deciſ.* 112.
*vol.* 3. & *Lublerus de incendio c.* 2. *numer.* 62. *Rauch.
p.* 2. *qu.* 10. Autor *in w. tit. de periculo & commodo rei
vend. ad L.* 11. *nu.* 1.

## ad L. Idem queritur. 13. §. 5.

### *SUMMARIA.*

*Artifex tenetur culpa leviſſima ratione materiæ datæ num.* 1.
*Ampliatur.* 2.
*Non tenetur, ſi vitium fuit in materia.* 3.
*Limitatur.* 4.
*Voc. periculi homonymia.* 5.
*An & quando conductor veniente exercitu prædium deſerere coactus, teneatur locatori?* 6. & 9.
*Ampliatur.* 7.
§. 8. hujus l. *extenſio.* 8.
*Conductor poſt tempus remanens in prædio ruſtico, id tacite reconduxiſſe cenſetur, manente hypotheca tacita invectorum, ut & pignore a debitore principali conſtituto.* 10. & 11.
*Ampliatur Reconductio tacita immobilibus locatis.* 31.
*In operis locatis.* 32. & 33.
*Non ſubſiſtit ratione reconductionis tacite oppignoratio, ab alio facta, nec fidejuſſoris obligatio.* 12.
*Limitatur.* 13.
*An pacta & pœna priori locationi addita videantur in reconductione repetita?* 14. & 15.
*In quot annos fiat reconductio in ruſticis prædiis.* 16.
*In quot, in urbanis?* 17. & 18.

*In quibus caſibus reconductio locum non habeat?* 19. 13. 24. & 25.
*An &, ſi in ſcriptis prima conductio facta.* 20. 21. & 22.
*Ante tempus finitum nulla eſt reconductio tacita.* 26.
*§. ult. h. l. non extendi poteſt, quando fructus unius anni venditi, nec in Emphyteuſi.* 27.
*Re certo pretio locari ſolita, eodem pretio reconductio, vel tacita conductio facta cenſetur.* 28.
*Locatio prima & tacite fieri poteſt.* 29.
*Electus ad aliquod officium, cum ſolito ſalario electus præſumitur.* 30.

1 SI caſu in materia artifici data accidat, artificis
culpa etiam leviſſima, tenetur artifex. *Franzk.*
2 *numer.* 204. Autor *ad L.* 28. *C. h. t. num.* 5. Idem ſi
ſpecialiter pro cuſtodia mercedem acceperit *l.* 40. *h.*
3 *t. Habnius ad Weſenbec. num.* 4. Si ex vitio materiæ,
Domini eſt damnum, & locator nihilominus merce-
4 dem ſolvere tenetur. Sed interdum artifex etiam hoc
caſu tenetur, ſi caſum in ſe recipit *hoc §.* 5. vel tan-
tundem reſtituere debuit, ut aurifaber *arg. l.* 31. *h. t.*
5 *Struv. h. t. th.* 23. Nota, hic periculum pro caſu for-
tuito poni, alias periculum ſignificat damnum colpo-
ſum, *per l.* 36. *h. t.* ut notat *Roman. ſing.* 442. & quos
ibi addit *Additionator*, Autor *ad L.* 1. *n.* 6. *C. depoſit.*
*Ad* §. 7. Quando conductor veniente exercitu de-
6 ſerit prædium, ſi reſiſtere aut conſervare non potuit,
non tenetur, modo juſto tempore denunciaverit lo-
catori, ſi potuit. *vid. Ruinus conſ.* 147. *in fin. l.* 1. &
*Socinus Junior conſ.* 120. *num.* 19. *vol.* 3. *Menoch. lib.*
2. *Arb. Quæſt. caſ.* 137. *n.* 18. & *ſeq. Caroc. tit. de re-*
*miſſion. merced. p.* 3. *num.* 48. *Pantſchman. q.* 4. *Franz.*
*nu.* 122. Colligunt etiam exinde nonnulli, ut *Theſſau-*
7 *rus dec.* 108. quod in omni caſu, quando remiſſio
petitur, denunciatione prius facta opus ſit. vid. ta-
8 men *Menoch. d. l.* Hunc §. etiam ad prædium urbanum
extendunt *vid. Franzk. num.* 123. Nec deſerens tene-
tur, ſi domus damnum paſſa non ſit, ſed tunc de-
9 mum, ſi ex deſertione non denuntiata, paſſa ſit
damnum, cum denunciare potuerit. *Ripa Rubr. de*
*peſte numer.* 23. *Lauterbach. h. t. paragrap.* 1. *th.* 23.
*Franzk. h. t. nu.* 122. *Pantſchman. q.* 44. *Menoch. conſ.*
246. *num.* 31. *Soc. Junior conſ.* 120. *num.* 19. *vol.* 3.
10 *Ad* §. *ult.* Si Conductor poſt tempus remanet in
prædio ruſtico, non modico tamen temporis ſpatio.
*Mantica de tac. & amb. convent. lib.* 5. *tit.* 15. *nu.* 17.
*Molina de juſt. & jure tract.* 2. *dec.* 498. *num.* 5. Au-
tor *in C. h. t. ad L.* 16. *num.* 1. & quos refert *Dn. Lau-*
*terbach. ad h. t.* §. 1. *th.* 3. videtur reconduxiſſe, & hy-
potheca tacita invectorum manet. *Afflict. dec.* 163 *n.*
5. & alii quos laudat & ſequitur *Menoch. remed.* 3.
11 *adip. poſſ. numer.* 157. & pignora manent obligata a
12 debitore data: ſecus ſi alio, cum nec fidejuſſores obli-
gati maneant, *arg. l.* 7. *C. h. t. Gomez. c.* 2. *n.* 17. *Mo-*
*lin. d. l. num.* 11. quia fidejuſſio non a voluntate con-
trahentium, ſed a tertii arbitrio dependet, & idem in
13 oppignoratione a tertio facta. *Dn. Lauterbach. h. t.*
§. 1. *th.* 3. *Mantica l.* 5. *de tac. & amb. conv. t.* 15. *nu.*
22. Niſi fidejuſſores in prorogationem conſentiant,
14 aut indefinite non ad certum tempus ſe obligave-
rint. *Paul. Pariſ. conſil.* 48. *numer.* 17, *lib.* 1. Et pacta
priori locationi addita, videntur repetita, *Mantica*
15 *dict. t.* 15. *num.* 19. Pœnas in primo contractu con-
ventas non repetitas videri, tradit *Neguz. de pignor.*
*membro. partis.* 3. *numer.* 22. *in fine* & *Mantica dict.*
*t.* 15. *numer.* 23. *poſt. Bartolum.* Sed rationes *Mantica*
16 non videntur ſatis hoc probare. Et fit Reconductio
in annum [ apud nos procul dubio in triennium, cum
fructus non poſſint perfecte in omnibus campis, niſi
exacto triennio, percipi, ſicut alibi quinquennio,
17 *Franzk. h. t. n.* 18. Autor *in C. h. t. ad L.* 16. *n.* 5. ] In
urbanis vero pro tanto tempore, quanto conductor
poſt conductionem primam finitam habitaverit, &
Domino hactenus patiente, manſerit; Autor *in C. h.*
*t. ad L.* 16. *num.* 1. *Menoch. lib.* 3. *præſumt.* 86. *num.* 6.
18 *Wammes. cent.* 1. *conſ.* 83. *n.* 9. & *Dd. comm. teſte Franz-*
*kio h. t. num.* 15. ubi *in ſeqq.* hanc interpretationem
confirmat & limitat *num.* 19. cum *Gomezio t.* 2. *c.* 2.
*nu.* 15. ſi talis domus ſit, ex qua non uniformiter fru-
ctus percipiuntur, ſingulis anni temporibus, ſed v.gr.
tantum tempore Nundinarum. Nam in his quoque re-
conductio fit ad annum. *Trentacinq. lib.* 3. *tit. de lo-*
*cat. reſol.* 2. *num.* 12. *in fine. Mantica. d. l. num.* 9. *Lau-*
*terbach. d. l. conf. Chriſtin. vol.* 3. *dec.* 116. *numer.* 2.
Nec tamen inquilinus ſubito, & maximo ſuo cum in-
commodo ſtatim, quam primum locator hoc voluerit,
19 emigrare cogendus eſt. *Dn. Lauterbach. d. l.* Sed re-
conductio hæc non habet locum (1.) ſi prima Con-
ductio in ſcriptis facta, ut communiter verba textus
( niſi in ſcriptis &c. ) intelligunt. *Gomez. l.* 2. *c.* 3. *n.*
16. *Menoch. præſ.* 85. *num.* 28. *Ant. Faber. in Cod. ſuo.*
20 *h. t. d.* 48. *Carpzov. c.* 37. *def. Afflictus dec.* 165. Autor
*in C. h. t. ad* L. 16. *numer.* 3. Licet aliter ea verba in-
terpretetur *Franzk. num.* 24. ſcilicet, habitationem
fuiſſe reconductam, quatenus inhabitavit ultra an-
num, niſi in ſcriptis aliud tempus conventum, ubi
ad id tempus videtur reconductio facta. Et interpre-
tatio hæc nihil abſoni habet. Et videtur iſta commu-
21 nis ſententia paulo eſſe ſubtilior. Nam cur non liceat
expreſſe paciſci, ut licet in ſcriptis ad biennium lo-
cata domus, finito tamen tempore amborum conſen-
ſu fiat reconductio? Et ſi expreſſe hoc facere licet,
non obſtante priore contractu ſcripto, cur non liceat
tacite id actionibus ac patientia teſtari? Et ſi quod
22 per ſtipulationem primo ad tempus promiſſum, ex
pacto vel conventione prorogare licet *Mantica. d. l.*
*t.* 15. *num.* 18. cur non id liceat, aut fieri præſumatur in
locatione in ſcriptis celebrata primitus? *vid. Molina*
*d. j. & j. tr.* 2. *d.* 498. *num.* 8. *Dn. Lauterb. d. l.* (2.)
23 Si locator iterum conſentire non poſſit. *l.* 21. *h. t.* (3.)
24 Si renunciatum fuerit, licet non ipſi conductori, *Joh.*
*a Sande ubi ita judicatum ait l.* 3. *t.* 6. *def.* 1. ( 4. ) ſi
25 renunciatum ſit neceſſitati denunciationis *Sande d. l.*
Sane ante tempus finitum nulla reconductio tacita,
26 ut, ſi ſine reſignatione priori Domino facta, opilio
alii ſuas locet operas *Mev. p.* 2. *dec.* 381. Nec locum
habet hic §. quando fructus unius anni venditi, nec
27 in emphyteuſi *Lud. Godazin. in rep. l.* 1. *C. de pact. in-*
*ter emt. Aug. Berous vol.* 1. *conſ.* 153. *num.* 23. & *num.*
68. De hac materia Dd. paſſim præſertim *Menoch. de*
*præſumt.* 85. *Molina diſp.* 498. *num.* 12. *Maſc. concl.* 993.
*Carpz. d. conſt.* 37. *def.* 9. *Card. Mantica l.* 5. *tit.* 15. *Be-*
*rous vol.* 1. *conſ.* 153. *num.* 13. & 58 *Franzk. nu.* 12. Dn.
28 Autor *in C. h. t. ad* L. 16. *num.* 2. Inferunt etiam, ſi
res certo pretio locari ſolita, quod idem pretium in
reconductione vel tacita conduct. intelligatur, v.gr.
ſi quis conclave meum ingrediatur locari ſolitum *Me-*
*noch. l.* 3. *præſumt.* 87. *Mantica l.* 5. *tit.* 2. *numer.* 5. Ex
29 quorum traditis apparet, etiam primam locationem
30 tacite fieri poſſe. *Moz. de Diviſ. locat. num.* 11. *Bach.*
*th.* 1. *lit. C. Franzk. h. t. num.* 73. unde infert, electum
ad aliquod officium, præſumi electum cum ſolito ſa-
lario. *Gomez. t.* 2. *c.* 3. *numer.* 3. *Gail. l.* 2. *obſ.* 23. *in fin.*
31 *Chriſtin. vol.* 3. *dec.* 114. *in fin.* Reconductio tacita in mo-
bilibus fieri poteſt. *Menoch. lib.* 3. *præſ.* 85. *n.* 49. *Mo-*
*lina diſp.* 498. *nu.* 10. *Mantica tit.* 15. *n.* 43. & in operis
locatis *Menoch. d. l. n.* 19. *Mantica n. ult. Maſc. d. concl.*
993. *num.* 12. Autor *in C. h. t. ad L.* 16. *n.* 4. Recondu-
32 ctio etiam fit in operis locatis, ut ſi quis advocatum
conduxerit ad annum, & expreſſe convenerit, ut ſem-
per alteri, ſemeſtri ſpatio uſque ad finem anni re-
ſtante, fiat reſignatio, **daß ein jeder Theil dem andern ein halb Jahr die Auffkündigung thun ſolle/** ubi ſi
nulla reſignatio fiat, lapſo licet anno, reconductam vi-
deri operam Advocati; Et ita deſitum refert *Mev. p.* 3.
*dec.* 61. Autor *in C. t. ad L.* 16. *nu.* 3. *in f.* licet hæc pu-
doti Advocati non patet admodum convenire. Re-
conductio tacita etiam in famulis & ancillis noſtris eſt,
33 ſi ultra annum famulus maneat in ſervitio ſuo *Mev.*
*p.* 3. *dec.* 385. *n.* 2.

ad

## ad L. Quid ad certum. 14.

*SUMMARIA.*

*Reconductio non habet locum, ſi tempore primo locationis locator fiat furioſus? n. 1.*

*Impoſſibilitas ratione fictionis declaratur. 2.*

1 SI tempore primæ conductionis locator fiat furio-
ſus, non habet locum reconductio, quia fictio non
habet locum ſuper impoſſibili, ſeu fictio ſe non ex-
tendit ad id, ad quod natura ſe porrigit, quod declarat
*Decius in l. verum eſt. 31. nu. 3. de Reg. juris* ſcilicet
2 quod impoſſibile eſt in ſuo genere, non quod impoſ-
ſibile eſt in certo caſu, v. g. Titii filius poteſt fingi
filius meus, ſi modo ejus ætatis ſit, ut a me gigni
potuerit. *Coraſius in rep. legis, quidam liberos ff. de
Ritu nupt. num.* 161. *& ſ. conſ.* Barb. *locupl. l. 6. c. 14. ax.
6.*

## ad L. Ex conducto. 15.

*SUMMARIA.*

*Actio ex conducto quando & in quantum competat? nu. 1. & 2.*

*Locator ſi poteſt, regulariter præciſe rem utendam tradere tenetur: 3.*

*Damna in fructibus contingentia quis ferre teneatur? 4.*

*Diſtinguitur. 5. 6. 10. 11. 12.*

*Diſtinctionis prima ſecundi membri limitatio. 7.*

*Fructus perfecte ſeparati qui dicantur? 8.*

*Ob vilitatem pretii frugum remiſſio mercedis peti non poteſt. 9. & 19.*

*Damnum, ſi præſtari debeat a Locatore, quanti æſtimandum? 13. & 14.*

*An computatio fructuum facienda ſecundum quantitatem fructuum ſolitorum percipi, an vero reſpectu penſionis promiſſæ, vel an utraque conjungenda? 15. 16. 17. & 18.*

*An Conductori, ex vectigali conducto ob ingruens bellum pauca vectigalia percipienti remiſſio penſionis facienda? 20.*

*Onera hoſpitationis militum, ſi commoratio brevis temporis ſit, conductor ferre debet, niſi aliud conventum. 21.*

*Metata indicta a ſuperiori Locator ferre debet. 22.*

*Damnum ſeminis Conductoris eſt. 23.*

*Ampliatur in Colono partiario. 24.*

*Remiſſio penſionis ex cauſa ſterilitatis tunc demum peti poteſt, ſi tota locatione finita conductor læſus reperiatur, 25. & 28.*

*Remiſſio primo anno facta ob ſequentium annorum ubertatem revocari poteſt. 26.*

*Diſtinctio* Franzkii *circa hanc remiſſionem. 27.*

*Quomodo Ubertas multorum annorum computanda? 29. 30. 31.*

*Sterilitas quomodo probanda? 32.*

*Opera locata, & non præſtita ab operam promittente ob fortuitum caſum in ipſo contingente, merces peti non poteſt, ſoluta autem reſtituenda. 33.*

*Ampliatur. 34.*

*An famuli morbo impediti integram mercedem petere poſſint? 35. 38. 39. 40.*

*Hæredes operariorum ante tempus conductionis mortuorum non poſſunt integram mercedem petere, & ſoluta pro rata reſtituenda. 36. & 37.*

*Famulus fugiens tenetur ad intereſſe Domino, ſi non fugit ob ſævitiam Domini. 41. & 42.*

*Dominus ſine juſta cauſa expellens famulum ad integram penſionem tenetur. 43.*

*Conductor operæ, ſi cauſa penes ſe eſt quo minus opera præſtetur, tenetur integram mercedem ſolvere. 44.*

*Limitatur. 45. & 46.*

1 ACtio ex conducto competit, ſi uti frui non li-
cet, aut non reficitur, aut pacta non ſervan-
tur.
2 *Ad* §. 1. Si Locator vacuas ædes totas, vel totum
prædium non præſtiterit, tenetur conductori ad id,
quod intereſt, ſibi frui re integra non licuiſſe. *Dn.*
3 *Mev. p. 5. dec.* 127. Neque tamen, ſi facultatem tra-
dendi habet Locator, intereſſe præſtando, liberatur,
ſed præciſe rem utendam regulariter tradere tenetur.
*Zœſius hic num. 5. Gomez. t. 2. c. 3. nn. 1. & Lauterbac.
h. t.* §. 2. *th.* 3. Unde & Locator ædes, conclavia, fe-
neſtras & fornaces reficere tenetur. *Dn. Lauterbach.
d.* §. *n. t.* 4.
4 *Ad* §. 2. Circa damna in fructibus contingentia
diſtinguitur (1.) inter damna extrinſecus orta, & ex
ipſa re, ut illæ locator, hæc conductor ferat, Autor
5 *in C. h. t. ad L.* 12. *num.* 1. v. gr. Si aëris intemperie,
tempeſtate, hoſtium incurſu, graculorum multitudine,
uredine, vermibus ſit corrupta ſeges, damnum eſt lo-
catoris; ſi vero ex interno vitio fundi vinum acidum,
frumentum impurum & rarum &c. damnum eſt con-
ductoris, qui ſibi imputabit, quod talem agrum con-
duxerit, vid. *Pautſchmannus l. 1. quæſt. 5. Franzk. num.
96. & ſeq. Lauterbach. h. t.* §. 2. *theſ.* 9. quod diſcri-
men tamen raro obſervari a Doctoribus, tradit *Pinel-*
6 *lus* jam citandus. Si tamen intrinſecum vitium om-
nes fruges abſumſerit, & ſegetem non recuperavit
colonus, tum damnum non eſſe ſolius coloni, putat
*Pinellus ad l. 2. C. de Reſc. vend. p. 1. c. 3. nu. 23. poſt
Angelum Aretinum ibi allegatum, & Dn. Struvius
Exerc.* 24. *th.* 17 quæ opinio non videtur iniqua,
præſertim cum læſio enormis accedit, quo caſu res
clara. (2.) inter fructus ſeparatos & pendentes. Nam
7 damnum in illis contingens fert Colonus, in his, Do-
minus, *Gail. lib. 2. obſ. 23. num. 13. Carpz. p. 1. conſt.
37. def.* 20. *Molina diſp.* 495. *num.* 15. Dn. Autor *in C.*
8 *h. t. ad L.* 12. *num.* 2. Tunc autem perfecte ſeparati
videntur, quando collecti & in horrea congeſti, non
ſi in agro jaceant, niſi ex æquitate. *Carpz. p. 2. conſt.
36. d. 20. Valaſcus de Jure Emphyteut. q. 27. numer.* 51.
*Franzk. h. t. num.* 130. *Lauterbach. h. t.* §. 2. *th.* 13. ubi
ſolam ſeparationem ſufficere putat. Unde ſimul patet,
9 ob vilitatem pretii frugum nullam peti poſſe remiſ-
ſionem, poſt *Franzk. h. t. num.* 100. *Lauterb.* §. 2. *th.*
13. *Struv. th. 17. circa finem conf. Zœſ. num.* 243. (3.)
diſtinguitur inter damna frequentiſſima, & rara
10 aut inſolita. Nam ſi conſuetudine frequenter fiat
damnum, quia hoc præſcire debuit conductor, non
poterit remiſſionem petere. *Arg. l. 9.* §. *t. h. num.* v.
gr. Si grandines alicubi eſſent conſuetæ, vel exun-
dationes *Pautſchmann. d. l. Boſſius praxi crim. tit. de Re-
miſſ. Merc. n.* 8). *Lauterbach.* §. *ſecund. th.* 10. Sed &
hic ſi damnum totale, ſuperiorem æquitatem cum *An-
gelo, Pinello & Struvio* admitterem. (4.) diſtinguitur,
11 an præcedat aut concurrat culpa conductoris. Nam
ſi hic malo occurrere potuerit, & non fecerit, non
poteſt ad remiſſionem agere, v. gr. ſi ſtagnantibus in
agro aquis, ſulcos non fecerit, quibus aquam dedu-
ceret, ſi inundatione corrupto ſemine, agrum de no-
12 vo non conſeverit. *A. Barb. ad l. 8. C. h. t. numer.* 14.
*Franzk. h. t. num.* 128. *Dn. Lauterbach. d.* §. 2. *th.* 11.
Diſtinguitur (5.) utrum uſus rei impediatur per loca-
torem, ſaltem non prohibendo cum poſſet, aut caſu
circa rem locatam contingente, an vero fiat caſu. cir-
ca perſonam conductoris contingente; Primo caſu non
tantum ad remiſſionem penſionis; ſed & ad intereſſe
agitur. Secundo caſu tantum ad remiſſionem; tertio caſu
13 ad neutrum agi poteſt. conf. *Lauterbach. ad h. t.* §. *ſecund.
th.* 5. *& ſeq.* Læſio autem requiritur talis, ut collato ſe-
mine, expenſis ac penſione integra, conductor ſupra
dimidiam læſus reperiatur. *Covarr. Pract. qu* 30. *Chri-
ſtinæus vol. 3. dec. 110. n. 14. Pinell. ad l. ſecund. C. de reſc.
vend. p. 1. c.* 312. *Carpz. dict. conſt. 36. p. 1. def.* 11. *Go-*
14 *mez. t. ſecund. c. 3. n.* 18. *Franzk. n.* 103. Dn. Autor *in C.
h. t.*

*h. t. ad* L. 8. *a.* 2. ubi arbitrio judicis id quidem com-
mittit, ut tamen per illam Dd. ſententiam id infor-
metur, & ita etiam *Zaſ. n.* 20. Ob ſemem tamen non
recuperatum nulla datur ad intereſſe contra locato-
15 rem actio. *l.* 15. §. 7. *hoc tit.* Sed id poteſt eſſe dubium,
an computatio fructuum facienda ſecundum quanti-
tatem fructuum ſolitorum percipi, ut Canoniſtæ vo-
lunt, in *c. ob ſterilitatem X. de Locatioa.* an vero reſ-
pectu penſionis promiſſæ, ut ſi pretium fructuum de-
16 ductis expenſis adſcendat ad dimidiam penſionis pro-
miſſæ, ut voluit *Bart.* Utramque opinionem recte
conjungit *Franciſc. de Clapp. cauſ.* 44. *q. un. numer.* 11.
& probat eleganti argumento: Locavi. v. gr. fundum
Tuſculanum 150. aureis, cujus fructus deductis ex-
penſis ſolent eſſe 15. modii tritici, & quilibet modius
communiter venderetur 10. aureis. Contingit ob ſte-
rilitatem, ut naſcantur tantum 7. modii, & ſic, dimi-
dia ejus, quod fundus conſuevit ferre, ſed ob pauci-
17 tatem tritici, eo anno modius poterat vendi 25. aureis
ut contingere ſolet, quando eſt ſterilitas. Si opinio-
nem *Alex. Immola* ſequemur, remitti deberet, pen-
ſio, cum tamen plus accipiat. Ergo dicendum, utram-
que requiri, ut computatio fiat ſecundum computa-
tionem fructus, & ad penſionem. Sed nec *Bartoli* opi-
18 nio ſola ſufficiet. Nam ſuperiori themate retento, 9.
modios tritici eſſe perceptos, ſed ſingulos modios eo
anno tantum 5. florenis venditos eſſe, forte ob triti-
cum maritimo itinere in magna copia advectum, &
ſic 45. aureis illos novem modius venditos, ſecun-
dum *Bart* opinionem remiſſio facienda eſſet, quia non-
dum dimidia penſionis pars percepta; ſed id jura non
patiuntur, ut propter viltatem pretii fructuum fiat
remiſſio; Nam hoc damnum eſt non in fructibus, ſed
in valore, ob quem deminutum non datur remiſſio,
per *hunc textum*. Ergo utrumque requiritur, ut nec
dimidiam fructuum, nec penſionis conſequatur co-
lonus, ut *Franc. de Clapperus d. l.* Sed quando fru-
20 ctus in pecunia conſiſtunt, tunc res plana, nec illa di-
ſtinctione opus eſt. Sed quid ſi locatum jus, v. gr. ve-
ctigalia? Nonnulli exiſtimant, ingruente bello, peri-
culum & damnum eſſe conductoris, quia locatio ju-
ris eſt quaſi ceſſio, ceſſionarii autem ſemper eſt pe-
riculum. Sed cum conductor vectigalium, ob ingruens
bellum civile, paucula vectigalia percepiſſet, remiſ-
ſionem ipſi faciendam, in Senatu decretum eſſe, re-
21 fert *Franc. de Clapper. cauſ.* 43. *q. un.* Ex hac lege col-
ligitur, onera hoſpitationis militum, ſi commoratio
temporis brevis ſit, ad caſum fortuitum referenda
eſſe, & conductori ferenda, niſi aliud conventum; ſi
vero metata indicta ſint a Superiori, quia metata
22 ſunt onera realia. *L. fin. §. pen. & ult. ff. de muneribus.*
ideo Domino ferenda metata; In dubio dividenda in-
ter locatorem & conductorem. *Dn. Mevius in conſ. de*
23 *Penſionariis qu.* 4. *numer.* 334. *&* *part.* 2. *deciſ.* 90. Ex
hoc §. 2. & §. 7. colligunt etiam Doctores, ſemen
regulariter a conductore præſtandum, *ibi*, *ne ſupra
damnum ſeminis amiſſi. Surdus dec.* 201. *nu.* 3. *& ſeq.*
24 quod etiam in colono partiario ſtatuit *Lauterbach. h.
t.* §. 2. *th.* 3.

25 *Ad* §. 4. Ex cauſa ſterilitatis non poteſt peti remiſ-
ſio, niſi quis reperiatur læſus tota locatione finita,
& ſic, ſi uno anno ſterilitas, ea cum ubertate ſe-
quentium annorum eſt compenſanda, imo ſi primo
26 anno eſt facta remiſſio, ea revocanda. *l.* 8. *C. h. t.*
quia eſt una locatio per plures annos facta. *Gail. dict.
obſ.* 22. *& Carpz. d. d.* 11. *Mantica lib.* 5. *tit.* 8. *Moli-
na d. diſp.* 495. *num.* 16. *& Carocius d. tr. tit. de re-
miſſ. merced. num.* 12. *Dn. Mev. p.* 1. *dec.* 196. *num.* 7.
*Ant. Faber. l.* 4. *Cod. t.* 41. *d.* 3. Autor *in C. h. t. ad*
28 *L.* 8. *num.* 2. *& ſeqq.* conf. *Franzk. num* 108. qui di-
ſtinguit, utrum penſio dicta ſit diſtributive, pro ſin-
gulis, an vero collective pro omnibus annis. Priori
caſu ubertas ſequens eſt reſolutiva remiſſionis, non
ſuſpenſiva; poſteriori caſu ſit remiſſio, reſpectu totius
temporis, Idem ſi plures fundi una mercede locati,
*Boſſius in praxi Crim. tit. de remiſ. merc. n.* 20. *& ſeq.*
28 *Dn. Lauterbach. ad h. t.* §. 2. *th.* 14. Sed non atten-
ditur etiam ubertas prioris anni, ſi hanc ſciens lo-
cator, mercedem ſecundi anni dimiſerit ex parte.
29 *Zæſias h. t. numer.* 21. aut aliud inter partes actum,
*Carpzov. d. c.* 37. *d.* 13. *Lauterbach. d. l.* Quomodo
autem ubertas multorum annorum computanda? Hoc
30 opus, hic labor eſt. Octo opiniones de Ubertatis
computatione refert *Franc. de Clapperiis cauſ.* 45 *q.
un.* Sed teſtatur ibi, opinionem *Baldi* eſſe communi-
ter receptam, ſcilicet, quando confuſis omnium an-
31 norum reditibus, colonus non remanet deceptus ultra
dimidiam partem penſionis. v. gr. Si ad triennium lo-
catum prædium, ſingulis annis pro 100. aureis, &
quilibet modius 10. vendatur, primo autem anno
tantum 3. modii tritici acquiſiti: ſecundo vero anno
quindecim modii, tertio totidem; ſic collectis fru-
ctibus percepit 33. modios, & ſic non reperitur læ-
ſus; & refert ibi, Curiam Provinc. ſemper diſtuliſſe
quæſtionem de ſterilitate uſque ad finem locationis,
ſuſpenſa interim pro parte exactione penſionis, quod
& Judicibus ſequendum puto. Autor *in C. h. t. ad L.*
32 8. *numer.* 7. Sed quomodo ſterilitas probanda? Duæ
ſunt viæ: altera quando ſterilitas fundi in ſpecie pro-
bata. Illa eſt perfecta & plena probatio. Hæc præ-
ſumtiva valens tamdiu, donec contrarium probetur.
Et ſic, ſi probetur, ex illo fundo non eſſe perceptam
dimidiam partem fructuum percipi ſolitorum, & quod
fructus collecti non ſufficiant, ad dimidiam partem
penſionis promiſſæ ſolvendam, tunc omnino remiſ-
ſio facienda; idem dicendum in ubertate ad effec-
tum compenſationis cum ſterilitate unius & alterius
anni.

33 *Ad* §. 6. Cum locatur opera, v. gr. Vectura, tunc
ſi caſus fortuitus contingat in perſona ejus, qui ope-
ram promiſit, non debetur merces, imo ſi in anteceſ-
ſum data, repetitur, tam a fiſco, quam ab aliis. *Gloſſa
hic & Bart. Cagnol. in l. Diem functo. num.* 166. ubi
34 idem eſſe dicit, ſi quis det mercedem operariis, &
illi pluvia, aëre impediantur. *Riminald. lib.* 1. *conſ.* 92.
*nu.* 5. *Wiſſenb. diſp.* 37. *th.* 16. Sic famuli morbo impe-
35 diti integram mercedem petere non poſſunt ſed ta-
men commiſerationis ratio vetat, ne domo ejician-
36 tur. *Dn. Struvius d. Exerc.* 24. *th.* 21. Sic etiam fa-
mulorum ante finitum conductionis tempus mortuo-
rum hæredes, non poſſunt totam exigere mercedem
*Rauchb. p.* 1. *qu.* 25. *numer.* 19. *Col. dec.* 201. *Carpz.*
37 *p.* 2. *conſt.* 51. *d.* 12. *Franzk. h. t. n.* 193. *Struv. th.* 22.
Et ſic integra merces architecto ſoluta, eo mortuo
38 poteſt condici. *Bachov. in Tr. diſp.* 8. *theſ.* 3. *lit. C.
quem laudat Franzk. num.* 193. Et ſic dubia reddi-
tur ſententia *Vaudi quæſt.* 6. *& Hillig. ad Don. l.* 13. *c* 9.
*lit. B.* quod artifex vel famulus morbo impeditus in-
tegram mercedem petere poſſit, quod refutat *Franzk.
h. t. num.* 195. *& ſeq. Gomez. d. c.* 3. *num.* 3. *Covarr.
l.* 2. *Reſol. c.* 13. *numer.* 8. *Molin. diſp.* 493. *Surdus de*
39 *Alim. t.* 4. *q.* 23. *numer.* 35. *Lauterb. h t.* §. 2. *th.* 22.
23. conf. *Wiſſenbach. d. diſp.* 37. *th* 17. Utriuſque ſen-
tentiæ temperamenta proponit *Eſcobar de Ratiocin.*
40 *c.* 27. *num.* 23. *Cavall. qu.* 88. Quicquid ſit in pun-
cto juris ſtricti, æquior tamen mihi videtur ſenten-
tia *Vaudi*, quia & hi, quos ægros curamus, ſervi-
re nobis dicuntur, licet morbo impediantur. *l.* 4. §.
41 5. *ff. de Statu lib.* Si famulus fugiat, non poteſt ſala-
rium integrum petere, ſed & ad intereſſe tenetur. *arg.*
42 *l.* 1. *C. de ſervis fugit.* Aliud ſi ob ſævitiam, quia li-
beri homines non ſunt injurioſe tractandi. *Bach. th.*
43 2. *in fine conf. Coler. dec.* 201. *Moll. l.* 2. *ſem. c.* 17.
*Carpz. d. conſt.* 51. *defin.* 13. Dominus autem, ſine
44 juſta cauſa expellens famulum, ad integram penſio-
nem tenetur. *Carpz. d. def. in fin. Molina diſp.* 505.
45 *numer.* 13. Autor *in tr. h. t. ad L. ſeq. numer.* 15. Sin
vero caſus contingat in perſona conductoris, ſive cui
opera

opera præſtanda, merces integra ſolvenda, niſi in-
terim alii operam navavit. *l. 4. ff. de Offic. Adſeſſ.*
*ibique* Dn. Autor *ad d. L.* 4. aut indefinite locata ſit
opera. *Carpzov. p. 2. deciſ.* 136. *num.* 22. *& ſeq. l.* 19. §.
*cum quidam Exceptor. h. tit. l. ſi vehenda. ſupr. ad L.*
*Rhodiam, aliaſque textus, quos hic Gloſſa allegat. Franz.*
*h. t. nu.* 190. *Dn. Struv. th.* 25. *vid. notat.* Dni. Autoris
*infra ad l. qui locavit.* 38. *h. t. nu.* 1.

## ad L. Sed addes. 19. §. 1.

### SUMMARIA.

*Locans rem vitioſam, conditionem hanc licet ignoret, tenetur. num.* 1.
*Limitatur, ratione plantarum peſtiferarum in prato exiſtentium.* 2.
*Ob vaſa vitioſa locator & ignorans conditionem vaſorum tenetur ad intereſſe, licet duplum excedat.* 3.
Zœſii *explicatio* §. 1. *h. l.* 4.
*Limitatur in alia re vitioſa, modo adſit juſta ignorantia cauſa.* 5.
*Res alienas locans, pro eo tempore, quo uſus eſt conductor rebus iſtis, mercedem petere poteſt.* 6.
*An ſi Dominus res alienas locatas vindicando auferat, teneatur conductori ad intereſſe locator?* 7. & 8.
*An conductor meliorationum expenſas repetere, ut melioramentum tollat.* 11.
*Quid juris, ſi in impenſarum æſtimatione non poteſt conveniri?* 12. & 13.
*Caſus* §. pen. & ult. *h. l.* 14.
*Deciditur cum limitat.* 15.
*Extenſio deciſionis* Gothofredi. 16.

1 QUando locator probabiliter conditionem rei
ignoravit, tenetur ob rem vitioſam, quia debuit
ſcire rei conditionem, atque id non tantum in vaſis,
ſed & aliis rebus locum habere, tradit *Caroc. rubr. de*
*inter eſſ. extrinſec.* Sed aliud hic eſſe dicitur in pra-
to, habente plantas peſtiferas. Ratio ſpecialis ab
*Arnold. Baeri. in tract. de eo quod intereſt. numer.*
2 89. *& ſeq.* aſſignatur, quod vitioſa dolia vel rimoſa,
ne nomen quidem dolii tueantur; ſecus in prato; vel
potius, quia ignorantia herbarum peſtiferarum pro-
babilis, doliorum non item. Vitium enim vaſorum
vix ſine culpa patris aut matrisfamilias dari poteſt, &
qui dolium locavit, eo ipſo integrum locare voluiſſe
præſumitur. *l. 6. §. 4. de Act. emt. Donell. & Hill. l.*
3 13. *c. 7. lit. G.* Et ſic ob vaſa vitioſa locator tenetur
ad intereſſe, licet duplum excedat *Franzk. h. t. n.* 161.
4 Vel agitur hic de artifice vaſa locante, juxta *Zœſ. h.*
*t. num.* 29. quod tamen refutat *Wiſſenb. diſp.* 37. *th.*
5 33. Si quis aliam rem vitioſam ignorans locavit, ejuſ-
que ignorantiæ juſta ſit cauſa, damnum inde pro-
veniens non præſtatur, ſed tantum mercedem remit-
tit. *Lauterb. d. §. ſecund. th.* 17. Et hinc infertur, quod
6 ſi quis res alienas locet, pro eo tempore, quo uſus
eſt conductor rebus illis, mercedem petere poſſit. *l. 9.*
*§. fin. h. t.* Si tamen Dominus ſuperveniat, & rem
7 vindicando auferat, teneri locatorem etiam ignoran-
tem rem eſſe alienam, ad intereſſe *Franz. h. t. nu.*
8 46. ut tamen ignorans locator rem ſimilem non mi-
nus commodatam præſtando liberetur, *l. 9. pr. h. t.*
vel probabiles ignorantiæ cauſas probare poſſit. *Dn.*
*Lauterbach. ad h. t. §. 1. th.* 8.
9 *Ad* §. 4. Si Conductor aliquid in re conducta me-
lioraverit, & Dominus ex illis melioramentis per-
cepturus eſt utilitatem non modicam, quæ utilitas
antea non fuit, & reſpiciat perpetuam utilitatem fun-
di, poteſt conductor expenſas repetere. *Mozius tit.*
*de Locat ult. columna, quomodo finiatur. nu.* 24. Si
10 autem melioramentum commode tolli poſſit, poteſt
illud tollere per *hunc* §. ſi damni infecti caveat, niſi
Dominus ædificii offerat pretium juſtum. *argum. l.*
11 39. *de rei vind.* Verum, an Locator poteſt ipſum
compellere, ut meliorationem tollat? Hoc negat
*Mev. p. 4. dec.* 75. quia ad impenſas ipſi datur actio;
12 Verum ſi in impenſæ æſtimatione non poſſint con-
venire, ob minuendas lites putarem injungi poſſe, ut
tollat ſuum quod eſt, ne dicatur, invitum locatorem
13 rem emere cogi, contra rationem juris, cum nemo
invitus emat, Sed ſi tolli non poſſit, commode peti
poteſt pretium Melioramenti per actionem ex con-
ducto. *leg. 55. § 1. h. t. Petr. Barboſ. in l. divortio.* 8.
*§. fin. part. 2. num.* 87.
14 *Ad* §. *pen. & ultim.* Caſus talis: Exceptor ſeu
amanuenſis ad certos annos operam ſuam Titio loca-
verat, ſed ultimo anno moritur, quæritur, an totius
anni mercedem debeat; item defuncto Legato Cæ-
ſaris, an Comitibus integrum ſalarium debeatur?
Utrumque affirmatur *hic & l. diem functo.* 4. *de Ad-*
15 *ſeſſ.* Idem ſi Dominus expellat famulum *hic & l.* 38.
*h. t. Lauterb. ad h. t. §. ſecundo th.* 24 Autor *ad u.*
*h. t. ad L.* 15. *numer.* 43. Sed hic habetur notabilis
limitatio, niſi in anno iſto exceptor alii operam ſuam
addixiſſet, item niſi Comites Legati cum aliis eo tem-
pore fuerint. Ratio decidendi, quia nullum dam-
num ſenſit. *Lauterb. d. l.* nec Exceptor, nec Co-
16 mes *Carpz. p. 3. dec.* 264. *numer.* 12. Ex hoc textu
hic *Gothofredus* decidit caſum, ſi tibi locem fun-
dum, & tu malitioſe deſeras, poſtea eum ego ſta-
tim alteri loco eodem pretio, an contra te habeam
actionem locati ob deſertum fundum? Reſp. Neg.
quia nullum damnum ſenſi. *conf. not.* Dni Auto-
ris *ad l. diem functo ff. de Adſeſſ. numer. primo lib.*
38. *h. t.*

## ad L. Sicut. 20. §. fin.

### SUMMARIUM.

*Caſus, ubi locator non obligatur ad remiſſionem penſionis ex caſu ſterilitatis. n.* 1.
*Pactum, quo res vendita uſque dum emtor ſolvat pretium pro conducta habetur, licitum eſt.* 2.
*An hoc caſu venditor dominium retineat?* 3.
*Periculum rei in tali caſu eſt emtoris.* 4.

1 LOcator interdum non obligatur ad remiſſionem
penſionis, ſcilicet quando emptor prædium con-
ducit, donec pretium ſolvat: quia, cum periculum
rei ſit penes emptorem, cur non etiam fructuum?
*Beſſius in Pract. crimin. tit. de Remiſſ. merc. numer.*
102. *Franzk. h. t. numer.* 133. *Lauterb. h. t. §. 2. th.* 7.
Dn. Autor *h. t. in C. ad* L. 8. *nu.* 3. Et ſic res ſua hic
videtur conduci, *per l. ſeq.* ſed non eſt res condu-
2 ctoris, ob nondum translatum, ſed reſervatum do-
minium, licet ſit periculo emtoris. *vid. Mant. l. 5.*
*t. 3. num. 6. Bachov. th. 2. lit. C. & D.* Licitum igi-
tur eſt pactum, quando vendidi agrum, & tradidi
hac conditione, ut, quamdiu non ſolveris pretium,
res tibi ſit locata pro ratione temporis, quo uſus es,
nondum ſoluto pretio, & ſic venditor ſibi retinet do-
3 minium. *Covarruv lib. 3. reſol. c. 4. numer. 6. Petr.*
*Barb. ab l. ſi ante. 6. ff. ſol. matrim.* quamvis do-
minium in emtorem translatum, affirmat *Rodericus*
*in tr. de annuis cenſibus l. 3. quæſt. 9. numer.* 76. Et
hanc legem ad maritum ſeu emptorem, & uxorem
ſeu venditionem accommodat *Tiraq. de Retr. p. 2. ad*
*finem tituli. numer.* 70. Quod ſi igitur quæras, cu-
jus hoc caſu, quando res vendita ante pretium ſo-
lutum periit, ſit periculum? R. Emtoris, quia per-
fecta eſt venditio. *Moz. tit. de Accident. Locat. nu.*
37. *& ſeq.* Autor *in C. tit. de Act. Emti. num.* 2.

ad

## ad L. Item ſi pretio. 22. §. fin.

### SVMMARIA.

*Remedium* L. 2. C. de reſcind. Vendit. *quando locum habeat in locatione? num* 1.
*Læſio hic probatur ex penſione ſolita.* 2.
*An Artifices ſuam operam locantes, remedium.* d. l. 2. *implorare poſſint?* 4.

1 ETiam circumventio, ſine dolo tamen, in loca-
tione qnoad forum exterius, locum habet, ita ut
ob circumventionem & læſionem iofra dimidiam,
non habeat locum remedium ex *l. 2. C. de Reſc. vend.*
*Pinell. in tract. ad l. 2. C. de Reſcind. vend. p. 1. Le-*
*gis cap. 3. num.* 12. Et læſio hic probatur ex penſio-
ne ſolita. v. gr. Hactenus domus locata 34. thal. ego
2 conduxi 70. thal. Secus, ſi e contrario probare poſſit
locator, quod indemnis ſit conductor, quia ex con-
clavibus 60. poſſit conficere & ultra, & multos eſſe,
qoia conclavia deſiderent conducere. *Pinell. d. l. nu.*
3 18. Et finito etiam tempore locationis, tamen dictæ
legis beneficium obtinere, poſt *Pinell.* tradit *Ang.*
*Barboſa ad l. 2. num.* 25. ubi plures citat. Non tamen
artifices locantes ſuam operam, implorare remedium
4 illius legis, poſſe, cenſent Dd. quos refert *Ang. Bar-*
*boſ. dict. leg. numer.* 26. quod intelligo, niſi ignota-
verint vitium materiæ, ex qua elaborandum quid ſit,
& niſi error ſit inculpabilis. *conf. l. in cauſa* 16. §. 4.
*ſupra de Minoribus.*

## ad L. Si in lege. 24.

### SUMMARIA.

*Boni viri arbitrium circumſcribitur. num.* 1.
*Facultas ſublocandi ampliatur.* 2.
*Limitatur.* 3.
*An illata a ſubconductore ruſtico prædio, locatori primo tacite ſint eppignorata?* 3.
*An fructus obligati ſint?* 4.
*Illata in prædio urbano pro penſione ſubconductoris locatori primo tacite obligata ſunt.* 6. 7.
*Locator initio ſtatim contractus conductorem turbans, quo minus re conducta uti poſſit, facto per pœnitentiam non purgato, tenetur ad omne intereſſe.* 8.

QUod committitur alterius arbitrio, intelligen-
1 dum eſt de arbitrio boni viri & regulato, non
vero de arbitrio abſoluto & libero *Menoch. lib.* 1. *A.*
*Q. c.* 13. *& conſ.* 247. *num.* 34. *& conſ.* 422. *num.* 65.
*Donell. & ibi Hill.* 9. *c.* 15. *Aug. Barb. locupl. l. t. c.* 76.
*ax.* 6.
2 *Ad* §. 1. Conductor fundi, eum alii ſublocare poteſt.
*hic & l. 6. C. h. t. ibique* Dn. Autor *in Not. ad d.* L.
6. *C. num.* 1. quod ampliatur, licet orta lis inter loca-
torem & condnctorem; Nam ſublocatio non mutat
poſſeſſionem, ſed continuat. *Ex Pariſio vol.* 4. *conſult.*
*Mev. p.* 4. *dec.* 102. *num.* 2. ſive ſecundus conductor
jus aliquod prætendat in re, ſive non *Dn. Mev. d. l.*
Sed limitatur, ſi modo præjudicium locatori non at-
trahatur, & ut omnia alia maneant locatori primo
3 Integra. *Dn. Mev. d. p.* 4. *dec.* 101. Sed quæritur hic,
an ea, quæ a ſubconductore ruſtico prædio illata, lo-
4 catori primo ſint obligata? quod negatur, quia tacita
invectorum obligatio pignoris, ex contractu & illa-
tione oritur; at ſubconductor cum primo locatore
nihil contraxit; & præterea ad id, ut invecta in præ-
dium ruſticum obligentur, opus eſt ſcientia locato-
ris *l. 5. C. h. t. ibique* Dn. Autor. Ergo ſoli fructus
obligati erunt, quia hi ex fundo ſunt, ceu re locato-
5 ris propria. Sed ita præjudicatur locatori primo, nam
res primi conductoris jam non amplius ſunt in fun-
do, & res ſubconductoris non ſunt obligatæ. Sed
reſp. nova ſatiſdatione opus eſſe. *Dn. Mev. d. d.* 101.
Et res illatæ, licet ſciente locatore primo illatæ, non
tamen, niſi pro mercede ſecundo locatori promiſſa
tenerentur.
6 In prædio ruſtico ſecundi Coloni ſeu ſubcondu-
ctoris bona invecta, non ſunt tacite obligata primo
Locatori, bene tamen fructus; ſed in prædio urba-
no etiam ſecundi conductoris invecta primo Locato-
ri ſunt obligata. *l. tt.* §. *Solutam ſupr. de Pignorat. act.*
*Pac. cent.* 5. *qu.* 19. *Negnzant. in tr. de Pign. membr.*
4. *p.* 2. *pr. nu.* 135. *vid. notat. ad Ludov. Rom. ſingular.*
391. *&* 396. *conf. Menoch. remed.* 3. *adipiſc. poſſ. qu.* 11.
*Chriſtinæus vol.* 3. *deciſ.* 110. *num.* 3. *& ſeqq. Franz. in*
7 *tit. in quibus cauſ. pign. tacite. n.* 7. Dn. Autor *in C. h.*
*t. ad L.* 5. Verum res ſecundi conductoris obligantur
quidem Domino non in ſolidum, non in univerſam
conductionis cauſam, ſed in id cœnaculum, quod pri-
mus ſecundo ſublocaverat, ſeu pro penſione, quam ſe-
cundus debet. *A. Matth. de Auct. l.* 1. *c.* 19. *num.* 54.
*Wiſſenb. diſp.* 39. *th.* 18.
8 *Ad* §. 4. Si locator initio contractus non fecit,
quod facere debuit, ut frueretur re conducta con-
ductor, aut plane expulit conductorem, & Condu-
ctor aliud prædium conduxit, licet locatorem poſtea
pœniteat, ſi tamen maleficium ſortiatur effectum, ut
expulſio prior per pœnitentiam non purgetur, ad
totum intereſſe agi poteſt. *Joh. Hannibal. in repet. L.*
*Si inſulam de verb. obl. num.* 75. *Jacob. de Nigris in re-*
*pet. ejuſd. Legis num.* 75. Autor *in C. h. t. ad L.* 9. *n.* 2.
Mora pauci temporis facile purgari poteſt. *Jacob. d.*
*Nigris d. l.*

## ad L. Si merces. 25.

### SUMMARIA.

*An locatio ſit, ſi merces in arbitrium tertii indefinite collata? nu.* 1.
*Regula: Emtor non tenetur ſtare locationi a venditore factæ, ampliatur.* 2. 3.
*Limitatur.* 4. 6. 7.
*Valet regula, ſi emtor offerat debitum conductori, cui ob debita conſtituta hypotheca.* 5.
*Quid hodie obtineat?* 8.
*Eccleſia vel minor locationi a prælato vel tutore factæ ſtare tenetur.* 9.
*Conductor jus protimiſeos conſtitutum habens, & ante actionem ſuper retractu motam penſiones ſolvens, poſt victoriam reportans penſiones in pretium cum uſuris uſurpat.* 10.
*Officium conductoris.* 11. 12.
*Damnum, quod conductor accipit propter inimicitias locatoris citra factum ſuum ortas, locator reſarcire debet.* 13.
*An ab hoſte captis ob tributum, damnum a concivibus reſtituendum?* 14.
*Præſes ob culpam ſuam ab officio remotus, & inde etiam Aſſeſſorum officium ſolutum, his datur actio contra præſidem.* 15.
*Remiſſio mercedis ſit pro damno intolerabili, non pro modico.* 16.
*Damnum æſtimatur finita locatione.* 17.
*An colonus remiſſionem petere poſſit?* 19.
*Expenſæ militibus tranſeuntibus præbitæ, ad quem pertineant?* 20.
*Ex cauſa ſterilitatis locator tenetur pro rata tantum ad exonerationem mercedis.* 21.
*Conciliatio* §. pen. h. l. cum l. 5. commod. §. 2.

SI merces in arbitrium tertii indefinite collata,
1 nulla eſt locatio, ſicut ſi in tertii arbitrium con-
feratur, qui tamen nolit, aut non poſſit arbitrari. *Vid.*
*Mez. de ſubſtant. Locat. nu.* 20. *Cardin.* Mantica *de tac.*
*& amb. conv. lib.* 2. *tit.* 1. *numer.* 28. *conf. notat.* Dn.
Autoris *ad leg. fin. C. de contrahend. emt. n.* 2. Nam duo-
rum contractuum illorum, in pleriſque eadem eſt ratio.

*Ad* §.

2 Ad §. 1. Emtor non tenetur ſtare Locationi à ven-
ditore factæ. *l. Emtorem 9. C. h. t.* Idque ampliatur, li-
cet ſciverit emtor, locatam eſſe rem, & locationem
adhuc durare, *arg. l. 8. §. 35. quibus modis pignus ſolv.* aut
locator juraverit, *argum. l. ult. C. de non num. pec. Lauterb.*
3 *ad h. t. §. 1. th.* 28. Hæc regula etiam locum habet in lega-
tario, *l. 32. h. t.* in adquirente uſumfructum, *leg 59. §. 1. de
uſufruct. Mantica l. 5. t. 10. num. 5.* in proprietatem adqui-
rente, *l. 9. §. 1.* in feudo aperto; in marito rem in dotem
recipiente; in uxorem rem dotalem recipiente, &c. *Dn.*
4 *Lauterbach. h t. §. 1. theſ. 29.* Sed hæc regula locum ha-
bet, niſi aliter convenit, aut conductori in ſecuritatem
contractus hypotheca conſtituta. *Ang. Barboſa ad dict.
leg. 9. numero 16. Mantica leg. 5. tit. 10 numero 20. Steph.
Gratianus deciſ. 99. numero 6.* uti pronunciatum refert
*Sande leg 3. t. 6. deciſ. 7 & Franzk. numero* 239. etiam ge-
5 neralis *Valaſc. leg 1. conſ. 76. numero 8. & Sande dict. leg.*
Si tamen non expreſſe de re, tempore locationis non
alienanda, conveniat. ſed ob debitum hypotheca con-
ſtituta, tunc ſi Emtor debitum illud offerat, conductor
cedere tenetur. *Covarruv. 2 reſolut. c. 15. num. 3.* Dn. Aut.
*in C. h t. ad L. 9 num. 1. Franzkius h. t. num 241. Zaſius h.
t. num. 47. Lauterbach. h. t. §. 1. th.* 28. & ſic intelligo *Carp-
zovium p. 2. c. 37. defenſ. 4. num. 5.* quod loquatur de hypo-
6 theca ad ſecuritatem contractus conventa, aut debito
non oblato. Vel res ſub haſta ſit emta, *leg. 8. de reb.
Auth. jud poſſid. Carpzov. parte 2. conſtit. 37. defenſ. 4. in fine
Mantica de tac. & amb convent. l. 5. tit. 10. nu. 10 Franzk.
h t. num. 143. Dn. Struv. th. 27. Mantica de convent. lib. 6.
c. 10. Zaſ ad h. t. num. 4 . & ſeqq. Chriſtin. vol. 3 deciſ. 115.*
7 aut fiſcus ſuccedat jure ſingulari, *vid. L. 33. h. t.* aut quis
ad longum tempus conduxerit, quia ex praxi fori ha-
bet Jus in re *Mantica leg. 3. tit. 10. num. 15.* Idem *Manti-
ca tit. 11.* excipit colonum partiarium, ſed ea ſententia
dubia, & puto rem, tutius inſiſti regulæ in *d. l. emtorem*
8 *9. C. h. t.* Sed hodie emtorem teneri ſtare locationi à do-
mino factæ, tradit *Grævvegen*; quod in noſtris provin-
vinciis aſſerendum non eſt, *conſ. Joh. à Sande lib. 3 tit.
6. def. 1.* ſed Venditor tenetur ad intereſſe Conducturi,
*vid. Carpzov. d. conſt. 37 def. 5. & lib. 5. reſp. 17. Struv. d. th.*
9 27. Autor *in C. h. t. ad l. 9 num. 1.* Eccleſia vero, vel mi-
nor locationi à Prælato vel Tutore factæ ſtare debent,
*arg. l. 18. de admin. tut. l. 13 §. 17. ff. de A. E. Dn. Struv. d. l.
vid. & Manticam l. 5. tit. 13. & ſeq.* Sane ſi protimiſeos Jus
10 locator Conductori in contractu conſtituerit, & Loca-
tor vendat tunc pendente lite ſuper retractu à condu-
ctore mora, conductor penſiones interim ſolvit; ſed ſi vi-
ctoriam reportavit conductor, penſiones in pretium
imputat ejuſque uſuras, nam tum evincens cauſam con-
ductor, retro & ab initio factæ denunciationis, pro em-
tore habetur. Succedit enim Retrahens in locum emto-
ris, & tam præſtare quam percipere debet, quod ejus
fuit, *Dn. Mevius p. 2 dec. 160.*

11 Ad §. 3. Officium Conductoris eſt, ut omnia ſecun-
dum legem conductionis faciat, & in prædio ruſtico
omnia ſuo tempore agat, & villas incorruptas ſervet,
nam debet rem conductam in eo ſtatu conſervare, in
quo utendam accepit, *Moz. in rubr. de natur locat. nu.*
10. De incendio *vid. not.* Dn. Autoris *ad l. 11. ſupra de
periculo & com. rei. vend. num. 1. & Chriſtin. dec. 112. nu.
4. & ſeqq. vol. 3.* niſi quid caſu fiat. *Mant. de tac. & amb.*
12 *convent. leg. 5 t. 7. num.* 32. Ex hoc §. colligi poteſt, quod
conductor ultimo anno conſerere debeat agros; licet
hoc neget, & ad hunc §. reſpondere ientet *Berous vo-
lum. 1. conſ.* 147. Sane apud nos receptum, ut conductor
in eo ſtatu reſtituere debeat, ſicut accepit, ſcilicet conſi-
tos vel non.

13 Ad §. 4. Si propter inimicitias locatoris Conductor
damnum accipiat, illud à Locatore reſarciendum, *Me-
noch. conſ. 27. nu 33. Nevizanus conſ. 91. num. 9 Caroc d. tr.
tit. de caſibus num. 14. Ripa de peſte c. 1. num. 89. & Caroc.
d. leg. num* 15. niſi ſine facto ullo conductoris inimicitia
orta *l. 66. ſolut matr. & ibi Duar. Molina tract. 2. d. 494.
num. 8. Hotoman. l. 4. obſ 12. in fin. Sande leg. 5. tit. 7. def. 2.
Lauterbach. h. t. §. 3. th. 6. VViſſenbach. ad Pand. lib 9 th.
10 Franzk. h. t. num* 150. cum nemo cavere poſſit inimi-
citias; quod tamen rarum: plerumque utriuſque culpa
14 eſt. Ex hoc §. poſſet quæri, an ſi hoſtis quosdam inco-
las capiat ob tributa, damnum hoc capitis reſtituen-
dum? Hoc affirm. *Joh. a Sande l. 5 t. 7. def 1. per hunc §.
& l. pen. ff. ſolut. matrim.* ſi ſcilicet tributum ſit debitum
15 ex conventione, non ſi hoſtis impetraverit indebite.
Ex hoc etiam §. probatur, ſi Præſes ob ſuam culpam ſit
ab officio remotus, & ſic etiam Adſeſſorum officium
ſolvatur. his contra illum dari actionem, *Cagn. in l. diem
functo ff. de Adſeſſ. n. 65.*

16 Ad §. 6. Pro damno intolerabili fit remiſſio, ſed non
pro modico, quia immodicum lucrum ei non aufer-
tur, nec ob immodicum lucrum augetur penſio, *Ba-
chov in Tr. volum. 1. diſput. 29. th. 6. lit. E. Franzk. h. t. nu-
mero 115. & Lauterb §. 2. th. 16* Autor *in C. h. t. ad L. 8.
numero 2 & ſeqq.* quod Dd. pleri que de eo caſu intelli-
gunt, quando duplum ſolitorum fructuum excedit ſte-
rilitas, *vid. Pinell. ad leg. 2. C. de reſcind. vend. parte 1. cap.
3. numer. 34. Molina d ſp. 435. num fin Surdus lib. 2. conſ. 34.
nu. 9. & per totum, Valaſc. de jur. Emphyt. quæſt. 7. num. fin.
Franzk. num. 116. Zaſ. hic num. 21. Wiſſenb diſp 37. th. 20.
conſ. Chriſtinæus deciſ. 112. num. 1. vol. 3. Menoch. l. 2. A. Q.
caſu 76. num. 5. Joſeph. Ludov. concl. 12. nu. 13. Moz. de Con-
trah. Rubr. de Accident. Locat.* & ſic reſponſum menſe
17 Octob. anno 1658. Ut autem videatur an in duplo læ-
ſus ſit conductor, confundendi ſunt fructus finita lo-
catione, deductis expenſis, & videntur, an ultra du-
plum læſus, *Carpz. p. 1. conſt 37. def. 11.* Dn. Autor *in C.*
18 *h. t. ad L. 8. nu. 2. & 7.* Et ſi remiſſio in uno anno facta ob
ſterilitatem, ſi ubertas ſequatur ſecundo anno integra
penſio etiam pro ſterili anno exigenda, *Carpzov d. l. def.*
12. niſi de facienda in ſingulos annos remiſſione conve-
nerit, *Carpz. def.* 13. ubi plura vide ſis, & confer præter
allegatos *Covarr pract. quæſt. 30. Caroc. de Locat. titul. de
Remiſſ. mercedis & Boſſius in Praxi Crim. tit. de remiſſ.*
19 *mercedis & Carpzov deciſ* 136. Additur hic limitatio in
colono partiario, qui pro penſione dat partem fru-
ctuum, hic enim remiſſionem petere non poteſt, ſed
cum Domino damnum ad lucrum pariter patitur, quia
locatio proprie non eſt, ſed ſocietas, *Panor. in c propter
ſterilitatem X. h. t. num. 14. Gail. lib. 2. obſerv. 23. numer* 14.
*Franzk. h t. num. 131. Mantic. l. 3. tit. 2. numero 16* Aliud, ſi
certa quantitas fructuum pro penſione promiſſa, nam
& hic remiſſio locum habet, *Pauſchmannus l. 1 quæſt. 2.
quem refert Lauterbach. h. t. §. 2. th. 15.* ubi idem ille dicit
20 in molendino. Ex hoc etiam probant, quod modicas
expenſas, quæ militi tranſeunti præbitæ ſunt, condu-
ctor ferre debeat, *Franzk. h. tit. numero* 173. licet ordi-
naria tributa & ſumtus metatorum alias ad locatorem
pertineant, ad quem omnis utilitas & poſſeſſio, *Franzk.
h. t. num. 171. & ſeqq. Struv th. 19.* Et inſperatæ collectæ,
*Carpz. p. 2 c. 4. def. 5. Garcias in tract de Expenſ c. 14 n. 18.*
Et ſic reſponſum menſe Octobr. anno 1658. Ex *hoc § 6.*
etiam colligitur, ob modicam rem litigantes arcendos à
tribunali eſſe, *Carpzov. parte prima, conſtit. 1. de-
fenſ 9.*

21 Ad §. 7. Ad exonerationem mercedis ob ſterilita-
tem, pro rata tenetur locator, non ad intereſſe, & nec
ad ſarciendam jacturam ſeminis, quia ob caſum qui
uſum tanquam cauſam finalem locationis impedit,
tantum tenetur, *Struv. th. 16. Zaſ. h. t. numero vigeſimo
tertio.*

22 Ad §. *pen.* Certum eſt, conductorem ad levem tan-
tum culpam obligari, Autor *in C. h. t. ad L. 29 numero*
1. ex ratione *leg. 5. ſupra commod.* Sed hic videtur culpa
leviſſima præſtanda eſſe; Quidam ſpecialem hic dicunt
eſſe rationem, quia res hæc ſummam diligentiam requi-
rit, ſed quia in doliis & tignis idem eſſe dicitur, ideo-
que verius eſt, hanc eſſe rationem, quod conduxerit
hoc opus artifex, qui peritiam artis profitetur, & ſic qua-
ſi ſe obtulit, *vid. Delrio ad l. 23 nu 11. de R. J. Bach. in Tr.
vol. 1. diſput. 29. theſ. 6. lit. E. conf. Caballin. in tr. de eo quod*

*intereſt.nu.*18a. *Carpzov.p.*2.*conſtit.*37.*def.*24 *Dn.Struv. Excer.*24.*th.*20.*Franzk.h.t.num.*204. Dn. Autor *in C.h.t. ad L.*28. *num.*2.*&* 5.

## Ad L. In operis. 26.

### *SUMMARIA.*

*Locatio operarum duobus facta, is potior eſt, qui prior conduxit.* 1.

*Ampliatur in ſubditis.* 14.

*Quis præferendus, ſi res conducta, facta à locatore promiſſione, ſe vendituram rem conductori, poſtea alii vendatur an emtor, an conductor?* 2.3.4.

Cautela Berlichii *minus tuta.* 5.

*Ex pacto protimiſeos locationi adjecto, non poteſt præciſe agi ad vendendum, ſed intereſſe.* 6.

An Dn. Mevius *parte* 2.*deciſ.*300.*cautelam Berlich. probet?* 7.

*Res duobus locata vel vendita, poſterior præfertur, ſi illi res tradita præſtito tamen intereſſe priori.* 9.

*De jure civili ſervus non tenetur reſignare ante tempus conductionis finitum.* 10.

*An ſubditi poſſint cogi, ut operas ſuas addicant Domino?* 11.

*Quid in Marchia receptum?* 12.

*Qua actione conveniri poſſit locator ſi prædium loces, adjecto pacto, quod ſi vendere velis primo offerendum conductori & tamen alii vendat?* 13.

1 QUi ſuas operas duobus locavit, is potior, qui
prior conduxit; ratio eſt, quia quando uni pro-
miſit operam, alii ſe obligare non potuit. Quæ huic le-
gi obſtare videntur, ut *leg.*29. *ff. de judiciis*, ea reſolvit
*Gloſſa*. Ex eo etiam deduco, ſi vendita res duobus, &
2 neutri tradita, illum, qui prius emit, præferendum. Sed
quid ſi locator promiſit, ſe venditurum conductori, po-
ſtea vero alii vendat, quæritur; an emptor præferendus
conductori? quod affirmavimus, Autor *in C.h.t.ad L.*9.
*num.*1.menſe April 1653. quia ſi quis uni vendere pro-
miſerit, poſtea vero tibi vendat, tamen potior es, *per
tradita Jaſonis in L.quoties num.*34. C. *de Rei vind. Ant.
3 Gabriel.l.*3 *com.concluſ tit.de empt.concl.*2.*num.*4.*Hondedans p.*3 *conſil.*52.*numero* 36.*Hippol.de Marſil.ſing.*369.Et
aliud vendere velle, aliud vendere. *Iaſon.d.l. Theſaur.
dec.*33.*Tiraq.de Retr.Convent.ad fin.tit.*42.*&* 45.*Mantic.de tac & amb.convent.lib.*4 *tit.*3 *Vivius deciſ.*529 *Fortun.Garcias in leg.Iuris gentium num.*92.*ff.de pact.* Nec
4 cum conductore de certo pretio convenerat, & demum
illud pactum de re vendenda ad tempus conductionis
reſtrictum, da er das Hauß nicht kauffen würde / ſoll
ers reſtituiren. Conductione etiam tanqoam contractu
principali finita, tollitur obligatio pacti acceſſorii,
*Barth.ad l.*27.*C.de pact.Lud.Gozadin.ad leg.*2.*C.de pact.
5 inter emt.num* 185.ubi in terminis loquitur. Unde intu-
ta cautela *Berlich.parte* 1.*deciſ.*123. quod conductor ex
promiſſa ſibi venditione poſſit immiſſionem petere à
judice: Nam nulla ejus ratio nullum conventum eſt
pretium, nec Dd. ab ipſo allegati hanc cautelam
tradunt, & ex pacto protimiſeos non poteſt præciſe
6 agi ad vendendum, ſed ad intereſſe, quia hoc pactum
non eſt venditioni hic annexum, ſed locationi. Et in
hac Lege agitur de obligatione perſonæ, & actione
perſonali, quando duo conductores concurrunt. & tunc
7 priori res locanda, & tunc, quia neutri facta eſt tradi-
tio, *L. quoties C.de Rei vind.* locum non habet. Autor
*in C.tit.de Rei Vind.ad L.*15.*num.*1.Et quamvis *Dn. Mevius p.*2.*dec.*300.videatur cum *Berlichio* ſentire, non ta-
men exiſtimo, de eo caſu eum loqui, quando vendi-
tio in genere promittitur, verbi gratia. Quando dicitur,
ſolle das Guth in denen Jahren verkaufft werden/
ſoll der Miether der nechſte Käuffer ſeyn. Hinc nul-
lum exprimitur pretium, & quamvis dicat *Berlich.
num.*8. pretium referri ad aliud, id tamen in caſu hoc
non exprimebatur, alias ſi certum pretium ſtatim de-
finiatur, poſſet dici, eſſe conditionalem venditionem,
nec conductor interim pro poſſeſſore haberi poteſt,
cum nondum vere poſſideat, nec ſi venditor tradere
debuit, in præjudicium emptoris, cui domus verbi gra-
tia, tradita, hoc operari debet, nec poſſeſſio Aſinina,
quam habet conductor, in præjudicium emptoris pro-
8 ficiet. Sed ad materiam textus ut redeam, licet alias in-
ter Chirographarios creditores non ſit ordo temporis,
ſi quis tamen prius operam ſuam uni promiſit, ei prius
præſtare debet; quia hic non de quantitate, ſed de fa-
9 cto ſermo eſt. *Barth.h.l.* Sed ſi quis uſum rei duobus
promiſit, & poſteriori tradidit, priori rem vel intereſſe
præſtare debet. *Jaſon.in L.quoties C.de R.V.Dn.Mevius
parte* 4.*deciſ.*279.Nam in *l.*15.*C.de R.V.*poſterior etiam
præfertur, cui vendita res tradita, id tamen habet
hanc rationem, quod venditum traditum accipiens ad-
quirat dominium, quod in locatione ſecus. *Conf etiam
Covarr.l.*2.*Reſol.c.*19.*n fin.Gomez.t.*2.*reſol.c.*2,*num.*20.*Sichardus in d.L.quoties* 15.*C.de R.V.n.*12. *Dn.Struv.hic th.*
10 20. Hæc vero lex non pertinet ad eum caſum, quando
famulus per annum ſervivit, & novo Domino addixit
ſuam operam, primus conductor non eſt præferendus,
quia annus ille, ad quem locaverat ſuam operam, fini-
tus eſt, etiamſi prius non reſignaverit, Nam jure com-
muni non reſignatio, ſed tempus, ad quod conducitur,
fuit contractum *l.*3.*§.*6.*de jure fiſci. Mevius p.*4.*dec.*385.
11 Sed & conſuetudine introduci poteſt, ut quis ſuas ope-
ras potius huic, quam illi addicat, verbi gratia, potius
Domino pagi & ſubditi, quam extraneo, ut de liberis
12 ruſticorum, ſi aliis operas ſuas locare velit, tradit *Carpzov.p.*1.*deciſ.*5. Sic etiam in Marchia receptum, ut li-
beri ruſticorum, quando parentes eorum operam neceſ-
ſariam ſibi non judicant, Nobili præ aliis operam lo-
care cogantur. *Scheplitz in conſuet.* *March.p.* 4.*tit.*10.*§.*2.
*Rec.provinc.de ann.*1602.*tit.*23.*§.* Welche Unterthanen.
In locatione ad longum tempus, quæ juxta communem
ſententiam utile dominium, (vel ſi teretesaures recuſent
hoc audire, reale jus) per traditionem tribuit, obtinet
*lex quoties* C. *de R.Vind.Moz. rubr.de natur.Locat.l.*10.
13 Sed quæritur, ſi quis locaverit mihi prædium cum pa-
cto, quod ſi vendere velit, quod mihi proxime of-
ferre debeat; ſed alii vendit, quis potior? R. Si mi-
hi non obtulit, datur mihi actio ex locato contra lo-
catorem, ut mihi vendat, vel intereſſe præſtet, ſed emp-
tor contra me neque perſonalem, nec realem actionem
14 habet, dum nondum quæſivit dominium. *Mevius p.*3.
*dec.*223.Ex *d.l.*26. hoc etiam colligitur, ſi ſubditus ex-
traneo operam pro mercede locaverit, Dominum non
eſſe potiorem, ſi poſtea intervenire velit, quia per *hanc*
L.prior tempore; prior jure, & præventioni locus eſt in-
ter eos, qui æquale jus habent. *Card.Tuſchus concl.*646.
*lit.P.& Hier.de Monte in tr.fin.reg.cap.*25.*Caſp.*Manzius
*cont.dec q.*13.*nu.*17. Sed ſi uno tempore concurrant, tunc
forte potior erit Dominus. Conf. *Hart.Piſtor.obſ.*101.

## Ad L. Habitatores. 27.

### *SUMMARIA.*

*An conductor incommodum ſuſtinens, ex ædibus ruinoſis citra culpam locatoris, poſſit petere remiſſionem penſionis?* n.1.

Modica *incommoditas ſine locatoris culpa caſu, contingens non meretur remiſſionem penſionis.* n.2.

*Juſtus timor deſerendi prædium vel domum, meretur remiſſionem penſionis?* 3.4.*&* 5.

*An unius menſis abſentia ob peſtem penſionis remittendæ ergo attendenda?* 6.

*Timore peſtis ceſſante, conductor contractui ſtare tenetur.* 7.

1 SPecies facti eſt, locavi tibi domum, & poſtea,
cum ruinam minitaretur domus in aliqua parte ego
reficio

refcio illam partem, unde tamen ſuſtinuiſti incommodum, propterea conquereris. Reſpondeo, te non habere cauſam conquerendi: Nam cum illud incommodum venerit non ex dolo vel culpa mea, & tibi placuerit in ædibus manere, & hoc ſine aliquali incommodo non poteſt fieri, ergo non teneor, niſi refectio in principaliori parte facta, poſt *Caſtr. Salycetus*, Menoch. *vol.3.conſ.* 246.*nu.*23 Imo dicit *Menoch.* modicam incommodita-
2 tem ſine locatoris culpa caſu contingentem non mereri remiſſionem penſionis, *conf. Ripa de peſte tit. de prov.contract.nu.*26.*Boſſius in praxi crim. de Remiſſ mercedis n.*104.*Lauterb.ad h.t.*§.2.*th.*7. *in fin.*

Ad § 1. Juſtus timor, quo motus deſerui prædium, facit, ut peti poſſit remiſſio, niſi pacto vel conſuetudine aliud introductum, *eff.Et decıſ* 258.*Guido Papa deciſ.*630. *Carpzov.dict.conſtit.*37 *def.*10.*& deciſ.*136. *Caroc. de Lo-*
4 *cat.tit.de remiſſ.mercedis, numero* 41 Sic etiam juſtus timor, ſi domus ſpectris infeſtetur, *Gom:z.d.c.*3.*n.*3.*Mozius de Accident.locat.nu.*5.*Chriſtin.dec.*112.*n* 12.*volum.*3 *Covarr.lib.*4 *reſol.nu.*6.*Wiſſenb.h.t th.*18. ſi peſtis expellat.
5 *Ripa de peſte p. num.*8. *Moz.d.t.num.*6. & quomodo finiatur locatio, *num.*3.*Molin.diſp.*493. Eadem ratio belli ſupervenientis, *Gratian.tom.*2.*diſc.for.cap* 318.*nu.*21.*Dn. Mevius in conſilio de penſionariis qu* 1. Sed hoc reſtringit *Carpz. d.dec.*136.*nu.*14 ad diuturnam peſtem vel hoſti-
6 litatem cum *Gail.l* 2.*obſ.*13.*nu.*7. Sed unius menſis abſentiam ob peſtem attendendam eſſe tradit *Ripa de peſte in Rubr.num.*26.*& Dn. Lauterbach ad h.t.*§.1.*th.*22. Putarem id arbitrio judicis committendum. Raro autem periculum peſtis per unum menſem durare ſolet. Timo-
7 re tamen peſtis ceſſante, conductor contractui ſtare tenetur uſque ad tempus conſtitutum, & mercedem pro rata temporis, quo re conducta uſus eſt, præſtare, remiſſa
8 mercede reliqui temporis, *Lauterbach.d.l.* Sane ſi peſte ingruente conductor manſerit, ſed ob peſtis periculum, ſubconductores conclavium ad uſum deſtinatum habere non poſſit, penſionem remittendam eſſe pro parte, cum *Franzk num.*123.*Pantſchmanno q.*2. tradit *Dn. Lauterb.*§.1. *th.*24.

## Ad L. Qui Inſulam. 30. §. 3.

### *SUMMARIUM.*

*Merces promiſſa pro toto opere vel in ſingulas menſuras, quando ſolvenda?* n.1.2.3.
*Exceptio violentiæ generalis an includat vim à familia illatam?* 4.
*Conductor recipiens omnes caſus fortuitos, non recipit culpa locatoris contingentes.* 5.
*Ampliatur in renunciationibus exceptionum.* 6.

1 MErces pro opere promittitur vel toto vel in ſingulas menſuras: illo caſu penſio non niſi finito opere; hoc vero caſu pro rata operis facti peti po-
teſt, & ſic intelligendus *Mant.l.*5.*t.*6.*nu.*24 *Barb.ad l.*2.
2 *C.h.t.Dn.Struv.d.Ex.*24.*th.*21. Sed ſi etiam pro tota re promiſſa una merces, ſi tamen tractum temporis longiorem requirat opus, æquum eſt, ut per partes ſolvatur merces, vel etiam prærogetur, ſi artifex cautionem
3 præſtiterit. *Sich.in l.*2.*C h.t.in fin.Franzk.h.t.n.*189.*Barb. in d.l.*2.*nu.*3 *Lauterbach.h.t.*§.3.*th.*3. Sed in rerum locatione attendenda eſt conſuetudo loci; in dubio, finito uſu, debetur merces, *arg.l.*34. *de R.J.*Mant. *d.t.*6.*num.*3. *& ſ.* Molin *d.*497.*numere* 1.*Carpz.deciſ.*136.*Lauterb.ad h. e.d.th.*5.

4 Ad §.*ult.* Exceptio violentiæ intelligitur de ea violentia, quæ ab Extraneo infertur, non vero quæ à conductoris familia infertur, quia in generali ſermone non includitur perſona loquentis, *vid.Hartm.Piſt.lib.*2.*par.*2.*q.*48.*nu.*9.*& num.*30. Autor *ad L.*18.*nu.*2.*C.de Solution.* Et ſi conductor proteſtetur, ſe nolle teneri de incendio,
5 tenetur tamen, ſi à familia incendium coortum, *Romanus ſing.* 29.*Ripa de peſte p.*2.*princ.num.*40. E diverſo ſi conductor in ſe recipiat omnes caſus fortuitos, non tamen eos videtur recipere, qui culpa locatoris contigere, *Menoch conſ.*146.*nu.*1. Autor *in C.h.t.ad L.*28.*nu.*1. Et renuncians omnibus exceptionibus, non videtur intellexiſſe de exceptionibus procedentibus ex culpa &
6 facto illius, in cujus favorem facta fuit renunciatio, *Hippolytus ſing.*96.*P. Barb.ad l.*11.§ 1.*ff.ſol. matr.nu.*5 ubi hunc textum vocat elegantem, *conf.leg.*62.§.*fin.de contrah.empt.ibique* Dn Autor.*n.*2.

## Ad L. In navem. 31.

### *SUMMARIA.*

*Oneris averſi actione quando quis teneatur.* 1.
*An teneatur nauta hac actione, quando, frumento à pluribus mercatoribus confuſo, uni ex his reſtituit ſuos modios collatos?* 2.
*Depoſitum irregulare quando intelligatur?* 3.

1 ONeris averſi actione tenetur nauta, qui onus vehendum conduxit, ſed avertit, id eſt, alio vendit, vel ſurripuit, *Vult. in pr. Inſt.h.t.numero* 15.*& ſeqq.conf.*
2 *Don.& Hillig.lib.*13.*c.*9.*lit. E.Godd ad l.*5.§.*opere num.*3 *ff. de V S* Frumentum confuſum plures Mercatores tradiderunt nautæ, hic uni mercatori reſtituit ex communi acervo tot modios, quod dederat, poſtea naufragio colliſa navis periit cum frumento reliquo. Reſp. hic duo eſſe Locationum ut & depoſitorum genera. 1. Ut idem reſtituatur. 2. Ut tantundem. Atque hoc eſt depoſitum irregulare, quod notiſſimos depoſiti terminos excedit *Bach. in Trentler.vol.*1.*d.*29.*th.*1. *lit. D. Franzk. h.t.num.*27. ſi quis verbi gratia, pecuniam ita depoſuerit, ut neque clauſam neque obſignatam, ſed numeratam traderet. quo caſu is, qui accepit, tantundem reſtituere debet, *Dec. in* L. *contractus* 23. *de Reg.Jur.num.*8. *Card. Mant.de tac.& amb.convent.l.*.0.*t.*2.*num.*10.*& t.*3.*nu.*12. *Reſp. Fac.jurid.Arg.apud Dn.Thabor.in Racem.parte* 393.
4 Autor *ad L.*7.*n.*5.*C. de Furtis.* Et hoc confuſo frumento videtur actum. Item ſi aurifabro dederim aurum ad faciendum annulum, & talis quidem vera locatio eſt, ſed & quaſi mutuum, quia ſpeciem mutui habet; & ſic nauta in hac ſpecie recte ſolvit uni, nec tenetur actione oneris averſi, ſi ſine culpa ejus navis cum frumento reliquo periit. *Vid.Caſtr.hic & Vultej.d. l Cujac.l.*7.*obſ.* 39.*& Stracha de Navibus p* 3.*nu.*26. *Wiſſenb. d.*37.*th.*12. Collige in hoc caſu in locatione irregulari etiam dominium transferri, *Franzk.h.t.n.*28.

## Ad L. Qui fundum. 32.

### *SUMMARIUM.*

*Colonus non poteſt pelli ad colendum prædium, vendito prædio intra conductionis tempus.*

SIcut emptor vel Legatarius non tenetur ſtare locationi à Domino priori factæ, *per l.*9.C.*h.t.* ita etiam Colonus, licet emptor vel legatarius vellent continuare locationem, ad colendum prædium non poteſt compelli. *Mant.l.*5.*tit.*10.*n* 45.*A. Barboſ.ad l.*9.*C.h.t.n.*5.*Lauterbach.h.t.*§.1.*th.*3.*Cachov.in Tr.diſp.*19.*th.*8. *lit.A.Franzk. h.t.n.*22. Autor *in* C.*h.t.ad L.*9.

## Ad L. Si fundus. 33. cum ſeqq.

### *SUMMARIUM.*

*Conductor re conducta frui non valens citra culpam locatoris, petere tantum poteſt remiſſionem penſionis pro rata, non vero intereſſe.nu.*1.
*Ampliatur.* 2.
*Ad remiſſionem penſionis agi poteſt, licet actione inſtituta ad intereſſe nihil obtentum fuerit.*3.
*Ant.Fab. explicatio h.l.* 4.

1 SUmma *hujus legis* eſt hæc: quando conductor non
potuit frui re locata ſine culpa locatoris, tunc lo-
cator non tenetur ad intereſſe, ſed tantum ad remiſſio-
nem mercedis pro rata. Sed ſi culpa ſaltem levis inter-
venit Locatoris, tunc agitur ad intereſſe. Ideoque de-
2 ciſus ex hac lege fuit talis caſus: Conductor prohibi-
tus erat frui prædio, citra culpam locatoris; actione
inſtituta, ad intereſſe, Locator fuit abſolutus, Appella-
tum fuit, & hic ſubſtitit apellans actor in petitione in-
tereſſe: confirmata fuit prior ſententia, quæ tamen ſen-
tentiæ non obſtabat, quo minus ad remiſſionem mer-
cedis agere poſſit, ut refert *Dn. Mevius dec.* 84. Sed po-
tuiſſet, ut puto, ob ſalutarem clauſulam, ſtatim locator
condemnari ad remiſſionem mercedis, aut ſane ipſi ex-
3 preſſe reſervari. *vid. Proceſſ. meum civ. cap* 5 *numero* 13.
Sic ad remiſſionem tantum mercedis agi poteſt, quando
res locata creditori in ſolutum danda, *Dn. Mevius dec.*
88. quamvis dubitari poſſit, annon Locator in culpa
ſit, locans obæratus rem obligatam temere. Conf. *Pur-
pur. conſ.* 424. *num.* 6. *&* 429. *num.* 12. Ant. Faber *hanc l.* 33.
4 de culpa locatoris, ob quam fundus publicatus ſit, in-
telligit, ut & *Carpzov. p. 2. Juriſpr. conſt. 26. def.* 24. Obi-
ter *ex hoc textu* colligit *Lauterbach* §. 1 *th.* 26. licet fiſcus
omnia alienus bona occupans, teneatur ſtare locatio-
ni factæ ab eo, cujus bona fuerunt, *arg. l. 51. §. fin. de fi-
de Inſtr.* ſecus tamen, ſi unus fundus publicetur, *Gomez.
tom. 2. c. 3. n. 10. & ſeqq. Chriſtin. vol. 3. dec. 116. n.* 16.

## Ad L. Et hæc. 35. pr.

### SUMMARIA.

*Cauſæ, ob quas inquilinus ante tempus expelli poſſit. num.* 1. 5.
*An ſcholaris ob hoc, quod locator ipſe opus habeat concla-
vi, ante tempus expelli poſſit.* 2.
*Ampliatur.* 3. 4.
*Limitatur in domo communi ratione unius Domini.* 6.

1 OB refectionem inquilinus expelli poteſt, *per L.
6 ædem. 3. C. h. t.* quod hic declaratur, ſi ſit neceſſa-
ria, non ſi voluntaria. Secunda cauſa eſt, ſi ipſe loca-
tor opus habeat, & quidem ſi illa neceſſitas superve-
niat poſt tempus contractus, *Carpz. par. 3. dec. 137. nu.* 6.
2 Aut. *in C. h. t. ad L. 3. n. 1. &* 2. Ob quam cauſam Schola-
larem ante tempus expelli poſſe, tradunt *Harprecht.
ad §. ult. Inſt. h. t. num. 13. Molina tractat. 2. d. 499. num.* 9.
quod tamen videtur communi opinioni adverſari, *vid.
Aug. Barboſa ad l. 3. C. h. t. num.* 19. Et hoc in ædibus etiam
3 locum habere, putat *Dn. Lauterbach. ad h. t. §. 1. theſ.* 18.
*poſt Carpzov. p. 4. c. 37. def. 6. num. 11. & p. 1. dec 137. num.* 11.
Nec referre ait *Lauterbach*, quod domus ſit ampla &
utrique ſufficiens, quia Dominus non cogitur ſtare in
4 communione. Autor *in C. tit. communi divid. ad L. 5. nu-
mero 1. Chriſtin. volum 3. dec.* 115. *numero* 5. ubi notat, ma-
xime hoc notandum ubi ex cohabitatione pudicitia
periclitari poſſet aut exiſtimatio. Sed hic arbitrium ju-
dicis probi requirendum puto, Autor *in C. h. t. ad L.* 3.
5 *num. 2. in f.* ne malitiis hominum indulgeatur. Tertio,
ſi male verſatus ſit, *per d. l.* 3. obi vide *Gothofredi* nota-
ta, & quæ ego adjeci. Sed quid ſi plures Domini loca-
verint, an ſi unus velit ipſe inhabitare, & quæ opus ha-
beat, poſſit expellere? Neg. hoc, quia ipſe ſolus non lo-
6 cavit, nec in commune ſtare conductor compellendus.
*Carpzov. d. dec.* 137. Sed an refecto prædio iterum admit-
tendus conductor? vid. *not.* Dn. Autoris *ad leg. 5. §. 3. ff. uti
poſſ. numero* 8. *&* 9.

## Ad L. Opus. 36.

### SUMMARIA.

*Operis averſione locati in h. l. explicatio varia. n.* 1.
*An & quando periculum conductoris, ſi certa mercede
conduxerit, opus faciendum per averſionem, vel conſti-
tuta mercede in ſingulas menſuras?* 2.

1 SI quis conduxerit opus faciendum certa mercede
per averſionem, [quod nonnulli ita intelligunt, ut
in ſe periculum ſuſceperit; Alii ita, quod quaſi adverſæ
rei difficultate non ſatis attenta, contrahamus. *Cujac. l.
8. obſ. 15. Dn. Struv. th.* 24.] tamdiu conductoris pericu-
lum eſt, quamdiu opus non eſt probatum; ſed quando
2 in ſingulas menſuras merces conſtituta eſt, ante menſu-
rationem artificis eſt periculum, Autor *in C. h. t. ad* L. 2.
*num* 1. 2. opere enim per partes approbato, nihil ulterius
præſtare conductor Domino de bonitate operis tene-
tur. *Dn. Struv th. 24. Donell. lib. 13. cap. 9. in fin.* Colligunt
ex hac L. periculi nomine non ſemper venire caſum for-
tuitum *Romanus ſing.* 442. *Gratus lib. 2. conſ* 94. *n.* 34. Au-
tor *in C. tit. depoſiti, ad L. 1. num* 6.

## Ad L. Qui locavit. 38.

### SUMMARIA.

*Locans operas ſuas, ſi per eum non ſtetit, quo minus præſti-
terit, totius temporis mercedem petere poteſt. n.* 1. 2.
*Limitatur.* 3.
*An tali cauſa Advocati petere poſſint ſalarium non acce-
ptum?* 4. 5.

1 QUi locavit operas ſuas, ſi per eum non ſterit,
poteſt totius temporis mercedem petere, Autor
*in C. h. t. ad L. 2. n.* 2. quod ſuppletur ex L. 19. §. 1. *h. t.* ſi ſte-
tit per eum, cui operæ locatæ, verbi gratia, ſi is deceſſit.
*Franzk. h. t. num.* 190. *Donell. l. 13. c. 9. princ. conf. Wammeſ.
vol. 1. conſ. 572. nu.* 3. Id declarat exemplo Profeſſoris, per
peſtem à legendi munere abſtracti, item Advocati ex-
ordio anni mortui. *Carpzov. p. 2. dec. 136 num. 20. & ſeqq.
Gail. lib. 1. obſ. 44. nu. 12. & ſeqq. Moz. in tr. de contract. tit.
de Locat. rubr. de Accidental, Locat. num.* 43. *vid not.* Dn.
2 Autoris *ad l. Ex conducto. 15. §. 6. h. l. n. 44. & ad L. 4. n. de
Aſſeſſor n. 1. ſ.* Sic qui ad annum operas ſuas addixit mi-
hi, & ego illum intra annum dimiſerim, totius anni
mercedem ſolvere debeo, per hunc textum, *Carpz. p.* 3.
3 *dec.* 264 niſi alii addixeris intra annum operas tuas *leg.
19. §. 9. ff. h. t. n.* 15. Autor *ad d. L.* 19. Sed hoc non habere lo-
cum putat *Carpz. d. dec. 136. n.* 22. in eo caſu, quando quis
non ad certum tempus, ſed indefinite operas ſuas loca-
vit. *l. 15. §. 6. h. t.* & ſi interim aliis operam præſtitit, *leg.
diem functo 4. ff. de Aſſeſſor.*
4 Ad §. *ultim.* Advocati ſi per eos non ſteterit, quo
minus cauſam agant, honoraria reddere non debent,
*hic & leg. 1. Paragrapho 13. ff. de Extraord. cognit.* Sed
poſſuntne petere ſalarium nondum acceptum? De Ad-
vocato Fiſci hoc affirmandum, *per leg. 15. §. 1. C. de Ad-
voc. diverſ. judiciorum, juncta leg. 3. §. ultim. & l. 5. §. fin.* C.
*de Advoc. div. jud.* Sed quid in cæteris Advocatis? Ne-
gat *Bach. in Tr. volum. 1. d. 8. th. 3. lit.* C. Sed communius
videtur affirmari, *Gail. l. 1. obſer. 44. numero duodecimo,
Mynſ. centur. 3. obſerv. 8. Hillig. in Donell. libro 18. capite 3.
lit. KKK.* Niſi ſub conditione operarum promiſſum
5 ſalarium, *Carpz. par. 1. cap. 1. def. ult.* Conf. *Dn. Mevius p.
4. deciſ.* 200. Autor *in L. 4. n. tit. de Aſſeſſ. numero primo, &
ſequentibus.* Videndum hic, quid praxis ac conſuetu-
do loci ferat. Nam ſententia Bachovii videtur Juri
convenientior.

## Ad L. Qui mercedem. 40.

### SUMMARIUM.

*An & quando teneatur promittens cuſtodiam rei alienæ.*

QUi promiſit cuſtodiam, tenetur de periculo de
damno dato ab alio, quod potuit per diligentiam
exactam evitari. Nam non poteſt interdum damnum,

etiam

etiam per ſummam diligentiam averti. *Hippol. Rimin. vol.4.conſ.398.n.17.& ſeqq.* Sed tunc videtur is excuſari, qui eandem diligentiam rebus alienis, quam his adhibet, ſi ſuas pecunias cum alienis in ſuo ſcrinio repoſuerit. *Cravetta conſ.353.n.14.Menoch.conſ.352.n.11.* quos refert *Klock.tom.3.conſ 135.nu.92 & ſeq.* qui tamen mercedem recepit pro cuſtodia, etiam de culpa leviſſima tenetur, *Angelus de ſociet.p.2.nu.17.in tract.vol.5* Autor *in C.h.t.ad L.28.num.1.*

## Ad L. 41. vid. not. ad l.19.ff. Commod.

## Ad L. Locare. 44.

### *SUMMARIA.*

*An ſervitutes locari poſſint? n.1.& 2.*
*An & quomodo jus patronatus & jus cudendi monetam? 3. 4.*
*Res ſpirituales locari non poſſunt. 5.*

1 SErvitutes prædiales locari non poſſunt, ſcilicet ut à
Domino conſtituantur; facultatem tamen utendi,
ſervitute ſemel conſtituta, locari poſſe credunt *Caroc.*
*d. Tr.tit.de ſervitut.p.65.Bach. in Tr diſp.19.th.3. lit. A.*
*& in Weſſenb.h.t.n.5.* Sed verius videtur, ſeorſim à fundo
non poſſe locari, ne quidem commoditatem ſervitutis
prædialis, præſertim prædii urbani, niſi ubi commode
alteri commoditas concedi poſſit, citra præjudicium
aut damnum Domini. *Molina tr.2. dec.489. Moz. h.t.2.*
2 *de rebus num.2.* Ex hoc etiam textu *Carpz.* probat, non
poſſe ſervitutem paſcendi alii locari, v.g. bubulcis Po-
lonicis; ut deciſum refert, *Mev. p.1.dec.69.& p.2. deciſ.*
106. Sic licet uſusfructus ſeu ſervitus perſonalis alias
locari poſſit, *l.9.§.1.h.t.* & habitatio, *leg.13. C.de uſufruct.*
3 (& hodie juriſdictio, *Carpz.l.5.Reſp.15.n 3.*) uſus tamen
non poteſt locari, quia non eſt eadem omnium indi-
gentia, *Hillig.l.10.c.2.lit.* C. Jus patronatus non poteſt
per ſe locari, ſed nec cum univerſitate fundi & jurium,
tranſit in Conductorem, niſi ſit ad longum tempus,
quæ eſt ſententia *c.7.X.de Jure Patronat.* Et hæc com-
4 munis eſt traditio, *vid.Berlich dec.166.* & quos allegat
*Finckelth.de jure patron.c.5.n.* 19. licet ipſe diſſentiat *nu.*
*13.& obſ.3.cum* Carpz.*p.2.c.37.def.22.* Nam ad firmam
locare, procul dubio non de locatione ſimplici intelli-
gi poteſt. Et ſi jus patronatus differt à ſervitute prædia-
li, quæ indiſtincte tranſit in Conductorem. Jus cuden-
di monetam locari, per Rec. Imper. Edict. Monet. de
Anno 1559. §. Ferner als ſich auch befinden thut.
5 *Carpzov.lib.5.reſp.*18. Res ſpirituales locari non poſſunt
quia eſſent Simonia.

## Ad L. Si cui. 47. §. 1.

### *SUMMARIUM.*

*Rem locatam non reſtituens, vel domum reſignans nec vacuam reddens, qua actione teneatur, & quid egiſſe videatur.*

QUi rem locatam non reſtituit, tenetur actione locati, vel ſi ſine controverſia non reſtituit, *leg.11.§.3.h.t.* & res in priſtinum ſtatum reſtituenda, *leg.29.C.h.t.* Ideoque ſi quis domum reſignaſſet, & tamen non vacuam reſtituiſſet, viſus eſt reconduxiſſe, & à penſione ulteriori non abſolvendus *Dn.Mevius p.4.dec.*260. Dn. Autor *in C.h.t.ad* L.16.*n.1.& ſeqq.*

## Ad L. Tutores. 49.

### *SUMMARIA.*

*Tutelam gerens, prohibetur ſub pœna falſi bona fiſcalia conducere.num.1.*
*Quid hodie obtineat? 2.*

1 QUi tutelam gerit, non poteſt conducere prædia
fiſcalia, vel omnia, quæ fiſci ſunt, ne vel pupillus
vel fiſcus defraudetur, & quidem ſub pœna falſi, de quo
*vid.not.* Dni Autoris *ad tit.C.Ne tutor vel curator vecti-*
*galia conducat nu.1.& ſeq* Sed hodie hoc non obtinere,
putat hic, ut & *ad d.tit.C.Grænwegen* quod non ſimpli-
citer admitto, niſi præſtiterit fide juſſores, aut notorium
2 ſit, ſatis idoneum utrique eſſe tutorem.

## ad L. Ea Lege. 51. §. 1.

### *SUMMARIUM.*

*Locans operas ſuas ſemel tantum conſtituta mercede, vel in ſingulos dies, quando teneatur de vitio operis.*

QUi locavit operas ſuas ſemel tantum conſtituta penſione, tenetur de vitio operis, antequam approbetur, qui vero locat ſuam operam in ſingulos dies, non tenetur, quia à ſingulis diebus videtur opus approbatum, *Rom.ſing.31.* ubi hunc textum ſingularem vocat, *Franc.Cremens ſing.81. Menoch.ret poſſ.remed.4.num.14. Caroc d.tr.p.3.tit.de vitio oper.nu.1.p.263.& ſeq.* niſi modo dolus aut culpa lata locatoris concurrat, *Additionator ad Romanum d.l.*

## ad L. Si Decem. 51.

### *SUMMARIUM.*

*Locatio tunc demum valet, ſi de mercede conventum fuerit.*

SI locaviſſe me putem 20. flor. tu vero conduxiſſe te putes pro 10. flor. nihil eſt actum, ſed ſi pro 10. me putem locaſſe, & tu pro 20. decem tantum debentur, quia in hac ſumma ambo convenimus. Illius ratio eſt, quod in majore ſumma non contineatur minor ſi partes ſunt proteſtatæ, & ſe reſtrinxerunt ad majorem ſummam, & ſic limitatur regula in *c plus ſemper, 35. de R.J.lib.6.Hier.Butigella in rep.l.1.§ ſi ſtipulanti, 4. num. 8.de V O. Rimmald.lib.2. conſ.2.2.num.23.Petr.Gerhardi ſing.25.Rimmald in inſtit.tit.quibus alienare licet vel non. princ.num.* 43. Et regula non habet locum, quando voluntas partis eſt, ut non valeat niſi in totum, *Peckius d. reg.35. num.6.*

## Ad L. Quæro. 54.

### *SUMMARIA*

*An fidejuſſor de uſuris teneatur, num.1.& 3.*
*Conciliatio* l.8.ff. de eo quod certo loco. 2.
*Pactum de non expellendo conductore, quouſque intelligatur. 4.*
*An moroſum conductorem liceat expellere autoritate privata. 5.*
*An ob non factam ſolutionem mercedis, locator expellere poſſit conductorem. 6.7.*
*Extenſio l.h.§.1.ad omnes contractus.* 8.
*Locans fundum, renunciato expreſſo beneficio l.3. C.h.t.uti non poteſt. 9.*
*Limitatur.* 10.

1 IN quæſtione illa, an fidejuſſor pro uſuris teneatur,
diſtinguendum, an uſuræ expreſſe fuerint promiſ-
ſæ? Et tenetur fidejuſſor, quia uſuræ tempore fidejuſ-
ſionis fuerunt in obligatione: Ergo niſi aliud actum,
indiſtincte tenetur fidejuſſor, *leg.5.* Codic. *de pact. in-*
*ter empt. leg.2.Paragrapho, 12. ff. de Adminiſtr.rer.ad*
*civ.pertin.Carpzov.part.2.c.19.d.*8. Sed quando uſuræ ex
mora ex officio judicis veniunt *l 8 ff. de eo quod certo lo-*
2 *co,* quæ cum hac lege ita conciliatur *vid.*Manz.*de fi-*
*dejuſſ. cap.6.numero 46.* Sic quando quis in omnem cau-
ſam fidejuſſiſſe videtur, & ſic pro uſuris penſionis non



 ſolutæ

Digitized by Google

ſolutæ, ſecus ſi ſimpliciter in incertam quantitatem fi-
dejuſſiſſet, *vid. Bach.diſp.23.in Tr.tit.5 lit.B. Pao.cent.4.*
*queſt.32.Franc.de Fidejuſſ.c.5. num.6.Hering.de fidejuſſ.*
*c.24.n.216.Neguz.de pign. p.2.princ. memb.4.nu.55.* In.
Autor *in C.de pact.inter empt.& vend.ad L.5. n.3.& ad*
*L.10.nu.2.C.de Fidej.*

4 Ad §. 1. Promiſſio de non expellendo intelligitur, ſi
Penſionibus paruerit, & ſi, ut oportet, coluerit, alias ve-
ro ob non ſolutam penſionem conductor expelli pote-
rit. *Fortun. Garcias ad l.Item quia ff. de pact. in fin.*
Biennii autem hic fit mentio, quia talis caſus tantum
hic refertur. *poſt Jaſonem & Decium*, *Molina diſput.*
*499. & 2. & 3.* Autor *in C.h.t.ad* L.3.*num.1.& ſeq.* vel
quia prædia ruſtica in quinquennium ſolebant locari,
hinc ceſſionis biennii facta mentio. *Franzk.h.t.num.*
186. Expulſus autem conductor, mercedem pro rata
temporis præteriti & præſentis præſtare repetur. *Franzk.*
5 *h.t.numero* 151.*Lauterbach.h.t.th.*17. Sed an liceat priva-
ta autoritate expellere moroſum conductorem? Id Aff.
nonnulli, ſed merito id negat *Franzk. h.t. cum Nevi-*
*zano conſ 91.numero* 52. quia leges à propria ſibi jus di-
cendi poteſtate abhorrent, & creditor, licet permiſſa
ipſi fuerit facultas ingrediendi bona, autoritate tamen
judicis facere hoc debet, ſi quis prohibeat, vel prohi-
bere velle præſumatur, *leg.3. C.de pignor.* In *leg. 56.h.t.*
de ſpeciali caſu ſermo eſt, quando horrea clauſa ab-
ſente conductore aperienda. *Molina dict leg.numero 4.*
*conf. Trentacinq.tit de Locat.reſolut.4.numero undecimo.*
6 Colligunt etiam ex hoc §. frangenti fidem &c. *Marſil.*
*ſingul.*42. Et poſſe locatorem expellere conductorem,
quando hic præſtanda non præſtitit, modo id non ſit
modicum, *leg.23.ff.h.t.* Autor *in* C. *h.t.ad L.3.numero*
*1.& ſeqq.* & ſi culpa ſit tantum penes conductorem,
nec ſit, quod locatori imputari poſſit, nec conductor
moram probabiliter excuſare. Ita judicatum refert
*Dn. Mevius par.2.deciſ.*34. Sic nec expelli poteſt, quan-
7 do conductor probabilem cauſam retinendæ penſio-
nis allegat, & ſe ad probationem ejus offerat, licet
non in continenti probet. Nam reciprocus eſt hic con-
tractus. *Dn.Mevius parte* 2.*deciſ.*87. Et generaliter id
in omni contractu, ubi utrinque quoddam promittitur,
alter non tenetur, niſi & ipſe à ſua parte id, ad quod
8 tenetur præſtiterit. Ideoque hunc textum in omni con-
tractu notandum, cum *Bartolo* ait *Rol.à Valle conſ.69.*
*n.5.Berous lib.1.conſ.144.conf.notata* Dni Autoris *ad leg.*
9 13 *§.8.de* A.E.*n.10.& 11.* Sed ex hoc §. etiam hoc colli-
gendum, ſi quis Locans fundum expreſſe renunciave-
rit beneficio *l.3.C. h.t.* ſcilicet quod nec ob indigen-
10 tiam propriam expellere velit, non uti poſſit hoc bene-
ficio. *Carpz. p.2.c.37.def.7.& Aug.Barb.ad l 3.n.15.* Si ta-
men in genere conventum de non expellendo condu-
ctore, omnino ex ſupervenienti indigentia Domini, ex-
pelli poſſe conductorem, quia in hac renunciatione de
illo caſu futuro non cogitavit; ſecus in illa, Conf. *Mo-*
*lina tr.2.dec.499.nu.8.Trentac.reſol.4.de Locat.num.6.&*
*Aug.Barb.d.l.nu.*25 & hos referens *Lauterbach. th.* 18.
Sed circumſtantiæ tales poſſunt concurrere, ex quibus
colligi poſſit, quo animo locator renunciaverit, de qua
cauſa cogitaverit, *Molina d.loco n.8.*

## ad L. Dominus. pr. 55.

### *SUMMARIA.*

*Dominus de furto ſubreptis rebus ex Camera locata non tenetur, niſi cuſtodiam in ſe receperit. num.1.*

*An & in quantum conductor impenſas in rem conductam factas repetere poſſit?* 2. & 4.

*An operas ruſticorum ad meliorationes adhibitas, poſſit conductor computare in expenſas?* 3.

*An & quæ reſtituenda expenſa, ſi res, in quam facta, tantum duret, conſiſtente locatione?* 6. & 8.

*An in reſtitutione expenſarum pretium rei tempore finitæ locationis, an vero expenſa præciſe attendenda?* 7. & 9.

*In omni reſtitutione pecuniæ tempus contractus reſpiciendum eſt.* 10.

1 Dominus de furto ſobreptis rebus ex camera loca-
ta, non tenetur, niſi cuſtodiam in ſe receperit, *hic*
*& l.1.C.h.t.* Et Autor *ad* L.1.*C.h.t.Berlich.par.2.dec.*202.
ubi ita judicatum teſtatur.

2 Ad §. 1. Conductor quædam impendit, ædificia fe-
cit, plantavit arbores, foſſas duxit, quales expenſas re-
cenſet *Berlich.p.2.dec.*150. quæritur, an has expenſas re-
petere poſſit? Reſp. aut illa, ut fierent, in contractu ex-
preſſa, aut non; ſi expreſſa, non poteſt repetere; ſi non,
poteſt, *Joh. a Sande l.3.t.6.def.ult.* ubi ſic pronunciatum
refert; ita ergo conductor, quod per contractum fa-
cere jubetur, ejus expenſas non poteſt repetere, niſi aliud
3 actum. Sed quid ſi ex operis ruſticorum quædam fece-
cit conductor, an & eas computare poteſt in expenſas?
Neg. Nam operæ ſervorum quidem ſimul locatæ, ſed
quantum ad fructus colligendos opus eſt, quod vero
in utilitatem prædii laborarunt, merito Domino ce-
dit. Ita judicatum refert *Mevius p.2.dec.*89. Aliud vero
actum tunc eſt quando Conductor ex lege contractus
quidem quid facere debuit, & fecit, reſtitutione ta-
men facienda à Locatore, ut communiter fieri ſolet.
4 Ibi quæritur vero; An reſtituendum quantum impen-
dit, an vero quantum melioratur fundus pro tempore
hoc repetitur? *Dn.Mevius parte 3.deciſ.*42. diſtinguit,
utrum quis ex lege contractus quid faciat, an alias bo-
na fide in re, quam habet. Illo caſu repetit, quod im-
pendit, licet nulla inde utilitas; hoc caſu, quantum
melioratus eſt. *l.38.& l 48.de Rei vindic.* Prius probat
ex ratione, quia ſemper impenſæ ſuperant ædificii æſti-
mationem? Conf. de hac materia intricata etiam *Gar-*
*cias de Expenſis.c.24.& Sande d.t.6. def.*8. Sane proba-
bile eſt, ſi in re quaſi mea (errans) ædificem, Domi-
5 num non niſi meliorationes exiſtentes reſtituere debe-
re, ſed ſi ex pacto, promiſſa refectione ædificem, ex-
penſas mihi reſtituendas eſſe. Præſertim cum *dict.l.55.*
§.1. dicatur de caſu, quo non convenit expreſſe de re
melioranda, ſed forte tacite vel ex natura contractus
id convenit. Ex hac *l. & l. pen. prin.* colligit *Dn.Me-*
*vius parte 4. deciſ* 41. Si aliud non actum, impenſam
in molari lapide comparando factam in molendino, ad
locatorem pertinere. Sed quæritur, ſi res, in quam ex-
penſa facta, tantum duret conſiſtente locatione? Reſp.
6 & tunc reſtituendam eſſe expenſam, ſi ea res neceſſa-
ria, licet nihil utilitatis poſt finitam locationem ad
Dominium perveniat: quia Dominus debet facultatem
utendi re locata præſtare, verbi gratia, ſi horreum tem-
poratium fecerit, ut cum *Cavalcano parte 1.deciſ* 44.
*numero* 49. ſtatuit *Berlich .parte 2. deciſ.*250. *numero 3.*
Quomodo autem hoc conveniat cum traditis *numero*
7. ejuſdem deciſionis, ubi requirit, ut locator aliquam
utilitatem ex re, finita locatione, percipiat: item cum
iis, quæ habet *deciſ. ſeq.* quod tempus reſtitutionis at-
tendendum ſit, ego non video. Ideoque in ea quæſtio-
ne repeto meam ſententiam, quod conductor id reci-
7 piat, quod impendit neceſſario, non quantum res valet
tempore finitæ locationis, ex hoc argumento: Si ex-
penſæ reſtituendæ, ex quibus nulla utilitas finita loca-
tione ad Dominum redit, utique eæ etiam, ex quibus
minor utilitas redundat ad Dominum. Nam Dominus
tenetur ædificia præſtare ad condendos fructus & ad
habitandum, & ad eradicandos agros, ſi expreſſe vel
tacite aliud non conventum. Sed ſi ſine neceſſitate uti-
8 liorem fecit fundum, tunc reddentur impenſæ, quate-
nus utilior factus jam exiſtit, & ita ſecundum quid pro-
bo deciſionem *Berlich.d.dec.*261. nec *Menoch. remed.5.*
*recup.poſſ.num.*559. quem citat *Berlich.* de conductore lo-
quitur: Aliud enim eſt, expenſam facere ex conſenſu
tacito vel expreſſo alterius & ex contractu aliud in re
9 aliena, non ex contractu. Id vero certum, quod tradit
*Berlich.d.d.* 251. *num.7.* ſi æſtimatio ſuperet expenſas,
hat

has ſolas reſtitui, licet ab ea opinione recedat *Berlich. num.ſeq.* Nam non plus reſtituendum, quam quod ejus intereſt; Jam vero, ſi impendit 100. & pretium rei ſupra triplum auctum fuerit caſu, non pluris tamen intereſt, quam ut recipiat id, quod expendit: Nam ſi impendit 100. & res caſu fuit depretiata, non recipit minus, quam 100. conductor; Ita in contrario eventu non pretium rei melioratæ, ſed expenſas poteſt recuperare. Aliud in venditore, cujus lucro cedit auctum rei pretium. Et exinde non poſſum *Berlich.* opinionem ſequi quoad valorem pecuniæ. Nam regula eſt, quod in omni reſtitutione pecuniæ tempus contractus aſpiciendum ſit, in qua regula tamdiu ſubſiſtendum, donec probetur contrarium. Exceptio expenſarum etiam poſt rem judicatam in executione opponi poteſt *Caroc. quæſt.* 40. *Iob. à Sande lib. 3. deciſ. tit. 15. def. 5. Lauterbach. §. 2. h. tit. def.* 22.

Ad §. 2. Qui deſerit prædium conductum, non tantum ad totam penſionem obligatur, ſed etiam ad intereſſe tenetur, niſi habeat juſtam deſertionis cauſam, de qua *Carpz. dec.* 136. *vid.* L. 27. §. 1. *h. t.*

## Ad L. Cum Domini. 56.

*SUMMARIA.*

*Quomodo cum Conductore latitante & non ſolvente intra biennium procedendum? n.* 1.

*Penſio qua anni parte peti poſſit?* 2.

1 CUm conductor non apparet, nec ſolvit penſio-
nem per biennium, poſſunt domus & horrea a-
periri, & quæ ibi ſunt, coram publicis perſonis deſcri-
bi. Collige ergo unum caſum, quo conductor expelli
poteſt: Autor *in C. h. t. ad L.* 3. *numero* 1. alius in *leg.* 35.
ſi res neceſſariam refectionem requirat; alius in *leg.* 3.
C. *h. tit.* ſi ipſe Dominus ex improviſa cauſa opus re
habeat; *per L.* 3. C. *h. t.* quod etiam tunc fieri intelli-
gendum eſt, cum res danda eſt crediturі in ſolutum.
Nam tunc nihil imputari poteſt locatori, cum ſit cauſa
neceſſaria, *Mevius p. 2. dec.* 88. vel conductor re abutatur,
de quo *Ant. Gabr. de locat. concl.* 3. *Molina diſp.* 499. *Tren-*
2 *tacinq. de Locat. reſol. 2. Mant. L. 5. tit. 7 num. 17 conf. not.*
Dn. Aut. *ad d. l. 3. C. h. t.* Alias penſio vel merces in loca-
tione peti poteſt in fine anni, ſi de conſuetudine alia
non conſtet, *l. 34. de R. J.* quia id benignius etiam eſt de-
bitori, *Gomez. t. 1. c. 3. nu. 13. Molina diſp. 497. nu. 1. Man-
tica tit. 6. num. 3. & ſeqq. Salyc. ad l. 3. C. h. t. nu. 7. Hillig. lib.
13. cap. 8. lit. G.*

## ad L. Cum in plures. 60. §. 2.

*SUMMARIA.*

*An petente convento ex facto alterius poſſit compelli actor, ut prius contra delinquentem agat? num.* 1.

*An ſi proteſtationem factam ſequatur actus contrarius, proteſtatio effectum habeat?* 2. 4.

*Patientia pro conſenſu habetur, & propoſitum in mente retentum non relevat.* 3.

*Proteſtationi non ſemper fidendum.* 5.

1 QUando veſtimenta fulloni ſurrepta, datur actio
furti contra fullonem, & huic actio furti con-
tra furem, & ſi rem à fure conſequi poſſis, poterit
Judex compellere actorem, ut potius contra furem
agat, ſumtibus fullonis. Unde hic *Bartolus* colli-
git quandoque unus convenitur ex facto alterius, quod
hic prius conveniendus ſit, ſi reus hoc petat, & alter
idoneus ſit, qui conveniatur, nec gravetur actor notabi-
liter.
2 Ad §. 8. Locator proteſtatus eſt, ſe aurum & argen-
tum conductoris non recepturum in horreo ſuo pericu-
lo. ſed poſtea paſſus eſt pretioſa inferri, an adhuc pro-
teſtatio effectum habet? Videtur quod ſic, quia patien-
3 tia præcedente proteſtatione quæſita. Sed negatur quia
videtur receſſiſſe facto aut patientia contraria. Collige
quod patientia pro conſenſu habeatur, & propoſitum
in mente retentum non relevet. *Hermanoctius Detus in
rep. l. Non ſolum. § morte. de operis novi nunciat. nu.* 69 *&
ſeqq. Et in rep. d. §. Ant. Rubeus nu.* 248. *& ſeqq.* Autor *ad
L. 2. n. 2. & 3. C. de acquir. & retin. poſſ.* Placet autem ſen-
4 tentia, quam proponit *Franc. Curt. us in repet. l. pacta no-
viſſima, C. de pactis, n.* 27. aut 1. quis proteſtando dero-
gavit tantum pro nunc, ſed & actibus futuris & factum
vel patientia ſequens à priori derogatione tollitur, &
eſt ſine effectu. Aut 2. clauſula derogatoria ſimpliciter
proferetur, & in continenti ſequitur actus contrarius,
& tunc actus non attenditur contrarius, ne in conti-
nenti ſe corrigere videatur. Aut tertio actus contrarius
ſit ex intervallo & ſic actus derogat priori proteſtationi,
ut hic Videatur etiam *Barb. locup. lib.* 4. *c.* 103. *ax.* 15. ubi
fuſe agit de proteſtatione facto contraria. Hinc appa-
ret non eſſe ſemper fidendum proteſtationi, niſi identi-
dem toties quoties repetatur, quod tamen faſtidioſum
5 eſſe ſolet, aut niſi quis in ſpecie actibus futuris dero-
get, &c.

## Ad L. Pen. in pr.

*SUMMARIA.*

*Colonus propter non ſolutam penſionem ejectus expenſas utiles repetere poteſt. nu.* 1.

*An & hæc facultas competat emphyteutæ?* 2.

*Conductor pomarium plantans petere tantum poteſt expenſas pomarii plantati, non vero æſtimationem fundi, qui melior factus eſt* 3.

*Conductor & prohibitione facta rem reficiens, neceſſarias expenſas repetere poteſt.* 4.

1 COlonus, ſi propter non ſolutam penſionem ejici-
tur, expenſas tamen utiles repetit, aut nihil amplius
præſtat. *Caroc. d. tit. de Expenſ. num.* 2. *Molina tract. 2. d.
496. n. 2. Lauterb. h. t. §. 2. th.* 16. nulla habita diſtinctione,
inter expenſas magnas & modicas, v. gr. pro ſoleis for-
mis equi Colligitur ex hoc textu, conductorem expul-
ſum, ad penſionem tamen integram ſolvendam teneri.
Sed aliud in Emphyteuſi pro qua parvus canon præſta-
tur. *P. Barb. ad l. diverſis, § fin. par. 1 n.* 69. Sed alii diſtin-
guunt: utrum ex cauſa contractus Emphyteuta fecerit
2 meliorationes, ut ſi agrum meliorem reddiderit, vineam
plantaverit; an vero præter debitum fecerit; ut ſi ædifi-
cia vel molendina exſtruxerit. Si igitur emphyteuta ob
non ſolutum canonem privetur jure ſuo has, non illas
expenſas recuperat emphyteuta. Hujus diſtinctionis pri-
mum autorem *Molinaeum ad Conſ. Pariſ. §. 1 gl 5. n.* 73. eſſe
refert *Job. à Sande,* ubi ita judicatum refert *l. 3. t. 6. def. 6.
Chriſtin. vol. 3. dec. 121. n. 7. Garc. de Expenſis c. 6. n* 10. Vi-
deri etiam poteſt *Menoch. leg. 3. præſum.* 112. *& remed.
9. recup. poſt. numero* 150. *Molina diſput.* 483 *numero*
3 8., Plura de penſionariis videantur *in Conſilio exa-
ctiſſimo Domini Mevii de his edito. Ex hoc principio*
etiam colligitur, ſi conductor pomarium plantave-
rit, poſſe eum petere expenſas tantum pomarii
plantati, non vero quantum fundus melior factus:
nec enim conductor melioris conditionis eſſe debet,
quam b. f. poſſeſſor, aut uſufructuarius, & condu-
ctor nihil amplius dedit, quam expenſas, & ita
pronunciatum refert *Johann. à Sande lege tertia t.* 6.
*defenſ.* 8. Colligitur etiam, conductorem, licet pro-
hibitus ſit, reficere, ſi tamen reficiat rem ad rei u-
ſum, expenſas has neceſſarias repetere eum poſſe.
Nam *leg. fin. Codice de Negot. geſt.* de mero geſtore,
cui nihil juris eſt in re, agit. Metienda autem ne-
ceſſitas non ex voto conductoris, ſed ex eo, quod
Locator præſtare debet. *Domin. Mevius parte tertia,
deciſ.* 119.

## TITULUS III.

### De æſtimatoria Actione.

### Ad L. 1.

#### SUMMARIA.

*An actio præſcriptis verbis detur etiam ex contractu nominato? n.1.*

*An contractus æſtimatorius dici poſſit mandatum vel locatio. 2.*

*Periculum rei in hoc contractu ad quem pertineat, ubi conciliatio h.l.§.1.cum l.17.§.1.de praſcr verb.3.4.*

*Lucrum ad quem pertineat, ſi proxeneta rem pluris vendiderit. 5.*

1 IN *principio Legis* notatur, quod actio præſcriptis
verbis non tantum detur ex contractu innominato,
ſed etiam ex nominato forte contractu, ſi de contractus
vel actionis nomine dubitetur, *vid.not.* Dni Autoris *ad*
*n.l.1.de praſcr.verb.* quod ad conciliationes multarum
legum utiliter notatur, licet in foro non magnum uſum
2 habeat. Et ſane non video rationem, cur non huc contractus
dici poſſit mandatum, ſi gratis intervenit, proxeneta;
aut locatio, ſi mercet. Sed quia veteres dubitarunt,
ideoque contractum æſtimatorium tanquam innominatum,
& quidem anomalum. *Franzk.hic n.2.* invenerunt,
eumque bonæ fidei eſſe voluerunt, uti & permutatio-
3 nem. Æſtimatio ergo facit tranſire periculum in accipientem.
Autor *in C.tit.de Jure dot.ad L.5.nu.4.& 8.* Cui
obſtat *l.17.§ 1.de praſcr verb.* Ideo cum *Bartol.& Jaſone*
diſtinguit *Bachov ad Tr.diſp 30.th.2.lit. E. ad Weſenb. h.*
*t.n.5.Franzk h.t.n 5.* an æſtimatio facta ſit propter ipſam
rem id eſt, ut quaſi conditionalia & tacita ſit contracta
emptio, ut accipiens vel rem ipſam, vel pretium reſtituat;
an vero eo fine facta, ut ſciret proxeneta, quanti
rem vendere debeat. De illo loquitur hæc lex; in ſecundo
caſu ſubdiſtinguunt, quis alterum rogaverit, an Dominus,
an vero miniſter; ut illo caſu ad Dominum; hoc
caſu ad miniſtrum pertineat periculum: ſi vero de rogatione
non appareat, ad Dominum, ut tamen miniſter
levem culpam præſtet. *Dn.Struv.Exerc.25 th.7.confer.*
*Carpzov. lib.1.Reſp.106. Rauchbar.p.2.q.29.* Æſtimatio
ſane in dubio emptionem facit. *vid. Menoch. lib.3.præſumpt.74.Covarr.pr.q.28.*
*Caldas de empt.c.16. Tiraq.de Retr.conſ.§.1 gl.14 n.10.* Autor *in C.tit.de Jure Dot.ad L.*
4 *5.n.10.* Quamvis dici etiam poſſet, in utroque textu ante
allegato, de eodem caſu ſermonem eſſe, & quod in *l.1.§.*
*1.* abſolute dicitur, in *l.17.§.1.ff. de praſcrip.verb.* limitari.
*Dn.Struv.d.l.Wiſſenb.diſp.38 th.3.& conf.Zaſ.h.t.n.2.* Sed
5 ad quem pertinet lucrum, ſi mediator vel miniſter pluris
vendiderit? Reſp. Ante omnia inſpiciendum eſt, quid
actum ſit, an ut loco mercedis lucrum habeat, an vero
ut infra æſtimationem conventam non vendat: hoc caſu
ad Dominum pertinet lucrum, quod dicerem in dubio,
ſi de intentione non appareat, præſertim cum alias ex
mandato nihil remanere debeat penes mandatarium, licet
extra fines mandati quid acquiſiverit. Obiter noto,
vocabulum æſtimatoriæ actionis eſſe ambiguum. Nam
& actio quanti minoris, ob rem vitioſam, æſtimatoria
vocatur. *Franzk. hic in fine.*

## TITULUS IV.

### De Rerum permutatione.

### Ad L. 1.

#### SUMMARIUM.

*Permutatio in quibus differat à Venditione. num.1.*

*An permutatio, an vero venditio, ſi partim res, partim pretium detur actio. 2.*

*Reſponſum facultatis Juridicæ. 3.*

*In permutatione pœnitentia cui, & quando detur. 4.*

*Permutatio & venditio in quibus conveniant. 5.9.10.*

*An ex nudo pacto permutationis hodie de conſuetudine detur actio 6.*

*In quibus caſibus pœnitentia hic locum non habeat. 7.*

*An res eadem poſſit diverſo jure cenſeri. 8.*

1 PErmutatio à venditione differt, Autor *ad L.2.nu.2.*
*& 4.C.de Rer.permut & præſcript.verb.* (1.) quod
ſit contractus innominatus, Do ut des. Verius eſt enim
permutationem eſſe, licet ſpecies diverſorum generum,
ut liber & equus invicem permutentur, *per l.7.C h.t.&*
*l.5.§.1.de P.V.Gomez.in §.actionum n.26.Inſtit.de Action.*
*Pinell.p.2.rubr.de reſcind.vendit.c.1.nu.10* Mantica *l.25.*
*tit.& Bach.diſp.ult.th 6.lit A.Zaſ.h.t nu.4.* Dn.Struv.th.
*16.Franzk.tit.ſeq.n.24.VViſſenb.diſp* 38.th.4.Autor *in C.h.*
*t. ad L.2.num.2.& ad* L.7. vel res incerta aut fungibilia
cum alia. *Fachin.l.2.c.45.* (2.) Quod nudo conſenſu non
peragatur. [3.] Quod rei alienæ non detur permutatio;
unde qui rem alienam dedit, non poteſt agere præſcriptis
verbis, nec poteſt pœnitere, *h.l.1 §.3* quia non implevit
contractum, *Dn Mevius p.3 dec.18.* (4.) Quod
utrinque detur res, non pretium, niſi ut acceſſorium.
De quo *Schneid.ad §.2. Inſtit. de Emt.nu.6. Ant.Gomez.*
*lib 2 reſol.c.4.n.9.Pinell.d.p.2.c.2.Molin.diſp.336.Alexan.*
2 *conſ.63.vol.7.* Nam ſi partim pecunia, partim res detur, ſi
appareat de intentione contrahentium, quod voluerint
vendere & emere, res inſtar additamenti eſt. *Mantica de*
*tac.& amb.convent.lib.25.tit.2.n 2.* Carpz.*par.2.conſt.32.*
*def.15.n.3.& 4 Dn Lauterb. ad tit.de Emt.contrah § 1.n.*
13. Sed quando voluntas contrahentium non eſt perſpicua,
tunc ſi pecunia excedat, venditio erit, ſi res excedit,
permutatio: Ubi vero res data, & pretium æqualis ſint
valoris, potius venditio ut dignior judicanda. *Hillig.in*
*Donell.l.13.c.1.l.t.K Guido Papa, dec.29. Dn. Mevius.p.3.*
*dec.25.Manz.in cent.deciſ.qu.9. Mantica de tac. & amb.*
3 *conv.l.25.t.2.n.3.* Nam venditio dignior eſt, quæ in dubio
præferenda. *Molina diſp.336.n 8.Lauterb d.l.* Sed quando
ab initio certum pretium expreſſum, & in ipſo contractu
placeat, ut pro certo pretio operæ præſtentur, ſcilicet
tincturæ pannorum, eo non obſtante tamen venditionem
eſſe, reſponſum die 21 Maii Anno 1668. *vid.*
*Bachov diſp. 3.th.5.Wiſſemb.diſp.38.th 9.* conf.*Franzk. ad*
*tit.de* Contrah.*emt.n.356.D.Lauterbach.ad eundem tit. de*
*Contrah.emt.n.13.verſ.ubi pro re æſtimata,* niſi verba repugnent.
*Gomez.lib.2.c.4.nu.9. Pinell.p.2.rubr.C.de Reſ.*
*vendit.c.2. Molin.diſp.336.* Nam non eſt abſurdum, dicere,
duplicem contractum eſſe initum, unum venditionis,
alterum permutationis. *Ant.Faber.l.4.C.t.40.deſinit.*
1. [5.] Quod, ut in omnibus contractibus innominatis,
ita & huc illi, qui implevit, detur pœnitentia ſecus ſi ab
utroque traditio ex permutationis pacto eſt ſecuta, *per*
*l.h.1.§.2.Berlich.p.1.dec.*130 *n.10.* Sed ſi ab utraque parte
fuerit facta traditio, & uni evincatur prædium permutatum,
adhuc ipſi electio datur, an prædium, quod
ſuum fuerat, velit repetere condictione cauſa data an
vero ad intereſſe agere. *per leg.1.C.h.tit.ibique* Autor *in*
*Not.ad d.L.1.Franc.de Clapperiis, cauſ.49.conf. Franzk,*
*nu.2.& ſeqq.* ubi legem primam accurate interpretatur
*Dn.Mevius p.1.dec.175.& VViſſenb.d.diſp.38.th.5.* In multis
autem conveniunt. Nam evictio præſtatur, *l.1.C.h.t.*
5 *Carpz.p.1.conſt.3.def.25.* Autor *ad L.29.n.2.C.de Evict.*
ædilitium edictum locum habet. *l.2.§.pen. ff de Ædil.*
*Edict.&* L.2.C.*de reſcind.vend.Pinell.p.1.c.3.n.13.* Sed an
ex nudo pacto permutationis hodie de conſuetudine
6 datur actio? Neg. videtur *Dn. Mevius p.3.dec.27.& Carpzov.p.2.c.33.def.23.*
ubi tradit, hic ante traditionem pœnitere
licere. Sed cum hodie ex conſuetudine ex pacto
detur actio, omnino etiam ex hoc pacto dari actionem
puto, nec locum eſſe pœnitentiæ jure Gentium & Canonico
*Card.* Mantic.*de tac.& amb.convent. lib.1.tit 8.*
*n.17.& ſeqq.* Autor *in C.h.t.ad L.3.n.2. & ad L.ult* Sed
& alias pœnitentia excluditur, ut ſi tranſactionis cauſa
initus

7 initus contractus permutationis, *l.39.C.de Tranſ. Mantic.de tac.& amb.conv d.tit.8 n 37.Aut.in C.tit.de Tranſact.ad d L.39 nu.1.* aut ſi juri pœnitendi renunciatum, *Mant.d.l.n.34.* aut ſi cum pia cauſa ſit contractum, *d.l.n.23.& ſeqq.Tiraq.de privil. piæ cauſæ,cauſ.133.* Nec etiam hæredi pœnitendi jus competit, *l.32 §.2.ff & leg.25.C.de Donat. inter virum & uxor.l.4.locat. Donell l.14.cap.22. Colleg.Arg ad tit.de condict.cauſa data th.5.* Et jure Canonico datur actio ei, qui nondum à ſua parte implevit, ſed ſe implere paratum eſſe dicit *Bald.in Rubr.C.h.*
8 *t.Lud.Molin.diſp.258.de Juſt.& Jur.n.7.* Ex verbis finalibus *hujus legis.* 1. probant, quod res eadem non poſſit diverſo jure cenſeri. *Tiraq.de Nobil.c.28.nu.11. Barboſ. lib.16.c.40.ax.16.* quod *Tiraq.d.l.n 12.* limitat, ſi corporaliter conſideretur, ſecus in intellectuali. Sane res diverſos ſæpe reſpectus & relationes habere poteſt.

## Ad L. Fin.

SIcut in venditione tradenda eſt res ſine vitio, alias agitur ad redhibendum: ita idem in permutatione locum habet. *Afflict. dec.399.num.2. Loriottus de tranſact. axiom.1:4.* Quæcunque enim in venditione locum habent etiam in permutatione obtinent. Hinc læſio ultra dimidiam facit, ut etiam permutatio ob eandem cauſam reſcindatur. *Dec.conſ.210.per totum*, ubi de permutatione beneficiorum etiam agit. Ita debet etiam permutator præſtare rem ab omni onere & ſervitute liberam. *Bald.part.3.conſ.367.n.2.* De permutatione beneficiorum Eccleſiaſticorum agunt *Petrus Ubald. Frider.de Senis & Gammarus, in peculiaribus tractatibus vol.15. tract. tract.*

## TITULUS V.

## De præſcriptis verbis, & in factum Actionibus.

## Ad L. 1.

### SUMMARIUM.

*Actio præſcriptis verbis quando detur ex contractu nominato.*

NOn tantum ex contractu innominato datur actio præſcriptis verbis, ſed etiam ex contractu nominato, quando incertum eſt, quid inter partes convenerit, nam tunc tutiſſime actione præſcriptis verbis ageretur, v.gr. Si Dominus mercium ignoret, an nauta vehendas merces conduxerit, an vero Procurator Domini totam navem conduxerit, ne teneatur alterutrum ſpecifice exprimere & probare, poteſt actionem præſcriptis verbis intendere Dominus, quia merces vehendæ nautæ ſunt datæ, & cum deficiunt vulgaria actionum nomina, præſcriptis verbis agendum eſt, *per l.2.Strach.de nav.p.ult.n.7.Garcias ad l.juris gentium.7 nu.4.ff.de pactis Loriot.de tranſact.ax.131.Struv. Ex.25.th.2.*

## Ad L. Naturalis. 5.

### SUMMARIA.

*Quid interſit inter actionem ad dandum & ad intereſſe. num.1.*

*Periculum rei non datæ ad quem pertineat. 2.*

*Unde cognoſcatur factum locari non ſolitum. 3.*

*An ex h.l.§.2.probari poſſit: in locatione mercedem in numerata pecunia conſiſtere debere. 5.*

*Quæ detur actio, ſi res ex contractu innominato tradita evicta ſit. 6.*

*Explicatio h.l.§.3.varia. 7.8.*

*An contractus, Facio ut facias ſi mandatum, & quæ ex hoc detur actio. 9.*

*Contractus innominati ſortiuntur naturam ex nominatis, quibus aſſimilantur, 10.*

1 NOtentur hic quatuor contractuum innominatorum genera cujus diviſionis ſufficientiam defendit *Padilla hic n.18.*

Ad §.1. Contractus do ut des ſeu permutatio (nam hæc conveniunt) producit actionem ad dandum vel ad intereſſe. Sed inter hæc duo hoc intereſt: ad dandam rem promiſſam pro re mea data agam, omne incrementum rei ex poſt facto accedens veniet, *per l. cum fundus,*
2 *31 ff.ſi certum pet.* Sed ſi ad intereſſe agam, incrementum non veniet, ſed quanti intereſſuit tunc, quando dari viciſſim à te debuit, *Franzk.h.t.nu.64.* Si dedi Scyphum, ut mihi des Stichum, hic autem nondum datus periit, meo periculo periit, ſcilicet ut Stichum vel intereſſe petere non poſſim, interim non negatur Condict. ex cauſa pœnitentiæ, vel Condictionis cauſa data *l.ult.ff.de Cond. cauſa dat* & omnino mihi aliquid periit, quia Stichi æſtimatio poteſt eſſe duplo major & jubeor eo, quod dedi, eſſe contentus, *Don.in tract.de præſcript.verb. c.7.in fin.Tr.& ibi Bach.diſput.30 th.7.in fin Pacius cent.5.q.23. Bronchorſt.cent.2.obſ.35 conf.Dn.Struv.diſp.25.th.21.VVeſenb.diſp.38.th.5.Cujac.l.23.obſer.29. Coraſius l.b.2.miſcell. c.9.Franzk.h t.n.15.& ſeqq.conf. etiam Beroius vol. 1.conſ. 194.num.20.*

3 Ad §.2. Hic habetur diſtinctio inter factum locari ſolitum, & non locari ſolitum. Tripliciter autem fit, ut factum non ſit ſolitum locari, (1.) ratione ſuæ naturæ ut propter gravitatem & dignitatem ſpernat æſtimationem pecuniariam vel mercenariam, ut opera Advocati, Medici, Menſoris, *Moz. in tit.de Locat.tit. de rebus,num.10 Bach diſput.29.th 29.Franzk.ad tit.Locati.n.57.& ſeqq.* [2.] Quæ talia ſunt ut nullum commodum pecuniarium ad alterum redundet. *Jaſon. in l.5.§. at cum do.h.t.Bachov.d.l.* [3.] Si perſona non ſit ſolita factum locare, licet ab aliis locari ſoleat. *Jaſon. d.l.& Zaſius ad l.5.num.4.ff.de Condict.cauſa data.* Si igitur factum ſit locari ſolitum, tunc ſubdiſtinguitur: an pecunia detur, an Res; ut in hoc caſu innominatus ſit con-
4 tractus, illo caſu locatio; Sed ſi factum non locari ſolitum, quicquid pro eo detur, eſt contractus innominatus. *Don.l.13.cap.6.poſt.h.t.G.Fachin.lib 1.c. 82. Arumn.in Pand. diſp.13.th.9 Dn.Struv.d.Ex.25 th.25.* Soleat *ex hoc*
5 §. probare in Locatione mercedem vel penſionem in pecunia numerata conſiſtere debere, ut poſt alios *Dn. Franzk.ad tit de Locat.num.66.& ſeqq.* Autor *in C.tit.de Locate ad L.21.num.* 2. Sed hic de locatione operæ vel operis ſermo, ubi non nego, pecuniam paratam requiri; ſed aliud in locato rei uſu, *L.21. C. de Locat vid.Zæſ.ad tit.de Loc.num.5 Vaſq.l.9 contr.c. 53. Pinell.ad Rubr.C.de Reſcind.vend.p.2.nu.29.Garcias de Expenſ.c.14.n.20.Bachov.in Tr.volum 1.diſp.29.th.3.lit.G.Loriottus de pact.ax.129.Vult.ad pr.Inſt.de Locat.num.22.* Quæritur etiam in
6 hoc *§.2.verſ.Si dedi.* Si Stichum dedi, ut manumittas, & tu manumiſiſti; Sed Stichus evictus eſt? Reſp. autem, ſi ſciens Stichum alienum dedi, doli actionem ſupereſſe, ſi ignorans, actionem præſcriptis verbis *V. VVeſenb.& ibi Bach.Hahn.h.t.n.4.Don.h.t.c.20.Struv.th.27.Franzk.h.t.n.39.& ſeqq.* Autor *ad L.4.n 3.C.ſi mancip.ita fuerit.* Et hunc contractum in hoc verſiculo non eſſe, Facio ut des, ut vult *Don.ad h.t c.11.* eo quod Stichus non videatur datus; ſed contractum Do ut facias, recte evincit *Franzk.h.t.n.35.*

7 Ad §.3. Si faciam, ut des, tu vero ceſſas dare, nulla datur actio præſcriptis verbis, ſed actio de dolo. Autor *in C.tit.de Permut.ad L.3.n.4.& ad L.2.t.de Dolo nu.1. & 2.* Communiter *hunc §. ex præcedenti* explicant de tali facto, ſcilicet manumiſſionis ex quo nulla utilitas ad alterum redundat, quia nulla mihi datur actio civilis contra eum, cui nihil adeſt. Et alias nulla toto jure datur actio, ſi ille, cujus non intereſt, agere vellet, de quo alibi; quia nullum ex facto commodum ſenſit, & ideo deficit cauſa obligationis mutua ac ſynallagma, quam

quam explicationem ſua ætate receptam tradit *Jaſon.* hic & probat *Franzk. h.t.num.47.& ſeq. quem vide vid. Bach. in Tr.d.diſp.30.th.10.* Autor *in C.t.de Dolo ad L. 3.n.2.& 3* Licet alii aliter ut *Alciatus l.5.Paradoxorum,*
8 *cap.7.Coraſius l.1.miſcell.c.10.* Alii hunc textum corrigi putant, *per l.7.§.2.de pact.ut Donell.in d. tr. de præſcript. verb.c.19.& Carpz.in peculiar.ad hunc locum diſſertatione.* Explicat tamen hunc §. *Garcias de pactis ad l.7.§.2. n.7. conf.hic Padilla & VVeſenb.in Parat.& Loriotus de Transact.axiom 140.conf.Struv.h.t.31.* Ad hunc etiam §. pertinet promiſſio de non faciendo, ut des, *Padilla hic numero 11.*

9 Ad §. 4. Ex contractu Facio ut facias competit actio præſcriptis verbis, Autor *in C.tit.de Permutat.ad L.3. num.4.* quæ eſt ſimilis mandato, ſed mandatum non eſt, quia eſt gratuitum, verbi gratia, exigas Lipſiæ à meo debitore, ego à tuo hic, ædifices tu in mea area, ego in tua; & hic actionem præſcriptis verbis dari puto, licet nulla ad alterum ex meo facto utilitas accedat, quia facilius ex tali facto alteri ad faciendum, quam ad dandum obligatur, *Franzk. h.t. nu.50.* Interea quæ habent idem ſymbolum, facilior eſt tranſitus. Sed poſſit objici, quod mandatum etiam aliquando varia pacta recipiat; Sed huic reſpondet JCtus. *Vid Franzk.d.l.num.54.* Unde colligunt, contractus innominatos ſortiri naturam ex contractibus nominatis, quibus aſſimilantur, *Bart.hic nu.4. Padilla n.4. Berous vol.1 conſ.194.nu 9.* Et datur actio ad intereſſe, *Aſinius in tr. de Exec.§.7. c.220.* Si autem nihil interſit, datur Conductio in terminis habilibus, ſi aliquid dedi, *l.7.h.t.*

## ad L. Si Inſulam. 6.

### *SUMMARIA.*

*An factum loco pretii promiſſum reddat contractum empt. & vend. n.1.*
*Qualis contractus, ſi partim res, partim pretium petatur. 2.*
*An venditio, ſi res æſtimata pro re æſtimata detur. 3.*

1 LIcet contrahentes contractum venditionem appellaverint, & forte ita ſenſerint, quia tamen defuit pecunia, & refectio alterius Inſulæ pro pretio promiſſa, non poteſt eſſe venditio; nam verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda, *Pinell.p.2.rubr.de reſcind. vend.c.2.num.12.Mantica de Convent.l.4. tit.19. num.13. Cagnolus in l. Quoties 200.d.R.J. & Loriot.de transact. ax.141.* Dn. Autor *in C.tit.de Reſcin.vendit.ad L.9.num.1.*
2 præſertim in judicialibus. *Natta conſ.153.num.10.* Ex hac L. etiam colligitur, ſi non pretium ſolum, ſed alia res data fuerit pro re, non venditionem, ſed permutationem eſſe; præſertim ſi res pro re data pretium exuperet. Sed ſi pretium & res æqualia ſint, potius permutationem habendam eſſe, quia hic contractus antiquior, vult *Schneidevv.ad §.2. Inſt.de Emt.* vel dixerim, potius attendenda eſſe verba contrahentium, *Gomez.t.2.reſol.c. 4.num.9. Pinell.in rubr.de reſcind.vend. parte 2.capite 2. Molina diſput.336.num.6.vid.not.* Dni. Autoris *ad l. 1. de*
3 *rerum permut.numero 2.* Si autem res æſtimata pro alia re æſtimata detur, communiter volunt eſſe venditionem, *l.1.C.de rerum permut.& ibi notat.* Dn. Autoris *numero 3.Dd. Mant.l.4.t.19.numero 4.ſeq.Tiraq.de retract. conſang.§.1.gloſ.14.num.19.* licet diſſentiat *Pinell.parte 2. cap.1. numero 16.* Sane quando res æſtimata datur pro re, & pretii fit mentio, præſumitur venditio, *Menoch. leg.3 n. alcr. 74.Caldas de Emt.cap.18.num.2.Mant.de t. 19. num.51.*

## ad L. Quia. 11.

### *SUMMARIA.*

*Actiones in factum unde oriantur? n.1.*
*Inter actiones directas, utiles & in factum quoad rem in foro hodie nulla eſt differentia. 2.*
*Inter actionem venditi & præſcriptis verbis diſcrimen ratione qualitatis adhuc obtinet. 3.*

1 ACtiones in factum oriuntur ex interpretatione prudentum, vel ipſius prætoris, & quidem duplici ratione fieri poteſt, (1.) per extenſionem, ubi verba deficiunt, ſed mens tamen Legiſlatoris adeſt, quod ex ratione legis colligitur. (2.) per ſuppletionem, ubi longius à mente Legiſlatoris recedo. Prior actio in factum exten-
2 ſiva, altera ſuppletiva dicitur. *Franzk.h.t.num.74.* Quod hic exemplo legis Aquiliæ declaratur. Nam triplex ea eſt, alia directa, alia vero utilis per extenſionem, alia vero in factum, quæ eſt per ſuppletionem; quamvis in effectu hodie nulla inter utiles, directas & in factum actiones in foro ſit differentia quoad rem, abolitis jamdudum actionum his in foro nominibus, & in re ipſa nulla ſit in materialibus differentia, ut ipſe agnoſcit *Franzk in fin.d.l.* Autor *ad l.1.num.5.C.de Obl.& Act.* ut mirum ſit, nonnullos Doctores ita duplicem actionem ceſſionario aſſignare, ut altera plus altera contineat, ut per directam debitum compenſabile, per utilem debitum non compenſabile petere poſſit. Sed hæc ſententia *in tr.de ceſſ.act.* à me refutata. Sed inter actionem ven-
3 diti & præſcriptis verbis manet diſcrimen ratione qualitatis, quod illa ſit bonæ fidei, hæc ut plurimum ſtricti juris.

## Ad L. Si vir. 12.

### *SUMMARIA.*

*Conciliatio* h. L. cum l. 2. C. *de pactis inter emptorem.*

SI res vendita cum pacto de retro vendendo, datur actio præſcriptis verbis: cui non obſtat *l.1.C.de pactis inter emptorem*, ubi etiam datur actio venditi. Nam præter diſtinctionem, quam adhibui in *dict.l.2.* accedit alia etiam conſideratio, quæ eſt *Alciati l.5.Paradoxorum c.1.* ubi diſtinguit: utrum illud pactum ſit pars pretii, & res eo vilius vendita an vero non, ſed ex amicitia additum. Illo caſu actione venditi agetur, hoc caſu, præſcriptis verbis.

## ad L. Solent. 15.

### *SUMMARIUM.*

*Pactum de indicando fure, aut ſervo fugitivo, ut non nudo interveniente mercede inire licet.*

PRo Indicandis furibus alicubi celatis, licitum eſt; mercedem paciſci, *Covarr in c.peccatum, par.2.§.3. & 4.Loriot.d.tr.nu.137.& 140.* & ideo ſi quis cum alio de indicando fure aut ſervo fugitivo paciſcatur, non eſt nudum pactum, ſed negotium civile & ideo civilis actio. *Garcias ad l.7.§.2.de pactis nu.5. & Berengar. Fernandus in rep.l.pacta conventa, ff. de contrahenda empt.*

## Ad L. Rogaſti. 19. & l. fin.

### *SUMMARIUM.*

*Pactum adjectum contractum nominatum interdum reddit innominatum.*

PRopter pactum additum, nominatus contractus interdum tranſit in innominatum, ſicut in d.l.19. habetur exemplum in mutuo. In *leg.fin.h.t.* exemplum in commodato. *Romanus ſing.38. Loriot. dict. tract. numero 33.conf. Alciatus lib.5. Paradox.cap.1.ubi contra communem inſurgit.*

## Ad L. Si tibi polienda. 22.

### *SUMMARIUM.*

*Diverſorum contractuum ratio formalis uno exemplo oſtenditur.*

Quando

Digitized by Google

QUando poliendas veſtes do, & quidem gratis, eſt mandatum; ſi pro certa mercede, eſt locatio. Si pro mercede, de qua inter nos convenit in futurum, eſt præſcriptis verbis actio. Et ſic pro eo pretio, quod judex determinavit, eſt locatio, *arg. l. fin. C. de Locat. Mantica de convent. l. 4. tit. 19. n. 22.*

ad L. Titius. 24.

*SUMMARIA.*

*Pecunia ex quaſi mutuo accepta negotiandi ergo in lucrum tradentis, & ſine dolo debitoris amiſſa, damnum credentis eſt.*

SI quis debitor eſt certæ quantitatis, quæ ipſi eſt data, ut ex ea negotietur, & lucrum alteri acquirat, ſi pecunia illa pereat, liberatur debitor, quamvis eſſet debitor generis, & ſic limitatur *leg. incendium, Codice ſi certum pet. Berons dict. conſ. 194. numero 8 & 41.* Et ideo hunc textum ſingulariſſimum vocat *Paulus de Caſtro in L. quod te & ibi Jaſon. numero 15. verſiculum. Dec. in dict. leg. quod te numero decimo, Cagnolus cap. de pactis inter emptorem numero 212.* Colligit etiam ex hoc textu *Cagnolus d. leg. numero 213.* quando quis pecuniam ad commune lucrum poſuit, quod non poſſit repetere, ut habeatur ratio auctæ & deminutæ pecuniæ, aut valoris, quia commune lucrum eſt. Hæc de ſpinoſo titulo hoc ſufficiant.

---

# LIBRI VIGESIMI TITULUS I.

## De Pignoribus & Hypothecis, & qualiter ea contrahuntur, & de pactis eorum.

Ad L. Conventio. 1.

*SUMMARIA.*

*Quæ bona in generali hypotheca contineantur. n. 1. & 2.*
*An & nomina. 5.*
*Quæ non contineantur. 3.*
*An creditor, non ignorans oppignorationem rei alienæ, habeat actionem. 4.*
*Prædio una cum fructibus expreſſe oppignorato, includuntur omnes fructus à quocunque emptore percepti. 6.*
*De Conſumtis b. f. emptor non tenetur, quod affirm. de m. f. emptore. 7. 8.*
Bachov. *explicatio h. l. §. 2. 9.*

1 HYpotheca generalis ad præſentia & futura bona porrigitur *hic & l. fin. C. quæ res pignori obligari poſſit*, quod tum in favorem debitoris, ut creditorem facilius conſequatur, tum creditoris, ut ſecurior reddatur, conſtitutum, *Franzk. h. t. n. 1.* Quam Regulam ampliat *Neguzant. de Pignor. memb. 2. par. 2. n. & ſeq.* licet ſua dixerit, vel conſtitutum adjunxerit; quam *Neguz.* receptiſſimam ſententiam vocat, & quod etiam nomina veniant, & pecunia, & merces venales, ad certum locum non reſtrictæ, & Emphyteuſis, per tradita *Mant. l. 11. t. 4. n. 36. de tac. & amb. convent. Clarus de Jure Emphyt. q. 18. Moz. in tit. de ſubdiſtinct. Pign. nu. 12. & ſeqq.* Autor *ad L. 1. n. 6. C. Quæ res pign. obl.* Sed ſequentia non veniunt in generali hypotheca, ut 1. quæ vero ſimiliter non fuiſſet obligaturus *L. obligatione, infra h. t.* Autor *ad L. 1. n. 4. C. Quæ res pign. obligari.* vel 2. ſi res prohibitæ ſint alienari ſub pœna, *cap. 1. de prohibita alienatione, per Frid.* Vel 3. ſint feudalia bona, Vel 4. fidei commiſſa, quæ etiam ſi pura ſint, alienari prohibita, *leg. fin. §. 2. C. communia de Legatis*, niſi in prima exceptione verba eſſent valde univerſalia, & prohibitus non haberet alia bona, *Ant. Gabr. tit. de Regul. Juris concl. 12. nu. 40. conf. Vinc. Fuſarium, de ſubſtit. qu. 703 n. 9. & ſeqq. &c.* Sed ſi res
4 aliena ſcienti creditori oppignoretur, nullam habet actionem, licet debitor, dominium ejus acquirat, ut ita comparativus [ difficilius ] pro poſitivo ponatur, ſed hoc caſu ſolam habet retentionem contra debitorem jam dominium factum, donec ſolvatur, *per princ. h. l. Donell. in tract. de Pign. c. 7. Molina tr. 2. diſp. 529. n. 4. vid. ſupra l. ſi rem alienam. 9. ff. de Pignorat. act.* licet alii malint [ difficilius ] comparative intelligere, quod non detur perſecutio, niſi contra debitorem, & qui ab eo cauſam habent. *Coll. Arg. ad tit. 3. hujus libri th. 2. num. 2.*
5 Sed quid ſi hypotheca generalis conſtituta mobilium & immobilium an nomina etiam obligata videntur? Et vid. quod non, quæ etiam communis ſententia, teſte *Neguz. d. tr. m. 2. p. 1. nu. 9. Schultes ad Mod. Piſt. p. 3. q. 124. num. 1. & ſeq. Franzk. h. t. nu. 7* qui tamen in contrariam inclinat ſententiam. Ego puto, eſſe quæſtionem voluntatis: Nam ſi ita debitor juris Romani ignarus conſtituat generalem hypothecam, qui forte ignorat, nomina in jure noſtro tertiam ſpeciem bonorum conſtituere, inclinatem in ſententiam *Franzkii. conf. Carpz. p. 2. c. 23. d. 7 Bach. vol. 2. diſput. 1. th. 2. lit. D. Struvius Ex. 26. th. 21. Covarr. ad cap. 12. X. de Teſtam. num. 2. Bachov. de pignor. L. 1. cap. 6. num. 7.* add. *Not.* Domini Autoris *ad l. 13. §. 2 h. t.*
6 Ad §. 2. Si prædium una cum fructibus expreſſe oppignoratur, omnes fructus etiam à bonæ fidei Emptore percepti, extantes tamen debentur creditori, ſed ſi fru-
7 ctus ſint b. f. conſumti à bonæ fidei emtore, non tenetur eos creditori reſtituere, quia licet pignoris cauſa per uſucapionem non perimatur, & ideo fundus à Domino oppignoratus, licet ab alio uſucaptus, maneat tamen in vinculo pignoris, aliud tamen de conſumptis ab hoc fructibus dicendum, quia emtor conſumſit ut ſuo. *Vid. Cuiac. tom. 4. in h. l. Bachov. de pignor. leg.*
8 *capite undecimo, numero tertio.* Ex quo hæc conſectaria ſequuntur, ( 1. ) qui bona fide fructus percipit, mala tamen fide conſumſit, cum ſciret obligatos, omnino etiam de conſumtis tenetur. (2.) Quod in fructibus extantibus omnino creditor jus habeat. [3.] Et quod in mala fide perceptis & conſumtis fructibus, omnino creditor hypothecariam habeat. Sicut
9 hæc tria conſectaria ex hoc textu colligit *Bachov. dict. capite undecimo, numero tertio, & ſequentibus*, qui *num. ult. h. §.* de fructibus naturalibus aut de fructibus illius anni pendentibus intelligi poſſe, tradit. Colligitur etiam ex ratione dubitandi hic poſita, quod licet uſucapio adimat dominium debitori, non tamen creditori adimat jus hypothecæ, *leg. 44. §. 5. ff. Uſucap. Salgado in Labyrintho par. 3. cap. 13. num. 48.*

Ad L.

## Ad L. Fidejuſſor. 2.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor in pignoribus à Creditore acceptis culpam præſtare debet.num.1.*
*An fidejuſſor ob pignora accepta, poſſit pignoratitia actione conveniri?n.2.*

1 QUaodo fidejuſſor pignora à Creditore accepit, &
ita pro Principali ſolvit, jam vero contra eum
mandati experiatur, prius de colpa iu pignoribur ad-
miſſa reſpondere debet, cum hoc paſſu idem in fidejuſ-
ſore, quod in Creditore juris ſit. Sed an fidejuſſor pi-
2 gnoratitia conveniri poterit? Hoc oegari videtur *h.l.2.*
quod eo caſu verum, qui hic proponitur, ſi ſcilicer pi-
gnora à debitore noo ſint data fidejuſſori, ſed hic illa à
Creditore acceperit, ſic enim nullus contractus pigno-
ratitius inter debitorem & fidejuſſorem intercedit, man-
dati ergo actio dabitur, *Vid.Gotthof.*

## Ad L. Si ſuperatus. 3.

*SUMMARIA.*

*An Creditor, pignore in re aliena conſtituto, ſibi autem via juris ablata, hypothecaria actione agere poſſit contra poſſeſſorem, ſi probara velit, rem in bonis debitaris fuiſſe.n.1.*
*L. h.§.1.ſpecies.2.*

1 OBligaſti mihi fundum, cum exiſtimares tuum eſſe
vel hæreditatem, cum tameu res eſſet aliena. Mo-
vetur contra te rei vindicatio vel petitio hæreditatis, &
ſuccumbis, an poſſum hypothecatia actione agere con-
tra poſſeſſorem, ſi probare velim, rem in debitoris bo-
nis fuiſſe? Et videtur qood non, quia ſeutentia dicta
contra hæredem teſtamentarium præjudicat etiam lega-
tariis. Sed affirm. quia eſt res inter alios acta & ad ra-
tionem dubitandi reſpondetur, quod ejus ratio ſpecia-
lis, quod corruente teſtamento omnia corruere neceſſe
ſit, *vid. Bachov.de pignor.l.3.c.15.numer.*1.§.1.autem hanc
eſſe ſpeciem, tradit *Bachov.d.c.15.nu.*2. Titius. cum rem
2 meam ab eo vindicaſſem, male abſolvitur, & tameu ean-
dem rem poſtea creditori pignori obligo, au obligatio
valida? Videtur quod ſic quia Titius tautum abſolutus,
nou pro Domino declaratus; Sed negatur, quia credi-
tor ooo poteſt melius jus babere, quam ego, qui victus
ſum.

## Ad L. Contrahitur. 4.

*SUMMARIA.*

*Per pactum legitimum prætorium hypotheca jus in re conſtituitur, ipſa re penes debitorem manente.n.1.*
*An ſcriptura regulariter ad probationem requiratur. numero 2.*

1 PEr pactum legitimum prætorium hypothecæ ſingu-
lari jure jus iu re, ſcilicet bypotheca conſtituitur,
licet ipſa res peoes debitorem maneat *hic & l.17.§.2.ff.
de pact.Loriotius de Transact.ax.60.VVeſen.in Par.h.t.n.
4 Dn.Struv.Ex.26.th.6.& Ex.26.th.20.Franz.h.t.n.40.
& ſeqq.* Ex hoc apparet, magnam differentiam eſſe in-
ter pignus in ſpecie ſic dictum, & hypothecam, & in
terminis habilibus eſſe intelligeudum, quod dicunt Dd.
ſtaturum, de piguore loquens, regulariter etiam io hy-
potheca locum habere, *Negusſ.p.1.de pign.nu 9. Franck.
2 h.t.num.*8. Traditur etiam *in h. l.* quod ſcriptura regu-
lariter ad probationem requiratur, *vid. l.17. C.de fide
inſtr.Berlich.p.1.dec.108.nu.7.Carpz.p.2.conſtit.33.d.12.&
ſeqq Chriſtinaeus vol.3.deciſ.29. num.15. Dn.Lauterbach.
ad tit.de contrah.empt.num.*2. Autor *ad L.17.n.2.ff.C.de
Fide Inſtr.* niſi priusquam contrabatur, de ſcriptura con-
ventum, & quod aliter partes obligari nolint. *Hipp.Rimin.vol.1.conſ.51.n.23 & ſeqq.Carpz.d.deſin.11.Dn.Lauterbach.d.l.§.1.n.2.* de quo tamen alibi *in d.l.17.* Autor
*ad L.10.n.3.4. C.Si cert.pet.*

## Ad L. Res Hypothecæ. 5.

*SUMMARIA.*

*Pro quacunque obligatione Hypotheca conſtitui poteſt. numera 1.*
*Quid tunc in dote.n.2.*
*Quid ſi debitum ſit naturale vel Civile? 3.*

1 HYpotheca pro quovis debito conſtitu i poteſt, ſive
puro, ſive conditionali; ſive præſenti, ſive futuro;
ſive Civili, ſive uaturali, ſive pro toto, ſive pro parte.
2 In ſpecie vero dicitur, quod pro dote etiam detur, cum
enim jam tum tacite omnia mariti bona uxori pro dote
obligata, *l. aſſiduis 12.C.qui pot.in pignor.* nil vetat, quo
minus expreſſe maritus uxori in ſecuricatem dotis bona
ſua hypothecare poſſit. *Gutierrez, de Juram.confirm.p.
3 1.c 21.nu.25.* Alia ratio eſt in fidejuſſore, *vid. Comm.C.Ne
fidejuſſ.dot.dent.* Accedit autem pignus debito naturali,
ob æquitatem quæ hic ſubeſt. Aut.*ad* L.9.*n.4. C de Prædiis & al.reb.Minor.* Sed quid, ſi obligatio mere civilis?
Reſp. Nou poteſt pro eo valide dari pignus, quoniam
vinculo æquitatis plane deſtituitur *L.Stichum.95 § 4 ff.
de ſolut.* Textus ergo noſter de illi Civili obligatione in-
telligendus, quæ ad minimum præſumptam habet æqui-
tatem, qualis eſt ea, quæ ex judicato oritur, *Conf.Bach.
Tract.de pign.& Hypoth.lib.2.c.1.n.3.ſeq.*

## Ad L. Obligatione. 6. & L. vel quæ. 7.

*SUMMARIA.*

*Bona, quæ quotidiano uſui inſerviunt, non continentur in hypotheca generali. n.1.*
*Limitatur, ſi alia bona non reperiantur tempore contractus. 2.*
*Ampliatur, licet in obligatione verba generalia ſint, additis & his clauſulis prægnantibus:* Keine *Exempt.* oder ausgenommen.3.
*Limitatur, ſi obligatio generalis ſit concepta poſt mortem obligantis. 4.*
*An ex h. l. probari poſſit, invectam ſuppellectilem non eſſe tacite locationi obligatam. 5.*
*Ex h.l. probatur, conceſſam venationem intelligi tantum de feris inferioribus, & conceſſam majorum venationem tantum de poteſtate capiendi canibus vel retibus, non bombardis.6.7.*
*An diſtinctio ſermonis in univerſalem & generalem locum habeat in h.l.8.*

1 IN generali obligatione oon venioot ea, quæ quis
ſpecialiter non erat conceſſurus, ut ſupellex neceſ-
ſaria, & quæ quotidiano uſui inſerviunt, *Ranchber
parte ſecunda, quæſt.9. numera vigeſimo ſexta, Dn. Thabor.
ad Barb. leg.8.capita 14. axiom.3.* ut veſtimenta, quæ nec
iu generali hypotheca expreſſe veniunt, nec tacita,
*Menoch. rem. adipiſc.poſſeſſ.3. numero 139. & ſequentibus,*
ubi *num.* 140. limitat, niſi alia bona reperiautur, quam
quæ ad uſum quotidianum babentur, vel quæ ad affe-
2 ctiouem debitoris pertinent, *hic in f & l.8. h.t.* Autor
*ad* L.1. *numera* 4.C. *Quæ res pignor.obligari.* Illis enim
non poteſt, his non vult carere debitor, *Franzk.h.t.numero
3 214.* ubi id ampliat, licet verba generalia ſint,
quia ante omuia voluutatis ratio habenda. Unde
quæſitum, ſi qois clauſulis prægnantibus obligave-
rit omnia ſua bona. Keine exempt. oder ausgenom-
men/ idem tamen poſtea alteri ſpecialiter ſupellictilem
obligarit, quis potior? Et cum tales exteuſiones plerumq;
ex

ex ſtylo Notariorum addantur, & intelligi poſſint, ea
quæ alias generaliter obligari ſolent, pro poſteriori
creditore judicatum refert *Joh. a Sande l. 3. tit. 12. def.
9. conſ. Neguz. de Pignor. membr. 2. part. 2. n. 34. & ſeq.
Berlich. part. 1. concl.* 80. *n.* 40. *Carpz. part. 2. Juriſpr.
conſt. 23. def. 11. Pinell. ad rubr. C. de bon. matern. p. 1. n.
47. Bachov. de pign. l. 1. c. 7. n. 1. & Matthesilanus ſing.
136. Moz. de ſubdiſt. pign. n.* 19. ubi exemplis id decla-
4 rat. Sed limitatur regula: Niſi obligatio generalis eſ-
ſet concepta in tempus poſt mortem obligantis, nam
5 tunc ceſſaret ratio hujus legis. *Neguz. de pign. m. 2. part.
2. n. 35. & ſeq. Ex hac lege* nonnulli volunt probare,
invectam ſupellectilem non eſſe tacite locationi obli-
gatam, ſed argumentum a generali hypotheca, in qua
plurima veniunt ad legem ſpecialiorem, recte negat
6 *Zaſ. ad lib. 20. t. 2. n 6.* Ex *hac lege* etiam probant, ve-
nationis conceſſionem tantum de inferioris notæ feris
eſſe intelligendam, quia Princeps ſuperiorem venatio-
nem ægre ſolet concedere. *Roſenthal c. 5. concl. 14. n. 6.
7 Wehnerus in voce* Forſtrech *Finckelth. obſ.* 41. Sic etiam-
ſi Princeps concedat venationem majorum & rubra-
rum ferarum, non tamen cedit poteſtatem capiendi
ſclopetis & bombardis, ſed tantum per canes & re-
tia, quia ſclopetorum ſonitu abiguntur feræ, & cogun-
tur ſua luſtra relinquere &c. *Carpz. p. 3. dec. 287. n. 11.
8 Wehnerus d. l.* Licet autem quidam diſtinxerint inter
ſermonem univerſalem & generalem ſeu indefinitum,
& hanc legem de univerſali oppignoratione intellige-
re nolint; Alii tamen hanc diſtinctionem rejiciunt,
quia in univerſali oppignoratione adhuc militat eadem
ratio æquitatis. *Cagnol. in l. fine n. 255. C. de pactis. Mat-
thesilanus ſing. 136. n. 6. & ſeq. Neguz. de pign. membr. 2.
p. 2. n. 57. Pinell. p. 1. Rubr. C. de bonis matern n.* 47. Ideo-
que etſi quis omnia & univerſa bona oppignoraverit,
lex tamen noſtra obtinebit.

## ad L. Denique. 8.

### *SUMMARIA.*

*Quæ non niſi certo caſu vendi poſſunt, generali hypothe-
ca non comprehenduntur. n. 1.*
*Senſus legis proponitur. n. 2.*

1 QUamvis liberi tempore neceſſitatis a patre diſtra-
hi poſſint, per *l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.* Un-
de & hypothecam in illis conſtitui poſſe dicendum
videbatur per *L. Un. C. Rem. al. gerent.* attamen quæ
certo ſaltem caſu diſtrahuntur, ſub generalem hypothe-
cam non veniunt: Quo enim majoris præjudicii ne-
gotium eſt, eo minus geſtum præſumitur, niſi de vo-
luntate agentis conſtet liquido. Puto autem *hujus legis*
2 ſenſum eſſe, non quod concubina, liberique naturales
quandoque oppignorari poſſint, ſed ſaltem miniſteria
eorum, quæ Patrifamilias debebant, quod *verba fina-
lia hujus Legis* innuunt.

## ad L. Sic & quod. 9. §. 1.

### *SUMMARIUM.*

*Limitatur regula hæc: Quæcunque vendi poſſunt, ea
etiam poſſunt oppignorari.*

REgula hic proponitur, quæcunque vendi poſſunt,
ea etiam poſſunt oppignorari. Autor *ad L. 1. n. 1.
C. Si res alien. pign. dat.* Sed fallit regula in ſervituti-
bus urbanorum prædiorum, & rebus alienis.

## ad L. Si debitor. 10.

### *SUMMARIUM.*

*Quando poſſidentis conditio potior, ſi una res duobus
oppignorata.*

SI quis rem ſuam duobus ſimul uno die oppigno-
raverit, poſſidentis potior eſt conditio, ſi inter
ambos creditores agatur lis; ſed ſi cum debitore agere
vult creditor, quilibet in ſolidum agit, niſi actum, ut
pro parte obligaretur. *vid. Moz. in tit. de natural. pignor.
n. 20. Franck. h. t. n. 15* Sed hoc quando de prioritate
horæ vel momenti non conſtat, nam etiam ex horarum
vel momentorum intervallis prioritas hic æſtimatur.
*Gail. l. 2. obſ. 25. n. 3. Mollerus L. 3. ſemeſtr. c. 44. n. 12. plu-
res citans Dn. Struvius. Ex 26. th. 27. Wiſſenbach. ad ff.
diſp 40. th. 4. Franzk. n. 4. ad tit. qui potiores.*

## ad L. Si is qui bona 11. & 12.

### *SUMMARIA.*

*Bona Reip. poſſunt ab Adminiſtratore pro mutuo, Civi-
tatis cauſa contracto, obligari n. 1.*
*An & quomodo bona Civium. 2.*
*Antichreſis deſcriptio. 3.*
*Agricolarum prædia, an in antichreſin dari poſſint. 4.*
*Antichreſis tacita. 5.*
*In Antichreſi fructus ultra quantitatem promiſſarum u-
ſurarum percepti, imputantur in ſortem. 6.*
*Læſio ultra dimidiam an hic attendenda. 7.*
*Exceſſus uſurarum interdum admittitur. 8. 10. 11.*
*Quæ hic detur actio. 9.*
*An, fundo antichretico ultra debitam uſurarum quanti-
tatem locato, exceſſus computandus in ſortem. 12.*
*An pactum, ut antichreſis intra certum tempus non re-
dimatur, ſit licitum. 13.*
*Uſus fructus, ut commoditas, non ut jus ipſum oppignora-
ri poteſt. 14. 16.*
*An ſervitutes prædiorum. 15.*

1 QUi bona Reip. adminiſtrat, poteſt ejus bona
obligare pro mutuo, Civitatis cauſa contracto,
modo mutuum probetur in utilitatem Civitatis con-
2 tractum. *Neguz. membr. 1. partis. 3. n. fin.* An non ci-
vium poteſt obligare? Reſp. Non niſi ex conſenſu ſin-
gulorum, & pro rata, vid. *Mozius tit. de perſonis. quæ
pignor. poſſunt. fin. Hartm. Piſt. p. 1. q. 73. & not.* Dni.
Autoris *ad l. Civitas 27. de Rebus cred.*
3 *Ad §. 1.* Antichreſis eſt pignoris datio cum pote-
ſtate utendi re, loco uſurarum, qui contractus conſue-
tudine receptus. *Gail. lib. 2. obſ. 3. Mynſ. cent. 6. obſ. 71.
Rauchbarus p. 1. q. 30. Mod. Piſt. l. 1. conſ. 13. n. 6. Weſenb.
conſ. 8. n. 44.* & poteſt inhabitatione conſtitui, quod li-
cet jure Can. aliter ſe habeat, quia tamẽ in imperio uſu-
ræ moderatæ conceſſæ ſunt, etiam antichreſis conceſſa.
4 *Berlich. p. 2. dec.* 170. Excepti agricolæ, quorum prædia
in antichreſin dari non debent, niſi plura habeant præ-
dia, pecora, aut mancipia ruſtica. *Nov.* 32. Et datur
5 etiam antichreſis tacita, quando res fructifera pro mu-
tuo pignori data & tradita eſt, *per l. 8. in quibus cauſ. pi-
gnus tac. contr. Bach. in Treutl. vol. 2. diſp. 1. th. 6. lit. B.
6 Carpz. p. 2. Juriſpr. c. 30. def.* 40 Requiritur autem in
antichreſi, ut fructus ad quantitatem permiſſarum uſu-
rarum percipi poſſint, ultra autem percepti in ſortem
imputentur. *Kopp. dec. 22. n. 4. Carpz. d. def. & ſeq.
Mynſ. cent. 6. obſ. 7. Cothman. vol. 2. conſ. 57. n. 11. & ſeq.
Rauchbar. p. 1. q. 20.* Autor *ad L. 1. n. 5. C. de diſtract.
pign.* Ideo non videtur hic læſio ultra dimidiam requi-
ri ut placet *Dn. Mevio p. 3. dec.* 318. Nam in uſuraria pra-
7 vitate non requiritur exceſſus ultra dimidiam, & ſi hic
requireretur, non opus eſſet arbitrio judicis, & non di-
cerent Dd. ultra acceptos fructus in ſortem imputari,
ſed ultra dimidiam acceptos. Sicut etiam in *l. per.
diverſas. 22. C. Mandati* læſio ultra dimidium plane
non requiritur. *vid. tract. meus de ceſſione Act. c. 1. n. 69.*
8 Quamvis ſi fructus ſint incerti, ab und niederſteigen-
de/ modus uſurarum adeo accurate obſervari non poſ-
ſit. *Bachov. Rauchbar. Carpz. d. 41. Richter. dec. 74.
num. 4. Struv. Exerc. 19. th. pen. Franzk. h. t. num. 49.
9 Wiſſenbach. th. 24. diſp.* 39. Sed cur hic non datur a-



Digitized by Google

ctio hypothecaria, ſed in factum? Reſp. illa omnino
datur contra poſſeſſorem, hæc vero actio in factum
perſonalis eſt. *vid. Bachov. l.3. cap.19. n.2.* Idem in in-
certitudine temporis, ſi quid ad vitam conceſſum. *vid.*
*not.* Dn. Autoris *ad l.14. C.de pign.& Berlich.dec.*170.
10 *in fine.* Exceſſus etiam notabilis admittendus videtur,
quando quis ſuo labore ac ſumptu rem oppignoratam
reſtituit, & in eum ſtatum reducit, ut fructus exinde
ferri poſſint; Nam tunc æquum eſt, ut creditori, qui
rem ſuo labore refecit, exceſſus uſurarum non invidea-
tur. *arg. c. pen. X. de rebus Eccleſiæ non alienandis*; quia
tempore contractus fructus non fuerunt in rerum natu-
ra, idemque debitor de damno queri non poteſt. Sic-
11 ergo quando creditor opera & induſtria ſua fructus
percipit ex re obligata, dum illam melioravit, vel no-
viter fabricavit, adeo lucrifacit fructus, ut non tenea-
tur eos reſtituere. *Panorm. in d. c. pen. Dd. in c. con-*
*queſtus de uſuris Franc. de Clapperiis. p.2. deciſ. c.98. q.1.*
*nu 4. & ſeq.* licet contractus ob læſionem diſſolvatur.
Sed quid ſi fundum antichreticum pluris locaverit,
12 quam eſt quantitas uſurarum, an poteſt debitor pete-
re, ut exceſſus computetur in ſortem? Quod affirm.
quia penſionis quantitas non eſt incerta, & aliud eſt
pluris locatum eſſe, aliud pluris locari poſſe. *Vid. not.*
Dni. Autoris *l.14. C. de Uſuris* & ſic pronunciatum re-
fert *Sand l. 3. t. 12 defin. 10. de computat. uſurarum ad*
*fructus. vid. Eſcobar. de Ratiocin. p.2. c.14* Sed *Sande*
13 *eodem. tit. def.*11. tradit, ſi pactum, ut antichreſis intra
certum tempus non redimeretur, hoc eſſe illicitum.
Sed ea opinio ſuſpecta mihi videtur; nam in antichre-
ſi eſt quædam locatio, quæ procul dubio ad certum
tempus fieri poteſt, & apud nos multi antichretici con-
tractus ad certum tempus contrahuntur.
*Ad §. pen. & ult. & L.12.* Uſusfructus etiam oppi-
14 gnorari poteſt, de quo *Neguz. membr.3. part.2. n.9. &*
*ſeq.* qui tamen male *n.13.* negat, uſumfructum a credi-
tore alienatum reverti ad proprietarium, quem recte
15 reprehendit *Bach. pign. l.2. c.6. n. 5.* Sed circa ſervitu-
tes Prædiorum diſtinguitur inter ſervitutes Prædii U.
& R. Illæ oppignorari non poſſunt, *per l. 11. §. ult.*
Nam ſervitutes urbanæ, v. gr. tigni, ſtillicidii, &c.
ſine domo cedi non poſſunt, ut per ſe patet, & non
hic agitur de conſtituenda interim ſervitute, ſed de
conſtituta. *Carolus Molin. de div. & indiv. p.3. n.330.*
*&c.* ſed hæ poſſunt. Nam ſervitus itineris, viæ, po-
teſt conſtitui ad modum pignoris, *per l.12.* quod utili-
tatis cauſa receptum. *Car. Molin. d. tr. n.316. & ſeq.*
*vid. Neguz. d. membr. 3. n. 15. Moz. de rebus quæ oppi-*
*gnor. poſſunt n. 21. Molin. de J. & J. Tr. 2. diſp. 529.*
*Schwarzenthal. in tr. de pign. c.14. n.8. conf. Dn. Struv.*
*th. 18. Zœſ. h. t. n.10. Bachov. de pign. l.2. c.7.* Sed quod
16 ſupra de uſufructu dictum, id non de ipſis juribus,
ſed commoditatibus tantum intelligendum eſt. *Petr.*
*Barb. ad l. Uſus fructus 58. ff. ſolut. matrim. n.7. Moz.*
*d. l. n.22. Carol. Molin. de div. & indiv. p 3. n. 328.* ubi
*nu. ſeq.* infert, aut valeant verba contractus, eſſe ea in-
telligenda non de jure ipſo, ſed de commoditate, ubi
*Baldum, Salycetum, Franc. Curtium, Cravettam citat.*

## ad L. Grege 13. pr.

### *SUMMARIA.*

*Univerſitas rerum pignoris juri ſubjacet. n. 1.*
*Pignus in infinitum pignori dari poteſt. 2.*

1 UNiverſitas rerum poteſt pignori obligari, puta
grex, & tunc etiam fœtus gregis obligatus vi-
detur, imo toto grege immutato, pignoris tamen vin-
culum manet. *Moz. de reb. quæ pign. oblig. n. 39.*
*Ad §. 2.* Pignus ulterius pignori dari poteſt. *& l.1.*
2 *& l. 2. C. ſi pignus pign. datur* & quidem in infinitum
juxta receptam ſententiam de qua *Moz. d. tit. n.35. Schra-*
*der ad §. ult. Inſt. quibus mod. re contrahitur. n.17. Ne-*
*guz. in membr. 3. p. 2. c. 19. Bachov. de pign. l. 2. cap. 9.*
Autor *ad L. 1. n. 1. 2. C. Si pignus pign. dat.* Colligitur
etiam ex *hoc §.* etiam nomen pignori dari poſſe, de
quo pluribus *Bachov. de pign. l.2. c. 8. n. 9.* ubi dupli-
cem ampliationem, quam *Neguz. m. 3. part. 2. n. 22.*
*& 29.* proponit, examinat.

## ad L. Quæſitum. 24.

### *SUMMARIUM.*

*Creditor quando ante diem agere poſſit contra debitorem,*

LIcet quis in diem debeat, vel ſub conditione, po-
teſt creditor actione hypothecaria agere, & pi-
gnora perſequi, etiam ante diem, ſi debitor, de fuga
eſt ſuſpectus. *Bartolus hic. Neguzant. de pign. p.4. n.*
*15. Menoch. remed 5. adipiſc. poſſ. n.74. Moz. de Pignor.*
*colum. ult. n.10. Carpzov. p. 1. conſt. 17. def. 23.* Aliter
*Bachov. l. 3. c. 13. in fin.*

## ad L. Et quæ nondum ſunt. 15.

### *SUMMARIA.*

*Futura quomodo oppignorari poſſint. n. 1.*
*Agens actione hypothecaria contra poſſeſſorem pignoris,*
*tenetur probare, rem tempore obligationis in bonis*
*debitoris fuiſſe. 2.*
*Trina limitatio. 3.*
*Probatio hic dominii præſumtive eſt intelligenda. 4.*
*An & quando debitor rem multis obligando crimen ſtel-*
*lionatus committat. 5.*
*Pignus pro parte lui non poteſt. 6.*

1 FUtura etiam nondum exiſtentia obligari poſſunt,
ut fructus ſi modo res onde naſcitura erant, tem-
pore obligationis in Dominio debitoris fuit, *per l. po-*
*tior. 11. §. 3. infr. qui potior in pign. Neguz. d. membr.3.*
*n. 45. Molina diſp. 525. Moz. de rebus, quæ pignor. n. 37.*
Autor *ad L. ult. n. 2. & ſeq. C. Quæ res pign. oblig.*
2 *Ad §.1.* Actione hypothecaria qui vult experiri, ſi
agat contra poſſeſſorem pignoris, tenetur probare, rem
tempore obligationis fuiſſe in bonis debitoris, *hic. &*
*l. ante omnia 23. ff. de probat. Neguz. membr. 3. part.8.*
3 *per totum.* Sed hoc per h. §. limitatur, ut locum ha-
beat in ſpeciali hypotheca, non vero in generali, quia
in hanc etiam bona acquirenda veniunt, *ut ſupra di-*
*ctum. Neguz. d. membr.3. n.22.* Deinde limitatur, niſi
contra ipſum debitorem agatur, cum hic non poſſit
excipere rem non fuiſſe in bonis ſuis, cum propriam
turpitudinem allegaret. *Neguz. d. l. num.10. Struv. th.*
37. Limitatur etiam in utili judicio. *Zœſ. ad tit. de pign.*
*act. n. 13.* Notandum etiam, licet Dd. requirant cum
Gloſſa, ut fuerit Dominus, id tamen præſumptive in-
4 telligendum eſt; Nam quando Dominium incidenter
probandum eſt, tunc ſufficit, id ex poſſeſſione probare,
ut hic, & in Lege Aquilia & Condict. furtiva, per
tradita *Franc. de Clapper. p.2. dec. cauſa 74. q.3. n.1.* Et
idem videtur in quaſi poſſeſſione jurium, ſecundum
*Bart. quem refert. Clapper. de q. 3. n. 2.*
*Ad §. fin.* Non poteſt debitor rem alii obligatam,
5 mihi obligare, ſine crimine ſtellionatus, ſed ſine cri-
mine facit, ſi meminerit prioris hypothecæ, & tunc
videtur id quod reſiduum eſt, obligare. Sed ſi res a de-
bito priori liberata, tunc non tantum reſiduum, ſed to-
ta res obligata ſecundo creditori, modo fuerit in bo-
nis *l.9. §. ult. ff. qui potiores. Coll. Argent. tit. 3. th.5. n.9.*
forte hoc propter individuam pignoris naturam, ſicut
etiam pro parte lui pignus non poteſt, de quo *Carol.*
*Molinæus de div. & indiv. p.3. n.25. & ſeq. vid. not.* Dni.
Autoris *ad l.19. h.t. Et ad L.1. C. de Luit. pign.*

## ad L. Si fundus. 16.

### *SUMMARIA.*

*Acceſſiones in obligationem pignoris veniunt. n. 1.*

*Ac-*

*Acceſſiones ſortis cum ſorte eandem habent hypothecam.* 2.
*Oppignoratio rei alienæ convaleſcit, accidente ex poſt facto voluntate Domini.* 3.
*Actum nomine alterius poteſt in præjudicium Domini a Domino ratificari.* 4.
*Mutatio qualitatis rei non tollit hypothecam.* 5. 9.
*Natura actionis hypothecariæ.* 6.
*Hypothecam alterius poſſidens, nec reſtituere volens, quomodo condemnandus.* 7.
*An ſi unus heredum poſſideat hypothecam alterius, is ſolus teneatur actione hypothecaria.* 8.
*Quæ hypotheca proſit tertio poſſeſſori, ut poſſit excuſſionem debitoris principalis opponere agenti contra ſe actione hypothec.* 10.
*An act. hypothec. experiens contra tertium poſſeſſorem, poſſit remitti ad concurſum Creditorum.* 12.
*An in concurſu nomen profeſſus mutato conſilio poſſit cum tertio poſſeſſore hypothecæ act. hypoth. experiri?* 13.
*Proteſtatio in concurſu de reſervanda actione contra fidejuſſores vel poſſeſſores rerum obligatarum non eſt neceſſaria.* 14.
*Res aliena pignori dari nequit.* 15.
*Exceptiones quinque.* 16.
*An ex §. 8. h. l. inferri poſſit, quod prioritas horarum non attendatur.* 17.
*Tres caſus diſtinctim ex Franzkio adducuntur, in quibus prioritas non attendi videtur.* 18.
*Valet pactum, ut ſi debito tempore debitum non ſolvatur, res pignorata ſit empta.* 19.

1 QUod v.gr. per alluvionem accedit fundo, eſt quidem debitoris. *l.12. §.2. h.t.* Sed venit in obli-
gationem pignoris. Idem in ædificio areæ impoſito,
vel reſtituto *l.21. de pign. act. l.18. §.2. h. t. Franzk. h.
t. n.18.* Ex hoc colligunt, quod acceſſiones ſortis ſeu
2 uſuræ, eandem cum ſorte hypothecam habeant. *Neguz. membr.4. part.2. n.47. Franzkius n.19. conf. l.18.
§.1. ſupra de pign. act. de quo Moz. rubr. de nat. pign. n.15.*
*Ad* §. 1. Voluntas Domini illius, qui potuit pigno-
3 ri dare, ex poſt facto accedens, reconciliat, i. e. convaleſcere facit oppignorationem rei alienæ antea factam. *Neguz. membr.4. p.2. n.43. Moz. de rebus, quæ
pignori. n.8.* qui ſi tempore obligationis valuiſſet, non
tamen id cedit in præjudicium tertii, cui interea pignori nexa res, qui præferendus eſt. *Neguz. membr. 1.
p.3. n.16. Lud. Molina. tr.2. de Juſt. & Jur. diſp.529. n.
3. arg. L.11. §. 1. ff. qui potiores.* Colligunt ex hoc §.
4 Dd. actum, meo nomine non geſtum, poſſe tamen in
meum præjudicium a me ratificari, ſi ſcilicet re ipſa
de re mea ſit contractum, tunc enim id ratum habere
poſſum, licet meo nomine id non ſit actum, *per l.3. C.
de Rei vind. & h. §. Dd. ad cap. ratum. 9. de Reg. juris
lib.9. conf. Tiraq. de retr. conſangv. §.1. gl.9. n.255. Aug.
Barb. locupl. lib.16. c.4. ax. ult. Card. Tuſchus concl.10.
num. 10. lit. R.*

5 *Ad* §. 2. Mutatio qualitatis fundi, v. gr. ſi ex domo fiat hortus, non tollit hypothecam.

6 *Ad* §. 3. In actione hypothecaria petitur, ut tradatur rei poſſeſſio titulo pignoris, donec ſolvatur debitum, & ut tradatur pignus, aut ſolvatur debitum. *Vid.
Gail. l.1. obſ.62. n. 8. Neguz. d. membr.3. part 8. n.24.
Oldendorp. Gloſſ.3. act.10. n.5.* Et ſic, ſi poſſeſſor rem
detineat, ultra id non tenetur. *Salgado in Labyr. p.1. c.
7 26. §. un. n.17.* Sed id merito mirandum, quod *in hoc*
§. dicitur, eum, qui haber hypothecam, non tamen vult
reſtituere, ſimpliciter condemnandum eſſe, ſed ideo,
quia dolo fecit, quo minus poſſideret, dicitur, quod
tanti ſit condemnandus, quanti creditor in litem juraverit, & ita hic cum vellet, non poſſet, melioris ſit
conditionis quam ille, qui cum poſſet, non velit. Sed
reſp. *Bachov. de pign. l.3. c.12. n.5.* illud membrum de
ablatione rei per militarem manum intelligi poſſe. *arg.*

8 *l. qui reſtituere. 68. ff. de Rei vendic. Ex hac lege* poſ-
ſet hoc dubium moveri, ſi unus hæredum poſſideret
meam hypothecam, an is ſolus hypothecaria actione
teneatur? Et affirm. Nam dividuntur actiones perſonales contra hæredes, non vero hypothecariæ. *l.2. C.
de hæred. act. Mev. p.5. dec.68.* Idem eſt ſi inventarium
confecerit. Nam inventarium prodeſt, ne quis ultra
vires hæreditatis teneatur, non vero, ne in ſolidum a-
9 ctione reali conveniri poſſit. *Mev. p.4. dec.190.* Collige, in actione hypothecaria agi debere de condemnando ad ſolvendum, aut in hypothecam immittendo,
& hæc natura eſt actionis hypothecariæ, & ex priori
membro non colligitur, quod perſonalis actio ſit cumulata. *Mev. p. 4. dec. 161.* Diſtingui autem ſolet inter hypothecam generalem & ſpecialem: ut in illa
neceſſaria ſit excuſſio principalis debitoris, ſi contra
tertium poſſeſſorem agatur, ex *Nov.4. c.2.* in hac vero
10 non, *per. Nov 112. c. 1.* Et ita in Facultate reſponſum
Anno 1640. die 1. Julii & aliquoties. *Conf. Theſſaur.
dec. 51. Tuſchus tom.3. concl. 403. n. 39. Berlich. p. 2.
concl. 24 n.72. Rol. a Valle vol.3. conſ.23.* & ſic intelligendus *Gail. l.2. obſ.27. n.7. conf. Neguz. p.8. membr.
11 1. de pign.* Et hinc probatur deciſio *Carpz. dec.258 p.3.*
ſi nomen ſpecialiter obligatum, ſine ceſſione & excuſſione principalis, excuti poſſe nomen debitoris, ubi
pluribus id probat, ſed ſecus in Arreſto eſſe, docet,
quod invito debitore conſtituitur. Et quid ergo ju-
12 dicandum, ſi quis hypothecaria actione experiatur contra tertium poſſeſſorem, an hic remitti debeat ad concurſum? Negat hoc *Dn. Mev. p. 5. dec. 198.* quod intelligo de hypotheca ſpeciali, aut, ſi generalis ſit, certum ſit, in concurſu ſuum non acceptum creditorem; Nam alias non videtur eſſe perpetua conſequentia; ille patitur concurſum, ergo non eſt ſolvendo,
13 præſertim reſpectu hujus vel illius debiti. Si tamen
in concurſu profeſſus fuerit nomen ſuum ac creditum
creditor, non prohibetur mutato conſilio cum tertio
poſſeſſore hypothecæ, actione hypothecaria experiri,
quia iſta remedia non contra eundem dantur, & electio unius remedii rei perſecutorii, non præcludit
viam in cæteris, præſertim, quando unum remedium
14 videtur difficilius eſſe: Ideoque non eſt neceſſaria licet utilis proteſtatio, creditoribus in concurſibus adhiberi ſolita, de reſervanda actione contra fidejuſſores aut poſſeſſores rerum obligatarum. *Dn. Mevius
parte 5. dec. 199.*
15 *Ad* §. 7. Res aliena pignori dari nequit. *t. t. Cod. ſi
16 res aliena pign. data ſit.* Sed ſunt exceptiones, quarum
prima eſt, quod poſſit res aliena obligari ſub conditione, ſi ſua facta fuerit, quod tamen limitatur per *l. fin.
C. de pact. ibi, neque hypothecas,* videlicet, quod res illius, de cujus hæreditate ſperatur, non poſſit illo vivente obligari. *Neguz. memb.3. p. 2. n.59* Secunda
Exceptio eſt, niſi Domino ſciente & in fraudem creditoris diſſimulante ab alio oppignorata ſit. *l.2. d. t. C.
ſi res aliena.* Tertio ſi res mihi obligata fiat tua. *l.5. d.
t, Bach. de pign. l... c.4. n.2.* Quarto niſi Dominus ex
poſt facto ratam habeat oppignorationem. *l.6. C. d. tit.*
Quinto ſi debitum, ob quod res Domini oppignorata,
in rem Domini verſum, *per l.1. d. t.* videantur notata
Dni. Autoris ad *l. ult. Cod. d. tit.*
*Ad* §. 8. Ex *hoc* §. nonnulli voluerunt inferre, quod
17 prioritas horarum non attendatur, quos refutat *Wiſſenbach. d 40. th.4.* ubi *hunc* §. explicat, *& Bach. de pign.
l.3. c.2. n.2.* Sed videntur ex *Franzk. ad tit. qui pot. in
pign. n.13.* tres caſus diſtinguendi: Aut enim una res
omnibus in ſolidum uno die obligata eſt, aut in partes
æquales, aut ſimpliciter. Primo caſu ſinguli adverſus
extraneos agunt in ſolidum, concurſu partes faciunt,
inter ipſos vero is potior, qui poſſidet. *l. 10. h. t.* Secundo caſu ſinguli pro dimidia parte agunt. Tertio
caſu pro quantitate debiti. *vid. Franzk. d. t. num. 15.
& ſeqq. conf. Wiſſenbach. diſp. 40. th. 10. & Bachov. de pign. l.3. c.2. n.2.* Collige, quod ubi non appa-

19 rer prioritas, plures actus ſimul videri geſtos. *Matthe-ſil. ſing. 71. n. 18.*

*Ad §. fin.* Valet pactum, nt ſi debito rempore debitum non ſolvatur, res pignotata ſit empta, & tunc juſto pretio æſtimanda, ex conſuetudine fori vel judicio boni viri. *Neguz. p.4.n.11 verſic. Secunda concl.Menoch. rem.5.adipiſc. poſſ.n.44.Colerus de Proceſſ.executiv.part. 1. c.10. n.180. Afflict. deciſ.368. n.1. in fin. Covarr. l 3.reſol. c.2. Molina diſp.324.n.3. Trentacinq. tit. de pig. reſ. 11. Dn. Gothofred. de Jena Cancell. Mindenſis & Conſil. Elect. in diſſertatione de Lege commiſſ.aph.16. Dn.Struv. Ex.19. theſ. ult. Franz. ad h.t. n.54.* Autor *ad L.13. n.7. C. h. t. Et ad L.1. n.1. C. de Pactis pigner. Et ad L.ult. n. 9. C. d. t.* nam conditionalis hæc venditio eſt. *Conf. Bachov. de pig. l.1. c. 6. n. fin.*

## ad L. Pignori. 17.

*SUMMARIUM.*

*Conſtitutio pignoris parit creditori actionem in rem.*

PIgnoris conſtitutio in rem parit actionem creditori, ut creditor hypothecam a tertio poſſeſſore poſſit perſequi, etiam ſine excuſſione principalis, ſi modo pignus ſpeciale. *Nov.12.* Sic quando villa oppignorata, proprius homo alienari non poteſt; ſed ſi Dominus illum villæ colonum alienaverit, eum perſequi poteſt creditor. *Dn. Mev. p. 4. dec. 24.*

## ad L. Si ab eo. 18.

*SUMMARIUM.*

*B. F. poſſeſſor hypothecam conſtituere poteſt.*

BOnæ fidei poſſeſſor, ut habet quaſi dominium & ſic publicianam, ita etiam hypothecam mihi in re alia conſtituere poteſt. Ergo non teneor probare præciſe dominium, & ita declaranda *l.15* §.1. ſed quod debitor bona fide & juſto titulo poſſederit, & ſic ſufficit quaſi dominium probare. *Dn. Struv. Ex. 16. th. 37.* Colligunt etiam, paritatem inter Publicianam & Servianam. *Bach. de pign. l.4. c. 4. n. 4.*

## ad L. Qui pignori. 19.

*SUMMARIUM.*

*Pignus pro parte lui non poteſt.*

PIgnoris cauſa eſt individua. *Carpz. part. 2. conſt. 23. def. 31.* & ideo, ſi plura pignora data, & pars debiti etiam maxima ſit ſoluta, non tamen quædam res poſſunt repeti.

## ad L. Si Titio. 22.

*SUMMARIA.*

*Succedens obliganti rem ſuam ſe inſcio; an teneatur hypothecaria actione. n. 1.*
*Conciliatio l. h. cum l. 41. de pig. act. 2.*

SI fundi Dominus ſuccedit debitori oppignoranti,
1 non quidem confirmatur pignus, ſed tenetur pignotatitia actione contraria, ex perſona defuncti, Sed
videtur repugnare. *l.41. de pign. act* quas leges nonnul-
2 li conciliant per diſtinctionem, inter Dominum ignorantem & invitum. Alii melius inter jus ſtrictum & æquum. *vid. Ant. Faber. l.20. conject. c.17. Cujac. lib. 19. obſ.26. Schwarzenthaler de pign. c.12. Alciatus l. 7. parerg. cap.14. Duarenus l.2. diſp. c.4.* Autor *ad L. ult. n.7. C. Si aliena res pign.*

## Ad L. In quorum finibus. 24.

*SUMMARIUM.*

*Magiſtratus temporalis pignus accipere non prohibetur.*

LIcet Magiſtratus temporalis emere non poſſit bona immobilia, *per l. 46. ſupr. de contrah. empt.* pignus tamen pro mutuo recte inito accipere non prohibetur, quia eam alii capaci diſtrahere, & debitum ſuum conſequi poteſt. *Bachov. de pign. l.2. c.2. nu. 1. Struv. d. Ex 26. th. 5. Zœſ. hic. n. 5.*

## ad L. Cum vitioſe. 25.

*SUMMARIUM.*

*An pignore vitioſe dato actio aut retentio detur.*

CUm vitioſe pignus datur, ne quidem retentio datur, niſi ſcilicet vitium ſit purgatum, ut ſi debitor rei alienæ a ſe obligatæ dominus fiat *Neguz. de pign. membr.1. p.3. n.17. Bachov. de pign. l.2. c.4. n.5.*

## ad L. Fidejuſſor. 26.

*SUMMARIA.*

*Conſenſus Domini in hypothecam non ex ſola ſcientia, ſed accedente actu aliquo præſumitur, quod declaratur exemplo. num. 1. 2.*
*An & in quibus rebus res alia rei oppignoratæ ſurrogata cadat in in obligationem pignoris. 3.*
*Limitatur tribus modis. 4.*

1 EX ſola ſcientia Domini conſenſus ejus in hypothecam non præſumitur, ſed actu aliquo opus eſt,
niſi doloſe tacuit. *Zœſ. ad tit. 3. num. 3.* quando igitur
v. gr. filius emancipatus juſſu patris ſcribit ejus nomine inſtrumentum debiti, & obligat nomine patris ſuum
ſc. filii prædium, an ſibi præjudicat filius ſcriptor?
2 Videtur quod non quia alieno nomine ſcripſit, ſuam
fidem non interpoſuit. Sed aff. quia interceſſit actus voluntarius, & ſic eſt ampliatio regulæ quæ habetur in *l. ficut.8. §. non videtur. 15. quibus modis pign. ſolv.* ubi dicitur, ſubſcribentem ſe obligare. Et Autor *ad L.2. n.7. & 8. C. de Remiſſ. pign.* hic etiam ſcribens aliquid alieno nomine ſibi præjudicat. *Menoch. conſ.58. n.32.* ubi hunc textum notabilem vocat. *Conf. Joh.Crotus in repet. L.2. §. voluntatem. n.15. ff.ſoluto matrim.* ubi rationem aſſignat in commemoratione rei ſuæ. *Tiraquell. de Retr. conſangu. §.1. n.158. Petr. Barb. in l. qua dotis. num. 171. ff. ſolut. matr. Socinus jun. conſ. num. 10. lib. 4.*
3 *Ad §.fin.* Res alia rei oppignoratæ ſurrogata non
cadit in obligationem pignoris, niſi ex re illa ortum habeat, & hoc in rebus particularibus locum habet, non in univerſitate; Nam res particulares ſunt mancipia in fundo. *Neguzant. d.tr. membr.2. p.2. num.25.* ubi *in ſeq.* id tribus modis limitat, licet ad duas redigi poſſit, 1. ſi res ſurrogata, v. gr. fœtus non apud de-
4 bitorem, vel ejus hæredem, ſed apud alium. *l. Paulus 29. §.1. h. t.* 2. ſi materia tranſeat in materiam facto hominis, ut ſi ſylva obligata, ex ſylva fiat navis, materiarum ad materiam reduci nequit *l. ſi convenerit 18. §.3. ff. de pign. act.* Sic fructus induſtriales ab alio, quam debitore percepti, non ſunt pignori. *Conf. etiam Moz. de contract. Rubr. ult. de pign. num. fin.*

## ad L. Paulus 29.

*SUMMARIA.*

*Generalis obligatio bonorum defuncti, non porrigitur ad heredis bona. n. 1.*
*An & quomodo reconvaleſcat pignus domus exuſta reædificata ab emtore areæ. 2.*
*Quid ſi hoc caſu creditori conceſſum jus vendendi. 3.*
*An cæmenta alio tranſlata obligata maneant. 4.*
*Area exuſta Dominus poteſt renunciare juri, ut non amplius teneatur ad cenſus. 5.*
*Quid ex §. 2. colligat Hippol. Riminaldus. 6.*

Ge-

1 GEneralis obligatio boonrum defuncti, ooo por-
rigitur ad bona hæredis *Neguz. membr. 2. p. 2. n.*
*53. Franzk. h. t. n. 16. Bach. de pign. L. 1. c. 7.*
*Ad* §. 2. Domus mihi oppignorata, qua exuſta,
2 area venditur, emptor exſtruxit, ego perſequor pignus,
quæritur, an recte? Quod aff. ſed exſtructionis expen-
ſæ bonæ fidei poſſeſſori reſtituendæ & ſic ſtructura ſe-
quitur ſolum, & meliorationes fundum, ut ſi ſolum
ſit obligatum, etiam ſuperficies & meliotamenta cen-
ſeantur obligata. *Covarr. L. 1. reſol. c. 8. n. 3. verſ. tertie*
*ad idem facit. Garcias de expenſ. c. 18. n. 56. Salgado*
*in Labyr. p. 1. c. 11. n. 48. conf. Bach. de pign. L. 3. c. 18.*
3 *n. 4.* Sed quid ſi Creditori conceſſum jus vendendi?
Idem jus erit creditori in domo ſibi obligata & reædi-
4 ficata. *Sande l. 3. t. 12. def.* 12. Sed de cæmentis quæritur,
& tegulis præſertim alio tranſlatis? Reſp. *Carpzov. de-*
*ciſ.* 12. & illa manere obligata, & ædificantem alibi
teneri ad pretium. Ex eo etiam probari poteſt, areæ
5 exuſtæ Dominum poſſe renunciare juri, ut non amplius
6 teneatur ad cenſus. *Ex hoc* §. quia dicitur eatenus,
quatenus pretioſior res facta, ſatisfaciendum eſſe bo-
næ fidei poſſeſſori, colligit *Hippol. Rimmaldus vol. 4.*
*conſ. 411. n. 63. & ſeq.* quando b. f. poſſeſſor tenetur reſti-
tuere rem, & prætendit meliorationes, quod tunc non
attendendum ſit, quantum valuerit melioratio tempore
refectionis, ſed quantum in præſenti valeat tempore
reſtitutionis. *Conf. not.* Dni. Autoris *ad l. 55. ff. Locati.*
*Mantica L. 22. t. 24. n. 10.*

## ad L. Periculum. 30.

### *SUMMARIUM.*

*An hypotheca evincatur periculo emtoris nominis.*

TItius habebat obligatum Cajum, & habebat hypothecam in ejus fundo. Hoc nomen vendit Sempronio, poſtea fundus obligatus evincitur a Sempronio, an contra Titium ex empto habet actionem? Quod negatur, quia tenetur probare creditor, rem obligatam eſſe, non vero, quod venditor ejus rei ſit Dominus. *arg. L. ſi nomen. ff. de Hered. vend.* unde colligitur, hypothecam evinci periculo emtoris nominis, licet periculum ſit etiam debitoris *L. 21. §. 2. de pign.* Nam debitoris eſt periculum ratione dominii, emptoris ratione hypothecæ vinculi. *Bach. de pign. L. 3. c. 25. n. 2.*

## ad L. Lex Vectigalia. 31.

### *SUMMARIA.*

*An pignus tollatur: ſi annihiletur jus dantis. n. 1.*
*Ampliationes Regulæ, Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis 2. 3.*
*Cautela pro Creditore, cui fundus emphyteuticus obligatus eſt. 4.*
*An Dominus emphyteuſees teneatur Canonem accipere a tertio. 5.*
*An jus immiſſionis Creditoris in feudum immiſſi ob debitum Vaſalli vel onus feudi, morte Vaſalli debitoris exſpiret. 6.*

1 FUndus vectigalis mihi datus ea conditione, ut ſi
canonem non ſolverim, fundus ſit iterum conce-
dentis, eum fundum pignori do, ſed poſtea ob ceſſa-
tionem & moram meam, fundus ex L. pronunciatur
eſſe Domini, quæritur, an pignus tollatur? Affirm.
quia hypotheca durat, quamdiu durat jus Emphyteu-
tæ. *Pinellus de Bonis mat. ad l. 1. p. 3. n. 70.* ob regulam:
2 Reſoluto jure dantis reſolvitur jus accipientis. *Decius*
*conſ. 319 n. 3. Gail. lib. 1. obſ. 17. n. 3. Ric. collect. deciſ. 490.*
*Cephal. vol. 3. conſ. 369. n. 37. Ang. Rarb. locupl. l. 9. c. 95.*
*ax. 21.* Autor *ad L. 6. n. 6. C. de Uſufr. Et ad L. 3. n. 8.*
*& 9. C. de ſervit.* Et regulam hanc variis exemplis
exornat *Cagnelus ad l. 2. C. de Reſcind. vend. n. 120.* Debi-
tor enim non potuit alia conditione fundum pignori
dare, quam qua accepit. *L. 67. de contrah. empt.* Sic ſi
creditor pignus acceptum pignori ulterius det, debito
3 creditori primo ſoluto, extinguitur jus pignoris, quod
ſecundus habuit. Ea regula in Vaſallo emphyteuta, ma-
rito, hærede fiduciario, cui fideicommiſſi onus impo-
ſitum, & eo emtori, cum pacto retrovendendi res ven-
4 dita & ſimilibus, locum habet. Idem ſi cum lege com-
miſſoria res vendita. *Franzk. d. 1. n. 351.* Et ideo cautela
eſt pro creditore, cui emphyteuticus fundus obligatus,
ut pro emphyteuta ſolvat canonem, ne emphyteuſis
caduca fiat. *Bachov. de pignor. l. 5. c. 13. n. 3.* Nam licet
5 ſecundum aliquos Dominus non teneatur accipere ca-
nonem a tertio quopiam, ſine dubio tamen tenetur ac-
cipere ab eo, cujus intereſt rem non committi, ſcilicet
a creditore. *Surdus dec. 286. n. 2.* Autor *ad L. 21. n. 8.*
*9. C. h. t.* Imo ſi nulla culpa creditori imputari poſſet,
ei dari reſtitutionem ex clauſula generali, tradit *d. l.*
*Surdus poſt Aicsatum, quem refert, conſ. 285. n. 10.* Sic
6 etiam, ſi creditor in feudum immiſſus, ſi ob debitum
Vaſalli defuncti, ejus morte expirat jus immiſſionis, ſi
vero miſſio facta ob onus feudi, diſtinguendum ulte-
rius: Utrum ſit onus feudi, directo, an vero in ſubſi-
dium tantum. Illud ſi ſit, non reſolvitur jus pignoris
judicialis; ſi vero ſit onus in ſubſidium ſolvendum ex
feudo, tunc aut allodium ſatis locuples, & tunc credi-
tor jubendus excedere; aut vero id dubium, tunc ex
poſſeſſione non eſt dejiciendus, ſed exeutere tamen te-
netur allodium. *Mev. p. 5. dec. 235.*

## ad L. Debitor. 32.

### *SUMMARIA.*

*An & quæ invecta in prædium urbanum ſint loco pignoris. 1. 2. 4.*
*Hypotheca generalis non continet merces venales, ſi obligatio fiat de rebus in loco tertio exiſtentibus. 3.*

1 INvecta in prædium urbanum ſunt loco pignoris, ſi
invecta ſint, ut ibi perpetuo eſſent, quæ limitatio
eſt *l. in prædiis 7. §. 1. tit. ſeq.* Autor *ad L. 5. n. 1. C.*
*In quib. cauſ. pign.* Sed perpetuitas non eſt valde ex-
tendenda: Nam quæ in utilitatem prædii & ſuſtenta-
tionem familiæ inducta, ſunt pignori, modo non ideo
inducta, ut venderentur. Nam ſi paterfamilias vi-
2 num, frumentum invehat, partim, ut ſe cum familia
alat, partim, ut quod ſupereſt, vendat, hoc caſu hypo-
thecatæ ſunt hæ res, licet ex parte venales. *Cenna-*
*nus l. 4. comm. jur. civ. cap. 16. n. 8. quem refert. Menoch.*
*remed. 3. adip. poſſ. n. 131. & ſeq. Ex hac lege* etiam probant,
licet in generali obligatione veniant etiam merces ve-
nales, ſecus tamen eſſe, ſi obligatio fiat de rebus exi-
3 ſtentibus in certo loco, ut hic de invectis in ædes. *per l.*
*cum tabernam 34. h. t. Neguz. de pign. membr. 2. part. 2 n.*
*14. Stracha de mercat. tit. mandat. § ult. n. 3. Menoch. d.*
*rem. 3. n. 127.* Autor *ad L. 5. n. 2. C. In quib. cauſ. pign.* Sic
pecunia numerata in prædium urbanum eo fine inve-
4 cta, ut ſemper ibi maneat in cuſtodia, quamdiu durat
conductio, eſt obligata, ſecus ſi invecta ad quotidianos
uſus. *Menoch. d. l. n. 1. 3. 4. & ſeq.*

## ad L. Cum tabernam. 34.

### *SUMMARIA.*

*Taberna obligata, merces empta erogatis primis ſub hypotheca hac continentur. n. 1.*
*An hypothecaria actio hoc caſu contra emptores ſingularum mercium detur. 2.*
*In quibus caſibus in ſpeciali hypotheca ſurrogatum induat vinculum pignoris. 3.*
*Ex epiſtola ſine die & conſule ſcripta probari poteſt conſtitutio pignoris. 4.*
*An pecunia undecunque quæſita & mutuo accepta comprehendatur ſub hypotheca generali. 5. 6.*

1 TAberna obligata, quæritur an merces emptæ, er-
rogatis primis, ſub hypotheca hac contineantur?
Reſp. quod ſic, quia taberna, ut & horreum; quod-
dam corpus univerſale eſt, quod nunquam interit,
nam novæ merces in locum venditarum ſuffectæ obli-
gatæ videntur, & ideo res venales hic in obligatio-
2 nem veniunt. Nec tamen hypothecaria actio con-
tra emptores ſingularum mercium datur. Nam ſic
injuria inferretur, ſi merces libere & ſine onere non
poſſet alienare, & quaſimere jura ipſi interdiceretur.
*Bach. de pign. l. 2. c. 5. in fin. Menoch. rem 3. adipiſc.
poſſ. num.130. Neguz. membr.2. p.2. n.18. & ſeq. Pinell.
ad rubr. C. de bonis matern. part. 1. n. 46.* ubi plures
reprehendit *Hieg. p. 2. q.15. n. 19. & ſeq. Coler. l. 2. de
proc. execut. c.3. n.6.* Autor *ad L. 5. n 5. C. In quib. cauſ.*
3 *pign.* Quamvis autem de mortuo debitore loquatur,
non tamen eſt dubium, quin etiam vivi debitoris mo-
roſi merces præcludi poſſint. *Bachov. d. l.* qui etiam *ibi-
dem* notat, licet alias in ſpecialibus hypothecis, ſur-
rogatum non induat vinculum pignoris, in oppigno-
rata tamen taberna & obligato grege ſecus eſſe, & ſur-
rogata ſuccedere in pignore.
4 *Ad* §.1. In *h.* §.1. dicitur, quod ex epiſtola ſine die
& Conſule ſcripta, probari tamen poſſit conſtitutio
5 pignoris; Et *in* §. 2 dicitur, etiam pecuniam undecun-
que quæſitam, etiam mutuo acceptam, venire in
obligationem generalem, quando ab alio creditore
mutuam accepit; Nam quando ab ipſo creditore, cui
antea omnia bona præſentia & futura obligaverat, ac-
cepit, ea pecunia obligata non erit, a contrario ſenſu;
6 nam eam ad liberum uſum mutuo accepit. Ergo hæc
pecunia ſub hypotheca non continetur. *Romanus ſing.
611. Stracha d. t. mandati* §. *ult. num. 5. Neguz. de tr.
m. 2. part. 2. n. 12. Pariſius vol. 1. conſ. 500. nu. 25. Co-
varr. l. 3. reſol. c. 12. n. 2.*

---

## TITULUS II.

### *In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahatur.*

### Ad Rubricam.

*SUMMARIUM.*

*In quibus caſibus tacita hypotheca locum habeat.*

TAcita hypotheca conſtituitur a lege & ſunt hæ: Tributa in prædiis habent hypoth. ac fiſcus; uxor in bonis mariti ratione dotis & paraphernalium & donationis propter nuptias; immiſſi ex ſententia; areſtum in foro Saxon. Liberi ratione bonorum adventitiorum in bonis patris, & pro donis baptiſmalibus, & in bonis vitrici, ſi mater geſſit tutelam & ratione non reddita alii nupſit; Pupilli in bonis tutorum a tempore conſtitutionis & protutoris a tempore adminiſtrationis; Minor vel prodigus in bonis curatorum; Pupillus & miles in bonis eorum pecunia emtis; Eccleſia & civitas in bonis adminiſtratorum; Locator in bonis illatis in domum, aut ſe ſciente in ruſticis, & indiſtincte in fructibus ruſticorum prædiorum, ſi perpetuo ibi ſunt manſura; Legatarii in aliis rebus Teſtatoris, quæ hypotheca diviſibilis; filiæ pro elocatione, in feudis (quod tamen dubium, ſed in effectu Dd. conveniunt) Clericus habet hypothecam pro decimis & cenſibus; Is, cui ex certo fundo alimenta debentur: Is, ex cujus pecunia ædes refectæ & aliæ res Maritus in bonis ſoceri ratione promiſſæ dotis; Liberi ratione legitimæ paternæ &c. de quibus videatur *Neguz. de pign. membr. 4. part. 2. per totam. Carpz. p. 1. Juriſpr. Forenſ. conſt. 28. paſſim.*

### ad L. Senatus Conſulto. 1.

*SVMMARIA.*

*Tria requiruntur, ut quis pecunia mutuo data ad refectionem domus tacitam habeat hypothecam num. 1.*
*An mutuo dans in navem reficiendam, hoc privilegio gaudeat. 2. 3.*
*An etiam competat danti ad novas ædes extruendas. n. 4.*

1 QUi ad refectionem domus mutuo dant, habent ta-
citam hypothecam privilegiatam, ſive ipſi Domi-
no, ſive operis redemtori dederit, de quo *Neguz.
membr. 4. part. 2 n.162. Carpz. p. 1. conſt. 28. defin. 105.
Berlich. part. 1. concluſ. 69. n.132. Donell. de pign. c. 4.* Au-
tor *ad L. 17. n. 2. ff. C. de Pignorib.* Ad id autem requiri-
tur (1.) ut nominatim data ſit ad refectionem *l. 5. §. 17.
de Tribut. act.* (2.) Ut exinde domus refecta & non
amplius, Et ut (3.) res refecta extet. *l. 5. ff. qui potiores.*
2 *Dn. Richter de privil. credit. diſſ. 7. ſect. 3.* Sed quid ſi in
navem inſtruendam vel reficiendam quid det? Aff. id
communiter Dd teſte *Neguz. m. 4. p. 2. n.162. Covarr.
l. 1. reſol. c. 7. n. 3. Molina diſp. 536. n. 13.* Sed jure cum
deſtituamur, id negant *Bachov. de pign. l. 1. c. 12. n. 2.
Struv b. t. th. 14. Franzk. ad tit. de pign. n. 38. Zœſ. h. t.
n. 8. & ſeq.* & hi Dd *l. 26. & 34 ff. de rebus auto. r. Ju-
3 dic. poſſid.* de privilegio perſonali intelligunt. Quid
in Hollandia, videatur ad hunc titulum *Wiſſenbach. th.
17.* Sane communis opinio nihil habet iniquitatis, &
eadem pene ratio navium & ædium. Et accedit publi-
cus favor mercaturæ maritimæ, ideoque in judicando
puto communem ſententiam amplectendam. Sed quid
in creditore, qui ad novas ædes quid mutuo dedit?
4 Reſp. non videri hypothecam competere, quia ratio
*in l. 6. ff. qui potiores.* hic militat, nec ita publice inte-
reſt, cum ædes, quam refici. *Carpz. p. 1. conſt. 18. def.
107. Anton. Faber l. 8. Cod. t. 8. def. 10. Hartm. Piſt. p. 3.
quæſt. 3. n. 7.* ita & judicatum refert *Sande l. 3. tit. 12. def. 5.*

### ad L. Pomponius. 2. & duas ſeq.

*SUMMARIA.*

*Illata in prædium urbanum indiſtincte ſunt tacite locatori obligata. 1.*
*An requiratur ſcientia locatoris ad conſtituendam hypothecam in illatis in prædium ruſticum. 2. 3.*
*Quid in praxi obtineat. 4.*

1 HArum legum hæc eſt ſententia. Ea, quæ in præ-
dium urbanum (ad quod in cauſa hac pignoris
refertur ſtabulum *per l. 4. §. 1. h. t. vid Donell. lib. 21. c. 4. lit.
D Harp. §. 1. Inſt. de ſervit. n. 5.*) illata ſunt, ſive ſciente
ſive ignorante locatore ſunt ei tacite obligata. *d. l. 4. h.
t.* Autor *ad L. 5. n. 1. C. h. t.* ſed quæ in ruſticum præ-
dium illata, non ita generaliter ſunt pignori obligata,
ſed ſi ſciente locatore illata, *per l. 5. C. locati.* ubi idem
notavi, *num.* 11. quia fructus ibi loco pignoris *l. 7.
h. t. Neguz. membr. 4. p. 2. num. 145. Caroc. de locat.
part. 3. tit. de Invectis n. 13. Trentac. tit. de locat. reſol. 5.
num. 2. Sichardus ad Rubr. Cod. de pign. n. 19. Menoch.
rem. 3. adipiſc. poſſ. num. 33. & ſeqq. Molina d. 497. n.
2 3.* Et hæc etiam pro deterioratione fundi obligata
*per l. 2. h. t.* Sed hodie plerique Dd. negant, quic-
3 quam ſcientiam Domini in prædiis ruſticis facere ad
conſtituendam hypothecam. *Bachov. de pign. l. 1. c.
21. num. 4. Franzk. h. t. num. 5. Zœſ. h. t. num. 2.* Au-
4 tor *ad L. 5. num. 12. C. h. t.* Sed in praxi putarim ſen-
tentiam Doctorum communem amplectendam. Et
*Dn. Mev. p. 4. dec. 127.* ait, practicos ſequi opinio-
nem affirmativam, relicta opinione Theoreticorum,
& uſu quotidiano obſervari teſtatur, ut invecta in
prædium ruſticum ſint etiam pignori, & præjudicium
refert, quod intelligo, ſi ſciente locatore invecta,
quod ex allegatis ab ipſo Doctoribus colligo, ſcil.
*Neguzantio & Sichardo.* Nam Doctoris mens *ex al-
legatis textibus & Autoribus* colligenda.

### ad L. Si Res hypothecæ 5. §. ult.

*SVMMARIUM.*

*Quando fidejuſſoris bona cenſeantur obligata.*

Fi-

FIdejubendo videtur quis probare obligationem bonorum ſuorum antea a debitore factam per ratihabitionem, ſi fidejuſſor id ſcivit, & ſic hæc hypotheca potius conventionalis eſt, quam tacita *Bachov. de pign. l. 1. c. 13. n. 4.* Si autem poſt fidejuſſionem debitor fidejuſſoris bona obligare, vel conſenſum impetrare vellit, nihil agitur.

## ad L. In prædiis. 7.

### *SUMMARIA.*

*Conſtituta eſt hypotheca tacita in fructibus & naturalibus & induſtrialibus prædiorum ruſticorum, pro penſione ac deterioratione. n. 1.*

*An iſta extendenda ad fructuum venditorū pretium? n. 2.*

*Extenditur ad cenſus & laudemia. 3.*

*Exempla. 6.*

*An in illatis minoris conducentis hypotheca legalis locum habeat. 7.*

1 FRuctus prædiorum ruſticorum tacite ſunt obligati pro mercede ac penſione, ac deterioratione, licet nihil conventum fuerit. Et hine deducunt inter prædia ruſtica & urbana diſcrimen. Autor *in C. h. t. ad L. 5.* Hinc locator prohibere poteſt conductorem, ne fructus exportet aut vendat, niſi prius penſionem ſolvat. *Menoch. rem. 3. adip. poſſ. numero* 116. Et hoc locum habet in fructibus naturalibus & induſtrialibus. *Menoch. d. l. numero* 117.
2 Sed fructuum venditorum pretium pignori non eſt, quia in ſingularibus non ſuccedit pretium in locum rei. *Romanus ſing. 615. Menoch. in d. l. n. 120. & ſeq.* obi tentat. *Lud. Gomezium in §. item Serviana 7. n. 14. Inſt. de Act.* Et hoc jus ad cenſus & laude-
3 mia extendit *Franc. de Clapperiis p. 2. dec. cauſa 58. n. 4. & ſeq.*

4 *Ad* §. 1. Illata tunc tantum obligata, ſi ideo illata, ut ibi ſint, quamdiu conductio durat. *Druid. de Act. Lib. 2. c. 14.* non, ſi ex accidenti convivii celebrandi cauſa, vel alia, rem intulerit, vel belli cauſa &c. *Franzk. h. t. n. 6. conf. Afflict. dec. 184. n. 2. Trent. de Locat. reſol. §. n. 2. Mantica L. 11. tit. 15. n. 2. Dn. Richter de privil. d. 8. th. 5.* Autor *ad L. 5. n. 1. C. h. t.* Et
5 hæc hypotheca in illatis locum habet, licet de ſpeciali hypotheca ſibi proſpexerit. *Neguz. p. 2. n. 138. Berlich. p. 1. concl. 67. n. 63. Dn. Richter. d. th. 5. Mantica*
6 *d. t. 15. n. 19.* Exemplum in inſtrumento obligationis, quod ſcilicet id non videatur a lege obligatum, quia non videtur illatum, ut perpetuo ibi ſit, habet *Neguz. memb. 4. p. 2. n. 153.* & in mercibus venalibus *Pinell. d. part. 1. rubr. n. 46. Mantic. tit. 15. n. 34.* ſcilicet extra caſum *legis cum tabernas. tit. praced. confer. notata* Dni Autoris *d. l. debitor. 32. tit. præc.* Sed quid ſi minor
7 conducat & ſeculas ſuas inferat, an & in his hypotheca tacita conſtituta? Reſp. Si utiliter rem conduxit, utique *Dn. Struv. th. 16.* Pene dixerim, & inutiliter conduxerit, ob autoritatem legis datur hypotheca, ſed datur reſtitutio, ut contra contractum principalem ita etiam acceſſorium. *Conf. Wiſſenbach. Ex. 39. th. 19.* ubi ſimul refutat *Bachovium*, dicentem, hanc potius conventionalem eſſe hypothecam.

## ad L. Cum debitor. 8.

### *SUMMARIA.*

*An tacita antichreſis, ſi mutuo gratis dato, pro debito autem pignori datus ſit fundus fructum ferens. n. 1.*

*In antichreſi tacita præciſe legitimus uſurarum modus attenditur. 2.*

*An & in expreſſa. 3.*

*Contractus juri antichretico affinis ex l. 39. ff. de pign. act. 4.*

1 QUando mutuo datum gratis, id eſt, nihil actum de uſuris ſolvendis, & pro debito datus eſt pignori fundus fructum ferens, tacite hoc videtur actum, ut jure antichretico creditor fundo uteretur *Carpz. p. 2. conſt. 30. def. 40. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 1. th. 6. L. B. Scheffer p. 2. q. 22.* licet *Bachov. in tr. de pign. L. 1. c. 14. n. 4.* hanc legem de uſuris pacto pro-
2 miſſis intelligat. Et in hac antichreſi tacita præciſe creditor ad quantitatem uſurarum conceſſarum fructus percipiet. *Franzk. ad tit. de pign. n. 49. in fin. conf. Cujac. L. 8. obſ 17. Ant. Faber de Error. pragm. decad. 9. errore 5. Rittershus. de diff jur. civ. & can. L. 3. c. 7. Hartm. Lib. 1. obſ. c. 4. P. Buſius ad l. 11. §. 1. n. 5.* ubi dicit: in tacita præciſe quantitatem legitimatum uſurarum re-
3 quiri. Sed in expreſſo antichretico pactu, ſi fructus ſint incerti, qui ſcilicet incertum proventum & pretium habent, legitimus uſurarum modus exacte non obſervatur, nec ob modicum ejus exceſſum hoc pactum vitiatur. *l. 17. C. de uſur. Carpz. d. d. 40. & ſeq. Rauchbar. L. 1. q. 20. Berlich. p. 2. dec. 170. n. 25. Dn. Lauterbach. ad tit. de pign. act. §. 1. th. 6.* ubi poſt dd. Dd.
4 aliud eſſe dicit, ſi fructus ſint certi, Sane affine juri antichretico eſt, quando fundus datur creditori, ut creditor pro ſorte & uſuria prædium poſſideat, donec ſors cum uſuris ſoluta, ſed multum differt ab antichreſi. *l. 39. de pign. act. Bach. d. l. n. fin. conf. Borchold. de uſuris c. 6. & Hagen. de uſur. c. 11. n. 5.*

## ad L. Penult.

### *SUMMARIA.*

*Mancipia illata & tacite obligata manumitti poſſunt ante arreſtationem, non vero expreſſe oppignorata. num. 1. 4.*

*An omnes res tacite oppignorata poſſint ſine vinculo pignoris alienari. 2. 3.*

*Quid ex h. l. colligatur. 5.*

1 MAncipia illata ſunt etiam pro pignore obligata, manumitti tamen poſſunt ante præcluſionem i. e. arreſtationem. Unde *Jaſon. in l. Item quia ff. de pactis* & in §. *Item Serviana. 7. Inſt. de act. n. 77.* probare
2 vult, ea quæ tacite ſunt obligata, poſſe ſine vinculo pignoris diſtrahi; ſed ſpecialitatis rationem hic in favorem libertatis conſiſtere, tradit *Neguz. membr. 4. p. 2. n. 134.*
3 *Zæſ. h. t. in fin. Bach. de pignor. l. 1. c. 5. n. 3.* Sed ipſe contextus, ni fallor, docet diſcrimen inter manifeſtarium & tacitum pignus, ſcilicet in invectis: ut hoc alienari poſſit ſine onere, manifeſtarium pignus non; & ſic non de omni tacita hypotheca, ſed tantum rerum invectarum, quæ non tantum tacita eſt, ſed etiam generalis. *conf. Fortunatus Garcias in repet. d. l. item quia de pactis n. 4.* Ve-
4 rum ſi ſpecialiter mancipium obligatum, & ſic ſit hypotheca non tacita ſed manifeſtaria i. e. expreſſa, tunc manumiſſio impeditur, quia fieret cum præjudicio creditoris quod in tacita ac generali illa non timetur, ubi in aliis rebus hypotheca conſiſtere poteſt *Franzk. h. t. in*
5 *fin. conf. Struv. d. Ex. 26. th. 38.* Collige, *ex hac lege* poſſe locatorem præcludere, & deſcribere per perſonam publicam; Nam ſic res ſine onere alienari nequeunt. *conf. l. utique 34. de Damno infecto.*

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*Pignus conſtitutum, pro obſervatione tranſactionis ſuper veteri obligatione interpoſita, an exſpiret cum ſolutione tranſactionis. 1.*

*Caſus legis adjungitur. 2.*

1 EX *h. l.* vulgo probant, ſi is tranſactionem ſuper veteri obligatione interpoſitam non ſervaverit, quod tunc tacita hypotheca competat. *Neguz. membr. 4. p. 2. n. 164. Berlich. part. 1. concl. 67. n. 90.* Sed hic tutoria bona antea erant obligata, ut recte tradit *Franc. Bald. de pign. c. 7.* & ſpecies facti hæc proponitur a

*Bach. de pign. l.1. c.13. n.5.* Tutoris hæres conventus actione tutelæ a pupilli hærede, cum eo tranſegit, & pro obſervatione tranſactionis fundum ſuum obligavit; Poſtea hæres tutoris a tranſactione recedit, quæritur, an pignus ex nova tranſactione obligatum expiret? Videtur quod ſic, quia tranſactio reſoluta; Sed negatur, quia pignus in veterem obligationem conſtitutum videtur.

---

## TITULUS III.

### *Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt.*

### ad L. 1. §. ult.

*SUMMARIA.*

*Res extra commercium & litigioſa pignori dari non poſſunt. n. 1.*
*Conciliatio l. 18. ff. de R. V. & l. 24. de pignor. 2. 3.*
*Res litigoſa quando vindicari poſſit. 4.*
*Feuda non continentur in generali hypotheca. 5.*
*Feudum obligans ſine traditione, an incurrat pœnam Lothar. & Friderici. 6.*

1 RES, quæ non eſt in commercio, & quæ litigioſa eſt, pignori obligari non poteſt. Nec obſtat *l.*
2 18. *ff. de Rei vind.* quia creditor ignorans rem litigioſam accipere potuit *vid. Bachov. de pign. l. 2. c. 13. n.3.* & nec obſtat *l.4. de pign.* ubi dicitur, eum qui in his finibus prohibitus eſt emere, in iis pignus accipere non
3 prohiberi. Nam diſtinguendum eſt inter prohibitionem hominis, & legis, & an prohibitio reſpiciat perſonam,
4 an rem, an locum. *vid. Bach. d. tr. l. 2. c. 2. n. 1.* Et ſic etiam colligitur, rem litigioſam venditam vindicari poſſe, ſi tertius poſſideat etiam ignorans, & ſine novo proceſſu. *Covarruv. p. quæſt. 15. n. 6. Gail. lib. 2. obſervat. 118. n. 2. Hondedeus conſ. 20. n. 7. lib. 1.* & ſic reſponſum menſe
5 Julio Anno 1658. Sic nec feuda veniunt in generali hypotheca, nec in iis provinciis, ubi in ſubſidium feuda tenentur; nam quod ſingulariter contra jus commune conſtitutum eſt, non trahendum eſt in conſequentiam. *l. quod vero 14. de LL. Dn. Mev. p. 4. dec. 321.*
6 Nec tamen puto, vaſallum obligantem ſine traditione feudum, incurrere in pœnam Lotharii & Friderici. *Neguz. de pign. p. 2. membr. 3. n. 78.* & multi alii, licet ſecus *Bachov. de pign. l. 2. c. 2. n. 7.* conf. *Roſenthal. de feudis cap. 9. membr. 1. concl. 14.*

### ad L. Si alius.

*SUMMARIUM.*

*Exceptio porrecta ad fidejuſſores, prodeſt etiam ratione pignorum.*

PIgnora pro muliere interveniente, vel pro filiofam. mutuum accipiente data, obligantur, unde regulam hic formant Dd. quando exceptio porrigitur ad fidejuſſores, tunc etiam ad pignora pertinebit, & argumentum deductum ab oppignoratione ad fidejuſſionem, eſt in jure validum *Burſatus vol. 1. conſ. 103. n. 17. Ant. Quetta conſ. 54. n. 4. verſ. confirmatur. Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 188.*

### ad L. Ariſto. 3.

*SUMMARIA.*

*Creditor ſecundus priori hypothecario debitum ſolvens, ſi de pignore nihil convenerit, non ſuccedit in jure pignoris. n. 1.*
*Limitatur in creditore privilegiato & eo caſu, ſi ſecundus creditor hypothec. offerat & ſolvat. 2. 4.*
*An ad ſucceſſionem ſufficiat ſola pactio de pignore, an & addenda conventio de ſuccedendo. 3.*
*Caſus, ubi quis ex ſua perſona nihil conſequi potuit, ſed ex perſona alterius. 5. 6.*

1 LIcet priori creditori hypothecario ex mea pecunia ſolutum fuerit debitum, & expreſſe conventum, ut ex mea pecunia dimitteretur creditor prior, ſi tamen de pignore nihil convenerit, non ſuccedo in jure pignoris. *Carpzov. part 1. Jur. conſt. 28. def. 133.* Autor *ad L. 1. n. 2. C. de his, qui in pr. loc. ſucced.* quis *de fin. ſeq.* habet exceptionem in creditore privilegia-
2 to ex *l. 24. §. ult. ff. de rebus autor. jud. poſſ. Franzk. ad tit. qui pot. in pign. nu. 77. & ſeq.* & ſufficere putat *Franzk. d. l. n. 8.* quod ſola pactio de pignore ſufficiat, licet conventionis de ſuccedendo in *l. 1. C. qui potiores.* fiat mentio, ſed majoris declarationis gratia. Et
3 hæc conventio inter primum creditorem & me, qui ei ſolvo, etiam invito debitore fieri poteſt. *Bachov. lib. 4. de pign. c. 17. pr. Franzk. d. l. n. 78. conf. Wiſſen-*
4 *bach. diſp. 40. th. 17.* Sed *h. l. 3.* limitat Gloſſa in caſu, ſi ſecundus creditor hypothecarius obtulerit, & ſolverit primo, per *l. 1. C. qui pot. in pign. hab. Cravet. conſ. 582. n. 2. Petr. Greg. lib. 23. Syntagm. c. 12. n. 2.* Autor *ad L. 1. n. 3. C. de his qui in prior. loc. ſuc.* Licet hoc diſpliceat *Petr. Barboſ. de l. poſt. dotem 41. n. 61.* cum
5 quo videtur ſentire *Carpzov. d. def. 133. n. 7.* Licet autem contractui, quem ſecundus creditor cum debitore iniit, pactum de non vendendo pignore additum, conſequetur tamen ſecundus creditor, ſi in locum primi ſuccedat *per hanc legem*, ſæpe enim quod quis ex ſua perſona non habet, per extraneum conſequi poteſt. *Franzk. h. t. n. 90. conf. Bachov. de pign. l. 4. c. 1. n. 2.* Collige, etiam, aliquem ex ſua perſona quid non habere, quod ex perſona alterius habere poteſt. *Dn. Mev. p. 4. dec. 151. in fin. Gail. de Areſtis Imp. obſ. 8. n. 9. Barb. locupl. l. 14.*
6 *c. 30. axiom. 3.* Sic ſocietatis jure commodum legati æque ad incapacem quam capacem pertinet. *l. 19. de libr. leg.* Aliud in *l. 10. §. fin. de bon. poſſ. contra tab.* Exempla alia haberi, tradit *Gloſſa in l. 70. de furtis. l. 23. § fin. ff. de Ædil. Edicto* & aliis locis, quos collegit hic *Gloſſa*, quæ etiam refert contrarias deciſiones & regulæ exceptiones. Conf. *Menoch. rem. 1. recup. poſſ. n. 378. & Hippolytus de Marſil. ſing. 180.* qui loquuntur de impunitate delicti ob alterius perſonam concedenda, item de judicio narciſcendo ex perſona alterius.

### ad L. Titius. 4.

*SUMMARIA.*

*An rei ob mutuum promiſſum oppignoratæ diſtractio valida, & poſt mutuo dans obligatam retineat hypothecam in illa re alienata. num. 1.*
*Ratio dubitandi & decidendi. 2. 3.*
*Quomodo limitari poſſet. 4.*

1 VOlebas a me mutuum accipere, & ſpe futuræ numerationis inſtrumentum feciſti, quaſi accepiſſes & obligaſti mihi quaſdam res. Antequam autem pecunia numeraretur, vendis ex illis unam rem, quæritur, an mihi obligata maneat hypotheca in illa re diſtracta, & ita an detur mihi actio hypothecaria con-
2 tra poſſeſſorem? Videtur quod ſic. Nam conditionalis quidem eſt obligatio, ſed cum per numerationem conditio eſſet impleta, tempus retrotrahendum eſt ad tempus contractus. Sed negatur quia in poteſtate debitoris fuit, etiam poſt oppignorationem ſpe futuræ numerationis factam liberari. Ergo diſtractio
3 interim facta valida eſt, ſecus eſſet, ſi conditio eſſet caſualis *l. 9. §. 1. ſeq. Parſius vol. conſ. 11. n. 69. & ſeq.* Secus etiam eſſet, ſi nulla præceſſiſſet conventio de mutuo dando. Nam tunc non eſſet in mera voluntate de-
4 bitoris, an accipere velit, ſed etiam creditoris, an dare mutuo velit. Verum cum mutui dandi promiſſa in

io-

ſolius debitotis arbitrio conſiſtat, ergo hoc caſu retrotrahi hypotheca nequit. *Berous vol. 1. conſ. 46. nu. 15.* conf. etiam *Cujac. in hac L. tom. pag. mihi 1626.*

---

# TITULUS IV.

## *Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.*

### Ad L. Qui dotem. 1.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Extenſio legis ad omnes promiſſiones, quando in arbitrio ſolo debitoris non eſt, an obligetur, an non. 2.*
*Ratio cur in mariti arbitrio non ſit, dotem accipere. 3.*

1 PRomiſi dotem pro puella, & ſtipulatus ſum dotem ſcilic. centum mihi reddi ſoluto matrimonio, cui fini obligavit mihi maritus fundum, ſolvi 50. poſtea maritus illum fundum, alii obligat, quo facto ſolvo reliqua 50. Quæritur, an in prioribus illis 50. thaleris tantum ſecondo creditore ſim potior? Quod videtur, quia antequam reliqua ſolverim; obligatur, ſecundos ſed negatur, quod dies obligationis attendendus, nec attendendum, quod tardius ſolverim. *Afflict. dec. 401. n.9. & n.14 vid. Baebov. de pign. lib. 4. c. 2. n.3.* Actio quidem dotis reſtituendæ non oritur, niſi ſo uto matrimonio, vel emergente ære alieno, & ſic nec hypothecaria: Retrotrahitur tamen hypotheca, ut competat a die promiſſæ dotis & contractu matrimonii. *Neguz. memb. 4. p.2. n. 78. & membr. 3. p. 8. n. 1. Petr. Barb. p.3. l.1. ff. ſolut. matrim. n. 32. & ſeq.* conf.
2 *Afflict. d. l.* Et lex hæc non tantum procedit in dote, ſed in omni promiſſione, quando in arbitrio ſolo debitoris non eſt, an obligetur, an non, ut communiter volunt Dd. recte *Neguzant. de membr. 4. p.2. n 78.*
3 *& Donell. de pign. c 12* accurate explicat, cur in mariti arbitrio non ſit accipere dotem, ſi offeratur, nam ſic in poteſtate ejus eſſet, uxorem ſuam reddere indotatam.

### ad L. Qui generaliter. 2.

*SVMMARIA.*

*Creditor generalem hypothecam habens, poteſt eligere rem alii ſpecialiter obligatam. n. 1.*
*Limitatur, ſi generalis ſit ſubſidiaria. 2.*
*An immiſſus rem certam primo electam, poſſit aliam alteri obligatam eligere. 3.*
*Hypotheca addita priori hypotheca uxori a marito conſtituta, cenſetur ſubſidiaria. 4.*
*Subſidiaria excutitur demum poſt excuſſam priorem inſufficientem. 5 6.*
*Limitatur l. 2. C. de pign. ſi clauſula adjecta, quod hypotheca ſpecialis non deroget generali. 7.*

1 CUi generaliter bona debitoris obligata erant, poterit eligere rem, alteri ſpecialiter obligatam, quia debitor per ſpecialem poſteriorem hypothecam prioris Jus minuere non potuit *hic & l. 6. C. h. t. Hartm. Piſt. p 3. q 12. & 13. Covarr. l. 3. reſol. cap. 18. Carpzov. p.1. dec. 62. n.6. & ſeq.* nec hoc fraudi eſt poſteriori creditori, ſpecialem hypothecam habenti; qui
2 habet jus offerendi. Alia ratio eſſet, ſi creditor primus non tantum habeat hypothecam generalem, ſed & ſpecialem, quia tunc generalis videtur in ſubſidium data, ſpeciali non ſufficiente, ſi hoc expreſſe actum, aut ſi non actum, videtur tamen id lex ita interpretari ex bono & æquo, *per l. 2. C. de pignor.* & communem hanc
3 vocat *Dn. Mevius p 4. dec. 98. Sande l. 3. t. 12. d. 6.* Sed quid ſi creditor, habens generalem hypothecam, elegerit rem certam, & in eam miſſus fuerit judicialiter, & poſtea vellet immitti in aliam rem, alii ſpecialiter oppignoratam, vel in quam alius immiſſus poſterius jus habens, nam tunc variare non poſſe creditorem judicatum refert *Dn. Mevius p 2 dec 285.* Et ſi v. gr. Uxorã
4 habenti ſpecialem hypothecam a marito conſtitutam, agnatus illam ignorans, aliam ſpecialem hypothecam conſtituat, videtur poſterior in ſubſidium data. & tamdiu poſterioris excuſſio non admittenda, donec prior
5 excuſſa fuerit, quia hic videtur eadem ratio militare, quæ in caſu *L. 2. C. de pign.* & videtur uxor poſteriorem hypothecam in ſubſidium petiiſſe, nec, quod illa reticuit, prodeſſe ſibi, & alteri nocere debuit, & ſic definitum refert *Dn. Mevius p. 5. deciſ. 144.* Et ſpecialis hypothecæ excuſſio etiam in dote prius facienda, ut judica-
6 tum refert *Dn. Mev. p. 2 dec. 116.* Sed quid ſi appareat, executionem in hypothecam ſpecialem eſſe fruſtraneam, & eum emtorem non facile repertum? Creditorem audiendum eſſe puto; Nam *Nov. 4. c. 1.* requirit, ut creditori ſatisfieri poſſit. Et ſic obſervatum hoc fuiſ-
7 ſe, refert *Dn. M. v p 4. dec. 48.* Sic etiam adjecta clauſula, quod oppignoratio ſpecialis non deroget generali, & quod electionem ſibi reſervarit creditor, non eſt locus *l. 2 C. de pign. Pariſius vol. 3 conſ. 103. n. 3. addens rationem. n. 4. Rol a Valle vol. 4. conſ 36. n. 8 conſ. Carpzov. d. conſt. 28. def. 1. 8. & p. 2. conſt. 23. defin. 29. Moz. in rubr. de natur. pign. n. 22. & 35. Neguz. memb. part. 8. n. 20. Franzk. h. t. n. 36. & ſeq. Cuj. c. 11. obſerv. 32. Dn. Struv. th. 32. Bach. ac pign. l. 4. c. 5. Weſenb. d. 40 th. 7.* Autor *ad L. 2. n. 2. & ſeq. C. d. pignor.* Et pro voce generaliter ſpecialiter legendum eſſe, notant *Cujac. & Bachov. ad loc.* cum quibus conſentire me nulla religio prohibet.

### ad L. Creditor. 3.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Pignora per novationem repetita, cum privilegio prioritatis repetita cenſentur. 2.*
*Limitatio Franzkii 3.*
*Pactum diſtrahendi rem, & ingrediendi poſſeſſionem in cauſam moræ debitoris, inducit hypothecam. n. 4.*
*Quomodo legitime acquiritur poſſeſſio pignoris propria autoritate. 5.*
*Pignus in fundo indiviſo conſtitutum ſingulas partes afficit. 6.*

1 SPecies facti hæc. Mutuo dedi 100. & oppignoraſti fundum Tuſculanum. Sed cum fundus duobus ſufficeret, obligas deinde Cajo eundem fundum. Denuum mutuo tibi do adhuc 50. & tu cum fundo Tuſculano etiam alias res obligas. Aucta hic quantitas, aucta pignora, ſed locus & ordo non mutatus. Ergo ratione primi debiti præferor Cajo, ita tamen, ut ſi plus quam 100. acceperim ex vendito fundo, id non in 50. illa imputare, ſed Cajo ſolvere teneat. *Cujac. ad l. b. 11. Reſp.*
2 *Papin. tom. 4. pag. 152.* Nota, quando per novationem pignora repetita merito cum privilegio prioritatis repetita cenſebuntur. *Neguz. membr. 2. p. 5. n. 13. Gail. lib. 2. obſ. 30. n. 10.* ubi in Camera ita pronunciatum refert. *Franc. Balduinus de pignor. c. 19 Franc. n. 43 h. t. &*
3 *n. 59. & ſeq. n. 61.* id limitat, ſi modo diſerte de pignoribus repetendis & aliis addendis actum ſit, licet de prærogativa temporis actum non ſit.
4 *Ad* §. 2. Pactum diſtrahendi rem in caſum moræ debitoris, inducit hypothecam. *Neguz. membr. 1 part. 3. n. 4.* Pactum etiam ingrediendi poſſeſſionem, inducit hypothecam, *Cremenſis ſing. 2. Col. de proceſſ. execut. part. 3. c. 12. n. 44.* & *Carpzov. p. 2. conſt. 23. defin 34. Balduinus de pign. c. 19. Klock. vol. 2. conſ. 40. n. 103.* cujus
5 pacti effectus eſt, ut non quidem licita ſit & legitima poſſeſſio, propria autoritate adquiſita, ſed ut tamen non ſit violenta, imo licita ſecundum nonnullos, ſi debi-

bitor non reſiſtat aut poſſeſſor, ut vult. *Mantica de tac. & amb. convent. l.11. t.5. n. 6. Franzk ad t. de pign. n. 44. Surdus conſ. 221. n.20. & ſeq.* Colligitur etiam *ex*
6 *hoc. §.* Si ſocius ſuam partem fundi pro indiviſo com-
munis obligaverit, diviſo poſtea in regiones fundo, &
alterius partem pro parte dimidia eſſe obligatam, quia
pignus in fnodo diviſo conſtitutum, ſingulas partes
pro dimidietate affecit. *Bachov. de pign. l.3. c.2 n. 2.*

## ad L. Interdum. 5. & L. ſeq. 6.

### *S U M M A R I A.*

*Hypothecam habens in re, ad cujus conſervationem credidit, præfertur prioribus. n. 1. 7.*
*Reſponſum Facultatis. 2.*
*Extenditur ad expenſas in proceſſum liquidationis factas. 3. 6.*
*Privilegio hoc gaudet credens ad navem reficiendam, & ad cibaria nautarum. 4. 5.*
*Limitatur, ſi indefinite pecunia credita ſit. 8.*
*Qui fugitivum cum rebus debitorem ſiſtit cæteris præfertur. 9.*

1 QUi ad rei conſervationem mutuo dedit, cui hy-
potheca conſtituta, privilegium habet, ut hypo-
thecis tempore prioribus præferatur, quia hoc credi-
tum ſalvam fecit pignoris ſubſtantiam. Autor *ad L.17.*
2 *n.2. C. de pign. Et ad L.7. n.2. C.h.t.* Ideoque quæſi-
tum memini, ſi creditor jure ſeparationis præcedat, v.
gr. creditores ultimi poſſeſſoris, ultimi poſſeſſoris vi-
dua de ſuis pecuniis refecerit & melioraverit ædes,
quas defuncti majores habuerunt, annon creditores
uſi jure ſeparationis reſtituere teneantur expenſas, ob
rationem, quod hæ expenſæ ſalvam fecerint pignoris
ſubſtantiam? Quod aliquando affirmatum memini in
Collegio. Sic expenſas in proceſſum liquidationis ab
3 uno creditore factas, poſſe per executionem ſalvari,
pendente etiam concurſu, tradit & judicatum refert
4 *Dn. Mev. p.2. dec.269.* quod hic ad navem extenditur,
præſertim quando hypotheca eſt expreſſa, nam tunc
ſine dubio competit privilegium. *Vid. Neguz. membr. 4.part.2.n.162. Molina diſp.136.n.13. Stracch. de Naut.p.5. verſ.eſt illud indubium.n.2. Richter. de privileg. cred.diſp. 7.ſect.7.pr. Gail.l.2. obſ.25. n.7. Myns. c.1. obſ 60. Bachov. de pign. l.4.c.9.* Et hunc ſenſum legis approbasse Cu-
riam Friſicam, refert *Sande lib.3.t.12.def.7.* Et hoc *leg.*
*ſeq.6.* extenditur, ſi ad cibaria nautarum credidit. Et
5 ſuper hac lege fundatur praxis Tribunalium Hiſpani-
orum, quod Adminiſtrator vel Curator bonorum, pro
ſuis reſiduis ac reliquis, præ omnibus aliis prioribus
ſuum accipiat. Idem in tertio expenſas ſolvente ad
6 proceſſum. *Dn. Mev. p.5. def.315. Salgado in Labyr.p.3. c.9. n.12.* Sic tertius ſi mutuo accipiat ad refectionem
prædii mei, & in eam cauſam convertat, habet locum
7 hoc privilegium. *Dn. Mev. p.5. deciſ.83.* ubi navem re-
fectam tacita hypotheca affectam eſſe dicit, & ſuffice-
re, ſi per teſtes probari poſſit, ad eum finem mutuo da-
8 tam eſſe pecuniam, & exinde refectam: Aliud vero, ſi
indefinite data, & debitor ex pecunia domum vel na-
vem refecerit. Cæterum *ex l.6. pr. colligit Dn. Me-*
9 *vius in tract. de Arreſtis c.19. n.24.* licet immiſſus judi-
cialiter non conſequatur hypothecam talem, ut præfer-
ri mereatur aliis creditoribus, ſi tamen quis fugitivum
debitorem cum rebus fugientem inſecutus ſiſtat, eum
merito præferendum eſſe cæteris, quod effecerit rem
ſalvam eſſe cæteris.

## ad L. Idemque. 7.

### *S U M M A R I A.*

*Pupillus mutuo dans ad rem emendam, tacitam habet hypothecam, cum privilegio prælationis in re empta. num. 1.*
*Extenditur hoc privilegium prælationis, ſi res mutuo danti ad eam emendam ſpecialiter obligatur. n. 2.*
*Limitatio Carpzovii an & quomodo ſubſiſtat. 3.*
*Cautela, quomodo credens poſt traditionem rei emptæ ſibi conſulere poſſit de privilegio prælationis. 4.*
*An, ſi duobus bona generaliter obligata, in bonis poſt utrumque contractum quæſitis ambo concurrant. n. 6.*

1 LIcet alias, qui mutuo dedit pecuniam ad rem
emendam, non habeat hypothecam tacitam ſed
tantum perſonale privilegium, ſecus tamen eſt in pe-
cunia pupilli, ad rem emendam mutuo data; Nam
illi hypotheca datur. *Carpz. d. conſt. 28. def.109.* cum
privilegio prælationis. *Neguz. membr.4. part.2.n.163. Koppen. deciſ. 28. n. 46.* & ruſticis in re vendita hypo-
thecam tribuit. *Beriich. p.1. concl.63. n.63.* Sed quando
2 extra caſus exceptos, hæc duo concurrunt, ut mea pe-
cunia res (1.) empta; & (2.) ſpecialiter mihi res ob-
ligata, tunc illa hypotheca potior eſt hypothecis gene-
ralibus prioribus, quas antea conſtituerat emptor in
3 ſuis bonis per *l.7. C. h.t.* Sed *Carpzov. p.1. c. 28. def. 108. & Richter. de privil. credit. d.7. c.3. in fin.* hoc li-
mitant, niſi poſt emptionem mutuum credatur, ut pre-
tium, de quo antea fides habita, exinde venditori ſol-
4 vatur. Sed puto, eos intelligere emptionem per tra-
ditionem rei conſummatam. Nam ſimul ac res in
dominium emptoris tranſiit, ejus creditores habentes
hypothecam generalem, futuras res etiam ex jure com-
prehendentem, conſecuti ſunt jus reale, quod per mu-
tuum ſubſecutum adimi non poteſt. Aliud ergo eſ-
ſet, ſi poſt venditionem, ſed ante traditionem hypo-
theca conſtituta eſſet creditori, ad pretium ſolvendum
mutuum danti. Sed & licet traditionem mutuo dem
emptori, ut pretium ſolvat, poſſum ex alio capite prio-
ritatem obtinere, præ hypothecariis debitoris ſeu em-
ptoris creditoribus, v. gr. ſi venditor in venditione ſi-
bi reſervaverit dominium, vel hypothecam in re ven-
5 dita. Hic venditor procul dubio privilegiatus eſt,
& præfertur hypothecariis creditoribus antiquioribus,
per tradita *Carpzov. p.1. c.28. def. 20. & 21.* Hic er-
go mihi conſuli poteſt duplici via (1.) ſi venditor
cedat mihi ſua jura ante ſolutionem reſidui pretii, vel
in continenti. (2.) Sine ceſſione, quia mea pecunia
privilegiatus creditor dimiſſus eſt, per *l. ventri. 24. §. ult. ff. de rebus autor. Jud. poſſ.* & ita pronunciatum a
noſtra Facultate menſe Sept. anno. 1661.
6 *Ad* §.1. Si duobus res obligata ſub conditione,
quæ ſimul exiſtit, tunc ambo concurrunt in pignore.
Ex *hoc textu* probare vult *Bach. de pign. l.4. c.6. n.1.* ſi
duobus bona generaliter obligata, in bonis poſt utrum-
que contractum quæſitis, ambos concurrere. Licet
Dd. diſſentiant *Cynus & Bart. in l.7. C. h. t.* quia con-
ditio tacita, quæ bonorum futurorum obligationi
ineſt, purificata retrotrahitur ad tempus primæ con-
ventionis, per *l. 9. pr. h. t. Koppen. dec. 4. n. 6. & ſeq.*
quæ ſententia ſimpliciter, & procul dubio in praxi ſe-
quenda.

## ad L. Si pignus. 8.

### *S U M M A R I A.*

*Fiſcus non habet privilegium prælationis. n. 1.*
*Conciliatio l. 28. ff. de Jure fiſci cum l. f. h. t. num. 2.*

1 QUi habet priorem hypothecam, licet Reſp. ſit
vel privatus, poſteriorem habenti hypothecam
etiam fiſco præponitur; Id verum etiam eſt in bonis
Collectoris vel Exactoris collectarum, in cujus bonis
fiſcus nullum privilegium, ſed hypothecam tantum ha-
bet; Ergo priores tempore hypothecarii fiſco in
bonis collectoris præferendi. *Dn. Mevius p.4. dec.255.*
quod tamen reſtringitur ad bona ante obligationem
fiſci acquiſita; Nam in aliis fiſcus potior. *l. 28. ff. de Jure fiſci.* Cui non obſtat. *l. fin. h. t.* quæ de bonis
poſt

poſt contractum privati, ante tamen contractum fiſci acquiſitis, poteſt intelligi. *Carpz. d. conſt. 18. def. 103. & lib. 4. reſp. 13. Richter. d. tr. p. 118. & 185. Donell. de pignoribus. c. 12.* Autor *ad L. 4. C. h. t. Et ad L. 3. n. 3. C. de Remiſſ. pign.*

## ad L. Qui balneum. 9. in pr. & L. Potior 11. in pr. & §. 1.

### SUMMARIA.

*Limitationis regula: Qui inter hypothecarios prior tempore, potior eſt jure n. 1.*
*Quid hic obtineat in conditionaliter conſtituta hypotheca. 2.*
*Obligatio conſtituta ſub conditione poteſtativa, incipit a die impletæ conditionis. 3.*
*Ampliatur in contractu neceſſorio. 13.*
*Exemplum ſuppeditatur. 12.*
*Conſtituta ſub conditione caſuali, incipit a die primæ obligationis. 4.*
*Ampliatur in contractu acceſſorio, exemplum ſuppetit. 6.*
*Pignus ex areſto contractum, retrotrahitur ad diem primi impetrati arreſti. 5.*
*An in hypotheca legali ratione legati conditionalis, incipiat obligatio a tempore exiſtentis conditionis. 7.*
*Sententia Bachovii refellitur. 8.*
*Caſus §. 3. l. 9. 9.*
*Limitatur ex h. §. Reg. Pignus rei alienæ reconvaleſcit, ſi debitor Dominus fiat. 10.*
*Limitat. 2. hæc: Res alteri obligata, quando venditur, tranſit cum ſuo onere. 11.*
*Fœtus ac fructus futuri, quatenus in pignus dari poſſint. 14.*
*Hypothecarius poſterior offerendo priori, in ejus locum ſuccedit. 15.*
*An moto jam concurſu creditorum, locus ſit juri offerendi. 16.*

1 IN *pr. L. 11.* habetur regula vulgaris: Qui inter hypothecarios prior tempore, ille potior eſt jure, quæ quidem regula multas habet exceptiones, præſertim vero regula hæc non habet locum, ubi pignus prætorium conſtitutum ob nudam cuſtodiam. *vid. not.* Dni. Autoris *ad l. cum unus. 12. n. 45. ff. de rebus autor. Jud. poſſid. Dn. Mev. p. 5. dec. 3. Et ad L. 1. n. 2. C. h. t. Et ad L. 7. C. h. t.* nec habet locum, ſi aliquis præ cæteris privilegiatam aut publicam hypothecam habeat; *de quo alibi.* Sed quid in conditionaliter conſtituta hy-
2 potheca? Diſtingui hic videtur inter conditionem poteſtativam, quæ in poteſtate ſit debitoris, & caſualem. Priori caſu procedit, ſecus poſteriori, Ratio illius eſt, quia debitor obligatus dici nequit; hujus quia ab obligatione & conditione caſuali non eſt liberum recedere a contractu, & efficere, ne teneatur *Franzk. h. t. n. 25.* Quando igitur obligatio principalis eſt ſuſpenſa, ſub
3 conditione expreſſa vel tacita, & ſimul data hypotheca, ſi illa conditio eſt poteſtativa, i. e, ſi in poteſtate debitoris eſt, ſe non obligari, ut in mutuo, tunc incipit a die impletæ conditionis, per *l. 11. h. t. in pr. & l. pen. tit. prec.* quando autem non eſt in poteſtativa, i. e. non
4 eſt in poteſtate debitoris, ſe non obligari, ut ſi de locatione agatur, hypotheca incipit a die primæ obligationis. *l. 9. h. t. Neguzant. membr. 1. part. 5. n. 14. Beroius l. 1. conſ. 46. n. 15. Mantica lib. 1. tit. 23. n. 18. Puriſius conſil. 11. n. 69. & ſeq. vol. Franzk. h. t. n. 23. & ſeq. Zœſius h. t. n. 2. Bachov. de pign. l. 4. c. 2. n. 2. Theſaurus lib. 3. q. 51.* Probant etiam ex *l. 11. §. 1.* pignus ex areſto con-
5 tractum retrotrahi, ad diem primi impetrati areſti. *Coler. de proc. execut. p. 3. c. 11. n. 43. Carpzov. p. 1. dec. 79. numero 21.*

6 *Ad §. 2. l. 9.* Hæres pro legato ſub conditione caſuali mihi relicto, hypothecam mihi conſtituit, poſtea eandem rem mihi obligatam alii obligat ante exiſtentem conditionem, quæritur, an mea hypotheca potior? Quod affirmatur, quia non eſt in poteſtate vel arbitrio hæredis, an obligari velit; ex ratione *princ. hujus legis.*

7 Sed quæritur, an idem ſit in hypotheca legali, quæ pro legatis in bonis defuncti conſtituta? Communiter Dd. negant vid. *Neguz. membr. 1. part. 5. n. 24. & membr. 2. p. 5. n. 10.* ubi ſtatuit, in Legatis conditionalibus tempus exiſtentis conditionis eſſe attendendum, per tradita Dd. in *l. 78. de Verb. oblig.* Sed longius petita hæc ratio. Nam regula eſt certa, quando hypotheca conſtituta ſub conditione caſuali, tunc incipit a die conſti-
8 tutæ hypothecæ. Sed hic loquimur de conditione caſuali, & ſic contra communem argumentatur *Bach. de pign. l. 4. c. 2. n. 5.* Sed reſponderi poteſt pro communi, quod regula loquatur de hypotheca conſtituta ab homine. Et *lex hæc* de conſtituta hypotheca loquitur: Igitur periculoſum eſt a communi recedere. Et juxta ſententiam *Bachovii* hæres de bonis hæreditariis, pendente conditione, quæ diu pendere poteſt, nihil poſſet obligare vel alienare. Quare tutior communis ſententia.

*Ad §. 3. l. 9.* Titia bona fide poſſidebat fundum,
9 quem primo Titio, poſtea Mevio pignori dedit. Deinde domina facta dedit in dotem marito æſtimatum, & ita dominium, ex *l. plerumque. 10. ff. de jure dot.* in maritum tranſtulit; Mox Titio primo creditori ſolvit; quæritur, an, ſubmoto primo creditore, ſecundi ſcilicet *Mevii* pignus convaleſcat? Videtur quod ſic, quia Titia jam domina erat facta, ergo pignus rei alienæ videtur reconvaluiſſe; Sed negatur, quia Titia eo tempore, quo Titio ſolvit, non amplius fuit domina. Ex quo §. 2. duæ notabiles limitationes regularum duarum fluunt. Prima regula eſt, rei
10 alienæ pignus reconvaleſcere, ſi debitor Dominus fiat. Limita hanc *ex hoc textu*, niſi alii prius oppignorata res, & ille eo tempore, quo debitor dominium nanciſcitur, nondum eſt dimiſſus; Nam tunc ſecundi jus reconvaleſcere non poteſt, ob jus primi
11 creditoris. Secunda regula eſt, quod res alteri obligata tranſeat cum ſuo onere, quando venditur. Sed limita; Niſi alienatio fiat eo tempore, ubi nondum eſt quæſitum creditori, qui in eventum prioris creditoris dimiſſi hypothecæ ſpem habuit. *vid. Bachov. de pign. l. 1. c. 4. n. 7. & Joh. Hannibal. in repet. l. naturaliter. de Uſuc. n. 113. vol. 5.*

12 *Ad l. 11. §. 1.* Colonus conduxit a me prædium, & obligavit inducenda: poſtea ſupellectilem alii oppignorat, quis hic potior? Pro ſecundo reſpondetur, quia hypotheca mea per actum illationis conſtituitur, & fuit in poteſtate coloni aliquid inferre, vel non, & ideo eſt quaſi poteſtativa conditio. Atque ideo *ex regula in l. 9. & 11.* ſupra propoſita, tempus exiſtentis conditionis attendendum; & ſic notabilis ampliatio *illius regulæ* colligitur, ſcilicet quod ea regula non tantum in principali, ſed & in acceſſorio contra-
13 ctu locum habeat. Nam in poteſtate quidem conductoris non erat, abire a contractu conductionis, in arbitrio tamen habebat, quas res inferre volebat, quas non; videtur enim prima oppignoratio, ſi eſſent inducta, vel inducerentur, tunc eſſe debere pignori. vid. *hic Bart. & Bachov. d. tract. de pign. l. 4. c. 2. n. 6.*

14 *Ad §. 3.* Res futura in pignus dari poteſt, & ſic etiam fœtus ac fructus futuri, modo mater vel fundus ipſe ſit eo tempore in dominio vel uſufructu. Autor *ad L. ult. n. 2. & 8. C. h. t.* Licet enim ipſi fructus, principaliter obligentur, ſemper tamen retinent naturam acceſſorii, adeo ſicut inutile eſt pignus fundi, qui tempore conventionis in bonis debitoris non eſt, ita nec tenet pignus fructuum ex fundo naſciturorum, qui non eſt in bonis debitoris. vid. *Bach. de pign. l. 2. c. 11. n. 1.*

15 *Ad §. ult.* Hypothecarius poſterior, invito etiam debitore, poteſt offerre & ſolvere creditori, priorem hypothecam habenti, & in locum ejus ſuccedere, hic & *l. 1. & ult. C. de his qui in loc. prior.* Sed quæritur, an modo
16 & formato jam concurſu, locus ſit juri offerendi, ita ut poſterior creditor pecuniam priori offerre & rem auferre poſſit? Negat hoc *Dn. Mevius p. 4. dec. 158.* cum lite pen-

pendente ſuper prioritate, omnia in priori ſtatu conſervanda ſint, ſic nec ſiniito proceſſu neceſſaria; Nam ſi res diſtrahatur, non opus eſt oblatione, ſi adjudicatur primo, pro ea tantum parte addicenda eſt, quæ reſpondet quantitati debiti. Hinc adjudicatione uni facta, reliquum viduæ addictum creditrici poſteriori. De qua materia & de jure offerendi. *Neguz. memb. 3. part. 5. per tot. Trentacinq. tit. de ſolut. reſ. 30. Mantica l. 11. tit. 18.*

## ad L. Creditor. 12.

### *SUMMARIA.*

*Creditor priorem habens hypothecam, præfertur ſecundo, etiamſi hic rem poſſideat. num. 1.*
*Quid e contra inferatur. 2.*
*Caſus §. 1. l. h. proponitur. 3.*
*Creditor conſentiendo, ut hypotheca ſua alteri creditori obligetur, amittit jus pignoris. 4.*
*Quid ſi debitor ſecundo creditori ſolvat, an reconvaleſcat prioris obligatio. 5.*
*Creditoris conſenſus in obligationem pignoris ſui alii faciendam, an pignus in dubio plane perimat. n. 6.*
*Novatio non perimit pignus, retentione pignoris facta. 7.*
*Re eadem diverſis vicibus uni obligata, non præjudicatur creditori ſecundo in eadem re hypothecam habenti, quoad poſteriorem obligationem poſt modum a primo ſuperveniente. 8*
*Quid ſi hanc rem vendat prior creditor. 9.*
*An hypotheca rem perſequi poſſit? 10.*
*Caſus §. 6. h. l. 12.*
*Ratio dubitandi & decidendi. 12. 13.*
*Quatenus ſi cedenti non currunt uſuræ, nec ceſſionario currant. 14.*
*In pignoribus qui prior tempore, potior eſt jure, licet poſterior poſſideat. 15.*
*Reſpondetur ad l. 15. C. de Rei vind. 16.*
*Limitatur, ſi a diverſis non Dominis hypotheca conſtituta. 17.*

1 IN princ. dicitur, eum creditorem, cui prius res obligata, eſſe potiorem ſecundo, licet ſecundus rem poſſideat; imo hoc ſi in datur replicatio agenti *Franzk. h. t. n. 39.* Autor *ad L. 2. n. 2. C. h. t.* Unde infertur, judicem poſſe
2 immittere creditorem, ſed primum interventione ſua poſſe hoc impedire *Dn. Mev. p. 4. deciſ. 123.* Ideoque expedienti ob ulteriorem alteri poſteriori immiſſionem denegatur proceſſus, quod in priori inſtantia per hypothecariam actionem ſatis conſuli poſſit, ut refert *Dn. Mev. d. p. 4. dec. 124.* quia eodem judice corre-
3 ctio facienti impetrari poteſt. In §. 1. ponitur caſus, quod ſi poſſideam fundum, in quem hypothecariam actionem dirigit Titius, ego ſolvo Titio debitum, ſed poſtea ab alio creditore convenior, quæritur an exceptio? videtur quod non, quia æſtimationem ſolvi. [illegible] ita tamen ſuccedo Titii, *per l. 19. h. t.* Sed negatur, quia debitum ſolvi, non æſtimationem, & hic non obſtare, ut ſuccederem & *d. l. 19.* de poſſeſſore creditore eloquitur. *Bach de pign. l. 4. c. 17. circa finem. Franzkius h. t. numero 84.*
4 *Ad* §. 4. Creditor hypothecarius conſenſit, ut hypotheca ſua alteri creditori obligaretur, ſic amiſit jus hypothecæ creditor primus. Sed cum debitor ſecundo creditori ſolviſſet, quæritur, an illa res
5 priori creditori iterum obligata ſit? Vid. quod ſic, *per l. 10. pr. ff. quibus modis pign.* Sed diſtinguitur: Utrum ita actum ſit, ut in totum primus recederet ab hypotheca, an vero, ut ſecundus in priori cedat. Hoc ca-
6 ſu manet hypotheca, ſed illo caſu non, & ille caſus in dubio præſumitur, *per l. 4. §. 1. & l. 7. & l. 12. ff. quibus modis pignus.* Ideoque hinc colligendum, quod creditoris conſenſus in obligationem pignoris ſui alii faciendam, pignus plane perimat, ſi non aliud actum reperiatur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 72. Hartman. Piſtor. p. 3. q. 16. Menoch. l. 3. præſ. num. 119. Neguz. memb 3. p. 6. n. 23. & ſeq.* [illegible] *Dn.* Aut. *ad l. 12. pr. quibus modis pignus ſolv.* [illegible] habet *Bach de pign. l. 5. c. 8. n. 1. Et* Aut. *ad. L. 3. n. 4. & 5. C. de Rem. ſ. pign.*

7 *Ad* §. 5. Si duo creditores ſucceſſive eandem rem pignori acceperint, & prior novavit, ſed repetiit ſuum pignus, tunc novatione non perimitur pignus, & ſic in locum ſuum ſucceſſit creditor prior, dum prioritatem ſuam retinet. Autor *ad L. un. n. 3. C. Etiam ob Chirograph.*
8 Sed pone, cum poſt ſecundum ſub eadem hypotheca debitori quid eredere debitori, & erit potior ſecundo debitore, ratione prioris, non poſterioris debiti, & prior poteſt vendere, niſi offeratur debitum a ſecundo,
9 ſed quod ultra primum debitum accepit ex pretio, non ſibi in ſecundum ſuum debitum imputabit, ſed ſecundo creditori reſtituet. Nota, licet eadem res obligata diverſis vicibus, eſſe tamen diverſa jura pignoris ad debitum relata. vid. *Bachov. de pign. l. 3. c. 13. n. 2. & l. 4. c. 3.*
10 *n. 1.* Et hoc §. *Berlich p. 1. concl. 71. n. 47.* vult probare, hypothecam poſſe rem perſequi, ſi ea poſteriori creditori ſoluta & ab hoc bona fide conſumpta. Sed argumentum hoc vix concludit, præſertim quum de conſumpto pretio non agatur.
11 *Ad* §. 6. Species facti hæc eſt: Secundus creditor offert primo creditori, quod ipſe debitor communis debebat, ſc. 100. thal. & 50. thal. nomine uſurarum, poſt annum venit debitor, & ſolvit ſortem ſc. 100. th. cum uſuris, ſc. 50. th. & unius anni uſuras ſc. 5. th. l. Creditor ſecundus prætendit uſuras etiam de aliis 50. uſurarum
12 nomine ſolutis, quæritur an recte? Videtur quod ſic, quod fidejuſſor ſolvens pro debitore ſortem 100. flor. & uſuras 50. flor. non de ſorte tantum, ſed etiam de uſuris uſuras petere poſſit. *Berlich. part. 1. dec. 268. n. 23.* Sed con-
13 trarium reſpondetur, *per hunc* §. quia non negotium alterius, ſed ſuum geſſit creditor ſecundus ut ipſe in pignore eſſet prior aliis, & deinde non neceſſitate ſolvit, ut fidejuſſor, ſed ſpontanea voluntate. *Ber-*
14 *lich. d. dec. 268. n. 3. Dn. Struv. Ex 27. th. 51.* Autor *ad L. 22. n. 4. C. de pign.* Unde colligitur regula: Si cedenti non currant uſuræ, ne quidem ceſſionario eas currere. *Car. Molin. de contract. uſur. n. 349.* ſic ceſſio voluntaria, ut in
15 hac ſpecie, & ea materia hodie frequentiſſima in judiciis.
*Ad* §. *fin.* Si res duobus obligata pignori, is potior, qui prior tempore, licet ſecundo tradita, Autor *ad L.*
16 *22. n. 1. C. de pign.* quia *l. 15. C. de rei vind.* ubi de translatione dominii agitur, hic non habet locum. *Dn. Struv. d. Ex. 26. th. 27.* & cui res prius obligata eſt, prius jus in re conſecutus eſt, ſecus in primo emptore, qui
17 tamen jus ad rem conſecutus eſt. *Franzk. h. t. n. 38.* Sed ſi a diverſis non Dominis conſtituta hypotheca, is potior, qui poſſidet, *l. 14. h. t. Dn. Struv. th. 33.* quia prior non Dominus, hypothecam in re non ſua non potuit conſtituere, & ſic in eo pares; ſed poſterior, qui poſſidet, potior eſt.

## ad L. Inſulam. 13.

### *SVMMARIA.*

*Caſus leg. h. proponitur. n. 1.*
*Conventio, ut pignora ad utrumque pertineant, in dubio intelligitur eo ordine, quo debitum principale ſolvi debet. 2.*

1 VEndidi tibi fundum alii locatum ad quinquennium, & conventum, ut primi anni penſio penes me maneat, reliquæ tuæ ſint, & ut inducta ſint pignori ambobus, ſed inducta ſunt exigua, ut vix pro penſione primi anni ſufficiant; Quæritur, an in venditione inductorum mihi primum ſatis facere poſſim, an
2 vero in tributum ire tecum? Prius in dubio præſumi reſpondetur, niſi aliud actum; unde colligitur, quod conventio hæc, ut pignora pertineant ad utrumque, intelligatur eo ordine, quo ſolvi debitum principale debet, niſi aliud actum. *Fr. Salgado in Labyr. p. 1. c. 10. numero 32.*

## ad L. Si non Dominus. 14.

### *SUMMARIUM.*

*Quis potior, ſi duobus res ab uno Domino, vel a diverſis non Dominis oppignorata ſit.*

Quan-

QUando idem non Dominus duobus rem oppignoravit, ille potior, cui res prius tradita, ſicut idem eſt in Publiciana, & quod in Public. id etiam in Serviana. *l. 18. de pign.* Sed ſi diverſi non Domini, poſſidentis melior conditio. *vid. Bach. de pign. l. 4. c. 4. num. 4.*

## ad L. Claudius. 16.

*SUMMARIA.*

*Caſus l. h. proponitur. n. 1.*
*Deciſio. 2.*
*Regula, quod qui vincit vincentem, vincat quoque victum, limitatur. 3.*

1 SPecies hæc formata a *Bach. de pign. l. 3. c. 15. n. 3.*
Claudius Felix tribus creditoribus obligavit fundum
ſuum. Primus creditor contra tertium egit, vel ab eo
conventus, & ab eodem forte injuria judicis ſuperatus
eſt. Creditor ſecundus contra tertium, hypothecam
forte poſſidentem agens, & ipſe victus eſt, ſed appellavit,
quod primus non fecit, quæritur, an pro tertio
pronunciandum, eo quod vicerit primum, ergo & ſe-
2 cundum? Sed reſp. quod ſententia pro tertio creditore
lata contra primum, non præjudicet ſecundo hypothecario
creditori, nec ille primo in ejus locum ſuccedat.
*Neguz. membr. 3. part. 6. n. 43. Donell de pignor. c. 13. paula ante med. Carpzov. d. c. 2. 8. n. 175. & ſeq.* Et
3 ſic regula, ſi vinco vincentem, te etiam vinco; habet
notabilem limitationem, niſi vicerim te ex re judicata;
Nam res judicata pro tertio contra primum, non poteſt
præjudicare ſecundo antea non audito. *conf. Joh. de Caſtillo tom. 3. controv. c. 30. Salgado in Labyr. p. 2. c. 22. n. 133. & ſeq.*

## ad L. Lucius. 18.

*SUMMARIA.*

*Qui potior in ſorte, potior etiam in uſuris eſt. n. 1.*
*Contraria ſententia de jure Saxon. æquior cenſetur. 2. 3.*
*Diſtinguendum inter uſuras punitorias & compenſatorias. 4.*

1 QUi potior eſt aliis creditoribus in ſorte, potior
etiam eſt in uſuris. *Mynſ. cent. 1. obſerv. 59. Carpzov. d. conſt. 28 def. 160. Schepliz part. 4. conſuet. March. tit. 2. §. 5. Prukman. vol. 2. conſ. 17. n. 23. conf. Salgado*
2 *in Labyr. p. 1. c. 24. n. 91 & ſeq.* Sed utut hæc ſtricti juris
ratio inferat, ſemper tamen mihi æquitas Juris Saxonici
magis placuit, quæ etiam olim in Camer. Elect.
3 Brandeb. recepta fuit, quod nemo creditorum uſuras
accipere poſſit, niſi prius omnibus creditoribus de ſorte
ſit ſatisfactum, quia creditores uſuras petentes, de lucro
plerumque, creditores autem ratione ſortis, de damno
4 certant. *Carpzov. d. c. 28. d. 161.* Diſtinguitur etiam inter
compenſatorias & punitorias uſuras. Hæc lex de
compenſatoriis intelligenda. Nam punitoriæ poſt omnes
creditores collocandæ, nec fiſcus quid peculiare privilegium
habet *arg. l. un. C. de pœnis fiſcalibus. v. g.* ſi
ob moram in tributis & collectis commiſſam ob meram
pœnam uſuræ petantur & non ob intereſſe Reipubl.
nam tunc ultimo loco in concurſu creditorum locandæ.
*Dn. Mev. p. 2. dec. 162.*

## ad L. Mulier. 19.

*SUMMARIA.*

*Competit jus offerendi & creditori poſteriori & poſſeſſori. n. 1.*
*An qualiſcunque poſſeſſor hic intelligatur. 2.*

NOn tantum poſteriori creditori jus offerendi com- 1
petit, ſed etiam poſſeſſori, ſi urgeat eum creditor,
avocaturus rem hypothecatam, quia tunc poſſeſſor poteſt
agentem excludere, & debitum offerre, & ceſſionem
petere. *Roder. de annuis redit. l. 2. q. 16. n. 42.* qui
de juſto poſſeſſore id intelligit. Sed qualemcumque poſ- 2
ſeſſorem hoc jus habere, per *l. Paulus. 12. §. fin. ff. quib. mod. pign. ſol.* volunt *Afflict dec. 259. in fin. Mantica lib. 11. tit. 31. n. 14. & ſeqq Trentacinq. de reſol. 30. n. 9. & 12.* Sed hæc lex de ſucceſſione in pignore, *d. l. 12.* de nuda
liberatione poteſt intelligi. Vid. *Marotius de jure off. n. 3. & Franc. Pontanus conſ. 64. n. 2. & conſ. 82. n. 24.* conf. *Bach. de pign. l. 4. c. 17. in fin. Franzk. h. t. n. 84.*

## ad L. Titius Seiæ. *fin. pr.*

*SUMMARIUM.*

*Caſus l. h. cum Dd. duplici deciſione. n. 1. 2. 3.*

TItius actione tutelæ conventus a Seia, ei omnia bo- 1
na obligavit, poſtea fiſco omnia ſua bona obligat,
demum cum Seia novavit, quæritur, an ob novationem
factam Seia jam fiat poſterior fiſco? Quod negatur, quia 2
novans ſervato vel repetito pignore quod hic factum, priſtinum
etiam locum retinet. vid *Zoeſ. h. t. n. 16. Carpzov. p. 1. c. 18 def. 103 Bachov. vol. 2. d. 24. th. 7. lit. A.* Dd. autem 3
vulgo conſtituunt rationem decidendi in eo, quod Seia
duplici privilegio nitatur, ſcil. ut prior tempore, & quia
pupillari in ætate contractum. *Connan. l. 4. Com. c. 17. n. 7. & ſeq. Carpzov. d. l. Berous vol. 1. conſ. 193. n. 60.* unde *ex hoc pr.* probari ſolet, duplici privilegio munitum, ſemper
præferendum eſſe. *Neguz. membr. 2. p. 5. n. 42.*

---

## TITULUS V.

### *De Diſtractione pignorum & hypothecarum.*

## ad L. Creditor. 1.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Ratio dubitandi & decidendi. 2. 3.*

PRimo creditori fundus certus erat ſpecialiter obli- 1
gatus, poſtea tibi generaliter omnia obligata bona,
demum mihi etiam generalis hypotheca conſtituta, primus
ex rebus generaliter ipſi obligatis res aliquas vendit,
quæritur, an contra hunc detur actio? Videtur quod
ſic, quia in cæteris bonis melioris conditionis eſt ſecundus,
qui prior nactus eſt hypothecam generalem. Sed
negatur per inductionem actionum; Nam nec actio fur- 2
ti competit, quia probabili errore putabat, ſe potiorem
eſſe, etiam in cæteris, &c. Ergo tantum habet actionem
contra emptorem. Sed quid ſi res non amplius exiſtat? 3
In creditorem vendentem actionem ſubſidiariam dari,
non videtur iniquum. vid. *Bachov. de pign. l. 3. cap. 39. n. 1. & ſeq. Joh. a Sande lib. 3. tit. 12. def. 27.*

## ad L. Fidejuſſor. 2.

*SUMMARIA.*

*Jus reluendi competit debitori, ſi emerit pignus fidejuſſor, ſecus, ſi extraneus. n. 1.*
*Extenditur ad omnes procuratores. 2.*

FIdejuſſor, ſi emat pignus, debitori, reluere volen- 1
ti, vel ſecundo creditori ſibi ſolventi, debitum ſemper
reſtituere tenetur, quod in extraneo emptore non
eſt, quia creditor ex officio judicis vendit pignus, &
jus ſuum cedit, fidejuſſor autem cenſeretur facere
dolo,

dolo, ſi pignora a creditore emat, a quo ut excuſetur, ita jura illam conventionem interpretantur, ut credatur non tam ſibi emiſſe, quam potius debitoris in gratiam pignora redemiſſe *Bachov. de pign. lib.* 3. *c.* 26. *num.* 3. quod extendit *Molinæus de Contr. uſur. n.* 347. ad om-
2 nem procuratorem, geſtorem & Adminiſtratorem, qui ut fidem ſervent, præſumuntur ſuis principalibus proſpexiſſe, quod bene notandum; non enim debet quis aliena gerens, ſuum lucrum captare. Videtur hæc perfidiæ ſpecies eſſe alienam in utilitatem ſe agere profiteri, & interim in rem ſuam procurare, eſſe procuratorem ſimplicem ſimul & in rem ſuam, quod hodie ſæpe ſit. vid. *l.* 59. §. 9. *ſupr. Mandat.*

## ad L. Cum prior. 3.

### *S U M M A R I A.*

*Creditor ſecundus non habet jus offerendi, contra emptorem pignoris a primo venditi. n.* 1. 4.
*Quid, ſi a debitore pignus venditum.* 2. 5.
*Secundus creditor non ſuccedit in locum primi, niſi expreſſe conventum.* 3.
*In quibus caſibus creditores habeant jus offerendi.* 6. 7. 8.

1 CUm Creditor primus jure creditoris vendidit pignus, non ſupereſt jus offerendi ſecundo credito-
2 ri contra emptorem, ſed ſi debitor vendidit, emptor
habet jus retentionis, & ſecundus creditor non poteſt
rem ab emptore auferre, niſi offerat pretium. Et ſic
emptor plus juris habet, quam tertius creditor, & cui
res obligata. Nam licet hujus pecunia primo credito-
ri ſatisfactum, non tamen tertius in primi locum ſuc-
cedit, niſi hoc expreſſe conventum, ſed emptor, cujus
3 pecunia ad primum pervenit, & non fuit actum, ut in
ejus locum ſuccederet, non poteſt cum effectu a ſe-
cundo creditore actione hypothecaria conveniri, niſi
4 ipſi offeratur pretium. Et ſic ſi creditor primus ven-
dat, hypotheca creditoris ſecundi perit, ſi vero debi-
tor vendat, tunc ſecundus creditor poteſt convenire
emptorem cum effectu; ſed ſi pretium ad primum cre-
5 ditorem pervenit, non poteſt creditor pignus recupe-
rare, niſi pretium reſtituat emptori. Vid. *Cujac. ad h.*
*l. tom.*4. *operum. pag. mihi* 847. *Paulus de Caſtro conſ.*
6 371. *Hartm. tit.* 27. *obſ. n.*1. in ſequentibus tamen ca-
ſibus competit jus offerendi, ſi fidejuſſor emerit, per
*l.* 2. *præced.* ſi etiam ſecundus creditor a primo emit?
Nam tunc tertius ſecundo offerre poteſt. *l.* §. *fin.* & *l.*6.
*h. t.* quia non tamen cauſa adquirendi dominii, quam
pignoris ſui conſervandi videtur emiſſe. *Franzk. h. t. n.*
7 64. *Sande l.* 3. *t.* 12. *d.* 8. Si ſub haſta ab uno creditore
empta, aut ſi creditor nulliter vendidiſſet, vel oblatis
hæredi debitis, vel ſi hoc conventum, ut liceret offer-
re ex *l. ſi cum venderet.* 13. *ff. de pign. act.* aut ſi ven-
ditor doloſe, & participe exiſtente emptore minoris
vendat. *Morotius de jure offerendi n.* 16. & *ſeq. Pinellus de Reſcind. vendit. p.*2. *c.*2. n.11. *Struv. th.*45. Idem
8 ſi Judex in ſolutum dedit; Nam nec tunc jus offeren-
di deſinit, nam factum judicis vocatur factum partis.
*Neguz. de pign. p.*5. *memb.*1. *ſect.*1. *n.*7. *Vinc. de Franch. dec.* 12. *n.* 2. & *Dn. Mev. p.* 4. *dec.*158. *n.*8. Videantur etiam hac de materia. *Neguz. p.*1. *membr.* 3. & *part.* 5. *pr. n.*4. *Mantica de lib.* 11. *t.* 28. *n.* 2. & 24. *Trentacinq. d. reſol.* 30. *n.* 3. & *ſeq. Morotius de jure offerendi n.*30. *Rimin. Junior conſ.* 3. *n.*9. Autor *ad L.* 1. *n.*6. *C. Si antiquior Cred. pign.*

## ad L. Cum ſolvendæ. 4.

### *S U M M A R I A.*

*Pignus ante diem ſolutionis vendi non poteſt. n.* 1.
*Dilatione conceſſa, ante factam denunciationem pignus diſtrahi nequit.* 2.

NOn poteſt vendi, antequam debitor ſit in mora 1
ſolvendi. Ideoque antequam dies ſolutionis adve-
niat, venditio fieri non debet. Etſi ergo dies profera- 2
tur, & detur debitori dilatio, interim pignus diſtrahi non debet, debet enim præcedere denonciatio quæ omnino debitorem in mora conſtituit. Vide *notata* Dni Autoris *ad l.* 4. *n.* 2. *ff. C. h. t.*

## ad L. Si Creditor. 7. §. *fin.*

### *S U M M A R I A.*

*Venditia contra pactum de non vendenda pignora eſt nulla. n.*1.
*Klockii hic explicatia an valeat.* 2.
*Limitatur in hypothecn generali.* 3.
*Ampliatur in locatione.* 4.
*Ampliatur, ſi ratione fundi obligati promittatur jus retractus.* 5.
*Quod hinc colligatur.* 6.

VAlet pactum, ut debitor fundum obligatum non 1
vendat, & ſi vendiderit, nulla eſt venditio, quod
*Thomas Michael inter conſ. Klock. vol.* 2. *conſ.*42. *n.*319.
ita intelligit, ut nulla ſit quoad præjudicium creditoris, 2
cum hic ſuam hypothecam etiam ab emptore perſequi
poſſit, ſed quia hanc actionem etiam remoto pacto ha-
beret, & tamen pactum hoc aliquid operari debet, di-
cendum potius, venditionem eſſe nullam ex ſpeciali
ratione, quia cum pacto de non vendendo concurrit Jus
reale hypothecæ, quod venditionem annullat. *Boerius*
*deciſ.* 49 *n.* 4. *circa medium. Guido Papæ dec.*569. *Petr.*
*Barb. ad l.*26. §. *fin. n.*33. *ff. ſolut. matr.* Dn. Autor *in C.*
*tit. Rem alien. gerentib. non interdici rer. ſuar. alien. ad*
*L. un. n.* 3. ubi locum non habere putat in generali hy- 3
potheca. *Bachov. de pign. l.* 3. *c.* 1. *n.*4. *Radericus Sua-*
*rez in l. poſt rem judicatam n.* 7. & *ſeq.* ubi *n.* 8. poſt
octavam extenſionem, idem eſſe dicit in locatione, ſi lo- 4
cator pro obſervatione contractus fundum non alienatu-
rum intra certum tempus. *Dn. Franzk. illum allegans*
*ad h. t. n.* 16. & *ſeq. Bachov. de pignar. l.*3. *c.*8. *n.*4. & *l.*
3. *c.*27. *n.*3. *confer. Caler. de Prac. Execut. p.* 1. *c.* 10. *n.*
152. & *p.*2. *c.*3. *n.*434. & ita reſponſum in Facult. die 23.
Jan. anno 1652. Quid ſi autem debitor obligaverit præ- 5
dium, promiſſo jure retractus conventionali, Vorkauff?
Videtur venditio eſſe nulla, *per hunc textum*, & credi-
tor poſſet immiſſionem petere in prædium, ſi debitor vel-
let alii vendere, & ſic admitto practicam *Berlich. dec.*
124. ſi promiſſio des Vorkauffs / cum hypotheca con-
currat. Collige ergo, pactum de non vendendo appoſi- 6
tum ab eo, qui habet jus in rem ſeu hypothecam, impe-
dire venditionem. *Jaſon. in l. ſi ita quis.* §. *ea lege. n.*29. *ff. de verb. oblig. Socinus jun. vol.*2. *conſ.*129. *n.*4. *Neguz. membr.*1. *part.*2. *n.*5. Autor *ad L.*15. *n.*6. *C. de R.V.* ubi *hunc textum* ſingularem vocat.

## ad L. Creditoris arbitrio. 8.

### *S U M M A R I A.*

*Creditori in pluribus prædiis obligatis executionis determinatio competit. n.* 1.
*Determinatione in una re facta, alia, in quam poſterior, creditor immiſſus eſt, eligi non poteſt.* 2.
*Creditor in feudo conſenſu Domini & agnatorum oppignorato ſtatim executionem petere poteſt, licet allodialia ſimul obligata ſint.* 3.
*An hæc lex recte ad legitimam filiis debitam extendatur.* 4.
*Creditor quatenus propria autoritate pignus vendere poſſit.* 5.

QUando creditori plura prædia ſunt obligata, cre- 1
ditoris eſt electio, in quæ bona executio ſit fa-
cienda. *Hartm. Piſt. p.*3. *q.*12. *n.*7. *Coler. de proceſſ. execut.*

*eut. part.3.c.9.n.29. Carpz. de proceſſ. tit.25. art. 2.n.1. & ſeq. Dn.Jab.Phil.intr.de Subbaſt.c.2.com.12.n.25.conſ. Rice.dec.coll.*482. Autor *ad L.2.n.3.C.de Execut.rei jud.*
2 Sed ſi unam rem elegerit, aliam rem eligere, in quam
poſterior creditor immiſſus eſt, non poteſt, ut judicatum
3 refert. *Dn.Mev. p.2. deciſ.*245. Et exinde probatur, cre-
ditorem, cui cum conſenſu Domini & agnatorum feu-
dum eſt oppignoratum, nec non ſimul allodialia, non te-
neri excutere allodialia, ſed ſtatim executionem in feu-
4 dis petere poſſe. *Finckelth. obſ.*21. *Hanc legem* ad legi-
timam filio debitam quidam extendunt, ſed male. Vid.
*Berlich. p. 2. deciſ.*280. Quæritur: An creditor, cui in
5 contractu facultas data, propria autoritate vendendi hy-
pothecam, licite privata autoritate vendat? Aff. ſi b. f.
id agat. *Sande l.3.tit.12. def.* 20.

## ad L. Creditor penult.

### *S U M M A R I A.*

*Creditor pignus vendens tenetur poſſeſſionem, ſi poſſideat, transferre. n.* 1.
*Quid ſi non poſſideat.* 2. 3.
*Poſſeſſio an transferatur per nudam ceſſionem.* 4.

1 CReditor vendens pignus, ſi habeat poſſeſſionem,
eam transferre tenetur. Ex quo colligunt quidam,
2 non teneri transferre poſſeſſionem, ſi non poſſideat. vid.
*Neguz. membr.1.p 6. n.*18. Sed hoc refutat *Bachov. de*
3 *pign. l.3.c. 29. n.* 8. Nam creditor aut vendit jus ſuum,
& tunc poſſeſſionem tradere debet, ſi habet, alias non;
ſi vero ipſam rem vendat oppignoratam, omnino rem
per hypothecariam prius a debitore avocare debet, per
*l.22. §.3. de pign. act.* Autor *ad L.2. n 5. C. de diſtr. pign.*
ubi creditor re pignorata precario debitori conceſſa aut
locata, ſi eam rem vendiderit, contraria pignorat. act.
rem repetere debet, ut præſtet emptori; ergo id facere
debet multo magis creditor, cui res nondum tradita. *Bachov. d c. 29. n. fin.* Colligit etiam *ex h. l. Natta conſ.*
4 398. *n.*13. non transferri poſſeſſionem per nudam ceſſio-
nem, ſed actu corporeo opus eſſe.

---

## TITULUS VI.

## *Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur.*

## ad L. Debitoris. 1. *pr.*

### *S U M M A R I A.*

*Quod detur remedium liberandi pignora amici abſentis. num.* 1.
*Remiſſio pignoris quibus caſibus utilis eſſe poſſit, ubi donatio debiti inutilis.* 2.

1 ABſentis amici obærati pignora libero, quæritur,
an habeam actionem hypothecariam contra debitorem abſentem, quia pignoratitia debita ſolvi? Sed negatur; ſed tamen datur actio negot geſt. & exceptio doli, & ſic jus retentionis, donec ſolvantur debita: Nam eo uſque pignora retinere poſſum, ideoque tamdiu defendendus in poſſeſſ. creditor, donec bona diſcutiantur, *Dn. Mev. p. 4. deciſ.*216.

2 *Ad* §.1. Licet donatio debiti ſit inutilis, ipſa tamen remiſſio pignoris utilis eſſe poteſt, ſcil. ſi donatio non ſit inutilis propter dolum & metum, ſimilemque cauſam, ſed ex ſpeciali ratione, v. gr. inter conjuges, vel, ſi creditor, cujus bona publicanda ante condemnationem, in fraudem legis accepta parte pretii, reliquum remiſit, ubi remiſſio debiti inutilis, ſed pignoris non. *Mant. l.11. tit. 31.n.49 Pac. cent.5.q.36. Aug. Barb. lib.5.c.36. ax.20. Bach de pign.l.5.c.5.n.3. Franzk. h.t.n.42.& ſeq.Cuno de pactis c.6.n.84.* & quos retuli ad *l.5.n.2. & ſeq. C. de Remiſſ. pign.*



## ad L. Si res. 3.

### *S U M M A R I A.*

*Si res in diem addicta, & interim Hypotheca conſtituta, ea irrita eſt. n.* 1.
*Quod limitatur.* 2.

CUi in diem res addicta, ſi interim hypothecam con- 1
ſtituat in re, ſi melior conditio offeratur, irrita eſt
emptio, & irritum pignus. vid. *l.31. ff. de pign.* Aliud 2
hic *in fine* dicitur, ſi placuit, ut, ſi intra certum tempus
res diſplicuerit, rem redderet, nam tunc pignus non finitur, ſi diſpliceat, quia venditio non reſolvitur ipſo jure, & ex cauſa neceſſaria, ſed voluntaria. *Franzk. l.19. h t. n.153. Bach. de pignor. l.5.c.13.n.6* Idem ſi ob vitium redhibeatur; Idem ſi *ex l. 2. C. de reſcind. vend.* agatur *Franzk. d. l.* ubi *n.* 156. cautelam proponit, ut ille, ad quem res redit, de indemnitate ſibi caveri curet.

## ad L. Si debitor. 4. §. *ult.*

### *S U M M A R I A.*

*Conſenſus creditoris in alienationem pignoris inducit tacite remiſſionem pignoris. n.*1.
*Secus ſi proteſtatio ad ecta.* 2.
*Quid hinc colligatur.* 3.
*Limitatur.* 4. 5.
*Pignus venditum conſentiente creditore, & poſtea recuperatum, an reconvaleſcat.* 6. 7.
*Hypotheca quomodo exſtinguatur per ſubbaſtationem.* 8.

TAcite videtur remiſſum Jus pignoris, quando credi- 1
tor conſentit, ut pignus vendatur, vel alio modo di-
ſtrahatur, niſi per proteſtationem jus ſuum ſibi reſerva- 2
verit, *per h. §.* Unde colligunt, in iis, quæ nondum in- 3
ferunt gravamen, ſed tantum minantur, non opus eſſe
appellatione, ſed ſufficere proteſtationem. Sed ſi rejecta 4
ſit proteſtatio expreſſe vel tacite, opus eſſe appellatione.
*Dn.Mev.p.2.dec.*53. Nec tunc videtur remiſſum pignus, 5
ſi venditio illa propter legem prohibitivam non valuit.
*§.2.h.l.* Vel alienatio non eſt ſecuta. *l 8.§.6.h.t.* vid. *Neguz. membr.3.part.6.n.12. & ſeq. Molina diſp.537. n.2.*
Autor *ad L. 2. n.1.5. C. de Remiſſ. pign.* Sic ſi creditor 6
conſentiat in venditionem, ea tamen conditione, ut ſibi
ex pretio ſolvatur, tunc ſi non ſatisfiat, ſalvum eſt jus pignoris. *Malina d d.537.n.8.* & ita anno 1666 die 25. Junii deciſum memini. Sed aliud, ſi eo modo vel eo fine conſenſit, ut de pretio participaret. *Molin. d. l.* Collige *ex §. ult.* conſentientem actui nulli, ſibi non præjudicare. *Menoch conſ.58.n.12.& 64. Auguſt.Barb.l.3.c.54.*
*ax.*6. Sed quid ſi conſentiente creditore pignus vendi- 7
tum, & poſtea recuperatum, an reconvaleſcit pignus?
Negat. *l.fin.C.de Remiſſ.pign. Ex hoc textu* etiam colligi- 8
tur, per ſubhaſtationem & ſecutam venditionem, ſolutoque omni pretio, extingui hypothecas creditorum, quibus non eſt ſolutum, qui ad eos pertingere non potuit. *Carpz. p.1.conſt.28.def.ult.* Sed quamdiu aliqua pars pretii reſtat, ſalva eſt potioris hypotheca. *Carpzov. part. 3. deciſ.* 273.

## ad L. Solvitur. 5.

### *S U M M A R I U M.*

*Pignus ſolvitur, principali debita per pactum ſublato, datis & fidejuſſoribus.*

PIgnus ſolvitur, principali debito ſublato ſaltem per pactum. *Neguz. d. membr.3.p.6. n.36.* Autor *ad L. 23.n.2. C.de pign.* ſive illud pactum ſit reale, ſive perſonale, ne a debitore petatur, nam hoc etiam exceptionem tertio poſſeſſori hypothecæ largitur, ut judicatum refert. *Sande lib. 3. tit. 12. def. 21. & conſ. l.* 17.

*§.2. de pactis Petrus de Greve hic & Backov. l.5. de pign. c. 6. n. 2.* ubi ſententiam *hujus legis* pluribus explicat. Idem ſi alio modo creditori volenti ſatisfactum, v. gr. ſi dati ſint fidejuſſores. *Mant. d. tit. 31. n. 7.*

## ad L. Idem. 6.

### *S U M M A R I A.*

*Quæ obligatio pignus liberet. n. 1.*
*Cautela pro debitoribus, ignominioſam immiſſionem metuentibus. 2.*

1 QUi paratus eſt ſolvere, liberat pignus, Autor *ad L.un. n.3. C. Etiam ob Chirograph. Et ad L.1. n. 3.*
*C. de diſtr. pign.* qui autem aliter ſatisfactionem offert,
non liberat pignus, niſi creditor acceptarit. Unde colli-
2 gitur, debitorem ſibi ignominioſam viſam immiſſionem avertere poſſe, per oblationem ſolutionis, & quidem faciendæ intra tempus executioni præſtitutum; quale exemplum refert *Carpz. p.3. dec.270.* debitoris, qui dicebat, intra 6. ſeptimanas ſe velle ſolutionem offerre, quo termino lapſo ſine facta ſolutione, ſe velle ipſi cedere domo, interim ſe oblaturum claves, &c.

## ad L. Si conſenſit. 7. §. *fin.*

### *S U M M A R I U M.*

*An prædii communis pars ſocii ſimul obligata, ſi alter ſuam partem hypothecæ dedit.*

SPecies facti eſt: Dedi hypothecæ meam partem, quam in prædio habeo cum ſocio Jacobo, poſtea divido cum ſocio, an pars ſocii videtur obligata? Vid. quod non, quia ea pars, quam hypothecæ dedi, non fuit, niſi mea, non vero ſocii pars. Sed affirm. quia creditor habet Jus reale, in qualibet particula prædii pro parte indiviſa, & pignoris natura eſt individua. *Hartm. Piſt. p.3. qu. n.6. Surdus dec. 44. n. 7. & Carpz. part. 1. dec. 62. n. 10.*

## ad L. Sicut. 8. §. 7.

### *S U M M A R I A.*

*An pignus ſolutum, ſi conſenſu creditoris vendatur, poſſeſſio tamen maneat penes debitorem. n. 1.*
*Simulata venditio quando præſumatur. 2.*
*Præſumptio hæc quomodo elidenda. 3.*
*Reſponſum Facultatis in caſu ſimulatæ venditionis. n. 4.*
*Cautela pro creditore alienationem hypothecæ permiſſuro. 5.*
*Pignus permiſſu legandi ſolutum, reconvaleſcit, ſi repudietur legatum. 6.*
*Venditionis appellatione quæ veniant. 7.*
*Legatum rei alienæ, ignorante teſtatore, valet, ſi fiat cum conſenſu Domini. 8.*
*An uxor diſpoſitionem mariti, de ejus bonis impetrato ab ipſa conſenſu teſtantis, mutare poſſit. 9. 10.*
*Creditor unum actum alienationis permittens, an omnes alios ipſi ſimiles ſimul permittere videatur. 11.*
*Quibus caſibus ex præſentia & taciturnitate præſumatur creditor conſenſiſſe alienatori. 12.*
*Redditio pignoris transferendi ergo in alium, remiſſionem inducit. 13.*
*Creditor ſubſcribens inſtrumento venditionis an conſentire videatur. 14.*
*Immiſſionem adeptus, ſi patiatur alium creditorem immitti, an amittat pignus. 15.*
*Pinellus an teneatur ex ſubſcriptione tutoris ſimplici, ubi vera conſenſus ut tutoris ex ipſo inſtrumento patet. 16.*
*Facultas alienandi pignus debitori conceſſa, extenditur ad hæredes. 17.*
*Limitatur in ſucceſſore ſingulari. 19.*
*Creditor conditionaliter conſentiens in pignoris venditorem, conditione non exiſtente jus pignoris retinet. 18.*
*An conſenſus feudalis alteri cedi poſſit. 20.*

DEbitor agrum mihi ſpecialiter obligatum vendidit
meo conſenſu, & ſic pignus ſolutum. Sed video, 1
poſſeſſionem manere penes debitorem & pretium non eſt ſolutum, præſumitur contractus ſimulatus & fraudulentus, ita ut mihi detur replicatio doli, ſecus autem, ſi debitor ab emptore eundem iterum emiſſet, vel ejus hæres eſſet. Simulata videtur venditio, quando venditor
remanſit in poſſeſſione rei venditæ. Et non præſumitur 2
alienaſſe, qui in poſſeſſione manſit. *Cæpoll. de ſimul. contr. n.76. Tiraq. de conſtit. poſſeſſ. p.3. lim.9. n.1. & ſeq. Decius conſ.36. n.5. Wammeſ. conſ. 2. n.13. cent. 4. Menoch. l.2. A. Q. q.39. n.1. & ſeq. & l. 3. præſumpt.122. n. 110. Neguz. de pign. membr.3. part. 6. n. 31.* & contrarium probandum, quod revera anguſtia rei familiaris vendiderit, 3
& tradiderit, ſed poſtea ob inſperatam ſibi delatam hæreditatem redemiſſet. *Franzkius h. t. n.107. &c. Mantica de tac. & amb. conv. lib.13. tit.36. Maſcard. concl.446. n.12. ſed vide conclus.439.* Et ſic aliquando, ibi conve-
nerat in feudi venditione, ut non transferatur dominium, 4
ut onera ſolveret venditor, ut conſenſus Domini eo fine tantum petatur, ne feudum fiat caducum, venditio ſimulata dicebatur menſe Julio anno *1659. Menoch. l. 2. A. Q. caſu 39.* Nam ſi vera traditio facta, omnino opus fuiſſet conſenſu, & clauſulæ inſolitæ arguunt ſimulationem. *Menoch. l. 3. præſ. 122. n. 65.*

*Ad* §. 10. Hic §. continet cautelam, ſi debitor petit
a creditore, ut ſibi liceret vendere hypothecam, ut cre- 5
ditori ſolvere poſſit debitum, expediet creditori, ſi ante conſenſum præbitum cautionem accipiat ab emptore, ut ſolvat, vel ut ſub conditione conſentiat, ſi ſibi ſolvatur; Nam ſi hoc fine conſentiat, ut ſibi ſolvatur, tunc alienatione facta, aget quidem creditor contra debitorem, ob non impletum modum ad id, ut aliud ſimile pignus det, ſed ſi ſub conditione ſibi ſatisfiat, dabitur actio contra ipſum emptorem ceu tertium, quia venditio nulla, deficiente conditione. *Bart. in l. h.8. §. illud videamus. Molina tr. 2. Juſt. & Jure d. 537. n. 8. Neguz. d. membr.3. part.6. n.3.*

*Ad* §. 11. Non tantum ſi creditor vendi permittat 6
pignus ſuum, ſolvitur vinculum pignoris, ſed etiam ſi legari permittat, quod legatum, ſi repudietur, reconvaleſcet pignus; Collige primo, venditionis appella-
tione contineri omnem actum, per quem dominium 7
transfertur, etiam ex ultima voluntate. *Alciatus ad l. alienationis. de V. S.* Autor. *ad L. ult. n.2.3. C. de Remiſſ. pign.* Et ex hoc ſtabiliri poſſe putamus ſententiam *Carpz. part. 3. conſt. 6. def. 5.* quod uxor non tantum per ultimam voluntatem, ſed nec per contractum venditionis, mobilia in alium, quam maritum transferre poſſit. Sed hoc ſpeciale, nam alias venditio & alienatio differunt, veluti genus & ſpecies, paulo pinguius, ut loquitur *Riminaldus conſ. 394. n. 72. & ſeq. & conſ. 602. n. 58.*
*& ſeq.* Secundo collige licet legatum rei alienæ, igno- 8
rante teſtatore, non valeat, aliud tamen eſſe, ſi id fiat, cum conſenſu Domini. *Baldus in l. cum alienam. 10. n. 6. C. de Legatis & Salyc. in eadem l. n.7. qui ambo hanc legem referunt.* Tertio collige ex hoc, quod jam di-
ctum eſt, poſſe aliquem conſentire alteri, ut ſua res le- 9
getur. *Tiraq. poſt. LL. connub. gl. 5. n. 145.* & ſic ſi maritus conſentiente uxore de ejus bonis teſtetur, uxor hoc non poteſt mutare. *Petr. Peckius de Teſtament. conj. l. 1. c.43. in fine. Everhardus conſ. 60. Molina de Jure primogenituræ l.4. c. 2. n. 84. Covar. in Rubr. de Teſtament. p.2. n.22. Carpz. p.3. conſt.2. def.13. Zaeſius ad tit. de hæred. inſtit. n. 14. & ad tit. de injuſta, rupta n. 22.*
Quæ opinio poteſt ſuſtineri in rebus uxoris legatis, 10
non vero, ſi in bonis uxoris hæredem inſtituat, quia hæreditas in rebus alienis deferri nequit, ſed bene legatum, ſed de hoc *alibi.*

Ad

11 *Ad* §. 13. Quando unus actus alienationis a creditore permittitur, omnis alius ipſi ſimilis permiſſus videtur ſi ſit eadem ratio. *Molina d. diſp.* 537. *n.* 9. Facti enim quæſtio eſt, an tantum de illo contractu ſenſerit, quod ex occaſione conſenſus præſtiti dijudicandum, v. gr. ut ſi ideo conſenſit, ut debitor æs alienum ſolveret, donare non licebit. E contra ſi donare conceſſit, & vendere licebit, niſi intuitu certæ perſonæ donari permiſerit. vid. *h. t. Franzk. n* 96. *& ſeq.*

12 *Ad* §. 15. Ex præſentia & taciturnitate non præſumitur, quod conſenſerit alienationi creditor, ſed actu aliquo opus eſt, quo ſuum conſenſum teſtetur, niſi ſciens vendat. *l. Si hypotheca.* 8. *C. de remiſſ. pignor.* vel ſi res mihi oppignorata, me patiente fuit donata Eccleſiæ. *Auth. ſi ſervus C. de Epiſc. & Cler. Neguz. membr.* 3. *part.* 6. *n.* 23. *& ſeq.* aut niſi creditor taceat animo decipiendi, aut cum proclamate fiat venditio *l.* 6. *C. de Remiſſ. pign.* Nam hoc caſu, quando citantur creditores, contradicere tenentur, alias pro conſentientibus habendi. *conf. Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 205. modo citati ii, qui hypothecam ein dingliches Recht prætendunt, nam ſi hi tantum, qui ſe pro Dominis gerunt, ſecus eſt. *Mev. Dn. p.* 4. *dec.* 281. *Neguz. d. membr.* 3. *part.* 5. *n.* 25. *Molina d. d.* 537. *n.* 6. *Carpz. l.* 4. *reſp.* 32. *Franzk. h. t. n.* 72. *& ſeq.* Autor *ad L.*
13 8. *n.* 1. 2. 3. *C. de remiſſ. pign.* Remiſſum etiam jus pignoris videtur, ſi creditor reddat pignus, ut in alium transferatur, nam & tacitus poteſt eſſe conſenſus. *Mev. p.* 5.
14 *dec.* 56 *n.* 4. Ex hoc apparet, creditorem, ſi ſubſcripſit inſtrumento venditionis, videri conſenſiſſe, niſi deceptus ſit, aut niſi inſtrumentum non legit, ubi vel ratione officii ſubſcripſit. *l.* 39. *de pign. act. Franzk. n.* 81. *& ſeq.* Aut. *ad L.* 14. *n.* 6 *& ſeq. C. Si cert. pet. Et ad L.* 2. *n.* 1. 6. 7. *C. de Remiſſ. pign.* Addo & hoc, niſi cum proteſtatione ſubſcribat, citra mei & meorum præjudicium, mir und
15 meinen Erben ohne Schaden &c. Si autem paſſus ſum ego, qui immiſſionem impetravi, alium creditorem immitti, nihilque mihi reſervaverim, poſſeſſio amittitur quidem, & ſic immiſſio, ſed non jus pignoris. *Dn. Mev.*
16 *P. dec* 38. *n* 8. *& ſeq.* Sed quid ſi tutor ſubſcripſit ſimpliciter, non facta mentione officii als Vormund/ in inſtrumento autem ipſo habeatur, quod tutor conſenſerit, an ex ſimplici ſubſcriptione tenetur pupillus? Aff. quia ſubſcribens ſcripturæ, videtur omnia contenta approbare. *Carpz. part.* 2. *dec.* 121. Aut. *ad L* 14. *n.* 8. *C. Si cert. pet. Et ad L.* 15. *n.* 2. *C. de Admin. Tut.*

17 *Ad* §. 16. Qui conceſſit debitori, ut venderet, ſi debitor, nondum facta alienatione, deceſſit, hæc facultas ad hæredem extenditur, nec auditur creditor, ſi alleget hæredem eſſe conditionis deterioris, cur enim non clarius eſt locutus? *Neguz. membr.* 3. *part.* 6 *n.* 15. *Me-*
18 *noch. conſ.* 87. *n.* 65. *Franzk. h. t. n.* 69. Colligitur etiam, ſi creditor hac conditione conſenſit, ut in me, cujus pecunia dimitti debet, hypotheca transferatur, ſi non integra ipſi pecunia ſolvatur, nullum jus in hypotheca habeo, quia conditionaliter conſenſit, ſi plene ſcil. ipſi ſatisfieret; nam eſt natura pignoris individua. *Dn. Mevius p.* 4. *dec.* 123.

19 *Ad* §. 17. Datus conſenſus ad vendendum, non porrigitur ad novum poſſeſſorem, quando ſe debitor caſu amiſiſſet poſſeſſionem, quia conſenſus ſtricti juris eſt. *Franzk. h. t. n.* 70 & hoc accommodari poteſt ad quæſtionem: An conſenſus feudalis alteri cedi poſſit? de
20 quo *Carpz. l.* 5. *reſp.* 56. *Rauchb. c.* 1. *q.* 6. Sed *de eo alibi dixi*, quod hoc jus per conſenſum in alium transferri poſſit? Nam hæ diſtinctæ ſunt quæſtiones: An, quia conſenſi, ut debitor venderet, hac conceſſione etiam alius, qui poſſeſſionem rei nactus eſt, forte per caſum aliquem, eam rem vendere poſſit, ob conceſſionem factam debitori; aliud vero an hypotheca cum conſenſu Domini conſtituta in alium transferri poſſit, *conf. tract. meus de ceſſ. act. cap.* 4. *n.* 87.

## ad L. Voluntate. 10.

### *SUMMARIA.*

*Redeunte ex reſolutione venditionis dominio rei venditæ ad debitorem, redit jus pignoris ad creditorem. n.* 1.
*An pactum de retrovendendo, verbis directis appoſitum, inducat ipſo jure tranſlationem.* 2.

SI reſolvatur venditio, & res cum eadem cauſa ad venditorem redeat, ut dominium ad debitorem, ita jus pignoris ad creditorem redit, exemplo redhibitio- 1
nis. Unde ſolent Dd. nonnulli probare aſſertionem, pa- 2
ctum de retrovendendo, verbis directis appoſitum, inducere ipſo jure tranſlationem dominii, abſque traditione, in quam rem textum hunc inſignem vocat *Covar. l.* 3. *reſol. c.* 8. *n.* 2. *cui non poſſit reſponderi Boer. deciſ.* 182. *n.* 19. *Molinæus in conſuet. Pariſ* §. 23. *n.* 11. Quam etiam communem eſſe, fatetur. *Tiraq. de Retr. conv.* §. 1 *gl* 7. *n.* 12. licet diſſentiant *Petr. Barb. ad l. Si mora.* 10 *ff. ſolut. matr. n.* 71. *Klock. l.* 2. *conſ.* 42. *n.* 320.

## ad L. Paulus. 12.

### *SUMMARIA.*

*Conſenſus creditoris antiquioris, ut hypotheca ſua alteri obligetur, an inducat remiſſionem pignoris, an tantum juris prælationis. n.* 1. 2. 3.
*Creditor an teneatur poſſeſſori rei hypothecariæ, quicunque ſit, a ſe convento, ſi offerat debitum, jus ſuum cedere.* 4.
*Quid ſi accidat in executione judicati.* 5.
*An poſſeſſor hypothecæ conventus a creditore, poſſit offerre pretium rei, & rem retinere* 6.
*An, ſi creditor, remiſſo ex hypotheca generali in nonnullis bonis jure hypothecæ, jus ſuum cedat, ſufficiat præſens.* 7.
*Poſſeſſor, qui melioramenta fecit, poteſt rem, oblata ejus æſtimatione, detractis vero melioramentis, retinere.* 8.

SI antiquior creditor conſentiat, ut hypotheca ſua alteri obligetur videtur jus pignoris remittere, & ita 1
ſecundi creditoris melior redditur conditio. Et ſic, ſi primus conſentiat, ut tertio obligetur ſuum pignus, tertius in locum primi non ſuccedit, niſi ſua jura ceſſerit, ſed ſecundus creditor primus erit. *Zoeſ. h. t. n.* 12. &
quamvis nonnulli Jus prælationis tantum remiſſum pu- 2
tent, totum tamen Jus pignoris remiſſum eſſe, ex h. l. & *l.* 9 §. 1. probat *Neguz. membr.* 3. *part.* 6. *n.* 23. *Harim. Piſt. lib.* 3. *q.* 16. *Franzkius h. t. n.* 114. *& ſeq. Menoch. lib.* 3. *præſ.* 119. *Weſ. hic.* Aut. *ad L.* 3. *n.* 5. *C. de Remiſſ pign.* Licet *Bachovius in Tr. diſp.* 1. *th.* 9. *lit. E.* diſſentiat, & ex parte *Berlich. p.* 1. *concluſ.* 66. *n.* 73. *& ſeq.* quem refutat *Franzkius h. tit. n.* 124. *& ſeq.* & æquitatem adducit *Zoeſ. n.* 13. Sed quicquid ſit, non videtur reproban- 3
da diſtinctio, an conſenſerit creditor, ut certæ ac nominatæ perſonæ obligaretur, an vero in genere: illo caſu non totum Jus remiſſum videatur, ſed hoc, per *l.* 11. *h. t. & l.* 12. §. 4. *ſupra qui potiores &c.* vid. *Salyc. in l. fin. C. de remiſſ. pign. Pet. Barb. l.* 1. *part.* 5. *n.* 71. *& ſ. Joh. Pet. Surdus dec.* 136. *n.* 11. *Maſcardus concl.* 1179. *n.* 41. *& ſeq. & Salgado in Labyr. p.* 3. *c.* 13. §. *un. n.* 21. *& ſeq. conf. Bach. de pign. l.* 5. *c.* 8. *n.* 2. In *l. jubemus.* 21. *C. ad SCt. Vellej.* ſpeciale quicquam eſt favore mulierum conſtitutum. *Barb. d. l. n.* 17. *Maſc. d. concluſ.* 1179. *n.* 42.

*Ad* §. 1. In hoc §. dicitur, quod qualiſcunque poſ- 4
ſeſſor rei alii obligatæ, conventus a creditore, poſſit illum, offerendo debitum, ab actione hypothecaria repellere, cum non debeat quæri de jure poſſeſſoris, cum Jus petitoris, ſive creditoris ſoluto debito removeatur, quod tantum in actione hypothecaria attenditur. Sed licet hæc ita ſe habeant, tamen creditor injuſto poſſeſſori non tenetur cedere jura ſua, per *l.* 19.

*ff. qui pot. in pign. l.63.& l.69.ff. de Rei vind. Dn. Franzk.*
*h.t.n.4.& ſeq. Molin. qu.47. de Uſuris n.238. Morotius de*
*jure offer. n.3. Ant. Faber. l.8. Cod. tit.10. dec.31. Wiſſen-*
*bach. diſp. 40. th. 17. in fin. Cruſius de jure offerendi c.9.*
5 *n. 9.* Et hoc Jus competit etiam in executione judicati
*Ant. Faber. l.8. Cod. tit. 29. d.7. Capye. dec. 41.* n. 1. niſi
præciſe ad reſtitutionem condemnatus. *Capyc. d. l. n. 2.*
Sed quando executive ex re judicata agitur tantum uſ-
que ad litem conteſt. proceſſus executivi oblatio admit-
6 titur. *Cruſius d. c. 9. n. 2. & fin.* Sed quæritur hic, an
poſſeſſor hypothecæ conventus a creditore, pretium rei
offerre poſſit, & rem retinere? De injuſto poſſeſſore
hoc negat *Dn. Mev. p.1. dec.*111. Si vero juſtus ſit poſ-
ſeſſor, tunc ſi ipſe debitor poſſeſſor, & ſolidum debeat,
tenetur creditum ſolvere totum, nec liberabitur præſta-
tione pretii, Autor *ad L 11. n 10. C. de Murileg.* ſi vero
ad quantitatem bonorum, pretii oblatione liberatur.
Sed ſi alius ſit poſſeſſor, non debitor ipſe, tunc aut eſt
poſſeſſoris jus, potius, aut inferius, aut par: primo ca-
ſu excluditur creditor; ſecundo caſu cedere tenetur rem,
nec offerre pretium ſufficit; tertio caſu, potior eſt cau-
7 ſa poſſeſſoris. Ita diſtinguit *Dn. Mev. d. l.* Sed quid ſi
creditor habens univerſa bona obligata, jus hypothe-
cæ in nonnullis bonis remiſerit, an ſufficit, ſi poſſeſſo-
ri cedat tale jus, quale jam habet? Quod affirmatur;
Nec obſtat *l. 95. §. pen. de ſolut.* nam alia ratio fidejuſſo-
ris. *Vid. Neguz. de pign. p. 1. memb. 3. p. 5.* n. 29. *Mo-*
*rotius de jure offerendi n. 4.* & quia uxor habet in ſubſi-
dium rei vindicationem, per *l. in rebus. 30. C. de jure*
*dotium.* ideoque mulieri agenti rei vindicatione, non
poteſt opponi jus offerendi. *Neguz. d. l. num.* 28. De
8 poſſeſſore, qui melioramenta fecit, tradunt, quod ille
æſtimationem rei, detractis melioramentis offerre poſ-
ſit creditori & rem retinere. *Neguz. membr. 4. p. 5. n.*
*23. Garcias de Expenſ. c. 18. n. 83. Covarr. l.1. c.8. n.3.*

## ad L. Si deferente. 13.

*S U M M A R I A.*

*Solvitur pignus abſolutione judiciali. n. 1.*
*Juramento delato & præſtito. 2.*

JUdiciali abſolutione, quæ debitori contingit licet ſit 1
injuſta, pignus tamen liberatur, cum alias non poſſit
proprie abſolutus dici is, cujus res adhuc pignori ſunt.
*Franzk. h. t. n. 46. & ſeq. Bach. de pign. l. 5. c. 1. n. 3.*
Sic & juramento delato ac præſtito, multo magis ſolvi- 2
tur pignus, cum & naturalis obligatio tollatur ob con-
ventionem. *Franzk. d. l. n. 51.*

## ad L. Primi Creditoris. *fin.*

*S U M M A R I A.*

*Oblationem unius debiti, ſi debita ex diverſis cauſis uni*
*creditori promiſſa, non poteſt recuſare creditor. n. 1.*
*Jure noviſſ. admittitur ſolutio particularis. 2.*

QUando a principio fuerunt debita ex diverſis cau- 1
ſis promiſſa uni creditori, tunc ſi unum offeratur
debitum, cogitur creditor accipere, & pignora pro illo
debito obligata, liberatur. Nam ſic non dividitur debi-
tum, ſed diviſa jam antea ſunt debita, & diverſa pigno-
ra. *Neguz. p.2. membr.3. p.5. n.21. Mev. p.3. dec.236. n.*
2. Jure noviſſimo particularis ſolutio admittitur. *Receſſ.* 2
*Imperii de Anno* 1654. *§.* So viel nun. 172. *Dn. Struv.*
*Ex. 47. theſ. 73.* Autor *ad L. 2. n. 16. π. Famil. erciſc.*

---

# LIBRI VIGESIMI PRIMI,

## TITULUS I.

## De Ædilitio Edicto, & redhibitione, & quanti minoris.

### ad L. Labeo. 1. §. 3.

*S U M M A R I A.*

*Fiſcus venditor non tenetur actione quanti minoris. n. 1.*
*Ob vitium manifeſtum non datur Actio ædilitia. 2.*
*Quid ſi emptor vitium neſciat, & venditor ſciat. 3. 4.*
*Morbi definitio. 5.*
*Vitium corporis quando pariat ædilitiam actionem. 6.*
*Non omne vitium manifeſtare tenetur venditor. 7.*
*Ob vitia animi an & quando Ædilitia actio detur. 8. 9. 10.*
*Vitium tempore venditionis adfuiſſe, poſt triduum probandum emptori. 11.*
*Quid hoc caſu præſumatur. 12. 13.*

1 QUANDO fiſcus vendit, non datur
actio redhibitoria, quia publice ſub ha-
ſta vendit, & eſt hoc privilegium ſpe-
ciale Fiſci. *Caſp. Caballin. in tr. de adi-
lit. Edict. c. 2 num. 42. Treutl. & ibi
Bach. vol. 2. diſp. 2. th. 2. lit. F. Balth.
reſol. Bavar. num. 18. tit. 6. Franzk. h. t. num. 41. Zoeſ.
num. 7.*
2 *Ad* §. 6. Ob vitium latens datur tantum actio ædi-
litia, non vero ob vitium manifeſtum, & quod ſignis
deprehendi poteſt. *Carpz. p. 2. conſt. 24. def. 16. Dn.*
*Mev. p. 4. dec. 48.* ubi exemplum. *Dn. Struv. Ex. 27.*
*theſ. 5.* Si tamen emptor per ſupinam negligentiam 3
neſciat, venditor vero ſciat, hujus dolus culpæ latæ præ-
ponderat, & ſic datur actio ædilitia. *Caball. d. c. 2. n.*
*23. Menoch. conſ. 1134. n. 14. Schrad. ad pr. Inſtit. de*
*Emp. n. 129. Balthaſ. d. l. n. 8. Surdus dec. 146. n. 24.*
*Martat. 1. digeſt. tit. act. c. 15.* Quod alii tunc admittunt, 4
quando venditor quid fecit, quod occultaret, vel do-
loſe negavit, ob *l. 14. §. ult. h. t. Bachov. in Tr. vol. 2.*
*d. 2. th. 2. lit. B. Franzk. h. t. n. 570. & ſeq.* Sicut abſo-
lutum reum a Facultate Noſtra ex capite hoc ſcio, Men-
ſe Novembr. 1655. Sed non male Judex in ejuſmodi
caſu læſionis quantitatem conſiderabit.
*Ad* §. 7. Notetur hic morbi definitio, quod ſit ha- 5
bitus corporis contra naturam, qui uſum ejus ad id
facit deteriorem, cujus cauſa nobis natura ejus cor-
poris ſanitatem dedit. Porro obſervandum, quod vi- 6
tium corporis aliter non producat actionem ædilitiam;
niſi uſus rei impediatur, aut incommodum maximum
creetur emptori, nam ſi incommodum modicum,
non dabitur redhibitoria, ſed quanti minoris. *Tren-*
*tacinq. l. 3. tit. de Empt. reſol.* 11. *num. 4.* Ea quando 7
vitium non reddit rem venditam notabiliter inutilem
ad eum uſum, ad quem venditur, non tenetur id vi-
tium manifeſtare venditor, ne commercia nimis con-
ſtrin-

Google

ſtringantur. *Molin. diſp.* 353 *n.*22. Sed aliud in conſcientiæ foro dicerem. conf. *Joh. Fr. Baltz. d. l. n.* 27.

8 *Ad §.* 9. Actio ædilitia redhibitoria datur ob vitia ſervorum, corporis ſcil. non animi. *hic & l.* 4. *§.* 3. *h. t.* forte quia animi vitia facilius pœnis, aliiſque modis in ſervis corrigi poſſunt. Niſi animi vitium ex corporis vitio proveniat. *d. l.* 4. *§.* 1. aut illud abeſſe promiſſum ſit. *d. l.* 4. *§.* 4. Quamvis ob animi vitia ex empto agi poſſit. *Caball. d. c.* 2. *n.* 28. *Frid. Martini de Jure Cenſuum c.*6. *n.* 107. *Balthaſ. d. reſ.*4. *n.*7. *Wiſſenbach. diſp.*
9 14. *th.*9. Sed animi vitium in jumentis conſiderari, probat *l.* 43. *pr. h. t. Caball. de Ædilitia act. c.*2. *n.*28. *Joh. Fried. Balthaſ. reſ.*4. *n.*7. *Sichardus ad Rubr. C. h. t. n.*5.
10 Sed ſi ſervi vendantur v. gr. Æthiopes, in foro conſcientiæ putarem, omnino etiam animi vitia detegenda eſſe; nam poſſet ob ignorantiam ejus Dominus magno affici damno. vid. *Steph. Fagund. de Juſt. & jure l.* 5. *c.* 38. *n.* 4.

11 *Ad §. pen.* Vitium non debet antecedere venditionem, nec ſequi, ſed tempore venditionis adeſſe, quod poſt triduum emptori probandum putant, per *l.* 4. *de probat. Caball. d. c.*2. *n.*16. *Maſc. d. Prob. concl.*616. *n.*8. *& concl.*653. *Balt. d. l. n.*11. *Perez. in C. h. t. n.*4. *Franzk. n.*66. *& Dn. Struv. d. l. th.*5. *Alciatus de præſumpt. reg.*2. *præſ.* 26. *n.* 11. *Surd. dec.* 146. *n.* 18 *Ripa de peſte c.*7. *n.*
12 141. *& ſeq.* Dn. Aut. in *C. h. t. ad L.*3. *n.*3. Quid ſi ergo poſt tempus appareat morbus, an apud emptorem præſumitur correptus, an apud venditorem? Et diſtinguunt inter longius & brevius tempus; ſi intra triduum moriatur, præſumitur poſterius; ſi intra longius ſpatium, præſumitur prius. *Carp. part.*2. *conſt.*34. *defin* 18. *Dn. Mev. ad Jus Lubec. l.*3. *tit.*6. *art.*14. *n.*6. Ideo conſultum, ut
13 cadaver eviſcerari curet emptor. Sic etiam diſtinguendum, an in ſtabulo, an in itinere equus perierit. Nam tunc circumſtantiæ omnes examinandæ. *Franzk. n.* 69. *& ſeq. confer. Carpzov. p.* 2. *conſtit.* 34. *def.* 18.

## ad L. Quæritur. 14. §. *pen.*

*S U M M A R I A.*

*Venditor ſciens vitium, proteſtatione ſe non liberat. n.*1.
*Renunciantis quando ad jus ſuum detur regreſſus.* 2.
*Venditori ignoranti vitium, prodeſt proteſtatio.* 3. 5.
*Venditor ſciens, ſed proteſtans, an a duplo intereſſe liberetur.* 4.
*Venditor vitium ſcire præſumitur.* 6.
*Ob vitia manifeſta non tenetur venditor.* 7. 8.
*Porcus venditus lanio ſi laboret grandinibus, an teneatur venditor.* 9.

1 SI venditor ſciat vitium rei, ſi tamen fraudulenter taceat, licet proteſtatus fuerit, ſe de eo vitio non teneri velle, non tamen liberatur. *Caball. d. c.*2 *n.*24. *Surd. dec.*146. *n.* 9. *Trentacinq. lib.* 3. *tit. de Empt. reſ* 11 *n.*6. Si tamen ex vitio nullum periculum immineat emptori, non teneri venditorem patefacere. *Mol. diſp.* 553. *n.* 19. Autor *ad L.* 1. *n.* 2. 3. *&* 5. *C. h. t.* ut tamen detur actio quanti minoris. *Mol. n.* 22. *& Dn. Mev. ad Jus Lubec.*
2 *lib.*3. *tit.*6. *art.*14. *n.* 14. Notetur regula, renunciantibus a ſua jura non dari regreſſum, niſi in dolo fuerit alter. *Riminald. vol.*3. *conſ.* 342. *n.*126. *& Aug. Barb. locupl.*
3 *lib.*19. *ax.*3. Ergo ignorantia vitii, & proteſtatio ſe nolle teneri, venditori proderit. *Franck. h. t. n.* 63. Artificem & peritum excipit *Zoeſ. h. t. n.*9. *ob. l.*19. *§.*1. *Locati.*
4 Scientia cum proteſtatione juncta non proderit, nec liberabit, ne quidem a præſtatione intereſſe, licet hoc duplum excedat, cum *l. un. C. de eo quod intereſt* ad eos caſus, ubi ob dolum intereſſe petitur, non pertinkat. *Franzk. h. t. n.* 109. *Zoeſ. hic n.*8. & hoc caſu venit intereſſe extrinſecum quoque *Franzk. d. t. n.* 105. *Zoeſ. d. l.*
5 *n.* 8. Et tunc proteſtatio juvabit venditorem ſi ignoret; nam videtur monere emptorem, ut inquirat. *l.* 31. *de pact. l.*14. *§.*9. *h. t. Hillig. lib.*15. *c.*1. *l. B. Mol. d. diſp.*153. *n* 16. *Romanus ſing.* 87. *Surdus dec.* 146. *n.* 9. *Balthaſ. d. reſ.*4. *n.*9. *Frid. Martini de Cenſ. c.*6. *n.* 102. Venditorem autem non neſcire, in dubio præſumendum. *Maſcard. concl.*616. *n.*3. *Caball. c.*2. *n* 24. Sed ſi ſciverit vitium, & tacuerit, præſumitur eſſe in dolo. *Alex conſ* 14. *n.*4. *vol.*5. *& quos refert Surdus dec.*149. *n.*7. Autor *ad L.* 1. *n.*3. *&* 4. *C. h. t.* 6

*Ad §. ult.* Si morbus ſit manifeſtus, vel vitium evidens, v. gr. cœcitas vel cicatrix evidens in capite, non datur actio ædilitia, quia ignorantia ſupina pro ſcientia eſt. *l.* 3. *&* 6 *ff. de juris & facti ignor.* Nec venditor vitia, quæ omnibus patent, detegere tenetur, *per hunc §.* Nec ſi contrarium dixerit obligatus eſt, per *l.* 43. *de contrah. Emptione. Bachov. in Treutl. d. diſp.* 2. *th.*2. *lit.*B. *Franzk. h. t. n.*57. *& ſeq.* Quando autem venditor ſcit, tunc tenetur etiam emptori ſupine ignoranti notum facere, quia dolus venditoris præponderat culpæ emptoris, ut multis tradit *Surdus d. l. n.* 10. *& dictum ſupra ad l.*1. *n.*3. Autor *ad L* 1. *n.*5 *C. h. t.* Ex eo inferunt, ſi porcus lanio venditus habeat grandines, Germanice Finnen / venditorem non teneri. *Coler. dec.* 128. *Carpz. p.*2. *conſt.*34. *def.*16. *Dn Mev ad Jus Lubec l.*3. *tit.*6. *art.*15 *n.*7. *Franzk. h. t. n.* 56. Sed putarim diſtinguendum eſſe, inter lanionem iſtarum rerum peritum, & inter alios homines: quis enim mihi perſuaſerit, in emptione porcorum ſemper lanionem eſſe adhibendum, qui os aperiat? Et annon dolus venditoris ſupinæ meæ ignorantiæ præponderat? Et videtur mihi nimis reſtringi actio ædilitia, ſi indiſtincte hoc intelligatur. Pauca enim vitia erunt rerum animatarum vel inanimatarum, quæ non a perito artifice deprehendi poſſint. 7 8 9

## ad L. Qui ſit. 17. §. 1.

*S U M M A R I A.*

*Fuga redeundo non purgatur. n.*1.
*Non omnis fuga delicti judicium præſtat.* 2.
*Qui ſolita facit, non videtur eſſe in dolo.* 3.

FUgitivus redeundo, fugitivus eſſe non deſinit, addita ratio, quia nemo tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit; ex quo probat *Dn. Tabor.* eum qui ſemel fugit, redeundo non purgaſſe ſuſpicionem ex priori fuga natam. *in tr. de Tort. ad art.*25. *§. ult. §.*15. *contra Farin. q.*30. *n.*70. *& ſeq.* Sed hæc non contraria; nam diſtinguendum eſt, an quis fugiat animo revertendi; an vero non hoc animo. Illud, ſi probabilis negotiorum expediendorum cauſa poſſit probari. Deinde alia eſt quæſtio, an fidejuſſor teneatur ad pœnam, ſi facinoroſus fugit, ſed rediit, & alia quæſtio, an ſit fugitivus, illa quæſtio negatur, quia ceſſat intereſſe fiſci, ſi ſe ſiſtat inquiſitus. 1

*Ad §.* 3. Non omnis fuga fugitivum reddit ſervum, ſed poteſt eſſe cauſaria, ſi ob offenſam & ſævitiam fugit. Sic nec omnis fuga præbet juſtum indicium facinoris, ſi alia quam confeſſionis cauſa probari poſſit. *Dn. Tabor. de tort. ad art.*25. *§. ult. §.*14. *p.*166. *Carpz. pract. crim. qu.*120. *n.*68. Sic ſi quis ad ſuperiorem fugiat, non videtur ſe gravare. vid. tamen *Dn. Tabor. d. l. §.* 16. 2

*Ad §.*12. Qui facit, quod alii ſolent facere, non videtur eſſe in dolo. hic & *l.* 31. *§.* 20. *h. t. & l.* 3. *ad SC. Macedon. Barb. l.*17. *c.* 39. *ax. ult. Finckelthaus obſ.* 89. *n.*22. Et qui ſolita facit, excuſatur a pœna falſi, vid. *Lud. Roman. ſing.* 364. Sed hæc regula in ambiguis, quæ bona interpretationem admittunt accipienda, non in iis, quæ per ſe mala ſunt. 3

## ad L. Si quid venditor. 18.

*S U M M A R I U M.*

*Quod venditor de re vendita affirmat, non adeo ſtricte exigendum.*

QUicquid venditor de re vendita affirmaverit, id præſtare tenetur, non tamen debet id quod affirmaverit amare ab ipſo exigi; non omnia ad vivum reſecanda; nam alias magna venditorum captio & commercia vix ſubſiſterent. *Hillig. in Don. l. 13. c. 3. lit. B.* Verba in latitudine intelligenda; Nam raro in virtutibus excellunt, v. gr. ſi conſtantem dixit, non debet exacta gravitas & conſtantia exigi, ſed omnia ex æquo & bono deſiderantur. confer. de commendat. perſonarum *Dn. Mev. ad Jus Lub. lib. 3. tit. 10. art. un.*

## ad L. Sciendum. 19. *pr.*

### *S U M M A R I A.*

*Commendatio non generalis, ſed ſpecialis a venditore præſtanda. n. 1.*
*Rationes. 3.*
*Nec præſtabitur, ſi contrarium in oculos incurrat. 2.*
*Commendatio, quomodo in foro conſcientiæ ſtringat. 4.*
*Verba jactatoria non obligant. 5.*
*Non ex tractatu, ſed ex contractu negotium probandum. 6.*
*Ædilitia actio ad omnem contractum onéroſum ſpectat. 7.*
*Permutatio quaſi duplex venditio eſt. 8.*
*Ædilitia actio quotuplex. 9.*
*Quomodo & quando ædilitiis actionibus præſcribatur.* 10. 11.
*Emptor vitia comperto partem pretii ſolvens, non gaudet hac actione.* 12.

1 QUæ de commendanda re in genere dicuntur, hæc non præſtanda ſunt, ut ſi dixerit hominem frugi, ſed quæ in ſpecie v. gr. ſervum non eſſe erroneum, ea
2 omnino præſtanda. *Franzk. n. 74. & ſeq.* Deinde ex commendatione non tenetur, quando id affirmat, cujus contrarium oculorum contuitu apparere poteſt, per *l. 43. ff. de Empt Franzk. h. t. n. 76.* Sed prius illud placuit, (1.) ex
3 politica ratione, ne commercia turbarentur. Laudat venales, qui vult extrudere merces. (2.) Nec præſumitur emptor ita credulus, ut huic fidat commendationi. *Cujac. ad d. l. 43. de contrah. empt. & Hillig. l. 13. c. 3. lit. B.*
4 Sed quid in foro conſcientiæ? Mercator commentavit merces, ſed credulus fuit emptor, credidit bonas, ſua ſimplicitate deceptus, an in foro conſcientiæ tutus, ſi exceſſum pretii ob merces non bonas reſtituere nolit? Reſp. negando; nam decepit emptorem, & locupletatur cum alterius a ſe decepti damno, quod omnino fidei & juſtitiæ divinæ contrarium. Multa concedunt leges ob rationem politicam, & publicam tranquillitatem, & lites minuendas, quæ conſcientia, quæ Deus prohibet.
5 *Ad §. 3.* Hic §. repetit tantum, quæ *in princ.* dicuntur, nam verba obligatoria & promiſſoria tantum obligant in contractibus, non vero quæ jactandi gratia dicun-
6 tur. Sed communiter Dd. *ex hoc §.* probant, quod non poſſit aliquid ex tractatu probari, ſed neceſſe ſit, ut contractus ſit perfectus. *Klock. conſ. 29. n. 957. vol. 1. Tabor. ad Barb. l. 18. c. 22. ax. 1. Dn. Mev. part. 1 dec. 333.* Sed id melius probatur ex *l. in Contractibus. C. de fide inſtrum.* quæ etiam ſunt præſumptiones imperfecti contractus, de eo nonnulla exempla allegat *Dn. Mevius p. 4. dec. 334.*
7 *Ad §. pen.* Ædilitia actio non tantum ad venditionem, ſed etiam ad permutationem omnemque contractum oneroſum pertinet. *Tholoſ. lib. 25. c. 21 n. 12. Trentacinq. d. reſ. 11.* & dationem in ſolutum & diviſionem. *Gomez. lib. 2. c. 2. n. 48. Balthaſ. d. tit. 4. n. 6. Trentacinq. tit. de Empt. reſol. 11. Bach. in Tr. th. 1. lit. G.* Ex *d. §. pen.*
8 colligit *Lud. Mol. de Juſt. & J. t. 2. d. 397. n. 1.* in permutatione duplicem quaſi eſſe venditionem, & ſic ubi ex venditione ſolvi ſolet alcavala & acciſa, ut in Hiſpania & alibi, duplicem etiam alcavalam vel acciſam eſſe ſolvendam. Hinc colligi poſſit, ſi feuda permutantur, duplex laudemium ab utraque parte ſolvendum eſſe. Sed de ea re nihil definio.

*Ad §. ult.* Actio Ædilitia, quæ ex contractu oritur, 9
triplex eſt. (1.) Redhibitoria, quando emptori non expedit, rem retinere. (2.) Æſtimatoria quanti minoris. (3.) In factum *de qua infra.* Prima præſcribitur 6. men- 10
ſibus utilibus; Autor *in C. h. t. ad L. 2.* ſecunda actio præſcribitur anno: tempus autem utile eſt ratione ingreſſus, & ratione progreſſus, ut ſcil. non niſi ſcienti currat, & dies juridici tantum attendantur. *Caball. d. c. 2. n. 30.* quod nonnulli ad ſtatutariam præſcriptionem extendunt, quos recte refutat *Cabal. d. l. n. 33.* vid. *Molina d. diſp. n. 5. Gomez. d. n. 48. & Trentacinq. n. 2.* Sed ſi ex promiſ- 11
ſione datur actio redhibitoria, ex die promiſſionis currit tempus, *per hunc §.* Sed nonne videntur contraria, utile eſſe tempus, & currere tamen a die contractus & promiſſionis? Reſp. poſterius intelligendum, ſi ſcientia concurrat cum tempore contractus, vel quando occultum valde vitium *l. 55. h. t.* vel reſponde cum *Bach. th. 3. lit. B.* Aut. *ad L. 2. n. 2. C. h. t.* redhibitoriam utpote odioſiorem, merito breviori tempore præſcribi, quam quanti minoris, & ideo a die promiſſionis currere tempus, quod probat etiam *Franzk n. 90.* quæ etiam placere videtur *Dn. Struv. h. t. th. 11.* conſ. *Gomez. t. 2. c. 2. n. 48. Petr. Greg. l. 25. c. 21 n. 16.* Multo ergo minus datur actio hæc, quando 12
emptor vitio comperto partem pretii ſolvit, nam ſi ſcientia ſemeſtralis vel annua, ex præſumpto conſenſu colligitur, multo magis ex facto expreſſus conſenſus colligetur. *Dn. Mevius p. 4. dec. 50.*

## ad L. Redhibere. 21.

### *S U M M A R I A.*

*Redhibere quid ſit. n. 1.*
*Fructus reſtituendi, & quare. 2. 3.*
*Damnum & omne commodum reſtituendum. 4.*
*Quid jurare hoc caſu Actor debeat. 5.*

REdhibere eſt, facere ut venditor rurſum habeat rem 1
venditam cum omnibus acceſſionibus, etiam facto rei additis. *l. 23. §. 1. h. t.* & cum fructibus ab emptore 2
perceptis, quia ipſo jure reſolvitur contractus, per *l. 23. §. fin. h. t. Men. remed. 1. recup. poſſ. n. 423.* Sicut in addictione in diem & lege commiſſoria. *Tiraq. de Retr. conv. §. 5. gl. 2. n. 2. & 3.* Et quia in voluntatem emptoris confer- 3
tur facultas reſcindendi, non mirum eſt, ab eo reſtitui fructus, ſecus in pacto de retrovendendo, ubi facultas in voluntatem venditoris confertur. *Cagn. in l. 2. C. de pact. inter empt. n. 7.* cumque reſtitutione damni rei emptæ da- 4
ti ſaltem culpa levi. *d. l. 23. pr.* tam in animi quam corporis vitiis *l. Ædiles. 25. §. 6.* & in ſumma, ut omnia in integrum reſtituantur. *d. l. 23. §. 7.* quaſi emptio nulla fuiſſet facta. *l. 60. h. t.* & reſtituendæ emptori gabellæ, & venditori, quicquid emptor occaſione rei acquiſivit. vid. *Pinell. ad l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 2. c. 4. n. 3. Tiraq. de retr. conſang. ad fin. tit. n. 109. Dn. Mev. ad Jus Lubec. l. 3. tit. 6. art. 14. n. 11. Franzk. n. 102. & ſeq.* Hæc actio 5
autem ut locum habeat, requirunt Practici, ut actor juret, ſi non remittatur, ſe non fuiſſe rem empturum, ſi vitium ſciviſſet. *Balth. d. reſ. 4. n. 13.*

## ad L. Ædiles. 25. §. 8.

### *S U M M A R I A.*

*Ante litem conteſtatam contingentia, in judicium non veniunt, niſi petita. n. 1.*
*Quod limitatur. 3.*
*Aliud ſi poſt litem conteſtatam. 2.*
*Expenſa non petita an adjudicandæ. 4.*

QUæ ante litem conteſtatam contingunt, ea non 1
pertinent ad Judicem, niſi ea expreſſe petantur, v. gr. quod emptor ſervum deterioraverit; ſed poſt litem conteſtatam veniunt etiam non petita, v. gr. fru-

fructus ante litem conteſtatam percepti expreſſe ſunt petendi; poſt litem conteſtatam percepti, etiam non petiti, ſunt adjudicandi; illi enim antea ſeparati, ſunt ſeparatæ ſpecies, hi ſunt pars fundi quodammodo. *Donell. l. 26. c. 4.* & quos refert *Hillig. ibi lit. D. Weſenbec. n. tit. de Rei vindic. n. 7.* quamvis *Bachov. ad Weſenb. ad tit. de Rei vind. n.7.* concedat, peti quidem debere fructus ante litem conteſtatam perceptos, ſed non neceſſe eſſe, ut in libello petantur, quæ ſententia forte in praxi ſequenda ut æquior. Sed in expenſis eam diſtinctionem non uſquequaque obſervant Doctores. Nam alii non petitas non poſſe adjudicari dicunt, alii vero etiam poſſe judicem, ſed non teneri ex officio adjudicare expenſas non petitas, quam ſententiam Camera Spir. ſequitur, teſte *Gailio. l.1. obſ.152. n.21. & Mynſ. c.4. obſ.35.* quos refert *Hillig. in Donell. l.26. c.4. lit. F. Ummius in proc. d. 22. th.9. n.33.* conf. *Aſinius in pr. §.32. c.2. n.3. & c.24. n.7.*

## ad L. Debet autem. 27.

*S U M M A R I A.*

*Emptor ſi a contractu recedat, ei pretium omne reſtituendum. n. 1.*
*Quid in Gabella pro contractu ſoluta. 2.*

1 QUando emptor recedere vult a contractu, tunc reſtituere illi venditor debet pretium, cum iis, quæ ſolvit emptor ex voluntate venditoris, v. gr. quæ ex con-
2 ventione mediatoribus ſolvit. Sed quid ſi gabellam vel vectigal ſolverit pro contractu, an reſoluto eo per Ædilitiam, etiam a venditore hæc gabella reſtituenda? Ubi nota tria, (1.) emptorem, quando poteſt recedere a contractu, non tamen poteſt accipere ea, quæ ſponte ſolvit, ad ea non obligatus. (2.) Gabellas, quæ ob contractum præſtari ſolent, regulariter incumbere emptori. *Joh. Carſerius deciſ. 452. Bertach. de Gabellis p. 7.* (3.) Si partes recedant a contractu, non tamen fiſcum reddere teneri gabellam. *Joſeph Ludov. dec. 113. Franc. de Clapperiis p. 2. dec. cauſ. 65. q. un n. 3.* Nam Juri alieno ex actu inter certas perſonas principaliter geſto, per legis aut ſtatuti diſpoſitionem quæſito, non poſſunt principales contrahentes revocando præjudicare. *Laſſarte de Decimæ vendit. c. 12. n. 10. quem refert Steph. Fagund. de Juſt. & Jure l. 5. c. 38. n. 13.* confer. *Sfortia Oddus conſ. 4. n. 13. & ſeq.*

## ad L. Si venditor. 28.

*S U M M A R I A.*

*Si emptor ob vitium cautionem petat, & venditor recuſet, quale remedium habeat. n. 1.*
*An currat hic præſcriptio cum mala fide. 2.*

SUpradictum, quo tempore actio redhibitoria & æſtimatoria, ſeu quanti minoris inſtitui debeat; jam
1 quæritur, ſi emptor petat cautionem de vitiis, & venditor nolit cautionem præſtare, quale detur remedium emptori? Reſp. Tunc (non quidem ob vitium de quo non conſtat) ſed ob non præſtitam cautionem, agitur ad redhibendum, vel ad præſtationem ejus, quod intereſt, hoc intra 6. menſes, illud intra duos menſes, & ſic aliud tempus hujus actionis in ſpecie. *Dn. Struvius th. 11. h. t.*
2 *Franzk. n. 77. & ſeq.* Sed quæritur, ſi venditor nolit cavere, utique præſumptio Jure Can. non curret? Sed reſp. circa illas actiones, quas Leges ab initio ſtatim ad brevius tempus reſtrinxerunt, cum mala fide conſiſtere poſſe; nec hoc mutatum Jure Can. licet in animæ judicio teneatur etiam poſt annum, & poſt annos. *Covar. in c. poſſeſſor. p. 2. §. 11. n. 6. verſic. Septima fere &c. Balbus de præſcript. part. 2. p. 3. princ. q. 13. n. 5. Fagund. de Juſt. & Jur. l. 5. c. 38. n. 9.* Autor *in C. h. t. ad L. 2. n. 3.*

## ad L. Quod ſi nolit. 31. §. 5. & ſeq.

*S U M M A R I A.*

*Si emptoris plures hæredes diverſimode agere velint, quid faciendum. n. 1.*
*Redhibitoria & Æſtimatoria actio ſe invicem tollunt. 2.*
*In Redhibitoria poſt ſex menſes ſuccumbens, quanti minoris agere poteſt. 3.*
*Actio quanti minoris ſæpius inſtitui poteſt. 4.*
*Actio in factum ad quid hoc caſu detur. 5 6.*
*Quæ conſuetudinis ſunt, ea præſtanda in b. f. judiciis. 7.*
*Venditum ſub conditione ſi diſplicuerit, quanto tempore diſplicentia tollatur. 8.*
*Menſurandi facultas in venditione adjecta, an pari tempore tollatur. 9.*

SI emptor reliquerit plures hæredes, & horum ali- 1
qui redhibitoria actione, alii vero quanti minoris experiri velint, tunc omnes primum inter ſe convenire debent, & procuratorem communem conſtituere, ne alias venditor in communionem incidat invitus.
Sed ſi ad pretium agendum ſit, quilibet pro ſua par- 2
te experietur, Actio redhibitoria & æſtimatoria ſe invicem quidem tollunt per electionem unius, per *l. 25. §. 1. de except. rei Judic.* cum æſtimatoria actio quanti minoris virtualiter includat redhibitoriam. *l. 43. §. 6. h. t. Franzkius h. t. n. 100.* Autor *ad L. 1. n. 1. h. t.* Sed
ſi poſt 6. menſes redhibitoria inutiliter egi, poſſum ad 3
aliam actionem recurrere. Et ſi ſuccubui in redhibitoria, poſſum poſt 6. menſes quanti minoris agere. *Cremenſis ſing. 165. Caball. cap 3 n. 4. Covarr. in c. poſſeſſor. p. 2. §. 11. n. 7. in fin.* Sed actione quanti minoris ſæpius
agere poſſum ob diverſa vitia, ut tamen emptor lucrum 4
non habeat, cum bis eandem rem conſequi, æquum non ſit. *l. 32. §. 1. ff. de Evict.*
*Ad §. 17.* Hæc eſt illa tertia actio, quæ actio in fa- 5
ctum dicitur, qua emptor redhibita re vitioſa ad pretium agit, ſive in judicio, ſive extra judicium ultro res ſit redhibita. *Bachov. in Tr. diſp. 2. th. 5. lit. B. Caball. d. tr. c. ult. n. 1.* Autor *in C. h. t. ad L. 4. n. 4.* Et eſt 6
perpetua, quia pretium ſine cauſa apud venditorem exiſtens repetit, nec contractum reſcindit. Sed reſciſſum eſſe præſupponit, quales actiones honorariæ perpetuæ ſunt *l. 35. de O. & Act. Franzk. h. t. n. 111. Struv. h. t. th. 11.*
*Ad §. 20.* Ea quæ ſunt moris & conſuetudinis, in 7
bonæ fidei judiciis debent venire; in quibus tantundem valet officium judicis, quantum alias ſtipulatio. *l. 7. de neg. geſt. Franzk. ad tit. de act. vend. n. 328.*
*Ad §. 22.* Quando quid vendo cum hoc pacto, ut ſi 8
diſplicuerit, mihi reddatur, niſi de certo tempore convenerit, intelligitur de ſpatio 60. dierum, niſi expreſſe convenerit, ut in perpetuum redhibere liceat, per *h. §. Zoeſ. n. 14. Caball. d. c. 2. n. 34. Menoch. l. 2. A. Q. 22. n. 12. Zoeſ. ad tit. de Lege Commiſſ. n. 11.* Triennali tamen præſcriptione ſalva. *Covarr. lib. 1. reſol. c. 9. n. 4.* Autor *in C. h. t. ad L. 4. n. 2. & 4.* Ex *hoc* §. 22. nonnulli proba-
re voluerunt, venditione ad menſuram facta, menſu- 9
randi facultatem ad 60. dies eſſe reſtringendam; ſed id *ex hoc* §. non ſequitur, quia hic agitur de actione redhibitoria ex Prætoris edicto deſcendente, quæ ultra tempus a Prætore præſcriptum durare non poteſt. *Hartm. Piſt. obſ. 210. Bach. in Tr. v. 1. d. 28. th. 7. in fin. Dn. Lauterbach. ad tit. de vendit. §. 1. n. 12. verſ. poteſt autem fieri menſuratio &c.*

## ad L. Proinde. 32.

*S U M M A R I A.*

*Quod acceſſorie venditum, id quoque integrum præſtandum. n. 1.*

*Limitatur, ſi acceſſorium ſit certa res, non ſi univerſitas.* 2.

1 QUando in venditione dictum, hoc vel illud acceſ-
ſurum eſſe, tam integrum id præſtari debuit,
quam illud præſtari debuit, quod principaliter venit;
2 Si modo certum corpus, ſecus, ſi univerſitatem acceſſu-
ram dicat: quod hic exemplo peculii declaratur. *Franzk.*
*h. t. n.* 33. Sic ſi prædium cum omnibus inſtrumentis
ruſticis venderetur, non putarem ſingulorum inſtru-
mentorum integritatem præſtandam eſſe.

## ad L. Cum ejuſdem generis. 34. *& 2. ſeq.*

*SUMMARIA.*

*Pluribus rebus venditis, & una vitioſa, an omnes red-
hibendæ. n.* 1. 2. *& ſeq.*

1 QUando res plures ſunt venditæ, & una res ſit vitio-
ſa, tunc diſtinguitur, an unicum pretium omnibus
dictum ſit, & ſic unica ſit venditio, adeoque tunc om-
nes vel redhibendæ, vel omnes retinendæ? An vero ſin-
gulis ſeparatim dictum ſit pretium, & tunc una res red-
hiberi poteſt, ſi modo res illa commodam ſeparationem
admittat *l.* 35. *&* 38. *§. ult. h. t. Gomez. d. c.* 2. *n.* 49. *Mo-*
2 *lin. d. diſp.* 353. *n.* 3. *Caball. d. c.* 2. *n* 5. Nam licet ſingulis
rebus pretium dictum ſit, cenſebitur tamen una vendi-
tio; ſi conſtet, emptorem vel venditorem unam rem eme-
re vel vendere non voluiſſe. *Decius conſ.* 421. *n.* 4. *Tiraq.*
*de Retr. conſang. §.* 23. *gl.* 2. *n.* 23. ubi id *n. ſeq.* exempli-
3 ficat, ſi quis 20. jugera agri emeret, quorum nonnulla
erant ſterilia, alia fertilia, & quidem omnia in eodem
pretio, certe præſumitur, quod unum ſine alio, ſterile
ſine fertili non fuiſſet empturus. conſ. *Berlich. p.* 1. *dec.*
77. *n.* 5. *& Balthaſ. d. reſol.* 4. *n.* 14. *pr.* & ſic ad intentio-
4 nem etiam ementis reſpiciendum, an hanc vel illam rem
ſeparatim fuerit empturus, quod *in §.* 1. *Leg.* 34. pluribus
deducitur, ut biga equorum ſimilium, &c. vid. *Fran-*
5 *kius h. t. n.* 37. *& ſeq.* ſed ſi plura jumenta emi, id tan-
tum redhibendum, quod vitioſum, non cætera. *l.* 38. *§.*
12. *h. t.* vid. *Carpanus in Stat. Mediolan. l.* 2. *c.* 487. *n.* 7.

## ad L. Ædiles ajunt. 38. *pr.*

*SUMMARIA.*

*Senſus princ. proponitur. n.* 1.
*Mortuum quoque jumentum redhiberi poteſt.* 2.

1 HIc proponitur edictum duplex, (1.) ut venditor
diſerte exprimat vitium, quod in re deliteſcere
ſcit. *Franzkius h. t. n.* 63. (2.) Ut relinquat ornamenta,
&c. Et additur actio redhibitoria ob vitium intra 6.
menſes, ob ornamenta intra 2. menſes; actio vero quan-
ti minoris intra annum movenda. Autor *in C. h. t. ad L.*
2. Et demum caſus proponitur, ſi par jumentorum ema-
tur, an utrumque redhiberi poteſt? Quod affirm.
2 *Ad §.* 3. In *h. §.* dicitur, & mortuum mancipium vel
jumentum redhiberi poſſe, quia ex poſt facto non de-
creſcit obligatio per mortem vel alienationem, conſ. *l.*
47. *§.* 1. *Zoeſ. n.* 13.

## ad L. Hi enim. 40.

*SUMMARIA.*

*Ædilitium Edictum de animali nocivo non habendo in
via publica, etiam ad circulatores extenditur. n.* 1.
*Pœna quare hic gravior, quam in dejecto.* 2.

1 ALiud eſt edictum Ædilitium de animali nocivo,
qua vulgo iter fit, non habendo, quod etiam ad
circulatores ſerpentes foventes extenditur. *Menoch. lib.*
2. *A. Q. cauſ.* 366. *&* 568. *Bachov, in Tr. vol.* 2. *diſp.* 2.
*th.* 4. *lit. C.* Plura de hoc vide apud *Johannem Thom.*
*tr. de noxia animalium c.* 18. *&* 4. *ſeq. Covarr. in Clem.*
1. *de Homic. p.* 2. *§.* 4. *n.* 11. *Hillig. lib.* 15. *c.* 44. *lit. C. Franzk.*
*n.* 112. Pœna hic, ſi homo liber occiſus ſc. 200. ſolido- 2
rum *l.* 42. *h. t.* gravior, quam ubi ex dejectis periit, for-
te quia gravius eſt, feram habere prope viam, quam
recipere hominem ſocordem. *Wiſſenbach. d. diſp.* 4. *th.* 11.

## ad L. Bovem. 43. §. 6.

*SUMMARIA.*

*Si quanti minoris agenti res inutilis ſit, judex de redhi-
bendo ſententiam ferre poteſt. n.* 1.
*Ratio proponitur.* 2.

QUando ago quanti minoris, tunc ſi res mihi inuti- 1
lis ſit futura, poteſt Judex me inſtante ad redhibi-
torem ferre ſententiam, hic & *d. l.* 25. *§.* 1. *de Except. rei*
*jud.* quia hæc actio virtute ſua continet redhibitoriam. 2
*Franzkius h. t. n.* 10. conſ. *Wiſſenbach. diſp.* 41. *th.* 10.
*Oldendorp. Claſſ.* 4. *act.* 2. *n.* 4. *Balth. d. reſol.* 4. *n.* 27. *Ca-
ball. de ædil. act. c.* 3. *n.* 11.

## ad L. Juſtiſſime. 44. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Ad contractum reſolvendum hodie actione empti agi po-
teſt. n.* 1.
*Si plures vendiderint, contra unum in ſolidum agi poteſt.* 2.
*Rationes hujus rei proponuntur.* 3.

FOrte eo tempore, quo ædiles has actiones introduce- 1
rent, non erat ob vitium actio ex empto; poſtea ta-
men ex interpretatione JCtorum placuit, ut ipſa actione
empti ad reſolvendum contractum ageretur, *l.* 11. *§.* 5. *de*
*Act. empt. Franzk. n.* 99. *de Act. empt. Struv. d. Ex.* 26. *th.*
12. Habetur autem hic una differentia actionis ædilitiæ 2
ab actione empti, quod ſi plures mercatores (Venalitiarii)
vendiderint, detur actio ædilitia officio judicis, & ex
æquitate in ſolidum contra unum, qui habet majorem
cæteris partem, aut non minorem. *Crem. ſing.* 166. *Caball.*
*d. c.* 2. *n.* 44. *Gothofr. ad l.* 1. *h. t. lit. C. Franzk. h. t. n.* 96. Cu-
jus rei ratio eſt (1.) ne emptor cum multis per partes liti- 3
gando pluris damnificetur, quam ſit actio. Et (2.) quia
reus, licet in ſolidum conventus, ſociis hoc imputare po-
terit pro eorum partibus. (3.) Quia id genus hominum
venalitiorum ad lucrum potius, vel turpiter faciendum
pronius eſt, & ſunt ſuſpecti fraudis & colluſionis ad in-
vicem, pro communi lucro vel cum damno alieno agen-
di. *Caballinus de divid. & indiv. p.* 2. *n.* 238. qui fere id
repetit *p.* 2. *n.* 243. Alias differentias inter actiones civi-
les & ædilitias perſequitur *Wiſſenb. diſp.* 41. *th.* 9.

## ad L. Redhibitoria. 45.

*SUMMARIUM.*

*Differentia inter actionem empti, & Ædilitiam.*

HIc habetur alterum diſcrimen, quod actio empti
ſemper ad ſimplum dirigatur, verum ædilitia hæc
redhibitoria actio ad duplum etiam, ſi pretium ſolvere
nolit, nec fidejuſſorem liberare; eſt enim hæc actio ar-
bitraria ob contumaciam *Zaſ. §. præterea n.* 11. *Inſt. de*
*Act. Ravennas ſing.* 777. *Aug. Barb. in l.* 1. *C. h. t. Me-
noch. lib.* 1. *A. Q.* 5. *n.* 25. *Perez. in C. h. t. n.* 8. *Franzk.*
*h. t. n.* 97. *Wiſſenb. d. l.* Autor *in tit. h. C. ad L.* 1. *n.* 2.

## ad L. Si hominem. 47.

*SUMMARIA.*

*Emptor ſervo vitioſo manumiſſo, ad redhibendum non
agit. n.* 1.

*Quoties emptoris facto reddi res non poteſt, redhibitio ceſſat.* 2.
*Quod exemplis declaratur.* 3.

1 QUando emptor ſervum vitio tali, quod hîc atten-
ditur, manumittit, non habet actionem redhibito-
riam, nec quanti minoris; quia ſcilicet ſua voluntate fe-
cit, ut non poſſit redhiberi. Secus eſt, ſi mortuus eſt ſer-
vus, nam hic redhiberi poteſt, quia caſu, non culpa em-
ptoris hoc factum. *h. L.47. §.1. vid. ſupr. L.38.§.3.ff.h.*
2 *t.* Igitur ſi quis rem qualemqualem conſumpſit, aut in
uſus ſuos convertit, quia ſuo facto effecit, ut reddere non
poſſit, non poteſt redhibitoria actione experiri, ſicut nec
eo caſu, ſi alteri vendidit, utut minori pretio, quia ven-
dendo approbavit ut bonam, niſi poſt venditionem reſci-
verit vitium, & ob id res redhibita ſit. *Dn. Mev. p.* 4.
3 *deciſ.* 341. Sic ſi emptor ædes emptas in aliam formam
transmutaverit, & fecerit v.gr. horreum, vel laborato-
rium, vel domum cereviſiæ coquendæ aptam, hoc caſu
non poſſe redhibitoria agere emptorem, cum ſuo facto
effecerit, ut res in ſua priſtina forma reſtitui non poſſit,
tradit *Carpzov. p.3. dec.* 222.

## ad L. Si tamen. 48. §. *ult.*

### *SUMMARIA.*

*Per ſimplaria quid intelligatur. n.* 1.
*Ob rem vilem, vel vitium exiguum non datur redhibitio.* 2.
*Quod limitatur.* 3.

1 PEr ſimplaria res viles intelligunt, quia hic non de
duplo, ſed ſimplo cavetur. *Cujac lib. 16. obſ.* 20. &
hunc laudans *Franzk. n.35. Petr. Greg. l. 25. c. 21. n.7.*
2 & inde colligunt, quando res vilis eſt, vel vitium rei
exiguum, non datur redhibitoria, cum etiam in iis, de
duplo non caveatur. *lib.37. tit ſeq. Toloſ. lib.25. c.21 n.*
*7. Trentac. d. reſol. 11. n. 1. Tiraquell. de Judic in reb.*
3 *exig. ferend. n. 10. Maſcard. concl.616 n. 11.* Sed hoc
cum grano ſalis accipiendum, ſi aliquis rei vilioris ſit
uſus, ſecus, ſi nullus ſit uſus, carnis leproſæ. *Bachov. in*
*Tr. v.2. d.2. th.12. in pr. & Franzk. d. l. n.35.*

## ad L. Etiam in fundo. 49.

### *SUMMARIA.*

*In rebus inanimatis quoque locum habet actio Ædilitia. n.* 1.
*Ut & in mobilibus venditis.* 2.

1 ETiam in aliis rebus inanimatis, v. gr. fundo peſtilen-
tes herbas habente, datur actio Ædilitia. *hic & L.*
*63. h.t.* Et ſervitus fundi & quaſi defectus, & ſic vitium
fundi, & hæc etiam in hanc actionem venit *Franzk. h.t.*
*n.29. & ſ. Zoeſ. n.2. Bachov. in Tr. th.1. lit. D. Surdus deciſ.*
*145. n 7. & dec. 165. n. 5. Boer. dec. 46. n. 3. Caball. de*
*ædil. act. c.1. n.5. Aug. Barb. ad L.4. C. h.t. Balthaſ. tit.6.*
2 *res. Bav. 4. c. 2.* Imo etiam in mobilibus Ædilitia actio
obtinet. *Scac. de commerc. §.7. gl.2. n.74. & ſeq.*

## ad L. Cum mancipium. 51.

### *SUMMARIUM.*

*Si Dominus ſciat vitium, ſervus vero, qui emit, ignoret, an locus huic actioni?*

QUando ſervus emit ignarus, Domino ſciente, igno-rantia ſervi parit actionem, niſi mandato emerit Domini; Aliud in procuratore. *vid. Bachov. d. diſp.2. th. 3. lit. C. Wiſſenbach. d. d.41. th.6.*

## ad L. Cum 6. menſes. 55.

### *SUMMARIA.*

*In vitio latente quando currat tempus præſcriptionis. n.1.*
*An non venditor lapſo tempore teneatur damnum ſarcire emptori in foro conſcientiæ.* 2.

SI latens vitium eſt, tempus præſcriptionis currit a 1
die ſcientiæ, modo non ſit ignorantia ſupina. *Moli-*
*na d. diſp.353. n 5 & Caball. d. c.2. n.32. Gomez. t.2. re-*
*ſol. c.2. n.48.* Autor *in C. h. t. ad L 2. n.2 & 3.* Sed quæ- 2
ritur, ſi comperto vitio, tamen ultra 6. menſes taceat
emptor, an in conſcientiæ foro venditor teneatur ſatis-
facere emptori, ut vel rem recipiat reſtituto pretio vel
de pretio aliquid minuat? *Et reſp.* quamvis in foro ex-
terno hic mala fides non impediat præſcriptionem; ſecus
tamen eſſe in foro conſcientiæ. *Molina d. l.*

## ad L. Quæro. 58. §. *ult.*

### *SUMMARIA.*

*Uni teſti quando creditur. n. 1. & 4.*
*Nuncio jurato creditur.* 2.
*Uni teſti non creditur, ſi grave præjudicium alterius.* 3.

EX hoc Dd. probant, uni teſti credi, quando de pro- 1
prio facto deponit, concurrentibus aliis indiciis.
*Caſtr. in L. Quicunque 4. C. de Serv. fugitiv. Crotus in*
*tr. de teſt. part.6. n.2. Menoch. lib 2. A. Q. caſ.99. n.17.*
*Maſcard. de probat. concl.1223. n.10. Farin. q.63 n.221.*
Et ſic nuncio jurato de proprio facto teſtanti creditur. 2
*Mevius p. 4. dec. 269.* Sed hujus ultimi ratio eſt, quod
regulariter hoc teſtimonium non valde præjudicet alteri.
Secus eſſe videtur, ſi in grave præjudicium tertii vergat 3
depoſitio teſtis de proprio facto; nam hic agitur de de-
licto ipſius ſervi, quod per conſequentiam præjudicat
Domino. Ex *Cephalo, Farin. d. l. n 223. & conferatur*
*Cephalus conſ.438. n.56.* quod conſilium forte voluit al-
legare, ſed in numero erravit; ubi regulam illam *ex hoc* 1
*textu* collectam reſtringit, quando principaliter agitur
contra ipſum deponentem, & ipſa depoſitio per conſe-
quentiam tangit tertium. Ideoque arbitraria eſt quæſtio, 4
an uni teſti de proprio facto teſtanti credendum? Con-
ſideranda eſt perſona teſtis, conſiderandum, an depoſitio
ipſi teſti noceat; an etiam irreparabile damnum alteri
per illud teſtimonium inferatur, an materia ſit crimina-
lis, vel civilis, & an gravis ſit &c. Autor *ad L.9. n.7.*
*C. de Teſtib.* Sane ſi de commodo agatur, non creditur
ipſi. vid. *Menoch. d. l.*

## ad L. Facta redhibitione. 60.

### *SUMMARIA.*

*Re non amplius integra, redhibitoria actio ceſſat. n.* 1.
*Declaratur exemplo emptoris ultra dimidium læſi, qui tamen rem emptam jam in tertium tranſtulit.* 2.

OMnia in priſtinum ſtatum revocanda, facta redhi- 1
bitione; ergo quando res non eſt integra, non po-
teſt redhibitoria actio inſtitui, nam v. gr. emptor ſi rem
alienavit, non habebit hanc actionem. Sic emptor qui in 2
pretio læſus eſt ultra dimidium, etiamſi rem vendidiſſet
longe minori pretio, non aget *l.2. C. de Reſc. vendit.* quia
venditori competit electio, utrum rem recipere, an vero
pretium augere velit, quæ eligendi facultas adempta per
ulteriorem venditionem, ſed actio quanti minoris locum
habet, ut judicatum refert *Dn. Mev. p.3. dec.* 192.

## ad L. Quoties. 61.

### *SUMMARIA.*

*Servitute in fundo reperta, datur actio quanti minoris. num.* 1.
*Venditor ſervitutes cognitas ſignificare tenetur.* 2.

Quan-

1 QUando ſervitus in ſundo apparet, datur actio quanti minoris. Hoc *Duarenus ad l.38. §. ſi forte de V. O. & Donell. c. 6. de Evict.* teſtringunt ad caſum, quando ut optimus maximus venditus; quos reprehendit *Cuja. ad d.l.38.* & cum eo *Franzk. ad tit. de act. empt. cap. 7. n.129.* Dn. Autor *ad ff. tit. de Act. Empti ad L.21. n.6.*
2 Nam omnino tenetur venditor, (licet proteſtatus fuerit, ſe nolle teneri de ſervitute) bona fide ſervitutes cognitas ſignificare. *l.21. §.1. ſeq. de act. empt. Franzkius h.t. n.129. & ſeq.* & ita judicatum etiam refert *Dn. Mev. p. 3. dict. dec. 192.*

## ad L. Ad res donatas. 62.

*SUMMARIA.*

*Donator quando teneatur actione ædilitia. n. 1.*
*Donator de dolo tenetur. 2.*

1 DOnator non poteſt conveniri actione Ædilitia ex liberalitate ſua. *Caball. d. c. 2. n. 6. Balth. d. l. n. 6.* Autor *ad L.2. n.78. C. Evict.* ſi tamen donatio inceperit a promiſſione, tunc putant dari hanc actionem. *Cepalla ad h. t. n.7. Trentac. d. reſ.11. Zoeſ. n.10.* De dolo tamen
2 tenetur cavere. *hic in fine Franzk. h.t. n.47. de Evict.* an vero donator, ſi rem alienam dederit, teneatur, vid. *l. Ariſto.18. §. fin. ff. de donat. & ibi notata.* Dni. Autoris *n.1.*

## ad L. Sciendum eſt. 63.

*SUMMARIA.*

*Conductori Ædilitia actio non datur. n. 1.*
*Re vitioſa vendita vel locata, penes emptorem vel conductorem eſt, rem retinere. 2.*

1 COnductor non habet actionem redhibitoriam ob vitium, quia Ædiles non dederunt, ſorte rati, ſufficere actionem locati conducti, ſi ob vitium re commode uti non poſſit. *arg. l.33. de damno infecta. l. 27. ff. locat. Bachovius in Tr. v.2. d.2. theſ. 1. lit. B. Franzk. h.t. 45. Wiſſenbach. diſp.41. theſ.7. & quos hic citat,* quamvis ſit magna ratio producendi hoc Edictum ad locationem.
2 *Cujac. l.12. obſ.38. quem refert Zoeſ. n.10.* Quemadmodum vero, ſi emptor velit retinere morbidum pecus, hoc ei integrum: ita ſi quis conduxerit opilionem, & ejus oves morbo inficiantur, conductori volenti eas præſtare debet opilio, nec hic contractum a ſua parte retractare poteſt. *Dn. Mevius p. 2. dec. 380.*

---

# TITULUS II.

## *De Evictionibus & duplæ ſtipulatione.*

## ad L. Sive tota res. 1.

*SUMMARIA.*

*Evictio quid ſit. 1.*
*Evictio in quibus actibus locum habeat. 2.*
*An in donatione obtineat. 3.*
*Pars rei quomodo evinci poſſit. 4.*

1 EVictio eſt rei venditæ, vel quaſi, per judicem facta oblatio. *Weſenb. in ff. h. t. n. 1. Caball. in tr. de Evict. §.1.* & ex hac evictione duplex actio, Empti, & ex ſti-
2 pulatu. *Weſenb. d.l. n.2.* Et locum habet in emptione principaliter; poſtea in datione in ſolutum. *l.4. C. h.t.* permutatione *l.29. C. h.t.* diviſione *l.66. §. ult. h.t.* in tranſactione, ſi res alia pro ea, quæ in litem deducta, data ſit. *l. 33. C.*
3 *de Tranſact.* Locatione. *l. 9. ff. Locat.* non vero in donatione, per *l. Ariſto. 18. ff. de donat.* niſi quæ ſub modo, vel ob remunerationem facta. Locum etiam habet in donatione dotis. vid. *Franckius de Evict. p. 1. memb. 2. a n. 188. & multis ſeq. & n.333. & ſeq. Struv. th.17. Zoeſ. n.13. & ſeq.* Autor *ad L. 2. n. 1. 2. & 10. C. h. t.* Poteſt autem 4
evinci vel totum vel pars, & quidem hæc vel pro indiviſo, ut ſi media vel tertia pars evincatur rei; vel pro diviſo, ut ſi certus locus evincatur, & hoc caſu habenda eſt ratio bonitatis loci, an ille locus aliis fuerit pretioſior, quod exemplo declaratur in *l. Qui fundum. 45. h.t.* ubi fundus ſub modo certorum jugerum venditus eſt, & quædam jugera ad alium ſpectant. *Petr. Greg. lib. 21. Syntagm. cap.22. n. 6. Perez. in C. h.t. n.18.*

## ad L. Si dupla. 2.

*SUMMARIUM.*

*De duplo repromittere nolens in duplum tenetur.*

IN pretioſis rebus ſolebat duplum repromitti, ſed ſi venditor in duplum cavere noluit, quæritur, an in duplum conveniendus ſit? Aff. Ratio in *l. 13. §. 20. tit. præced.* Sed hodie rarus, vel nullus hujus cautionis duplæ uſus.

## ad L. Illud quæritur. 4. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Tutor finito officio non tenetur de evictione, ob res pupillares venditas. n. 1.*
*Sed quid ſi pretium integrum rationibus non intulerit. 2.*

TUtor finito officio non tenetur de evictione, ſi in caſu permiſſo & ſine fraude vendiderit, cum ſit officium neceſſarium, & autoritate publicum. *l. ſi non ſubſcripſiſti. C. de Adm. tut. Montanus de Tut. cap.31. effectu 5. n.4. Guttierez. de Tut. p.2. c 13. n.1. Cujac. ad h. §. tom.4. ad lib.2. Reſp. Papin. p.865.* Autor *ad L.15. n.6. C. de Adminiſtr. tut.* Sed quid ſi non intulerit rationibus 2
pupilli pretium totum? Reſp. eatenus contra tutorem agetur; quo non exiſtente idoneo, agetur contra pupillum in ſolidum. Nam ſi contrahendo vel agendo, committat culpam tutor, tunc præjudicat pupillo, non ſi delinquendo, per tradita *Cagnoli ad l. un. §. ſi procurator. n.39. & ſeq. ſi quis jus dicenti, &c.*

## ad L. Si fundus. 6.

*SUMMARIA.*

*Propter conſuetudinem loci venditor ad evictionem compelli poteſt. n. 1.*
*Quod limitatur. 2.*
*In contractibus conſuetudo loci attendenda. 3.*
*Quem locum judex in ordine Proceſſus & meritis cauſæ obſervare debeat. 4.*
*Statutum circa ſolennitates teſtamenti extenditur extra territorium. 5.*
*Pœna an ſecundum locum delicti, an deprehenſionis infligenda. 6.*
*Locus contractus non attenditur in his, quæ per negligentiam ex poſt facto oriuntur. 7.*
*Sicut nec in repetitione dotis. 8.*
*Si quæſtio de foro competente, non locus contractus, ſed ſolutionis attenditur. 9.*
*Si de moneta genere diſputetur, locus contractus attenditur. 10.*
*Forma actus ex loco contractus, ſed forma executionis ex loco ſolutionis æſtimanda. 11.*
*Verba interpretanda ſecundum locum contractus. 12.*

PRopter conſuetudinem loci poteſt venditor compelli, ut pro evictione, licet non immineat, te- 1
neatur præſtare fidejuſſorem *Caball. d. tr. de Evict. §. 2. n. 15.* Autor *ad L.3. n.2. C. h. t.* Sed ea conſuetudo 2
in dubio intelligenda, niſi venditor ſit dives & poſſeſſionatus. *Afflictus decis.171. in fin. Dn. Mevius p. 4. deciſ. n.7.* Et *ex hac L.* colligunt Dd. regulam; Con- 3
ſuetudinem loci contractus in deciſionibus cauſarum atten-

attendendam eſſe. Gal. lib. 2. obſ. 8. in fin. & 123. num. 2.
Rol. à Valle vol. 4. conſ. 13. num. 3. & vol. 3. conſ. 100.
Lud. Molina de juſt. & Jure tr. 2. diſp. 260. Mynſ. c. 4.
obſ. 82. & cent. 5. obſ. 19. & ſeq. Carpzov. part. 2. conſt.
15. def. 6. num. 8. Rota Genuenſis deciſ. 38. num. 4. Col.
de Proceſſ. execut. p. 2. cap. 1. nu. 72. & ſeq. Dn. Autor
in C. tit. de Emancipat. liber. ad L. 1. n. 4. Quia ad eam
conſuetudinem, tanquam proximiorem, & magis de
mente contrahentium cenſetur habita ratio, Pinellus ad
4 Rubr. de Bonis mat. p. 1. nu. 37. Nam quantum attinet
ordinem judicii, ſequitur judex ſui ordinem judicii,
ſed in meritis cauſæ, & hac decidenda, ſequitur locum
contractus. Odd. de Reſt. q. 32. art. 14. n. 118 ubi ad
5 reſtitutionem hoc accommodat. Concludunt etiam
Dd. ex hoc textu, ſtatutum diſponens circa ſolennitates
Teſtamenti, extendere ſe etiam extra territorium, ita
ut hæres ſuccedere poſſit in omnibus bonis, ubicunque
ſitis & in univerſum jus defuncti, quia quoad ſolenni-
tates, attenditur conſuetudo loci, in quo negotium
geſtum eſt. Gail. d. obſ. 123 num. 1. & 2. Mynſ. cent. 5.
obſ. 20. num. 4. qui ambo teſtantur de communi; quod
ampliant licet forenſis ſit teſtatus Carpz. p 3. Juriſpr.
conſt. 6. def. pen. Joh. à Sande l. 4. deciſ. Friſ. tit. 1. def. 14.
Hinc ſolennitas loci contractus attendenda, cum reſpi-
6 ciat formam contractus. Barb. nu. 74. Et gabella ſol-
venda eſt in loco contractus. Barb. nu. 77. & ſeqq. Hu-
jus etiam legis argumento dici poſſet, ſi aliquis extra
locum delicti deprehenderetur, & ibi puniendus ſit,
quod ſit ea ipſi pœna imponenda, quæ in loco delicti
per ſtatutum introducta. Zaſ. ad tit. de pœnis num. 38.
Hinc Carpzov. alicubi decidit; Si quis in Electoratu
Saxoniæ adulterium ſimplex cum ſoluta commiſiſſet,
tunc alibi ſi deprehendatur, poſſe ei infligi capitalem
pœnam in Electoratu Saxoniæ dictatam, licet in loco
judicii, ubi in eum inquiritur, pœna illa non ſit re-
cepta. Vid. Carpz. pract. crimin. p. 1. quæſt. 54. nu. 55.
7 Limitatur tamen regula hujus, textus, quod non habet
locum in his, quæ oriuntur ex poſt facto propter ne-
gligentiam, & tunc attenditur locus deſtinatæ ſolu-
tionis. Rol. à Valle d. conſ. 100. Aliter Roſenth. de feud.
8 cap. 1. concl. 14. num. 8. & ſeq. Quando etiam agitur,
de reſtitutione dotis vel ejus repetitione, tunc itidem
attenditur conſuetudo loci domicilii mariti. l. Exige-
re. 65. de judic. Maſcard. de gen. ſtat. interpr. concl. 7.
9 num. 4. Quando enim quæritur de foro competente,
tunc non attenditur locus, ubi celebratus contractus,
ſed locus deſtinatæ ſolutionis, ſi hic expreſſus. Petr.
Barboſa in l. heres abſens. 19. §. proinde. nu. 57. & ſeqq.
10 Sed quoad omnes alios effectus, attenditur potius lo-
cus, in quo contractus celebratus, v. gr. quando mone-
tæ genus dubium, locus celebrati contractus attendi-
11 tur, per hanc legem. Barboſa hic nu. 61. ubi n. 63. & ſeq.
rationes dubitandi reſolvit. Et porro diſtinguit nu. 69.
aut quærimus de forma & ſolennitate actus, & tunc
attenditur locus contractus, aut quærimus de reſpicien-
tibus executionem actus, & reſpiciendus locus, in
quem deſtinata ſolutio, & de hoc caſu intelligit l. exi-
gere. 65. de judic. confer. tamen Cagnolum ad l. exigere,
12 n. 7. Hinc verba interpretanda ſecundum locum contra-
ctus. Barboſ. d. l. n. 73. Autor ad L. 17. n. 4. C. de Fide
inſtrum.

## ad L. Venditor. 8.

### SUMMARIUM.

*Venditor ad intereſſe etiam extrinſecum tenetur, ſed non ultra duplum.*

VEnditor tenetur ad intereſſe, etiam extrinſecum,
v. gr. quæ per ſervum venditum adquiri potue-
runt, & non tam remota ſunt ab ipſo, ſervo empto,
neque tam externa, aut longe petita, quia merito
eorum quoque conſideratio haberi debet. Franzk. ad
h. t. numer. 834. Quod tamen duplum excedere ne-

quit. l. 43. in fin. cum l. 5. ff. de Act. empt. & l. un. C. de
ſentent. quæ pro eo, quod intereſt. Zaſ. hic num. 7.

## ad L. Lucius. 11.

### SUMMARIA.

*Re à Principe ablata, non tenetur de evictione venditor num. 1.*
*Quod limitatur. 2.*
*Venditor ob novas collectas non tenetur. 3.*
*Bonis exulum venditis, ſed ob pacem reſtitutis, de evictione non tenetur venditor. 4.*
*Pecunia depoſita à Principe ablata, periculum ejus eſt, qui in mora fuit. 5.*
*Princeps quando jus alterius tollere poſſit. 6.*
*Re ex natura ſua evicta, non datur de evictione actio. 7.*
*Quid ſi per retractum conventionalem res evincatur. n. 8.*
*Quid ſi res fideicommiſſo conditionali obnoxia. 9.*

1 CUm res emtori à Principe aufertur, hic caſus à
venditore non eſt præſtandus, quia futuri caſus
evictionis poſt contractum emptionis ad venditorem
non pertinent. Roll. à Valle conſ. 45. n. 3. & ſeq. vol. 3.
Nam venditor non tenetur de ea evictione, quæ fit ex
plenitudine poteſtatis, quæ ſemper videtur excepta.
Berlich. p. 1. d. 130. ubi loquitur de permutato campo,
ubi Elector Saxon. Sereniſſimus jus venandi ſequeſtra-
2 verat; Secus autem, ſi Princeps auferat via juris & per
modum proceſſus. Berlich. d. l. nu. 11. Ex hac lege pro-
3 bat Carpz. p. 2. conſt. 34. def. 19. ob novæ collectæ im-
poſitionem, venditorem non teneri ad evictionem præ-
ſtandam, nec venditor unquam ſe videtur obligare ad
præſtandam violentiam. Caball. §. 5. num. 22. Fro. de-
ciſ. 12. pr. imo ob conſuetas collectas, licet earum in
contractu nulla facta fuerit mentio, emptor ad evi-
ctionem non agit. Franzk. ad tit. de act. n. 149. Dn.
4 Struv. th. 24. Porro colligunt quando bona exulum
vendita, & per conditiones pacis bona reſtituuntur,
quod tunc venditores ad evictionem non teneantur,
quia hic eventus eſt improviſus, & ſic judicatum re-
fert Sande l. 2. t. 4. def. 5. & immunitas promiſſa tem-
pore pacis, ad tempus belli ab emtore trahi nequit, ita
5 deciſum ſæpius. Colligunt etiam ex h. l. ſi pecunia de-
poſita à Principe ablata, periculum eſſe ejus, qui in
mora fuit, ut ſi creditor liquidam reddere ſummam
tergiverſatus ſit; ita deciſum in Trib. Wiſmar. Dn. Mev.
6 p. 3. deciſ. 15. Colligunt etiam, Principem ob utilitatem
publicam poſſe jura alterius tollere, ſi modo reſtitutio
fiat, & juſtitia divina non lædatur. Zaſ. l. 2. conſ. 10.
n. 8. de quo Carpz. dec. 4. ubi de Monopolio, & dec.
51. Ricc. Col. lect. dec. 407. & Petr Ant. de Petra in cele-
bri tract. de poteſtate Principis. Carpzov. l. 2. Juriſpr.
Eccleſ. def. 288. & ceſſante cauſa debet res ablata reſti-
7 tui. Tiraq. in tr. ceſſante cauſa p. 1. nu. 20. Colligunt
etiam, ſi ex natura ſua res evincatur, v. gr. ex retractu
gentilitio, non dari regreſſum. Zaſ. num. 12. Wiſſen-
bach. th. 17. Tiraqu. de Retr. p. 1. §. 1. gl. 9. num. 34. &
55. Gomez. d. c. 2. n. 40. Caball. §. 5. n. 33. Morquecht.
de diviſ. bon. c. 8. n. 9. Menoch. conſ. 87. n. 78. Balth. d.
t. 8. reſ. 6. num. 5. & ſeqq. Frank. h. t. nu. 284. & quos
recenſet. Dn. Mev. p. 5. deciſ. 313. & Berlich. d. deciſ. 124.
n. 4. & ſic reſponſum menſe Julio anno 1660. à Facul-
8 tate noſtra. Sed aliud in retractu conventionali; nam
ei cauſam dedit venditor, & ſic ex facto venditoris res
evicta, non ex natura vel ſtatuto. Dn. Mev. d. dec. 313.
9 Quod de retractu gentilitio dixi, idem locum habet,
quando res ſuppoſita fideicommiſſo conditionali. l. fin.
§. ult. C. communia de legat. Trentacinq. l. 3. t. de empt.
reſol. 13. Franzk. h. t. n. 301. & ſeq.

## ad L. Quidam ex parte dimidia. 12.

### SUMMARIUM.

*Qui ex contractu pretium percepit, in eum conſenſiſſe videtur.*

PExceptio pretil aignit, quod percipiens coosenſu ſuo conttactum roboravit. *Menoch lib.* 3. *praſ.* 75. *Socinus Jun. conſ.* 84. *num.* 23. *lib.* 2. *Carpz. p.* 2. *conſt.* 11. *def.* 31. *n.* 6. *Barb. Locupl. l.* 14. *c.* 76. *ax.* 1. Ex quo infert *Bart. hic* præſentiam ſolam non arguere conſenſum, ſed perceptionem pretii.

## ad L. Vindicantem. 17.

### *SVMMARIA.*

*Qui de evictione obligatur, ipſe rem evincere non poteſt. num.* 1.
*An heres venditoris proprio jure evincere poſſit.* 2.
*Quid ſi venditer alieno nomine rem evineat.* 3.
*Quæ ex hoc textu colligantur.* 4. 5.

1 QUem de evictione tenet actio, eum agentem
multo magis repellit exceptio. *Cephalus conſ.*
308. *num.* 16. *v.* 3. *& conſ.* 326. *n.* 15. *Don. lib.* 20. *c.* 2. *lit.*
2 *L. Caball. d. tr.* §. 5. *nu.* 2. Autor *in C. tit. de reb. alien.*
*non alien. ad L.* 3. *nu.* 2. Quam regulam quatoot modis
reſtiingit. *Dn. Mev. p.* 3. *deciſ.* 348. *n.* 5. *Tiraq. de re-*
*tract. conſangu.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 37. Autor *ad L.* 11. *n.* 1. *ſeqq.*
*C. h. t.* nbi habet exceptionem, niſi hæres proprio ju-
re veniat, à qua tamen reſtrictione cavendum eſſe, di-
eit rectius *Pinellus ad l.* 1. *C. de Bon. mat. p.* 3. *nu.* 82.
nbi *Tiraquellum* allegat, licet alio loco, & dicit, hæ-
redem indiſtincte repelli. *Petr. Barb. p.* 5. *l.* 1. *ff. ſol.*
*matr. num.* 20. ubi habet exceptionem, niſi quis in
3 ntilitatem tertii agat. Sic patet, qui ſuo nomine vendi-
dit, eam tem nomine filii, ot bonorum ejus admini-
ſtrator vindicare poteſt. *Pinell. ad l.* 1. *part.* 3. *de Bo-*
*nis mat. num.* 73. eonfer. etiam *Rim. conſ.* 204. *num.* 90.
nbi limitat regulam, niſi evictio fiat ex facto actoria,
vel autoris, quæ prima limitatio *Caballini eſt. & Rol.*
*à Valle lib.* 4. *conſ.* 51. *num.* 19. *Cravetta conſ.* 378. *nu.* 3.
ubi id excipienti opponi poſſe, tradit. *Ex hac* autem
*lege* probat *Dn. Mev. p.* 2. *dec.* 184. quando creditor
4 oppignoratum feudum cedit debitoris ſuceeſſori feu-
dali, & hic ſolutionem promittat, qund hic non poſſit
ſe excuſare à ſolutione, licet creditores pateroi præ-
eedant cedentem. Et quod Senatus contractum non
poſſit impugnare, ex eo capite, qund ſine conſenſu
5 eivium fuerit initus. *Dn. Mev. d. dec.* 304. ſiquidem
Senatus ſuam turpimdinem allegat, & non debuiſſet
locare ſine conſenſu civium, conſ. *notata* Dni. Auto-
ris *ad l.* 11. 13. 14. 25. *& ult. C. h. t. conf. not.* Dni. Au-
toris *ad l.* 7. §. 1. *de compenſ.*

## ad L. Si pro re. 22. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Funde in dotem dato evicto, uxor ſtatim agere poteſt. n.* 1.
*Quilibet, qui ſibi jus in re reſervavit, ob intereſſe ſuum de evictione agere poteſt.* 2.
*Immediatus autor de evictione conveniendus, non alius.* 3.

1 MUlier emit fundum, & accipit fidejuſſores pro
evictione, poſtea fundum in dotem dat marito,
Titius fundum iſtum vindicat à marito, marito evinci-
tur, quæritur, an ipſius uxor ſtatim ad evictionem præ-
ſtandam agere poſſit? Quod negandum videtur, quia
non ipſi, ſed marito evictus. Affir. vero, quia uxor habet
2 intereſſe. Colligit hinc Gloſſa, quandocunque aliquis
in alium transfert rem aliquam, & ſibi reſervavit ali-
quid juris in ea re, ut hic mulier io dotem dando, to-
ries alterum etiam evicta re agi poſſe propter proprium
intereſſe, & maritus agere poteſt de evictinne præſtan-
da contra autorem, vel ſibi cedat actionem. *Alex.*
*conſ.* 67. *num.* 5. *vol.* 2. *Petr. Barb. in l.* 51. *num.* 17. *ff.*
3 *ſol. matrim.* Collige etiam, onumquemque immedia-
tum ſuum autorem debere convenire ad evictionem
præſtandam, non vero omiſſo medio. *Caball. de Evict.*
§. 3. *num.* 143. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 50. *conf. not.* Dni. Au-
toris *ad l.* 59. *h. t.*

## ad L. Hoc jure utimur. 27.

### *SVMMARIA.*

*Funde evicto ex facto emptoris non datur actio, bene tamen, ſi ex facto venditoris. n.* 1.
*Per retractum conſanguinitatis re evicta, quare non detur actio.* 2.

1 QUando emptori adjodicatur fundus, tunc viden-
dum an ex facto ſuo ſuccnbuerit, ut ſi juramen-
tum detulit, ſi conmmax fuit, & in conmmaciam
ſententia lata? ſi compromiſit in arbitrum. An vero
ex facto venditoris: ut hoc, noo illo caſu detur evi-
ctio. *Balthaſ. d. t.* 8. *reſol.* 7. *n.* 27. *Caballinus de Evict.*
2 §. 5. *n.* 15. Hinc etiam ſequitur, quando ex ſtatuto pro-
ximi cognati poſſunt uti, & utuntur jure retractus
conſanguinitatis, quod tunc emptor non poſſit agere
de evictione, quia retractus inſtituitur ex perſona
emptoris, quia extraneus eſt. Ergo non poteſt ad evi-
ctionem agere emptor, quia ideo cogitur cedere rem,
quia extraneus eſt. *Tiraq. de retr. conſang.* §. 1. *gl.* 9.
*num.* 34.

## ad L. Si rem. 29.

### *SUMMARIA.*

*Pretio ſoluto vero Domino, liberatur emptor. num.* 1.
*Emptor an præciſo vero Domino pretium ſolvere teneatur.* 2.
*Periculo evictionis ab initio imminente, ſtatim peti poteſt cautio.* 3.
*Venditori quando ob evictionem lis denuncianda.* 4. 5. 6.
*Lis non ſaltem denuncianda, ſed & debet requiri venditor, ut adſit.* 7.
*An in inſtantia appellationis fieri poſſit denunciatio, n.* 8.
*Tempus ſententia & concluſionis in cauſa ſibi comparatur.* 9.

1 QUando pretium rei venditæ ſolvo vero Domino,
à venditore petenre pretium liberor. Unde eolli-
gunr, emptorem non teneri ad ſolvendum pretium,
2 quando comperit, rem eſſe alienam. Autor *ad L.* 27.
*n.* 1. *&* 5. C. *h. t.* Sed pretium vero Domino ſolvit. Quod
intelligit *Nevizanus conſ.* 37. *num.* 21. *& ſeq.* quod ini-
quum videatur, venditorem bonæ fidei poſſeſſorem
ſuo jure privare, & emptor ſibi non poſſit mutare cau-
ſam poſſeſſionis. Alios id ſtatuentes refert *Surdus dec.*
3 253. *num.* 16. Sed poſſet mea opinio intelligi de eo caſu,
quando traditio quidem facta à non Domino, ſed
emptor à vero Domino conventus, liberare rem fue-
rit coactus, præſertim, ſi evincentis jura liquida. Sed
qnando ab initio periculum evictionis imminet, poteſt
ante ſolutionem pretii peti fidejuſſor. *l. ſi poſt perfectam*
24. C. *h. t. ubi notata* Dni. Aotoris *n.* 4. *&* 5. de quo
plura *Carpz. p.* 2. *conſ.* 34. *d.* 31. *& ſeq.* *Caball.* §. 5. *nu.*
48. Et hanc cautionem præſtandam eſſe, vult *Caball.*
*d. l.* licet venditor ſit locupletiſſimus, quod ſuo loco
relinquo; ſed an receptum in foro ſit, dubito.
4 *Ad* §. *fin.* Denunciatio ab emptore facienda vendi-
tori, quolibet tempore litis fieri poteſt, modo jus emp-
toris adhuc ſit integrum, & nondum publicata atte-
ſtata; nam publicatis atteſtatis, non daretur facul-
tas, reprobatorios articulos offerendi, & teſtes produ-
eendi. *Covarr. l.* 3. *reſol. c.* 17. *num.* 8. *Carpz. p.* 1.
*conſt.* 3. *def.* 29. *Caball.* §. 3. *n.* 144. *Berlich. p.* 1. *concl.* 24.
*n.* 80. *Zang. de Except. p.* 2. *n.* 7. *Balthaſar d. t.* 8. *reſ.* 3. *n.* 4.
5 *Dn. Struv. th.* 28. Aut. *ad L.* 8. *n.* 10. C. *h. t.* Neceſſe ergo
eſt, ut Autori ſupereſſe poſſit ſpatium legitimum, ad
probationes ſui juris faciendas. *Barboſa ad l. ven-*
*ditor.* 49. *numer.* 86. *de judic.* multo minus denun-
ciatio

ciatin facienda eſt, ſi in canſa concluſum ſit. *Cerſetus
ſing.* 77. Nam publicatis atteſtatis, ſero medicina paratе-
6 tur. *vid. Carpz. in proceſſ. tit. 4. art. 3. n. 15. & ſeqq.* Et
denunciatus de genere litis inſtruendus, miſſo libelli &
citationis exemplo *Covar. d. c. 17. n. 3. Caball. d. §. 3. n.
38. Berlich. p. 1. concl. 24. n. 82. qucs refert Franzk. h. t.
n. 697. Fach. l. 2. c. 55. Guttierez de juram. confirm. p. 1.
7 c. 61. n. 5.* Probant etiam *ex hoc* §. non ſufficere, ſi de-
nuncietur lis, ſed etiam deber requiri, ut adſit & de-
fendat ſe, i. e. emptntem. *Caball. d. tr. §. 3. n. 21. Fach.
in L. 2. c. 35. Molina d. 380. n. 9. Guttierez. d. l. Caldas
de Empt. c. 31. n. 30. Cavall. in ſpec. qu. 585.* Putarem ta-
men, non vitiari denunciationem, ſi hæc requiſitio
deſit, quia illa ob bunc finem ſit. *Covar. L. 3. reſol. c.
17. n. 3. Petr. Barboſ. in L. vendıter. n. 19. ff. ſoluto matr.
Balsh. d. t. reſol. 3. n.* 1. Autor *ad L. 7. n. 1. & ſeqq. C.
h. t.* & poſſent ſimpliciores ſupplantari, ſi ſtatim canſa
8 caderent, quia non fecerunt citari. Sed quæritur, an in
inſtantia appellationis fieri poſſit denunciatio? Quod af-
firmant quidem Dd. ex ea ratione, quia appellatin re-
ducit ſtatum litis ad tempus litis conteſtatæ; id tamen
intelligendum, ſi res ſit integra, & denunciato adhuc
competat facultas articulos proponendi, contrarios in-
tentioni appellati. *Gomez. tom. 2. reſol. c. 2. num. 39.
Monach. in pract. judic. c. 3. n. 4. Petr. Friderus de cau-
ſa contin. L. 3. c. 5. num. 24. & ſeqq. Trentac. L. 3. tit. de
Empt. reſol. 4. n. 4. Lib. 3. var. reſol. c. 17. n.* 8. Colli-
gunt *ex hoc textu*; tempus ſententiæ & concluſionis in
cauſa inter ſe parificari. *Menoch. l. 2. Arb. quaſt. caſu 51.
num. 26.*

## ad L. Si mancipium. 34. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Judicio communi dividundo ſi rem emptam amiſi, an de-
tur de evictione actio. nu. 1.*
*Deciditur affirmative. 2.*
*Non intereſt, quo actionis genere res evincatur. n. 3.*

1 COmmuni div. judicio actum mecum de re empta,
ſuccubui; quæritur, an poſſim contra autorem
agere? Vid. quod non, quia judicium communi divi-
dundo debuit prius inſtitui, quam actum fuit rei vindi-
catione *l. 18. ff. de Except.* Et hic per rei vindicatio-
2 nem non fuit res evicta. Sed reſp. affirmando, quia ex-
ceptio præpoſterationis eſt de apicibus juris, ideo à
me negligi potuit, *per l. ſi fidejuſſori. 29. §. quadam 4.*
3 *ff. Mandati.* Autor *ad L. 2. n. 7. C. Communi dividund.*
Et non eſt neceſſe, ut res per rei vendicationem aufera-
tur; quia nihil intereſt, quo genere actionis evinca-
tur: quæ regula *ex hoc textu.* probatur clariſſime.

## ad L. Evictus. 35.

### *SUMMARIA.*

*Per Servianam actionem avocata poſſeſſione pignoris, ad
quid agatur. n. 1.*
*An denunciatio hic neceſſaria. 2.*

1 QUando per Servianam avocatur poſſeſſin pigno-
ris, datur actio ad evictionem præſtandam, vel
agitur ad intereſſe *l. 30. §. 1. ſupr. de act. Emti.* vel ut li-
bera rea tradatur. *l. 5. C. h. t.* vel ut tanto minoris æſti-
metur. *Carpzov. p. 2. d. conſt. 34. def. 21. Hartm. Piſt.*
2 *p. 3. quaſt. 5. nu. 10. Cacheranus dec. 24.* Sed ſi debitor
creditori ſolverit, ceſſat actio. Denunciatione autem
hic non opus eſſe, quia non tradidit liberam, tradit
*Trentacinq. lib. 3. tit. de Empt. reſol. 4. num. 13. Maran-
ta p. 6. m. 5. num. 2.*

## ad L. Nave 36. & L. Scapham. 44.

### *SUMMARIA.*

*Cœmentis domus evictis, non datur actio. n. 1.*
*Aliud ſi pars integralis. 2.*
*Uſus fori ſubjicitur. 3.*
*Remiges nomine navis non veniunt. 4.*
*Sed quid ſi a Principe triremis donata. 5.*

1 SIngula domus vel navis cœmenta non venduntur,
ideoque illis evictis, ad evictionem ex ſtipulatione
duplæ non agitur, quia non poſſidentur. *L. 23. ff. de*
2 *uſucap.* Parte tamen integrali evicta, v. gr. malo, ad
evictionem agi poteſt actione ex empto, *per l. Scapham
44. h. t. Cald. tr. de Empt. c. 31. n. 52. Bachov. ad Treutl.
v. 2. d. 2. th. 6. lit. D.* ubi diſtinguit inter partes ho-
3 mogeneas & heterogeneas. Hodie in foro non obſer-
vari puto, diſcrimen inter actionem ex ſtipulatu &
actionem ex empto, ratione objecti ſcil. ut adeo non
male quis diceret, etiam heterogenearum partium
4 evictarum nomine agi poſſe. Ex *hac lege Scapha* etiam
colligitur, nec remiges venire nomine navis, cum non
ſit pars navis. Sed quæritur, ſi Princeps donaret trire-
5 mem cum inſtrumentis, ſeu inſtructam, exceptis tan-
tum tormentis ignivomis, an etiam remiges donati vi-
deantur? Et deciſum, quod Principis donatio latiſſi-
me intelligatur. *l. fin. ff. de Conſt.* & alias triremis eſſet
inutilis, refert *Franc. de Clapperiis cauſa 33. qu. un.*

## ad L. Emptori. 37.

### *SUMMARIA.*

*Actio ex ſtipulatu quare in duplum detur. n. 4.*
*Quibus caſibus hic cautio fidejuſſoria ſit neceſſaria. 2.*
*Hodie ſtipulatio dupla non obſervatur. 3.*

1 ACtio ex ſtipulatu, *de qua ſupra*, vel ad ſimplum
dirigitur, vel ad duplum; & hoc quidem ideo,
ut Emptor relevetur ab onere probandi, quod ſua inte-
reſt. *§. ult. Inſt. de V. O.* & locum tantum habet in re-
bus ſoli. *l. 8. C. h. t.* mancipiis & Jumentis *l. 31. §. 20.
tit. praced.* in reliquis rebus, ſi pretioſiores, *Don. lib. 13.*
2 *c. 4. lit.* F. Sed ad hanc ſtipulationem cautio fidejuſſo-
ria requiritur duobus caſibus (1) Si in limine contra-
ctus immineat evictio, *per l. 24. C. h. t.* de quo ſupra
*de periculo & commod. ad l. 18. §. 1.* (2) Quando res
3 pro pecunia in ſolutum datur, juxta practicam *Auth.
hoc niſi debitor. Dn. Struv. h. t. th. 35.* Hodie ſane, ut &
ſupra dixi, ſtipulationes ad duplum non frequentan-
tur, teſtibus iis, quos *ad Rubr. hanc* citat Groenwegen,
teſte etiam Experientia.

## ad L. In creditore. 38.

### *SUMMARIA.*

*Creditor jure ſuo pignus vendens ad quid teneatur. nu-
mer. 1.*
*Limitationes, ubi creditor ad evictionem tenetur, nu-
mer. 2.*
*Pignore à Creditore vendito & evicto, ſi emptor à debito-
re pretium recipere nequeat, an teneatur Creditor. 3.*

1 CReditor, qui Jure ſuo pignus vendidit, de evictio-
ne quidem non tenetur, *per l. 1. & t. t. C. Credit.
evict. pignor. non debere.* ſed tamen contrariam pigno-
ratitiam actionem, quam habet, contra debitorem ce-
dere, & inſtrumenta crediti edere tenetur emptori, &
ita debet probare, ſe creditorem eſſe. *Roder. tr. de cenſi-
bus lib. 2. quaſt. 16. n. 23. Joh. à Sande tr. de ceſſion. c. 9.
n. 4. Franzkius ad tit. de Diſtr. pign. n. 76. & h. t. n. 212.
Dn. Struv. Exerc. 26. th. 45 in fin. Molinaus de uſur. contr.
num. 333. & nu. 336. Heig. p. 2. qu. 6. n. 15. Chriſt. Len-*
2 *zius de nominibus ceſſis cap. 5. membr.* 10. Sed & aliis
caſibus de Evictione tenetur, non tantum ad ceden-
dum, ſed & ſatisfaciendum, ſi promiſit evictionem,
ſi ſciens rem alienam, quæ non debitoris fuit, ven-
didit. *l. 2. C. Creditorem evictionem pignoris &c.* vel

ſi falſus Creditor aut poſterior evincit. *l. 1. C. d. t. Molina de Juſt. & jure tr. 2. d. 538. num. 28. Trentac. tit. de Emptione reſol. ult. confer. not.* Dni. Autoris *n. 3. &*
3 *4. ad d. tit. Cod* Sed quæritur, ſi emptor pretium à debitore conſequi non poſſit, quia ſolvendo non eſt, an teneatur creditor pretium acceptum reſtituere? Quod affirmat *Molina d. l.* cui nondum aſſurgo, quia emtor fidem debitoris videtur ſecutus, non creditoris, & alias creditores hodie præſertim, vix certo diſtraherent.

## ad L. Minor. 39.

### *SUMMARIUM.*

*Minore reſtituto contra tertium, huic non datur regreſſus contra ſecundum, qui à minore emit.*

QVæritur, an tertio poſſeſſori, a quo minor rem venditam per reſtitutionem in integrum evicit, detur actio de Evictione præſtanda, contra ſecundum poſſeſſorem, qui à minore emit? Vid. quod non, cum res non ſit evicta jure communi, ſed ſpeciali. Sed reſp. affirmative, quia officium Prætoris aliis damnoſum eſſe non debet, *Odd. tr. de reſtit. qu. 57. art. 6. num. 50.* Et non intereſt, quacunque actione res evincatur. *l. 34. §. 1. h. t.*

## ad L. Si is qui ſatis. 40.

### *SVMMARIA.*

*Re legata evicta, legatario præſtanda eſt actio contra venditorem. n. 1.*

*Niſi genus legatum, ubi hæres de evictione tenetur. numer. 2.*

LEgatarius ob rem in ſpecie ſibi legatam, non po-
1 teſt præſtationem evictionis petere ab hærede. Sed poteſt tamen petere ab hærede, ut præſtet ſibi actionem, quam defunctus habuit contra venditorem vel autorem *l. 59. h. t.* Aliud autem, ſi res in genere lega-
2 ta, & hæres rem evincibilem ſeu alienam ſolverit, ubi etiam ante evictionem agere poteſt, & ante judicium acceptum denunciare debet. *l. 29. §. pen. de Leg. 3. conf. Dn. Struv. th. 17.*

## ad L. Si ei. 41. §. 2.

LIcet Emptor, cui de evictione cautum, venditori, vel hic illi ſuccedat, non tamen fidejuſſor liberatur; quia minor hæreditas devenit, quod bene explicat *Zanger. de Except. p. 3. c. 9. nu. 7. & ſeqq. Franzk. h. t. nu.* 280.

## ad L. Vaccæ. 43.

### *SUMMARIA.*

*Ob uſumfructum evictum, de evictione agitur. num. 1.*

*Idem ſi jus Emphyteuticum evictum. 2.*

1 QUando uſusfructus evincitur, omnino agitur ad evictionem præſtandam, quia pars dominii eſt *hic & l. 49. h. t. Donell. l. 9. c. 9. poſt. lit. C.* Idem ſi alius habeat Jus emphyt. vel ſuperficiei. *Struv. h. t. th. 20. Wiſſenbach. diſp. 41. th. 16.* Franzk. *h. t. num. 87. &*
2 *ſeqq.*

## ad L. Qui fundum. 44.

### *SUMMARIA.*

*Finibus amplioribus demonſtratis, ſi quid evictum, hæc actio competit. n. 1.*

*Si ſub numero certo quid venditum, & poſtea plus demonſtratum, potius demonſtratio attendenda. 2.*

*Limitatur, niſi probabilis error commiſſus. 3.*

1 VEnditor titulo venditionis tradidit mihi emptori fundum centum jugerum, & monſtravit fines ampliores, quod ſi autem ex finibus demonſtratis quid evincatur, licet in reſiduo maneant centum jugera, illa
2 pars evicta mihi debet præſtari. Hinc concluditur; licet venditor expreſſo corpore prius exprimat numerum, & poſtea fines, quod non debeat attendi numerus jugerum, ſed omne id, quod intra confines eſſe dicitur. *Paul. Pariſius vol. 1. conſ. 64. num. 42.* ubi id in facto contigiſſe ex *Fulgoſio* refert, & generaliter intelligendum eſſe probat *nu. 43. & ſeq.* Et numerus vide-
3 tur demonſtrationis, non taxationis cauſa expreſſus. Sed putarem, ſi in finibus demonſtrandis probabilem errorem commiſerit, & antequam fines demonſtraret, de pretio fuerit conventum, temperandum rigorem *hujus legis*; nam tunc in promittendo pretio non ad fines in futurum demonſtrandos, ſed ad numerum jugerum reſpexiſſe. Aut. *ad L. 10. n. 1. ſeqq. C. h. t.*

## ad L. Cum fundus. 48.

### *SVMMARIVM.*

*In evictione intereſſe particulare cum totali confunditur.*

FUndo, ut optimus maximus eſt, vendito, i. e. libero ab omni onere, ſi ſervitus reperiatur, experior actione quanti minoris, per *l. 61. t. præc.* Deinde totus fundus eſt evictus & ex ſtipulatione ad duplum ago, hoc caſu debeo deducere, quod per priorem actionem percepi, & ſic intereſſe particulare cum totali confunditur.

## ad L. Si per imprudentiam. 51.

### *SVMMARIA.*

*Emtor per imperitiam Judicis condemnatus, non agit de evictione. n. 1.*

*Fidejuſſor per imperitiam condemnatus, habet regreſſum. 2.*

*Emptor litis injuſte motæ expenſas à venditore repetere nequit. 3.*

*Pactum de evictione præſtanda quomodocunque evincatur, intelligendum ſaltem de evictione legitima. 4.*

1 SI per imperitiam Judicum emtor ſit condemnatus, non datur actio de Evictione contra venditorem, Autor *ad L. 1. n. 3. C. de Rer. permut.* quia injuria hæc emptori illata, non debet venditorem contingere; licet aliud ſit in fidejuſſore, qui, etiamſi injuria Judicis
2 condemnatus ſit, tamen regreſſum contra Principalem habet, modo culpa ſua injuſtæ condemnationi cauſam non dederit. *l. 67. de fidejuſſ. Covarr. l. 3. reſ. c. 17. n. 10. Gomez. dict. c. 2. nu. 39. Caball. in §. 2. nu. 6. & Menoch. conſ. 361. nu. 1. Bach. v. 2. d. 2. th. 5. in fine.*
3 Dn. Aut. *in C. t. de Action. Emt. ad L. ult. n. 2.* Ex argumento verborum finalium recte concluditur; ſi emtori moveatur lis, & obtinuerit, quod intereſſe ratione expenſarum non poſſit petere à venditore, quia per injuriam mota lis, nec impedire potuit venditor, ne emptor per calumniam vexetur. *l. 18. C. h. t. Perez. in C. n. 31. Zæſ. hic n. 27. Dn. Struv. Ex. 27. th.* 18. Sed expenſas, quas venditor impendit in defendendo emptore ſibi imputabit *arg. l. ſuo victu 18. ff. de operis libert. Caball. §. 3. n. 146 Gomez. c. 2. num. 47. Molin. diſp. 380. in fine* Fachin. *l. 2. c. 39.* Autor *ad L. 18. n. 3. 4. C. h. t.* Et licet conventum, ut quomodocunque res evinceretur, id tamen de juridica evictione eſt intelligen-
4 dum; Nec præſtanda igitur *evictio*, ſi per Judicem extrajudicialiter, vel per Principem dejiciatur, niſi hoc expreſſe actum. *Caball. d. tr. §. 5. num. 22. & 45.* niſi ſpecialiter ad hunc caſum ſe obligaverit venditor *Bocr. dec. 67. nu. 2. Caball. d. §. 5. n. 45. Coll. Arg. hic th. 9. n. 22.* Autor *in C. tit. de act. Emt. ad L. ult. n 1.*

Exceptio

Exceptio hujus legis habetur in *l. 2. §. 6. ff. de Adminiſtr. rerum ad civit. pertin. ubi notavi.*

## ad L. Si fundo. 53. pr.

### SVMMARIA.

*Parte pro diviſo evicta, pretium ſaltem partis evictæ attendendum. num. 1.*
*In ſtipulatione dupla non bonitas ſed pretium attenditur. 2.*
*Emptor litem non denuncians, non habet regreſſum. 3.*
*Limitationes proponuntur. 4.*
*An ſi juſtam evincendi cauſam habeat actor, quæ tamen ab initio litis non appareat, Emptor litem non denunciando excuſetur. 5.*
*In feudi revocatione lis denunciari poteſt. 6.*
*Denunciatio judicialis eſſe debet. 7.*
*Venditor auctorem nominando, lite non liberatur 8.*

1 LImitatur *hic L. 1.* quando enim pars evincitur pro
diviſo, non habenda bonitatis ratio, ſi ſingulis
partibus certum pretium ſit dictum, licet meliores par-
tes ſint evictæ. Collige, in ſtipulatione duplæ non ha-
2 bendam eſſe rationem bonitatis, ſed pretii. *Weſenb. in
ff. h. t. n. 4. Balth. tit. 8. reſol. Bav. reſ. 1. num. 4. vid.
etiam* Caldas *de Empt. c. 13. num. 40.*

*Ad* §. 1. Denunciationem ſi neglexerit Emptor cum
3 poſſit denunciare, non habet regreſſum *Gomez. d. c.
2. num. 39. Molin. tr. 2. diſp. 180. num. 9. Carpzov. p. 1.
Juriſpr. conſt. 3. def. 23. in proc. tit. 4. art. 4. num. 16.*
niſi ſcilicet ootoria iojuſtitia venditoris. *Hipp. de Marſ.
4 in Rubr. de prob. numer. 226. Carpzov. d. t. 4. art. 4.
num. 33. plures citans,* vel ſi hoc manifeſte oon ſtatim
appareat, emptor ſe offerat ad probandum, juſte rem
eſſe evictam, & quod, etſi inſtructus fuiſſet, per ven-
ditorem nihilominus ſuccubuiſſet, quia Jus actoris erat
clarum & irrefragabile, tunc enim ex æquitate datur
actio ex empto. *arg. l. 11. §. 12. de act. empti. Covarr. d.
c. 17. num. 6. Franzk. h. t. n. 667. Anton. Gomez. tom. 2.
c. 2. n. 39. & quos refert. P. Barboſa ad l. venditor 49. ff.
de judic. n. 29. & ſeqq. Struv. h. t. th. 33. Wiſſenbach. hic.
5 th. 29. Carpz. d. art. 4. n. 38.* Sed hoc caſu non aget ad
duplum, ſed ſimplum. *Covarr. d. l. Bach. th. 7. lit.* A.
Quamvis autem *Barb. d. n. 32.* hanc regulam limitet,
niſi tempore litis non erat notorium Jus evinceotis,
ſed ex poſt facto cognitum fuerit, ea tamen limitatio
non placet; oam etſi denunciaſſet, tamen ſuccubuiſſet.
ideoque ſi Emptor ooo expectata ſententia agnoſcat
bonam fidem, & rem reſtituat actori, nulla deoonciatione venditori facta, ſi probet juſtitiam cauſæ actoris,
omnino regreſſum habet, quia cuilibet licitum eſt
agnoſcere bonam fidem, & injuſtam litem non proſequi. *Bachov. hic n. 53.* Et ſic io ſimili non tenetor ap-
pellare, neque appellationem interpoſitam cognita ve-
6 ritate proſequi, niſi res dubia. *Covarr. l. 3. d. reſol. 17.
n. 9. Barb. d. nu. 60. & ſeqq.* Si etiam feudum cum
conſenſu Domini & proximorum agnatorum alienatum, litis denuntiatione opus eſt, ſi reliqui agnati il-
7 lud revocare veliot. *Berlich. dec. 124.* Sed quæritur,
qualis debeat eſſe denunciatio? Reſp. Judicialis, non
vero per privatas literas, ut pluribus evincit *Carpzov.
8 p. 3. dec. 211.* Et ſi plures fiant denuntiationes, v. gr.
denunciat emptor ſuo venditori, hic rurſus ſuo autori,
intermedium ex lite non eſſe dimittendum tradit *Carpz.
d. l. 3. dec. 112.*

## ad L. Qui alienam. 54.

SI ante tempus litis mutæ res vendita præſcripta,
non tenetur venditor ad evictionem præſtandam.
*Menoch. conſ. 361. num. 4. Klock. conſ. 55. nu. 43. vol. 2.*

## ad L. Si ideo. 55.

### SVMMARIA.

*Abſens ob abſentiam, non ob cauſæ merita condemnatus videtur. 1.*
*Quid ſi venditor faciat, ne ad ſe deveniat denunciatio. 2.*
*Venditori præſenti quoque denunciandum. 3.*
*Emptori denuncianti non opus eſt petere, ut venditor ſe defendat. 4.*
*An denunciatio neceſſaria, ſi venditor jurato evictionem promiſerit. 5.*

1 SI quis abſens condemnatus, potius ob abſentiam,
quam ob cauſæ merita videtur condemnatus *Mat-
theſil. ſing. 25. num. 4.* vid. *not.* Dni. Autoris *ſupr. l. 17.
§. 1. de inoff. Teſtam.* Autor *ad L. ult. nu. 1. C. de Requir.
2 reis.* Sed ſi venditor vel autor faciat, quo minus ad ſe
pervenire poſſit denunciatio, tenetur non minus, ac ſi
denunciatum ipſi eſſet. *Caball. d. tr. §. 3. n. 98. Franzk.
h. t. nu. 678.* quamvis denunciationem ad domum, vel
ſi ignoretur ubi ſit, per edictum fieri poſſe, recte tra-
dat *Caball. d. l.*

3 *Ad §. fin.* Etiamſi venditor ſciat, litem emptori eſſe
motam, imo præſens ſit in Judicio, tamen ipſi lis de-
nuncianda eſt, & ipſe monendus, ut emptorem de-
fendat in Judicio. *Caball. §. 3. n. 4. & ſeqq. Berl. p. 1.
& ſeq. concl. 24. num. 37.* Nam regula, quod certiora-
tus non ſit certiorandus, non habet locum, ubi abſu-
menda rei defeoſio. Nam forte emptor confiſus cauſæ
ſuæ non vult requirere adſiſtentiam venditoris, qui de-
fenſionem ſuam ſponte afferre non tenetur, ut recte
*Zœſius h. t. num. 24. & citat. Covar. l. 3. reſol. c. 17. nu.
4 3. Barboſ. d. l. vend. 49. n. 8. ff. de judic. conf. Dn. Struv.
d. l. th. 28. Franzk. h. t. n. 559. Wiſſenbach. h. t. th. 19.* Et
licet noo expreſſe petat emptor, ut ſe defendat, quia
tamen denunciatio hoc fine facta, ideo denunciatio-
5 nem non eſſe nullam, recte putant *Covarr. c. 17. nu. 3.
Balth. reſol. 3. n. 1. Bachov. th. 7. lit. A.* Et faciendam
eſſe denunciationem, licet ad evictionem præſtandam
ſe juramento obſtrinxerit venditor, ſtatuunt nonnulli.
Sed pro juramento videtur ſententia tutior, fides jura-
menti ipſum ſatis monere debuit. vid. *Covarr. d. c. 17.
num. 5. Fach. l. 2. c. 36. Gratian. t. 1. diſcept. 175. num.
30. Guttierez. de juram. confirm. p. 1. c. 61. num. 19. Caval. q. 385. nu. 3.*

## ad L. Si dictum. 56. §. ſi compromiſero. 1.

### SUMMARIA.

*Coram arbitro ſi res evicta, non tenetur venditor. numer. 1.*
*Quod ad prorogatam juriſdictionem extenditur. numer. 2.*
*Emptor ſponte cedens, vel non juſte excipiens de evictione non agit. 3.*
*Actio de evictione datur ſaltem ob partem homogeneam. 4.*
*Denunciatio etiam pupillo fieri poteſt. 5.*
*Quod declaratur. 6.*

1 OPortet rem eſſe evictam in judicio; non coram
arbitro ex compromiſſo, ut detur actio emptori;
niſi conventum in contractu, ut, qualitercunque res
evincatur, evictio præſtetur, ſed tunc ad pretium
tantum, non vero ad duplum vel ad intereſſe agetur.
*Covarr. d. c. 17. num. 7. Caball. §. 3. num. 168.* No-
ſtrum §. ad prorogationem etiam juriſdictionis exten-
dit *Gl. hic. & Rom. ſing. 12. & Burgoſ. in repet. cap. cum
debitore. n. 15. X. de empt. Balth. tit. 8. reſ. 7. num. 6.*
Idem ſi emptor ſponte ceſſit injuſto poſſeſſori, aut liti
2 renunciavit. *l. 17. h. t.* ſi juſta exceptione non uſus, ſi in
contumaciam condemnatus. conf. *Zœſius numer. 31.
h. t. Franzkius num. 756. & multis ſeq. Struv. th. 30. Wiſ-
ſenbach. th. 26.* Sic etiam, ſi ab incompetente Judice ſim
condemnatus, non habeo regreſſum, quia nulla ne-
ceſſitate coactus ſubii judicium. *Caball. d. tr. §. 5.
numer. 21. Balth. tit. 8. reſ. 7. num. 6.* licet à com-
muni hac ſententia male recedat *Caldas de empt. c. 31.*

*num.* 32. conf. *Gomez. de contract.* c. 2. *num.* 40. *Molina de Juſt. & Jure diſp.* 380. *num* 21.

4 *Ad* §. 2. Non datur actio ad præſtandam Evictionem; niſi pars homogenea, quæ nomen totius retineat, evincatur, idque poſt *Martin. & Cujac.* ex h. l. probat *Bach. in Treutl. d. diſp.* 2. *th.* 6. *lit. D. & ad Weſ. n.* 9. *Pac. cent.* 5. *qu.* 34. & conf. *Caldas d. c.* 21. *num.* 49. *Wiſſenbach. diſp.* 41. *th.* 24. *Franzk. h. t. nu.* 147. *& ſeq.* Sed ſubtilitas hæc an hodie in praxi obtineat, de eo dubito, *de quo dictum ſupra.* Et parum quoad ipſam partem evictam intereſt, utrum pars heterogenea per actionem ex ſtipulatu, an vero per actionem ex empto evincatur. Poteſt hoc inter tricas inutiles referri.

5 *Ad* §. *fin.* Sufficit ut emptor pupillo denunciet, ſi Tutor non appareat, quia ſit cauſa damni vitandi, nec requiritur, ut perſona, cui denunciatur, ſit legitima. *l. Minor.* 39. §. 1. *in fin. h. t.* & ſit tantum ad jus noſtrum conſervandum. *Caball. d.* §. 3. *n.* 142. quod tamen non ita cruditer intelligendum, ſed opus eſt, ut amicis &
6 cognatis denuncietur, *arg. l.* 22. *ff. ex quibus cauſ. maj. juxta Rod. de annuis reditibus lib.* 2. *c.* 15. *n.* 47. *Molin. ad conſu. Pariſ.* §. 20. *gl.* 11. *nu.* 7. *&* 8. *& in tr. de uſuris. num.* 309. quem laudat ad hanc legem *Grænwegen.*

## ad L. Si res. 59.

### SUMMARIA.

*Legatarius contra venditorem de legato evicto agere non poteſt num.* 1.
*Quod limitatur.* 2.
*Venditor ſi omne jus ceſſerit emptori, etiam hic exceptione perſonali illi competente uti poteſt.* 3.
*Judex qui ipſe de evictione tenetur, tamen alium ad evictionem condemnare poteſt.* 4.

1 EMi rem aliquam, & eam tibi lego, ſed tibi evincitur, quæritur, an contra meum venditorem
2 agere poſſis ad evictionem præſtandam? Negatur quia quilibet contra ſuum autorem aget. *vid. not.* Dni. Autoris *ad l.* 22. §. 1. *h. t.* Sed hic habetur duplex limitatio. (1) Si ceſſero cum legato omnes actiones nomine rei mihi competentes. *vid. not.* Dni Autoris *ad l.* 40. *ſupr. h. t.* aut (2) Legatarius habeat hypothecam. Limitatio autem prima notabilis eſt, & ſic ceſſionarius
3 ſtatim primo Autori denunciare poteſt. *Capyc. dec.* 197. *numer.* 9. *Caball. de Evict.* §. 3. *numer.* 143. Collige etiam, ſi venditor ceſſit omne Jus emtori, tunc emptor vel fidejuſſor poteſt uti omni exceptione perſonali, quæ competit venditori. *Pet. Barboſ. ad l. Ma-*
4 *ritus* 23. *num.* 86. *ff. ſol. matr.* Ex regula etiam illud ſequitur; poſſe Judicem vel Principem venditorem condemnare ad evictionem præſtandam, licet ipſe Judex aut Princeps ut privatus ad evictionem præſtandam, ipſi venditori teneatur, quia ſunt diverſa Judicia. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 54.

## ad L. Si in venditione. 60.

### SUMMARIA.

*Si de evictione nihil dictum, quantum præſtandum. n.* 1.
*Evictionis præſtatio eſt de natura venditionis.* 2.

1 QUando nihil dictum eſt in venditione, quid in caſum evictionis præſtandum, tunc ſimplum tantum præſtandum eſt, & intereſſe. *hic & l. Evicta* 70. *h. t.* Autor *ad L.* 6. *n.* 5. C. *h. t.* conſ. *Anton.* Faber.
2 *lib.* 2. *de conject.* c. 3. *circa fin.* Collige de natura venditionis eſſe, ut præſtetur evictio. *Zæſ. h. t. nu.* 2. *Franzk. h. t. n.* 7. Dn. Autor in C. *tit. de Commun. rer. alien. ad L. ult. num.* 3. *Et ad L.* 3. *nu.* 3. *Et ad L.* 6. *num.* 4. C. *h. t.*

## ad L. rem 62. §. 1.

*Si venditoris plures hæredes, omnibus denuncianda lis. n.* 1.
*Hæres unus pro ſua parte evictionem præſtare nequit.* 2.
*Citatio plurium hæredum omnibus inſinuanda.* 3.
*Hæres unus an in ſolidum teneatur.* 4. 5.

1 QVando venditor reliquit plures hæredes, tunc una obligatio eſt, & omnibus lis eſt denuncianda, alioquin emptor non habebit regreſſum contra illos, quibus non eſt denunciatum. *Molina diſp.* 380. *num.* 10. *Gomez. d. c.* 2. *num.* 39. *Balth. d. tit.* 8. *reſol.*
2 3. *num.* 1. *Zæſ. h. t. num.* 29. Nec audiendus hæres unus, ſi pro ſua parte evictionem præſtare velit. *Franzk. num.* 574. *Dn. Struv. th.* 25. alia ratio hæredum
3 emptoris. *arg. l.* 4. §. 2. *de V. O. Franzkius. n.* 578. Collige etiam, quando plures cohæredes citandi, non ſufficere, ſi uni vel alteri inſinuetur. *Dn. Mevius p.* 4. *de-*
4 *ciſ.* 33. Quamvis autem *Gail. l.* 2. *obſ.* 14. *num.* 1. putet, ratione evictionis omnes hæredes in ſolidum teneri, hoc tamen diſplicet *Franzkio*, cum hoc nullo jure
5 exprimatur, & in pignore tantum diverſum dicatur. *l.* 65. *h. tit. Franzk. hic nu.* 576. & debet *hic* §. intelligi de eo caſu, quando omnes citati, ſed unus comparuit, qui in ſolidum ſe defenſioni obtulit, & ita in ſe ſuſcipit defenſionem in ſolidum.

## ad L. Herennius. 63. pr.

### SUMMARIA.

*Denunciatione remiſſa, ea ſalvo regreſſu omitti poteſt. n.* 1.
*Alii caſus, quibus denunciatio neceſſaria non eſt.* 2.
*Emptor autore præſente condemnatus, appellare opus non habet.* 3. 6.
*Emptori appellanti, ſed non proſequenti, non datur regreſſus.* 4.
*Poteſt tamen & in inſtantia appellationis lis denunciari.* 5.

1 QVando venditor remiſit denunciationis neceſſitatem, tunc etiam ſine denunciatione poteſt regreſſum habere emptor contra venditorem *Caball. d.* §. 3. *nu.* 114. *Maſcard de Probat. concl.* 616. *num.* 19. ubi hunc textum laudat *Gomez. d. c.* 2. *num.* 36. *Molin. n.* 11. *Cald. l.* 31. *nu.* 73. *Trentac. n.* 7. *Cagnolus in l. Venditor.* 49. *n.* 5. *ff. de judic.* quo tamen caſu creditor ſponte ſe ad adſiſtendum præſentare poteſt. *Caball. de Evict.* §. 3. *num.* 114. *& Franzk. h. t. n* 675. Imo denunciari poteſt venditori, non obſtante hoc pacto, ut inſtrumenta edat, & ea faciat, quæ ad defenſionem rei per-
2 tinent. Sic etiam, ſi judicialiter monitus venditor, reſpondeat, ſe nolle venire, etiam ſine ulteriori denunciatione tenebitur venditor. *Caball.* §. 33. *n.* 100. *Franzk. h. t. num.* 681. Idem ſi venditor penes ſe habeat documenta, & ea non exhibuerit. *Caball. d.* §. 3. *n.* 72. *Maſcard. d. l. n.* 18. vel quando emptor minorennis, pia cauſa, vel Eccleſia, quæ venditorem conſtituit in mora. *Maſcard. d. concl.* 616. *n.* 17. *Caball. d.* §. *num.* 102. vel quando notorium, nullam competere defenſionem venditori. *Maſcard. d. l. num.* 15. *& num.* 23. *& ſeqq.*

3 *Ad* §. 1. Si emptor denunciet litem autori & ille condemnatus eſt autore præſente, etiamſi non provocaverit, poteſt tamen ad evictionem agere contra venditorem. *Zæſ. h. t. num.* 25. *& num.* 32. quod *Gloſſ.* hic
4 intelligit, ſi cauſa emptoris non evidenter juſta: ſi autem appellavit, & non proſecutus eſt, non habet regreſſum. *per.* §. *ſeq. Ant. Rabens in repet. l. hoc edicto.* §. *morte. num.* 427. *ff. de novi operis nunc. Caball. nu.* 145. *Covarr. d. l. n.* 9. *&* Molin. *num.* 19. Autor *ad L.*
5 6. *n. fin. C. de his. quib. ut indignis.* Si tamen omnia ſint integra, v. gr. ſi à teſtibus in prima inſtantia examinatis non pendeat victoria cauſæ, etiam in inſtantia appellationis denunciari litem poſſe, contendunt. *Caball.*
6 *d.* §. 3. *n.* 9. *Balth. d. reſ.* 3. *n.* 1. *poſt. ampliat.* 10. Quando igitur Doctores dicunt: Emptorem appellare debere. *arg. l.* 8. §. 8. *ff. Mand.* ut *Covarr. d. c.* 17. *numer.* 9. *Caball.* §. 5. *n.* 41. *Molin. d. l. nu.* 19. *Gomez. n.* 39.

*Balth. reſ. 7. num.* 3. imo & proſequi. *Caldas d. c.* 31. *num.* 22. id de eo procul dubio caſu intelligunt, quando abſente veoditore condemnatus.

## ad L. Ex mille. 64.

### SUMMARIA.

*Caſus legis proponitur. nu.* 1.
*Actio ex empto & ex ſtipulatu, quomodo ratione æſtimationis differant.* 2.

1 FUndo mille jugerum vendito & tradito, ducenta flumen abſtulit, & poſtea ducenta adbuc evincuntur, quæritur, pro qua parte ſit commiſſa ſtipolatio duplæ? Et reſp. pro quinta eſſe commiſſam, non pro quarta; quinta ſcilicet reſpectu mille jugerum ſc. ducentis, non quarta mille jugerum, ſcil. ducentis & quinqnaginta, ratio eſt, qoia illa ducenta perierunt
2 emptori. *vid. Cujac. l. 26. obſ. c.* 37. Hinc inferunt, actionem ex empto ab actione ex ſtipulatu, quoad effectum differre: illic enim id, quod intereſt, æſtimatur, quanti res eſt tunc cum evincitur; In actione vero ex ſtipulatu, quanti res eſt tempore contractus. *Caldas de empt. c.* 31. *num.* 40. Unde ſi agam ex ſtipulatione duplæ, & mihi ager mille jugerum venditus, & 200. flumen abſtulit, juxta caſum antea formatum, actione ex ſtipulatu ago ad omnia mille jugera præſtanda, quæ mihi vendita, aliud in actione ex empto. *l. 70. h. t. vid. Donell. lib. 3. c. 4. ante lit. F. Klok. conſ. 55. num. 51. vol. 2. Molin. in tr. de eo quod intereſt. num. 67. & 71. Franzk. h. t. nu. 953. Dn. Struv. h. t. th.* 19.

## ad L. Rem hæreditariam. 65.

### SUMMARIA.

*Si unus heredum, qui de evictione pignoris caverunt, ſuam partem ſolverit, nihilominus conveniri poterit. num.* 1.
*Quoties ex natura rei actio indiviſibilis, non conſtituuntur duo correi, licet in ſolidum obligentur. n.* 2. 3.
*Qua actione heredes ſibi ſatisfaciant.* 4.
*Hypothecaria actio in ſolidum datur.* 5.
*Hypothecaria conventus, ceſſionem actionis petere poteſt.* 6.
*Pignus ſemper in ſolidum obligatur.* 7.

HÆredes duo, ſi rem hæreditariam creditori a de-
1 functo obligatam vendant, & pro portionibus
hæreditariis de evictione caveant, licet unus hæredum
ſuam partem debiti ſolverit, poteſt tamen ab emptore
re conveniri, quia pignoris cauſa individua eſt, & tota
res pro minima parte debiti obligata, & quælibet
pars pro toto debito. *Carpzov. p. dec. 62. num. 9. Ex h.*
2 *l.* notant, ubi ex natura rei actio indiviſibilis eſt, duos
correos non conſtitui, nec locum eſſe beneficio duorum
correorum & ſic quidem in ſolidum ſinguli obligantur
ex natura rei, licet non correi. *ex Bart. hic
Alciatus in rep. l. 4. §. 4. num. 129. de V. O. Cujac. in
3 h. l. com. 4. p.* 148 Et actio ad evictionem præſtandam,
licet ſit perſonalis, quando tamen hypothecaria actione
res evicta ex natura pignoris, quilibet in ſolidum
tenetur. *Gailius l. 2. obſ. 14. n. 1. Joh. Frid. Balth.
tit. 8. reſ. 2. num.* 8. Et heredes inter ſe de indemnitare
agunt, familiæ herciſcundæ judicio. *Gail. & Bal.*
5 *d. l.* & actio hypothecaria in ſolidum datur contra
hypothecæ poſſeſſorem, licet alias ex perſonali obligatione
pro parte teneatur. *Dn. Mev. p. 5. deciſ.* 68.
Ideoque nec diviſionis beneficio locus eſt in hypotheca
generali. *Dn. Mev. p. 5. dec.* 275. Sed quid ſi
poſſeſſor unius rei generaliter hypothecatæ velit, ut
ſibi cedatur actio? Audiendum illum putarem, ſi id
re integra petit; nam creditori agenti hypothecaria,
nihil nocet hæc ceſſio, cum ſibi debitum conſequatur,
quamvis *Dn. Mevius p. 5. deciſ.* 276. actionem
7 communi divid. aut neg. geſt. dari putet. *Ex hac lege*
probatur; quicquid ſub pignore continetur, creditori
in ſolidum obligari, donec integrum debitum ſolutum,
& quamlibet rem in ſolidum deberi & vindicari,
ideo non liberatur poſſeſſor, quandu tantum
offert ex bonis poſſeſſis, quantum ſolutioni ſufficit.
*Dn. Mevius p. 5. dec.* 320. Autor *ad L. 1. C. de Luit. pign.*

## ad L. Si cum venditor. 66. pr.

### SUMMARIA.

*Emptor ſpreto venditoris conſilio bono ſi ſuccumbat, non habet regreſſum. num.* 1.
*Sed quid ſi poſtea venditoris conſilio uti velit.* 2.
*Emptor parere debet proteſtationi & inſtructioni venditoris.* 3.
*An venditor totam litem in ſe transferre poſſit.* 4.
*Emptor culpa ſua ſuccumbens, ſibi præjudicat.* 5.
*Creditor in re a lege obligata, nullam habet poſſeſſionem* 6.
*Caſus §. fin.* 7.
*Heredes in diviſione ſibi ad evictionem inſtar emtoris obligantur.* 8.
*Exceptio in prælegato uni relicto.* 9.
*Quid ſi res a teſtatore diviſa.* 10.
*Qui abſentis negotia geſſit, etiam finito negotio tenetur.* 11.
*In hereditate dividenda, ſi unus abſens, illi dandus Curator.* 12.

1 VEndidi tibi rem, cujus poſſeſſionem amittis, ego
ſuadeo tibi, ut rei vindicatione non utaris, ob
difficultatem probationis Dominii, ſed potius Publiciana,
ſed tu ſpreto conſilio meo, agis rei vindicatione
& ſuccumbis, an teneor ad evictionem præſtandam?
2 Quod negatur; ſed ſi ineptum conſilium dem, ſi id
ſpernas, propterea tibi non denegatur regreſſus. Sed
in primo membro quæro, an ſi emptor rem amiſerit,
venditor ad evictionem obligetur, licet ejus conſilio
uti velit? Quod non videtur, quia facto ſuo exciderat
poſſeſſione, unde forte hic præſupponi poteſt, me
rem ab alio jam tum poſſeſſam tibi vendidiſſe. Col-
3 ligitur autem *ex textu*, quod Emptor teneatur obtemperare
proteſtationi & inſtructioni ſui venditoris,
alias ſi hoc neglexit nullum habet regreſſum, quia
hic habet cauſam a proteſtante, qui pleniorem notitiam
Juris ſui habere præſumitur. *Rubens d. §. Morte. num.* 514. *Caball. §. 5. num. 63. Franzk. h. tit. num.* 366.
*Dn. Struv. th.* 16. Sed an venditor totam litem in ſe
4 transferre, & emptorem defendere poteſt? Negandum
hoc, per tradita *Franzk. h. t. n. 642. Berlich. p. 1. concl. 24. num. 105. & ſeq. & Dn. Struv. th.* 29. allegato
ob id argumento *ex hac l. 66. §.* 2. Ex *ex hoc*
5 *textu* probatur, ſi quacunque culpa ſua ſuccubuerit
emptor, hoc ipſi præjudicare. confer. *Zaſ. h. t. n.* 31.
6 & quæ ſupra notata a Dn. Autore. *Ex hoc textu* colligit
etiam *Menoch. rem. 3. adip. poſſ. num.* 30. creditori
in re a lege obligata nullam competere poſſeſſionem.
7 *Ad §. ult.* Cohæredes volunt dividere inter ſe hæreditatem,
adhibito aliquo negotiorum geſtore, loco
cohæredis unius abſentis, & quæ ille geſſit, rata habuit
abſens, poſtquam redierat. Sed illi res quædam
evincitur, an poterit contra reliquos de evictione age-
8 re? Quod affirm. Collige ergo, quando hæredes inter
ſe dividunt hæreditatem, ad inſtar venditionis ad
evictionem obligari invicem, pro rata portione *hic & l. ſi familia. 14. C. famil. herciſcunda. Caball. §. 5. nu. 52. Petr. Sanz. de diviſ. bonor. lib. 1. c. 8. num. 3. &*
9 *quos d. t. 8. reſ. 6. num. 5. allegat Balth.* Exceptio eſt,
niſi uni ex hæredibus res prælegata, nam tum ad evictionem
non agitur. *lib. 77. §. 8. de leg. 2. Wiſſenbach.*
10 *diſp. 41. th.* 14. Quando res a teſtatore diviſæ, non videtur

deiur evictio præſtanda, cum ſi pater ſit, ſalva ſit le-
gitima. *d. l. 77. §. 8 Gul. lib 2. obſ. 116. Molina d.d.*
245 *num.* 10 *Sanz. de Diviſ. boner. l.* 1. *c.* 8. *num.* 13.
*Caldas de Emt. c.* 31. *num.* 12 *Gomez num.* 34. *conſ.*
11 *Franzk. de Evict. p.* 1. *membr.* 2. *ſect.* 4. Colligatur ex
*h §. ult.* contra eum, qui abſentis nomine aliquid
egit, etiam finito negotio actionem dari. *Berlich. p.*
2 2. *deciſ.* 252. *num.* 27. Et notetur ſimul, quomodo co-
hæredes inter ſe dividere poſſint hæreditatem, uno
abſente cohærede; ſcilicet adhibito negotiorum ge-
ſtore, ſeu petito abſenti curatore a Magiſtratu, ut fie-
ri ſolet.

## ad L. Qui libertatis. 69.

### SUMMARIA.

*Servus cum proteſtatione venditus, quod nolim tene-
ri, ſi ſe in libertatem aſſerat, ſi hoc fecerit, ego non
teneor. num.* 1.

*Sed an hoc caſu ad pretium reſtituendum ſim obligatus* 2. 3.

1 VEndo ſervum cum hac proteſtatione, me nolle
teneri de libertate, ſi forte in libertatem ſe aſſe-
rere vellet, & poſſet probare, ſe jam fuiſſe liberum,
vel ex teſtamento ipſi deberi libertatem, ſecuta aſſer-
2 tione an teneor? Quod negatur. Sed quid de pretio?
An a me illud reſtituendum? Videtur quod ſic, ob *l.*
11 *§. ult. ff. de A. t. emp.* Sed communiter Dd. con-
trarium ſtatount, & *hunc textum* ideo ſingularem di-
cunt, & colligunt *d § ult.* iorelligendum eſſe, ſi in
genere venditor excipiat evictionem: aliud ſi in ſpe-
cie, v. gr. ſe non teneri velle, ſi a Sempronio evinca-
tur, ſi libertas evincatur. *Br. Bald. & Dd. hic Tiraq.
de Retr. conſang §. 12. gl. 1 num.* 14. *Natta conſ.* 181.
*num.* 71. *Caball. de Evict §* 2. *nu.* 24. *& ſeq. Roman.*
3 *ſing.* 347 ubi rationem refert. Sed ab hac ſententia
recte alii recedunt, quia 1. hic nulla quæſtio de pretio
eſt. 2. Quo titulo vellet venditor pretium retinere?
3. Qui certum caſum evictionis excipit, videtur ma-
gis diffidere ſuo jori, quam qui in genere dicit, ſe
nolle obligari ad evictionem; & hæc in judicio me-
ritu ſequenda, cum contraria iniqua videatur, & tan-
tum non abſurda. vid. *Rubeus in rep. l. non ſolum §. mor-
te. ff. de Novi operis nunciat. num.* 446. *Covarr. l.* 3. *re-
ſol. c.* 17. *num.* 2 *Caballinus de Evict. §.* 5. *n.* 26.

## ad L. Pater filiæ. 71.

### SUMMARIA.

*An defuncto filia in dotem dato & evicto, pater con-
ſtante matrimonio agere poſſit. nu.* 1.

*Prædio in dotem dato evicto, an & quando Pater te-
neatur.* 2.

PAter filiæfamilias in dotem dedit fundum, &
is conſtante matrimonio evincitur, quæritur, an
1 ad evictionem agere poſſit pater conſtante matrimo-
nio, cum ejus non videatur intereſſe Sed aff. quia ejus
intereſt ob affectionem, potius habere dotatam filiam,
quam indotatam, idem etiam ob favorem euodem in
filia emancipata; Nam ejus etiam dos revertitur ad
patrem. *Petr. Barb. ad l. poſt dotem.* 41. *num.* 43. *ff. ſo-
lut. matr. Cuj. tom.* 1. *p* 765. Alias *ex h. l.* probare vo-
lunt Dd. quod dote evicta pater non teneatur ite-
2 rum dotare, ſi nulla præceſſit promiſſio dotis, id eſt,
ſi conſtitutio dotis a datione incipiat, v. gr. ſi pater ſi-
ne præcedente promiſſione dotis prædium in dotem
promittat, non tenetur de evictione, neque aliam do-
tem debet genero aſſignare. Sed alia quæſtio eſt, an
genero mortuo, pater filiæ de novo nupturæ non te-
neatur aliam dotem aſſignare, prio evicto prædio?
Quod affirmandum: Sed ſi promiſſione dotis præce-
dente, prædium evincibile det, omnino locum ha-
bet evictio, per *l.* 1. *C. de Jure dot. & ibi not.* Dn. Au-
toris vid. *Petr. Barb. ad l.* 1. *p.* 4. *num.* 29. *& ſeq. ff.
ſolut. matrim.*

## ad L. Cum plures. 72.

### SUMMARIUM.

*Pluribus rebus uno inſtrumento venditis, pro ſingulis
an competat evictio.*

CUm plures res uno inſtrumento venditionis
venduntur, pro ſingulis competit evictio. Sed
aliud putant eſſe, ſi aliquid collectivum vendatur,
v. gr. grex. Nam tunc aliquot capitibus evictis, pro
his non competit de evictione actio, niſi in toto con-
tractu deprehendatur læſio ultra dimidiam; nam hoc
caſu eſt unus contractus, illo caſu plures, ut conten-
dit *Franzk. num.* 107. & *Struv. th.* 22. ſed oe acta Dn.
Autor agat, vid. not. *ejus ad l.* 34. *tit. præced.*

## ad L. Seja. 73.

### SUMMARIA.

*Hæres an ſuo jure rem à teſtatore alienatam vindica-
re poſſit. nu.* 1.

*Fidejuſſor an acquiſito dominio rem venditam vindicare
poſſit.* 2.

1 LIcet hæres ſuo, non hæreditario jure rem a de-
functo alienatam vindicare poſſit, quia aditio-
nem hæreditatis non amittitur dominium, quia ta-
men ex perſona defuncti ad evictionem tenetur emp-
tori, ideoque per exceptionem doli repellitur. *vid. Pi-
nell. l. prim. C. de bon. matern. part.* 3. *numer.* 82.
*Petr. Barb. ad l. Lucius.* 39. *num.* 24. *ff. ſolut. matrim.
Hondedaus lib.* 1. *conſ* 3. *num.* 73. Autor *ad* L. 14. *num.*
2. 6. *C de R. V.* confer. *Tiraq. d. Retr. conſangu. §.* 1.
*gl.* 9. *num.* 52. quam *ex hac lege* bis deceptum eſſe,
2 putat *Pinell. d. l.* Idem de fidejuſſore, quod is nec ſi
poſtea dominium adquirat, rem vindicare poſſit nec
ejus hæres, per *l. fin C. h. t. Herig. de fidejuſſ. c.* 20.
*§.* 10. *num.* 78. *Menoch. conſ.* 89. *num.* 11. *Dn Struv.
th.* 27. Sed fidejuſſor non excuſſo venditore conveni-
ri nequit. *Struv. d. l. conf. Zaſ. hic. num.* 8. *ſeqq.*

## ad L. Si plus. 74. §. 2.

### SUMMARIUM.

*Pendente lite ſuper re vendita, venditor ad reſtitutio-
nem pretii conveniendus non eſt. n.* 1.

*Cedens ſi in dolo, nomen bonum præſtare tenetur.* 2.

*Sed an hic ex ſola ſcientia præſumatur dolus.* 3.

MOta emptori quæſtione, inepte Emptor con-
1 tra venditorem ad reſtitutionem pretii aget, ſed
ad adſiſtendum & defendendum. Item ſi nomen ceſſum
in litem vocetur, & de nomine fiat controverſia. Idem
ſi bonitas nominis promiſſa, antequam conſtet, non
eſſe idoneum debitorem, non agi poteſt ad reſtitu-
tionem pretii. *Dn. Mev. p.* 1. *dec.* 92. In fine note-
tor, quamvis cedens nomen verum præſtare tantum
2 teneatur, non vero bonum. per *l. ſi nomen.* 4. *ſupr.
de her. vend.* ſecus tamen eſt, ſi in dolo cedens fuit.
*Carpzov. p.* 2. *conſt.* 34. *def.* 26. *Berlich. dec.* 290. *nu.*
21. Sed an dolus ex ſola ſcientia præſumitur? Jure no-
3 ſtro dolus per aliquem actum vel mendacium com-
mittitur, ſi tamen decepit cedendo id nomen, quod
notarie nullius pretii, videtur in dolo eſſe, ut menſe
Martiu & April. An. 1656. pronunciatum memini a
Facultate noſtra.

ad

### ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*Evicta ſervitute in fundo, ad quid teneatur venditor. num. 1.*
*Fundo optimo maximo vendito, an præſtanda ſervitutes. 2.*
*Quid ſi venditor ſervitutem retineat? 3.*

1 EVicta ſervitute fundi, non tenetur venditor, niſi optimum max. dixerit, ohne alle Beſchwerung/ ſed intelligitur vendere prædium, quale eſt. *l. cum. vend. 25. ſupra de contrah. empt.* actione tamen quanti minoris conveniri poteſt. *Caball. d. tr. §. 5. num. 69. ſeqq. Gomez. c. 2. num. 45. Balth. t. 8. reſ. 7. numer. 16. Molina diſp.* 380. *numer. 4. conf. Dn. Struv. h. t. th.* 20.
2 *Wiſſenb. diſp. 41. th. 16.* Sed ſi optimum maximum vendiderit, non tamen debet præſtare ſervitutes fundo debitas, niſi acceſſuras dixerit *Franzk. h. t. n. 95. & ſeqq.* Omnino tamen ad evictionem præſtandam agi-
3 tur, ſi ſciens fundi ſervitutem reticuit. *arg. l. 1. §. 1. de act. empti. Gomez. d. l. num. 45.*

## TITULUS III.

*De Exceptione rei venditæ & traditæ.*

### ad L. 1.

SI venditor factus poſtea Dominus, velit evincere rem illam a ſe venditam, datur emptori exceptio, de quo vide *l. 17. tit. præced.* ubi de hac re propoſito noſtro ſatis dictum.

### ad L. 2.

*SUMMARIA.*

*Si res a non Domino uni vendita, & poſtea ubi Dominus ab eodem alteri vendita, quis potior. nu. 1.*
*Publiciana certo caſu contra Dominum datur. 2.*

1 QUi primo emit a non Domino, & traditum accepit, præferendus eſt ei, qui ſecundo emit ab eodem poſtea facto Domino, licet ſecundo ſit res tradita; nam dum venditor dominium adquiſivit, eo ipſo confirmata eſt venditio & traditio priori emptori facta, antequam poſteriori venderetur, adeo ut ſi ipſe venditor poſſideret, primus emptor contra illum Publiciana utatur. Et ſic Publiciana hoc caſu datur con-
2 tra Dominum, ubi ſi Dominus opponit de dominio, actor replicat de re vendita. vid. *Franzk. h. t. numer. 7. & 8. & de Act. empti. num. 254. Struv. d. Exerc. 27. th. 37.*

### ad L. fin.

*SUMMARIUM.*

*Exceptio rei venditæ cui, & contra quem detur:*

EXceptio rei venditæ & traditæ competit non tantum emptori, ſed & ejus hæredi, & emptori ſecundo, cum primi emptoris interſit; & ſic datur etiam contra venditoris ſucceſſorem univerſalem & ſingularem. *Dn. Struv. hic th. 38. Franzk. h. t. n. 5. & ſeq.* & contra fidejuſſores venditoris datur. *l. 11. C. de Evict. conf. Wiſſenbach. d. d. 41. theſ. ult.*

# LIBRI VIGESIMI SECUNDI,

## TITULUS I.

## De Uſuris & fructibus, & cauſis, & omnibus Acceſſionibus & mora.

### Ad Rubric.

*SUMMARIA.*

*Uſuræ quæ jure conceſſæ. n. 1.*
*Uſura ob tempus belli quouſque diminuta. 2.*
*Venditiones annuorum redituum quouſque permiſſæ. n. 3.*
*Judæis terminus uſurarum ſtatuendus. 4.*

1 VSuræ jure civili conceſſæ, Autor *ad L. 19. C. Mandati*, Jure Canon. prohibitæ, & venditio annuorum redituum introducta; Poſtea vero jure conſuetudinario approbata juxta jus Civile ſtipulatio uſurarum, & petitio officii judicis. Et determinata eſt quantitas, dum ſc. quincunces uſuræ approbatæ,
2 niſi conſuetudine ſpeciali vel pacto ſemiſſares approbatæ. *Dn. Mev. p. 4. dec.* 205. Et quæ tempore belli cumulatæ ſunt, certo modo uſque ad quartam ſunt deminutæ, per *Conſtitutionem Imperii de anno 1654.* in quam quartam computandæ ſunt eæ etiam uſuræ, quæ poſt illam conſtitutionem, antequam tamen illa conſtitutio Imperii in una vel altera provincia eſſet recepta, ſolutæ ſunt, ut deciſum refert. *Dn. Mev. p. 5. dec. 82.* Nec tamen veniunt in illam quartam, quæ a fidejuſſore ſolutæ, quia hæ inſtar ſortis dantur. *Dn.*
3 *Mevius. p. 5. dec.* 86. Et quia ante reformationem Eccleſiæ, loco uſurariorum contractuum, venditiones annuorum redituum introductæ, ideo & harum quantitas determinata in *Reformat. Pol. de anno 1548. tit. 17. §. 8.* ut quinque annui reditus, pro centum thaleris emantur. Autor *ad L. 26. nu. 20. C. h. t.* Quod ſupra illam quantitatem eſt, uſurarium eſt, & reducendum ad legitimam quantitatem. *Gail. l. 2. obſ. 7. in fin. Hartm. Piſt. obſ. 66. Rauchb, p. 1. qu. 19. nu. 6.* Judæis
4 etiam prohibitio fieri ſolet, ne inter Chriſtianos uſuras immoderatas exerceant. *Speckh. cent. 2. claſſ. 1. q. 16. nu. 24. Heig. p. 2. q. 1. n. 100. & quos refert Finckelthaus. obſ. 84. n. 41.*

### ad L. Cum judicio. 1.

*SUMMARIA.*

*In judiciis bon. fid. quando debeantur uſuræ. n. 1.*
*Actio ex teſtamento in materia uſurarum habet naturam bonæ fidei. 2.*
*Quantitas uſurarum ex moribus quando dependeat. n. 3.*
*Uſuræ debentur ex converſione pecuniæ in uſus proprios. 4.*
*Exemplum in Socio. 5.*
*Judex de futuris uſuris pronunciare nequit. 6.*
*Quando de re futura judex cognoſcere poſſit. 7.*
*Tutor ab uſuris pupillaribus ut ſe liberet, offerre & deponere pecuniam debet.*

1 IN bonæ fidei judiciis debentur uſuræ oon tantum
ex ſtipulatione, ſed etiam officio judicis ex mora *l.*
2 *32. h. t.* Autor *ad L. 13. num. 1. C. h. t.* Et licet actio ex
teſtameoto ad petenda legata aut fidei commiſſa, ſit
ſtricti juris, in puncto tamen intereſſe & uſuratum,
habent oaturam bonæ fidei judiciorum, ut ex mora
3 veniant uſuræ. *l. 34. h. t.* Quantitas autem uſurarum
ex conſnetudine determinanda, ſi ibi frequententur
uſuræ leviores, quam ſint legibus determinatæ, ſe-
4 cus ſi conſuetudine graviores. vid. *Cujac. ad hanc l.*
*tom.* 4. Quædam autem uſuræ debentur non ex mora,
ſed ex converſione pecuniæ alienæ ſine Domini con-
conſenſu in ptopriot uſus, ut in actione Mandati *l.*
12. §. *uſuras. ff. Mandati.* Depoſiti. *l. 3. & 4. C. depoſi-*
*ti.* & in actiooe pro ſocio, *de qua re agitur in §. 1. hu-*
5 *jus legis*; Nam ſocius vel alius, qui alienas pecu-
nias in ſuos uſus convertit, etiamſi non commit-
tat moram, per interpellationem ſc. tenetur tamen ad
uſuras, & ob verſionem, & abuſum pecuniæ alienæ.
*Cujac. d. l. Zæſ. h. t. num.* 46. Sed quæritur in §. 2. an
6 Judex in ſententia etiam de futuris uſuris poſſit pro-
nnnciare? Quod negat Papinianus, Autor *ad L. un.*
*num. 10. C. de Sent. quæ ſine cert. qu.* & ſic non poſſe
jnbere eum, ut cautionem interponat de præſtandis
uſuris, poſt tempora judicati, qoia jam actione ju-
dicati conſultum eſt illi, qui victoriam reportavit.
Unde colligitur, ob uſuras officio Judicis in futurum
præſtandas donec reus ſententiæ paruerit, reum non
poſſe compelli ad cautionem præſtandum, cum in
actoris poteſtare ſit judicatum exigere. *Roder. de Cen-*
*ſibus l. 1. q. 16. num.* 27. Sed Paulo videtur diſplicere
7 hæc ratio, & aliam ſubdit, quod Judex de re geſta
ſeotentiam ferat, futuros caſus non attingat, ſcil. re-
gulariter. Nam interdum etiam de futuris caſibus
remedio cautionis proſpicit, quot congeſſit *Accurſius*
*hic.* præterim de damno infecto, de debito in diem,
Et ex *l. 38. ff. pro ſocio. l. 41. de judic.* Sed in judicio Tu-
telæ reſtituit uſuras ex mora irregulari, donec reſtituat
8 Tutor reliqua, aut reliquas pecunias deponat. §. 3.
*hujus legis.* Quando igitur tutor debet uſuras pupil-
lo, tunc ut liberatio contingat ab uſuris, oblatio &
depoſitio requiritur. Videri poteſt *Schulz. in tr. de*
*oblat. c. 5. num.* 5 quia mora ex re eſt, ubi oblatio nu-
da oon ſufficit. *Dn. Struv. Ex. 27. th.* 56.

## ad L. Vulgo. 2.

### *SUMMARIA.*

*In actione ſtricti juris res reſtituenda cum omni cauſa, qua erat tempore lit. conteſt. nn.* 1.

*Quod limitatur.* 2.

*Qui in poſſeſſorio obtinuit, non tenetur ad fructus reſtituendos.* 3.

1 QUando rem vindico, fructus poſt litem con-
teſtatam percepti debent reſtitui: Idem dicitur
in actiooe perſonali ſtricti juris, quod ſcilicet actori
præſtanda ſit omnis cauſa, quam habiturus fuiſſet ac-
tor, ſi ſtatim reſtituiſſet; Et ſic non reſtituit tantum
perceptos poſt litem conteſtatam, ſed etiam perci-
2 piendos, quod tamen perpetuum non eſt. Nam ſi bo-
na fide contraham, & paratus ſim reſtituere vel ſol-
vere, ſi modo tua intentio probetur, & ſic ad judi-
cium provoco, illa ficta mala fides eſt, nec te adſtrin-
git ad reſtitutiooem fructuum percipiendorum *l. 24. ff.*
*h. t. Berlich. p. 1. dec. 7. in fin. Garcias de Expenſis c.*
*33. num.* 44. Sic qui obtinuit in poſſeſſorio, non te-
netur ad reſtitutionem fructuum, quia habet probabi-
lem opinionem. *Berlich. d. l. numer. 3. & ſeq.* Sed ego
3 hoc intelligo de poſſeſſorio ordinario, in quo de jure
etiam poſſeſſionis quæritur. Nam qui in poſſeſſorio
ſommario vincit, non habet pro ſe præſumptionem
aliqnam, cum de ſolo facto poſſeſſionis quæratur.
Deinde hoc intelligo de fructibus percipiendis, ſed
*Gail. l. 1. obſ. 63. in fin.* etiam de perceptis intelligit.

## ad L. In fideicommiſſi. 3.

### *SUMMARIA.*

*Bonæ fidei & ſtricti juris judicia, quomodo ratione fructuum differant. num.* 1.

*An intra tempora judicati fructus debeantur.* 2. 3.

*Fideicommiſſo relicto, ut hæres, quicquid poſt mortem ſuperfuerit, reſtituat, an fructus exstantes quoque reſtituendi.* 4.

*Si fideicommiſſum relictum, ut reſtituatur, quicquid ad eum pervenerit, an fructus ſine mora reſtituendi.* 5.

*Dilatione in gratiam fideicommiſſarii adjecta, fideicommiſſi fructus percepti præſtandi.* 6.

*Argento facto legato, an hæres ob moram teneatur ad uſuras.* 7.

*Ex debito ſpeciei uſuræ non debentur.* 8.

1 DIſtinguitur inter bonæ fidei & ſtricti juris judi-
cia; in illis, ad quæ etiam perſecutio fideicom-
miſſi pertinet, a tempore moræ, fructus rei deben-
tur; in his vero a tempore litis conteſtatæ. Sed quæri-
2 tur, an etiam poſt ſententiam intra tempus, quod ju-
dicatis datur, debeantur fructus? Quod neg. niſi
ante litem conteſtatam mora ſit commiſſa, ut plerum-
que fieri ſolet, quia ſententia videtur effectum litis
conteſtationis ſuſpendere. §. 1. *h. t. Petr. Barb. ad l.*
3 *2. pr. part. 1. num. 13. ff. ſolut. matr.* Ergo qui bona fi-
de non ſtatim reſtituit, & ante litem conteſtatam
moram non fecit, ſed tantum poſt ſententiam, uſuras
oullas pendit ratione intervalli temporis, quod judica-
tis datur. Secus ſi ante litem conteſtatam vel ſenten-
tiam moram fecit. Tunc enim tempore eo non ſol-
vet uſuras. *Cujac. ad h. l. tomo. 4. pag. 500. &c.*
*Ad* §. 2. Si fideicommiſſum ita relictum, quod hæ-
4 res teneatur reſtituere fideicommiſſario, quicquid ex
hæreditate tempore mortis ſuperfuerit, quæritur, an
fructus medio tempore percepti, & in hæreditate gra-
vati hæredis reperti reſtituendi? Reſp. regulariter fru-
ctus fideicommiſſario reſtituendos eſſe, quia hæc vo-
luntas Teſtatoris præſumitur, ut etiam reſtitueret fru-
ctus ſuperfluos, & uſuras nondum exactas, ſcilicet
ne contentus eſſet diminutione medii temporis, quam
illa verba permittuor, ut tamen deminutio ea fiat
bona fide & arbitrio boni viri, quæ diminutio hodie
ad dodrantem permiſſa, per *Nov.* 108. Ideoque re-
ſtitutio quadrantis pleniſſime fieri debet, ut ait *Cu-*
*jac. ad h. l. tom. 2. ad lib. 19. quæſt. Papin.* Et hæc eſt
deciſio §. 2. Sed quæritur *in* §. 3. Si Pollidius a pro-
5 pinqua muliere hæres inſtitutus, & rogatus filiæ Te-
ſtatricis reſtituere, quicquid ad eum ex hæreditate
perveniſſet, idque eo fine, ne interim tutores admi-
niſtrarent, & forte dilapidarent hæreditatem, quæri-
tur an fructus etiam reſtituendi ſine mora? Reſp.
affirmando, quia dilatio facta gratia fideicommiſſarii;
Ergo & hic pleniſſime facienda reſtitutio, etiam fru-
ctuum extantium, ex præſumta Teſtatricis volunta-
te, quæ magis filiæ quam Pollidio conſultum voluit.
Et quia fundum loco Falcidiæ prælegaverat Polli-
dio, ergo duplici ratione hic fructus omnes reſtituen-
di ſunt medio percepti tempore, per *de* §. 2. *hujus le-*
*gis*, quem *Cujac. d. l.* elegantiſſimum vocat. Sed alii
rationem decidendi hic ſtatuunt etiam in univerſali
6 particula (quicquid) *Cravetta conſ. 227. num. 13. Me-*
*noch. conſ. 141. num.* 23. Hinc colligunt, quod Fidei-
commiſſi fructus percepti debeantur, ſi dilatio fidei-
commiſſo adjecta, quæ fidei commiſſarii utilitatem
reſpiciat. *Socinus in repet. l. cum filio. de Legat. 1. n.*
*185. tom. 4. Mantic. de Conject. ult. volunt. lib. 7. tit.*
*10. num. 16. Donell. lib. 7. c. 26. in fin.* Sed quid ſi au-
7 rum & argentum factum legatum & hæres ſit in mo-
ra, an debentur uſuræ? Reſp. non ſine rubore ex eo
legato uſuras peti, niſi ad alimenta relicta vaſa, ut
venderen-

venderentur, & exinde aleretur, vel dotaretur certa
perſona. Colligitur ergo ex debito ſpeciei non debe-
8 ri uſuras, niſi per venditionem ſpecies fuerit in pe-
cuniam redigenda, tunc enim fruſtratio non debet
eſſe impunita.

## ad L. Pecuniæ. 9.

*SUMMARIA.*

*Pecunia ſi credita, ut ſi intra certum tempus non ſolvat, duplum præſtes, an in totum vitietur pactum. numer. 1.*
*Reſpond. ad L. Græce. 8. §. 7. ff. de fidejuſſ. 2.*
*Pactum uſurarium contractum reddit nullum quatenus uſurarius. 3.*
*Si primo minores, poſtea majores uſura promiſſa, & creditor mortuus, tunc reſpectu jacentis hæreditatis quoad illas quidem depoſitio neceſſaria, non quoad has. 4.*
*De quo caſu § fin. ſit intelligendus. 5.*

1 PEcuniam credidiſti mihi, interpoſita ſtipulatione,
ut ſi ad diem non ſolvero pecuniam, pœnæ loco
duplum præſtarem. Hæc ſtipulatio partim utilis, par-
tim inutilis eſt, & quidem quoad alterum tantum
inutilis, quatenus legitimarum uſurarum quantitatem
excedit, nec pars inutilis vitiat eam partem, quæ utilis
eſt. *hic & l. Julianus.* 13. *& 26 ff. de Act. empti.* Nec
2 obſtat *l. Græce.* 8. §. 7. *de fidejuſſoribus.* Quia *d. textus*
loquitur de eo caſu, quando quis pro alio obligatur,
ubi facilius utile per inutile vitiatur. *Cujac. hic ad l.*
11. *Reſp. Papin. tomo* 4. *pag.* 1159. Sed vide aliam reſp.
3 in *d* §. 7. in notatis Dni. Autoris. Collige, per pactum
uſurarium reddi contractum ipſo jure nullum, Autor
*ad* L. 26. *num.* 22. *h. t. Et ad L.* 34. *nu.* 5. *C. de donat.*
ſcil. quatenus uſurarius eſt, alias utile per inutile non
vitiatur. *l.* 10. *h. t. Gail. lib.* 2. *obſ.* 4. *per totam.* Autor
*ad L.* 15. *num.* 5. *C. d. donat. inter vir. & ux.*
4 *Ad §. fin.* Promiſſio ſortis reſtituendæ facta eſt ad
triennium ſub uſuris minoribus & ſi ſolutæ non eſ-
ſent, conventum eſt, ut majores, in jure tamen con-
ceſſæ, non majores legitimis, præſtarentur; ſi igitur
poſt mortem Creditoris nemo ſit, qui recipiat, ejus
temporis inculpata mora eſt, adeo ut debitor uſura-
rius non teneatur ad depoſitionem, jacente hæredita-
te. *Angelus conſ.* 160. *& ſeqq. Mantica de conject. ult.
vol. lib.* 12. *tit.* 13. *num.* 6. quod poſt *Gloſſ.* intelligit
*Salicetus* reſpectu majorum uſurarum. Nam minores
debentur, niſi fiat oblatio & depoſitio. *Rumin. lib.* 2.
*conſ.* 171. *numer.* 53. Et non debet *hic.* §. reſtringi
5 ad caſum, ubi nondum cœpit curſus uſurarum, quia
ratio etiam in eo caſu locum habet, quando jam ante
mortem creditoris cœpit curſus uſurarum, ut tradit
*Rodericus de Ann. Reditibus l.* 3. *q.* 15. *num.* 23. ubi tra-
dit etiam, *hunc* §. non tantum in jacente; ſed etiam
in abſentia Creditoris locum habere.

## ad L. Cajus Sejus. 11.

*SUMMARIA.*

*Curator Reipubl. ſi in una re damnum dederit, in alia vero lucrum quæſiverit, compenſanda. numer. 1. 2. & 3.*

1 CUrator Reip. mutuam dedit pecuniam publicam
4. creditoribus ſub conſuetis ibi uſuris, ſcil. ſe-
miſſalibus, ſive ſex pro centum. Sed conſuetudo ibi
fuit, ut ſi debitor Reip. vel alius conſuetas uſuras non
ſolvat, quod tunc ad majores nempe ad centeſimas te-
neatur. Duo priores Creditores defecere, & nihil nomi-
ne uſurarum, vix autem ſors exacta: Poſteriores duo
ſunt ſolvendo quidem, ſed moram commiſere, ideoq;
ad majores centenſimas uſuras tenebantur, quæritur, an
curator deficientes uſuras in perſona debitoris primi,
2 & ſecundi, de ſuo ſolvere debeat? Videtur quod non,
quia per uſuras centeſimas a tertio & quarto ſolutas
compenſatum id damnum, quod ex primi & ſecundi
debitoris ruina paſſa eſſet. R. Sed e contrario poterat
contra Curatorem urgeri, quod ſocius ſi in una re dam-
num dederit, in alia lucrum, non poſſit compenſare
cum damno lucrum. *l.* 25. *& ſeq. ff. pro ſocio.* Sed hic
3 admittitur compenſatio. Autor *ad L.* 4. *C. Mandati.*
Et ſic clementius agitur cum Curatore, ut ſi in una
re per negligentiam damnum dederit, in alia vero
lucrum, ut hoc cum illo compenſetur. *Pac. cent.* 4.
*q.* 96. *Wiſſenbach. diſp.* 45. *th.* 6. quod bene notandum
pro Rerum publ. Curatoribus, Cameratiis, & ſi-
mil.

## ad L. Qui ſemiſſes. 13.

*SUMMARIA.*

*Qui majores uſuras promiſit, minores ſolvendo, ab illis liberatur. num. 1.*
*Negotiorum geſtor ad uſuras quando teneatur. 2.*
*Res qualibet ſecundum conſuetudinem loci vel perſonæ intelligenda. 3. 4.*
*Procurator cum libera poteſt omnia, quæ Principalis. 5.*

QUi cum ad majores uſuras teneretur, minores
1 ſolvit, ſaltem per triennium *arg. l.* 1. *C. de fidei-
commiſſis. Sichard. ad l.* 5. *C. h. tit.* vel ut alii volunt,
per decennium, ei præſumitur remiſſio facta majorum
uſurarum, ideoque procul dubio odio uſurarum re-
ceptum, cum alias qui minus recepit, ob id non vi-
deatur remittere majus *c. cum olim. X. de cenſibus Bar-
boſ. ad l. qua dotis.* 34. *num.* 48. *ff. ſol. matr. Carpzov.
p.* 2. *Juriſprud. conſt.* 2. *def.* 6. *Gœden. conſ.* 109 *n.* 132.
*& conf. notata* Dni. Autoris *in Comment. Cod. ad l. C.
h. t.*
2 *Ad* §. 1. Geſtor negotiorum non tenetur ad uſu-
ras pro pecunia otioſa, niſi Dominus conſuetus ſit
fœnerari. hic & *l.* 12. *ſupra, de pign. act.* Autor *ad L.*
24. *num.* 2. *C. de Uſuris.* Ex quo colligitur, Manda-
3 tarium excuſari, ſi non attendat ea, quæ non conſue-
ta Domino, & qualibet diſpoſitio intelligenda eſt
ſecundum loci vel perſonæ conſuetudinem. Unde
4 porro ſequitur, conceſſionem, ſimpliciter factam in-
telligi ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem. vid. *Franc.
de Clappor. cauſa* 35. *qu.* 4. *per totam.* Generalius col-
5 ligitur, procuratorem habentem generale mandatum,
poſſe omnia facere quæ poterat facere principalis, *Ric-
cius coll.* 410. ex quo *ibidem* multa deducit, ſed con-
ſequentia non ſemper bona.

## ad L. Moram. 14.

*SUMMARIA.*

*Rogatus reſtituere hæreditatem ſine reditu, an partum ancillæ interim natum retineat. nu. 1.*
*Conciliatio h. §. cum l.* 58. §. 4. *ff. ad SC. Trebell. remiſſive. 2.*

1 ROgatus eſt Titius, poſt mortem ſuam hæredita-
tem reſtituere mihi, ſed ſine reditu; Sed interim
natus eſt partus, an hunc poſſit retinere meus hæres?
Videtur quod non, quia partus ancillæ non eſt in fru-
ctu, vel reditu: Sed reſp. licet illa verba *(ſine reditu)*
non adeſſent, tamen partus non continetur, quia
iden diſtulit reſtitutionem fideicommiſſi, ut interim
Titius omnem commoditatem, ex hæreditate caperet.
2 *Donell. l.* 7. *c.* 26. Quomodo autem hic §. cum *l.* 58.
§. 4. *ff. ad Trebell.* concilietur, videatur *Pacius* 5. *qu.*
4. *Donell. d. l. & Hilliger ibidem lit. D. Rodericus de
Ann. Redit. l.* 1. *c.* 1. *num.* 5. *Menoch. l.* 2. *de A. Q. ca-
ſu* 49. *in fine.*

ad

## ad L. Neque. 15.

*SVMMARIA.*

*Æſtimationis fructuum, poſt litem conteſtatam perceptorum uſura non debentur. n. 1.*
*Exceptio in fructibus hæreditatis. 2.*

1 FRuctus poſt litem conteſtatam percepti ſunt re-
ſtituendi officio Judicis, & ita ſunt acceſſiones,
quæritur, ſi conſumpti, & eorum æſtimatio præ-
ſtanda, an hujus etiam uſuræ debeantur? Negatur,
quia acceſſionis acceſſio non datur; Idem in fructi-
2 bus ante litem conteſtatam perceptis. Sed aliud in
fructibus hæreditatis, quæ augent hæreditatem, &
ita ſunt pars hæreditatis, ne obſtet. *l. 51. §. 1. ff. de
Petr. hered.*

## ad L. Cum quidam 17. §. Divus. 1.

*SUMMARIA.*

*Uſura longo tempore non petita, remiſſa videntur. numer. 1.*
*Reſtringitur §. ad uſuras lucratorias. 2.*
*Deficiente perſona cui ſecure ſolvatur, uſura ceſſant. 3. & 7.*
*Uſurarum diverſitas explicatur. 4.*
*Minor ob uſuras omiſſas non reſtituitur. 6.*
*Fiſcus privato ſuccedens ad uſuras tenetur. 8.*
*Fiſcus in bonis privati poſt incorporationem utitur ſuo privilegio. 9.*
*Adminiſtratores vel Curatores Reip. ex pecunia retenta ad uſuras tenentur. 10.*
*Sed ob pecuniam negligenter ſolutam, ad uſuras non tenentur. 11. 12.*

UBi agitur de liberatione lucri odioſi ſcil. uſu-
1 ratum, ex curſu longi temporis præſumitur ti-
tulus liberatorius, quia videtur ideo non petiiſſe, ut
gratior debitori eſſet. *Maſcard. de prob. concl.* 1378 *n.
96. Petr. Barb. ad l. qua dotis. n. 47. conf. Alex. conſ.
56. num. 6. & 12. lib. 4. & Rimin. lib. 1. conſ. 67. n. 37.
2 & ſeq. Rol. a Valle conſ. 65. nu. 18. l. 4.* Verum nega-
ri non poteſt, hanc legem eſſe ſingularem, & exor-
bitantem, & intra ſuos terminos coercendam. Nam
in foro hodie non ſolet attendi diuturnitas temporis
in non petitia uſuris; Ideo nonnulli æſtimant, *hunc*
§. reſtringendum eſſe ad uſuras lucratorias & ideo
excludendum caſum, quando uſuræ petuntur ex ti-
tulo oneroſo, vel ex damno perpeſſo, v. gr. ſi ob do-
tem promiſſam maritus uſuras etiam poſt decennium
petat. *Maſcard. de probat. d. concl. num. 97. & 98.* vel
intelligendus de caſu, ubi de captata gratia crediτoris,
vel expectatu beneficio apparet. *Maſcard. numer. 99.
Hippol.* Riminald. *vol. 2. conſ. 171. num. 59.*
3 *Ad* §. 3. Excuſatur aliquis ab uſuris alias debitis,
quando non adeſt perſona, cui ſecure ſors ſolvi poſ-
ſit, etiamſi uſura propter interpellationem debeatur,
per *l. 4. §. fin. ſupr. ad Leg. commiſſ.* ſcil. ſi uſura of-
ficio Iudiciis debeatur, ſecus ex ſtipulatione. *l. accep-
tam. 19. C. h. t. Pet. Barb. ad l. de divıſ. 5. num. 38. ff.
ſolut. matr. conf. Alex. conſ. 92, num. 9. lib. 1. Vincent.
4 de Franch. dec. 16. num.* 8. Nota ex §. 3. verbis fina-
libus, uſuras non propter lucrum petentium, ſed ob
moram debentium infligi. Hinc alia uſura dici-
tur lucratoria, alia punitoria, alia compenſato-
ria: hæc compenſatur damnum creditoris ob debi-
tum ſtatuto tempore non ſolutum; Iſta infligitur
in pœnam moræ; illa fit ob ſolum uſum conceſſi
uſus pecuniæ. Ultima non concessa Iure Canonico,
*de quo alibi agitur fuſius.* Sed in deſcriptione harum
5 ſpecierum variant. Nam plerique lucratoriam uſura-
rum deſcribunt, quod ſit uſura conventa non in pœ-
nam moræ, aut ob præſumtum damnum creditoris,
6 ſed ob merum lucrum creditoris; Nota, minorem ad
uſuras omiſſas non reſtitui, licet ob lucrum amiſſum
reſtitui alias poſſit. *l. 7. ff. de min. Sfort. Oddus de
7 Reſt. qu. 89. art. 2.* Ideoque licet, debitor pupilli
etiam non interpellatus contrahat moram irregularem,
quæ ex ſpeciali minoris ætatis privilegio inducitur.
*l. in minorum. C. in quibus cauſ. reſtitutio in integrum
non eſt nec.* quæ irregularis mora etiam contrahitur,
in pecunia Eccleſiæ debita. *Covarr. l. 3. reſol. c. 17.
num.* 4. non tamen hæc mora irregularis contrahi-
tur, ſi pupilli non habeant tutorem, cui ſolvi poſſit.
*Vinc. de Franchis. dec. 16. Rodec. d. Ann. reditibus l. 2.
c. 15. num. 39.*
8 *Ad* §. 5. 6. Fiſcus quando ſuccedit privato, etiam
uſuras ſolvit; a ſuis vero debitoribus ſemper ſemiſſa-
les uſuras exigit. *hic & l. ult. C. de Uſur. fiſc. vid. Pe-
reg. de Jur. fiſc. lib. 6. tit. 1. num. 35. & tit.* 7. Autor *ad
9 L. 2. nu. 3. 4. C. de Fiſcal. uſur.* Quando debitores pri-
vati fiſcu incorporantur, tunc ſemiſſales uſuras præ-
ſtant. Et ſic fiſcus. poſt incorporationem unitur ſuo
privilegio. conf. *Franc. de Clapper. cauſ. 40. qu. un.
confer notata* Dni Autoris *ad l. 6. infra de jur. fiſc.*
10 *Ad* §. 7. Plures, qui ex adminiſtratione publica-
rum pecuniarum obligati ſunt reipubl. vel curatores
operum, ex pecunia penes ſe retenta, præſtant uſuras;
11 Sed ſi redemptoribus operum negligenter ſolverint,
v. gr. præmature, ſi poſtea redemptores forte pecunia
in tutum præcepta auſugiant, damnum illud reſar-
ciunt ſine uſuris; nam detrimentum, quod Reipubl.
quis facit, ſine uſuris præſtat. *l. conſt. 24. ff. admin.*
12 ſicut etiam qui pro adminiſtratione cavit, reliqua ſi-
ne uſuris infert. *l. 21. §. 1. ad Municip. conf. Franc de
Clapper. in dec. p. 2. cauſa 62. q. 4. n. 5. & n. 11.* Sed dolus
obligat hic ad uſuras, cum hic nemini debeat eſſe
impunitus.

## ad L. Evictis. 18.

*SUMMARIA.*

*Evicta re vendita, venditor ad uſuras ſtatim tenetur. num. 1.*
*Dies etiam incerta interpellat pro homine. 2.*
*Debitor ſciens conditionem eſſe impletam, in mora conſtituitur. 3.*
*Emptor ad uſuras tenetur, etiamſi nemo ſit, cui ſolvat. 4.*

SI reſtitutio pretii promiſſa in eventum evictionis,
1 dies evictionis ſtatim conſtituit in mora, præ-
ſertim in materia emptionis, ubi evicta re, ſtatim
emptor fructuum uſu, & venditor pretio utitur. *Ma-
rianus Socinus in repet. l. ita ſtipulatus. 115. num. 266.
2 ff. de verb. obl.* Ideoque colligitur, diem licet in-
certam, poſtea tamen certificatam ex eventu, inter-
pellare pro homine; Et inde colligitur, ſi debitor
ſciat conditionem eſſe impletam & tantum tempus
præteriit, ut potuerit præſtare promiſſa, quod tunc
mora contrahatur ſine interpellatione. *Accurſ. l. 115.
verſ. Sabin. in verbo agendum. de verb. oblig. Cumanus
& Alciatus in l. quoties in diem. 59. ff. eodem. Loriot-
3 tus in tract. de mora. axiom.* 12. Et licet *Zaſius in d. l.
59. nu.* 8. diſſentire videatur, cum aliis pluribus, poſ-
ſet tamen utraque opinio conciliari, ut in puncto
temporis non ſit in mora, ſed ſicut jam declaratum eſt.
Sed *in* §. 1. quæritur, Si emptor velit pretium ſolve-
re, & non ſit, cui ſolvat, venditore mortuo, & pen-
dente hæreditate, an etiam illius temporis uſuras
præſtare teneatur? Vid. quod non, ob *l. 9. §. fin. h. tit.*
4 Sed affirmatur hic, quia uſuras emptor præſtare de-
bet re tradita, non ob interpellationem, ſed ob fru-
ctus perceptos. vid. *notata* Dni. Autoris *ad l. curabit.
5. num. 2. C. de act. empt.*

ad

## ad L. Videamus. 19.

*S U M M A R I A.*

*Fructus rei fructiferæ ſaltem debentur. num.* 1.
*Rei infructiferæ commoditas peti poteſt.* 2.

1 LIquidum quidem eſt, ad fructus rei neminem
condemnandum, niſi res fructiſera ſit, v. gr. ſi
nuda proprietas petatur, hæc fructus non fert: Idem ſi
uſusfructus petatur, quia fructuum fructus eſſe nequit:
2 fructus tamen percepti hoc caſu reſtituendi. Et ſi res
non frugiſera petatur, poteſt tamen commoditas peti, v.
gr. ſi locaſſet pro more civitatis, quod percepturus fuiſ-
ſet.

## ad L. Si quis ſolutioni. 24.

*S U M M A R I A.*

*Differens ſolutionem, ſed ad judicium provocans, in mora non eſt. nu.* 1.
*Cauſa injuſta an à mora excuſet.* 2.
*Quid per juſtam cauſam hic intelligatur.* 3.
*Petens dilationem ſi ſuccumbat, interim labitur terminus.* 4.

1 QUi differt ſolutionem, & dicit ſe eſſe paratum
ad ſolvendum, ſi probetur, & ita ad judicium
provocat, non videtur eſſe in mora, Autor *ad L.12.
n.4. C. de Contrab. & com. ſtip.* ſi ex cauſa juſta id fa-
ciat. i. e. tali, quæ eum à culpa liberet. *Cravetta pluret
citans conſ.837.n.17.* nam ſi talis non ſit, etiam in mo-
ra eſt. *Petr. Barboſ. ad l. ſi mora. 10. num.3. & ſeq. ubi
conciliat l. qui ſine dol. 63. de R. J. & l.82. & §.fin.infr.
de V.O. Arumæus tr. de mora c.6.pr. Berlich. p. 1. dec.*
2 7 *num.6.* Unde falſum præſuppoſitum eſt aliquorum,
qui cauſam injuſtam à mora excuſare tradunt. *Barboſ. d.*
3 *l.num.6.* Nec admitto limitationem *Cravettæ conſ.789.
n.4.* quaſi ad juſtam cauſam requiratur, ut obtineat,
4 nam tunc fruſtra de uſuris quæretur. Colligitur *ex hoc*,
ſi an dilatio danda diſputetur, interim terminum labi,
ſi ſuccumbat petens. *Berlich. p. 1. dec. 58.*

## ad L. Qui ſcit. 25. pr.

*S U M M A R I A.*

*In communi fundo ex alieno ſemine fructus percipiens, pro dimidia ſuos facit. n.* 1.
*Succeſſori novo locatoris penſio debetur.* 2.
*An ſola cognitio rei alienæ, ut fructus quis ſuos faciat, impediat.* 3. 4.

1 QUi in communi fundo vel agro ex alieno ſemine
fructus percepit, is facit fructus ſuos pro dimi-
dia vel alia parte; quia omnis fructus non jure ſeminis,
ſed jure ſoli percipitur, & fructus naturaliter pertinent
2 ad Dominum. Ideoque exinde ſequitur, licet locator
ex alia præfectura decedat, vel fundi poſſeſſione exci-
dat, novo tamen poſſeſſori, de cujus injuſtitia non
conſtat, deberi penſionem, non ex actione locati,
ſed quia fructus poſſeſſoris ſunt, præſertim ſi quiete
poſſideat; Ergo etiam penſio, quæ loco fructuum eſt.
*conf. l. ult ff. de jure fiſci. Dn. Mevius p. 5. dec.* 28.
3 *Ad §. fin.* Qui, antequam fructus percepit, cogno-
vit rem alienam eſſe, percipiendo fructus eos ſuos fa-
cit, donec res evincatur; quod tamen manifeſte repu-
gnat. *l. 48. §. 1. de Acquir. rer. dom.* ideoque antino-
miam veram agnoſcit *Covarr. lib. 1. reſol. c. 3. num. 7.
& Menoch. rem. 15. recup. poſſ. nu. 6 & 4. ſeq.* quod non
abſurde dici à *Covarruv. d. l. & Leſſio lib. 2. de juſt. &
jur. c. 14. dubit. 2.* agnoſcit, & ingenue judicium ſibi
non diſplicere, ait *Wiſſenbach. d.18. lib. 6. th. 9.* niſi di-
cas cum *Gloſſa, Cujacio*, & aliis, velle hic Juréconſul-



tum, quod interim, & revocabiliter ſuos fructus fa-
ciat, confer. *Schultes ad M deſ. Piſt. p. 3. q. 124. num.
117. Anton. Fab. l. 4. conject. c. 16. Donell. & Hillig. l.
4. c. 24. lit. G. & H. Hillig. in Don. lib. 19. cap. 14. lit.
O.* Aliter *Franzkius ad tit. de Rei vind. num.79. & ſeq.*
Quicquid vero ſenſerit Julianus, merito in orbe Chri- 4
ſtiano recepta ſententia Ulpiani *d. l. 48. §. 1.* quod ſta-
tim, quando quis conſequitur notitiam rei alienæ, fru-
ctus ſuos non faciat, ut recte *Wiſſenbach.* ait *d. l.* imo
nec præſcribit, qui reſcivit rem alienam, hodie Jure Ca-
nonico, quod ſequimur, licet ipſe Ulp. *d. l.* hoc concedat.

## ad L. Venationem. 26.

*S U M M A R I A.*

*Jus venandi, an in fructu ſit. num.* 1.
*Operæ Ruſticorum in fructu ſunt.* 2.

JUs venandi omnibus commune eſt jure Gentium, & 1
hoc jure etiam ad uſufructuarium pertinet. *l. 62. ſu-
pr. de Uſufr.* Ideoque in fructu fundi non eſt, niſi uti-
litas fundi, v. gr. aridi, nulla alia ſit. vid. *Don. &
Hillig. lib. 16 c. 7. lit. F. Modeſt. Piſt. p. 1. conſ. 14. nu.
23. vol. 2. Petr. Heig. p. 1. q. 15. n. 44. & 46.* Et quos
allegat *Klock. conſ. 10. nu. 373. vol. 1.* Colligit *ex hac le-* 2
*ge, juncta l. 3. ff. de Operis ſervorum. Gail. l. 1. obſerv. 99.
num. 9.* operas ruſticorum in fructu eſſe.

## ad L. Cum Patriſamilias. 27.

*S U M M A R I U M.*

*Mora defuncti in hæredem continuatur.*

MOra regularis fit per interpellationem creditoris legitima factam, & fruſtrationem debitoris ejus; ſed quæritur, an ſi defuncto mora facta, etiam hæredi videatur facta, & deinde an etiam hæredum hæredibus? Utrumque affirmatur; nam hæres omnia vitia & commoda defuncti induit, per l. *an vitium. 5. ff. de Diverſ. præſcript.* Et mora defuncti debitoris, etiam hæredi ipſius nocet. *l. 91. §. 4. de Verb. Obl.* Ergo moræ facientis & patientis effectus ad hæredes tranſit. *vid. Cujac. ad Afric. mihi t. 2. p 2079.*

## ad L. Placuit. 29.

*S U M M A R I A.*

*Pactum uſurarium non tollit contractum. n.* 1.
*Uſuræ uſurarum non debentur.* 2.
*Quod limitatur.* 3.

PActum illicitum uſurarium non tollit ipſum con- 1
tractum, Autor *ad L. 26. nu. 22. C. h. t.* & ideo
regula: utile per inutile non vitiatur. *hic & c. utile. 37.
de R. I. lib. 6. Sande. l. 4. t. 1. def. Carp p. 2. c. 19. d. 9.
& p. 2. c. 43. def. ult.* Autor *ad L. 8. num. 5. C. de con-
trab. & comm. ſtip.* Dicitur & hic, uſuras uſurarum 2
non ſolvendas, & ſic nec intereſſe de intereſſe ſolven-
dum. *Carpz. p. 2. c. 30. def. 29. & quos refert Dn. Me-
vius p. 4. dec. 154.* Autor *ad L. ult. nu. 1. & ſ. C. h. t.*
Quod ibidem limitat, niſi vicem ſortis principalis teneat, 3
veluti cum loco & vice rei debitæ petitur, vel quando
jam taxatum eſt, & in præſtando mora committitur. Ex-
ceptio in tutore. *Carpzov. d. c. 30. def. 30.* de quo *alibi.*

## ad L. Etiam ex nudo. 30.

*S U M M A R I A.*

*Civitatibus ex pacto debentur uſuræ. nu.* 1.
*Uſus modernus.* 2.

CIvitatibus etiam ex nudo pacto debentur uſuræ. 1
vid. *Exea tr. de Pact. n. 466. Loriott. de tranſact.* 2

*n.* 66. Verum in foro apud nos etiam privatis uſuræ debentur ex nudo pacto, ut experientia quotidiana docet. Ideoque nihil præcipui habent hodie civitates in hoc puncto.

## ad L. Quod in ſtipulatione. 31.

### SUMMARIA.

*Uſuræ indefinite promiſſæ, non debentur. n. 1.*
*Exceptiones. 2.*
*Deciſio illa in Praxi non obtinet. 3.*

1 SI uſuræ indefinite promiſſæ ſint, inutilis eſt ſtipu-
latio, quia incerti iſta obligatio eſt. *hic & l. 41 in*
2 *fin. h. t.* Excipitur legatum *l. nummis. 75. de leg. 3.* Et ſi
quis cum argentariis contraxerit, promiſſis uſuris. Sed
3 hodie *hanc legem* non puto obtinere. Nam in Imperio
Romano tunc certæ & definitæ uſuræ, ſcil. quincunces.
Et licet in inſtrumentis debiti, quantitas uſurarum non
ſit expreſſa, intelliguntur tamen ſolitæ & frequentatæ
uſuræ. Idem ſi ſemiſſales receptæ, ut in hoc Electora-
tu. Semper enim hæ intelligendæ, ut praxis teſtatur.

## ad L. Mora. 32.

### SUMMARIA.

*Interpellatio ut in mora conſtituat, ubi fieri debeat. n. 1.*
*Interpellatio una in mora conſtituit. 2.*
*Ex mora in bonæ fidei judiciis uſuræ debentur. 3.*
*Mora unius correi, quando alteri noceat. 4.*

1 MOra ex perſona dicitur fieri per interpellatio-
nem, etiam extrajudicialem opportuno tempo-
re & loco factam, i. e. ſi Lipſiæ ſolvere debeo, ut
Lipſiæ etiam interpeller. *Arum. d. c. 5. n. 9. & ſeq.* cu-
jus rei difficilis hic dicitur definitio, non tamen im-
2 poſſibilis. *Marcus Mantua ſing. 311.* Et interpellatio
unica ſufficit, per *l. 87. §. 1. de leg. 2. & l. Qui Romæ.
122. §. Seja de V. O. Petr. Barb. in l. ſi mora. n. 9. Arum.
d. c. 5. n. 15. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 220. num. 49.* Au-
tor *ad L. 1. n. 2. C. de uſuris & fruct. legat. Et ad L. 12.
n. 3. C. de Contrah. & comm. ſtip.*
3 *Ad §. 2.* In bonæ fidei judiciis à tempore moræ de-
bentur uſuræ. *Carpz. part. 2. conſt. 30. def. 8. num. 4.
Treutler. vol. 2. diſp. 3. th. 6.* Autor *ad L. 13. n. 1. C. h. t.
Et ad L. 2. n. 1. C. depoſiti.* Et ſic ſi merces vendantur
ad certum diem ſolvendæ, ſolent uſuræ etiam adjudi-
cari; Secus, ſi non ſit adjectum certum tempus. *Dn.
Richter dec. 74. n. 51. & ſeq.* Sed attendenda potiſſimum
eſt conſuetudo loci, nam interdum, quod in nundinis
creditum, ſequentibus nundinis ſolvi ſolet; vel non eſt
certa conſuetudo, & nihil dictum de tempore ſolutio-
nis, & tunc à tempore interpellationis mora fit. *Dn.
Mev. p. 3. dec. 11.*
4 *Ad §. pen.* Mora unius correi debendi, alteri non
nocet; ſcilicet ad obligationem augendam: ſed no-
cet alteri ad conſervandam vel purificandam obliga-
tionem, per *l. pen. ff. de duobus reis.* Prolixe hac de
antinomia agit *Caballinus in tr. de Div. & indiv. num.
122. & ſeq. Weſenb. ad tit. de duobus reis. n. 8. Zoeſ. ad
d. tit. num. 12. Dn. Struv. th. 30.*

## ad L. Si bene. 33.

### SUMMARIA.

*Uſuræ non debent acerbe exigi. num. 1.*
*Pecunia publica fœnori data, non facile exigenda. n. 2.*
*Applicatur hoc ad Tutores. 3.*

1 NOtetur hic à Chriſtianis creditoribus, quod Gen-
tilis monuit; Cavere eos debere, ne uſurarum
acerbos exactores ſe præbeant, ſed moderatos, & cum
efficacia benignos, & cum inſtantia humanos. *Franzk.
ad tit. de empt. num. 415. Dn. Lauterb. ad eundem ti-
tulum §. 2. th. 8.* Uti etiam exact ores publici. Autor 2
*ad L. 1. n. 8. 9. C. de Exactor. trib.* Ex primis autem *le-
gis* verbis notandum; Si pecunia publica fœnori data,
debitores non facile in exigenda ſorte inquietandos eſſe,
ſi bene collocatæ ſint. *Rodericus de Jure cenſuum & an-
nuorum redituum. lib. 3. qu. 4. n. 9.* Quod etiam de nomi- 3
nibus pupillorum ac minorum notandum Tutoribus, ne
ſi exactam pecuniam alibi fœnori exponant, id ſuo pe-
riculo faciant.

## ad L. Uſuræ. 34.

### SUMMARIA.

*Uſuræ, quando fructibus connumerentur. num. 1.*
*Legatorum uſuræ ex tempore moræ debentur. 2.*

USuræ vicem fructuum obtinent, & hoc in lega- 1
tis, fideicommiſſis & aliis bonæ fidei judiciis ob-
ſervatur. *Rod. de cenſ. lib. 3. qu. 7. n. 99.* Hinc colligunt 2
legatorum uſuras à tempore moræ deberi. *Carpz. part.
2. conſt. 30. def. 20.*

## ad L. Lite conteſtata. 35.

### SUMMARIA.

*In ſtricti juris judiciis, quando debeantur uſuræ. n. 1.*
*Qui ad annum ſtipulatus uſuras, an & poſt annum uſuræ peti poſſint. 2. 3.*
*Limitatio Legis. 4.*

IN ſtricti juris judiciis à lite conteſtata, uſuras deberi 1
communiter *ex hoc textu* probant DD. vid. *Caldas
de empt. c. 25. num. 45. Carpzov. d. conſt. 30. def. 17. &
lib. 4. reſp. 56.* Autor *ad L. 1. num. 5. C. de condict. in-
deb.* Licet diſſentiat *Vaſqu. in illuſtrib. lib. 3. c. 36. n. 47.
Treutler. & Bachov. d. diſp. 3. th. 3. lit. C.* Sed tamen com-
munis ſententia videtur in judiciis recepta, ut de Friſi-
ca Curia teſtatur *Sande l. 3. t. 4. d. 1.* Et apud nos
teſtantur præjudicia & Collegiorum juridicorum proto-
colla. Sed quæritur; ſi ad annum datum mutuum, cum 2
hoc pacto, ut illius anni uſuræ ſolverentur, ſed debitor
poſt annum non ſolvit, an etiam ſequentium annorum
uſuræ debeantur? Negat *Sand. d. l.* quia eſt ſtricti ju-
ris contractus, in quo non conſideramus mentem præ- 3
ſumptam. Sed poterat dici, hic eſſe plus actum, quam
dictum, ut ipſe *Sande in def. ſeq.* licet in alia ſpecie dicit,
ſi quis in mutuum pro damnis omnia ſua bona obliget. Et
ita idem dicerem in priori ſpecie, quia voluntas credi-
toris non fuit gratis dare uno anno, multo minus pluri-
bus, præſertim id verum ipſe concedit *Sandius*, ſi poſt
annum aliquot annorum uſuras ſolverit debitor. *in d. tit.
d. 4.* Limitanda vero Lex hæc eſt, ſi quis ex ſententia 4
condemnatus ad pecuniam ſolvendam, non fuit in mora.
Caſum vide in *not.* Dni. Autoris *ad l. 3. pr. h. t.*

## ad L. Videamus. 38.

### SUMMARIA.

*Fructus in ſtricti Juris judiciis aliquando à tempore moræ debentur. n. 1. 2.*
*Qui de reſtituendo cavit, ad fructus quoque obligatur. 3.*
*Condictione ſine cauſa pecuniam repetens, an ultra datam etiam fructus condicere poſſit. 4.*

IN bonæ fidei judiciis debentur fructus à tempore 1
moræ, Aut. *ad L. 13. n. 1. C. h. t.* etiam extrajudicia-
les, in ſtricti Juris vero a lite conteſtata *§. 7. h. l.* Sed hoc
limitatur hic, niſi per actionem ſtricti Juris petam id,
quod

quod antea fuit meum. v. gr. Si mihi oblatum, vel indebite alii ſolutum, vel alienatum in fraudem, nam tunc fructus debentur etiam à tempore moræ. *Tiraq. de retract. conſangu.* §. 15. *gl.* 2. *num.* 16. *& Retr. convent.* §. 5. *gl.* 2. *n.* 5. *Petr. Barb. p.* 3. *Rubr. ff. ſol. matr. nu.* 71. *& ad l. ſi mora.* 10. *n.* 89. *conf. Menoch. de recup. poſſeſſ. in prælud. num.* 6. In actione Pauliana ſi res in fraude
2 creditorum alienata, etiam fructus debentur, per §. 4. *h. l.* nam verbum *reſtituas* plenam habet ſignificationem. Ex quo colligit *Sande lib.* 3. *tit.* 14. *def.* 12. ſi ali-
3 cui ſoluta pecunia ſub cautione reſtituendi, ſi alius prior vel potiore jure gaudens ſe offerat, etiam, uſuras reſtituere eum debere. *arg. h.* §. *& l.* 88. §. *fin. ff. ad l. Falc.* Et ex §. 7. nota, quod jam dictum, in judiciis ſtricti Juris deberi fructus & intereſſe, non à tempore moræ, ſed accepti judicii. Et habetur hic exemplum in ſtipulatione. Sic ſi quis vellet condictione ſine cauſa uti ad repetendam pecuniam, quando alter promiſſis non ſteterit, putat *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 207. ultra datum nihil reperi poſſe; ſed poſſet de eo dubitari, *ob* §. 1. *hujus legis*, ex quo colligitur, ſecus eſſe, ſi res quæ antea fuit mea, repetatur.

## ad L. Tutor. 41.

*SUMMARIUM.*

*In uſuras condemnari poteſt debitor, etiamſi earum in prima ſententia nulla facta mentio.*

PEndente Appellatione concurrerunt uſuræ, quæro, an in has etiam condemnari poſſit debitor, licet in prima ſententia nulla harum facta mentio? Quod hic affirmatur, & *l. ult. ff. de Re jud. & l.* 24. *ff. de Appell.* quæ duæ leges verbis plane conveniunt. *Carpzov. p.* 1. *Juriſp. conſt.* 20. *def.* 21.

## ad L. Herennius. 42.

*SUMMARIUM.*

*Translatio fideicommiſſo, omnes fructus fideicommiſſario debentur, non pro rata anni.*

SI mihi fundus per fideicommiſſum relictus & dies veniat, majori parte anni lapſa, quando dominium translatum, omnes etiam fructus fideicommiſſario debentur, & non pro rata dividuntur, quia fiduciarius hæres in re ſemel tradita, nihil Juris prætendere poteſt. *vid. Bach. in Tr. vol.* 2. *diſp.* 13. *th. ult. lit. H. & Petr. Barb. in l.* 8. *pr. part.* 2. *n.* 3. *ff. ſolut. matrim.*

## ad L. Herennius. 43.

*SUMMARIUM.*

*Si debitum mihi a Fiſco ceſſum, uſuras illi etiam ſine ſtipulatione debitas exigere poſſum.*

FIſco debentur uſuræ, etiam ſine ſtipulatione. Pone ergo, Fiſcum ceſſiſſe ſua jura mihi, etiam uſuras petendi jus pro illo tempore, quo fiſcus habebat, mihi competit. *Petr. Barboſ. in l. poſt dotem.* 41. *n.* 62. *ff. ſol. matr.* ubi hoc privilegium extendit & limitat, licet neutrum textui videatur convenire.

## ad L. Pœnam. 44.

*SUMMARIA.*

*Pœna conventionalis legitimum uſurarum modum excedere non poteſt. n.* 1.
*Pœna quantitati in fraudem uſurarum adjecta videtur.* 2.
*Aliud in obligatione faciendi.* 3.

2 IN fraudem conſtitutionum certam quantitatem uſurarum determinantium, non licet creditori per ſtipulationem majorem pœnam ſtipulari. *Carpzov. in Aſylo Debitor. c.* 1. *num.* 383. *& ſeq. Franzk. p.* 2. *reſ.* 10.
2 *num.* 9. Imo pœna appoſita quantitati dandæ videtur in fraudem uſurarum appoſita. *Strach. in tr. de adject. part.* 2. *num.* 59. *Afflict. dec.* 135. *num.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 1172. Autor *ad L.* 15. *n.* 1. *&* 2. *C. h. t. n.* 16. Nec obſtat §. *ult. I. de V. O.* quæ de obligatione faciendi loquitur. *Carpzov. d. l.* Autor *ad L.* 15. *n.* 2. *C. h.*



## ad L. Fructus. 45.

*SUMMARIA.*

*Verus legis intellectus proponitur. n.* 1.
*Verba finalia legis enodantur.* 2.

1 RElictis aliorum diſputationibus (de quibus *Donell. lib.* 4. *c.* 25. *Anton. Fab. lib.* 4. *conject. c.* 17. *Pinell. l.* 2. *C. de reſcind. vend. p.* 2. *c.* 4. *n.* 59. *Fach. lib.* 1. *c.* 57.) verus ſenſus *hujus legis* eſt, quem eruit *Hartm. Piſt. lib.* 4. *q.* 26. quod hic ſit quæſtio de fundo à marito uxori donato, ubi quæritur, an uxor perceptos ſua induſtria fructus perpetuo ſuos faciat? Ratio dubitandi eſt illa, quod donatio illa ſit invalida: Sed aff. quæſtio, quia fructus non tam ex re donata, quam ex ſua induſtria percepit; Ergo donator non videtur redditus pauperior, quo caſu valet donatio inter conjuges, per *l.* 5. §. 16. *& l.* 16. *ff. de Donat. inter Vir. & Uxor.* Autor *ad L.* 22. *nu.* 5. *&* 6. *C. de R. V.* Et *ad L.* 8. *n.* 6. *C. de donat. inter vir. & uxor.* & eatenus hic Donatarius cum bonæ fidei poſſeſſore confertur in fructibus naturalibus, quod neuter perpetuo & irrevocabiliter ſuos fructus faciat,
2 ne obſtet *l.* 48. *ff. de acquir. rer. dom.* Et ita verba intelligo (*ſicut nec cujuslibet b. f. poſſeſſoris*) ſicut uxor ex hac donatione in hoc caſu licita, tantum induſtriales adquirit, & quidem ſtatim percipiendo & irrevocabiliter; naturales vero non adquirit ſtatim & irrevocabiliter; & in hoc ultimo comparat Pomponius uxorem cum b. f. poſſeſſore, ſicut nec b. f. poſſeſſor ſtatim irrevocabiliter adquiret fructus naturales, non vero negat, perfecte adquiri poſtea per conſumtionem. Imo dixerim, & uxorem etiam naturales adquirere fructus, ſi illa donatio fundi morte mariti confirmetur, nam tunc ab initio pro valida habetur donatione, non exceſſiva *l.* 25. C. *de Donat. inter Vir. & uxor. ibique* Autor *n.* 6. 7.

## ad L. Quod in fructus. 46.

FRuctus non debentur, niſi deductis expenſis, quæ eorum quærendorum & conſervandorum gratia facti ſunt, *hic & l. fructus* 7. *pr. ff. ſolut. matr. Fort. Garcias de Expens. c.* 1. *n.* 12. Carpzov. *p.* 3. *conſt.* 32. *def.* 12. Aut. *ad L.* 22. *n.* 1. C. *de R. V.*

---

# TITULUS II.

*De Nautico Fœnore.*

## ad L. Trajectitia. 1.

*SUMMARIUM.*

*In trajectitiis pecuniis ob periculum ſuſceptum centeſima uſura ſunt licita.*

IN trajectitiis i. e. trans mare vehendis, adeoque etiam mercibus, quando creditor in ſe ſuſcepit periculum, creditor ſtipulari poteſt centeſimas uſuras, quæ hic tanquam pretium periculi conſiderantur. *Covarr. lib.* 3. *reſol. c.* 2. *n.* 5. *Molina de J. & J. tr.* 2. *diſp.* 318. *num.* 4. *Santerna de Aſſecurat. p.* 1. *n.* 10. Autor *ad L.* 1. *num.* 3. 4. *ſ. C. h. t.*

## ad L. Periculi pretium. 5.

*SUMMARIA.*

*Centeſima uſura etiam in pecunia non trajectitia locum habent.* 1.
*Datur fœnus quaſi nauticum.* 2.
*Periculi ſuſceptio ex contractu lucrativo reddit onero-ſum.* 3.

1 NOn tantum in trajectitia pecunia, ſed etiam in
aliis mutuis, poteſt creditor paciſci de uſuris gra-
vibus, i. e. centeſimis, quando ſc. periculum in ſe ſuſ-
cepit creditor, Aut. *ad L.* 2. *n.* 1. 2. *C. h. t.* v. gr. Dedi
mutuam pecuniam ad præparanda retia ad capturam
halecum, hac conditione, ut ſi nihil ceperis, nihil re-
ſtituas, ſed ſi ceperis, ut uſuras centeſimas reſtituas.
Idem in athleta, cui centum ad emenda ornamenta
mutuo data, ut ſi viceris, ſortem cum uſuris gravi-
bus reſtituat. Idem ſi mercatori dem 100. mutuo, re-
ſtituenda cum his uſuris, ſi lucrum fecerit ex mea pecu-
nia, alias non; & hoc vocatur quaſi nauticum fœnus,
2 de quo *Berengar. Fernandus in repet. l. Pacta conventa
ff. de contrah. empt. n.* 28. *Carol. Molin. de contr. uſur. n.*
98. *vol.* 1. *Zunzerling. in pecul. diſp. ad hanc legem, inter
3 Baſilienſes.* Aut. *ad d. L.* 2. *n.* 3. *C. h. t.* Si periculi ſuſ-
ceptio facit, ut contractus non ſit lucrativus, ſed one-
roſus, v. gr. ſi ſupervixero per biennium, des pro do-
mo mille, ſi moriar intra biennium, habeas gratis.
*vid. not.* Dni. Autoris *ad l.* 6. §. 11. *quæ in fraudem cre-
dit. Sande lib.* 3. *tit.* 13 *def.* 2. & *Borcholt. tract. de fœno-
re nautico c.* 1. *Cujac l.* 9. *obſ.* 28. *Wiſſenbach. diſp.* 43.
*th. ult. Stypman. de jure marit. p.* 4. *c.* 2. *n.* 204. *quem
laudat Dn. Struv. Exerc.* 27. *th. ult.*

---

# TITULUS III.

## *De Probationibus & Præſumptionibus.*

## Ad L. & incumbit. 2.

*SUMMARIA.*

*Affirmanti incumbit probatio. n.* 1.
*Quando utrique probatio imponi poſſit.* 2.
*Nobili jus braxandi ſibi arroganti, imponenda proba-tio.* 3.
*Factum negatum probari nequit.* 4.

1 ILli, qui affirmat, incumbit probatio, ſive ſit actor,
ſive reus; Autor *ad L.* 1. *num.* 1. *C. h. t.* Et ſi uter-
que aliquid affirmet, utrique imponenda probatio, pri-
mo actori, & poſtea reo, per *l. Si quidem C. de Ex-
cept. Cacheranus dec.* 144. *Maſcard. concl.* 137. *Rolandus
de Commiſ. l.* 2. *c.* 1. *num.* 7. Autor *ad L.* 3. *n.* 1. & *ſeqq.*
2 *C. de reb. cred.* conſenſu tamen utriuſque ſimul proba-
tio imponi poteſt, ut fieri ſolet in duplicibus judiciis,
& remediis retinendæ poſſeſſ. & ſummariis. *conf. Rol.
d. l. num.* 18. conf. quæ dixi *in Proceſſ. Civil. c.* 18. *n.
3 fin.* Ex *hac lege* etiam fluxit, quod Sereniſſimus Sa-
xoniæ Elector ſtatuit, ſi Nobilis vel Caupo ruſticanus
uſurpet jus braxandi cereviſiam, & ob id conveniatur
à civitate proxima, nam ad civitates hæc compendia
pertinent, Quod Nobili incumbat probatio, quam
Conſtitutionem refert *Finckelthaus obſ.* 70. Cæterum fa-
4 ctum negantis per rerum naturam nulla eſt probatio *l.*
23. *C. h. t. Donell lib.* 25. *c.* 2. *Maſcard. de Probat. lib.* 1.
*quæſt. ult. Ummius ad Proceſſ. diſp.* 15. *numer.* 7. Quando
vero alias negativa in jure noſtro probanda ſit, de eo
egi *in Proceſſu meo Civil. cap.* 18. *numer.* 1. *conf. Dd. ci-
tati ad l.* 5. *ff. h. t. in fin.*

## ad L. Cum tacitum. 3.

*SUMMARIA.*

*Caſus Legis proponitur. num.* 1.
*Deciditur.* 2.
*Voluntatis mutatio non præſumitur, niſi in teſtamen-tis.* 3.
*Hæres qui de fideicommiſſo præſtando fidem interpoſuit, ad id tenetur, etiamſi in poſteriori teſtamento fideicom-miſſum repetitum non ſit.* 4.
*Quod limitatur.* 5.

1 SPecies facti hæc: Titius in Teſtamento inſtituit
duos hæredes primum & ſecundum, ſingulos ex
ſemiſſe, & primum rogat, ut hæreditatem reſtituat
incapaci, ſeu potius inteſtabili, quam voluntatem eti-
am impleturum ſe dixerat primus, fide interpoſita
apud Teſtatorem, & incapacem fideicommiſſarium.
Poſtea Titius aliud teſtamentum condit, in quo pri-
mum iterum inſtituit hæredem ex ſemiſſe vel majori
parte, nulla facta mentione fideicommiſſi, quæritur,
an fideicommiſſum in primo teſtamento relictum inca-
paci, pertineat ad fiſcum? Videtur quod non, quia
2 primum teſtamentum ruptum eſt per ſecundum. Sed
affirm. quia Teſtator, qui Teſtamentum mutavit, re-
tinuit tamen eundem hæredem, qui fidem interpoſue-
rat, fidei interpoſitæ cauſa, ut fraudi ſuæ majorem nu-
bem objiceret, & fideicommiſſum incapaci præſtare-
3 tur. Colligitur ergo, quamvis voluntatis mutatio non
præſumatur, ſed ab allegante probanda. *Barboſ. locupl.
lib.* 19. *c.* 41. *num.* 33. Secus tamen eſſe in Teſtamen-
tis, nam poſterius teſtamentum indicat, prius eſſe
4 mutatum. Quod tamen hic limitatur: nam ſi hæres in
primo teſtamento fidem dedit, de tacito fideicom-
miſſo in fraudem legis, hæc voluntas in ſecundo te-
ſtamento licet non repetita, non videtur mutata, quia
qui ſemel eſt malus, ut hic teſtator, & hæres, invi-
cem fidem exigentes & dantes ſemper mali præſu-
muntur. *Carol. Ruinus vol.* 2. *conſ.* 93. *num.* 14. *Ceph.
vol.* 1. *conſ.* 68. *num.* 6. Autor *ad L.* 21. *ff. h. t.* Hoc ta-
5 men limitat *Anton. Faber de conject. l.* 17. *cap.* 3. *pag.*
601. *col.* 1. niſi hæres in poſteriori teſtamento in minori
portione inſtitutus.

## ad L. Ab ea parte. 5.

*SUMMARIA.*

*Negativa juris probanda. n.* 1.
*Reus exceptionem ſuam probare tenetur.* 2.
*Actum non rite factum dicens, hoc probare debet.* 3.
*Exceptio in alienatione rerum minoris.* 4.
*Solennitates intrinſeca præſumuntur, non extrinſe-ca.* 5.

1 NEgans jus alicui competere, ſi illud ſit de genere
Permiſſorum, quæ regulariter omnibus permiſſa,
v. gr. procurare, agere, teſtimonium ferre, appellare,
tenetur id probare; Autor *ad L.* 10. *n.* 3. & *ſeqq. C. de
Non num. pec.* Secus ſi id negetur, quod eſt de genere
prohibitorum, quæ non omnibus, ſed quibuſdam tan-
tum permiſſa, v. gr. jura venandi, & ſimul. Nam tunc
affirmanti incumbit probatio *Pacianus lib.* 1. *de Prob.
c.* 52. *Umm. d. diſp.* 15. *n.* 10. Autor *ad L.* 11. *n.* 2. & 3. *C.
2 de Probation.* Collige, excipientem teneri, ſuam ex-
ceptionem probare, & contra eum militare, præ-
ſumptionem. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 200. *num.* 6. conſ.
*Joh. Igneus in Repet. l. Neceſſarios.* §. *non alias. nu.* 113.
& *num.* 126. *ff. de SC. Silan. vol.* 3. *rep.* Autor *ad L.* 1.
*num.* 1. *C. h. t.*

3 *Ad* §. 1. Quia negat actum rite factum, illi incumbit
probatio; quia non tantum in negativa fundamen-

tum

tum ponit, quo caſu ipſi incumbit probatio. *Maſcard.*
*conclus.* 343. *nu.* 10 *Franciſcus Herculan. in tr. quis te-*
*neatur probare Negativam n.* 2. *& ſeq.* Autor *ad L.* 23.
*num.* 2. *C. de Probat.* Sed etiam, quia alter habet pro
ſe præſumptionem, quæ ſolet devolvere onus proban-
di in Adverſarium, ut ex *h. l* communiter Dd. probant,
quos allegato, vide in *Aug. Barb locupl. lib* 14. *c.* 68.
5 *ax.* 2. *& Joh. Igneo d. tr.* Sed exceptio hujus regulæ eſt
in decreto de re minoris immobili alienanda; nam ibi
probatio, quod decretum rite interpoſitum ſit, affir-
manti ſeu reo incumbit. *l.* 13. §. 2. *de Public. act. Carpz.*
*l.* 1. *Reſp.* 80 *Menoch. l.* 2. *A. Q. caſu* 171. *n* 2. de quo
6 tamen vid. *Menoch. l.* 2. *præſ.* 75. Ex hac regula etiam
fluit, quod ſolennitates intrinſecæ, quæ ad ſubſtan-
tiam negotii requiruntur, præſumendæ ſint, donec
contrarium probetur. §. *ſi ſcriptum* 17. *Inſt. de Inut. ſtip.*
*l.* 7. §. 12. *de pactis. Maſcard. de probat concl.* 1314. *n.* 2.
ſecus in ſolennitatibus extrinſecis, quæ non præſu-
muntur; niſi accedat antiquitas temporis. *Gail. lib.* 2.
*obſ.* 71. *Maſc. d. l. Barb. l.* 17. *c.* 37. *axiom.* 2. *&* 3 *Me-*
*noch. l.* 3. *præſ.* 131. *& ſeqq.*

## ad L. Si filius. 8.

*SUMMARIA.*

*Filius, ſe in poteſtate patria non eſſe, probare debet. nu-*
*mer.* 1.
*Exceptio. num.* 3.
*Negativa non tam ex verbis, quam effectu æſtimanda,*
*num.* 2.

1 AFfirmanti incumbere probationem, ſupra *ad L.* 1,
*h. t.* dictum; ſed pone hic, filium negare, ſe eſſe
in poteſtate: ergo affirmativa patri probanda. Sed con-
trarium deciditur, tum ob reverentiam patri debitam,
2 tum quia in effectu affirmat, ſe eſſe emancipatum. Ne-
gativa enim non ex figura verborum, ſed vi ac poteſtate
æſtimanda. Aliud exempl. in *c.* 5. *X de Renunc. Dn.*
*Struv. Exerc.* 28. *th.* 6. *Zœſ. h. t. num.* 4. Autor *ad L.*
3 23. *n.* 5 *C. de Probat.* Et hoc ſine diſtinctione, quis ſit
in poſſeſſione, tradit *Petr. Barb. in l. Titia* 35 *ff. ſol. matr.*
*num.* 9. *& ſeqq.* ubi excipit, niſi per 10. annos filius fue-
rit in poſſeſſione libertatis, per *l.* 1. *& ſeqq. C. de Patr.*
*pot.*

## ad L. Si pactum 9.

*SUMMARIA.*

*Qui dicit, contractum ad hæredem non tranſire, hoc pro-*
*bare debet. n.* 1.
*De negativa probatione remiſſive.* 2.

1 SPecies facti: Ago ex contractu mei parentis, quo
parenti jus in tuo prædio qualecunque conſtitutum,
nulla facta mention. hæredis. Excipis: hoc eſſe pactum
perſonale; Ego replico, eſſe reale. Quæritur, an Tibi
probatio imponenda? Videtur quod non, quia in effe-
ctu negas, contractum ad hæredem porrigendum; Sed
affirmatur, quia negatio hæc à communi præſumptio-
ne impugnatur: quilibet contrahendo, ſuo etiam hæ-
redi providere velle videtur, per *l. veteris* 13. *C. de Sti-*
*pulat. Cagnol. in l. lecta ff. ſi certum pet. num.* 77. ubi
2 plures citat. De Negativæ Probatione vid. *Trentacinq.*
*tit. de prob. nu.* 5. 12. *Borell. t.* 2. *t.* 14. *num.* 65. *& ſeq.*
*Berlich. p.* 1. *concl.* 37. *n.* 22. *Gail. de P. P. c.* 18. *num.* 14.
conf. *Cephal. v.* 1. *conſ.* 43. *num.* 24. *& conſ.* 353. *num.* 33.
*& Proceſſ. meum Civilem c.* 18. *num.* 1.

## ad L. Cenſus. 10.

*SUMMARIA.*

*Libri Cenſuales efficaciter probant. n.* 1.
*Ut & inſtrumenta ex Archivo deprompta.* 2.
*Item matricula Eccleſiæ.* 3.
*An contra inſtrumentum publicum teſtes admittantur.*
*mer.* 4.
*An exempla in Archivo reperta plene probent.* 5.

1 LIbri cenſuales contra non ſolventes efficaciter pro-
bant, ſi contineant utramque paginam, Accepti
& Reſidui. *Roland. de Commiſſ. p.* 2. *l.* 5. *c.* 6. *Ummius*
*ad Proceſſ. diſp.* 17. *nu.* 8. Idem de Monumentis ex Ar-
2 chivo depromptis. *Ruland d. lib.* 5. *c.* 4. *Umm. d. l. n.* 9.
quod limitat *Felinus in c. ad Audientiam. nu.* 12. *X. de*
*Præſcr.* quod probent intra territorium, non extra.
*conf. Cravetta de antiq. temp. p.* 1. *Sect. quis in libr. Carpz.*
*part.* 1. *conſt.* 16. *def.* 25. Et in Matriculis & cenſibus
3 Eccleſiæ, per *c. ad audientiam X. de præſcript. & ibi CC.*
*communiter. Decius conſ.* 596. *n.* 4. *& ſeq. Boer. dec.* 105.
*num.* 11. *& ſeq. Cravetta conſ.* 158. *num.* 4. *Ceph. vol.* 4.
*conſ.* 508. *nu.* 13. *Alexander vol.* 7. *conſ.* 187. *per totum.*
*Camilius Borell. l.* 2. *deciſ. tit.* 22. *n.* 16. *& ſeq.* Dicitur
4 autem hic, cenſualibus libris majorem vim probandi
quam teſtibus competere. Ex quo nonnulli volunt pro-
bare, contra inſtrumentum vere publicum non dari
5 probationem in contrarium; quod tamen videtur du-
bium. *Ex hac lege* etiam una cum aliis à ſe relatis pro-
bare nititur *Carpzov. p.* 1. *conſt.* 7. *def.* 38. quod exem-
pla etiam in Archivo reperta plene probent, quod non
ita generaliter intelligo, ut alibi dictum in *Proc. civil.*
*cap.* 19. *nu.* 10. Sed ſecus ſi exempla ſint antiqua, &
manu cognita ſcripta, ubi exemplis antiquis in Ar-
chivo repertis omnino creditur.

## ad L. Non eſt neceſſe. 11.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis, ejuſque deciſio proponitur. num.* 1.
*Officio ſuo aliquem bene functū eſſe, ipſe probare tenetur.* 2.

1 PUpillus qui fuerat, convenit ob tutelam male
geſtam tutoris fidejuſſorem, ſed hic reperitur non
ſolvendo; Ideo agit actione ſubſidiaria contra Ma-
giſtratum: Hic excipit, fundamentum intentionis ado-
leſcentis conſiſtere in eo, quod dicat, fidejuſſorem
tempore ſatisdationis non fuiſſe ſolvendo, hoc ipſi pro-
bandum eſſe, cum præſumtio ſit pro Magiſtratu. Sed
hic Magiſtratui injungitur probatio, quod tunc fuerit
2 ſolvendo. Collige, quoties de eo re agitur, quam re-
cte geſſiſſe, ad officium ejus, qui convenitur, perti-
net, ſi de eo illi controverſia fiat, debet ille probare,
rem bene eſſe geſtam: quod ita generaliter *ex h. textu*
*& l.* 1. § 11. *ff. de Magiſtrat. conveniend.* proponunt.
*Donell. ad l.* 1. *C. h. t. Ummius d. diſp.* 15. *num.* 12. Autor
*in L.* 3. *nu.* 8. *C. h. t.*

## ad L. Quingenta. 12.

*SUMMARIA.*

*Eadem quantitas in teſtamento & codicillo relicta, du-*
*plicata videtur, niſi contrarium ab hærede probetur. n.* 1.

*Ex quietantia duplici, duplex ſolutio præſumitur.* 2.
*Solutio ſimpliciter allegata, ſtatim probanda, non ſi ſub*
*conditione.* 3.

1 QUando in teſtamento relicta ſunt quingenta, &
in codicillis poſtea relicta quingenta; præſu-
muntur duæ eſſe ſummæ, & hæredis eſt probare, in
utroque inſtrumento de eadem ſumma agi. *Menoch.*
*lib.* 2. *A. Q. caſ.* 213. *Cujac. lib.* 14. *obſ.* 19. *Pac. cent.*
8. *quæſt.* 68. *Wiſſenbach. Exerc.* 43. *th.* 10. ubi ad ali-
os textus reſpondet. Arbitrium tamen judicis non pu-
tarem excluſum. *Menoch. d. l.* Conferri poteſt *Hip-*
*pol. Riminald. vol.* 5. *conſ.* 492. *n.* 36. *& ſeq. Decianus l.*
2 1. *conſ.* 11. *n* 38. *Nevizan. conſ.* 96. Hinc colligit *Roman.*
3 *ſing.* 553. ex duabus quietantiis præſumi duplicatam

ſolutionem. *Ex hac lege* etiam probatur; ſi res ſimpliciter alleget ſolutionem, quod tunc ſtatim ab eo probanda ſit ſolutio: Secus ſi conditionaliter alleget. *Wammes. vol. 1. conſ. Juris Can. conſ. 137. num. 2.*

## ad L. Cum de ætate. 13.

### SUMMARIA.

*Si ætatis probatio contraria, veriſimilior arripienda numer. 1.*

*De ætatis probatione remiſſive. 2.*

1 QUando de ætate alicujus quæritur & uterque probare nititur ſuam intentionem, atteſtata autem
ſint contraria, tunc non ea approbanda ſunt, quæ
perſonæ nocent, cujus de ætate quæritur, ſed quæ
ſunt veriſimiliora. *Carpz. p. 1. conſt. 16. def. 44.* Jungantur notata Dni. Antonis *n. 6. ad L. ob carnem. 21. §. 3.*
2 *ff. de Teſtib.* Cæterum de ætatis probatione vid. *Menoch. lib. 2. præſumpt. 50. num. 24. & 32. & præſumpt. 51. nu. 2. & ſeq.* Maſcard. *concl. 513. nu. 14. Dn. Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 7.* Autor *ad L. 9. nu. 2. C. h. t.*

## ad L. Circa 14. & 15.

### SUMMARIA.

*Ingenuitatis quaſi poſſeſſio ab onere probandi liberat. numer. 1.*

*Proprium hominem vindicaturus, probare debet. numer. 2.*

*Si reus probationem in ſe ſuſcipiat, ad quid ei proſit. numer. 3.*

*Onus probandi incumbit illi, qui non eſt in poſſeſſione juris 4.*

*Declaratur exemplo ex l. 15. h. t. 5.*

*Si contra poſſeſſorem præſumtio juris communis probare tenetur 6.*

*Si poſſeſſio contra originalem naturam, a probando non relevat. 7.*

*Clericus & Vaſallus titulum edere tenentur. 8.*

CAſus facilis: Sum in poſſeſſione ingenuitatis, tu
1 me libertinum tuum eſſe dicis, cujus eſt probare?
quia quaſi poſſeſſio ingenuitatis me liberat à probandi
onere; niſi ipſe ego velim onus probandi in me recipe-
2 re. Unde probatur; ſi aliquis ut homo liber ſe gerat,
& in quaſi poſſeſſione ſit libertatis, tunc tibi, qui eum
1 ſubditum & adſcriptitium glebæ, & proprium hominem eſſe dicis, incumbit probatio. Secus ſi homo
proprius ex quaſi poſſeſſione hujus ſervitutis in libertatem ſe velit vindicare. Deinde poteſt reus onus probandi in ſe recipere, licet actor nihil probaverit. Sed di-
3 ces ſtultum fore reum, ſi cum abſolvendus foret, onus
probandi in ſe velit ſuſcipere. Reſp. hoc habere inſignem utilitatem; nam ſi ob defectum probationis abſolvatur, nudam ſententiam abſolutoriam reportabit:
Sed ſi ingenuitatem probaverit, ingenuus pronuncia-
4 bitur, qua ſententia contra omnes nititur. Collige
etiam, ei incumbere onus probandi, qui non eſt in
poſſeſſione juris, de quo agitur. Autor *ad L. 8. num. 6.*
5 *C. de Probat.* Exemplum regulæ in *l. 15.* ubi Titius à Cajo pro filio habitus, fideicommiſſa ſolverat defuncti
fratribus, & quietantiam acceperat, controverſiam ſtatus ab iiſdem fratribus patiebatur. Quo caſu negativa
fratribus probanda, quia Titius in quaſi poſſeſſione
filiationis; ideoque non eſt ratio deciſionis ponenda
in confeſſione fratrum defuncti, quaſi ipſi ſcire præſumantur veritatem, & eatenus illis credendum utentibus verbis enunciativis, ut voluit *Ruinus vol. 5. conſ. 141. num. 10.* Sed ratio deciſionis conſiſtit in quaſi poſſeſſione, ut recte reſpondet *Ruino Menoch. conſ. 260.*
6 *numer. 25.* Quæ ſententia tamen multis limitatur modis, ut ſi contra poſſidentem ſit Jus Commune & præſumptio Juris; nam tunc poſſeſſori etiam injungi poteſt probatio. *Carpz. p. 1. conſt. 16. def. 23. Barb. Locapl. lib. 14. cap. 44. ax. 4.* Hinc in noſtra Facultate anno 1664. die 19 Sept. & aliquoties reſponſum memini: Probata poſſeſſione, vel quaſi Juris venandi feras majores, non relevari poſſidentem ab onere probationis. Idem in Decimis Eccleſiaſticis; quia illud Jure Regalium, ut in toto hoc receptum, licet in Scholis diſputetur; hæ vero ſine inſtitutione ſeu titulo à nemine poſſidentur. conſ. *Maſcard. de Prob. concl. 1202. n. 66.*
7 E ubi poſſeſſio rei contra originalem rei naturam eſt,
poſſeſſio non relevat. Sic Eccleſiaſtica res non præſumitur; ideo alicui rem, ut Eccleſiaſticam poſſidenti, injungenda probatio. *Franc. de Clapper. p. 2. deciſ. c. 70. q. un. n. 2. Maſcard. d. l. nu. 4.* Et Clericus titulum ſuæ poſſeſſionis edere tenetur. *c. ordinarii 3. de Officio ordinarii in 6.* Et vaſallus feudum poſſidens titulum edere tenetur. *Carpzov. p. 1. Juriſpr. conſt. 27. def. 9.*

## ad L. Etiam. 16.

### SUMMARIUM.

*Parentes ætatem liberorum præſumptive probant.*

QUamvis alias parentes pro liberis teſtimonium perhibere non poſſint, per *L. teſtis 9. infr. de teſtibus.* in ætate tamen probanda eorum teſtimonium validum. *c. 3. X qui matrimonium accuſare &c. Maurit. de Reſtit. c. 517. Maſcard. de probat. concl. 669. num. 7. Carpz. p. 1. conſt. 16. def. 49. Farin. de teſtib. qu. 54. nu. 177. & ſeq.* Autor *ad L. 9. n. 5. C. de Probation.* Ubi hoc declarat quod præſumptionem faciat pro liberis & onus probandi transferat in adverſarium. *Farin. d. l. n. 178.*

## ad L. Cum de lege Falcidia. 17.

### SUMMARIA.

*Hæres, ſi bona legatis ſufficere neget, hoc probare debet, niſi inventarium confecerit. n. 1.*

*Gloſſæ opinio rejicitur. 2.*

*In negativa ſe fundans, illam probare tenetur. 3.*

1 HÆres à legatariis conventus, ſi neget tantum in
bonis eſſe, ut ſine læſione Falcidiæ poſſit legata ſolvere, tenetur hanc negativam probare, in qua
fundamentum intentionis ponit; niſi pro ſe inventarium perfectum habeat: quo caſu contrarium probandum legatariis. *Covarr. lib. 2. reſol. c. 6. n. 4. Maſcard. concl. 887. n. 7. Brunus de Ceſſ. bonorum quæſt. 4. princ. quæſt 6. n. 7. Dotus in repet. rubr. de novi operis nunciat. n. 37. & ſeq.* Autor *ad L. 11. n. 4. & 5. C. de Pro-*
2 *bat.* Et ideo non poteſt ſubſiſtere opinio Gloſſæ hic,
dum dicit, hæredem aſſerentem alia bona non eſſe
quam hæc, eo ipſo habere intentionem fundatam; licet
eam defendat *Surdus vol. 5. conſ. 434. num. 30.* Nam ſi
hæc lex verbis ſcripta eſſet. Et ideo illam opinionem
Gloſſæ, licet à multis probatam reſtringit ad caſum facti inventarii *Anton. Gabriel. lib. 1. tit. de probat. concl.*
3 *7. n. 12. & 15.* Colligitur etiam eum, qui fundamentum
in negativa ponit, hanc debere probare. *Herculanus in tr. quis teneatur Negativam probare. Afflict. dec. 377. nu. 4. Joh. Ignons in repet. l. neceſſarios. §. non alias ff. ad SC. Silan. n. 55.* Autor *ad L. 10. n. 5. ſ. C. de Non num. pec.*

## ad L. Quoties. 18. §. 1.

### SUMMARIUM.

*Dolus ab allegante probandus per validas probationes.*

DOlus regulariter non præſumitur, ſed probandus eſt, ſive agendo, ſive excipiendo allegetur. vid. *Maſcard. concl. 552. per tot* Debet autem probari validis præſumptionibus. conſ. *Menoch. conſ. 118. num. 55.*

*num.* 35. *& conſ.* 214. *num.* 19. *& conſ.* 226. *& ſeq. &*
*conſil.* 230. *num.* 47. *& Dd. paſſim.*

## ad L. In Exceptionibus. 19.

### *SUMMARIA.*

*Reus exceptionem probare tenetur. n.* 1.
*Reus in exceptionis probatione deficiens, an ſtatim condemnandus.* 2. 3.

REus excipiendo fit actor, & ideo exceptionem
1 ſuam debet probare. *Pacian. lib.* 1. *de probat. c.*
68. *Donell. l.* 25. *c.* 2. *Camill. Borell. tom.* 21. *deciſ. tit.* 2.
*num.* 16. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 227. *num.* 6. Autor *ad L.*
2 1. *num.* 1. *&* 4. *C. h. t.* quod limita ex dictis ad *l.* 2. *h.*
*tit.* Sed quid ſi tentaverit probare per præſumtiones,
& non ſufficienter probaverit, an debet condemnari
reus? Negat hoc *Dn. Mev. p.* 4. *dec.* 316. Sed quod ulterius
probatio ipſi injungenda, ſcil. ſi ſpea ſit, melius
id probare poſſe, vel quædam præſumptiones ſint pro
reo. Ideoque alia ratio actoris, alia rei. Ille ſi non
3 probavit, tunc abſolvetur reus, Autor *in C. t. de Edendo*
*ad* L. 4. *num.* 3. ſed ſi reus plene non probaverit exceptionem,
non ſtatim condemnandus; ſed plenior
probatio injungenda, niſi reus dixerit, ſe non alias
habere. *Dn. Mev. d. l.*

## ad L. Verius. 21.

### *SUMMARIA.*

*Rei alienæ legatæ ſcientiam habuiſſe teſtatorem hæres probabit. num.* 1.
*Ignorantia, deficiente contraria probatione, probata eſt. num.* 2.
*Quid in ignorantia facti alieni.* 3.

QUando res aliena vel obligata legatur, legatarius
1 debet probare, defunctum ſciviſſe, quod aliena
res fuerit, vel obligata. *hic &* §. 4. *Inſt. de legat.*
Autor *ad L.* 4. *num.* 7. *C. de Serv. fugit.* niſi legatarius
ſit perſona conjuncta, per *l. cum alienam* 10. *C. de Legatis.*
2 Colligunt ex *h. L.* ignorantiam eo ipſo probatam,
cum contrarium non probatur, *Socinus reg.* 175.
*& 2. ſeq.* Maſcard. *concl.* 880. *n.* 1. *& ſeq. Ang. Barb.*
*lib.* 9. *c.* 3. *ax.* 14. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 48. *num.* 21. Autor
*ad* L. 6. *C. Qui militare poſſ. num.* 15. Quamvis igno-
3 rantiam facti allegans, præſertim, ſi præſumptionibus
urgeatur, juramento eam confirmare teneatur.
*c. cum in tua* §. *fin. X. qui matrim. accuſare. Gail. d. l.*
*num.* 24.

## ad L. Eum qui. 22.

### *SUMMARIUM.*

*Res in eodem ſtatu manere præſumitur, niſi nova cauſa superveniat.*

REs in eodem ſtatu manere præſumitur. *Menoch.*
*conſ.* 109. *num.* 82. *& conſ.* 148. *num.* 15. *& conſ.*
252. *num.* 10. *Maſcard. concl. mihi* 1083. *per totam. &*
*quos magno numero refert. n.* 1. præſertim in naturalibus
*Maſcard. d. l.* Et ſemel malus in eodem genere
malitiæ, ſemper præſumitur. *cap. ſemel. malus* 8. *de*
*Reg. Jur. & ibi Petr. Peck. numer.* 7. *Dn. Strav. Ex.*
28. *th.* 18. Autor *ad L.* 3. *num.* 4. *ff. C. h. t.* Interdum
tamen præſumitur nova cauſa ſupervenire. *Men. l.*
*conſ.* 222. *num.* 45.

## ad L. Si chirographum. 24.

### *SUMMARIA.*

*Cancellatio inſtrumenti creditoris voluntate facta præſumitur. nu.* 1.
*Ex chirographo cancellato an præſumatur debiti ſolutio.* 2.

1 CAncellatio inſtrumenti, quod æs alienum continet,
præſumitur facta voluntate creditoris, &
contrarium creditori probandum, *Maſcard. concl.* 256.
*num.* 10. *Petr. Gregor. Tholoſ. lib.* 21. *Syntagm. c.* 18. *n.*
39. *Menoch. lib.* 1. *præſ. qu.* 4. *num.* 2. Autor *ad L. un.*
*num.* 10. *C. de Latin. libert. toll. Et ad L.* 7 *num.* 4. *C.*
2 *de Remiſſ. pign.* Sed ſi chirographum etiam cancellatum
reperiatur apud debitorem, tamen non præſumitur
debitum eſſe ſolutum ſi ſit perſona domeſtica,
aut creditori cohabitans. Aliud ſi ſit extranea. *Rom.*
*ſing.* 643. *vid. Not.* Dni. Autoris *ad l.* 1. *n.* 8. *ſ. ſupra de*
*Pactis.*

## ad L. Cum de indebito. 25. pr.

### *SUMMARIA.*

*Pecuniam indebite ſolutam eſſe, actor probabit. num.* 1.
*Limitatio, niſi debitor ſolutionem negaverit.* 2.
*Ubi legitimis probationibus conveniendus.* 3.
*Extenditur hæc lex ad alia.* 4.
*Perſona certa, ſi pecuniam indebite ſolverit, probatione indebiti non onerantur.* 5.
*Mulier & minor comparantur.* 6.
*Mulier ſaltem ex clauſula generali reſtituitur.* 7.
*Pro parte ſi indebitum petatur, actor probare debet. num.* 8.
*Cui probare incumbit, is poteſt juramentum deferre. n.* 9.
*Si chirographum cauſam non contineat hæc probanda eſt.* 10.
*Obligatio ſine cauſa nec inter mercatores obtinet.* 11.
*Limitationes.* 12.
*Si cauſa expreſſa, alter indebitum liquido probare debet.* 13.
*Exceptio non num. pecun. quando poſt biennium opponi poſſit.* 14. 15. 16.
*Summa materia quando & a quo indebitum probandum ſit.* 17.

SI pecuniam indebite ſolutam velim repetere, ego
debeo probare, quod ſit indebita; nam præſump-
1 tio contra me militat, cum jactare ſuum nemo præſumatur;
ideoque ſolvens regulariter præſumitur debitor.
*Maſcard. de probat. concl. mihi* 1327. *numer.* 11.
Autor *ad L.* 1. *numer.* 19. 20. *C. de Condict. in deb.*
Sed limitatur hoc: niſi reus negaverit ſolutionem,
2 ita ut ego coactus fuerim probare eam; nam tunc
reus debet probare eam fuiſſe debitam, de quo *Donell.*
*l.* 25. *c.* 3. *lit. C. & D.* modo hoc modis legitimis,
ſcilicet inſtrumentis vel teſtibus, probaverim. Nam,
ut recte hic Gloſſa, ubi legitima probatio requiritur,
3 non ſufficit juramentum, *Alex. l.* 2. *conſ.* 119. *num.* 9.
*Grammaticus dec.* 76. Et deciſio hujus legis in aliis ne-
4 gotiis ſimilibus locum habet, per tradita. *Bald. in auth.*
*contra qui propriam num.* 14. *C. de non numerat. pecun.*
*Pacian. de Probat. lib.* 1. *c.* 19. *num.* 10.

*Ad* §. 1. Altera eſt exceptio ex perſona actoris; ſi
5 enim ille ſit pupillus, vel minor, vel mulier, vel miles,
vel agricola; qui indebitum repetit, reus tenetur
probare, quod ſit debitum. *Menoch. lib.* 2. *arb. qu.*
*caſu* 194. *num.* 41. *& ſeq. Herculan. d. tr. nu.* 104. *&*
*alii.* Autor *ad* L. 1. *nu.* 21. *C. de Cond. indeb.* Et ſic hic
ignorantia proprii facti excuſat ob qualitatem perſonæ
contra regulam in *l.* 3. *ff. de Jur. & Facti ignor. Hahn.*
*ad Weſenb. in tit. de ignor. jur. & F nu.* 3. *verſu Minoribus.*
Notetur hic æquiparatio fœminæ & minoris
6 ſcil. in certis punctis; quæ recenſet *Oddus de reſt. qu.*
10. *art.* 2. Et alias reſtituenda mulier non eſt. *Dn.*
7 *Mev. p.* 1. *dec.* 133. niſi ex clauſula generali, vel in dote
decepta. *vid. Odd. d. quæſt.* 10. *& l.* 22. §. 2. *ff. ſol.*
*matr.*

*Ad paragraph. ſecund.* Qui autem pro parte indebi-
8 tam ſe pecuniam ſolviſſe dicit, item ſi dicat ab initio
debitum fuiſſe, ſed poſtea ſolutum; vel ſe fuiſſe exceptione
tutum; tunc ſine diſtinctione perſonarum acto-

ris eſt probare, propter præſumptionem contra
ſe militantem. *vid. Don. d. lib. 25. c. 3. & Cujac. ad
h. l. tom 1. p. 619* Autor *ad L. 2. nu. 3. C. de Non nu-
mer. pecun.*

9 *Ad* §. 3. Cuicunque onus probandi incumbit, po-
teſt juramentum deferre, ſi prius juramentum calum-
niæ requiſitum præſtet, unde ſententia illa probatur,
licet probatio mihi per ſententiam impoſita, poſſum
tamen juramentum deferre, quia judex non videtur
partem reſtringere ad unum probationis genus; & la-
tius ac benignius loquendo delatio eſt quaſi probatio-
nis ſpecies: ſic deciſum in Tribun. Wiſm. refert *Dn.
Mev. p. 4. dec 6.*

10 *Ad* §. *ult.* Quando volo condicere cautionem tan-
quam indebitam, tunc diſtinguitur, an cautio cauſam
debiti contineat, an vero non; & hoc caſu cauſa proban-
da, a creditore, cui cautio expoſita; quia eo ipſo ſine cau-
ſa cenſetur facta promiſſio, dum illa in cautione non
conſpicitur. *Joh. Wammeſ. cent. 4. conſ. 1. num. 2.* Et
11 ſic dubia eſt limitatio *Maſcardi concluſ. 345. n. 55.*
quod cautio ſine cauſa in Inſtrumento Guarentigiona-
to valeat. Et nec inter mercatores valere cautionem
ſine cauſa, niſi mercator probaverit, volunt. *Pacia-
nus de probat. lib. 1. c. 63. num. 22. & quos refert. Fin-
kelthaus obſ. 79. num.* 14. conf. *Not.* Dni Autoris *ad l.*
12 40. *de pactis.* Sed limitatur in judicialibus, per *d. l.*
40. *Carpzov. p. c 17. def.* 40. item ubi per conjecturas
13 cauſa etnitur. *Carpz. d. l. d.* 39. Sed aut ea eſt expreſ-
ſa, & tunc ſtari debet cautioni; niſi per aliam ſcrip-
turam probari poſſet, cautionem illam eſſe indebi-
tam; quia ſcriptura non facile refellitur teſtibus. *l.
generaliter. 13. C. de non numer. pecun. Cujac. ad h. l. in
fin. tom. 1. p. 619. Donell. lib. 25. c. 8. lit. CC.* Ex hoc §.
probat *Dn. Mevius p. 2. dec. 22.* Exceptionem non
14 numeratæ pec. opponi poſſe poſt biennium, ſi pro-
bationem in ſe ſuſcipere velit; ſed hoc concedo, ſi
evidentiſſima ſit probatio, præſertim per ſcripturam:
nam ſi per teſtes vellet probare, contra inſtrumentum
15 hoc ſi quidem vix admitterentur. At ſi in cautione
nulla cauſa expreſſa, tunc cauſa v. gr. numeratio, ac-
tori ſemper incumbit, *per hunc* §. *Mev. d. l.* Ideoque
16 hic notanda declaratio ſententiæ receptiſſimæ, quod
exceptio non numer. pecun. poſt biennium oppoſita,
transferat onus probandi in reum; nam hoc intelli-
gendum, ſi inſtrumentum cauſam debiti contineat,
non alias. Quomodo autem reus probare poſſit non
eſſe ſolutam pecuniam, per exempla docet. *Hartm.
Piſt. p. 4. qu. 12. in fin.* Materiam probandi indebiti
17 Dn. Lauterbach. *ad tit. ff. de condict. indebiti*, ex hac
lege ita compendioſe in tabella repræſentat: Aut res
ſoluta, aut tantum promiſſa. Si ſoluta, aut reus ab ini-
tio negavit ſolutionem, & convictus eſt; & tunc reus
debitum fuiſſe probare debet. *hanc. l* 25. *pr.* aut reus
ſtatim confeſſus: & tunc actor debet probare; niſi ſit
perſona infirmioris judicii, vel imperita juris, ut mu-
lier, pupillus, minor. miles vel ruſticus. Sed quando
actor non negat debitum, ſed exceptione ſe tu-
tum dicit; vel pro parte condicit ſolutum; tunc in-
diſtincte tenetur probare indebitum *hac l.* 25. §. 2.
Si tantum promiſſa pecunia, aut in promiſſione con-
tinetur cauſa debendi, aut non; illo caſu cauſæ falſi-
tatem probare debet actor, hoc caſu creditor, qui
cautionem accepit, probare debet debitum. *h. l.* 25. §.
*fin.* Autor *ad L. 13. nu. 1. & 2. C. de Non num. pec.*

## ad L. Procula. 26.

### SUMMARIA.

*Fideicommiſſum in calculationibus ſæpius omiſſum, remiſ-
ſum cenſetur. num. 1.*
*Requiſita hoc caſu neceſſaria. 2.*
*An requiſita hæc præciſe neceſſaria. 3.*
*Præjudicio hoc declaratur. 4.*
*Princeps ſi miniſtro primario quid ſolvi juſſerit, an do-
natio præſumatur. 5.*
*Cognatus tacens pro conſentiente habetur 6.*
*Si debitum dubium, legis hujus deciſio multo magis ob-
tinet. 7.*

1 REmiſſio Fideicommiſſi colligitur, quod Fidei-
commiſſaria illud non petierit a fratre, aliave per-
ſona conjuncta. dum viveret, & tamen rationes in-
ter eos ſæpius ſint calculatæ, neque unquam fuerit
allegatum illud fideicommiſſum; Ideoque hæc requi-
2 ſita hoc in loco concurrunt: 1. Conjunctio ſanguinis.
2. Quod non petierit 3. Quod rationes ſæpius calcula-
tæ. *Rol a Valle lib. 4. conſ. 65. num.* 18. Diuturnum tem-
pus hic quidam Dd. requirunt, ſed male, quia diu-
turnitatis hic nulla fit mentio: ut recte *Afflict. dec.
15. num. 12. Tiraquell. de Retr. conſang. §. 1. Gloſſa 9.
numer. 154. Petr. Barb. ad l. qua dotis. 34. numer. 41.
ff. ſol matr. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 88. num. 17. &*
3 *3. Præſ. 135. num. 11. Beroius v. 1. conſ. 191. nu 41. Maſ-
card. concl. 551. num. 38. Nevizanus conſ. 57. num. 16.
& ſeq.* Æquipollentia tamen indicia ſufficere. nec hæc
pro forma requiri tradit *Barb. num. 44. & Riminald.
l. 5. conſ. 493. numer.* 47. Sed putarem, ſi unum,
vel alterum ex requiſitis hujus legis deſideraretur, poſ-
ſe illud ſuppleri per temporis diuturnitatem. *conf. Maſ-*
4 *card. d. l. Wammeſ. conſ. 1. in fine cent. 4. & conſ.
2. num.* 8. Et ſic in ſpecie, ubi Pater mutuo dederat
filiæ. Et 2. Longum tempus interceſſerat. Et 3. filia
poſtea Patri mutuo dederat aliam ſummam, ubi nihil
de illo debito dictum, & Pater ſe arcte obligave-
rat ad reſtitutionem; filiæ donationem allegant jura-
mentum detulimus ſuppletorium, & pro donatione
reſpondimus, menſe Januar. 1667. Sicut & aliis ex
5 præſumptionibus interdum donatio præſumitur, ut
in caſu, quo perſona Illuſtris Principis alicujus Po-
tentiſſimi Primario miniſtro 4000. thal. dari juſſit,
nulla accepta recognitione; ubi donationem præſum-
ſimus in Facult. Jurid. menſe Septembr. anno 1661.
1. quia nulla recognitio data. 2. Extabant egregia me-
6 rita donatarii erga perſonam illuſtrem in aula præſti-
ta. 3. Erat perſona illuſtriſſima & dives. Sic etiam ta-
centem ratione conjunctionis haberi pro conſentien-
te, colligit *ex hoc textu. Dec. conſ. 267. num.* 3. De-
7 mum notandum, in fortioribus terminis huic legi lo-
cum eſſe, quando de debito ipſo contracto non ſatis
conſtat. *Cephalus l. 4. conſ. 534. num. 10. & ſeq.*

## ad L. Qui Teſtamentum. 27.

### SUMMARIA.

*Teſtator incapaci ex cauſa plus juſto legans, cauſam pro-
bare debet. num. 1. 2.*
*Perſona conjunctæ confeſſio ſuſpecta. 3.*
*Inter conjunctos facile donatio præſumitur. 4.*

TEſtator ei (v. gr. hodie filio naturali, per *Novell.* 89.)
1 cui non poterat ſolidum, legare, legavit unciam,
deinde ei legat 100. quæ teſtator ſe debere dicit, &
150. collecta ex fructibus prædii legatarii; ideoque
cauſas, cur plus uncia relinquat, nimia diligentia ad-
ſcripſit, quia bona ipſius in ſua adminiſtratione ha-
buit. Hæc duo legata videntur in fraudem legis reli-
cta, ergo legatarius probare debet, ea vere deberi
2 *Cujac. ad h. l. t. 2. pag.* 634. Colligunt confeſſionem
debiti in teſtamento facta incapaci videri in fraudem
legis factam, cum non præſumatur ſpe futuræ nume-
rationis. *Covarr lib. 1. reſol. c. 7 num. 4 verſu 5. Sed*
3 *quod etiam. Petr. Barb. part. 6. l. 1. numer. 31. ff.
ſol. matr.* Hinc etiam colligunt, perſonæ conjun-
ctæ confeſſionem videri factam in favorem alterius,
& ſic ſuſpectam. v. gr. Confeſſio mariti de accepta
dote; niſi adminicula accedant. *Carpz. p. 1. dec.*
59. Et inter conjunctos facilius præſumi donationem,
4 cum aliis colligit *Berlich. p. 1. dec. 8. nu. 1.*

ad

## ad L. Si arbiter. 28.

*SVMMARIA.*

*In facto immemorialı probando, ſufficiunt teſtes de auditu. num.* 1.
*Modus articulandı in talı caſu.* 2.

1 QUando ſupra memoria rei, utrum homioum memoria vel factum ſit, vel non ſit factum, teſtes examinandi, ſufficit teſtimonium de auditu, quod audiverint a multis. *vid. Farın. qu.* 69. *num.* 125. *& numer.* 127. *Ricc. collect. collect. decıſ.* 383. *item* 673. *Klock.*
2 *vol.* 1. *conſ.* 15. *num* 11. *& ſeq.* Ubi ptoponit articulos circa immemorialem præſcriptionem probandaoı: Daß ſie weder vor ſich ſelbſt anders geſehen / noch auch van ihren Eltern gehöret / deßgleichen / daß es über Menſchen Gedencken eine gemeine Sage geweſen / &c. *conſ. idem Klock. vol.* 1. *conſ.* 29. *num.* 359.

## ad L. Imperatores. 29. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Matris confeſſio de adulterio non nocet filio. n.* 1.
*Neque ſi mater convicta.* 2.

1 MAtris confeſſio de adulterio non præjudicat filio, quaſi eſſet ex adulterio natus. *vid. Menoch. lib.* 2. *A. I. Q. caſu.* 89. *num.* 27. *Alciat. de præſumpt.* Reg. 3. *præſ.* 37. *numer.* 4. *& Gail. lib.* 2. *obſ.* 97.
2 *num.* 8. Imo ſi mater eſſet convicta, filius tamen præſumitur legitimus. *Covarr. de matrım. p.* 2. *c.* 8. §. 3. *nu.* 8. *Baſilius ad l.* 6. *de his qui ſui vel alieni juris ſunt.* Unde rideri ſolet ille, qui ex matris teſtimooio ſe regoo abdicaverat.

---

## TITULUS IV.

*De Fide inſtrumentorum & amiſſione eorum.*

## Ad rubric. & ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Inſtrumentorum ſignificatio & materia. n.* 1.
*Inſtrumenta quotuplicia.* 2.
*Clericus an Notarius eſſe poſſit.* 3.
*An transſumptum Notarii probet ſine protocollo.* 4.
*Privata inſtrumenta quando probent. nu.* 5.
*Ex inſtrumento liquido hodie datur. parata executio. numer.* 6.
*Quod variis modis limitatur.* 7. 8. 9.
*Si debitor exceptionem proponat, antequam conveniatur, an adhuc executive agi poſſit.* 10.
*Executione jam cœpta, nulla exceptio opponi poteſt.* 11.
*Forma inſtrumentorum publicorum remiſſive.* 12.
*Quando inſtrumenta in judiciis producenda.* 13.

INſtrumenta proprie ſunt documenta literaria, quotum materia indifferenter eſt vel membraua vel papyrus. *Dn. Mev. p.* 1. *dec.* 8. Et ſic etiam teſtimonia in ſcripturam redacta inſtrumenta vocantur, abuſive vero ipſi teſtes ita vocantur. Notetur aotem, inſtrumenta proprie ſic dicta hic tractari, ut Probationis ſpeciem, & quidem notabiliorem, & ideo hic præponitur materia inſtrumentorum teſtibus. Inſtumenta ſunt au-
2 tem duplicia: 1. Publica 2. Privata. Illa vel judicialia, in judicio confecta & ſigillo publico munita, vel Teſtamenta judici exhibita & cataſtra; vel extrajudicialia: Hæc vel a Notario publico confecta, vel ſubſcriptione trium teſtium munita. A Notario confecta ut valida ſint, requiritur perſona capax, de quo
3 *Covarr. qu. pract.* 19. *n.* 5. Ubi quærit an etiam Clericus in ſacris conſtitutus, Notarii officium gerere poſſit? Ego non dubito creari eum poſſe Notarium & Tabellionem, ita tamen ut in cauſis Eccleſiaſticis, & in cauſis miſerabilium perſonatum, utpote viduarum, pupillorum & ruſticorum, quorum curam habent, ſaltem officium hoc adminiſtrare poſſint. 1. Quia non eſt vile officium, ut preſupponunt diſſentientes. 2. Clerici ſunt ordioarii tutores perſonarum miſerabilium, ut ex Codice Juſtin. apparet, Autor
4 *ad L.* 1. *num.* 9. 10. *C. Ubi de Raciocin.* 3. In Eccleſiaſticis cauſis etiam Advocati eſſe poſſunt. Sed an ſi protocollum, i. e. Originalis ſcriptura Tabellionis non extat, Transſumptum poteſt probare? Affirm. quia Transſumptum vires ſuas habet ex ſe. *Covarr. d. qu.* 19. *num.* 3. licet Notarius non ſervans penes ſe protocollum arbitrio judicis puniri poſſit. *Menoch. l.* 2. *arb. queſt. caſu* 370. Ipſum protocollum etiam probat, de quo *Maſcard. de probat. concl.* 1250. *& Menoch.*
5 *l.* 5. *præſ.* 20. *num.* 31. Et privatis quidem inſtrumentis, ut Chirographis, Apochis, Epiſtulis, Rationibus, noo creditor, niſi ſint ab eo, contra quem agitur vel excipitur, recognita, vel teſtibus, qui interfuerunt geſtis, confirmata, aut comparatione literarum ſtabilita. Autor *ad L.* 5. *num.* 1. *ff. C. de Probat.* Publicis tamen
6 plane creditor. Sed hodie Inſtrumentis ex Statutis & generali fere conſuetudine acceſſit alia virtus, ut ex inſtrumentis non tantum probetur; ſed etiam ſi Publica Inſtrumenta proprie ſic dicta exhibeantur in judiciu, a Notario, cujus ſigillum & manus cognita, confecta, aut ſigillo judiciali confirmata, vel etiam Privata ſint recognita, parata detur executio, ita, ut ſi exceptio ſit altioris indaginis, ea rejiciatur in reconventionem, & ex inſtrumento liquido, ſeu Guarentigionato, datur executio: quod in foru Saxonico non rantum, ſed & ſummo Tribun. Wiſmar. receptum, teſte *Dn. Mevio p.* 3. *dec.* 16. etiam ex inſtrumentis privatis recognitis. *Mind. de Mandatis. l.* 2. *c.* 70. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 179. *num.* 1. Et ubique in judiciis receptum eſſe teſtatur *Joh. a Sande l.* 1. *tit.* 8. *dec.* 3. ut niſi incontinenti ex ſcripto inſtrumento appareat exceptio, executio fiat, citans *Argentræum*, *Imbertum*, *Mainardum*; & ita, ut neque poſtulata a minore reſtitutione in integrom, fiduciaria conſignatio impediatur. *Sand. d. t. def.* 4. Teſtatur id in judiciis Brandenburgicis, Brunſvicenſibus, Megapolitanis recepta
7 obſervantia, & Ordinationes judiciorum. Sed limitatur hæc obſervantia I. Si exceptio natura inſit negotio, ut exceptio non numer. pecuniæ. *Carpzov. p.* 1. *c.* 8. *d.* 20. *Hartm. Piſtoris p.* 4. *qu.* 12. *nu.* 7. II. Niſi exceptio ex eodem inſtrumento ſumatur. *Hart. Piſt. p.* 4. *q.* 10. *num.* 13. *Carpzov. d. l. def.* 17. *numer.* 9. ut etiam exceptio erroris calculi, & Maced. SCti. &c. III. Niſi probatio exceptionis intra terminum executioni a lege præſcriptum fieri poſſit, ut de tali temperamento indicto tribunali adhibito teſtatur *Dn. Mevius p.* 3. *dec.* 319. IV. Niſi agat ex inſtrumento liquido is, qui non eſt in eo nominatus. *Dn. Mevius p.* 5. *dec.* 11. V. Niſi agatur contra tertium non no-
8 minatum in inſtrumento. Nam contra tertium executive agi nequit. *Dn. Mevius. p.* 4. *dec.* 84. Exinde apparet deciſio *Carpzovii p.* 2. *dec.* 125. Si quis amiſerit inſtrumentum debiti, adhuc vero habeat conſenſum Domini vel Magiſtratus, qui ſe referat ad ſummam creditam, quod ex eo executive agi poſſit contra debitorem, non contra tertium poſſeſſorem. Illius ratio eſt, quia inſtrumentum ad aliud ſe referens valet, ſi inter eaſdem verſemur perſonas. *vid. Notat.* Dni. Au-
9 toris *ad auth. num.* 2. *& ſeqq. Si quis C. de Edendo. Carpov. p.* 1. *c.* 17. *def.* 4. *nu.* 7. Exc. VI. niſi debitor ſuper exceptione creditori juramentum deferat, & creditor in propinquo ſit, nec aliqua calumnia me-
10 tuatur. *Sande d. dec.* 3. Aut. VII. inſtrumentum non penes creditorem ſit, ſed penes debitorem. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 167. Sed quid ſi debitor præveniat creditorem, & ſuam exceptionem per modum actionis ordinariæ proponat, ut ita creditorem beneficio ſtatuti privet?

privet? Reſp. *Carpzov. dec.* 52. Creditorem præventum
adhuc executionem liquidi petere poſſe. Sane ſi exe-
11 cutioni initium factum per reſectionem fruſtuli ligni,
exceptionem in continenti liquidabilem non poſſe op-
poni; licet ante executionem quævis exceptio in conti-
nenti verificanda opponi poſſit, tradit *Carpzov. dec.* 53.
12 Forma inſtrumentorum publicorum a Notario con-
fectorum, habetur in informatione Notariis præſcrip-
ta a Maximiliano I. de anno 1512. ad quam, quia hanc
Notarii procul dubio ſciunt, vel ſcire debent, lubens
13 me refero. Quando autem jure civili producenda in-
ſtrumenta, de eo conſtat id eſſe arbitrarium; ſed Jure
Saxon. eſt ad terminum probatorium reſtricta, cujus
exceptio eſt in inſtrumento originali, cujus copia in
termino producta; nam originale poſtea produci po-
teſt, de quo Carpzuv. plura *d. conſt.* 17. *def.* 11. conf.
quæ dixi in *Proceſſ. civil. cap.* 19. *num.* 12. & 13.

## ad L. Quicunque. 2.

### *SUMMARIA.*

*Exempla non probant ſine originali. n.* 1.
*Niſi juſſu judicis exemplificatum.* 2.
*Vel in Archivo repertum.* 3
*Exemplum teſtamenti ab eodem Notario ſcripti, an probet.* 4.
*Exemplum manu tertii exaratum valet ut teſtimonium de auditu.* 5.

1 EXemplum inſtrumenti non probat, ſed ipſum
originale producendum eſt. *Covarr. pract. qu.* 21.
*num.* 2. *& ſeq. Col. de Proceſſ. execut. part.* 3. *c.* 1. *nu.*
44. *& qui allegantur in ax. Barb. lib.* 5. *c.* 29. Autor *in*
*C. t. de Edendo. ad L.* 7. *num.* 4. adeo ut nec Fiſcus
per exemplum probare poſſit. *Wammeſ. cent.* 4. *conſ.*
2 1. *num.* 9. Sed probat exemplum, ſi Judex originale
exemplificari mandet, ex juſta ſcil. cauſa, v. gr. futu-
ra partis abſentia, vetuſtate, &c. & citatis iis, quo-
rum intereſt. *c. fin. X. h. t. Myнſ. cent.* 6. *obſ.* 73. *Co-*
*varr. pract. qu.* 21. *Maſc. concl.* 712. *&* 928. conf. *Pro-*
3 *ceſſ. meus civil. cap.* 19. *num.* 7. Sic etiam copiæ in Ar-
chivo repertæ probant, ſcilicet, ſi etiam nota Secre-
tarii manu exaratæ & regiſtratæ. *Berlich. deciſ.* 100.
nam ſolus locus cuſtodiæ vix hoc efficeret, *vid. Carp-*
*zov. p.* 1. *c.* 17. *def.* 38. *Rulandus de commiſſ. p.* 2. *l.* 7.
*c.* 8. *num.* 11. *Koppen dec.* 46. *Tuſchus concl.* 550. *lit. E.*
*Myнſ. d. obſ.* 73. *cum* 2. *ſeqq.* Menoch. *l.* 2. *Præſ.* 8. *&*
*ſeqq. Mind. de proceſſ. l.* 2. *c.* 48. *& quos citat Dn. Struv.*
4 *Exerc.* 28. *th.* 31. Et exemplum Teſtamenti, ab eodem
Notario ſcriptum, probat, teſte *Mevio p.* 5. *dec.* 148.
ſed ſaltem ſemiplene *Berlich. d. l. num.* 4. niſi alia
adminicula concurrant; ut ſi inſtrumentum ejuſdem
Notarii manu ſcriptum reperiatur in Archivo; & præ-
ſertim, ſi antiquitas temporis concurrat, quo caſu
exemplum plene probare dubium non eſt. Et in his
terminis, quando manus Notarii, locus Archivi, &
temporis antiquitas concurrit, nemo JCtorum facile
5 repugnabit. Alia autem Exempla manu tertii exarata,
valebunt ut teſtimonium de auditu. *Cephalus conſ.* 170.
*num.* 12. & faciunt præſumptionem *Cephalus conſ.* 297.
*num.* 16.

## ad L. Repetita. 3.

### *SUMMARIA.*

*Debitor in fraudem aliorum creditorum diem præferens, non poteſt de falſo agere. nu.* 1.
*Aliis tamen falſi querela non denegatur. n.* 2.

1 DEbitor, qui in fraudem creditorum aliorum fa-
tetur ſe accepiſſe mutuum a Titio anno 1649.
cum tamen hoc anno receperit; non poteſt Titium
de falſo accuſare; quia in falſum committendum am-
bo conſenſerunt. *P. Rebuff. ad L.* 134. *d. V. S. p.* 1023.
a *Cujacius tomo* 1. *p.* 1612. Sed non negatur aliis com-
petere querelam falſi, in quorum præjudicium præpo-
ſteratio illa per colluſionem facta, per *l.* 28. *ff. ad l.*
*Cornel. de Falſis. & l.* 15. *C. h. t.* quæ fraudes hodie fa-
miliares, & ideo quando deprehenſæ, gravius erunt
vindicandæ. *vid. a me Notat. ad l.* 15. *in commentar.*
*Cod.*

## ad L. Pen.

### *SUMMARIA.*

*Scriptura in dubio probationis cauſa adhibita cenſetur. num.* 1.
*Notoria probatione non indigent.* 2.

1 NOn ideo minus contractum negotium valebit,
quod in ſcripturam redactum non ſit, cum etiam
aliis modis id poſſit probari. Ex *h. & præc. l.* colli-
gitur, ſcripturam in dubio probationis cauſa in con-
tractibus adhiberi, non vero ut ſit de eſſentia contra-
ctus. *Vaſq. part.* 1. *lib.* 1. *illuſtr. c.* 28. *in fin. Maſcard.*
*de probat. concl.* 435. *num.* 8. *& ſeqq. Klock. vol.* 2. *conſ.*
16. *num.* 117. *conf. notata ad l.* 4. *de pign.* Colliguntur
2 etiam *ex h. l.* Notoria, & quæ in facto evidenti con-
ſiſtunt, non egere probatione.

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*Inſtrumenta penes quem deponenda. n.* 1.
*Senior in Collegio cæteris, etiam Nobilibus præferendus.* 2.

1 QUando de Tabulis Teſtamenti agitur deponen-
dis, aliiſque inſtrumentis, quæ multis commu-
nia, ea deponenda erunt apud ſeniorem aut honora-
tiorem, aut qui ſexu aut conditione ſit potior. *vid.*
*Notata* Dn. Aut. *ad l.* 5. *nu.* 1. *& ſeqq. ſupr. famil. her-*
*ciſc. Et ad L.* 5. *numer.* 1. *& ſeqq.* C. *Comm. utr. Judic.*
Sed hoc intelligendum eſſe de eo caſu, quando om-
nes inſtituti ſunt æqualiter, notat *Curt. jun. ad l. pro-*
*curator.* 7. *numer.* 2. *C. de Edendo.* Ex *hoc textu* colli-
2 gunt, Seniorem in Collegio præferendum, quod de
dignitate, nobilitate, majore etiam, eo extendit. *Dn.*
*Mev. p.* 5. *dec.* 292. ut Senior in Collegio Senatorum,
Dicaſterii, etiam civici ordinis præferatur nobili ge-
nere juniori.

---

# TITULUS V.

## *De Teſtibus.*

## Ad L. Teſtimonium. 1. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Teſtis eſſe poteſt, qui non prohibetur. n.* 1.
*Prohibitio vere ab allegante probanda.* 2.
*Numerus teſtium a judice coarctandus.* 3.
*Teſtis productus, ſed non citatus, an probet.* 4.
*Teſtis dubitative deponens nihil probat.* 5.

1 OMnes, quibus non ſpecialiter interdictum eſt,
ad teſtimonium admittendi ſunt. *Speculat. in tit.*
*de Teſtib.* §. 1. *num.* 96. *Weſenb. in π. h. t. nu.* 3. *Ricc. de-*
2 *ciſ. collect.* 381. *Maſcard. concl.* 1363. *numer.* 1. Qualitas
enim repellens eſt accidentalis, quæ non præſumi-
tur, ſed probanda eſt. Conf. *Farin. de teſt. qu.* 53. *n.* 1.
3 *Ad §. fin.* Numerus teſtium a judice refrenandus
eſt: *hic & c.* 37. *&* 52. *X. h. t.* Quod tamen non faciet
Commiſſarius, ſi Judex ipſi examen certorum teſtium
delegaverit; nam tunc omnes examinabit, nec nume-
rum deminuet. Sed Ordinarius Judex ſecundum con-
ditionem cauſæ arbitrari debet, quot teſtes requi-
rantur; Nam ſi duo, tres vel quatuor teſtes id uno ore
aſſerant,

aſſerant, quid opus eſt plures examinare. vid. *Farin. q.*
80. *num.* 114. *& Roland. de Commiſſar. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 10.
4 conf. *Proceſſus meus Civil. c.* 20. *n.* 58. Cæterum *ex hoc*
*§.fin.* probare vult *Roland. de Commiſſ. l.* 2. *c.* 2. *n.* 7. quod
teſtes antea Judice non citati, ſed a parte adducti,
quia non evocati nihil probent. Sed ea ſententia rejici-
tur a *Maſcard. de prob. qu.* 5. *num.* 27. *& ab Ummio de
proc. D.* 16. *nu.* 57. *& Dn. Mevio. p.* 5. *dec.* 303. Teſtis
5 evocandus eſt, ſed abſens. Et licet gratificari voluiſſet
producenti, ea tamen gratificatio in non cauſandis ulte-
rioribus expenſis conſiſtit, & ſua incommoda vitare vo-
luit, nec ſe ingeſſit. *Dn. Mev. d. l.* conf. *proceſſ. meus
Civil. c.* 20. *n.* 42. Teſtis dubitative deponens nihil pro-
bat. Autor *ad L. ult. num.* 11. *C. de Condict. indeb.*

## ad L. In teſtimoniis. 2. & ſeq. 3.

### *S U M M A R I A.*

*Mores dignitati in teſte præferuntur. n.* 1.
*Teſtes ſi ſibi contrarii, quibus plus creditur.* 2.
*Teſtes pauperes an ditioribus poſtponendi.* 3.
*Teſti utriuſque inimico creditur.* 4.
*Amicitia non repellit teſtem, ſed fidem minuit.* 5.
*Judici tamen hoc arbitrium ſalvum eſt.* 6.
*Aſſertio agonizantis, an proſit conjugi?* 7.
*Teſtium habilitas tempore depoſitionis attenditur.* 8.
*Quid Judex in teſte attendere debeat?* 9.
*Teſtes verbis convenientes videntur ſuſpecti.* 10.
*Teſti veriſimiliora deponenti magis creditur.* 11.
*Idem in teſte digniore affirmante.* 12.
*Modus probandi præſcribi non debet.* 13.
*Quid de probatione per famam ſentiendum.* 14.
*Sola fama indicium ad torturam non facit.* 15.
*Scripta teſtimonia non probant.* 16.
*Crimina an inſtrumentis probari poſſint.* 17.
*Producens teſtes ad impendia tenetur.* 18. 20.
*Teſti an honorarium ſolvendum?* 19.
*Puberes, an & quando teſtes eſſe poſſint.* 21.
*Judicio publico damnatus, teſtis eſſe nequit.* 22.
*In teſtium evocatione inſpicienda conſuetudo loci. n.* 24.
*Si Civitas jure de non evocando gaudeat, an Commiſſa-
rii intra mœnia teſtem examinare poſſint? nu.* 25.
*An evocatio teſtis licita ex modo juriſdictionis depen-
det.* 26.
*Judex, ſub quo teſtis eſt, vel remittere eum vel ipſe
examinare poteſt.* 27.
*Teſtes cogi poſſunt ad deponendum.* 28.
*Teſtes peregrinos producturus, de calumnia jurare de-
bet.* 29.

1 QUod in *l.* 2. dicitur, ſcilicet in teſtibus atten-
di debere dignitatem, fidem & morum gravita-
tem, ita tamen ut mores dignitati præferantur, ſecun-
dum *Gloſſam ad l.* 2. & fidei multum deroget vacilla-
tio teſtis, id *in l.* 3. *Et in L.* 5. *num.* 1. *& ſeqq. C. h. t.*
2 fuſius declaratur. Nam ſi teſtes ſibi invicem contradi-
cant, magis creditur maſculis quam fœminis; peritis
quam imperitis; ſenioribus quam junioribus; honora-
tis quam vilioribus, &c. *Farin. qu.* 65. *num.* 114. *&*
3 *ſeqq. Carpzov. lib.* 3. *reſp.* 95. *nu.* 4. Probat etiam hic
textus ditiores præferendos eſſe pauperioribus. *Farin.
d. qu.* 65 *nu.* 117. modo pauperes non præcellant mo-
ribus. *Farin. d. l. num.* 118. *Speckhan. cent.* 1. *qu.* 38. *n.*
25. Et videntur ſuſpecti eſſe illi tantum, qui extrema
egeſtate laborant. *Chriſtin. vol.* 3. *dec.* 27. *nu.* 9. & vi-
deat Judex, an ejuſmodi ſint, qui lucri cauſa ad fa-
cinus quodvis videantur prompti. *Wiſſenb. diſp.* 43. *th.*
30. *Dn. Struv. th.* 38. *& conf. Ant. Matth. ad l.* 48. *ff.*
4 *tit.* 15. *c.* 2. *n.* 10. Inimicitia etiam multum derogat fi-
dei teſtis, *per hunc textum*, niſi ſit utriuſque inimicus
*Carpzov. p.* 1. *c.* 16. *def.* 56. *Ricc. deciſ. collect.* 453. Au-
tor *ad L.* 5. *num.* 4. *C. h. t. Et ad Auth. Si teſtis. nu.*
3. *& ſeqq. C. h. t.* Colligunt etiam ex *hoc princ.* Ami-
citiam, imo magnam familiaritatem, quæ inter pro- 5
ducentem & teſtem intercedit, non repellere teſtem
ſimpliciter, licet minuat fidem; niſi ex conditione
perſonæ, quod ſit gravis & fide digna, hæc exceptio
tollatur. Itaeoque quanta fides teſtibus amicis adhi- 6
benda, judicis arbitrio committendum. *Farin. qu.*
55. *nu.* 241. *& ſeq. Maſcard. concl.* 86. *per tot. Um. d.
D.* 16. *num.* 25. Nec enim amicitia Judicem ſtatim
ſuſpectum indiſtincte facit. *Menoch. l.* 2. *arb. J. qu.
caſu.* 152. *num.* 12. Autor *ad L.* 5. *num.* 1. 2. *& 3. C. h.
t. Et ad Authent. Si teſtis. C. h. t.* Aſſertio defuncti, 7
etiam agonizantis, non poteſt prodeſſe ipſius conju-
gi, ob ſuſpicionem falſi; ſed ſi in agone hæc dicat,
pro uno teſte habetur, & vidua ſuo juramento poteſt
id ſupplere. *Dn. Mev. p.* 3. *dec.* 330. Colligit etiam *ex* 8
*hoc textu Gail. lib.* 1. *obſ.* 105. *num.* 8. qualitatem teſtis
conſiderandam eſſe, qualis eo tempore fuerit, quo in
teſtem productus eſt, non qualis poſtea extiterit. Au-
tor *ad L.* 1. *num.* 7. *C. de Teſtament.* Judicis igitur eſt 9
diſpicere, quanta fides tribuenda ſit teſti, & quanta ſit
dignitas; præſertim debet conſiderare, an iisdem ver-
bis omnes teſtes utantur; ex quo præſumitur quod præ-
meditate loquantur: item videndum, an veroſimilia
deponant. Autor *ad Auth. Si teſtis. num.* 1. *ff. C. h. t.* 10
Hæc *in §.* 1. Colligitur 1. Si teſtes omnino in verbis
etiam conveniant, præſumuntur præmeditate loqui, &
ſubornati eſſe. *Farin. d. qu.* 65. *numer.* 24. Colligitur
etiam *ex hoc textu*, & ex *l.* 21. *§. ult. h. t.* teſtibus vero- 11
ſimiliora deponentibus, licet numero paucioribus, ma-
gis credi, quam minus veroſimilia deponentibus. *Fa-
rin. d. qu.* 65. *num.* 128. *Maſcard. concl.* 1364. *n.* 8. *Me-
noch. l.* 2. *A. I. Q. caſu* 526. *num.* 24. Et dignioribus 12
magis creditur. *Menoch. d. l. num.* 2. Aut. *ad L.* 9. *nu.
6. C. h. t. Et ad L.* 12. *num.* 7 *ff. h. t.* & affirmanti ma-
gis creditur, quam negantibus. *Ant. Galr. tit. de te-* 13
*ſtib. concl.* 4. Non poteſt præſcribi certum genus pro-
bationis, neque ad certum genus adſtringendus quiſ-
que eſt. *§.* 2. *hujus legis.* Sic ſi quis velit probare per
teſtes, poſtea per documenta, unius electio non eſt
alterius excluſio; ſi quis voluit probare per teſtes. per
documenta & argumenta, & ſuccubuit, habet inte-
gram juramenti allegationem: qui ſuccubuit in pri-
ma inſtantia, poteſt in ſecunda deferre juramentum.
*D. Mevius. p.* 4. *dec.* 5. & ſemper cui probatio injun-
cta, poteſt juramentum deferre. *Mev. d. p.* 4. *dec.* 6.
Nonnulla etiam per famam probantur, ſi ea a viris 14
honeſtis orta, quamvis hodie in tanta libertate (li-
centia volui dicere,) hæc non ſit adeo prægnans in-
dicium, vel probationis genus. Non poſſum quin ap-
ponam de fama judicium magni JCti. *Dn. Joh. Ott.
Taboris in tr. de Tortura ad art.* 25. *Conſt. Carol. §.*
16. Reſpondebo, inquit, hoc amplius, aliquando vi-
ros honeſtos videri, & non eſſe; ſed variis vitiis intus
& in cute ſcatere atque obnoxios eſſe. Quotuſquiſque
enim mortalium, licet in dignitate conſtitutus, non
illis ſuccumbit vitiis, ut obtrectationes libenter au-
diat, nova undecunque conquirat, invidia aut æmula-
tione corripiatur. Videas etiam eruditos aliquando
viros, maxime qui conſcientiam non uſque adeo ad-
ſtrictam habent, & Satyricis ingeniis præditi ſunt, non
tantum oblectari detractionibus, ſuſurris, ſarcaſmis,
cavillationibus; ſed eaſdem etiam voce & calamo ma-
ligne diſſeminare, atque in eo campo quam lubentiſ-
ſime vires ingenii & eloquentiæ ſuæ experiri. Quot
convivia, quot ſympoſia numerabis inſtituta, in qui-
bus proximus abſens, ac ſæpius innocens, materiam
fabulæ ac lætitiæ non præbuerit. Hic prima quæſtio
eſt, quid novi? Reſpondet alter, nihil admodum:
ajunt tamen hunc commiſiſſe ſtuprum, illum adulte-
rium, illum furem, hunc veneficum eſſe. Unde enim
homini obſcuro tanta eruditio? quomodo tam facile
tam miraculoſe emergeret, qui infimæ conditionis erat,
niſi malis Dæmoniorum, ſive ut eruditi vocant, ſpiri-
tuum familiarium artibus uteretur? Hæc a viris, in
ſpeciem

ſpeciem gravibus & honeſtis, ſine circumſpectione
enunciata circumſtantes pueri, ancillæ, famuli exci-
piunt. & paſſim vulgant. Ecce tibi famam ab honeſtis
15 viris ortam. Hæc *Dn. Tabor.* Cætera quæ de fama di-
cuntur paſſim alibi reperies, in *Farin. Carpzov. Fre-
hero & aliis.* Autor *ad L. 4. num. 6. C. de Probat.* Sa-
ne ſi ſola fama ſit, & nuda neque probationem efficiet,
nec indicium ad torturam; ſed ſi aliæ præſumptiones
concurrant. *Dn. Tabor. d. l. §.* 18. Si tamen fama ſit
conſtans, negari nequit, famam valde adminiculari uni-
co teſti, ex *hoc §.* probant *Boër. dec.* 288. *num.* 2.
*Farin. qu.*140. *n.*66. *& quos refert. Finckelth. obſ.*85. *n.*
16 8. Alia eſt autoritas præſentium teſtium, alia teſtimo-
niorum, quæ recitari ſolent: unde colligas, ſcripta te-
ſtimonia non habere vim probandi, per §. 3. *hujus le-
gis. Covarr. l.* 1. *reſol. c.* 13. *num.* 6. *Maſcard. lib.* 1. *de
prob. q* 5. *num.* 11. *Roland. de Commiſſ. p.* 2. *lib.*2. *c.* 15.
*Boër. dec.* 1. *num.*38. Autor *ad L.* 4. *num.* 2. *&* 3. *C. h. t.
h. t ad L.* 15. *num.* 1. *ff. C. de Fide Inſtr.* Porro etiam in-
17 ſtruit DD. ex §. hoc 3. *hujus legis*, criminoa non poſſe
probari per inſtrumenta. *Farin. q.* 84. *Clarus §. fin. qu.*
54. *Maſcardus de probat. q.* 5. *n.* 14. quam ſententiam
ex profeſſo impugnat *Ant. Matth. ad lib.* 48. *pand tit.*
15. *c.* 5. & probat non ſolum falſi crimen, aut famoſi
libelli, ſed & ambitus, Repetundarum, Peculatus, Re-
ſiduorum, Cædis, Veneficii, Majeſtatis, probari tabu-
lis vel inſtrumentis poſſe. Autor *ad L. fin. n.* 1. *& ſeq.*
18 *C. de Probat.* Collige etiam, producentem teſtes ad
impendia teneri; *hic & l.* 11. *&* 16. *C. h. t.* quo & ſum-
ptus itineris & alimenta ac ſportulæ pertinent. *Covar.
ad c. peccatum. p.* 2. §. 3. *nu.* 2. *Pet. Barb. ad l.* 79. *nu.*
223. *ff. de judic. Menoch. l.* 2. *A. Qu. caſu.*310. *nu.* 19.
19 *Sindus de alimentis tit.* 1. *q.* 62. *Roland. de Commiſſ.
p.* 1. *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 3. Autor *ad L* 11. *nu.*5. *C.h.t.* Nam
& teſtibus, qui labore dietim alimenta quærunt, ali-
20 quid loco ſalarii arbitrio Judicis debetur. *Gratian. l.*
1. *diſc. for.* 57. *num.* 6. *Gail. l.* 1. *obſ.* 99. *num.* 8. *Sur-
dus d. tr. tit.* 4. *qu.*8. *nu.*3. *Umm. d. diſp.* 16. *nu.* 56. Et
ſi ab utroque producantur, utrinque ſumptus expe-
diendi. *Farin. n.* 67. *Surdus d. t.* 4. *qu.* 21. *nu.* 2. *Gail.
d. obſ.*99. *in fin.* Autor *ad d. L.* 11. *nu.* 6. *C. h. t. In §.*
21 5. removentur liberti, item impuberes, qui tamen qua-
lecunque indicium faciunt, ſi pubertati ſint proximi.
*Maſcard. concl.* 1253. *num.*8. *Farin. q.* 56. *num.* 18. *&
num.* 44. Receptum etiam eſt, puberem teſtari poſſe
de his, quæ in pupillari ætate vidit. *Maſcard. concl.* 1253.
*nu.* 11. *Farin. q.* 58. *nu.* 52 *Umm. D.* 16. *num.* 5. *Carpz.
p.*1. *c.*16. *d.* 55. *Dn. Struv. exerc.* 28. *th.* 38. quod ta-
men negare videtur *Zœſ. h. t. nu.* 4. per *l. fin. tit. ſeq.*
Sed cum in teſtimonio dicendo potius conditio te-
ſtis, prout ſe habet tempore depoſitionis, attendenda;
non puto recedendum a ſententia communi: præſer-
tim ſi de tali actu notabili ſermo, qui captum pueri
non excedat. v. gr. cur non de vulneratione, de blaſ-
phemia, de præſentia hujus vel illius teſtificari poſ-
22 ſit. *Carpz. d. l.* Item judicio publico damnati repellun-
tur, ſive per accuſationem, ſive per inquiſitionem dam-
23 nati ſint. *Farin. q.* 56. *nu.* 7. Prohibetur etiam, qui in
publica cuſtodia detinetur, de quo in *l.* 30. qui cum
beſtiis pugnavit ob turpe lucrum, quæ ſe proſtituit, vel
qui ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum pe-
24 cuniam acceperit, & ſim. In *§. ult.* habetur, quod te-
ſtes temere evocandi non ſint per longum iter, nec
milites avocandi a ſignis; ſed in materia hac attenden-
da eſt conſuetudo loci ejus, in quo judicatur. *Coler.
de proc. execut. part.* 1. *c.* 3. *num.* 200. *&* 204. Cauſa
legis eſt ne teſtibus officium damnoſum & producens
nimis oneretur. Multæ tamen civitates acquiſiverunt
privilegium de non evocandis civibus, ideoque arti-
culi Senatui a Dicaſterio tranſmittendi. Quær. tamen,
25 ſi commiſſarii Principis intra mœnia vellent teſtes
examinare, vel Princeps ibi Dicaſterium conſtituiſſet,
an privilegio adhuc locus ſit? Sed cum in beneficio
iſto non data facultas, ut ſolus examinaret teſtes, in
alio judicio productos; ideo deciſum eſt in Tribuna-
li Svec. non eſſe iſto caſu privilegio locum. *Dn. Mev.
p.* 3. *dec.*151. *conſ. Rauchb. qu.* 13. *p.* 1. Imo attenden- 26
dus etiam eſt modus juriſdictionis, quam quavis ci-
vitas tenet, ſciatur, quid ſuperiori liceat, an evocare
poſſit, non conſulto Magiſtratu civico. *Dn. Mev.
de jure Lubec. l.* 5. *tit.*3. *art.* 4. *nu.* 21. In civilibus pu-
tarem melius evocationem a ſuperiori omitti propter
expenſas, *Trentacinq. lib.*2. *reſol. tit. de teſtibus reſol.* 10.
*nu.* 5. conſ. *Borchold. vol.* 2. *conſ.* 16. *per totum. Nov.*
96. *c.* 5. Et licet Commiſſarii Cameræ mediatos ſub-
ditos evocarint, contradictum tamen fuiſſe a non-
nullis ſtatibus refert *Gail. l.* 1. *obſ.* 98. *n.* 2. conf. *Rau-
chb. p.* 1. *d. q.* 13. qui *hunc §.* tamen nimis reſtringere
videtur. Colligitur etiam *ex hoc §.* in evocandis teſti- 27
bus conſuetudinem eſſe obſervandam. Sicuti etiam
dictum ſuperius *n.* 24. Licet ergo in jure diſtinguatur,
ut dixi, utrum cauſa principalis ſit civilis an crimi-
nalis, ut eo caſu judex cauſæ poſſit petere, ut judex
teſtium ordinarius examinet, in his vero ipſe judex
interroget; conſuetudine tamen invaluit, ſi teſtis ex
longinquo evocandus, ut judex ab alio judice im-
ploratus in ſubſidium electionem habeat, ut aut ac-
ceptis Reverſalibus remittat teſtes, aut vero ipſe exa-
minet ad articulos a judice tranſmiſſos. Conf. *Marz.
in cent. dec. qu.* 54. *Rauchb. qu.*13. *n.* 9. *Colerus de proc.
execut. p. cap.* 7. *n.* 44. Collige ergo, teſtem cogi poſſe 28
ad deponendum a Judice ordinario, Delegato, ac
Commiſſario Principis. Autor *ad L.* 19. *n.* 1. *C. h. t.* Et
ideo in Camera Spir. commiſſionibus inſeri ſolet clau-
ſula, ut Commiſſarius reluctantem compellat. *Roland.
de commiſſ. p.* 2. *l.* 2. *c.* 7. *num.* 10. In Tribunalis Wiſm.
ordinatione hæc poteſtas Commiſſariis ipſo jure data.
*Dn. Mev. p.*4 *dec.* 314. Collige etiam ex *d. §. fin* poteſt: 29
Si quis producere verbaliter velit teſtes peregrinos,
præſumi malitioſe hoc fieri: niſi juramento malitiæ ſe
purget. *c. præſentium.* 2. *in* 6. *Carpz. p.* 1. *c.*16. *def.*21.

## ad L. Lege Julia. 4.

### *SUMMARIA.*

*Affines ad teſtimonium compellendi non ſunt. n.* 1.
*An idem in cauſis pecuniariis.* 2.
*Exceptio ſi veritas aliter haberi non poſſit.* 3.
*Teſtes etiam in Criminalibus compelli poſſunt.* 4.
*Commiſſarius, an teſti mulctam dictare poſſit.* 5.

PRopter vinculum affinitatis non compellendi ſunt 1
teſtes, ut contra ſocerum, generum, vitricum, pri-
vignum, teſtimonium dicant. *Gomez. t.* 3. *c.* 12. *n.* 24
*Menoch. l.* 2. *A. Q. caſu* 457. *Clarus §. fin. qu.* 24. *n.*22.
*Ummius d. d.* 16. *th.* 5. idem magis in ſanguinis vincu-
lo. *Far. qu.* 54. *per tot.* Autor *ad L.* 6. *nu.* 5. *C. h. t.* Et
hoc extenditur *in ſeq.* ad ſponſum filiæ. Sed hoc quæ- 2
ritur; an *hac lex cum ſeq.* ad pecuniarias etiam videa-
tur pertinere? Videtur quod non, quia tempore le-
gis Juliæ non poterant compelli teſtes in pecuniariis
cauſis; Sed affirm. quia poſtea Juſtinianus in cauſis
civilibus etiam teſtes compelli poſſe ſtatuit, & in *lib.*
16. *C. h. t.* ipſe caſum hujus legis non obſcure excipit.
*Anton. Matth. ad l.*48. *digeſt.*15. *c.*2. *n.*13. *Donell. de te-
ſtib. cap.* 9. *Struv. th.* 41. Sed limitatur hæc deciſio le- 3
gis: ſi veritas aliter haberi non poſſit. *Crotus de teſti-
bus p.* 5. *n.* 5. & ſic uxorem contra maritum, generum
contra ſocerum in civilibus admiſſum refert *Sande l.*
10. *def.* 3. conf. Autor *ad L.* 6. *n.* 1. *&* 2. *C. h. t.* Colli- 4
gitur *ex hac L.* a contrario ſenſu regulariter teſtem ad
teſtimonium perhibendum compelli poſſe, quod jus
canonicum limitat in criminalibus, forte ex hac erro-
nea cauſa, quod teſtis in cauſa ſanguinis videatur ir-
regularitatem contrahere. Sed erronea hæc cauſa eſt.
Ideoque verius, hodie teſtem etiam peregrinum indi-
ſtincte compelli poſſe. Autor *ad L.* 19. *nu.* 1. *& ſeqq. C.
h. t.*

*h. t.* Ideoque *c.* 10. *de teſtibus cog.* nonnulli de eo caſu intelligunt, quando alii haberi non poſſunt. *Cujac. ad d. c.* 10. *Vmm. d. D.* 16. *num.*39. Sed quicquid ſta-
5 tuat jus Canonicum, in judiciis noſtris teſtes compelli etiam in criminalibus poſſunt, ad deponendum; ſed commiſſarium tamen mulctam indicere non poſſe, tradit *Gail. l.* 2. *obſ.*100. *num.* 12. ſcilicet niſi lex vel Delegans hanc poteſtatem tribuat.

## ad L. Idonei. 6.

### *SUMMARIA.*

*Teſtibus ſubjectis vinculum ſubjectionis & juramenti relaxandum.* 1.
*Debitor an in cauſa creditoris poſſit eſſe teſtis.* 2.
*An uxor pro marito?* 3.

1 NOn ſunt idonei teſtes, quibus imperari poteſt, ut ſint teſtes, ideoque noſtris moribus vinculum ſubjectionis & juramenti talibus ſolet, & omnino debet remitti, quoad præſentem examinis actum *c.* 38. *X. h. t. Ruland. de Commiſſ. p.* 2. *lib.* 5. *c.*11.
2 *& p.* 2. *c.* 9. *num.* 4. *Carpz. p.* 1. C.16. *def.* 64. Et hoc extendunt ad debitorem, quod in cauſa creditoris teſtis idoneus non ſit, quia quodammodo a creditore
3 ipſi imperari poteſt. *Carpzov. d. l. d.* 67. quæ ratio valde remota. Ex *hac L.* probant, uxorem teſtimonium perhibere non poſſe pro marito, ita nec contra maritum, *Farin. qu.* 54. *num.*219. niſi veritas aliter haberi non poſſit. *Farin. d. l. num.* 221. Autor *ad L.* 5 *num.* 3. *ff. Et ad. L.* 6. *num.*1.*ſ.* C. *h. t. Et ad L.* 19.*n.*1. C.*h. t.*

## ad L. Inviti. 8.

### *SUMMARIA.*

*Senes ad teſtimonium non compellendi. n.* 1.
*Sacerdos an ad confeſſionem revelandam compelli poſſit?* 2. 3.

1 LIcet teſtes ſub certa mulcta ad teſtimonium perhibendum compelli poſſint, *toto titulo de Teſtibus cogendis*, non tamen compellendi ad teſtimonium dicendum ſunt ſenes, quod quidem committunt arbitrio judicis, quis ſenex ſit, *Maſc. concl.* 1301. *incip. ſenectute in fine l.* 1. *Gail. obſ.* 92. *num.* 7. nemo tamen dubitabit, quin anno 70. ſenex reputetur; intelligunt ergo Dd. de 70. ætatis anno. *arg. l.* 3. *ff. de jur. immunit. l.* 1. C. *qui ætat. Far. qu.* 78. *num.* 60. Excuſantur itidem valetudinarii, milites & Reipubl. cauſa abſentes. Sed ſacerdos non poteſt compelli, ut confeſſio-
2 nem ſibi factam edifferat. c. 12. *de pœnit. c.* 13. *de exceſſ. prælat. Gail. l.* 1. *obſ.* 100. *nu.* 8. *Farin. qu.* 52. *nu.*93.
3 niſi verſetur confeſſio in delicto committendo, aut periculum ſit, ne opprimatur innocens, ubi tamen a nomine confeſſi, quantum fieri poteſt, abſtinendum. *vid. Gabriel. l.* 7. *tit.* 7. *de maleſic. concl. ult. num.* 17. *Menoch. lib.* 2. *arb. quæſt. caſu.* 180. *num.* 21. & ſic intelligi poteſt *Farin. qu.* 51. *num.* 104.

## ad L. Idoneus. 9.

### *SUMMARIA.*

*Pater in cauſa filii, & contra, teſtis eſſe nequit. n.*1.
*Exceptio in cauſa matrimoniali & ætatis.* 2.
*Mater non facile producenda.* 3.
*De affinis teſtimonio.* 4.

1 PAter filio, aut contra, teſtis idoneus non eſt *l. parentes* 6. *C. eod.* & idem in matre. *Carpz. p.*1. C.16.*d.* 48. Autor *ad d. L.* 6. *n* 1.*ſ.*C. *h. t.* Imo nec volentes contra ſe mutuo admittuntur. *d. l* 6. *Carpz. d. l. c.* 16. *d.* 50. quam regulam multis ampliat *Far. qu.*54.*n.*146.*& ſeq. Eneck. de priv. Parent. privil.*17. per *c.* 3. *X. qui accuſare matrimonium*. communiter limitant in negotio matrimoniali &
2 probanda ætate, per *c. ſuper eo X. de teſtib. Carpz. p.*1.

*jurisſ conſt* 16. *def.* 49 *Gabriel. tit de teſtib concl* 9 *Cypræus de ſponſ. c.*14. Autor *ad d. L* 6. *n* 3. C. *h. t.* Si mater pro filia teſtis eſſe poteſt. *Decis conſ* 163 *Zaſius conſ* 10. *& duob.*
3 *ſeqq.* Sed caute procedendum eſt, ſi producatur mater; nam ſi ex aliorum atteſtatis appareat intentio actoris vel actricis probata, cui bono mater examinetur? Si vero matris teſtimonium profuturum videatur producenti, ſatis mature aliis examinatis mater examinari poteſt. ut
4 ſuadet *Dn. Mev. p.* 4. *dec.*258. Ita & in aliis negotiis non omnino nullam meretur fidem affinis in teſtem productus, ſed defectus ejus numero ſuppletur. *Maſcard. concluſ.* 68.*n.*15. *& conſ.* 1082.*n.*8. *Natta conſ.* 52.*nu.*20. *Far. qu.* 54. *nu.* 68. *& ſeq. Gabriel. in tit. de teſt. concl.* 5. Autor *ad d. L.* 6.*n.*5. C. *h. t. Et ad L.* 4.*n.*1.*ff. h. t.*

## ad L. Nullus. 10.

### *SUMMARIA.*

*Nemo in re ſua teſtis idoneus. n.* 1.
*Quod & procedit in conſorte cauſa, & habente aliquod intereſſe.* 2. 3.
*Socius quando admittatur.* 4.
*An civis in cauſa univerſitatis poſſit eſſe teſtis?* 5.
*Venditor an pro emptore poſſit eſſe teſtis.* 6.
*Dictum agonizantis, an ad torturam ſufficiat* 7.
*Quid juris in ruſtico, qui ab alio vindicatur.* 8.

1 NUllus idoneus teſtis in re ſua intelligitur, de qua regula *Farin. qu.* 60. *part.* 1. *& Maſ. concl.* 1364.
2 Et hoc extendunt 1. ad conſortem cauſæ. *Dn. Mev. p.* 5. *dec.* 65. 2. ad eum, qui habet intereſſe in cauſa ſecundarium, ſi modo ſit neceſſarium & immediatum, per *l.* 1. §. 11. *ff. quando appell.* ut tamen hoc intereſſe teſtem non repellat, ſed fidem minuat. *Farin. d. qu.* 60. *nu.* 9. *& tota parte* 1. & tunc admittitur. Aut. *ad L.* 15. *C. h. t.* Sed cum aliquando ruſticus vindicaretur,
3 ruſticus idem pro teſte admiſſus, quod non appareret magnum præjudicium ruſtici ut refert *Dn. Mev. p.* 2.
4 *dec.* 6. Socius etiam vel conſors litis non poteſt repelli, poſtquam adverſario non contradicente admiſſus ad juramentum. *Seraphinus de privileg. juram. privileg.* 120. *n.*1. *Berlich. dec.* 164. Sic & ſocius idoneus in re communi admiſſus ſi cauſam defenſionis ſeparatam habeat, per *l.* 10. §. *ult. ff. de appell. Men. de arb. jud. qu. caſu* 474. *Maſcard. concl.* 1319 *n.* 288. *& ſeqq.* De ſocio criminis vid. *not.* Dni. Autoris *n.* 1. *&* 2. *ad l.* 11. *C h. t. & Maſcard. concl.* 1318. *Boer. dec.* 319. *& alii.* Huc per-
5 tinet etiam illa quæſtio, an civis in cauſa univerſitatis teſtis eſſe poſſit? Et receptiſſima illa ſententia, diſtinguens, an cauſa univerſitatis immediate commodum ſingulorum concernat, an non; ut illo caſu non ſit idoneus, ſed bene hoc caſu, ſi præſertim vinculum remittatur. *Farin. qu.* 60. *nu.*495. *& ſeqq. Maſcard. concl.* 1313. *Trentac. tit. de teſtib. reſ.* 4. *Carpz. p* 1. *C.* 16. *def.* 65. *& l.* 3. *reſp.* 3. *Menoch. l.* 2. *A. quæſt. caſu* 106. *Ummius d. D.* 16. *nu.* 32. Autor *ad L.* 10. *n.* 6. *C. h. t.* Sic nec venditor
6 tatione rei venditæ poteſt eſſe teſtis pro emptore, quia obligatus eſt ad evictionem, *Carpz. p.* 1. *C.* 16. *def.* 68. *Cephal. lib.* 1. *conſ.* 21. *n.* 16. licet contra emptorem deponere poſſit. *Cephal. d. l. nu.* 17. Aliam limitationem vide *in Proceſſu meo civili cap.* 20. *n.* 16 Dictum ago-
7 nizantis ad torturam ſufficere tradit *Hippol. de Marſil.* quod tamen ſine adminiculis non facile conceſſeſim, licet hoc valde laudet Marſil. ruſticum tamen, ſi vindicetur ab alio, & lis ſit inter poſſeſſorem & acto-
8 rem de illo ſervo, poſſe teſtimonium ferre de jure in ſe competente, quia parum intereſt, cui ſerviat, tradit *Dn. Mev. in p.* 2. *dec.* 6. Sed hoc intelligo niſi intereſſe ſit magnum aut notabile, ac notorium.

## ad L. Ad fidem. 11.

### *SUMMARIUM.*

*Rogatio teſtium, an & quando ſit neceſſaria?*

NOn eſt neceſſe, ut teſtis ad negotium, de quo
agitur, contrahendum fuerit rog-tus, ut in teſta-
mentis requiritur, quod evidens eſt in criminibus, quæ
rogatis teſtibus raro committuntur. Sed nec in civi-
libus rogatione opus eſt, niſi in teſtamentis, de quo
alibi, & in divortiis. *l. 9. ff. de Divort.* & profeſſione
ſolutæ pecuniæ. *Nov. 90. c. 2. Wiſſenb. ad h. tit. th. 32.*
Autor *ad Auth. Rogati. nu. 1. ſſ. C. h. t.*

## ad L. Ubi. 12.

### *SUMMARIA.*

*In teſtamentis quando duo teſtes ſufficiant? n. 1.*
*Duo teſtes ad ſponſalia publica ſufficiant. 2.*
*Explicatur L. 18. C. h. t. 3.*
*Uni teſti quando creditur. 4.*
*Notario extra officium non creditur. 5.*
*Inſtrumentum ſi caſu fuerit deperditum, remiſſive. 6.*

1 UBi teſtes requiruntur, duo ſufficiunt, Autor *ad L.*
*ult. nu. 1. ſeqq. C. Si cert. pet. & ad L. 9. num. 13.*
*C. h. t.* niſi leges in ſpeciali caſu plures requirant, ut
in teſtamentis ſcil. condendis, licet conditis teſtamen-
tis, quando tenor ejus probandus, etiam duo ſuffi-
ciant, ut judicatum meminit *Dn. Mev. p. 4. dec. 13.*
*num. 2.* & in Facultate noſtra ita reſponſum ſcio; ſed
ſimul ius Notarii aſſertioni non eſſe credendum, ibidem
notat *Mev. d. d. c. 13.* Sic etiam ſi conjectura volun-
tatum ultimarum probanda ſit, ea poterit per duos
teſtes probari, ut *Mantica de tac. & ambig. convent.*
*l. 12. tit. 16. numer. 2. & ſeqq. Carpzov. p. 3. Juriſpr.*
2 *c. 13. d. f. 33.* Ex *hac lege* colligitur ſi duo adhibita te-
ſtes, ſponſalia non eſſe habenda pro clandeſtinis. *Carpz.*
*l. 2. Juriſp. Eccl. def. 34.* qui idem eſſe ſtatuit, ſi clan-
deſtina ſponſalia coram duobus teſtibus ratificentur;
nam hanc ratificationem ſubſiſtere, contra *Maſcard.*
*concl. 1035. numer. 5.* tradit *Carpz. d. l. def. 35. num.*
3 *7.* Sic & in *l. 18. C. h. t.* Autor *ad d. L. 18. numer. 1.*
*C. h. t.* quinque requiruntur teſtes; quæ tamen lex ad
eum caſum reſtringenda, ubi ſcriptura ad eſſentiam
obligationis pertinet. *Sande tit. 10. def. 1.* Licet forte
dici poſſit *legem illam* 18. non obſervari. *Grænwegen*
*ad d. l. 18.* Nec placet quod *Cephalus tradit l. 3. conſ.*
*348. num. 3.* contra præſumptionem juris tres teſtes
requiri. Regulariter ergo duo Teſtes ſufficiunt. *Maſ-*
*card. concl. 1325. numer. 13. Far. qu. 63. numer. 246.*
*Carpzov d. conſt. def. 39. & Marſil. ſingular. 47. Borell.*
*t. 2. tit. 5. Taſchus concl. 278. & ſeq. l. T.* E diverſo
4 unius teſtimonio non ſtatur, nequidem in ſummariis
v. gr. matrimonialibus. *Carpz. in Juriſpr. Eccleſ. l. 3. c.*
*42.* niſi verſemur in ſummariſſimo judicio, vel appa-
ritor de expedito negotio ſibi a judice commiſſo &
ita de proprio facto deponat, vel Notarius de con-
tractu, ſuper quo requiſitus inſtrumentum fecit, te-
ſtimonium perhibeat, vel conventum, ut unius ſta-
retur depoſitioni; quas aliaſque exceptiones propo-
nit *Faria. qu. 63. & multis ſeqq. qui multos citat.*
Autor *ad L. 9. numer. 7. 8. & ſſ. C. h. t.* Addi po-
teſt *Zoeſ. h. t. numer. 21. Dn. Struv. th. 36.* conf.
*Wiſſenbach. h. t. th. 32. Maſcard. concl. 118. & ſeq.*
*Camill. Borell. t. 2. deciſ. tit. 4. Cavall. qu. 494. An-*
*ton. Gabriel. tit. de teſtibus concluſ. 1. Card. Tuſch.*
*concluſ. 80. & ſeqq. lit. T.* Quod autem de Nota-
5 rio diximus, non eſt extendendum ad caſum, ubi
extra officium ſuum deponere debet; nam ibi non
habet vicem duorum teſtium, ſed unius; nec ei
creditur niſi jurato. *Dn. Mevius part. 3. dec. 171.* Te-
6 ſtamentum, vel inſtrumentum ſi caſu fuerit deperdi-
tum, quid obſervandum, docet Dn. Autor *ad L. 18.*
*numer. 7. C. h. t. Et ad L. 1. numer. 1. & 2. C. de*
*Fide Inſtrum.*

## ad L. Quæſitum. 13.

### *SUMMARIA.*

*Infames non ſimpliciter a teſtimonio arcentur. n. 1.*
*Differentia juris Civilis & Canonici hoc caſu. 2.*
*Teſtis idoneus & exceptione major quomodo differant. 3.*

1 CAlumniæ damnatus non arcetur omnino a teſti-
monio, ſed non eſt teſtis omni exceptione ma-
jor; ex quo colligunt, infames non ſimpliciter arceri
a teſtimonio. *Maſcard. concl. 1363. Umm. diſp. 16. nu.*
*9. Farin. quæſt. 56. Bach. in Treutler. diſp. 5. vol. 2.*
2 *th. 8. lit. B.* Et hinc notare ſolent differentiam inter
jus civile & Canonicum. Illo enim non omnes in-
fames repelluntur, ſed tantum quidam, nec enim furti
condemnati, nec injuriarum, nec depoſiti. &c. ut
ex *l. 3. §. 5. h. t. & hac l. 13.* apparet. Sed jure Cano-
nico omnes infamia notati repelluntur, etiam qui
non ſunt condemnati judicio publico, ſed quorum
crimen probari poteſt. *c. 13. X. h. t. & ibi Panorm. n.*
*4. Faria. qu. 56. num. 129. Bachov. in Treutl. diſp. 5.*
*th. 8. lit. B. Donell. l. 25. c. 9. Umm. d. diſp. 16. nu. 9.*
conf. *Farin. qu. 56. & Maſcard. concl. 1362.* Sed pu-
tarem jus Civile potius hic attendendum, ne facultas
probandi nimis conſtringatur. Et ideo differunt te-
3 ſtis idoneus, & omni exceptione major: omnis te-
ſtis exceptione major eſt idoneus, ſed non omnis ido-
neus eſt omni exceptione major. *Carpz. l. 3. Juriſpr.*
*Eccleſ. def. 43. num. 3. & ſeq.* ubi utilitatem hujus di-
ſtinctionis oſtendit in juramento ſuppletorio. Nam
hoc non defertur, ſi unus teſtis idoneus depoſuerit,
ſed ſi ille teſtis ſit omni exceptione major. *Carpz. d.*
*l. numer. 7. & p. 1. juriſpr. For. conſtit. 23. def. 4.* Sic
etiam fratres, affines, proxenetæ, teſtes ſunt idonei,
ſed non omni exceptione majores *Carpz. d. def. 43.*

## ad L. Qui falſo. 16.

### *SUMMARIA.*

*Falſitas teſtis quomodo coercenda? nu. 1.*
*Contra teſtem variantem quomodo procedendum. 2.*
*An teſtis variantis prima an ſecunda aſſertioni ſtan-*
*dum? 3.*
*Teſti varianti, ſed in continenti ſe corrigenti ignoſcen-*
*dum. 4.*

1 TRia delicta teſtium hic recenſentur, quæ judex
cauſæ principalis punire poteſt. 1. Falſitas, ſi con-
tra veritatem deponat. 2. Variatio, ſi ſibi ipſi con-
tradicat. 3. Si non attenta impoſitione ſilentii dicta
ſua partibus revelet. Primum vitium quod attinet, eſt
id deteſtabile, & poteſt teſtis falſus criminali et pœ-
na corporis afflictiva, imo etiam ſupplicio ultimo af-
fici, quando teſtimonio ſuo vitæ innocentis nocuit.
Et adeo deteſtandum hoc ſcelus, ut nec Clericis teſti-
bus de falſo convictis parcatur in foro ſeculari, per
textum canonizatum in *auth. Presbyteris C. de epiſc.*
*& cler.* niſi quod Canoniſtæ putent, pœnam corpo-
ralem Clerico a judice ſeculari non poſſe infligi, ſed
remittendum eſſe ad ſuum judicem. Et præterea te-
ſtis falſus tenetur etiam parti ad intereſſe *vid. Farin.*
2 *qu. 67. §. 1. per tot.* Secundum vitium eſt variatio,
quando varie reſpondet & ſibi contradicit, & is pri-
mo de falſo puniri poteſt, per hunc textum canoniſa-
tum in *c. qui falſo c. 4. qu. 3. collata lege eos ff. de L.*
*corn. de falſo.* qua de re prolixe agit *Faria. qu. 66.*
*part. 2. per. tot.* Deinde teſtis varius poteſt torqueri,
ut cognoſcatur, in quo tandem perſiſtat, de quo *Fa-*
*rin. d. qu. 66. part. 3. per totam.* Autor *ad L. 14. n. 1.*
*2. & 3. C. h. t.* Sed quæritur hic, an depoſitioni primæ, an
3 ſecundæ credendum? Prior communiter etiam Came-
ræ Spirenſi placuit, quia poſterior ſubornata creditur

*Myns.*

4 *Mynſ. c. 2. obſ. 86. Farin. de quaſt. 66. parte* 4. Illud
certum, ſi aliud coram Notario, aliud coram judice
dixerit, huic ſtandum eſſe. *Mynſ. c. 6. obſ.* 14. Plane ſi
in continenti ſe correxerit, veniam merebitur, vel in
prælectione depoſitionum in continenti facta. Nam
lapſus memoriæ præſumendus. *Zoeſ. h. t. num. 23. per
c. 7. de teſtib. cog. Farin. qu. 66. nu. 229. Covarr. l. 2. reſol. c. 3.*

## ad L. Ex eo. 18

### *SUMMARIA.*

*Mulieres extra caſum adulterii teſtes eſſe poſſunt. nu. 1.*
*Admittuntur etiam in Criminalibus & teſtamentis imperfectis. n. 2.*

1 EST hic inſigne exemplum argumenti a contrario
ſenſu. *Mantica de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 15. n.*
9. Quia lex Julia ſpecialiter in adulteriis mulieres te-
ſtari prohibet, ideoque in aliis judiciis non ſunt ar-
cendæ. *vid. Farin. quaſt. 39. per. tot.* Alia autem ratio
teſtamentorum, alia inveſtiturarum ſuper novis feudis,
ubi teſtes maſculi, nec tamen omnes, ſed pares curiæ
intervenire debent. Ex *hac L.* colligitur, mulierem in
2 criminalibus non repelli, idque in imperio Romano
obſervatur; ſed in teſtamentis imperfectis, jure tamen
approbatis, valet teſtimonium; ut in codicillis, te-
ſtamento ad pias cauſas, inter liberos, & ſim. Item
quando amiſſo teſtamento de ejus contentis agitur.
*vid. Farin. qu. 59. nu. 64. & ſeqq.*

## ad L. In teſtimonium. 26.

### *SUMMARIA.*

*Criminis in judicio reus factus, teſtis eſſe nequit. n. 1.*
*Nec minor 20. annis in criminalibus. 2.*

1 NOn debet teſtis produci, qui in publico judicio
rei locum ſuſtinet, interim tamen eum admitti
poſſe expectato cauſæ eventu, putat *Far. quaſt. 55. art.*
4. ut quantum valeat ejus depoſitio, ex eventu pen-
deat, unde *Carpzov. q. 114. num.* 42. etiam ad accuſa-
2 torium proceſſum hanc *l.* 20. reſtringit, & non habere
locum tradit in probanda defenſione. *Carpzov. d. l.
nu.* 43. Arcetur etiam in criminalibus minor 20. an-
nis, niſi veritas aliter haberi non poſſit, *vid. Farin.
qu. 58. n. 22. Maſcard. concl. 1253. n. 7.*

## ad L. Ob carmen. 21.

### *SUMMARIA.*

*Ob carmen famoſum damnatus, eſt inteſtabilis. n. 1.*
*Magiſtratus & judex, an teſtis eſſe poſſit. 2.*
*Homo vilis eſſe nequit. 3. 4.*
*Quæ vilitas potiſſimum ex improbato vitæ genere æſtimanda. 5.*
*Si teſtes contrarii, quibus plus credatur. 6.*
*Teſtibus dignioribus magis creditur. 7.*
*Quid ſi teſtes in loco ac tempore diſſentiant. 8. 9. 10.*
*Diſcrepantia modica non nocet. 11.*
*Si teſtes varient, in dubio pro reo pronunciandum. numer. 12.*

1 OB famoſum libellum damnatus non poteſt teſti-
monium perhibere, & ſic inteſtabilis eſt. *l. 18. §.*
2 *1. de teſtib. can. fin. C. 4. qu.* 3. Magiſtratus poteſt eſſe
teſtis, §. 1. *hujus legis.* & hoc munus declinare non
poteſt, ſi in teſtem producatur, licet Prætor ſit; quod
tunc verum eſt, ſi ipſe non eſt ſententiam dicturus. Sa-
ne poſt ſententiam ipſius teſtimonium admittitur, ſi
judicavit, & tantum de declaratione ſententiæ agatur.
*Vid. prolixa quaſtio apud Menoch. de A. J. Qu. lib. 1. q.
73. per totam. Add. proceſſum meum civil. c. 20. nu.* 19.
3 Si teſtis ſit homo vilis ob vile vitæ, genus, v. gr. are-
narius, ei non creditur ſine tormentis, *l. 21. §. 2. h. t.
Farin. quaſt. 56. nu. 439. & 443.* præſertim cum arena-
rius corpus ſuum venale circumferat, *Dn. Thabor de*
4 *quaſt. c. 5. nu.* 21. Sed quær. an indiſtincte hoc verum
ſit in vilibus hominibus? Dn. Thabor *de quaſt. c. 5.
nu. 57. & ſeqq.* negat; & ideo *hanc legem* non de cauſa
torturæ, ſed de effectu & fide atteſtatorum intelli-
5 git; & certum eſt, debere talem caſum eſſe, ubi veri-
tas aliter haberi non poteſt. Sed *hanc legem* non de-
bemus de pauperibus, ruſticis, lictoribus, intelligere,
ſed de iis, qui talibus ſunt moribus, & profeſſionis
legibus improbatæ; nam paupertas neminem vilem
6 reddit. Si atteſtata videantur contraria, ea potiora
ſunt, quæ negotio aptiora, veriſimiliora & ve-
ro propiora, licet numero pauciora. §. *ult. hujus
legis. Menoch. lib. 2. A. Qu. caſu 3*26*. Gabr. concl.
4. de teſtib. Carpz. p. 1. c. 16. def.* 44. Teſtibus
etiam in ſpecie, & contra proprium commodum de-
ponentibus magis creditur quam aliis. *Carpz. p. 1.*
7 *conſt. 16. def.* 45. Unde probatur, teſtibus etiam di-
gnioribus magis credi. Autor *ad L. 9. nu. 6. C & ad
L. 2. num. 12. ff. h. t.* licet contrarii ſint numero plures
*c. 32. X. h. t. Farin. quaſt. 65. num. 119. Carpz. d. l. p. 1.
c. 16. def.* 43. Farin *id in ſeq.* limitat: niſi exceſſus di-
8 gnitatis parvus, aut numerus teſtium valde ſuperans.
Sed quid ſi teſtes in tempore aut loco diſſentiant? Cer-
tum quidem eſt, quando in genere aliquid probandum,
tunc licet diſſentiant in loco ac tempore, tamen ſin-
gulares non ſunt, ut ſi juriſdictio, vel jus venandi,
vel poſſeſſio probanda. *Gloſſa hic. Cravetta conſ. 151. n.
13. Carpz. p. 1. conſt. 16. def. 41. Hippol.* R*imin. l. 4.*
9 *conſ. 363. n.* 161. Sed ubi tempus vel locus eſt de ſub-
ſtantia actus, tunc tempus præciſe probandum eſt; &
ſi diſcordent in tempore aut loco ſunt ſingulares *Fa-
rin. quaſt. 64. num. 78. & quos refert. Berlich. dec. 97.
num.* 3. ut ſi in tempore ſe fundet ille, qui vult pro-
bare, vel ſe adſtrinxerit ad illud probandum *Berlich.*
10 *dec. 97. num.* 4. 5. Sed licet quis voluerit probare tem-
pus certum, id autem non pertineat ad ſubſtantiam
actus, id certe probanti non præjudicaret; nam quid
probandum vel probatum ſit, non in arbitrio partium,
11 ſed judicis conſiſtit, *de quo alibi.* Diſcrepantia vero
modica teſtium non præjudicat, quo minus plenam
12 faciant probationem. *Carpzov. p. 1. conſt. 16. def.* 42.
In dubio, quando teſtes ſunt æqualis numeri & fidei,
pro reo pronunciandum. *L. Favorabiliores ff. de reg. jur.*
niſi actor ſit perſona privilegiata. *Carpz. d. c. 16. d. 46.*

## ad L. Producl 23.

### *SUMMARIA.*

*In cauſa criminali qui ſemel teſtimonium contra aliquem dixit, iterum contra eum produci nequit. n. 1.*
*Certi caſus, ubi & inhabiles teſtes admittuntur. 2.*
*Quod declaratur. 3.*

1 QUi antea in reum teſtimonium dixit, produci
in eum amplius non poteſt, i. e. qui ſemel in
reum alicujus criminis depoſuit (ſecus in civilibus)
non poteſt amplius contra eum produci: præſumitur
enim ex eo, quod ſæpius contra eundem producatur,
aliqua inimicitia capitalis, & quod ejus ſanguinem
ſitiat. Et quamvis gloſſa aliquot intellectus *legis hu-
jus* proponat, videtur tamen hic aptiſſimus. *Duar. lib.*
2 *1. diſp. anniverſ. 21. Ant. Matth. de crim. ad l. 48. ff tit.
15. c. 2. pag. m. 731. Ronchegallus ad tit. de duobus Reis.
in rubric. n. 42. Wiſſenbach. diſp. 43. th.* 34. Ex *hac le-
ge* etiam probant quod illi, qui prohibentur produci,
non debeant admitti, *hic & l. 13. & 18. h. t.* quod ta-
men limitant Dd. ubi factum difficilis probationis,
vel crimen ſit exceptum & cæteris atrocius; vel teſtis
examinandus ſuper rei defenſione. Item in cauſa ma-
trimoniali, & ubi agitur de peccato vitando. item ſi ad-
verſa pars, quam Productum vocant, admittat expreſ-
ſe vel tacite, ſi cauſa ſit ſummaria, ſi contra produ-
centem aliquid deponant, ſi alterius conteſtis

dignitas adminiculari poſſit. *vid. Tiraq. quæſt. 62. Gabriel. d. t. concl. 5. Carpzov. 1. conſt 16. d. def. 53. 54. &*
3 64. Sed in his limitationibus diverſæ quæſtiones videntur
confundi 1. an teſtis inidoneus & probibitus admittendus ſit? Et hoc regular. negatur. 2. An teſtis aliquot modo inhabilis, ſed non prohibitus, admittendus ſit? Et hoc aff. reſervata producto exceptione contra perſonam teſtis. *Farin. d. quæſt. 62. num. 350. Maſcard. concl. 695. nu. 3.* Qualem fidem mereatur teſtis non ex omni parte idoneus, & non omni exceptione major? Et ad hanc illa limitatio pertinet, ſi a conteſtante ſuppleatur fides.

## ad L. Teſtes. 24.

### SUMMARIA.

*Domeſtici teſtes qui dicantur? nu. 1.*
*Teſtes inhabiles plane repellendi. 2.*
*In certis caſibus domeſtici teſtes admittuntur. 3. 4. & ſeqq.*

1 DOmeſtici teſtes ab accuſatore producti repelluntur *hic & l. 3. C. eod.* per quos intelligimus, qui in eadem domo habitant *Far. quæſt. 55. num. 7.* etiam mercenarii. *c. 24. X. h. t. Farin. d. l num. 14. Trentac. tit. de teſtib reſol. 1. Gabriel. d. t. concl. 10. Cothman. l. 1. conſ. 15. nu. 46.* Autor *ad L. 3. n. C. h. t.* Ideoque te-
2 ſtes plane inhabiles plane repellendi. *Dn. Mev. p. 5. dec. 218.* Sed ſi negotium tale ſit, quod non poſſit aliter niſi per domeſticos probari, tunc domeſtici etiam
3 admittendi, per *l. conſenſu. 8. §. ſervis C. d. re judic. Far. qu. 55 num. 163 Carpzov. juriſpr. Eccleſ. d. 43. n. 15.* Autor *ad d. L. 3. nu. 2. C. h. t. Et ad L. 8. nu. 12.*
4 *& ſeqq. C. de Repudiis.* Imo eo caſu uxor admittitur, per tradita *Carpz. p. 1. conſt. 16. def. 51.* ubi maritum contra uxorem ſemper compelli poſſe ad teſtimonium
5 ferendum, tradit. Sed & in criminalibus gravioribus uxor contra maritum poteſt deponere, ne delicta maneant impunita. *Carpzov. d. l. def. 52.* Fratris teſtimonium non omnino reſpuendum. *Carpz. d. l. def. 53.* ſuſpectum tamen eum teſtem eſſe, negari nequit.
6 Famulorum teſtimonium in iis factis, quæ domi patrata, omnino admittendum, cum vix aliter probari poſſint, per trad. *Carpz. d. l. def. 54.*

## ad L. Fin.

### SUMMARIA.

*Advocatus in cauſa ſui Clientis teſtis eſſe nequit. n. 1.*
*Nec in ſecunda quidem inſtantia. 2.*
*Limitationes quædam ſubjiciuntur. 3.*
*Quod in Advocatis, idem in tutoribus & adminiſtratoribus obtinet. 4.*
*Judex in negotiis a ſe geſtis teſtis eſſe nequit. 5.*

1 ADvocatus in ea cauſa, in qua patrocinium præbuit, teſtis produci non poteſt, ſcil. ob affectionem, quam habet ad cauſam. *vid. Farin. quæſt. 60. num. 156. ſeq. Vinc. de Franch. deciſ. 222. Surd. dec. 190.*
2 *Guido Pap. deciſ. 45. Maſcard. concl. 66. Anton. Fab in Cod. h. t. def. 19. Carpzov. p. 1. conſt. 16. def. 59.* quod etiam in ſecunda verum eſt inſtantia, licet jam Advocatus non ſit. *Maſcard. concl. 66. num. 4. Farin. d. l. num. 161.* quia in cauſa hac vertitur intereſſe exiſtimationis Advocati. *Sande deciſ. Friſ. lib. 1. tit. 10. def. 4.* niſi alius teſtis haberi non poſſit. *Carpzov. p. 1. conſt. 16. def. 60.* Sed in inſtrumentis deſcribi poteſt
3 ut teſtis. *Farin. d. qu. num. 182.* Et contra Clientem produci poſſe teſtem & compelli putant *Maſcard. d. l. num. 9. Sande d. l. in fine & Far. num. 170.* ubi tamen *num. ſeqq.* monet, ut Advocatus, quantum fieri poteſt abſtineat a tali teſtimonio. Et ſane in iis, quæ ipſi ſecreto communicata ſunt, Advocatum ſe juſte excuſare poſſe, putarem cum *Berlichio p. 1. deciſ. 101.* ubi *num. 6.* plures citat, & *Dn. Struvio d. l. th. 40. Chriſtin. vol. 1. dec. 583. Grænwegen in LL. abrog. ad hanc l.* Quod de Advocatis dictum extenditur *in hac leg.*
4 ad executores negotiorum, ſcil. tutores, curatores & c. quod etiam ad adminiſtratores publicorum negotiorum refert cum *Campegio de teſtib. reg. 63. in pr. Dn. Mev. p. 2. dec. 86.* Et ſi tutor adverſus pupillum teſtimonium perhibere non compellitur. *Berlich. p. 2. dec. 266. num. 10.* ubi id *nu. 11.* ad curatorem mulieris ad litem extendit; quod tamen poſtea examinat. Certe de iis idem dixerim, quod de Advocatis antea dictum, pro pupillis durante tutela invalidum eſſe teſtimonium. *Carpzov. p. 1. conſt. 16. def. 57.* quod limitat *ſeq. def.* niſi agatur lis per actorem. Sed & eo caſu integrum teſtimonium non erit, ob tutoris intereſſe & favorem cauſæ. Judex etiam in iis, quæ ipſius honorem concernunt, an ſententia juſta ſit an non, an ſolemnia teſtamenti adhibuerit, vel non, idoneus & fide dignus teſtis non eſt. *Carpzov. d. conſt. 16. def. 61. & 62.* Nec Notarius in ea cauſa, quæ coram eo geſta eſt. *Carpz. d. 63.*

---

# TITULUS VI.

## *De Iuris & Facti Ignorantia.*

## ad L. Ignorantia.

### SUMMARIA.

*Ignorantiæ variæ diviſiones. n. 1. & ſeqq.*
*Ignorantia facti quotupliciter committatur. 4.*

1 IGnorantia alia eſt facti, alia juris; quæ diviſio
2 variis exemplis hic declaratur. Deinde alia ignorantia pura ſeu puræ negationis, alia cum errore conjuncta. *vid. Dn. Struv. exerc. 28. th. 51.* Alia porro
3 vincibilis, alia invincibilis. Alia facti ignorantia ſupina, alia probabilis. Illa vel affectata, vel craſſa tantum. *Dn. Hahn. hic ad Weſenb.* Ignorantia facti autem
4 verſatur vel circa factum ipſum, vel circa facti circumſtantiam, v. gr. ſi quis corrumpat conjugatam eam habens pro ſoluta: ubi quidem non in totum, ſed in tantum excuſatur. *Zæſ. h. t. nu. 5.*

## ad L. In omni parte. 2.

### SUMMARIA.

*Ignorantia facti excuſat, non juris. n. 1.*
*Ignorantia quando præſumatur. 2. 3.*
*Ignorantia facti juramento probatur. 4.*
*Exceptio. 5.*
*Pœna ignorata non relevat. 6.*
*Quando ignorantia facti non excuſet. 7.*

1 IGnorantia juris non excuſat, ſed facti, cum jus finitum ſit; facti vero interpretatio etiam prudentiſſimos fallat. *Gail. l. 2. obſ. 48.* Autor *ad L. 5. num. 14. C.*
2 *h. t.* Ignorantia facti alieni non notorii præſumitur, & contrarium ab adverſa parte probandum. *l. fin. ff. pro ſuo. Dn. Struv. th. fin. Zæſ. hic. num. 1.* Ignorantia juris
3 non præſumitur in eo, qui jus debebat & poterat ſcire, cui tantum ex æquitate in damnis ſuccurritur. *Molina de juſt. & jur. tr. 5. diſp. 78. num. 3. Struv. exerc.*
4 *28. th. 27.* Ignorantia facti, quia in intellectu & conſcientia conſiſtit, juramento probatur ejus, qui eam allegat. *Gail. d. obſ. 48. n. 23. & obſ. 105. num. 7.* Excipitur
5 autem, quando ignorantia non eſt veroſimilis. *Natta conſ. 230. num. 6.* & agitur de maximo præjudicio alterius *Caeber. dec. 71. nu. 46.* conf. *Maſcard. concl. 801. n. 12. Klock. vol. 2. conſ. 58. nu. 99. Menoch. l. 6. præ-*
6 *ſumpt. 23.* Nec prodeſt ignorantia juris, ſi pœnam igno-
7 ravit, prohibitionem ſcivit. *Zæſ. h. t. nu. 9.* Sed quod de ignorantia facti dicitur, quod ſc. excuſet, fallit in quibuſdam caſibus, ut in L. Aquil. dejectis, & effuſis; in cri-

mine

mine falſæ monetæ, ſi me neſciente in domo mea id patretur. *l. 1. C. de falſa mon.* & ſi quis det operam rei illicitæ. *Habn. ad Weſenb. hic. n. 3.*

## ad L. Plurimum. 3.

*SVMMARIUM.*

*Ignorantia facti proprii quando probabilis ſit.*

IGnorantia facti alia eſt proprii, alia alieni. Illa improbabilis; excipiuntur tamen facta antiqua, intricara, non notabilia; excipiuntur perſonæ magna negotiorum mole obruta, quæ per alios quid expediunt; vel ſi de damno vitando agatur, & ſim. *vid. Men. l. 6. præſumpt.* 23. *Maſc. concl.* 880. *numer.* 41. *& ſeqq. Weſenb. in ff. num.* 3. *& ibi Dn. Habn. & ſeqq. Gail. l. 2. obſ.* 48. *numer.* 20. *Dn. Struv. th.* 60. *Zæſ. num.* 8. *Wiſſenb. diſp.* 43. *th.* 41.

## ad L. Nec ſupina. 6.

*SUMMARIA.*

*Supina ignorantia non excuſat.* 1.
*Quod explicatur.* 2.
*Ignorantia ejus, quod palam factum, non præſumitur.* 3.

NEc ſupina ignorantia excuſat. *Finckelth. obſ.* 8.
1 *nu.* 14. Nec tamen ſcrupuloſa inquiſitio exigitur, *Hill. in Donell. lib. 1. cap. ult. l. E. Menoch. lib.*
2 *2. A. J. Q. caſ.* 502. *numer.* 88. *Tiraq. de retr. conſang. §.* 35. *gloſſ.* 4. *numer.* 35. *Card. Tuſchus concl.* 16. *lit I. A. Barb l. 9. c. 3. ax.* 12. *Dn. Struv. d. ex. th.* 59. *Oddus de reſt. p. 1. qu.* 18. *art.* 10. Et ejus quod palam
3 factum ignorantia non præſumitur. *Klock. vol. 1. conſ.* 11. *num.* 332.

## ad L. Juris ignorantia. 7.

*SVMMARIA.*

*Juris ignorantia quando proſit? nu.* 1.
*An proſit condictione indebiti?* 2.
*Reſpondetur contrariis.* 3.

JUris ignorantia non prodeſt acquirere volenti,
1 ſuum vero petentibus non nocet. Exemplum in
*l. 10. C. h. t. Carpz. p. 3. juriſp. conſtit.* 15. *def.* 42. *Donell. lib.* 14. *cap.* 14. *Zæſ. numer.* 7. Autor *ad L. 7. numer. 2. & 3. C. de Condict. indeb.* Ex *qua lege* Dd. col-
2 ligunt, quia error juris in damno rei ſuæ amittendæ nemini nocet, nec nocere illi, qui indebitum ſolvit, quo minus ſolutum repetere poſſit; nam alias damnum incurreret. Et ita veteres ſenſere, a quibus recentiores paſſim recedunt, ut *Harpr. §. 1. num.* 54. *Inſt. quib. mod. re contr. Wiſſenb. diſp.* 43. *th.* 41. *th.* 41. Sed veterem ſententiam in æquitate conſiſtentem defendit *Franzk. ad tit. de condict. indeb. numer.* 29. *& ſeqq. Carpzov. p. 3. conſt.* 15. *def.* 42. *Bach. diſp. 4. de act. th.* 17. *Verg. Pingizer dec.* 49. *num.* 11. *Dn. Habn. in Weſenb. de cond. indeb. nu.* 9. *Dn. Richter dec.* 96. *num.* 104. *Zæſ. ad tit. de cond. indeb. num.* 14. Nec obſtat *l. 9. C. ad l. Falcid.* ubi ex parte accipientis eſt
3 juſta cauſa, ſcil. obligatio naturalis. *Franzk. d. l. nu.* 36. Et de his caſibus intelligunt textus generaliter loquentes, *l. 10. C. h. t.* aliaſque leges generales, quæ juris errorem non admittunt in cond. indebiti. Autor *ad L. 6. num. 4. & ad L. 7. n.* 2. Sed hæc interpretatio dura mihi videtur, & eſſet, quod reſponderem *ad Bach. argumentum.* Sed in foro non facile a veterum ſententia recedendum eſſe, concedo. Et dum re-
4 centiores reſpondent: quando quis ſolutum repetere vult, tunc eum non certare de damno rei amittendæ, ſed amiſſæ; fallacia eſt: dum enim errans in jure ſolvit, tum eo ipſo momento verſatur in damno rei amittendæ, non amiſſæ; ergo non hæc verba de re amittenda ad tempus condictionis, ſed ſolutionis referenda. Nam alias nemo in facto etiam tantum errans, cum jam vult condicere, in damno rei amittendæ verſatur; ſed dum ſolvit, verſatur in damno rei ſuæ amittendæ.

## ad L. Error facti. 8.

*SVMMARIVM.*

*Error juris in compendio nec fœmina prodeſt.*

FActi error ne maribus quidem obeſt, ne quidem in compendiis ac lucris; ſed juris error in compendiis nec fœminæ prodeſt. *Tiraquell. de retr. conſang. §. 8. gloſſ. 8. numer.* 22. *Joh. Baptiſta Coſta in tr. de jur. & F. ignorantia. inſpect.* 96. *numer.* 3. *Dn. Struv. ex* 28. *th.* 53. Autor *ad L. 10. num. 3. C. h. t.* ut in uſocapione. *l. unquam* 31. *ff. de uſucap. Habn. ad Weſenb. in verbis: juris enim errorem.* Sed fœminæ ſuccurritur in quibuſdam caſibus, recenſitis a Doctoribus infra allegandis; alias non, quia jure minorum quoad reſtitutionem mulier non utitur. *Dn. Mev. p. 1. dec.* 133. conf. *Tiraquell. in l. Si unquam. in præf. n.* 100.

## ad L. Regula. 9.

*SUMMARIA.*

*Minoribus jus ignorare permiſſum. n.* 1.
*Ut & fœminis in certis caſibus.* 2.
*Item ruſticis.* 3.
*Ignorantia juris an excuſet, ſi JCti copia haberi poſſit? num. 4. &* 5.

1 MInoribus jus ignorare permiſſum, ideoque etiam ad lucrum reſtituuntur. *Tiraquell. de retr. con-*
2 *ſang. §. 35. gloſſ. 2. num. 7. & 9. Padella in l. 11. C. h. t. n. 2. Mantit. de reſtit. quæſt. 139. & ſeqq.* Sed fœminis id etiam permiſſum in quibuſquam caſibus. *l. 11. & l. 13. C. h. t. l. Divus. §. pen. ff. de falſis. l. 6. pr. de peculatu. l. 38. §. 2. & 7. de adult. Dn. Struv. d. ex.* 28. *th.* 56. *Zæſ. num.* 7. *Tiraq. ad l. ſi unquam C. de revoc. donat. num.* 100. *Cujac. l. 14. obſ.* 39. *Maſcard. concl.* 1081. *numer.* 24. *Oddus qu. 10. art. 2. Bach. ad tit. de ſtatu*
3 *hom. numer.* 6. Aut. *ad L. 13. numer. 1. & ſeqq. C. h.* Ut & ruſticis in quibuſdam caſibus, & ubi æquitas judicem commovet. *l. 1. §. fin. ff de edendo. l. 21. §. 1. de probat. l. 2. §. fin. de jure fiſcal. fin. C. de teſtam. Dn. Struv. d. l. & Choppin. de priv. ruſt. l. 1. c. 1.*
4 *Ad paragrap.* 3. Qui Jure Conſulti copiam habere potuerunt, illi ob ignorantiam juris non excuſantur. *Maſcard. concl.* 1081. *nu.* 25. Autor *ad L. 1. nu. 14. C. h. t.* Et *ad L. 12. nu. 3. C. h.* Licet non ſint in loco, ſed vicinia. *Tiraquell. de retr. convent. §. 4. gloſſ. 7. in fin. Padill. ad l. Si emancipata. num. 21. C. h. t.* Sed ſi copiam habere non potuerunt, invincibilis eſt ignorantia, & excuſat in foro exteriori & interiori. *Zæſ. hic n.* 4. Quod tamen non de ignorantia juris naturalis; nec ejus juris, quod lippis ac tonſoribus notum, accipiendum eſt. Nam hæc ignorantia latam culpam importaret. *Wiſſenb. d. l. th. fin.* conf. *Habn. ad Weſenbec. in verb. quia quiſque jus &c.*

# LIBRI VIGESIMI TERTII
## TITULUS I.
## De Sponſalibus.

### Ad L. Sponſalia. 1.

*SUMMARIA.*

*Sponſalia jure Civili ſemper ſunt de futuro. nu. 1.*
*Jure Canonico ſponſalia de præſenti & de futuro differunt. 2.*
*Quæ diſtinctio ad mores noſtros applicatur. 3.*

1 NOtetur hic difinitio ſpoofalinrum,
quod ſint Meotio & Repromiſſio
fururatum nuptiatum: nnde colligitur,
Jure civili ſponſalia ſemper
eſſe de foturo, & ipſum contractum
matrimnnium; ſed Jure Cano-
2 nico aliter: Nam ſponſalia de futuro
de mattimooin aliquando contrahendo;
de præſenti vero ſunt de matrimnnio contractn,
Autor *ad L. 24. nu. 3. C. de Nupt.* & aliquando
conſnmmando; ſic ut differunt pactom de futura venditione
& ipſa veoditin. *vid. Cypraus c. 4. §. 1. D. & ſeq. vid. Benſt. de ſpons. c. 7. Covarruv. pract. p. 1. de ſponſal. c. 1. n. 6. Hillig. lib. 13. c. 18. lit. D. & Guttier. de matrim. c. 1. nu. 8.* Autor *ad L. 1. nu. 1. & ſeqq. C. h. t.*
3 Sane diſcrimen inter veiba fututi & præſentis temporis
apud Germanos non obſervatur. *Carpz. l. 5. reſp. 109. nu. 3. l. 2. Juriſpr. conſiſt. D. 17.* Ideoque ſponſalia de
futuro onſtris dici ſolent ea, quæ per cooditiooem expreſſam
vel intellectam ſuſpenſa ſunt. v. gr. Si me redeunte
eris innupta, te ducam; illa cooſentiente ſunt
ſponſalia de futuro.

### ad L. Sufficit. 4.

*SUMMARIA.*

*Sponſalia conſenſu non interrupto contrahuntur. n. 1.*
*Sponſalia ab alio contracta, ratihaberi poſſunt. 2.*
*Conſenſus etiam ex facto colligi poteſt. 3. 6.*
*Verba ambigua quomodo hic explicanda. 4.*
*Quid ſi verba jocoſa fuerint. 5.*
*Si ex tribus filiabus una promiſſa, ſponſus eliget. 7.*

1 SPonſalia oodo cooſenſn cootrahuntur, & ita etiam
inter abſentes, & per epiſtolam, vel internuncinm
*L. 1. & fin. h. t.* modn conſenſus non ſit interruptus. v.
gr. cum Priamus Achilli promitteret filiam, & Achilles
reſponderet; ſe alin tempore de hoc acturum;
hic oulla ſpooſalia, ſed potuit Priamus mutare ſen-
2 tentiam. *vid. Cypraus c. 3. de ſponſ. §. 9.* Et rata haberi
poſſunt ab alio contracta. *Sanchez. de matrim. lib. 1.*
3 *diſp. 16. n. 6. & diſp. 22.* Cenſenſus autem hic non tantum
verbis, ſed etiam factis exprimi poteſt. v. gr. Vir
concubitum petit a virgine, & reſponſum accipit, ſe
paſſuram, ſi ſe io uxorem ducere vellet, vir oollo reſpooſn
dato rem aggreditur; putat *Cypraus de ſponſ. c. 4. paragr. 3. in fine.* virum oon teneri; quod miror:
nam alia conditinoe virgo non admiſit, vir factn ipſn
pomiſit. Eſſet eluſio virginum deceptatum, quia
nnſtra Electoralis conſtitutio, licet talis proteſtatio
non eſſet facta, tamen præſumit conſenſum ad connubium:
nam conſenſus ex ipſn facto præſumitur. Ver-
4 ba autem in ſponſalibus ambigua potius pro matri-
5 mnnio accipienda, quam contra. *Cypr. d. c. 4. §. 14.*
Si antem præſumtio una vel altera ſit, verba jocoſa
fuiſſe, joramentom ei, qui jocoſa fuiſſe dicit, defe-
6 rendum eſſe tradit *Cypraus d. c. 4. §. 16.* Facta, quibus
ſponſalia contrahi poſſit, recenſet *Cypraus d. c. 4. §. 23.*
7 Sed quid de ſponſalibus incertis, ut ſi pater promittat
inter tres filias onam? R. Si conſentiat juvenis & nihil
additum, quis eligere debeat, puro electinnem dandam
eſſe juveni, ob libertatem matrimooii: licet alias promiſſor
habet electionem, *ut Cypraus d. c. 4. §. 25.*

### ad L. In ſponſalibus. 7. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Conſenſus parentum tacitus ſufficit. num. 1.*
*Quod exemplo declaratur. 2.*

1 PArentis cnnſenſum neceſſario requiri, palam eſt,
ſed ſufficit tacitus, ſi non contradicat. Hic & *l. 12. h. tit. l. 5. C. de nupt. Petr. Barb. in l. qua Dotis. 34. n. 152. ff. ſolut. matr. Carpz. Juriſp. Eccl. l. 2. def. 42. Surd. dec. 302.* Autor *ad L. 5. num. 1. C. de Nupt. Et ad L. 2.*
2 *C. d. t. ut & ad L. 9. C. d. t.* Hinc cum filia minorennis,
matre non contradicente trinundinis, denunciationibus
aut copulationi ſacerdotali nupſiſſet, ex hac ratione legitimæ
pronunciatæ nuptiæ ac legitima ſocceſſio. *Sande l. 2. tit. 1. dec. 2.*

### ad L. Sed quæ. 12.

*SUMMARIA.*

*Filia parenti non repugnans, pro conſentiente habetur. nu. 1. 2.*
*Matrimonia debent eſſe libera. 3.*
*An filia parenti contradicere poſſit? 4.*
*An tali caſu exhæredari poſſit. 5.*

1 DUo hic dicuntur; ptim. Filiamfamilias, quæ expreſſe
parenti non repugnat, pro conſentiente
haberi; & aliud fuiſſe videtur in filinfamilias, quia filiæ
propter pudorem ſexus minus atbitrii habebant,
quas parentes ſine eorum conſenſum deſpoodere ſo-
2 lebant. Sed Jure Cannn. eadem filiarumfam. conditio,
& filiorumfam. Filiarumfamiliaa tameo tacitus
conſenſus ſufficit. *c. un. §. fin. de ſponſal. impub. lib. 6.*
3 *Sanchez. l. 1. diſp. 23. Guttierez. d. tr. c. 13. n. 1.* Sed libera
tamen nportet eſſe matrimnnia. *c. cum. locum. 14. X. h. t. Gerhardus de conjugio §. 55. Cypr. de ſponſ. c. 6. §. 2. n. 14. Carpz. l. 2. def. 39. nu. 7.* Autor *ad L. 12. n. 4. & ad L. 14. n. 3. C. de Nuptiis.* Alterum eſt, quod
4 filiafam. non poſſit diſſentire a patre, niſi indignum
moribus obtrudat. *Cypr. c. 7. §. 9. n. 1.* Sed hoc Jure
Canon. non obtinet, per *cap. cum. locum 14 X. h. t. Gerhard. de conjug §. 55. & Cypr c. 6. §. 2. n. 14. & Carpz. d. l. 2.*
5 *def. 30. num. 7.* Autor *ad L. 4 n. 1. ff. C. h. t.* Sed nec exhæredari
poteſt filia, ſi a patre diſſentiat, ut recte gloſſam
hujus legis damnans *Reinald. vol. 2. conſ. 133. n. 27.*
Autor *ad L. 12. n. 1. ff. C. de Nupt.*

### ad L. In ſponſalibus. 14.

*SUMMARIUM.*

*Sponſalia qua ætate contrahenda?*

In

IN matrimonio certa ætas definita eſt, non vero in ſponſalibus; ante ſeptimum annom vero ſponſalia contrabi nequeunt: quæ poſt ſeptimum annum concontracta, ab iis impubes non poteſt reſilire, ſed bene pubes factus. *vid. tit. Decretal. de deſponſ. impub. & præcipue. c. 7. & Sanch. l. 1. diſp. 51. Guttier. c. 27. Covarr. de ſponſal. p. 1. c. 2. num. 1.*

## ad L. Tutor. 15.

*SVMMARIA.*

*Sponſalia inter tutorem ejuſque filium & pupillam illicita? num. 1.*
*Ratio proponitur. 2.*
*Exceptio. 3.*
*Quid Jure Canonico. 4.*

1 TUtor non uxorem tantum ducere prohibetur pu-
pillam ſuam, nec ſuo filio deſponſare poteſt, quæ
enim in nuptiis locum habent, ea regulariter quoque
obtinent in ſponſalibus. *l. ſi ſponſa. 74. ff. de Jure do-
tium. l. 4. ff. de fundo dotali. Natta conſ. 182. num. 1. &
ſeqq. Carpz. l. 2. Juriſpr. Eccl. def. 17.* Autor *ad C. c. de*
2 *interdict. Matrim. num. 1. ſeq.* Et habet hæc prohibitio
rationem, ne tutor à rationum redditione ſe liberare
poſſit *Finckelth. obſ. 92. per totam.* Ideo redditis ratio-
3 nibus & illatis reliquis eam ducere poteſt. *l. 62. §. 2.
tit. ſeq. Montanus de Tutel. c. 31. effectu ult. num. 22.* Et
hoc Jure Canon. non eſſe ſublatum cum aliis allegatis
4 tradit *Finckelth. d. obſ. 92. num. 15.*

## ad L. Oratio. 16.

*SVMMARIA.*

*Quod prohibitum in termino, etiam prohibitum in via. n. 1.*
*Argumentum à nuptiis ad ſponſalia, an & quando procedat? 2.*

NUptiis probibitis etiam ſponſalia prohibita cen-
1 ſentur. Ergo cum quid prohibetur, tum omne il-
lud videtur prohibitum, per quod pervenitur ad illud.
Seu, quod eſt prohibitum in termino, eſt etiam prohi-
bitum in via. *Menoch. remed. 4. adipiſc. poſſ. num. 816.
Maſcard. de probat. concluſ. 101. A. Barboſ. l. 14. c. 93.
ax. 18.* Autor *ad L. 6. nu. 3. C. ad L. Fab. d. plag. Et
ad L. 1. nu. 8. C. de Navicular.* Et ſic argumentum à ſi-
2 milibus procedit, quando à nuptiis ad ſponſalia argu-
mentamur, quod tamen non procedit in pœnalibus.
*Pontar. conſ 86. n. 22. & 26. Rim. conſil. 72. num. 41. De-
cianus lib. 5. reſp. 66. nu. 14.* nec ubi diverſitatis ratio
oſtendi poteſt. *Jo. Guttierez. de jurum. conf. p. 1. c. 51. n.
9. & ſeq.*

## ad L. Pen.

QVando ſponſus neceſſarias habet abſentiæ cauſas, nunc per triennium & quadriennium & ultra ſponſa tenetur exſpectare ſponſum. *vid. notata & allegata ad l. c. C. h. t. in Commentar. meo.*

---

# TITULUS. II.

## *De Ritu Nuptiarum.*

## Ad L. Nuptiæ. 1.

*SVMMARIA.*

*Definitio nuptiarum. 1.*
*An inter conjuges bona communia, quoad proprietatem 2.*
*In Marchia ſuperſtiti electio datur. 3.*
*An liberi ſine benedictione ſacerdotali parentum nati, ſint legitimi? 4.*

1 NOtetur hic definitio nuptiarum; quod *ſint con-
junctio maris & fœmina & conſortium omnis vitæ,
divini & humani juris communicatio*, de qua *Bachov. in
Treutl. vol. 2. diſp. 6. theſ. 7. Cothman. volum. 1. conſ.
1. numer. 114.* Ex ea autem male infertur, bona inter
conjuges communia fieri quoad proprietatem. *Pruck-
man. volum. 1. conſil. 1. n. 347. Kobl in declarat. conſt.*
2 *March. quæſt. prim. num. 3.* Ubi probat, nullam eſſe
inter conjuges communicationem bonorum in proprie-
tate, ſed tantum in uſu, cum etiam communicatio
in uſu & lucro eſſe poſſit. *Mol. tr. 2. de J. & J. diſp.*
3 *411. num. 4.* Ex quo fluit: maritum retinere ſua bona
& uxorem retinere ſua paraphernalia, & ſoluto ma-
trimonio recuperare dotalia. Autor *ad L. 2. nu. 1. ff.*
4 *n. 1. Soluto matrimonio.* Et ideo in Electoratu Branden-
burgico, non tantum vidua electionem habet, an por-
tionem ſtatutariam amplecti, an vero ſua bona repete-
5 re velit. Ita idem jus optionis habet in Marchia mari-
tus ſoluto matrimonio, ut per multa præjudicia id
poſſet probari. De confarreatione novorum nuptorum,
& de ſacrificio confarreationis, & de communicatio-
ne farris vel farracei panis, *vid. Forſt. de ſucc. l. 9. c. 1.
n. 9. & ſeq. & c. 2. n. 26.* Ex definitione nuptiarum col-
ligitur, ex eo etiam matrimonio, quod clam ſine be-
nedictione ſacerdotali contractum, naſci liberos legi-
timos, quamvis ob mortem alterius nulla ſequatur ſo-
lennitas; licet parentes graviter contra ordinationem
Eccleſiaſticam peccarint *Dn. Carpz. p. 3. Juriſpr. for.
conſt. 14. def. 12. Dn. Struv. Ex. 29. th. 26.* licet diſſ.
*Cypr. c. 11. num. 21.*

## ad L. Si Nepotem. 3.

Vid. notata ad L. 16. §. 1.

## ad L. Minorem. 4.

1 FIlia minor 12. annis uxor eſſe non poteſt, niſi
ſcil. attento vigore corporis ac mentis Princeps
diſpenſet. Sed ſi explevit apud maritum ætatem impu-
berem, tunc fit legitima uxor, & ſic hæc exceptio eſt
legis. *l. quod initio vitioſum. 29. ff. de R. I.*

## ad L. Denique. 6. & 7.

*SUMMARIA.*

*Sponſa in domum ſponſi deducta etiam ante concubitum pro uxore habenda. n. 1.*
*An ſponſa ex ſtatuto ſuccedat. 2.*

1 SPonſa in domum ſponſi deducta ante concubi-
tum marito mortuo pro uxore habenda, & lugere
2 debet maritum, & habet actionem dotis. Ex *hoc textu*
poſſet diſtinctione expediri quæſtio; an ſponſa ex ſtatu-
to ſuccedat, de qua *Gail. lib. 2. obſ. 80. Mynſ. lib. 6.
obſ. 78. Kobl. part. 2. de ſucceſſ. conjug. num. 6. & ſeq.
Wiſſenb. ad tit. de ſponſal. diſp. 2.* alias ante deductio-
nem apud nos non petit portionem ſtatutariam, apud
Pomeranos tamen contrariam ſententiam vidi proba-
tam: apud Saxones ne quidem ante concubitum, ubi
prius mereri debet portionem.

## ad L. Si qua mihi. 12.

*SVMMARIA.*

*Sponſam fratris, vel ſponſæ ſororem ducere non poſſum. n. 1.*
*An diſpenſatio hoc caſu locum habet. 2. & 3.*

1 SPonſalium de præſenti inter alios effectus etiam
hic eſt, ut inducat impedimentum publicæ hone-
ſtatis, v. gr. Non poſſum ducere ſponſam patris,
vel fratris, vel ſponſæ ſororem; de qua *Sanchez. lib.*
2 *7. de matrim. diſp. 68. Dn. Carpz. lib. 2. Juriſpr. Eccl.
def. 107. & ſeq. Dn. Struv. h. t. th. 45.* Sed an diſpenſari

poſſit à ſuperinci. quæritur? Quæſtio ex alia dependet;
an juris divini hæc ſit prohibitio, an non; ut illo caſu
neganda ſit quæſtio, hoc caſu affirmanda. Sed affir-
mativa, ſcilicet quod diſpenſatio locum habere poſſit,
pluribus recepta, quod ea prohibitio publicæ honeſta-
tis cauſa videtur facta, & non præſumenda eſt copula
carnalis inter deſponſatas perſonas. *vid. Beuſt. de ſpon-
ſal. & matrim. p. 2. c. 54. circa finem. Gerhardus de con-
jugio. §. 363. in fin. & quos refert Carpz. in Juriſpr. Eccl.
libr. 2. def. 121. num. 7. & ſeqq.* Putarem attendendum
eſſe, quomodo cum defuncta ſponſa converſatus fuerit
3 ſponſus. In dubio juramentum purgationis deferendum
ſponſo, quod ſponſam ſuam non cognoverit carnali-
ter.

## ad L. Adoptionis. 14. §. 3.

### SUMMARIA.

*Etiam ex concubitu illicito oritur impedimentum matri-
monii. n. 1. 2.*

ETiam ex contubernio, concubinatu & quavis illi-
cita copula, oritur affinitas impediens nuptias hic
& *c. 3. 5. 6. & 10. X. qui cognovit conſ. Carpzov. l. 2 Ju-
riſpr. Eccl. def. 97. & ſeqq. Covarr. de matrim. p. 2. c. 6.
§. 7. nu. 2. Paleottus de ſpuriis c. 7. Bach. diſp. 6. in Tr.
2 th. 5. lit. C. Wiſſenb. th. 22. Hil. d. c. 19. lit. M.* Imo ex
illicito coitu oritur etiam conſanguinitas impediens
nuptias. *c. per. tuas. X de probat. Coraſius lib. 1. Miſ-
cell. c. 3. num. 1. & 2. Hillig. in Donell. l. 1 c. 19. lit. F. in
fin.* Et affinitas ſuperveniens dirimit ſponſalia de futu-
ro. *c. 2. X. de Conſang. & affin.*

## ad L. Uxorem. 15.

### SVMMARIA.

*An privigni viduam ducere liceat? n. 1. 2.
An caſus hic ſit diſpenſabilis. 3. & 4.*

1 QUæritur; an privigini viduam ducere poſſit vi-
tricus, & an priviginæ maritus poſſit ducere ſuæ
quondam uxoris novercam; Videtur quod ſic, nam
ſunt hæ perſonæ in ſecundo genere affinitatis: privi-
gnus enim eſt vitrico junctus in primo genere affinita-
tis; ejus privigni uxor eſt vitrico mariti juncta in ſe-
2 cundo genere. Sed negatur conjunctio ob reſpectum
parentelæ, qui facit, ut etiam in ſecundo genere affi-
nitatis locum habeat prohibitio. *Bechſt. ad. d. tr. c. 3.
Carpz. l. 2. Juriſpr. Eccl. def. 101 Dn. Struv. th. 35. &
42.* quod ad alias perſonas extendit *Wiſſenbach. d. l.
th. 19.* Sed an hic caſus diſpenſabilis? Aff. per Jus Ca-
nonicum, quia eſt in ſecundo genere affinitatis con-
5 junctio *c. pen X. de conſangu. & affin.* Sed quidam
Theologi noſtrates diſpenſationem negant, & volunt
*capitis 18. Levitici verſum* 8. extendere ad privigni vi-
4 duam, ut *Dn. Gerhardus de conjugio* §. 353. Sed quia
longe petita iſta extenſio ad diverſum non tantum gra-
duo; ſed & diverſum genus affinitatis, ideo diſpen-
ſationem concedunt, ut *Carpz. l 2. Juriſpr. Eccl. def.*
119. Largior tamen re integra non facile concedendum
eſſe hoc matrimonium, ob ſcandalum.

## ad L. Oratione. 16. pr. & L. 23. 27. 34. & §. 1.

### SVMMARIA.

*Dignitas olim impedimento nuptiis. num. 1.
Quod jure novo mutatum. 2.
Inter nobilem & ignobilem ſubſiſtit matrimonium. nu-
mer. 3.
Nepos vel neptis, cujus conſenſum adhibere debeant. 4. 5.
An hodie avi conſenſus neceſſarius in nuptiis nepotis. nu-
mer. 6.
Fratrum liberi conjungi poſſunt. 7.*

1 OB dignitatem prohibebantur Senatores, vel alii
præcellenti dignitate conſpicui viri, ducere li-
bertinas, vel viles fœminas, Autor *ad L. 23. num. 1.
C. h. t. Et ad L. 7. num C. de Inceſt. Nupt.* & fœminæ
2 nobiliores libertinis nubere vetabantur. Verum id ſu-
blatum variis novis conſtitutionibus. *Nov. 78. c. 3. Nov.
3 89. c. ult. &c. Struv. d. Ex. th. 28. Cujac. & Matth.
Steph. ad Nov. 51. in fine.* Ideoque inter nobilem & non
4 nobilem ſubſiſtit matrimonium. *Carpz. lib. 2. def. 10.
& ſeq.* Nepotis in nuptias non tantum avus, ſed & pa-
ter conſentire debet; ſecus in nepte, ubi avi voluntas
ſufficit, quia illo caſu invito patre ſuus hæres agnaſcere-
tur, non hoc caſu. §. 1. *hujus legis. Cothm. vol. 1. conſ.
5 1. num. 81. & ſeq Harpr. pr. Inſt. h. t. num.* 54. Excep-
tio habetur in *l. 3. h. tit.* ubi avus nepotem ex filio, &
ex alio filio neptem jungere poteſt, qui caſus eſt ſpe-
cialis, quia ex eadem familia ſumitur, nec hoc filio
6 diſplicere poteſt. *vid. Wiſſenb. D. 44. th. 13.* Hodie
non avi ſed ſolius parentis conſenſus requiritur, præ-
ſuppoſito hoc, quod per nuptias patria poteſtas tolla-
tur. *Wiſſenbach. d. l.* ubi plures citat. Ex *d. l. 3 h.
7 tit. & l. 6. §. 1. h. t.* probatur, quod Jure Civili conſo-
brini conjungi poſſint, & ſic non vitioſa eſt lectio in
Juſtinianæis inſtitutis. conſ. *Carpz. l. 2. Jur. Eccl.
def. 86.* Autor *ad L. 19. num. 1. ſ. C. h. t.*

## ad L. Capite. 19.

### SVMMARIA.

*Pater ad dotandos & elocandos liberos compelli poteſt. n. 1.
Paternus conſenſus per Principem interdum ſuppletur. 2.*

1 LOquitur hic JCtus de liberis in poteſtate exiſtenti-
bus, & dicit: Si pater differat matrimonium li-
berorum, quod tunc liberi vel eorum loco cognati
petere poſſint à judice, ut patrem compellat in matri-
monium collocare liberos, & filiæ dotem congruam
conſtituere. *Petr. Barboſ. ad l. 1. part. 1. num. 2. ff. ſolut.
matrim. Baldus Nov. de Dote part. 6. privil. 16. & ſeq.
Carpzov. dec. 160. & lib. 2. Juriſpr. Eccl. def. 53. Perez.
t. Cod. num. 15. Dn. Struv. th. 24. Ritt. collect. deciſ. 169.
Dn. Hahn. ad Weſ. h. t. n. 4. in verbis: tunc autem diſ-
ſentiendi poteſtas eſt.* Autor *ad L ult. n. 3. C. de dot. pro-
miſſ. Et ad L. ult. n. 4. C. d. t.* Idque à Principe vel
2 Conſiſtorio interdum fieri ſolet; nam Principis con-
ſenſus ſupplet conſenſum patris, qui cum conſentire de-
beat, habetur pro conſentiente. *Carpz. d. def. 53.* Alias
non poſſe ſupplere Principem conſenſum parentis. Au-
tor *ad L. 1. n. 5. C. Si Nuptia ex Reſcr.*

## ad L. Sciendum. 20.

### SUMMARIA.

*Curatoris conſenſus ad nuptias non eſt neceſſarius. nu. 1.
Quid in tutore? 2.*

1 COnſenſus curatoris ad nuptias curandæ non re-
quiritur, quia curator datur rebus. *Albericus Gen-
tilis de nupt. L. 4. c. 14. Arniſ. de connub c. 3 ſect. 11.
2 num. 2.* Autor *ad L. 8. n. 2. ſ. C. h. t.* Sed quid dicen-
dum de tutoribus? Reſp. nuptias ab impuberibus con-
trahi non poſſe; Sed de ſponſalibus quæritur: Sed quia
tutorum conſenſus ita, ut parentum, nunquam re-
quiritur, impuberum etiam ſponſalia pubertate com-
pleta per pœnitentiam reſcindi poſſunt; ideo tutorum
conſenſum non eſſe neceſſarium Dd. communiter con-
cludunt. *Gerhardus de conjugio* §. 94. *& quos refert ac
ſequitur* Carpzovius *lib. 2. Juriſpr. Eccl. def. 46. n. 6. &
ſeqq.*

## ad L. Si parte cogente. 22.

### SUMMARIA.

*Metus annullat matrimonium. n. 1.*

Quod

*Quod limitatur.* 2. & 3.
*Et exemplis declaratur.* 4 5. 6. 7.
*In ſtupro deprehenſus, ſi compellatur promittere nuptias, an valeant?* 8. 9. & 10.
*Metus reverentialis non vitiat, ſi violentia abſit.* 11.
*Nec vitiat metus levis.* 12.
*Liberi non cogendi à parentibus.* 13.

1 METus adeo reddit nuptias nullas, ut ne quidem
reſciſſione ulla ſit opus. *c. cum locum. X. de*
*ſponſal. l.* 14. *C. h. t. Cypr. de ſponſ. c.* 13. §. 14. *Dn.*
*Struv. ex.* 29 *th.* 25. niſi ſcilicet ultro poſtea cohabitet.
2 *c.* 23. *X. de ſponſal. Wiſſenb. d. l. th.* 15. Si ſcil. metus ſit
incuſſus eo fine, ut extorqueatur matrimonium. Nam
3 ſi metus à cauſa naturali oriatur vel ab homine quidem,
ſed ſi non ob hunc finem metus inferatur, ut matri-
monium extorqueatur, non ſunt irritæ nuptiæ. *San-*
4 *chez. de matrim. lib.* 4. *diſp.* 12. & *ſeq.* Hinc ſi aliquis
in carcerem conjiciendus, metu carceris contrahat
matrimonium, hoc non irritatur *Gutierez. de juram.*
5 *p.* 1. *c.* 57. *num.* 4. & 5. *Sanchez. d. D.* 12. *nu.* 6. Idem
ſi condemnatus ad furcam, meretricem, quæ pro eo
interceſſerat, duxit, *Sanchez. d. l. num.* 8. Idem ſi Ju-
6 des juſte condemnatum ſe dimiſſurum dicat, ſi cogna-
tam ſuam uxorem ducat. *Sanchez. nu.* 10. quod *nu. ſeq.*
extendit, licet injuſte ſit condemnatus; qua in parte
7 ipſi non aſſentior. Sic ſi juvenis deprehendatur in ſtu-
pro cum virgine, & cognati eum vellent interficere,
& is conjugium promittat, non videri metu initum
conjugium, tradit *Sanch. d. l. n.* 14. quod intelligo,
niſi aſtutia puellæ ea comœdia adornata, ut maritum
conſequeretur, ſicut tale exemplum in actis aliquando
8 reperi. *Plura apud dictum Sanchezium.* Illam ſenten-
tiam proponit. *Cyprans de ſponſal. c.* 13. §. 26. a quo re-
cedit *Hilliger. in Donell. l.* 13. *c.* 20. *lit. B. pag mihi* 1131.
9 per *l.* 7. §. 1. *ff. quod metus cauſa.* Verum reſponderi
poteſt, hic cum promiſſione matrimonii per vim extor-
ta, concurrere actum matrimonialem, ſcilicet copu-
lam carnalem, non coactum, ſed ſpontaneum. Nam
omnis copula carnalis facta inter perſonas habiles in-
ducit matrimonium; nam eſt actus matrimonialis. Ideo-
que ſententia *Sanchezii & Cyprai*, quæ communis Do-
ctorum ſententia eſt, loquitur de caſu, quando depre-
henſus in actu compellitur cum cognita matrimonium
10 contrahere. Sententia *Hilligeri* poſſet probari, quando
quis in adulterio cum conjugata compelleretur cum
virgine cognata mariti, per adulterium læſi, matrimo-
11 nium contrahere. Si vero parens filium per metum re-
verentialem eo adegiſſet, ut hanc uxorem duceret,
quam non duxiſſet, ſi ſui arbitrii fuiſſet; pro vero
tamen matrimonio hoc habendum: ideoque hæc lex
non de violentia intelligenda eſt. *Covarr. de matrim.*
*p.* 2. *c.* 3. §. 6. *n.* 3. & 5. *Sanchez. l.* 4 *D.* 6. *n.* 7. *Carpz.*
*Juriſpr. Eccl. lib.* 2. *def.* 30. *num* 14. *Cujac. l.* 16. *obſ.* 40.
*Hillig. in Don. lib* 13. *c.* 2. *lit. K. Wiſſenb. h. t. th.* 15. conf.
*Cyprans d. c.* 13. §. 18. de minis parentum loquens, Col-
12 lige ergo metum levem non irritum reddere contra-
ctum matrimonii. *Molina D.* 267. *Leſſius t.* 2. *lib.* 2.
*dub.* 6. *n.* 39. *Sanchez. de matrim. lib.* 4. *D.* 8. *n.* 7. Ex
13 dictis porro pater, parentes liberos cogere non debere
ad hoc vel illud matrimonium. Poſt alios *Sanchez. l.* 4.
*D.* 22. *n.* 3. *Enenckel. Baro de privil. parent. lib.* 6. *c.* 9.
*num.* 3. Autor *ad L.* 12. *num.* 1. & *ſeqq. C. h. t.*

## ad L. In liberæ mulieris 24.

### *SVMMARIA.*

*Ex cohabitatione non concubinatus, ſed matrimonium præſumitur. n.* 1.
*Quid jure Canonico?* 2.
*Si virgo carnaliter cognita, potius præſumitur animo matrimonium contrahendi, quam ſtuprandi illud factum.* 3.
*Limitatio.* 4.

1 EX cohabitatione non concubinatus, ſed matrimo-
nium, ut dignius & fortius vinculum præſumitur.
*Zaſ. hic. n.* 6. & *Forſt. de ſucceſſ. l.* 4. *c.* 8. *n.* 17. & *ſeqq.*
2 Licet aliud videatur Jure Canonico dicendum, per
*c. aliter. C.* 30. *q.* 5. conf. *Bacch. ad Treutler. v.* 2. *D.* 6.
*th.* 5. *lit. D. Wiſſenb. th.* 17. *Natta conſ.* 473. *n.* 42. ubi *in*
3 *ſeq.* contrarias præſumtiones habet. Sed juri Civili ſtan-
dum puto. Quin etiam præſumendum eſt, cognitam
fuiſſe virginem potius animo contrahendi matrimo-
nium, quam ob ſtuprum; quia delictum & crimen non
præſumitur. Ideoque ſtuprata præciſe eſt ducenda; ut
Conſiſtorialis Ordinatio Electoralis Brandenb. habet in
*tit.* 62. ſi ſcil. perſuaſa virgo vel vidua à juvene, cum
vel ſine promiſſione matrimonii; nam ſi dicit: ſe ani-
mo ſtupri committendi eam cognoviſſe, ei, ut pro-
priam turpitudinem allegantí, credendum non eſt. Ipſa
cognitio puellæ eſt actus matrimonialis, uti dictum *ad*
*l.* 22. *nu.* 9 *h. t.* Sed aliud eſt, ſi corpore quæſtum fe-
4 cerit, *per hanc legem*, vel ſi conditione maxime diſpa-
res, ſi nulla fuerit cohabitatio, ſed tantum volupta-
tis gratia acceſſerit aliquoties fœminam, *Cephalus lib.* 4.
*conſ.* 593. *nu.* 8. & 9.

## ad L. Filius. 25.

### *SVMMARIA.*

*Emancipati liberi an ad nuptias conſenſu parentum opus habeant? n.* 1.
*Quid hodie hac in parte juris.* 2. 3.

1 EMancipati liberi etiam ſine conſenſu parentis nup-
tias contrahunt; quod exceptionem tamen habet
in filia emancipata minorenne, ubi plus periculi *l.* 18. &
20. *C. h. t.* & *ibi notat. Wiſſ. h. t. th.* 18. *Carpz. l.* 2. *Juriſp.*
*Eccl. def.* 49. Autor *ad d. l.* 20. *n.* 2. *ff. C. h. t. Et ad L.* 8. & 18.
*C. d. t.* Ubi tamen Carpzovius aliud dicit eſſe conſtitu-
2 tum Conſiſtoriis Eccleſiaſticis, & in foro Saxon. Electo-
rali. Quoad Conſiſtoria Electoralia Saxonica litem
meam non facio, ſed quod ad cætera Conſiſtoria
Evangelica, dubito de hac opinione; nam potiſſima
ratio conſenſus paterni conſiſtit in jure patriæ poteſta-
tis. Sola reverentia jure divino debita parentibus, vix
inferet præciſam neceſſitatem conſenſus paterni, niſi &
matris & avi quoque & aviæ conſenſum neceſſarium
3 dicamus. Sic ergo ſi filia, jam antea cum conſenſu pa-
tris nupta, mortuo marito cum alio ſponſalia celebra-
ret, peccare dixerim eam; ſed ſponſalia non eſſe irrita,
poſtquam ſemel poteſtate patris exiit. Autor *ad L.* 1.
*num.* 1. *C. h. t.*

## ad L. Generali. 34.

## §. Inter privignos. 2.

### *SUMMARIA.*

*Comprivigni nuptias contrahere poſſunt. n.* 1.
*Quod tamen non facile ſuadendum.* 2.

1 DUo comprivigni copulari poſſunt, licet ex novo
matrimonio filius adſit. *Carpzov. d. l.* 2. *def.* 105.
2 Sed quia textus juris divini *Lev.* 18. *verſ.* 11. dubius,
confuſio etiam nominum vitanda, & ratio honeſtatis
habenda. Diſſuadendum hoc putat *Bach. in Treutl. D.* 6.
*th.* 3. *lit. A.* niſi forte evidens utilitas ſubjectorum &
ſubditorum aliud ſuadeat.

## ad L. Tutor. 36. juncta l. 59. l. 60. & l. 66.

### *SUMMARIA.*

*Tutor pupillam ducere non poteſt. n.* 1.
*Quid hodie?* 2.

Prohibi-

1 PRohibitum matrimonium Jure Civili inter tuto-
rem & pupillam, curatorem & curandam. confer
*Notata* Dni. Autoris *n.* 1. *ad Cod. de interdicto matrim.*
*&c.* ubi *in fin.* notavit jure Can. huic derogatum eſſe.
2 Junge & *Not. ad l.* 38. *h. t. Dn. Struvium hic th.*29. Sed
quicquid ſit, licet concedam hodie tutorem pupillam
ſuam ducere poſſe, putarem tamen id debito modo fa-
ciendum, ſi ſcilicet prius rationes reddiderit. Nam
mutatio legum ſtricte intelligenda. Valebit tamen om-
ni caſu matrimonium.

## ad L. Si quis officium. 38.

### *SVMMARIA.*

*Præſes Provinciæ provincialem ducere non poteſt n.* 1.
*An hoc Jure Canonico mutatum.* 2.
*Quid in tutore.* 3.

1 LIcet non nuptiæ, ſponſalia tamen inter Rectorem
Provinciæ & Provincialem virginem, vel vidu-
am celebrari poſſunt; ne tamen obſtet Reg. *Leg. Ora-*
2 *tio.* 16. *tit. præced.* Sponſa poteſt recedere à ſponſalibus
ſetentis arrhis. *L. un. C. Si Rector. Provinc.* Sed hanc
3 prohibitionem volunt ceſſare Jure Can. *arg. c. pen. X.*
*de raptoribus. Bart. & Salic. in d. l. Rittershuſ. in diff.*
*juris civ. & canon. lib.* 1. *c.* 20. *Zaſ. h. t. n.* 21. Autor
*ad L. un. n.* 1. *&* 4. *C. Si Rect. Prov.* Sicut & tutorem
Jure Can. adultam ſuam ducere poſſe tradunt *Menoch.*
*lib.* 2. *A. Q. caſ.* 194. *num. Gutier. de Tutel. libr.* 2. *c.*
12. *n.* 8. *Rittersh. d. c.* 20. *Montanus de Tutelis. c.*31. *effe-*
*ctu.* 8. *in fin. Zaſ. d. n.* 21. Autor *ad C. t. de Interd.*
*matrim. n.* 2. *ſeq.*

## ad L. Sororis. 39.

### *SUMMARIA.*

*Parentelæ reſpectus impedimento eſt nuptiis. n.* 1.
*Quod & ad affinitatem extenditur.* 2.
*Matrimonium inter fratres & ſorores jure naturæ prohi-*
*bitum* 3.
*Affinitatis gradus. numer.* 4.
*Uxoris defunctæ fratris viduam ducere licitum.* 5.

1 PArentelæ reſpectus facit, ut etiam fratris pronep-
tem vel abneptem, licet in quarto vel quinto gra-
du ſint, ducere nemo poſſit. *Cypræus de matrim. part.*
2. *c.* 6. §. 1. *n.* 19. *Gerhard. de conjug.* §. 288. *Carpz. l.* 2.
*def.* 80. *& def.* 115. Autor *ad L.* 17. *n.* 1. *ff. C. de Nupt.*
2 quæ ratio militat etiam *in L. ſequenti.* Et ob reſpectum
parentelæ nuptias non concedunt, ſi quis uxoris de-
functæ ſororis filiam ducere, vel quædam mariti fra-
tris filio nubere velit, quas tamen nuptias concedunt.
*Dn. Richter deciſ.* 13. *& Petr. Wiſſenb. ac Sichardus*,
ex Bechſtadio refert *Dn. Struv. th.* 38. *h. t.* Ex *hac lege*
3 *&* §. 1. *ut ex l.* 2. *C. ſi nuptiæ ex reſcripto pet.* ſolent pro-
bare matrimonium inter fratres & ſorores jure naturæ
eſſe prohibitum, excepto caſu liberorum Adami. *San-*
*chez. l.* 7. *diſp.* 52. *Ant. Matth. ad lib.* 48. *tit.* 3. *c.* 6. *de*
*inceſtu. n.* 3. *Cypræus c.* 6. §. 1. *nu.* 17. *Covar. p.* 2. *c.* 6. §.
4 10. *n.* 5. Eodem autem modo numeramus gradus affini-
tatis ac ſanguinis. Ex quoto gradu prohibitæ ſunt nup-
tiæ in conſanguinitatis arbore, eo etiam prohibitæ
5 ſunt in arbore affinitatis. In ſecundo genere affinita-
tis nulla prohibitio, & ſic maritus uxoris prædefunctæ
fratris viduam ducere poteſt, quia in ſecundo genere
eſt. *Schneidw. de arb. affin num.* 13. *Beuſt. p.* 2. *c.* 55. li-
cet aliter ſentiant nonnulli Theologi, ut *Gerhard.* §.
356. quos recenſet ac ſequitur *Carpzov. lib.* 2. *def.* 102.
cujus rationibus facile reſponderi poteſt; hoc tamen
largior, ob honeſtatem & metum ſcandali hæc diſſua-
deri debere. *ob l.* 42. *h. t.*

## Ad L. Semper. 42.

### *SVMMARIA.*

*In nuptiis honeſtas inſpicienda. n.* 1.
*An peccet, in gradu prohibito diſpenſationem petens.* 2.

1 IN nuptiis non tantum quod licet, ſed etiam quod
honeſtum eſt, ſpectari debet, hic & *l. ſemper.* 197.
*de R. I. Alberic. Gentil. lib.* 5. *de nupt. c.* 13. *Carpz. p.* 2.
*def.* 107. *nu.* 11. *& ſeq.* Autor *ad L.* 26. *n.* 4. 5. *C. h. t.* Un-
de Canoniſtæ dicunt peccare eos, qui in gradu pro-
2 hibito à Superiori diſpenſationem quærunt ſine graviſ-
ſima cauſa; qualis eſt, ſi id toti regno ſalutare, vel
alias familiæ proficuum. Alias enim ſcandalum ple-
rumque per iſtiusmodi diſpenſationes præbetur.

## Ad L. Palam. 43.

### *SUMMARIA.*

*Meretrix quæ ſit. nu.* 1.
*Ob paupertatem non excuſatur.* 2. *&* 6.
*Tres actus requiruntur, ut quis quæſtum facere dica-*
*tur.* 3.
*Quid ſi plures cum una adulterium commiſerint.* 4.
*Quid ſi meretrix mores mutaverit.* 5.
*Neceſſitas an à pœna adulterii excuſet.* 7.
*Quare autem in furto excuſet.* 8.
*Pœna tamen in adulterio mitigari poteſt.* 9.
*Deprehenſa in adulterio ipſo jure eſt infamis.* 10.
*Aliud in adultero.* 11.

1 DEfinitur hic meretrix, & quæ palam quæſtum
corpore facit, ut ea ſit, quæ ſine delectu ſe pro-
ſtituit. §. 1. & 2. ſive pro quæſtu, ſive ſine quæſtu. §.
3. Etiamſi deſierit peccare, quia turpitudo non abole-
2 tur. §. 4. Et in foro Politico, etiamſi prætendat pau-
pertatem. §. 5. *d. l. Maſcard. probat. concl.* 1067. *Covarr.*
*de matrim. p.* 2. *c.* 8. §. 11. *n.* 4. *Menoch. libr.* 2. *A. Q.*
3 *caſ.* 535. *Ricc. deciſ. collect.* 163. Ex §. 2. obſervandum,
non videri palam quæſtum facere, quæ ſui copiam
uni & alteri facit accepto pretio. Unde ad minimum
tres actus requiri putant Dd. *Farin. quæſt.* 136. *part.* 3.
quem citat *Ant. Matth. ad tit. de adult. c.* 1. *num.* 6.
4 Unde nonnulli inferunt; primum, ſecundum & ter-
tium, qui cum conjugata rem habet, tantum de adul-
terio teneri, reliquos non; quos merito refutat *Ant.*
*Matth. d. l.* quia non eſt ipſo jure per adulterium ſolu-
tum matrimonium. *vid. not. Dni. Autoris ad l.* 22. *n.* 2.
5 *C. h. t.* Sed ſi emendavit vitam meretrix & notorie
ſanctimoniæ ſtudeat, ex jure divino ceſſat infamia, &
qui animo injuriandi eam meretricem vocat, procul-
6 dubio injuriarum tenetur: Nam non tantum veritas non
relevat, ſed & natura probroſum eſt, ei, qui vitam
emendavit, ſua delicta objicere Non eſt autem ignoſ-
cendum ei, quæ obtentu paupertatis turpiſſimam vi-
7 tam degit *d. l.* 43. §. 5. Autor *ad L. ult. n.* 22. *C. de ſpe-*
*ctac. & ſcen.* Unde & ex *c.* 4. *&* 5. *X. de Divortio*, pro-
batur, neceſſitatem non excuſare à pœna adulterii vel
fornicationis, quia mulier quidvis potius pati, quam
in tantum ſcelus conſentire debeat *c.* 3. *c.* 32. *qu.* 5. *Fa-*
*rin. quæſt.* 143. *n.* 12. *Sanchez de matrim. l.* 10. *c.* 5. *n.* 6.
*Gutierez. de matrim. c.* 129. *n.* 8. *Surdus de alimentis*
8 *tit.* 7. *quæſt.* 16. *nu.* 45. *Menoch. conſ.* 30. *n.* 30. *Ahaſv.*
*Fritſchius in diſp. inaug. de neceſſit. ſect.* 7. *concl.* 1. *exemp.*
4. Cur autem neceſſitas famis à furtis pœna excuſet, non
ita à pœna adulterii, varias cauſas recenſet *Covar. in c.*
*peccatum. p.* 2. §. 1. *nu.* 5. præcipuæ hæ ſunt; quod in
furto habeamus diſpenſationem in lege Moſaica, in
adulterio nullam; in neceſſitate famis uſus bonorum
fortunæ communia, non ita corporum: in furto at-
tendimr voluntas Domini debita & tacita ac præſump-
ta, qua ſuccurrere debebat egentibus, quæ hic non re-
peritur? Furtum purgari poteſt ſi accedat conſenſus
Domini, non ita fornicatio ac adulterium. Id tamen
9 *Petro Peckio ad* 2. 78. *de R. I. lib.* 6. conceſſerim, in ma-
gna neceſſitate famis remitti poſſe pœnam criminalem,
quia mors ea fame profecta omnium terribiliſſima. De-
10 prehenſa in adulterio notatur infamia licet condemnata
non

non ſit, quia ipſo jure irrogatur infamia ex facto, *d. l. 43. §. pen.* Autor *ad L. 12. n 3. C. ad L. Jul. de adult.* imo licet abſoluta ſit, infamis tamen eſt ob factum, quia
11 deprehenſa eſt, *d. §. pen.* ſi autem ſit condemnata, duplici ex cauſa infamis eſt. *vid. Trentl. & Bach. diſp. 8. th. 5. lit. C.* Aliud in viro adultero. *l. 2. §. 3. de his, qui not. infam. Lud. Rom. ſing. 325. Hillig. in Donell. l. 18. c. 7. lit. I.* quia major caſtitas à fœmina requiritur; quod moribus ita obſervati fateor; ſed Canoniſtæ & Patres Eccleſiæ ſancti non admiſere, nec ego. Vir facilius debet refrenare ſuas concupiſcentias, quam fœmina, quæ facile ſeduci poteſt.

## ad L. Senatoris. 47.

### SVMMARIVM.

*Honor an delinquenti reſervandus.*

NOn debet honor reſervari illi, qui ſe in ſceleratam vitam deduxit. Sed hodie ſæpe in injuriis, furtis levioribus, fama reſervatur, ob eam rationem, quia recepta ſunt collegia, in quibus infamis eſſe non poteſt; Ne igitur ad extremam paupertatem deducatur, aut fame enecetur, talis reſervatio permittitur. *vid. Not. Dns. Auteris 40. de injur.*

## ad L. Et nihil. 54.

### SUMMARIUM.

*Impedimentum nuptiarum etiam ex fornicatione oritur.*

COnſanguinitas & affinitas nuptias prohibens etiam ex fornicatione oritur hic & *Levit. 18: v. 9. & l. 14. §. 2. h. t. Gerhard. §. 282. Carpz. d. l. def. 82. & 97* Hinc qui fœminam à fratre cognitam cognoſcit, inceſtum committit, & magis is, qui patris concubinam cognoſcit.

## ad L. Quin etiam. 55. §. 1.

### SUMMARIUM.

*Adoptio quare impedimento nuptiis, cum patris adoptivi matre, vel matertera.*

PAtris adoptivi matrem & materteram durante adoptione ducere prohibeor, idque non ob agnationem, quæ hic nulla; ſed propter reverentiam, quam pater matri ſuæ, & ego patri debeo. *vid. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 6. th. 2. lit. C. & Hun. d. diſp. q. 19.* Sed quia cauſa prohibens eſt juris Civilis effectus, de diſpenſabilitate dubitandum non eſt.

## ad L. Qui in provincia. 57.

### SUMMARIA.

*Qui actum facere non poteſt, nec facienti poteſt conſentire. n. 1.*
*Diverſa probationis genera conjungi poſſunt ad probandum. 2.*
*Exemplum hic, ubi inceſtuoſus legitimatur. 3.*
*Bona fides in actibus palam factis præſumitur. 4.*
*Bona fides parentum prodeſt liberis quoad jus legitimitatis. 5.*

1 REctor Provinciæ nequidem filio contrahenti cum Provinciali conſentire poteſt; unde colligunt regulam: eum qui actum aliquem facere non poteſt, ne quidem conſentire poſſe alii facienti. *vid. Cagn. ad l. fin. C. de Pact. nu. 134. Ang. Barb. lib. 1. c. 26. ax. 30.* Temporis autem diuturnitas & numerus liberorum poteſt Principem movere ad legitimandos liberos ex illi-
2 cito conjugio natos. *§. 1. hujus legis.* Unde probant: diverſa probationis genera ita conjungi poſſe, ut ſingula non probent, univerſa fidem faciant. *Gail. lib. 1. obſ. 108. n. 13. Mynſ. cent. 2. obſ. 100. & cent. 5. obſ. 33. Wiſſenb. Ex 43. th. 17.* Et hic habemus exemplum ubi inceſtuoſi
4 legitimantur. *Fach. l. 3. controverſ. 57. Wiſſenb. h. t. th. 23.* Et præſumitur bona fides, quando contrahentes contra
5 jura, ſed palam & in facie Eccleſiæ hoc fecerunt *l. ult. ff. h. t.* Et ideo b. fides & error utriuſque vel alterutrius liberos reddunt legitimos, per hanc *l. Trentac. l. 3. tit. matrim. reſol. 4. num. 14. & quos refert Sande l. 2. tit. 1. def. 8.* ubi liberos ex uxoris ſororis filia natos legitimos pronunciatos teſtatur.

## ad L. Præfectus. 63.

### SVMMARIA.

*Legatum in matrimonio prohibito conjugi relictum, an valeat? n. 1.*
*Quid in contractu. 2.*

1 LIcet matrimonium ſit prohibitum, ſi tamen quid maritus conjugi legaverit, non auferet Fiſcus, ſed debetur conjugi, quæ etiam dotem repetere poteſt, hic
2 & *l. fin. de leg. 1.* Aliud videtur in contractibus, per *l. 31. §. fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. vid. Immanuel Coſta in repetit. cap. Si pater part. 1. in v. uxorem nu. 5. & ſeq. X. de Teſt.*

## ad L. Non ſolum. 67. §. 1.

### SUMMARIA.

*Avus neptem, cujus tutelam geſſit nepoti ex alio filio elocare poteſt. num. 1.*
*Cognati teſtimonium inter duos cognatos validum eſt. 2.*

1 AVus neptem ex filio emancipato; cujus tutelam geſſerat, non obſtante *tit. Cod. de interdicto matrim. inter pupillum*, poteſt elocare nepoti ex filio alio, quia par affectio excludit omnem ſuſpicionem ſequio-
2 rem. Ex qua ratione probant Dd licet teſtimonium fratris pro fratre non ſit idoneum, nec ob id juramentum ſuppletorium poſſit deferri; *Farin. qu. 54. nu. 88.* aliud tamen eſt, ſi ad utrumque par ſit affectio, ſi cognatus inter duos cognatos deponat, quæ depoſitio valida eſt; & poterit ob eam juramentum deferri, *Farin. d. quaſt. 54. num. 116. & Mevius p. 4. dec. 313.* Aut *ad L. 3. n. 1. & 2. C. Et ad L. 6. num. 5. C. de Teſt.*

## ad L. fin.

### SVMMARIA.

*Ignorantia in actu palam geſto præſumitur. n. 1.*
*Quod exemplo declaratur. 2.*
*An qui clam peccat, gravius peccet? 3.*
*Intellectus hujus Legis. 4.*

1 SI actus prohibitus celebratur palam, poteſt quis prætextu ignorantiæ excuſari; ſed ſi clam, non præſumitur ignorantia; ſed potius fraus & mala fides, hic & *l. 54. ff. adm. tut. c. conſuluit. §. ne vero judicium X. de officio delegati. Cravetta conſ. 129. num. 11. & conſ. 178. nu. 6.* ubi de actibus nocturnis. *Cothm. vol. 2. reſp. 68. n. 76. Schneidw. ad §. 6. Inſt. de act. num. 74. Menoch. conſ. 293. n. 15. & ſeq. conſ. 422. nu. 97.* quod declarat *d. conſil. 422. nu. 162. & conſ. 627. nu. 17. Carpz.*
2 *l. 2. Juriſpr. Eccleſ. def 33. n. 7. & ſeq.* Hinc eum, qui non convocatis vicinis terminos renovaverat, ob clandeſtinitatem præſumptionem contra ſe habere dicit
3 *Berlich. p. 2. dec. 233. n. 17. & ſeqq.* Illud vero *ex h. l.* nequaquam colligitur, quod qui clam peccat, doloſe tamen, gravius peccet, quam qui palam; Autor *in C. t. de dolo malo ad L. 5. n. 7.* ut videtur velle *Finckelth. obſ. 38. n. 12.* Nam utique qui palam peccat majus præbet ſcandalum & impudentior eſt, & major hic con-
4 temptus ſuperiorum. Sed hæc lex in eo qui aliquid facit palam, errorem præſumit, & ignorantiam; ſed qui

qu..lam facit, ibi præſumitur dolus. Ergo lex hæc intelligenda de tali negotio, ubi error vel ignorantia juris non eſt adeo improbabilis, conſ. *Barboſ. locupl. l* 3. c. 11. *ax.* 3. Vel reatus intelligi poteſt, quoties actus per ſe non eſt omnino illicitus, ſed permiſſus, ut matrimonium contrahere. Secus ſi negotium per ſe illicitum, ut furtum committere; Unde fur manifeſtus gravius punitur. Autor *in C. tit. de Reſc. Vendit. ad L.* 1, *nu* 3.

---

## TITULUS III.

### *De Iure Dotium.*

### Ad L. Reipublicæ. 2.

*SUMMARIA.*

*Favor dotis etiam ad contractus nuptias ſpectat. nu.* 1.
*Quæ ex hoc textu colliguntur.* 2.

1 PUblice intereſt dotatas eſſe mulieres, ut nubere poſſint; Autor *ad Auth. Res quæ n.* 2. *C. Communia de Legat.* quamvis autem hoc de futuris nuptiis videtur dicendum, verius tamen eſt ad contractas etiam nuptias hoc pertinere *Joh. Hannibal in rep.*
2 *Rubr ff. ſol. matr. num.* 117 *vol* 3 Et hinc multa concludi poſſunt, v. gr. *Carpzov p.* 2. *Juriſpr. C.* 39. *def.* 18. ex hoc concludit, ex emphyteutico fundo in dotem dato non ſolvi laudemium, quia neceſſaria & publice utilis cauſa eſt. *Plura infra in l.* 1. *ff. ſolut. matr.*

### ad L. Dotis. 3.

*SUMMARIA.*

*Promiſſio dotis, nuptiis non ſecutis irrita eſt. n.* 1.
*Idem in legato dotis.* 2.
*Quæ limitatur.* 4
*Secus ſi dos loco legitimæ relicta.* 3.

1 SIne matrimonio dos eſſe nequit, & ideo promiſſio dotis vel ejus conſtitutio nuptiis non ſecutis irrita. *Carpzov. p.* 2. *conſt.* 46. *def.* 21. Sicut & dos legata ab
2 extraneo, nuptiis non ſecutis non debetur. *Carpzov. part.* 3. *Juriſpr. conſtit.* 11. *def.* 25. *Menoch. conſ.* 455. *n.* 8. etiam ſi legetur ita: cum nupſerit. *Menoch. d. l. n.* 10. Aliud ſi dos loco legitimæ à patre relinquatur. *Me-*
3 *noch. d. l. n.* 15. Prius limitatur: niſi aliæ circumſtantiæ urgeant purum eſſe legatum. *Cravetta conſil.* 101. *n.* 2. *Menoch conſ.* 251. *n.* 31. Sed in dubio à parente legata dos pure relicta, ab extraneo conditionaliter videtur relicta. *Menoch. d. conſ.* 251. *nu.* 32.

### ad L. Si proprietati. 4.

*SUMMARIA.*

*Uſusfructus ſi cum fundo dotali conſolidatus, non pro nova dote, ſed augmento habetur.* 1.
*Aliquorum Dd. collectio rejicitur.* 2.

1 QUando uſusfructus accedit proprietati dotalis fundi, per modum conſolidationis non videtur res nova vel alia dos, conſequenter non cenſetur nova adquiſitio; quia per quandam mixturam inſeparabiliter ipſi proprietati accedit, ob quam conſolidationem uſusfructus extinguitur, & proprietas augetur &
2 fit plena. Non tamen inde ſequitur, ut colligunt nonnulli à *Joh. de Caſtillo* jam allegando, citati, quod ipſe uſusfructus, ſi relatio fiat ad tempus, quo erat à proprietate ſeparatus, non videatur de novo obvenire ſive adquiri, & faciat pleniorem & pretioſiorem ipſam proprietatem, ita ut cauſa lucri de novo conſiderari poſſit. *l. non quocunque.* 82. §. *fundus* 2. *de Leg.* 1. & §. 9. *Inſt. de Legatis. Caſtillo in Tr. de uſufructu cap.* 74. *n.* 4. & 5. *ubi plures citat, ut & num.* 2.

### ad L. Profectitia. 5.

*SUMMARIA.*

*Dos profectitia quæ ſit. n.* 1. 2.
*An pater locupleti filiæ dotem dare debeat.* 3.
*Filiusfamilias dotem conſtituendo, an ſuo an patris nomine id feciſſe cenſeatur.* 4.
*Pater an ex bonis filiæ ipſi dotem conſtituere poſſit. n.* 5.

1 DOs profectitia eſt, quæ à parente proficiſcitur vel bonis ejus vel facto ejus conſtituta eſt; quod variis exemplis hic declaratur, de quibus etiam *Mant.*
2 *de tacita & ambigua conventione lib.* 12. *tit.* 7. Autor *ad L.* 4. *n.* 1. *C Soluto Matr.* Et profectitia dos eſt, licet filia ſit emancipata, quia jus non poteſtatis, ſed patris nomen profectitiam dotem facit. §. 11. *h. l.* ſi ut pater det dotem, non ſi ut debitor filiæ. *Dn. Struv. Ex.* 3. *th* 4. Sed an pater locupleti filiæ dotem conſti-
3 tuere debeat? Et puto, quod non; cum nec ad alimenta teneatur. *l.* 5. §. 7. *de agnoſc. lib.* Et quia ad dotandum officio judicis compellendus; ſed æquitas, cui innititur officium judicis, ceſſat, ubi filia ipſa locuples, quod tempore Digeſtorum non poterat facile fieri, niſi in paucis caſibus, *vid. Carpz. p.* 2. *c.* 42. *def.* 13. *Bach. in Tr. diſp.* 7. *th.* 2. *Covar. p.* 2 *de matrim. c.* 3. §. 8. *in fin. Caval. qu* 5. *Dn. Struv. d. ex* 30. *th.* 3.
4 niſi pater habeat uſumfructum. *Bach. d. l.* Ex §. 10. *hujus legis.* 5. colligit *Barb. ad l. ff. ſol. matr. parte* 4. *n.* 117. filiumfamilias filiæ ſuæ dotem conſtituendo, videri ſuo nomine promiſiſſe, niſi probetur, ipſum patris negotium geſſiſſe, quo caſu patris hæredes tene-
5 rentur. *Ex* §. 11. notandum, poſſe patrem ex bonis filiæ ea conſentiente dotem conſtituere, & ſic eſſe dotem adventitiam, quia non à patre profecta; ſed ſi ea non conſentiente pater ex bonis filiæ dotem conſtituerit, poſſe agere filiam contra patrem, ut ex bonis ſuis dotet pater. *Bach. ad d. l.* 2. *parte* 4. *num.* 25.

### ad L. Jure ſuccurſum. 6.

*SUMMARIA.*

*Dos profectitia, quare ad patrem redeat. n.* 1.
*In dotis conſtitutione læſo ſuccurrendum.* 2.

1 CUr dos profectitia ſoluto per mortem matrimonio ad patrem redeat, redditur hic ratio, quod ſolatii loco hoc ſit conſtitutum, ne & filiæ amiſſæ & pecuniæ damnum ſentiret; & huc, licet filia emancipata. *Pet. Barb. in l.* 2. §. *quod ſi in patris. nu* 38. *ff. ſolut. matrim. Bachov. d diſp* 7. *th.* 11. *lit.* C. Autor *ad L.* 4. *n.* 3. C. *Soluto Matrim.* quando autem diſſoluto matrimonio non redeat ad patrem, id proponitur in *Col-*
2 *leg. Argent. tit. ſoluto matr. th.* 6. §. 2. Quando vel pater, vel filia vel maritus in dotis conſtitutione læſus eſt, tunc læſo etiam majori eſt ſuccurrendum *per* §. *fin. h. t.* Autor *in C. t. Si adverſ. dot. ad L. un. n* 7. & 8. non quidem ob favorem dotis, nec per reſtitutionem in integrum, ut putat *Odd de reſt q.* 14. *n.* 61. Sed ob naturam actionis dotis in qua bonum & æquum præcipue dominantur, per *l.* 8. *ff. de cap. deminut. Pet. Barb. ad l. æſtimatis* 51. *n.* 23. & *ſeq. ff. ſolut. matrim. idem ad Rubr. d.* 1. *part.* 4. *n.* 25. ubi ſi in æſtimatione rei dotalis quis læſus, læſionem ultra dimidium non requiri docet.

### ad L. Dotis fructum. 7.

*SUMMARIA.*

*Ad maritum fructus dotis ſpectant. n.* 1.
*Exceptio, niſi non ferat onera matrimonii.* 2.
*Quid in commodis occaſione fundi dotalis perceptis. n.* 3.

1 QUia maritus onera matrimonii fert, ideo etiam dotis fructus ad eum pertinent, per *h. l.* & *l.*
pro

*pro oneribus* 20.C.*h.tit. ibique* Autor *n* 1.*ſeqq.Et ad L.*4.
*ff.de Pact.dotal.* & proinde etiam fructus fundi pro do-
te obligari Jure Can.acquirit, per *c. Salubrit.X.de Uſur.*
*Petr.Barb.ad l.de Divſ.*5.*num.*1.*& ſeq ff.ſolut.matr.* conf.
2 *Surd.de Aliment.tit.*1.*q.*33.*n.*8.*Mantica d.tit.*8.*num.*18.Et
ideo ſi non ſuſtineat onera, non acquirit fructus. *Petr.*
*Barb.d.l.n* 4.*Surd.d.t.*1.*q.*42.*n.*31.*Rol.à Valle Tr.de Dot.q.*
3 64.Autor *ad L.*20.*num.*6.*C.h.t.*Non autem ad maritum
pertinent commoda, quæ non ut fructus ex re perve-
niunt,ut theſaurus *l.*7.§ 12.*ſol.matr.Dn.Struvius th.*13.ut
nec alluvio,*l.*10.§.1.*h.t.Dn. Struvius d.l.*

## ad L. Si ego. 9.

### *SUMMARIA.*

*In dote promiſſa non habet locum condictio ex pœnitentia. num.*1.
*Pater ſi filia dotem deſtinaverit, filius poſt mortem ejus revocare nequit.* 2.
*In pia cauſa mandatum per heredem revocari nequit. n.*3.
*Donatio dotis cauſa facta non poteſt revocari.*4.
*Paraphernalia bona quænam ſint.* 5.
*An hæc ſint in dominio mariti* 6.
*Qua actione Paraphernalia repetantur.* 7. 9.
*Dote non conſtituta, uxoris bona pro Paraphernalibus habentur.* 8.
*Fructus Paraphernalium ſub conditione marito donati, conditione non exiſtente, ad heredes uxoris tranſeunt.* 10.
*Maritus Conſenſu uxoris Paraphernalia adminiſtrare præſumitur.*11.
*Quænam bona Receptitia.* 12.
*An quoad hæc uxor hypothecam habeat.* 13.

1 EX *h.L.* colligunt nonnulli privilegium dotis;quod
licet in contractibus innominatis condictio ex
pœnitentia detur, in promiſſione tamen dotis non de-
tur,niſi nuptiis non ſecutis. *Covarr.lib* 1.*Reſol. c* 14.*nu.*
15.*Bald.Nov.in tr.de Dote parte* 6.*privileg.*51. qui tamen
melius pro hac ſententia facere putat,*l* 10 *ſupr.de Sponſ.*
2 conf.*Petr.Barb.parte* 4.*Rubr.d.t.nu.*37.Si tamen pater ad
dotem filiæ quid deſtinavit, licet re integra moriatur
pater,& mandatum alias morte mandantis expiret,hoc
tamen mandatum hæres revocare non poteſt,per §.1 *h.*
*l.Bald.Nov.p* 6.*privil.*52.*Covarr. d.c.*14.*num.*16. *Hipp de*
*Marſil.ſingul.*44.*Vinc.de Franchis dec.*126 *nu.*6.*Simon de*
*Pratis conſ.*72.*n.*30.*Decius conſ.*35.*nu.*10. Nec obſtat *l* 11.
§.8.*ff de Donat.inter vir. & uxor.* quia hic de dote agi-
3 tur,*Petr.Barb.d.l.n.*58. In pia cauſa mandatum per hære-
dem revocari non poteſt,cum validum ſit argumentum
à dote ad piam cauſam *Tiraq.de Privil.pia cauſa privil.*
82. & præcipue hunc textum adducens *privil.*132.Autor
4 *ad.L.*5.*nu.*5.*C.de O.& A.* Colligunt etiam, donationem
dotis cauſa factam non poſſe revocari. *Natta conſ.* 677.
*nu.*13.ubi tamen dicit,fragile eſſe hoc fundamentum, &
*Paulus Caſtr.in rep.l. fin.de Solut. num.*14.*& ſeq.*vult,hic
non eſſe nudum mandatum, ſed traditionem ob cau-
cauſam, & ſic contractum innominatum. Sed à com-
5 muni recedendum non eſt, quia hic aliquid ſpeciale in
dote eſſe,dubium non eſt.Paraphernalia bona ſunt,quæ
marito extra dotem cuſtodienda & adminiſtranda tra-
duntur, §.*fin.h. l.* Nam non ſufficit probare, uxorem
conſtante matrimonio ea accepiſſe,aut in domum ma-
riti intuliſſe; ſed marito tradita eſſe. *Dn.Mevius p.*2.*de-*
6 *ciſ.*229.Quorum dominium marito non acquiritur, niſi
hoc actum ſit,ſed manet uxori, *Dn. Struv. Ex.* 29.*th.*56.
parata tamen, ubi aliud actum,poſt mortem condictio.
7 Solent autem talia Paraphernalia tradi marito cum
conſignatione à marito ſubſcripta, & repetuntur ſoluto
matrimonio actione depoſiti vel mandati, vel rerum
amotarum, vel ad exhibendum. Vid. de his *Carpzov.*
*parte* 1. *conſt.*28.*def.*87.*&* 89.*& parte* 2.*conſtit.*16.*paſſim.*
*Molina d.J.& J.tract.*2.*diſp.*430.*Tholoſ.lib.*9.*Syntagm.c.*17.

8 *Cravetta conſ.*193.*num.*15. Et ſi mulier nulla dote conſti-
tuta haberet tamen bona propria, hæc Paraphernalia
eſſent & haberent hypothecam à die receptionis, ut
judicatum refert *Sande l.*3.*tit.*12.*d.*3. Jure Saxonico ha-
bet maritus uſumfructum bonorum uxoris per textus à
*Dn. Struvio* allegatos. *Ex.* 29. *th.*56. aliorum moribus.
9 *Wiſſenb.d.*46.*th.*2.*Zaſ.ad tit.pro ſocio nu.*10.*& ſeqq.* Sed
Jure Communi uxor Paraphernalia vindicat ſi extant,
ſi conſumpta volente uxore,nulla datur condictio, per
*l.fin.C.de pact.convent.*niſi maritus locupletior redditus
*leg.*33.§.1.*de donat.inter vir & ux.* Si non conſtat de vo-
luntate uxoris, datur condictio, vid. *Dn.Mev. & quos*
10 *ille allegat.in Jure Lubec.p* 2.*tit.*2.*art.*12.*nu.*153. Quando
autem in certum caſum & ſub conditione uxor marito
donat fructus Paraphernalium bonorum,vel partis fru-
ctus, tunc deficiente conditione omnes ad hæredes
uxoris pertinere,reſponſum eſt à Facultate noſtra,men-
11 ſe Majo an.1658.Sane in dubio videtur maritus conſen-
tiente uxore Paraphernalia adminiſtraſſe: vid. *Cravetta*
*conſ.*193.*nu.*15.*lib.*1.*Matta conſ.*75.*Covarr.sem.*1.*de matr.*
*p.*2.*c.*7.§.1.*num.*2. *Menoch.conſ.*56.*nu.*8 *c.*31.*Copus de fru-*
*ctibus lib.*3.*tit.*2.*c.*7.Confer etiam ad h. textum *Gail. lib.*
2.*obſ.*78.*nu.*6. ubi cum *Menoch.d.l.* exceptis certis caſi-
bus,uſumfructum marito negat. Sed apud nos,ut mul-
ta juris Saxonici veſtigia remanſere, non inepte mari-
to;uxore non diſſentiente, adminiſtrationem compe-
12 tere dicendum videtur. Receptitia vero ſunt, quæ ſibi
uxor retinet adminiſtranda, de quibus intelligenda *Lex*
*Maritus* 21 *C.de Procurat.Campeg.tr.de Dote par.*3 *q* 9.
*num.*1.*Gail.lib.* [illegible].*obſerv.*133.*num.*7. *Mynſing cent.*3. *obſ.*53.
13 Et in his bonis, quæ neque Dotalia ſunt, neque Para-
phernalia, non videtur hypotheca mulieri competere
in aliis mariti bonis; niſi adminiſtratio etiam commiſ-
ſa,ut vult *Cavalcanus de Uſufruct.mulieri relicto.nu* 205.
*Franc.Marc.par.*2.*dec.*391.*Bald.Novellus de Dote par.*8.
*privil.*6. *num.*21.

## Ad L. Plerumque 10. pr.

### *SUMMARIA.*

*Æſtimatio periculum in maritum transfert.n.*1.
*Æſtimatio in dubio facit venditionem.* 2.
*Si creditor in res æſtimatas immittatur, habentur pro adjudicatis.* 3.
*Quod limitatur.* 4.
*Æſtimatione à Judice approbata, ab ea appellandum.*5.
*Electio mariti eſt, an æſtimationem reſtituere velit, an rem.* 6.

1 ÆStimatio rerum in dotem datarum facit, ut res
æſtimato datæ quaſi venditæ videantur & ſic
periculum interitus & deteriorationis ad maritum per-
tineat, hic & *leg.*21.*Cod.h.t.Anton.Faber Cod.lib.*5. *tit.*
7.*defenſ* 43. *Carpzov.parte ſecunda, Juriſpr. Conſtit* 42.
*defenſ.pen Caſtillo de Uſufruct. capite* 4. *numero ſeptimo,*
*Petr.Barboſ.ad dict.leg. ſi æſtimatis* 51. *numero quinto,* Au-
tor *in Codice t.de Pact.ad* L. 11. *numero quarto, & octa-*
*vo,& ad L.*6. *numero quarto ff.Codice de Uſufruct. Et ad*
*L.*1.*numero ſexto,& ad l.*10. *numero undecimo,Codice h.t.*
12 Et ſemper in dubio præſumendum eſt, hoc fine factam
eſſe æſtimationem rerum in dotem datarum, ut faceret
venditionem.*Molin.d. J.& J.tr.*2.*diſp.*4 6.*n.*7.*Mantica*
*l.*12.*tit.*28.Autor *ad L.*25.*n.*1.*C.de uſuris. Et ad L.*10.*n.*7.
8.*ff.C.h.t.* & ideo attritis etiam veſtibus in dotem æſti-
mato datis tenetur maritus ad æſtimationem,per *h.text.*
3 *Ex hoc textu* etiam probatur,quamvis ſola immiſſio cre-
ditoris in bona debitoris non faciat addictionem, quia
pignus tantum conſtituitur; ſi tamen res æſtimatæ
prius creditori tradantur, & hic mediante æſtimatione
res accipiat, licet nulla ſententia nullumque decretum
acceſſerit,haberi illas res pro addictis, *Dn.Mevius par-*
4 *te quarto,deciſ.*305. Quod intellige,niſi alius finis appa-
reat,verbi gratia,quod ideo fiat,ut pateat,in qua bonita-
te reſtituere debeat ſoluto debito. Æſtimatio autem

ſemel facta, ſi à judice approbata, ſententiæ inſtar eſt, & per appellationem ſuſpendi debet, *Du Mev.p 4.dec.*
6 359 Quando conventum, ut maritus aut rem æſtimatam aut æſtimationem ſolvat, niſi aliud ſit expreſſe actum, electio eſt mariti. Autor *ad L.21.n.1.C.h.t.* Et ideo regulam *ex hac l.* probant, quod in alternativis regulariter ſit electio debitoris, quia in ejus favorem alternativa videtur conſtituta. *Hartm.Piſt.lib.3.q.4.n.7. Carpz.p.2.conſt.29.def.18. Barb.lib.1.cap.55.ax.1.& multi alii.* Autor *ad L.unic.n.3.C.de Caſtrenſ.* Et *ad L.35.n.7.C de donat.*

## Ad L. Si æſtimata. 12. §. 1.

### SUMMARIA.

*Mulier in dotis conſtitutione circumventa ad quid agat. num.1.*
*Si minor contra venditionem reſtituendus, non ſemper contractus reſcinditur. 2.*

1 SI mulier circumventam ſe eſſe dicat in eo, quod rem dedit in dotem, ad rem reſtituendam agit; ſi autem in æſtimatione ſe circumventam dicat, datur electio marito, ut rem reſtituat vel juſtam æſtimationem; ſi vero non extat res, tunc æſtimatio conventa reſtituenda eſt, quia ſatis videtur cautum mulieri, ſi illa æſtimatio, quantumcunque injuſta, illi reddatur, cum non facta æſtimatione mulieri res periiſſet. *Petr. Barb in d.l. Si æſtimatis num.22. Cagn.ad l.2. C. de reſcind.vend.num.63. Bach.in Tr.vol.1.diſput. 28.th.2.lit.C.p.*1063. Autor *ad*
2 *L.6.num.1 & 2.C.Soluto Matrim.* Colligitur etiam, cum minor reſtituitur contra venditionem, non ipſam venditionem ſemper reſcindi; ſed ſi expediat vendere, poteſt agi ad ſupplendum juſtum pretium, aut reſtituendam rem. *Sfortia Oddus de Reſt.p.1.q.1.art.4.nu.32.& 37. Bart,& Salyc.in l.Siquidem 11. C. de prædiis minorum.* Idem de Eccleſia reſtituenda tradit *Panorm.ad c.8. X.de Reſt. in integrum in fine.*

## ad L. Quoties. 16.

### SUMMARIA.

*Maritus ſi ob evictionem duplum ab uxore accepiſſet, tantum ſoluto matrimonio reſtituit. n.1.*
*Aliud ſi ab extraneo acceperit. 2.*

1 DAtur marito prædium in dotem & quidem cum pacto, ut ſi evinceretur, duplum reſtitueret mulier, quæ dedit. Evenit caſus, duplum accepit maritus, an ſoluto matrimonio uxor duplum recipere poteſt? Affirm.
2 ne maritus in lucro, fœmina in damno hæreat. Aliud vero ſi alius duplum promiſiſſet. *Bald.Nov.de dote par.7.privil.40. Petr.Barb. in l.Si æſtimatis 51.num.15 ff ſolut. matrimon. Cremenſis ſingul.69.* ubi tamen patrem dotem dantem cum muliere conjungit, in quo à Barboſ. reprehenditur.

## Ad L. In rebus. 17. pr.

### SUMMARIA.

*Maritus in re dotali ob culpam levem tenetur n.1.*
Limitatur. 2.
*Qui ad culpam levem obligatus, ad leviſſimam tenetur, ſi in ſuis rebus exactiſſimam diligentiam adhibeat. n.3.*

1 QUæritur hic, ad quam diligentiam obligatus ſit maritus ratione dotis? Et Reſp. ad dolum, latam culpam & culpam levem ex natura contractus.
2 Autor *ad* L.30. *numero* 9. C. *h. t.* Additur caſus elegans; quod etiam de leviſſima culpa teneatur maritus, ſi in ſuis rebus diligentiſſimus, in dotalibus ve-
3 ro minus diligens. Unde oritur generalis limitatio in omnibus contractibus, ubicunque ex natura contractus (quando in utriuſque utilitatem contrahitur) quis tenetur ad culpam levem tantum, tunc teneri etiam eundem ad culpam leviſſimam, quando in ſuis propriis rebus fuit diligentior. *Decius in l. contract. num.36. Petr. Barb.ad l. Si mora in prælud.num.28 ff.ſolut.matrim.* ubi hunc textum elegantem vocat, & plures citat Dd. *n.36.* ubi deducit, maritum ad levem culpam præſtandam teneri ex natura contractus, licet in ſuis rebus eandem levem culpam admittat.

## Ad L. Si mancipia. 18.

### SUMMARIUM.

*Quid operetur pactum, ut res æſtimata in dotem data in pari æſtimatione reſtituatur.*

MAncipia in dotem dedit æſtimato pater, hoc pacto, ut ſoluto matrimonio pro eadem æſtimatione reſtituerentur. Quæritur quid operetur hoc pactum? Reſp. aut mancipia exiſtunt ſoluto matrimonio, ſed deteriorata, & tunc licet per leviſſimam culpam deteriorata ſint, tenetur maritus non ex natura contractus, ſed ut pactum hoc aliquid operetur. Sed ſi non extent, periculum eſt mariti, licet caſu perierint. conf. *l. pen.§.3 ff.ſol.matr. Petr.Barb.ad l.æſtimatis. 51. n.37.ff ſol. matr.* Autor *ad L.1.n.1.C. Sol.Matr.*

## Ad L. Stipulationem. 21.

### SUMMARIUM.

*Omnis promiſſio, vel acceptilatio dotis conſtituendæ, ſub conditione nuptiarum facta cenſetur.*

OMnis ſtipulatio & promiſſio dotis, ut & donatio à ſponſo ſponſæ facta, eſt conditionalis, ſi nuptiæ ſequantur; his non ſecutis, nec promiſſio, nec donatio valida eſt. Imo nec acceptilatio dotis conſtituendæ cauſa facta *leg.43.§.1. Bald. Nov.de Dot.parte 6.privil.76.& Mantic.de tac.& amb.convent.d.l.12.tit.11. Menoch.lib.3. præſ.19. Heig.p.1.q.31.* ſupra id limitavi, niſi dos à patre loco legitimæ data.

## Ad L. Licet. 22.

### SUMMARIA.

*Dos promiſſa, ſi ſponſalibus renunciatum, non reconvaleſcit, etiamſi poſtea nuptiæ ſequantur. nu. 1.*
*Quod limitatur. 2.*
*Nuptiæ intermediæ an legitimationi obſtent. 3.*

1 QUod ſi renuncietur Sponſalibus, & tamen nuptiæ ſint ſecutæ, non reconvaleſcit ſtipulatio & promiſſio dotis prior ſemel irrita facta, quia omnis ſermo ſimpliciter prolatus de prima vice intelligendus, hic & *l. dotis promiſſio 68 h.t.& l.Boves §.Sermone ff.de V.S.& ibi*
2 *Tiraq.in Proem.n.3.* Sed deciſio hæc reſtringitur *l.58.* ſi nuptiæ intermediæ fuerint. *Mant.d.t.11.n.4.& ſeq.* Unde colligitur, intermedium matrimonium tollere omnem promiſſionem matrimonii antea alii factam. An autem intermediæ nuptiæ legitimationem impediant,
3 quæritur? Quod affirmat *Covar. in tr.de matr.p.2.c.8.§.2. n.18.* de quo dubitat *Tiraq.d.l.n.4.per l.matrimonii ff. qui & à quibus manumiſſi.* Sed præponderat favor matrimonii, & legitimationis.

## Ad L. Quia autem. 23.

### SUMMARIA.

*Pater quicquid filiæ promiſit, ex cauſa dotis promiſiſſe videtur. n.1.*
*Mulier bona ſua ſine dotis promiſſione dans marito, an dotalia cenſeantur. 2.*
*Gener dotem, etiamſi non promiſſa ſit, petere poteſt. 4.*

Quando

1 QUando pater aliquid promittit filiæ, licet cauſa nulla ſit expreſſa, imo licet tractatus nullus matrimonialis tum temporis intervenerit, ex cauſa tamen dotis id videbitur feciſſe, hic & *l.48 §.1.h.t. Bald.Nov. d par.6.privil.14.in pr.Petr.Barb.p.3.l.1.ff.ſol.matr.nu.65.* conf. *Camil.Viſitarinus in repet.l.1.ff.ſol.matr.n.144.* licet aliter *Bachov.in Treutl.vol.2.d.7. th.5 lit. C.* Sed volunt
2 nonnulli *ex hac* L. probare, quod mulier, ſi nulla conſtituta certa dote bona ſua dederit marito, tunc ea in dotem dediſſe præſumatur. Sed contrarium verius eſt, per *leg.ult. verſ. eodem modo.C. de repud.Maſcard.concl. 576.Menoch.l.3.praſ.6.Gail.l.2.obſ.82.n.3.Mant.d.l.12.tit.13. n.8.* Kohl *de pact. dotal.p.t.nu.101.Dn.Struv.*Ex.30.*th.5.* Imo ſi pater nullam dotem promiſerit, gener tamen ad conſtituendam dotem congruam agit. *Perez. de Dot. promiſſ.n.11.Dn.Struv.d.Ex.30.th.7.*

## Ad L. Si filiafamilias. 24.

### *SUMMARIUM.*

*Filia ex peculio ſuo ſibi dotem conſtituens, ipſa ſoluto matrimonio dotem repetit.*

FIliafamilias dotem ex peculio ſuo quod adminiſtrabat, marito ſuo conſtituit, ſoluto matrimonio, quæritur, an filia poſſit petere dotem à mariti hæredibus? Videtur quod non, præſertim ignorante patre aut invito? Sed aff. quia pater hic non conſtituit ſed filia; Ergo ex proprio contractu aget, & ſic etiam patre prohibente ſolutionem *P.Barb. ad l.3.ff.ſol.matr.24.& ſeqq.*

## Ad L. Ita conſtante. 26. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Res ex pecunia dotali empta, dotalis cenſetur, uxori utilis, n.1.*
*Uxor in jus crediti ex pecunia dotali ſoluti ſuccedit.n.2.*
*Alienationis prohibitio ceſſat, ſi utilitas uxoris concurrit. 3.*

1 PRædia empta ex pecunia dotali ſurrogantur in locum dotis, ſi uxor conſentiat & ipſi hæc ſurrogatio utilis. *Rol. à Valle conſ.86.n.1.* C.15. *Petr.Barb.ad 3.part. rubr.ff. ſolut. matrim.num.77.Pariſius conſ.128.n.1.& ſeq. lib 3.Socin.jun.conſ.118.num.11.lib.3.Teraquell.de Retr.conſang.§.32.num.16.Ant.Faber.l.5.conject.c.9.Dn.Mev.par. 5.dec.6.Donell.l.5.cap.2.*Autor *in C.tit.Si quis alt.vel ſibi*
2 *ſub alt.nom.ad L.1.nu.3.tit.ad* L. 12.*num.1.& ſeqq. C.h.t.* Ex hac & *leg.54.h.t.& l. 55. de Donat.inter vir.& uxor.* colligit recte *Dn.Mevius part.5.dec.253.* mulierem ſuccedere in privilegia & pignora crediti, quod ex pecunia dotali ſolutum fuit, argumento ducto à magis ad minus. Et *ex hac L.* colligitur, alienationis prohibitionem tunc ceſſare, quando ea utilis mulieri. *Petr. Barboſ part.5. legis 5. numero ſeptimo, & ſeq. ff. ſolut.matrim.* Autor *in Cod. tit. de SS. Eccleſ. ad Authent. Sibi invicem num. 2.*

## Ad L. Cum Pater. 29.

### *SUMMARIUM.*

*Legatum dotis filiæ relictum, quid operetur.*

QUando pater promiſit dotem, & dotem legat marito, inutile eſt legatum; ſi filiæ leget, utile eſt, & legando filiæ non videtur pater voluiſſe compenſare cum dote debita genero, & ita utrumque debetur. *Natta conſ.109.n.9 Surdus conſ.60.num.64.* Et ſic legata filiæ dos debetur ut dos, & legatum, ſed diverſo tempore. Legatum enim ſtatim debetur mortuo patre dos vero mortuo marito. *Surdus l.1.* conf.*Socin.jun. conſ. 79.num.18. & 113.lib.3.*

## Ad L. Dotem. 30.

### *SUMMARIA.*

*Dos primo marito data, in ſecundo videtur repetita. numer.1.*
*Quod examinatur. 2.*
*An idem in pactis dotalibus. 3.*

1 DOtem, quam intulit fœmina primo marito, tacite videtur conſtituiſſe ſecundo, de quo *Menoch.lib. 3.praſ.6.nu.25.& ſeq. Mant.d.l.12.tit.15. per tot.Maſcard. concl.225.n.3.Gail l.2.obſ 82.n.7.Ant Fab.l.5.C.tit.7.d.18. n.12. Rol.à Valle de lucro dotis q.80.nu.11. Pruckm.conſ.1. n.473.vol.2.Carpz.p.2.conſt.16 def.11.Zæſ.h.t.n.12.* Autor
2 *ad Auth. Sed quamvis n.9.C.de Rei Ux.Act.* Sed ambigua hæc collectio redditur exinde, quia hæc & *l.40.& l.64.h.t.* loquuntur de redintegrato poſt divortium ma-
3 trimonio. *Sande l.2.t.3 d.3* Sane pacta dotalia in primo matrimonio non puto accommodanda ad ſecundum, ſed tutum non eſt à communi ſententia recedere, quia in hac interpretatione nulla iniquitas; præſertim ſi declarationes Menochii & aliorum obſervaverimus.

## Ad L. Si ex Lapidicinis. 31.

### *SUMMARIUM.*

*In fundo dotali ſi marmora reperiantur an & hæc in dote ſint?*

DAtus eſt fundus in dotem, reperta in eo ſunt marmora, quæ non renaſcuntur nec in fructu ſunt, quæritur an dotis ſint? Affirm. & ita dotem augent. Videtur opponi poſſe *l.Divortio 8.§.Si vir ff.ſol.matr.* Sed hic videntur marmora ſine ſumptibus mariti cæſa; qua de re *Barbo.in d.§.Si vir.ff.ſol.matr.n.11.* conf.*Joh.Hannib. in rep.Rubrica ff.ſol.matr. n.412.*

## Ad L. Si extraneus. 33.

### *SUMMARIUM.*

*Extraneus ex dotis promiſſione conventus habet beneficium competentiæ.*

SI extraneus dotem pro muliere promiſit, ſi donandi animo, non ut debitor, mulieris dotem conſtituit, tenetur in quantum facere poteſt. Nam illi, qui ex liberalitate conveniuntur in id, quod facere poſſunt, condemnandi, nec ad ſolutionem præcipitandi. *Ant.Faber. lib.2.conject.c.13.Manzius in patroc.pauper.decad.3.q.1.n. 37.& ſeq.Corneus conſ.145.nu.13.lib.* 2.conf.*Not.*Dni Autoris *ad l.Neſennius 41.de re judic.*

## Ad L. Mater. 34.

### SUMMARIUM.

*Mater non niſi ex magna cauſa filiam dotare tenetur.*

MAritus uxoris rem pro filia in dotem dedit genere, ignorante conjuge, an conjux vel ejus hæredes rem poſſunt vindicare? Affirm. quia manet uxoris. Unde colligitur, matrem non teneri dotare filiam, niſi ex magna cauſa, *hic & l.14.C.h.t. Wiſſenb.hic th.11.Dn. Struv.th.3.* Autor *ad d.L.14.n.1.ff.C.h.t.* Talis cauſa eſt, ſi mater uſufructuaria ſit omnium bonorum, *Carpz.p.2. conſt.42.d.15.*

## Ad L. Promittendo. 41.

### *SUMMARIA.*

*Dotis promiſſio omnes obligat. n.1.*
*Maritus debitorem inidoneum acceptando pro dote non*

*tenetur ulterius, niſi quantum debitor idoneus.* 2.
*Quod limitatur.* 3.

1 PRomittendo dotem omnes obligantur, cujuſcunque ſint conditionis & ſexus, niſi ratione ætatis ſint inhabiles, per *l.ſin.C.de SCto Vellejano Pet.Barb.par.* 1.*l* 1.*n.*23.*ff.ſol.matr. Negnz.de pign.memb.*1.*par.*8 *nu* 24. quod ad piam canſam extendit *Tiraq.privil.*113.rectiſſi-
2 me. Si autem maritus pro ſatisfactione dotis antea ſibi promiſſæ acceptet inidoneum debitorem, & animo donandi id faciat; tunc aliter non tenetur ex dote maritus, niſi quatenus debitor idoneus erat tempore promiſſionis. per §.3.*h.t* & *cum vir uxori* 53.*h.t.* Aliud vero,
3 ſi uxor ſtatim limitative promittat centum, quæ Titius debet, tunc enim ſibi præjudicat maritus, per *h.*§.3.*Pet. Barb.in d.l.Si æſtimatis* 51.*n.*10. *Ant.Fab.l.*12.*conject.c.*8. *Mantica de tac.& amb.convent.l.*12.*tit.*10.*n.*39.

## Ad L. Res in dotem. 42.

*SUMMARIA.*

*Res dotales fungibiles pleno jure fiunt mariti. n.*1.
*An maritus res, quæ ſervando ſervari non poſſunt pro lubitu alienare poſſit?* 2.3.

1 QUæ numero, pondere, & menſura conſtant, mariti fiunt pleno jure, & hoc agitur, ut tantundem ejuſdem bonitatis reſtituatur, & ideo licite poſſunt alienari. *Caſtillo de uſufr.c.*4.*n.*1.*Covar.pr.q* 28.*nu.*6. *Molina d.tr.*2.*diſp.*426.*n.*3. Autor *ad Auth.Sive a me.nu* 3. *C. Ad*
2 *SCt Vell.Et ad L.*10.*n.*2.*C.h.t.* Ex hac lege etiam collata *lege* 32.*h t.* probant DD. communiter, quod res mobiles vel ſe moventes in dotem datæ, ſi ſervando ſervari poſſint pro lubitu à marito alienari, non conſentiente uxore, quia ſunt quidem in Dominio mariti dotaliter, ſed non totaliter, ut loquitur *Baldus*, & cum eo, nec non Bartolo, communiter ſentiunt ita Veteres & Practici; & ſic judicatum refert, & areſtum creditori mariti, petenti areſtum mobilium uxoris bonorum, denegatum te-
3 ſert. *Franc. de Clapperiis cauſa* 38 *q.nn.* Sed manet tamen magnum inter immobilia & mobilia dotalia diſcrimen; nam illa nec conſentiente uxore, hæc vero conſentiente uxore diſtrahi poſſunt per hanc & *l.*32.*h.t.*

## Ad L. Licet. 43.

*SUMMARIUM.*

*Dos etiam acceptilatione conſtitui poteſt, modo nuptiæ ſequantur.*

ACceptilatione etiam dos poteſt conſtitui, ſi creditor marito debitori dotis conſtituendæ cauſa acceptum tolit; ſed ſi ante matrimonium fiat acceptilatio, non ſecutis nuptiis, nulla eſt, & manet debitum; niſi ideo acceptilatum, ut vellet mulieri donatum, *Mant.de tac.& amb.convent.lib.*12.*tit.*10.*n.*37.& *ſeq.*

## Ad L. Si pater. 44. pr.

*SUMMARIA.*

*Pater dotem filiæ promiſſam, etiamſi poſtea emancipetur, dare debet. n.*1.
*Alias emancipatam non dotat.* 2.

1 PAtea dotem promiſit filiæ, ſed eam pater emancipavit poſtea, quæritur: an pater poſtea poſſit revocare promiſſionem? Videtur quod ſic; quia ſcilicet non tenetur emancipatam dotare: Sed negatur, quia licet pater ante nuptias moriatur, tamen tenentur hæredes
2 præſtare dotem à patre promiſſam. Collige patrem non teneri dotare filiam emancipatam, *Bach.d. D.*7 *theſ.*2. *lit.* C. *Colleg. Argent. theſ.* 5 *numero* 3. *Perez. ad tit.* C. *de dotis promiſſ.num.*6.*VViſſenb.volum.*1.*D.*46.*th.*8.

## Ad L. Res quæ. 54.

*SUMMARIA.*

*Res ex pecunia dotali comparata, an dotalis? n.*1.
*Ex pecunia dotali ſi creditori hypothecario ſatisfactum, uxor hujus jura conſequitur.* 2.

1 QUæ ex pecunia dotalia comparata, dotali eſſe dicuntur hic: Aut. *ad L* 9.*nu.*8.*C.de R.V. Et ad L.*12. *C.h.t.* quod tamen videtur limitandum ex *l.in conſtante* 26.*h.t.* Si hoc utile mulieri. *Ripa ad rubr.ſol.matr. nu.*43. & *Alciatus n.*21 Dn. Autor *in C.tit.Si quis alt.vel ſibi ſub alt. nom.ad L.*1.*n.*3.conf.*l.*22.*in fin.ff ſolut matr.l.*55.*in fi-*
2 *ne ff.Donat int.vir.& uxor.* Exinde etiam colligitur, uti etiam jam jam ad *l.* 26. *h: t.* notavi. ſi ex pecunia dotali creditor liberetur hypothecarius, quod mulier ſuccedat in ejus locum. etiam ſine ceſſione, quia inter hos caſus ſimilitudo eſt. *Dn. Mev p.*4. *dec.*115. *Bald.Nov.de dote, par.*7.*q* 15. Licet diſtinguat *Petr.Barb. ad rubr.ſol.matr. p.*3.*n.*77.conf. *Campeg. de dote par.*4.*q.*8.

## ad L. Cum dotis. 55.

SUMMARIUM.

*Extraneus dotem dans, an pro dote reſtituenda fidejuſſorem accipere poſſit?*

FIdejuſſor nomine dotis datus tenetur. Unde colligunt; Extraneum, qui dotem dedit, poſſe fidejuſſorem accipere de dote reſtituenda, & ſic hoc loco eſſe declarationem regulæ in *tit. Cod. ne fidejuſſores dotium dentur.* Doctorea citat *Hering. de fidejuſſ. c.*6.*n.*198. *Perez.h.t.n.*4.*Bach.th.* 4 *lit.* G.& *H.* Sed cum hæc lex poſſit accipi de fidejuſſore dato ob dotem promiſſam ſolvendam, merito de hac exceptione dubitat *Hering.d.c.* 66.*n.*199.& *ſeq.vid.not.* Dni Autoris *in Commentar. C. ad h. t. num.* 5.

## Ad L. Si is qui. 56. §. ult.

*SUMMARIA.*

*Fundus dotalis ob impenſas retineri poteſt. n.*1.
*Quid ſi impenſæ æſtimationem fundi adæquent? n.*2.

1 COmmunis regula eſt, quod impenſæ neceſſariæ minuant dotem, quod h.l. de ſundo dotali ita explicatur, quod quamdiu impenſarum nomine marito non eſt ſatisfactum, fundus ab eo repeti non poſſit, *l.*5.
2 *de impenſ.in rem dot.factis.* Sed hoc limitatur hic, niſi in fundum per partes tantum ſit impenſum, quanti fundus ipſe eſt, quo caſu fundus dotalis eſſe deſinit; niſi mulier ſponte marito intra annum offerat expenſas, quia mulieris non intereſt habere fundum, cum ejus æſtimationem teneatur ſolvere, ſed cum minus impenſum, expedit mulieri potius totum fundum habere, quam in communione verſari. *vid. Ant.Fab.lib.*1.*conject.c.*2.*Cujac.lib.*23.*obſ.*12.*Pet.Barb.par.*3.*rubr.ff. ſol.matr.n.*17.*Phanutius de lucro dotis ad rubr.Stat.Luc.n.*18.*Camil. Viſitarinus in repet.rubr.ff.ſol.matr.n.*81.

## Ad L. Nuptura. 57.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n.*1,
*In dotis cauſa non ſequimur, quod minimum eſt.* 2.
*Dos filiabus majoribus data, etiam juniori debetur. n.*3.

1 PUella nuptura filiofamilias alterius, promittit in dotem patri ſeu ſocero, quod filius debet; quæritur,

quæritur, quia duplicem habet ſenſum; an debitum in
dotem promiſerit, an vero tantum, in quantum pater ex
peculio ob debitum filii tenetur? Et in dubio totum de-
bitum conſtitutum tradit hæc lex. Unde Gloſſa hic in-
2 fert: in obſcuris licet minimum ſequamur, *per c.30. de R.*
*I.n.6.* tamen in dote id habere exceptionem: quam Gloſ-
ſam laudat *Bald. Nov. de Jure Dotium p.6. privil.73. Berl.*
3 *1.p.dec.155.n.9.* Et ideo cum filiæ tres elocatæ eſſent, &
ſingulis bis mille data in dotem, etiam quartæ poſtea
elocandæ eadem dos conſtituenda & in eodem valore,
quo acceperunt majores tres, quia hæ in eodem valore
dotem conferre tenebuntur.

## Ad L. Si mulier. 59. §. 1.

### *SUMMARIUM.*

*Fideicommiſſum univerſale ante reſtitutionem cedi nequit.*

COmmuniter *ex hoc §.* colligunt fideicommiſſum univerſale alteri cedi non poſſe ante reſtitutionem factam, ne alii fiat reſtitutio, quam teſtator voluit. *Tiraq. de retract. conſang. §.26. gl.1. nu.52. Cæpolla cautel. 140. Ant. Rubeus in repet. legis. Hoc edicto. §. morte. nu.15. ff. de novi operis nunciat. Peregr. de fideic. art.31. n.30. Molin. conſ.1. n.5. Surdus de alimen. tit.6. q.22. n.32. Vinc. Fuſarius de ſubſtit. q.524. Carolus Molin. conſ.1. n.5.* Autor *ad L.1. n. 1. C. de her. vel act. vend.* Ubi hoc pluribus declarat. conſ. *Gomeſius t.1. c.5. n.6. VViſſenb. diſp.35. th.10.*

## Ad L. Quæro. 60.

### *SUMMARIA.*

*Dotis quantitas ex quibus circumſtantiis determinanda. num.1.*
*Quid ſi dos in arbitrium tertii collata. 2.*
*Dos quomodo ex feudo aſſignetur. 3.*
*Quid in Marchia & Pomerania. 4. 5.*

1 CUm ipſa quantitas dotis in jure determinata non
ſit, obſervandæ ideo regulæ ſunt, ut 1. Conſide-
rentur facultates dotantis, *leg.69. §.4. h.t.* 2. Dignitas pa-
rentis *l. ſi filia. ff. de legat.* 3. Qualitas mulieris per *h. l.*
Autor *ad L.9. n.1. C. de Adminiſtr. Tut.* Quantitas mariti
&c. præſertim vero conſuetudo patriæ. vid. *Afflict. ad*
*Conſt. Neapolit. lib.3. rubr.23. nu.53. Menoch. l.2. A. I. Q. caſ.*
*149. nu.76. ſeq. Hartm. Piſt. lib.2. par.2 q.37. num.10. & ſeq.*
2 *Carpz. par.2. conſt.46. def.18. Rauchbar p.1. q.38. Menoch.*
*conſ.8. n.4. & ſeq.* Quando autem dos in arbitrium tertii
collata, recurretur ad alterius boni viri arbitrium, *No-*
*vellus de dote p.6. priv.5. Surdus de alimen. tit.8. priv.71. n.*
*4. Menoch. lib.1. Arb. I. Q.68. n.39. Barb. p.3. legis. 1. n 41. ff.*
3 *ſol. matr.* Autor *ad L.1. n.8. C. de dot. promiſſ.* In feudis, ſi
virgo non habeat ſufficiens allodium ad conſtituendam
dotem, ſolet arbitrio Domini feudi dos ex feudo con-
ſtitui, quod à ſucceſſore feudi præſtandum, ſicut nuper
in Facultate reſpondimus. In Electoratu Brandenburgi-
4 co ſolet dos conſtitui, etiamſi virgo ampliſſimum allo-
dium habeat. In Pomerania virgo ita ſolet dotari ex
feudo, ut deducto omni ære alieno, tertia pars æſtima-
5 tionis feudi reſidui, ſcilicet quæ deducto ære alieno
ſupereſt, filiabus in dotem aſſignetur, ut in actis trans-
miſſis ex præjudiciis collegi *vid. Notata* Dni. Autor. *ad*
*l.69. ff. h.t. n.5.*

## Ad L. Sive generalis. 61.

### *SUMMARIUM.*

*Dotis conſtitutio ultra facultates nulla eſt.*

QUando conſtitutio dotis ultra facultates puellæ facta ipſo jure nulla eſt. *Mauritius de reſtit. c.209. n.1. Brunneman. in Pandect.* Tum. I. *& ſeq.* Autor *in C. t. Si adverſ. donat. ad L.1. nu.7.8.* Sed ſi non deducto ære alieno ab ipſa adulta fiat, locus eſt reſtitutioni, *l.1. C. adverſus dotem.*

## Ad L. Titia. 62.

### *SUMMARIA.*

*Caſus legis. nu.1.*
*Dos ob æs alienum uxoris marito non auferenda. 2.*
*Idem ſi uxor conferre debeat. 3.*

1 UXor ſi in dotem dedit fundum per transactionem
ſibi à cohæredibus datum, poſtea vero in inte-
grum reſtituatur, marito tamen auferendus fundus non
eſt, ſed uxor vel ejus hæredes in æſtimationem ejus tem-
poris, quo in dotem datus, condemnabuntur. Hinc col-
2 ligitur ob æs alienum mulieris rem dotalem marito au-
ferendam non eſſe, ſed creditoribus ex aliis bonis mu-
lieris eſt ſatisfaciendum. *Petr. Barb. p.1. l.5. ſol. matr. n.10.*
3 Quod ad materiam collationis accommodat, ut collatio
dotis non fiat auferendo marito dotem, *Ant. Faber l.17.*
*conject. c.17. p.m 63. col. 1.*

## Ad L. Si uſusfructus. 66.

### *SUMMARIA.*

*Si extraneus uſumfructum fundi in dotem dedit, quid poſt divortium reſtituendum. n.1.*
*Fructuarius an per ceſſionem jus ſuum amittat, remiſſive. 2.*
*Quare hic venditio uno nummo toleretur. 3.*

1 EXtraneus in dotem tibi dat uſumfructum fundi,
facto divortio quomodo dos reſtituenda? Reſp.
ipſum jus transferri non poſſe, ſed commoditas fru-
ctuum poterit locari vel vendi uno nummo. Nota, *ex*
2 *hac lege* colligere nonnullos, fructuarium ſi alii ſuum
jus cedat, id omnino amittere, & jus tranſire in pro-
prietarium. Sed huic occurrit *Pinell. de bon. mater. p.3. le-*
3 *gis 2. n.29 & ſeq. Caſtillo de uſufruct. c.69. nu.25.* Licet au-
tem venditio facta uno nummo non valeat, hic tamen
valet ex æquitate contra ſubtilitatem, *Jaſon in l. ſi quis*
*ante, n.16. ff de adquirenda poſſ. Barb. ad l. uſufructu. nu.*
*22. ſol. matr. Hilig. l.13. c.1. lit. I.*

## Ad L. Cum poſt. 69.

### *SUMMARIA.*

*Divortio culpa mulieris facto, maritus longo tempore lucrum dotis non petendo removetur. n.1.*
*Pœna longo tempore remiſſa videtur. 2.*
*Pater dotem ſub incerta quantitate promittendo obligatur. 3. 4.*
*Dos quomodo in Marchia & Pomerania ex feudo debeatur. 5.*
*An omnis incerta dotis promiſſio valeat? 6.*
*Dos pro facultatibus patris, & dignitate mariti æſtimanda. 7.*
*Dos an ingratitudinem revocari poſſit. 8.*

2 SPeciem facti nonnulli ita ponunt: culpa mulieris
factum eſt ab uxore divortium, & ita lucratur do-
tem maritus, *l. conſenſu. §.s. C. de Repud.* Si autem mari-
tus per longum tempus id lucrum non petierit, cenſe-
tur id remittere, per *l.17. §.1 ff de uſur. Baldus de præſcrip.*
*p.1. part.3 princ. q.10 num.15. & quos refert Petr. Barb. ad l.*
*qua dotis 34. nu.51. ff. ſol. matr.* Sed Barb. generalibus in-
2 telligit, quando feciſſet maritus pactum de dote lucran-
da. Sed malo præferre primam expoſitionem, cum &
hæc quid divinare videatur, unde quis poſſet colligere,
3 quod pœna non petendo per longum tempus remiſſa
videatur. Quando autem pater dotem promiſit ſine cer-
ta quantitate, licet in arbitrium tertii id non contule-
rit; valebit tamen dotis promiſſio, *§.4. h. l.* quia ſcilicet

ex officio pater teretur, & ſic h lex non de extraneo,
ſed de parente intelligenda. *Mant.lib.12.tit.12.nu 9.Riminald.conſ.600.n.5.& ſeq.vol.5 Petr.Barb.p.3.l.1.ſol.matr.n.47.Buch.in T cuel.vol.2.diſp.7.th.4.lit.*D.*Menoch. lib.3.præſ 132.n.12.& Fuch.lib.8.c 65.Wiſſenb.v.1.diſp.46.th.13.*
A tor *ad L.1.n.4 & ſeqq.C.de dot.promiſſ.* Aliud videtur
4 in ipſa muliere *Zæſio h.t.nu.3.* cum indotata duci poſſit,
& rem viliſſimam dando ſe liberare. De Marchia noſtra
5 & Pomerania dictum eſt ad *l.60.in fi* quod filia ex feudo
dotetur, ſecundum quantitatem feudi, & ut deducto ære
alieno tertia, *ut ſupra dixi*, pars æſtimationis feudi, & ut
filiis & agnatis duplo major pars maneat in feudo. *Dn. Mev.p.3.dec.304.* Caſus autem bonorum deminutorum
pertinet ad damnum puellæ elocandæ, *Dn.Mev.dec.365.*
nec ex conſtitutione dotis ex feudo, quam pater fecit,
tenetur agnatus ſucceſſor. *Dn Mev.d 366.* Voluit tamen
6 omnem incertam promiſſionem ex æquitate Juris Canon.
arbitrio boni viri determinari poſſe. *Mantica de*
7 *tac.& amb.convent.lib.14.tit.30.nu.26.* Statuitur etiam *in hac lege*, dotem pro facultatibus patris & dignitate mariti eſſe conſtituendam. Hinc Dd. docent, ſtupratorem teneri ad eam dotem, quam pater corruptæ puellæ veriſimiliter aſſignaſſet, *hic & l.60 h.t. & l 43.de l 3.Hartm.*
8 *Piſt.obſ.161.& quos refert.Finckelth.obſ 102.nu 8.* Ob ingratitudinem dos non revocatur. § *h.l.Beer.dec.27* quod ita intelligendum, ut à marito avocari non poſſit, quia reſpectu ejus eſt titulus onerosus; bene vero à muliere ſoluto matrimonio, quia hujus reſpectu eſt titulus lucrativus. *Pinell.ad l. C.de bon.matern.par.3.n.62.p 393* Autor *ad L.24.n.3 ſeqq.C.h.t.*

## Ad L. In ambiguis. 70.

*SUMMARIA.*

*In ambiguis pro dote decidendum. n.1.*
*Quod limitatur. 2.*

1 IN ambiguis pro dote reſpondendum eſt. *Curt.jun. conſ.164.n.par.2.* Et illa opinio verior, quæ doti favet. *Jaſ.in conſ.178. Menoch.conſ.8.n.10.& Dd ad l.1.ff.ſol.*
2 *matr.* Quod limitare ſolent, ſi uxor in poſſeſſione ſit,
non adverſarius ejus. *Cephal.conſ.366.n.24.*

## ad L. Mulier. 72.

*SUMMARIA.*

*Omnibus bonis in dotem datis, id videtur datum, quod ære alieno deducto ſupereſt. n.1.*
*An omnia bona in dotem dari poſſint, remiſſive. 2.*
*An ex adminiſtratione bonorum marito conceſſa, præſumatur dotis conſtitutio? 3.4.*

1 QUando mulier omnia ſua bona in dotem dedit, maritus non quidem tenetur reſpondere creditoribus; ſed tamen in dote nihil eſſe poteſt, niſi quod
2 ſupereſt deducto ære alieno, An autem in dubio omnia
ſua bona in dotem dediſſe præſumenda ſit, de eo vid.
*Gail.lib.2.obſ.82. Menoch.lib.3 præſer.6.& 8 Hillig.in Don.*
3 *lib.11.c.10.l F.* Autor *ad L.4 nu.1.ſſ.C.h.t* Quando autem mulier omnia bona ſua adminiſtranda dedit, num ex eo præſumenda conſtitutio dotis? Et id negant, quia conſtitutio dotis facti eſt, ideoque probanda: & facit *Nov.117.c.5.* ubi proponitur mulier adultera indotata, habens tamen ſubſtantiam &c. Dd. *Gail. l.2 obſer.82.Joh à Sande lib.2.tit.2.def.2.Menoch.l.3.præſ.6.num.54. & præſ.8.num.34 Hartman Piſt.obſerv 46.Dn.Struv.h.t.th.6. & VViſſenb diſput.46.th.14. & quos refert Finckelth.obſerv.*
4 118 *numero 6.* Sed hanc ſententiam limitant, ſi marito bona tradiderit & libere paſſa fuerit pro arbitrio ea adminiſtrare, alienare, ſolvere, &c. idque palam fiat. *Bald. Nov.de dote parte 6.privileg.14.numero 3.Petr.Barboſ.ad l.1.ſolut.matr.parte 3.num.68.& quos refert Finckelt. dict. leg. num.8.*

## Ad L. Mutus. 73.

*SUMMARIA.*

MUtus & ſurdus contrahere poſſunt matrimonium. *hic & c.23 X.de ſponſal. Covarr.de matr. p.2.c.4.nn.2. Alb.Gentil. de nupt.l.2.c.8.*
*Ad §.2.h.l.* vid. infrà *l. finul.*

## Ad L. Quamvis. 75.

*SUMMARIUM.*

*Dos an in dominio uxoris, an mariti ſit?*

DOs eſt quidem in dominio mariti, ſed naturaliter eſt in dominio uxoris, ita h. l. intelligunt Dd communiter, quos allegat *Petr.Barb.ad l dotalem n. 2. ff ſol matr.* Sed ipſe *Barb.n 6.d.l.* putat, ſecundum quid dotem eſſe in dominio uxoris. 1. Ob ſpem futuræ reverſionis. 2. Ob emolumenta præſentia, quod ex dote onera matrimonii ferantur conſ. *Dn.Struv.d.exerc.30. th.13.Zæſ.h.t.n.20.& Finckelth.obſ.*118 ubi *n.122.* ait Dotis dominium eſſe penes maritum quoad adminiſtrationem, uſumfructum & actiones reales &c. penes uxorem vero ratione proprietatis. Autor *ad L.30.num.3.& ſeqq. C.h.t.*

## Ad L. Cum in fundo. 78. §. 4.

*SUMMARIA.*

*Fundo dotali vendito, an pretium ſoluto matrimonio ſtatim reſtituendum. n.1.*
*Surrogatum quando ſapiat naturam ejus, in cujus locum ſurrogatum. 2.*

1 QUando maritus fundum dotalem vendidit, quæritur an ſtatim ſoluto matrimonio debeat reſtituere pretium? Affirm. quia ſucceſſit in locum rei immobilis. quæ ſtatim reſtituenda, juxta *l.un. §.exact.C.de rei*
2 *ux.act.* Sed aliud hic deciditur, cum ſurrogatum non ſapiat naturam ejus, cui ſurrogatur, quando eſt diverſa ratio. Et hoc ceu ſingulare *ex hoc textu* colligit *Roman. ſing.228. Tiraq. de retr.conſang.§ 1.gl.7.n.108. Petr.Greg l 9.Synt.22.num.18.* & hos allegans *Petr.Barboſ.l.2 princ par.1.n.1.*

## Ad L. Avus. 79.

*SUMMARIA.*

*Dos ab avo nepti data, qualis ſit? n.1.*
*An pater intuitu filii, an vero neptis dotem dediſſe videatur? 2.*

1 AVus contemplatione neptis ipſi dotem conſtituit quæritur an hæc ſit profectitia dos, & ita ſoluto matrimonio ad patrem neptis perveniat? Utrumque negatur, quia eſt adventitia dos, *Menoch.libro tertio, præſumpt. 17. per tot. & Petr. Barboſ. in leg. poſt dotem,*
2 *41. ff. ſolut. matrimon. numero quadrageſimo.* Sed quid in dubio? an avus contemplatione filii, an vero contemplatione ipſius neptis in dotem dediſſe videtur? Reſp. Si pater inidoneus ad dotem conſtituendam, prius videtur dicendum; ſi vero pater idoneus, & avus ſine mentione patris promittat dotem marito neptis, poſterius præſumitur. *Vid.Decius conſ 81.numero 5.& ſeq. Alciatus de præſ.reg.præſ.17.* Ubi tractat etiam quæſtionem: an hæc dos ab avo dato in legitimam computetur? *Angel.conſ.75. vel 76. Fortunius Garcias in repet. legis Gallus §. quidem numero 41. de liberis & poſthum. Paulus de Montepico in rep. legis in quartam num.241. & duobus ſeqq.* ubi etiam tractat de imputatione in legitimam, conſ. *Cephalus conſ. 485.numero 17.& ſeqq. & num.70.*

Ad L.

## Ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*Pater dotem ultra facultates ſciens conſtituendo, non gaudet beneficio competentiæ n.1.*
*Sciens ſe non eſſe ſolvendo, non gaudet beneficio ceſſionis bonorum.2.*
*Dolus beneficia juris excludit. 3.*

1 PAter qui ab initio dotem promiſit, quam ſolvere
non poterat, & ſe non poſſe ſciverat, amittit privi-
legium competentiæ, ut non teneatur tantum in quan-
tum facere poſſit, ſed in ſolidum *Brunus in Tr. de ceſſ.
bon. q.4. princ. ſuqſeq. 23. num.3 & 4. Laſ. in l. non tantum
n 9. ff. de re jud. Petr. Barb. in l. Maritum n.68. ff. ſol. matr.*
2 *Cephal. conſ.* 112. *nu.*126. Et ſic etiam ſciens ſe non eſſe
ſolvendo nec ſpem probabilem habens, ſe poſſe ad me-
liorem fortunam pervenire, non habet beneficium ceſ-
ſionis. *Brunus d.l. Scaccia de commerc. §.7. gl.5. n.*148. Nec
Clericus gaudet beneficio Capituli. *Odoardus de ſolut.*
3 *&c. Scac. d.l.* Dolus excludit beneficia juris. Nam jura
dolum & vim maxime averſantur, & mendacia doloſa.
Et beneficia ob delictum amittuntur.

## Ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*Dos conſtante matrimonio non recte ſolvitur n.1.*
*Quod limitatur. n.2.3.*
*Mulier reſpectu dotis habet jus prælationis. 4.*
*Conſenſus ſuper debito feudali extractus, etiam prodeſt ceſſionario. 5.*
*An vidua conſenſu munita aliis debitoribus prioribus, etiam conſenſum habentibus ſit præferenda. n.6.*
*Dotalitium gaudet privilegio dotis, ſi dotem abſorbeat. 7.*

1 REgula eſt, quod dos conſtante matrimonio non re-
cte ſolvatur, per *l. un. C. Si dos conſtante matrimo-
nio ſoluta*, quia eſſet ſpecies donationis; Quod hic limi-
2 tatur: niſi urgeat æs alienum paternum, & reſtitutio ac
alienatio vergat in utilitatem uxoris. *A. Barb. ad d. l. un.
n.8. & ſeq. Petr. Barb. ad l.1. p.5. nu.6. ſol. matr.* Autor ad L.
3 29. *n.15 ſeqq. C. h.t. Et ad L.24 ff. ſol. matr.* Vel ut ſe ſuoſ-
que alat mulier, vel ut fundum idoneum emat, ut paren-
tem vel maritum vel fratrem inopem ſuſtineat, per *leg.
Manu* 73. *§.1. h.t. Surd. Tr. de Alim. tit.8. princ.34. & Me-
noch. conſ.*378. *n.*36. conſ. *ad h.l. Ceph. conſ* 311. *nu.*80. Autor
*ad L.3. n.7. C. Ne uxor pro marito. Et ad L. un. nu.3 ſi dos
4 conſtante Matrim.* Colophonis loco hic aliquid ab hac
materia alienum notabo: Certum eſt *per l.11. aſſiduis. C.
qui potiores in pign.* viduam ratione dotis præferri om-
nibus creditoribus, antiquiorem hypothecam habenti-
bus. Certum itidem & hoc, prælationem iſtam ſoli vi-
duæ aut ejus liberis competere, per *Nov. 91. princ.* Sed
pone, maritum accepiſſe 3000. in dotem, conſtituiſſe au-
tem meliorationem dimidiam in 1500. halbe Beſſe-
rung & impetraviſſe conſenſum Domin. Vidua mori-
tura ſua jura per teſtamentum transfert in fratrem;
quærebatur an hic etiam habeat privilegium? Quod
affirmatum, & ita deciſum menſe Sept. ann. 1621. Nam
conſenſus Domini tribuit jus reale in re feudali. Et ſic
ceſſionario competit. *vid. notata mea ad l. fin. C. de hæred.
6 vend.* & hæredi præſertim cum etiam dos in utilitatem
feudi verſa præſumatur. Sed quid ſi creditores alii ha-
beant conſenſum, vidua non? tunc illi præferuntur vi-
duæ; quid ſi vidua etiam habeat conſenſum, an vidua
etiam, prioribus tempore creditoribus conſenſum ha-
bentibus præferenda? Non puto, quia in feudis tantum
conſenſus attenditur, licet vidua duplex jus habeat, al-
7 terum ratione dotis, alterum ratione conſenſus. Sed
de hoc cogitandum amplius. Notandum hic eſt dotali-
tium, per quod dos abſorbetur etiam in Marchia Bran-
denb. *Pruckm. v.1. conſ.47. num.127.* Kohl *in decl. conſt.
Marcb. q.9. n.28. Schepl. p.3. conſuet. Marchic. tit.2. §.16 n.
5* Autor *ad L.29. n.22. & ſeqq. C. h.t.* ſuccedere in privi-
legium dotis, & eodem privilegio frui; ſecus ſi dos &
dotalitium ſimul debeatur. *Vid. Dn. Mev. p.1 dec.173.* A
dotalitio quomodo donatio propter nuptias differat
*Vid. Carpz. dec.*168.

---

## TITULUS IV.

### *De Pactis Dotalibus.*

## Ad L. Paciſci. 1.

*SUMMARIA.*

*Pacta dotalia etiam poſt nuptias fiunt. n.1.*
*Hodie etiam de ſucceſſione diſponunt. 2.*
*Valent, etiamſi ab Sponſa non ſubſcripta. 3.*
*An Trebellianica ex pactis dotalibus detrahenda? 4.*
*Per pacta dotalia renunciari poteſt ſucceſſioni 5.*
*Conjux ſuperſtes relictis pactis dotalibus portionem ſtatutariam petere nequit. 6.*
*In pactis his non habet locum l.2. C. de reſc. vend.7.*

1 PActa dotalia etiam poſt nuptias fieri poſſunt. Kohl
*in Tr. de pact dot. parte 1. num.9. Bach. in Tr. vol.2.
2 diſp.7. th.7. lit. B. & C.* Pacta dotalia autem hodie non tan-
tum de dote ſed etiam de ſucceſſione mutua inter con-
joges fieri poſſunt, ex notoria conſuetudine Germaniæ.
*Gail. l.2. obſ.126. n.2. Pruckm. vol.1 conſ.25. n.19. & quos re-
fert Dn. Manz. in cent. dec. q* 38. Et ſic de ſucceſſione in
cauſam mortis agatur, ſunt ſpecies donationis mortis
cauſa, & ideo requirit quinque teſtes, aut judicialem
3 inſinuationem. *Carpz. p.2. dec.* 54. Et valent talia pacta,
licet à ſponſa non ſint ſubſcripta. *Pruckm. d l. num.19. &
4 ſeqq.* Sed quæritur, an hæres legitimus præmorientis
conjugis Trebellianicam deducere poſſit? de quo acri-
ter diſputatum eſſe refert *Manz.* Ego non dubitarem
affirmandam eſſe quæſtionem, nam ex donatione mor-
tis cauſa omnium bonorum debetur Trebellianica jure
communi, licet aliter in Electoratu Saxon. Sed pacta do-
talia deſcrentia univerſalem ſucceſſionem, ſunt dona-
tiones mortis cauſa omnium bonorum, Ergo &c. Sed
ſi de certarum rerum ſucceſſione agatur, poſſunt vale-
re in vim contractus, cont. *Berlich. parte 1. concluſ.51.*
quod autem in donatione mortis cauſa Trebellianica
vel Falcidia detrahenda, licet hæredes ab inteſtato
prohibiti ſint donationem impugnare, tradit *Richter.
5 dict. leg. numero 37. & ſeq.* Sicut autem in his pactis de
ſucceſſione conjuges convenire poſſunt, ita etiam per
pacta dotalia valide renunciare poteſt ſucceſſioni ab
inteſtato. *Card. Molinaus conſ.15. numero 25.* An autem
6 ſuperſtes conjux relictis pactis dotalibus petere poteſt,
quod alias ex ſtatuto ſibi deberetur? Negativa vide-
tur verior; quia enim talia pacta firma eſſe debent, præ-
ſertim per ſtatutum Elect. Brand. von Erbfällen. Ideo-
que variatio licita non eſt. *Petr. Peck lib.1. de teſtam. con-
7 jug. l.1. cap.32. num.5. Dan. Moller. l.1. semeſtr. cap.13 Sche-
pliz. de conſuet. March. p.3. tit.2. §.5. num.6. & 7. Carpzov.
par.3. conſt.20. def.1* Nec vidua ex *l.2. C. de Reſcin. vend.*
poteſt reſtitutionem petere, ob incertitudinem even-
tus, *Carpzov. d. parte 3. conſtit.20. defenſ.3. Pruckm. dict.
conſ.25. num.40.*

## Ad L. Si convenerit. 2.

*SUMMARIA.*

*Pacta quæ indotatam reddunt uxorem, non valent. n.1.*
*Extraneus de dote reſtituenda libere ſtipulari poteſt. numero 2.*
*Uxor per ſtatutum ad ſolvendum æs alienum mariti obli-*

*gata non tamen tenetur, ſi concurſus in bonis mariti excitatus.* 3.
*Oberato nubens, an ad æs alienum pro eo teneatur.* 4.7.
*Qua cautela hic ſponſa obſervanda?* 6.
*Si ex ſtatuto obligetur uxor, hoc procedit durante communione.* 9.
*Pactum amittenda dotis in caſum non ſervata viduitatis non valet.* 10.

1 SI convenerit in pactis dotalibus, ut quoquo modo
ſolutum fuerit matrimonium, dos penes maritum
aut hæredes ejus maneret, de eo caſu tamen hoc non
eſt intelligendum, ſi ipſe maritus moriatur, quia ita mu-
lier redderetur indotata. Et de jure non valent pactio-
nes, per quas dotis conditio fit deterior uxore ſuperſti-
te, quæ non debet remanere indotata, *Molinaus conſ.* 52.
*n.*6.*Salyc. in l.quamvis C.de pactis conventis.* *Dn.* Kohl
*Vice Cancell.Elect. Brand.de pact.dotal p.*1 *num.*81.*Bald.
Novell.de dot.parte* 7.*privil.*11.*nu.*2.*&* 15.*Boer.deciſ.*208.
*Joh.Crotus in l.*2.*p.*2.*num.*25.*ff ſol.matrim. Petr.Barboſ.
in leg.*2.*princ. part.* 1.*num.*143.*ff.ſolut.matrim.* Extraneus
2 tamen in continenti poteſt ſtipulari ſibi dotem reddi
vel mariti hæredibus, quia legem ſuæ rei dicere poteſt,
quam vult, *Jaſon id dict.leg.*2.*numero* 8.*ff.ſolut.matrim.*
3 Hujus legis argumento deciſum: quando ſtatutum ita
ſonat, quod uxor ex ſua dote creditori ſolvere debeat
pro marito exiſtente non ſolvendo, quod hoc ſtatutum
non niſi de eo caſu intelligendum, ſi uxor bonam ma-
riti exiſtimationem defendere ſuis bonis poſſit, & om-
nibus poſſit ſatisfacere. Sed cum in concurſu credito-
rum verſamur & omnibus ſatisfieri nequit, tunc uxo-
rem ſua bona repetere poſſe deciſum, ut quam mini-
mum à Jure Civili recedat jus ſtatutarium, *Carpzov.
parte* 3.*C.* 20.*defenſ.ultim. Dn.* Kohl *de conſtit. Marcb.
quaſt.*5.*numero* 17. Et ita reſponſum, ſtatutum in eo ca-
ſu non pertinere ad caſum concurſus creditorum, in
Facult. noſtra 14. Jannar. anno 47. & die 7. Septembr.
4 anno 64. Unde & illa opinio diffluit, quaſi virgo obæ-
rato ſcienter nubens, pro eo ex ſua dote creditoribus
ſatisfacere debeat, quaſi hæc mens fuerit ſponſæ, ſua
creditoribus donandi, quæ opinio merito à Sereniſſ.
5 Elector. Saxon. in novis deciſionibus rejecta. Cur au-
tem ſuperius ſtatutum de uxore, in ſubſidium obliga-
ta receptum ſit in Emporiis, tradit *Dn.Mevius parte* 3.
6 *deciſ.*123. Cautelam autem mulieri, quæ obærato nupſit
creditori, duplicem ſuggerit, *Dn.Mevius dict.p dec.*124.
1. Si in pactis dotalibus ſibi proſpiciat. 2. Si comper-
to errore contra damnum reſtitutionem petierit. Sane
ſi fraude creditorum allecta, habebit exceptionem.
7 *Dn. Mevius dict.leg.* Sed ſi ſciens nubat ſine proviſione,
tenebitur iis in locis, ubi illud rigoroſum ſtatutum
viget, non vero, ut dixi, ubi jure communi utimur.
Statutum a. illud declarat etiam *Dn.Mevius dict.parte
tertia, deciſ* 125. quod in communionem veniant ea tan-
tum bona, quæ uxor marito dedit in dotem, vel Para-
phernalia, non vero quæ ſibi reſervavit. Sic ubi vera
communio bonorum eſt, è contrario mariti bona pro
uxoris ære alieno obligata ſunt. *Dn. Mevius parte* 3.
8 *deciſ.* 138. Quod ad concurſum creditorum extendit
*Dn.Mevius.* Sed ſi Carpzovii & Kohlii declarationem
ſequamur, de qua ſupra, omnino eadem etiam hic re-
9 petenda erit. Declaratur etiam illud ſtatutum, ut uxor
vel vidua in ſolidum teneatur ſtante adhuc communio-
ne, ubi tamen monendi hæredes à vidua; ſed poſtquam
vidua diviſit bona cum hæredibus mariti, non poteſt
niſi pro parte à creditoribus conveniri, *Dn. Mevius*
10 *parte* 3.*deciſ.*166. Ex *hac lege* etiam decidimus in Fa-
cult. menſe Octobr. anno 1667. nullam eſſe conventio-
nem, qua vidua Nobilis agnatis promiſerat perpetuam
viduitatem ſub pœna amittendæ dotis. Nec obſt. *Novell,*
22.*&* *Auth.C.de indicta viduitate.* Nam ibi ſermo eſt de
eo, qui aliquid legat viduæ ſub conditione viduitatis.
Hic nihil viduæ datum vel legatum fuerat.

## Ad L. Si convenerit. 4.

### *SUMMARIA.*

*Fructus dotis doti annumerari non poſſunt.* n.1.
*Fructus tamen in dotem dari poſſunt.* 2.

1 NOn valet conventio, ut dotis fructus in dotem
convertantur, quia mulier redderetur indotata;
quia à marito nihil acquireretur, imo in effectu maritus
nullam haberet dotem. Sed ita poteſt conveniri, ut fru-
2 ctus doti eſſent, id eſt, ut fructibus uteretur maritus lo-
co dotis, vel ut uxor accipiat fructus, ſed onera matri-
monii ferat omnia, *Vid.Ant Fab.lib.*6.*conject.c.*20. *item
Campegius de dote p.*4.*q.*1.*n.*4. Kohl *d.Tr.p.*1.*n.*76. *Caſtr.
conſ* 59.*n.*2.*lib.*1. Autor *ad L.*17.*n.*4.*&* *ad L.*20.*n.*1.*&* *ſeqq.
C.de Jure dot.*

## Ad L. Illud. 5. pr.

### *SUMMARIA.*

*Pactum, ne de moribus agatur, non valet.* n.1.
*An pactum ne divortium petatur, validum ſit?* n.2.

1 NOn poteſt conveniri in pactis dotalibus, ne de
moribus ageretur, ne publica coercitio privata
pactione tollatur. *Dn.* Kohl *de pact.dotal.part.*1.*num.*77.
*VViſſenb.d.*46 *th.*19. quamvis Panorm.*in cap.quemadmo-
dum §.fin.X.de Jurepr.n.*14.& Petr. Barb.*in l.*2.*princ.par.*
2 1.*n.*106.*§ ſol.matr.* ſtatuant, de jure privato poſſe mari-
tum paciſci, quod nolit ſeparationem thori petere, nec
dotem &c. Sed ita omnino ad delictum videtur invita-
re, nec puto aliquam ſponſam tam impudentem eſſe
quæ hoc pactum prætendat ac petat contra *l.* 27. *§.*4.*ff.
de pact.*

## ad L. Pomponius. 6.

### *SUMMARIA.*

*Maritus ut ſolum dolum præſtet, paciſci nequit.* n.1.
*Pacta ita interpretanda, ut delictum excludant.* 2.

1 MAritus non poteſt paciſci, ut ſolum dolum præ-
ſtet: nam ſi culpam non præſtaret, & facilem
mulier redderetur indotata. *VViſſenb.d.lib.* 20.*Bald.No-
vell.de dote p.*7.*priv.*11.*n.*11. Kohl *de pact.dotal p.*1. *n.*78.
2 Colligitur etiam ex *l.*6.*&* *l.*5.*præcedente*, pactorum eam
interpretationem eſſe faciendam, quæ non modo deli-
ctorum, ſed etiam occaſionis peccati ſit excluſiva. *Rol. à
Valle conſ.*3.*n.*26.*vol.*2.*Cravetta conſ.*365.*n.*5.*Klock. vol.*1.
*conſ.*37.*n.*127.

## Ad L. Cum dos. 7.

### *SUMMARIA.*

*De dote danda paciſcitur pater, de data pater & filia* num.1.
*An pactum patris vel filia invicem noceat vel proſit?* 2.
*Conciliatur l.*2.*§.pen.ff.ſol.matr.*3.

ANte datã dotem pater cum genero paciſci poteſt
1 ſuper reſtitutione dotis, ſed poſt dotẽ datam non
tantum pater jure filiæ jam quæſito, ſed & filia cum ma-
rito paciſci debet, cum jam jus filiæ ſit quæſitum. Kohl
*d.tr.num.*11.*&* *ſeq.* Si autem ſolus pater pepigiſſet, ei ſoli
2 noceret pactum, non filiæ, ſi vero ſola filia pepigit, pro-
deſt hoc, non vero nocet patri. Nec obſtat *leg.*2.*pen.ff.
ſol.matr.* quia hic nullum pactum cum marito fecit uxor,
3 ſed tantum marito perſuaſit delegationem, ideoque nul-
lum exinde vinculum obligationis. *Zaſ.p.*2.*ſingul.intell.
tit.*1.*ff.ſol.matr.circa fin.Bald.Nov.d.privil.*11.*nu.*1.*Petr.
Barb.ad l.Cajus n.*10.*&* *ad l.*2.*§. quod ſi in patris* 46.*ff.ſo-
lut.matr.* conſ. *Pacius cent.*5.*qu.*56.*Bachov.D.*7.*th.*7.*lit.*B.
*&* *VViſſenb.D.*46.*th.*21.

## Ad L. Cum pater. 11.

### SUMMARIUM.

*Pactum ne patre vivo dos petatur, neque conſtante matrimonio exigatur, ſaltem operatur, ne vivo patre exigi poſſit.*

Convenit inter patrem & generum, ne patre vivo dos petatur, neque conſtante matrimonio dos exigatur: Pater moritur, an tunc gener dotem exigere poteſt à patris hæredibus? Videtur quod non, quia conventum, ne conſtante matrimonio exigeretur. Autor *ad L.24.n.1.ᵯ.Solut.Matr.* Sed affirmatur, quia in poſteriori pacto prius videtur repeti, & conditio adjecta in præcedenti pacto in ſubſequenti videtur repetita; nam alias dos nulla marito conſtitueretur, nam quæ eſſet utilitas dotis promiſſæ? Sed ſoluto matrimonio dos peti non poteſt, quia tunc nulla cauſa eſt dotis dandæ. *Carpzov. dec.16.Thoming.dec.29* cont. *Ranchbar. p.1.q.31.Heig.p.1. q.39.nu.9. Dn.Struv.exerc.30. th.& Berous vol.2.conſ.121. n.6.Soc.jun. conſ.144.n.44.lib.3.Caſtr.l.1.conſ.59.n.2.*

## ad L. De die. 14. & ſeqq. duas.

### SUMMARIUM.

*De certo tempore reſtituendæ dotis conveniri poteſt, niſi præjudicium uxoris ſubſit.*

Licet paciſci qua die dos ſolvenda modo conditio mulieris non reddatur deterior v. gr. non poteſt conveniri ut longiore die ſolvatur. *l.16.h.t.* ſive illa conventio ſit tacita, ſive expreſſa. *Gail.lib...obſ.84. n.4. Molinæus conſil.52.n.6.Socinus junior conſil.55.n. 20.vol.2.*

## Ad L. Aliud. 19.

### SUMMARIA.

*Pactum de dote particulariter ſolvenda, non reſtituenda, valet. n.1.*
*Limitatio in filia hærede n.2. & 3.*

1 Hoc poteſt pater paciſci, ut patrem dotis primo anno, aliam ſecundo anno, aliam tertio anno ſolvat. Sed hoc non poteſt paciſci, ut filiæ in tot terminis fiat reſtitutio, & eum his dilationibus: Ratio in *l. 14. &*
2 *ſeqq.h.t.* Additur hic limitatio, niſi filia ſit hæres patris, & conſenſerit in pactionem patris; ſed licet non conſenſerit, videtur tamen obligati ex facto patris ut hæres, ideoque nonnulli ſubaudiunt vocem MAXIME *Bald. Novell.de dotis priv.p.7.priv.11.nu.10.* Alii dicunt propterea hoc fieri, quia dos conſolidatur per mortem in perſona filiæ, & ſic colligunt, hæredem poſſe contra factum defuncti venire, ſi nitatur proprio jure aliunde quæſito. Sed hunc ſenſum & conſequentiam rejicit *Petr.Barboſ.ad leg.2.princ.par.1.numero 145.ff.ſolut.matrim.* Sed forte ſecunda hæc ſententia non omnino rejicienda.

## Ad L. Ob res. 20. §. 1.

### SUMMARIUM.

*Extraneus dotem dans, an libere de illa paciſci poſſit?*

Si extraneus dotem conſtituat, etiam ignorante muliere paciſci poteſt, quia legem rei ſuæ dicit; ſed poſt dotem conſtitutam ſemel. ſi velit de novo paciſci, conſenſus mulieris accedat, neceſſe eſt. *Bald. Novell. de privil.11.num.9.Dn.Rosl d.part.1.num.45. Petr.Barb. in l.2. num.147.*

## Ad L. Quidam. 22.

### SUMMARIUM.

*An maritus fructus dotis uxori loco annui aſſignare poſſit.*

Dos ſuccedit loco alimentorum. *Carpz.par.4.Juriſpr.conſt.16.def.2.& Surd.d.l.* Non tamen valet conventio, ut vir uxori fructus rei dotalis annui nomine donet, quia primo annua alimenta dietim præſtanda erant, nunc vero mulier uno cumulo acciperet pro toto anno; & quidem ſecundo propria autoritate, cum alias è manu mariti alimenta percipiat. *Petr.Barb.in l. qua dotis 34.n.67.ff.ſol.matr.*

## Ad L. Inter ſocerum. 26. §. 2.

### SUMMARIA.

*Dos reſtituenda deficientibus liberis, retinetur liberis exiſtentibus. n. 1.*
*Argumentum dotis ſequitur dotis naturam & privilegia. 2.3 & 4.*
*Uſura eadem bonitate ſolvenda, qua ſors. 5.*
*Pars extranea alteri juncta, principalis naturam aſſumit. 6.*

1 Pactum dotis reſtituendæ in defectum liberorum, à contrario ſenſu inducit pactum retinendæ dotis exiſtentibus liberis, & tam expreſſum quam tacitum pactum interpoſitum ſuper dote, trahitur etiam ad augmentum à contrario ſenſu. conf. *Decianus conſ.52 n.51.*
2 *& ſeqq.lib.1.Simon de prætis conſ.148.* Collige etiam augmentum dotis regulari ſecundum naturam ipſius dotis etiam accidentalem. *Campegius de dote p.1.q.77.num.1.*
3 *Carpz.par.1.conſt.28 def.64.Godofredus hic.* Et augmentum dotis eandem habet qualitatem, quam ipſa dos habet, *hic & Nov.97.c.2.Goden.conſ.99.n.27.& 28.Berous*
4 *conſ.41.n.5.& ſeq.vol.1.Decianus reſp.11.n.23.vol 1.* Et privilegium doti conceſſum etiam augmento competit. *Benther.de prælat.p.1.c.35. Cothman.lib.1.conſ.50. num.18. Matt.Cuno de pactis c.6.n.29.& 63.Cav.d.in tr.de titulis n.160.Rol.à Valle in tract.de lucro dotis q.100.* Et in qua
5 bonitate ſors ſolvenda, in ea etiam qualitate & valore uſuræ ſunt reſtituendæ. *Carpz. l.5.reſp.93.num.31.& ſeqq. Dn.Richter.conſ.13.num.8.& ſeq.* Generaliter notes etiam, partem extraneam adjunctam alteri, ejus naturam ad-
6 ſumere. Et territorium alteri territorio adjunctum, adſumere ejus ſtatuta. *de Clapperiis par.2.deciſionum cauſa 91.* niſi aliud conventum.

## Ad L. Quæris. 28.

### SUMMARIUM.

*Uxor de dote paciſci ante nuptias poteſt, ſed non poſtea.*

Mulier conſtante matrimonio paciſcitur cum marito, ut creditoribus ſuis ex fructibus dotis ſatisfiat, non valet pactio, quia eſſet donatio, quæ inter conjuges prohibita. Ante nuptias itaque uxor libere paciſci poteſt, licet conditio dotis reddatur marito deterior; ſed poſt nuptias non. *Bald. Novell. de privileg.11. num.3.Crotus ad leg.2. princ.numer. 22. ſolut. matrim.Roman.ad d.l.2.num.62.*

## Ad L. Cum maritus. 29. §. fin.

### SUMMARIA.

*Pactum uxoris, de dote fratri reſtituenda ſi frater ſibi ſtipulatus, mutari nequit. n.1.*
*Pacta dotalia quotuplicia & quando mutari poſſunt. num. 2.& 3.*

Quando

1 QUando uxor paciſcitur, ut fratri reſtitueretur dos, & quidem animo donandi, & ut frater irrevocabiliter acquireret fraterque ſibi ſtipulatus fuerit dotem reddi, non poteſt mulier voluntatem ſuam mutare. *Menoch. conſ. 2.286. n. 30 & conſ. 309. nu. 28* Cephal. *conſ. 302. n.*
2 *90. Petr. Barb. in d. l. qua dotis n. 13. & nu. 32.* Verum circa mutationem pactorum dotalium diſtinguendum, utrum inter vivos, an vero in vim ultimarum voluntatum ſint condita: vel utrum ſint pacta dotalia concepta in vim contractus vel donationis, executione in tempus mortis delata; An vero ſint mixta, loquentia de ſucceſſione in caſum mortis, ut diſtinguit *Dn. Struv. exerc. 30. th. 19.*
3 Illo caſu non poſſunt mutari; ſed hoc caſu bene, ut alia omnis voluntas ultima. Illic ſufficiunt duo teſtes hic quinque requiruntur, de quo *Dn. Kohlius de pact. dotal. par. 2. c. 43. def. 10. & Richter. deciſ. 26. Cothman. vol. 2. reſp. 78. n. 169. VViſſenb. diſp. 46. th. 24. Berlich. p. 2. concl. 51. Johan. Fr. Balthaſar tit. 2. reſol. Bavar. reſp. 16. Gail. l. 2. obſer. 126. Pruckman. verſ. 2. conſult. n. 23. Myns. cent. 2. obſ. 33.*

## Ad L. Bæbius. 30.

*SUMMARIA.*

*Species facti ex hac lege proponitur. n. 1.*
*Si ex una cauſa non probata actum quamvis alia adſit, reus tamen abſolvendus, reſervata actori alia actione. 2.*
*Quia hodie juris. 3.*
*Argumentum ab expreſſo textu ad tacitum valet. 4.*

1 MArcellus filiæ nomine Matullo dotem promiſit, ea lege ne Matullus conſtante matrimonio peteret ſcilicet à Marcello, eſt pactum perſonale. Pactum etiam ut ſi Marcello mortuo, filia in matrimonio decedat ſine liberis, partem dotis retineret maritus, partem Marcelli filio reſtitueret; Deceſſit Marcellus conſtante matrimonio, filio ex aſſe hærede inſtituto, & filiæ per fideicommiſſum relicta dote. Marullus non exegit dotem à filio, & poſtea divortio ſolutum eſt matrimonium: Deceſſit tandem filia, filia ſua & fratre hæredibus inſtitutis. Marullus petit integram dotem, quia pater videtur voluiſſe filiam integram dotem habere, quia non ſine liberis deceſſit. Sed quia in matrimonio non deceſſit, in quem caſum pactum conceptum erat, intentio ejus non fundata: ſed quia tamen filia Marulli ab uxore hæres pro parte ſcripta, univerſa autem dos uxori debetur ex Fideicommiſſo, ideo Marullus dimidiam dotis per filiam petit. Ita ſpeciem legis proponit *VViſſenb. diſp. 46. th. 25*, ubi nonnulla juris antiqui veſtigia depre-
2 hendit. confer. *Cujac. l. 4. obſ. 23.* Colligunt *ex hac lege*, ſi ex una cauſa actum, ea vero non probata, judex tamen videat ex alia agi potuiſſe, reus tamen abſolvendus eſt, reſervata actione ex alia cauſa. *Bald. in Auth. ſed ſi quis, C. de ſecund. nupt. Hartm. Piſt. p. 1. q. 45. nu. 7.* ubi ex Curtio refert, Baldum *hunc textum* ſemper in ore babuiſſe. vid. *legem Habebat ſupra de Inſtit. act.* Hodie ta-
3 men, quia ſalutaris clauſula, ut vocant, in omnibus libellis addi ſolet, ideo poteſt judex ſepoſita petitione inepta, & cauſa minus idonea, ex alia cauſa apta, quæ tamen ex actis apparet, reum condemnare, ut tradidi
4 in *Proceſſu meo civ. c. 27. n. 38.* Colligunt etiam *ex textu*, argumentum ab expreſſo pacto ad tacitum valere conf. *Petr. Barb. ad l. ſi cum dotem 23. pr. n. 32. ff. ſol. matr.*

## Ad L. Fin.

*SUMMARIUM.*

*Fundo æſtimato in dotem dato, ſubjecto poſtea pacto, ut idem fundus reſtituatur; Quæritur ſi conſentiente uxore vendatur, ad quid obligetur maritus?*

FUndus æſtimatus 100. florenis in dotem datur deinde maritus cum uxore paciſcitur, ut fundum eodem pretio uxori reſtitueret, ſoluto matrimonio; ſed poſtea conſentiente uxore venditur ducentis, quæritur an remitti debeat marito hoc pactum? Reſp. Eatenus remittitur pactum, ut maritus habeat electionem, an fundum, an ducenta reddere velit. Alias ſi in venditionem non conſenſiſſet, pactum ex aſſe impleri debuiſſet. conf. *Covarr. p. q. 28. n. 4. Petr. Barb. ad l. 1. ff. ſol. matr. part. 5. n. 2. & l. ſi æſtimatis 51. n. 4. ff. ſol. matr.*

---

## TITULUS V.

### *De Fundo Dotali.*

## Ad L. Interdum. 1.

*SUMMARIA.*

*Prædii dotalis alienatio nulla eſt. n. 1.*
*Poteſt ab ipſo marito retractari. 2.*
*Lim. 1. niſi alienatio neceſſaria. 3. Exemplum. 5.*
*Lim. 2. niſi cum univerſitate tranſeat. 4.*
*Lim. 3. niſi uxor jurato renunciaverit. 6.*

1 PEr legem Juliam fundi dotalis alienatio eſt prohibita, adeo ut licet uxori utilis, alienatio tamen non valeat, niſi aliud prædium ſurrogetur; nam pretium amiſſioni & conſumptioni obnoxium. *Petr. Barb. ad l. 1. p. 5.*
2 *num. 7. ff. ſol. matr.* Autor *ad L. 1. nu. 3. C. h. t.* Et ipſe maritus alienationem retractare poteſt. *Bald. Novell. p. 7. privil. 1. nu. 15. Pinell. ad l. 1. C. de bon. mater. p. 3. nu. 73. Barb. d. p. 5. n. 14. & ſeqq.* Autor *ad d. L. 1. n. 3. 4. C. h. t.* nec ab ipſa
3 muliere ſuſcepta alienatio valida *d. p. n. 5.* Sed hic habetur duplex limitatio. I. Si ob vitium ipſius rei marito non cavente fiat immiſſio; quia eſt alienatio neceſſaria, quæ ſemper in prohibitione alienationis excipitur, hic *& l. 2. C. h. t. Neguz. de pign. par. 2. membr. 3. nu. 42. Molinæ J. & J. tr. 2. diſp. 428. n. 8. Faſar. in tr. de ſubſtit. q. 533. nu. 1. & ſeq. Zoeſ. h. t. n. 4. Et* Autor *ad L. 2. nu. 1. C. h. t.* Aliud in debitis perſonalibus. *Petr. Barb. p. 5. legis 1. nu. 11. ff. ſol. matr.* II. Si tranſeat cum univerſitate ad hæredem. *Sal-*
4 *violus in repet. rubr. ff. ſol. matr. num. 31. Hipp. Riminald. volum. 4. conſ. 363. numero 195. & ſequens.* Hinc etiam
5 quando fundus communis in dotem datus, & maritus ad diviſionem provocatur, hæc alienatio neceſſaria eſt. Imo ſi res commode dividi non poſſit, ad diſtractionem procedere poteſt maritus. *Molina tr. 2. diſput. 428. n. 8. Guttierez. de jur. confirm. p. 1. c. 58. nu. 10. Neguz. de pign. memb. 3. part. 2. n. 24. in fin.* Autor *ad L. 2. nu. 2. C. h. t.*
6 Sic etiam valida alienatio, quando mulier ſub juramento ſuo juri vindicandi fundum renunciavit, quo tamen caſu ex capite fraudis, vel metus juramentum reſcindi poſſet. *Covarr. in c. quamvis p. 2. §. 1. n. 19. Campeg. de dote p. 4. q. 11. Molina tr. 2. D. 428. n. 10.* conf. *Petr. Barb. ad l. 1. p. 5. n. 72. & ſeqq. ff. ſol. matr.*

## Ad L. Fundo 3. §. toties.

*SUMMARIA.*

*Si uxori de dote non competit actio, valida eſt alienatio.*

NOta, quando mulieri non competit actio de dote, nec competitura eſt, tunc poteſt alienari. Sed quæritur de caſu hujus legis? Reſp. *Johan. Crotus in rep. rubr. ff. ſolu. matrim. numero 17.* ſi extraneus fundum det, & ſub hac conditione quidem, ut ſibi reſtitueretur; hic enim uxor non habet actionem; quia conſtante matrimonio non poteſt uxor agere nec ſoluto matrimonio agere poteſt ob ſtipulationem extranei.

Ad L.

## Ad L. Lex Julia. 4.

*SUMMARIA.*

*Prohibita alienatione fundi dotalis, ad res mobiles, etiamſi ſervari poſſint, non extenditur. n.1.*
*Conciliatur l.22. C.de admin.2.*

1 PRohibitio alienationis prædii dotalis ad ſponſum extenditur, Autor *ad L.5.nu.3. C.de bonis quæ liber.* Colligunt autem *ex hac & ſimilibus legibus*, quia ubique de prædio dotali agitur, eam prohibitionem ad res mobiles, etiam quæ ſervari poſſunt, non debere extendi, *Bach.ad Tr.v.2.D.7.th.9.& ad Wiſſenb.h.t.Sichar. ad l.3.C.de jure dot.Zaſ.h.t.num.3.Wiſſenb. diſp.46.th.26. Petr.Barboſ.in l.1.ꝑ.5.ff.ſolut. matrim.n.86.Colleg.Arg.h.*
2 *t.th.2.* Autor *ad L.1.n.4. C.h.t.* Nec obſtat *l.22.C.de admin.Tut.* quia tutor tantum Domini loco, maritus vero verus Dominus. *Bach.d.l.*

## ad L. Julianus. 5.

*SUMMARIA.*

*Maritus fundo dotali ſervitutem nec imponere, nec quæſitum amittere poteſt. n.1.*
*Idem in uſufructu. 2.*

1 MAritus non poteſt ſervitutem imponere fundo dotali, quia hæc eſſet ſpecies alienationis; nec ſervitutem fundo dotali quæſitam amittere; Autor *ad L.1.n.9.C.h.t.* quia uxor conſtante matrimonio non poteſt agere, & præſcriptionem interrumpere: Ei autem, qui agere nequit, non currit præſcriptio. *Capol.de S.U.*
2 *Pr.c.14.n.10.Padilla in l.Et in provincial.nu.18. C.de ſervit.Campegius de dote par.2.q.75.* Idem in uſufructu ſeu ſervitute perſonali. *Campeg.d.l.4.76.* Sed limitatio *hujus legis* habetur *in l.16. h t.*

## Ad L. Quod ſi fundus. 11.

*SUMMARIUM.*

*Fundi æſtimatio in dotem dati alienatio non valet, ſi uxoris electio relicta.*

QUando fundus æſtimatus in dotem datus & electio uxori reſervata, alienari fundus non poteſt, ſecus ſi maritus habeat electionem, *hic & l.1.C.h.t.Covarr.q.pr.28.nu.6.Molina d.diſp.428. in fin. Dn Struvius exerc.30.th.21. Spino in Spec.teſtam.gl. 11.pr.nu.92.Zæſius h.t.n.2.* Et Autor *ad L.1.n.1.& 2.C.h.t.*

## Ad L. Dotale. 13.

*SUMMARIA.*

*Fundus in dotem datus, non promiſſus, eſt inalienabilis. num.1.*
*Res aliena in dotem tradita alienari poteſt. 2.*
*Dos promiſſa vera dos eſt. 3.*
*Uxor adeundo hæreditatem mariti ſibi in dote non præjudicat. 4.*

1 PRohibitio legis Juliæ pertinet ad fundum datum doti, non promiſſum vel deſtinatum §.1.*h.l. Hillig. in Donell. leg. 4. capite decimo nono, lit. F.* Et ſic
2 res aliena in dotem non data, quia dari nequit, ſed tradita alienari poteſt. *Coll. Arg. th.3.* Alias dos pro-
3 miſſa vera dos eſt. *Tiraquell.de retr. convent. ad finem*
4 *tit. gloſſ. 2. numero ſecundo, & ſeq.* Uxor autem à marito hæres inſtituta, & juſſa ſolvere mihi fundum dotalem, non tenebitur ſolvere, ſi facta deductione dotis non ſuperſit in bonis teſtatoris, ea quo poſſit integrum legatum ſolvi. Nam ut mulier per expreſſum conſenſum ſibi non potuit præjudicare in dote, ita nec per tacitum, ſcilicet aditionem hæreditatis. *Petr. Barboſ.ad l.Si cum dote 23.§.ſi Pater n.19.ff.ſol.matr.*

## Ad L. Dotale. 15.

*SUMMARIUM.*

*Uxor acceptando literas à marito, ne fundus dotalis ſit dotalis, ſibi præjudicat.*

MAritus ſcripſit ad uxorem, ut fundus dotalis deſineret eſſe dotalis, & per conſequens, ut quaſi ex titulo donationis eum haberet; has literas mulier recipiendo videtur approbaſſe, dum non contradixit, *l.ſi filius familias ff.de SC.Maced.* Et ita mortua in matrimonio uxore maritus retinet prædium, quaſi donationem morte confirmatam; nam tempore donationis habuit poſſeſſionem maritus. *Petr Barb.ad l.2.§.quod ſi in patris n.24.ff.ſol matr.* Quamvis Cujac.*lib.9.obſ.4.* rationem decidendi ponat in eo, quod ſit dos adventitia, quæ mortua uxore regulariter marito cedebat; ſed de eo *in textu* nihil habetur.conf. *Notata* Dn.Autoris. *ſupra ad l ſi filiuſf.16.ad Macedon. Et ad L.5.n.1.C.Soluto* Matr.

## Ad L. Si fundum. 16.

*SUMMARIA.*

*Fundus dotalis præſcribi nequit. n.1.*
*Quod limitatur. 2.*
*Ex ficta traditione quando transferatur dominium. n.3.*
*Marito an noceat præſcriptio fundi dotalis cœpta? 4.*

1 FUndus dotalis alienari non poteſt, ne quidem per præſcriptionem, per *l.5.h.t.Balbus de præſcript.p.5.q.4.nu.4 Bart in l.fin.nu.7.C.in quib.cauſ.in integr.reſt.non eſt neceſſaria.* Autor *ad L.30 n.14.ſeqq.C.de Jure dot.* Sed
2 hic habetur limitatio; niſi præſcriptio antequam fieret dotalis, fuerit cœpta, & vivente marito completa. *Campeg.de dote p.2.q.75.* Unde *ex hac lege* colligunt, ex ficta
3 traditione transferri dominium ab eo, qui non habuit poſſeſſionem. *Hotoman.qu.illuſt.11. Matth Afflict.dec.299. n.4.Cephal.conſ.336.n 5.*conf. *Balb.in tr. de præſcript.p.5.q.4.n.4.Tiraq.de conſt.poſſeſſ par.3.limit.1.nu.15.Zæſ.h.t.n.6.* ubi hæc ad ſervitutum realium præſcriptionem exten-
4 dit. Plane ſi pauciſſimi dies ſuperſint ad præſcriptionem perficiendam, marito non imputabitur culpa. *Vid.Hannibal.in repet. l.naturaliter.n.180. de adquir poſſ.*

## Ad L. Fundum. 17.

*SUMMARIUM.*

*Alienatio fundi dotalis convaleſcit, ſi mortua uxore dos ad maritum veniat.*

SI fundus à marito alienatus, nulla eſt venditio; ſed ſi uxor in matrimonio moriatur, & dos lucro mariti ex pacto, ſtatuto, vel teſtamento, aut donatione mortis cauſa cedat, reconvaleſcit alienatio; & ſic quod ab initio nullum, fit validum: quem enim de evictione præſtanda tenet actio, eum agentem repellit magis exceptio. *l.vindicantem 17.ff.evict.Dn.Struvius exerc.30.th.21. Wiſſenb.D.46.th.18.*

## Ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*Maritus an impenſas lapidicinarum repetere poſſit? n.1.*
*Impenſas non reſtituente uxore, pars fructuum ad maritum ſpectat. 2.*
*In conditionali venditione fructus interim percepti non reſtituendi, ſi conditio in poteſtate emptoris. 3.*

1 SI maritus in fundo lapidicinas invenit, an impenſæ ei reſtituendæ? Affir. Si renaſcantur, ne obſter *l.7.§.*
2 *13.ff.ſol.matr.Wiſſenb.th.29.* Impenſas, quæ æſtimationem partis dotis abſorbent; ſi non ſolvat mulier, ſed in mora ſit, fructus ad maritum pro rata pertinent, *§.fin.hujus legis*

*le:gis ult.Petr.Barb.ad l.de diviſione* 5.*n.*74.*& ad l.ſi ante* 6.*num ſin.ff ſolut.matr. Rodericus de ann.redit.par* 3.*c.*7. *nu.* 106.conf.*Surd.conſ.*52.*nu.*63.*vol.*1. *Hier.Gabriel conſ.*
3 64.*nu.*10.*Tiraq.de retr.ad fin.tit.n.*7. Collige: ſi ſub conditione poteſtativa venditus fundus , pendeat autem conditio à volnntate emptoris , ut hic ſeſt æſtimationis vel impenſarum ſolutio , tunc uti ea conditio non retrotrahitur, *l.potior eſt* 11.*ff.qui potiores.* ita etiam fructus interim percepti non funt reſtituendi emptori *Petr.Barboſ.ad l.ſi mora* 10.*ff.ſol.matr. n.*101.

# LIBRI VIGESIMI QUARTI.

## TITULUS I.

## De Donationibus inter Virum & Vxorem.

### Ad L. Moribus. 1. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Donatio qualis inter conjuges prohibita. n.*1.
*Rationes prohibitæ donationis.* 2.
*Donatio inter conjuges juramento confirmari poteſt.* 4.

1 INter conjuges ſtante matrimonio prohibita donatio ſimplex , Autor *ad L.* 5. *& ad L.*6.*nu.*1.*C.de donat.ante Nupt.* non quæ ob cauſam fit, ut donatio propter nuptias; huc etiam ſtrenæ, quæ ob commemorationem diei natalis , vel Calend. Jan. dantur modicæ. *Carpz.p.*2. *conſt.*3.*defenſ.*10 *& ſeq. Struv.th.*29. Non etiam prohibita dunatio inter virum & uxorem,ſi donatio fiat ad alimenta Autor *ad L.*2.*n.* 4.*C.de Pactis Conventis.* Cauſæ autem, cur ſimplex donatio prohibita,ſunt hæ: 1. Ne ob amorem ſe mutuo ſpolient. 2. Ne matrimonia ſint venalia. 3. Quia amor ſolis animis æſtimandus. 4. Ne concordia pretio conciliari videatur. 5. Ne melior in paupertate m incidat,
2 deterior vero fiat deterior. 6. Ne altero non donante lites oriantur, de quibus cauſis *vid. Socin.iun. conſ.*44. *n.*34.*v.*2.*Connan.lib.*1.*c.*1.*n.*11.*Cæpoll. conſ.civ. n.*8.*Tiraq. ad l.ſi unquam in verbo libertis* 108. *& ſeqq.* C.*de revoc. donat.Tuſc.ad rubric.de revoc don concl.*690.*lit. D. Hilleg.in Don.lib.*9.*c.*11.*lit.R. Dn.Struv.exerc.*30.*th.*23. Autor *ad* L.1.*nu.*12.C.*h.t. VViſſenb.d* 47.*th.*3. ubi reſpondet ad *l.*1.*§.*1.*juncta l.*7.*§.*1.*ff.repetund.* quod ibi hoc tantum dicatur,quod conjux ad eam quantitatem quæ extraneis
4 præſcripta, non ſit adſtricta. Cæterum prohibitio hæc à jure civili eſt , ideoque per juramentum confirmari poteſt hæc donatio. *vid. Trentac.l.*3.*tit. de donat. reſ.* 6. *Gutierrez. de juram.confirm. p.*1.*c.*3.*Berlich.p.*2. *concl.*15. *Zaſius h.t.n.*19.*Dn.Struv.n.*29 *VViſſenb.h.t th.*15.Et hanc ſententiam magno Dd.catalogo confirmat *Cuno de pact. l.*1.*cap.*6. *n.*222.

### Ad L. Hæ ratio. 26.

*SUMMARIA.*

*In matrimonio illicito an valida donatio.n.*1.
*Concubinæ an donare liceat?* 2.
*Quid ſi in matrimonio illicito unus vinculum ignoret, an Fiſcus capiat?* 3.4.
*Inter perſonas ratione poteſtatis conjunctas , non valet donatio.* 5. 6.
*Quid hodie juris ſit?* 7.
*Donatio conjugum eſt ipſo jure nulla.* 8.
*Quod mihi acquirendum, ſi mandem ut uxori acquiratur, an valeat?* 9.10.11.

1 IN *principio* duæ recenſentur rationes, ob quas prohibita donatio inter conjuges , de quibus jam dictum. Si matrimonium illicitum de facto ſit contractum, quia matrimonium non eſt,de rigore juris videtur valida donatio, ſed verius eſt non valere,ne melior ſit conditio eorum , qui deliquerunt , & quia in cauſa finali erratur. *Sanchez. in tract. de matrim.lib.*6. *diſp.*2.*num.fin.Covar.de matrim parte* 2.*cap.*7.*§.*1. *numero* 8. *Tiraquell. de LL. connub.gloſſ.*8. *numero* 249. *Campeg.de dote parte prima, quaſt.* 47. *numero* 4.*Petr. Barboſ in leg* 23 *§ fin numero* 20 *ff.ſolut.matrim. Dn Struvius exerc.*30.*th.*24.*Zaſ.h.t.numero* 9. *VViſſenb. dict.leg. th.* 3.
2 Autor *ad L.*7.*numero* 4. 5. *C. h. t.* Concubinæ licitum eſſe donare dicitur , de qua hodie otioſum dicere ſublato concubinatu. *VViſſenb.dict. th.*3. Sane miles concubinæ donare non potuit *leg.*2.*Codic. h.t.ibique* Autor
3 *numero* 2. 3. Sed quid ſi alter neſciat impedimentum , alter ſciat, & ſciens neſcienti, & bona fide in conjugio nullo perſeveranti, donet, an donatum fiſco acquiratur? Et vulgo id affirmant ; ſed id nullo textu probari, & non poſſe rationem differentiæ oſtendi , cur para ſciens neſcienti legare, & tamen non donare poſſit,recte animadvertit *Immanuel Coſta* laudatus à *Covar. de matrim.parte* 2.*cap.*7.*§.*1. *num.*8. *& Molina tract.* 2.*de I. & I. d.*100.*numero* 8. *Sanchez.de matrim. d.D.*2.*numero*
4 3.*& ſeqq.* Sed ſi ignorans donet ſcienti impedimentum, nec tunc capit donatum fiſcus , ſed donatio revertitur ad donantem , & tunc demum fiſcus acquirit, quando uterque in mala fide eſt. *Molina dict.leg.numero* 12.*San-*
5 *chez.numero* 7. Non tantum inter conjuges , ſed inter eos etiam , qui ratione poteſtatis conjuncti , donatio nulla eſt §. 2. quod exemplis declaratur *in §§.ſequenti-*
6 *bus.* Nam mater filio exiſtenti in mariti poteſtate non poteſt donare,ut marito acquireretur. Quæ ratio in novo jure videtur ceſſare. Sic & uxoris pater genero nequit donare. *§.*6.*Colleg. Argent.hic numero* 5. *VViſſenb.*
7 *dict.D.*47 *th.*2. Sed his , quæ de perſonis in poteſtate exiſtentibus , dicuntur , magna ex parte derogatum eſt conſuetudine contraria , dum videmus nuptiis liberorum tolli patriam poteſtatem ; unde hæc, quæ in his de filiisfamilias & filiabusfamilias, imo & ſervis dicuntur, merito inter exoleta refert *Grænvvegen.ad leg.* 4. *Co-*
8 *dic. h.t.* Ex §. *decimo,* vero notandum , quod ipſo jure donatio inter virum & uxorem ſit invalida & traditio nulla, nec non ſtipulatio aut acceptatio donationis titulo facta ; cui tamen rigori fuit derogatum oratione Marci Antonini,qui eas donationes conſummatas confirmavit, ſi pœnitentia non ſecuta aut præmorientis donatarii mors non tollat. *Covar.leg.*2.*var.reſol.cap.*7.*numero* 4. *Socinus conſ.*13.*numero* 4.*lib.*4.de quo *in leg.*42.
9 *h.t.* Si mihi donaturum jubeam,ut uxori daret nulla eſt donatio, quia ego brevi manu videor dediſſe. *§.fin.h.l.* aliud , ſi legatum repudiem,ut ad uxorem veniat, quæ ſubſtituta erat vel legitima hæres. *l.*5.*§.*13.*h.t.* aut legatum mihi relictum ſi rogetur à me, ut uxori relinqueret. *leg.*31.*§.*7.*h.t.Et Gomez.l.*2.*reſol.*4.*num.*24. aliisque
10 *VViſſenb.th.*10.Autor *ad Auth.idem eſt numero nono,*C. *de bon.quæ liberis.*Et ſane primo caſu acquiſivi donationem ; nam dum jubeo donaturum mihi,donare uxori, duos

duos actus tacitos facio. Primo enim tacite accepto
donationem, poſtea eam donationem transfero in
uxorem. *Salgado in labyrintho creditor. l. 2. c. 14. num. 41.*
ubi in ſequentibus multa in hanc rem accumulat. Re-
liquis duobus caſibus non acquiſivi, ſed dimiſi lucrum.
11 conf. *Covar. de matr. p. 2. cap. 7 § 1. num. 11. Zæſ. h. t. nu. 12.*
Et ſic non poteſt cedere maritus uxori legatum ſibi
relictum. *Zæſ. n. 14.* conf. *Molin. tr. 2. D. 289. nu. 18. Man-
tica l. 21. tit. 4. num. 58. & ſeqq.*

## ad L. Si ſponſus. 5.

### *S U M M A R I A.*

*Donatio inter deſponſatas perſonas valet. n. 1.*
*Si uxori & extraneo quid donatum, an reſpectu hujus do-
natio valida. 2.*
*Etiam venditio animo donandi facta eſt invalida. 3. 4.*
*Si maritus in gratiam uxoris non utatur ſervitute, an
illa pereat 5.*
*Sententia inter conjuges colludentes lata retractari po-
teſt. 7.*
*Donatio ad ſepulchrum, vel aliam piam cauſam, inter con-
juges valet. 8.*
*An maritus lucrum hereditarium in gratiam uxoris re-
pudiare poſſit. 9.*
*Quid ſi conjux Trebellianicam in gratiam conjugis repu-
diet. 10.*
*Donatio, qua pauperiorem vel locupletiorem alterum non
reddit, licita eſt. 11.*
*Quod exemplis declaratur. 12.*
*Conjux lucro ſtatutario poſt mortem debito, renunciare
nequit. 17.*

1 INter deſponſatas perſonas licita eſt donatio, licet
traditio conjugi poſt conſummatum matrimonium
facta ſit, modo donans ante nuptias alicui, nomine
conjugis rem donatam acceptanti tradiderit, & hic
poſt nuptias uxori reddiderit, per *h. l.* Autor *ad L. 2.
num. 1. C. h.* Et acceptilatio donandi animo facta nul-
2 la eſt, & delegatio §. 2. & 4. Si quæ autem ad alias
perſonas extrinſecas pertinentia donationi juncta, hæc
ſi ſeparari poſſint, valida ſunt §. 2. *h. l.* Licet autem
3 præter donationem omnes contractus inter conjuges
liciti, ſi tamen contractus venditionis animo donan-
di præſumatur factus, etiam invalidus eſt, vel ſi ven-
ditio valida, remiſſio tamen invalida. §. 5. *h. l. Tuſchus
concl. 93. lit. M. Scipio Gentil. in tr. de hoc tit. l. 2. c. 33.
Dn. Struv. ex. 30. th. 25. Zæſ. h. t. n. 5. Wiſſenb. ib. fin.* Sic ſi
4 maritus rem uxori vendat, & de pretio aliquid remit-
tat, hæc remiſſio nulla. *Sanchez. diſp. 1. n. 11. Card. Man-
tica lib. 21. tit. 1. n. 21.* conf. *Gail. l. 2. obſ. 90. n. 8. & ſeq. Coll.
5 Arg. hic th. 4.* Autor *ad L. 15. n. 2. C. h. t.* Et ſi donandi ani-
mo maritus non utatur ſervitute, amittitur quidem
mero jure ſervitus non utendo per decennium; ſed ſo-
6 luto matrimonio condicitur. §. 6. *h. l.* Unde notatur,
ſi donandi animo quis actionem præſcribi patiatur,
cui donare non potuit, retractari poſſe talem præſcri-
7 ptionem. Et ſententia abſolutoria lata inter conju-
ges, donandi animo colludentes, retractari poteſt.
§. 7. confer. *notata* Dni. Autoris *num. 5. ad l. 28. de cond.
8 ind.* Si conjux conjugi ad locum ſepulturæ emendum
donaret, valeret donatio, quia non reddit locupletio-
rem donatarium. *Benſt. in l. 1. de jurejur. n. 111.* idemque
in omni donato ad piam cauſam, per §. 12. *h. t. Molin.
tr. 2. diſp. 289. num. 20. Ioh. Franc. Balth. tit. 1 deciſ. Bavar.
reſol. num. 124.* Autor *ad L. 8. num. 8. C. h. t.* ſcilicet ſi locus
9 jam factus religioſus. §. 9. Eadem ratio monumenti do-
nati. §. 10. Si maritus repudiet hæreditatem, in qua
ſucceſſura eſt uxor ex ſubſtitutione aut ab inteſtato,
hæc repudiatio non eſt prohibita, quia nihil alienat
de ſuo, ſed lucrum amplecti non vult. *§. 13. h. t.* ut
notatum ad *l. 3. §. ult. h. t.* Eadem ratio, ſi legatum
10 conjux repudiet. §. 14. De conjuge rogato reſtituere
hæreditatem conjugi, & eam ſine detractatione Trebel-
lianicæ reſtituente conjugi, quæritur: an hæc ſit pro-
hibita donatio? Neg. quia de alieno plenius reſtituit,
& ſecutus eſt voluntatem defuncti, ſi non expreſſam,
ſaltem tacitam; niſi in calculo errans minus detra-
11 xerit §. 15. *h. l.* Generalis autem in §. 16. habetur li-
mitatio, ſcil. valere donationem inter conjuges, ſi do-
nator non fiat pauperior, vel ſi diminuit quidem ali-
quid de patrimonio, locupletior tamen non ſit is, qui
donatum accepit. Autor *ad L. 8. numer. 3. C. h. t.* Et ſic
utrumque requiritur, ut invalida ſit donatio 1. ut do-
nans fiat pauperior. 2. Ut donatarius vel donataria fiat
locupletior: Nam altero deficiente, non eſt prohibi-
ta donatio. *Mantica l. 21. tit. 4. num. 57.* Autor *ad L.
21. num. 1. C. h. t.* Exemplum primi eſt in *l. 25. h. t.* Si
12 res aliena donetur, de quo *Mantic. de tac. & ambig.
convent. l. 21. tit 5. per tot. Dn. Struv. d. exerc. 30. th. 18.*
nam maritus uſucapit. *l. 25. h. t. Wiſſenb. d. t. th. 5.* Vel ſi
jus ſibi competens ad rem remittat, & renunciet in
13 gratiam conjugis ſuæ ante acceptationem §. 13. *h. l.* ubi
ratio quod iſte non fiat pauperior, dum non acquirit.
14 Secundi exemplum eſt in *l. ſeq.* ubi mulier accepit pe-
cuniam, ut ſportulas pro cognata ſolveret, licet alias
mutuum acceptura eſſet. Aliud exemplum in *l. 7. §. 1. &
15 l. 31. § pen. h. t.* Sic ſi uxor donet marito per prodigalitatem
id conſumpturo, licet uxor pauperior reddatur, quia
tamen maritus non locupletatur, ceſſat repetitio. *San-
16 chez. de matr. l. 6. D 4. num. 4.* Sic etiam ſi uxor ex
donata pecunia emat unguenta *l. 7. §. 1. Molina tract.
2. D. 289. num. 20* ubi plura exempla. *vid. Wiſſenb. in ff. n.
4. Benſt. d. l. n. 100. Berlich. part. 2. concl. 25. n. 7. Molin. d. l. n.
17 17. Sanchez d. l. 6. diſp. 4. Balth. de reſ. n. 113.* Aliud tamen
videtur in jure radicato ex ſtatuto, ſicut lucro, ſibi ex
ſtatuto, poſt mortem debito, non poſſe conjugem re-
nunciare, tradit *contra Gomez. t. 2. reſ. c. 4. num. 24. Mo-
lin. d. l. n. 19. & Balth. d. l.* Sed res hæc mihi dubia vide-
tur; nam lucro poteſt renunciare, & eſt quaſi donatio
mortis cauſa. Et poſſunt pro Gomezio allegari *Boerius
dec. 244. num. 2. Cuno de pactis l. 1. c. 6. n. 121. & n. 239.*

## ad L. Quod autem. 7.

### *S U M M A R I A.*

*An conjux locupletior factus, quale tempus attenden-
dum? n. 1.*
*Donationes compenſandi animo facta valida ſunt. 2.*
*Ut & remunerationis cauſa 3.*
*An inter conjugem ſenem & juvenem, nobilem & ignobi-
lem valeat donatio. 4.*
*Venditio colorata non valet. 5.*
*Maritus pro dote reſtituenda pignora dare poteſt. 6.*

1 DIxi locupletiorem factum conjugem; ſed quæ-
ritur, quodnam tempus attendendum, quo ſit
locupletior, an tempus litis conteſtatæ, an verò ſen-
tentiæ? Et illud placuit, ſed dixi ſuperius *in praeced.
n. 16.* ſi ad unguenta dedit conjugi, valere donationem
ſed quid ſi pecuniam donatam non impenderit un-
guentis emendis, ſed eam ſuo creditori ſolverit, de
ſuo a. unguenta emerit? Et valere eam donationem
reſpondetur §. 1. *h. l.* Autor *ad L. 8. n. 8. C. h. t.* Sed ſi utriuſ-
2 que compenſandi animo fiant donationes inter con-
juges, eæ ſunt validæ, licet alter ſervaverit, alter di-
lapidaverit §. 2. *h. l.* Ex hoc Dd. probant, remunerato-
3 riam donationem inter conjuges valere, quatenus me-
rita non communia vel obſequalia, ſed ſingularia, &
quaſi ſupererogationis proportionabiliter æqualia do-
nationi ſunt. *Card. Mantica l. 21. titul. 4. num. 8 & ſeqq.
Sanchez. diſp. 6. num. 4. Mynſ. c. 2. obſ. 33. Gail. lib. 2. obſ.
42. num. 7. Balth. d. t. 1. n. 16. Dn. Struv. d. exerc. 30. th. 29.
4 Zæſ. nu. 16.* Ex hoc inferunt Dd. quod etiam inter ſenem
& juvenem, nobilem & ignobilem valeat donatio, qua-
ſi compenſandi animo facta, ſed ſine ratione & lege.
*Bach. in Tr. v. 2. diſp. 19. th. 4. lit. B. Pinell. ad l. 1. C. de bon.
mater. p. 3. n. 30. Cuno de pactis l. 1. c. 6. n. 195. & 206.* ubi *verſ.*

*Sed præter illa debita, &c.* recenſet merita ſupererogationis. *Wiſſenb. d. Lib.* 9. Et prolixè *Cuno d. cap* 6. *verſ.*
5 *Denique circa donationis remuneratorias*, Sed pone, maritum dediſſe pro dote reſtituenda uxori pignora, ea
mulier emit, & quidem maritus donandi animo vendidit, color quæſitus, non valet ejuſmodi venditio co-
6 lorata, ſed pignus tamen ſubſiſtit §. 6. *d. l.* 7. Colligunt
hinc, licet maritus non poſſit fidejuſſores dare, poſſe
tamen ipſum pignora dare; quia pignora cedunt loco rei, non loco perſonæ mariti. *Hillig. in Donell. l.* 15. *c.* 48. *lit. F.* & quia cætera bona tacite obligata, quidni expreſſe? *Guttierez de juram confirm. p.* 1. *cap.* 21. *n.* 25. *Perez in tit. Cod. ne fidej. ſſ. dot. in fine.* Autor *ad L.* 1. *n.* 4. C. *Ne Fidejuſſ. vel Mand.*

## ad L. Si cum uxori. 9. §. fin. & ſeq.

### SUMMARIA.

*Donatio mortis cauſa inter conjuges valet. n.* 1.
*Valet etiam donatio inter conjuges, quo in tempus ſoluti matrimonii collata.* 2.

1 MOrtis cauſa donationes inter conjuges fieri poſſunt; Ratio in *l. ſeq.* 10. quia in hoc tempus excurrit donationis eventus, quo vir & uxor eſſe deſinunt. *Berlich. d. l. num.* 8. *Mynſ. cent.* 5. *obſ.* 33. & ideo qui hoc negant, ut *Covar. part.* 3. *rubr. de teſtam. n* 2. & *Tuſch. concl.* 691. *num.* 9. *lit. D.* ita intelligendi, ut negent interim ejus fieri, cui donatum eſt, ſcil. ante mortem, per *l. ſed interim.* 11. *pr. hujus tit. Balth. d. t.* 1. *n.* 114. Kohl *de pact dotal part.* 2. *n.* 7. *Struv d. exerc.* 30. *th.* 29 Ex
2 *l. ſeq.* autem colligitur, etiam donationes inter vivos & conjuges valere, quando in tempus ſoluti matrimonii collatæ ſunt. *Zæſ n.* 10. *Wiſſenb. d. Lib.* 4. Nec obſtat *hinc* §. & *ſeqq. l.* 33 *h. t.* quia loquitur de morte ſoceri, quia filiæ nuptiæ non tolluntur. *Wiſſenb. d. l.*

## ad L. Sed ſi mors. 13. §. fin.

### SUMMARIUM.

*Quicunque dat id, quod quis alioqui facturus non erat, donaſſe videtur.*

DEdiſti mihi lapides, ut ædificarem tuguriolum in horto meo, quod alias facturus non eram, quæri, an hæc ſit donatio? Affirm. quia dans pauperior & accipiens locupletior fit? Et notetur, quod hoc exemplo probetur, hanc eſſe præſumptionem donationis; ſi qui alteri det ad faciendum, quod facturus alias non erat. Ideoque in contractu hoc exprimendum, ut conſtet de animo donandi. Aliud ergo, ſi id alias facturus erat; nam tunc donatio ſtatim non præſumeretur. *Caſtr. in l. cum quid numero undecimo, ff. ſi cert. pet. Maſcard. de probat. concl.* 555. *numero quinquageſimo ſecundo.* Ergo talis datio inter conjuges non habet locum. Sed hoc habet quaſi limitationem in *l. ſeq.*

## ad L. Quod ſi vir. 14.

### SUMMARIUM.

*Conjux conjugi ad refectionem ædium quid donare poteſt.*

QUicquid conjux conjugi donat ad refectionem ædium, quatenus refectione indigent ædes, eatenus donatum valet, *Molina d. l. numero decimo ſeptimo, Balth. numero centeſimo vigeſimo primo,* cum hoc ſpectet ad publicam utilitatem, & decoram faciem Civitatis. *leg. praſcriptio C. de oper. publ. Pinell. ad l.* 1. C. *de bon. matern. parte tertia, numero ſexageſimo ſexto, pagin.* 405.

## ad L. Ex annuo. 15. & L. Quid ergo. 16.

### SUMMARIA.

*Annua uxori data non repetuntur. n.* 1.
*Quod limitatur.* 2. 3.
*Nec repetuntur veſtimenta data.* 4.
*Hac lex ad donationem mortis cauſa non pertinet. n.* 5.
*Qua ratio ſit in uſuris:* 6.

1 QUando quid annuum datur uxori quod conſumptum eſt, non repetitur, quia non facta locupletior; quod verò ſupereſt, nec repetitur, quia loco alimentorum ſunt, quæ alias uxori debita. conf.
2 *l.* 11. C. *h. t.* Niſi quod ſupereſt, ſit immodicum in comparatione ad dotem & ejus fructus. *Petr. Barb. ad l. qua dotis* 34. *num.* 66. *ſeq ff. ſolut. matr. Tiraquell. ad d. l. ſi unquam in verb. donatione largitus nu* 123. *Menoch. lib.* 3 *præſumpt.* 9 *num* 15. *Berlich. p.* 2. *concluſ.* 15 *n* 29. *Balth.*
3 *d. l. num.* 226. Autor *ad L.* 11. *num.* 1. & 2. C. *h. t.* Ex his infertur, ſi aliquid ſupersit, ſed ex ea cauſa, quod uxor genium ſuum defraudarit, id non repetitur. *Petr. Bar-*
4 *boſ ad l. qua dotis.* 34 *numer.* 68. Infertur etiam, veſtimenta data uxori quondiu non etiam uxoris permanere. *Petr. Barb d. l.* conf. *Connanus l.* 8. *comm. c.* 11. *nu.* 7. *Campeg. de dote p.* 2. *queſt.* 55. *num.* 3. *Card. Mant. tit.* 4. *num.* 40. *Petr. Gregor. lib.* 28. *Syntagm c.* 10 *n.* 11. *Tiraqu. in*
5 *l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num.* 123. *Menoch. l.* 3. *præſ.* 9. *numer.* 15. *Berlich. n.* 29. *Balth. num.* 126. Sed hæc lex ad donationem mortis non eſt extendenda, ubi
6 non requiritur in reciproca donatione æqualitas. Sic deciſum memini menſe Apr. An. 1659. conf. *Carpzov. l.* 5 *reſp* 65. De uſuris quod in *l.* 15 § 1 dicitur, habet rationem, quia uſuræ non ex ipſa pecunia, ſed ex contractu, & ſic induſtria mulieris percipiuntur.

## ad L. De fructibus. 17.

### SUMMARIUM.

*Donatio fructuum induſtrialium inter conjuges valet.*

DOnatio fructuum induſtrialium, (nam ad hos reſtringunt hanc l. Dd.) valet, quia maritum pauperiorem non reddit, *hic & l. fructus.* 45. *ſupr. de uſuris. Sanchez. de matrim. lib.* 6. *D.* 4. *num* 6. *Pinell. ad l.* 2. C. *de reſcind. vend. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 49. *Mantic. lib.* 21. *tit.* 4 *numer.* 37. *Garcias de expenſ. cap.* 23. *num.* 22. *Gentilis d. tr. l.* 2. *c.* 7. conf. Dn. Autoris *notata ſupra ad d. l.* 45. *Dn. Struv. theſ.* 28 *Wiſſenb. theſ.* 6. *Zæſ. numer.* 17. Autor *ad L.* 8 *num.* 4. 5. 6. C. *h. t.*

## ad L. Si quis pro uxore. 21. §. 1.

### SUMMARIA.

*Dotis promiſſæ uſuræ remitti non poſſunt. n.* 1.
*Quod limitatur.* 2.

1 REmiſſio uſurarum dotis promiſſæ non ſolutæ eſt donatio, & ita prohibita, ut multis diſputat *Cu-*
2 *no de pactis libro primo, capite ſexto, numero centeſimo nono.* Quod limitatur hic, niſi eo fine remiſſæ uxori, ut ſe ſuoſque aleret, tunc enim onera matrimonii fert uxor *Cuno d. capite ſexto, numero* 116. Autor *ad L.* 2. *n.* 1. *ſeqq.* C. *de Pact. Convent.*

## ad L. Papinianus. 23.

### SUMMARIA.

*Donatio conjugi ſaltem promiſſa, morte non confirmatur. num.* 1.
*An id jure novo mutatum.* 2.
*Sufficit tamen ficta traditio.* 3.

Donatio

Digitized by Google

1 DOnatio conjugi facta per nudam promiſſionem,
non ſecuta traditione, morte non confirmatur,
& idem in donatione inter patrem & filium. *l. 2. C. ſi
quis alteri vel ſibi. Tiraq. de conſtit.poſſeſſ.part.1.v.49.&
53. & de retract. convent. ad fin.tit.num 48.Mant.d.t.4.
num.32. Sanchez. l.6.diſp.14.num 6 Vaſq.de ſucceſſ.creat.
§.15. num.90. & de ſucceſſ. progreſſ. §.1. numer.138. Ema-
nuel à Coſta in repet.c. ſi pater. p.1. verbo legavit.num.4.
de teſtam. l.6. Dn. Struv. th.30. Berlich. p. 2. concluſ.15.
numer.15.* Licet putent, per *Nov.162. cap.1.* huic eſſe
2 derogatum. *Cuno de pact. cap.6. num.192.* Kohl *de pact.
dot.part.2.num.10.Zœſ.h.t.num.24.*Autor *ad L.1.n.7. 8.
9.C.h.t.*conf. *Wiſſenb.th.11.* Ficta tamen traditio ſufficit,
3 per *l.32 § 5 ff.h.t.Sanchez.diſp.14.num.12. Mantica d.t.7.
num.33. Molina D. 289. num.5. & 8. Trentacinq. l.3.d.
reſ. 6. num.4.* Kohl *de ſucceſſ. conjug. p 2. num.19.*conf.
ad hanc legem *Clarus §. donatio qu.9. num. 6. Caſtrenſ.
conſ.138. lib.1.Boroll.conſ.56. num.25.*

## ad L. Sed & ſi. 25.

*SUMMARIA.*

*Donatio rei alienæ inter conjuges valet. num.1.*
*Ob rem donatam non agitur de evictione. n.2.*

1 REs aliena conjugi donari poteſt, quia donantem
non reddit pauperiorem; Et ita, quia titulus ju-
ſtus, poteſt donatarius uſucapere. *Dn. Struv. h.t.th.28.
Wiſſenb.th.5.*Nec ob rem donatam ad evictionem tene-
2 tur donans, quia à traditione incepit. *l. Ariſto.18.§.fin.
ff. de donat.Cuno de pact.c 6.n.236.*

## ad L. Inter eos. 27.

*SUMMARIUM.*

*Ante nuptias, etiam in die nuptiarum, donatio vali-
da eſt.*

DOnatio ante nuptias, ſeu ſponſalia largitas valet,
ut notum eſt ex *tit.C. de donat. ante nupt.Sanch.
l.6.diſp.18.*Autor *ad L 4.n.5.C.de donat. ante Nupt. Et
ad L.6.C.d.t.n.4.& 5.*Hoc hic ampliatur, etiamſi eodem
die ſequantur nuptiæ *Sanch.l.6.diſp.1.n.7.*

## ad L. Si id quod. 28. §. fin.

*SUMMARIUM.*

*Mulier annuum promiſſum compenſare poteſt, ſi de ſuo in
familiam quid impendit.*

MUlier ratione annui promiſſi non habet actionem,
habet tamen jus compenſandi, quod ex *§.præced.*
videtur reſtringere. *Petr.Barboſ.ad l.qua dotis.34. n.67.
ff.ſolut.matrim.* Autor *ad L.11.n.12.C.t.* Si ſcilicet de ſuo
quædam impendat ad alendam familiam freta promiſ-
ſione mariti.

## ad L. ſed ſi vir. 31.

*SUMMARIA.*

*Caſus diverſi proponuntur.n.1.*
*Operis ſuis quod acquirit uxor, ad quem ſpectat? nu-
mer. 2.*
*Diſtinctio veſtium. 3.*
*Si in area ſibi donata uxor quid exſtruat, maritus ad
impenſas reſtituendas tenetur.4.*
*Pacta donationis cauſa adjecta inter conjuges non valent.
num. 5.*
*Maritus uxori ante diem ſolvere poteſt.6.*
*Quod ſecus in dote. 7.*
*Perſuaſio, ut uxori legetur, non eſt donatio.8.*
*Donationes natalitia quando inter conjuges permiſſa
numer. 9.*

1 TRes caſus *hic in princ. & §. 1.* reſoluti ſecundum
*P. Barb.in l quæ dotis.34.titul.1. numer.69.* Primus
caſus eſt, quando mulier ex lana ſibi á marito do-
nata veſtes confecit, & tunc eſt mulieris. Secundus,
quando vir ex lana propria conficit veſtem uxori, & ad
ejus utilitatem, & tunc veſtis eſt mariti. Tertius eſt,
quando uxor ex lana propria conficit veſtes operis
ancillarum mariti, & tunc ſi muliebres, ſunt uxoris,
2 ſi viriles, mariti. Colligitur exinde, quicquid ſuis
operis acquirit uxor, marito acquirere, quia tenetur
ad operas obſequiales. *Coler. de proc. execut. p.1. cap.
2. n.169. Dn.Struv. exerc.29. th. pen.* Aliud videtur in
artificialibus. *Menoch.conſ.1.num.16.Cuno d.c.6.de pact.
num.206.verſ.Æquè uxor marito ubi plures citat.* Col-
3 lige deinde diſcrimen inter muliebres veſtes & viri-
les. Nec omninò rejiciendum diſcrimen inter mulie-
bres veſtes quotidianas & feſtivas, licet hic non repe-
4 riatur. Maritus inſulam ab uxore in ſua area uxori do-
nata exſtructam vindicaturus, expenſas reſtituere de-
bet, *§.2.h l.& l.10.ff.de doli mali except.Dn. Struv. Ex.
5 30.th.27.*Pacta etiam contractui inter conjuges licita, v.
gr. venditioni adjecta, ſi hæc pacta donationis cauſa
fiant, v. gr. ne venditor quid præſtaret, ad quod alias
ex natura contractus tenebatur, omninò ſunt invali-
da: licet contractus principalis ſit validus. *§.4.& 5.h.l.*
6 Quod maritus uxori debet in diem, ante diem ſine
metu donationis ſolvere poteſt. *§.6.h.l. Zœſ.h.t. num.8.*
quia quod debetur in diem præſenti ſtatu verè debi-
7 tum eſt. Sed *ex hoc textu* non colligitur, conſtante
matrimonio dotem reſtitui poſſe; nam iſta reſtitutio
eſſet prœmatura donatio, per *titul. C.ſi dos conſtante
matrim. Surdus de aliment. titul* 8. *priv.* 34. *Menoch.
conſ.378. num.36.* Nam dotis reſtitutio debetur ſub
conditione ſoluti matrimonii, & maritus certo dam-
num incurret; Sed in debito in diem ante diem ſo-
luto non eſt certum lucrum omiſſum, nec certum dam-
num. *Petr. Barb. ad l 2. p.2. num.2.ff.ſolut.matr.* Si te-
8 ſtatori mihi legatum perſuaſerim, ut uxori leget, non
eſt donatio, *§. 7. hujus legis*, quia de meo nihil do, &
non poteſt hic fingi acceptatio legati tacita vivente te-
ſtatore, qualis in donatione inter vivos fingitur vel
9 præſumitur, *de quo ſupra ad L.9. numer.2. h. t.* Et
licet donationes inter conjuges in die Natalis Salva-
toris noſtri, vel die natali conjugis ſint licitæ, hoc ta-
men declaratur §.8. ſi ſint modicæ.

## ad L. Cum hic ſtatus. 32.

*SUMMARIA.*

*Donatio inter conjuges an & quando morte confirmetur.
num. 1.*
*Quid ſi pœnitentia intercedat.2.3.*
*Tempus mortis hic retrahitur ad tempus contractus. 4.*
*Donatio exceſſiva judici inſinuanda.5.*
*Caſus, ubi morte donatio non confirmatur.6.*
*Jus novum in pignoris datione 7.*
*Divortio intercedente, non convalidatur donatio.8.*
*Nec donatario prius decedente.9.& 11.*
*Aliud ſi ſimul pereant.13.*
*Per divortium quando revocetur donatio.10.*
*Ex rebus donatis una alii legata, reliqua non revocan-
tur. 14.*
*Donatio inter conjuges jungi prohibitos, nec morte con-
firmatur.16.*
*Donata in matrimonio nulla, ſciente utraque parte, Fiſ-
cus vindicat.17.*

1 DOnatio inter conjuges confirmatur morte donan-
tis, adeo ut à tempore donationis valuiſſe videa-
tur, & fructus conſumpti non repetuntur *l.8.C h.t.
ibique* Autor *num.2.& 3.* nec induſtriales etiam extan-
tes. *Pinell.l. 9. ad l. 2. C. de reſc. vend.p.2. cap.4. n.51.*
2 *Covarr part.3.Rubr.de teſtam.n.7.Wiſſenb.hic th.14.* Niſi
per pœnitentiam revocata, nec de novo confirmata.

*Mant.d l.21.tit.11 num.1 ſeq.Sanchez.d.l.6 D.15.* Autor
*ad L.15.numero 3.C.h.t.* Opus autem eſt, ut evidenter
de revocatione & pœnitentia conſtet, §.4.*h.t.* Et addi-
tur *in fine* §.3. ratio, quia ambulatoria hominis vo-
3 luntas eſt uſque ad extremum vitæ exitum. Sed id de
morte naturali, non civili intelligendum. *l.13.§.1.&*
*l.24.h.t.Wiſſenb. h. t. th.* 13. licet diſſentire videantur
*Tiraq. in l.21. tit.7. num.9.& ſeq. Sanchez. l.6. diſp.* 17.
qui tamen id ita intelligunt, quod revocari donatio
poſſit, donec mors naturalis ſequatur, *Mant d.l.n.12.*
& ita in effectu conſentiunt. Autor *ad L.3.num.6.C.h.t.*
4 Quando autem morte donatoris confirmata eſt dona-
tio, retrotrahitur ad tempus donationis, quaſi ab ini-
tio valuerit, *arg. l.25.* C. *h. t. Sanchez de matr.l.6.D.*
*16.Molina d.d.289.n.8.Mantica l.21.t.7.num.24. Cuno*
5 *d.l.n.265.*Sed ſi excedat 500. ſolidos donatio, aut expreſ-
ſe à defuncto debuit confirmari, aut actis inſinuari, non
valet, per *d.l.25.C.h.t.* ut tamen quoad exceſſum tan-
tum ſit irrita. *Gomez. c.4.n.17.Molin.d.*D.289.*num.7.*
Kohl *de pact.dotal* Dni Autoris *num.4 & 7.ad d. l. 25.*
6 C.*h.t.Cuno d.c 6.n.26n.* Non confirmatur morte dona-
tio, ſi ſequatur actus, per quem tacitè videtur receſſiſſe
à donatione §.3.*h l.32.* v. gr. obligatio pignoris & rei
alienatio, quia id quod ſpeciali jure ſuſt nerui, facilius
per tacitam revocationem poteſt tolli, *hic & l.48. h. t.*
*Molin.d.diſp.289.num.11.in fin.Balth d.l. n.132. Sanchez.*
7 *diſp.15.num.5.*Autor *ad L.12.n.1.2 3.C.h t.*Sed quoad pi-
gnoris dationem hoc mutatum. *Novell.162.c.1.§.1.VViſ-*
*ſenb.th 16.Ritterh.p.5.Novell.c 12 n.6 Zaſ.h.t.numer* 23.
8 Per divortium etiam videtur receſſiſſe à donatione.
*Sanchez.d.l.6.D.15.Trentacinq.tit.donat.reſ.6.n.5.* Nec
9 confirmatur morte donatio, quando donatarius prior
decedit. *c fin.X.h.t.Sanchez lib 6.D.14.numer.*20 *& ſeq.*
Autor *ad* L.18. *C.h t.* Ob divortium etiam tacitè re-
10 vocatur donatio. §.10.*h.l.* niſi bona cum gratia fiat, &
appareat donantem voluiſſe, ut firma maneret. *Manti-*
*ca d.t.10.num.*8.*Molina d.* D. *n.12. Balthaſ.d.l.num.*137.
11 Autor *ad L.7.num.1.& l.9.num.*1.C.*de Repud.*Quando
donatarius ante donantem moritur, non poteſt donatio
morte confirmari, §*ſi ambo* 14.*h.l.* quia mors non in-
venit confirmandum, & non potuit donatarius jus,
quod nondum habuit, transmittere. *Molina d.D.n.*
11. *Mantica de tac. & amb. convent. lib.*21. *tit.*11. *nu.9.*
*Sanchez. l.6. D. 14. num.*20. *& ſeq.Boer.deciſ.355 in fine.*
12 Etiamſi in hæredes donatarii collata fuerit. *Carpz.p.*
13 2. *conſt.*13. *def* 14. *Dn. Struv. th.* 31 Quando verò ſi-
mul eodem caſu donator & donatarius pereunt, tunc
valet donatio. *vid.l.8. ff. de reb. dub. & ibi not. VViſ-*
*ſenb.th.*8. conf. *Covar.l.2.reſol. capite ſeptimo, numero*
*quinto, Cuno de pactis l 1. capite ſexto, numero ducente-*
14 *ſimo ſexageſimo tertio* Non videtur autem omnes res do-
15 natas uxori revocare, ſi quaſdam alii leget, §.15.In §§.
*ſequentibus* agitur de perſonis, ſed quæ conjuges in
ſua poteſtate habent, de filiofamilias, ſocero ac nu-
ru & ſimilibus, quæ ſupra propoſita, & minorem in
foro uſum habent, eo quod matrimonium moribus
noſtris ſoleat à patria poteſtate liberare, quando ac-
cedit ſeparata œconomia Autor *ad* L.3.*numero* 4. *C.h.*
*t. Et ad L.4. d.t. Et ad* L. 5. *h.t. Et ad L.19 C.h.t.*
16 Donatio facta inter eos conjuges, qui conjuges ju-
re eſſe non poſſunt, non tantum eſt revocanda, ſed
nec morte conjugis donantis confirmari poteſt. §.*pen.*
*h. l. Petr. Barb. ad l. ſi cum dotem.* 23 *paragraph. fin.*
17 *numero vigeſimo, ff. ſol. matr.* conf. *Vinc. de Franchic*
*dec.52. num.* 2. Quando utrique conjugi nota eſt nulli-
tas matrimonii, aut donatum accipiens errat in ju-
re, donata ab utroque ut indignis auferuntur, & Fiſ-
co applicantur. *§. ult. h. l.Covar. de matrim.parte ſe-*
*cunda, capite ſeptimo, paragraph. prim. numero octavo,*
*Sanchez. diſp.2.& ſequent.Petr.Barb.in l.ſi ante 6. nu-*
*mero trigeſimo octavo, ff. ſolut. matr. Eman.in repet. l.ſi*
*pater. p 1. verbo uxorem de teſtam.l.6.* Cephal.*conſ.*390.
*num.*69.Autor *ad L.7.n.f.C.h.t.*

## ad L. Si ſtipulata. 33.

### SUMMARIA.

*Nuda promiſſio annui facta à marito, morte confirmatur. num.* 1.

*Aliud ſi uxor annuum promittat.* 2.

1 LIcet donatio, quæ in nuda promiſſione conſiſtit,
morte non confirmetur, *l. Papinianus, h. t.* niſi
traditio ſequatur, promiſſio tamen annui, facta à ma-
rito uxori, morte confirmatur, quia non eſt mera do-
natio. *Petr. Barboſ. ad l. qua dotis 34.nu.67.ff.ſol. matr.*
2 Autor *ad* L.11.*num.*12.C.*h.t.* Sed in annuo promiſſo fa-
cto ab uxore marito ſecus; nam hoc contra naturam ſe-
xus eſt, & requirit majorem ſolennitatem. Nam ma-
ritum uxorem alere moris eſt, non contra *Campegius*
*de dote p.1.q.3.*conf.*l.9 §.fin ff.de jur.dot.*

## ad L. Si donatæ. 36.

### SUMMARIA.

*An uxor vindicante marito, præcisè rem donatam reſti-tuere teneatur? n.*1.

*An maritus jurato æſtimare poſſit rem.*2.

M*aritus in caſu præſtita æſtimationis ad evictionem te-netur.*3.

*Actus poſterior priorem confirmans, non eſt novus.n.*4.

1 QUæſtio hic talis. ſi maritus, qui donaverat uxo-
ri fortè rem pretioſam, pœnitentia ductus, vin-
dicet rem donatam, quæritur 1. an uxor præcisè tenea-
tur rem reſtituere? Et reſp. quod non; quod hic ſpe-
ciale: nam uxor poteſt æſtimationem, vel rerum pre-
tium ſolvere, ex hac ratione; quia donatio mariti &
ejus propenſa voluntas cauſam poſſeſſioni dedit.
Sed cur non maritus admittitur ad æſtimationem per
2 jusjurandum faciendam? Reſp. ex dicta ratione. Sed
3 ſi uxor æſtimationem præſtiterit, an ei maritus cavere
debet de evictione? Quod aff. quia hæc quaſi vendi-
tio eſt. Hæc Cujac. *tom.1. ad hanc legem, Dynus in c.*
*ſine poſſeſſione de R.I.lib.6.Zaſ.in l.in depoſiti.12. n.2.ff.de*
*re jud.* ubi vide etiam à me notata. In §. 1. dicitur; ſi
4 ſponſus dederit arrhæ loco rem alienam, & conſtante
matrimonio aliam rem det pro ea, non eſt nova do-
natio, ſed prioris tantum confirmatio; & ſic valida
eſt. *Cujac. d. l.* undè concluditur actum, priorem con-
firmantem; non eſſe novum. *Mev. p 4. dec.*326 *nu.*7.
Et facilior eſt confirmatio veteris, quam inchoatio no-
vi. *Cephal.conſ.*519.*n.*23. Et ſurrogatum in alterius locum
ſapit ejus naturam *Tiraq. de primogen.q.*40.*n.*43. Autor
*ad L.*10. *num.*3.C.*de Advoc div jud.*

## ad L. Servus communis. 38.

### SUMMARIA.

*Re communi uxori donata, partem mariti non acquirit. num.* 1.

C*onjunctis ſcientes & patientes rem ſuam donari, conſen-tire cenſentur.*2.

M*ater ſi filio ex communibus bonis ſumptus nuptiales det, non conferuntur.*3.

1 SI ex fratribus tribus unus uxori ſuæ fundum com-
munem, cæteris fratribus conſentientibus; donet,
pars tertia acquiſita mulieri non eſt, ſed cæteræ duæ
partes. Unde colligunt; conjunctos ſi ſciant rem ſuam
2 donari, & non contradicant, videri in donationem
conſenſiſſe. *Covar. in cap. Johannes num.4.X.de teſtam.*
*Tiraqu. de Retract. conſangu.* § 1.*gloſſ.9.num.*154. Licet
id videtur reſtringere *Roſenthal. de feud. c.9. membr.2.*
*concl.77. num.*10. conf. etiam Menoch. *lib.2.A. Qu.caſ.*
88.*num.*15.ubi enumerat caſus, in quibus donatio præ-
ſumitur. *& Petr. Barb.in l.qua dotis.34.n.17.ſeq. ff ſolut.*
*matrim.*

*matrim. Gravetta conſ. 466. num.8, Laur. de Pinu. conſ. 108. num 2. Randenſ. lib.1. reſp.1. num.110. Bertr. conſ.141. num.5. lib.2. p.1.* Colligunt etiam, matrem ſi ex communibus bonis filio uni nuptias fecit, has expenſas à filio non eſſe conferendas. *Berlich p.1. dec.8.* quia fratres præſumuntur conſentire.

## ad L. Quod adipiſcendæ. 40. & duas ſequentes.

### *SUMMARIA.*

*Quæ ob dignitatem conſequendam dantur, valent. numer.1.*
*Ut & ad ſtudia. 2.*

1 QUicquid ob dignitatem conſequendam conjux
conjugi donat, eatenus ratum eſt, quat. dignitati conſequendæ ſatis eſt. *Hartm. Piſt. lib. 1. qu. 44. nu. 12. Berlich. p.2. concl.15. numer.20. & ſeqq. Mant. lib.12. tit. 4. numero vigeſimo tertio. Wiſſenb. tit. 7. Molina D.*
2 *289. num.17.* Autor *ad L.21. num.1. & 2. C. h. t.* Sic etiam
quod ſtudiorum ac pietatis cauſa donatur, validum eſt. *Cuno d.c.6. num.237. & ſeq.*

## ad L. Inter virum. 43.

DOnatio, à marito, in exilium ituro, uxori facta, valida eſt, quia ad ſuſtinenda onera facta videtur.

## ad L. Si extraneus. 44.

### *SUMMARIUM.*

*Uxor rem mariti ab alio acceptam, ſi omnes in ignorantia verſentur, uſucapere poteſt, etiamſi maritus poſtea reſciſcat rem eſſe ſuam.*

EGo, rem mariti, ignorans, uxori, ignoranti, rem mariti eſſe, vendo, & maritus ipſe ignorat rem ſuam eſſe; omnia bona fide acta. Uxor rem ſtatim non adquirit, quia mea non fuit, ergo dominium transferre non potui! Uxor tamen poteſt uſucapere. Sed pone, maritum antequam res uſucaperetur, ſcientiam rei ſuæ conſecutum eſſe, quæritur an uſucapere uxor poſſit? Videtur quod non, quia maritus ſciens & non repetens videtur donare, donatio autem inter conjuges prohibita: Sed affirmatur, quia primordialis titulus attendendus, qui eſt venditionis, & maritus hanc videtur ſuo nomine confirmare; conf. *Balbus de praeſcript. part.3. parte 1. qu.12. num 3.*

## ad L. Utrum negotium. 47.

### *SUMMARIA.*

*Maritus ex officio maritali impendens non repetit. numer.1.*
*Quid ſi dubium an ex officio maritali impenderit. 2.*

1 QUando maritus quid expendit ex officio maritali
quaſi ad id obligatus, deque eo manifeſtè conſtat, non præſumitur animus repetendi, *l.1. C. de negot. geſt. & l.27. paragraph. fin. eod.* Licet expenſæ ſint
2 magnæ. *Alex. libro ſecundo, conſil. centeſimo decimo. numero ſecundo.* Quando verò dubium eſt, an ex officio maritali aliquid expenderit, veluti quilibet extraneus, tunc diſtinctio locum habet, an magna an exigua ſit impenſa, per *h. l. Ruin. volum. 4. conſilio centeſimo, numero quinto, Garcias de expenſ. capite quarto, numero vigeſimo quarto, Petr. Barb in l. qua dotis. 34. numero ſexageſimo ſecundo, & ſexageſimo tertio.* conf. *Aldolerand. conſilio nonageſimo nono, numero ſecundo, numero decimo quarto,* Autor *in C. t. de Negot. geſt. ad Legem primam, quintam, & ſextam.*

## ad L. Quæ jam nuptæ. 48.

### *SUMMARIA.*

*Maritus donatum uxori repetere poteſt, etiamſi ab ea acceperit legatum. n. 1.*
*Ratio deciſionis. 2.*
*Reciproca donatio omnium bonorum valet. 3.*

1 MAritus donavit uxori rem, uxor ampla relinquit marito legata & moritur, quær. an maritus donatam rem poſſit vindicare? Vid. quod non, quia uxor compenſandi animo videtur legaſſe, & donatio hæc videtur reciproca ac remuneratoria. Sed affirm. Rationem dicunt eſſe hanc, quia in contrarium
non fuit facta reciproca donatio. *Lud. Rom. ſing. 820. Tiraq. ad l. ſi unquam verb. donatione largitus num. 116.*
2 *Gail. l.2. obſ.40. n.7.* ubi plures citat; Licet poſſit dici, donationes hic eſſe inæquales: nam una donatio eſt ſimplex altera mortis cauſa; una eſt revocabilis, altera non,
3 &c. *vid. Additionator. ad Romanum d ſing 820.* Hinc patet reciprocam donationem omnium bonorum eodem tempore factam valere. *Gail. l. 2. obſ. 126. numero 3. Hippol. de Marſil. ſing. 333.*

## ad L. Sulpitius. 49.

### *SUMMARIUM.*

*Donatio fundo marito facta ut filio reſtitueretur valida eſt.*

MUlier ſi fundum dedit marito hac conditione, ut mortuo marito fundus veniret ad filium communem, cum omni emolumento fructuum; quia eo caſu pater interpoſitus ut nudus miniſter, non ut pater, & ad ſimilitudinem extranei, valet illa donatio; niſi color donationi ſit quæſitus. *libro tertio, conſilio 243. numero quadrageſimo tertio.*

## ad L. Quintus Mutius. 51.

### *SUMMARIA.*

*Ab uxore acquiſita, ex mariti bonis cenſentur profecta. num 1.*
*Quod & ad acquiſita in anno luctus extenditur. 2.*
*Uxor etiam operas artificiales marito debet. 3.*
*Hinc acquiſita regulariter ad maritum pertinent. 4.*
*Quæ in domo reperiuntur, mariti præſumuntur, niſi illata probentur. 5.*
*Sed ſi maritus ſecundus ſit, omnia præſumuntur eſſe primi. num 6.*
*An uxor, quod ſibi emit, acquirat marito. 7.*
*Si maritus confiteatur, pecuniam ex bonis uxoris eſſe, an valeat? 8.*
*Caſus, ubi uxor non ex bonis mariti acquiſiviſſe cenſetur. num. 9.*
*Si maritus cum uxore ſe obliget m. rite utilitas præſumitur. num. 10.*

1 QUicquid uxor acquirit, conſtante matrimonio, in dubio præſumitur acquiſiviſſe ex bonis mariti, ne id cenſeatur alioquin ex turpi lucro ad eam perveniſſe, *Caſtr. conſ.397 nu.3. lib.1. Ant. Fab lib.4. C. tit. de probation. def.36. Ricc. collect. deciſ.190. Gail. lib 2. obſ. 78. num.9. Maſcard. de probat. concl. 214. per totam, & concl.1007. n.31. & concl.1081. num. 42. Angelus conſ.31. Petr. Barb. in l. Gajus 46. num.12. ff. ſolut. matr. & plures citans Berlich. p.2. dec. 224, 18.* Autor *ad L.6 num.9.10. C. h. t.* Quod etiam Berlich. extendit cum Dd. licet in an-
2 no luctus vel in adminiſtratione manens poſt annum luctus acquirat. *dec. 224. numer.19. & ſeqq. Boer. deciſ. 81. Guido Papa dec. 468. inf Cravetta conſ 61. nu. 7. vol 1.*
3 *Berlich. d. l. numer.25. & ſeqq.* Imò omnes operas ſuas marito debet uxor, etiam artificiales, ut volunt Dd.

*arg l 48. de operis libert. l.31. pr. ff h. t. Heig. p.1 quæſt.*
*30. num.12. Petr. Peckius de teſtam conjug. l. 2. capit. 9.*
*numer 1. Dn. Mevius ad Jus Lubec. p.2. art.12. num.134.*
4 Ideoque bona, conſtante matrimonio acquiſita, regu-
lariter ad maritum pertinent. *Carpz. l.1. reſp.85 Anton.*
*Matth. de matrim. diſp.4. th. ult. Dn. Struv. exerc.29.*
*th.56. Wiſſenbach diſſ.44. th.12. Zoeſ. h. t. num. fin.* Unde
cautelam ſuggerit Cœpolla fortè minus cautam *caut.*
194. & aliam cautelam habet *Tiraqu. ad l. ſi unquam.* C.
5 *de revoc. don. verbo: donatione. num. 96.* Colligitur *ex*
*hac l.* quicquid in domo reperitur, præſumendum eſ-
ſe, quod ſit mariti, niſi quod illatum probatur. *Covar.*
*l. 3. reſol. cap.19. numer. 3. Petr. Peck. de teſtam. conjug.*
*l.2. cap.1 num 1. Dn. Mev. p.5. dec.360. num.12. & ſeq.* Ul-
6 terius *ex eo textu* colligit *Dn. Mev. d. l.* ubi maritus no-
vus à vidua inductus, omnia præſumi prioris mariti
eſſe, tum favore liberorum, quibus alias noceri poteſt;
tum odio ſecundarum nuptiarum; tum ob non ap-
parentes ſecundi mariti facultates; ſcilicet ſi nullum
inventarium factum, ea qua omiſſione vel ſola fraus
colligi poteſt. Ideoque ſi quæ deminuta, vitrico in-
cumbit probatio, quod ſine culpa ſua perierint, &c.
conf. *Dn. Mev. d. l. def.361.* Sed quid ſi maritus & uxor
ſimul prædium emant, vel uxor ſola ſibi emat? Reſp.
tunc illo caſu pro parte, hoc caſu tota acquiritur uxo-
7 ri, licet *ex hac lege* præſumatur, pretium ea mariti
bonis fuiſſe, donec contrarium probetur. Sed licet
conſtet, pretium à marito ſolutum, maritus tamen
tantum habet actionem perſonalem, uxor verò domi-
nium. Ideoque *ex hac lege* non probatur, uxorem
quod ſibi ſpecialiter emit, acquiſiviſſe marito, ſed
ſibi acquiſivit; ſed marito debetur pretium, ut pro-
lixè hoc deducit *Berlich. p.2. deciſione vigeſima ſecunda,*
8 4. *numer.39.* Sed quæritur; ſi maritus confiteatur pe-
cuniam ex bonis uxoris proveniſſe, quia hæc vide-
tur tacita donatio, an hæc tacita donatio morte ma-
riti confirmetur? juxta *l.23. h. t.* quod affirmare vi-
detur *Berlich. p.2. dec.225.* ut tamen valeat infra 500.
ſolidos, per *l.25. C. h. t. ibique* Autor *n.* Sed traditio tamen
videtur neceſſaria, aut quid ſimile. Sed contra regu-
9 lam *hujus legis* admittuntur contrariæ probationes,
præſertim mulier negotiatrix, vel artificium aliquod
exercens, & propria induſtria acquirens, non præſu-
mitur à marito accepiſſe, qua de re *Cuno d. tr. c.6. n.159.*
10 *& ſeqq.* Ex hoc etiam poteſt probari, ſi maritus cum
uxore ſe obliget, quod tunc in mariti utilitatem contra-
ctus cedat. *vid. Cuno de pact. c.7. n.6.*

## ad L. Vir uſuras. 54.

*SUMMARIA.*

*Maritus uſuras conſtante matrimonio non exigens, donaſſe videtur. n.1.*
*Vera ratio decidendi hujus legis. 2.*

1 SI maritus per integrum tempus matrimonii non
petierit uſuras, donaſſe videtur. Menoch. *l. 3. præſ.*
*25. num.6. Boer. dec.196. num.4. Riminald. conſ.451. nu.60.*
2 *Decianus conſ.103. numero quinto, & ſeqq.* Sed ratio
decidendi *in hac lege* alia eſt, ſcilicet maritus. 1. Do-
tis uſuras nunquam exegit. 2. Dotem uxori prælega-
vit. Donationem confirmavit verbis fideicommiſſi.
*Petr. Barb. in l. qua dotis. 34. num.51. ff. ſol. matr.* conf.
*Surdus de aliment. titul.1. quæſtio.46. numer. 116. & ſeq.*
*Romanus conſ.517. num. 16.*

## ad L. Uxor. 55.

*SUMMARIUM.*

*Mulier rem ſua pecunia emptam vindicare poteſt, & aliis creditoribus præfertur.*

UXor marito donavit pecuniam, maritus ex ea
emit rem mobilem vel immobilem, quæritur, an
mulieri detur utilis rei vindicatio? Quod affirm. Si
maritus non ſit ſolvendo, & ſic uxor in hac re præ-
feretur omnibus mariti creditoribus, ut Domina. *Ti-*
*raquell. de retr. conſangu. §.1. gloſſ.9. num.65.* Autor *ad*
*L.12. n.6. C. de Jure dot.* & hunc textum datis paribus
terminis in aliis etiam procedere putat *Petr. Barb. p.3.*
*rubr. ff. ſol. matr. num.85. Ant. Fab. lib.5. conject. c.9. circa*
*fin. Connan. lib.4. c.17. n.10.*

## ad L. Ea quæ à marito. 57.

DOnatio quæ inter maritum & uxorem prohibita,
in ſtipulationem converti poteſt, & tunc vali-
da eſt. Stipulatio autem hic non fit, ſed probatur per
ſcripturam. *vid. Hillig. in Don. lib.14. c.36. lit. N.*

## Ad L. Pen.

INter ſponſum & ſponſam de præſenti non poſſunt
fieri donationes. *Scipio Gentil. de donat. int. vir. &*
*uxor. l.4. c.1. & hunc referens* Dn. *Struv. exerc.30. th.24.*

## ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n.1.*
*Donatio remuneratoria inter conjuges valet. 2.*
*Modo merita ſint ſingularia 3.*
*Valet etiam donatio inter virum & uxorem, ſi fiat ad alimenta. 4.*

1 MAritus uxori donaverat 50. thal. uxor ex his duos
equos comparat, & eos donat marito, quæri-
tur an valeat donatio poſterior. Reſp. Affirm. quia eſt
tantum compenſatio. Ex quo, ut ex *l.15. h. t.* colligi
2 poteſt, donationem remuneratoriam inter conjuges
valere, ſi cauſa & quantitas unius donationis ſit
correſpondens alteri, aut merita donationi æquipol-
leant. *Lud. Rom conſ.517. num.28. Tiraqu. in l ſi unquam*
*verbo donationem largitus. n.* 8. C. *de rev. don. Berlich.*
3 *dec.91. num.2. & ſeq.* Et merita ſint talia, ad quæ alias
conjux obligatus non erat, ut ſi vitam periclitatus pro
4 conjuge, de quo *Cuno de pact. capite ſexto, numer.206.*
*& ſeqq.* Valet etiam donatio inter virum & uxorem,
ſi donatio fiat ad alimenta. Autor *ad L.2. num.4. C. de*
*Pactis Conventis.*

---

## TITULUS II.

### *De Divortiis & Repudiis.*

## ad L. Rubric.

*SUMMARIA.*

*Sponſalibus hodie renunciare non licet, nec deſuper juramentum deferre. n.1.*
*Juramentum purgationis tamen aliquando admittitur. num. 2.*

1 SPonſalia dirimebantur repudio miſſo, quod de
Jure Can. in ſponſalibus de præſenti, & Jure
Conſiſtoriali ſecus, quo in poteſtate partium non eſt,
vel directo renunciare promiſſioni nuptiarum, vel
tranſigere ſuper repudio; vel in arbitrium compro-
mittere, nec juramentum contra ſponſalia deferre.
*Carpz. p. 1. Juriſpr. C. 22. Beuſt. de ſponſ. cap. 45. Dn.*
*Richter. dec.8. num.26. & ſeq. Dn. Mev. p.5 d.21.* adeò, ut
nec parentibus ſponſæ deferri debeat *Dn. Richter. d. dec.*
*8. n.28.* Sed juramentum purgationis interdum locum
habet, quod ſi v. gr. ſponſus recuſet præſtare, actrix in
ejus, ſi fugitivus ſit, bona immittenda. *vid. Dn.*
*Richter. d. deciſ. 8.*

ad L.

## ad L. 1. & L. Uxores. 6.

*SUMMARIA.*

*Matrimonium quomodo diſſolvitur. n. 1.*
*Cauſa divortii. 2. 3.*
*Quando hodie vinculum matrimonii tollatur. 4.*
*Quid de errore qualitatis ſentiendum. 5.*
*Separatio quoad thorum & menſam quando obtineat? num 6.*
*Hoc caſu maritus ad alimenta tenetur. 7.*
*An ob morbum Hiſpanicum detur ſeparatio. 8.*
*An ob cœlibem vitam diſſolvi poſſit. 9.*
*An ob captivitatem. 10.*

1 DIſſolvitur matrimonium divortio, morte, capti-
vitate vel ſervitute? cauſas divortii certas expri-
2 mit Imperator in *l.* 8. C. *h. t.* Sed pauciores cauſæ ex-
preſſæ *Novell.* 22. *c.* 15. donec tandem his, ipſia paucio-
res cauſæ ſtatutæ. *Novell.* 117. *cap.* 8. & 9. Nam 1. uxor
maritum repudiare poteſt. 1. Ob crimen læſæ maje-
ſtatis, etiam ſola ſcientia commiſſum. 2. Ob inſidias
3 vitæ uxori ſtructas. 3. Ob lenocinium. 4. Ob calum-
nioſam adulterii accuſationem. Si cum aliis mulieri-
bus ejuſdem Civitatis ſuſpectam familiaritatem contra-
xit, nec monitus deſiſtat. Autor *ad L.* 8. *n.* 4. *ſſ.* C. *de Re-
pud.* Maritus verò uxorem repudiare poteſt. 1. Ob cri-
men læſæ majeſtatis. 2. Ob ſuſpicionem adulterii, Au-
tor *ad L.* 14 *num* 1. *ſeq* C. *de Nupt.* 3. Inſidias vitæ ſtru-
ctis. 4. Convivia & lavacra cum aliis viris. 5. Si invi-
to marito extra ejus ædes pernoctaverit, citra proba-
bilem cauſam. 6. Si nolente marito theatris interfit. *vid.
Matth. Stephan. ad Novell.* 22. *n.* 51. & *ſeq.* Autor *ad L.* 8.
4 *n.* 1. *ſſ.* C. *h. t.* Hodie & apud nos admittitur ſeparatio
quoad vinculum ob adulterium. *Matth.* 19. 2. Ob mali-
tioſam deſertionem 1. *Cor.* 7. 17. Autor *n.* 12. 3. Ob inha-
bilitatem non ſupervenientem, ſed præexiſtentem &
naturalem, ab altera parte ignoratam. *tot. tit. X. de fri-
gidis & malefic.* Autor *ad L.* 8. *num.* 6. *ſſ.* C. *h. t.* Ob er-
rorem qualitatis ſeu caſtitatis in fœmina. Sed de hac
multum dubito, & cum par caſtitas jure divino in
utroque requiratur, non video, cur non uxor mari-
5 tum ob ſtupra antea commiſſa condemnatum ita re-
pudiare poſſit. Aut. *ad* L. 8. *n.* 13. *ſſ.* C. *h. t.* Sed ſeparatio
quoad thorum & menſam tantum fit ob ſævitiam,
inimicitias capitales, & inſidias vitæ ſtructas, ſi alte-
6 ra pars aliis modis ſecura ac tuta reddi non poſſit; Et
maritus hoc caſu alimenta uxori ſuppeditare tenetur;
niſi bona illata ad alimenta ſufficientia reſtituerit. De
7 quo vid. *Carpz. in Juriſpr. Eccl. lib.* 2. *tit.* 11. & *in pr. crim.
qu.* 63. & *Beuſt. de matr. p.* 2. *cap.* 34. Sanè non puto ini-
quam eſſe ſententiam *Pruckmanni conſ.* 26. *n.* 4. & *ſeq.*
8 *vol.* 1. Si maritus vita luxurioſa ſibi morbum Hiſpani-
cum conciliaverit, quod poſſit uxor ſeparationem à
vinculo petere, præſertim ſi tempore matrimonii fecit,
aut ante nuptias fecit; Si error qualitatis parit ſeparatio-
nem, quis eſt hoc errore pernicioſior? Licet autem Ju-
ſtinian. ob cælibem vitam diſſolutionem vinculi conce-
dat, per *Auth. quod hodie. C. de Repud.* Sequimur tamen
hac in parte Canones, qui in conjugio conſummato
id non concedunt. *vid. Chriſtin. v.* 3. *dec* 138. *n.* 2. *Dn.
Struv. h. t. th.* 39. *Dn. Richter. ad d. Auth.* Captivitas hodie
non dirimit matrimonium, ſed manet illud, donec
de morte alterius conſtet, per *Novell.* 117. *c.* 11. & *auth.
hodie.* C. *h. t. c.* 19. *de ſponſal.* Et ita derogatur etiam *Nov.*
22 *c.* 7. *vid Sanchez. l.* 2. *de matrim. diſp.* 46. *Farin. in qu.*
140. *n.* 45. & 49. *Covar. de matrim. p.* 2. *cap.* 7. §. 3. *num.* 4.
*Wiſſenb. diſp.* 48. *th.* 14. Autor *ad L.* 7. *num.* 12. *C. h. t. Et ad*
L. 5. *n.* 6. 7. *C. Solut. Matrim.*

## ad L. Divortium non eſt. 3.

*SUMMARIA.*

*Factum calore iracundiæ non attenditur, niſi perſeverantia accedat num. 1. 2.*
*Iracundiæ effectus aliquot. 3.*

1 QUicquid in calore iracundiæ dicitur vel fit, non
prius ratum eſt, quam ſi ex perſeverantia appa-
ruit judicium animi fuiſſe. *hic* & *l.* 48. *ff. de R. J.* Autor
2 *ad* L. 3. *num.* 5. *C. h. t.* Sic igitur per calorem miſſo repu-
3 dio ſi brevi reverſa uxor, nec divertiſſe videtur. Un-
de colligitur, iracundiam conſenſum deliberatum ex-
cludere, pœnam minuere, contractum reſcindere.
*Tiraqu. de pœn. min. cauſa* 1. *Sebaſt. Medices de caſibus
fortuitis p.* 1. *qu.* 17. *Barb. Locuplet. lib.* 9. *cap.* 85. *Beſol-
dus conſ.* 293. *Carpz. quæſt.* 147.

## ad L. Si filia. 5.

*SUMMARIUM.*

*Filia in fraudem patris divertens, non præjudicat patri in pacto de dote ſibi reſtituenda.*

QUando pater paciſcitur cum marito, ut, filia in matrimonio mortua, ſibi reſtitueretur dos, ſi filia in fraudem patris divertat, patri ſuccurrendum eſt, ut & eo caſu pater accipiat dotem. *Petr. Barb. in l. ſi cum dotem.* 23. *pr. numer* 48. *ſolut. matrim. Gomez. in* §. *item ſi quis in fraudem* &c. *num.* 35. *Inſt. de act.* conf. *Dn. Richter ad Auth. E. contra num.* 14. & *ſeq.* C. *de repud.* Autor *ad* L. 3 *num.* 2. *C. h. t.*

## ad L. Uxores. 6.

*SUMMARIA.*

*Uxor maritum captum quamdiu exſpectare teneatur? num. 1.*
*An uxor maritum deſertorem quinquennium exſpectare debeat. 2.*

1 CApto ab hoſtibus marito, mulier expectare de-
bet maritum, ſed ſi incertum ſit, an vivat, ex-
ſpectare tenetur quinquennium. *vid. not.* Dni. Auto-
2 ris *ad l.* 1. *num.* 10. *Et ad L.* 7. *num* 12. C. *h. t.* Ex hac
autem lege non poteſt colligi, quod uxor à marito
malitioſè deſerta præcisè quinquennium expectare te-
neatur, quia de juſta expeditione contra hoſtes lo-
quitur. *Matth. Stephan. ad Nov* 22. *num.* 36. *Finckelth.
obſ.* 111. *n.* 6 Cætera *in hoc titulo* ferè ab uſu receſſere,
ut ex dictis patet. Nec divortium cum bona gratia ad-
mittitur, per *l.* 6. & *ll. duas ſequentes*, ſed conjuges
cum bona gratia in gratiam redire compelluntur.

---

## TITULUS III.

*Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.*

## ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Si duo inſtrumenta eodem die confecta, dotis inſtrumentum præfertur. 1.*
*Hoc ampliatur. 2.*
*Privilegia dotis remiſſivè. 3.*
*Cauſa illata dotis ſummaria eſt. 4.*
*Uxor, ſi contra maritum agatur, etiam in executione intervenire poteſt. 5.*
*Habet exceptionem contra creditores mariti. 6.*
*Statuta huic legi contraria an valeant. 7.*

1 SEmper dotis cauſa eſt præcipua. Autor *ad L. un.
num.* 7. *C. de Rei ux. Act.* Pone ergo duo reperiri
inſtrumenta eodem die confecta, & in utroque hy-
pothecam conſtitutam eſſe, nec apparere, cui prius
conſtituta ſit, in dubio doti prius conſtituta videtur,

2 *per hanc L. Petr. Barb. ad h. l. part.2. in pr.* Quod Dd.
extendunt, licet non ipſa mulier, ſed hæres ejus
agat, licet cum Fiſco concurrat mulier, & licet te-
ſtes de menſe conveniant, de die dubitent *vid. Maſ-
cardus concl.* 575. Igitur hic tractant Dd. privilegia
dotis, de quibus *Bald. Novell. in tr. de dote paſſim. Mynſ.
cent.3. obſ.3. Ricc. collect. dec.146 Zaſ. ad h. l. tom.2. Petr.
Barb. hic*, quia *part.3.* agit de privil. dotis ante conſum-
matum matrimonium, *part.5.* de privil. conſtante ma-
trimon. & in *part.6.* de privil. ſoluto matr. competenti-
bus, conf. *Notata* Dni. Autoris *ad l.2. ſupra de Jure do-
tium.* Hinc etiam ſequitur, ſummariam debere eſſe
3 cognitionem cauſæ ſuper illatione dotis. *Dn. Mev. p.4.
deciſ.263.* Sic etiam, ſi agatur contra maritum, uxor
4 contra executionem intervenire poteſt, etiamſi liqui-
diſſimum ſit debitum. *l. ubi adhuc 29. C. de jure dot.
Dn. Mev. p.4 deciſio.59.* Nam habet uxor exceptionem
5 contra creditores mariti; *arg. reg. in 55. §. cui damus de
R. I. Ant. Fab. l.5. cod. tit.7. def.10. Matth. Colerus de proc.
execut. p.1. capit.2. numer.139. Bald. Nov. de dote p.7.
privil.18 & 24. Neguz. de pign. p.5. m.1. num.29. Carpz.
p.2. cap.24. def.11. Berlich. p.1. concl.84. n.47. Franc. Bal-
6 thaſar, tit.1. reſ.8.* Sed reperiuntur ſtatuta, quibus jubetur
uxor ſolvere creditoribus mariti, quæ *huic legi* contraria
7 Sed quia rationem habet probabilem, ideò talia ſtatuta
ſuſtinentur. *Carpz. dec.60. conf. ad l.1. lat.ſſima repetitio
hujus legis prima*, quæ reperitur inter opera *Bolognet-
ti* ad primam Infortiati, ubi ex profeſſo de privile-
giis dotis agit.

## ad L. Soluto. 2. pr.

*SUMMARIA.*

1 *Dos uxori reſtituenda ſi ſui juris. n.1.*
*Et niſi dos ab extraneo data. 2.*
*Maritus paciſci poteſt de retinenda dote. 3.*
*An ob liberos retineri poſſit dos. 4.*
*Actio de dote profectitia patri & filiæ communis eſt. n.5.*
*Dotem profectitiam & adventitiam quis repetat 6.7.*
*Patri agenti quando filia conſentire videatur. n.8 9.10.*
*Ubi voluntas alicujus requiritur etiam præſumta ſufficit. num.11.*
*Exceptio, ſi filia juſtam contradicendi cauſam habeat. 12.*
*An idem, ſi ex ſtatuto conſenſus propinquorum requiratur. num.13.*

1 DOs ſoluto matrimonio mulieri debet reſtitui, Au-
tor *ad L.29. num.15. ſeqq. C. C. de Jure dot.* quam &
maritus ab initio ei, & non alii, cum incommodo ſuo
debet promittere, quod intelligendum de uxore, quæ
ſui juris eſt, & ipſa dotem dedit: Nam ſi extraneus
2 pro ea dederit dotem, ille ſibi reſtitui ſtipulari poteſt;
per L. *un. §. accedit. C. de rei uxor. act. vid. Zaſ. & Petr.
Barb. & illo Zaſ. in part.2. Antinom. numer.12. t.5. p.8.*
Dn. *Vice-Canc.* Kohl *p.1. de pactis dotal. num.45. & 82. &
ſeq. qui plures citat.* Autor *ad L.7. n.2. & 8. C. de Jure dot.*
Sic etiam paciſci poteſt maritus, ut per mortem uxoris
3 ſibi dos maneat, quod dicitur lucrum dotis, de quo
tractatum ſcripſit *Roland. à Valle.* Propter liberos etiam
retineri poteſt dos. Quod quamvis plerique negent, fru-
4 ſtranea tamen hæc concertatio, cum conſuetudo ſit re-
ceptiſſima, ob liberos retineri poſſe, ſoluto matrimo-
nio, dotem. *vid. Cevallos qu.378.*
*Ad §.1.* Actio de dote profectitia, quæ filiæfam.
5 data eſt, communis eſt patri & filiæ, nec alter in al-
terius præjudicium petere dotem aut maritum delega-
re poteſt, nec filiæ factum patri nocet, nec maritus
promittere reſtitutionem alterutri debet, ſed utrique
*§.1. h. l. vid. Zaſ. ad h. §. & Petr. Barb. & Ant. Fab. l. b.13.
conject. cap.5.* Autor *ad L.2. num.1. C. h. t.* Summatim ut
6 dicam, dotem profectitiam petit emancipata filia ſola,
filiafamilias petit cum patre. Filia mortua, petit pa-
ter, ſive illa fuerit filiafamil. vel emancipata. Dotem
7 adventitiam filia emancipata petit ſola, in pote-
ſtate patris conſtituta petit cum patre, filia mortua, re-
petit is, qui dedit, & reſtitui ſibi ſtipulatus eſt, alio-
quin eam lucratur maritus. Ita Bach. compendiosè *in
Treutl. d. 7. th.11 lit. C. Vice-Canc.* Kohl *p.1. de pact. dotal.
numero quadrageſimo, Petr. Gregor. lib.9. Synt. titulo vi-
geſimo ſecundo. & ſeq. Petr. Barb. ad l.2. h. t. §. ſi in patris.
n.38* Autor *ad L.2. n.2. C. h. t.*
8 *Ad paragraph.* 2. Conſentire videtur filia patri pro
dote agenti, ſi non expreſſè contradicat. *§.2. h. l. Petr.
Barboſ. in h. l.2. § fin. num.3 & ſeq* Autor *ad l.1. n.1. & 2.*
9 *C. de filiifam.* Quod item in filia furioſa hic dicitur,
quæ nonquam pro diſſentiente habetur. *vid. Decius*
10 *l.5. de R. I. in 6.* Secus in abſente, ubi cautione de rato
11 opus eſt. Unde colligunt Dd. ubi aliquid fieri debet
de voluntate alterius, id de præſumpta voluntate etiam
intelligendum eſſe. *Bald. hic & Zaſ. num.4. Campeg. de*
12 *dot. part.5. q.81.* Sed limitatur deciſio: niſi filia habuerit
juſtam cauſam contradicendi; nam tunc ſi filia ta-
cuit, videtur habuiſſe animum diſſentiendi, & tacuiſ-
ſe propter reverentiam paternam. *Petr. Barb. hic. num.10.*
Juſta autem cauſa recuſandi eſt, ſi pater ſit profligatæ
13 vitæ. *Zaſius ad l.2. h. t. n.12.* Autor *ad L.7 n.3. & ſeqq.
C. h. t.* paragraphum *hunc* ad ſtatutum extendit, ſi con-
ſenſus propinquorum ad contractum mulieris requira-
tur, *Chaſſanaus in conſuet. Burgund. rubr.4. § 7. in textu.
Si ce n'eſt du Conſentement. n.6. & ſeqq.* conferri poteſt.
*Cagnolus ad rubr. C. de pact. num.* 20. & quos magno
numero refert *Barboſ. locupl. lib.18. c.1. axiom.7.*

## ad L. Non ſolum. 3. 4.

*SUMMARIA.*

*Pater & filia in receptione dotis concurrere debent. n.1.*
*Agere & ſolutionem recipere an unum ſint. 2.*
*Caſus ubi patri ſolviſſe ſufficit. 3.*
*An in bonis adventitiis filius ſolus ſolutionem recipere poſſit. 4.*

1 SIcut actio de dote communis eſt patri & filiæ, nec
illi ſine hujus conſenſu datur actio, ita neque pa-
ter ſolus recipere ſolutionem poteſt, neque liberatur
ab uxore maritus; quia communio actionis, ut effi-
cit conſenſum filiæ eſſe neceſſarium, ita ad receptio-
2 nem magis requiritur. Nam petere minus eſt, quam
recipere. Procurator ad petendum datus non poteſt
tamen recipere ſolutionem. Unde colligunt, quod
agere in judicio, & recipere extra judicium Solutio-
nem, de pari procedat. *Zaſ. hic. nu.5. & ſeq. Petr. Barb.
n.1. & 2.* Sed ſi patri ſoluta dos in filiæ utilitatem con-
3 verſa, liberatur maritus, per *l.4. h. t. Zaſ. ibid. n. fin.* Si-
cut autem pater poteſt petere dotem, ſi caveat de rato.
*l.2. § fin* ita idem in ſolutione recipienda admittendum
*Barboſ. hic.* In bonis tamen adventitiis, in quibus
4 pater non habet uſumfructum, filius non poteſt age-
re ſolus, & tamen ſolutionem recipere poteſt; quod
probare volunt ex *l. fin. ex principii fine, verſ. neceſſi-
tate. C. de bonis quæ liberis*, per tradita *Barb. hic numer.3.*
Sed dubium eſt, an ibi ſermo ſit de talibus bonis ad-
venticiis, in quibus uſusfructus patri non competit.
*vid. Capella Tholoſ. dec.306.*

## ad L. De Diviſione. 5.

*SUMMARIA.*

*Soluto matrimonio fructus ultimi anni pro rata temporis dividuntur. n.1.*
*Fructus ante matrimonium percepti augent dotem. n.2.*

1 QUando matrimonium ſolutum eſt, & de reſtitu-
tione fructuum agitur inter maritum & uxo-
rem, vel ejus hæredes, ultimus annus ſoluti matrimo-
nii, ſi hoc præceſſerit, à traditione prædii dotalis
numeratur; ſed ſi traditio dotis præceſſerit, numera-
tur à die matrimonii contracti, & ſic pro rata anni ita

computari

2 computati dividuntur fructus. Sed fructus ante matri-
monium percepti reſtituendi ſunt, & dotem reddunt
opulentiorem, per *l.6.h.t.Zaſ.hic part.13.& Petr. Barb.
hic & in d. l. 6.*

## ad L. Fructus. 7.

### *SUMMARIA.*

*Ante fructuum diviſionem impenſa deducenda n.1.*
*Quod caſu declaratur.2.*
*A fructibus ſemper expenſa deducenda.3.4.*
*In decimis Eccleſiaſticis quare expenſæ non deducantur.5.*
*Caſus §.1. proponitur.6.*
*Fructus Civiles inter viduam Paſtoris & ſucceſſorem, quomodo dividendi.7.*
*Quod uxori donatum, vel quod amovit, cum fructibus ultimi anni compenſatur.8.9.*
*Annus hic latius & ſtrictius capitur.10.*
*Fructus pecoris quoque pro rata anni dividuntur.11.*
*Ad quem pertineat theſaurus in fundo dotali repertus. num.12.*
*Marmor in fundo dotali repertum, ad quem pertineat. n.13.14 15.*
*Quid in materia bituminoſa.16.*
*Maritus rem inutilem utilem reddens, non reſtituit pretium fructuum perceptorum.17.*

1 QUando fructus ſunt dividendi inter maritum &
uxoris hæredes, debent ante omnia deduci im-
penſæ, fructuum gratia factæ, ſive à marito ſive ab
2 uxore ſint factæ. Autor *ad L.7.4. C. de uſufr.* Sed quid
ſi uxor dedit vineam in dotem Kalend. Septembr. &
duravit matrimonium quatuor annos, poſtea mortua
eſt uxor Kalend. Octobris, hic unus menſis excurrit,
& ſic fructus ultimi anni ita diſtribuendi, ut maritus
conſequatur duodecimam partem fructuum ultimi
anni, & hæredes uxoris undecim partes; quia ve-
rò uxor antequam vineam plenam fructibus marito
in dotem daret, fecit in eam ſumptus, hi ſunt jam
deducendi de fructibus ultimi anni, quia hi viden-
tur in locum fructuum primi anni ſurrogati. *vid. Zaſ.
hic num. 3. Petr. Barb. num.1. & 2.* Licet ille diſſen-
tiat in ultimo, & deductionem putet eſſe facien-
3 dam à fructibus primi anni. Collige ex regula; quod
fructus ſemper intelligantur deductis expenſis, de quo
*Barb. hic num.6. & ſeqq. Garcias de expenſ. c.1. nu.11.
Caſtillo de uſufr.c.77.n.6.* Autor *ad* L.5 *n.3.C.de R. V.* Et
*d.*L 8.Et *ad* L.1.*n.3.C.de Fruct.* quod etiam in feudo Do-
mino aperto locum habet. *Koppen.dec.30.num.45.* Exce-
4 ptio habetur in *l.34.§ 1.ff.de uſufr.* Sed quæritur cur in
5 decimis Eccleſiaſticis non deducantur expenſæ, *cap.22.
& c.26.X.de decimis. Alex.Moneta de decimis?* Reſp.
quia colono partiario Parochiali ſimilis eſt poſſeſſor
fundi, ſocius autem partialis non deducit expenſas:
quia operas & impenſam colonus ponere videtur pro
ea parte fructuum, quæ apud eum remanere debet, cum
*Alex. & Zaſio hic Petr.Barb.n.16.plures citans.*
6 *Ad* §. 1. Caſum §. 1. ita *Bachov.in Treutl.* proponit
*vol.2.diſp.7. th.17. lit.*C. Autor *ad* L. *un. n.62.C.de Rei
Ux. Act.* Mulier fundum jam maturis fructibus vinde-
miæ tempore in dotem dedit marito, hic perceptis
fructibus fundum Kalendis Novembris locavit, divor-
tio extremo die Januarii facto, vindemiæ fructus, cum
quarta portione mercedis inſtantis anni, pro tribus
videlicet menſibus debita, confundendos eſſe, & ex ea
pecunia tertiam partem viro relinquendam eſſe hic di-
citur. conf. *Donell. & Hillig. lib.14. cap.7. lit. D.Zaſ.
hic num.2.ſeq.Coraſ.in miſcell.lib.5.cap.7.Petr.Barb. in
part.1.hujus l. Hartman.Piſt.part.1.q.24.n.8. & ſeq. add.*
7 *VViſſenb adh.t.th.20.Zœſius h.t.n.17.* Quomodo fructus
civiles inter viduam Paſtoris & novum Paſtorem divi-
dendi. *vid. Carpz. de l. 1. de Juriſpr. Eccl. d.173. &*
8 *def. ſeq.* ubi de fructibus naturalibus. Quando mu-
lieri quid donavit maritus, vel uxor quid amovit, hoc ſi
conſumptum ſit, poteſt cum fructibus ultimi anni com-
9 penſari *§.5. h.l.* Nec obſtat *l. un. §. taceat 5.C. de R.V.
act.* quia aliud eſt retentio, aliud compenſatio. *Zaſ.hic
n.8.& Petr.Barb n.3.& ſeq.ibique* Autor *n.37.* Qui etiam
10 *hunc textum* de voluntaria compenſatione intelligit,
licet aliter *Zaſius num.12.* Quod de anno dictum, id ad
tempus brevius etiam pertinet, ſi ſingulis ſemeſtribus
aliquid renaſcatur ut lana; Aut ad tempus longius, ſi
v.gr. ſingulis quinque annis fundus demum fructum
ferat, ut in ſylva cædua; nam tempus illud ſive bre-
vius, ſive longius, pro uno anno habetur. *vid. hic*
11 *Zaſ. & Barboſ hic.* Quod *autem* dictum de fructibus
fundi id etiam ad fructus pecoris extenditur, *in* §. 9.
ut pro rata anni diviſio fiat. *vid. Zaſ. & Barb. hic.*
12 Theſauri in dotali fundo reperti dimidia ad uxorem
pertinet; quia theſaurus non eſt fructus prædii, &
maritus ratione fructuum Dominus eſt; ideoque
maritus non acquirit theſaurum, ut fructum, ſed ut
quilibet extraneus ratione inventionis. *Petr. Barb. ad
h.§.n.24. & 29. & ad l. dotalem.6 2. num.3.ff h.t.* Autor
*ad* L. *un. num* 7.C.*de Theſaur.*
13 *Ad* §. 13. Varios *hic* § habet intellectus, ut videre
eſt apud *Zaſ tom.5. Operum ſuorum pag 53. Barb.ad h.§.
Rodericum de annuis redit.lib.1 qu.3.num.17.* Planior au-
tem videtur eſſe hic: quando in fundo dotali reperitur
marmor, quod non renaſcitur, tunc eruendo marmor
aut facit fundum fertiliorem, & tunc marmor acqui-
ritur marito; per *h.* §. aut non reddit fertiliorem. &
tunc non acquiritur marito, per *l. ult. ſupr. de fundo*
14 *dotali.* Si verò marmor renaſcatur, eſt in fructu, &
acquiritur marito. De quo *Petr. Gregor.l.1.ſyntagm.c.
9.n.3.* & idem in auri & argenti fodinis. *hic & §. ſeq.
Campeg.de dote part.2. qu.30. Marpurg.conſil.27 n.64.*
15 *vol.2.* Ideò in *l.8. h. t.* dicitur: ſi fundus in dotem da-
tus, ex quo lapides cædi ſolebant, cæſos lapides ce-
dere marito, niſi aliud actum. *Roder. d. t. Barb. d. §.*
16 *num.* 10. Et idem in palude bituminoſa, unde ma-
teria igni parando utilis (Germ. Torff) effoditur, re-
ceptum & pronunciatum dicit *Joh à Sande l.5. titul.3.*
17 *dec.2.Ex hoc* §. probatur: ſi uſufructuarius ſumptibus
adhibitis ex palude inutili aquis deductis faciat lo-
cum idoneum eruendo bitumini, quod maritus vel
uſufructuarius non teneatur bituminis pretium reſti-
tuere, licet non renaſcatur bitumen, ut *Joh. à Sandé*
pronunciatum refert à Senatu Friſico *d.tit.3.d.3.*

## ad L. ſi mora. 9.

### *SUMMARIA.*

*Maritus poſt oblationem fundi dotalis, de culpa non amplius tenetur.n.1.*
*Mora uxoris in dote recipienda, relevat maritum.2.*

1 QUando maritus offert fundum dotalem uxori ſo-
luto matrimonio, vel ejus hæredibus & illa vel
hæredes recipere renuunt, ab illo tempore non tenetur
maritus de culpa, & impunè negligit culturam, accep-
tos tamen fructus tenetur reſtituere. *vid. Zaſ. & Barb.*
3 *ad h.l.& Arumæus in tr.de mora c.7.n.3* Et ſic mora uxo-
ris in recipienda dote relevat maritum, ut tantum de
dolo teneatur. *Campeg.de dote p.2.quæſt.67.* quod tamen
de lata culpa etiam intelligendum. Nam à levi tantum
excuſatur, ſive in omittendo; ſive in committendo
conſiſtat. *Barb. hic numer. 27.*

## ad L. ſi ab hoſtibus. 10.

### *SUMMARIA.*

*An liberis extantibus dotem maritus retineat? n.1.*
*Pactũ de lucranda dote ceſſat, ſi maritus uxorem occidat.2.*
*Sed an ibi fiſco locus ſit? 3.*
*Portio ſtatutaria etiam hoc caſu amittitur.4 ſeqq.*
*Idem in adulterio & malitioſa deſertione.6.ſeqq.*

1 FIlia capta, & apud hoſtes mortua, ejus dos ad pa-
trem redit, non ſecus ac ſi matrimonio mortua eſ-
ſet. Ex *hoc aliiſque textibus* ii, qui Bulgarii opinio-
nem ſectantur, probant, ob relictos liberos dotem à
marito retineri non poſſe; cum *hic & ſimiles textus* non
poſſint

Digitized by Google

poſſint benè coarctari ad caſum orbi matrimonii. *vid. Bach. volum. 2. d. 7. th. 11. lit.* C. ſed cum ſententia contraria Martini in toto imperio, penè dixerim orbe, ſit recepta, fruſtra hæc & ſimiles controverſiæ in Acade-
2 miis ventilantur. Habemus alias, in quibus certa ubique obſervantia non eſt, hic diſputemus. Pactum de lucranda dote locum non habet eo caſu, quando maritus occidit uxorem vel cauſam mortis præbuit, vel ejus curam neglexit. *Dd. hic & Dn. Kohl. de ſucceſſ.*
3 *conjugum part. 1. num. 34.* Sed hoc caſu fiſco locus non eſt, quia hæreditas non pervenit ad manus mariti, ſed pertinet ad hæredes uxoris. *vid. hic Zaſ. & Barb. Nov de dote. p. 8. priv. 31. Roſenthal. de feudis p 5. concluſ.*
4 *57. num. 4.* Et idem locum habet in ſtatuto de dote lucranda. *Roll. à Valle in tr. de lucro dotis qu. 61. & qu. 68. num. 9. & ſeqq.* conf. etiam *Hippol. de Marſil. ad l. nihil*
5 *intereſt, num 2. ff. de Sicar. Ruinus lib. 5. conſ. 11.* Eadem ratio ſi non aluit & domo expulit. *Surdus de Alim.*
6 *tit. 1. qu. 32 n. 25. & alii, quos refert* Kohl *d. l.* Et ſic maritus adulterium committendo. *Nov. 22. c. 15. & rurſus & Nov 117. cap. 8.* vel malitioſè deſerendo, vel alimenta denegando, poteſt privari portione ſtatutaria *Berlich. q. 3. concl 36.* & conjux deſerta teſtamento portionem alteri adimere poteſt. *Carpz. p. 3. Conſt. 7 def. 9.*

## ad L. ſi alienam. 11.

### *SUMMARIA.*

*Uxori repetenti res dotales, non obſtat exceptio, quod res aliena fuerint. n. 1.*

*Rei vindicatione conventus, de domino tertii excipere poteſt. 2. 3.*

1 UXori petenti res dotales non poteſt objici, quod illæ non fuiſſent uxoris, ſed alicujus tertii; non enim obſtante hac exceptione, licet mulier rem alienam ſciens dederit, res hæc ei reſtituenda cum fructibus pro rata anni. *Vid. Zaſ. & Barb.* qui duas elicit concluſiones: quod ſi ille, qui à me cauſam habet conveniatur à me ex contractu, non poteſt mihi opponere Dominium tertii. Secunda, quod ſi convenia-
2 tur Rei vindicatione, tunc poteſt opponere de dominio alieno. Utramque concluſionem prolixè explicat *Barb.*
3 *d. l. vid. Cuno de pact. l. 1. c. 6 num. 266.* Et poſterior concluſio communiter recepta, quia exceptio dominii tertii elidit jus agentis. *Barb. hic num. 4. Surdus dec 144. num. 19. Theſ. dec. 4. Klock. volum. 2. conſ. 29. & 58. & ſeq. Hillig. in Donell. l. 20. c. 7. lit. D.*

## ad L. Maritum. 12. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Maritus de dote conventus gaudet beneficio competentiæ. num. 1.*

*Quod ampliatur. 2. & ſeqq. 8. 9.*

*Hoc beneficio renunciari non poteſt. 6.*

*Niſi ubi reverentia ceſſat. 7.*

*Quantum quis facere poſſit, tempore rei judicatæ inſpiciendum. 10.*

*Hoc beneficium non tranſit ad hæredes. 11.*

*Quid in indulto moratorio? 12.*

*Caſus excepti, ubi beneficium hoc marito non datur. numer. 13. & ſeq.*

1 MAritus quando convenitur ad reſtituendam dotem, habet beneficium competentiæ, ut tantum teneatur in id, quantum facere poteſt, de quo plura hic apud interpretes, præſertim *Zaſ. Barboſ. & Manzium in tr. de Aſilo debitorum decad. 3. quæſt. 1. num. 45. & ſeqq.* Autor *ad L. unic. num. 41. & ſeqq. C. de Rei ux.*
2 *Act. Et à L. 8. nu. 1. C. h. t.* Et hæc regula ampliatur 1. licet non ob dotem, ſed ob aliam cauſam ab uxore con-
3 veniatur. *l. non tantum. 20. ff. de re jud.* 2. Ut idem ſit in uxo-
4 re à marito conventa. *l. ex diverſo 17. h. t.* 3. Idem eſt in conjugibus putativis, bona fide tamen contrahentibus. Ita *Dn. Cuno Ordinarius olim hujus Facultatis, de pactis*
5 *cap. 6. num. 169.* cujus ductum in hac materia ſequar. 4.
6 Etiamſi facto divortio agatur. *Cuno d. l. num. 70.* 5. Renunciatio iſtius beneficii, quia hoc ob reverentiam competit, eſt inutilis. Unde *ibid. poſt Dd. Barboſa* hanc regulam format; Privilegio ob reverentiam re-
7 nunciari non poſſe, quia eſſet contra bonos mores *Barb. locupl. l. 16. c. 56. ax. 2.* Autor *ad L. 8. n. 6. C. h. t.* Ex qua ratione etiam colligitur, in aliis exemplis, ubi non ob reverentiam datur hoc privilegium, renunciationem
8 fieri poſſe, uti tradit *Mantz. d. decad 3 qu. 9. n. 35.* 6. Ut maritus hoc beneficium allegare poſſit contra eum, cui
9 per uxorem eſt delegatus. *l. Si prior. 32. h. t.* 7. Ut poſſit
10 etiam fiſco, ad quem mulieris bona pervenerunt, opponi. Pro declaratione autem regulæ notetur, attendendum eſſe tempus rei judicatæ, ut ſciatur quantum facere poſſit, per *l. rei judicatæ. 15. h. t.* conf. hic præter *Zaſ. & Barb. Zang. de Except. part. 2. c. 15. inf. Manzius*
11 *qu. 3. num. 63.* Autor *ad L. 8. num. 7. C. h. t.* Deinde pro limitatione prima notandum, quod hoc beneficium ſit perſonale; quod hæredi non competit, ex *l. 13. ſeq.*
12 Exinde probari poteſt nec indultum moratorium, ſive à creditoribus, ſive à Principe detur, hæredibus competere, nam id defuncto ſaltem datum, qui de damno certabat, ſed hæres certat de lucro. *Vinc. de Franchis dec. 179. num. 3. & quos refert* Dn. *Mev. part. 5. deciſ. 1. 2.*
13 Limitatur: niſi dolo fecerit, ut non ſit ſolvendo. *l. un. §. cum autem C. de rei uxor. act.* aut ſi ſciens ſe non poſſe ſolvere promiſerit *l. pen. de Jure Dotium. Cuno d. l. n. 276.*
14 *& ſeq.* 3. Si per latam culpam maritus ſua bona dilapidaverit. *Cuno d. l. n. 278.* Autor *ad L. un. n. 47. C. de Rei*
15 *ux. Act. Et ad* L. 18. *ff. h. t.* 4. Si maritum ſe negaverit *arg. l. ſi dubitet. 10. §. 1. de fidejuſſ. Cuno n. 279.* 5 Quando
16 ex artificio maritus vel labore vivere poteſt. *Cuno d. l. n.* 280. 6. Si uxor ipſa paupertate laboret. *Cuno d. l. n.* 281. 7. Si conſtante matrimonio, fortè ob æs alienum exigatur dus; nam tunc non eget, quia ab uxore alen-
17 dus eſt, *Cuno d. l. n. 282.* 8. Si reali actione conveniatur.
18 *Cuno n. 283.* 9. Si res ſine vitio ad uxorem pervenerit.

## ad L. Rei judicatæ. 15.

### *SUMMARIA.*

*Hæres mariti ab uxore conventus, quid compenſare poſſit? num. 1.*

*Exceptio ſententiam non impugnans, in executione admittitur. 2.*

*Exceptio adulterii ſciente marito commiſſi non obſtat uxori. 3. ſeq.*

*Compenſatio in dote licita eſt. 5. ſeq.*

1 DE *principio legis* dictum eſt ad *l. 12.* Hæres mariti condemnatus viduæ habet compenſationem 1. ejus, quod maritus uxori donavit, nec morte ſua donationem confirmavit; fortè quia compenſavit. Item 2. ejus, quod vidua amovit. Et 3. ejus, quod maritus in dotis conſervationem impendit; ſed de moribus viduæ coercitionem non habet §. 1. *h. l.* ideſt, hæres
2 ob mores uxoris nihil detrahere poteſt. Ex *quo textu* colligitur, exceptionem, qua non impugnat ſententiam, ſed eam moderatur, etiam poſt ſententiam admitti debere, *Rol à Valle conſ. 28. num. 3. lib. 1. Zang. de*
3 *exc. p. 3. cap. 26. num. 96 Berlich p. 1. dec. 71. num. 6.* Et ne quidem per exceptionem hæres mariti adulterium uxori objicere poteſt, quod marito ſciente commiſerat. *Vinc. de Franchis deciſ. 184. n. 4. Anton. Gabriel. lib. 7. tit. de crimin. concl. 25. n. 8. Petr. Barb. in parte 1. 2. n. 119 &*
4 *ſeqq. ff. ſol. matrim.* Quia remiſſa videtur à marito injuria, quia non præſumitur mortuus immemor ſalutis æternæ. *Petr. Barb. d. l. n. 120 Petrus Peckius ad c. 46 d.* R. *I. l. 6. n. 11.* Generalius collige; Etiam dotis repetitionem ad-
5 mittere compenſationem. *Chriſtin. volum. 3. dec. 38. nu. 7. Trentac. tit. de compenſ. reſ. 1. nu. 18 & quos refert* Lauterb. *ad*

*ad tit. de compenſat. th.9.* Neque hoc jure novo, per
*l. un. C. de rei uxoriæ actione* mutatum, quæ de reten-
tione loquens intra ſuos terminos coercenda. *Zæſius*
*tom.5.p.54.* Autor *ad L.un.n.47.C.de R.V.A.*

### ad L. Ex diverſo. 17.§.fin.

*SUMMARIA.*

*Maritus oppoſito beneficio competentiæ, ſi nihilominus in ſolidum condemnetur, contra ſententiam excipere poteſt n.1.2.*
*Et quidem in executione.3.*

1 MAritus convenitur de dote reſtituenda, & op-
ponit beneficium competentiæ: judex rejecta
hac exceptione condemnat eum in ſolidum, quæritur,
an teneatur in ſolidum? Neg. ſed habet exceptionem
2 doli. Sed cur non ipſo jure nulla, quia continet erro-
rem juris? Sed forte hic error non eſt in ſententia
3 expreſſus. Undè notetur, hic marito competere ex-
ceptionem in executione, licet in ſententia fuerit
rejecta. *Zaſ. ad l. Neſennius. 41. §. fin. num. 3.* Et ſic
erit exceptio, *l. duobus 19. de exec. rei jud.* conf.
*VViſſenb. h. t. th. ult.*

### ad L. Etiam. 18.

*SUMMARIA.*

*Privilegium dotis competit ejuſdem matrimonii liberis. num.1.*
*Ob dilapidationem maritus privatur beneficio competentiæ. 2.*
*Quid ſi culpam commiſerit. 3. & 4.*

1 COmmuniter *ex principio hujus legis* probant Dd.
Licet privilegium Prælationis in dote competat
mulieris liberis, id tamen de liberis ejuſdem matri-
monii eſſe intelligendum. *Bald. Nov. in tr. de dot. part.*
*10. num.26. Neguz. de pignor. membr.4. part.2. nu.95.*
*Petr.Barb.p.6 l.1.n.14.h.t.* Autor *ad L.8.nu.2.3 4. C.h.t.*
2 Quæritur autem *in* §.1. quando maritus in reſtituenda
dote privetur beneficio competentiæ? Reſp. I. Si dila-
pidavit proprias res in fraudem mulieris, ut non eſ-
ſet ſolvendo, tunc privatur beneficio competentiæ. Sed
II. ſi dilapidavit res dotales, ob qualemcumque dolum
aut fraudem privatur beneficio. Autor *ad L. un. num.*
47. C. *de Rei ux. Act.* III. Quando verò culpam in re
3 dotali admiſit, tenetur quidem ad præſtandum dam-
num; ſed beneficio iſto non privatur, & poteſt mari-
tus ſua jura, quæ habet contra furem, vel eum, qui
damnum dedit, exercere. *vid. hic Bart. Alex. & alii.*
Et hinc non puto ſubſiſtere opinionem, quod maritus,
4 ſi propria culpa in paupertatem incidat, non fruatur
beneficio competentiæ.

### ad L. Si cum dotem. 22.

*SUMMARIA.*

*Pactum de reſtituenda ſibi dote ſubſiſtit. n.1.*
*Si in unum caſum de dote reſtituenda pactum, in alterum mulieri datur actio 2.*
*Caſus omiſſus eſt ſub diſpoſitione juris communis. 3.*
*Extraneus ſi dotet filiam, mortuo marito pater uſumfructum in hac dote non habet. 4.*
*Si nomen in dotem detur, idoneus debitor præſtandus. 6*
*Quo caſu detur uxori reſtitutio. 7.*
*Annon ipſo jure talis dotis conſtitutio nulla. 8.*
*Re in ſolutum ob dotem data & evicta datur priſtina actio. 9.*
*Pater dotem filiæ repetens, & eidem quid legans, compenſandi animo feciſſe præſumitur. 10.*
*Legatum, quando compenſandi animo relictum?* 11.
*Legatarius accipiendo Legatum debito videtur renunciare. 12.*
*Quid in uxore furioſa. 13.*
*Quando alimenta uxori debeantur. 14.*
*An quæ dotem non dedit, alenda. 15.*
*Dotis cauſa in caſu diſſipationis licita ſequeſtratio. n.16.*
*Uxor in ſtatu mariti errans, nihilominus habet privilegium dotis. 17.*

1 DUo dicuntur I. Patrem vel extraneum dotem
dantem poſſe paciſci, ut ſoluto per mortem ma-
trimonio ſibi dos reſtituatur in ſolidum. II. Si in unum
2 caſum ſibi providerint, in caſu omiſſo filiam habe-
re actionem, & ita omittendo illum caſum videtur pa-
ter in dote profectitia ſibi & filiæ reſervare actionem
quamvis in caſu omiſſo Dd. ſoli filiæ tribuant actio-
3 nem. *vid. Pet. Barb. ad h.l. pr.n.19.* Unde *ex hoc textu*
probari poteſt regula, quod caſus omiſſus relinquatur
in diſpoſitione juris communis; per allegata *A. Barb.*
*cap.8 lib. 3. axiom.61.* *Ex hoc textu & l. avus ff. de jure*
*dotium.* probare volunt, quod ſi extraneus dotaverit
alicujus filiam, mortuo marito ſoli filiæ competere
actionem, nec uſumfructuum competere patri. *Bald.*
4 *Nov. de dote p 6.priv.33.& p 9.priv.8. Mant. de tac. &*
*amb. convent. lib.12.tit.9 n 15 & hos referens Dn Kohlius*
5 *Vice Cancell.p.1. de pact. dotal.num.56.* Quod hodie eo
minus dubium, cum per matrimonium eximatur pote-
6 ſtati patriæ de conſuetudine Quando mulier loco dotis
nomen inidoneum per novationem accepit, in hoc de-
cepta tunc nihilominus actio ei manebit, & ſic cedens
hic tenetur locupletem debitorem præſtare favore do-
tis. *§.2. h.l. Dd.hic, & Bald Novell.de dote part. 8 priv.*
*20. & Petr.Barb.part 4.rubr.h.t.n. Sforza Oddus de re-*
7 *ſtit.q.10 art.6.in fine.* Ubi hoc ſpeciale eſſe dicit, quod
mulier habeat reſtitutionem in dote; licet diſſentiat
*Joh à Sande in tr. de ceſſion. action.cap.9.num.19.& ſeq.*
8 qui dolo delegantis hoc adſcribit, non favori dotis
Imò generalius colligit *Baldus Novell.d.tr.part 6.priv.*
40. ſi mulier in contractu dotis decepta, ipſo jure non
valere contractum, licet deceptio ſit tantum in re ipſa.
9 *Barb. in l.ſi æſtimatis 51 n.12. h.t.* de quo ultimo tamen
cogitandum Colligunt etiam in dote ſpeciale eſſe,
quod re in ſolutum data detur actio priſtina, licet alias
ſecus. *l.24. ff. de pign. act vid. not* Dni Autoris *ad l.98.*
10 *de ſolut.* Pater qui ſine voluntate filiæ dotem exegit,
eam hæredem inſtituendo, vel eidem legando, tenuiſſe
videtur animo compenſandi, quia pater ex indebita
receptione dotis factus eſt debitor neceſſarius filiæ § 3.
*h l. Petr.Barb.hic numero quinto, Mant. intr. de conject.*
*ult. volunt. lib.10. titul.2.num.2. ſeq. Covar. in c. officii*
*X. de teſtam. Dilectus de arte teſtandi tit.6.cautel 5. Me-*
*noch conſ.309.n.30.* Autor *ad L.6.n.4.C.de Hæred. Action.*
11 Unde colligitur, legatum relictum à neceſſario debi-
tore videri animo compenſandi relictum. *Menoch.l.2.*
*A. q. caſu 282. num 52. & conſ. 206. num. 93.* uti etiam
deciſum in Facultate noſtra menſe Nov. Anno 1660.
Et Legatarius accipiendo legatum debito videtur re-
nunciare, quippe recepit quod ejus vice eſt *Dn. Mev.*
*p.6.deciſ.238.num.4.*
13 *Ad* §.8. Maritus debet uxorem furioſam alere, &
neceſſaria omnia præbere pro quantitate dotis; ſi au-
tem maritus dotem diſſipet, poteſt dos ſequeſtrari.
14 Ex *hoc* collige 1. alimenta uxori præberi regulariter
debere ſecundum quantitatem illatæ dotis. *Color. de*
*proc.execut.c.2.num.197.* Ex quo tamen non ſequitur: ſi
15 dotem non intulit, eam non eſſe alendam, ut recte
*hic gloſſa.* Sicut non ſequitur: Viduus poteſt liberis
illata matris pro bonis maternis ſolvere, wegen ihres
Mutter-Guths / ut pronunciatum ſcio; ergo quan-
do matri nihil debetur, nihil etiam maternæ hæredi-
16 tatis loco debetur. Hoc argumentum non valet. Dein-
de collige: licet, ſequeſtratio jure ſit prohibita; fa-
vore tamen dotis eam admitti, quando maritus
videtur diſſipare dotem, licet ſit locuples. *Baldus*
17 *Novell. de dote p. 6. priv.70. & p.7. priv.25.* Si mulier
nubens in conditione ſeu ſtatu ſervili mariti erraverit,
&

& ita oullum ſit matrimonium, habet tamen privilegiom dotis. §. fin. Zaſ. ad tit. de jure dot. n. 25. Autor ad L. 3. num. 1. C. h. t.

## ad L. Si conſtante. 24.

### SUMMARIA.

*Actio dotis uxori datur, quam primum conſtat, maritum bona dotis ſufficientia non habere. n. 1.*
*Quomodo hoc probetur? 2.*
*Quid ſi uxor interveniens inopiam ſtatim probare non poſſit? 3.*
*Improbatur maritorum practica, qui jure uxorem ſe tuentur. 4.*
*Quid ſi ſpecialis hypotheca uxoris executiatur? 5.*
*Quid ſi uxor interveniens repellatur? 6.*
*Quomodo conſultum uxori, ſi maritus ad inopiam vergat. 7.*
*Uxori ſcienter obarato nupta, an detur repetitio? 8.*
*Maritus ſoluto matrimonio, quando dotem reſtituere debeat? 10. 11.*
*Cautio hic praſtanda. 11. & 12.*
*Quid ſi erga ſervos ſævus ſit maritus. 13.*
*Ad quam diligentiam maritus interim tenetur. 14.*

1 MAtrimonio conſtaute dos repeti nequit, niſi maritus vergat ad inopiam; Et ideò hic quæritor, à quo tempore exactio dotis mulieri competere incipiat? Et reſpond. ab eo tempore, qoo evidentiſſimè
conſtitit, maritum non habere bona ad exactionem dotis ſufficientia. hic & l. 29. C. de jur. dot. Barboſ. hic Afflict. dec. 199. n. 1. Color. de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. 139. Carpz. part. 2. jurispr. conſt. 24. def. 11. & Gail. lib. 2. obſ. 83. n. 2. Molina de Juſt. & jur. D. 429. n. 1. Riccius dec. 141. Au-
2 tor ad L. 29. num. 1. & ſeqq. C. de Jure dot. Sed quomodo hoc probandum eſt? Leviori probatione contra maritum, quam contra creditores opus eſſe, tradit Dn. Mev.
3 p. 2 dec 108. num. 4. Sed ſi uxor interveniat, debetne audiri, quando in continenti non probat inopiam mariti? Negat hoc Dn. Mev. d. l. ſed terminus ipſi præſtituendus eſt ad probandum, quamvis mos ille in abuſum valdè trahatur. Quod hodie, inquit Dn. Mev. d. l. nn. 1. apud nos frequentatur, ut uxores per privilegia dotium
4 maritos adverſus juris executionem tueri promiſcuè conentur, nec juri, nec rationi, nec pudori, imò nec maritorum famæ convenit, ad corruptos mores,
5 & peſſima flagitia referri meretur. Sanè ſi creditor in ſpecialem hypothecam uxoris ſui debitoris ſe immitti petat, audienda uxor conſtante matrimonio, licet noo vergat maritus ad inopiam; ſed ſi generaliter tantum obligata, audienda uxor tantum vergente marito ad inopiam. Dn. Mev. p. 4. dec. 380. alias non. Dn. Mev. p. 5. deciſ. 184. quæ autem requirantur, ut uxor ad interventionem admittatur, vid. Dn. Mev. p. 5.
6 dec. 57. Cum autem uxoris interventio non admittitur, ad forum competens, ubi bona ſita, mulier remitti-
7 tur, Dn. Mev. d. p. 5. deciſ. 58. Hoc vero videtur optimum remedium Dn. Mevio p. 5. deciſ. 90. ut uxor videns maritum labi facultatibus, petat convocari creditores, non ad concurſum, ſed ut iis probet ſuam dotem illatam, & quædam bona ſibi adjudicentur ob
8 alimenta, & præſtandam ſecuritatem. Sed quæritur, an, ſi uxor ſciens obærato aut prodigo nubat, ad paupertatem vergente marito, poſſit dotem repetere? Quod multi negant; conf. Gail. l. 2. obſ. 84. Sed affirmativa mihi videtur probabilior, quia præſumitur uxoris intentio, ut adminiſtratione Oeconomiæ prudenti & monitione ſubveniret marito: & honeſta eſt æſtimatio amoris eo animo ſolo: non ea opibus. l. 3. pr. ff. de donat. int. vir. & uxor. Autor ad L. un. C. ſi dos con-
9 ſtante Matr. Et quæ ex legibus competunt privilegia, non niſi per expreſſam renunciationem auferuntur, & uxor nequidem per expreſſum pactum deteriorem conditionem dotis efficere poteſt. l. 14. & l. 17. de pact. dotal.
Petr. Barb. hic n. 24. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 7. th. ult. lit. A.
10 Finckelth. obſ. 80. Quando autem ſolutum eſt matrimonium, maritus non ſtatim primo anno tenetur reſtituere dotem, ſed jure novo immobilibus habet annum, tenetur tamen præſtare cautionem, quam, ſi præſtare non poſſit, aut nolit, ſtatim tenetur reſtituere ſine ullius commodi retentione; aut apud ſequeſtrum deponuntur bona, ita tamen, ut fructus & interuſurium medii temporis reſerventur marito, & ei præſtentur; non tamen maritus admittitur ad jurato-
11 riam cautionem. §. 2. h. l. Salgado in Labyr. p. 1. cap. fin. num. 154. ubi plures allegat. Et ſic verum eſt, quod hic §. loquatur de cautione ſoluto matrimonio interponenda, ut cum Gæddæo à ſe allegato obſervavit Hering. d. tr. cap. 6. num. 184. & nuper Caſpar. Manzius in tr.
12 de fidejuſſ. c. 4. n. 52. ubi allegat l. 7. §. 6. de donat. inter vir. & ux. & c. per veſtras. 7. X. d. t. Sed quando talis me-
13 tus non allegatur, non habet locum exactio cautionis, Dn. Mev. p. 5 dec. 137. Si maritus in ſervos dotales nimis ſæviit, licet in ſuos æquè ſæviat, præſtare tamen debet damnum per ſævitiam datum. Nam ſævitia in propriis culpanda, ſed in alienis ſeu dotalibus coercenda eſt. §. 5. h. l. Sed in adhibenda diligentia ſufficit, ſi parem ad-
14 hibeat in rebus dotalibus, quam in ſuis. Ergo in bonis ſufficit marito, ſi eandem diligentiam adhibeat in rebus dotalibus, quam in ſuis adhibet: ſecus in malo, ubi magis id cavere debet in rebus dotalibus quam in ſuis. vid. hic Bart. & Dd. & Hippol. Rimmald in tit. Inſt. quib. alienare licet. n. 322.

## ad L. Si filiofamilias. 25. §. 1.

### SUMMARIA.

*Uxor facto divortio contra maritum detinentem res ſuas, in litem jurat. n. 1.*
*Jus retentionis aliquando licitum, ut in Advocato, cui honorarium non ſolutum. 2. 7.*
*Filia reſpectu dotis promiſſæ. 3.*
*Jus retentionis ad juriſdictionis exercitium extenditur. num. 4.*
*Uxori competit jus retentionis. 5.*
*Opilio an à priori Domino detineri poſſit ob debitum. 6.*
*Jus adminiſtrationis & retentionis non ſemper conjunctum. 8. 9*
*Quid faciendum, ſi locandum prædium, in quo uxor jus retentionis habet. 10. 14.*
*Uxor fructus percipiens, ad rationes tenetur. 11. & 13.*
*Appellatio non impedit fructuum perceptionem. 12.*
*Uxor an locationi à marito factæ ſtare teneatur? 15.*

1 SI maritus male detinuerit res uxoris, tantum tenetur divortio facto, quanti in litem juraverit mulier; additur ratio bene notanda: quia invitis nobis res noſtras alius retinere non debet §. 1. h. l. Dum ta-
2 men res noſtra juſte interdum ab aliis detinetur, caſus aliquos, data hic occaſione, de jure retentionis ſub-
3 jicere lubet. Retineri itaque poteſt res noſtra nobis invitis, ſi alteri ſit oppignorata; vel ob meliorationem atque expenſas jus in re acquiſiverit. Sed latius eſt extenſum jus retentionis extra hos caſus. Sic Advocatus retinet acta, donec honorarium ſolvatur; artifex rem fabrefactam, ita ut toties res poſſit retineri, quoties circa rem quid factum. Dn. Mev. p. 2. dec. 150. & dec. 214. Retentionis jus etiam datur filiæ ob dotem promiſſam in feudis paternis, licet in domum mariti tranſtulerit; nam habet jus ad retentionem, licet actu non poſſideat. Mev. p. 3. dec. 370. Et quando uti-
4 tur jure retentionis; exercet etiam juriſdictionem in
5 coercendis ſubditis. Mev. p. 4. deciſ. 60. Multo magis competit uxori in bonis, quin & in feudis mariti. Molign. de jure retent. quæſt. 21. Pruckman. conſ. 7. n. 119. ubi de moribus Marchiæ Brandenb. teſtatur Cothman.
6 vol. 4. conſ. 8. num. 68. & ſeq. Berlich. p. 2. concl. 32. num. 2. Mynſ. c. 6. obſ. 45. Sic, ſi opilio Domino priori aliquid debeat,

debeat, tum poteſt retineri opilio, vel potius ejus res;
ſed ſi quædam debita illiquida, propterea retinere pe-
cora opilionis non poteſt; ſed cautionem pro iis præ-
ſtabit novus Dominus, & ſic cautione contentum eſſe
oportet Dominum priorem, per *l. 5. ff. de ſtatu libert.*
*Mev. p. 3. dec.* 79. Dominus ſecundus tamen non tene-
tur eam cautionem præſtare, ſi nolit; ſed admittitur, ſi
7 vult. *Dn. Mevius. d. p. 3. dec.* 80. Si vero nolit, tandem,
ubi debitum eſt illiquidum juratoria cautione opus
erit. Sic Notarius in documentis literariis jus retentio-
nis habet pro ſalario. *Molign. q.* 159. *Dn. Mev. p. 3. dec.*
8 332. *num.* 4. Cum hoc autem jure retentionis non ſem-
per conjunctum eſt jus adminiſtrationis, v. gr. maritus
nobilis reliquit viduam, quæ utitur jure retentionis.
Vidua à creditoribus diu vexata movet concurſum;
quæritur, an creditores teneantur pati viduam durante
proceſſu jure retentionis uti in bonis? Quod merito
affirmandum, ſed, quod etiam creditores teneantur ad-
miniſtrationem bonorum permittere, quam antea ha-
buit. Negatur; quia hæc à retentione diſtincta, & in
manu creditorum eſt. *tit. ff. de Curatore bonis dando.*
9 *Dn. Mev. p. 3. dec.* 255. *et. p. 4. dec* 88. Creditores enim pe-
tere poſſunt, ut ſalvo jure retentionis adminiſtratio
detur, curatori, melius colant fundus; nam orto con-
curſu creditoribus omnia bona ſunt communia. *l. 6. §. 7.*
*ff. qua in fraudem credit.* Et ſic vidua, vel ipſius hære-
des jure eo ſic uti debent, ne creditoribus cæteris
noceatur, & ne impedire poſſit, quo bona melius à cu-
ratore adminiſtrentur, eo caſu jus offerendi locum ha-
bet. Aut ergo cæteris præſtare debet Retentiarius, ut
ita loquar, quod per frugalem adminiſtrationem alias
habebunt, aut vero pati, ut integro jure ſuo per credi-
tores iſta, prout melius viſum, ordinentur. Hæc toti-
dem verbis *Mev. p. 4. deciſ.* 307. Simile vere tradit *Dn.*
10 *Mev. p. 5. dec.* 213. ſi creditores velint locare prædium, &
uxor cum liberis ob jus retentionis repugnet. Nam
poteſt ita res diſponi, ut conductor viduæ & liberorum
nomine rem teneat, iis omne illud, quod retentione
utentes habituri ſint, præſtet, ut ſic ipſis, quicquid ex
jure retentionis competit, illæſum maneat, aliis vero
ante id præſtitum capere nihil liceat; ipſis vero ſi hæc
non ſerventur, prædium viciſſim occupaturis, & in
priſtinam conditionem redituris; de his omnibus ju-
11 diciali autoritate caveatur. Hæc *Dn. Mevius.* Sed ſi vi-
dua adminiſtret, aut fructus percipiat, tum ad ratio-
num redditionem tenetur, alias non. *Dn. Mev. p. 1. dec.*
12 172. Pendente appellatione tamen fructus & uſuræ, illa
non obſtante, cedunt iis, quibus jus retentionis com-
petit, licet non ſint in poſſeſſione. *Dn. Mev. p. 4. dec.* 340.
13 Sed ſi adminiſtret vidua, tenetur etiam ad rationes
reddendas; licet alios. v. gr. privignos compoſſidere
voluerit: nam in plures adverſarios creditores diſtrin-
14 gendi non ſunt. *Mev. p. 4. dec.* 87. Et ſi pendente con-
curſu locare velint creditores, hoc invita vidua facere
poſſunt, modo alimenta viduæ præſtentur. *Dn. Mev. p. 4.*
*deciſ.* 88. Quicquid autem ſuper alimenta percepit &
conſumpſit, reſtituet, vel in dotem aut portionem ſta-
tutariam imputabit. *Carpz. p. 1. dec. 69. num.* 17.

15 *Ad §. fin.* Maritus fundum dotalem in luſtrum, ut
fieri ſolebat, locaverat, ſed anno primo elapſo ſolvitur
matrimonium, an uxor tenetur ſtare locationi? Nega-
tur, *in §. fin. d. l.* quia non locavit: Sed nihilominus te-
netur cavere marito aut ejus hæredibus, ſe continua-
turam locationem iſtam, & permiſſuram, ut conductor
maneat, aut ſi ejecerit, ſe reſtituturam, in quantum
maritus aut ejus hæredes condemnabuntur conductori.
*Cujac. to. 1. p. 1336. ad h. §.* conf. *ad gloſſam Cephal. l. 5. conſ.*
804. *num.* 40.

## ad L. Semel. 26.

### *SUMMARIUM.*

*Maritus moram in dote commiſſam, dotis obligatione purgat.*

LIcet maritus prius fuerit in mora, & dotem peri-
tam non reſtituit, ſi tamen mutato conſilio poſtea
dotem offerat mulieri, illaque nolit accipere, non ſo-
lum hæc oblatio realis præcedentem mariti moram
purgat, ſed ipſam etiam uxorem in nova mora conſti-
tuit. *Petr. Barboſ. in l. ſi mora. 10. nu. 21. & ſeqq. Neguz.*
*de pigner. part. 3. memb. 3. part. 5. num. 2. verſ. ſecundus*
*effectus.* conf. *Notata* Dni. Autoris *ad l. illud. 17. num. 5.*
*ſupr. de peric. & com. rei vend.*

## ad L. Quoties. 29.

### *SUMMARIA.*

*Pater quando dotem ſibi reddi ſtipulari poſſit. nu.* 1.
*Pater, licet in legitima, tamen in dote filia præjudicare poteſt.* 2.
*Si pater dotem ſibi reddi ſtipuletur, maritus tute uxori non ſolvit.* 3.

1 PAter ſibi appropriat actionem pro dote reſtituen-
da, ſi tempore promiſſionis dotis, aut tempore ſo-
lutionis non promiſſæ dotis, aut ante nuptias ſibi ſti-
puletur. Nam poſtea conditionem filiæ non poteſt red-
dere deteriorem. *Bald. Novell. de dote. p. 6. priv. 17. n.* 2.
2 Unde colligunt, licet dos loco legitimæ ſuccedat & in
legitima filiæ præjudicari non poſſit, per *l. 31. C. de inoff.*
*teſtam.* ſecus tamen eſſe in dote. *Suarez. in repet. d. l.*
*Quoniam. 32. ampliat. 15. nu. 2. & 4. Vaſq. de ſucceſſ. creat.*
*§. 10. nu. 465. Petr. Barb. ad l. ſi cum dotem. 23. pr. h. t. nu* 15.
3 Effectus eſt in §. 1. quod maritus hoc caſu, uxori ſol-
vendo dotem, non liberetur, ob jus patri per ſtipula-
tionem quæſitum.

## ad L. Si marito. 31.

### *SUMMARIA.*

*Mariti bonis confiſcatis, fiſcus dotem ſolvere tenetur num.* 1.
*Competit hoc caſu uxori manus injectio.* 2.
*Quid ſi pars bonorum confiſcata?* 3.
*Uxor recepta dote adhuc fructus ab herede perceptos, repetere poteſt.* 4.
*Poſt rem judicatam fructus jure actionis debiti adhuc debentur.* 5.

QUando mariti bona publicantur, tunc fiſcus mu-
1 lieri tenetur ex bonis mariti, quaſi ad inopiam
redacti, ſolvere dotem. *Campeg. de dot. part. 3. quæſt. 23.*
*& quos allegat Aug. Barb. in collect. ad l. 1. C. de repud.*
*numer. 4. & quos refert Peregrin. de jure fiſci l. 5. capit. 1.*
*numer. 82. Gail. l. 2. obſ. 86. Roſenthal. de feudis capit. 1.*
*concl. 15. numer.* 10. Amor *ad L. 1. numer. 1. C. h. t.* Et uxor
2 propria autoritate poteſt manum injicere in bona ma-
riti confiſcata pro ſua dote, *cum Angelo Peregrinus d.*
*numer. 82. in fine Petr. Peck. in c. non debet. 22. de R. J.*
*in 6. numer. 4. Gail. l. 2. de P. P. c.* 16. Sed ſi pars bono-
3 rum tantum publicetur, non aliter tenetur fiſcus, niſi
pars, quæ manſit marito, doti ſolvendæ non ſufficiat.
*Petr. Barboſ. ad d. l. ſi conſtante. h. t. num.* 29.
*Ad §. ult.* Si uxor dotem recepit, ſed fructus poſt
4 divortium vel mortem mariti ab hærede perceptos non
recepit, quæritur, an fructus adhuc poſſit petere? Vi-
detur quod non, ſicut creditor ſine proteſtatione acce-
pta ſorte non poteſt uſuras petere; Sed affirm. *in §. ult.*
*d. l.* quia fructus augent dotem. Collige, poſt rem judi-
5 catam, in qua præteriti fructus, poſſe adhuc peti fru-
ctus, quando jure actionis debentur, *ut hic* quia ſunt
pars dotis, ſecus ſi officio judicis debeantur, ubi non
poſſunt peti. *vid. Dd. hic. & Surdus conſ. 293. nu. 23. & de*
*alimentis p. 6. quæſt. 3. numer.* 29.

## ad L. Quæ dotis. 33.

### *SUMMARIUM.*

*Maritus uxoris heres exiſtens, dotem ab uxore promiſſam, reſtituere tenetur.*

SI mulier promiſit dotis nomine centum, & adhibuit quendam, qui dotem ſibi reddi ſtipularetur; ſed mulier non ſoluta dote deceſſit, inſtituto hærede mariro, ille ſtipulator poteſt agere ad dotem reſtitnendam; quia additio matiri & ſacta confuſio vim babet ſolutionis. Qnam regulam *ex hoc textu* poſt *Bart. & Dd.* colligit hic *Barb. num. 1. & ſeq.*

## ad L. Titia. 34.

### *SUMMARIA.*

*Patri facto divertio dotem repetiture quid probandum. numer. 1.*
*Ubi duo probanda, unius probatio nihil operatur. 2.*

PAret dotem ſoluto per divortium mattimonio re-
1 petens non tantum probare debet, filiam eſſe in
poteſtate, ſed etiam, filiam ſibi agenti conſentire.
Colligunt inde Dd. hic quando duo ab aliquo proban-
2 da, licet unum probaverit, nihil tamen eſſe actum.
*Maſcard. concl. 689. nu.* 4. Hodie filia per nuptias liberata à patria poteſtate retinet dotem.

## ad L. Dotem. 37.

### *SUMMARIA.*

*Filia ſine juſta cauſa contradicente, pater juſte dotem repetit. num. 1.*
*Contradictio ſine juſta cauſa facta, nulla eſt. 2.*

LIcet filia expreſſe contradicat, ne patri dos ſol-
1 vatur, ſi tamen filia juſtam cauſam contradicendi
non haneat, videtur pater juſtè repetere dotem. *Petr.
Barb. ad l. 2. §. fin. h. tit. numer.* 12. 13. Unde colligitur
2 Theorica, quod contradicere non videatur, qui cauſam contradicendi juſtam non habet. *Bart. & Dd. hic.*

## ad L. Lucius Titius. 38.

### *SUMMARIA.*

*Pater reconciliatione ſua in dote per divortium quæſita, præjudicare nequit. num. 1.*
*Pater injuriam filiæ illatam, an remittere poſſit. 2.*
*Uxor ſua culpa divertens, nec dotem, nec alimenta repetit. 3.*
*Quid ſi maritus cauſam ſeparationi dederit. 4. 5.*

UXor divortium fecit à matiro, poſtea pater matiti
1 reconciliat mattimonium ignaro filio: Sed muliercula iterum repudiat, quæritur, an dos debeatur
filio? Quod affirm. quia pater reconciliando ſponſalia
& martimonium, non potuit jus filio per divortium
quæſitum adimere. *Bald. Novell. de dote p. 6. priv.* 38.
Solent quidem allegare regulam *ex hac lege*; quod pa-
2 ter non poſſit remittere injuriam, filio à perſona conjuncta illatam, Autor *in C. t. de I jur. ad L. x. numer.* 3.
ſed id videtur remotius. *vid. Menoch. conſ.* 470. *num.* 21.
Illud certius, quod ſi culpa mulieris divortium factum,
3 mulier dotem non repetat. *hic & l. 8. §. 4. C. de repud. ibique* Autor *numer. 1. 6. & 7.* nec tenetur maritus ad alimenta. *Garcias in tr. de expe ſ. c 13. nu. 56. Petr. Barb. part. 2. rubr. h. t. numer.* 47 *Rimuald. conſ. 274. num. fin. l. 3.* conſ. *Pinell. ad l. 1. C. de bonis mater. p. 3. nu. 83. & in fin.*
Sed quid ſi culpa mariti, non quidem ob adulterium,
4 ſed ob ſævitiam fiat ſeparatio cohabitationis, à contrario ſenſu videtur concludendum, quod maritus amittat
dotem, Autor *ad L 8. numer. 5. 6. & 7. ad L. 4. 5. & 7. C. de repud.* quia *c. 1. & 2. X. de donat. int. vir. & uxor.* indiſtinctè loquitur, & ita etiam de divortio quoad thorum, non ob ſolam conſanguinitatem. *Panorm. in d. c. 1. numer. 2. Pruckman. v. 1. conſ. 18. in fin. Vivius deciſ. 435. Joh. à Sande libr. 3. tit. 6. def. 1. Berlich. p. 2. concl. 36. nu. 28.*
Sed diſſentiunt alii, ut *Colerus de alim. l. 1. c. 10. nu. 29. & ſeqq. & Carpzov. dec. 291. Finckelth. obſ. 31.* Et horum
5 quidem ſententia obtineret, ſi uxor ſeparata velit contenta eſſe alimentis à marito exhibendis; ſed ſi uxor
nolit alimenta à marito expectare, & fortè inſidias
metuat, officio judicis convenientius puto, ut maritus
jubeatur dotem reſtituere, quo ſe ipſam exhibeat; niſi
fortè liberorum communium alimentatio & educatio
aliud deſideret. Et ſane facilius perſuadebitur marito,
ut cum uxore in gratiam redeat, ſi carere interim cogatur bonis uxoris. Et iniquiſſimum videtur, ut maritus
expellat uxorem, vel ita tractet, ut uxor petere cogatur ſeparationem, ſimulque pati cogatur, ut maritus
6 bonis ſuis fruatur. Et propter onera matrimonii percipit uſumfructum, quomodo vero talis crudelis, & impius homo onera matrimonii feret; Et hoc caſu ob ſævitiam facta ſeparatione dotem uxori reſtituendam eſſe tradit *Hippol. de Marſil. in l. ult. C. de ſicar. num. 2a. laudatus ab Hillig. in Donell. l. 14. c. 5. lit. A.*

## ad L. Viro atque uxore. 39.

### *SUMMARIA.*

*Paria delicta compenſantur. numer. 1.*
*Maritum fœminam impragnatam ducens & ab ea divertium petens, ſi ante ſententiam aliam cognoſcat, divortium impetrare non poteſt. 2.*
*Quid ſi de fornicatione non conſtet, & pro divertio ſententia feratur. 3.*
*Quod ſi maritus adulterium commiſerit, & hoc ei remittatur ab uxore, uxor vero poſtea etiam adulterium committat. 4.*

PAria delicta mutua compenſatione tolluntur, ſcil.
1 ſi civiliter agatur. *Petr. Barb. hic Jaſon. in §. in bona fides. nu. 81. Inſt. de act. Aug. Barboſ. lib. 4. cap. 12. ax 6.*
quod reſtringit *Menoch. remed. 9. recup. poſſ. num.* 168.
2 Sed quæritur ſi maritus uxorem gravidam duxerit, &
divortium petierit, non expectata autem ſententia
aliam cognoverit, hocque ante ſententiam cognitum
fuerit, an ſententia ſeparationis ferenda? Quod nego
(1.) quia error qualitatis non rettactat ipſo jure matrimonium. Autor *ad L. 8. numer* 13. *C. de Repud.* (2.)
Dubium adhuc, an hæc cauſa legitima ſeparationis?
(3.) Dolus hic cum dolo compenſandus, per hanc *l. & c. pen. & ult. X. de adult. Sanchez. de matrim. l. 10. diſp. 6. num. 6. & diſp. 9. numer.* 24. ubi hoc inter omnes conſtare
dicit, quando quis ante ſententiam fornicatur. Sed
3 quid ſi fornicatio nondum nota & ſententia lata? Reſp.
quod tunc matrimonium, per errorem ſolutum, redintegrandum ſit, quia ſententia contra matrimonium
nunquam tranſit in rem judicatam, *c. lator. X. de re jud.*
& tempore ſententiæ ambo ſunt in crimine. *Sanch. d. l.*
Et idem ſtatuunt Dd. ſi fornicatio ſententiam ſeparationis ſecuta. *Farin. qu. 143. num. 35. Gutter. de matrim. capit. 129. num.* 18. & ita tractatum in caſu aliquo menſe
4 Febr. anno 1660. Quæritur etiam ſi maritus adulterium commiſerit, & uxor hoc ei remiſerit, poſtea vero
uxor adulterium committat, an hæc adulteria mutua
compenſatione tollantur? Quod aliquando in Facultate tractatum, & videtur dicendum, quod non; quia
prius remiſſum eſt. Sed in eo caſu mariti adulterium
non erat adeo certum, & ita dici poterat, uxorem cohabitando marito non remittere voluiſſe adulterium,
ſed debitum officium præſtare, adulterio non probato.

## ad L. Poſt dotem. 40.

### *SUMMARIA.*

*Imperſonalis ſtipulatio de dote reſtituenda valet. nu. 1.*
*Extantibus liberis mater retinet dotem. 2.*

SI pater non ſibi, ſed imperſonaliter ſtipulatus ſit,
1 dotem reddi, mortua muliere ſine liberis, pater
poteſt ex hac ſtipulatione dotem petere, *vid. hic. Barboſ.*
2 Et obiter notetur *ex hac & ſimil. LL.* poſſe probari
ſententiam Martini contra Bulgarum, quod extantibus liberis pater retinere poſſit dotem ob liberos, præſertim cum hodie filia per nuptias à poteſtate patria
libere-

liberetur, & per *Nov.* 11. filia ſua bona, & ſic etiam dotem, ad ſuos liberos tranſmittat. *Toeſaur. dec.* 190. *& quos laudat. Dn. Struv. Ex.* 30. *th.* 49. conf. *Zaſ. ad h. t. num.* 12.

## ad L. In inſulam. 42.

### SVMMARIA.

*Dotis promiſſæ uſura præſtandæ, ſi maritus alat uxorem. num.* 1.

*Secus ſi non alat, nec onera matrimonii ferat.* 2.

IN judicio dotis promiſſæ vel ſolutæ veniunt uſuræ,
1 niſi maritus non alat uxorem. §. 2. *h. l. vid. Dd. alleg. a Acc. collect. dec.* 272. Collige, ſi maritus non alat uxo-
2 rem, non poterit petere uſuras dotis promiſſæ, & ſi maritus adeo ignavus non poſſit ferre onera, & potius exhibeatur ab uxore, puto creditores mariti neque ex fructibus dotis ſolutionem petere poſſe: nam fructus tantum eo caſu debentur marito, & ejus creditoribus ſi maritus onera matrimonii ferat; Autor *ad L.* 20. *nu.* 1. *& 6. C. de Jure dot.* ut aliquando obtentum vidi.

## ad L. Cajus. 45.

### SVMMARIA.

*Si avus maternus nepti ſtipuletur, patri non acquiritur actio. num.* 1.

*Pater ſoluto matrimonio uſumfr. in dote adventitia non habet.* 2.

*Extenditur hoc ad cauſas pias.* 3.

QUando avus maternus ſtipulatur nepti, quæ in poteſtate parentis ſui eſt, licet alias jure commu-
1 ni non ſubſiſtat, ſpeciali tamen jure, in cauſa dotis ſubſiſtit, & quæritur nepti actio, neque illa in patrem jure poteſtatis transfertur. *vid. hic Caſtr. num.* 4. *Alex. nu.* 5. *& 7. Barboſ. num.* 6. *& ſeq. & Alciat. reſp.* 699. *numer.* 2. *Ant. Fab. lib.* 13. *conject. c.* 5. *Bald. Nov. p.* 6. *privig.* 22. conf. *Dn. Koblius de pact. dotal. p.* 1. *numer.* 95. Unde probatur
2 patrem ſoluto matrimonio non habere uſumfructum in dote adventitia, quam ſententiam autoritatibus & rationibus firmat *Petr.* Barb. *ad l.* 2. §. *quod ſi in patri.* 5. *num.* 18. *& ſeq. ff. ſol. matrim.* Autor *ad L.* 1. *nu.* 5. *C. de bon. quæ liberis. Et hanc legem* ad cauſas pias extendunt Dd. quia dotis & piæ cauſæ idem eſt privilegium & jus. conf. *Tiraq. priv. pia cauſa.* 11.

## ad L. Mævia. 49.

### SVMMARIVM.

*Maritus æſtimationem nominis in dotem dati, quando præſtare teneatur?*

SI mulier nomen in dotem dedit, maritus autem id non exegit forte ſine culpa ſua, quod exigere non potuerit, vel quod pro locuplete habitus fuerit debitor, maritus æſtimationem præſtare non tenetur. *Colleg. Arg. h. tit. theſ.* 12. *numer.* 3.

## ad L. Æſtimatis. 50.

### SUMMARIA.

*Æſtimatio rei dotalis non ſemper involvit alienandi facultatem. num.* 1. 2. 4.

*Maritus rem dotalem æſtimatam alienans, ad quid uxori teneatur.* 3.

1 QUando res dotalis æſtimata datur marito, quia hæc venditionem facit, alienatio quidem marito licita. *l. plerumque* 10. *ff. de jure dot.* Autor *ad L.* 6. *num.*
2 4. 5. 10. *&* 11. *C. de uſufr.* Interdum tamen eo fine fit æſtimatio, non ut fiat venditio, ſed ut ſi res ſit alienata à marito, conſtaret, quid eventualiter maritus loco rei dotalis præſtare debeat, & hoc caſu ipſa res dotalis
3 reſtituenda. Autor *ad L.* 1. *numer.* 2. *C. Solut. Matr.* Si vero maritus alienavit, fecit id vel conſentiente uxore, vel non; Si hoc, tenetur ad intereſſe: ſi illud, æſtimatio tantum præſtatur. *Petr. Barboſ. hic numer.* 34. Ideo de mobilibus hunc textum accipit *Bald. Nov. de dote p.* 7. *priv.* 1. *numer.* 10. conf. *Signorolus de Homo-Deis in rep. hujus legis num.* 15. *& Dd. ad l. in rebus* 17. *ff. de jure dot.*
4 Colligitur *ex hac l.* æſtimationem non facere emptionem, quando conventum, ut res dotales ſoluto matrimonio reſtituantur. *Covar. pract. quæſt.* 28. *numer.* 4. *ſeq. Rimin. in pr. Inſt. h. t. numer.* 75.

## ad L. Filiæ meæ. 59.

### SUMMARIA.

*Caſus legis. numer.* 1.

*Prima præbenda vacatura mihi ſi promiſſa, ſi quis tenuem repudiet, eam acceptare non teneor.* 2.

*Reſignatio beneficii in fraudem habentis expectativam, non valet.* 3.

1 EMancipatæ filiæ meæ ægrotanti maritus mittit repudium, ut potius hæredibus ſolveret dotem, quam mihi. Reſp. Actionem mihi competere. Autor *ad L.* 3.
2 *numer.* 2. *C. de Repud.* Collige; ſi mihi prima præbenda vacatura promittatur, & aliquis tenuem præbendam habens, ei renunciet, ut hanc acceptem, me acceptare non teneri. *argt. h. l. Bald. hic & Immol. & Johannes Bertachinus in tr. de epiſc. tract. tractatuum l.* 2 *num.* 105.
3 Sic, ſi aliquis habeat Expectativam certi Canonici Præbendæque ſi per mortem vacaverit, huic Canonici licet quidem renunciare, vel reſignare, modo id non faciat in fraudem habentis Expectativam. *Petr. Gammarus de permut. benefic. p.* 2. *nu.* 44. *vol.* 15. *tract.* conf. tamen *Flamminius Paris. de reſign. benef. l.* 2. *qu.* 10.

## Ad L. In his rebus. 66.

### SVMMARIVM.

*Ob inimicitiam tunc tenetur aliquis, ſi ipſius culpa orta ſit.*

DAmnum datum ob inimicitiam, qua alii maritum perſequebantur ob ejus culpam, maritus ſarcire tenetur. Et ſic tunc aliquis de damno tenetur; quando inimicitia orta eſt ipſius culpa. Et ſic explicanda eſt lex. 25. §. 4. *ff. locati* ex hac noſtra lege. *vid. Johan. à Sande deciſ. l.* 5. *t.* 7. *def.*

## ad L. 66. §. Mancipia. 3. vid. L. 18. ſupra de jure Dotium.

# LIBRI VIGESIMI QUINTI,

## TITULUS I.

## De Impenſis in res dotales factis.

### Ad L. Vel ſi vites. 3.

*SUMMARIA.*

*Expenſa perpetua utilitatis gratia facta, à marito ſaltem repetuntur. num. 1.*
*Quod variis exemplis declaratur. 2. ſeqq.*

1 IMpenſæ, quæ fiunt ad perpetuam rei utilitatem, hic conſiderandæ;
non vero quæ ad colligendos fructus factæ: quod variis exemplis poteſt declarari; Impenſæ factæ in exa-
2 ctione nominis, ſi magnæ ſint, minuunt dotem. *Pinell. in l. 1. C. de bon. mat. p. 2. num. 71. & ſeqq. Caldas de empt. cap. 27. num. 31.*
Sic expenſæ factæ in cuſtodiendo prædio dotali, non
3 conſiderandæ, niſi excedant fructus dotis. *Garcias de*
4 *Expenſ. cap. 13 num. 39.* Impenſæ Medicorum non detrahuntur. quia eſt onus mariti & matrimonii *Berlich. dec. 2. numer. 39.* Nec tributum, quia eſt onus fructuum à
5
6 marito perceptorum, per *l. 13. h. t.* Nec ſumptus in collectione fructuum facti imputandi, niſi in ultimo ann. *Donell. l. 14. cap. 8. lit. A. Vaudus l. 22. qu. 22. Roſenth. c. 10. concl. 43. nu. 60.*

### ad L. Et in totum. 4.

*SUMMARIA.*

*Maritus repetit impenſas neceſſarias etiamſi res non extet. num. 1.*
*Quod ad fructuarium & emptorem extenditur. 2.*
*Quid in bona fidei poſſeſſore. 3.*

LIcet res dotalis, in qua fuit facta impenſa, caſu
1 ſit perempta, pretium expenſarum neceſſarium
marito ſolvendum; Et quia *hac lex* loquitur de marito,
2 qui habet dominium ſaltem revocabile in re meliorata,
eadem ratio videtur in fructuario & emptore *Tiraqu. de retr. convent. §. 7. gl. 1. num. 10.* De bonæ fidei autem
3 poſſeſſoribus hoc ipſis competere negat *Bart. in l. in fundo ſupr. de R. vind.* quam ſententiam probat. *Petr. Barb. ad l. divortii. 8. § fin. nu. 64. & ſeq.* ubi pro diſſentiente citat *Menoch. rem. 15. recup. poſſeſſ. nu. 512.*

### ad L. Quod dicitur. 5.

*SUMMARIA.*

*Neceſſaria impenſa, qua ratione dotem minuant. nu. 1. 2.*
*Quid in dote fungibili. 3.*
*Quid ſi impenſa tanta, ut res vendenda. 4.*

1 NEceſſariæ impenſæ in dotem factæ minuunt dotem & quantitatem dotis, non corpora dotalia i. e.
2 faciunt, ut pro proportione impenſæ fundus deſinat
eſſe dotalis, licet in ejus detentione maneat. *Dn. Struv. h. t. th. 60.* conf. *Bl. de Bartolinis in repet. l. 1. ff. ſol. matr. num. 8.* Et minuunt hæ dotem non fungibilem per ex-
3 ceptionem. *Bachov. in Weſenb. h. tit. num. 2.* Autor *ad L. unic. num. 37. C. de Rei ux. Act.* conf. *Barboſ. p. 3. rubr. ſol. matr. numer. 20. & ſeqq. Viſitarinus in repet. rubr. ff. ſolut. matrim. nu. 22. & 25. & ſeqq.* & conf. *notata* Dni. Autoris *ad l. 56. §. ult. ſupr. de jure dot.* conf. *Zoeſ. numer. 4.* Et hæ
4 neceſſariæ impenſæ detrahendæ, licet ob harum reſtitutionem res vendenda. *Barb. l. 8. §. fin. nu. 67.* Autor *ad L. ult. num. 2. C. Commodati.*

### ad L. Utilium. 8.

*SUMMARIA.*

*Ad utiles impenſas tenetur uxor, ſi ipſius voluntate facta. num. 1.*
*Modo rem diſtrahere non compellatur. 2.*
*Tenetur etiam, ſi alias factura fuiſſet. 3.*

VTiles impenſas reſtituere tenetur mulier, ſi ejus
1 voluntate ſunt factæ: nam alias mulier compelleretur ad rem vendendam, ut impenſas ſolvat, ſi aliun-
2 de ſolvere non poſſet. Ideoque limitant hanc legem: ſi impenſas ſine diſtractione rei dotalis ſolvere poſſit. *Menoch. lib. 2. arb. jud. qu. caſu. 258. num. 57.* vel mulier alias venditura fuiſſet. *Menoch. d. l. numer. 64.* Sic etiam
3 repetuntur expenſæ, ſi mulier alias factura erat. Conſiderantur enim expenſæ utiles perſpecta conditione Domini, & hic uxoris. Nam ſi uxori expedierit, ſunt utiles; ſi ob eas rem vendere cogatur, non ſunt utiles. conf. *l. 43. de act. empti l. ſi ſervos. 25. ff. de act. pignor. l. ſed an ultro. 10. §. 1. ff. de negot. geſt. Garcias de expenſ. c. 1. num. 30. & ſeq.*

### Ad L. Pro voluptuariis. 9.

*SUMMARIUM.*

*Voluptuaria impenſa quomodo præſtanda?*

MUlier non tenetur ad impenſas voluptuarias, pati tamen debet virum tollere, qui voluptarie quid impendit, ſi ablatum viri commodo cedat; alias ſecus. *vid. Menoch. remed. 15. recup. poſſ. num. 535. & l. 2. A. I. Q. caſ. 258. num. 76. Petr. Barboſ. ad l. 8. Divortio. §. fin. part. 1. nu. 89. in fin.* Autor *ad L. un. nu 37. C. de Rei ux. Act.*

### Ad L. Quod ſi. 10.

*SUMMARIUM.*

*Expenſa voluptuaria in re promercali pro utilibus habentur.*

SI res dotalis ſit promercalis, i. e. quæ extra domeſticum uſum redundans venum proponitur, vel quam uxor vendere voluit, tunc impenſæ voluptuariæ in eam factæ transeunt in utiles, quia tanto pluris poſſunt vendi. *Menoch. d. caſu 258. numer. 77. & remed. 15. recup. poſſ. num. 533. & ſeq. Garcias de expenſ. c. 5. num. 26. Struv. d. Ex. 30. th. 62.*

### ad L. In voluptuariis. 11.

*SUMMARIUM.*

*Expenſa voluptuaria, licet conſenſu uxoris facta, non repetuntur.*

IMpenſæ voluptuariæ extra caſus prædictos exactionem non habent, licet conſenſu mulieris ſint factæ, quod hic ſpeciale, in aliis ſecus. *Menoch. d. caſu. 258. numer. 76. & ſeqq. & remed. 15. recup. poſſeſſ. numer. 535. Barb. in libr. 8. §. fin. p. 1. num 89.*

### ad L. Omnino. 12.

*SUMMARIUM.*

*Ob modicas impenſas non datur repetitio.*

Modicarum

MOdicarum expenſarum reſtitutionem maritus petere non poteſt. Quæ autem modicæ expenſæ ſint, judex arbitrabitur ea qualitate perſonæ, & rei, & comparatione fructuum. *Mengch. l.2. A.Q. caſ.215.nu.8. Pinell. ad l.1. C. de bon. mat. part.1. numer.70. in fin. Barb. ad d. §. ult. nu.36. Tiraq. de judic. in rebus exiguis ferend. num.66. & ſim.*

## ad L. Ne quis ſtipendium. 13.

### *SUMMARIUM.*

*Maritus conſtante matrimonio ad onera & collectas fundi dotalis tenetur.*

MAritus quia percipit fructus rei dotalis, ad onera & collectas etiam obligatur. *hic & l. C. de jur. dot. Weſenb. conſil.* 102. *num.* 24. *Peregrinus de fid. com. art.50. num.10. Klock. de collect. c.11. num.*132. id num. ſeq. limitat, ſcil. conſtante matrimonio. *Garcias de expenſ. cap.13. nu.27. Pinell. d. part.2. nu.72. Struv. exerc.31. th.59. Petr. Gregor. l.9. Syntagm. c.23. num.22.*

## ad L. Pen.

### *SUMMARIUM.*

*Impenſa in fructibus colligendis facta non repetuntur.*

IMpenſæ, quæ directo ad fructus colligendos vel conſervandos fiunt, ferendæ ſunt marito; Autor *ad L.7. num.4. C. de uſufr.* ſecus ſi ob perpetuam rei utilitatem neceſſario factæ: nam tunc reſtituendæ. *hic. & l.3. num.3. ſupra eod. Garcias d. c.13. num.39. & Barb. d. §. fin. part.1. num.28.*

---

# TITULUS II.

## *De Actione Rerum Amotarum.*

## ad L. Rerum. 1.

### *SUMMARIA.*

*Inter conjuges, quare actio furti locum non habeat? nu.1.*
*Inter conjuges nulla bonorum communio. 2.*
*Quod in aliquibus locis fallit. 3.*

1 INter conjuges quidem fieri poteſt furtum; ſed furti
actio non datur; quia 1. ob ſocietatem quaſi Domina uxor eſt; & 2. in honorem matrimonii turpis actio contra uxorem non eſt danda, *Gomez. tom.3. reſolut. c.5. num.3.* Molin. *diſp.* 686 *nu.2. Farin. qu. crim.* 174. *nu.*103. *Carpzov. pr. crim. qu* 82. 42. Autor *ad L.2. num.3. & 4.*
2 *C.h.t.* Et ideo hæc actio eſt rei perſecutoria ex delicto. *Bachov. de act. §.5. th.7. & ſeq.* Interim *ex hac lege* apparet, veram proprietatem & communionem bonorum inter conjuges jure communi non eſſe; ſed quaſi communionem, i. e. fruitur maritus bonis uxoris, & hæc illius, ut domina. Ideoque Dominam vocant Itali. Sed in quibusdam locis eſt vera communio, ut in Friſia, teſte *Sande. l.2. tit.5. def.1.* & in Portugallia. Sed ea communio demum conſummato matrimonio, quia communem laborem in acquirendo ac conſervando prærequirit. *Sande d.l.* Idem in matrimonio putativo tradit *Sande d.l.5. D.2.*

## ad L. Nam. 2.

### *SUMMARIUM.*

*Ob injurias an inter conjuges detur actio?*

OB honorem matrimonii turpis vel famoſa actio contra conjugem non admittitur. Hinc maritum, ob injurias verbales contra uxorem agentem, repulſum fuiſſe refert *Sande d.l.5. t.8. def.9.* Sed ſi aliqua injuria realis illata, potius in factum agendum. *Sande d.l.*

## ad L. Contra nurum. 6. §. 4.

### SUMMARIUM.

*Actio* Rer. *Amot. datur contra hæredem, ſed in quantum pervenit.*

COntra hæredem mulieris hæc actio datur, ſicut etiam condictio furtiva; ſed hæc non datur in ſolidum, ſed quantum ad eum pervenit, per *l. fin. C. h. t. ibique* Autor *num.1. ſeqq.* quia ex delicto eſt, & ita illa comparatio non eſt per omnia intelligenda. *Bachov. de act. diſp.5. th.8. & id in Weſenb. h. t. Dn. Struv. exerc.30. th.66.*

## ad L. 8. §. fin. & L. ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Juramentum in litem quare hic admittatur. nu.1.*
*Subditus, ut cibaria Domino vendat, compelli nequit. nu.2.*

1 ADmittitur hic actio ad juramentum in litem,
quia non æquum eſt, ut quis cogatur ſuam rem ſuo, i. e. æquo pretio vendere; ſed arbitrio venditoris, qui vendere hoc caſu i. e. æſtimationem acceptare cogitur, aliquid indulgendum fuit, per *l.9. Weſenb. hic*
2 *num.5. Dn. Struv. d. exerc.31. th.67.* Ex argumento *hujus legis, & ex l. dudum.14. C. de contr. empt.* colligunt: non poſſe compelli ſubditum, ut ſua cibaria Domino vendat. *Carpz. p.2. C.51. def.10. Rauchbar. p.2. quæſt.12. Dn. Caſp. Manzius in cent. dec. qu.12.*

## ad L. Marcellus. 11.

### *SUMMARIA.*

*In actione rerum amotarum deferri, ſed non referri poteſt juramentum. nu.1.*
*Hæres hic jurare non tenetur. 2.*
*Super facto alieno interdum juramentum credulitate exigitur. 3.*
*Quod ab hærede præſtatur. 4.*
*Maritus nomine uxoris agens aliquando jurat. 5.*
*Credulitatis juramentum caute deferendum. 6.*
*Ubi de damno alterius agitur, hæres de credulitatis jurare debet. 7.*
*Hæres etiam juramentum purgationis ſuper credulitate præſtare poteſt. 8.*

1 QUi rerum amotarum actione experitur, poteſt
alteri deferre juramentum, ut juret, ſe nihil amoviſſe. §. 1. *h. l.* quod juramentum delatum referri non poteſt. §. *ult.* quia deferens non habet ſcientiam facti alieni. *Carpz. p.1 conſt.14. def.10. & ſeq.* Et propter
2 eandem rationem nec hæres mulieris jurare tenebitur,
quia iniquum eſt de facto alieno jurare. § 2. *h. t. Petr. Greg. lib.37. ſyntagm. tit.11. num fin. Carpzov. p.1. juriſpr. for. C.24. def.1. Cravetta conſ.203. & Menoch. l.2. A.Q. caſ.289. numer.7. & ſeq.* Autor *ad L.1. num.5. C.h.t.* quod etiam de juramento ſuppletorio affirmat *Berlich. p.1.*
3 *concl.55. num.3.* Interdum tamen ſuper alieno facto jura-
mentum credulitatis exigitur, ut ſi quis alienam manum vel ſcripturam antiquam recognoſcere aut jurato
4 diffiteri debeat, de quo *Carpzov. p.1. dec.38.* Sic etiam
juramentum defuncto delatum, & non recuſatum, præſtandum etiam hæredi in foro Saxon. & quoque hæredis hæredi; ſed cuique de credulitate. *Carpzov. d.*
5 *conſt.24. def.2. & dec.39.* Maritum etiam nomine uxoris
agentem, ſi ſcientiam rei habeat, ad juramentum com-
6 pelli poſſe, tradit *Dn. Mevius p.5. dec.410.* Hujus tamen
credulitatis juramenti delatio non temere, nec indiſcrete, ſed circumſpecto judicis officio fieri debet, mo-
7 nente *Dn. Mevio p.1. dec.61.* Imo, quotieſcunque aliquis
cum alterius damno alias locupletaretur, ſcientia & credulitas hæredis exploranda eſt, cum etiam probroſæ poſitioni quis reſpondere debeat, ſi alias locupletaretur alter cum meo damno. *Petr. Peck. in c. locupletari 48.*
8 *num.3. ampl.8. de* R. *J. lit. B.* Purgationis juramentum ſu-
per credulitate ab hærede præſtandum. *Carpz. p.3. d.230. nu.16. & ſeq.*

## ad L. Sed & ſi. 19.

AMovens tenetur etiam de rebus, quæ ad eum non pervenerunt; ut & ſi caſu res periit, repetenda æſtimatio *l.10.* & habetur ratio ejus quod intereſt. *l.21. §.4. h.t. Dn. Struv. th.67.*

## ad L. Rerum quidem. 25.

### SUMMARIA.

*Actio rerum amotarum non datur conſtante matrimonio; ſed condictio ſimplex. nu. 1.*
*Actio hæc datur ob rem divortii cauſa ablatam. 2.*
*An vel poſt matrimonium ſi quid ablatum, datur condictio furtiva. 3.*

1 TRia ſunt requiſita actionis hujus: 1. ut ſoluto ma-
trimonio inſtituatur: nam durante matrimonio
non hæc actio, quæ aliquando modo famam mulieris
ſugillat; ſed ſimplex condictio generalis datur, qua jure
gentium condicimus res, juſta cauſa ab altera parte
non poſſeſſas. *Dn. Struv. exerc. 30. th. 65.* vel datur actio
2 in factum *l. 2. C. h. t. ubique* Autor *nu. 1. 2. C. h. 2.* Ut res ſint
amotæ cauſa & conſilio divortii, *hic & l. 11. §. 1. h. t.* Aut.
*ad L. 2, numer. 6. & 7. C. h. tit.* Licet utilis actio detur,
quando mortis ſperatæ cauſa fit amotio. *l. 21. h. tit. pr. 3.*
Ut conſtante matrimonio facta ſit amotio *arg. h. l. &
l. 3 pr. eod Bach. d. diſp. 5 th. 7. Wiſſenb. diſp. 49. th. 4.* Ideo ſi
ante matrimonium vel poſt illud facta amotio, datur
condictio furtiva. *l. 3. & 17, h. t. Dn. Struvius d. th. 65.*

## ad L. Si uxor. 28.

SI uxor rem viri commodatario ſurripuerit, iſque conventus fuerit, habebit furti actionem. Huic legi derogatum putat per *l. ult. §. ult. C. de furt.* Wiſſenbach *hic th. 8.* ſed vide *Not.* Dni. Autor *ad d. §. ult. in Comm. Cod. num.*

## ad L. Pen.

IN æſtimatione rerum amotarum reſpicitur, quanti res valuit tempore amotionis, & quanti plurimi poſtea valuit. *Petr. Barb. ad L. divortio. 8. §. fin. numer. 63.* & conf. *notata* Dni. Autoris *ad l. ex argento 13. numer. 1. ſupr. de condict. furt.*

---

# TITULUS III.

## *De agnoſcendis & alendis liberis vel parentibus, &c.*

## Ad L. Senatus conſultum. 1.

### SUMMARIA.

*Facto divortio, quid uxori gravidæ faciendum. nu. 1.*
*Citatio aliquando ad domum ſufficit. 2. 3.*
*Uxor poſt divortium pariens, & non denuncians, partui præjudicat. 5.*
*Sed ſi denunciet, præjudicat marito. 6.*

1 MUlier pregnans tenetur intra 30. dies à divortio
computandos. *de quo Tiraq. de retr. conſangu. §.
1. gloſſ. 11. nu. 57.* denunciare marito ipſi aut ad domum,
ſe gravidam eſſe ex marito. Unde colligunt Dd. cita-
2 tionem ad faciem non ſemper requiri; ſed ſufficere,
ſi ad domum fiat. vid. *Not.* Dni. Autoris *ad l. 4. nu. 2. ff.
de damno infecto, & in proceſſu meo civili cap. 3. num. 32.*
Plerique autem hæc verba textus *aut ad domum denun-
ciare* intelligunt non de electione; ſed ordine, per alleg.
*Vantii in tr. de nullitat. tit. ex defectu citat. nu. 38. Tiraqu.
de retr. conſangu. §. 9. gloſſ. 2. per tot. & quos citat Hilig.
lib. 23. cap. 2. lit. E. Carpz. in proc. tit. 7. art. 1. num. 61. & ſeq.*
Autor *ad L. 6. num. 2. & 3. C. de Repud.* Per domum au-
4 tem hic hoſpitium intelligitur. *§. 2. h. l.* Quod ſi uxor
5 poſt divortium pariat, & non denunciet intra 30. dies,
6 præjudicat partui quoad ſtatum, ſalvo tamen judicio
ordinario. *§. 4. h. l.* Sed ſi denunciet, & maritus non
miſerit cuſtodes, tenetur partum cognoſcere, & ad id
compelli. *Barb. part. 1. rubr. ff. ſolut. matr. nu. 18.*

## ad L. Necare. 4.

### SUMMARIA.

*Necare & alimenta denegare idem eſt. num. 1.*
*Pœna exponentis infantem. 2.*
*Infans, expoſitus à quo alendus? 3.*

1 NEcare videtur is, qui alimenta debita denegat.
*Coler. de alim. lib. 1. cap. 2. numer. 19. vid. artic. 132.
2 conſt. crim. Carol. V.* Et ideo capite plectendus, qui non
miſericordiæ prætereuntium, ſed in ſolitudine infan-
tem expoſuit, unde mors ſecuta. *arg. l. noſtra, & per
d. art. 132. Bart. hic Boſſius tit. de homicid. num. 7. Carpz.
pr. crim. quæſt. 10. numer. 5. & ſeq. Wiſſenb. d. diſp. 49. th. 13.
Finckelth. obſ. 86. numer. 5. & ſeq.* Dn. Autor *in C. tit. de
Infantib. expoſit. ad L. 2. num. 5. & 6.* A quo vero alendus
3 infans? Reſp. Civitati vel pago id onera ſolent impo-
nere. *vid. Surdus tit. 1. qu. 81. Mollerus l. 4. Semeſt. c. 45.
Sandius l. 2. dec. 8. def. 4. Wiſſenb. d. l.* Sed de conſuetudine
illud Magiſtratui ſupremam juriſdictionem habenti
competit. *Finckelth. d. obſ. 86. num. 46.*

## ad L. Si quis. 5.

### SUMMARIA.

*Parentes liberos alere tenentur. nu. 1.*
*Etiam emancipatos. 2.*
*Emancipata filia ex æquitate dotanda. 3.*
*Avus ad alimenta nepotis tenetur. 4.*
*Etiam naturales pater alere tenetur. 5.*
*Quod & intra primum triennium procedit. 6.*
*Alimentorum quantitas officio judicis determinanda. 7. & 19.*
*Pater quoque neceſſaria ad diſciplinam ſed non ad alienum præſtat. 8.*
*Pater etiam ab impubere filio alendus. 9.*
*Mater in ſubſidium tenetur. 10.*
*Pater filios ſeparatos quoque alit. 11.*
*Filio ſeipſum alere valenti, non debentur alimenta. 12.*
*Mendico valido nihil dandum. 13.*
*Naturalis filius uſque ad 12. annos alendus. 14.*
*Filio locupleti in nominibus danda alimenta. 15.*
*Alimentorum impenſa vel in annos vel in una ſumma præſtantur. 16.*
*Transactio de alimentis cum matre non nocet partui. nu. 17.*
*Hæres ſtupratoris tenetur quoque ad alimenta partus. nu. 18.*
*Quid ſi plures adſint ſtupratores, an unus ad alimenta teneatur. 20.*
*De filiatione ſummarie conſtare debet, antequam aſſignentur alimenta. 21.*
*Sed hoc non præjudicat actioni principali. 22. 23.*
*Si ſupra impragnatione dubitetur, interim condemnari poteſt ſtuprator ad alimenta. 24.*
*Exceptio in proceſſu ſummario rejecta, in executione opponi poteſt. 25.*
*Filio, qui exhæredationem meruit, alimenta non debentur. 26.*
*Hæredes filii an patrem alere teneantur. 27.*

1 TOta hæc lex loquitur de alimentis, parentibus
ex liberis debitis: Eſt ergo regula: parentes teneri
ad alimenta liberis præſtanda, & contra. Autor *in C. tit.
de Patr. Poteſt. ad L. 9. & 5. numer. 1. ſeqq.* Autor *ad L. 14.
numer. 5. de Jure dot.* Quæ regula ampliatur in §. 1. I. In
2 liberis emancipatis; quia ſanguinis vinculum eman-
cipatione non tollitur. *Coler. in Tr. de alim. lib. 1. cap. 5.
Surd. de aliment. l. 1. qu. 1. num. 22.* Autor *ad L. 1. nu. 1. ſeq.
C. de Alend. l. Et ad l. 3. numer. 1. 2. C. d. t.* Ex quo colli-
3 gunt, patrem etiam teneri emancipatam filiam dotare.
Sed non eſt firmum ab alimentis ad dotem argumen-
tum. *Bach. in tr. diſp. 7. th. 2. lit. H.* Ideoque hoc negant.
*Coll. Arg.*

*Coll. Arg. ad tit. de jure dot. th.5 num.4. Perez. ad tit. de dotis promiſſ. num. 6.* Sed æquius tamen eſt, parentem
cogi ad dotem dandam filiæ emancipatæ, cum alias
eam alere teneatur; & malitiis quoundam parentum
indulgendum non eſt, & in dubio alimentorum & du-
tis idem favor eſt. II. Ampliatio in avo non tantum
4 paterno, ſed etiam materno. §. 2. *h.l.* Ut quidem avus
paternus primario: ſed maternus in ſubſidium teneatur.
*Surd. d. tr. tit. 1. qu. 16. Coler. lib. 1 & 2 Carpzov part. 2. juriſpr. conſt. 10. def. 21.* Aut. *ad L. 3. numer. 1. & 2. C. de*
5 *Alend. lib.* III. In filiis ſpuriis, quos pater & avus ma-
ternus alere tenentur. §. 4. Autor *ad L. un. numer. 3. C. divort. fact.* Scilicet niſi pater naturalis alimenta con-
ſtituerit, aut non ſufficientia: nam præcipuè hic tene-
6 tur, licet infans adhuc in triennio ſit. Nam pater, li-
cet lacte materno utatur infans, tamen de aliis ſumpti-
bus ipſi proſpicere debet. *Celer. de alim. c. 6. num. 5.* ubi
ita judicatum refert, *Finckelthauſ. obſ. 02. nu. 16. Carpz.*
7 *l. 3 juriſpr. Eccl. D. 81.* IV. Ut poſſint alimenta ex officio
8 judicis conſtitui pro modo facultatum. V. Ut teneatur
pater ad omnia neceſſaria, ad vitam, & diſciplinam. §.
12. de quo *Coll. lib. 1. c. 1. Surd. tit. 4 qu. & ſeq Euenkel. Baro priv. parent. 7. cap. 2.* Autor *ad L. 3. numer. 2. C. de*
9 *Alend. lib.* non vero æs alienum. § 16. *h.t.* VI Ut parens
etiam ab impubere filio alatur. §. 13. VII. Ut mater
10 etiam compellatur, §. 14. *h.t.* in ſubſidium ſi pater non
poſſit vel abſit. *Carpz. l. 2 juriſpr. Eccl. diſp. 24. & ſeq.*
11 etiam militis §. 15. *h.t.* VIII. Ut teneatur pater præſtare,
licet liberi apud matrem ſeparatim educentur. *l. un. C. divortio facto apud quem Novell. 117. cap. Carpz. p. 3. dec.*
12 29. Limitat autem I. Si filius ſeipſum poſſit exhibere,
v. gr. ex artificio §. 7. *h.t. Surd. de alim. tit. 2. qu. 6. Trentac. l. 1 tit. de alim. reſol. 2. num. 11. Carpz. p. 2 dec. 173 nu. 27.*
13 Autor *ad L. 1. numer. 3. 4. C. de Alend. li.* Unde etiam
probant mendico valido non eſſe danda eleemoſynas.
*Carpz. juriſpr. Eccl. l. 2. diſp. 324. num. 13. vid. Not.* Dni.
Autoris *ad tit. de Cod. de mendicis validis & Dn. Frit-*
14 *ſchium in peculiari tractatu.* Exinde etiam colligunt, pa-
trem naturalem, filio naturali vel filiæ adduodecimum
annum ætatis præſtare debere alimenta *Berlich. p. 5.*
15 *concl 38. num. 48. Finckelth. obſ. 102. num. 3.* Sed quid ſi
filius locuples quidem, ſed nominibus? Hic filiis &
filiabus ex feudo etiam paterno deberi alimenta, tradit
16 *Carpzov. p. 2. dec. 174.* nam ex nominibus nemo ſatura-
tur. Promitti autem alimenta ſolent, vel ſecundum an-
nos ſingulos, vel in una ſumma ſemel pro ſemper, ſi
interea infans moritur, hoc caſu matrem acquirere,
17 non illo, tradit *Finckelth. d. obſ. 102. num. 5.* Sed quid
ſi ſtuprator pro alimentis certam ſummam matri pro
infante ſolvat, & mater mortua nihil relinquat in bo-
nis? Reſp. tum patri omnino incumbere onus alendi
infantem, uſque ad 12. annum puto: nam tranſactio
18 cum matre, infanti non poteſt præjudicare Sed quid
ſi etiam ſtuprator ſit mortuus, an hæredes ejus, ſatisfa-
ctione matri facta, tenebuntur infanti à mare relicto
alimenta præſtare? Reſp. Omnino, ex bonis defuncti:
nam debitum hoc eſt naturale, ad quod etiam hæredes
19 tenentur. Quantitas autem alimentorum arbitrio judi-
cis committitur. *Menoch. l 2. de arb. jud. q. caſu 169 n. 9.*
20 puta 70. thal. pro conditione ſtupratoris. Si autem plu-
res concubuerint, fornicator unus ad aliment non
tenetur. *Carpzov. lib. 3. juriſpr. Eccl. diſp. 81* Sed favor
21 alimentorum mihi perſuadere videtur, indubio hoc
confeſſum teneri uſque dum de aliis etiam conſtet, quo
caſu omnes conferent, ſi cæteri non adſint, poterit
compelli confeſſus, ut præſtet alimenta integra, præ-
ſertim ſi matar. alendis liberis par non ſit. II. Debet
conſtare ſaltem ſummarie per unum teſtem de ſtatu,
quod ſit filius, niſi in poſſeſſione filiationis. *Gratian. tom. 2. diſcept. for. c. 236. numer. 43. Trentac. lib. 1. de alim. cap. 2. num. 68. Viv. dec. 423. num. 13.* Auto *ad L. 3. num. 4.*
22 *C. de Al. liber.* Quæ tamen ſummaria cognitio non
præjudicat parenti de ſtatu filii actio, quam de ali-
mentis, fertur ſententia §. 9. *h. l. vr. Donell. & ibi Hillig.*
23 *lib. 12. cap. 4. lit. O.* Nam quæſtio incidens de alimentis
eſt ſummaria; & contenta eſt levioribus probationi-
bus & præſumptionibus. Ideoque talis ſententia de
alimentis eſt tantum proviſionalis, & poſtea nihilomi-
nus de filiatione in ordinario judice agi poteſt, non
obſtante illa ſententia proviſionali *l. 7. h.t. Surdus tr. de*
24 *aliment. t. 1. qu. 126.* Ideoque quando mater impregnata
agit ad alimenta, negante licet patre fœtum ſuum eſſe,
ſæpe ſolent in judiciis ob præſumptiones urgentes in-
terim alimenta ex bonis patris præſumptive decerni;
25 quod etiam menſe Septembr. an. 1657. in Facult. noſtra
factum. Unde probatur ex *d.* §. 9. Si exceptio rejecta
in proceſſu ſummario vel executivo, eam in foro Sa-
xonico in reconventione adduci poſſe ut in exceptione
ſimulationis aliquando judicatum fuiſſe, refert *Berlich.*
26 *p. 2. deciſ. 271.* III. Non præſtanda ſunt alimenta filio,
qui patrem detulit, §. 11. *h.t.* Ex quibus enim cauſis
exhæredari poteſt filius, ex his etiam cauſis alimenta
ei denegari poſſunt, *Surdus d. tr. tit. 7 quæſt 1. Mind. de proceſſ. lib. 2. cap. 54. numer. 6. Menoch. l. 4. præſumpt. 189. num. 30. Molina de jure primogen. l. 2. cap. 16. num. 1. & ſeq. Spino in ſpeculo teſtam. gl. 20. num. 66.* Autor *ad L. 3. nu. 7. C. de Alend. lib.* IV. Non ſunt præſtanda alimenta ab
hæredibus filii, niſi pater ſumma egeſtate laboret. §. 17.
*h.t.*

## ad L. In bonis. fin.

*SUMMARIA.*

*Libertus Patrono ſaltem in cauſa inopia ſumma ad alimenta tenetur. nu. 1.*

*Eccleſia tali caſu etiam Patronum ſuum alere tenetur. 2.*

*Paupertas tamen hic talis requiritur, qua infirmitatem habet conjunctam. 3.*

1 Libertus Patrono alimenta præſtare non tenetur,
niſi in caſu infirmitatis & paupertatis. Ideoque
etiam Eccleſia patrono ſuo ad inopias redacto, alimenta
2 ſubminiſtrare tenetur *Can. contra ſanctorum 29. & c. quicunque 30. cauſa 16. qu. 7. & c. 25 X de jure patronatus,*
de qua materia noviſſime pluribus agit *Finckelthauſ. in tract. de jur. patron. cap. 6. nu 163. & multis ſequentibus.*
Non adeo mihi videtur laborandum eſſe in definiendo
paupere. Nam licet quis ne quidem 50. nec 30. nec 40.
nec 20. in bonis habeat, non tamen pro paupere ha-
bendus, nec ab Eccleſia alendus, ſed qui infirmus eſt
& pauper, ut *ex hac lege* probatur, i. e. ut ſibi quoti-
3 diano labore victum quærere non poſſit. Nam ſi poſſet,
putarem, patronum laborem quotidianum ſubire co-
gendum; non attenta dignitate: nam præſtat labore
manuum ſe ſuſtentare, quam Eccleſiæ gravem eſſe.

---

## TITULUS IV.

### *De inſpiciendo ventre, cognoſcendoque partu.*

## Ad L. Temporibus. 1.

*SUMMARIA.*

*Ratio hujus Edicti proponitur. nu. 1.*

*Partus ſuppoſiti pœna remiſſive. 2.*

*Solennitates h. l. hodie non obſervantur. 3.*

*Obſtetrices debent eſſe juratæ. 4.*

*Quale vero præſtent juramentum. 5.*

*Quomodo verum ſit: ſententiam judicio peritorum latam, non tranſire in rem judicatam. 6.*

*Mulier, ut ſuppoſitionis ſpeciem evitet, graviditatem denunciare debet. 7.*

*Intereſſe principale conſiderandum, non ſecundarium. n. 8.*

*Sententia contra Prælatum lata, nocet ſucceſſori. 9.*

*Omiſſio modica ſolennitatis, non vitiat actum. 10.*

1 Totius hujus Edicti ratio *in* §. 13. habetur, quod
publice intereſt, partum alienum non ſubjici, ut
2 ordinum & familiarum dignitas conſervetur. Et ideo
etiam

poſſint benè coarctari ad caſum orbi matrimonii. *vid.*
*Bach. volum. 2. d. 7. th. 11. lit.* C. ſed cum ſententia contra-
ria Martini in toto imperio, penè dixerim orbe, ſit
recepta, fruſtra hæc & ſimiles controverſiæ in Acade-
2 miis ventilantur. Habemus alias, in quibus certa ubi-
que obſervantia non eſt, hic diſputemus. Pactum de
lucranda dote locum non habet eo caſu, quando ma-
ritus occidit uxorem vel cauſam mortis præbuit, vel
ejus curam neglexit. *Dd. hic & Dn. Kohl. de ſucceſſ.*
3 *conjugum part. 1. num. 34.* Sed huc caſu fiſco locus non
eſt, quia hæreditas non pervenit ad manus mariti,
ſed pertinet ad hæredes uxoris. *vid. hic Zaſ. & Barb.*
*Nov de dote. p. 8. priv. 31. Roſenthal. de feudis p 5. concluſ.*
4 *57. num. 4.* Et idem locum habet in ſtatuto de dote lu-
cranda. *Roll. à Valle in tr. de lucro dotis qu. 61 & qu. 68.*
*num. 9. & ſeqq.* conf. etiam *Hippol. de Marſil ad l. nihil*
5 *intereſt. num 2. ff. de Sicar. Ruinus lib. 5. conſ. 11.* Eadem
ratio ſi non aluit & domo expulit. *Surdus de Alim.*
6 *tit. 1. qu. 32 n. 25. & alii, quos refert* Kohl *d. l.* Et ſic mari-
tus adulterium committendo, *Nov. 22. c. 15. & rurſus &*
*Nov 117. cap. 8.* vel malitiosè deſerendo, vel alimenta
denegando, poteſt privari portione ſtatutaria *Berlich.*
*q. 3. concl 36.* & conjux deſerta teſtamento portionem al-
teri adimere poteſt. *Carpz. p. 3. Conſt. 7 def. 9.*

## ad L. ſi alienam. 11.

### *SUMMARIA.*

*Uxori repetenti res dotales, non obſtat exceptio, quod res aliena fuerint. n. 1.*

*Rei vindicatione conventus, de domino tertii excipere poteſt. 2. 3.*

1 Uxori petenti res dotales non poteſt objici, quod
illæ non fuiſſent uxoris, ſed alicujus tertii; non
enim obſtante hac exceptione, licet mulier rem alie-
nam ſciens dederit, res hæc ei reſtituenda cum fructi-
bus pro rata anni. *Vid. Zaſ. & Barb.* qui duas elicit
concluſiones: quod ſi ille, qui à me cauſam habet
convenitur à me ex contractu, non poteſt mihi op-
ponere Dominium tertii. Secunda, quod ſi convenia-
2 tur Rei vindicatione, tunc poteſt opponere de dominio
alieno. Utramque concluſionem prolixè explicat *Barb.*
3 *d. l. vid. Cuno de pact. l. 1. c. 6 num. 266.* Et poſterior con-
cluſio communiter recepta, quia exceptio dominii ter-
tii elidit jus agentis. *Barb. hic num. 4. Surdus dec 144.*
*num. 19. Theſ. dec. 4. Klock. volum. 2. conſ. 29. & 58. &*
*ſeq. Hillig. in Donell. l. 20. c. 7. lit. D.*

## ad L. Maritum. 12. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Maritus de dote conventus gaudet beneficio competentiæ. num. 1.*

*Quod ampliatur. 2. & ſeqq. 8. 9.*

*Huic beneficio renunciari non poteſt. 6.*

*Niſi ubi reverentia ceſſat. 7.*

*Quantum quis facere poſſit, tempore rei judicatæ inſpiciendum. 10.*

*Hoc beneficium non tranſit ad hæredes. 11.*

*Quid in indulto moratorio? 12.*

*Caſus excepti, ubi beneficium hoc marito non datur. numer. 13. & ſeq.*

1 Maritus quando convenitur ad reſtituendam do-
tem, habet beneficium competentiæ, ut tantum
teneatur in id, quantum facere poteſt, de quo plura
hic apud interpretes, præſertim *Zaſ. Barboſ. & Man-*
*zium in tr. de Aſilo debitorum decad. 3. quæſt. 1. num. 45.*
*& ſeqq.* Autor *ad L. unic. num. 41. & ſeqq. C. de Rei ux.*
2 *Act. Et à L. 8. nu. 1. C. h. t.* Et hæc regula ampliatur 1. li-
cet non ob dotem, ſed ob aliam cauſam ab uxore con-
3 veniatur. *l. non tantum. 20. ff. de re jud.* 2. Uti idem ſit in uxo-
4 re à marito conventa. *l. ex diverſo 17. h. t.* 3. Idem eſt in
conjugibus putativis, bona fide tamen contrahentibus.
Ita *Dn. Cuno Ordinarius olim hujus Facultatis, de pactis*
5 *cap. 6. num. 269.* cujus ductum in hac materia ſequar. 4.
6 Etiamſi facto divortio agatur. *Cuno d. l. num. 70.* 5.
Renunciatio iſtius beneficii, quia hoc ob reveren-
tiam competit, eſt inutilis. Unde *ibid. poſt Dd. Barboſa*
hanc regulam format; Privilegio ob reverentiam re-
7 nunciari non poſſe, quia eſſet contra bonos mores *Barb.*
*locupl. l. 16. c. 56. ax. 2.* Autor *ad L. 8. n. 6. C. h. t.* Ex qua ra-
tione etiam colligitur, in aliis exemplis, ubi non ob
reverentiam datur hoc privilegium, renunciationem
8 fieri poſſe, uti tradit *Mantz. d. decad 3 qu. 9. n. 35.* 6. Ut ma-
ritus hoc beneficium allegare poſſit contra eum, cui
9 per uxorem eſt delegatus. *l. Si prior. 32. h. t.* 7. Ut poſſit
10 etiam fiſco, ad quem mulieris bona pervenerunt, op-
poni. Pro declaratione autem regulæ notetur, atten-
dendum eſſe tempus rei judicatæ, ut ſciatur quantum
facere poſſit, per *l. rei judicatæ. 15. h. t.* conf. hic præter
*Zaſ. & Barb. Zang. de Except. part. 2. c. 15. inf. Manzius*
11 *qu. 3. num. 63.* Autor *ad L. 8. num. 7. C. h. t.* Deinde pro li-
mitatione prima notandum, quod hoc beneficium ſit
perſonale; quod hæredi non competit, ex *l. 13. ſeq.*
12 Exinde probari poteſt nec indultum moratorium, ſive
à creditoribus, ſive à Principe detur, hæredibus com-
petere, nam id defuncto ſaltem datum, qui de dam-
no certabat, ſed hæres certat de lucro. *Vinc. de Franchis*
*dec. 179. num. 3. & quos refert* Dn. Mev. *part. 5. deciſ. 1. 2.*
13 Limitatur: niſi dolo fecerit, ut non ſit ſolvendo. *l. un. §.*
*cum autem* C. *de rei uxor. act.* aut ſi ſciens ſe non poſſe
ſolvere promiſerit *l. pen. de Jure Dotium.* Cuno *d. l. n.* 276.
14 *& ſeq.* 3. Si per latam culpam maritus ſua bona dilapi-
daverit. *Cuno d. l. n.* 278. Autor *ad L. un. n. 47.* C. *de Rei*
15 *ux. Act. Et ad* L. 18. *ff. h. t.* 4. Si maritum ſe negaverit
*arg. l. ſi dubitet. 10. §. 1. de fidejuſſ. Cuno. n.* 279. 5 Quando
16 ex artificio maritus vel labore vivere poteſt. *Cuno d.*
*l. n.* 280. 6. Si uxor ipſa paupertate laboret. *Cuno d. l. n.*
281. 7. Si conſtante matrimonio, forte ob æs alienum
exigatur dos; nam tunc non eget, quia ab uxore alen-
17 dus eſt, *Cuno d. l. n.* 282. 8. Si reali actione conveniatur.
18 *Cuno n.* 283. 9. Si res ſine vitio ad uxorem pervenerit.

## ad L. Rei judicatæ. 15.

### *SUMMARIA.*

*Hæres mariti ab uxore conventus, quid compenſare poſſit? num. 1.*

*Exceptio ſententiam non impugnans, in executione admittitur. 2.*

*Exceptio adulterii ſciente marito commiſſi non obſtat uxori. 3. ſeq.*

*Compenſatio in dote licita eſt. 5. ſeq.*

1 De *principio legis* dictum eſt ad *l. 12.* Hæres mariti
condemnatus viduæ habet compenſationem 1.
ejus, quod maritus uxori donavit, nec morte ſua do-
nationem confirmavit; forte quia compenſavit. Item
2. ejus, quod vidua amovit. Et 3. ejus, quod maritus
in dotis conſervationem impendit; ſed de moribus
viduæ coercitionem non habet §. 1. *h. l.* ideſt, hæres
2 ob mores uxoris nihil detrahere poteſt. Ex *quo textu*
colligitur, exceptionem, qua non impugnat ſenten-
tiam, ſed eam moderatur, etiam poſt ſententiam ad-
mitti debere, *Rol. à Valle conſ. 28 num. 3. lib. 1. Zang. de*
3 *exc. p. 3. cap. 26. num. 96 Berlich p. 1. dec. 71. num 6.* Et ne
quidem per exceptionem hæres mariti adulterium
uxori objicere poteſt, quod marito ſciente commiſe-
rat. *Vinc. de Franchis deciſ. 184. n. 4. Anton. Gabriel. lib. 7.*
*tit. de crimin. concl. 25. n. 8. Petr. Barb. in parte 1. 2. n. 119 &*
4 *ſeqq. ff. ſol. matrim.* Quia remiſſa videtur à marito injuria,
quia non præſumitur mortuus immemor ſalutis æternæ.
*Petr. Barb. d. l. n. 120 Petrus Peckius ad c. 46 d. R. l. l. 6.*
5 *n. 11.* Generalius collige; Etiam dotis repetitionem ad-
mittere compenſationem. *Chriſtin. volum. 3. dec. 58 nu. 7.*
*Trentac. tit. de compenſ. reſ. 1. nu. 18 & quos refert Lauterb.*

ad

*ad tit. de compenſat. th.9.* Neque hoc jure novo, per *l. un. C. de rei uxoriæ actione* mutatum, quæ de retentione loquens intra ſuos terminos coercenda. *Zœſius tom.5.p.54.* Autor *ad L.un.n.47.C.de R.V.A.*

## ad L. Ex diverſo. 17.§.fin.

### *SUMMARIA.*

*Maritus oppoſito beneficio competentiæ, ſi nihilominus in ſolidum condemnetur, contra ſententiam excipere poteſt.n.1.2.*
*Et quidem in executione.3.*

1 MAritus convenitur de dote reſtituenda, & opponit beneficium competentiæ: judex rejecta
hac exceptione condemnat eum in ſolidum, quæritur,
an teneatur in ſolidum? Neg. ſed habet exceptionem
2 doli. Sed cur non ipſo jure nulla, quia continet errorem juris? Sed forte hic error non eſt in ſententia
3 expreſſus. Undè notetur, hic marito competere exceptionem in executione, licet in ſententia fuerit
rejecta. *Zaſ. ad l. Neſennius. 41. §. fin. num. 3.* Et ſic
erit exceptio, *l. duobus 19. de exec. rei jud.* conſ.
*VViſſenb. h. t.th. alt.*

## ad L. Etiam. 18.

### *SUMMARIA.*

*Privilegium dotis competit ejuſdem matrimonii liberis. num.1.*
*Ob dilapidationem maritus privatur beneficio competentia.2.*
*Quid ſi culpam commiſerit. 3. & 4.*

1 COmmuniter *ex principio hujus legis* probant Dd.
Licet privilegium Prælationis in dote competat
mulieris liberis, id tamen de liberis ejuſdem matrimonii eſſe intelligendum. *Bald. Nov. in tr. de dot. part. 50. num.26. Neguz. de pignor. membr.4 part.2. nu.95. Petr. Barb. p 6 l.1.a.14.h.t.* Autor *ad L.8.nu.2.3 4.C.h.t.*
2 Quæritur autem *in §. 1.* quando maritus in reſtituenda
dote privetur beneficio competentiæ? Reſp. I. Si dilapidavit proprias res in fraudem mulieris, ut non eſſet ſolvendo, tunc privatur beneficio competentiæ. Sed
II. ſi dilapidavit res dotales, ob qualemcumque dolum
aut fraudem privatur beneficio. Autor *ad L. un. num.*
3 *47. C. de Rei ux. Act.* III. Quando verò culpam in re
dotali admiſit, tenetur quidem ad præſtandum damnum; ſed beneficio iſto non privatur, & poteſt maritus ſua jura, quæ habet contra furem, vel eum, qui
damnum dedit, exercere. *vid. hic Bart. Alex. & alii.*
4 Et hinc non puto ſubſiſtere opinionem, quod maritus,
ſi propria culpa in paupertatem incidat, non fruatur
beneficio competentiæ.

## ad L. Si cum dotem. 22.

### *SUMMARIA.*

*Pactum de reſtituenda ſibi dote ſubſiſtit. n.1.*
*Si in unum caſum de dote reſtituenda pactum, in alterum mulieri datur actio. 2.*
*Caſus omiſſus eſt ſub diſpoſitione juris communis.3.*
*Extraneus ſi dotet filiam, mortuo marito pater uſumfructum in hac dote non habet.4.*
*Si nomen in dotem detur, idoneus debitor præſtandus.6*
*Quo caſu detur uxori reſtitutio.7.*
*Annon ipſo jure talis dotis conſtitutio nulla. 8.*
*Re in ſolutum ob dotem data & evicta datur priſtina actio. 9.*
*Pater dotem filiæ repetens, & eidem quid legans, compenſandi animo feciſſe præſumitur. 10.*
*Legatum, quando compenſandi animo relictum? 11.*
*Legatarius accipiendo Legatum debito videtur renunciare. 12.*
*Quid in uxore furioſa.13.*
*Quando alimenta uxori debeantur. 14.*
*An qua dotem non dedit, alenda.15.*
*Dotis cauſa in caſu diſſipationis licita ſequeſtratio. n.16.*
*Uxor in ſtatu mariti errans, nihilominus habet privilegium dotis. 17.*

1 DUo dicuntur I. Patrem vel extraneum dotem
dantem poſſe paciſci, ut ſoluto per mortem matrimonio ſibi dos reſtituatur in ſolidum. II. Si in unum
2 caſum ſibi providerint, in caſu omiſſo filiam habere actionem, & ita omittendo illum caſum videtur pater in dote profectitia ſibi & filiæ reſervare actionem
quamvis in caſu omiſſo Dd. ſoli filiæ tribuant actio-
3 nem. *vid. Pet. Barb. ad h. l. pr.n.19.* Unde *ex hoc textu*
probari poteſt regula, quod caſus omiſſus relinquatur
in diſpoſitione juris communis; per allegata *A. Barb. cap.8 lib. 3. axiom.61. Ex hoc textu & l. avus ff. de jure dotium.* probare volunt, quod ſi extraneus dotaverit
alicujus filiam, mortuo marito ſoli filiæ competere
actionem, nec uſumfructuum competere patri. *Bald.*
4 *Nov. de dote p 6.priv.33. & p 9.priv.8. Mant. de tac. & amb. conveat. lib.12.tit.9.n.15 & hos referens Dn Koblius*
5 *Vice* *Cancell.p.1.de pact. dotal. num.56.* Quod hodie eo
minus dubium, cum per matrimonium eximatur pote-
6 ſtati patriæ de conſuetudine Quando mulier loco dotis
nomen inidoneum per novationem accepit, in hoc decepta tunc nihilominus actio ei manebit, & ſic cedens
hic tenetur locupletem debitorem præſtare favore dotis. *§.1. h.l. Dd. hic, & Bald Novell de dote part. 8 priv. 20. & Petr. Barb. part. 4. rubr. h.t.n. Sfortia Oddus de re-*
7 *ſtit. q.10. art.6 in fine.* Ubi hoc ſpeciale eſſe dicit, quod
mulier habeat reſtitutionem in dote; licet diſſentiat
*Joh à Sande in tr. de ceſſion. action. cap.9.num.19. & ſeq.*
8 qui dolo delegantis hoc adſcribit, non favori dotis
Imò generalius colligit *Baldus Novell. d. tr. part 6. priv.*
40. ſi mulier in contractu dotis decepta, ipſo jure non
valere contractum, licet deceptio ſit tantum in re ipſa.
9 *Barb. in l. ſi æſtimatis 51 n.12. h.t.* de quo ultimo tamen
cogitandum. Colligunt etiam in dote ſpeciale eſſe,
quod re in ſolutum data detur actio priſtina, licet alias
ſecus. *l.24. ff. de pign. act. vid. not* Dni Autoris *ad l.98.*
10 *de ſolut.* Pater qui ſine voluntate filiæ dotem exegit,
eam hæredem inſtituendo, vel eidem legando, teſte
videtur animo compenſandi, quia pater ex indebita
receptione dotis factus eſt debitor neceſſarius filiæ *§ 3. h l. Petr. Barb. hic numero quinto, Mant. in tr. de conject. ult. volunt. lib.10. titul.2.num.2. ſeq. Covar. in c. officii X. de teſtam. Dilectus de arte teſtandi tit.6. cautel 5. Menoch conſ.309.n.30.* Autor *ad L.6.n.4.C. de Hered. Action.*
11 Unde colligitur, legatum relictum à neceſſario debitore videri animo compenſandi relictum. *Menoch. l.2. A. q. caſu 182. num 52. & conſ. 206. num. 93.* uti etiam
deciſum in Facultate noſtra menſe Nov. Anno 1660.
Et Legatarius accipiendo legatum debito videtur renunciare, quippe recepit quod ejus vice eſt *Dn. Mev. p.6. deciſ.238. num.4.*
13 *Ad* §. 8. Maritus debet uxorem furioſam alere, &
neceſſaria omnia præbere pro quantitate dotis; ſi autem maritus dotem diſſipet, poteſt dos ſequeſtrari.
14 Ex *hoc* collige 1. alimenta uxori præberi regulariter
debere ſecundum quantitatem illatæ dotis. *Coler. de proc. execut. c.2. num.197.* Ex quo tamen non ſequitur: ſi
15 dotem non intulit, eam non eſſe alendam, ut recte
*hic gloſſa.* Sicut non ſequitur: Viduus poteſt liberis
illatæ matris pro bonis maternis ſolvere, wegen ihres
Mutter-Guths / ut pronunciatum ſcio; ergo quando matri nihil debetur, nihil etiam maternæ hæredi-
16 tatis loco debetur. Hoc argumentum non valet. Deinde collige: licet, ſequeſtratio jure ſit prohibita; favore tamen dotis eam admitti, quando maritus
videtur diſſipare dotem, licet ſit locuples. *Baldus*
17 *Novell. de dote p. 6. priv.70. & p.7. priv.25.* Si mulier
nubens in conditione ſeu ſtatu ſervili mariti erraverit,
&

& ita nullum ſit matrimonium, habet tamen privilegium dotis. *§. fin. Zaſ. ad tit. de jure dot. n.25.* Autor *ad L.3. num.1.C.h.t.*

## ad L. Si conſtante. 24.

*SUMMARIA.*

*Actio dotis uxori datur, quam primum conſtat, maritum bona dotis ſufficientia non habere. n.1.*
*Quomodo hoc probetur? 2.*
*Quid ſi uxor interveniens inopiam ſtatim probare non poſſit? 3.*
*Improbatur maritorum practica, qui jure uxorem ſe tuentur. 4.*
*Quid ſi ſpecialis hypotheca uxoris executiatur? 5.*
*Quid ſi uxor interveniens repellatur? 6.*
*Quomodo conſultum uxori, ſi maritus ad inopiam vergat. 7.*
*Uxori ſcienter obærato nupta, an detur repetitio? 8.*
*Maritus ſoluto matrimonio, quando dotem reſtituere debeat? 10. 11.*
*Cautio hic præſtanda. 11. & 12.*
*Quid ſi erga ſervos ſævus ſit maritus. 13.*
*Ad quam diligentiam maritus interim tenetur. 14.*

1 MAtrimonio conſtante dos repeti nequit, niſi ma-
ritus vergat ad inopiam; Et ideò hic quæritur,
à quo tempore exactio dotis mulieri competere inci-
piat? Et reſpond. ab eo tempore, quo evidentiſſimè
conſtitit, maritum non habere bona ad exactionem
dotis ſufficientia. *hic & l. 29. C. de jur. dot. Barboſ. hic
Afflict. dec.199.n.1.Color.de proceſſ.execut.part.1.c.2.139.
Carpz.part.2.juriſpr.conſt.24.def.11.& Gail.lib.2. obſ 83.
n.2.Molina de Juſt.& jur.D.429.n.1. Riccius dec.141.* Au-
2 tor *ad L.29.num.1.& ſeqq.C. de Jure dot.* Sed quomodo
hoc probandum eſt? Leviori probatione contra mari-
tum, quam contra creditores opus eſſe, tradit *Dn.Mev.*
3 *p.2 dec* 108.*num*.4. Sed ſi uxor interveniat, debetne au-
diri, quando in continenti non probat inopiam mariti?
Negat hoc *Dn. Mev. d. l.* ſed terminus ipſi præſtituen-
dus eſt ad probandum, quamvis mos ille in abuſum
valdè trahatur. Quod hodie, inquit *Dn. Mev.d.l.nu.*1.
apud nos frequentatur, ut uxores per privilegia dotium
4 maritos adverſus juris executionem tueri promiſcuè
conentur, nec juri, nec rationi, nec pudori, imò
nec maritorum famæ convenit, ad corruptos mores,
5 & peſſima flagitia referri meretur. Sanè ſi creditor
in ſpecialem hypothecam uxoris ſui debitoris ſe im-
mitti petat, audienda uxor conſtante matrimonio, li-
cet non vergat maritus ad inopiam; ſed ſi generali-
ter tantum obligata, audienda uxor tantum vergen-
te marito ad inopiam. *Dn. Mev.p.4.dec.*380. alias non.
*Dn. Mev. p. 5. deciſ.* 184. quæ autem requirantur, ut
uxor ad interventionem admittatur, *vid. Dn. Mev.p.5.*
6 *dec.*57. Cum autem uxoris interventio non admittitur,
ad forum competens, ubi bona ſita, mulier remitti-
7 tur, *Dn. Mev. d p.5. deciſ.* 58. Hoc vero videtur op-
timum remedium *Dn. Mevio p.5. deciſ.* 90. ut uxor vi-
dens maritum labi facultatibus, petat convocari cre-
ditores, non ad concurſum, ſed ut iis probet ſuam
dotem illatam, & quædam bona ſibi adjudicentur ob
8 alimenta, & præſtandam ſecuritatem. Sed quæritur, an,
ſi uxor ſciens obærato aut prodigo nubat, ad pauperta-
tem vergente marito, poſſit dotem repetere? Quod
multi negant; conf. *Gail. l. 2. obſ.* 84. Sed affirmativa
mihi videtur probabilior, quia præſumitur uxoris in-
tentio, ut adminiſtratione Oeconomiæ prudenti &
monitione ſubveniret marito: & honeſta eſt æſtimatio
amoris eo animo ſolo: non ex opibus. *l. 3. pr. ff. de
donat. int. vir. & uxor.* Autor *ad L. un. C. ſi dos con-*
9 *ſtante Matr.* Et quæ ex legibus competunt privilegia,
non niſi per expreſſam renonciationem auferuntur, &
uxor nequidem per expreſſum pactum deteriorem con-
ditionem dotis efficere poteſt. *l.14.& l.17. de pact.dotal.
Petr.Barb.hic n.24.Bach.in Tr.vol.2. diſp 7.th.ult lit. A.*
10 *Finckelth. obſ.*80. Quando autem ſolutum eſt matrimo-
nium, maritus non ſtatim primo anno tenetur reſtitue-
re dotem, ſed jure novo immobilibus habet annum,
tenetur tamen præſtare cautionem, quam, ſi præ-
ſtare non poſſit, aut nolit, ſtatim tenetur reſtitue-
re ſine ullius commodi retentione; aut apud ſeque-
ſtrum deponuntur bona, ita tamen, ut fructus & in-
terusurium medii temporis reſerventur marito, & ei
præſtentur; non tamen maritus admittitur ad jurato-
11 riam cautionem. *§. 2. h. l. Salgado in Labyr. p.1.cap.
fin.num.*154.*ubi plures allegat.* Et ſic verum eſt, quod
*hic §.* loquatur de cautione ſoluto matrimonio interpo-
nenda, ut cum *Gæddæo* à ſe allegato obſervavit *He-
ring.d.tr.cap.6.num* 184.& nuper *Caſpar. Manzius in tr.*
12 *de fidejuſſ.c.4.n.52.* ubi allegat *l.7. §. 6. de donat. inter
vir. & ux.& c.per veſtras.7 X.d.t.* Sed quando talis me-
13 tus non allegatur, non habet locum exactio cautionis,
*Dn. Mev p 5 dec.*137. Si maritus in ſervos dotales nimia
ſæviit, licet in ſuos æquè ſæviat, præſtare tamen debet
damnum per ſævitiam datum. Nam ſævitia in propriis
culpanda, ſed in alienis ſeu dotalibus coercenda eſt. *§.
5. h l.* Sed in adhibenda diligentia ſufficit, ſi parem ad-
14 hibeat in rebus dotalibus, quam in ſuis. Ergo in bo-
nis ſufficit marito, ſi eandem diligentiam adhibeat
in rebus dotalibus, quam in ſuis adhibet: ſecus in ma-
lo, ubi magis id cavere debet in rebus dotalibus quam
in ſuis. *vid. hic Bart. & Dd. & Hippol.Rimmald.in tit.
Inſt.quib.alienare licet. n.*322.

## ad L. Si filiofamilias. 25. §.1.

*SUMMARIA.*

*Uxor facto divortio contra maritum detinentem res ſuas, in litem jurat. n.1.*
*Jus retentionis aliquando licitum, ut in Advocato, cui honorarium non ſolutum. 2. 7.*
*Filia reſpectu dotis promiſſa. 3.*
*Jus retentionis ad juriſdictionis exercitium extenditur. num. 4.*
*Uxori competit jus retentionis. 5.*
*Opilio an à priori Domino detineri poſſit ob debitum. 6.*
*Jus adminiſtrationis & retentionis non ſemper conjunctum. 8. 9*
*Quid faciendum, ſi locandum prædium, in quo uxor jus retentionis habet. 10. 14.*
*Uxor fructus percipiens, ad rationes tenetur. 11. & 13.*
*Appellatio non impedit fructuum perceptionem. 12.*
*Uxor an locationi à marito factæ ſtare teneatur? 15.*

1 SI maritus male detinuerit res uxoris, tantum tene-
tur divortio facto, quanti in litem juraverit mu-
lier; additur ratio bene notanda: quia invitis nobis
res noſtras alius retinere non debet *§.1. h. l.* Dum ta-
2 men res noſtra juſte interdum ab aliis detinetur, caſus
aliquos, data hic occaſione, de jure retentionis ſub-
3 jicere lubet. Retineri itaque poteſt res noſtra no-
bis invitis, ſi alteri ſit oppignorata; vel ob melio-
rationem atque expenſas jus in re acquiſiverit. Sed
latius eſt extenſum jus retentionis extra hos caſus. Sic
Advocatus retinet acta, donec honorarium ſolvatur;
artifex rem fabrefactam, ita ut toties res poſſit reti-
neri, quoties circa rem quid factum. *Dn.Mev.p.2.dec.
150.& dec.*214. Retentionis jus etiam datur filiæ ob do-
tem promiſſam in feudis paternis, licet in domum ma-
riti tranſierit; nam habet jus ad retentionem, licet
actu non poſſideat. *Mev.p.3. dec.*370. Et quando uti-
4 tur jure retentionis; exercet etiam juriſdictionem in
5 coercendis ſubditis. *Mev. p.4. deciſ.* 60. Multo magis
competit uxori in bonis, quin & in feudis mariti.
*Molign. de jure retent. quæſt.21. Pruckman.conſ.7.n.119.*
ubi de moribus Marchiæ Brandenb. teſtatur *Cothman.*
6 *vol.4.conſ.8.num.68.& ſeq. Berlich. p.2. concl.32. num.2.
Mynſ.c.6.obſ.45.* Sic, ſi opilio Domino priori aliquid
debeat,

Digitized by Google

debeat, tum poteſt retineri opilio, vel potius ejus res; ſed ſi quædam debita illiquida, propterea retinere pecora opilionis non poteſt; ſed cautionem pro iis præſtabit novus Dominus, & ſic cautione contentum eſſe oportet Dominum priorem, per *l. 3. ff. de ſtatu liberis. Mev. p. 3. dec.* 79. Dominus ſecundus tamen non tenetur eam cautionem præſtare, ſi nolit; ſed admittitur, ſi
7 vult. *Dn. Mevius. d. p. 3. dec.* 80. Si vero nolit, tandem, ubi debitum eſt illiquidum juratoria cautione opus erit. Sic Notarius in documentis literariis jus retentionis habet pro ſalario. *Molign. q.* 159. Dn. *Mev. p. 3. dec.*
8 332. *num.* 4. Cum hoc autem jure retentionis non ſemper conjunctum eſt jus adminiſtrationis, v. gr. maritus nobilis reliquit viduam, quæ utitur jure retentionis. Vidua à creditoribus diu vexata movet concurſum; quæritur, an creditores teneantur pati viduam durante proceſſu jure retentionis uti in bonis? Quod merito affirmandum, ſed, quod etiam creditores teneantur adminiſtrationem bonorum permittere, quam antea habuit. Negatur; quia hæc à retentione diſtincta, & in manu creditorum eſt. *tit. 1. ff. de Curatore bonis dando.* Dn. *Mev. p. 3. dec. 255. it. p. 4. dec* 88. Creditores enim pe-
9 tere poſſunt, ut ſalvo jure retentionis adminiſtratio detur, curatori, melius colatur fundus; nam orto concurſu creditoribus omnia bona ſunt communia. *l. 6. §. 7. ff. qua in fraudem credit.* Et ſic vidua, vel ipſius hæredes jure eo ſic uti debent, ne creditoribus cæteris noceatur, & ne impedire poſſit, quo bona melius à curatore adminiſtrentur, eo caſu jus offerendi locum habet. Aut ergo cæteris præſtare debet Retentiarius, ut ita loquar, quod per frugalem adminiſtrationem alias habebunt, aut vero peti, ut integro jure ſuo per creditores iſta, prout melius viſum, ordinentur. Hæc totidem verbis *Mev. p. 4. deciſ.* 307. Simile vere tradit Dn.
10 *Mev. p. 5. dec.* 213. ſi creditores velint locare prædium, & uxor cum liberis ob jus retentionis repugnet. Nam poteſt ita res diſponi, ut conductor viduæ & liberorum nomine rem teneat, iis omne illud, quod retentione utentes habituri ſint, præſtet, ut ſic ipſis, quicquid ex jure retentionis competit, illæſum maneat, aliis vero ante id præſtitum capere nihil liceat; ipſis vero ſi hæc non ſerventur, prædium viciſſim occupaturis, & in priſtinam conditionem redituris; de his omnibus judiciali autoritate caveatur. Hæc Dn. *Mevius.* Sed ſi vi-
11 dua adminiſtret, eut fructus percipiat, tum ad rationum redditionem tenetur, alias non. Dn. *Mev. p. 1. dec.*
12 172. Pendente appellatione tamen fructus & uſuræ, ille non obſtante, cedunt iis, quibus jus retentionis competit, licet non ſint in poſſeſſione. Dn. *Mev. p. 4 dec.* 340. Sed ſi adminiſtret vidua, tenetur etiam ad rationes
13 reddendas; licet alios. v. gr. privignos compoſſidere voluerit: nam in plures adverſarios creditores diſtringendi non ſunt. *Mev. p. 4. dec.* 87. Et ſi pendente con-
14 curſo locare velint creditores, hoc invite viduæ facere poſſunt, modo alimenta viduæ præſtentur. Dn. *Mev. p. 4. deciſ.* 88. Quicquid autem ſuper alimenta percepit & conſumpſit, reſtituet, vel in dotem aut portionem ſtatutariam imputabit. *Carpz. p. 1. dec. 69. num.* 17.

*Ad §. fin.* Maritus fundum dotalem in luſtrum, ut
15 fieri ſolebat, locaverat, ſed anno primo elapſo ſolvitur matrimonium, an uxor tenetur ſtare locationi? Negetur, *in §. fin. d. l.* quia non locavit: Sed nihilominus tenetur cavere marito aut ejus hæredibus, ſe continuaturam locationem iſtam, & permiſſuram, ut conductor maneat, aut ſi ejecerit, ſe reſtituturam, in quantum maritus aut ejus hæredes condemnabuntur conductori. *Cujac. to. 1. p. 1336. ad h. §.* conf. *ad gloſſam Cephal. l. 5. conſ.* 804. *num.* 40.

## ad L. Semel. 26.

### SUMMARIUM.

*Maritus moram in dote commiſſam, dotis obligatione purgat.*



LIcet maritus prius fuerit in mora, & dotem petitam non reſtituit, ſi tamen mutato conſilio poſtea dotem offerat mulieri, illaque nolit accipere, non ſolum hæc oblatio realis præcedentem mariti moram purgat, ſed ipſam etiam uxorem in nova mora conſtituit. *Petr. Barboſ. in l. ſi mora.* 10. *nu.* 21. *& ſeqq. Neguz. de pignor. part. 3. memb. 3. part. 5. num. 2. verſ. ſecundus effectus.* conf. *Notata* Dni. Autoris *ad l. illud. 17. num. 5. ſupr. de peric. & com. rei vend.*

## ad L. Quoties. 29.

### SUMMARIA.

*Pater quando dotem ſibi reddi ſtipulari poſſit. nu.* 1.
*Pater, licet in legitima, tamen in dote filiæ præjudicare poteſt.* 2.
*Si pater dotem ſibi reddi ſtipuletur, maritus tuto uxori non ſolvit.* 3.

1 PAter ſibi appropriat actionem pro dote reſtituenda, ſi tempore promiſſionis dotis, aut tempore ſolutionis non promiſſæ dotis, aut ante nuptias ſibi ſtipuletur. Nam poſtea conditionem filiæ non poteſt reddere deteriorem. *Bald. Novell. de dote. p. 6 priv. 17. n.* 2.
2 Unde colligunt, licet dos loco legitimæ ſuccedat & in legitime filiæ præjudicari non poſſit, per *l. 32. C. de inoff. teſtam.* ſecus tamen eſſe in dote. *Suarez. in repet d. l. Quoniam. 32. ampliat. 15. nu. 2. & 4. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 10. nu. 463. Petr. Barb. ad l. ſi cum dotem. 13. pr. h. t. nu* 15.
3 Effectus eſt in §. 1. quod maritus hoc caſu, uxori ſolvendo dotem, non liberetur, ob jus patri per ſtipulationem quæſitum.

## ad L. Si marito. 31.

### SUMMARIA.

*Mariti bonis confiſcatis, fiſcus dotem ſolvere tenetur num.* 1.
*Competit hoc caſu uxori manus injectio.* 2.
*Quid ſi pars bonorum confiſcata?* 3.
*Uxor recepta dote adhuc fructus ab hærede perceptos, repetere poteſt.* 4.
*Poſt rem judicatam fructus jure actionis debiti adhuc debentur.* 5.

QUando mariti bona publicantur, tunc fiſcus mu-
1 lieri tenetur ex bonis mariti, quaſi ad inopiam redacti, ſolvere dotem. *Campeg. de dot. part. 3. quæſt. 23. & quos allegat Aug. Barb. in collect. ad l. 1. C. de repud. numer. 4. & quos refert Peregrin. de jure fiſci l. 5. capit. 1. numer. 82. Gail. l. 2. obſ. 86. Roſenthal. de feudis cap. 1. concl. 13. numer.* 10. Autor *ad L. 2. numer. 1. C. h. t.* Et uxor
2 propria autoritate poteſt manum injicere in bona mariti confiſcata pro ſua dote, *cum Angelo Peregrinus d. numer. 82. in fine Petr. Peck. in c. non debet. 21. de R. J. in 6. numer. 4. Gail. l. 2. de P. P. c.* 16. Sed ſi pars bono-
3 rum tantum publicetur, non aliter tenetur fiſcus, niſi pars, quæ manſit marito, doti ſolvendæ non ſufficiat. *Petr. Barboſ. ad d. l. ſi conſtante. h. t. num.* 29.

*Ad §. ult.* Si uxor dotem recepit, ſed fructus poſt
4 divortium vel mortem mariti ab hærede perceptos non recepit, quæritur, an fructus adhuc poſſit petere? Videtur quod non, ſicut creditor ſine proteſtatione accepta ſorte non poteſt uſuras petere; Sed affirm. *in §. ult. d. l.* quia fructus augent dotem. Collige, poſt rem judi-
5 catam, in qua præteriti fructus, poſſe adhuc peti fructus, quando jure actionis debentur, *ut hic* quia ſunt pars dotis, ſecus ſi officio judicis debeantur, ubi non poſſunt peti. *vid. Dd. hic. & Surdus conſ. 293. nu. 23. & de alimentis p. 6. quæſt. 3. numer.* 29.

## ad L. Quæ dotis. 33.

### SUMMARIUM.

*Maritus uxoris hæres exiſtens, dotem ab uxore promiſſam, reſtituere tenetur.*

SI mulier promiſit dotis nomine centum, & adhibuit quendam, qui dotem ſibi reddi ſtipularetur; ſed mulier non ſoluta dote deceſſit, inſtituto hærede marito, ille ſtipulator poteſt agere ad dotem reſtituendam; quia additio mariti & facta confuſio vim habet ſolutionis. Quam regulam *ex hoc textu* poſt *Bart. & Dd.* colligit hic *Barb. num. 1. & ſeq.*

## ad L. Titia. 34.

### *SVMMARIA.*

*Patri facto divortio dotem repetituro quid probandum. numer. 1.*

*Ubi duo probanda, unius probatio nihil operatur. 2.*

PAter dotem ſoluto per divortium matrimonio re-
1 petens non tantum probare debet, filiam eſſe in
poteſtate, ſed etiam, filiam ſibi agenti conſentire.
Colligunt inde Dd. hic quando duo ab aliquo proban-
2 da, licet unum probaverit, nihil tamen eſſe actum.
*Maſcurd. concl.* 689. *nu.* 4. Hodie filia per nuptias liberata à patria poteſtate retinet dotem.

## ad L. Dotem. 37.

### *SVMMARIA.*

*Filia ſine juſta cauſa contradicente, pater juſte dotem repetit. num. 1.*

*Contradictio ſine juſta cauſa facta, nulla eſt. 2.*

LIcet filia expreſſe contradicat, ne patri dos ſol-
1 vatur, ſi tamen filia juſtam cauſam contradicendi
non habeat, videtur pater juſtè repetere dotem. *Petr.
Barb. ad l. 2. §. fin. h. tit. numer.* 12. 13. Unde colligitur
2 Theorica, quod contradicere non videatur, qui cauſam contradicendi juſtam non habet. *Bart. & Dd. hic.*

## ad L. Lucius Titius. 38.

### *SVMMARIA.*

*Pater reconciliatione ſua in dote per divortium quæſita, præjudicare nequit. num. 1.*

*Pater injuriam filio illatam, an remittere poſſit. 2.*

*Uxor ſua culpa divortens, nec dotem, nec alimenta repetit. 3.*

*Quid ſi maritus cauſam ſeparationi dederit. 4. 5.*

UXor divortium fecit à marito, poſtea pater mariti
1 reconciliat matrimonium ignaro filio: Sed muliercula iterum repudiat, quæritur, an dos debeatur
filio? Quod affirm. quia pater reconciliando ſponſalia
& matrimonium, non potuit jus filio per divortium
quæſitum adimere. *Bald. Novell. de dote p.* 6. *priv.* 38.
Solent quidem allegare regulam *ex hac lege*, quod pa-
2 ter non poſſit remittere injuriam, filio à perſona conjuncta illatam, Autor *in C. t. de l. jur. ad L. 2. numer.* 3.
ſed id videtur remotius. *vid. Menoch. conſ.* 470. *num.* 21.
Illud certius, quod ſi culpa mulieris divortium factum,
3 mulier dotem non repetat. *hic & l. 8. §. 4. C. de repud. ibique* Autor *numer.* 1. 6. & 7. nec tenetur maritus ad alimenta. *Garcias in tr. de expe. ſ. c.* 13. *nu.* 56. *Petr. Barb. part. 2. rubr. h. t. numer.* 47 *Remuald. conſ.* 274. *num fin. l.* 3.
conſ. *Pinell. ad l. 1. C. de bonis mater. p.* 3. *nu.* 83. & *in fin.*
Sed quid ſi culpa mariti, non quidem ob adulterium,
4 ſed ob ſævitiam fiat ſeparatio cohabitationis, à contrario ſenſu videtur concludendum, quod maritus amittat dotem, Autor *ad L 8. numer.* 5. 6. & 7. *ad L.* 4. 5. & 7. *C. de repud.* quia *c. 1. & 2. X. de donat. int. vir. & uxor.* indiſtinctè loquitur, & ita etiam de divortio quoad thorum, non ob ſolam conſanguinitatem. *Panorm. in d. c. 1. numer. 2. Prückman. v. 1. conſ.* 18. *in fin. Vivius decíſ.* 455. *Joh. a Sande libr. 3. tit. 6. def.* 1. *Berlich. p. 3. concl.* 36. *nu.* 28.
Sed diſſentiunt alii, ut *Colerus de alim. l. 1. c. 10. nu.* 29.
& *ſeqq.* & *Carpzov. dec.* 291. *Finckelth. obſ.* 31. Et horum
5 quidem ſententia obtineret, ſi uxor ſeparata velit contenta eſſe alimentis à marito exhibendis; ſed ſi uxor nolit alimenta à marito expectare, & fortè inſidias metuat, officio judicis convenientius puto, ut maritus jubeatur dotem reſtituere, quo ſe ipſam exhibeat; niſi fortè liberorum communium alimentatio & educatio aliud deſideret. Et ſane facilius perſuadebitur marito, ut cum uxore in gratiam redeat, ſi carere interim cogatur bonis uxoris. Et iniquiſſimum videtur, ut maritus expellat uxorem, vel ita tractet, ut uxor petere cogatur ſeparationem, ſimulque pati cogatur, ut maritus
6 bonis ſuis fruatur. Et propter onera matrimonii percipit uſumfructum, quomodo vero talis crudelis, & impius homo onera matrimonii feret; Et hoc caſu ob ſævitiam facta ſeparatione dotem uxori reſtituendam eſſe tradit *Hippol. de Marſil. in l. ult. C. de ſicar. num.* 22. *laudatus ab Hilig. in Donell. l.* 14. *c. 5. lit. A.*

## ad L. Viro atque uxore. 39.

### *SUMMARIA.*

*Paria delicta compenſantur. numer. 1.*

*Maritum fæminam impregnatam ducens & ab ea divortium petens, ſi ante ſententiam aliam cognoſcat, divortium impetrare non poteſt. 2.*

*Quid ſi de fornicatione non conſtet, & pro divortio ſententia feratur. 3.*

*Quod ſi maritus adulterium commiſerit, & hoc ei remittatur ab uxore, uxor vero poſtea etiam adulterium committat. 4.*

PAria delicta mutua compenſatione tolluntur, ſcil.
1 ſi civiliter agatur. *Petr. Barb. hic Jaſon. in §. in bona fidei. nu. 81. Inſt. de act. Ang. Barboſ. lib. 4. cap. 12. ax* 6.
quod reſtringit *Menoch. remed. 9. recup. poſſ. num.* 168.
2 Sed quæritur ſi maritus uxorem gravidam duxerit, &
divortium petierit, non expectata autem ſententia
aliam cognoverit, hocque ante ſententiam cognitum
fuerit, an ſententia ſeparationis ferenda? Quod nego
*(1.)* quia error qualitatis non retractat ipſo jure matrimonium. Autor *ad L. 8. numer.* 13. *C. de Repud.* (2.)
Dubium adhuc, an hæc cauſa legitima ſeparationis?
(3.) Dolus hic cum dolo compenſandus, per hanc *l. & c. pen. & ult. X. de adult. Sanchez. de matrim. l. 10. diſp. 6. num. 6. & diſp. 9. numer.* 24. ubi hoc inter omnes conſtare
dicit, quando quis ante ſententiam fornicatur. Sed
3 quid ſi fornicatio nondum nota & ſententia lata? Reſp.
quod tunc matrimonium, per errorem ſolutum, redintegrandum ſit, quia ſententia contra matrimonium
nunquam tranſit in rem judicatam, *c. lator. X. de re jud.*
& tempore ſententiæ ambo ſunt in crimine. *Sanch. d. l.*
Et idem ſtatuunt Dd. ſi fornicatio ſententiam ſeparationis ſecuta. *Farin. qu.* 143. *num.* 35. *Gutier. de matrim. capit.* 129. *num.* 18. & ita tractatum in caſu aliquo menſe
4 Febr. anno 1660. Quæritur etiam ſi maritus adulterium commiſerit, & uxor hoc ei remiſerit, poſtea vero
uxor adulterium committat, an hæc adulteria mutua
compenſatione tollantur? Quod aliquando in Facultate tractatum, & videtur dicendum, quod non; quia
prius remiſſum eſt. Sed in eo caſu mariti adulterium
non erat adeo certum, & ita dici poterat, uxorem cohabitando marito non remittere voluiſſe adulterium,
ſed debitum officium præſtare, adulterio non probato.

## ad L. Poſt dotem. 40.

### *SUMMARIA.*

*Imperſonalis ſtipulatio de dote reſtituenda valet. nu. 1.*

*Extantibus liberis mater retinet dotem. 2.*

SI pater non ſibi, ſed imperſonaliter ſtipulatus ſit,
1 dotem reddi, mortua muliere ſine liberis, pater
poteſt ex hac ſtipulatione dotem petere, *vid. hic. Barboſ.*
2 Et obiter notetur *ex hac & ſimil. LL.* poſſe probari
ſententiam Martini contra Bulgarum, quod extantibus liberis pater retinere poſſit dotem ob liberos, præſertim cum hodie filia per nuptias à poteſtate patria libere-

liberetur, & per *Nov.* 11. filia ſua bona, & ſic etiam dotem, ad ſuos liberos tranſmittat. *Theſaur. dec.* 190. *& quos laudat. Dn. Struv. Ex.* 30. *th.* 49. conf. *Zaſ. ad h. t. num.* 12.

## ad L. In inſulam. 42.

*SUMMARIA.*

*Dotis promiſſæ uſuræ præſtandæ, ſi maritus alat uxorem. num.* 1.

*Secus ſi non alat, nec onera matrimonii ferat.* 2.

IN judicio dotis promiſſæ vel ſolutæ veniunt uſuræ,
1 niſi maritus non alat uxorem. §. a. *h. l. vid. Dd. alleg. a Acc. collect. dec.* 272. Collige, ſi maritus non alat uxo-
2 rem, non poterit petere uſuras dotis promiſſæ, & ſi maritus adeo ignavus non poſſit ferre onera, & potius exhibeatur ab uxore, puto creditores mariti neque ex fructibus dotis ſolutionem petere poſſe: nam fructus tantum eo caſu debentur marito, & ejus creditoribus ſi maritus onera matrimonii ferat; Autor *ad L.* 20. *nu.* 1. *& 6. C. de Jure dot.* ut aliquando obtentum vidi.

## ad L. Cajus. 45.

*SUMMARIA.*

*Si avus maternus nepti ſtipuletur, patri non acquiritur actio. num.* 1.

*Pater ſoluto matrimonio uſumfr. in dote adventitia non habet.* 2.

*Extenditur hoc ad cauſas pias.* 3.

QUando avus maternus ſtipulatur nepti, quæ in poteſtate parentis ſui eſt, licet alias jure commu-
1 ni non ſubſiſtat, ſpeciali tamen jure, in cauſa dotis ſubſiſtit, & quæritur nepti actio, neque illa in patrem jure poteſtatis transfertur. *vid. hic Caſtr. num.* 4. *Alex nu.* 5. *& 7. Barboſ. num.* 6. *& ſeq. & Alciat. reſp.* 699. *numer.* 2. *Ant. Fab. lib.* 13. *conject. c.* 5. *Bald. Nov. p.* 6. *privig.* 22. conf. *Dn. Koblius de pact. dotal. p.* 1. *numer.* 95. Unde probatur
2 patrem ſoluto matrimonio non habere uſumfructum in dote adventitia, quam ſententiam autoritatibus & rationibus firmat *Petr. Barb. ad l.* 2. *§. quod ſi in patri.* 5. *num.* 18. *& ſeq. ff. ſol. matrim.* Autor *ad L.* 1. *nu.* 5. *C. de bon. quæ liberis. Et hanc legem* ad cauſas pias extendunt Dd. quia dotis & piæ cauſæ idem eſt privilegium & jus. conf. *Tiraq. priv. pia cauſa.* 11.

## ad L. Mævia. 49.

*SUMMARIUM.*

*Maritus æſtimationem nominis in dotem dati, quando præſtare teneatur?*

SI mulier nomen in dotem dedit, maritus autem id non exegit fortè ſine culpa ſua, quod exigere non potuerit, vel quod pro locuplete habitus fuerit debitor, maritus æſtimationem præſtare non tenetur. *Colleg. Arg. h. tit. theſ.* 12. *numer.* 3.

## ad L. Æſtimatis. 50.

*SUMMARIA.*

*Æſtimatio rei dotalis non ſemper involvit alienandi facultatem. num.* 1. 2. 4.

*Maritus rem dotalem æſtimatam alienans, ad quid uxori teneatur.* 3.

1 QUando res dotalis æſtimata datur marito, quia hæc venditionem facit, alienatio quidem marito licita. *l. plerumque* 10. *ff. de jure dot.* Autor *ad L.* 6. *num.*
2 4. 5. 10. *&* 11. *C. de uſufr.* Interdum tamen eo fine fit æſtimatio, non ut fiat venditio, ſed ut ſi res ſit alienata à marito, conſtaret, quid eventualiter maritus loco rei dotalis præſtare debeat, & hoc caſu ipſa res dotalis
3 reſtituenda. Autor *ad L.* 1. *numer.* 2 *C. Solut. Matr.* Si vero maritus alienavit, fecit id vel conſentiente uxore, vel non; Si hoc, tenetur ad intereſſe: ſi illud, æſtimatio tantum præſtatur. *Petr. Barboſ. hic numer.* 34. Ideo de mobilibus hunc textum accipit *Bald. Nov. de dote p.* 7. *priv.* 1. *numer.* 10. conf. *Signorolus de Homo-Deis in rep. hujus legis num.* 15. *& Dd. ad l. in rebus* 17. *ff. de jure dot.*
4 Colligitur *ex hac l.* æſtimationem non facere emptionem, quando conventum, ut res dotales ſoluto matrimonio reſtituantur. *Covar. pract. quæſt.* 28. *numer.* 4. *ſeq. Rimin. in pr. Inſt. h. t. numer.* 75.

## ad L. Filiæ meæ. 59.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. numer.* 1.

*Prima præbenda vacatura mihi ſi promiſſa, ſi quis tenuem repudiet, eam acceptare non teneor.* 2.

*Reſignatio beneficii in fraudem habentis expectativam, non valet.* 3.

1 EMancipatæ filiæ meæ ægrotanti maritus miſit repudium, ut potius hæredibus ſolveret dotem, quam mihi. Reſp. Actionem mihi competere, Autor *ad L.* 3.
2 *numer.* 2. *C. de Repud.* Collige; ſi mihi prima præbenda vacatura promittatur, & aliquis tenuem præbendam habens, ei renunciet, ut hanc acceptem, me acceptare non teneri. *argt. h. l. Bald. hic & Immol. & Johannes Bertachinus in tr. de epiſc. tract. tractatuum l.* a *num.* 105.
3 Sic, ſi aliquis habeat Expectativam certi Canonici Præbendæque ſi per mortem vacaverit, huic Canonici licet quidem renunciare, vel reſignare, modo id non faciat in fraudem habentis Expectativam. *Petr. Gammarus de permut. benefic. p.* 2. *nu.* 44. *vol.* 15. *tract.* conf. tamen *Flamminius Paris. de reſign. benef. l.* 2. *qu.* 10.

## Ad L. In his rebus. 66.

*SUMMARIUM.*

*Ob inimicitiam tunc tenetur aliquis, ſi ipſius culpa orta ſit.*

DAmnum datum ob inimicitiam, qua alii maritum perſequebantur ob ejus culpam, maritus ſarcire tenetur. Et ſic tunc aliquis de damno tenetur; quando inimicitia orta eſt ipſius culpa. Et ſic explicanda eſt lex. 25. §. 4. *ff. locati* ex hac noſtra lege. *vid. Johan. à Sande deciſ. l.* 5. *t.* 7. *def.*

## ad L. 66. §. Mancipia. 3. vid. L. 18. ſupra de jure Dotium.

# LIBRI VIGESIMI QUINTI,
## TITULUS I.
## De Impenſis in res dotales factis.

### Ad L. Vel ſi vites. 3.

*SUMMARIA.*

*Expenſa perpetuæ utilitatis gratia facta, à marito ſaltem repetuntur. num. 1.*
*Quod variis exemplis declaratur. 2. & ſeqq.*

IMpenſæ, quæ fiunt ad perpetuam
1 rei utilitatem, hic conſiderandæ;
non vero quæ ad colligendos fru-
ctus factæ: quod variis exemplis po-
teſt declarari; Impenſæ factæ in exa-
2 ctione nominis, ſi magnæ ſint, mi-
nuunt dotem. *Pinell. in l. 1. C. de bon. mat. p. 2. num. 71. & ſeqq. Caldas de empt. cap. 27. num. 31.*
Sic expenſæ factæ in cuſtodiendo prædio dotali, non
3 conſiderandæ, niſi excedant fructus dotis. *Garcias de*
4 *Expenſ. cap. 13. num. 39.* Impenſæ Medicorum non detra-
huntur, quia eſt onus mariti & matrimonii *Berlich. dec. 2. numer. 39.* Nec tributum, quia eſt onus fructuum à
5 marito perceptorum, per *l. 13. h. t.* Nec ſumptus in col-
6 lectione fructuum facti imputandi, niſi in ultimo anno. *Donell. l. 14. cap. 8. lit. A. Vandus l. 22. qu. 22. Roſenth. c. 10. concl. 43. nu. 60.*

### ad L. Et in totum. 4.

*SUMMARIA.*

*Maritus repetit impenſas neceſſarias etiamſi res non extet. num. 1.*
*Quod ad fructuarium & emptorem extenditur. 2.*
*Quid in bonæ fidei poſſeſſore. 3.*

LIcet res dotalis, in qua fuit facta impenſa, caſu
1 ſit perempta, pretium expenſarum neceſſarium
marito ſolvendum; Et quia *hæc lex* loquitur de marito,
2 qui habet dominium ſaltem revocabile in re meliorata,
eadem ratio videtur in fructuario & emptore *Tiraqu. de retr. convent. §. 7. gl. 1. num. 10.* De bonæ fidei autem
3 poſſeſſoribus hoc ipſis competere negat *Bart. in l. in fundo ſuor. de R. vind.* quam ſententiam probat. *Petr. Barb. ad l. divortio. 8. § fin. nu. 64. & ſeq.* ubi pro diſſentiente citat *Menoch. rem. 15. recup. poſſeſſ. nu. 512.*

### ad L. Quod dicitur. 5.

*SUMMARIA.*

*Neceſſaria impenſa, qua ratione dotem minuant. nu. 1. 2.*
*Quid in dote fungibili. 3.*
*Quid ſi impenſa tanta, ut res vendendæ. 4.*

1 NEceſſariæ impenſæ in dotem factæ minuunt do-
tem & quantitatem dotis, non corpora dotalia i.e.
2 faciunt, ut pro proportione impenſæ fundus deſinat
eſſe dotalis, licet in ejus detentione maneat. *Dn. Struv. h. t. th. 60.* conf. *Bl. de Bartolens in repet. l. 1. ff. ſol. matr. num. 8.* Et minuunt hæ dotem non fungibilem per ex-
3 ceptionem. *Buchov. in Weſenb. h. tit. num. 2.* Autor *ad L. unic. num. 37. C. de Rei ux. Act.* conf. *Barboſ. p. 3. rubr. ſol. matr. numer. 20. & ſeqq. Viſitarinus in repet. rubr. ff. ſolut. matrim. nu. 22. & 25. & ſeqq.* & conf. *notata* Dni. Autoris *ad l. 56. §. ult. ſupr. de jure dot.* conf. *Zæſ. numer. 4.* Et hæ
4 neceſſariæ impenſæ detrahendæ, licet ob harum reſti-
tutionem res vendenda. *Barb. l. 8. §. fin. nu. 67.* Autor *ad L. ult. num. 2. C. Commodati.*

### ad L. Utilium. 8.

*SUMMARIA.*

*Ad utiles impenſas tenetur uxor, ſi ipſius voluntate facta. num. 1.*
*Modo rem diſtrahere non compellatur. 2.*
*Tenetur etiam, ſi alias factura fuiſſet. 3.*

VTiles impenſas reſtituere tenetur mulier, ſi ejus
1 voluntate ſunt factæ: nam alias mulier compel-
leretur ad rem vendendam, ut impenſas ſolvat, ſi aliun-
2 de ſolvere non poſſet. Ideoque limitant hanc legem: ſi
impenſas ſine diſtractione rei dotalis ſolvere poſſit. *Menoch. lib. 2. arb. jud. qu. caſu. 258. num. 57.* vel mulier
alias venditura fuiſſet. *Menoch. d. l. numer. 64.* Sic etiam
3 repetuntur expenſæ, ſi mulier alias factura erat. Conſi-
derantur enim expenſæ utiles perſpecta conditione Domini, & hic uxoris. Nam ſi uxori expedierit, ſunt utiles, ſi ob eas rem vendere cogatur, non ſunt utiles. conf. *l. 43. de act. empti l. ſi ſervos. 25. ff. de act. pignor. l. ſed an ultro. 10. §. 1. ff. de negot. geſt. Garcias de expenſ. c. 1. num. 30. & ſeq.*

### Ad L. Pro voluptuariis. 9.

*SUMMARIUM.*

*Voluptuaria impenſa quomodo præſtanda?*

MUlier non tenetur ad impenſas voluptuarias, pati tamen debet virum tollere, qui voluptariè quid impendit, ſi ablatum viri commodo cedat; alias ſecus. *vid. Menoch. remed. 15. recup. poſſ. num. 535. & l. 2. A. I. Q. caſ. 258. num. 76. Petr. Barboſ. ad l. 8. Divortio. §. fin. part. 1. nu. 89. in fin.* Autor *ad L. un. nu 37. C. de Rei ux. Act.*

### Ad L. Quod ſi. 10.

*SUMMARIUM.*

*Expenſa voluptuaria in re promercali pro utilibus habentur.*

SI res dotalis ſit promercalis, i. e. quæ extra domeſticum uſum redundans venum proponitur, vel quam uxor vendere voluit, tunc impenſæ voluptuariæ in eam factæ tranſeunt in utiles, quia tanto pluris poſſunt vendi. *Menoch. d. caſu 258. numer. 77. & remed. 15. recup. poſſ. num. 533. & ſeq. Garcias de expenſ. c. 5. num. 26. Struv. d. Ex. 30. th. 62.*

### ad L. In voluptuariis. 11.

*SUMMARIUM.*

*Expenſa voluptuaria, licet conſenſu uxoris facta, non repetuntur.*

IMpenſæ voluptuariæ extra caſus prædictos exactionem non habent, licet conſenſu mulieris ſint factæ, quod hic ſpeciale, in aliis ſecus. *Menoch. d. caſu. 258. numer. 76. & ſeqq. & remed. 15. recup. poſſeſſ. numer. 535. Barb. in libr. 8. §. fin. p. 1. num 89.*

### ad L. Omnino. 12.

*SUMMARIUM.*

*Ob modicas impenſas non datur repetitio.*

Modicarum

MOdicarum expenſarum reſtitutionem maritus petere non poteſt. Quæ autem modicæ expenſæ ſint, judex arbitrabitur ex qualitate perſonæ, & rei, & comparatione fructuum. *Mengch. l.2. A.Q. caſ.215.nu.8. Pinell. ad l.1. C. de bon. mat. part.1. numer.70. in fin. Barb. ad d. §. ult. nu.36. Tiraq. de judic. in rebus exiguis ferend. num.66. & ſim.*

## ad L. Ne quis ſtipendium. 13.

*SUMMARIUM.*

*Maritus conſtante matrimonio ad onera & collectas fundi dotalis tenetur.*

MAritus quia percipit fructus rei dotalis, ad onera & collectas etiam obligatur. *hic & l. C. de jur. dot. Weſenb. conſil.* 103. *num. 24. Peregrinus de fidei com. art.50. num.20. Klock. de collect. c.11. num.13.* id num. ſeq. limitat, ſcil. conſtante matrimonio. *Garcias de expenſ. cap.13. nu.27. Pinell. d. part.2. nu.72. Struv. exerc. 50. th.59. Petr. Gregor. l.9. Syntagm. c 23. num.22.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIUM.*

*Impenſa in fructibus colligendis facta non repetuntur.*

IMpenſæ, quæ directo ad fructus colligendos vel conſervandos fiunt, ferendæ ſunt marito; Autor *ad L.7. num 4. C. de uſufr.* ſecus ſi ob perpetuam rei utilitatem neceſſario factæ: nam tunc reſtituendæ. *hic. & l.3. num.3. ſupra eod. Garcias d. c.13. num.59. & Barb. d. §. fin. part.1 num. 28.*

---

# TITULUS II.

## *De Actione Rerum Amotarum.*

## ad L. Rerum. 1.

*SUMMARIA.*

*Inter conjuges, quare actio furti locum non habeat? nu.1.*
*Inter conjuges nulla bonorum communio. 2.*
*Quod in aliquibus locis fallit. 3.*

1 INter conjuges quidem fieri poteſt furtum; ſed furti
actio non datur; quia 1. ob ſocietatem quaſi Domina uxor eſt; Et 2. in honorem matrimonii turpis actio contra uxorem non eſt danda, *Gomez. tom. 3. reſolut. c.5. num.3. Molin. diſp.686 nu.2. Farin. qu. crim. 174. nu.103. Carpzov. pr. crim. qu 82. 42.* Autor *ad L.1. num.3. & 4.*
2 *C. h. t.* Et ideo hæc actio eſt rei perſecutoria ex delicto.
*Bachov. de act. §.5. th.7. & ſeq.* Interim *ex hac lege* apparet, veram proprietatem & communionem bonorum inter conjuges jure communi non eſſe; ſed quaſi communionem, i. e. fruitur maritus bonis uxoris, & hæc illius, ut domina. Ideoque Dominam vocant Itali. Sed in quibusdam locis eſt vera communio, ut in Friſia, teſte *Sande. l. 2. tit. 5. def.* 1. & in Portugallia. Sed ea communio demum conſummato matrimonio, quia communem laborem in acquirendo ac conſervando prærequirit. *Sande d. l.* Idem in matrimonio putativo tradit *Sande d. l. 5. D. 2.*

## ad L. Nam. 2.

*SUMMARIUM.*

*Ob injurias an inter conjuges detur actio?*

OB honorem matrimonii turpis vel famoſa actio contra conjugem non admittitur. Hinc maritum, ob injurias verbales contra uxorem agentem, repulſum fuiſſe refert *Sande d l. 5. t. 8. def. 9.* Sed ſi aliqua injuria realis illata, potius in factum agendum. *Sande d. l.*

## ad L. Contra nurum. 6. §. 4.

SUMMARIUM.

*Actio Rer. Amot. datur contra hæredem, ſed in quantum pervenit.*

COntra hæredem mulieris hæc actio datur, ſicut etiam condictio furtiva; ſed hæc non datur in ſolidum, ſed quantum ad eum pervenit, per *l. fin. C. h. t. ibique* Autor *num.1. ſeqq.* quia ex delicto eſt, & ita illa comparatio non eſt per omnia intelligenda. *Bachov. de act. diſp.5. th.8. & id in Weſenb. h. t. Dn. Struv. exerc.50. th.66.*

## ad L. 8. §. fin. & L. ſeq.

*SUMMARIA.*

*Juramentum in litem quare hic admittatur. nu. 1.*
*Subditus, ut cibaria Domino vendat, compelli nequit. nu.2.*

1 ADmittitur hic actio ad juramentum in litem,
quia non æquum eſt, ut quis cogatur ſuam rem ſuo, i. e. æquo pretio vendere; ſed arbitrio venditoris, qui vendere hoc caſu i. e. æſtimationem acceptare cogitur, aliquid indulgendum fuit, per *l. 9. Weſenb. hic*
2 *num.5. Dn. Struv. d. exerc.30. th.67.* Ex argumento *hujus*
*legis, & ex l. dudum.14. C. de contr. empt.* colligunt: non poſſe compelli ſubditum, ut ſua cibaria Domino vendat. *Carpz. p.2. C. 51. def.* 10. *Rauchbar. p.2. quaſt.22. Dn. Caſp. Manzius in cent. dec. qu.12.*

## ad L. Marcellus. 11.

*SUMMARIA.*

*In actione rerum amotarum deferri, ſed non referri poteſt juramentum. nu.1.*
*Hæres hic jurare non tenetur. 2.*
*Super facto alieno interdum juramentum credulitatis exigitur. 3.*
*Quod ab hærede præſtatur. 4.*
*Maritus nomine uxoris agens aliquando jurat. 5.*
*Credulitatis juramentum caute deferendum. 6.*
*Ubi de damno alterius agitur, hæres de credulitatis jurare debet. 7.*
*Hæres etiam juramentum purgationis ſuper credulitate præſtare poteſt. 8.*

1 QUi rerum amotarum actione experitur, poteſt
alteri deferre juramentum, ut juret, ſe nihil amoviſſe. §. 1. *h. l.* quod juramentum delatum referri non poteſt. §. *ult.* quia deferens non habet ſcientiam facti alieni. *Carpz. p.1 conſt.14. def.10. & ſeq.* Et propter
2 eandem rationem nec hæres mulieris jurare tenebitur,
quia iniquum eſt de facto alieno jurare. § 2. *h. t. Petr. Greg. lib.37. ſyntagm. tit.11. num fin Carpzov. p. 1. juriſpr. for. C.24. def.1. Craveta conſ.* 103. *& Menoch. l.2. A.Q. caſ.289. numer.7. & ſeq.* Autor *ad L 1. num.5. C. h. t.* quod etiam de juramento ſuppletorio affirmat *Berlich. p.1.*
3 *concl.55. num.3.* Interdum tamen ſuper alieno facto jura-
mentum credulitatis exigitur, ut ſi quis alienam manum vel ſcripturam antiquam recognoſcere aut jurato
4 diffiteri debeat, de quo *Carpzov. p. 1. dec.38.* Sic etiam
juramentum defuncto delatum, & non recuſatum, præſtandum etiam hæredi in foro Saxon. & quoque hæredis hæredi; ſed utique de credulitate. *Carpzov. d.*
5 *conſt.24. def.2. & dec.* 39. Maritum etiam nomine uxoris
agentem, ſi ſcientiam rei habeat, ad juramentum com-
6 pelli poſſe, tradit *Dn. Mevius p. 5. dec.*410. Hujus tamen
credulitatis juramenti delatio non temere, nec indiſcrete, ſed circumſpecto judicis officio fieri debet, mo-
7 nente *Dn. Mevio p.1. dec.61.* Imo, quotieſcunque aliquis
cum alterius damno alias locupletaretur, ſcientia & credulitas hæredis exploranda eſt, cum etiam probripſæ poſitioni quis reſpondere debeat, ſi alias locupletaretur alter cum meo damno. *Petr. Peck. in c. locupletari* 48.
8 *num.5. ampl.8. de R. J. lit. B.* Purgationis juramentum ſu-
per credulitate ab hærede præſtandum. *Carpz. p.3. d.230. nu.16. & ſeq.*

## ad L. Sed & ſi. 19.

AMovens tenetur etiam de rebus, quæ ad eum non pervenerunt; ut & ſi caſu res periit, repetenda æſtimatio *l.20.* & habetur ratio ejus quod intereſt. *l. 21. §.4. h. t. Dn. Struv. th.67.*

### ad L. Rerum quidem. 25.

*SUMMARIA.*

*Actio rerum amotarum non datur conſtante matrimonio; ſed condictio ſimplex. nu. 1.*
*Actio hæc datur ob rem divortii cauſa ablatam. 2.*
*An vel poſt matrimonium ſi quid ablatum, datur condictio furtiva. 3.*

1 TRia ſunt requiſita actionis hojus: 1. ut ſoluto ma-
trimonio inſtituatur: nam durante matrimooio
non hæc actio, quæ aliquando modo famato mulieris
ſugillat; ſed ſimplex condictio generalis datur, qua jure
gentium condicimus res, juſta cauſa ab altera parte
oon poſſeſſas. *Dn. Struv. exerc.* 30. *th.* 65. vel datur actio
2 in factum *l.2.C.h.t.ubique* Aotor *nu.*1.2. C.*h.*2. Ut res ſiot
amotæ cauſa & coofilio divortii, *hic & l.*11.*§.*1.*h.t.* Aut.
*ad L.* 2, *numer.* 6. *&* 7. *C.h. tit.* Licet otilis actio detur,
qoandn mortis ſperatæ cauſa fit amotio. *l.* 21.*h.tit.pr.*3.
Ut cooſtante matrimnnio facta ſit amotin *arg. h. l. &*
*l.*3 *pr. eod Bach.d.diſp.*5 *th.*7.*Wiſſenb.diſp.*49.*th.*4. Idco ſi
ante matrimooium vel poſt illud facta amotio, datur
condictio furtiva. *l.*3. *&* 17.*h.t.Dn.Struvius d. th.*65.

### ad L. Si uxor. 28.

SI uxor rem viri commodatario ſurripuerit, isque conventus fuerit, habebit furti actinnem. Huic legi derogatum putat per *l. ult.§.ult. C de furt.* Wiſſenbach *hic th.*8. ſed vide *Not.* Dni. Autor *ad d. §. ult. in Comm. Cod. num.*

### ad L. Pen.

IN æſtimatione rerum amotarum reſpicitur, quanti res valuit tempore amotionis, & quanti plurimi poſtea valuit. *Petr. Barb. ad L. divortio.* 8. *§. fin. numer.*63. & conf. *notata* Dni. Autoris *ad l. ex argento* 13. *numer.*1. *ſupr. de condict. furt.*

---

## TITULUS III.

### *De agnoſcendis & alendis liberis vel parentibus, &c.*

### Ad L. Senatus conſultum. 1.

*SUMMARIA.*

*Facto divortio, quid uxori gravida faciendum. nu.*1.
*Citatio aliquando ad domum ſufficit.* 2.3.
*Uxor poſt divortium pariens, & non denuncians, partui præjudicat.* 5.
*Sed ſi denunciet, præjudicat marito.* 6.

1 MUlier prægnans tenetur intra 30. dies à divortio
computandos. *de quo Tiraq. de retr. conſangu.§.*
1.*gloſſ.*11. *nu.*57. denunciare marito ipſi aut ad domum,
ſe gravidam eſſe ex marito. Unde colliguot Dd. cita-
2 tionem ad faciem non ſemper requiri; ſed ſufficere,
ſi ad domum fiat. vid. *Not.* Dni. Autoris *ad l.* 4.*nu.*2.*ff.*
*de damno infecto, & in proceſſu meo civili cap.* 3. *num.*32.
Plerique autem hæc verba textus *aut ad domum denun-*
*ciare* intelliguot noo de electione; ſed ordine, per alleg.
*Vantii in tr. de nullitat. tit. ex defectu citat. nu.*38. *Tiraqu.*
*de retr. conſangu.* §. 9. *gloſſ.* 2. *per tot. & quos citat Hillig.*
*lib.*23.*cap.*2.*lit.E.Carpz. in proc. tit.*7.*art.*1.*num.*61.*& ſeq.*
4 Autor *ad L.* 6. *num.*2.*&* 3. *C. de Repud.* Per domum au-
5 tem hic hoſpitium intelligitur. §. 2. *h. l.* Quod ſi uxor
poſt divortium pariat, & non denunciet intra 30. dies,
6 præjudicat partui quoad ſtatum, ſalvo tameo judicio
ordinario. § 4. *h. l.* Sed ſi denunciet, & maritus oon
miſerit cuſtodes, tenetur partum cogooſcere, & ad id
compelli. *Barb. part.*1. *rubr. ff. ſolut. matr. nu.*18.

### ad L. Necare. 4.

*SUMMARIA.*

*Necare & alimenta denegare idem eſt. num.*1.
*Pœna exponentis infantem.* 2.
*Infans, expoſitus à quo alendus?* 3.

1 NEcare videtur is, qui alimenta debita deoegat.
*Coler. de alim. lib.*1.*cap.*2.*numer.* 19. *vid. artic.*132.
2 *conſt. crim. Carol. V.* Et ideo capite plectendus, qui oon
miſericordiæ prætereuntium, ſed in ſolitudine infao-
tem expoſuit, onde mors ſecuta. *arg. l. noſtra, & per*
*d. art.*132. *Bart. hic Boſſius tit. de homicid. num.*7. *Carpz.*
*pr. crim. quæſt.*10.*numer.*5.*& ſeq. Wiſſenb. d. diſp.*49.*th.*13.
*Finckelth. obſ.* 86. *numer.*5. *& ſeq.* Dn. Autor *in C. tit. de*
3 *Infantib. expoſit. ad L.*2.*num.*5. *&* 6. A quo vero alendus
infans? Reſp. Civitati vel pago id oneris ſolent impo-
oere. *vid. Surdus tit.* 1. *qu.*81. *Mollerus l.*4. *Semeſt. c.* 45.
*Sandius l.*2.*dec.*8.*def.*4.*Wiſſenb.d.l.* Sed de conſuetudioe
illud Magiſtratui ſupremam juriſdictionem habenti
competit. *Finckelth. d. obſ.* 86. *num.*46.

### ad L. Si quis. 5.

*SUMMARIA.*

*Parentes liberos alere tenentur. nu.* 1.
*Etiam emancipatos.* 2.
*Emancipata filia ex æquitate dotanda.* 3.
*Avus ad alimenta nepoti tenetur.* 4.
*Etiam naturales pater alere tenetur.* 5.
*Quod & intra primum triennium procedit.* 6.
*Alimentorum quantitas officio judicis determinanda.* 7. *&* 19.
*Pater quoque neceſſaria ad diſciplinam ſed non in alienum præſtat.* 8.
*Pater etiam ab impubere filio alendus.* 9.
*Mater in ſubſidium tenetur.* 10.
*Pater filios ſeparatos quoque alit.* 11.
*Filio ſeipſum alere valenti, non debentur alimenta.* 12.
*Mendico valido nihil dandum.* 13.
*Naturalis filius uſque ad* 12. *annos alendus.* 14.
*Filio locupleti in nominibus danda alimenta.* 15.
*Alimentorum impenſa vel in annos vel in una ſumma præſtantur.* 16.
*Tranſactio de alimentis cum matre non nocet partui. nu.* 17.
*Heres ſtupratoris tenetur quoque ad alimenta partui. nu.* 18.
*Quid ſi plures adſint ſtupratores, an unus ad alimenta teneatur.* 20.
*De filiatione ſummarie conſtare debet, antequam aſſignentur alimenta.* 21.
*Sed hoc non præjudicat actioni principali.* 22. 23.
*Si ſupra impragnatione dubitetur, interim condemnari poteſt ſtuprator ad alimenta.* 24.
*Exceptio in proceſſu ſummario rejecta, in executione opponi poteſt.* 25.
*Filio, qui exhæredationem meruit, alimenta non debentur.* 26.
*Heredes filii an patrem alere teneantur.* 27.

1 TOta hæc lex loquitur de alimentis, parentibus
ex liberis debitis: Eſt ergo regula: parentes teneri
ad alimenta liberis præſtaoda, & contra. Autor *in C. tit.*
*de Patr. Poteſt. ad L.*9.*&* 5.*numer.*1.*ſeqq.* Autor *ad L.*14.
2 *numer.*5. *de jure dot.* Quæ regula ampliatur in §. 1. l. In
liberis emancipatis; quia ſanguinis vioculum eman-
cipatione nno tollitur. *Coler. in Tr. de alim. lib.* 1. *cap.*5.
*Surd. de aliment. l.*1.*qu.*1.*num.*22. Autor *ad L.*1.*nu.*1.*ſeq.*
*C. de Alend. l. Et ad l.*3.*numer.*1.2. *C. d. t.* Ex quo colli-
3 guot, patrem etiam teneri emancipatam filiam dotare.
Sed ooo eſt firmum ab alimentis ad dotem argumen-
tum. *Bach. in tr. diſp.* 7.*th.*2.*lit. H.* Ideoque hoc negaot.

*Coll. Arg.*

*Coll. Arg. ad tit de jure dot. th. 5 num. 4. Perez. ad tit de*
*dotis promiſſ num.* 6. Sed æquius tamen eſt, parentem
cogi ad dotem dandam filiæ emancipatæ, cum alias
eam alere teneatur; & malitiis quorundam parentum
indulgendum non eſt, & in dubio alimentorum & do-
tis idem favor eſt. II. Ampliatio in avo non tantum
4 paterno, ſed etiam materno. §. 2. *h. l.* Ut quidem avus
paternus primario, ſed maternus in ſubſidium teneatur.
*Surd. d. tr. tit.* 1. *qu.* 16. *Coler. lib.* 1 *&* 2 *Carpzov part.* 2.
*juriſpr. conſt.* 10. *def.* 21. Aut. *ad L.* 3. *numer.* 1. *&* 2. *C. de*
5 *Alend. lib.* III. In filiis ſpuriis, quos pater & avus ma-
ternus alere tenentur. §. 4. Autor *ad L. un. numer.* 3. *C.*
*divort. fact.* Scilicet niſi pater naturalis alimenta con-
ſtituerit, aut non ſufficientia: nam præcipuè hic tene-
6 tur, licet infans adhuc in triennio ſit. Nam pater, li-
cet lacte materno utatur infans, tamen de aliis ſumpti-
bus ipſi proſpicere debet. *Coler. de alim. c.* 6. *num.* 5. ubi
ita judicatum refert, *Finckelthauſ. obſ.* 102. *nu.* 16. *Carpz.*
7 *l.* 3 *juriſpr. Eccl. D.* 81. IV. Ut poſſint alimenta ex officio
8 judicis conſtitui pro modo facultatum. V. Ut teneatur
pater ad omnia neceſſaria, ad vitam, & diſciplinam. §.
12. de quo *Coll. lib.* 2. *c.* 1. *Surd. tit.* 4 *qu.* 1 *& ſeq Enenckel.*
*Baro priv. parent.* 7. *cap.* 2. Autor *ad L.* 3. *numer.* 2. *C. de*
9 *Alend. lib.* non vero æs alienum. § 16. *h. t.* VI Ut parens
etiam ab impubere filio alatur. §. 13. VII. Ut mater
10 etiam compellatur, §. 14. *h. t.* in ſubſidium ſi pater non
poſſit vel abſit. *Carpz. l.* 2 *juriſpr. Eccl. diſp.* 24 . *& ſeq.*
11 etiam militis §. 15. *h. t.* VIII. Ut teneatur pater præſtare,
licet liberi apud matrem ſeparatim educentur. *l. un. C.*
*divortio facto apud quem Novell.* 117. *cap.* 7. *Carpz. p.* 3. *dec.*
12 29. Limitat autem I. Si filius ſeipſum poſſit exhibere,
v. gr. ex artificio §. 7. *h. t. Surd. de alim. tit.* 7. *qu.* 6. *Trentac.*
*l.* 1. *tit. de alim. reſol.* 2. *num.* 11. *Carpz. p.* 2. *dec.* 173 *nu.* 27.
13 Autor *ad L.* 1. *numer.* 3. 4. *C. de Alend. lib.* Unde etiam
probant mendico valido non eſſe dandas eleemoſynas.
*Carpz. juriſpr. Eccl. l.* 2. *diſp.* 324. *num.* 13. *vid. Not.* Dni.
Autoris *ad tit. de Cod. de mendicis validis & Dn. Frit-*
14 *ſchium in peculiari tractatu.* Exinde etiam colligunt, pa-
trem naturalem, filio naturali vel filiæ adduodecimum
annum ætatis præſtare debere alimenta *Berlich. p.* 5.
15 *concl* 38. *num.* 48. *Finckelth. obſ.* 102. *num.* 9. Sed quid ſi
filius locuples quidem, ſed nominibus? Hic filiis &
filiabus ex feudo etiam paterno deberi alimenta, tradit
16 *Carpzov. p.* 2. *dec.* 174. nam ex nominibus nemo ſatura-
tur. Promitti autem alimenta ſolent, vel ſecundum an-
nos ſingulos, vel in una ſumma ſemel pro ſemper, ſi
interea infans moritur, hoc caſu matrem acquirere,
17 non illo, tradit *Finckelth. d. obſ.* 102. *num.* 5. Sed quid
ſi ſtuprator pro alimentis certam ſummam matri pro
infante ſolvat, & mater mortua nihil relinquat in bo-
nis? Reſp. tum patri omnino incumbere onus alendi
infantem, uſque ad 12. annum puto: nam tranſactio
18 cum matre, infanti non poteſt præjudicare. Sed quid
ſi etiam ſtuprator ſit mortuus, an hæredes ejus, ſatisfa-
ctione matri facta, tenebuntur infanti à matre relicto
alimenta præſtare? Reſp. Omnino, ex bonis defuncti:
nam debitum hoc eſt naturale, ad quod etiam hæredes
19 tenentur. Quantitas autem alimentorum arbitrio judi-
cis committitur. *Menoch. l.* 2. *de arb. jud. q. caſu* 169. *n.* 9.
20 puta 20. thal. pro conditione ſtupratoris. Si autem plu-
res concubuerint, fornicator unus ad alimenta non
tenetur. *Carpzov. lib.* 3. *juriſpr. Eccl. diſp.* 81 Sed favor
21 alimentorum mihi perſuadere videtur, in dubio hoc
confeſſum teneri uſque dum de aliis etiam conſtet, quo
caſu omnes conferent, ſi cæteri non adſint, poterit
compelli confeſſus, ut præſtet alimenta integra, præ-
ſertim ſi mater alendis liberis par non ſit. II. Debet
conſtare ſaltem ſummarie per unum teſtem de ſtatu,
quod ſit filius, niſi in poſſeſſione filiationis ſit. *Gratian.*
*tom.* 2. *diſcept. for. c.* 236. *numer.* 43. *Trentac. lib.* 1. *de alim.*
*cap.* 2. *num.* 68. *Viv. dec.* 423. *num.* 13. Auto. *ad L.* 3. *num.* 4.
22 *C. de Al. liber.* Quæ tamen ſummaria cognitio non
præjudicat parenti de ſtatu filii acturo, quam de ali-
mentis, fertur ſententia §. 9. *h. l. vid. Donell. & ibi Hillig.*
23 *lib.* 12. *cap.* 4. *lit. O.* Nam quæſtio incidens de alimentis
eſt ſummaria; & contenta eſt levioribus probationi-
bus & præſumptionibus. Ideoque talis ſententia de
alimentis eſt tantum proviſionalis, & poſtea nihilomi-
nus de filiatione in ordinario judice agi poteſt, non
obſtante illa ſententia proviſionali *l.* 7. *h. t. Surdus tr. de*
24 *aliment. t.* 1. *qu.* 126. Ideoque quando mater imprægnata
agit ad alimenta, negante licet patre fœtum ſuum eſſe,
ſæpe ſolent in judiciis ob præſumptiones urgentes in-
terim alimenta ex bonis patris præſumptive decerni;
25 quod etiam menſe Septembr. an. 1657. in Facult. noſtra
factum. Unde probatur ex *d.* §. 9. Si exceptio rejecta
in proceſſu ſummario vel executivo, eam in foro Sa-
xonico in reconventione adduci poſſe ut in exceptione
ſimulationis aliquando judicatum fuiſſe, refert *Berlich.*
26 *p.* 2. *deciſ.* 271. III. Non præſtanda ſunt alimenta filio,
qui patrem detulit, §. 11. *h. t.* Ex quibus enim cauſis
exhæredari poteſt filius, ex his etiam cauſis alimenta
ei denegari poſſunt, *Surdus d. tr. tit.* 7 *quæſt* 1. *Mind. de*
*proceſſ. lib.* 2. *cap.* 54. *numer.* 6. *Menoch. l.* 4. *præſumpt.* 189.
*num.* 30. *Molina de jure primogen. l.* 2. *cap.* 16. *num.* 1, *& ſeq.*
*Spino in ſpeculo teſtam. gl.* 20. *num.* 66. Autor *ad L.* 3. *nu.* 7.
*C. de Alend. lib.* IV. Non ſunt præſtanda alimenta ab
hæredibus filii, niſi pater ſumma egeſtate laboret. §. 17.
*h. t.*

### ad L. In bonis. fin.

*SUMMARIA.*

*Libertus Patrono ſaltem in cauſa inopiæ ſumma ad ali-*
*menta tenetur. nu.* 1.
*Eccleſia tali caſu etiam Patronum ſuum alere tenetur.* 2.
*Paupertas tamen hic talis requiritur, quæ infirmitatem*
*habet conjunctam.* 3.

1 LIbertus Patrono alimenta præſtare non tenetur,
niſi in caſu infirmitatis & paupertatis. Ideoque
etiam Eccleſia patrono ſuo ad incitas redacto, alimenta
2 ſubminiſtrare tenetur *Can. contra ſanctorum* 29. *&c.*
*quicunque* 30. *cauſa* 16. *qu.* 7. *&c.* 25 *X de jure patronatus,*
de qua materia noviſſime pluribus agit *Finckelthauſ. in*
*tract. de jur. patron. cap.* 6. *nu* 163. *& multis ſequentibus.*
Non adeo mihi videtur laborandum eſſe in definiendo
paupere. Nam licet quis ne quidem 10. vel 30. nec 40.
nec 20. in bonis habeat, non tamen pro paupere ha-
bendus, nec ab Eccleſia alendus, ſed qui infirmus eſt
& pauper, ut *ex hac lege* probatur, i. e. ut ſibi quoti-
3 diano labore victum quærere non poſſit. Nam ſi poſſet,
putarem, patronum laborem quotidianum ſubire co-
gendum; non attenta dignitate: nam præſtat labore
manuum ſe ſuſtentare, quam Eccleſiæ gravem eſſe.

---

## TITULUS IV.

### *De inſpiciendo ventre, cognoſcendoque partu.*

### Ad L. Temporibus. 1.

*SUMMARIA.*

*Ratio hujus Edicti proponitur. nu.* 1.
*Partus ſuppoſiti pœna remiſſive.* 2.
*Solennitates h. l. hodie non obſervantur.* 3.
*Obſtetrices debent eſſe juratæ.* 4.
*Quale vero præſtent juramentum.* 5.
*Quomodo verum ſit: ſententiam judicio peritorum latam,*
*non tranſire in rem judicatam.* 6.
*Mulier, ut ſuppoſitionis ſpeciem evitet, graviditatem de-*
*nunciare debet.* 7.
*Intereſſe principale conſiderandum, non ſecundarium. n.* 8.
*Sententia contra Prælatum lata, nocet ſucceſſori.* 9.
*Omiſſio modica ſolennitatis, non vitiat actum.* 10.

1 TOtius hujus Edicti ratio *in* §. 13. habetur, quod
publice intereſt, partum alienum non ſubjici, ut
2 ordinum & familiarum dignitas conſervetur. Et ideo
etiam

Digitized by Google

etiam ſervus hæres inſtitutus audiri debet, graviſſimaque partus ſuppoſiti ſtatuta eſt pœna de qua *Farin.qu. crim.150.part.10. & Carpz. pr. crim. qu.93. ſub. quæſt.2. Molina tr.3.D.701.* tranſeam cætera, quæ plana ſunt, &
3 electionis ſaltem. *In* § 10. recenſetur Edictum & ſcru-
4 puloſæ ſolennitates, quibus non amplius utimur. Sed quæritur, an obſtetrices debeant juramentum præſtare? Quod affirmandum puto, per *l. 6.§.his illud C.de ſecund. nupt. l. comparationes. 20 de ventre inſpic. Novell.49.c.2.*
5 *in fin. Novell. 64.* Quod ita intelligunt, ut, ſi ſuper re ſenſu perceptibili periti & artifices deponant, veritatis juramentum teneantur præſtare; ſi ſuper re intellectu perceptibili, de credulitate jurent. *Farin. qu 74.nu.99. & ſim. conf. Hartm. Piſt. obſ.77. & Wiſſenb. D.49.th.19.*
6 Et in his rebus, quæ intellectu partim, partim ſenſu deprehenduntur, ut quod mulier prægnans ſit, verum eſt illud: quod ſententia judicio peritorum lata, ex credulitate potius, quam ex certa ſententia animi, nunquam tranſeat in rem judicatam, donec veritas appareat.

7 *Ad §. pen.* Denunciare debet mulier, quod gravida ſit, ne alias præſumptio oriatur partus ſuppoſiti. *§. pen. h. l. Maſcard. concl.1152. num.17. Farin. d. qu. num. 159. Menoch lib.5 præſ. 24.num.19.* His autem tantum denunciandum, quos proxima ſpes ſucceſſionis contingit,
8 ut primo gradu inſtitutis. Ex quo colligunt Dd. regulam; quod ſemper conſiderandum ſit intereſſe principale & non ſecundarium. *Balb. in tr. de præſcr. part.1.*
9 *qu 1.qu.5. pr. num.10.* Colligunt etiam ſententiam latam contra Prælatum nocere ſucceſſori, per allegata *Pinell. ad L.1.C.de bon. matern. p.3.nu.48 p.3.2.* Autor *ad L.1.n.5. C Inter alios acta ſeq.*

10 *Ad §. fin.* Omiſſio modicæ ſolennitatis actum non vitiat *§ fin. Alb. Brunus de ſtat. excludent. fœm. art.9.nu. 206. Socinus c nſ.11.numer 4. lib.4 Vaſq. de ſucceſſ. creat. §.9 nu.9. Tiraq. in tr. de judic. in rebus exig. concl.2.conf. Barb. locupl. l.17.cap.37. axiom. 1. limit. 1.*

## TITULUS V.

*Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio ad alium dolo malo tranſlata eſſe dicatur.*

### Ad L. Hoc Edicto. 1.

*SUMMARIA.*

*Mulier doloſe ſe gravidam dicens, & poſſeſſionum in alium transferens, ad quid teneatur. nu.1.*
*Annon ſufficiat rei vindicatio. 2.*
*Poſſeſſor manu militari expelli poteſt. 3.*
*Aliquando ordinarium remedium ſufficit. 4.*

1 QUia Prætor mariti gravidæ poſſeſſionem committit; ne aliis prædæ occaſionem daret; ideo ſi mulier doloſe ſe gravidam dixerit, & poſſeſſionem acceptam in aliam tranſtulerit, Edictum quanti intereſt
2 datur contra mulierem; Et non videbatur ſufficere rei vindicatio, quia poſſeſſor novus, ſi bona fide poſſedit, de conſumptis non tenetur; ſi mala fide, forte non eſt
3 ſolvendo. §. 3. Prætoria autem poteſtate, vel manu militari ejiciendus poſſeſſor non eſt. *§ 2 h. l.* Licet *in l.3.*
4 *pr. ff. ne vis fiat ei.* utrumque remedium proponatur, quia ibi expulſio & prohibitio interceſſit, hic vero nihil horum eſt; cur ergo manu militari ejiceretur, qui nec ex contumacia, nec rebellione intravit: Ergo ordinarium remedium ſuffi it. *Z. ſ. in l. 1. §. hoc edicto nu.4. ff. ne vis fiat ei. & & part 2. Ant. nom. nu. 11. tom.5.p.80. Menoch. remed. 1 retin. poſſ. ſſ. nu.14.*

## TITULUS VI.

*Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicatur.*

### Ad L. Si de poſſeſſione. un.

*SUMMARIA.*

*Actionis contra mulierem doloſe ſe gravidam dicentem, & ob id miſſionem adeptam, natura. nu.1.*
*Effectus miſſionis ventris in poſſeſſionem. 2.*
*Judicis facilitas retrahendi decreta juſtificatur ex facilitate in decernendo. 3.*

1 QUando mulier doloſe ſe gravidam eſſe dixit, & miſſionem impetravit, quia Prætorem fefellit, ideo ei, cujus intereſt, ſcil. ſubſtituto vel cohæredi, vel ab inteſtato ſucceſſuro datur actio, qua repetitur poſſeſſio, ut & alimenta ab uxore percepta. *Oldendorp. claſſ 5. act. 12.* quæ alias non reſtitueret, ſi non per ca-
2 lumniam intraſſet. §. 17. Nam miſſio ventris in poſſeſſionem tribuit jus alimenta percipiendi *Coler. de alim. libr. 1.c.2.num. 7. & de proceſſ ex. cut. part. 1.cap.2.nu., 4.* etiamſi mulier donationem propter nuptias habeat.
3 *Modeſt. P. ſt. p. 1. qu.170* E. colligitur ex §. 1. ſicut judex facilis fuit in decernendo, ita & facilem eum eſſe debere in retractando decretum, ſine juris ordine publicatum. *Joſeph. Ludov. dec.47 num.22.*

## TITULUS VII.

*De Concubinis.*

### Ad L. Quæ in concubinatu. 1. §.

EX *hoc* § colligitur, quod etiam jure Civili ex concubinatu oriatur quæ quaſi affinitas.

### ad L. Quæ in concubinatu. 3.

*SUMMARIA.*

*Concubinatus de jure Can. non approbando permiſſus eſt. num. 1.*
*An reipſa differat à matrimonio. 2.*
*Jure divino & Receſſ. Imp. prohibitus eſt.3.*

1 SIne expreſſa conteſtatione ingenuam pro concubina habere non licet. Sed jure Canonico improbari concubinatum Dd. communiter ſtatuunt, licet permitti videatur. *C. 2. diſtinct.* 34. ex decreto concilii Toletani, ubi concubinatus moribus iſtius ſeculi tole-
2 ratus potius, quam approbatus videri poſſit, & reipſa concubinatus, qui dicitur, matrimonium eſt; licet non
3 ſolenniter contractum. Probatur hoc *ex c. 5. & 6. cauſa 32 qu. 2.* Jure divino etiam prohiberi dubium non eſt, quatenus legitimo matrimonio opponitur *Et in reform. polit. de anno 1548. tit.* von leichtfertiger Beywohnung. *& de anno 1577. tit.26. vid. Gerh. de conjug §.558. Carpz. juriſpr. Eccl. lib 2. def.235. Bachov. in Tr vol.2 diſp.16.th. 3.lit. A. Zaſ. h. t. nu.2.* Autor *ad L. un. nu.2.C.h.t.*

*FINIS TOMI PRIMI.*

Digitized by Google

Digitized by Google

9k33

XX
F
13

Digitized by Google

Digitized by Google